DECRETALES
D. GREGORII
PAPÆ IX.

SVÆ INTEGRITATI
VNA CVM GLOSSIS
RESTITVTÆ.

Ad exemplar Romanum diligenter recognitæ.

EDITIO VLTIMA.



TAVRINI.
Apud Nicolaum Beuilaquam.
M. DC. XXI.
CVM LICENTIA SVPERIORVM.

VERSVS EXPOSITI CONTI NENTES RVBRICAS IVRIS CANONICI.

Primi Libri Decretalium Rubricæ.

a De summa trinit. & fide catho. hæc. in 6. clem.
De constitutio. hæc. in 6.
De rescriptis. hæc in 6. & Cle. De consuetudine hæc. in 6.
b De postula. præla. hæc in 6.
De electione, & electi potestate. hæc in 6. & cle.
De translat. epis. vel electi. De auctoritate, & vsu pallij
c De renuntiatione. hæc in 6. & clem. De supplenda negligentia prælato. hæc in Sexto, & clemen. temporibus ordin. hæc. in 6. De scrutinio.
d De ordinatis ab episcopo qui resignauit episcopatui. De ætate, & qualitate. & ordine præficiendorum. hæc. in 6. & clem. De sacra vnctione. De sacramentis non iterandis.
e De filiis præsbyterorum ordinandis, vel non. hæc in 6. De seruis nō ordinandis. & horum manumissione. De obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non. De corpore vitiatis ordin. vel non.
f De bigamis non ordinandis. hæc. in 6.
De clericis peregrinis.
De officio archidiaconi.
g De offic. archiepresbyteri. De officio primicerii. De officio sacristæ. De officio custodis. De officio vicarii. hæc. in 6. & clem.
h De officio & potestate iudicis delegati. hæc in 6. & cle. De officio legati. hæc in 6. De officio iudicis ordinarii. hæc. in 6. & cle.
i De officio iudicis. De maiori. & obe. hæc. in 6. De treug. & pace. De pactis. hæc in 9.
k De transactionib. De postulādo. De procuratorib. hæc in 6. cle. De syndico.
l De iis quæ vi metúsve cau. fiunt. De in integ. resti. hæc in 9. & cle. De alien. iudicij. mut. causa facta. De arbitris. hæc. in 6.

Secundi libri Rubricæ.

m De iudiciis. hæc in 6. & cle. De foro competen. hæc in 6. & cle. De libelli oblatione. De mutuis petitionibus.
n De litis contestatione. hæc. in 6. Vt lite. contest. non proce. ad testi. recep.
o De iuramento calumniæ. hæc. in 6. De dilationib. De feriis.
De ordine cognitionum.
p De plus petit. De causa poss. & proprie. hæc in cle. De resti. spolia. hæc. in 6.
q De dolo, & contumacia hæc in vi. & cle. De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ. hæc in 6. Vt lite pend. nihil innouetur. hæc. in 6. & clemen. De sequestratione possessionis, & fructuum. hæc in cle.
r De confessis. hæc. in 6. de probationib. hæc in cle. de testib. & attestationib. hæc. in 6. & cle. de testibus cogendis. vel non.
s De fide instrumentor. de præsumptionibus, de iureiu. hæc in 6 & cle. de exceptionib. hæc. in 6. & clement.
t De præscript. de senten. & re iudic. hæc in 6. & cle. de appella. recusat. & rela. hæc in 6. & cle. de cler. peregr.
v De confirmatione vtili vel inutili.

Libri Tertij Rubricæ

x De vita, & honestate clericorum. hæc in 6. & cle de cohabitatione clericorum, & mulierum. de clericis coniugatis. hæc in 6.
y De clericis non resid. in eccles. vel præben. hæc in 6. de præben. & dignita. hæc in 6. & cle. de clerico ægrotante vel debilitato.

Carmina Rubricarum iuris Pontificij.

Tota si quidem congeries Decretalib. famulatur Et earum aliquæ nunc in Sexto nūc in Clem. (vt in expositione patet) repetuntur.

Primi libri Rubricæ sunt in Decreta. libri xliij. In Sexto xxj. In Clementinis xj.

a PRimo summma fides. statuit. rescripta. suescit.
b Postulat. electos. translato. auctor, & vsu.
c Inde renuntia. de supplendis. tempora. scrutor.
d Ordo resignatis. ætas. ac vngo. sacramenta.
e Filios, & seruos, obnoxius & vitiatus.
f Hinc bigamus clerus, & peregrinus, & archi.
g Archipresb. primic. sacri. custos. vice fungens.
h Delega. legat. & dictus ab ordine iudex.
i Iudicis officium, maior. pax. pacta sequuntur.
k Transig. postulo. post. procuro. syndicus. extro.
l Vis metus. integrat, ac aliena. & arbiter hinc est.

Secundi libri Rubricæ sunt in decretalibus xxx. In Sexto xv. in Clementis xij.

m IVdicium forat. atque libellus. mutua poscens.
n Litē contestans sine quod non suscipe testes.
o Iurat. dilatis. & feria, ordinem noscit.
p Plus peto. de causa. spoliatos restituendo.
q Est dolus. & missus. lis pendens, atque sequestra.
r Confessis. probo. sunt testes quoque cogo.
s Instrumo. præsumo iusiurans. excipiendo.
t Præscribit sententia. appellat peregrinans.
v Vtilis omnibus, bis est confirmatio iuncta.

Tertij libri rubricæ sunt in Decretalib. 50. In Sexto 23. In Clementinis 17.

x VIta decens clericus habitans, clerúsque iugatis.
y Ne resid. præbens, æger vel debilitatus.
z Instituo. concedendo ne sede vacante.
a Et sine. consensu. maior pars. non minuantur.
b Non alieno. trado precario. commodo. pono.
c Vendo. loco. muto. de feudis, pignoribusque.
d Atque fideiussor. & soluit. dona peculi.
e De testamentis, etiam succedo sepultus.
f Parochiis, decimis. hinc regula religionis.
g Conuersis. coniunx. infidus, vota redempta.
h Deque statu monachi. domini. subiunge capellas.
i Iure patronatus, de censib. ara sacrata.
k Missæ baptismus, quo non est præsbyter vsus.
l Eucharistia, reliquiæ ieiunia serua.
m Purificans. ac ædificans. immunis adhærent.
n Clericus vel monachæ, dimitte negotia secli.

Quarti libri Rubricæ sunt in Decretali. libri 21. In Sexto 3. In Clementinis. 1,

o SPonsat & impubes. & clandestina duorum.
p Conditione. vouens, quam polluit. atque leprosus.
q Seruus. de natis. sequitur cognatio duplex.
r Post consanguineam. consanguinitas. gelidique Decretales:

s Ac interdictum, qui nati legitimi sunt.
t Accusare queunt. diuortia. dote secundis.
v De institutionibus hæc in 6. de concession. præbendæ hæc in 6. & cle. Ne sede vacante aliquid innouetur. hæc in 6.
a de iis quæ fiunt a prælatis sine consensu capituli. De iis quæ fiunt à maiori parte capituli.
Vt ecclesiastica beneficia sine dimunitione conferantur.
b De rebus ecclesiæ alienandis vel non hæc in 6. & cle. De precariis. De commodo. De deposito.
c De emptione & venditione. De locato & conducto. De rerum permutatione. hæc in 6. & in clementi. De feudis. De pignoribus. & aliis cautionibus
d De fideiussoribus. de solutionibus. De donationibus. De peculio clericorum.
e De testamentis & vltimis voluntatibus. hæc in 6. & cle. de successio. ab intest. de sepul. hæc in 6. & clemen.
f De parrochiis & alienis parrochianis. de decimis, primitiis. & oblationib. hæc in 6. & cle. de regularibus & transeuntibus ad religionem. hæc in 6. & clemen.
g De cōuersione coniugatorum. de conuersione infidelium. de voto & voti redeptione. hæc in 6.
h De statu monachorum & canonicorum regularium. hæc in 6. & cle. de religiosis domib. vt episcopo sunt subiectæ. hæc in 6. & cle. de capellis monachorum, & aliorum religiosorū. hæc in 6.
i De iure patronatus. hæc in 6. & Cleme. de censib. exactionibus, & procuratorib. hæc in 6. & clem. de consecratione ecclesiæ vel altaris, hæc in 6.
k De celebratione missarum, & sacramēto Eucharistiæ, & diuinis officiis. hæc in cle. de baptismo & eius effectu. hæc in clemen. de præsbyterō nō baptizato.
l De custodia Eucharistiæ, chrismatis. & aliorū sacramentorum. de reliquiis & veneratione sanctorum. hæc in 6. & clem. de obseruatione ieiuniorum.
m De purificatione post partum. de ecclesiis ædificandis vel reparandis. de immunitate ecclesiarum, cœmeteriorum, & rerum ad eas pertinentium. hæc in 6. & cle.
m Ne clerici vel monachi secularibus negotiis se misceant. hæc in 6.

Quarti libri Rubricæ.

o De spons. lib. & matrimoniis. hæc in 6. de desponsatione impuberum. hæc in 6. de clandestina desponsatione. de sponsa duorum.
p De conditionibus appositis in desponsatione vel aliis contractibus. Qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere possunt. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. de coniugio leprosorum.
q De coniugio seruorum. de natis ex libero ventre. de cognatione spirituali. hæc in vj. de cognatione legali.
r De eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ vel sponsæ. de consanguinitate & affinitate. hæc in cle. de frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.
s De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. Qui filij sint legitimi.
t Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari. de diuortiis. de donationibus inter virum & vxorem, de dote post diuortium restituenda. de secundis nuptiis.

Quinti libri Rubricæ.

a De accusationib. inquisitionib.& denunciationibus,hæc in vi. De calumniatorib. De simonia,& ne aliquid pro spiritualib. exigatur vel promittatur.

b Ne prælati vices suas vel ecclesias sub annuo cẽsu concedant. De magistris. & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.hæc in cle. De Iudæis. Sarrac.& eorum seruis.hæc in cle. De hæreticis hæc in 6.& cle.

c De schismaticis & ordinatis ab eis.hæc in 6. de apostatis & reiterantib.baptisma.de iis qui filios occiderunt.

d De infantib.& languid. exposit. de homicidio. hæc in 6.& cle. De torneamentis.

e De clericis purgantib.in duello,de sagittariis. de adulteriis.de raptorib.incendiariis,& violatorib. ecclesiarum.

f De furtis. De vsuris.hæc in vj.& cle.de crimine falsi.de sortilegiis.

g De collusione detegenda.de delictis puerorum. de clerico.venatore.de clerico percussore de maledicis.

h De clerico excom. depos. vel interdic. minist. de cleric.non ordinato ministrante.

i De clerico per saltum promoto.de eo qui ord. fur.susceepit.de excess.præla.& subdit. hæc in 6. & cle.de noui operis nuntiat.

k De priuileg.& exces.priuil. hæc in vi. & clem. purgatione cano.de purgatio.vulga.

l De iniuriis,& damno dato hæc in vi. de pœnis. hæc in vi.& clem de pœnitentiis & remissionibus in vi.& clem.de sententia excommunicationis.hæc in 6.& clem.

m De verborum significat.hæc.in vi.& cle.de regulis iuris.hæc in Sexto reperitur.

Quinti libri Rubricę sunt in Decretalibus xlj. In Sexto xiij. Clementinis xj.

ACcusatio.siue calumnia.fit tibi Simon.
Prælati.Rabbi.Iudæis.hæreticos.dant,
c Schismaticis.vel apostaticis.natos.perimentes.
d Infans expositus.homicidia.luditur hastis.
e Clerici pugna.sagittat.adulter.postea raptor.
f Furtis.vsuris.de falsi crimine.sortes.
g Colludo.pecco.venor.ferio.ma ledico.
h Post interdictum celebrans.ac ordinis expers.
i Saltus.furtiuus excessus.opúsque nouellum.
k Lex priuata subit. purgat cum canone. vulgus.
l Damnum, cum pœnis. post. pœnitet. est anathema.
m Verborum sensus,sequitur quoque regula iuris.

Titulorum iuris Pontificij numerum,qui sunt in Decretalibus clxxv. In Sexto lxxvij. In Clement. lij. facili stylo indicant hæc quatuor carmina.

Centum rubricas,octogintáque volumen.
Gregorij noui ponit quinas superaddens.
Ac septuaginta septem numeras tibi sextus.
Et clemente duas quinquagintáque notabis.

RVBRICAE DECRETALIVM,

Titulorum quinque librorum Decretalium secundum ordinem litterarum Alphabeti à quibus inchoatur, collecta adnotatio.

Natis

Bis centum titulos, sed quindenos remanebis.

Sunt Decretales ter mille, sed absque nouem bis.

FINIS.

TABVLA CAPITVLORVM

DECRETALIVM

crimina,

D.

Signi-

T

V

FINIS.

MATERIAE SINGVLARES QVAE IN VARIIS DECRETALIVM GLOSSIS ADNOTANTVR.

Primus numerus columnam, secundus numeros in medio paginæ positos denotat. Verùm quando solus primus apparet, in principio ipsius columnæ require.

A

appella

Clauis.

crapula

GREGORIVS Papa IX. natione Henricus, patria Anagninus è familia Comitum, mortuo Romæ Honorio Papa III. Romanus præsul anno M.CC. XXVII. creatus est. Hic varias constitutiones & decretales epistolas prædecessorum suorum, quæ à plerisque maiori ex parte priuata auctoritate collectæ fuerant, per F. Raymundum in vnum volumen redigendas curauit. Multas quoque constitutiones suas & decretales epistolas adiecit.


Is fuit F. RAYMVNDVS de Peñaforti natione Cathalanus, patria Barcinonensis, eiusdem Papæ capellanus & pœnitentiarius, ex ordine Fratrum Prædicatorum, ac ipsius ordinis tertius Magister Generalis, religione & eruditione clarus. In hanc collectionem BERNARDVS de Botono Parmensis, & canonicus Bononiensis glossas eruditissimas edidit.


S.AVGVSTIN
S.IOANNES
MOYSES
S.MATTHÆVS
IOB
S.LVCAS
DAVID
S.MARCVS
ESAIAS
S.PAVLVS

Arbor Consanguinitatis.

Non gignunt dextros qui stant in parte sinistra:
Læua dat uxores, dat tibi dextra mares.

Figura præsens arborea licet ad septimum deberet gradum protendi, cum usque ad eū secundum decreta sit prohibitio coniugalis. supra quæst. 3. cap. de affinitate & extra de clande. despō. cap. cum inhibitio. tamē quia per iura noua ipsa cōiugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata: ut dicto cap. cū inhibitio. & de consang. & affinit. c. nō debet. ideo usq; ad quartum gradum dumtaxat figuram hanc duximus extendendam. Nec idipsum graduum cognitionē quoque pacto impedit. Qui enim duorum aut trium cōputationem agnouerit, illam etiā usque in gradū centesimū & eo amplius si opus sit, deducere poterit. Quàm apposite hæc imprimatur, tum consanguinitatis, tū affinitatis arbor indicet qui huius causa intelligēma quin e



Canonici & legis & intelligit. Consanguinitas attinētia personarū ex eo prouenient, quod una descendit ab altera, vel ambæ ab eadē. Vel est vinculum personarum ab eodē stipite descendentium carnali propagatione cōtractum. Et dicitur à con, quod est simul, vel unitum, & sanguine, quasi sāguinis unitas. Linea est collectio personarū ab eodē stipite descendentium gradus continens, & numeros, & est triplex, scilicet graduum descendentiū ascendentium, & collateralium. Gradus est habitudo distātiū personarum, quā cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER TRES REGVLAS DECLARATVR.

P*Rima regula magistralis pro linea recta.*) Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quib. quæritur cōputatis intermediis vna dēpta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantū distat abauus à Petrucio (Petrucius esse fingatur in cellula vbi est facies) vtroque cōputato, & intermediis, quinque sunt personæ, deme vnā, quatuor sunt gradus: & sic de aliis.

¶ *Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone: Cum facis abauum stipitem inter P. & pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali) quilibet distat à stipite quarto gradu: ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori, scilicet à P. sed P. distat à stipite quarto gradu: ergo à filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

¶ *Pro iure consanguinitatis secundum computationē ciuilem dantur tales regulæ.*

Prima. In linea recta ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus quæritur cōputatis intermediis vna dēpta, tot sunt gradus inter eas.

¶ *Pro linea collaterali.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distant inter se vel sibi attinent. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legistarum ob aliud sit quàm computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorē optas enucleationē, recurre ad Ioa. And. declaratione.

Hoc folium debet apponi folio 609.

CIRCA lecturam arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post illos lecturæ ipsius arboris nouum modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed propter multitudinem regularum, & versuum obscuritatem aliquibus notam ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. And. inter Decretorum doctores minimus & indignus: inuentionem arboris ex eo fuisse, vt habentibus materiam consanguinitatis & affinitatis ignotam, nota: & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret: antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primò, quæreris ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria. Secundò, an sit authentica. Tertiò, ad quid in volumine decretalium repetita quæ olim fuerat in decretis. *Oculis multa subiciuntur.*

¶ Primæ quæstionis ex superius dictis patet solutio. probatio enim ad oculum aliis vincit. Instit. de gradi. § agnationis. 27. quæst. 2. nec aliqua. Ex ostensione enim facti quædam melius percipiuntur quàm elocutione. extr. de dona. Apostolicæ, ver. fin. Hinc est quod agrorum mensio subiicitur oculis. 16. quæst. 3. inter de præscript. quia iudicante. C. fin. reg. l. 3. Ventris inspectio, an mulier sit prægnans. ff. de ventr. inspi. l. 1. in princ. Locorum pudicitiæ inuestigatio, an mulier sit virgo. extra de prob. proposuisti, an arcta. de frig. & mal. fraternitatis. vel aliter impedita eod. tit. ex literis. Iniuriæ an sit atrox æstimatio. ff. de iniur. l. 2. Et literæ Papales an sint veræ vel falsæ. de crim. fals. licet.

¶ Ad secundum dic quòd arbor authentica est: quod patet ex canonibus Isidori & Alexandri. 35. q. 5. c. 1. 2. vlt.

¶ Ad tertium dic quod quia in decretis de consanguinitate & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere; & quia in decretalibus est idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, & hoc maximè, quia nemini

vtius

venit in dubium, id satis esse validum, satisque famosum, quod repetita lectio probat C. de emen. Iu. co. l. vna. Item ex eo, quia antiqui Canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit secundum statum iurium nouorum antiquam arborem declarare.

DEINDE ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus. Et Primo quæritur quid sit consanguinitas, & vnde dicatur, quid linea, quid gradus. Secundo quæritur quomodo arbor formetur: & quare sic formetur, & quare sic punctetur. & interseremus regulas per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus quædam notanda, & quasdam quæstiones.

Consanguinitatis diffinitio. ¶ Ad primum dico, quod consanguinitas est attinentia personarum ex eo proueniens, quia vna descendit ab altera: vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum: quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas quasi sanguinis vnitas. à con, & sanguine: quia de communi sanguine descendunt. Et quo ad probationem coniugij non distinguo an tales consanguinei sint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expressum, extra de proba. per tuas.

Lineæ diffinitio: & eius multiplicitas. ¶ Linea verò est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguens. Et est triplex linea, scilicet graduum descendentium, ascendentium, & collateralium, vt infra patebit. & ff. de gradi. l. 1. & l. Iurisconsultus.

Gradus descriptio. ¶ Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium: quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de gradi. l. Iurisconsultus. §. gradus.

Arboris consanguinitatis formatio. ¶ Formatur autem sic arbor. Primo vide cellulas ascendentium: secundo descendentium: demum collateralium. Ascende super cellulam vacuam, quæ remansit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere, cum aliæ cellulæ (exceptis his, quæ per genitiuum nominantur) sumant nomen ab ipsa. Quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris, fratrem fratris, patrem filij & sic de singulis? & eam alij vocant Ioachim, alij Brotheum, alij [illegible]. Nos autem à nomine bidelli nostri vocemus eam Petrucium. Et scire debes, quod competenter illæ cellulæ mediæ ascendentium & descendentium diuiderentur directe per medium, vt à latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium, vt abauus, proauus, & c. à latere sinistro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia positi à latere dextro descendunt à maribus, & econuerso. Supra cellulam vacuam est cellula hæc continens pater mater, & vnum punctum supra, & duo infra. Supra illam est cellula proauus proauia, continens tria puncta supra, & tria infra. Supra illam est cellula abauus abauia, habens quatuor puncta supra & quatuor infra. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum supra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta supra, & duo infra. Sub illa pronepotem & proneptem, & tria puncta supra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quatuor puncta supra, & quatuor infra.

Ius Canonicum est excellentius Ciuili. ¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debes quod punctorum numeratio est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam: & puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum: puncti inferiores secundum ius ciuile. &c. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum: ciuilis verò in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maximè quoad hunc casum quo instituimur in matrimoniis quæ licitè contrahi possint necne, & cum matrimonium sit sacramentum Ecclesiæ, in eo præcipuè lex minor est canone. extra de secun. nup. c. pen. & vlt. Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione ascendentium & descendentium concordat vtrumque ius: quia in eis semper persona addita personæ per carnis propagationem gradum adiicit.

Regula lineæ rectæ. ¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos secundum vtrumque ius, tolle hanc magistralem regulam. Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur computatis intermediis vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat abauus à Petrucio, vtroque computato & intermediis, quinque sunt personæ: deme vnam, quatuor sunt gradus. Idem dico de ipso P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire quinque personas, & sic quatuor sunt gradus. Si velis scire quot distet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem personas computato P. & sic octo erunt gradus. Scias autem quòd iste P. non habet totam suam computationem in arbore. Scias enim quòd quilibet habet duos parentes, quatuor auos, octo proauos, sedecim abauos, & sic semper ascendentes duplicantur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

Coniugalis prohibitio in recta linea est perpetua. ¶ Quæro an inter ascendentes & descendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartum gradum? Et dicit Gotfre. in sum. de consangui. & affini. §. atem quantum, quod non, per decre. non debet. cod. tit. quæ perge aliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter ascendentes & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicunt: & quod de quarto gradu dicitur in collateralibus locum habet. ad hoc 35. q. 3. progeniem. & duobus capitulis seqq. in quibus dicitur, quod olim non solum vsque ad secundum gradum, sed etiam in quantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendentem, & alterum ascendentem perdurat prohibitio. ad idem Instit. de nup. § 1. ff. de ritu nupt. l. nuptiæ. & hoc verum puto.

Regula collateralium. ¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrem & sororem: & causa breuitatis prosequendo solum partem mediam arboris ad modum vexilli, qua intellecta reliqua intelligetur: quod per se patet. dicamus de fratre & descendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis, & frater P. est cum P. in primo gradu secundum canones: in secundo secundum leges. Eius filius in secundo secundum canones: in tertio secundum leges. Nepos in tertio secundum canones: in quarto secundum leges. fratris pronepos est ipsi P. in quarto secundum canones: in quinto secundum leges. & sic debet esse vtraque punctatio. & illi sunt collaterales ad P. nunc de cellula patris fecimus stipitem. Fac consequenter stipitem de auo: ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, soror patruelis & amitina: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus est P. secundo gradu, frater patruelis etiam secundo gradu, filius in tertio, nepos in quarto secundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto; & sic debet esse vtraque punctatio. Postea fac proauum stipitem, & habet filios patruum magnum, amitam magnam, auum & auiam, auunculum magnum, & materteram magnam. Illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina: ex illa horum filius filia, ex illa, eorundem nepos neptis. Et quia P. distat à proauo, quem nunc feci stipitem tertio gradu, ergo à patruo tertio, & à propiori sobrino tertio & à filio tertio, & à nepote, qui exit lineam æqualitatis, quarto secundum canones. Secundum leges verò distat P. à patruo magno quarto, à propiori sobrino quinto, & à filio sexto, à nepote septimo, & sic debet esse vtraque punctatio. Modo fac abauum stipitem cum tribus filiis scilicet propatruo, proauo, & proauunculo: de proauunculo non prosequor. Ex cellula propatrui oriunt cellulæ horum filius filia, ex horum illa nepos neptis, ex illa eorundem pronepos proneptis. Illi omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat à stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis: ergo omnes distant quarto. Secundum leges propatruus distat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & sic debet esse vtraque punctatio.

¶ Nunc videndum est quibus regulis gradus illorum collateralium cognoscantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam secundum canones.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu, quis distat à communi stipite: toto distant inter se, vel sibi attinent: hoc secundum canones. Exemplum pone: quando facis abauum stipitem inter P. & pronepotem propatrui, nam quia illi sunt in linea æquali, quilibet distat à stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.

Regula canonica pro collateralibus in linea æquali. ¶ Secundum leges vero aliter est, & sic dicimus regulam Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite: toto duplicato distant inter se: vel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis, & ex punctatione, quòd prædictus P. & pronepos propatrui distant viij. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: secundum canones vero duæ personæ faciunt vnum gradum. Vnde (vt patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo secundum leges: sed computatio eorum ob aliud fit quam nostra, 35. q. 5. cap. 2. Bene ergo dicitur secundum leges, quod in æquali linea collateralium siue linea sit paris numeri, siue disparis: non est reperire disparem gradum. vide in linea paris numeri secunda, vel iiij. disparis numeri, vel iij. In prima ij. gradus, in secunda iiij. in tertia vj. in quarta viij. quod non est secundum canones, quia in æquali linea disparis numeri habemus disparem gradum, quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & sic de singulis.

Regula ciuilis pro collateralibus in linea æquali. ¶ Nunc restat videre de collateralibus in linea inæquali, de quibus traditur talis regula secundum canones. Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite: toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem P. & filius propatrui sunt in linea inæquali: computemus ergo à remotiori, scilicet à P. sed P. distat à stipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij. & idem in descendentibus vsque ad lineam æqualitatis: & hoc est quod dicimus, quod persona addita personæ vsque ad lineam æqualitatis non crescit gradus: quia propatruus filius eius, nepos & pronepos omnes distant iiij. gradu à P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus.


Regula canonica in linea inæquali. ¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ (stipite dempto) tot sunt gradus: vnde P. à stipite distat iiij. à propatruo v. à filio vj. à nepote vij. à pronepote viij. & sic quælibet persona facit gradum. Vides ex supradictis quod P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat enim à summo, scilicet ab auo: ab imo, scilicet à nepote: ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: a mediis citeriori: per quod satis patet, quod cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus, vtputa si pronepos propatrui, vel pronepos fratris procrearet filiam, posset P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas: prohibitio enim, quæ per ius positiuum processerat, potuit tolli, sed naturalia sunt immutabilia. 5. dist. in princ.

Regula ciuilis in linea inæquali. ¶ Scire debes, quod communiter dicunt Doctores, quòd abauus & proauus & auus sunt bigami, dicentes quòd si non essent bigami, non possent filij eorum coniungi, cum essent fratres. sed de hoc non multum curo: quia eadem ratione sic esset de aliis cellulis duplicibus, quod personæ earum essent bigami. vnde fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quatuor personas, ac si diceretur propatruus & vxor, proamita & maritus, vnde duplicatio posita fuit, vt nomina demonstraret in vtroque sexu, non vt eos coniuges denotaret. Sciendum est etiam, quòd in collateralibus æqualis lineæ bene sequitur ista regula affirmando & negando. Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali. & ego possum accipere filiam tuam: ergo tu meam. Et negatiuè, Ego non possum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus: Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando vel negando: quia si vnus est in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui est in tertio vel citeriori potest contrahere cum filia eius qui est in quarto gradu, & non econuerso, vnde propatruus huius filius & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econuerso.

Quæstio notabilis. ¶ Demum quæritur, an collaterales, quorum vnus est in quinto, & alter in primo, puta filia P. & propatruus possint adinuicem contrahere? Dicit Hostien. quod non, & hoc not. extra eod. quòd dilectio, & cap. tua & in summa huius tit. de consangui. §. nunquid in v. & vj. quod per sua argumenta nititur probare sic, scilicet pater & filius vna persona censentur. C. de impub. & aliis subst. l. vlt. sicut ergo non contrahunt cum stipite, sic nec cum filius stipitis. bene facit prædicta Decret. tua. vbi ita re. videntur poni pro stipite. Contrarium tenet Bern. quod colligitur ex glos. quam ponit supra eod. tit. cap. vlt. & Ra. & Ioan. de Deo: & hoc est verissimum, quod probant verba regulæ positæ supra eod. cap. vlt. dum dicit ibi: descendentium ab eodem, sed certum est quod propatruus descendit à stipite. Præterea aut dicis quod est inter eos prohibitio ascendentium & descendentium, aut collateralium: de primo patet negando, quod certum est filium P. non descendisse à propatruo. Est ergo prohibitio collateralium, sed certum est, quod illi distant quinto: quid igitur impediat illos collaterales contrahere, non video. Ioan. And.

Arbor Affinitatis.

Multa dies, variúsque labos huiusce parauit
Artis notitiam: quæ modò clara patet.



AFFINITATIS DECLARATIO.

AFfinitas secundum Canones est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas, quasi duorum ad vnum finem vnitis, eo quod duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de gradi. cogna. l. non facilè. §. affines.

¶ Scias autem quòd affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus, & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dictum est in regula viri & mulieris, & non viri & vxoris: quia secundum Canones etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas, patet de eo qui cogn. consan. vxoris suæ. c. discretionem. & c. pen. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas: sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. de consan. & affi. quod super his.

REGVLA. Quotiescunque inter vnam personarum de quibus quæritur, & coniugem alterius non est, vel non fuit consanguinitas infra quartum gradum inclusiuè; nulla est prohibitio, vt inter me & coniugem nepotis mei non potest esse matrimonium: quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas.

D arborem affinitatis & eius materiam transeamus. Et primò videndum est, quid sit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipsius genera insurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus postea quædam notabilia, & quasdam quæstiones.

¶ Est autem affinitas personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela, hoc secundum Canones: sed secundum leges est proximitas proueniens ex nuptiis: & requiritur secundum leges, quod legitimæ sint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §. sciendum. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas: eo quòd duæ cognationes diuersæ per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum Canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, in ead. l. §. affines. *Affinitatis definitio.*

¶ Sed quod per fornicarium coitum, & incestuosum secundum nos contrahatur affinitas patet ex eo qui cog. consan. vxo. suæ. c. discretionem, & eo. tit. c. penult. Sed consideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere. ff. de grad. l. iurisconsultus in princip. & ff. de testi. l. iij. & iiij. q. iij. §. item in tur.

criminali. versi. item lege Iulia. Sed canon quoad matrimonialia prohibenda considerauit vnionem carnis, quæ insurgit ex copula. Et est videre secundum hoc, quod concurrere potest attinentia consanguinitatis & affinitatis: vt si quis cognoscat consanguineam suam, omnes consanguinei vtriusque sunt vtrique affines. Scias autem quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. xxxv. q. x. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra claustra pudoris. xxxv. q. iij. extraordinaria. & adde quod ibi not.

¶ Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdum sine: & publica honestas interdum sine affinitate, vt cognosco vxorem vel sponsam, hic impedimentum est publicæ honestatis & affinitatis: si cognosco non sponsam, hic affinitas sola est. si sponsam nondum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico quia si mortua est vxor tua, & vis contrahere de dispensatione Ecclesiæ cum consanguinea sua, & Ecclesia dispensat, quod possis contrahere cum illa, non obstante quod sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc contrahere non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatum est impedimentum publicæ honestatis. Debes ergo facere exprimi, quod possis cum tali contrahere, non obstante impedimento publicæ honestatis pro eo, quod desponsasti consanguineam eius in quarto gradu: & non obstante quod est tibi affinis in quarto pro eo quod dictam desponsatam carnaliter cognouisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitatis genus per quam regulam cognoscitur.

¶ Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non gradus. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo si is qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierem, illa est mihi secundo gradu affinitatis, & primo genere: si alius eam cognoscit ille attinet mihi secundo genere affinitatis, & secundo gradu: si ille aliam mulierem cognoscit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis: & secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit extra de consang. & affin. cap. non debet. hic circa hoc non insisto. Ergo si persona mihi consanguinea coniungat sibi aliam personam carnali copula, persona iuncta est mihi affinis primo genere affinitatis, si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri commisceat: illa attinet mihi secundo genere, si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere: sed eodem gradu.

Affinitatis gradus computantur sicut gradus consanguinitatis.

Est igitur videre de gradibus. Certum est quod affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere, & in illo vsque ad quartum gradum: licet affinitas non habeat suam specialem computationem graduum: sed computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus secundum regulas, quas tradidi in proxima arbore, & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere.

Arboris affinitatis formatio.

¶ Nunc formemus arborem, & in medio arboris sunt quatuor cellulæ. & in prima superiori ponitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de eis primo quæritur, quare ponantur in medio fratris & sororis. Secundo, quare non exprimant attinentiam, docendo, primus gradus affinitatis, & sic de singulis. Ad primum dic hoc fuisse videtur intelligi, quod affinitas oritur ex consanguinitate, & quod ab vtroque sexu virili & fœminino affinitas contrahatur. Ad secundum dic attinentiam non fuisse expressam: vt illa computatio graduum ad consanguinitatem & affinitatem referatur: vnde soror & frater sunt in primo gradu consanguinitatis, & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis. & sic de aliis. Deinde à latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quatuor cellulas continens: in prima scribitur frater, in secunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea continens alias quatuor cellulas. in quarum prima scribitur vxor fratris olim relicta. in secunda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt aliæ quatuor cellulæ: quarum prima soror. secunda sororis filia. tertia sororis neptis. quarta sororis proneptis. Ad dorsum harum sunt aliæ quatuor: prima vir sororis olim relictus. secunda vir filiæ sororis, tertia vir neptis sororis, quarta vir proneptis sororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, vna à latere dextro continens, relictus relictæ fratris: à sinistris relicta relicti sororis. quæ secundum omnes ponuntur ad decorem, & ad demonstrandum genera affinitatis. quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis, in qua scribitur primum genus affinitatis. Item alia linea reflexa, quæ oritur in cellula sororis, & terminatur in cellula vxoris fratris, in qua idem scribitur.

Quæstio

¶ Circa hoc quæro, quare in cellula vxor fratris scribitur olim relicta, quod non ponitur in aliis cellulis inferioribus eiusdem lineæ? Et dic hoc factum fuisse propter cellulam, quæ ponitur ad dorsum illius: quasi dicat: frater habuit vxorem. mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro. illa demum mortua ille relictus à relicta fratris vult contrahere cum sorore. numquid potest? olim non poterat, quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu: hodie vero potest. Idem sit repetitum quoad cellulam viri sororis.

Regula magistralis gradus affinitatis, & genus manifestans.

¶ Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris, quam ex prius dictis, tolle hanc solam regulam magistralem. Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis & eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri, & mulieris, & non viri & vxoris collige ex his quæ in principio dixi. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem. ideo dixi: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas. sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas: vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. extra de consanguin. & affinitat. quod super his. Primi generis quare dixerim, etiam ex superioribus patuit, & eiusdem gradus cuius est consanguinitas: vide hoc in arbore: nam frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis, & sic vxor fratris sorori; & sic filia sororis est filio fratris & ipsi fratri in secundo gradu consanguinitatis, maritus eius in secundo gradu affinitatis, & econuerso, & sic in reliquis. Vnde vir proneptis sororis attinet fratri & omnibus descendentibus, qui sunt in arbore, quarto gradu affinitatis, & hoc ideo, quia toto gradu consanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis. Qui sunt in arbore, ideo dixi, quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis; & sic attinet quinto gradu secundum regulas traditas in proxima arbore.

¶ Post hoc notandum est, illud præcisè non sequitur, ego & tu sumus affines; ergo filius, quem procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego sum tibi affinis & ipse consanguineus: interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum, si ego & tu sumus affines per appositionem mei. quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis. sed si ego maritus consanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si vero tu consanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis: sed si tu & vxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo vel primo, tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si verò tu & vxor mea eratis consanguinei in linea inæquali, sed vxor mea erat remotior, vt quia ipsa in tertio, & tu in secundo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis: tu in tertio gradu & ipse in tertio gradu. Item notà quòd istud etiam non sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam: quia si habeam consanguineam tuam in vxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere: quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri & consanguineos mulieris: sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem & consanguineos viri. vt dixi. & probatur extra de consang. & affini. quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsitan illa excederet quartum gradum, vt quia esset in quinto. & est simile secundum quod dixi supra in proxima arbore circa finem.

Affinitas per notabilia declaratur.

¶ Nunc quæritur, an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum vsque ad quartum gradum? Et si teneremus opinion. Goffre. de qua dixi supra in arbore proxima circa medium, diceremus quod vsque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus, quòd prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus. quod ita abstinere debemus à consanguineis vxoris, vt à propriis, extra de consang. & affinit. c. j. xxxv. q. iij. de propinquis. & c. æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines: ad idem Instit. de nupt. §. affinitatis. & dicit lex quod tales affines ascendentes & descendentes habentur loco parentum & liberorum ff. de grad. l. non facile. §. retro in fi. Eodem modo posset formari quæstio de affinibus, quorum vnus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proxi. in fin. An autem liceat diuersis temporibus habere in vxores duas cognatas, scilicet vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint. de hoc vide not. extra de consang. & affinit. c. non debet.

Affinitatis prohibitio inter ascendentes & descendentes est perpetua.

¶ Vltimo quæritur ad vtramque arborem, an prohibitio consanguineorum vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana. & quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias quod olim propter necessitatem frater necessario habuit contrahere cum sorore, & consanguinei cum consanguineis: vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit à principio generis humani in filiis & nepotibus Adæ. hoc etiam fuit post diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico verò prohibitæ fuerunt duodecim personæ, quas vide nota. extra de rest. spol. literas. & de diuor. cap. gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit consanguineos & affines primi generis coniungi in septimo gradu & citerioribus: quæ prohibitio postea vsque ad quartum gradum est restricta. extra eod. non debet. reuocatis etiam quibusdam aliis prohibitionibus, vt patet. Reuocatio verò fuit ex causa, quæ ibi ponitur. & extra de testi. cap. licet ex quadam. per quod patet, quod prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio vero prohibitionis sumitur xxxv. q. j. § j. cap. j. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater & socer, mater & socrus, vir & frater, & c. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerosius se charitas protenderet, in qua vniuersi fideles & præcipue studentes continue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Consanguinei & affines quo iure prohibentur coniungi.

GRegorivs.] In huius libri principio quinq; vel sex præcipue sunt prænotãda, videlicet, quæ sit intentio, quę materia, quę vtilitas, cui parti philosophię supponatur, quis modus agẽdi, & quis libri titulus. a Intẽtio D. Gregorij in hac præfeci compilatione fuit diuersas cõstitutiones & Decretales epistolas prędecessorũ suorũ in diuersa dispersas volumina seu cõpilationes, quæ difficultatẽ studẽtib. ingerebãt, in vnã compilationẽ (resecatis superfluis) ad vtilitatẽ legẽtiũ ac studẽtiũ reducere, prout in eiusdem Do. Gregorij cõstitutione euidentius declaratur. Materia in hoc opere sunt ipsæ constitutiones & Decretales epistolæ sub singulis ti. collocatæ. Vtilitas b est, vt his lectis, & intellectis sciamus discernere inter æquum & iniquum, & vnicuique reddere, quod suũ est, & in hoc iustitia consistit: vt Instit. *de iust. & iur. in prin. & 23. q. 2. cũ deuotissimam*. Supponitur Ethicæ, i. morali scientię sicut & alij libri iuris, vnde etiam dicit Imperator, legibus nostris hominum mores intẽdimus corrigere, *C. de secun. nup. l. . §. nanque. ibi*, Ne in his. Modus agendi talis est. Diuidit enim opus suũ in quinque partes. In prima parte tractat de summa Trinitate & fide Catholica, & de constitutionibus, de rescriptis, de iudicibus, & eorum officijs. In secunda parte tractat de iudicijs, & coopertib. ad iudicia. In tertia parte tractat de vita & honestate Clericorum, & de rebus eorum & ecclesiarum. In quarta de sponsalibus & matrimonijs & impedimẽtis eorum. In quinta de accusationibus & criminibus, & pœnis eorum. Et sic terminat tractatum suum, ipsum diuidẽs in quinque partes, ad similitudinem quinq; sensuum corporis, quos quilibet, qui iudicat, habere debet, aliter non est idoneus iudex. Sic enim omnis copula coniugalis restricta est vsque ad quartum gradum, ad similitudinẽ quatuor humorũ corporis humani: *vt j. de consan. & affi. non debet. §. prohibitio*.

a Titulus huius libri in manuscriptis vetustissimis ita habet: incipit compilatio decretalium Domini Gregorij Papæ IX.

b Quod alij dicũt, causam finalẽ, & ponit hoc gloss. causam finalẽ proximã. Causa verò finalis remota est felicitas & beatitudo, quæ sequitur ex causa proxima. vt in proœ. ff. §. discipulis. 2. in fi. Iom. Andr. in no.

DECRETALIVM
D. GREGORII PAPAE NONI
COMPILATIO.

GRegorivs Episcopus seruus a seruorum Dei dilectis filiis b Doctoribus & Scholaribus vniuersis Bononiæ † commorantibus, c Salutem d & Apostolicam benedictionem.

Rex e pacificvs f pia miseratione disposuit g sibi

Dicens: Gregorius episcopus, Seruus seruorum Dei, &c. titulum huius libri ponit.

Vnde versus, *Pars prior officia parat Ecclesiæque ministros.*

Altera dat testes, & cætera iudiciorum.

Tertia de rebus, & vita Presbyterorum.

Quarta docet quales sint nexus coniugiorum,

Vltima de vitiis & pœnis tractat eorum. Vel sic, & breuius:

Iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen.

¶ *Gregorius.*] Diuiditur in duas partes principales. In prima ponitur salutatio. In secũda exordiũ ibi, *Rex pacificus*. Prima subdiuiditur, quia primò ponitur quis scribit. secundo quibus scribit, ibi, *Dilectis*. tertiò salutat & benedicit ibi, *Salutem*.

Hi vers. & sequẽtia vsq; ad vers. seruus non sunt Bernardi, sed aliorũ additio.

¶ *Glo. sequens recitatur per modum quæstionis, quare se vocat Seruum, &c.*

a ¶ *Seruus.*] Sic etiam Imperator seipsum appellat seruũ. *C. de offic. præfe. præto. Afri. l. 1. circa princ.* Vel dic quod dicit ex humilitate: quia qui maior est vestrũ, fiat sicut minister vester. 9. q. 3. nullus primas. Mat. 20. Luc. 2 & Mar. 10. Vel seruus dicitur: quia sicut per seruum acquiritur domino *Inst. per quas perso. nob. acqui. circa princ.* ita etiã per D. Papam cuilibet Ecclesię potest acquiri. *j. de consti. cum instantia.* in particula quę decisa est de principio *j. vt lite pen. Ecclesia. 2.* sic per imperatorem acquiritur hominibus *in auth. constitu. quæ de digni. libe. à patr. potest. a. § illud quoque coll. 6.* & noctes ducit insomnes, vt subiecti sub omni quiete consistant. *in auth. vt iudi. sine quoque suffra. in princ. coll. 2.* & dicit Imperator: Voluntarios labores appetimus, vt quietẽ aliis præparemus. *in auth. vt diui. iussio subscript. habe. gloriosis. quæstio. in prin. coll. 8. & j. de rest. spol. c. frequens.* †

† Lib. 6.

b ¶ *Filiis.*] Bene dicit, *filios*, quia solummodo patriarchas, archiepiscopos, & Episcopos fratres appellat, omnes alios *filios*. *j. de tre. sal. quidam grani.*

¶ *Gloss. sequens recitat per obiectionem, quod compilatio non sit generalis, nec omnes liget, ex quo solum, &c.*

c ¶ *Bononiæ commorãtibus.*] Et ita non in castris, quoniam si in castris studeat, beneficia ex priuilegio sibi cõcessa occasione studij habere non debet *j. de cler. non resi. tua fraternitatis.* c Prçterea ex quo dicit, *Bononiæ*, nõ videtur, quod aliis mittatur alibi studentib. & sic nõ tenentur recipere hãc compilationẽ: quia litteræ Papę nõ extẽduntur ad alios, quã ad eos quibus mittuntur: vel qui continẽtur in eis *arg. j. de offic. deleg. P. & G. & c. gratum. & c. cũ olim.* Sed nõ est ita. omnes enim tenẽtur ad obseruationẽ hu⁹ cõpilationis, sed propter studiũ quod est Bononiæ cõmunius & generalius, pręcipuè in vtroq; iure, & ibi quasi de omnib. partib. mũdi sunt studentes, ideo potius Bononiæ dirigũtur, & ita omnes tenẽtur hanc cõpilationem obseruare, quæ nec possent, nec debent singulorũ auribus intimari. 16. *dist. quod decem. & j. de postu. præla. ad hæc.* Et constitutio principis post duos menses à tẽpore publicationis omnes adstringit *in auth. vt fact. noua con. circa pr. coll. 5. & j. de senten. excommunicatio.*

c Citat text. in l. generaliter. §. 1. C. de episc. & cler. not. Bar. in l. fi. ff. de coll. plenius in auth. habita. Cod. ne fil. pro pat.

d ¶ *Salutem.*] Per talem salutationẽ nõ tollitur excõmunicatio, si aliqui scholares, vel Magistri essent excõmunicati tẽpore publicationis. *j. de sen. excom. si aliquando.* ibi de hoc Bernar.

† In manuscripto Vaticano legitur, Parisiis, in altero Bononiæ & Parisiis, sed vt plurimum omnes habent Romanæ.

REx pacificvs.] Primò ponit exordium, in quo concludit finale intẽtum iuris generalis. Secũdò narrationẽ, in qua ostendit finale intentum huius compilationis, seu iuris particularis ibi, *Sane*. Tertio conclusionem, ibi, *Volẽtes*. Prima subdiuiditur: quia primò ponit finem viatoris, i. hominis, ad quem à Deo dispositus est. Secundo causam deuiationis ab hoc fine. ibi. *Sed effrenata*. Tertio vt ad debitum finem viator deducatur; concludit legem necessariam, & ostendit tres virtutes ac proprietates legis ibi, *Ideoque lex*.

Casvs. Pręmissa salutatione, sic pone casum in ista cõstitutione. Rex pacificus, i. Dominus noster Iesus Christus pia sua miseratione ab initio mundi disposuit, seu præuidit, subditos suos fore pudicos, pacificos, & modestos. sed ex aduerso interexit effrænata cupiditas sui prodiga, pacis æmula, mater litiũ, magistra iurgiorũ, quæ quotidie tot litigia generat, quod nisi iustitia reprimeret conatus ipsi⁹ sua virtute, & explicaret multiplices quæstiones, abusus litigatorũ extingueret fœdus humani generis, & concordia exularet, dato sibi libello repudij, extra mundi terminos. Et ideo cõtra istã cupiditatem lex prodita est, vt noxius appetitus ipsius restringeretur sub regula iuris, per quam humanum genus informatur, vt honestè viuat, alterum non lædat, ius suũ vnicuique tribuat. Secundò in versu illo, *Sane*, ponit Dominus Gregorius causam huius compilationis, dicens propter Magistrum Raymundum Capellanum suum ad communem vtilitatẽ studentium fecit redigi in vnum volumen diuersas constitutiones & decretales epistolas suorum prædecessorum, quæ dispersæ erãt per plura volumina & diffusæ, quarum aliquę propter nimiam similitudinẽ, quędam propter cõtrarietatem, quædam propter sui prolixitatẽ, cõfusionẽ inducere videbãtur. Quędam etiam vagabantur extra volumina s. dicta; de quib. (tanquam de incertis) frequẽter in iudicijs dubitabatur. Adijciẽs insuper quasdam cõstitutiones & decretales epistolas suas, per quas quædã, quæ in prioribus erant dubia, declarantur: in fine præcipit D. Gregorius Papa, vt hac tantum cõpilatione vniuersi vtantur in iudicijs & in scholis, districtè prohibens, ne aliquis præsumat aliã facere cõpilationẽ sine licẽtia sedis Apostolicę specialis. No. formã salutationis hic, quam generaliter omnib. facit D. Papa. No. quòd subditi & Ecclesiarũ prelati publice, honeste, sobrie, & modeste viuere debent. No. quod cupiditas est mater litiũ, & magistra iurgiorũ No. quod per iustitia reprimitur conatus cupiditatis. No. quod per iustitiam quæstiones implicitæ terminantur. Not. quod effectus iustitiæ est remouere lites, & sic per cõsequẽs tollit cupiditatẽ. Not. quòd tria sunt pręcepta iustitię. No. quod trib. de causis iura corrigũtur, scilicet propter nimiam similitudinẽ, contrarietatẽ, & prolixitatem; & sic vnũ ius corrigit aliud, & rẽddenda est ratio, quare corrigitur No. quod Princeps nõ tãtùm per se potest iura statuere, sed per aliũ. No. quod cõmunis vtilitas attendi debet; tamen studẽtiũ diligẽtius attẽdẽda. No. quòd licet par in parẽ nõ habeat imperiũ: tamen successor statutũ antecessoris corrigere potest & declarare: & sic nota, quod per posteriora priora declarantur. No. quòd ista compilatio est cãnonica, & in isto proœmio approbata, & ideo in iudicijs fidem facit. Not. quòd nemo post istam compilationem decretalium aliam facere præsumat sine licentia sedis Apostolicæ specialis.

e ¶ *Rex.*] Alibi appellatur Imperator. 1. q. 3. *Iulianus*.

f ¶ *Pacificus.*] Qui vt pacem doceret, venit in mũdum. 23. q. 8. *nisi bella*. regnum tamen eius non est de hoc mundo. ea causa, q. 1. § . & *in Euang. Ioan. c. 18. Tunc.*

¶ *Glossa sequens determinat qualiter Deus Rex pacificus aliquid disponere dicatur.*

g ¶ *Disposuit.*] Per prouidẽtiã & prędestinationẽ, nõ necessitate: quia vasis iræ. & c. 23 quæ. 4. *Nabuchodonosor. & c. vasis. iræ. de pœn. dist. 4. c. in domo patris. §. sic itaque. & in praced. & seq. §. §.*

subditos fore pudicos [a], pacificos [b], & modestos [c]. Sed effrænata cupiditas [d] sui prodiga [e], pacis æmula, mater litium, materia iurgiorum, tot quotidie noua litigia [f] generat, vt nisi iustitia [g] conatus eius sua virtute reprimeret, & quæstiones ipsius implicitas explicaret, ius humani fœderis litigatorum abusus extingueret, & dato libello [h] repudii, concordia extra mundi terminos exularet. ¶ Ideoque lex proditur [i], vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur [k], per quam genus humanum, vt honeste [l] viuat, alterum [m] non lædat, ius suum [n] vnicuique tribuat, informatur. ¶ Sane [o] diuersas constitutiones [p] & decretales epistolas prædecessorum nostrorum, in diuersa dispersas † volumina, quarum aliquæ propter nimiam similitudinem [q], & quædam propter contrarietatem [r], non nullæ etiam propter sui prolixitatem, confusionem inducere videbantur: aliquæ vero vagabantur [s] extra volumina supradicta, † quæ tanquam incertæ frequenter in iudiciis vacillabant. ¶ Ad communem & maxime studentium vtilitatem, per dilectum [t] filium fratrem Raymundum Capellanum & Pœnitentiarium nostrum, illas in vnum volumen (resecatis [u] superfluis) prouidimus redigendas: adiicientes constitutiones nostras, & decretales epistolas, per quas nonnulla, † quæ in prioribus erant dubia, declarantur [x]. ¶ Volentes igitur vt hac tantum compilatione vni-

a ¶ *Pudicos.* id est castos. sic & Imperator subditos suos castitatem [a] seruare hortatur. vnde dicitur: Castitas sola est quæ cum fiducia potest Deo animas præsentare. [b] in authen. de lenonibus. §. sancimus. coll. 1. quæ lædi non potest, imperari vero non potest 32. quæ. 5. *integritas.* Vnde debemus esse pudici: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. 32. quæ. 5. *nec solo.* Apo. tio. Et 23. dist. his igitur. ibi, Non vagi oculis. Hugo de Folleto: *Pudicus oculus nuncius est cordis, & excludit quicquid indecens occurrit. Impudicus quærens quod placet, per omnia discurrit, Volentes intrare patitur, nolentes hortatur. Inde oculi prima tela sunt adulteræ.* lo. Andr. in nou.

b ¶ *Pacificos.*] id est pacem custodientes vnde etiam dicitur *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* 23. q. 1. noli. Matt. c. 5. Tancred.

c ¶ *Modestos.*] id est temperatos: quia quilibet debet habere in se temperantiam, vt sciat seruare misericordiam & vigorem, vel simul vtrunque. 45. dist. in. disciplina. Bern.

d ¶ *Cupiditas.*] quæ est radix omnium malorum. 47. dist. *Sicut hi qui honorum.* in auth. vt iudi. sine quoque suffr. §. *cogitatio.* coll. 2. [c] & hoc idem innuitur de pœnit. dist. 2. § *quia radix omnium.* post illum §. *ex præmissis.* Ber.

¶ *Gl. seq. in fin. opponit de contrarietate literæ.*

e ¶ *Sui prodiga.*] Quia non solum rerum, sed etiam famæ quis prodigus est: vt habetur C. de iis qui poten. ne l. 1. in fin. & j. de accu. cap. prælatorum. alias, cap. vlt. & talis crudelis est, qui famam suam negligit. 12. quæst. 1. nolo. Et vere: quia omnis ætas ab adolescentia prona est in malum. 11. quæst. 1. *omnis ætas.* alias, cap. 1. Et omnis creatura sub vitio est. *de pœnit. dist. 2. c. qui in principium. §. charitas. vers. sicut ergo.* & humana natura quodammodo labitur ad delicta. *in auth. ne monach. §. si quis igitur. collat. 1.* & procliuius est hominum cursus ad voluptatem, & natura est imitatrix vitiorum. 20. *quæst. 3. procliuius.* vnde Claudianus: *Procliuior vsus, in peiora datur.* Sed in eo quod dicit *prodiga*, videtur sibi contraria littera ista: quia primo dixit *cupiditas*, quia qui est cupidus non est prodigus. Sic intellige, *cupiditas* refertur ad retentionem temporalium, *prodigalitas* ad euacuationem virtutum: quia vnum expellit aliud. 32. *quæst. 1. cum renunciatur.* Ber.

f ¶ *Noua litigia.*] Hoc dicit, quia humana natura prona est ad dissentiendum j. *de conces. preben. quia diuersitatem. & ff. ad Trebel.* quia poterat. *& de conse. dist. 4. sicut in sacramentis. §. item si posset. & ff. de arbitr. item si vnus. §. vltimo.* & semper nouas deproperat edere formas. C. *de veter. iur. enud. l. secunda §. sed quia diuina. & in proœmio sexti libri.* Et natura introductum est, vt plura sint negotia, quam vocabula. *ff. de præscript. ver. natura.* vnde dicit Imperator, quod natura nouitates quotidie nititur inuenire: *vt in authen. quibus modis natu. effi. leg. §. si quis vero. colla. 6.* [d] Et ideo nouis morbis noua conuenit antidota præparari. j. *de iur. calum. cæterum.* Et varia experimenta morborum, varia nos cogunt remedia inuenire. 10. *dist. vt constitueretur.* Et quod medicamenta morbis exhibent, hoc iura negotiis, *in authen. hac constitu. quæ innouat constitutionem. in principio coll. 8.* Et quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent. *ff. de interrog. act. de ætate §. ex causa. & ff. vt in poss. leg. plane. & ff. de vent. inspic. l. 1. in principio. & infra de offic. deleg. insinuante. & infra de except. pastoralis. infra de testibus præsentium. & c. penul.*

g ¶ *Iustitia.*] Quæ ab aliis virtutibus augeri, & ad maius apparere desiderat *in authent. de referendariis. §. propterea. collat. 2.*

h ¶ *Libello repudij.*] Quem olim maritus dabat vxori. *infra de diuor. gaudemus. in fi. & ff. de diuor. l. 2. §. in repudiis.*

i ¶ *Lex proditur.*] Vt humana coërceatur audacia, & tuta sit inter improbos innocentia. 4. *dist. factæ sunt autem.* nam per leges nemo bene facere cogitur, sed male agere prohibetur. 23. q. 5. *ad fidem.* Et expone, *proditur*, i. de nouo promulgatur: vel i. aperitur & manifestatur. Et dicitur *lex*, quia ligat, vel legitime agit obseruatores remunerando, transgressores puniendo. 3. *dist. omnis lex. ff. de iust. & iur. l. 1.* Ioan. And.

k ¶ *Limitetur.*] Limes est agrorum discretio. Vnde versus: *Limes erat positus, litem vt discerneret agris.* j. *de verb. sign. forpis.*

¶ *Glossa sequens declarat quomodo intelligatur verbum, honeste viuere.*

l ¶ *Honeste viuat, &c.* Hæc sunt tria præcepta legis, de quibus habes *ff. de iust. & iu. l. iustitia. §. 1. & Inst. eod. tit. §. iuris præcepta.* & sic sunt intelligenda honeste viuere quantum ad se: in his scilicet quæ nobiscum agimus, quæ honestas circa matrimonium consideratur. *ff. de rit. nup. l. semper. 31. dist. Nicæna.* & circa mores. *ff. de tu. & cu. da. ab his l. sed re. §. pen. & §. vlt.* Ber.

m ¶ *Alterum non lædat.*] In his scilicet quæ circa alios agimus. vnde illud: Quod tibi non vis fieri, aliis non facias. in prin. decretorum. *dist. 1. humanum genus. & infra de maioritate & obedientia. cap. dilecti.*

n ¶ *Ius suum vnicuique tribuat.*] Siue sit pœna afficiendus, siue præmio remunerandus. *dist. 3. c. si. & infra tit. prox. c. firmiter. q. 1. in fin.* Et per hoc dicitur seruire Deo, sibi, & proximo, & summum bonum in vita est iustitiam colere, & ius suum vnicuique tribuere. 11. q. 3. *cum deuotissimam.* Et per hoc dicitur, *vnicuique*, datur intelligi, qualiter debeat se habere erga superiorem, parem & subiectum.

o ¶ *Sane*] Ista secunda pars in qua ponitur narratio, subdiuiditur: quia primo ponit euentum circa constitutiones ecclesiasticas correctioni submittendas: & ponit materiam & causam impulsiuam huius compilationis. Secundo concludit causam finalem: ibi, *Ad communem.* Tertio causam coadiuuatiuam: ibi, *per dilectum.* Quarto formalem: ibi, *resecatis.* Et hæc diuisio sufficit pro summario. Abb. Siculus.

p ¶ *Constitutiones.*] Constitutio est, quam Princeps facit proprio motu: decretalis epistola est, quando respondet ad consultationem. *infra de sen. excom. c. si concubinæ.*

q ¶ *Similitudinem.*] Idem dicit Imperator, & eandem causam assumit. *C. de nouo co. facien. §. quibus specialiter. & de emen. co. do. Inst. §. supradictis.*

r ¶ *Contrarietatem.*] Et ideo compilatio antiqua non fuit legitime ordinata: quia nulla contrarietas debet esse in iure. *C. de vete. iur. enucl. l. tanta. §. contrarium.* ideo in præsenti compilatione nullum debet contrarium reperiri.

s ¶ *Vagabantur.*] Quas videbitis per titulos collocatas, istæ non erant in antiqua compilatione, & sunt istæ *infra de seruis non ordi. miramur. infra de biga. à nobis. & sic de aliis.*

t ¶ *Per dilectum.*] Et recte & ordinate. debent enim taliter compilari decretales, vt ordo temporum ipsarum ex illarum compositione & dispositione clarescat: primis in primo loco, posterioribus in secundo ponendis: *vt C. de no. co. fa. in 1. consti. in §. quibus specialiter.* quod quidem seruatur in præsenti compilatione: sed in antiqua non. Et qui eas componunt, non solum debent esse gloriosi doctrina legum, sed experientia rerum: *vt C. eod. tit. consti. 2. quæ est de Inst. co. com.* Vnde per ordinationem istius compilationis illas scietis, qui illorum, quorum tempore constitutiones, consilia, decretales, edita sunt, præcessit.

u ¶ *Resecatis.*] Potest ergo D. Papa derogare constitutionibus prædecessorum suorum, non obstante quod par in parem non habet imperium *ff. de arb. l. nam magistratus.* & est ratio quia eadem persona censetur cum eo, qui succedit, & nemo potest sibi hanc legem imponere, ne liceat sibi à prima voluntate discedere. *ff. de leg. 3. l. si quis. in prin.*

x ¶ *Declarantur*] Infra de regular. statuimus, quæ exponit illam, consulti.

¶ *Glo. seq. obiicit, soluit, opponit, & oppositioni respondet: demum principali obiectioni dat secundam solutionem: vltimo format, & soluit duas quæstiones.*

a B. Aug. lib. 4. c. 3. contra Iulianum Pelagianum.

b Facit tex. in l. quoniam prætcritæ, cum no. C. de sec. nup. Bart. in l. mulier. §. quia proponebatur ff. ad Turp.

† Facit tex. in l. 1. C. de nou. codic. compo. & l. 2. §. si quid autem in tanta. C. de vet. iu. enucl.

† Multa.

c Propter hoc etiam in decib. præcipitur, quod mundas teneant manus, abstinentes ab omni acceptione: his contenti quæ dantur a fisco. Ioan. And. in nouell.

d Et in col. de conse. & vter fra. in prim. Sene. libro 6. nat. quæst. Quotidie aliquid subtexitur, aliquid elegantius excogitat luxuria furor vsitata contemnens. Ioan. And. in nouel.

e Concord. text. in §. sed si ab init. quib. mo. ius pat. pot. sol. &c. sin. reg. l. pen. & de eius significato. Vide per Bal. in l. 1. ff. de offic. præf. vrb. & in l. 1. & l. empti. ff. de act. empt.

† Barsam.

f Concor. gl. cum tex. Insti. de iusti. & iu. §. iuris præcepta. in versi. alterum non lædere. & ff. eo. l. iustitia. super eo. versic. & ff. quod quisq; iur. in princ.

a ¶ In

...uersi vtantur in iudiciis[a] & in scholis, districtiùs prohibemus, ne quis præsumat aliam facere absque autoritate sedis Apostolicæ speciali.

a ¶ *In iudiciis.*) Sic ergo videtur, quòd omnibus decretalibus istis vti possumus in iudiciis: quia indefinita æquipollet vniuersali.[a] *19. dist. si Romanorum. & j. de priuil. quia circa. & ff. de seruis. si cui. ff. de ser. vrb. præd. l. si seruitus.* & ita non est hic aliqua indulgentia siue dispensatio, quod falsum est, immò multæ sunt,[b] & indulgentia non debet trahi ad consequentiam. *7. q. 1. petisti. & Inst. de iure na. §. planè.* Dicas, quòd propter vnam decretalem, vel duas, aut plures, nec plùs nec minùs est. & est simile *de conse. dist. 2. reuera in prin.* vbi dicit, quòd omnes illi qui mànducauerunt de mànà illo, quod pluit filiis Israel in deserto mortui sunt: & tamen Caleph & Iosue non fuerunt mortui in deserto, immò intrauerunt terram promissionis. *76. dist. secundò.* & ita modicum quid non nocet. Item modica res non inducit simoniam. *j. de simo. & si quastiones.* Arg. contra: quia pro modica re datur actio furti. *14. q. vlt.*[c] *c. vlt.* & pro sex solidis tantum committitur simonia. *j. de simon. ex tua fraternitate.* & pro vna gallina committitur furtum. *Instit. de rer. diui. §. gallinarum.* Sol. dic, in talibus affectus & intentio committentis consideratur. Vel dicas, quòd dicit in scholis, refertur ad decretales illas, quæ continent indulgentiam siue dispensationem: quia illæ debent legi in scholis, vt per doctrinam sciatur, vbi & quando sit dispensandum. Quæ vero ius commune continent, referuntur ad vtrunque: quia illis vtimur in iudiciis & in scholis. Si verò decretalis aliqua de cætero inueniatur extra compilationem istam, quid fiet? Tene, quod dicitur *j. de fid. instr. c. pastoralis.* Hic præcipit Papa, vt tantùm hac compilatione vniuersi vtantur. Quid erit, si aliqui vellent vti & legere priorem? Dico, quod illi essent excommunicandi: quia faciunt contra mandatum Principis. *j. de maio. & obe. si quis. & 25. q. 1. generali.*

a *De hoc dat Vt no. j. de ele. vt circa li. 6. Io. Andr. in Nouel.*

b *Infrà de elect. quia diligētia. & c. quod sicut in fi. & de con. præb. constitutus. Io. And. in Nouel.*

c *Concord. tex. in l. si abducta. cū gl. fi. & ibi Cy. & Pet. de Bel. per. C. de fur. melius in l. sed nec. ff. de cond. fur.*

TITVLVS PRIMVS.

De summa Trinitate, & fide Catholica.

¶ Innocentius III. in Concilio generali †.

¶ Tractat de Trinitate, & ipsius operibus: de fide, & articulis fidei.

¶ Glossa sequens primò dicit, quare hæc rubrica fuerit præmissa. Secundo tractat de fide per modum summæ, quærens de quatuor, quæ ordinate prosequitur.

DE SVMMA † TRINITATE.

Quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est. *16. quæst. 1. ad Rom. 14* & infrà de prescri. quoniam omne. & ordo nostræ reparationis à fide sumpsit exordium: ideò de fide catholica primò est agendum. Et quia in fide primò instrui debemus, vt sic ad baptismum creduli veniamus, de consecra. dist. 4. ante baptismum, videndum est ergo quid sit fides, prout hic accipitur, & quot modis accipiatur, & quot sint species fidei, & quot articuli, quod præmium credentium, & quæ sit pœna non credentium. Fides enim multis modis dicitur. Dicitur fides quandoque idem quod *sacramentum baptismi. 43. dist. de Iudæis,* & infrà de baptis. & eius effectu. debitum. Item dicitur fides *castitas tori. 27. quæstio. 2. coniuges. 28. quæst. 1. caue.* & infrà de iureiurand. quemadmodum. & est vnum de tribus bonis matrimonij. ead. causa, & quæstio. 27. quæstio. 2. omne itaque. infrà de condi. appo. c. vltim. Item dicitur fides *securitas,* siue *pactum,* quæ etiam hosti seruanda est. 23. quæstio. 1. noli. Item dicitur fides quandoque *conscientia.* infrà de resti. spolia. litteras. §. nos autem. circa princip. & infrà de præscrip. quoniam omne quod non est ex fide. 4. conscientia. de pœni dist. 3. quærat. § item illud Ambr. alias est ver. Item dicitur fides *credulitas,* secundùm quam credimus id, quod non videmus. Fides enim est de re non visa. de pœn. dist. 4. in domo veri. & si abiero. vnde etiam dicitur: *Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.* Item dicitur fides *promissio.* Inst. de rerum di. §. venditæ. & infrà de spon. duo. c. 1. Item alio modo dicitur fides *collectio articulorum* vt hic. c. 24. q. 1. hæc est fides. præterea & in symbolo Athanasij: *Hæc est fides Catholica, quam nisi quis,* &c. Item dicitur fides *æquitas* in actionibus considerata. Instit. de act. §. actionum autem quædam sunt bonæ fidei, quædam stricti iuris. Fides verò sic describitur ab Apostolo in epist. ad Hebr. prout hic sumitur. *Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentiū.* Et dicitur *substantia sperandarum rerū*: quia sperare debemus, quod dictum est à Prophetis esse futurum. *Argumentum non apparentium* dicitur: quia per prophetias iam cōpletas debemus habere argumentum, id est, probationem nō apparentem de futuris complendis, scilicet de die iudicij, & de fine mundi. Sed videtur, quòd definitio ista non sit bona: quia vera definitio cōuertibilis debet esse cum suo definito: sed hæc non est conuertibilis: quia spes similiter est substantia sperandarum rerum. vnde videtur inferendum, quòd fides est spes, quod est falsum. Item hæc definitio videtur loqui tantùm de futuris, cùm fides sit tam de præsentibus, quàm de præteritis & futuris, eo quòd habet se ad omnia: ad præterita, quia credendum est Christū fuisse natum & passum: ad præsentia, quia credendū est, quòd ipse sit, qui in altari quotidie conficitur: ad futura, quia credere debemus ipsum venturum & iudicaturum viuos & mortuos: & ita videtur esse insufficiens ista definitio. & licet diuersa tempora comprehendat, vna tācum fides esse videtur.[d] Vnde satis potest dici, quòd nō est vera definitio, sed quædam notificatio fidei ab Apostolo dicta. Potest autem magistraliter definiri: *Fides est voluntaria certitudo absentium, infra scientiam, & supra opinionem constituta.* Scientia enim habet cognitionem, fides vero non. Vnde dicit Aug. *Fides est credere quod non vides.* de pœni. dist. 4. in domo. Species autem fidei sunt duæ. Vna est formata, quam habent boni: & est alia informis, quam habent mali, & existentes in mortali peccato: & fides eorum caret forma. Prima est virtus, à qua dicuntur fideles, quicunque baptizantur. de consecr. dist. 4. si qui apud. & talis fides dicitur informata charitate. Vnde sic potest definiri: *Fides est qualitas, qua quis credit, quod diligit.* Charitas dignior est penes quā consistit omne meritum: & est fons viuus, cui non communicat alienus, scilicet, à fide. infrà de reg. licet in fi. & de pœni. dist. 1. omnis qui nō diligit. Vnde dicit Augustin. *Fides quæ per dilectionem operatur, est fundamentum omnium virtutum.* 2. q. 1. cum Paulus, & alias ita definit. *Hæc est fides quæ per dilectionem operatur.* de pœnit. dist. 2. charitas. §. item dominus. Amen. ver. hæc est fides. & non ea quæ dæmonum est. quæ credunt, & contremiscunt. De fide informata charitate dicit Abacuch Propheta: *Iustus autem in sua fide viuit.* Eadem nostra est eadem in substantia cum fide antiquorum, vt dictum est: quod probat Euangelium, *Turba autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes, Osanna*[e] *filio Dauid.* Distant tamen in qualitate: quia quòd ipsi credebant de futuro, nos credimus de præteritis, scilicet Christum natū & passum.[f] Principales autem articuli fidei nostræ sunt septem, secūdùm quòd septem sunt dona spiritus sancti: quos quilibet Christianus scire tenetur: Clerici explicitè, Laici implicitè, & credere sicut tenet Ecclesia: Et sunt hi: Incarnatio siue natiuitas, baptismus, passio Christi siue mors eius, descensus ad inferos, resurrectio, ascensus in cœlum, aduentus eius in iudicium. De quibus habet in prima constitutione, firmiter. pro quibus Ioan. in Apocal. legitur dixisse. vbi dicitur: *Vidi librum signatum septem sigillis formam imprimentibus in cælo, & in terra, & apud inferos: & nemo fuit dignus aperire librum, nisi Leo de tribu Iuda.* Et isti septem articuli patent in his versibus:

Nascitur, abluitur, patitur, descendit ad ima,
Surrexit, scandit, veniet discernere cuncta.

Secundùm quosdam Theologos sunt duodecim articuli fidei propter duodecim Apostolos, qui eadem hora instinctu Spiritus sancti symbolum composuerunt. Vnde dicitur symbolum à syn quod est simul, & bolas, quod est morsellus: quia vnusquisque Apostolorum suum morsellum, id est, partem suam apposuit. Et est aliud symbolum maius, quod cantatur in Missa, in Nicena synodo factum propter Græcos, qui non credebant, quod Spiritus sanctus procederet ab vtroque. de consecr. distinct. 5. capitulo vltimo & penultimo. Est & tertium symbolum Athanasij: *Quicunque vult.* quod cantatur in prima. Istud potest appellari quartum symbolum: & ita sunt modo quatuor sicut quatuor Euangelistæ. Præmium vero credentium est vita æterna. Pœna verò non credentium est gehanna perpetua, iuxta illud: *Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit: & qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit,* infrà de bapt. & eius effectu, maiores.[g] Ber.

De hac materia habes de conse. dist. 5. c. vlt. de conse. dist. 5. c. pen. & vlt. 22. dist. per totum. 23. dist. qui Episcopus.

† *Lateran. c. 1. & c. 2. eod. tit. in 4. compilatione.*

† *Quare dicatur summa, & quare Trinitas, vide per Host. in sum. huius tit. in prin.*

Ad Hebr. cap. 11.

d *De hac dictione, fides, vide meliorem glo. de iure iu. c. monet. in verf. neque. 22. q. 1. & per Leg. in rubr. C. de sum. Tr. & fid. Cathol.*

e *Secūdùm Aug. est vox obsecrantis, magis affectum significans, quàm rem aliquā exprimens.*

f *De articulis ad humanitatē Christi spectantibus loquitur. Vide S. Thom. 2. 2. q. 1. art. 8. q. 2. art. 7.*

g *Concord. tex. in l. liberos claras. circa med. C. eo. tit.*

FIRMITER.) Non solet summari, sed pro summario diuiditur in duas partes principales. Secūda ibi, *Vna verò.* Prima tractat de summa Trinitate, & eius operibus, de fide catholica, & articulis fidei. Secunda pars principalis tractat de sacramentis.

CASVS. Not. quod post symbolum Apostolorū, quod dicitur, *Credo in Deum,* quatuor Concilia cōdita fuerunt à sanctis Patribus de summa Trinitate & fide Catholica cōtra quosdā hęreticos: de quib. quatuor Cōcilus legitur 15. d. c. 1. in quibus cōdemnati sunt quidā Hęretici, qui de fide catholica & summa Trinitate perperam sentiebāt. de hac fide catholica legitur 23. dist. c. 2. circa pri. ibi, *& ante omnia.* Est & aliud symbolum maius, quod cantatur in Missa in Nicæna synodo factum ꝓpter Gręcos, qui non credebant, quod Spir. sanctus procederet ab vtroq;. postmodum aliud [a] symbolū Athanasij secutū est, illud scil. *Quicunque vult.* Istud autem Concilium posset appellari quartū symbolum, in quo illud quod de fide catholica, & de summa Trinitate in prædictis Cōcilijs & symbolo cōtinetur, confirmatur & repetitur. Vt ergo melius intelligas casum, diuide c. istud in quinq. partes, secundū quod sunt signatæ. In prima parte dicitur ꝙ firmiter credere de[bemus] & simpliciter confiteri, ꝙ vnus solus verus est Deus æternus, & immensus, & incōmutabilis, omnipotens, ineffabilis. sc. Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: tres personæ, sed vnà essentia, simplex omnino: Pater à nullo, Filius à Patre, Spiritus sanctus ab vtroq; procedens, absq; initio, semper, & sine fine: creator omnium visibiliū, & inuisibilium, spiritualium & corporaliū, qui ab initio tēporis vtramq; de nihilo cōdidit creaturā, spiritualē & corporalem, angelicam & mundanā, & postmodum humanam quasi communē, ex corpore & spiritu constitutam. Diabolus autē & alij Dęmones à Deo creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali: Homo verò peccauit diaboli suggestiōē. In secūda parte. s. *hæc sancta Trinitas,* de qua pręmissū est, iuxta ordinatissimā dispositionē temporū per Moysem, & Prophetas, & alios famulos suos humano generi doctrinam tribuit salutarē. & tandē vnigenitus Filius Dei à tota Trinitate cōiter incarnatus ex Maria Virgine, Spiritus sancti cooperatione cōceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne cōpositus, vna persona in duab. naturis, viā vitæ demonstrauit secundū diuinitatē immortalis, secundū humanitatē passibilis & mortalis: subiiciendo sex articulos fidei in persona ipsius Domini: redditurus in fine sæculi tā reprobis, quā electis secundū merita sua. In tertia parte dicitur, ꝙ est vna vniuersalis Ecclesia, extra quā nullus omnino saluatur: in qua idē ipse qui sacerdos est & sacrificium Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramēto altaris veraciter continetur sub speciebus panis & vini, transmutatis pane in corpus, & vino in sanguinē potestate diuina: vt nos accipiamus de suo, quod accepit de nostro. & hoc sacramētū nemo pōt cōficere, nisi qui sacerdos sit: qui secundū claues Ecclesię ritè fuerit ordinatus, quas Dominus concessit Apostolis & eorū successoribus. In parte quarta, videlicet *Sacramētū,* &c. dicitur, quod baptismus qui est secūdus articulus fidei, in nomine Patris. & Filij, & Sp. sancti, cōsecratur in aqua: & si in forma cōcedatur Ecclesię, à quocūq; cōferatur, tā paruulis q̄ adultis ꝓficit ad salutē. & si post baptismū quis in peccatū ꝓlapsus fuerit, p verā poterit pœnitētiā reparari. Vltimò dicit, qđ virgines cōtinētes & etiā cōiugati per fidē rectā, & etiā p operationē bonā ad æternā beatitudinē merētur peruenire. No. istā decretalē in examinatione Hęretici. Itē no. ex hac littera, ꝙ simpliciter homo debeat fidē cōfiteri. Itē no. ꝙ Pater & Filius, & Spiritus S. idē sunt secundū substātiā. Itē no. ꝙ diaboli creati sunt boni, sed per liberū arbitriū facti sūt mali. Itē no. ꝙ Christus descēdit in anima, resurrexit in carne, ascēdit in vtroq;. Itē no. ꝙ vna tātū Ecclesia est, extra quā nullus potest saluari. No. quod sacerdos ritè ordinatus verū conficit corpus Christi. No. ꝙ sacramentū baptismi à quocunq; collatum ꝓficit ad salutē. No. ꝙ si aliquis lapsus fuerit in peccatū, potest per verā pœnitentiā reparari. Itē no. contra Hęreticos, ꝙ coniugati possunt saluari.

† Hanc decretalē, & seq. eruditissimè explicat B. Tho. opusc. 23. & 24. to. 17.

† Similis text. est in effectu, in l. nullus hæreticus. C. eod. tit.

a Hæc regula potius dicitur quàm symbolum.

CAP. I.

FIRMITER [a] † credimus [b] & simpliciter [c] cōfitemur: quòd vnus [d] solus est verus [e] Deus æternus [f], immensus [g], & incommutabilis [h], incomprehensibilis [i], omnipotens [k], & ineffabilis [l] Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: tres quidem personę, sed vna essentia †, substantia, seu natura simplex omnino [m]: Pater à nullo, Filius à Patre solo, ac Spiritus sanctus pariter ab vtroque: absque initio, semper ac sine fine: Pater generans, Filius nascens, & Spiritus sanctus procedens, cōsubstantiales, & coæquales, & coomnipotentes [n] & coæterni [o], vnum vniuersorum principium: creator omnium visibilium & inuisibiliū, spiritualium & corporalium: qui sua omnipotenti virtute simul [p] ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam [q] quasi communem [r] ex spiritu & corpore constitutam. Diabolus [f] enim & alii dæmo-

a ¶ *Firmiter.*) Hoc ideò dicit, quia ordo fidei nostrę probari non potest: & quia vbi ratio deficit, fides supplet. *de conse. d. 4. c. nihil est aliud. & dist. vl. c. vlt.* arg. vt ꝙ sermo sonat, effectus sentiat. 1. fides. *de cons. di. 2. c. reuera. in fin.* quia fides est *(in defect.)* de re non visa. *de pœ. di. 4. in domo. in fin.*

Fides supplet, vbi ratio deficit.

b ¶ *Credimus.*) Hoc ideo dicit: quia dubius in fide, infidelis est. ꝗ. *de hær. c. 1.* & arg. 22. q. 1. *omne quod. in fin.* Et est simile de accusato, cōtra quē nihil est probatū, & sic remanet dubius, quādo se nō purgat. Et quia fides est exordiū nostrę reparationis: ideo prius de ea pręmittit, quia prius homo debet instrui in fide. *de conse. di. 4. ante baptismum. & c. ante. 20.*

¶ *Gl. seq. dat tria similia, & submittit genus.*

c ¶ *Simpliciter.*) Fides enim simplicib. verbis est ꝓponēda. 25. di. q Eps. & 24. dist. quādo. Sic & testimoniū debet esse purū. 3. q. 9. pura, & simplex debet esse cōstitutio, similiter & lex. 4. dist. erit autē. Sic & quælibet scriptura si obscure loquatur, ꝓ nō scripta habetur. ff. de iis q̄ ꝓ nō scri. hab. l. 1. sic & testimoniū obscurū nō valet. ꝗ *de prob. in præsentia. &* ꝗ *de test. cū clamor. & ff de inter. ac. de ætate. §. nihil interest.* Et generaliter nūq̄ pextranea verba res est ꝓponēda, sed per vsitata. arg. 37. *dist. relatū.* Io. An.

Obscuritas est fugienda.

d ¶ *Vnus.*) Hoc dictum fuit ad differentiam plurium planetarum, quos quidam colebant tanquam Deos.

e ¶ *Verus.*) Dictus est ad differentiam fictorum.

f ¶ *Æternus.*) hoc ideò dicit, qa misericordię Dei nec mēsuras possumus ponere, nec tempora definire. *de pœ. d. 1. multiplex. & 26. q. 6. si quis.*

g ¶ *Immensus.*) i. Sine mēsura: vnde dicitur *Intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus, supra omnia non elatus.*

h ¶ *Incommutabilis.*) 21. q. 4. *incōmutabilis.* & tā dat cūcta moueri. vnde Boe. 3. de cōsol. *Stabilisq; manēs dat cūcta moueri,* &c. sępe tā mutat sētētiā suā, vt ibi dicitur. & c. *vnusquisq;. in fi.*

Boetius.

i ¶ *Incomprehensibilis.*) Vñ in veteri lege dicitur: *Bestia quæ montē tetigerit, lapidabitur.* & illud: *Accedet homo ad cor altū, & exaltabitur Deus ab eo.* & illud: *O altitudo diuitiarū sapiētiæ & scientiæ Dei, quā incōprehēsibilia sūt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.*

† iudicia.

k ¶ *Omnipotens.*) Quia omnia potest, quæ decent eius potentiam, & quæ posse est aliquid posse. vnde peccare nō potest: quia peccare non est aliquid posse: vt ait Aug. immò est aliquid non posse. *vt de pœ. dist. 2. c. vlt. §. charitas.*

Peccare non est aliquid posse.

l ¶ *Ineffabilis.*) Vñ illud, *Sapientiā eius quis enarrabit?* q. d. nullus.

¶ *Gl. seq. tractat de triplici cōpositione, & dat simile in anima.*

m ¶ *Simplex omnino.*) No. ꝙ multiplex est cōpositio. Est enim ꝓpriè cōpositio partis ad partes, vt in reb. corporalib. Itē est cōpositio ꝓprietatis ad subiectū, vt rationabilitas in aīa. Itē formę ad substātiā, & substātię ad formā, & nulla istarū cōpositionū cadit in Deū: & ideò dicitur simplex oīo. i. à quolibet sensu cōpositiōis. Et pone quasi simile in aīa, cuius substātia simplex est: & tā tria reperiūtur in aīa. Intellectus q̄ ꝓcōcipit: rō q̄ discernit, & memoria q̄ cōseruat. Intellectus pręcōcipiēs, Patri primò opātī cōparatur: Rō discernēs cōparatur Filio, q̄ est sapiētia Patris, disponēs oīa in cœlo & in terra. Memoria cōseruās cōparatur Spiritui S. q̄ oīa bona corroborat & cōfirmat. Sicut ista tria idē sunt in substātia cū anima: sic & tres personę Pater & Filius & Sp. S. idem sunt in substantia.

b Nam si esset quid compositum, esset dare aliquid prius Deo s. partem eius, quod non est intelligibile.

c Alij dicūt quod memoria Patri, intelligentia Filio, voluntas Spiritui sancto: aliquid intellectum Patri, volūtatem Filio, memoriam Spiritui S. & de hoc per Ho. in summa. eo. ti. §. 1. Io. And.

n ¶ *Coomnipotentes.*) Vt in symbolo Athanasij, sed tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens.

¶ *Gl. seq. signat contrarium, & soluit.*

o ¶ *Coæterni.*) Sed cōtra vr ī dicto symbolo, vt dicit: & tā non tres æterni, sed vnus æternus. Sol. hic ponūtur adiectiuè istę dictiōes, ibi aūt substātiuę. hęc est differētia, hic designāt ꝑsonas. ibi essētiā, sed totę tres ꝑsonę coęternæ sibi sūt & coæquales.

p ¶ *Simul.*) Vnde Salomō *Qui † manet in æternū, creauit omnia simul.* vnde in Gen. *In principio creauit Deus cœlū & terram:* quod simul factum fuit, sed simul dici non potuit.

† Genes.

q ¶ *Humanā.*) Quia prima die Angelos creauit, & sexta die creauit hoīes.

r ¶ *Quasi cōmunē.*) i. mediā inter angelicam & mūdanam vel cōem. i. vtriq; cōformē: quia in plurib. cōformat se cū Angelis. s. in rōne & discretione: & in multis cum inferiorib. creaturis: quia sentimus cū illis, & in plurib. alijs.

f ¶ *Diabolus.*) Dicitur criminator, & est Græcū vocabulum: deriuatur autē à dia, quod est duo: & bolus, quod est morsellus, qa duos bolos tantū de corpore & anima quęrit facere.

Diabolus dicitur calumniator: mā diaboli columniā fingit.

a ¶ *Demo-*

a ¶ *Damnes.*] Dæmõ interpretatur sciens. Et est arg. ex hac littera, quod de bono procedat malum: quod est falsum. vt hic exponitur: quia angelus non habuit remediũ sicut homo. a quia homo peccauit per suggestionẽ, angelus per se sine alterius suggestione, vt dicit littera sequens.

a Homo peccauit per suggestionẽ.

inclusio in arca, per quã tunc fuit saluatũ genus humanum. figurat e a inclusionem diuinitatis in humanitate, per quam erat saluandum. Io. And.

a *Melius dicas, vnione cum humanitate.*

i ¶ *Impassibilis.*] 12. q. 4. *incommutabilis.* & habetur figura his vers. *Nil Isaac patitur, aries fit victima Christo.* *Nec deitas patitur, cum moriatur homo.*

nes a à Deo quidem natura b creati sunt boni, sed ipsi per se c facti sunt mali. Homo verò diaboli suggestione d peccauit.

¶ Hæc sancta Trinitas secundùm communem essentiam indiuidua, & secundùm personales proprietates discreta: primo per Moysen, & sanctos prophetas, aliósque famulos suos iuxta ordinatissimã e dispositionem temporum doctrinam humano generi tribuit salutarem. ¶ Et tandem vnigenitus Dei filius Iesus Christus à tota f Trinitate communiter incarnatus g ex Maria semper virgine Spiritus sancti cooperatione conceptus, verus homo factus ex anima rationali & humana carne compositus †, vna h in duabus naturis persona viam vitæ manifestius demonstrauit. Qui cùm secundùm diuinitatem sit immortalis & impassibilis i, idem ipse secundùm humanitatem factus est passibilis & mortalis. Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus k, descendit l ad inferos; resurrexit m à mortuis, & ascendit n in cœlum: sed descendit in anima, & resurrexit in carne: ascenditque pariter in vtroque: † venturus o in fine seculi, iudicaturus viuos & mortuos, & redditurus singulis secundùm opera sua tam reprobis, quã electis: qui omnes cum suis propriis resurgent corporibus, quæ nunc gestant p, vt recipiant secundum opera sua siue bona fuerint, siue mala: illi cum diabolo pœnam perpetuam, & illi cum Christo gloriam sempiternam.

¶ *Tractatur hic de sacramentis Ecclesiasticis. Abbas Siculus.*

¶ Vna q † vero est fidelium vniuersalis Ecclesia; extra quam nullus omnino saluatur. In qua idẽ ipse sacerdos est sacrificium r Iesus Christus, † cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini s veraciter continẽtur, transubstantiatis pane in corpus & vino in sanguinem potestate diuina: vt ad perficiendum mysterium vnitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse dẽ nostro. ¶ Et hoc vtique sacramentum nemo potest conficere nisi Sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secundùm claues v ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, eorumque successoribus Iesus Christus. ¶ Sacramentum x † vero Baptismi (quod ad Dei inuocationem, & indiuiduæ Trinitatis, videlicet Patris, & Filij, & Spiritus sancti, consecratur in aqua) tam paruulis quam adultis in forma Ecclesiæ à quocunque y rite collatum proficit ad salutem. ¶ Et † si post susceptionẽ baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum: per veram potest semper pœnitentiam reparari. Non solùm autem virgines & continentes, verumetiam coniugati z per fidem rectam & operationem bonam placẽtes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

¶ *Glo. se quaerit arguit arguitur, soluit contrarium & arguit. respondet.*

b ¶ *Creati sunt boni.*) Nunquid est idẽ de homine? Videtur quòd sic, pro hoc quod dicit Apostol. *Eramus enim natura filij iræ sicut & cæteri:* quia b nullus liberatur nisi per fidẽ. *de consi. dist. 4. c. 2. quod incipit firmissime.* Dicas, quòd homo ab initio bonus creatus fuit sicut & angeli, & in charitate. *vt de pœ. dist. 2. c. tolle charitatem. ver. Adã vero & c. seq. & c. princeps.* vnde dicitur quòd c homo creatus fuit immortalis. *de conse. dist. placuit igitur. Vers. P.* Et auctoritas prædicta sic debet intelligi, *Eramus enim natura filij iræ*, i. eram digni pœna æterna, siue debitores iræ. i. pœnæ æternæ. natura. i. inseparabili vitio. s. originali peccato. Originale. n. peccatũ ita inhæret humano generi, sicut si esset ei naturale: quia sicut natura nos nõ deserit, dũ sumus, ita nec originale peccatũ: sed tñ post baptismũ non nocet. *de conse. dist. 4. c. 2.*

b Liberatur nullus nisi per fidem.

c Homo creatus immortalis.

† *Similem* & *sermo in terminis textu. habes C. de edict. in l. inter claras. §.* omnes vero. ver. & quoniam vnigenitus filius, &c.

c ¶ *Per se.*] i. ex proprio defectu.

† *extremũ iudicium.*

d ¶ *Diaboli suggestione.*] Et ideo magis punitur angelus quam homo, q ipse fac. c. 86. *dist. tanta. etc. fin. ibi. Ex. vers.* Nec illud excusat diabolũ, si homo illud alias facturus esset. *ff. de seruo corr. l. §. qui igitur.* licet videretur. q pro ... tamẽ exhortatione nõ debeat teneri, nõ enim qui exhortatur, mãdatoris opera fungitur. *ff. de reg. iur. quibus cons. § hæc verba in pr.* Nec id excusat hominẽ quod consilio alterius fecit: quia debuit & potuit explorare apud semetipsum an expediret ei tale consilium. *ff. mand. l. 2. in fi. & si dubitabat, potuit consulere peritiores.* Quare imputatur alicui. *ff. de iur. & fac. ignor. l. regula. § sed iuris. & ff. de bon. possess. in bonorum an fin. & 37. dist. § vetum.*

¶ *Gl. seq. declarat triplicem legem sub triplici tempore.*

e ¶ *Ordinatissimã.*] Hæc fuit dispositio: quia tria fuerũt tẽpora, tẽpus ante legem, & tẽpus sub lege, & tempus gratiæ. In tempore ante legẽ habebant homines ius naturale, quo regebãtur quod cõsistebat in his duobus præceptis cõtẽtis his versibus:

Quod tibi vis petere, ...fac: quod non tibi, noli.

Sic potes in terris viuere iure poli. dist. 1. in pr. In tẽpore sub lege regebantur decalogo Moysi dato à Deo. & sic cõtingebant omnia in figura, quæ completa fuerunt tẽpore gratiæ, quando Dei filius nos docuit præcepta Euangelica, quibus hodie regimur: in quo scripturæ fuerunt completæ, & hic est ordo de quo hic dicit.

Versus.

f ¶ *Tota Trinitate.*] Hoc ideo dicit, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. *de conse. dist. 2. c. vlt. in fin. & 28. q. 1. sic enim neque circa princ.* Nec potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem. *de conse. dist. 2. c. vlt. in fi.*

Trinitatis opera sunt inseparabilia.

g ¶ *Incarnatus.*] Hic explicatur primus articulus fidei.

h ¶ *Vna.*] Hoc fuit figuratum in arca Noe. *ibi*, vbi fuit redẽptio Sanctorum per duas naturas, quoad opinionem & veritatem.

A D D I T I O. Per duas naturas. s. ligni & aquæ. Habuit etiam

k ¶ *Mortuus.*) Hic explicatur tertius articulus fidei.

l ¶ *Descẽdit ad inferos.*) Quartus articul.

m ¶ *Resurrexit a mortuis.*) Quintus articul.

n ¶ *Ascendit in cœlũ.*) Hic est sextus articulus.

† *Ecclesiæ vnitas.*

o ¶ *Venturus.*) Septimus articulus.

† *Eucharistia.*

p ¶ *Gestant.*) Vnde Apostol.: *Hoc mortale induet immortalitatem.*

q ¶ *Vna.*) Hæc est secũda pars principalis, in qua tractatur de sacramẽtis. Et primò de sacramentis Eucharistiæ, interserẽs de sacramẽto Ordinis. Secundò de sacramento Baptismi, ibi, *Sacramentum.* Tertiò de sacramẽto Pœnitentiæ, ibi, *Et si post.* Quartò de sacramẽto Coniugij, ibi, *Non solum.* Abbas Sicu.

r ¶ *Extra quam.*) 24. q. 1. *quoniam vetus.*

† *Baptismus.*

s ¶ *Est sacrificium.*] De cons. dist. 2. c. nec Moyses, vnde dicitur.

Rex sedet in cœna, turba cinctus duodena.
Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus. Dicit Aug. *De carne B. Mariæ carnẽ accepit & eãdẽ carnem ad manducandum dedit ad salutem. de cons. dist. . . . consecrant ludæ.* & hoc fuit significatũ in persona Dauid, de quo dicitur: *Ferebatur Dauid in manibus suis*: vt ibi dicitur. Ber.

Versus.

† *Pœnitentia.*

Christus se ipsum communicauit.

t ¶ *Panis & Vini.*] Hoc ex causa statutum fuit, vt in alia forma sumeretur propter horrorem. vnde dicitur: *Nisi quis manducauerit corpus meum, & biberit sanguinem meũ, &c.* audito hoc verbo scandalizati sunt discipuli, & dixerunt: *Durus est hic sermo. de consecra. dist. 2. prima.* de hoc sacramento traditur *i. de celebra. miss. cum Martha.*

v ¶ *Claues Ecclesiæ.*] Nota hic. quod nõ potest conficere corpus Christi, nisi fuerit ordinatus in forma Ecclesiæ.

x ¶ *Sacramentum vero Baptismi.*] Hic est secundus articulus qui vltimo ponitur, & hic exprimitur forma baptismi, quam seruat Ecclesia. *de consecra. dist. 4. firmissime & i. de bapt. & eius effectu. c. maiores.*

b *Hoc in genere, vt in ca. cleros. 1. dist.* plures *numerantur ad. de Io. And.* in præfa. lib. 6.

y ¶ *A quocunque.*] A quocunque ergo baptismus conferatur in forma Ecclesiæ, ratum est: *vt 1. q. 1. quod quidam. & de cons. dist. 4. a quodam. & c. Romanus. 24. q. 1. subdiaconus. § sed illud.*

A D D I T I O. Sed enim sufficiat cõtritio, nónne meliùs est abstinere, quàm ab hæretico recipere? Sol. vt no. 32. *dist. ca. præter ... in gl. pen. Io. And.*

¶ *Gl. sequens prosequitur triplicem hominum statum.*

c *Propter angra matrimonium ... pedit tamẽ ob fornicationem vitandam. vnde no. ab. illa. 28. q. 1. sic enim. & 42. q. 1. § Paulus.*

z ¶ *Coniugati.*] No. quòd tres sunt ordines in Ecclesia Dei b, s. virgines, continẽtes, & cõiugati. Christus enim plus amat virgines, quàm alios quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum: continentes etiam plus Deo placent, quam coniugati: quia non expedit c homini ad regna cœlestia tendenti, accipere vxorem: *vt 13. quæstione 2. tunc saluabitur.* & ea sunt in nostris officiis gratiosa, quæ cùm liceret non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. *28. q. 1. sem per.*

Damnamus.) Hæc decretalis diuiditur in duas partes principales. In prima reprobat doctrinam Abbatis Ioachim. In secunda ibi, *Reprobamus*, dãnat illã Almarici. Prima pars [illegible] quinque: quia primo reprobat doctrinã Abbatis Ioachim contra Magistrũ sententiarũ, quã prosequitur exprimẽdo motiua & rationes ipsius. Secundo ibi, *Nos autem*, approbat sententiam Magistri quã dãnat Ioachim. Tertio ibi, *Cum ergo*, respõdet [illegible] quæ [illegible] mouebatur Ioachim. Quarto ibi, [illegible] dãnat sententiam & opinionem Ioachim. Quinto ibi, [illegible], prouidetur pro monasterio, cuius præfuit Ioachim.

CASVS. Magister Petrus Lombardus dixit in sententiis suis, quod quædam summa res est Pater & Filius & Spiritus sanctus, & illa summa res non est generans, nec genita, nec procedẽs, sed est Pater qui generat, Filius qui genitur, Spiritus sanctus qui procedit ab vtroque. Contra istum Magistrũ Petrũ Abbas Ioachim composuit quẽdam libellum, in quo appellauit Magistrum Petrum hæreticum & insanum propter hanc suam sententiam, dicẽs quod Magister Petrus non tam Trinitatẽ, quam quaternitatem astruebat in Deo, videlicet istas tres personas, & illam communẽ essentiam quasi quartã. Asserebat ille Ioachim, quod nulla res est, quæ sit Pater & Filius & Spiritus sanctus, nec essentia, nec substantia, nec natura. [illegible] dicebat, quod Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt vna essentia, vna substantia, & vna natura: veruntamẽ illã vnitatẽ non veram & propriam esse [illegible] quasi collectiuam, & similitudinariam, sicut multi homines sunt vnus populus, & multi fideles vna Ecclesia. Ad hoc probandũ inducebat plures auctoritates. Primo illã de actibus Apostolorũ: *Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna.* Secundo inducebat illã auctoritatẽ Apostoli: *Et qui plantat, & qui rigat, vnum sunt: & omnes vnum corpus sumus in Christo.* Tertio illã de libro Regũ: *Populus meus & populus tuus vnum sunt.* Vltimo inducebat auctoritatẽ Euangelij Ioannis: *Volo Pater, vt sint vnum in nobis, sicut nos vnum sumus.* Sententia illius Ioachim dãnat & reprobat Conciliũ illud generale, & hoc vsq; ad verbũ, *Non enim*, &c. Hic incipit respõdere auctoritatib. illius Abbatis, quas inducebat pro sua sententia, dicẽs quod fideles Christi nõ sunt vnũ, quędã vna res cõmunis omnibus, vt dicebat Ioachim, sed [illegible] modo sunt vnũ, i. vna Ecclesia propter vnitatẽ fidei Catholicę, & tandẽ vnũ regnũ propter vnionẽ indissolubilis charitatis. Et ad hoc probandũ inducit Conciliũ auctoritatẽ Ioannis Apostoli in epistola sua: *Tres sunt qui dant testimonium in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus S. & hi tres vnum sunt.* Statim subiungitur: *Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua & sanguis, & hi tres vnum sunt.* Cõfitetur ergo Conciliũ cum Magistro Petro, quod vna quædã res est, quæ veraciter est Pater & Filius & Spiritus S. & quælibet persona est illa res. Et ideo Trinitas tantũ, & non quaternitas est in Deo, quia quælibet trium personarum est vna res, scilicet substantia, essentia seu natura diuina, & illa non est generans, nec genita, nec procedens: sed est Pater qui generat, Filius qui gignitur, Spiritus S. qui procedit ab vtroque, vt per hoc denotetur distinctio in personis, scilicet vnitas in natura. Et licet hic dicatur alius est Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen aliud: sed id quod est Pater est Filius & Spiritus sanctus, idem omnino: sicut ipsa littera probat illo loco: *Licet* &c. vsque ad verbũ illud, *Cum ergo*, &c. Et ibi respondet ad ea [illegible] *Volo Pater, vt sint vnum*, &c. dicens quod hoc nomen *Vnum*, aliter accipitur pro personis diuinis, & aliter pro fidelibus: secundũ quod hoc nomẽ diuersimode accipit in auctoritate illa: Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut pater vester perfectus est perfectione naturæ: dicens quod si quis sententiã vel doctrinam præfati Ioachim seruare voluerit, vel defendere, tanquã hæreticus censeatur, & ab omnibus euitetur. Per hoc tamen nullum præiudiciũ Florensi monasterio generetur, cuius ipse Ioachim extitit institutor: quia ibi & regularis est institutio & obseruãtia salutaris: maximè cùm idem Ioachim omnia scripta sua mandauit Apostolicę sedi, eius iudicio corrigẽda, dictans epistolã, in qua firmiter se illam fidẽ confitetur tenere, quã Romana Ecclesia. In fine reprobat sententiam & doctrinã peruersissimam cuiusdam impij hæretici nomine Almarici: cuius mẽtem pater mẽdacij, id est, diabolus ita excæcauit, quòd eius doctrina, non tam hæretica, quàm insana sit censenda. Nota quod sine vlla diminutione Filius nascendo substãtiam Patris assumpsit. Nota quod vbi similitudo est, potest esse dissimilitudo. Nota vnum generale, quod delictũ personę in damnum Ecclesiæ non redundat. Nota quòd licèt persona reprobetur, non tamen eius acta: & sic nota quod reprobato originali, non reprobatur, quod sequitur in eo. Nota quod licet aliquis erret in fide, si tamen est paratus corrigi, non est censendus hæreticus.

† Cap. 2.

¶ Idem in eodem †.

¶ Pater, & Filius, & Spiritus sanctus vera vnione, non collectiua, seu similitudinaria sunt vna essentia, substantia, seu natura: quæ substantia non est generans, nec genita, neque procedens: quia illi actus non attribuuntur substantiæ, sed personis: nec per hoc in Trinitate concluditur quaternitas. Contrarium sentientes, vt Hæretici sunt censendi, nisi ab errore resipiscant, & correctioni Apostolicæ sedis se supponant. Abb. Stem.

CAP. II.

† cap. 2. eo. tit. in 4. compilat.

DAmnamus † ergo & reprobamus libellum seu tractatũ quem Abbas Ioachim edidit cõtra Magistrũ Petrũ Lombardum de vnitate seu essentia Trinitatis, appellans ipsum hæreticum & insanum, pro eo quod in suis dixit sententiis †, quoniam quædam summa res est Pater & Filius, & Spiritus sanctus, & illa nõ est generans [a], neque genita, neque procedens: vnde asserit [b], quòd ille [c] non tam Trinitatem, quàm quaternitatem astruebat in Deo, videlicet tres personas, & illam communem essentiam quasi quartam manifestè protestans, quòd nulla res est, quæ sit Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura: quamuis concedat, quod Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt vna essentia, vna substantia, vnáque natura: verùm vnitatem huiusmodi non veram & propriam, sed quasi collectiuam & similitudinariam esse fatetur: quemadmodum dicuntur multi homines vnus populus, & multi fideles vna Ecclesia, iuxta illud, Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Et; Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. Item, Qui plantat [d], & qui rigat [e], vnum sunt: & omnes vnum corpus [f] sumus in Christo. Rursus in libro Regum: Populus meus, & populus tuus vnum sunt. Ad hanc autem suam sententiam adstruendam illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Euangelio. Volo, Pater, vt sint vnum [g] in nobis, sicut & nos vnum [h] sumus: vt sint consummati in vnum. Non enim (vt ait [i]) fideles Christi sint vnum, id est, quędam vna res, quæ communis sit omnibus: sed hoc modo sunt vnum, id est, vna Ecclesia propter Catholicæ fidei vnitatem, & tandem vnum regnum propter vnionem indissolubilis charitatis, quemadmodum in Canonica Ioannis Apostoli epistola legitur: Quia tres sunt qui testimonium dant in cœlo: [l] Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum [m] sunt. Statimque subiungitur. Et tres sunt, qui testimonium dant [n] in terra, [o] spiritus, [p] aqua, & sanguis, &

† Lib. 1. sen. dist. 4.

Act. 4.
1. Cor. 6.
1. Cor. 3.
3. Reg. 12.
Ioan. 17.
1. Ioan. 5.

a ¶ *Non est generans.*) Adiectiue tenetur, i. non generat, licè sit persona generans.
b ¶ *Asserens.*) Ioachim.
c ¶ *Ille.*) Petrus.
d ¶ *Qui plantat.*) [illegible] prædicando.
e ¶ *Et qui rigat.*) Baptizando. in epist. ad Corinth.
f ¶ *Vnum corpus.*) Vnione charitatis & spiritus. de consec. dist. 4. [illegible]
g ¶ *Vt sint vnum.*) i. eiusdem voluntatis.
h ¶ *Nos vnum.*) i. vnione naturæ.
i ¶ *Non enim.*) Hic respõdet Conciliũ auctoritatib. Ioachim. [illegible] Non est verũ. Vnde dixit Pet. & Abba. quod respõdet, ibi, *Nos autem*, sed verius est quod respõdet in versiculo *Cum ergo* & [illegible], & forte fuit error scriptorũ. Io. And.
k ¶ *Ait.*) i. Ioachim.
¶ *Consequenter ponit triplex testimonium personarum Trinitatis.*
l ¶ *Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.*) Pater dedit testimoniũ deitatis, quãdo dixit: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Filius dedit testimoniũ deitatis, quãdo in mõte [illegible] deitatis, & speciẽ æternę beatitudinis ostẽdit. Spiritus S. dedit testimoniũ, quando super baptizatũ in specie columbæ requieuit, vel quãdo ad inuocationem nominis Christi corda credentium impleuit.
m ¶ *Et hi tres vnum.*) [illegible] quoad dandum gratiam. Vel vnum, i. vnius substantiæ vel essentiæ.
n ¶ *In terra.*) [illegible] Christus fuit homo. [illegible]
o ¶ *Spiritus.*) [illegible] anima, quam emisit in passione.
p ¶ *Aqua & sanguis.*) [illegible] de latere Christi, vt in dec. præc.

a Ego in antiquo hanc etiam inueni.
1. Ioan. 5.
Christi Deitas triplici testimonio comprobata.

in qua

in qua idem, & fuit vera aqua, & non aquaticus humor, vt quidam hæretici mentiuntur.

a ¶ *Et hi tres vnum sunt.*] Nõ natura eiusdem substãtiæ, sed cooperatione eiusdẽ mysterij: quia Spiritus per adoptionẽ nos filios Dei fecit, aquæ fecit nos filios Dei per ablutionẽ baptismi, sanguis per redẽptionem gratiæ.

b ¶ *Non est generans.*] i. non generat, sed est persona generans.

¶ *Gloss. seq. distinguit triplicem speciem nominum in diuinis.*

c ¶ *Neq; genita.*] Not. ad intelligentiã personarũ in Trinitate, quòd nominũ quędã sunt essẽtialia, quędã personalia, quędã notionalia. Essentialia sunt quę in singulari numero dicũtur cõ-gue de trib. personis sigillatim, vt Deus bonus, Deus iustus, æternus, omnipotẽs, & similia in plurali verò numero incõgruẽ dicũtur: iuxta illud Athanasij: *& non tres Dij, sed vnum est Deus.* Personalia sunt, quæ supponũt personã, & in singulari numero tãtùm, vt Pater & Filius & Sp. S. Notionalia sunt quę notãt distinctionẽ in personis: vt generãs, generata, & procedẽs. Ista notionalia cũ veniũt adiectiuẽ, dicũtur tãtùm de personis, & nõ de essẽtia. sed quãdo tenentur substantiuè; tũc dicuntur tam de essentia, quàm de personis. vnde hæc ppositio simpliciter est vera, *Pater est generans*, siue hæc dictio, *generãs*, teneatur adiectiuè siue substãtiuè. Si autem dicatur, *substantia diuina est generãs*, si hęc dictio, *generans*, teneatur adiectiuè, falsa est: quia vellet notare distinctionem in diuina essẽtia: si teneatur substãtiuè vera est: quia tunc est sensus, substantia diuina est generãs, i. persona, quæ generat. Vnde nomina illa, *generãs, genita, & procedẽs*, adiuncta nominibus personarum, distinctionem notant personarũ: iũcta vero cum nominibus istis *substantia, natura*, seu *essentia diuina*, tenentur substantiuè, & notant essentiam tantùm.

† Vide Melchiorem Canum lib. 12. c. 7. de locis Theol. §. secunda præceptio.

a Ad intelligentiã huius gl. vide Theologos in sent. dist. 34. & B. Tho. 1. par. q. 13. adde gl. & Bar. in l. si vnus. §. sti. ff. de pactis, vbi agũt de nominibus sed alio consilio.

† In vno mansert. ita. & ideò in Deo solummodo Trinitas, non quaternitas reperitur.

b Quæ sic appellãtur, quia personas notificãt aliquãdo distinctione: quia illæ distinguũt, quãdoque relatiuæ: quia personas ad inuicem referunt, quandoque proprietates, quia propriè personis insunt. Ioan. And. Ioan. 10.

hi tres vnum[a] sunt: sicut in quibusdam codicibus inuenitur. ¶ Nos † autem sacro approbante Concilio credimus & cõfitemur cũ Petro, quòd vna quędam summa res est, incomprehensibilis quidẽ & ineffabilis, quę veraciter est Pater, & Filius & Spiritus sanctus: tres simul personę, ac sigillatim quęlibet earundem: & † ideo in Deo solummodo Trinitas est, non quaternitas: quia quęlibet triũ personarũ est illa res, videlicet substantia, essentia seu natura diuina quę sola est vniuersorũ principium, pręter quod aliud inueniri non potest: & illa res non est generans[b], neque genita[c], nec procedens: sed est Pater, qui generat: & Filius, qui gignitur: & Spiritus sanctus, qui procedit, vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura. [d]Licèt igitur alius sit Pater[e], alius Filius, alius Spiritus sanctus: non tamen aliud, sed id quod est Pater, est Filius & Spiritus sanctus idem omnino: vt secundum orthodoxam[f] & Catholicam fidẽ consubstantiales esse credantur. Pater enim ab ęterno Filium generando, suam substantiam ei[g] dedit: iuxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi, maius omnibus est: Ac dici nõ potest quòd partẽ substantiæ suæ illi dederit, & partem ipse sibi retinuerit: cũ substãtia Patris indiuisibilis sit, vtpote simplex[h] omnino. Sed nec dici potest, quòd Pater in Filium transtulerit suam substantiã generãdo, quasi sic dederit eam Filio, quòd non retinuerit ipsam sibi: alioquin desiisset esse substãtia. Patet ergo, quod sine vlla diminutione Filius nascẽdo substãtiam Patris accepit: & ita Pater, & Filius habẽt eandem substantiam: & sic eadem res est Pater, & Filius, necnon & Spiritus sanctus ab vtroque procedens[i]. ¶ Cùm ergo veritas[k] pro fidelib. suis orat[l] ad Patrem: Volo (inquiens) vt ipsi sint vnũ[m] † in nobis, sicut & nos vnũ[n] sumus: hoc nomen, vnũ, pro fidelib. quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia[o], pro personis verò diuinis, vt attẽdatur idẽtitatis vnitas in natura quemadmodũ alibi veritas ait: Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est: ac si diceret manifestius: Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut Pater vester cœlestis perfectus est perfectione naturę: vtraq; scilicet suo modo. Quia inter creatorem & creaturã non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notãda. ¶ Si qs igitur sententiã vel doctrinã præfati Ioachi in hac parte defendere, vel approbare pręsumpserit, tãquã hęretic[9] ab omnib. † euitetur. ¶ In nullo tamen propter hoc Florensi monasterio[p] (cuius ipse Ioachi extitit institutor) volum[9] derogari quoniã ibi & regularis est institutio; & obseruantia salutaris: maximè cum ipse Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mãdauerit Apostolicę sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigẽda[q]; dictans epistolã, quã ppria manu subscripsit, in qua firmiter cõfitetur se illam fidem tenere quam Romana tenet Ecclesia, quę (disponente Domino) cunctorum fidelium mater est magistra. ¶ Reprobamus etiam & cõdemnamus peruersissimum dogma impij † Almarici, cuius mentem sic pater mendacij excæcauit vt eius doctrina non tam hæretica censenda sit, quàm insania.

TITVLVS II.

De Constitutionibus.

¶ Ex Consilio Meldensi †.

¶ *Iuris canonici statuta oẽs ligãt, & eorum ritu tã in pronũciãdo, quàm in decidẽdo iudicia sunt regulãda.*

vero genere tantùm essentiam notant, Pater & Filius sunt, vnum, i. vna res, & ideo optimè dicit, alius Pater, alius Filius, i. alia est persona Patris, & alia persona Filij. non tamen aliud, immo idem sunt in substantia: vt iam patet.

f ¶ *Orthodoxã.*] i. rectã. ab orthos, quod est rectũ, & doxa, quod est gloria, quasi rectè gloriosa. Hostien.

g ¶ *Et dedit.*] Vnde Aug. Nihil habet filius quod non nascendo à Patre acceperit.

h ¶ *Simplex omnino.*] De hoc dicas, vt s. c. pr.

i ¶ *Procedens.*] s. per inspirationem. de cõse. dist. vlt. c. pen. in fi.

k ¶ *Cùm ergo veritas.*] Dixit respondẽdo auctoritati prędictę, *Volo*, &c. & eã exponit, quam inducebat pro se Ioachim, & exponit qualiter intelligatur hoc verbum *vnum*, & per hoc etiã aliis auctoritatib. respõdetur.

l ¶ *Orat.*] In Euãgelio Ioannis.

m ¶ *Vnum in nobis.*] i. vniti nobis vnione Spiritus.

n ¶ *Ingratia.*] Hic in alia significatione accipitur hoc nomen *vnũ*. i. vnione substãtię. seu naturę, vt ĩ. sequtur.

o ¶ *In gratia*] i. per gratiam.

p ¶ *Florẽsi monasterio.*] Not. quod si auctor reprobatur, eius scripta sunt improbanda. *j. de hær. fraternitatis.* immo & si bona essẽt, reprobarẽtur ratione auctoris: quia nõ licet ei hoc facere. *96. dist.* bene quidẽ. hic vero licet auctor nõ reprobetur, quia confitetur se seruare fidem Catholicã, tamen scripta sua (quia malã habebant sentẽtiã) reprobantur.

q ¶ *Corrigẽda.*) Et ideò quia paratus fuit corrigi, & se correxit, vt sequitur, non debet dici hæreticus, licèt, quandoque errasset in fide. *24. q. 1. hæc est fides. & q. 3. dixit Apostolus.*

DE CONSTITVTIONIBVS.

¶ Hæc rubrica potest ad præcedentia & sequentia sic cõtinuari. Tractaturus auctor de iure, pręmisit de summa Trinitate, & fide Catholica, pro sui operis fundamẽto: quia vbi fundamẽtum deficit, nihil superædificari potest. 1. q. 1. cum Paulus. Et quia omne ius cõstat ex scripto & nõ scripto, *Inst. de iure nat. gen. & ciu. §. constat & 1 dist. c. consuetudo. §. cum itaque.* ius autem scriptum est certius & nobilius: ideo auctor præmisit de iure scripto, scilicet de constitutionibus: & posteà de iure non scripto, scilicet de consuetudine. Abb. Siculus.

¶ De prima parte huius rub. tractatur in 1. *dist. vsq; ad 7. inclusiuè. & in 9. dist. vsq; ad 10. inclusiuè. & in 13. & 19. & 20. & 29. & 30. & 38. dist. per totũ. & 1. q. 7. c. requiritis. §. nisi rigor. vsque ad c. & si illa. § breuiter. & 76. dist. ieiunium. 2. in fin.* De secunda parte, videlicet de conciliis tractatur 15. *dist. vsque ad 16. dist. exclusiuè.* De vtraque parte habetur 16. *distinct.*

d ¶ *Natura.*] Hæc est illa sũma res, quã dixit Magister Petrus.

¶ *Glo. sequens ponit, quomodo in diuinis disiunctiua nomina tripliciter iunguntur.*

e ¶ *Alius sit Pater, alius Filius.*] Disiunctiua siue partitiua nomina, vt vnus, aliquis, alius, duo, vel similia, aliquando significãt essentiam aliquando nõ. Nomina partitiua iũcta cum nominib. personalib. & nõ essẽtialib. in masculino & fœminino genere notãt distinctionẽ in personis: Pater est vnus, Filius est alius, Pater & Filius sũt duo. iũcta verò nominib. essentialibus, ita quod eis innitantur, essentiã notant, vt Pater est vnus Deus, Pater & Filius sunt vna essẽtia. In neutro

Ioan. 17.

† Aliter vnum sunt fideles, Christi, aliter, tres personæ diuinæ.

Matt. 5.

† refutetur.

c De materia huius Gl. Alfõsus Castrus lib. 1. de inita hær. tum. c. 11. 16 & 17. Petrus Ioãfredus in l. damnatis. C. de hæret. & latè lib. 2. commẽt. in Direct. inquisito. Scho. 1.

† Almarici hæreses refert Directoriũ par. 2. q. 7.

† Ca. 12. Buechardus libro 1. c. 61. Ivo. par. 5. c. 17. & c. 1. eo. tit. in 1. compilat.

C*anonum statuta.*) Constitutiones Canonum ab omnib. sunt seruandę. Io. And. Primò statuit. Secundò cõfirmãdo declarat, ibi, *Et nemo.* Ab. Sic. CASVS. Præcipit concilium Melden. φ statuta canonum custodiantur ab omnib. & in actionib. vel iudiciis Ecclesiasticis nemo ducatur suo sensu, sed iudicet secundùm canones & leges. Not. quòd canones ab omnib. debent obseruari. No. φ in iudiciis nemo suo sensu debeat duci.

† *Quid dicatur canõ. notant Doctores* in l. priuilegia. C. de sacr. eccl. gl. c. 2. dist. 3.

CAP. I.

CANONVM [a] † statuta [b] custodiantur [c] ab omnibus [d]. ¶ Et nemo in actionibus [e] vel iudiciis [f] Ecclesiasticis suo sensu, [g] sed eorum auctoritate ducatur.

¶ Gregorius in registro †.

† *lib. 7. epist. 35. ad Fortunatum Episcopum Neapolitanum.* & c. 3. eod. tit. in 1. compila.

¶ *Constitutio respicit futura, & non præterita.*

CAP. II.

COgnoscentes: & infrà.

¶ Item quæ culpa caret [h], in damnum vocari non conuenit. ¶ Quoties verò nouum quid statuitur, ita solet futuris [i] formam imponere, vt dispendiis [k] præterita non commendet [l]: ne detrimentum ante prohibitionem [m] possint ignorantes † incurrere: quod eos postmodum dignum est vetitos sustinere.

a ¶ *Canonum.*) Generalium, scil. quia quidam canones sunt personales, quidam locales. 63. *distin. cùm longè.* j. *de elect. nihil.* quidam causales, quidam temporales, *vt 26. dist. secundum.*

b ¶ *Statuta.*) Non abrogata vel per contrarium canonem, vel per consuetudinem: illa enim seruanda non sunt. 16. *distin. c. 1. & 36. q. 2. c. vlt.* & dic statuta continentia præcepta, vel prohibitiones. aliàs si de consilio loquerentur, non obligarent. 14. *q. 1. c. vlt.* §. *quod præcipitur.* 4. *distin. c. denique.* §. *hæc & si legibus.*

c ¶ *Custodiantur.*) 1. *q. 7. si quis omne.* 19. *dist. si Romanorum. &* j. *eod. c. vlt.*

d ¶ *Ab omnibus.*) Sic & leges ab omnibus sunt seruandę. *vt C. de leg. & const. l. leges. 1. & C. de iur. & fac. igno. constitutiones.* Et dic ab omnib. s. subditis. Nam Papa & Imperator legib. non constringuntur. *ff. de leg. princeps. & 6. q. 3. cuncta.* tamen legibus se velle viuere profitentur. *Cod. de leg. digna vox. & C. de testa. ex imperfecto. & ff. de leg. 3. ex imperfecto. & Inst. quib. mo. test. infir.* §. *vlt. & 2. q. 7. nos si incompetenter.*

a *Quoad vim coactiuam, leges tamen seruare debent. Sotus* lib. 1. de iust. & iur. q. 6. art. 7. *& Burchardus* lib. 15. decr. c. 43.

e ¶ *In actionibus.*) s. ciuilibus.

f ¶ *Vel iudiciis.*) s. criminalib. quia iudicium aliud criminale, aliud ciuile. j. *qui fi. sint legi. per venerabilẽ circa fi.* §. *tria.* Nec est necesse proponere actionem. j. *de iudic. dilecti.* si tamen quis proponit ineptam, succumbit, sed aptam potest postea proponere: *vt* j. *de iudi. c. examinata. vbi de hoc* [b].

b *Concor. tex.* in l. si à te, § 1. ff. de exce. rei iud. facit l. fi. non obtulit. ff. de re iu.

g ¶ *Suo sensu.*) s. malo, & est simile. 3. *q. 9. pura. &* j. *eo. ne innitaris.* quandoq; enim suo sensu vti debet iudex in iudicando propriè accepto vocabulo. *ff. de arb. qualem. & in auth. de iureiu. quod præs. ab iis qui administr. reci. circa prin. coll. 2. &* j. *de renun. in præsentia.* dum tamen secundùm leges & iura pronunciet. *in auth. de iudi.* §. *quia verò. ver. omnis iudex.* aliàs est. §. *coll. 6. & in auth. de defen. ciui.* §. *iusiurandum. col. 3. & 3. q. 7. iudices. & 20. dist. de libellis. 37. dist. relatum. & Instit. de offi. iud. in prin. & C. de sent. & interloc. om. iud. l. nemo.*

C*Ognoscentes.*) Diuiditur in tres partes. In prima ponitur regula ex qua sumitur ratio. In secunda statutum, ibi: *Quoties.* In tertia declarando applicat ad facti rationem: quæ sumitur ex regula, ibi, *Ne detrimentum.* Abb. Sicu. CASVS. Primò ponitur regula generalis, videlicet φ nullus puniri debet sine culpa. Secundo di. φ si constitutio aliqua de nouo promulgatur, extenditur ad futura tantùm punienda, quæ contra ipsam constitutionem committuntur, ita φ præterita dispendiis non puniat, ne detrimentum ante prohibitionem sustineant ignorantes, quod eos (si postea deliquerint) dignum est sustinere. Not. regula: Res quę culpa caret, in damnum vocari non debet. No. quòd leges dãt formam futuris negotiis. Not. quòd decretum non ligat ignorantes.

¶ *Gl. seq. adiuuat textum, arguit, allegat duos canones, in contrarium alleg. 4. dupliciter soluit. & remittit.*

h ¶ *Culpa caret.*) Quia quod legitimè factum est pœnam nõ meretur [c] *C. de adul. Gracchus.* & peccata suos debent tenere auctores. *C. de pœ. l. sancimus. &* j. *de iis quæ fi. à ma. par. ca. quæsiuit. &* j. *de sen. exco. Romana. in fi. li. 6.* Et ita est hic arg. expressum, quod nemo priuatur iure suo sine culpa. 56. dist. *satis peruersum. 16. q. vlt. inuentũ. de rest. spo. conquerente.* Arg. contra. 22. *dis. renouantes. & 34. dist. si cuius vxorem. & c. seq. & 17. q. 2. multorum.* j. *de ele. consu. sanè.* Sol. prima rub. regulariter vera est, contraria casualia sunt. Vel dicas, quòd licèt quandoque quis priuetur iure suo sine culpa, non tamen fit illud sine causa. j. *vt lit. non contest. quoniam frequenter.* § *si verò.* & causam facile est videre in contrariis signatis. In sex casib. priuatur aliquis iure suo sine culpa sua. Vnde versus.

c *Ponebat Hosti. versum: Qui caruit culpa, careat nec iudice pœna. Io. And.*

Paupertas, odium, vitium, fauor, & scelus, ordo:

Personas spoliant & loca iure suo. Ista notantur *in d. c. renouantes. &* j. *de priuileg. antiquæ. vbi de hoc.*

i ¶ *Futuris.*) Sic ergo constitutio respicit tantùm futura, & non præterita: *vt* j. *eod. c. vlt. decernimus de hoc.*

k ¶ *Dispendiis.*) i. dãnis, siue retractationibus: vel. i. detrimentis vel grauaminib. j. *de rescrip. dispendiosa. lib. 6* Ioan. And.

l ¶ *Nõ commẽdet.*) i. nõ puniat, vel. i. subiiciat

† *Facit l. cũ de indebito. vbi glo.* ff. de proba. & in l. lege. §. cum quidam vbi Bar. ff. ad L. Cor. de fica.

¶ *Glo. seq. arguit allegans duos canones, & vnum alleg. in contrarium & soluit.*

m ¶ *Ante prohibitionem.*) Argu. neminem ligari constitutione, anteq̃ ad ipsum perueniat: vt 32. q. 4. dixit Sara. *& 62. dist. pro posuisti.* Arg. cõtra 16. dist. φ dicitis. Sed nõ est contra: q̃a ex quo publicè promulgata est, & publicata, oẽs tenẽtur ad ipsius obseruantiã, & omnes ligat post duos menses à publicationis tẽpore elapsos in auth. vt factæ nouæ cõst. circa prin. coll. 5. j. *de sen. excom. nouerit.* j. *ne cleri. vel mon. nõ magnopere. & c. super specula.* Nec est necesse, vt singulorum aurib. inculcetur. *vt in d. c. quod dicitis. &* j. *de postul. præl. ad hæc.* Nisi probaret se extra prouinciã tũc fuisse, vel aliàs impeditum. argu. est expressum. j. *qui ma. accus. pos. cum in tua.*

† *Addi potest. c. 7. extant verba huius cap. vbi in glossa, quæ dicitur ordinaria.* & c. 4. eo. tit. in 1. compil.

¶ Augustinus super illud epistolæ ad Hebræos. †

¶ *Potestas legem condendi & mutandi est penes Vicariũ Christi. Et quod de vno connexorum statuitur, ad aliud connexum extenditur. Ab. Sicu.*

CAP. III.

TRanslato sacerdotio [n] necesse est, vt legis translatio fiat. ¶ Quia enim [o] simul [p] & ab eodem & sub eadem sponsione [q] vtraque data sunt: quod de vno [r] dicitur, necesse est, vt

T*Rãslato.*) Quod de vno cõnexorũ statuitur, ad aliud cõnexũ extenditur. h. d. Io. An. primo ponit verba Apostoli. Secundò Augustini illa exponẽtis, ibi, *Quia enim.* Casus secundum Pau. sic poni debet, vt conueniat titulo. Fuit quæsitum à Gregorio auctore huius compilationis, an constitutio seu lex deberet intelligi in propriis terminis tantũ, an debeat extendi ad alios casus. & Papa respõdet φ debet extendi ad connexa, & similia. ad quod probandũ inducit auctoritatem Apostoli, qui ex translatione sacerdotij intulit per consequentiam translationem legis. Abb. Siculus.

¶ Vel sic. Quidam Hebręi licèt facti Christiani, seruare volebãt legẽ ad litteram, quę dicebat præceptum de sabbato seruandum esse, & circuncisionẽ esse seruandam, quæ hodie ad litteram seruari non debent. Hos reprehẽdit Apostolus, dicens φ postquam sacerdotium translatũ est ad Christianos, necesse est, vt legis translatio fiat. Aug. super illo loco probat, φ hoc facere non debet: quia lex & sacerdotiũ simul data fuerunt, & ab eodẽ, & sub eadẽ sponsione, & ideo simul seruanda sunt: quia quod de vno connexorũ dicitur, de alio debet intelligi. Not. translato aliquo transfertur lex, & sententia, seu conditio. No. quod connexorum idẽ est iudiciũ.

¶ *Gl. seq. recitetur per obiectionem & solutionem.*

n ¶ *Sacerdotio.*) Supple Leuitico, vt cesset obiectio, quæ potest fieri de Melchisedech, qui præcessit legẽ per quingentos annos, quod innuitur ex littera sequenti: quia sacerdotium fuit datum cum lege, verum est, supple, Leuiticum.

Melchisedech præcessit legẽ.

o ¶ *Quia enim.*) Sunt verba Augustini exponentis prędicta verba Apostoli.

p ¶ *Simul.*) Quia monte Sinai eodẽ tẽpore contulit Dominus Moysi legẽ & sacerdotium postquam ergo iam translatũ est sacerdotiũ ad Christianos: ergo & lex trãsferri debet.

q ¶ *Sub eadem sponsione.*) Quia postquam Dominus dedit legem filiis Israel, dixit:) Audi Israel mandata mea, & ea conserua in corde tuo: & si feceris, dabo tibi terram fluentẽ lac & mel] & tunc ipsi promiserunt seruare legem & sacerdotium: & ideo dicit, sub eadem sponsione. Hic attende: quia dominus in veteri testamento temporalia promittebat, in nouo verò promittit æterna, vt *Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis,* &c. j. *de celebr. missa. cum Martha.*

¶ *Gl. seq. arguit & allegat concordantias.*

r ¶ *Quod de vno.*) Arg. quod vbi est eadẽ ratio, ibi debet esse idem ius, & quod de similib. idem iudicium est habendum. *5. dist. ad eius verò. ver. si enim ea & 4. dist. denique. ver. vnum quoque. & 16. q. vlt.* & hoc diximus. *& 1. q. 3. si quis obiecerit. &* j. *de transl. inter corporalia. ver. sicut ergo. &* j. *ti. prox. inter cæteras. in fi.* Et quoties ex vna radice vitium nascitur, consequens est, vt vna lege tollatur. *C. de nupt. si liberta. & 1. q. 1. sicut Christus & 22. q. 2. si quis per vetus.* Et quòd dicit, quod de vno dicitur, id est, quod de vno constitutum est: & sic facit ad titulum: aliàs non videtur facere.

Æterna promittuntur in lege Euangelica.

Nam

NAm cōcupiscētiam.] Constitutio certum quid prohibēs, omnia ꝓhibet, quæ sequūtur ex illo. Io. An. Primò ponitur dictū Apostoli. Secundo declaratio: ibi, *Hoc enim.* Abb. Sicul. CASVS. sic ponitur. Legitur in epistola Pauli ad Romanos: *Peccatū nō cognoui nisi per legem. Nā cōcupiscentiā nesciebam, nisi lex diceret,*

Ad Rom. 7.

de altero intelligatur.

¶ Idem super epist. ad Romanos †.

¶ *Omne prohibitum à lege, peccatum est, & omne illud, quod sequitur ex eo. h d.*

CAP. IIII.

NAm concupiscentiam [a] nesciebam [b], &c. ¶ Hoc enim [c] elegit Apostolus generale [d], vnde omnia mala oriuntur [f]. Bona est ergo lex, [g] quæ dum hoc prohibet, omnia mala prohibet.

¶ Hieronymus in parabolis †.

¶ *Constitutiones decretorum singularibus sunt opinionibus præferēda.*

CAP. V.

NE innitaris [h] prudentiæ tuæ [i]. ¶ Prudentiæ suæ [k] innititur, qui ea, quę sibi agenda vel dicenda videntur, Patrum decretis [l] præponit [m].

¶ Innocentius iij. Senon. Archiepiscopo, & Episcopo Trecen.

¶ *Non valet constitutio Collegij in damnum aliquorum, & commodum aliorum cessante rationabili causa. Vel sic: Absque rationabili causa nō pōt maior pars Capituli tollere cōsuetudinē, vtilitatē priuatā nutriendo.*

CAP. VI.

CVm † omnes: & infrà. ¶ Ad audientiam nostram † peruenit, quòd Trecen. Canonici nouū fecerunt in Trecen. Ecclesia cōstitutū [n], vt eis tam in presentia, quàm in absentia redditus suos ex integro percepturis, qui in eadem Ecclesia post illam constitutionem fuerūt, vel de cętero fuerint instituti, redditus in absentia non percipiant, sed tūc solùm cū fuerint residentes: cum secūdū Trecen. Ecclesię consuetudinem omnes in hoc consueuerūt esse pares. ¶ Statuerūt † etiam, vt (cū singulis prębendis annexæ sint vineæ) ipsis suas dum vixerint possidentibus, vineę decedentium ad successores non trā.

No concupisces. Aug. exponit hęc verba Apostoli, s. Nā cōcupiscentiā nesciebā, dicēs: hoc enim elegit Apost. generaliùs, s. cōcupiscētiæ vitiū, vnde omnia mala oriūtur. cōcludit Aug. ergo lex illa bona est, quę dū hoc prohibēt, omnia mala ꝓhibet. No. qđ licet aliqd non noceat, si tamē nocere possit, ꝓhiberi debet. Itē, no. *oriūtur.* id est, oriri possūt. sic potes dicere in dictis textibū. Itē not. ꝙ aliquo ꝓhibito vel cōcesso, omnia cōcedi vel prohiberi debēt, quę ex eo sequūtur.

† Adde post c. 7. loguntur hæc verba in ea quæ decretur gl. ordinaria & c. 7. eo. tit. in 2. compilat.

† Cap. 2. eadem verba sunt in glo. ordin. & cap 6. eod. tit. in 1. compilat.

¶ *Gl. se. inchoat casū.*

a ¶ *Nā cōcupiscētiā.*] Legitur in epistola Pauli ad Romanos: *Peccatum nō cognoui nisi per legē. Nā concupiscentiam nesciebam, nisi lex* diceret, Non concupisces. Aug. exponit hic verba illa Apostoli. [nam concupiscentiam nesciebam] dicens, quia hoc elegit Apost.

b ¶ *Nesciebam.*] Esse peccatum concupiscere, vel tā graue, secūdùm aliam expositionem. Apostolus antequam vidisset legē, nō credebat esse peccatum cōcupiscere rem alterius, sed postquā inuenit in lege, *non cōcupisces*, credidit esse peccatū.

c ¶ *Hoc enim.*] Verba sunt Aug. vsque in fi. Et dic, *hoc*, scilicet ne scire cōcupiscentiam tantùm, vel remouendam à se: Vel, *hoc*, id est peccatum, ita exponit Augustinus. Si intelligas de cōcupiscētia carnis tantùm falsum esset, cum Apostolus haberet concupiscentiam, & stimulum carnis. vnde dixit: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, captiuantem me in lege peccati. 3. 2. q. 5. Paulus.*

Ad Rom. 7.

d ¶ *Generale.*] vitium concupiscentiæ, quod est generale ad omnia vitia.

¶ *Glo. seq. arg. alleg. quinque iura.*

e ¶ *Vnde omnia mala.*) Arg. quòd vno prohibito, omnia prohibentur, quæ sequuntur ex illo. 13. *quæst. 5. parvule. & 4. dist. denique. & j. de fid. instr. inter dilectos. ad fi. C. de rebus alienis non alie. l. vlt. & C. de legibus. non dubium.*

¶ *Gloss. seq. dupliciter exponit litteram.*

f ¶ *Oriuntur.*) oriri possunt, & comprehendit genera singulorū, & non singula generum, i. non est aliquod genus mali, qđ quinque nō possit oriri ex concupiscentia.[a] Et sic intelligitur 47. dist. bonorum, vbi dicitur ꝙ cupiditas est radix omnium malorum. vbi similiter cōprehendit genera singulorū, & nō singula generum *& de pe. di. 2. quia radix.* Et eodem modo intelligitur illud quod dicit Imperator, quòd auaritia est mater omniū malorum. Authent. *Vt iud. sine quoque suffra. §. cogitatio. ver. si coll. 2.* Et ex hoc generali vitio concupiscētiæ omnia mala, i. septem principalia vitia possunt oriri scilicet Superbia, Ira, Inuidia, Accidia, Auaritia, Gula, Luxuria: & ideo dicit Aug. cum Apostolo, quòd *bona sit lex, quæ dum hoc, &c.* non tamen propter hoc singula vitia cuiuslibet generis, vt puta, interficere hominē, periurium, & similia oriūtur ex cōcupiscētia. Vel expone, quod dicit, *oriuntur*, id est orta sunt, præsens pro præterito: ita exponitur *ff. de ver. sig. verbū erit.* propter cōcupiscentiam enim primi parentis omnia mala orta sunt. si enim non concupiuisset, non peccauissemus. 5. dist. ad eius vero concubitum. in fi. Vnde Greg. *Caro nos læta traxit ad culpam, afflicta reduxit ad veniam.* & sic non esset necesse comprehendere genera singulorum, &c.

a Hoc aliàs ebrietati tribuitur 35. distin. ante omnia, aliàs ignorantiæ. 38. dis. ignorātia, aliàs amori pecuniæ. 23. dist. his igitur, sed non obstat, vt per Host. & Io. And. hic.

g ¶ *Lex.*) Id est, constitutio: vt in princi. decre. lex est constitutio. *dist. & dist. 2. c. 1.* & sic facit ad titulum.

NE innitaris.) Diuiditur. quia primò ponuntur verba Salomonis: Secundo verba Hieronymi, & Augustini exponentium illa. ibi, *Prudentia* Abb. Sicul.

CASVS sic ponitur. In parabolis Salomonis ponuntur ista verba: *Fili mi habe fiduciā in domino ex toto corde tuo: & ne innitaris prudentia tua: & ne sis sapiens apud temetipsū.* Hieronymus exponit verba ista, *ne innitaris prudentia tua*, dicēs illum inniti prudentię suę, qui ea quę sibi videntur agēda vel dicenda, pręponit statutis sanctorum, Patrum, vel etiā legib. No. qđ propriū intellectū non debet aliquis pręferre decretis sanctorū Patrum.

Prou. 3.

¶ *Gl. se. inchoat casū.*

h ¶ *Ne innitaris.*) In parabolis Salomonis ponūtur verba ista: *Fili mi habe fiduciā in domino ex toto corde tuo, ne innitaris prudentia tua, ne sis sapiēs apud temetipsum.* Hieronym. exponit hic particulam illam, *ne innitaris prudētia tua*, &c.

i ¶ *Prudentia tua.*) Verba sūt Hieronymi vsque in finem.

k ¶ *Prudentia sua.*) In malo, & est simile 8. q. 1. *scienduū. & 3. q. pura. & 3. eod. titu. canonum.*

l ¶ *Decretis.*) i. cōstitutionibus, & ita pertinet ad titulum.

m ¶ *Præponit.*) Nō ergo sunt postponēda decreta, quæ Hierony. ita commendat: quod etiam fieri nō debet. 17. *dist. relatū.*

† Cap. 1. eo. ti. in 3. compil.

† In multis antiq. ita: ad audientiam Apostolatus nostri.

† Hoc est secundùm canonicorum statutum.

CVm omnes.] Communiter sic summatur. Constitutio canonica, quæ non est omnibus communis, & per quam tollitur Ecclesiæ consuetudo antiqua, non valet. Et duo facit. Nam in prima parte ponit duo statuta successiuè facta. In secunda parte duplici ratione præallegata ambo statuta cassari mandat. Secunda ibi, *Cum igitur.* Abb. Sicu. Hæc decre. fuit prima in tertia compilatione, & sequebatur, simus vnum corpus in Christo.

CASVS. Canonici Trecen. tale fecerunt in Ecclesia Trecensi constitutum, quod tam in absentia, quàm in præsentia redditus suos perciperent integraliter: qui verò post illā cōstitutionem instituerentur, nihil perciperēt in absentia, sed tātùm cum fuerint residentes: cum tū consuetudo Ecclesiæ Trecen. erat, quòd omnes in hoc essent pares. Insuper cū singulæ præbēdę vineas haberent annexas, statuerūt, quod ipsi dum viuerent, suas vineas possiderent, & vineæ succedentiū nō trāsirēt ad successores, sed prouentus earū inter singulos diuidātur. Peruenit ad notitiam D. Papæ. Papa scribit Archiepo Senonēsi, dicēs, quod quisque iuris in alterū statuerit, ipse debet vti eodē, & Sapiētis dicat auctoritas, *Patere legem, quam ipse tuleris.* Papa mādat ipsi Archiepiscopo, quod oēs Canonicos antiquos & iuniores in perceptione præbendarū & vinearum faciat esse pares secundùm priorem consuetudinē seruatā vsq; ad tēpus cōstitutionis prefatę, vel secūdum rationabilē cōstitutionē in posterum obseruādā. No. quod cōstitutio facta in ꝑiudicium absētium & futurorum, nō valet. No. quod quisque iuris, &c. No. quod in præbēdis percipiēdis æqualiter vel inęqualiter, cōsuetudo attēditur. Not. quod si consuetudo fuit, quod omnes Canonici ęquales haberent ꝑbēdas, & est immutata, debet ad statutum pristinū reformari.

¶ *Gl. seq. obiicit & soluit, contra sol. vnam l. allegat. secūdò quærit, alleg. pro & soluit distinguendo inter communem collegiatorum & singularium, & inter necessaria & voluntaria.*

n ¶ *Constitutum.*) Sed nonne Canonici isti Trecen. poterant hæc & alia statuere aliis irrequisitis etiā in pręiudicium successorum, cum istud videretur esse ius commune, quod absētes nihil percipiant. j. *de cle. nō resi. inter quatuor. & c. vlt. j. de appel. peruenit?* Immo videtur quod sic. arg. 10. *q. 2. c. ea enim. §. hoc ius porrectum. & ff. de pact. rescriptum. & 7. q. 1. factus* est. Sed hoc ideo nō valuit, quia in ꝑiudicium aliorum, & malo zelo, & contra cōsuetudinē Ecclesiæ hoc fecerunt. j. *eo. tit. ex parte.* Et trāsgressor cōsuetudinis, vt trāsgressor legis puniēdus est. 11. *dist. in his.* Et statutum siue cōstitutio debet esse iusta & honesta, & cōmunis omnib. 4. *dist. erit autē.* & quia cōstitutio ista nō erat generalis, nec cōis omnib. ideo nō valuit, &c. Et cū ipsi Canonici intelligātur quasi vnum corpus & idē collegiū, nō debēt duplici iure cēseri. 11. *q. 2. cognouimus. & j. de deci. c. cū in tua.* Et incōueniēs aliud sequeretur, quia successores minùs haberēt, quā ꝑdecessores: & sic non esset vera successio eius alterius. *ff. de acq. re. do. l. hæreditas. & ff. de acq. pos.*

l.cum haeredes.in pr. Ista constitutio non valuit, quia sine cõsensu Epi facta fuit. ȷ. *de consu.c.cùm consuetudinis, circa fin. arg. contra ff. de col.l.Vlt.* vbi fit collatio bonorum natis, sed non illis, qui sunt nascituri. Sed nunquid est verum generaliter, quod maior pars Capituli facit, totum Capitulũ facere intelligitur? quod videtur. ȷ. *de ijs quæ fi. à ma. par. c. cum in cunctis.* Dicas, quòd si aliqd est ꝯc pluribus, nõ vt collegiatis, sed vt singulis: quod fit à maiori parte illorum, nihil valet nisi omnes consentiant. *ff. de ser. rust. præd. l. per fundum.* nisi rem concedant in naturalem vsum, qđ põt facere vnus etiam inuitis sociis, & contradicentibus. *Inst. de re.d. § religiosum. Vers. in cõe Vero sepulchrũ.* & nisi in casu. ȷ. *de iure patro. c. postulasti. & cap. quoniam in quibusdam.* Si verò sint plures, vt Collegiũ, distingue, si aliqua faciẽda sunt ex necessitate, vt alienationes, electiones & similia: sufficit qđ maior pars facit. ȷ. *de iis quæ fi. à maio. par. c. cum in cunctis.* dũ tamẽ alij absentes vocẽtur. ȷ. *de elec. c. quod sicut. & c. Venerabilẽ.* In aliis, quæ ex necessitate nõ fiũt, qualia erant ista, quę isti faciebant, nihil potest fieri, nisi oẽs cõsentiant, vt hic, & in prædicta *l. per fundũ.* & debẽt cõsentire vt Collegiũ nõ tãquã singuli *arg.* ȷ. *eo. cũ M. Ferrarien. &* ȷ. *de elect. c. in Genesi.*

† *Catonis §. licet in distichis moralibus, Vt hic notat Contius facit textus in Rub. & l.1. ff. quod quisque iuris, &c.*

† *Trecen.*

† *Cap. 2. eo. tit. in 3. cõpilatione.*

† *Hoc est allegãdo probauerit, neque enim sufficit dicere, nisi probetur.*

a ¶ *Quod quisq.*) ff. q quisq; iur. l.1. & dist.1. in pr. decretorũ.
b ¶ *Patere legem.*) Dicit Aug. *Talis sum in scriptis aliorum, quales Volo esse intellectores meorum.* 9. dist. neque quorumlibet. Nec debent aliis legem imponere, quam ipsi negligunt obseruare, ȷ. *de præb. c. pro illorum.*
¶ *Glo. seq. notat & remittit.*
c ¶ *Coæquetis.*) Sic ergo oẽs pares debẽt esse in beneficiis. ȷ. *eo c. cũ M.* de hac materia nota. ȷ. *de maio. & obe. c. statuimus.*
¶ *Glo. sequens notat, quòd ex consuetudine, &c.*
d ¶ *Consuetudinem.*) No. hîc arg. optimum, quòd in absentia potest quis percipere beneficium sine peccato, si consuetudo sit: secus est de iure communi: vt ȷ. *de cler. non residen. c. quia nonnulli & c. relatum.*

Qvæ in *Ecclesiarum.*) In prima parte ponitur constitutio. In secunda eius cessatio. Secũda ibi. *Volentes igitur* Abbas Sicul. Casvs. Ciues Teruisini constituerunt, quod si aliquis ad inopiam vergere se probabiliter allegauerit, liberã habeat facultatem alienandi feudum, quod ab Ecclesia tenet. Peruenit hoc ad notitiam D. Papæ, Papa scribit super hoc Episcopo Tridentino, volénsque Ecclesiarum indemnitati prouidere, decreuit huiusmodi constitutionem, & vẽditiones feudorum Ecclesiasticorum factas sine legitimo Clericorum consensu, vires aliquas non habere. No. quod constitutio facta in rebus Ecclesiæ per Laicos, non valet. No. quod feudum non potest vendi sine voluntate domini, à quo tenetur.

e ¶ *Constituerunt.*) Quod eis licuit tam iure fori, quã iure poli. Et vocatur ius ciuile, quod quisque populus[a] sibi constituit. *Inst. de iur. nat. § 1. & dist. 1. ius ciuile.* Sed ex hoc statuto nullum pręiudiciũ Ecclesię generatur, vt hic, & 96. dist. bene quidem etiamsi in vtilitatem Ecclesię redundaret, si auctoritas Papæ nõ interueniret: vt in c. bene quidẽ. & ȷ. *eo. c. Ecclesia S. Mariæ. & 10. dist. c. 1. &* ȷ. *de sen. & re iud. c. cũ causa.*
f ¶ *Ad inopiã.*) Si culpa sua eget, indignũ est ei subuenire[b]. *ff. deposi. l. bona fides. arg. op. ad hoc. 86. dist nõ satis.* Vel si suo vitio incidit in egestatẽ, & est simile ȷ. *de consue. c. ex parte.*
¶ *Glo. seq. tractat de alienatione feudi, infeudatione, & datione in dotẽ, dat simile de Vsuario & Emphyteuta. In fine recte. per quæstionem an Vasallus inuito domino, feudo renunciet. tenet quòd non, allegat Vnam l. in contrarium.*
g ¶ *Alienandi feudum.*) Qui feudũ alienat, cadit à iure feudi, & dñs illud alij cõcedere põt. ȷ. *de feu. c. 2. & in lib. feu. in ti. de alie. feu. consti. si clientulus.* sed alij in feudũ dare potest:

a *An populus Romanus possit hodie condere legem not. Ioan. & Bar. Brix. 12. dist. c. a. 1. & Azo. & C. de le. & consti. l. Vlt. Io. And.*

b *Eleemosyna tamẽ ei dari debet. 42. di. quiescamus*

seant, sed prouectus earũ inter singulos diuidatur. ¶ Cum igitur quod quisque[a] iuris in alterũ statuit, ipse debeat vti eo: & sapientis† dicat auctoritas; Patere legem[b] quam tu ipse tuleris: Mandamus quatenus antiquos Canonicos iuniorib. & iuniores in perceptione fructuũ tã præbendarũ, quã vinearum coæquetis[c] antiquis, secũdum priorẽ consuetudinẽ[d] vsque ad tẽpus prædictæ constitutionis seruatã, vel secundum rationabilem institutionem in posterum obseruandam.

¶ Idem Tridentino† Episcopo.

¶ *Constitutio Laicorum, Ecclesiam seu eius bona non adstringit.*

CAP. VII.

Qvæ † in Ecclesiarũ: & infrà. Sanè peruenit ad audietiá nostrá, quòd ciues Teruisini cõstituerũt,[e] vt si quis se ad inopiam[f] vergere probabiliter allegauerit, † alienãdi feudum[g], quod ab Ecclesia vel aliis tenet, liberã habeat facultaté, & infrà. ¶ Volentes igitur Ecclesiarum indemnitati cõsulere, constitutionem huiusmodi, & venditiones feudorũ Ecclesiasticorum factas sine legitimo Ecclesiasticarum personarum assensu[h], vires decernimus non habere.

vt in dicta consti. si clientulus, & in consti. Lotharij. imperialis, nec feudum dari potest in dotem. ȷ. *de dona. inter Vir. & Vxo. c. nuper.* Nec vsuarius potest vsum vendere irrequisito domino: *Vt Inst. de Vsu & habi. in prin.* Nec emphyteuta potest vẽdere meliorationes suas dño irrequisito: q si fecerit, dominus illud põt reuocare *C. de iure emphy. l. Vlt.* ȷ. *de loca. c. potuit* sed facta denũciatione domino, si dixerit se nolle emere, vel si à denũciatione duorũ mẽsium spatium sit elapsum, potest vendere, cui vult, dummodo non vẽdat personis prohibitis. ȷ. *de loca. & condu. c. potest. quæ decre. Grego. est,* in prædicta l. Renunciare autem feudo Vasallus non potest inuito domino, cum eius fauore introductum sit, vt vasallum habeat. *arg. C. de act. & obl. l. sicut in initio. Arg. contra ff. de oper. libe. l. interdum.*
Additio. Dic quod ista *l. interdũ.* non bene facit pro opin. gl. quia loquitur de operis promissis per libertũ. facit melius in l. soluendo. *ff. de nego. gest. & in l. imperialẽ, de prohi. feud. alie. per Frider. colla. 10.* & ibi Bal.
¶ *Gl. seq. reci. per q. in consensus sufficiat.*

† *Cap. 4. eo. tit. in 3. cõpilatione.*

¶ Idem.

¶ *Dignitas sublata de Ecclesia per statutũ Capituli confirmatum per Papam, vlterius non censetur vacare, nisi per contrarium actum statutum fuerit reuocatum.*

CAP. VIII.

Cvm † accessissent ad Apostolicã Sedẽ Archi. Tulleñ. & G. Tulleñ. Capituli procurator: Archid. proposuit memoratus, quòd cùm olim quidã Tulleñ. Canonici nostris aurib. intimassẽt, q Primiceriatus † in Tulleñ. Ecclesia tãto tempore vacauisset[i]: quod ad manus nostras illius personatus esset donatio deuoluta: & infrà ¶ Fuit insuper ex parte Capituli allegatũ, quòd de cõmuni assensu

† *Aliàs Primiceriatus dignitas.*

h ¶ *Personarum assensu.*) Non tamen sufficeret omnium cõsensus in hoc casu: quia alienatio facta de consensu omnium citra formam debitam, nulla est. 12. q. 2. sine exceptione. & 10. q. 2. hoc ius porrectum *& C. de sac. san. Eccl. auth. hoc iubemus. in fi. &* ȷ. *de re Eccles. non alie. c. dudum. li. 6.* sed si cõmunis forma seruata esset, teneret venditio. ȷ. *de iis quæ fiũt à præla. sine consensu cap. cum nos.* sed si lęsa esset Ecclesia restituitur in integrum. ȷ. *de in integr. resti. c. requisiuit. &* ȷ. *de emptio. & Vendi. c. cum dilecti.*
Additio. Hæc gl. nõ valet in feudo Ecclesiastico, qđ de cõsensu Eccl. à qua tenetur, vẽdi põt, nec alienatur, immo idẽ dominiũ remanet penes Ecclesiam ȷ. *de feu. c. 2. de dona. per tuas.* dictum ergo Io. tunc procederet, quando ageretur de transferendo directo dominio in emptorem. Ioan. And.

Cvm *accessissent.* Diuiditur in tres partes. In prima parte ponitur allegatio pro Primicerio. In secunda pro Capitulo: ibi, *Fuit.* In tertia definitiua commissio: ibi *Quocirca* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam Canonici Tulleñ. olim significauerunt D. Papę, quod Primiceriatus Tulleñ. tanto tempore vacauerat, q ipsius collatio ad D. Papam fuerat deuoluta: vnde Papa mandauit quibusdam, vt super hoc inquirerent veritatem, & si vacauisset tanto tempore, quod secundũ Lateraũ. Concilium ad D. Papam collatio fuisset deuoluta, ipsi personam idoneam de personatu ipsius inuestirent. Cùm autem super hoc executores procedere vellẽt, ex parte Capituli fuit ꝓpositum corã ipsis, quod rescriptũ non valebat veritate tacita impetratũ: quia de cõmuni cõsensu Canonicorũ Tulleñ. fuerat cõstitutum, ne dignitas illa esset vlterius in Tulleñ. Ecclesia: & ipsa cõstitutio fuerat per sedẽ Apost. confirmata, propter qđ euidẽter patet quod Primiceriatus tãto tẽpore nõ vacauit sicut fuit falsè D. Papę suggestũ. Propter qđ negotiũ delatũ est ad D. Papã: coram quo omnia ista fuerũt proposita vnde mãdat Papa quibusdã, vt si cõstiterit Canonicos Tulleñ. cõmuniter statuisse, ne Primiceriatus esset vlterius in Ecclesia Tulleñ. & statutũ ipsum auctoritate Apostolica cõfirmatũ fuisse, illud faciãt in suo robore permanere, nisi postmodũ dicti Canonici contrauenerint aliquẽ in Primiceriũ eligẽdo. No. qđ Primicerius dicitur habere officiũ. No. q q facit cõtra priuilegiũ, amittit vires priuilegij: & sic nota, q ius perditur per abusum. No. q facilius aliquid immutatũ reducitur ad pristinũ statũ, quam q immutetur.
i ¶ *Vacauisset.*) Nulla iusta causa impediẽte: aliàs nõ curreret tẽp⁹. ȷ. *de cõces. præb. & Eccle. nõ Va.* qa diuersitatẽ arg. ad hoc *28. dist. de Syracusana & 2. q. 6. anteriorũ. § ad hoc.* Et si Papa interdicat aliquibus, ne eligãt sine suo mãdato speciali, tẽpus

pus scilicet trium mensium statutum à canone eis currit, nisi intra id tempus postulauerint licentiam eligendi. [illegible] *de electio. c. vlt.* Greg.

a ¶ *Constitutum.*) Ac ipsum statutum per sedem Apost. confirmatum fuerat.

¶ *Glo. seq. quaerit [illegible] negatiue, ponit opi. Io. & [illegible] soluit an [illegible] ponit triplicem effectum confirmationis ex certa scientia.*

† *Primiceriatus quale sit officium, traditur infra hoc lib. tit. de offic. primicerij.*

An Canonici possint per se minuere praebendas & dignitates sine [illegible] Papa.

ciens beneficium in Ecclesia Modeceñ: mandauit dominus Papa quod reciperetur in prædicta Ecclesia de Gronzola, scribens super hoc domino Papæ. Scribit Papa Archiepiscopo, dicens, quod si litterarum seriem attendisset, iste Archiep. non inuenisset in eis, quod ipsius animum offendisset: cum in litteris illis de præbenda ipsius nulla mentio haberetur. nec dicebatur Modeceñ. Canonicus: nec etiam Clericus nominabatur & in litteris talis erat conditio: *si dignus existeret ad Ecclesiasticum beneficium obtinendum.* Et ex his omnibus poterat Archi. intelligere, qualiter litteræ illæ fuerant impetratæ. s. veritate tacita & sic non valebant. Nota hic, quòd diligenter forma mandati est attendenda, & intelligenda ante contradictionem. Item in litteris pro beneficio obtinendo fieri debet semper mentio de beneficio alio, si quod habet ille, qui impetrat, & si dignus est. & si hoc non dicatur, tamen debet subintelligi. Item qui non est clericus non reputatur idoneus ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum. Item si est Clericus, debet se Clericum dicere: si non est Clericus, non debet se Clericũ appellare, sed Scholarem.

Apostolicæ moderemur [a]: & infra. Scripsisti nobis, quod cum P. Clericus in Ecclesia Modecensi sufficientem [b] sibi sit præbendam adeptus, mirabaris, quòd pro receptione ipsius in Ecclesia de Grõzola, Præposito & fratribus eiusdem Ecclesię litteras miseramus: cum si litterarum nostrarum seriem attendisses, nihil inuenisses in eis, quod debuisset tuum animum offendisse. ¶ Cum enim in litteris nec de præbenda [c] ipsius mentio haberetur, nec Modecensis Canonicus, immo nec Clericus [d] diceretur in eis: & in litteris ipsis hęc esset adiecta conditio, si dignus existeret [e] ad Ecclesiasticum beneficium obtinendum, intelligere potuisses, qualiter litteræ ipsæ fuerant impetratæ.

¶ Idem electo Decano, & N. Canonico Cameracensi.

¶ *Ordo rescripti interpretatione recipit à iure communi.*

CAP. XVIII.

Causam, † quę inter Præmonstratẽñ. & Præmoñ. † Ecclesias super possessionib. de Anapia vertitur: & infra. ¶ Quia in litteris animaduertimus fuisse incertum, quod, si alterutra partium citata legitimè [f] præsentiam vestram adire, vel iudicio vestro parere contẽneret, vos præsentis partis probationes recipere [g], & quantum [h] de iure potentis, in causæ cognitione ac decisione procedere minime tardaretis. ¶ Nos volentes vt clausula illa: quãtum de iure poteritis: quæ antequam de probationum receptione mentio fieret, fuerat inserenda [i], clausulam illam de receptione probationum præcedat [k]: Mandamus quatenus ipsam intelligentes ibidem, in causa iuxta tenorem litterarum procedere non tardetis, prouisuri vt si litterarum auctoritate priorum, in eodem negotio legitime est processum, firmũ & stabile perseueret: alioquin si occasione clausulæ memoratæ aliquid constiterit in alterius partis præiudicium attentatum, id viribus decernimus cariturum: mandantes vt in decisione ipsius negotij (sicut præmissum est) tam super principali, quam super incidentibus [l] quæstionibus, appellatione remota canonicè [m] procedatis.

Casus. Inter Ecclesiam Præmonstrateñ. ex vna parte, & Ecclesiam Præmoñ. ex altera vertebatur controuersia super quibusdam possessionibus, causã fuit quibusdam iudicibus commissa in hac forma: *si alterutra partium citata non venerit, vel iudicio parere contempserit, recipiatis partis præsentis probationes: & quantum de iure poteritis, in causa cognitione ac decisione procedatis.* Orta fuit dubitatio super forma huius rescripti, ex eo quod dicebatur, *quod si aliqua pars citata fuerit, &c. recipiatis probationes alterius partis, & causam terminetis.* dicebatur, quod etiã lite nõ contestata poterant recipi testes, & sententia ferri propter contumaciam alterius partis, quæ asserebant iudices à dño Papa, quod iuris esset, &c. Dicit, quod clausula illa: *quantum de iure poteritis procedatis,* debet præcedere clausulam illam de probationũ receptione & ante illam fuerat inserenda. Vnde mandat Papa, vt illam clausulam intelligant ibidem, vbi ab initio debuerat poni. & in causa illa iuxta tenorem litterarũ illarum procedant: ita tamen quod si alter auctoritate illarum litterarum legitimè in illo negotio est processum, stabile perseueret. Si verò occasione illius clausulæ, quid in præiudicium partis alterius est præsumptum illud decernit Papa non valere. Not. quod non semper forma sequenda, sicut hic, & hoc intellige cũ alia forma sit contra ius cõmune, vt hic. Item propter formam rescripti non est recedendum à iure communi, nisi constet Papã aliter voluisse. Item soli in illud reuocatur, quod est illegitimè factum. Item sicut cã principalis põt committi, ita & incidens.

† Cap. 8. eod. tit. in 3. cõpilatione. † Parmacẽ.

a ¶ *Moderemur.*] Et verè cum multa moderatione debent fieri, & concedi. 31. qõ. 9. Apostolicæ, vt non possint reprehendi. quandoque tamẽ ipsum fallit obliuio 23. *dist. praterea & 30. qõ. 4 quod autẽ* vbi oblitus fuit Vibinus. cum omniũ habere memoriam, & in nullo peccare, potius est diuinitatis, quã humanitatis *C. de Ve. iu. enu. l. 2. §. si quid autẽ.* Et nihil est in humani conditione, quod perpetuo stare possit. *C. eod. tit. l. 2. § sed quia diuinæ.* Et testamentum in nulla parte sui similiter debet esse vitiosum. *C. de edic. diui Hadr. tol. l. vlt. sic & priuilegium. ĩ. de fid. instru. c. inter dilectos. & ĩ. de priui. c. cum olim. in fi.*

¶ *Glo. seq. recit. per q. quæ dicatur sufficiens præbenda.*

† Præbenda clerici qualis esse debeat.

b ¶ *Sufficientem.*] Debet enim talis esse, quæ sufficiat sibi & suis. 30. *dist. studeat. in fi.* & quod aduenientes possit recipere, & iura Epalia persoluere. *ĩ. de praben. c. de monachis. & ĩ. de sup. neg. pral. c. sicut.* in tali sufficientia debet haberi rõ nobilitatis 41. *dist. non cogantur. & scientia. ĩ. de prabend. de multa. & dignitatis. ff. de var. & extraor. cog. l. 1. § in honorarijs. & ff. de vsufr. l. sed & si quid § 1.*

¶ *Glo. seq. quarit, arguit negatiue, soluit contrarium.*

c ¶ *De prabenda.*] Sed quid si esset modica & insufficiens, tenetúrne de illa facere mentionem? Non videtur. arg. à contrario sensu. *ĩ. de praben. cum teneamur.* Expeditum est, quod qualecũque sit beneficium, debet inde facere mentionem. Si enim dicat se nullum Ecclesiasticum beneficium assecutũ, & impetrat rescriptum non valet ĩ. eo c. si proponente. & ibi dicetur de hoc [o]. Et qui habet plura beneficia, hanc exceptionem opponere non potest. *ĩ. de excep. c. cum Ecclesiastica.* Et licet Papa præcise scribat, exceptiones tñ & iustas excusationes patienter admittit, *s. eod. c. si qñ. & ĩ. de offi. deleg. c. ex parte tua. 2. & ĩ. de praben. c. cum teneamur.* nam quandoque scribit rebus aliter se habentibus. *arg. 2. qu. 6. biduum.* versus finem. *Versi. cuiusmodi illud.*

o Cõcor. tex. ad hoc in l. vt gradatim cum alinos. ff. de mu. & ho.

d ¶ *Nec clericus.*] Si dicit se Clericũ, cũ nõ sit, nõ valẽt litteræ. *ĩ. de trãsact. c. ex litteris:* & qui nõ est Clericus, nõ reputat idone⁹, vt hic nec potest in Clericorũ numero cõputari. *ĩ. de insti. c. 1.*

e ¶ *Si dignus existeret.*] Cõditio ista sine omni expressiõe subintelligitur. *ĩ. de elec. c. causã quæ.* sicut illa, *si preces veritate nitantur. s. eo. c. ex parte. 1.* Sic patet quòd qui habet sufficiẽs beneficiũ, ad aliud beneficiũ reputatur indignus. *ĩ. de prab. c. super. & ĩ. de cle. nõ resi. c. quęrẽte.* cũ ipse beneficio secũdo seruire nõ possit. vt Bi.

Causam quæ.] Diuiditur, nam in prima parte ponitur partis conquæstio. In secunda situs, & iudicis instructio, ibi, *Nos volentes.* Abb. Sicul.

f ¶ *Citata legitime.*] i. tertio. *ĩ. de cleric. non resi. c. ex tua.*

g ¶ *Recipere.*] Per quod videbatur, quod possent recipere testes lite non contestata, quod esse non debet vt *ĩ. vt lit. non contes. c. quoniam.* & per totum titulum nisi in casibus contentis in c. q. ciuium frequenter & in casu quem habes *ĩ. de off. iudi. c. 2.*

h ¶ *Et quantum.*] Hæc clausula semper debet poni in termino peremptorio, & post ipsum terminum peremptorium *ĩ. de in inte. resti. c. cũ ex litteris. & ĩ. de do. & cont. c. cũ dilecti* quia tunc post peremptorium edictũ iudex contumaci debet se perfectũ. ff. de iudi. in peremptorio.

i ¶ *Fuerat inserenda.*] Sed errore scribentis fuit post, otiosa, sed error talis nõ nocet. *C. de test. l. errore, & l. ambiguitates.* vñ dic inserenda. i. ac si inserta esset intelligẽda. videbatur enim quod nõ respiceret præcedentia. *ĩ de appella. in quisitioni.* sed non est verum: nam non est verisimile D. Papã totam iuris obseruationem tot laboribus ac multis vigilijs excogitatam vnico verbo tollere velle. *C. de inoff. test. l. si quando. & ĩ. de elect. c. Ecclesia vestra. 2.* arg. *ĩ. de test. spo. c. auditis.* & qui tutorem præcipit confirmari, secundum ius intelligitur præcipere *ff. de confir. tut. l. tutores.*

k ¶ *Pracedat.*] Et ita quandoque clausula sequens determinat præcedentem & quandoque præcedens sequentem prout ratio ordo requirit. 32. *q. 7. Apostolus. & ĩ. de appel. c. cum non requiris. ff. de condi. & demon. l. amia.* quandoque sequens clausula respicit terminum proxime positum *ĩ. de dona. c. cum dilecta in fi.* & optime facit ad hanc materiam *ff. de leg. 1. l. si ita, clarum. in fi §. Vlt.* & verè præcedere debet quia per totum processum in negotio de iure debet procedi *C. de app. l. eos § 1.* & præcedentia quandoque repetita intelliguntur *ff. de cond. & demõst. l. amia.* Itẽ hic est [a] *Adde ea.* arg. quod verba rescripti sunt secundum ius cõe intelligenda sunt. *ĩ. de sum. rot. in sup. deleg. supernadsionni. § si vero duo. & ĩ. cu. super litteris. & C. l.* cumtex. *de inoff. test. l. si quando.* Nec ordo temporum est curandus, potius *C. de iudi.* id, quod de iure sumitur ff. de solu. *l. nec enim sicut in priuilegiis.* fac. no. in l. *ĩ. de deci. c. ad audientiam in fin. & ĩ. de prabõ. c. lic.* & consequẽ

l ¶ *Incidentibus.*] Ipsi de iure tam principalibus quam incidentibus vel accessoriis [a] vel ter. *C. de sen. incidẽtib.* vel emergenti remota est appell. in c. ĩ. *de ap. c. Vt debit⁹.* c. n. & in

m ¶ *Canonice.*] secundum iura canonica. de quib. s. dictũ est de lo. omniu. *const. c. 1.*

COnstitutus.] Non valet rescriptum executorium impetratū super præbenda & canonicatu, in quo nulla est facta mentio de statuto vel de certo Canonicorum numero iuramento firmato. Io. And. Primò ponit impetrationem. Secundo exceptionem contra ipsum. Tertiò distinctionis commissionem. Secunda ibi, *Verum*. Tertia ibi, *Discretione*. Abb. Sicul.

CASVS. Quidam Clericus P. nomine obtinuit litteras à dño Papa ad Decanum & Capitulum Bituricen. & ipsum reciperent in Canonicum & in fratrem, & præbendam, si qua vacaret vel proximo vacaturam eidem conferrent, sibi super hoc executoribus deputatis. Sed tamen ex aduerso Bituricen. Capitulo se opponente, negotium ad sedem Apost. est delatum coram dño Papa dictus Clericus allegauit prædicta. Capitulum econtra respondit, quòd cum in Bituricen. Eccle. certus esset numerus Canonicorū iuraméto firmatus, & per sedem Apost. confirmatus, & de hoc dictus P. in suis litteris non fecisset mētionē, patet quòd veritate tacita fuerunt impetratæ. Auditis hinc & inde propositis, mādat Papa, quòd si legitimè cōstiterit numerū Canonicorum (qui nunc est in Bituricen. Ecclesia) per Decanum & Capitulum iuraméto firmatū antequā dictus P. litteras executorias impetrasset, quidquid factum est per litteras suas decernatur irritum & inane: alioquin si qua præbenda vacat in ipsa Ecclesia, sublato appellationis obstaculo eidem assignetur. Not. quòd non [1] valent litteræ impetratæ nisi fiat mentio de certo numero iuramento firmato, & confirmatione Apostolica. Item considerandum est tempus datæ litterarum.

†Cap.5.eo. tit.in 3. cōpilatione.

† id est, Cælestinus prædecessor noster, alias erat G. Papa prædecessor.

† proximā.

† Dictio, cū deest in manuscript.

† altera.

1 Quomodo non valent litteræ impetratæ.

¶ Idem Archiepiscopo Senon.

¶ *Non valet impetratio in Ecclesia numerata, non facta de numero mentione, si per eam frangitur numerus Canonicorum, licet non frangatur numerus præbendarū: & processus inde factus est nullus. h.d. quo ad intellectum. Panor.*

CAP. XIX.

COnstitutus † apud sedem Apostolicā P. Clericus proposuit, quòd cùm Ç. p. †. n. Decano, & Capitulo Bituricensi dederit in mandatis, vt ipsum reciperent in [a] Canonicum & in fratrem: & prębendam ei conferrent, si qua tunc in eorum vacaret Ecclesia, vel proximo † vacaturam[b]; & ipsi cum † mandatum eius admittere[c] non curassent, eis præcipiendo[d] mandauit, vt quod mandauerat, adimplerent: sibi super hoc executorib. deputatis: & infrà.

¶ Verū pars aduersa † respondit, quòd cùm in Bituricensi Ecclesia certus esset numerus Canonicorum institutus: firmatus iureiurando, & per Ro. Pon. confirmatus: & cùm de hoc[e] memoratus P. non fecisset in suis litteris mentionem[f]: intelligendum erat circumuenisse prædecessorem nostrum, & dictas [g] litteras veritate tacita, impetrasse: & infrà. ¶ Discretioni † vestræ mandamus quatenus si legitimè vobis constiterit numerū Canonicorum (qui nunc est in eadem Ecclesia) per Decanum & Capitulum eiusdem Ecclesiæ iuramento [h] firmatum, antequam prædictus Clericus litteras executorias impetrasset[i]: quicquid factum est occasione litterarum ipsarum, irritum[k] decernatis, alioquin eis faciatis in eadē Ecclesia præbendam [l] (si qua vacat) sublato cuiuslibet appellationis obstaculo, assignari.

† In quibusdam vulgarib. Dominationi, legitimè & manualis ex manuscriptis tamen constat Discretioni legendum.

¶ Idem A. Canonico Pictauen.

¶ *Difficile & famosum cap. & est clauis totius. Et hoc dicit in sūma. Exprimēs falsum, vel tacēs verū in rescripto si malitiosè, caret prorsus impetratis. Sed si per simplicitatem vel ignorantiā, aut obtinuisset vero expresso, & suppresso falso, saltē litteras in forma communi, & delegatus procedit seruato iuris ordine, & non speciali forma rescripti: secus si nullomodo litteras habuisset.*

CAP. XX.

SVper † litteris quæ ab aliquibus ex malitia, & à nonnullis

Cap. 10. eod. tit. in 4 compilatione.

¶ *Glo seq. quærit, arguit pro & contra, & soluit. in fine fortificat textum, cui dicto obiicit, & soluit.*

a ¶ *Reciperent.*] Hic duo mandantur. Primum vt recipiat illum in Canonicum. Secundum, vt assignent ei præbendam, si vacat, vel quàm citò vacauerit. Nunquid ergo si non pōt assignare ei præbendā, tenetur eum recipere in Canonicum saltem? Arg. quòd sic j. *de præben. c. dilectus. 2. & j. de dolo & contu. c. cum dilectis.* Arg. contra. j. *de offi. deleg. c. cum super abbatia. ff. quod cum falso tut. l. 1. §. 1. & l. 2. arg. quasi à contrario. 2. q. 6. c. et qui. §. definitiua. Vers. quandoque vna. & ff. quē ad. ser. amit. l. cōem. & ff de mino. l. etiam § 2. & l. tutor §. 1. arg. pro & contra inuenies. 9. dist. si ad scripturas.* Finis autē decr. videtur dicere quod non: & secundum hoc est vnum mandatum & non duo: & hoc ideo dicit, quia iuratum erat de certo numero Canonicorum, vnde rōne iuramēti non poterant augere numerum. Duo in veritate mandauit Papa. s. vt eum reciperēt in Canonicum, & eo recepto prouideretur ei: & cum recipere erat contra numerum sacramento firmatum: quare literæ non valebant. [a] Et certus numerus Canonicorum debet statui in Ecclesia secundum facultates Ecclesiæ. *in auth. vt determinatus sit numerus Cler. coll. 1. j. de vita & hone. cleri. c. qm̄ vt ait.* Et idem est si certus numerus statutus sit in Ecclesia, licèt non sit iuratus, aut per sedem Apostolicā confirmatus: quia non valent litteræ, nisi dicatur, non obstante certo numero Canonicorum. Hic tñ videtur arg. contra in fi. vbi dicit *si constiterit numerum. &c.* Sed potest dici, quod hic de numero est facta mentio, & non de iuramento, nec de confirmatione Papæ.

a Hoc soluit contraria: quasi dicat, si littera valuissent cōtinentes diuersa mandata: tenentur ad alterum, si vtroque parere non poterat. Ioan. And.

b ¶ *Vacaturā.*] Quod solus Papa pōt. vt j. *de præbend. per totum.*

c ¶ *Admittere.*] i. perficere.

d ¶ *Præcipiendo.*] Per executorias.

e ¶ *Et cum de hoc.*] i. iuramento vel confirmatione: vt j. colligitur: vbi dicit numerum Canonicorum, qui nunc est in eadem Ecclesia, &c. vt notatur in fine illius notabilis, hic duo.

f ¶ *Mentionem.*] Hæc allegatio non valet, si venissent contra numerum illum aliquando propria auctoritate. j. *de præben.* pro illorum. j. de constitu. c. cum accessissent.

g ¶ *Et dictas litteras.*] executorias.

¶ *Glo seq. obiicit. ponit opinio. Ioan. & soluit. secundo quærit & soluit, tertio arg. allegat contrarium, & soluit, in fine dat vnum simile.*

h ¶ *Iuramento.*] Sed in omni tali iuramento semper intelligitur auctoritas maioris excepta: vt hic innuitur à contrario sensu. & *ff. ad mun. l. Imperatores, in prin. j. de iureiuran. Venientes. §. quia vero. in fin.* ergo non facerent contra iuramentum, si ad mandatum dñi Papæ illum reciperent. Item si talis conditio inest iuramento, nunquam est necessaria dispensatio in tali iuramento: quia si displicet Papæ, non est ligatus tali iuramento. Ioan. dicebat hanc conditionem in iuramento non esse. sed ideo dicitur auctoritas superioris excepta, quia non præiudicatur ei, qui possit hoc facere. Verius videtur quòd conditio talis subintelligitur in huiusmodi iuramētis, & hoc ideo, quia super re alterius vel quasi iuramentum tale præstatur, & de re alterius præcise iurari non potest, immo esset anceps periuriū. *ff. de in litem iuran. l. videamus. in princ. & ff. rerum amot. l. Marcellus.* & ideo auctoritas domini Papæ in talibus intelligitur excepta tacitè, licèt non excipiatur expressè. simile 22. q. 2. *beatus*, & j. *de iureiuran. c. quemadmodum. circa princ.* quare si Papa mandat aliquem recipi in Canonicum non obstante tali iuramento, tunc licitè non recipiunt: quia sic apparet, quod Papa iuramentum factum quasi de re sua non vult ratum habere, cùm administratio sola commissa est Capitulo, & non dominium collatum, & hoc iuramētum seruare tenentur Canonici, quantùm in se est, nisi Papa contrarium mandet: & ideo non valuerunt litteræ taliter impetratæ in quibus de iuramēto mentio non fiebat. Sed quid si iurassent ante præsentationem, & post datam? Tunc non obstaret iuramentum, quia data respicitur, vt dicitur hic & j. *eod. c. cum te.* Præterea aliud videtur hic, quod canonia sola sine præbenda augeret numerum Canonicorum: quia si non augeret numerum, iuramentum non obstaret, quin possent ipsum recipere: & simile sup. de consti. c. cum M. Ferrarien. Item arg. quod canonia potest esse sine prouentibus. arg. j. de præben. c. relatum. Sed contra. 1. q. 3. *si quis obiecerit.* Sed ibi appellantur res corporales iura, ex quibus res ipsæ corporales percipiuntur. Et sicut debet fieri mētio de iuramento, vt hic dicit, sic etiam de pactis. si qua in aliquo contractu interueniant, debet fieri mentio, aliàs non valet priuilegium. j. *de deci. c. ex multiplici.*

¶ *Gl. seq. arguit & remittit.*

i ¶ *Impetrasset.*] Hic consideratur tempus datæ. Item non dicit ante monitorias. Et sic est arg. quod per monitorias iūs non acquiritur. aliàs dixisset, *ante monitorias.* De hac materia satis habetur infrà. de renuncia. c. veniens.

¶ *Glos. seq. arguit & remittit.*

k ¶ *Irritum.*] Et ita ea quæ fiunt per litteras surreptitias, non valent. de hoc dicemus. j. *eod. c. ad audientiam.*

l ¶ *Præbendam.*] Et in Canonicum recipi. ista sunt connexa. 1. q. 3. si quis obiecerit.

SVper litteris.] Dolosa surreptio vitiat rescriptum in totum. Si autem processerit ex simplicitate vel ignorantia; eatenus vitiat, quatenus fuit causa concessionis. Diuiditur in tres partes. Nā primo recitat casum, super quo antiquitus erat opinio. Secundo illos per distinctionem bimembrem ad concordiam reducit ibi *Nos igitur.* Tertiò dat regularem doctrinam, ibi, *vt sic.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam impetrauit litteras à D. Papa per malitiā, alij per simplicitatē siue ignorantiā, tacita veritate, vel suggesta falsitate.

ex ignorantia) tacita veritate, vel suggesta falsitate) impetrantur à nobis: diuersos [a] intelleximus diuersa sentire, aliis asserentibus eos debere prorsus carere omni cõmodo [b] litterarum, cum mendax precator carere debeat penitus impetratis: aliis verò dicentibus, quod etsi forma carere debeat in litteris nostris expressa, nihilominus iuxta rigorē [c] iuris sit à delegato iudice in negotio procedēdū. ¶ Nos igitur inter eos, qui per fraudem vel malitiam, & illos, qui per simplicitatem [d], vel ignorantiā litteras à nobis impetrāt, huiusmodi credimus discretionem [e] † adhibendam, vt hi, qui priori modo [f] falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatē, in suę peruersitatis pœnam, nullum ex illis litteris commodum consequantur, ita videlicet quod delegatus (postquam sibi super hoc facta fuerit fides [g]) nullatenus [h] de causa cognoscat. Inter alios autē, qui posteriori modo [i] litteras impetrāt, duximus distinguēdū, quæ falsitas suggesta fuerit, vel quæ veritas sit suppressa: nā si talis expressa sit falsitas [k], vel veritas occultata [l], quæ quamuis fuisset tacita vel expressa, nos nihilominus saltē in forma cõmuni [m]) litteras dedissemus †, delegatus nō sequēs formā in litteris ipsis appositā, † secūdùm ordinē iuris in causa procedat [n]: si verò per huiusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem etiam veritatis, litterę fuerint impetratæ, quæ tacita vel expressa nos nullas prorsus litteras dedissemus [o], à delegato non est aliquatenus procedendum †, nisi forsitan [p] eatenus, vt partibus ad suam præsentiam conuocatis, de precum qualitate [q] cognoscat, vt

sitate, quidam dicebant, quod tales litterę nō valent, cum mendax precator carere debeat impetratis. Alij dicebant, quod etsi forma litterarum carere debeat, nihilominus tñ iudex procedere debet secundum ius commune. Dominus Papa distinguit inter illos, qui per fraudem vel qui per malitiam, & illos qui per simplicitatē vel ignorātiam litteras impetrant tacita veritate, vel suggesta falsitate. Illi, qui per malitiam, vel fraudem, falsitatem exprimunt, & supprimunt veritatem, nullum commodum de huiusmodi litteris cōsequantur: ita tamen quod postquam delegato fides super hoc facta fuerit, de causa vlterius non cognoscat. Inter alios, qui litteras impetrant expressa falsitate, distinguitur: nam si talis veritas sit suppressa, vel falsitas suggesta, (quæ si fuisset tacita scilicet falsitas, vel expressa, scilicet veritas, Papa saltem in forma communi concessisset litteras) delegatus secundùm ordinem iuris procedat, & non secundùm formam litterarum. Si verò talis falsitas sit expressa, vel veritas occultata (quę si illa fuisset tacita vel expressa, Papa nullas litteras concessisset) delegatus non procedat per illas litteras, nisi in hoc vt partes conuocet ad præsentiam suam, & de qualitate precū cognoscat: et sic in vtroque casu eadem ratio, qui delegātem mouet, moueat & delegatum: & vbi delegans suas litteras denegaret, delegatus suum officium nullatenus interponat. Not. quod qui per malitiā & fraudem litteras impetrat tacita veritate, & suggesta falsitate litteræ indistinctè non valent propter fraudem: & ita dolus seu malitia facit, quod nulla distinctio hic est adhibenda. Ita [t] qui fraudem allegat, fraudē probare debet. Item qui simplicitatem fecerit, non imputatur. Item secundum quod Papa in iudicijs facit, ita & inferiores iudices facere debent.

† Distinctionem habendam.

t Fraudem allegans, fraudē probare debet.

¶ *Gla. seq. ponit quatuor similia.*

a ¶ *Diuersos.*] Nam quot sunt capita, tot sententiæ. *de consec. dist. 4. sicut in sacramentis. item si posset.* variæ enim sunt [2] hominum volantates. ff. ad Treb. l. quia poterat. & homines faciles sunt ad dissentiendum. ff. de arbi. item si vnus. §. principaliter. & diuersitatem corporum sæpè diuersitas sequitur animorum. ī. de concess. præbend. c. quia diuersitatem.

2 Hominum varia voluntates.

b ¶ *Carere omni commodo.*] Litterarum 25. q. 2. c. dicenti. §. *et si legibus.*

c ¶ *Iuxta rigorem.*] 25. q. 2. c. dicenti. §. *præscriptione*

¶ *Gloss. seq. pro simplicitate ad. fauora. & dat in contrarium. & soluit.*

d ¶ *Simplicitatem.*] [3] Simplicitati subuenitur. *de consec. dist. 2. c. 3. & ī. de re. per mu. cum vniuersorum*, nec obest quod per simplicitatem dimissum est: vt *ff. de ven. insp. l. 1. § vlt.* Item imperitię parcitur *ff. de proba. cum de indebito. § si autem is. ff. de eden. l. 1. §. vlt. ff. qui satisd. cog. de dec. ī. si seruus. Ver. minori. ī. qui admit. ad bo. pos. quicunque. & ff. si quis in ius voc. non ier. l. 2. §. si quis in ius arg. cōtra. C. de in ius voc. l. 2. C. de fal. mo. l. 1.* Dicit in prima rubrica: quia rusticitati parcendum est. Contraria casualia sunt.

3 Simplicitati, & imperitiæ, quatenus parcatur.

ADDITIO. Scilicet in iure naturali, & in falsa moneta, vt dicit Hostien. reprobatur etiam simplicitas in promouendo. *19. dist. Petrus.* & in magistro. *de transl. inter corporalia. de seruis, capes. fauias.* Ioan. And. in nouella.

a Hanc gloss. dicunt esse sin. Inn. & Abb. hoc ad hoc quod exprimēs falsum, vel tacens verum in impetratione rescripti, præsumatur hoc prima fronte processisse ex simplicitate, & non ex dolo.

e ¶ *Discretionem.*] Per hanc decre. cassatæ sunt omnes solutiones, quæ recitabantur 25. q. 2. c. dicenti. § *præscriptione. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. l. rescriptum. & l. & si legibus.*

¶ *Gla. seq. recit. per quæstionem.*

f ¶ *Priori modo.* sc. per fraudem vel malitiam. & qui hanc fraudem allegat, eam probare tenetur. ff. de prob. quoties. § qui dolo. quia quilibet præsumitur bonus donec probetur malus ī. *de sim. cū venis & ī. de præsumptio. dudum.*

g ¶ *Facta fuerit fides.*] Simile 25. q. 2. c. dicenti. §. *& si legibus. & §. si non cognitio.* quia cum dubium sit, potest de hoc cognoscere iudex, quia ratione dubitationis fit, quod alias non fieret. *ff. de lib. causa. ordinata. § fin. & C. eo. tit. l. ite ordinata.* & ita qui fraudem allegat, eam probare debet, vt dictum est.

h ¶ *Nullatenus.*] Opposita exceptione legitima, suspensa est iurisdictio iudicis circa principalem causam: & si dubia est, de hoc prius cognoscat, postea cognoscat iudex de fraude siue malitia, de qua excipitur: nec distinguitur in hoc casu, quæ falsitas sit expressa, vel veritas occultata, sed sufficit, quod per malitiā hoc fecerit, & sic intelligitur lex ista. *25. q. 2. c. dicenti. §. & si legib.* Sed qualiter probatur malitia? Certè ex perspicuis indicijs, puta ex qualitate personæ & ex forma rescripti. Bernar.

i ¶ *Posteriori modo.*] sc. per simplicitatem vel ignorantiam.

k ¶ *Expressa sit falsitas.*] Puta si dixerit se de possessione vi eiectū, cum non esset: nihilominus darentur ei aliæ literæ, ex quo petit causam committi, vel tacet se Decanum, & impetrat litteras super vsuris vel super alia re propria, ī. eo. ad aures.

† Videl. tamen ibi Bald. C. si cōtra ius, vel vtil. publ.

l ¶ *Veritas occultata.*] Puta si occultauit, quod ad arbitros itum erat, nec causa per eos potuit terminari. ī. *de resti. præsentata. argu. C. si contra ius vel vtil. l. 1.*

† ed.

† Videl ma tamen in gl. 2. ff. de procur. & ff. de peti. hære. l. si possessor. & l. n. quod possessor.

m ¶ *In forma communi.*] Secundùm istum modum intelliguntur iura illa. *25. q. 2. c. dicenti. §. præscriptione & §. prædicto. & si legibus.*

n ¶ *Procedat.*] Secus si per malitiā falsitatem expresserit, vel veritatem occultauerit: & ita aliœ receditur à forma in rescripto data, & reditur ad ius commune. *vt ī. eod. causam quæ.*

¶ *Glo. seq. ponit. 20. casus, quibus expressio falsi, vel taciturnitas veri vitiat rescriptum.*

o ¶ *Litteras dedissemus.*] Ex hoc patet, quod simplicitas vel ignorantia non prodest circa huiusmodi litteras impetrandas: immo ad hoc vt rescriptum teneat, nihil debet supprimi ex iis, quæ mouere possint animum Principis ad dandum rescriptum vel ad denegandum. Ex quo modo quidem fertes facti est exprimenda. ī. *de cohab. cle. & muli.* super eo. tum processus causa ī. *de re iudi. inter monasterium.* Item non valent litteræ, si quis tacet sententiam latam. arg. ī. *de frustr. inter dilectos. C. sen. rescin. pos. l. vlt.* Item si tacuit nomen dignitatis suæ. sup. ī. eod. in nadaures. Item si tacuit aliud beneficium sufficiens. suprà eod. eam adeo, siuē etiam minùs sufficiens. ī. *eod. si proponente. & ī. de præbend. cum teneamur.* Item si tacuit Vicariam perpetuam. ī. eod. postulasti. Item si tacuit pactum præcedens siue compositionem ī. *de deci. ex multiplici.* Item si tacuit statutum non meum Canonicorū iuramento firmatum. ī. *eod. c. proxi. & ī. de præben. pro illorum.* Item si tacuit statutum, quòd dignitas non esset vlterius in Ecclesia. ī. *de const. cum accessisset.* Item si tacuit priuilegium ī. eod. ex ordinem. Item si tacuit dispensationem ī. *de fil. pre. ex tua.* Item si tacuit se regularem petendo confirmationem. ī. *de confirma. vtili vel inuti. porrectū. in fin.* Item si dixit se Clericum non esse, cùm esset. ī. *de transf. ex litteris.* Item si tacuit, quòd præbenda nō vacaret de facto ī. *de concess. p. cum nostris. & c. litteras.* Item si tacuit exceptionem ī. *de proc. in nostra.* Item si tacuit appellationem a se factam. ī. *eod. ex parte.* vel factam ab aduersario. ī. *de confir. vtil. vel inutil. bona.* Item si tacuit, quòd alius de mandato Papæ fuerit receptus. ī. eod. mandatum. & duobus cap. seq. Item si dixit se habuisse monitorias, quòd fuit falsum, & executorias impetrauit, nō valet ī. eod. ex insinuatione. Et generaliter vbicūque talē veritatem tacuit, vel talem falsitatem expressit, quę tacita vel expressa Papa litteras non dedisset, rescriptū inutile fit.

Rescriptum quot modis vitietur ac curata disputatio.

¶ *Gloss. seq. dupliciter exponit illud, forsitan.*

p ¶ *Nisi forsitan.*] Istud, *forsitan*, non est dubitatiuū, immo affirmatiuè ponitur: quia de his, scilicet cognoscere debet an scilicet preces veritate nitantur *ff. de iudic. si quis ex aliena. & ī. de appellat. parati simile, forsitan.* 35. q. 2. *admonere.* vel si sibi tergiuersat. ī. *de procurator. tua.* Vel ideo dicit *forsitan*, quia si non esset exceptio, statim posset cessare: & in hoc casu vbi notorium est, quòd aliquis nō est iudex meus nec teneor gestis, vt si citet me, qui est vltra materiā non teneor ire *argu. ī. de accusa. euidentia. & arg. infra de iureiurā. ad nostrā. 2. C. de iurisd. om. iudi. in criminali. & 2. q. 4. si Episcopus.* vbi de ista materia notatur per Ioan.

q ¶ *De precum qualitate.*] i. de veritate vel falsitate precum imposita contra impetrantem.

a ¶ In

a ¶ *In vtroque casu.*] Primus est, cum tacita veritate, vel falsitate expressa per simplicitatem Pa. a litteras cōcedit in forma communi, ac si esset veritas dicta, vel falsitas tacita. Secundus casus est, cum Papa nullas litteras dedisset tacita falsitate, & expressa veritate per simplicitatem.

sic in vtroque casu[a], eadem ratio quæ delegantē moueret, moueat etiam delegatum: & vbi delegans suas litteras denegaret, delegatus etiam suæ cognitionis officium nullatenus interponat.

¶ Idem Abbati & Conuentui Præmōstra.

¶ In causa monasterij cōuenitur Abbas per rescriptum, in quo nulla fit mentio de Conuentu, nec propter hoc appellari potest, nisi Abbatis & Conuentus bona essent distincta omnino.

CAP. XXI.

EDoceri † postulatis à nobis, vtrùm per litteras aduersus Abbates (nulla mentione habita de suis Conuentibus) impetratas, teneantur Abbates ipsi super causis (quæ ad Conuentus pertinent, & eosdem,) de ipsis querelantibus respondere, ac licèt inhibita sit appellatio, per appellationis obiectum possint (ne respondeant) se tueri. ¶ Super quo duximus respōdendum, quòd nisi alia causa rationabilis suffragetur) per appellationem se tueri non possunt, quominus debeāt [b] auctoritate litterarū huiusmodi legitimè respondere. ¶ Cum ex officio suo teneantur[c] congregationum suarum negotia procurare: nisi fortè Abbatis & Conuentus negotia essent omnino discreta[d].

¶ Idem Archiepiscopo & Magistro. X. Canonico Magdeburgen.

¶ Processus factus per litteras surreptitias irritatur, sed factus cōtra formam rescripti irritus nunciatur.

CAP. XXII.

CVm † dilecta in Christo filia R. Custos Helicñ. † Ecclesiæ, ac procurator G. monialis, super electionibus in eadē Ecclesia celebratis, litigauerint aliquādiu corā nobis: & infrà. ¶ Deprehēdimus litteras ad Abbatem de Remech. & suos cōiudices impetratas[e], fuisse per subreptionē † obtētas, cū in eis illius articuli, videlicet, de subtractorū resignatione fuerit præter conscientiam nostram [f] cognitio demandata, qui in prioribus litteris ad Scholasticum Hildesñ. & coniudices suos obtentis, insertus fuerat, de

† Ga. n. eod. tit. in 3. compilatione.

EDoceri.] Solet multùm allegari. Diuiditur: quia primò ponitur duplex quæstio. Secundo solutio: ibi *Super quo*. Tertiò rō: ibi, *Cum ex officio*. Quartò exceptio: ibi, *nisi*. Et hīc no. vnū (quòd nescio alibi) q̄ inter Abbatē & Conuētum bona monasterij possūt esse diuersa, vt aliqua pertineant ad mensam Abbatis, aliqua ad mēsā Cōuētus. Ab. Sic. CASVS. Aliquis impetrauit literas Apostolicas appellatione remota cōtra Abbatem quendam, nulla facta mentione de ipsius Cōuentu: quærebatur vtrùm Abbas teneatur respondere per literas illas super eā quę cōiter pertinet ad Abbatem & Monachos: & si Abbas appellauerit ne compellatur respondere super causa illa, vtrùm valeat appellatio. Rñdetur, quòd per appellationem Abbas se tueri non potest, quò minùs auctoritate huiusmodi litterarum respondere teneatur, nisi alia causa rōnabili tueatur: quia Abbas ex officio suo negotia sui Conuentus tenetur procurare, nisi fortè Abbatis & Conuentus negotia essent omnino discreta. No. quod prælatus officium suum adimplere tenetur, & non valet appellatio contra vtilitatem Ecclesiæ interposita. Not. quod per literas contra Abbatem tantùm impetratas super causa Conuentus, potest Abbas conueniri. item qui eum habet cum monasterio Abbatē conueniat, & nō monachos. Not. quod Prelatus officiū suū adimplere tenetur, & negotia suę cōgregationis procurare. Not. q̄ si res Abbatis & Cōuētus sint diuersæ, nō Abbas sed Conuentus poterit cōueniri.

¶ Gl. seq. facit quatuor. Primò consulit Prælatum conueniendum duplici de ca. & dat simile. Secundo dicit Prælatum sine Capitulo vel econtra non agere vel defendere. distinguit triplicē speciem causarū quadam spectant ad Prælatum, quadam ad Capitulum, quadam communiter ad vtrumque. Tertio recitetur per quæstionem an subsequens consensum, &c. Quarto quærit, & soluit.

Abbas non Conuentus cōueniri debet, & quare.

b ¶ *Debeant.*] Discrete agit qui Abbatem conuenit: nam si cōuentus conueniretur, statim platum nominaret in iudicio, & sic inducias obtineret. j. *vt lit. non conte. quoniā frequēter. §. quod si super. & C. vbi in rē act. l. 2.* quia sine licentia Abbatis nec agere nec respōdere pōt Cōuentus, quin retractetur sentētia. j. *de iud. causam. 16. q. 1. monachi & q. 3. si sacerdotes* sicut nec filius quandiu est in potestate patris. *C. de an. excep. l. 1. in fi. 16. q. 3. si sacerdotes.* & ideo Abbas primò conueniendus est. Dico tamen, quod nullum Collegium conuenit vel cōuenitur sine auctoritate Prę-lati & è conuerso Prælatus sine auctoritate Capituli nec conuenit nec conuenitur, sed per Syndicum actorem vel procuratorē ab ipso Prælato de consensu Capituli constitutum, & hoc cū negotium principaliter tangit Prę-latū, j. *de procu. c. 1* & si negotium principaliter tangit Capitulum, ab ipso Capitulo constituatur de auctoritate Prælati. *inf. de iud. causam quæ Cod de Epis. & cle. omnes §. hoc nihilominus.* & hic, & 12. *dist. non decet in prin.* Et hæc locum habent cū negotia Capituli & prælati sunt discreta, vt dicitur in fi. Si verò sunt communia. Prælatus de consensu a Capituli constituit syndicum. Vnde vacante sede nihil est innouandum. j. *ne se. va. c. 1. 2. & 3.* nec tunc currit præscriptio contra Ecclesiam. j. *de præs. c. 1 & c. de quarta.* Et si fortè Capitulū agit, non sufficit subsequens consensus Prælati, sicut nec sufficit subsequēs auctoritas tutoris. *ff. de auct. tut. obligari § vlt. & inst. eod. tit. § tutor.* Sed hoc non credo. sufficit enim si postea accedat cōsensus Prælati, vel ecōuerso. j. *de dona. pastorales. in fi. & j. de his quæ fi. à Præl. si c. seu ca. cū nos.* Et dicit lex quæ cōfirmat prædict. quòd q nō potest alienare, nō pōt rem in iudicium deducere. *ff. de ser. dolobonat Prætor.* Sed quid si lis oriatur inter Collegium & Prælatum? Adeatur superior, & ille dabit Collegio curatorem ad litem ipsum, cuius officium cessabit lite finita. *instit. de auct. tu. in fi. & ff. de tu. l. 3 § si pupillum. in fi.*

a Vide Ioan. And. in ca. olim causam de resti. spo.

ADDITIO. Licet nō neget hoc fieri posse, tñ sine tali curatore Capitulū velut hñs legitimā administrationem agere, defendere, & procuratorē cōstituere poterit: vt de cau. pos. cum Ecclesia. *& c. cum olim. de instit. cum venissent ibi, ad petitionem Eboracē. Ecclesia*, & c. Ioan. And.

¶ Glo. seq. recitatur per quæstionem.

c ¶ *Teneantur.*] Et quidē tenētur, licèt non fiat mentio in rescripto. nomine enī *Prælat.* Ecclesia intelligitur: & prælati monasterium. *ff. de annu. leg. l. annua. § 1. ff. de condi. & demon. si filiusfamilias.* Et Ecclesia in Epo, & è conuerso. *7. q. 1. scire debes.* & *ff. de reb. dub. cinibus*, non tamen nomine Prælati semper intelligitur Ecclesia j. *de testamen. requisisti.* & 12. *qu. 2. aliud & q. 3. pontifices.*

† Cap. 13. eo. titul. in 3. collect.

† *Herwacem.*

d ¶ *Omnino discreta.*] Benè dicit, discreta: quia si sunt discreta omnino, non tenetur rñdere nisi de pte sua: quia rescripta nō extenduntur ad res, vel ad personas in eis non comprehēsas. b qm̄ strictè intelligenda sunt. arg. j. *eod. sedes. & j. de off. del. cum olim Abbas. §. quia verò.* & melius e P. & G. Et licèt sint omnino discreta, tñ nec Prælatus sine consensu Capituli nec Capitulum sine consensu Prælati hoc facere possunt, vt dictum est in prima notula.

† *Id est, tacendo verum, vel exprimēdo falsum.*

b *Adde text.* in l. fi. & in l. præscriptione. Cod. si contra ius, vel vtil. publ.

CVm dilecta.] Diuiditur principaliter in quatuor partes. In prima succinctè tangit quæstionem. In secunda irritat processum secundorum iudicum ibi *Deprehendimus.* In tertia irritū decernit processum primorum iudicum ibi, *Dictum.* In quarta committit causam & mandat restitui spoliatos ibi, *Ideoque.* Ab. Sicu. de facto huius decre. loquitur infrà de re iud. ad probādum. CASVS. Vacante monasterio Helicñ. duæ electiones ibidem fuerunt celebratæ: vna de custode illius monasterij & alia de G. moniali ipsius monasterij super istis electionib. cā fuit commissa primo Hildesñ scholastico, & coniudicib. suis, sub hac forma, *Vt personaliter ad monasteriū accedentes personæ idoneæ committerent administrationem Abbatiæ, cui fieret restitutio quorundā subtractorum ab vtraque parte.* Iudices isti contra formā mandati, processerunt postmodum causa fuit commissa Abbati Remecheñ. & coniudicib. suis per surreptionem: quia in literis præter conscientiam dñi Papæ fuit articulus insertus de resignatione subtractorū, qui in litteris prioribus continebatur, & isti iudices cœperūt procedere in cā. tādē negotiū ad sedē Apost. est delatū. Papa sciens de processib. iudicum prædictorum inuenit literas iudicū secundorum per surreptionem obtentas: quia articulus de resignatione subtractorū pp̄ter conscientiam D. Papæ insertus in secūdis litteris fuerat, qui in priorib. positus erat, de quib. in secūdis literis mētio nō fiebat. & ideo Papa cassauit, quicquid factū fuit occasione literarū secūdarū. præterea primi iudices processerūt cōtra formā mādati, qui cū deberent accedere ad locū, & personæ idoneæ administrationē cōmittere Abbatiæ, cui fieret resignatio subtractorū hinc inde: ipsi hoc capitulo prætermisso, de aliis inordinatè cognouerūt: pp̄ q̄ dominus Papa pcesū eorū denūciauit irritū & inanē: q̄ contra formā mādati & iuris ordinē pcesserūt. Mādat ergo dominus Papa tertiis iudicib. q̄ primo istis iudices restituāt quasdā moniales, quæ spoliatæ fuerūt, & postea mādati forma diligēter obseruata, in negotio ipso p̄ iuris rōne pcedāt. Not. q̄ literæ per surreptionē obtētę nō valent: & oppositā exceptione cassat, quicquid fit p eas. Itē secūdę literę nō valent nisi de primis fecerint mētionē. Itē q̄ primò fieri mādātur, primò expedienda sūt secūdū formā mādati. Itē forma mādati diligētissimè seruanda est. Itē processus contra formam mandati friuolus est.

e ¶ *Impetratas.*] q̄ falsæ erāt: vt j. *de exce. r. Pal. inter dilect. §. præterea.*

f ¶ *Nostram.*] Et Cancellarij, vel alterius, qui debebat requiri. j. *de cri. fal. licet.*

† *Primò expedienda quæ primò fieri mandantur.*

a ¶ *Men-*

a ¶ *Mentio non fiebat.*] & ideo secundæ litteræ non valuerunt. s. eod. *cæterum*. nec quod per eas factum est: vt infra.

Personaliter exequi debens, an possit alij committere.

b ¶ *Personaliter.*] No. casum nouum: cum mandatur alicui, vt personaliter negotiu exequatur, potest alij committere vices suas, si partes consentiant: nisi in duobus casib. In causa inquisitionis. Item cum Papa præcipit deri mandat Ecclesiæ alicui de Prælatis, & alijs ministris. j. *de off. dele. qm Apostol ca. §. is autē*. Et simile, quod dicit lex, si promisisti mihi per te facturum nauem, vel aliquid cōsimile: per alium, me non consentiente facere non potes propter industriam tuā, quam elegi. *ff. de sol. inter artifices*.

¶ *Glo. seq. notat ordinem scripturæ seruandum. alle. sex iura. & tria in contrarium. & soluit distinguendo. Demum obijcit quærendo, & soluit.*

c ¶ *Trāsponentes.*] Not. in rescriptis ordinem scripturæ seruandum. vt hic. & 43. di. *sit rector. in fi.* & 3. q. 6. *in grauibus.* & 2. q. 1. *in primis ff. de vsufru. quoties*. Et

a Ordo verborum ostendit ordinem processuum.

tordo verborum ostendit ordinem processuum. *de conse. dist. 2. in Christo pater. ver. vos autem. in glos. cur gradum. & ff. ad Trebel. hæredes. in fi. Arg. contra. infr. eo. cām qua. & arg. infr. eod. inter cæteras arg. Cod. de appel. l. 1.*

quibus in secundis litteris mentio nō fiebat[a]: & ideò quòd ipsarum literarum occasione d gnoscitur attentatum, duximus irritandum. ¶ Dictum insuper Scholasticum, & cōiudices suos inuenimus minùs prouidè processisse, cū enim in litteris nostris eisdem principaliter mādaretur, vt ad prædictam Ecclesiā personaliter[b] accedentes, personæ idoneæ administrationem committerent Abbatiæ, cui ad opus eius fieret hincinde resignatio subtractorum, ipsi formam mandati Apostolici transponentes[c], illo capitulo prætermisso, de alijs articulis[d] inordinatè plurimū cognouerant: propter quod processum ipsorum contra nostri formam rescripti, ac iuris ordinem[e] attentatum, irritum[f] decernimus & inanem. Ideóque mādamus quatenus G. & quibusdam alijs sororibus Ecclesiæ (sicut iustum fuerit) restitutis[g], & forma mandati nostri exacta diligentia obseruata, in negotio ipso ratione

Sol. vbi aliquid principaliter mandatur, illud tanquam principale primò tractandum est: cetera verò secundario tanquam accessoria subsequenter sunt expedienda: sicut hic. Vbi verò plura principaliter committuntur, non refert, quod illorum primò tractetur, nisi forsan vnum de natura sui præcedat: vt in *decr. j. eod. cūm. & arg. j. de cā. pos. & propri. pastoralis.* & *Cod. de rei vendi. ordinarij.* & ideo cassitus, id est, cassus & irritus nunciatur hic processus iudicum, quia articulum principaliter commissum omiserunt, de alijs inordinate plurimum cognoscendo, vt dicitur in littera: & idem penitus habes. j. *de off. dele. venerabili*. Sed quare non confirmauit, quod legitimè factum fuit. j. *de prob. dilectus. 1. in fi.* & j. *de arb. cum tempore* & j. *de priui. cum olim. 2. §. fi.* Resp. quia non seruauerunt formam sibi datam: & quia cum principale sit cassitum, accessoria etiam cassata intelliguntur. j. *de fid. instr. inter dilectos. versu fi.* & 2. q. 6. *post appellationem § si quis ex pluribus*. Bernar.

d ¶ *De alijs articulis.*] sc. de electione, & pertinentiis suis.

e ¶ *Iuris ordinem.*] Iuris ordo exigit, vt primò de spoliatione cognoscatur, quam de proprietate. vt 3. q. 1. c. 1. & 2. & *quasi per totum.* & 1. q. 2. *per totum* & *C. de rei vend. ordinarij.* & *C. de interdic. interis iuris non est* & *ff. de iudic. si de vi.* & *possessione.* & j. *de restit. spol. ex conquestione.* & quæstio spoliationis priuilegiata est. j. *de ord. cogni. super spoliatione.* Et quia isti iudices hunc ordinem non seruauerunt, Papa illorum processum irritauit, irritum esse ostendit. j. vt lit. non conte. accedens, 1. & præcipuè quia illa fuit forma mandati: & ita est de substantia a iuris ordinarij ordo iste: & sic in duobus peccauerunt: quia contra formam sibi datam, & contra ordinem iudiciarium, sic j. *de confir. vti. vel inuti. examinata*. Sed hic videtur loqui de alio ordine, quem nō seruauerunt iudices in alijs articulis: vt ipsa littera dicit: & quia contra mandati formam fecerunt, & ordinem iuris in alijs articulis non seruauerunt, Papa processum illorum denunciauit irritum, & inanem: & sic in duobus peccauerunt, non seruando formam rescripti nec etiam seruando ordinem iuris in alijs articulis, fortè dimittendo contestationem litis: & sic duobus modis potest intelligi quod dicit, *iuris ordinem*.

a Vide, quod notatur. 2. q. 1. in summa & quod dicitur. infra de appe. ex ratione super 1. gl. de offi. deleg. prudentiam super fi. gl. Io. And.

¶ *Glo. seq. recit. per obiect.*

f ¶ *Irritum.*] Et supra dixit, *irritandum*. quia ibi ipso iure nō erat irritus processus, sed irritādus propter litteras surreptitias s. eo. *super litteris*. hic ipso iure processus nullus: & ideo dicit, *irritū*, duabus de causis: quia cōtra formam, & contra iuris ordinem: vt 2. q. 6. c. & *qui appellat. § diffinitiua. ver. item sententia. contra solitum ordinem.* &c. & j. *de confir. vti. vel inuti. examinata*.

¶ *Glo. seq. obijcit & dupliciter soluit.*

g ¶ *Restitutis.*] Sed qualiter potest monacha petere restitutionē? Dic, quia non habebant Abbatissam, & illæ spoliatæ erant. *arg. ff. de iud. si longius. §. si filiusfamilias.* vel quia petit restitui nō tanquam monacha, sed quasi de corpore: sicut si collegium non habeat, vnde soluat creditori: soluent singuli, non quasi singuli, sed quasi de corpore: & petit monachus partem vbi res monasterij diuiduntur. 18. qu. 2. *in nulla*. & etiam vbi recedit a collegio 17. qu. 1. *si quis rapuerit*. & vbi monachus percutitur. j. *de sen. excom. parochianos.* Sed ibi non datur actio iniuriarum monacho, sed monasterio: & intentabit eam syndicus monasterij: sicut D. agit pro iniuria serui. *Instit. de iniur. §. si seruus.*

b Hanc glo. dicit esse singul. Abbas hic ad hoc, quod religiosus spoliatus potest petere restitutionē in absentia sui superioris.

præuia procedatis.

¶ Idem.

¶ *Valet secundum rescriptum, licet de primo nō faciat mentionem, quo vti noluit impetrans intra annum.*

CAP. XXIII.

† Cap. 15. eo. tit. in 3. compilatione.

PLerumque † contingit, quod aliqui (nostris litteris impetratis) illis vti multo tempore postponentes, tunc demùm eas exhibent: cùm aliarum auctoritate, ab eis contra quos primitus litteras impetrarunt, cœperint conueniri dicentes, posteriores litteras non valere: vtpote non facientes de prioribus mentionem. ¶ Cùm igitur non sit malitiis[h] hominum indulgendum, statuimus vt si quis nostras litteras impetrans, infra annum[i] postquam copiam iudicum habuerit, ex malitia vel negligentia[k] postposuerit vti eis, auctoritate posteriorum litterarum valeat conueniri, licèt in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

PLerūque contingit.] Diuiditur, quia primò tangit impetrātium malitiam. Secundo adhibet medicinam cōpetentem ibi, *Cum igitur*. Abb. Sicul.

CASVS. Quidā impetrabant litteras contra aduersarios suos, sed eis non vtebantur: postea aduersarij eorum impetrauerunt alias litteras super eadem causa ad alios iudices: & tunc primo primi impetrantes exhibebant suas litteras, cùm per secundas conueniebantur, dicentes secundas litteras non valere, vtpote non facientes de prioribus mentionem. Quærebatur quid iuris? Papa dicit, cùm malitiis hominum non sit indulgendum, statuimus quod si quis litteras impetrauerit, & eis per malitiam vel negligentiam non fuit vsus intra annum, postquam habuit copiam iudicum, auctoritate secundarum poterit conueniri, licèt de prioribus nullam fecerint mentionem. Not. quod malitiis hominum non est indulgendum. Item per lapsum temporis probatur malitia vel negligentia. Item non currit tempus, qui copiam iudicis habere non potest.

Malitiis hominum non est indulgendum.

h ¶ *Malitiis.*] s. eod. *sedes*. j. *qui ma. accu. pos. significante.* & *ff. de rei vend. in fundo*.

¶ *Glo. seq. dat primo sex concord. ad id, quod dicitur de spatio annali. demum quærit ponit quatuor opiniones, & primam approbat. Vltimo ponit ius nouum, & remittit.*

Capitulum † sanctæ Crucis Cameraceñ.exhibita nobis petitione monstrauit, quòd Callimacho Clerico super præbendali beneficio in eorum Ecclesia obtinendo, litteras nostras ad eos priùs[f] monitorias,

† Dictio, Capitulum, hic capitur pro collegio: simile cap.ad hoc c. inter alia & cap. quod in dubiis.de sen.ten. excom.

e ¶ *Sed dicti iudices.*] Nam iudices appellationis debẽt cognoscere an sit legitimè appellatum: & si legitima est appellatio, ipsi cognoscant, aliàs remittant partes ad priores iudices, in expensis condemnando appellantem.j.de app.vt debitus.& c.cum specialis.Et ita quãdo iudices ad appellationé dati sunt, semper debẽt cognoscere de huiusmodi iurisdictione:nec conuenire cũ prioribus,sicut quãdoq; vidi fieri.Illud enim habet locũ, quãdo diuersi iudices cõtendunt se habere iurisdictionem principaliter.s.eod.pastoralis.Bern.

t Iudices appellationis quod debent recognoscere.

Capitulũ.] Diuiditur.Nã in prima ponitur facti narratio perplexitaté cõq̃uerẽtis cõtinẽs.In secũda definitionis cõmissio illã tollẽs.Secũda ibi:*Quocirca*.Ab.Sic. CASVS. Callimach[9] Clericus impetrauit literas monitorias cõtra Capitulũ S. crucis Cameracẽ.sup obtinẽdo beneficio in eadẽ Ecclesia:&deinde præceptorias obtinuit cõtra eosdẽ.B.Clericus cõtra Capitulũ idẽ super cõsimili beneficio in eadẽ Ecclesia sibi cõferẽdo, ad Archidiaconũ Tornacẽ.& ad eius collegas literas executorias impetrauit:qui monuerũt Capitulũ S.crucis,vt dictũ B.reciperẽt in Canonicum & in fratrẽ:à quibus iudicibus Capitulũ appellauit:sed iudices nõ obstãte appellatione tulerũt sententiã suspẽsionis in eosdẽ: postmodũ dictus Callimachus literas executorias super executione mandati pro ipso facti ad alios iudices impetrauit: qui tulerunt sentẽtias suspẽsionis & excommunicationis in eosdẽ.Capitulũ S. crucis factũ istud significauit D.Papæ.Papa mãdat Epo & Arch. Legioné.vt illũ in Canonicũ recipiãt, & beneficiũ assignet ei,qui prius mandatum Apostolicum prædicto Capitulo reportauit,relaxãtes sentẽtias prædictas iuxta formã Eccl.siæ,super præbẽdali beneficio alteri silẽtium imponendo.No.qui primò mandatũ Apostolicum repræsentat super beneficio, debet beneficium obtinere:sicut seruatur in literis super controuersiis impetratis.

b Si intelligas in impetrando, planum est: si in præsentando,falsũ est:nisi quãdo gratia sunt æquales:& nescitur quis sit primus.j c. c pen lib.6. Ioan.And.

¶ *Gl.seq.signat cõtrarium,& soluit:& ops.ponit solutionis cõtrarium.*

f ¶*Prius.*]Et ita qui præuenit aliũ,ille obtinet.j.de appellatio.vt debitus.ibi,prius quàm in gl.& j eo.Abbatem.& simile.ff.de procu.pluribus.& j.de procur.non iniustè:vbi potior est cõditio occupantis.& simile.ff.de verb.ob.si Titius.Sed videtur quòd ille pro quo fuit priùs lata sentẽtia debet obtinere:nõ ille qui primò prętentauit rescriptũ,sicut si quis à plurib conueniatur ex noxa eiusdẽ serui nõ ei qui primò egit,sed ei qui ad sentẽtiã priùs peruenit, debet dari.ff. de noxa.si quis à multis.sic etiã in actione de pec.ff.de pec.si verò

adhuc

adhuc. Fortè idem posset dici hic. ille enim obtinuisset, qui prius receptus fuisset, arg. j. de praben. dilectus. sed hic neuter ad sententiā venit. Hic possunt assignari multa contraria. j. de offi. dele. ex parte. & eo. tit. cæterum. & multa cōsimilia. Sed iura illa hodie correcta sunt per id, quod habes j. de appel. Vt debitus. & per id quod dicitur hic. De hac materia dicas vt dixi j. eod. c. 1. Sed illa decr. ex parte. j. de offic. dele. loquitur in alio casu, cum iam literæ sunt primo præsentatæ ante præsentationem secūdarum. & ita concordat cum ista. Alij dicūt, & fortè bene, quòd primæ literæ valēt, & non secundæ: quia de primis nō faciunt mentionem, si primus impetrans non fuit negligens in prosequendo ius suū, & hoc constat licèt prius præsententur secundæ: dum tamen non recipiatur secundus ante præsentationem priorum: & ita cessant cōtraria, sed si primus nō prosequatur ius suum dolo vel negligentia, cum prosequi possit, valebunt secundæ, licèt de primis non faciant mentionem. secùs in rescriptis ad lites obtentis, vbi per solicitudinem præsentantis perditur primum rescriptum, licèt secundum de primo non faciat mentionem. j. de app. Vt debitus. ibi enim remanet ius saluum vtrique impetranti.

† In multis manuscrip. ita: in eos suspensionis sententias protulerunt.

& demum præceptorias impetrante, B. Clericus cōtra eos super consimili [a] beneficio in eadem sibi Ecclesia conferendo, ad I. Archiepisc. Tornac. & eius collegas, de prædictis literis nō habita mentione [b], executorias à nobis litteras impetrauit: qui post appellationem [c] ad nos interpositam, in eos suspensionis [d] & † excommunicationis sententias protulerunt, ac dictus C. super executione mandati pro eo facti, ad alios obtinuit scripta nostra, qui tulerunt suspensionis & excommunicationis sententias in eosdem. ¶ Quocirca mādamus, quatenus eo recepto in Canonicum & in fratrem, assignatóque sibi beneficio præbendali: qui ad eos priùs mandatum Apostolicum reportauit, præfatas sententias [e] iuxta formā Ecclesiæ relaxetis [f]: alteri super præbendali beneficio in eadem Ecclesia silentium imponentes.

¶ Idem Bituricen. Archi. Apostol. ex sedis legato.

¶ *Si habens literas Papa ad beneficium eis propter annuam pensionem renunciat, non valent literæ beneficiales per eum hoc tacito impetratæ.*

CAP. XXXI.

ij AD audientiam nostrā peruenit, quòd quidam Clerici obtentis à sede Apostolica literis super prouisione sua in aliquibus Ecclesiis tibi subiectis, recipientes ab eis annuas pēsiones [g], seu † alia beneficia ab eorum impetitione desistunt, renunciātes [h] beneficio literarum: & infrà. ¶ Fraternitati tuæ mādamus, quatenus eos, qui post literas taliter venditas †, alias (de illis mentione non habita [i]) impetrabunt de cætero, vel hactenus impetrarunt: carere decernas commodo earundem, & Ecclesias non permittas eorum occasione vexari, reuocando in irritum [k] si quid earum prætextu inueneris esse factum.

¶ Greg. ix. Archiepiscopo Mediolan.

¶ *Receptus per literas Apostolicas, licèt præbendam expellet: per alias literas hoc supprimentes, in alia Ecclesia recipi non debet. hoc dicit inhærendo verbis literæ.*

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem, & soluit.*

a ¶ *Consimili.*] Ergo nō super eodē beneficio, sed diuersis: aliàs non diceret, *consimili*: quia si consimile, ergo aliud, & non idem vterque istorum impetrauerat, vbi ei prouideretur in beneficio præbendali: sed non super vno, sed ita simpliciter: quia nihil est idem, cui simile est. *arg. ff. si mensor fal. mo. dixe. l. 1. §. hac actio.*

¶ *Glo. sequens obiicit & remittit.*

b ¶ *Non habita mentione.*] Per hoc videbatur, quòd literæ nō valebant, s. eo. *cæterum. &* j. *de offi. dele. ex parte* 1. Sed primæ ibi iam fuerant præsentatæ ante præsentationem secundarū: & sic nō cōtradicit, sed concordat huic no. Et etiam non obstat *cæterum.*

¶ *Glo. seq. arguit & remittit.*

c ¶ *Post appellationem.*] Vnde videtur, quòd sententia postea lata nō tenuit. j. *de senten. excom. per tuas.* Sed contra dicitur j. vbi dicit, *sententias præfatas relaxatis*: sed ibi dicitur ratio, quare tenuit sententia. Vel intellige, quòd ex iusta causa appellatum est: quia fortè literas alterius receperant, vel aliam iustam causam allegauerant: & sic non tenuit sententia. Vel dicas vt in vltima notula.

¶ *Glo. seq. alleg. quinque concor. obiicit & soluit.*

d ¶ *Suspensionis.*] Arg. quòd suspensus potest amplius suspendi, sicut excommunicatus potest excommunicari. 5. q. 4. *Engeltrudam. &* 11. q. 3. *excellentissimus.* 12. q. 2. *de Viro. &* j. *de Iud. & Sarra. ita quorundam. in fi.* vbi de hoc.

e ¶ *Sententias.*] s. excōicationis & suspēsionis latas proximo cap.

¶ *Glo. seq. obiicit & tripliciter soluit.*

f ¶ *Relaxetis.*] Ex hoc patet, quòd sentētia suspēsionis post appellationem lata tenuerit. Sed videtur quòd appellatio tenuit, ex eo quòd ei tm̄, qui literas primò præsentauit, prouidere deberet. & non illi qui secūdo pſentauit literas suas, cōtra quē fuit appellatū. Dicas, quòd ideò tenuit sententia nō obstante appellatione, quia nondum prouiderat alicui illorū. & in literis cōtinebatur: *si alium ad mandatum nostrum receperint*: hæc. n. clausula [nisi de mandato nostro eadē Ecclesia in receptione alterius fuerit grauata] erat in vtrisq; literis inserta, vt patet in integ; 2. sed ipsi nō receperāt adhuc, vnde nō tenuit appellatio, cū nondū cōpeteret eis exceptio. Vel dicas, si vis: prædictas sententias relaxetis, ad cautelā quantū ad illā sententiam, quæ lata fuit post appellationem, quæ legitima fuit quantū ad aliam latā pro Callimacho, vbi appellatio non præcessit, tenetur propriè illud verbū, *relaxetis.* Et sic propriè & impropriè simul illud tenetur. simile 27. *distin. Presbyterum*, 63. *dist. in Synodo.* Quid si præsentatione per aliquem illorū facta ipsi Capitulo alij iudices post app. excōicauerūt? Videtur, quòd teneat appellatio, quia ex quo alius præuenerat, ius habebat. Vnde si Capitulu appellauit cōtra secūdò pſentātē, bñ videtur tenere appellatio: quia debet prouidere, qui primò pſentauit: vt hic dicit, & ideo absolutio ad cautelā fieri debet. Sed nō credo: quia quotiescunque absoluūtur ad cautelam, illud exprimitur. j. *de appel. ad præsentiam.* j. *de test. Venientes in fi.* vnde prima ratio verior est. Vel intelligitur tūc de sententiis illorum, à quibus non est appellatum, & ita planum est.

ij AD *audientiam.*] Diuiditur, quia in prima ponitur facti narratio. In secunda prouisio, ibi, *Fraternitati.* Ab.

Casus. Quidam impetrauit literas à se. Apo. vt prouideatur ei in Ecclesiis alicuius diœcesis subiectis. tandem recepit annuas pensiones, seu alia beneficia, & destitit ab earum impetitione: & renunciauit bñficio literarum. postea impetrauit alias literas super sua prouisione, non faciendo mentionem de aliis, vel de pensione vel renunciatione. significatum fuit hoc dño Papæ. mādat Papa Archiepiscopo Bituricen. contra illos, qui post tales literas priùs venditas, aliàs impetrant non faciendo mentionem de aliis, ac etiam impetrabunt de cætero, quòd decernat eos carere omni commodo literarum: nec permittat Ecclesias per tales literas vexari, reuocando in irritum quicquid illarum auctoritate inuenitur factum esse. Not. quòd tenetur quis facere mentionē de literis, quibus renunciauit: sed illud contingit, quia vendidit illas. & ita quasi beneficiati reputantur quantum ad impetrandum: quia gratiam sibi concessam vendere non debebant.

† Ergo pensio super beneficia, non. Vnde non possit dici beneficium, quantum sicut asseritur hic ponitur. adde c. quamuis, de præb. lib. 6.

† Continetur hic, Venditas, legē: In manuscr. sed in omni manuscr. Venditas, inuenio, id est, tali pacto renunciatas.

i Facienda mentio de literis, quibus renunciatum est.

g ¶ *Pensiones.*] Huiusmodi pensiones quæ in fraudem fiunt de prouentibus Ecclesiarum, prohibitæ sunt in Concilio generali. j. *de præben. extirpandæ. in fi. &* j. *de collusione audiuimus.*

¶ *Glo. seq. quærit arg. pro Vacillando, soluit contrarium.*

h ¶ *Renunciantes.*] Sed nunquid cōmittit simoniā huiusmodi renunciatio? Videtur quòd sic, cū ex literis habet ius ad petendū beneficiū spirituale: & in talibus omnis pactio & conditio cessare debeat. j. *de pact. c. Vlt. &* 1. q. 2. *quam pio.* Posset dici, quòd nō est simonia: quia ea quæ præcipiuntur à iure, licitè deducūtur in pactum etiā in spiritualib. j. *de electione. significauit. in prin. & in gl.* 2. & 18. q. 2. *Eleutherium in prin. & in gl.* 1. & illud est de iure, quòd renunciet literis, si vult habere beneficiū: sed si habeat etiam beneficium, posset deduci in pactum, quòd ei renunciaret, si vellet aliquod aliud beneficium obtinere: quia vtrumque habere simul nō potest. j. *de præb. cùm non ignores.* Et secūdū hoc expone, *Venditas*, i. cum tali pacto renunciatas. Vel potest dici, quòd simonia fuit: quod hic nō negat. Vel dic, quòd nō fuit simonia propter hoc cōmissa, quod est æquius: cū nullum ius speciale habuerit per literas illas. Bern.

i ¶ *Mentione non habita.*] Et ideò non valent. j. eo. c. *postea.* & s. *eo. tit. ad aures. & c. cùm adeo.*

¶ *Glos. seq. primo quærit de reuocatione processus facti per rescriptum surreptitium. secundo alleg. pro inducens tria ca. & rationem quam fortificat: soluit etiam obstaculum. & inducit tria similia: tertio alle. 4. in contrarium. quartò ponit epi. lo. quinto sol. dist. inter rescripta ad lites, & ad beneficia.*

k ¶ *In irritum.*] Sed quæritur, in generaliter sit verū, quòd quicquid fit per literas tales surreptitias, debeat reuocari? Hoc manifestè probatur in cap. isto, & est simile s. eo. *cū dilecta & c. constitutus.* & hoc ideo, quia per literas tales iurisdictio nō vř dari. j. *de offi. Vic. c. sua nobis. &* 35. q. 9. *Veniam. in prin. ibi, surreptū huic sedi. & c. sententiam.* & reuocatur etiam, quod fit altera parte absente: vt j. *de re iud. cum olim.* §. *post hæc & ff. de iudi. l. si prætor.* §. *Marcellus.* Nec obstat, si dicas, quòd post sententiā nō admittatur exceptio. 3. q. 6. c. 2. §. *exceptio. &* j. *de re iud. l. inter* [a]. Sed illud nō habet locū in exceptionibus, in quibus agitur de falso j. *de proc. in nostra. in fi. &* j. *de prob. licèt.* §. *post hæc.* cū enim per tales literas non receperint iurisdictionē, quicquid per eas factū est, non tenet. & est etiam quia replicatio omissa ante sentētiā ex causa probabili, post sententiam proponitur. *ff. qui ac a pecu. annalis est. d. l. quæsitum.* multo fortiùs exceptio

a Vide text. cum gl. in l. peremptorias. C. sent. resc. non poss. & in l. officium. ff. de rei vendi.

exceptio. ad idem facit ĩ. *de re iud. ad probandum argu.* ĩ. *de despon. impu. ad dissoluen. cum in fi.* sed illa decr. aliter intelligitur. Et contra videtur, quòd per tales literas detur iurisdictio, licèt possint elidi per exceptionem. vt s. *eod. nonnulli.* dictum est arg. *ff. de bon. posses. secundum tabulas l. penul. §. testamento.* vnde non potest dici retro iudicium nullum fuisse: vnde si aliquis sciuit sibi competere exceptionem, & non excepit, sibi imputet, si nesciuit, prætextu exceptionis pòst repertæ, sententia non retractetur. ĩ *de re iud. inter. & c. sub erta.* Item libertas per falsos codicillos data non reuocatur. *ff. de manu. testa. cum ex falsis.* & legata præstantur, licèt testamentum sit falsum[a]. *ff. de hære. instit. l. Gls.* Circa istam materiā dicebat Io. quòd sententia lata per tales literas tenet, nisi reuelletur per appellationem vel supplicationem, sed retractanda est per in integrum rest. Vel si vis dicere, quòd per tales literas nulla datur iurisdictio, non est necessaria restitutio: quia ipso iure nulla est sentētia. ĩ. *de offic. Vic. sua nobis.* Tu dicas, quòd tales literæ nō sunt irritæ ipso iure, sed possunt annullari per exceptionem, vnde si à principio huiusmodi exceptio proponatur, si aliquid fiat contra, totum reuocatur: & sic loquitur s. *eo. constitutus. & c. cum dilecta.* Si autē per cōsensum partium tacitū vel expressam procedatur, & detur sentētia, tenet quidē & valet, cū sit lata à iudice suo, nec cōtra ius cōstitutionis: vt 2. q. 6. c. *et qui. §. diffinitiua & ĩ. de re iud. cum inter vos.* nisi fuerit appellatū vel supplicatū. 35. q. 9. *veniam & c. sententiam. & C. de prec. impe. offer. auth. quæ supplicatio.* Et in causa appellationis vel supplicationis potest opponere de surreptione. & si ostendit se ignorasse: bene auditur & poterit hoc probare per iuramentum: quia hoc aliter de facili probare non posset. ĩ. *de testi. præsentium. & ĩ. de excep. pastoralis*: & hoc intelligo hic, si eis ignorantib. de prioribus literis receperunt istos per literas secundas. arg. ad hoc. ĩ. *de prob. dilecto.* Vel potest dici, q alius sit in beneficiis[b]: quia beneficium non potest possideri, nisi canonicè habeatur. ĩ. *de instit. ex frequentibus.* sed isti per fraudem obtinuerāt, & ideò iniustè. & si primā Ecclesiam habuissent quoad titulū, secūdā habere nō poterat, nisi dispēsatiuè. ĩ. *de elect. dudum. decre. Greg.* & ideò necessaria fuit scientia Papæ in impetratione literarū talis. ĩ. *c. prox.* quia Papa pro aliquo bñficiato nō scribit ex certa sciētia, quin faciat mentionē de primo bñficio. s. *eo. postulasti,* in aliis bñ tenēt ea quæ fiūt per tales literas: ex quo tacitè vel expressè approbant literæ ĩ. *de offi. dele. ex parte* 2. nec eo prætextu posset appellari.

a Id est, ex falso rumore confessū.

† Vide l. 1. §. sed & si quis. ff. de Carb. ed. ff. de lib. cau. l. ordinata.

b Hinc glo. dicunt esse sing. Inn. in cap. ad aures s. eod. & Abbas hic.

CAP. XXXII.

IN nostra proposuisti presētia, quòd nonnulli Clerici à sede Apostolica plures literas (non tamen alias de aliis mētionem[a] facientes) impetrant fraudulenter, vt in plurib. Ecclesiis admittantur: sicque aliquando in aliis recepti, licet nondum in eis Ecclesiasticum beneficium[b] sint assecuti, alias Ecclesias super receptione sua nihilominus impetunt & molestant †; & intrà. ¶ Mandamus, quatenus eos Clericos, Ecclesiis, in quibus recepti sunt, faciens esse contentos, non permittas alias ab eis occasione literarum huiusmodi molestari. ¶ Nisi de receptione forte sua expressam fecerint mentionem.

¶ Idem Episcopo Siluanecteñ. & Abbati † Caroliloci.

† In multis antiquis est: & Abbati Compendieñ.

¶ *Non valet rescriptum, quod procurator reuocatus, & de hoc certificatus, extra iudicium impetrauit: secus tamen, si in iudicio, dūmodo reuocatio ad notitiam aduersarij vel iudicis peruenerit. h. d. secundum lecturam magis communem.*

CAP. XXXIII.

iij EX parte Decani & Capituli Laudunēsis fuit propositū, quòd cū ipsi auctoritate

IN *nostra*]Decre. ista intelligi potest duobus modis. Primò de iis, qui simul impetrāt binas literas: & hoc amicatur principio. Alio modo de iis, qui iā recepti per primas impetrant secundas literas: & hoc amicatur fini. Et secundū intellectū quem tenet hic Ioan. Cal. & dñs Flo. potest sic summari. Suppressio iuris ad rem vitiat rescriptū beneficiale. h. d. In hac decre. primò ponitur facti narratio, ex quo resultat quęstio Secūdò ibi, *Mandamus,* ponit mādatū Tertiò: ibi, *nisi de receptione* ponitur exceptio. Abb. Sicu. CASVS. Quidam impetrāt plures literas, vt in plurib. Ecclesiis admittantur, nō facietes de aliis, in aliis literis mētionē: & sic quasi recepti in Ecclesiis, quamuis nondū habeant beneficium, alias tñ Ecclesiis sup receptione sua siue prouisione impetūt, & molestāt. Ista proposita fuerūt in præsentia D. Papæ: vnde mandat Archiepō Mediolañ. vt faciat istos esse contentos Ecclesiis, in quib. taliter sunt recepti, nec permittat ab eis occasione huiusmodi literarum molestari: nisi de receptione sua faciāt mētionē. Not. q receptus in Canonicū & in fratrē, licèt adhuc nō sit beneficium assecutus, reputatur beneficiatus, ita quòd de hoc tenetur facere mentionē. ¶ *Glo. seq. quærit & soluit.*

a ¶ *Mentionem.*]Et ideò videtur, q secundæ valere nō debeant. s *c. prox. & s eo. cæterum. & c. ex parte. 2. & s. de offic. deleg. ex parte 2.* sed in pendenti est, quæ valeant, si ante præsentationem primarum secundæ fuerint impetratæ: tunc enim valebant, quę prius fuerint præsentatæ: vt s *eo. tit. c. capitulum. & ĩ. de appel. vt debitus.* postquam verò receptus esset per primas, non valerent secundæ: vt ĩ. sequitur. Præterea quia Papa non intēdit ei prouidère in pluribus beneficiis, nisi in secundis literis mentio fiat de primis. ĩ. *eo. c. si proponente.* etiamsi modicū esset beneficium primum. ĩ. *de præben. cum teneamur.* Sed quid dices, si primæ literæ annullatę sint per executionem, nunquid valent secundæ, licèt de primis non faciant mentionē? Dico, q valent secundæ, si nondū essent præsentatæ: quia potiùs ad cautelam impetratæ videntur: vt si nō posset beneficium cōsequi per primas, vteretur secundis sicut consueuit dici in rescriptis s. *eod. ex tenore.* & verba cum effectu intelligūtur. ĩ. *de cleri. non residen. relatum.* vnde cū nihil obtinuerit per primas valēt secūdæ; quia hæc fuit intentio Papæ, vt per literas suas beneficium consequeretur: & hoc satis inuenitur ex eo q dicit, *eos faciat esse contentos Ecclesiis in quib. recepti sunt.* ¶ *Gl. se. obiicit & soluit.*

b ¶ *Beneficiū sint assecuti.*] Si enim nondum sint Ecclesiasticum beneficium assecuti, quare non valent literæ istæ secundæ. quia qui beneficium Ecclesiasticū nō est consecutus, potest pro beneficio literas impetrare s. *c. cum adeo. & ĩ. si proponente.* Rñ. ideo, licèt beneficiū nondū sit assecutus tñ ius canonicæ per q in breui beneficiū est habiturus, ex D. Papæ mandato est consecutus: & pro beneficiato iam reputatur: vnde de hoc in suis literis tenebatur facere mentionem, si iam erat receptus.

iij EX *parte Decani.*]Sic summatur secundū istę lectum satis notabilem. Quicquid procurator reuocatus, & de hoc certificatus facit in iudicio in fauorē dñi, nō tenet, licèt reuocatio ad notitiam iudicis vel aduersarij non peruenerit: secus si illud tendit ad commodum aduersarij hoc dicit. In prima ponitur facti narratio. In secunda iudicum instructio: ibi, *Quia verò.* Abb. Sicu. CASVS. Canonici Laudunen. habebant priuilegium à Romano Pontifice, vt possent excommunicare omnes sibi iniurias inferētes, vel sua bona detinentes: ratione cuius quidam Ioannes ab ipsis fuit excommunicatus: sed appellauit ad Papam. Procuratores vtriusq; partis missi sunt ad Papam. Dū ibi essent, & examinaretur negotium: iste Io. habuit suum procuratorem suspectum, quia fortè erat amicus Canonicorum, vel Canonici aliquid ei promiserant: vel habebat filium, cui Canonici promiserant dare aliquam capellam, vel beneficium: reuocauit igitur suum procuratorem, & misit ad eum suas literas reuocatorias: ille procurator suus celauit huiusmodi literas, & non manifestauit, neque iudici. s. Papæ, nec parti aduersæ, s. procuratori istorum Canonicorum. Ambo procuratores considerantes quòd negotium non posset commodè discuti in curia Romana, quia difficile fuisset illuc conuocare testes, vel propter nimios calores in vrbe Romana existentes, voluerunt impetrare, & de facto impetrauerunt literas ad vnum Epm, & vnum Abbatem in Picardia. Erat autem reuocatus (vt diximus) procurator istius Ioan. præsentauit literas iudicibus, quibus cōmittebatur causa: iudices citauerunt partes, s. Canonicos, & istum Ioan. Excepit Ioan. quòd virtute istarum literarum non poterat conueniri, cum essent impetratæ à suo procuratore reuocato. Et dixit: Ego credo procuratori meo per suū iuramentum si fuerit reuocatus, an non? Rñderunt ad hoc Canonici, quòd illa reuocatio nō peruenit ad notitiam eorū, vel saltē eorū procuratoris, nec etiam ad notitiam iudicis. s. Papæ: ratione cuius non valebat. Iudices interlocuti sunt, quòd nō obstante procederent; ille Ioan. non appellauit à sententia, sed videns hoc, obstupuit. & dixit: Postq iam reuocatio facta per me nō tenuit: ego prouidebo mihi. Ecce quid fecit: obtentis dilationibus ad faciendum negotium suum, dixit suo procuratori, quem iam reuocauerat Oportet te ire Romam celeriter, & impetrabis mihi literas alias directas ad alios iudices. Bene, dicit procurator, fiat: iuit, obtinuit, & rediens apportauit literas facientes mentiones de primis. per quas inter alia mandabatur, vt isti duo iudices Episcopus & Abbas examinarent processum vsq; ad sententiam exclusiuè, & pro sñia definitiua remitterent ad Rom. Pont. Fuerunt præsentatæ iudicibus istę literæ, vt procederent secundū eas, & non secūdum priores. Pars Canonicorum se opposuit contra huiusmodi literas, & dicebat, quòd non valebant: quia erant impetratæ à procuratore reuocato, quod ipsemet Ioan. iam in iudicio confessus erat, & etiam extra iudicium erant impetratæ: quia iudicium (vt patet s.) erat in Picardia coram illis duobus, & fuerunt impetratę in curia Rom. & sic extra iudicium. Dicebat iste Ioan. vos noluistis admittere reuocationem quoad alias literas, sed bene quoad istas ego nihil cognosco in hoc. Dicunt ei, in primis reuocatio nō fuit nobis nota, bene autem in secundis, quia tu ipse confessus es in iudicio te reuocasse tuum procuratorē. Super hoc consultus Papa dicit, quod iudices procedāt secundū priores, & non secundū posteriores impetratas per procuratorē istius Ioan. iam reuocatum. Iste est casus ad longū clarus & facilis, qui optimè declarat istam decretalē, quæ alias propter nimiam intricationē plena difficultas erat. Panormit. Not. quod reuocatio procuratoris data ad

lites

liter peruenire debet ad iudicem & aduersarium, aliter nõ tenet reuocatio: & valẽt ea, quæ cum tali procuratore facta sunt in iudicio. Item reuocatio procuratoris dati ad impetrandum, siue ad negotia, debet peruenire ad ipsum procuratorem tantùm. Item non valent literæ impetratæ sine speciali mandato domini, hoc est verum, nisi fuerit de illis personis, à quibus de iure non exigitur mandatum.

Apostolicæ indulgentiæ[a] in nobilem virũ I. excommunicationis sententiam protulissent: procuratoribus partiũ propter hoc ad sedem Apostolicam accedẽtibus & lite super diuersis articulis[b] contestata[c], nos causam vobis commisimus terminãdã: hoc adiecto, vt nõ obstarent literæ præter assensum partium[d] impetratæ. Dictus autẽ nobilis citatus proposuit, quòd per illas literas procedendũ non erat: ex eo quòd V. qui easdem literas impetrauerat, falsus extiterat procurator[e], cùm ipse ante impetrationem literarum ipsarum, propter suspicionem[f], quã contra eundem conceperat, mandatum sibi traditum reuocasset. Eis igitur proponentibus ex aduerso, quòd ad nos vel ad ipsos huiusmodi reuocatio nõ peruenit, vos quòd deberetis per literas ipsas procedere, per quandã interlocutoriam protulistis: & infrà. Petente itaque procuratore ipsorum, vt inspiceretis prædictam indulgentiã, procurator ipsius nobilis ex aduerso respõdit, & non erat per iam dictas literas procedendũ, exhibens alias quasdam posteriùs impetratas, inter alia cõtinẽtes, vt si de partium voluntate procederet, causam terminaretis eãdẽ: alioquin ipsam sufficiẽter instructam remitteretis ad sedis Apostolicæ examen cũ indulgentia memorata. Quas literas ipsi ex eo non valere dicebant[g]: quia per eundem V. & post reuocationem mandati fuerant impetratæ.

¶ Quia verò iuxta generalis statuta† Concilij, Apostolicæ literæ (quas sine speciali[h] mandato domini quis impetrat) valere non debent, nisi sit de illis personis †[k], à quib. non est exigendum de iure mandatum: mandamus, quatenus si reuocatio[k] mandati ad procuratorẽ peruenit (cùm minùs valere debeant literæ, quæ impetrantur ab illo,

a ¶ *Indulgentia.*] Fortè cõcessum fuerat Capitulo Laudunen. vt si quis in eorum manifestam offensam incideret, quòd illum possent excõicare. similem indulgentiam habes j. de verb. sign. ex parte[a]. vbi concessum erat Canonicis Carnoteñ. quòd nemini licitum esset absoluere excõmunicatos pro Ecclesia Carnotensi, nisi satisfactione præmissa competenda.

b ¶ *Articulis.*] Qui fuerint alij articuli, non habemus.

c ¶ *Contestata.*] Per procuratores datos ad totam litem.

d ¶ *Præter assensum partium.*] Hoc solo non valebant literæ posteriùs impetratæ, præter consensum partiũ, etsi mandatum procuratoris nõ fuerit reuocatum. s. eod. *cæterum.* hoc tamen nõ fuit allegatum, vel intellige de aliis literis ad alios iudices prius impetratis: & ita planum est.

¶ *Glo. seq. ponit duas species falsi procuratoris.*

e ¶ *Procurator*] Not. quòd quandoque dicitur falsus procurator, qui nunquam fuit, & talis nec dñm obligat, nec soluentem sibi talis procurator liberat, nisi dominus ratum habeat. arg. j. *de offi. dele. cum olim. 1. & c. coram ff. de iudi. licet & ff. de condi. can. da. si procuratori falso.* Dicitur etiam falsus procurator, qui fuit, & non est: vt hic & iste liberat soluentem sibi pro domino ignorante, sed dominum non obligat. *ff. si cer. pet. l. cum quis in prouincia. & ff. de sol. si quis seruo.* De exceptione autem procuratoria notabitur j. de procurato. in nostra præsentia.

¶ *Glo seq. distinguit in reuocatione procuratoris, an fiat ante litem contestatam, vel post, & an procurator consentiat vel resistat, & ex hoc obiicit & soluit.*

f ¶ *Propter suspicionem.*] Sic j. *de procu. in nostra.* Propter suspicionem potest procurator non solum ante, sed etiam post litem contestatam remoueri. *ff. de procur.* item si suspectus, puta si affinitate aliqua aduersario coniungatur. *ff. eod. aut affinitate.* aut si familiaris sit aduersario. *ff. de offi. dele. insinuante.* & quoties noua causa superuenit. *ff. eo. si post aditum.* & hoc post litem contest. sed causa cognita. *ff. eo post litem. & l. qua omnia.* & hoc verum est, si procurator contradicat, secus si consentiat: quia tunc sine causæ cognitione remouetur. j. *de procu. auditis. & ante lit. contest. nulla causa interueniente ff. eo. ante litem.* Quare ergo non reuocatur, quicquid factum fuit per talem procuratorem? Ratio satis est in euidenti: quia huiusmodi reuocatio non peruenit ad aduersarium vel ad iudicem: vt ex aduerso proponebatur: vt j. sequitur. & ideo quicquid cum ipso factum est, valet, quousque reuocatio sit nota aduersario vel iudici. j. *de procu. mandato*[b]. nec illo probauit, quòd reuocatio mãdati ad aduersariũ vel iudicẽ peruenisset: & ideò rectè interlocuti sunt iudices se debere per huiusmodi literas procedere, & ille nobilis super hoc acquieuit interlocutioni, ostendendo alias literas impetratas per eundem procuratorem, quæ non valent, si reuocatio ad ipsum procuratorem peruenit. Ad hoc enim vt reuocatio teneat, necesse est, vel ad aduersarium vel ad iudicem perueniat. j. *de procu. mandato.* & ibi dicemus de hoc, & hoc in iudicio, secus extra iudicium: vbi sufficit, quod reuocatio perueniat ad procuratorem, & postea non valet, quod facit in præiudicium domini, sed bene valet quod facit antequam reuocatio ad eum perueniat. vt j. *colligitur. versi. si reuocatio, &c. ff. mandati. si mandassem.*

¶ *Gl. seq. alleg. & concor. & duo contraria. Item obiicit & soluit.*

g ¶ *Non valere dicebant.*] Et meritò: quia ipse nobilis hanc allegationem contra aduersarios allegabat, ergo contra se illam recipere tenebatur. *19. dist. si Romanorum. §. 1. & in gl. suffragari. & 4. q. 1. c. fi. ad fi. si quis testibus. & 9. dist. neque quorumlibet. & 3. q. 8. c. 1. §. enim in agendo. & j. de censib. cùm olim. arg. contra 37. dist. si quid veri. & dist. 10. lege.* Et ita ex propria confessione probat secundas literas non valere: cui confessioni standum videtur: sed non est verum, nisi reuocatio mandati ad procuratorem peruenerit: vt j. sequitur. & *ff. man. si mandassem.* arg. quòd nõ sufficit reuocare mandatũ, nisi reuocatio perueniat ad procuratorem: vt patet hic. & *in l. prædic. si mãdassem.* & ita potest habere ratas literas, ante quam reuocatio perueniat ad procuratorẽ, licèt confiteatur se reuocasse mandatum, non tñ confitetur reuocationẽ peruenisse ad procuratorem, vnde debet illud probare: vt j. dicit. Et ita patet, quòd primæ etiam non debeant valere, si probetur, quòd reuocatio ad procuratorẽ peruenisset: & sic dicitur j. *quòd valent.* Sed hoc ideo est: quia reuocatio non peruenit ad iudicem vel ad aduersarium. j. *de procu. mandato.* & dicitur de hoc s. eo. in isto c. & aliud est in iudicio, & aliud extra. vt dictũ est s. *eo. nonnulli.* sunt & alij.

¶ *Gloss. seq. notat, quærit & remittit, quæstionis dubium aperit, sed ponit opinio. Io. item Vincen. & obseruantiam curiæ.*

h ¶ *Sine speciali.*] i. expresso. secundùm Vin. Et ita patet hic, quòd non valent literæ sine speciali mandato, licèt constitutio illa s. e. *nonnulli.* malè obseruetur, vt dictum fuit ibi: & sic confirmatur hic tenor illius constitutionis. Sed qualiter probabit quis literas impetratas de mandato domini? De hoc dictum est in illa constitutione nonnulli. Si quis constituat aliquem procuratorem suum ad impetrandum, sufficit ostendere, quòd sibi dedit mandatum ad impetrandum. sed adhuc non videtur sufficere, quia per hoc nõ constat quòd ille impetrauerit. nam alius potuit eas impetrare, & sic non sufficit ostendere tale mandatum, quia illud non probat impetrationem, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. j. *de transl. inter corporalia. & C. vnde cognati. l. non hoc.* & sic videtur adhuc, quòd necesse sit probare, quòd ille procurator tales literas impetrauit, quod erit difficile probare quid ergo erit? Dico, quòd necesse est, quòd ostendat siue probet mandatum, & quod probet se ab illo recepisse literas, cui mandauit, siue ab alio pro ipso: & consulto, quod tam de mãdato quàm de receptione literarũ ab illo procuratore fiat publicum instrumẽtum ad faciendũ fidem in iudicio, si ei obiiciatur. Et hoc credo verum tã in causa appellationis, quã in literis, quæ impetrantur per simplicem querelam, licèt Ioan. dixerit quòd non est ita in causa appellationis: quia ita bene possunt lites finitæ per sententiã suscitari per tales literas impetratas sine mandato, vt per alias: acquiesceret enim fortè [illegible], si literas non haberet, & sic generaliter intellige constitutionem. Hæc decre. & illa s. *eo. nonnulli* de iure sic intelliguntur. tamen [illegible] credo sufficere iuramentũ impetrantis cum vno teste ad faciendum fidem super impetratione literarum, ex quo cõstat de mandato. j. *de procu. ex insinuatione.* Vinc. dixit, quod generalis procurator sufficit ad hoc[c]: quod est contra istam literam. & contra leg. in *ff. de offi. eius cui mand. est iur. l. 1.* sed ipse exponit *speciali, i. expresso:* quod non videtur verum: quia in generali procuratione nihil de impetratione exprimitur: & hoc dicit per legem, quæ potiùs contradicit *ff. de procura. procurator totorum.* Sed si haberet generalem procurationem ad lites & liberam administrationem, satis credo, quòd possit literas impetrare, vt *ff. de procur. procurator cui. j. de procur. petitio.* sed si haberet mandatum generale ad negotia tantum, non credo, quod possit literas impetrare ad lites, quia (vt hic dicitur) speciale mandatum exigitur in hoc casu. arg. s. *l. prædict. e. procurator totorum.* Curia tamen non seruat hoc, quod hic & in Concilio dicitur, nec daret literas propter hoc appellanti.

i ¶ *Personis.*] Puta liberum, parentes, fratres, affines, & liberi *ff. de procurat.* sed & hæ personæ, quia & agere possunt pro talibus coniunctis personis, cum tamen contraria voluntas non appareat *ff. de procura. Pomponius. §. vltimo.*

¶ *Glo. sequens quærit, soluit, ponit opi. Innocen.*

k ¶ *Si reuocatio.*] Sed quis probabit reuocationẽ[d] peruenisse ad procuratorem

a Et ibi plenè tradit Io. And. quando sit locus tali indulgentia, vide etiam eundem Ioann. Andr. in c. ex parte. j. de priu.

t Non sufficit reuocare mandatũ, nisi reuocatio perueniat ad procuratorem.

† Concilij Latera. sub Innocentio 3. cap. 37.

† Vide l. solutum. § fi. cum l. sequ. ff. de pign. act. & in l. filiusfam. ff. de dona.

Procurator propter suspicionem reuocatur.

b Concord. text. in l. si illo procurator. cum ibi not. ff. de procu. & l. sed & si mãdassem. & l. his precedente. ff. de in ius voc.

c Adde contra opinio. Vincen. pro glo. quod si procurator hẽt generale & speciale mandatum, & producat speciale tantũ, iudicium est nullum. tex. est in l. falsus. & ibi Bald. C. de fur.

d Adde similem esse text. in l. 1. § 1 ff de excep. rei iud. & in l. generaliter. §. sub conditione ff. quis, & à quo.

curatorem † In casu isto Capitulum Laudun. debet probare hoc, aliàs regulare est, quòd actor semper debet probare mandatũ, vt dixi s. e. c. *nonnulli*. Papa tñ cõtrarium dicit, quod reus debet probare, quòd non sint impetratæ per procuratorem, quia non est præsumendũ, quòd suã pecuniã iactet, & ita propter præsumptionẽ transfertur probatio in reum.

à quo mandatũ[a] dominus reuocauit) in negotio † iuxtà priorũ continentiã literarũ, nõ obstantibus posterioribus, procedatis.

¶ Idem Decano, & Magistro G. Canonico Leodiensi.

¶ *Rescriptum impetratum contra hominem alicuius diœcesis, non extenditur ad hominum eiusdem nominis alterius diœcesis.*

CAP. XXXIV.

Significante V. nos noueritis accepisse, quòd cum R. contra V. Remensis diœcesis super quibusdam pannis, & aliis † ad iudices literas impetrasset, idem V. excipiendo proposuit, quod cũ idem non de Remensi[b], sed de Leodien. diœcesi existeret, per huiusmodi literas (cùm de diœcesi Leodiẽ. non facerent † aliquã mentionẽ) cõueniri de iure nõ poterat, nec debebat. Et quia exceptionem huiusmodi admittere denegarunt, nostram audientiam appellauit †. ¶ Ideóq; mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum: & cætera.

¶ Idem Priori sancti Laudinensis, & Succentori Rothomagẽ.

¶ *Glos. seq. notat. quærit, argum. negatiuè, soluit contrarium.*

† *in Vno antiquo sta: in negotio isto.*

a ¶ *Mandatũ dominus reuocauit.*] Et ita idem est, si mandatum fuerit reuocatum, ac si non habuisset mandatum, immò plus, quia contra voluntatem dñi: quare literæ non valent. Et ita patet hîc ex litera sequenti, quòd ratihabitio in tali casu locum non habet aduersario contradicente. Item si procurator mandauit hanc impetrationem alij, nunquid valebunt literæ impetratæ per illum? Videtur quòd non, quia procurator ante lit. contestat. alium procuratorem dare non potest. *C. de procu.* neque tutores, & *l. nulla dubitatio.* Tu dicas, quòd bene valent literæ illæ impetratæ per illum, cui procurator mandauit. Et quod dicitur, procurator ante litem contestatam non potest alium procuratorem constituere, istud verum est ad agendum: sed ad negotia procurator datus alij demãdare potest. *ff. man. si procuratorem §. 1. & ff. de nego. gest. si quis mandato.* & talis procurator bene committitur in curia, & consueuit dici in procuratione[a] Do tibi potestatem, vt alium possis (si necesse fuerit) constituere procuratorem.

† *hæc duo Verba & aliis. desunt in antiquis.*

† *facerent.*

† *Vide l. à procedente, & ibi Bar. C. de dila.*

a *Et hoc hodie obseruat communis Vsus.*

ADDITIO. Et tunc substituens reuocare non potest substitutum, qui suscepit mandatum, nisi habeat reuocandi potestatem. *de proc. c. qui, lib. 6.* Ioan. And.

Significante.] Diuiditur: quia primò ponitur appellantis narratio. Secundo appellationis commissio: ibi, *Ideoque*. Abb.

CASVS. Quidam nomine R. impetrauit literas contra V. sub hac forma, Conqueritur R. de V. Remẽ. diœce. super quibusdã pannis. V. citatus coram iudicibus excipiendo proposuit, quòd cum non esset Remẽ. diœce. sed Leodiẽ. per huiusmodi literas non poterat conueniri, cum de diœc. Leodiẽ. nullam fecerint mentionem, & quia iudex hanc exceptionem admittere denegauit, V. ad Sed. Apost. appellauit. Vnde Papa mandat, quòd si ita est, reuocetur in irritum, quicquid fuit post appellationem attentatum. Nota quod significatio vnius nominis non extenditur ad aliud. Item error nominis vitiat rescriptum, & idem in sequenti cap.

¶ *Glossa sequens obiicit per sex rationes, & soluit.*

b ¶ *Non de Remensi.*] Sed videtur, quòd hoc sibi obesse non debuit: quia si hoc dixisset, nihilominus literas habuisset. s. *eo. super literis*, quia ex quo de corpore constat, extrinseca non nocent: licet omnia non exprimantur. j. *de consan. & affi. sua nos & ff. de rei vend. si in rem. in fi.* Et certum dicitur siue proprio nomine, siue demonstratione, quæ vicem proprij nominis obtinet, designetur, aut etiam digito ostendatur. *ff. si cert. pet. certum est. ff. de rei vend. si in rem. in fi.* Sed iste personaliter ostenditur, ergo vr. quòd sit per literas tales audiendus[b]. Præterea non debet ei talis error obesse, cum constet de errore *C. de iur. & fact. ign. error facti.* Præterea falsa causa non perimit legatum, siue falsa demõstratio. *C. de fal. cau. adie. l. 2. ff. de cond. & demon. falsa demonstratio.* j. *de conuer. coniug. ex parte* 2 nec mendacium obligantis impedit obligationem j. *de conuer. coniug. Veniens.* Sed ista nõ prosunt: quia ratio illius decre. super literis non habet locũ vbique. Nunquid si Titius appellet se Seium in literis, valebunt literæ? quia si hoc dixisset Papæ, nihilominus literas habuisset, non prodest eis talis ignorantia siue error, immò nocet: quia literæ non valebunt, vt hic dicit. & quia non est data in iurisdictionem illius delegato: quia Papa non intendit dare iurisdictionem, nisi in hominem Remen. diœcesi. & præterea inconueniens videretur, si tales literæ hic deberent valere hac: quia sic viderentur incertæ, quia V. alius diœc. Remen. per illas literas posset conueniri: & ita vna clausula, quæ certa & determinata videretur, posset trahi ad plures personas: quod esse non debet. quia generalitas in huiusmodi literis reprobatur. s. *eo. ad hæc.* & quia rescripta stricti iuris sunt. j. *de offi. deleg. P. & G.* & restringendæ sunt lites potius, quam laxandæ. s. *eo. nonnulli.* & ratio illius decre. super literis tunc habet locum, quando ex quo dictum est vel tacitum, Papa citiùs mouetur ad dandum vel denegandum rescriptũ. j. *eo. ex insinuatione. & c. si proponente. & s. eod. rum adeo.* Sed hic nõ est ita. ADDITIO. Vnde decr. illa loquitur in exceptione, quæ opponitur non valere rescriptum, hîc autem nõ excipit, quòd nõ valeat rescriptũ, quod si faceret, succumberet, sed excipit se per illud rescriptũ conueniri non posse: quia de eo nõ facit mentionem. Ioan. And.

b *Maximè, quia in principio causa sanctũ est a* ... *ff. de iud. c. si quis intentione.* *Ioan. And.*

¶ *Per rescriptum impetratum contra homines diœcesis, non possunt conueniri homines ciuitatis.*

CAP. XXXV.

Rodulphus Clericus rector Ecclesiæ sancti Christofori de ciuitate Sagiensi, sua nobis insinuatione monstrauit, quod cum magister R. eum per quasdam literas contra Episcopum Sagiẽ. & quosdam alios Sagiẽ. diœcesis[c], super redditibus & rebus aliis impetratas à nobis; coram iudicibus super eadem Ecclesia per generalem clausulam [quidam alij] conuenisset, idem rector proposuit excipiendo, quòd cùm esset de ciuitate Sagiensi, & sub eadem clausula nullus de ciuitate ipsa intelligitur inclusus, conueniri non poterat per eandem. Et quia dicti iudices exceptionem huiusmodi recusarunt admittere, nostram audientiam appellauit.

¶ Ideóque mandamus, quatenus si est ita, reuocetis in irritum, & cætera.

Rodulphus.] Diuiditur proxi. decret. Secunda ibi, *Ideoque*. Abb. Sic. CASVS. Magister R. impetrauit literas à sede Apo. in hac forma. Conqueritur R. quòd Eps Sagien. & quidam alij Sagien. diœce. super redditibus & rebus aliis iniuriantur eidem. Iudices per clausulam generalẽ, [& quidam alij.] Rodul. Clericum rectorem Ecclesiæ S. Christofori super Ecclesia ipsa citauerunt. idem Rodul. excipiendo proposuit coram eis, quòd cùm Rodul. esset de ciuitate Sagiẽ. & sub illa clausula] & quidam alij diœcesis Sagien.] nullus de ciuitate Sagien. intelligatur includi, per clausulam illam non poterat conueniri. Et quia iudices exceptionem huius admittere noluerũt, ad sedem Apost. appellauit. Papa mandat, vt si ita est, in irritum reuocẽt, quicquid post appellationem inuenerint esse factum. Not. quòd *ciuitatis* appellatione, *diœcesis* non continetur. ¶ *Glo. seq. notat & instruit, medium recitetur per q. quid si dicatur Episcopus Sagien. & quidam alij, arg. solus ciuitatenses includi, soluit contrarium, & idem si diceretur, quidam alij subditi ipsius &c.*

c ¶ *Sagien. diœcesis.* Per hoc patet expressè quòd aliud est dicere, & alios comprehendit Clericus diœcesanus, & alios Clericus Ciuitatensis. j. *de Verb. sig. cum clerici Placentini.* & ita dicendo: *quidam Bonon. diœcesis*: nullus ciuis poterit cõueniri. & ideo in clausula illa & [quidam alij] dẽt boni & dici sic *& quidam alij ciuitatis & diœcesis Bono.* & sic tam de ciuitate quàm de diœcesi per illã clausulã poterunt cõueniri: quia ciuitas & diœcesis diuersa sunt[c], licèt sub vna iurisdictione siue vno Epo. j. *de cen. Venerabili.* & est simile, quia licèt Eps sit in Ecclesia, & Ecclesia in Epo, vt 7. q. 1. *scire.* tñ eo quòd nomine *Eps* non designatur *Ecclesia*, licèt ipse sit caput Ecclesiæ j. *de testi. requisisti.* Si d. esset, *Sagi. Eps. & quidã alij*, tunc per illam clausulam, [quidam alij.] videtur quòd tantũ illi de ciuitate conueniri debeant: quia determinatio præcedens, scil. *Sagien.* intelligitur repetita. & est sensus, *quidam alij Sagiẽ.* vt 32. q. 7. *Apostolus. & ff. de Ver. obli. Titia.* § immo & diœce. possint conueniri j. *eo. significauit.* quia clausula illa vaga est & gñalis, sed non extra diœcesim: vt s. *eo. pastoralis.* §. 1. Si dicas, *& quidam alij Sagien.* diœce. immo sola clausula illa [quidam alij] restringitur per determinationẽ sequentem ad illos de diœcesi tñ. alioquin non esset differẽtia inter ista noia *Bonon. & diœcesanum*, sed constat quòd diuersa sunt, & diuersa significãt, nõ eñi sunt synonima, vnde bona fuit appellatio rectoris, qui erat de ciuitate. Si sic diceretur, *Eps Sagien. & quidam alij iurisdictionis ipsius, Vel quidam alij subditi ipsius*, tunc per clausulã illã [quidã alij.], possent conueniri tã de ciuitate quàm de diœcesi: quia talis clausula gñalis ad oẽs interius & exterius extẽditur. itẽ ex alia causa non poterat cõueniri per literas illas: quia maiora negotia ibi exprimebantur, vnde per gñ. idem clausulã super maioribus nõ poterat conueniri. s. *eo. fides.* sed hanc exceptionẽ nõ opposuit B. sed ponẽ, quòd non opposuisset illã exceptionẽ, nec illam de maiori & sic iudex processisset ad sententiam cõdẽnationis, nũquid valuisset sententia? Videt quòd sic: quia huiusmodi exceptiones dilatoriæ videntur. Sed cõtra credo, quia per hanc clausula [& quosdam alios Sagien. diœce.] datur iurisdictio tantum in diœcesanos, & non de ciuitate, & per hanc clausulã in rebus aliis non datur iurisdictio super maioribus

negotiis

c *61. dist. cũ Ludouicus & j. de sent. exco. si ciuitas. li. 6. tamẽ qui est de diœcesi, de ciuitate intelligitur. l. qui ex vico. ff. ad municipalẽ. l. formam. §. si verò. ff. de censib.*

negotiis. ṡ. *eo. sedes.* vnde talis sententia non tenet deficiente iurisdictionem. Nec etiam credo posse prorogari iurisdictionem in primo casu, vt ī. *de offi. deleg.* P. & G. nec in alio, quia consensus priuatorum eum iudicem non facit, qui nulli præest iurisdictioni. *C. de iurisd. om. iudi. l. priuatorum.*

S*ignificauit nobis.*] Diuiditur vt proxima præcedens: secunda ibi. *Ideoque.* Abb. Sic.

CASVS. B. & G. Laici impetrauerunt literas à sede Apost. sub hac forma: Conquesti sunt nobis B. & G. quod Eps Tullēn. & quidam alij clerici & laici super tali re, & rebus aliis, eisdem iniuriantur. Iudices per clausulam generalem [& quidam alij] citauerunt Comitissam Namutensem pro eo, quòd ipsa successerat fratri suo in Comitatu, cui quandam summam pecuniæ dicti B. & G. mutuauerunt, & sic eam tanquam hæredem conueniebant. Ipsa vero per procuratorem suum fecit excipi coram ipsis iudicibus, quòd cùm adhuc frater ipsius mulieris viueret, quando eædem literæ fuerunt impetratæ, nec per literas frater eius fuit ad iudicium euocatus, dum viueret, per literas illas non potuit conueniri: & quia iudices hanc exceptionem admittere noluerunt, ad sedem Apost. appellauit. Papa mandat, quòd si ita est, totū quod post appellationem factum est, in irritum reuocetur. Nota quòd successores debitorum, qui per clausulam generalem possunt conueniri, eis defunctis re integra conueniri non possunt. sed facta citatione hęredes illorum per tales literas poterunt conueniri: & ita per citationem rescriptum extenditur ad hæredes, licèt rescripta stricti iuris censeantur.

¶ Idem Abbati sancti Iacobi.

¶ *Si conueniendus per clausulam, moriatur re integra, successor conueniri non potest.*

CAP. XXXVI.

SIgnificauit nobis Comitissa Namutēn. quòd cum mortuo Comite fratre suo, ipsa in eius successerit Comitatu, G. & B. per quasdam literas Apostolicas contra Tullēn. Episcopum, & quosdam alios Clericos, & Laicos impetratas, eam coram iudicibus (ad quos obtentæ fuerant) super quadam summa pecuniæ, quam eidem fratri suo se mutuasse dicebant, per illam generalem clausulam [quidam alij] (quia in prædicto Comitatu successerat) conuenerunt: excipiente itaq; procuratore suo, quòd cùm adhuc frater eiusdem mulieris viueret [a], quando eædem literæ impetratæ fuerunt, nec per ipsas dum viueret [b] fuerat ad iudicium euocatus, earum auctoritate non poterat conueniri. Et quia iudices exceptionem non admittebāt ipsius, nostram audientiam appellauit: & infrà. ¶ Ideóque mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum, & cætera.

¶ *Glo. seq. not. rescripta re integra, &c. dat duo similia, & rationem subdit, alleg. tria iura in contrarium, & soluit. Secundo argu. quod data, &c. signat contrarium, & remittit. Tertio obiicit de decre. dilecti 1. & dupliciter soluit.*

Rescripta non extenduntur ad successores eorum, contra quos fuerunt impetrata.

a ¶ *Viueret.*] Iste Comes dum viuebat, poterat per literas illas conueniri, sed eo mortuo successor eius non potest. Et sic patet expresiè per decretalem istam, quòd rescripta, saltem re integra, nō extenduntur ad successores illorum, contra quos fuerant impetrata, vel qui per ea poterant conueniri, & ita morte illius contra quem impetratur, finitur mandatum, sicut & morte mandantis. ī. *de offi. deleg. relatum. & c. gratum. & c. licet. &* ī. *de offi. deleg. c. Sic.* & sic eodē modo finitur morte impetrantis, ita quod non transit ad successores, saltem re integra: & hoc ideò cōtingit, quia rescripta personalia sunt, nec ad personas vel ad res alias, quā quæ continentur ibi, extenduntur. ī. *de offi. deleg. cum olim. & c. P. & G.* & hoc probatur hic manifestè argu. contra. ī. *de iud. quia V.* ī. *de alienat. mut. iudi. c. 1. & 2. &* ī. *de conces. praeben. proposuit.* Sed verum est, quod re integra finiuntur huiusmodi rescripta: vt hic dicitur. Et est hic arg. quod data litera um est consideranda ṡ. *eo. eam te. & c. constitutus. contra* ī. *de prab. dilectus 2.* vide de hoc. *& in c. eam te.* Item signatur contra. ī. *de so. comp. dilecti filij.* ibi conuenitur successor per literas impetratas contra prædecessorem. Sed hic conueniebatur successor & antecessor per clausulā generalem, & ideò re integra finitur hic tale mandatum. sed ibi. s. in cōtrario literæ impetratæ specialiter fuerunt contra prædecessorē, & finguntur vna persona antecessor & successor: quia contra dignitatem impetratæ intelliguntur, quæ non moritur. ī. *de offi. deleg. quā Abbas.* Sed si dictum fuisset contra Epm Tull. & Comitem Namutēn. tunc Comitissa poterit conueniri, quia contra Comitatum literæ impetrantur. & sic poterit conueniri quicunque succederet in Comitatu illo: sicut in C. dilecti. Vel dic, quod in c. dilecti. prædecessor fuit citatus. & sic planum est, & nullum contrarium. sed non colligitur ex c. dilecti. quod antecessor fuerit citatus.

¶ *Glos. seq. arguit a contrario, & illud approbat.*

b ¶ *Dum viueret.*] Et sic videtur, quod si citatus fuisset frater illius Comitissæ perpetuatum fuisset rescriptum contra successores illius, contra quem impetratur, & eadē ratione & impetrantis: sicut perpetuatur per citationem quantum ad mortem delegantis, vt post decessum valeat delegantis: vt in prædictis decre. *de offic. deleg. gratum.* & licet. arg. ī. *de app. Vt debitus.* ṡ. *eo. c. Capitulum sanctæ crucis* [a]. nam video, quòd alia, quę non transeūt ad successores, post conuentionē transeunt. arg. ī. *de dona. c. Vt à cōtrario sensu. ar. C. de reuo. dona. l. 1. & sole. in fin. & in querela. inoffic. testa. si pater. & l. si quis filium.* & melius *ff. de inoff. testam. posthumus. §. Vlti. & c. de noua. si delegatis.* & iudicio cœpto negotium transit ad hæredes. *C. de sacrosan. Authen. principales.* Sic vt credo, quòd si ille fuisset ad iudicium euocatus, perpetuatæ essent literæ, vt successores impetrantis possent agere postea per illas, & contra reum. & successores ipsius, vt hic innuit satis expresiè, cum dicit: *nec per literas ipsas fuit ad iudicium euocatus*: & postea dicit, *si ita est*, vnde illa clausula respicit omnia supradicta, sc. quòd eo viuente fuerint impetratæ, nec fuit ad iudicium euocatus & est simile ṡ *c. olim.* ubi clausula ista [si ita est,] respicit omnia superiora.

a Concord. text. in l. adde principi. & l. seq. & ibi Bart. ff. de lega. 2. & in l. auus. §. 2. ff. de annu. leg.

ADDITIO. Dixerunt hic Innoc. & Compost. quòd per clausulam generalem poterit conueniri nomine Ecclesiæ is, qui factus est Prælatus post impetrationem, quia non dicitur propriè conueniri persona Prælati, sed Ecclesia. Ioan. And. *in nouel.*

¶ Idem Abbati S. Victoris.

¶ *Non valent literæ executoriæ, in quibus impetrans falso dixit monitorias præcessisse.*

CAP. XXXVII.

EX insinuatione Episcopi Ambiań. accepimus, quòd I. Clericus super eius prouisione, ad ipsum præceptorias, & postmodum ad vos † excutorias contra eum literas impetrauit: & infrà. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si nullæ monitoriæ super hoc præcesserint, executoriis supersedeatis eisdem, dummodo eædem executoriæ de monitoriis [c] fecerint mentionem: alioquin executionis negotio, iuxta directum ad vos pro ipso mandatum, ratione præuia procedatis.

† Loquitur Abbati sancti Victoris, subaudi, & collegis, aliàs nō subaudiretur in plurali, cap. quam graui. ī. de crimine falsi.

¶ Idem Noruień. Episcopo.

¶ *Cessantibus clausulis in dubio, Papa non intendit grauare eundē collatorem super prouisione duorum: ideò secundus impetrans repellitur, siue primus expectet, siue sit iam gratiam consecutus. h. d. secundùm intellectum glossa.*

EX insinuatione.] Diuiditur in duas partes. nam primò ponitur partis decisa querela. secundò prouisio: ibi, *Quocirca.* Ab. Sicul. CASVS. Quidam Clericus nomine Io. impetrauit literas præceptorias super prouisione ipsius ad Episcopum Ambiań. & postmodum ad iudices istos literas executorias impetrauit contra Episcopum supradictum, in quibus cum de monitoriis fiat mentio, Episcopus proposuit coram iudicibus, quòd super hoc nullas monitorias receperat: & consuetudo est Ecclesiæ vel curiæ Romanæ, quòd præceptoriæ non dentur, nisi monitoriæ præcesserint. Vnde per eas veritate tacita impetratas prouidere non tenebatur eidem. consultus Papa respondet, quòd si super hoc nullæ monitoriæ præcesserunt, supersedeant executoriis, dummodo executoriæ de monitoriis fecerint mentionem: alioquin procedant per executorias iuxta traditam sibi formam. No. quod si rescriptum faciat mentionem alterius rescripti, primum rescriptum exhibendum est. Item ex hac decretali colligitur consuetudo Romanæ Eccles. in beneficiis conferendis, vt primò dentur monitoriæ, postmodum præceptoriæ, vltimò executoriæ: & tunc debet fieri mentio de monitoriis, & præceptoriis. Aliquando tamen dat Papa monitorias literas & executorias simul.

¶ *Glo. seq. reddit causam textus ponit stylum curia & arguit.*

c ¶ *De monitoriis.*] Sic patet, quod executoriæ non valent facientes mentionem de monitoriis, vbi monitoriæ non præcesserint, quia veritate tacita sunt obtentæ & falsitate expressa, vt facilius literas executorias obtineret, tanquam si tacuisset veritatem exprimendo, executorias non habuisset: vt ṡ. *eod. super literis.* Item si tacuisset aliud de mandato Papæ fuisse receptum, non valuisset rescriptum: ī. *eod. mandatum, & cap. Abbatem.* quæ enim sint exprimenda in beneficiis impetrandis, dicetur ī. *eod. cap. si proposuit.* Quandoque tamen executoriæ prima vice conceduntur. ṡ. *eod. cap. Capitulum sanctæ crucis*, sed illud de speciali gratia. Sed ordo & consuetudo curiæ est [b], quòd primò monitoriæ, secundò præceptoriæ, vltimò executoriæ conceduntur. ṡ. *eod. constitutus.* Et est hic argumentum quòd si quis in aliquo instrumento faciat mentionem alterius instrumenti, non creditur ei, nisi exhibeat primum. *C. de eden. Authen. si quis. &* ī. *de fide instrumen. c. 1. &* ī. *de offic. deleg. cum in iure.*

b Olim fuit, sed hodie non est necesse quandoque in literis, qua scribūtur super receptione monialium. Ioan. And.

MAndatū Apostolicum.] Non intendit Papa eundē collatorē grauare de duobus, vbi pro secundo scribit cum clausula [si pro alio nō est rescriptū, qui huiusmodi gratiā prosequatur.] etiā primo tēpore datæ vel præsentationis secundi gratiā assecuti. In prima ponit dictū. In secunda eius rationē, ibi, *Cum super*. Ab. Sic.

CASVS. Papa mandauit Episcopo Nouiensi, vt magistrum Silue. faceret recipi in Canonicum & in fratrem Ecclesiæ suæ, si pro alio ibidem non scripserit, qui huiusmodi gratiam consequatur: sed Episcopus iam alium ad mandatum Papæ receperat, qui beneficium in eadem Ecclesia obtinuerat: dubitauit Episcopus, vtrum teneretur prosequi mandatum Papę, ex eo quod dicebatur in mandato [si pro alio non scripsimus, qui huiusmodi gratiam prosequatur,] cum nullus prosequeretur hanc gratiam, sed iam esset prosecutus. Consultus Papa dicit, quòd ex quo alium iam recepit ad mandatum suum, mandatum illud prosequi non debet, quia non est intentio Papæ grauare Ecclesias super receptione duorum. Not. quòd Papa per suas literas non intendit aliquos grauare super plurium receptione, nisi in literis hoc dicatur.

CAP. XXXVIII.

MAndatum [a] Apostolicum ad te directum, vt magistrum S. faceres in Canonicum recipi & in fratrem Nouiēn. Ecclesiæ, si pro alio ibidem non scripsimus, qui huiusmodi gratiam prosequatur, alio iam beneficium per nostras literas obtinente, prosequi non teneris. ¶ Cùm super receptione duorum [b], grauandi Ecclesiam antedictam, non fuerit intentio [c] mandatoris.

¶ Idem.

¶ *Ecclesia in qua Papa primus dedit monitorias, & secundus executorias, per primum, non per secundum, intelligitur grauata.*

CAP. XXXIX.

LIteris Apostolicis ad vos directis, vt G. Clericum reciperetis in Canonicum & in fratrem: nisi pro alio fuisset per nos Ecclesia vestra grauata, mandatum nostrum vos exequi volumus & mandamus. ¶ Non obstāte quòd T. Subdiaconum per nostras literas executorias recepistis, qui à bonæ memoriæ H. prædecessore nostro monitorias [d] impetrauit. ¶ Cùm factum prædecessoris [e] nostri potiùs, quàm nostrum fuerimus prosecuti †.

¶ Idem.

¶ *Diœcesanus cui scribitur, vt in diœcesi sua, vbi pro alio scriptum non est, prouideat vel faciat prouideri, non potest id exequi circa beneficium spectans ad collationem alterius iam pro alio grauati.*

CAP. XL.

ABbatem, qui mandatum Apostolicum iam recepit [f], vt S. Clerico in aliqua Ecclesiarum sui monasterij prouideret, † & per literas generales [g] ad Diœcesanum Episcopum obtētas, vt in diœcesi sua (vbi pro alio scriptum non esset) faceret prouideri [h], cogi iuris ratio non

¶ *Glossa sequens obiicit & soluit.*

a ¶ *Mandatum.*] Videtur satis hæc quæstio, cùm diceretur in literis [si pro alio non scripsimus, qui huiusmodi gratiam prosequatur.] Dubium potuit esse, ex eo quod dicit [qui huiusmodi gratiam prosequatur] quia iam receperant alium de mandato Papæ, & sic non prosequebatur: immò iam prosecutus erat illam gratiam, ex quo credebat ex verbo illo, *prosequatur*, quòd non competeret ei exceptio, cùm iam esset receptus: multò fortiùs competebat (vt hic patet,) [a] & competit hæc exceptio recepto mandato: si postea pro alio mandetur, licèt primus adhuc non sit receptus j. eod. *Abbatem & s. eod. Capitulum sanctæ crucis.* secus si esset repulsus.

¶ *Glo. seq. ponit duas opiniones & primam approbat.*

b ¶ *Super receptione duorum.*] Et ita habes hic. & j. c. prox. & *c. Abbatem.* quòd Papa non intendit aliquos grauare super receptione duorum: quare si scribit pro aliquo recipiendo in aliqua Ecclesia: licèt clausula illa [si pro alio non scripsimus] non scribi, tamen subintelligatur sicut illa [si persona idonea est] j. *de elect. causam quæ.* & sicut illa [si preces veritate nitantur] s. *eod. cap. 2.* quia non est intentio Papæ grauare aliquos in receptione plurium, vt dicit hic. Alij dicunt in contrarium: quòd in fauorem Ecclesiæ ponitur illa clausula [si pro alio non scripsimus] quia si nō opponatur: nihilominus tenentur eum recipere, pro quo secundò mandatur. Sed ista litera (vt mihi videtur) contradicit, & Papa consueuit illam exceptionem remouere dicendo [non obstante si pro alio vel aliis scripsimus] sicut dicit [non obstante certo Canonicorum numero iuramento firmato, vel quacunque alia firmitate vallato] & secundum illos frustra opponitur, non obstante si pro alio, &c.

¶ *Gloss. seq. arguit.*

c ¶ *Non fuerit intentio.*] Arg. quòd per suas literas non vult alicui graue præiudicium inferre. sic j. *de offi. deleg. super eod. & j. de offi. ordi. licet. & j. de auctor. & vsu pal. ex tuarum. & 9. q. 3. nunc vero. & ff. ne quid in loc. pu. l. 2. §. si quis a Principe. & §. merito. & j. de consue. cùm olim. in fi.* Item intentio mandantis consideranda est j. *de præben. cum causam. & c. Vlt. & j. de præcu peteit.* [b] & eadem ratio quæ mouet delegantem, mouere debet delegatum. s. *eod. super literis.*

LIteris Apostolicis.] Diuiditur, quia primò ponitur mandatū, quòd exequi iubet. Secundò tollit exceptionem, ibi, *Non obstante.*] Tertio exprimit causam, ibi, *Cum factum.* Abb.

CASVS. Honorius Tertius mandauit quibusdā Canonicis per literas monitorias, vt T. Subdiaconū reciperent in Canonicū & in fratrem: demum mortuus est D. Honorius: præterea D. Gregorius IX successor Honorij mandauit per literas executorias eisdē Canonicis, vt dictū Subdiaconum reciperēt in Canonicū, & sic fuit receptus. posteà verò idem Gregor. mādauit eidē vt G. Clericum reciperent in Canonicū, nisi pro aliquo per ipsum eorū Ecclesia esset grauata. Dicebant Canonici, quòd non tenebantur ipsum recipere, cum alium ad mandatum Greg. eiusdem recepissent. Mandat Gregor. Papa, vt illū G. Clericū recipiant, non obstante quòd T. Subdiaconum per literas executorias ipsius Greg. recepissent, cum factum Honorij potius, quàm suum fuerit prosecutus. Nota quòd successor factum sui antecessoris debet semper in effectū ducere saltem de honestate.

¶ *Glo. seq. arguit & remittit.*

d ¶ *Monitorias.*] Argu. quòd per monitorias ius acquiritur: quod non est verum: nec etiam per præceptorias vel etiam executorias sed officium iudicis imploret vt recipiatur. de hoc not. j. *de rescri. cap. Veniens. in not. quæ incipit. argum. quod per literas*

¶ *Glo. seq. primo arguit: secunda pars recitetur per quæstionem quid si ad mandatum legati, &c.*

e ¶ *Cum factum prædecessoris.*] Nota arg. quòd successor tenetur adimplere factum prædecessoris sui. 12. q. 5. *quia Ioānes. & 16. aliud.* Sic & mādatum seu præceptum factum prædecessori, successor tenetur adimplere. 18. q. 2. *dudum.* Sic etiam patet ex hac decre. quòd si aliquis sit receptus ad mandatum legati vel prædecessoris, per hoc non fit præiudicium successori, nec intelligitur Ecclesia grauata in eo casu. & sicut clausula illa [si ad mandatum Papæ [c] alium non recepistis] habet tantum locum in eo mandato, nec habet exceptionem, si ad mandatum prædecessoris vel legati alium recipit, sed etiam in legato ipsius mandantis videtur contrarium: quia auctoritate Papæ, qui delegauit, factum est: & qui per alium facit, per seipsum facere videtur *ff. de admin. tut. ita autem. § gessisset. & j. de senten. excommu. mulieres.* Si hoc sit factum de speciali mandato, hoc un haberet exceptio, sed de generali non videtur.

ABbatem.] Commodè non potest ista decre. diuidi, cùm vnico contractu contineatur. potest tamen quoad intellectum sic diuidi: quia primò ponit thema, ex quo resultat citata quæstio: & ibi, *cogi.* ponitur eius solutio. Ben. Capra.

CASVS. D. Papa mandauit Abbati S. Proculi, vt S. Clerico in aliqua Ecclesia sui monasterij prouideret. Postea mandauit Episcopo Bononiēsi per literas generales, vt cuidam alij Clerico faceret prouideri in sua diœcesi, vbi pro alio scriptum non esset. Episcopus compellebat Abbatem, vt illum Clericum in aliqua Ecclesia faceret recipi. Abbas dicebat, quòd iam receperat mandatum pro alio. Vnde Episcopus per literas generales ipsum ad prouisionem illius non poterat compellere. Papa respondet, quòd Abbas ad hoc cogi non debet nec potest illum Episcopus aggrauare super conferendis beneficiis vel Ecclesiis, etiamsi Episcopus habeat facultatem Clerico per easdem literas prouidendi. Not. quòd qui primò præsentauit literas suas, ei prouideri debet, nec potest compelli, vt tali prouideat per alias literas: vt patet hic.

f ¶ *Iam recepit.*] Vide quòd dicit [qui mandatum Apostolicum iam recepit] non dicit [qui iam prouideret] & sic patet, quòd qui primo suum mandatum repræsentat, ille debet beneficium obtinere: vt *supra eodem Capitulum sanctæ crucis. & infrà de appellation. Vt debitus.* & sic tenebatur Abbas iste prouidere S. Clerico, dumtamen alij de mandato eiusdem non prouiderit, nec Episcopus per literas illas generales potest cogere Abbatem, vt dicit, super Ecclesiis vel beneficiis conferendis. Ista tria capitula superius proxima idem videntur dicere; tamen differunt.

g ¶ *Per literas generales.*] Hic habes, quod generale mandatum secundò impetratum, non derogat speciali primò impetrato de hac materia dictum est s. *eod. c. 1.* [d]

¶ *Glossa sequens recitetur per quæstionem, an executor datus per formam istam, faciat prouideri, &c.*

h ¶ *Faceret prouideri.*] Per hanc formā nō potest facere prouideri in aliqua præbenda. j. *de præben. c. Vlt.* nisi hoc specialiter exprimatur in literis: vt hic dicitur in fine huius cap. Per istam formam faciat de sica.

prouideri

† executi.

† In antiquis ita: per literas generales ad diœcesanū obtentas, & reuocanda planè videtur omnino dicto, &c. vt series docet.

c Hoc non credo: puto enim aliud, si dicatur ad mandatum nostrū. ad hoc j. eo. si gratiosè. lib. 6. Ioan. And.

a Et sic præsens trahetur ad præteritum. ff. de ver. sign. verbū erit. Io. And.

b Vide text. in l. talis scriptura. ff. de leg. 1.

d Adde tex. & ibi Bar. in l. 1. §. 1. ff. de no. op. nunc. & in l. 3. § transfugas: & ibi Angel. ff. de sica.

prouideri] executor, cui hoc ius mãdatur, potest solummodo excommunicare contradicentes sibi: sed non potest eum instituere, vel in possessionem mittere. Contrarium tñ videtur ĩ. *de praben. pro illorum*. sed non contradicit. & intellige, prout ibi notatur. Sed per formam illam [mandamus tibi, quòd prouideas tali in aliqua Ecclesiarum tuarum] potest illum ponere in possessionem, inuestire, ac excommunicare cõtradictores, nisi rationabile aliquid ostendatur, secundum quod dicitur hic in fi. potestaté habent prouidendi. & ita vtraque formarum istarum exprimitur *in c. isto Abbatem*. & de hoc not. ĩ. *de cõcess. praben. cũ nostris*. & ĩ. *de praben. cap. Vlt.*

a ¶ *Prouidendi*.] Cum dicitur in litteris: Auctoritate nostra prouideas in aliqua Ecclesia tuæ diœcesis: etiam si curam habeat animarũ. Bernard.

permittit, nec super conferendis Ecclesiis aut beneficiis aggrauari, etiam si facultatem habeat diœcesanus, per easdem litteras prouidendi[a].

¶ Idem.

¶ Per rescriptum directum excommunicatori, vt absoluat excõmunicatum si contra Concilium eum excommunicauit, datis executoribus: qui eo non parente exequantur, nõ excommunicatori, sed executoribus cognitio demandatur.

CAP. XLI.

AB excommunicato, qui contra statuta † Cõcilij[b] generalis asserit se digatum, litteris ad excõmunicationem[c] obtentis, vt (si est ita) sine difficultate[d] absoluat eundem, & † aliis deputatis iudicibus, qui (eo nõ parente) mandatum Apostolicum exequantur[e]: ¶ Non excommunicatori (qui de facto suo[f] certus esse debet, licèt in hoc deferatur eidẽ) sed illis cognitio[g] demãdat.

† *Lateranen. sub Innocen. iij. cap. 47.*

AB *excommunicato*] Diuisio, quia primò ponitur factum: ex quo resultat quæstio, secundò ibi *Non excommunicatori*, ponitur solutio, tertiò in solutione infertur ratio: ibi, *Qui de facto*. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam Prælatus excõicauit quẽdam subditũ suũ cõtra formã Cõcilij generalis, (quod est ĩ. *de sent. excom. sacro*.) scilicet nulla monitione præmissa. Iste cõquestus fuit dño Papæ: vnde mãdat illi excõicatori, quòd si ita est, ipsum sine difficultate absoluat: alioquin mandat aliis, vt ipsum absoluãt, si excõicator ipsum nõ duxerit absoluẽdũ. Super verbis istis [si est ita] orta est dubitatio, vtrũ cognitio ista pertineat excõicatori, an aliis, quibus hoc mãdatur? Dr hic, quòd ista cognitio nõ demãdatur excõicatori, q de facto suo certus esse debet licèt deferatur eidẽ, sed aliis mandatur. Nota qui contra Cõcilium excommunicatur, sine difficultate debet absolui. Item nemo debet proprium factum ignorare.

b ¶ *Concilij generalis*.] §. *de senten. excommu. sacro*.

¶ *Gloss. seq. obijcit & respondet, quærit & sol. arg. & remittit, & iudicem instruit.*

c ¶ *Ad excommunicatorem*] Sed quare remittitur ad ipsum, cũ iam inique processerit contra ipsum, & ideo suspectus est ei? Ad hoc dicas, quòd hæc est forma & consuetudo Ecclesiæ, quòd si aliquis cõqueritur se excõicatũ iniustè fuisse, siue cõtra debitã formam cõcilij generalis, si periculũ nõ est in mora, remittitur absoluẽdus ad suũ excõicatorẽ. ĩ. *de sen. excom. sacro*.[a] & in hoc defertur ipsi excõicatori, vt factũ suũ ipse corrigat: qui veritatem ignorare in proprio facto non debet: vt hic dicit. & ĩ. *de offi. ord. ad reprimendam*. & fortè ad verecũdiã suam, vt suũ proprium factũ corrigat, & emẽdet, quòd quidẽ pôt ĩ. *de accusatio. qualiter*. & qñ & ĩ. *de ele. nosti*. & 35. q. 9. *quod quis*. Sed potius parcitur ei, ex eo quòd ipsemet absoluet. maius esset ei opprobriũ, si alius factũ suũ corrigeret: nec debet etiã expectare, vt ab aliis corrigatur. *in auth. de nupt. in fi. coll. 4.* & ideo dicit, licèt in hoc deferatur eidẽ. Et quia per simplicẽ querimoniã retulit hoc ad superiorẽ, & nõ per appellationem, remittitur ad excõicatorẽ (si enim appellasset, nõ remitteretur ad excõicatorẽ. ĩ. *de sent. excõ. per tuas*. nisi vellet superior ei facere gratiã:[b] vt *in d. c. per tuas*.) & hoc in ordinario, secus in delegato, qñ ab ipso appellatur, tũc nõ remittitur ad delegatũ. Sed quid de causa principali: nũquid ipse idẽ pôt cognoscere de hoc? Ita quidẽ ex quo nõ appellauit, debuit enim appellare, & sic esset exẽptus in totũ *arg. ĩ. de appellat. ad hæc. & c. pro posuit*. Et ita suspẽsus vel excõicatus minori excõicatione potest absoluere excõicatũ. ĩ. *de sen. excom. sacro. & suspensus suspẽsũ*. ĩ. *de sen. excom.* duobus vbi de hoc. si vero iudex iste certus est, quòd iustè processit, nõ absoluet illũ: quia delegatus cũ de hoc cõstiterit, remitteret illũ ad suũ excõicatorem, vt eius mandato pareat. Quid de principali quæstione? die, vt in vltima nouella dicitur.

[a] *Vide Bal. in l. si is, qui C. si pe. appel. mor. in ter. versi. anathematis.* & Spe. in titul. de sent. prola. §. vt autem vers. illud autem scias.

[b] *Quod potest, chmmon remittat eũ ad iudicem, à quo appellauit, vt eum iudicet sed vt eum restituat: vt not. 2. q. 1. notam. Ioan.*

d ¶ *Sine difficultate*.] Iuramẽti vel alicuius mãdati aut cautionis.

¶ *Glo. seq. recit. per quæstionem.*

e ¶ *Exequãtur*.] Isti non possunt absoluere illum, nisi post terminum elapsum assignatum ipsi excõmunicatori, aliàs non teneret absolutio. sic ĩ. *de appel. vt debitus*.

¶ *Glo. seq. distinguit inter ignorantiam facti proprij & alieni, & probabilem & non probabilem remittit & arguit.*

f ¶ *De facto suo certum esse*.] Ex hic vides, quòd nõ licèt alicui factũ proprium ignorare. & hoc verum est, nisi haberet probabilẽ causã ignorantiæ. 34. q. 2. *in lectũ. arg. 1. q. 1. si quis à simoniacis*. aliàs ignorantia proprij facti nõ excusat: quia non est verisimile, quòd quis ignoret vires patrimonij sui. *C. de rescin. vẽn. quisquis*. & hic. Sed in facto alieno tolerabilis est error vel ignorantia *ff. pro suo. l. Vlt.* & hoc verum est, si probabilis est, sed crassa & supina ignorantia in facto alieno non excusat 16. *dist. quod dicitis & 11. q. 3. quo & humanus, & ĩ. de postu. præla. c. 1.* in talibus non requiritur, quòd sit nimis diligens & curiosus, nec minus negligens. *ff. de iur. & fact. igno. nec supina*. De hac materia no. 4. q. 4. *turbatur. §. notandum*. arg. est hic, quòd in notoriis nullæ sunt partes iudicis nisi quãtum ad sententiam. ADDITIO. Præcedit tñ citatio vel requisitio: vt hic vides Ioan. And.

¶ *Glos. seq. recit. per q. s. quod sit effectum legatorum qui. s. scribitur.*

g ¶ *Cognitio*.] Tñ antequàm cognoscit, vtrum iustè vel iniustè sit excommunicatus, debet absolui si hoc petierit[e] præstita cautione & iuramento, quod pareat mandatis Ecclesiæ ĩ. *de offi. deleg. cum contingat*. & postea isti delegati cognoscent, vtrum fuerit excommunicatus contra statuta Concilij generalis: & si inuenerint, quòd iustè fuerit excõicatus, aut seruata fuerit forma Concilij, remittẽt illũ ad suũ excõmunicatorẽ, vt eius mãdato pareat super causa, pro qua fuerit excõmunicatus. ĩ. *de offi. deleg. prudẽtia. Ver. si*. Et hoc quod diximus, debet statim absolui, antequã cognoscatur, verum est, nisi aduersarius obijcit, quòd non debet statim absolui, quia fuerit excõmunicatus pro manifesta offensa[d] vel quia non paret rei iudicatæ. *ff de rei. vẽn. qui restituere. & ĩ. de offi. deleg. quærentes* quo probato non absoluetur nisi satisfaciat. ĩ. *de verb. sig. ex parte. & c. seq. & ĩ. de sen. exc. soler. in decre. nou.* [lib. 6.] Si verò inuenerint, quòd iniustè fuerit excõicatus, tunc delegati isti cognoscent de causa illa, pro qua fuerit excommunicatus.

† *& aliis si. bi iudicibus deputatis*

[e] *Hoc intellige secundũm decr. per tuas. de sen. excom. Ioan. And.*

[d] *Vel manifesta contumacia: infrà de senten. ex communicatis bilibus. § so cus lib. 6. Io. An.*

¶ Idem.

¶ Si impetrans rescriptum, ad beneficium, dixit se non beneficiatum: cum tamen haberet beneficium, licèt exiguum, non valet rescriptum.

CAP. XLII.

SI proponẽte aliquo nõ[i] dũ se beneficium Ecclesiasticũ assecutũ super prouisione ipsius licèt minus[h] competẽs obtinẽtis, rescriptum

SI *proponente*.] Hodie dicendum est, vt clarius habetur *in c. si motu proprio, de praben. lib. 6* vbi indistinctè deciditur, quòd qualecũque beneficiũ habeat impetrãs nisi de illo faciat mẽtionem, non valet impetratio secunda. Et diuiditur ista decre in duas partes: in prima ponitur quæstio, in secũda solutio: ibi. *Illud* Abb. CASVS. Aliquis habebat modicum beneficium, de quo cõmodè nõ poterat sustẽtari, & impetrauit litteras super beneficio obtinẽdo, proponẽs se nõdũ beneficiũ assecutũ, nullã faciendo mentionẽ de beneficio, licèt modico, quod habebat. Papa consultus dicit quòd litteræ illæ nõ valẽt, quia fraudulẽtes sunt obtẽtę. Nã quantumcunque mod. cum sit beneficium, semper de ipso est mentio facienda, si aliud beneficium voluerit impetrare.

¶ *Gl. seq. obijcit probas sex modis nõ curãdum de modico, & respõdet per quatuor rationes, d. mũ quærit, si valet alle. dũ tacita in. etc.*

h ¶ *Minus competens*.] Sed videtur, quòd hoc obesse non debeat: quia huiusmodi modica non nocent. modica enim res nõ inducit simoniam ĩ. *de simo. & si quæstiones. & 1. q. 1. iudices*. & modicum damnum de facili toleratur. 12. q. 2 *bona res*.[e] & modica potest Eps alienare. 12. q. 2. *terrulas*. nec pro modico restitutio datur *ff. de mi. in integ. restit. scio* & pro modico nec plus nec minus *de cõse. dist. 2. re vera*. nec pro modico datur actio de dolo *ff. de dolo. si oleum. in fin.* Sed contrarium videtur, quia fraudulenter tacuisse videtur, si eius litteras impetret, & quæ in fraudem fiunt, imputãtur ĩ. *eod. super litteris*. Præterea iste nec propter modicum beneficium sibi præiudicauit, vnde quærat sibi victum ex artificio suo. 91. *dis. clericus vilium*. quia ex quo semel placuit, amplius displicere non potest. 32. q. 5 *hortendus*. & vnusquisque in ea vocatione maneat, in qua vocatus est. 70. *dist. sanctorum*. exẽplo Apostoli faciat dicentis: *Ad omnia quæ mihi opus erant, ministrauerunt manus illa*. 11. q. 1. c. 1. imme non est aliquis instituendus, nisi tantum sibi assignetur quod sibi prouidere & Episcopalia iura persoluere possit. ĩ. *de praben. de monachis*. Planum est enim, quòd tenetur inde facere mentionem, aliàs non valerent litteræ, & sic soluitur hic quæstio illa, quæ ponebatur ĩ. *de praben. cum teneamur*. Sed aduerte quod dicit in principio (si aliquo proponente se nullum beneficium Ecclesiasticum assecutum,) si ita quis modicum habens beneficium significet Papæ, sine dubio mentitur. & ideo nullũ cõmodũ debet habere de litteris ĩ. *eo. super litteris*, quia in fraudem tacet modicũ beneficium. Sed si aliquis diceret ita dño Papæ: Supplicat Sanctitati vestræ talis pauper Clericus, vt in tali Ecclesia beneficium ei conferre dignemini, nunquid valent tales litteræ, quia tacuit de modico beneficio, & tamẽ verũ dixit, quia pauper est in veritate. Illa forma,

[e] *Et ĩ. de donat. Apostolicæ. de hac ĩ. in procemio in gl. & multa alia exempla. quibus non curamus de modico col lige Archid. de præbendis, c. non potest, in princ. libro 6. adde l. 1. in si ff de vent. inspicien. & l. si quis conduxerit. & l. ba littatore. ff. locati.*

non

non videtur contradicere huic decre. quia non dicit se habere vel non habere beneficium. Dici potest adhuc, quod non valent, quia semper videtur tacere in fraudem beneficium, licet medicum, vt citius litteras obtineat sumpliciter se pauperem Clericum appellando: quia per hoc intelligit Papa, quod nullum habeat beneficium †. Quidam dicunt quòd bene valent: quia non dicit se nullum, sed pauper beneficium habere. j. de prabend. de lectus filius. G. & bene dicunt, quòd non est necesse quòd de modico teneatur facere mentionem. s. eo postulasti. & j. de fil.

† ab hoc loco vsq. in finem in ante quis exemplaribus ita habetur post Verbum. beneficium: arg. contrà s. eo postulasti. & j. de praben. dilectus filius II.

Apostolicum, de hoc mentionem [a] non faciens, impetretur. ¶ Illud veluti fraudulenter obtentum dicimus non valere.

¶ Idem Episcopo Pariensi.

¶ *Abutentes rescripto Apostolico in casibus hic enumeratis, priuantur cõmodo rescripti, & condemnantur sumptib. & damnis aduersario.*

CAP. XLIII.

QVia nonnulli diversis modis litteris Apostolicis abutuntur, statuimus, vt quicumque obtentas sub nomine [b] suo litteras, alijs eiusdem nominis [c] tradunt, qui quos volunt fatigant indebitè per casũ, & qui eas tali modo recipiunt, quique illos, contra quos nihil habent quaestionis [d], faciunt in iudicium euocari, aut litteras ipsas ad futuras trahunt controuersias [e], quae nondum fuerant tempore impetrationis exortae, seu quenquam super vno negotio [f], vel etiam malitiosè super pluribus personalibus actionibus [g], quae sub vno iudice possent tractari commodius per varias litteras [h] coram diuersis iudicibus trahunt: vt laboribus fatigatus & sumptibus, vel compellatur componere, vel cedere iuri suo, aut reus actorem eodem tempore ad diuersa loca [i], vel indeterminatè [k] ad villam, quae commune cum pluribus eiusdem prouinciae villis habet vocabulum, citari procurat: vt dum non comparuerit, excommunicetur quasi contumax, & sic eum à sua intentione repellat: earundem litterarum commodo careant, † & aduersariis in moderatis expensis ac damnis, quę propter hoc easpertulisse constiterit, condemnentur.

¶ Gl. seq. ponit nouem conditiones subintellectas in litteris beneficialibus, & ponit versum.

a ¶ *De hoc mentionem.*] Nota ergo, quod qui habet medicum beneficium, nihilominus tenetur inde facere mentionem. & multae conditiones dicae sub intelliguntur, sine quibus litterae non valent, si est Clericus. j. de transla. ex litteris. Item si non habeat aliud beneficium. s. eod. cum adeo. Item si vult residere in Ecclesia j. de cler. non resi. relatum. Item si est dignus. s. eo. cum adeo. & j. de ele. causam quae. Item si Ecclesia tot potest sufficere j. de instit. c. 1. c. auctoritate. & de vi. & hone. Cleri. qñ. & s. de consti. cum M. Ferrarien. Item si de terra illa est oriundus. 71. dist. hortamur. & C. de Epis. & Cleri. in Ecclesiis. & j. de Cler. peregri. te nobis. Si habet perpetuam Vicariam, quae sufficiat sibi s eo. postulasti. Item si ad mandatum Papae alius sit receptus. s. eod tribus proximis cap. Vel si quam alii iustã habeat excusationẽ. s. eo. si qñ. vnde potes notare versus. *Clericus indigena, dignus, pauper residensque. Reddstens, vt pateant. scriptis sunt ista necesse.*

Prima gloss. ponit falsi speciem.

QVia nonnulli diuersis.] Septem species fraudis ponuntur in hac decre. quarum tres cõmittuntur impetrãdo, & quatuor in abutendo, poena verò cõis est omnibus. vid. licet priuatur commodo litterarum & condemnatur in expensis, & hoc sufficit pro summario & diuisione secundum Io. And.

b ¶ *Sub nomine suo.*] Sex vitia in hoc capitulo reprehenduntur. Primò reprehẽduntur illi, qui litteras suo nomine impetratas, aliis eiusdem nominis tradunt, & qui eas tali modo recipiunt. Item & illi qui tradunt ad iudicium illos, contra quos nil habent quaestionis. Et qui litteras ad futura extendunt negotia, quae nondum erant tempore impetrati rescripti exorta. Item qui super vno negotio trahunt reum ad diuersos iudices, vel etiam trahunt reum super pluribus personalibus actionibus coram diuersis delegatis, quae sub vno iudice commodiùs tractarentur. [a] Item & reus qui eodem tempore trahit actorem ad diuersa loca, vel indeterminatè ad villam, quę habet cõe nomen cum pluribus villis: omnes istae personae quae malitiam istam exercent, carere debent cõmodo litterarum & in expensis sunt puniendae. & hoc dicit decre.

a Text. est in l. 1. C. si contra ius, vel vtili. publi. & ibi Bald. Idem in l. 1. C. quando. li. prim. dat. & in c. dispendia. eo. tit. lib. 6.

c ¶ *Eiusdem nominis.*] Tali malitiae obuiandum est, & põt de facili obuiari, vt proprium nomen cum cognomine in litteris apponatur, & huiusmodi generalitas nominis remoueatur, ita quòd de persona contenta in litteris cõstet. ff. si cer. pe. certam. Et tã isti qui litteras tradunt, quàm qui modo tali recipiunt, eodem reatu criminis inuoluuntur. simile. j. de rest. spo. sape contingit. & j. de alie. iu. mu. causa fact. c. 1. & 2. & j. de iud. quia V.

Nomen, & cognomen in litteris est exprimendum.

d ¶ *Quaestionis.*] Et isti quidem rectè puniuntur, qui calumniosè trahunt alios ad iudicium: quia debent expelli, & in expensis cõdemnari. j. de pa. calumniã. & ff. de iud. cum quem temere. j. de do. & contu. c. actor. in decr. noua. Inno. iiij. [lib. 6.]

Poena calumniosè trahentium alios ad iudicium.

¶ *Glo. seq. obiicit, secundo coadunat textum per sex rationes.*

e ¶ *Ad futuras trahũt cõtrouersias.*] Sed videt quòd hoc quidẽ fieri possit: quia rei quę nõdum est, potest cõstitui seruitus ff. de ser. vrb. prad. l. si seruitus. §. futuro adificio. & ff. si ser. ven. l. vlt. ff. de ser. vr. pra. Labeo. Sed cõtra, res quae nõdũ est, accusari nõ põt j. de desp. impube. ad dissoluẽdũ. & id de quo agẽdum est, primò in rerũ natura dẽt esse. ff. de iu. cod. quida referut. §. 1. & collegio quod nõdũ est, nõ datur priuilegiu. j. de Eccle. adi. ad audientiam. 2. & prędio quod nõdum est &c. ff. com. prad. l. 1. nec potest [a] dici verum, quod nũquam fuit. de pen. dist. 2. in fi. praeterea decretũ ipso iure nullũ est, quod est datũ de ea re, quae adhuc in cõtrouersia nõ est. ff. quod cuiusq. vniuer. no. l. tẽ eorũ. §. si decursiones Ergo rectè dicit, quòd rescripta ad futura negotia nõ trahũtur. [b] quòd verũ est per iura praedicta in cõtrarium signata, & arg. bonũ. ff. de au. & arg. leg. l. si ita. ADDITIO. Hac demõstratione, vestẽ meã, argẽtum meũ, seruos meos, praesens nõ futurũ tempus ostenditur. Ioan. And.

Futuras lites rescripta ad futuras lites trahuntur.

a Dici non potest verũ, quod nunquam fuit.

b Tex. est in l. 2. & ibi Bald. & in l falso. in gl. 1. & ibi Cy. & Pet. C. de diuersis rescri. idem in l. 1. C. qñ. li. prin. da.

f ¶ *Super vno negotio*] Hoc planum est: quia debet commodo carere vtriusq. rescripti. s. eod. ex tenore. & in expensis puniri: vt hic in si. dicit. immò vr, quòd debeat causã perdere, sicut ille qui petit seruũ in diuersis iudiciis, perdit cãm. C. de asser. tol. l. 1. §. vlt. quia [a] vbi coepit iudiciũ, ibi debet finiri. j. de so. cõpe. c. proposuisti. & ff. de iud. l. vbi.

a Vbi coepit iudicium ibi eius finis debet esse.

g ¶ *Personalibus actionibus.*] Et in hoc obuiãdũ est eorũ malitiis: quia malitiis hominũ nõ est indulgẽdũ s. eo. sedes ff. de rei ven. in fundo. Et malitia satis apparet, si illum, quem pro talibus actionib. cõmodius poterit trahere corã vno, trahit illum ad diuersos iudices: quia quasi vnũ negotium est, & perinde habetur, ac si super eodem negotio traheret illũ ad diuersos iudices: immo videtur, quòd omnes illas personales actiones possit proponere in eodem libello. C. de anna. excep. l. vlt. sed etiam processus per tales litteras habitus non valet: vt in decre. Inno. iiij c. dispendia. eo. tit. lib. 6.] secus in realibus vt not. in d. c. dispendia.

† Adde generaliter de actibus, qui infirmant rescriptum. l. 1. & Doctores. C. si cõtra ius, vel vtil. publi.

¶ *Glo. seq. arguit contrarium & soluit.*

h ¶ *Per varias litteras.*] Secus si coram ordinario: quia si pro vna personali actione conueniatur coram delegato, pro alia personali poterit conueniri coram ordinario vt videtur. Alij cõtrarium dicunt. Sed si coram pluribus ordinariis quis trahatur, idem credo quod in delegatis. Et idem videtur si coram delegato & ordinario trahatur: quia eadem causa videtur.

¶ *Glo. seq. arguit contrarium, & soluit.*

i ¶ *Ad diuersa loca.*] Per hoc quod dicitur [ad diuersa loca] videtur, quòd possit reus trahere actorem ad vnum locum certũ & determinatũ, quòd videtur hic innui, & quòd possit, habes. s. eo. pastoralis. 2. respon. & j. de offic. deleg. prudentia. §. vlt. Sed contra. C. de sen. & interlo. omn. iu. Auth. & consequenter. vbi dicitur, quòd reus actorem ad iudicem alium trahere nõ debet sed coram eodẽ nisi tunc demum lite finita: Rñ. quòd reus bene potest trahere actorẽ ad iudicẽ aliũ pẽdẽte priori iudicio: vt dicũt iura praedicta: & hoc idẽ innuitur, dũ dicit [ad loca diuersa] [c] quasi ad vnũ nõ prohiberetur, sed actor habet exceptionẽ, ne reconueniatur à reo corã alio iudice, nisi lite finita, & nisi admittatur talis exceptio, tenebit appellatio, si interponatur per Auth. praedictã. & ita per exceptionẽ suspenduntur litterae rei vsque ad litẽ finitam: & si non excipiatur, benę potest procedere cõtra illum actorẽ. Dic super hoc, vt dicit illa decre. Inno. iiij. j. eo. tit. dispendia. [lib. 6.] & j. de mu. pe. c. 2.

c Aliter intellectus huius decretalis vide hic per Doctores.

k ¶ *Vel indeterminate.*] Quod esse nõ debet: quia certus locus prouidẽdus est, alias intelligeretur de illo loco, vbi iudicare cõsueuit. ff. de iud. si locus. ff. de arbi. si cũ dies. §. si arbiter. ar. C. quo. & qñ iu. sen. pro. de. l. si vos proponis. gñalitas [a] enim parit obscuritatẽ. ff. de iur. fis. si ita fidei, qui deliberare nõ põt. j. de appel. significantib. & nimia gñalitas reprobat. j. de do. & cõtu. ex litteris. & proinde est ac si nullũ locũ statuisset. arg. ff. de inte. actio. de atate §. nihil. & vrgari nõ licet cũ alterius dãno ff. inuem. prior edixet. & in tali casu teneret appel. sicut ibi. & j. de app. significãtibus. & j. de li. obl. c. vl. & vbi in aliquo l. eo nominis eiusdẽ haberet habitationẽ, & nõ in aliis tũc debet intelligi de illo loco, vbi quãdoq. habitat.

a Generalitas parit obscuritatem.

¶ *Glos. seq. alle. tres concor. quarto obiiciendo, ponit opi. soluit. solutioni opponit & respondet.*

l ¶ *Expensis ac damn.*] Et meritò debet istorũ malitia puniri in expẽsis & dãnis alteri parti. s. eo. c. caterũ. & j. de do. & cotum. ex litteris. j. de appellat. vt debitus. Sed quis puniet eos. cũ isti nõ habeãt iurisdictionẽ, & nõ possũt illos punire: Ordinarius nõ potest illos punire: quia in hoc nullã habet iurisdictionẽ. Quidã dicũt, quòd ordinarius illos punire dẽt. Mihi videt, quòd isti idem iudices poenam istam debent imponere super expensis & damnis in hoc

taltem

saltem habent iurisdictionem, vt de precum veritate cognoscant & pœnam imponãt: et hic videtur, quòd eodẽ modo intelligitur. ꝫ. eo, cæterum, vbi est arg. quò secũdi iudices deuẽt hãc pœnam imponere. ad hoc est op. arg. ꝫ. eo super litteris. in fin. & ꝫ. de appellat. vt debitus. ª & si hoc non fecerint iudices, dummodo petitum fuerit ab eis, de sua substantia, illud detrimentum restituere compelluntur. C. de in. vocat. l. sancimus. & poterũt isti iudices conueniri coram ordinario vel delegato condictione ex illa l. sancimus. Sed quòd isti iudices, quibus huiusmodi litteræ dirigũtur, non possint, videtur per decre. prædictam: ex litteris. ꝫ. de do. & cõtu. vbi primi iudices condemnant, & nõ secundi. Sed illud ideo fuit, quia coram primis iudicibus obiiciebatur de secũdis litteris ab altera parte impetratis, non facientibus expressam de prioribus mentionem vnde primi iudices cõsuluerunt Papam, quod iuris esset, & rñdet prout patet in littera, scilicet quòd ipsi primi iudices condẽnent partem alteram in expẽsis propter dolum suum, aliàs secundi deberent imponere pœnam illam, si coram ipsis fuisset exceptum de primis, & remittere partes ad primos, vt sic illi iudices pœnam istam imponant, coram quibus excipitur: vel quia litteris secũdis cõtinetur, quòd primi hoc faciãt: aliàs secũdi debẽt condemnare: quia si diceretur, quòd isti iudices quibus litteræ huiusmodi diriguntur, hæc facere non possent, per hoc lites ex litibus orirentur: quia pro eisdem expẽsis oporteret eos iterum litigare: vnde tutius est & melius, quòd hoc faciant, vt per hoc malitiis istorum per pœnam huiusmodi obuietur.

a Et patet hoc in concilio Viennen. tit. Abbates. & quod hic vocat damna, ibi vocat interesse. Ioan. And.

† Lib. 1. epistola 64. ad Felicem Episcopum Messanensem. & c. 1. eo. tit. in 1. compilatione.

† Honorius iij. Archidiacono & Capitulo Laudi.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. compilatione.

† Vulg.

TITVLVS IV.

De Consuetudine.

¶ Gregorius in registro. †

¶ *Consuetudo inferens grauamen Ecclesiis, debet iudicis officio tolli, h. d. secundum intellectum magis singularem.*

CAP. I.

Consuetudines ª, quæ Ecclesiis grauamen inducere dignoscuntur, nostra nos decet consideratione remittere.

¶ Inno. † iij. Archiepiscopo & Capitul. Lugdun.

¶ 1 *Ex consuetudine potest introduci actus sine solemnitate, per quã sine apprehensione reali trãsfertur possessio rei absẽtis. h. d. & est casus singularis secundum Abb. Siculum.*

CAP. II.

Ex † litteris: & infrà. Si verò quis possessiones aliquas, claustris vel aliis religiosis ᵇ locis in bona valetudine, vel vltima volũtate, pro suorũ vult remedio peccatorũ conferre, hanc conferendi formã esse proponitis, quòd in huiusmodi donationibus modicum terræ consueuit in manu accipere, vel in extremitate pallij †, quod manu Prælati Ecclesiæ sustinetur: aut super altare ponendum sibi testimonio videntium & audientium, sub dicta forma, quæ scotatio vulgariter appellatur: & infrà ᶜ. ¶ Discretioni vestræ mãdamus, quatenus donationes eorum, quæ sub obtentu cõsuetudinis ᵈ claustris, Ecclesiis, vel quibuslibet locis religiosis piè conferuntur, vel etiã sunt collata, faciatis irreuocabiliter obseruari: cùm huiusmodi signum ᵉ, quod scotatio dicitur, non tam factæ donationis, quàm traditæ possessionis sit euidens argumentum.

¶ Item Episcopo Pictauiensi. †

¶ *Non valet consuetudo, vt in causis Ecclesiasticis dictum populi pro sententia teneatur.*

CAP. III.

Ad † nostram audientiam noueris peruenisse, quòd in tua diœcesi etiam in causis Ecclesiasticis consuetudo minùs rationabilis habeatur, quòd cùm aliqua causa tractatur ibidem, & allegationibus & querelis vtriusque partis auditis, à præsentibus litteratis, & illitte-

† In quibusdam reperitur tribuitur sed male indicio meo. † Vel in extremitate pallij manu prælati Ecclesiæ &c.

† Hæc nomine Io. Bernardi: que habetur in vetustis codicibus.

† Parisiens.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. compilatione.

DE CONSVETVDINE.

¶ *Continuatur. Quia visum est supra de iure scripto, quod consistit in constitutionibus & in rescriptis: merito subiicitur de iure non scripto, quod consistit in consuetudinibus. Abbas Siculus.*

Continuatio.

Consuetudines.] Cõsuetudo inferẽs grauamẽ Ecclesiis, vel eis onerosa nõ tenet. h. d. secũdũ cõmunem intellectum. Et non diuiditur. Abb. Sicul.

a ¶ *Consuetudines.*] Hoc capitulũ intelligit de onerosa cõsuetudine, & quæ multũ lædit: & est rad. cit. extirpãda. 8. *dist. mala. & 12. q. 2. bona res. & 12. dist. omnia.* nã cõsuetudo debet esse rationabilis & nõ cõtra vtilitatẽ Ecclesiæ. ꝫ. *de iis quæ fi. a maiori par. ca. sũ in cũctis. &* ꝫ. *de re iud. cum causa. &* ꝫ. *eod. ad audientiã. &* ꝫ. *eod. cũ venerabilis.* Quando autem cõsuetudo præualeat iuri, & quando non, dicetur. ꝫ. *eod. cap. vlt.*

De qua consuetudine sit hoc capitulum accipiendum.

Ex *litteris.*] Valet consuetudo, per quam Ecclesia acquirit dñium & possessionem rei sine solemnitate legali. Io. And. Diuiditur in duas partes: nam in prima ponitur consuetudo: In secunda, ibi, *Discretioni*, responsio, siue mandatum.

Casvs. Talis erat consuetudo in Dacia, quod si aliquis in sanitate seu in vltima voluntate vellet pro remedio peccatorum suorum conferre locis religiosis aliquas possessiones, accipiebat modicum terræ in extremitate pallij, quod pallium manu prælati sustinetur, & ponitur super altare sub testimonio videntium. huiusmodi donatiõ vulgariter dicitur scotatio. Quidam malitiosè nitebantur huiusmodi donationes infringere, pro eo quod solennitas testimonium in huiusmodi vltimis voluntatibus non seruabatur. Significatum fuit hoc domino Papæ: vnde mandat, quòd huiusmodi donationes, quæ prætextu consuetudinis talis conferuntur locis religiosis, vel etiam sunt collatæ, faciat inuiolabiliter obseruari: quia huiusmodi signum, quod scotatio dicitur, non est solùm argumentum donationis factæ, sed etiam traditæ possessionis. Not. consuetudinem seruandam esse in donationibus in vltima voluntate factis locis religiosis. Item not. quod possessio transfertur per alium actum, quam per traditionem ipsius rei translatæ.

b ¶ *Religiosis.*] In iis enim, quæ religiosis locis relinquuntur, nõ requiritur solennitas testamentorum. ꝫ. *de testa. cum esses.* & c. seq. secundum canonicam æquitatem, & fauorẽ religionis.

Avditio. Vnde etiam legatum factum Ecclesiæ ecclesiæ per insinuationem. *instit. de pœna temere lit. circa prin.* Ioan. And.

c ¶ *Et infra.*] Sub isto, *infra*, continetur, quòd quidam cauillosi dicebant, quod huiusmodi donatio non valebat: quia solennitas testamenti non obseruabatur, eo quòd secundum leges testamentum debet fieri septẽ aut quinque testibus adhibitis, aliàs non valet: vt ꝫ. *de testa. cum esses. & c. relatum.* super hoc Papa respondet: Discretioni vestræ, &c.

d ¶ *Consuetudinis.*] Prædictæ, quæ laudabilis est, vnde est seruanda. ꝫ. *de simo. ad Apostol. cam.* ex quo æquè puniri debet transgressor laudabilis consuetudinis, sicut transgressor legis 11. *distin. in his.* huiusmodi donatio valeret; etiamsi cõsuetudo super hoc non esset.

¶ *Glo. seq. ponit quatuor similia, secundo ponit v. modos, quibus possessio rei sine ipsius apprehensione transfertur, ponit de his versus.*

e ¶ *Signum.*] Sic annulus signum est inuestituræ. ꝫ. *de iis quæ fi. à maiori par. c. ex ore.* Et ² inuestitura est signum traditæ possessionis. *infra de don. per tuas.* Item ᵇ annulus est signum matrimonij. *infra de præsumpt. illud. & 30. quæst. 5. fœmina* ᶜ. Sic autem ... instrumentorum est signum renunciationis, *infra de renun. sane. & infra de pact. cum pridem. & Cod. quæ res pig. oblig. poss. l. 2. & melius. ff. de pact. l. Labeo.* secus est si restituat pignus. *ff. eod. tit. l. postquam.* Sic etiam res non apprehenditur, & tamen possessio transfertur: vt per claues. *ff. de contrahen. empt. clauibus.* Item per instrumentum fit donatio. *Cod. de donat. l. 1. Visu etiam transfertur possessio. ff. de acqui. poss. quod meo. §. si venditorem.* item si rem meam penes te depositam tibi vendidi. *instit. de re. di. §. interdum.* Item cum quis etiam rem suam velit possidere nomine alterius. *ff. de rei ven. quadam.* Nec etiam semper in acquirenda possessione necessarius est actus corporalis: vnde sufficit affectus aliquo actu interueniente. *ff. de acqui. poss. l. 1. §. antepen.* & hic, licet lex dicat, quòd possessio acquiritur corpore & animo, non altero tantùm. *Cod. eod. tit. licet:* ita quòd rei apprehensio per se vel per alterum sit necessaria. *ff. de acqui. pos. quemadmodum. & l. qui vniuersa.* Hoc tñ scias, quòd licet Ecclesia non apprehendat possessionem rei sibi collatæ, dñium tñ nihilominus adipiscitur: quòd non est in priuato. *C. de rei ven. iterum. C. de sacrosan. Eccle. vt inter diuinum.* Vnde versus.

Visu, fine rei mutuata venditione.
Clauibus, & chartis, mea si conduco sciens tu:
Quamuis non aliter detur possessio, transit.

2 Inuestitura quid.

b Vide Ioan. Andr. in c. trãsmissam. de elect. onere.

c Vide l. si concubina, & ibidem. gloss. de concubi.

Ad *nostram audientiam.*] Non valet consuetudo, vt sententia à non suo iudice lata teneat. Ioan. And. Communis diuisio. secunda ibi, *Nos igitur.* Abbas Siculus.

Casvs. In diœce. Picta. talis erat cõsuetudo etiã in causis Ecclesiasticis, quòd cum aliqua causa tractabatur ibidẽ, auditis allegationibus vtriusque partis, ab iis qui præsentes erãt sapientibus & insipientibus, quærebatur quid iuris, & quod illi vel aliquis eorum dictauerit de communi assensu, pro sententia habeatur. Peruenit hoc ad notitiam Papæ: scribit Papa Epo Picta. dicens, quòd talis consuetudo obuiat canonicis institutis, & ideo nullius debet esse momenti: quia

ti, quia sententia à non suo iudice lata non tenet. Vnde mandat eidem Episcopo, vt in causis subditorum suorum, postquam sibi de meritis ipsarum constiterit, sententiam proferat, sicut postulat ratio iuris, præmissa consuetudine non obstante. Not. quòd consuetudo contra canones introducta, & non rationabilis nõ valet. Item sententia à non suo iudice lata non tenet.

a ¶ *Insipientibus.*] i. minus sapientibus. Nec istud est inconueniens. quia quandoque reuelatur minori, quòd maior nescit. *Cod. de offic. rect. prouin. l. potestas. & 9. distin. ello subiectione. in fi. & 24. qu. 3. si habes.* Bernar.

¶ *Glo. seq. recitetur per obiectionem.*

b ¶ *Quæritur.*] Nõ prohibetur hic, quin à pluribus requiratur: quia facilius inuenitur, quod à pluribus & sapientibus quæritur. 20. *dist. de quibus. C. de fideic. l. vlt. ad fi.* quoniam illiterati quandoque, habent causarum peritiam. *C. de in certi iuris. & in Auth. de iud. §. quia vero. coll.* 6. sed hoc solum reprobatur hic, quòd eorum consilium pro sententia teneatur, cùm aliàs sententia à non suo iudice lata, sit nulla. *C. si à non compe. iud. vlt. & j. de iu. c. at si clerici.*

c ¶ *Canonicis.*] Et sic non valet consuetudo contra canonicam cõstitutionem. *j. de offi. Archi. cum satis. j. de re iudi. cum causa.* & quæ grauamen inducit. *s. eod. c. 1. Arg. contra. j. de cau. pos. cum Ecclesia Sutrina. & ff. de admini. tut. sine harede. §. pen.* Ista contrarietas expedietur. *j. c. penult. & vlt.*

¶ *Glos. seq. alleg. 6. concor. ponit duos casus exceptos, & secundũ moderatur.*

d ¶ *Iudice.*] Sic 2. q. 1. *in primis. j. de iud. at si clerici. j. de paro. nullus. & C. si à non compe. iudi. l. 2. & j.* Et hoc verum est nisi in causa reconuentionis: vt 3. q. 8. *accusatores §. cuius in agendo.* Vel nisi ex certa scientia aliquis consentiat in iudicẽ non suum. *ff. de iur. om. iudi. si per errorem. & ff. de iudi. l. 2. Vel nisi vocatus venire cõtẽnat. j. de app. si duobus.* Sed hoc nõ habet locũ in Clericis, qui nõ possunt in aliũ iudicẽ cõsentire sine licẽtia sui plati vel iudicis. *j. de fo. cõpe. si diligẽti.* & *c. significasti.*[a] vbi de hoc dicetur.

† Tex. est in l. 1. in gl. magna. & ibi C. quæ sit lon. cons. & in l. nemo alieno. in g. temporalis. ff. de re. iur.

† Aliàs ita: concedimus liberam facultatem.

† Cap. 3. in 3. collectio. eod. tit.

a Facit text. in authent. cassa. & ibi Bal. C. de sacrosan. eccl. & in Auth. statuimus. C. de Epis. cle. & in §. clericus. de pac. tenen. col. 9.

ratis, sapientibus & insipientibus[a], quid iuris sit quæritur[b]: & quod illi dictauerint vel aliquis eorum, præsentium consilio requisito, pro sententia teneatur. ¶ Nos igitur attẽdẽtes, quòd consuetudo, quæ canonicis[c] obuiat institutis, nullius debet esse momenti †, cùm sententia à non suo iudice[d] lata nullam obtineat firmitatem: vt in causis Ecclesiasticis subiectorum tuorum: postquam tibi de meritis earum constiterit, sententiam proferre valeas, sicut ordo postulat rationis, auctoritate tibi præsentium (præmissa consuetudine non obstante) concedimus † facultatem.

¶ Idem L. Vicario nostro apud Constantinopolim constituto.

¶ *Consuetudo non potest operari vt Clericus non Episcopus possit exercere ea, quæ sunt reseruata ordini Episcopali. & est casus notabilis. Abb. Siculus.*

CAP. IIII.

Quantò † de benignitate: & infra. ¶ Peruenit ad audientiam nostram: quòd quidam simplices Sacerdotes apud Constantinopolim ea sacramenta præsumunt fidelibus exhibere, quæ ab Apostolorum tempore fuerunt solis Pontificibus reseruata[e]; vt est sacramentum Confirmationis, quòd chrismãdo renatos, soli debent Episcopi per manus impositionem conferre: ad excusandas[f] excusationes in peccatis, solam consuetudinem[g] prætendẽtes: & infrà. ¶ Discretioni tuæ mandamus, quatenus omnibus Presbyteris distinctè prohibeas, ne talia de cætero sua temeritate præsumant, quæ licèt non sint à fidelibus cõtemnenda: tutius tamen est ea sine periculo ex necessitate[h] (quæ legem nõ habet †) omittere[i], quàm vt ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate (quæ lege damnatur) nõ sine graui periculo inaniter conferantur: cùm vmbra quædam ostendatur in opere, veritas autem non subsit in effectu.

¶ Idem Decano & Capitulo Cenomanensi.

¶ *Non valet consuetudo, per quam interdicti sententia violatur.*

CAP. V.

Cvm † inter vos ex vna parte, & Canonicos sancti Petri de curia ex altera, super eo quod dicti Canonici generale interdictum[k], ab Episcopo ve-

Qvanto.] Non valet consuetudo permittens Presbyteris vt chrisment. Et sunt duæ partes. In prima ponitur præsumptuosa consuetudo. In secunda ipsius reprobatio, ibi, *Discretioni.* Abb. Sicul. Casvs. Quidam Sacerdotes apud Constantinopolim conferebant sacramentum confirmationis chrismando in fronte baptizato: quòd à tempore Apostolorum soli Episcopi cõferebãt per manus impositionem, sed ipsi ad suam excusationem solam consuetudinem allegabant. Vnde mandat Papa Vicario suo apud Constantinopolim cõstituto, vt omnibus Presbyteris suis distinctè prohibeat, ne de cætero talia sacramenta conferre præsumãt: quia licet non sint à fidelibus contemnenda, tñ tutius est ea dimittere sine periculo ex necessitate, quæ legem non habet, quàm ea recipere ab iis, qui cõferre nõ possunt: quia vmbra quædam ostenditur in opere, veritas aũt in effectu nõ subest. Not. quòd cõsuetudo non excusat aliquem in delictis. Item nihil confertur à Sacerdotibus, si chrismant in frõte baptizatos, & ita pro nõ dato habetur, quod datur ab illo, qui dare non potest de iure. Bernar.

¶ *Glo. seq. alleg. tres concor. secundò signat successiuè duo contraria, & soluit. tertiò quærit. alleg. ponit opin. & soluit.*

e ¶ *Reseruata.*] *De cõsec. dist. 5. manus. & c. de his. 68. dist. quãuis. Contrarium est. cõtra. 95. di. peruenit.* vbi Presbyteri chrismabãt in frõte. sed illud ideo ipsis Gre. cõcessit ppter scãdalũ de speciali indulgẽtia, & illi Sacerdotes nihil cõferebãt vt dicit in fi. quia hoc ex delegatione Papæ nõ faciebãt. & ideo pro nõ dato habetur, quòd ab illo donatur, qui de iure donare nõ pot. *j. de iure Patronat.* quod aũt cõtulit *in fi. 1. q. 7. Daibertũ & C. de leg. nõ dubiũ ar. cõt. j. de sac. non ite. pastoralis.* Sed ibi collatum fuit sacramentum ab eo, qui potuit, sed mãdatur solummodo suppleri quod fuerat prætermissum. Sed nũquid Papa posset hoc delegare Sacerdotibus? Videtur quod sic, per illud capitulum, peruenit. aliás Gre. g. decc. isset cor. Sed si Papa prohiberet Sacerdotem chrismare, post prohibitionẽ suam nihil conferret, si postea chrismaret. Episcopi verò, licèt ipsi possint chrismare, non possunt aliis inferioribus demandare, qui hoc ex officio facere nõ possunt: sed alij Episcopi vel Archiepiscopi possunt hoc facere in diœcesi alterius Episcopi de ipsius licentia. Episcopi enim ea, quæ sunt iurisdictionis, vt puta iudicare, excommunicare, & similia, committere possunt aliis etiam non habentibus iurisdictionem. ea verò quæ sunt ordinis Episcopalis, & auctoritatis, nõ possunt demandare, aut etiam delegare aliis, qui sunt inferioris gradus. *j. de cõsecrat. Eccle. vel alt. à qua. arg. huius decre.* videtur quòd Papa nõ possit hoc delegare simplici sacerdoti: sed Papa non subiicitur legibus. *ff. de legibus. l. Princeps, 9. q. 3. cuncta.* vnde potest committere simplici Sacerdoti, vt in *d. c. peruenit.*

f ¶ *Ad excusandas.*] 16. q. 1. *c. prædicator.*

g ¶ *Consuetudinẽ.*] Et sic male vnde dixit Martinus Zamorensis:

Compositio lacte fatenti quasi cibaret: Qui putat exclusum crimẽ per tẽporis vsum. & hoc verum est, vbi consuetudo non est præscriptibilis. *j. de sime. c. non satis. & j. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adult. c. cum haberet. 32. qu. 7. flagitia.* & non debet esse melior conditio furis propter furti continuationem. *ff. de fur. id est inficiando. §. infans.*

¶ *Gloss. seq. recitetur per quæstionem.*

h ¶ *Ex necessitate.*] In hoc fuit necessitas: quia cum ciuitas Cõstantinopol tunc capta esset à Venetis & aliis Latinis, pauci Episcopi & Presbyteri Latini erant ibi, qui hoc facerent: & ideo isti Sacerdotes hoc faciebant, & Græci non chrismabant in fronte, & in multis aliis discordabant à Romana Ecclesia, à cuius obedientia se subtraxerãt. *j. de maio. & obe. c. inter quatuor. & j. de bap. & eius effectu. c. licet Græcos.*

¶ *Glossa sequens recitatur per obiectionem.*

i ¶ *Omittere.*] Sic enim de corpore Christi fieri debet 14. qu. 1. *cæpit.* sed in baptismo, qui est ianua omnium sacramẽtorum, secus est. melius est enim ab hæretico[b] illud recipere, quam sine illo decedere, dum tamẽ in forma Ecclesiæ cõferatur. 24. *qu.* 1. *si quem forte & j. de sum. trini. & fid. ca. c. 1. in fi.*

Cvm inter.] Diuiditur in tres partes: in prima ponitur querela. In secunda exceptio, ibi, *Procurator.* In tertia sententia: ibi, *Nos igitur.* Casvs. Canonici sancti Petri de curia habent ex priuilegio vt tempore interdicti possint celebrare diuina. occasione huius priuilegij tempore interdicti positi in ciuitate Cenomañ. celebrabãt diuina pulsatis cãpanis, & alta voce, ac si nullũ esset interdictum. Vnde orta est contentio inter ipsos & Canonicos Cenomañ sed Canonici S. Petri allegabant, quod Ecclesia sua erat libera & exempta. & tempore generalis interdicti de cõsuetudine celebrabant diuina pulsatis campanis, interdictis & excommunicatis exclusis. Papa considerans, quòd ex tali consuetudine, si quæ foret, frangeretur neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, decernit illam consuetudinem de cætero non seruandam. Not. cõsuetudinem non valere, quæ est contra statutum, & disciplinam Ecclesiæ.

k ¶ *Interdictum.*] Quod dicatur generale interdictũ, habetur *j. Ver. sign. c. cum in partibus.*

¶ *Glos. seq. dat duas concord. inducit duo similia. item exquisitè duo alia subiungit. alleg. 5. iura in contrarium. & soluit.*

a ¶ De

Ordinarius minister sacramenti cõfirmationis Episcopus est. concil. Triden. sess. 7. de confirmatione can. 3.

† Facit tex. in l. vnica. ff. de consue. & in l. non solũ. §. fin. de exc. tu.

† Cap. 4. eo. tit. in 3. compilatione.

b ab hæreticis enim in forma Ecclesiæ conferri potest. concil. Triden. sess. 7. de baptismo, can. 4.

stro, vel à vobis in ciuitate Cenonanen. positū non seruabant, quæstio verteretur †:& infrà.

† Procurator verò ipsorum proposuit, quòd ipsa Ecclesia sancti Petri à sui fundatione libera extitit & exempta:& de consuetudine[a], in generali etiam interdicto licitum erat eis, pulsatis cāpanis, alta voce (interdictis & excommunicatis exclusis) diuina officia celebrare. ¶ Nos igitur cognito, quòd ex tali consuetudine, si qua foret, disrumperetur neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, ipsam de consensu fratrum nostrorum duximus irritandam.

¶ Idem Episcopo Helienſi.

¶ In attribuēdis officiis nouæ dignitati, seruatur consuetudo vicinarū ciuitatum: quæ si diuersa fuerit, seruabitur magis rationabilis, & aliis non præiudicans.

CAP. VI.

CVm † olim Londonensis Episcopus nostris auribus intimasset, quòd in sua Ecclesia proposuerat statuere[b] Præcētorē, nos eius precibus inclinati, ei licentiam concessimus[c] Præcentorem huiusmodi ordinādi: dummodo in conferēdis sibi redditibus nulli inferretur præiudiciū[d], statuētes vt Præcentor taliter institutus, in sessionibus[e], processionibus & aliis illam haberet in London. Ecclesia dignitatē, quā habent alij Præcentores in aliis Ecclesiis Anglicanis, & infrà.

¶ Quocirca mandamus, quatenus si secundum diuersas consuetudines locorum, diuersas habere noueris Præcentores in Anglicanis[f] Ecclesiis dignitates, iam dictum Præcentorem, illam[g] habere facias in London. Ecclesia dignitatem, cáque manere contentum, quam (rationabilibus & approbatis consuetudinibus Ecclesiæ saluis) sine[h] præiudicio alieno poterit obtinere.

¶ Idem Conuentui † Corbien. monasterij.

¶ Nō potest induci ex consuetudine, vt quis possit dimittere dignitatem sine superioris licentia, vel vt possit electus administrare non habita confirmatione à superiore.

CAP. VII.

CVm † venerabilis frater noster Episcopus Hostiensis, & L. sanctæ crucis Presbyter Cardinalis in partibus Alemaniæ legationis officio fungerentur, inuenerunt Abbatem de monasterio Hermon. quod ad Romanam Ecclesiam noscitur pertinere nullo mediante ad monasterium Corbien. quod est etiam Romanæ Ecclesiæ spe-

a *Innuit, quòd aliud sit præscriptio, aliud sit consuetudo de hoc infrà c. vlt. Io. And.*

a ¶ *De consuetudine.*] Not. quòd nec præscriptio nec cōsuetudo prodest in hoc casu, vt hic dicit, & est simile ĩ. *de ele. c. tā causā.* & ĩ. *eod. cum venerabilis*. nec contra obedientiam, vt 18. q. 2. Abbatibus. & ĩ. *de præscrip. c. cum non liceat*. nec contra procurationē, quæ ratione visitationis debetur. ĩ. *de præscrip. c. cum ex officij* sicut nec valet transactio in hoc casu, & in huiusmodi spiritualib. ĩ. *de transact. c. præterea*. nec permutatio rei spiritualis potest fieri cum temporali ĩ. *de re. permu. c. exhibita. arg. contra* ĩ. *de priuil. c. cū olim. 2.* & ĩ. *de capel. mona. c. dilectus* & ĩ. *de cen. c. sopita.* & ĩ. *de præsc. c. de quarta.* & *c. auditis*. non sunt contraria: ibi non præscribitur contra obedientiam, nisi tantò tempore fuissent sub dominio Papæ, vel alterius Ecclesiæ: & tunc non dicuntur præscribere, sed potius præscribi: & præterea illa, de quarta. & illa, auditis. nihil dicunt de obedientiā, sed in aliis articulis & casibus loquuntur. Et sic patet quòd vbicunque sit aliquid cōtra Ecclesiasticam disciplinam siue neruum Ecclesiæ, non habet locum præscriptio.

† *Vertebatur.*

Præscriptio nō habet locum, quoties cunque sit aliquid contra Ecclesiasticam disciplinam.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. compilatione.

CVm olim.] Diuiditur in duas partes. In prima ponitur consultatio. In secunda: ibi, *Quocirca*. responsio.

CASVS. Episcopus London. petiit à dño Papa licentiam, vt posset in terra sua constituere Præcentorem. Papa sibi petitā licentiam concessit, dummodo in conferendis sibi redditibus nulli faceret præiudicium, ita quòd Præcentor ille in sessionibus, processionibus, & aliis, illam haberet dignitatem in illa Ecclesia London. quam habent alij præcentores in aliis Ecclesiis Anglicanis, & sic Episcopus constituit Præcentorem. Præcentor ille taliter institutus occasione litterarum domini Papæ, quædā in præiudicium aliarum dignitatum nitebatur vsurpare, aliqui personatum habentes in Ecclesia London. conquesti sunt domino Papæ: Papa mandat Episcopo Helien. quatenus quia secundùm diuersas consuetudines locorum Præcentores alij diuersas habent dignitates in Ecclesiis Anglicanis, faciat illum Præcentorem cōtentum esse illa dignitate, quam potest habere sine præiudicio aliorum, saluis rationabilibus & approbatis consuetudinibus Ecclesiæ London. Not. quod noua dignitas sine licentia domini Papæ cōstitui non debet. Item in dignitatibus diuersa pōt esse cōsuetudo in eadem prouincia. Itē in præiudicium aliorum dignitatū noua dignitas constitui non debet. Item consuetudines approbatæ ipsius Ecclesiæ nihilominus remanent in sua firmitate.

b ¶ *Statuere.*] Et sic onerosam dignitatem potest Episcopus remouere de Ecclesia sua cum suis Canonicis, dum tū confirmatio Papæ accedat. ĩ. *de consti. c. cum accessissent.*

¶ *Glo. seq. in prima & in fi. tractat, an noua dignitas creari possit sine Papæ licentia, & c. in medio signat contraria, & soluit.*

b *Priuatum & sine principis auctoritate fieri nouum opus, nisi id fiat ad æmulationem alterius ciuitatis vel seditionis materiam præbeat. Io. An.*

c ¶ *Concessimus.*] Per hoc videtur, quod noua dignitas in Ecclesia cōstitui nō pōt sine licētia Papæ 22. *dist. c. r.* & *C. de ofj. præf. præto. Afri. l. quam gratiam. §. optamus*. ergo omnes iudices secūdū voluntatem & timorem Dei, & nostram electionē & ordinationē, &c. & hoc ideo: quia si vna dignitas cōstituitur, oportet quod alia minuatur. *arg. 99. dist. c. nullus.* & *cap. 2.* Sed hoc nō est verū. *arg.* ĩ. *de Eccle. ædi. c. ad audiētiam. 2.* & *12. q. 2. bona res.* ff. *de ope. publ. l. opus. 2.* Itē datur priuilegiū dignitati, sed nō est contra illud. ĩ. *de Eccle. ædi. c. ad audientiam.*[b] & *supra de rescr. c. vlt.* sicut nec seruitus datur prædio, quod nondum est. ff. *communia præd. l. 1. argu. contra.* ff. *de ser. rust. præ. l. Labeo* & ff. *de ser. vrb. præ. l. si seruitus. §. futuro.* Sed non procedunt ista: quia non datur priuilegium dignitati quæ nondum est, sed dat Papa auctoritatem constituendi dignitatem Ecclesiæ London. Inn. 4. dixit in apparatu suo quòd Episcopus cum Capitulo suo potest nouam dignitatem constituere, contrarium credo.

d ¶ *Præiudicium.*] Intelligas enorme: quia pro modico nō dimitteret. *arg. 12. q. 2. bona res.* & ĩ. *de dona. c. apostolicæ.* sed melius vt sonat littera, quia illæ concordantiæ intelliguntur de rebus Episcopalibus, & hic ipse Episcopus modicum damnum potest pati, vt aliquid conferat dignitati. alij non compellantur dare de suo, nisi iusta causa interueniret constituendi illam dignitatem.

e ¶ *In sessionibus.*] Hoc ideo dicit: quia secundū dignitatem suam honorandus est aliquis in sede. ĩ. *de ma. & obe. statuimus. 17. dist. c. vlt.* & *in subscriptionib.* ff. *de albo. scrib. l. 1.* & *vlt.* vt in sententiis ferendis ff. *de decu. l. spurij.* & in aliis suffragiis. *argu. 25. di. prælatis.*

† *Aliâs tū idem. Conuentui, & Corbiensi monasterio.*

ADDITIO. Vbi cessantibus priuilegiis in sententiis ferendis, prior est illius causa, qui eodem tempore pluribus suffragiis in Decurionatu decoratur. Ioā.

f ¶ *In Anglicanis Ecclesiis.*] Hoc est cū eadē cōsuetudo in aliis esset Ecclesiis Anglicanis, illa seruaretur. *arg.* ĩ. *de elect. cap. cum Ecclesia.* Si verò diuersæ essent consuetudines, consuetudo metropolitanę Ecclesiæ seruanda est, 12. *dist. de his.* Vel quod verius est, quòd melius seruari posset sine præiudicio aliorum, vt dicit *in fin. argum. 12. dist. nouit.*

†Cap. 6. eo. tit. in 2. compilatione.

g ¶ *Illam.*] Sed videtur, quòd minorem, ex quo ita distinctè dicit. *arg.* ff. *de leg. 1. l. nummis.* ĩ. *de cen. c. ex parte.* immò videtur de mediocri. ff. *de ædil. l. secundum. §. aliud.* & *l. præcedenti in fi.*

¶ *Glo. sequens dicit tria argumenta, ad primum induxit tria iura, ad secundum 4. ad tertium tria.*

h ¶ *Sine præiudicio alieno.*] Arg. quòd licèt priuilegij verba generaliter loquantur, non tamen sunt interpretanda in præiudiciū aliorum ĩ. *de translatio. c. licet in fin.* & ĩ. *de offi. ord. c. licet.* & ĩ. *de auct. & vsu pal. c. ex tuarum.* Item arg. quòd in dubio recurritur ad consuetudinem vicinarum Ecclesiarum[e]. ĩ. *de cog. spi. c. super eo.* & ĩ. *de censi. c. super eo.* vbi de hoc dicitur expressè. ff. *de sim. instr. l. cum de lanionis. §. si asinam molendinariam. in fi.* ff. *de reg. iur. l. semper in stipulationibus.* & *17. dist. nouit.* Item arg. quod in obscuris semper interpretatio ita debet fieri, vt nulli sit captiosa ff. *de re. iur. l. quoties.* & ĩ. *eod. c. cum dilectus. arg. 4. dist. erit autem lex.*

e *Vide gl. in c. consuetudo. dist. 1.*

CVm Venerabilis.] Non valet consuetudo, per quam prælatus sine superioris licentia potest dimittere Prælaturam, etiam si vellet transire ad aliam dignitatem. h. d. Ioan. And. Diuiditur, quia in prima ponitur temeraria translatio. In secunda translati excusatio: ibi: *Postmodum.* in tertia excusationis reprobatio: ibi: *Cum igitur.*

CASVS. Episcopus Hostien. & L. sanctæ crucis Presbyter Cardinalis erant legati in Alemania, inuenerunt isti, quòd quidā Abbas monasterij, quod ad Rom. Eccl. pertinet, nullo medio transiuerat ad monasterium Corbien. quod est similiter sedi Apostolicæ speciale, sine licentia Papæ vel eius legati, nec petita nec habita confirmatione. Abbas in sui defensione allegabat generalem cōsuetudinem illius terræ. consultus Papa respondet, quòd talis consuetudo inimica canonibus, corruptela potius dici debet: & ideo Papa mandat eandem de cætero non seruari. Not. consuetudo cōtra canones obtenta non valet. Item nullus sine licentia sui Prælati debet Ecclesiam suam dimittere, vel aliam accipere.

¶ *Glo. seq. obtinet & soluit.*

a ¶ *Migrasse.*

a ¶ *Migrasse.*] Sicut Abbas subiectus Episcopo non debet sine licentia Episcopi renunciare. 18. q. 2. Abbas. nec etiam alij Clerici: vt j. *de renun. c. admonet.* sic Abbas subiectus tm̃ Papæ renũciare non potest sine ipsius licentia, etsi sit insufficiens. j. *de renun. c. vlt.* Greg. Sed vr̃ quòd esset vtraque priuandus. 7. q. 1. *si quis Eps.* & j. *de transla. c. quartò.*

Vtrum toleratus fuerit vel repulsus ab vtraque hic non dicitur, sed fortè propter illam consuetudinem fuit toleratus. simile. j. *de elect. c. quod sicut. §. super eod.*

b ¶ *Consuetudinē.*] Quæ fortè fuit, quòd statim cũ sint electi, sine aliqua confirmatione administrant, renunciant, & transeunt ad alias dignitates sine licentia Papæ, quod esse non debet. j. *de elect. qualiter.* & j. *de renun. c. vlt.* ex generali tamé dispẽsatione Prælati, qui subsunt tm̃ domino Papæ nullo medio statim post quã sunt in concordia electi, administrant, qui sunt valde remoti. j. *de elect. c. nihil est.* Ro. quare hoc fiat, redditur, scilicet ne Ecclesia interim patiatur tam in temporalibus quàm in spiritualibus læsionem.

c ¶ *Consuetudo.*] Aliàs tñ consuetudo attenditur in electionibus. *ar. 12. dist. nos consuetudinem.* & j. *de esecon-suega. c. cum olim.* & *infra de cau. poss.* & *propriet. cum Ecclesia.* & 24. q. 1. *sudenda.* & *ff. de decu. non tm̃.*

b *Et cõsuetudo, quæ est contra ex. in fect. tradit. gl. in cap. deni que vers. cõsuetudine. dist. 4.*

† *Vide Itẽ non nouã. vincta glo. C. de iud. quod ibi Pet. de bella. Cyn. Bar tol. & Bald. in l. 2. C. quæ sit lõg. consuet.*

† *Cap. 7. eo. tit. in 3. cõpilatione.*

† *Vide omnino notã huius capitis.*

ciale, propria temeritate migrasse a, licentia illud deserendi, vel cõfirmatione à nobis, vel ab ipsis qui vices nostras in illis partibus tunc gerebãt, nec hab:ta nec petita: & infra. ¶ Postmodũ autem nũcij eius, ad defensionem ipsius generalem illius terræ consuetudinem b allegarunt. Cùm igitur hæc nõ tam consuetudo c, quàm corruptela meritò sit censenda, quę profectò sacris est canonibus inimica, ipsam mandamus de cętero non seruari †.

¶ Idem Decano Salisberien. A. Archidiac. & magistro P. Penetel. Canonico Parisiensi.

¶ De consuetudine potest induci, quòd vna Ecclesia de gremio alteri⁹ teneatur sibi Prælatũ eligere. Et cõsuetudo est optima legũ interpres.

CAP. VIII.

CVm † dilectus filius Guil. Andreñ. Ecclesiæ monachus, qui pro Clerico eiusdem Ecclesiæ se gerebat, & G. procurator monasterij Karofeñ. super iure eligendi Abbatem in Andreñ. monasterio, & eiusdem electione in † nostra præsentia inuicem litigarent, idem Gu. electionem suam à fratribus Andreñ. Ecclesię cõcorditer celebratã, auctoritate Apostolica petiit confirmari, asserens tam de iure d cõmuni quã priuilegio speciali, eis ab Alexandro Papa concesso, & à nobis postmodum cõfirmato, liberam eligendi e auctoritatem, ad eosdem fratres tãtum modo pertinere: & infrà. Dictus verò procurator proposuit ex aduerso, quod cum olim ad petitionẽ patronorum Ecclesiæ † à Morieñ. Episcopo fuerit constitutũ f quòd si præfatus locus diuino munere adeò pullularet, vt Prior aut Abbas constitueretur ibidẽ, electio g eius penes fratres eiusdem loci, & Capitulũ Karofeñ. pẽderet, & huiusmodi obtentũ statuti sic fuerit lõgè retroactis tẽporibus obseruatum, vt monasterio Andreñ. vacante, Andreñ. fratres in Karof.ñ. Capitulo, aliquẽ de gremio monasterij Karofeñ. sibi eligerent in Abbatem, electio prædi. G. tam contra statuta tenorem, quam etiam contra consuetudinem approbatam (quæ optima est legum interpres h) minùs canonicè attentata, meritò cassari debeat: & infrà.

¶ Quia nobis constitit electionem ipsam à suspensis i, & de facta de suspenso non valet. Itẽ consuetudo interpretatur legẽ siue statutũ Epi, vt per ipsam consuetudinẽ declaretur statutum, qḋ poterat dubium esse. Itẽ quãdiu ius commune seruari potest, non debet recedi ab ipso. Itẽ consuetudo præscripta præiudicat iuri communi vt de Ecclesia aliena tãtum eligãt, quod est contra ius commune. Itẽ p statutũ prædictũ præiudicatur Epo diœcesano, & non Capitulo Andreñ. cessante consuetudine: qa Eps de iure communi ipsam electionem deberet confirmare.

¶ *Cum dilectus.*] Cùm ageret Guil. iste super iure eligẽdi Abbatẽ, habebat mãdatũ à Capitulo & vacãte Ecclesia: sed quãtum ad defẽdendã confirmationẽ electionis suæ, agebat ex persona sua iure suo sibi acquisito p electionem. sic. j. *de in int. rest. c. 2. in no.* & sic vr̃ vbi de hoc B.

d ¶ *De iure.*] 18. q. 2. *Abbatem.* & j. eo. c. *Abbatem.* & c. *quam sit:* & 16. q. *vl.* j. *de cau. poss.* & *propriet. c. cũ Ecclesia.*

e ¶ *Eligendi.*] Lex dicit, quòd monachi debẽt iurare eligere Abbatẽ, quem sciut fide rectũ, vita castũ, & qui monasterio valeat vtiliter prouidere. *in auth. de sanc. Epis. §. iubemus igitur Abbatem. coll. 9.* quòd hodie non seruatur, sed secundum formã illius constitutionis j. *de elec.* quia propter eligere debent, si secundũ illam voluntẽ eligere.

† *aliàs à Morinen.*

¶ *Glo. seq. quærendo tractat, an Clericis inuitis b Et est simile possit. Episcop⁹ statuere le. quia vnquòd eligant, vnde ponit solutionem, quam in fine determinat. va Ecclesia*

CVm dilectus.] Diuiditur in duas partes principales. Prima narrat duplicem quæstionẽ electionis cum partium allegationibus. Secunda ibi. *Quia nobis*, vnam definit, & alteram diffiniendam committit. Abb. Sic. CASVS. Vacante monasterio Andreñ. electus fuit quidam monachus eiusdem monasterij Guil. nomine in Abbatem: monachi Karofen. monasterij huic electioni se opponentes dicebãt electionẽ Abbatis Andreñ. cœnobij de suo monasterio faciendã, pp quod quæstio tam super electione prædicta, quàm super iure eligendi Abbatem delata est ad sed. Apos. In præsentia Papæ opponebat dictus dñs G. monachus, quòd tam de iure communi quàm de priuilegio speciali ad Capitulũ Andreñ. monasterij pertinebat electio. vnde petebat electionem de se factã confirmari. procurator monasterij Karofeñ. pposuit ex aduerso, quòd olim ad petitionẽ patronorũ monasterij Andreñ. fuit à dicto Epo constitutũ, vt si locus ipse in tm̃ cresceret, vt Abbas constitueretur ibidem, electio ipsius Abbatis penes fratres eiusdẽ loci, & Capitulum Karofen. penderet: & obtentu huius statuti sic fuit longis temporib. obseruatũ, ita, quòd monasterio Andreñ. vacante, monachi eiusdem loci de gremio Karofeñ. monasterij sibi eligebant aliquẽ in Abbatem: vnde cùm electio ipsa fuerit contra prędictum statutum & consuetudinem (quæ est optima legum interpres) celebrata meritò cassari debebat, & mandari fratribus Andreñ. vt de cætero sibi eligant Abbatem de monasterio Karofeñ. Insuper allegauit, quòd electio ipsa facta erat de suspenso, & à suspensis: & ideo electio non tenebat. Dñs Papa auditis hinc inde propositis: qa ei constitit, quòd electio facta fuit de suspẽsis, eã cassauit iustitia exigẽte, id est, cassã & irritam nunciauit. verũtñ quia prædictũ statutum ita posset intelligi, quod per illud nõ derogetur iuri cõi nec priuilegio, hoc modo vt electio pertineat ad Capitulũ Andreñ & confirmatio ad Capitulũ Karofeñ. mãdat Papa quibusdã, quòd si monachi Karofeñ. talẽ cõsuetudinẽ pbauerint, per quã iuri cõi præiudicet vt monachi Andreñ. eligerent sibi Abbatẽ de monasterio Karofen. secũdũ illã cõsuetudinẽ debeat iudicare electionẽ monasterio Andreñ. de cætero faciẽdã: quòd si talẽ cõsuetudinẽ non pbauerint, adiudicẽt monachis Andreñ. ius eligẽdi Abbatẽ, vt liberã habeat potestatẽ vel de gremio sui monasterij, vel aliunde eligendi sibi Abbatẽ, præsentãdo ipsum Karofen. Capitulo, vt si fuerit canonica electio per Capitulũ Karofen. confirmetur. Nec quòd electio

f ¶ *Constitutũ.*] Licèt Episcopus possit subijcere vnam Ecclesiã vacantẽ alteri, vt j. *de exces. prælat. c. sicut vnire*, non tñ credo, quòd possit statuere, qḋ vna Ecclesia eligat de alia Clericis inuitis: qa hoc esset contra ius cõmune b. vt 17. q. *vlt. c. vlt.* & 18. q. 2. Abbatem. & j. *de censibus non iure pat. c. nobis.* quia pacto priuatorũ ius publicum nõ tollitur. *possunt ipsa* j. *de so. comp. c. si diligẽter.* j. *de testament. c. requisistis.* Nec aliquis *tamen Ecclesia* ius publicum remittere potest aliquibus cautionibus, nec mutare *sia vniri,* antiquitus formã constitutam. *ff. de adm. tuto. l. quidam decedens.* & ideo Papa postea interpretatur statutũ. tñ ius istud præscribi pót, vt quis teneatur eligere de certo loco: vt hic patet, & j. *reb. Eccles. de Ver. sign. l. Abbate.* & sic patet, quòd minùs iustus titulus dat causam præscribẽdi. vt j. *de empt.* & *Vend. c. peruenit. ff. pro empt. l. quod vulgo. ff. pro leg. l. pro legato.* & *l. vlt.* & vere videtur iniustus, quia Episcopus nõ potest tollere ius vnius Ecclesiæ, & dare alteri. j. *de re. Ecc. non alie. c. 1.* Sed ex tali titulo potuit bona fide monasterium Karofeñ. præscribere, vt alij monachi eligerẽt de monasterio Karofen. & Episcopus solummodo cõcessit monasterio Karofen. quòd suũ erat. s. confirmationẽ electionis: & ita est ibi transl. per præscriptionem solã cõfirmationẽ habẽt, vt probatur per interpretationẽ Papę vt j. *patet. lata vti* credo, quòd in ipsa fũdatione potest Episcopus cũ Capitulo constituere de voluntate patroni, quòd illa Ecclesia esset alteri subiecta, & quòd Clerici instituẽdi sẽper eligerẽt sibi Prælatũ de maiori Ecclesia, & quòd dicit suprà, quòd Episcopus non potest facere, quòd vna Ecclesia eligat sibi prælatum de Ecclesia alia, hoc intellige quando Ecclesiæ sunt iam constitutæ & dotatæ, & ab inuicem distinctæ & separatæ: quia derogaret illud esset contra ius commune. j. *de exces. Præla. c. ad hæc.*

vel donare de alie. dum. libro 6. clem. eo. tit. si vna Ecclesia cst, quod dicitur. j. de transl. cap. super glo. Ioan. And. Concor. text. cum ibi no. in c. constitutus. d Adde de

g ¶ *Electio.*] Hic sumitur *electio* æquiuocè d pro *confirmatione* & pro *electione*. vt j. patet. & hoc verum est si consuetudo non probetur, sed si probetur, propriè tenetur. *æquiuocatio ne istius dictionis*, in 1.

h ¶ *Interpres.*] *ff. de leg.* & *const. prin. l. si de interpretatione.* & *2.* cum glo. *infra de sepul. c. certificari.* & tacito consensu per d. consuetudinem *ff. de off. leg.* lex abrogatur *ff. de leg. l. de quibus in fi.* melior de tu illis. in ver.

¶ *Gl. seq. primo ponit quatuor, quæ nõ pót suspẽsus secundo quærit, te. in c. cum ponit duas opiniones, quæstionẽ declarat, & secundã op. approbat.*

i ¶ *A suspensis.*] Suspẽsus enim non potest eligere nec eligi, vt hic electio. & j. *de elect. c. cum inter.* & *sequẽt.* & j. *de ætat. quod qua. cõ bo.* de præc. lib. 6. na. &

næ.& ĩ.de cle.excom.mi.c.postulasti.nec postulari potest, qui non seruauit interdictum.ĩ.titu.proxi.c.1.infi.nec beneficia conferre. ĩ.de concess.praben.c.quia diuersitatem Sed nonne iudicare & præbendas dare est iurisdictionis?vti que.ĩ.de elect.c.nobis.& c.excommunicare.ĩ.de elect.c.transmissam. Nunquid suspensus potest huiusmodi iurisdictionem exercere? Dicunt quidam, quod Episcopus suspensus põt excõmunicare, & præbendas dare: & respondent illi decre. quia diuersitaté, q ille Eps erat ab officio suspensus & iurisdictione. Sed dicunt, quòd Canonicus suspensus eligere non potest: quia cum sit suspensus, nihil officij retinet: secus est in prælato. Sed contra istas est 24.q.1.audiuimus. Alij dicũt & melius quòd Eps sus, ensus non potest excõmunicare, nec interdicere, nec dare præbẽdas. ĩ.de excess.præla. c.Vlt.arg. quamuis hoc potuerit post confirmationem, licèt adhuc nõ sit consecratus. Ratio illa videtur: quia plus aufert ei suspensio, quàm contulerit consecratio: vt dici consueuit, plus tollit negatio, quàm ponit affirmatio: nam electus & confirmatus multa potest ex iis, quæ pertinent ad officium Episcopale, quæ perdit per suspẽsionem: quia cõsecratio nõ multum addit. ĩ.de transl.c.inter corporalia. Et est simile sicut maritus post matrimoniũ cõsummatũ, nõ potest iurare religionẽ, sed ante põt ĩ.de conuer.coniug.c.ex publico, sic Episcopus nõ cõfirmatus põt aliqua, quę tñ nõ põt cõsecratus. Sic vides in alio simile, Eps in Archiepiscopum electus non põt ante receptionẽ pallij tãquam Archiepiscopus Clericos ordinare, sed tñ potest antequã sit electus in Archiepiscopũ: quia hoc non facit vt Eps sed vt Archiepiscopus. ĩ.de elect.quod sicut.§ præterea. Præterea beneficiũ concedere & etiã habere posse, competit ratione ordinis, & est eius accessoriũ 1.q.3.si quis obiecerit: & cui interdicitur vnũ, & reliquũ 81.dist.si quis sacerdotũ.& c.eos qui. preterea de hac suspẽsione fuit obiectũ & probatum ex eo, quod dicit: quia nobis constitit.&c. & licet obiectũ à partibus non fuerit, iudex tñ qui debet electionẽ cõfirmare, ex officio suo debet inquirere de huiusmodi. ĩ.de elec.c.nihil est. Et hęc quæ dicuntur hic de his suspẽsis, intelliguntur de suspẽsis ab homine & etiã à canone. Si verò aliquis esset suspẽsus à canone: puta participãdo cũ excõmunicatis, ille talis bene põt eligere & alia facere, q sunt iurisdictionis, sed eligi, scienter nõ potest. hæc probatur ĩ. de cleri. excommuni. ministrã.c.si celebrat. quia a mitiùs agitur cũ lege, quã cũ ministro legis. ff.de arbi.l.Celsus. Satis põt dici, q suspẽsus posset excõmunicare: q a põt absoluere excõmunicatũ. ĩ.de rescr.c.ab excommunicato. ĩ.de sen.excom.sacro.& capi.duobus. & qui põt absoluere põt ligare, & ecõtrario nõ fit priuatus à cõione fideliũ, quare nõ posset priuare aliũ. & hoc dico de eo, qui nõ est suspẽsus à iurisdictione, vt suspẽsus à canone sola participatione. Io. & Lau. hoc cõcedũt, quòd suspẽsus ab offi. tñ, potest excõmunicare, & prębẽdas dare: & intelligũt illam decre. quia diuersitatem. cũ erat suspẽsus ab officio & iurisdictione. Ego autẽ non credo q suspensus ab hõie possit dare præbẽdas: vt hic dicitur, licèt Lau. & Ioan. cõcedãt q possit excõicare, & prębẽdas dare. ar. contra posset induci prædi.decre.si celebrat. q̃ñ intelligitur de excõicatiõe minori. melior est opinio secũda. quia licet excõmunicat' aliũ excõmunicare non potest, 24.q.1.audiuimus. ita eadem ratione nec suspensus ab homine alium põt suspendere. ĩ.de excess.præl.c.Vlt. Bern. ADDITIO. Et hoc propter mixturam officij & iurisdictionis, id est, quam habet spiritualis iurisdictio ad officium, id est, ordinem, & ipsius executionem Ioan.And.in nouel.

a Quasi Se. bet iudicare, quòd eligere competit ratione officij, non ratione beneficij.

Suspensus à canone an possit eligere.

z Mitiùs agitur cum lege quàm cum ministro legis.

Vbi quid à iure communi discrepat

si fieri potest, reducendum est ad ius commune.

suspenso etiam celebratam, eam iustitia cassauimus [a] exigente. Cæterum cùm supradictum statutum ita sanè posset intelligi, quòd per illud nec iuri communi [b], nec priuilegio derogetur, vt videlicet ad sæpedictos fratres electio spectet Abbatis, & ad Karosen. Capitulum confirmatio: Mandamus, quatenus si ex parte Karosen. cœnobij talis fuerit consuetudo probata, quæ iuri communi præiudicet [c], in hac parte vos secundùm illam decernatis electionem Andreñ. Abbatis de cætero faciendam: alioquin Andreñ. monachis vos eligendi Abbatem adiudicare curetis: vt sic de cætero liberam habeant facultatem, vel de gremio Ecclesiæ suæ, vel etiam aliunde, per electionem canonicam eligendi personam idoneam in Abbatem præsentandam Karosen. Capitulo, vt ab eo (si fuerit Canonica) cõfirmetur.

a ¶ Cassauimus.] i. cassam nunciauimus. ĩ.vt lit. non conte.c.accedens.

b ¶ Iuri commu.] Simile interpretationẽ habes. ĩ.de fin. instru.sunt delectabiliter. cæterũ. vbi etĩ aliquid iure cõi discrepare videt, reducẽdũ est ad ius cõe, si potest fieri, ne pereat, quia promptiũ est leges legibus concordare. C. de inoff.dotib.l.Vnica. & Augustinus concordat Euãgelistas de pœn.dist.1.periculose. & etiã testes debent ad concordiã redaci, nec de periurio notentur ĩ. de testi. c. cum tu. Sic enim facienda est interpretatio, vt nulli sit onerosa, & secundùm ius. ĩ.tit.proxi.c.causam quæ.& ĩ.de priuil.c.ex cor. & ĩ.eo.c.cum olim. Itẽ secundum quòd minus est captiosa. ff. de reg.iur.l.quoties in sti.tit. & hoc ita verũ est, quòd ad ius cõe reducatur, si verba illa patiuntur, vt hoc verbũ, Electio eius pertinet ad fratres eiusdem loci & Capitulum Karosen. &c. Nam à verbis priuilegij non est recedendum vbi certa sunt. ĩ.de priuile.c.porro.& ĩ.de decimis.c.ad audientiam. vbi enim verba nõ sunt ambigua: non est locus interpretationi. ff. de leg.3.ille aut ille. sed vbi sunt dubia, necessaria est interpretatio. [b]

c ¶ Præiudicet.] Præscripta videlicet, quoniã aliã non prodest. ĩ. de cau.poss.c.cum Ecclesia. Quæ consuetudo iam præiudicet, & quæ non, dicetur ĩ.eo.c.Vlt.

b Text. est in l.1. Cod. de nox. act. & in l. omnes popul. & ibi Bar. ff.de iustr.& iur.

¶ Hono. iiij. Parisieñ. Capitulo.

¶ Capitulum sine Episcopo statuta seu consuetudines nouas facere, vel antiquas immutare non potest.

CAP. IX.

CVm consuetudinis [d] vsusq; longæui non sit leuis auctoritas, & plerunque discordiam pariant nouitates: Auctoritate vobis præsentium inhibemus, ne absque Episcopi vestri consensu [e] immutetis Ecclesiæ vestræ constitutiones & consuetudines approbatas, vel nouas [f] etiam inducatis: Si quas fortè fecistis, irritas decernentes.

CVm consuetudinis.] Text. est notabilis & multũ allegabilis, in quo primo ponitur duplex ratio determinandi. Secundò ibi. Auctoritate ponitur determinatio, quæ primò prouidet circa futura. Secũdò ibi. Si quas. circa præterita.

CASVS. Canonici Parisieñ. irrequisito Epo suo, & sine suo consensu quasdam consuetudines Ecclesiæ suæ immutauerunt, & quasdam fecerunt de nouo: propter quod dicit Papa, quòd auctoritas consuetudinis non est leuis, & nouitates quãque discordias inducunt. Vnde præcipit, quòd sine consensu Epi Canonici cõsuetudines non immutent Ecclesiæ nec nouas inducant, quod si fecerint decernit illas irritas & inanes. Not. q omnia facienda sunt in Ecclesia de consensu Episcopi & Canonicorum: nisi cõsuetudo sit in cõtrariũ.

d ¶ Cum consuetudinis.] C.quæ sit longa consuetudo. l.2. & ĩ. eod.c.Vlt. & ibi exponitur. & 11.dist.consuetudinis.

¶ Glo.seq. obuiat, & soluit.

e ¶ Consensu.] Bene dicit, consensu: quia sine ipsius consensu obtẽto hoc facere non possunt. Sed videtur, quòd nõ teneãtur habere cõsensum, dummodo consilium & tractatum cum eo habeãt, arg.de arb.c.cum olim. Sed hoc non est verum, quia illud obtinet ex forma arbitrij, immo Epi & Canonici vnum corpus & vnum collegiũ sunt, ita quòd ipse caput, & ipsi Canonici mẽbra, ĩ.de his quæ fi. à Præla. c.nouit & est expressum quòd si aliquibus mandetur vt cum [c] cõsilio aliquorum aliquid faciant, eorum consiliũ expectare tenentur, nec sufficit, quòd tãtum sequatur. ĩ.de elect. c.cum in Veteri lege.

c De hac quæstione latè Albericus tract. de agnoscen.assertio.q.28.

f ¶ Vel nouas.] Nouitates enim sine causa inducendæ non sunt: quia lex dicit, quòd in rebus nouis cõstituendis euidens debet esse vtilitas. ff.de legi.& constit.princip.l.in rebus arg. ĩ. de constit. c.cognoscentes & reprehenduntur qui nouitates inducunt. 11.dis. quis nesciat.

¶ Idem maiori & Burgeñ. de Rupella

¶ Non valet consuetudo per quam quis inducitur ad peccandum, vel bona propria dissipandum.

CAP. X.

EX parte vestra fuit propositum, quòd cùm in patria vestra seruatæ sint hactènus duæ consuetudines abusiuæ, quòd si indigena [g] vel extraneus, prodigalitatis vitio [h], vel incu

EX parte.] Diuiditur in duas partes. Primò recitat duas cõsuetudines irrationabiles, quas secũdò reprobat ibi, Tenore. Ab. Sic. CASVS. In quadam terra seruabantur duę consuetudines. Prima erat, quòd si aliquis deueniret ad inopiam quocũque casu, siue aliquo modo amitteret bona sua, posset alienare bona vxoris suæ pro voluntate sua. Alia fuit, quod si vxor alicuius fidem violaret coniugij, & ipse eam propter hoc dimitteret, accipiebat dimidiam partem bonorum viri sui cum potius esset priuanda omnibus bonis mariti, & etiam dotem suam perdere deberet. mandat Papa, quòd de cætero tales consuetudines non seruentur. Not. quòd turpes consuetudines non debent obseruari.

g ¶ Indigena.] i. inde genitus.

¶ Glo. seq. instruit quis sit prodigus, &c. & ponit Versum.

h ¶ Prodigalitatis vitio.] Quod se esse virtuté sæpe mẽtit 41 di. sæpe. Prodigus est, qui dat dãda & nõ dãda. Auarus qui tenet tenẽda, & non tenẽda. Largus mediũ tenet inter vtrũq. Vnde versus.

Prodigus est animi vitio retinenda profundens.

Qui retinet cupide & das depositi, auarus.

Largus qui sumptum facit ex ratione libenter. [d]

Sed non videtur, quòd huic sit subueniẽdũ: quia culpa sua & vitio offi

1 Prodigus, Auarus, Largus.

d Heilbrensis inter prodigum & largum ita distinguit: parcus est, cui plus placent recepta, largus cui plus placent data. Vide Cic. lib. 1. de

incidit in egestatem. *ff. quod met. cau. l. si mulier. 86. dist. in non satis.* Et dignum est, vt male meriti egestate laborent. *ff. depos. l. bona fides.* taliter etiam non fuerat subueniendum huic ratione praemissa, & cum alterius laesione, sed eleemosynam dare possumus, ne pereat. *86. dist. in pasce fame morientem, &c.*

a ¶ *Iniuria.*] i. negligentia, & ideò ei non est subueniendum, quia vigilantibus & non negligentibus iura subueniunt. *j. de rerum permuta. c. cum vniuersorum. & j. de donat. inter dilectos. ff. ad Velle. l. 2. §. verba.* quia stultis non consueuit subueniri, sed errantibus. *ff. de iuris & facti ignorantia l. penultima. §. si quis ius. & C. si minor se maiorem dixerit. l. si ii.* & vtilius esurienti panis tollitur, quam si securus de cibo iustitiam negligat. *5. quaestione quinta. non omnis. & 23. quaestio. quarta. nimium sunt inquieti.* & ideo talis consuetudo meritò reprobatur.

¶ *Adde pro interpretatione horum verb. prosua voluntatis libito. text. cum ibi not. in l. Labeo ait. §. 1. de acqu. & Ba. in extrauagan. ad reprimendam.*

ria [a], seu quocunque casu alio dissipauerit, vel amiserit bona sua, bonae vxoris suae tam mobilia, quàm immobilia, pro suo voluntatis libito † alienat [b]: & infrà. ¶ Et quòd si vir ducat vxorem, quae fide coniugij violata committat adulterium, nihilominus ipsa medietatem omnium bonorum, quae fuerit vir adeptus, impudenter exigit, & improbè apprehendit, quae potius priuanda esset omnibus viri bonis [c]: & infrà.

¶ Tenore praesentium declaramus, vos nō teneri ad huiusmodi cōsuetudines obseruandas [d].

¶ Gregorius nonus.

¶ *Cōsuetudo nō derogat iuri naturali seu diuino, cuius transgressio peccatum inducit: nec positiuo, nisi sit rationabilis & praescripta.*

CAP. XI.

CVm † tanto sint grauiora peccata, quantò diutius [e] infoelicem animam detinent alligatam, nemo sanae mentis intelligit naturali iuri [f] (cuius trāsgressio periculum salutis inducit) quacunque consuetudine (quae dicenda est veriùs in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogari. Licèt etiam longaeuae consuetudinis non sit vilis [g] auctoritas: non tamen est vsque adeò valitura, vt vel iuri positiuo debeat praeiudicium generare, nisi fuerit rationabilis [h]: & legitimè [i] sit praescripta.

b ¶ *Alienat.*] Quod de iure fieri non debet. *ff. de fundo do. l. fundus. & l. lex Iulia.* nec etiam propter dictum mariti bona mulieris sunt distrahenda. *C. ne vxor pro mar. l. 1. 2. & tertia. C. ad leg. Iuliam de vi pri. l. prima. & j. de pign. c. ex litteris.* in casu tamen nque distrahuntur bona mulieris pro viro: vt in causa primipilaris bona mulieris pro marito obnoxia sunt fisco, si omnia bona mariti exhausta sunt. *C. in quib. cau. pign. tam contra. l. satis.* Nec valet alienatio fundi dotalis, etiamsi mulier consentiat. *C. ad Velleia. Auth. sine à me. & in Auth. vt immobilia ante nup. do. §. si propter. col. 5.* Sed si iurauerit nō cōtrauenire, tenet venditio. *j. de iureiur. c. cum contingat. si sine vi & dolo praestitum sit iuramentum sponte.* Cōstante etiam matrimonio in tali casu, cùm incipit vergere ad inopiam, mulier potest repetere dotem. *C. de iure dot. l. in rebus. & l. vbi.*

c ¶ *Bonis.*] Et etiam dotem suam propter adulterium perdere debet. *C. de iur. do. l. si dotem. & C. ad leg. Iul. de adul. l. libertatem. & j. de do. inter virum & vxorem. c. plerumque.* vbi de hoc.

d ¶ *Obseruandas.*] Iuri contrarias, vt dictum est. Per primam cōsuetudinem inuitabatur viri ad dissipādum bona sua, per alteram mulieres proniores erant ad committendum adulterium. *arg. ff. pact. dota. l. conuenire.* talis compensatio non est admittenda.

CVm tanto.] Habet materiam amplam, & multum subtilem. Et habet duo dicta. secundum ibi, *licèt.* & quaelibet pars potest subdiuidi. Abb. Siculus.

CASVS. In prima parte dicitur, quòd quāto ampliùs quis in peccato perseuerat, tanto grauius peccat. Vnde 1 contra ius naturale nulla cōsuetudo excusat: quia transgressio iuris naturalis inducit periculum salutis. Secundò dicitur, quòd consuetudo longaeua non est vilis, tamen non valet, & praeiudicet iuri cōmuni siue positiuo, nisi illa consuetudo sit rationabilis, & praescripta: quia tunc praeiudicat iuri cōmuni in loco, vbi consuetudo seruatur. Not. contra ius naturale nulla consuetudo valet. Item contra ius positiuum praeualet consuetudo rationabilis & praescripta.

1 *Contra ius naturale nulla consuetudo excusat, et quare.*

e ¶ *Diutius.*] Infra de sim. c. cum in Ecclesia. *& j. de eo qui du. in matri. quam polluit c. cum haberet.*

¶ *Gl. seq. recitetur per quaestionem, de quo iure naturali loquitur littera, & respondet, quod de illo, quod consistit in praeceptis, &c.*

f ¶ *Naturali iuri.*] Quod immobile perseuerat. 5. *dist. §. sed cum ius naturale. 25. q. 1. sunt quidam.* a. Et hoc verum est, quantum ad praecepta vel prohibitiones quae moralia sunt, & non mutantur: vt non occides, non furtum facies, honora patrē, & *c. 6. dist. non est. §. his itaque.* & naturalia quidem iura immutabilia sunt, ciuilia verò mutabilia. *Insti. de iu. nat. §. sed naturalia. j. de consan. & affi. c. non debet.* & ideo nulla consuetudo praeualet contra ius naturale, si etiam omnes homines de mundo cōtra facerent. *32. q. 7. flagitia.* cuius ignorātia neminē excusat. *1. q. 4. turbatur. §. notandum.* & ibi nihil interest in vitio decipere vel decipi. *16. q. 1. si cupis.* & de ignorātia dr., quòd qui ignorat, ignorabitur. *37. dist. ideo. §. vt itaque.* De ignorantia iuris naturalis & ciuilis tractatur in summa. *1. q. 4. §. optandum.* & ibi recurrendum est.

a *Cōcord. tex. in l. si id quod. ff. de cond. inde.*

¶ *Gl. seq. querit obiiciendo & ... ponit primò opin. quam reprobat secundo, secundam, quam etiam reprobat tertiò solut.*

g ¶ *Vilis auctoritas.*] Sed quaeritur, de qua cōsuetudine hic intellexit Greg. Si dicis bona cōsuetudine, illam nulla rō siue ius vincit, immò equiparat ei *11. dist. in his.* si de mala, de illa nō pōt dici, quòd nō sit vilis. Sup hoc dicūt quidā, quòd principiū istius §. debet itelligi de bona consuetudine, & finis de mala: & ita diuersimodè intelligunt: sed haec non fuit intentio legis vt ille sane sentiunt. *C. quae sit long. consuet. l. 2.* & ideo inepte dicunt. Alij pro maiori parte exponunt litteram istam, nō tn̄ est adeo valitura, vt iuri positiuo debeat praeiudicium generare, supplent *generaliter* nō, quod est iuri, sed in loco praeiudicat iuri, vbi consuetudo seruatur. & iste intellectus planus & facilis est. Sed de hoc nulla dubitatio est, quòd consuetudo vnius loci iuri positiuo generaliter praeiudicet omnibus locis. Et ideo sic debet intelligi lex illa, quam habes 11. *dist. consuetudinis.* quāuis particularis consuetudo, quae non est vilis, non tn̄ praeiudicat iuri positiuo, nisi fuerit rationabilis, & legitimè sit praescripta. & haec expositio reprobat duas primas opiniones, quas facit hic Gregor. *in fin.* & sic intellige 11. *dist. in consuetudinis.*

† *Ad intelligentiam vide B. Thomā 1. 2. q. 97. art. 2. & Dominicum Sotum lib. 1. de iusti. & iure. q. 7. art. 2.*

¶ *Gl. seq. quaerit, & soluit, & solutionis ponit quatuor exempla. finis recitetur per aliam q. quam soluit alleg. supra.*

h ¶ *Rationabilis.*] Et quam consuetudinem dices rationabilem? Illam dico rationabilem, quam non improbant iura. *j. de causa poss. c. cum Ecclesia. & j. eo. c. cum dilectus. & j. de ver. sig. c. abbate*, vt si quandoque admittantur aliqui ad electionem, ad quos non pertinet de iure communi: & de alio collegio, ista consuetudo non improbatur à iure, vt dicunt iura praedicta: & illa est rationabilis, quòd totum Capitulum eligat Canonicos sibi, & alios inferiores Praelatos irrequisito Episcopo. *j. de elect. c. cum Ecclesia Vulterana, vel Eps solus hoc faciat. j. de his quae fi. à pla. sine cōse. c. ea noscitur.* licèt de iure vnum corpus sint. *j. de his quae fi. à pl. sine consensu c. nouit.* & de iure comuni deberet fieri ab omnibus cōmuniter ab Episcopo & Canonicis: vt quādoque fit *j. de cōcess. pb. postulastis.* Et illā diceré rationabilē, quòd absentes nō vocētur ad electionē, vt in multis locis cōtingit, vt in Tuscia, & in multis Ecclesiis: & huiusmodi consuetudines legitime praescribūtur, vt patet per praedicta exēpla. Illā dico generaliter rationabilē, quae non obuiat canonicis institutis. Irrationabilis est quae improbatur à iure, qualis est illa *j. de insti. c. ex frequentibus. & eod. c. cum venerabilis. & j. c. prox.* & onerosa consuetudo, vt *j. eo. c. 1. & j. eo. c. cum inter vos. & j. de re iudic. cum causa.* & generaliter vbi aliquid fit contra neruum Ecclesiasticae disciplinae siue libertatē. *j. de elect. c. cum terra, & c. sacrosan. & c. massana.* [b]

b *Adde textum in Authent. cassa. C. de sacrosanct. Eccl. & in l. de quib. & ibi Bal. ff. de leg.*

¶ *Gl. seq. primò ponit q quae requirūtur, vt cōsuetudo iuri praeiudicet, & ab hoc recedere videtur in fi. gl. secundò quaerit gl. quae sit differētia, &c. & primò ponit vnā differētiā cōtra quā alleg. & remittit. Secūdo ponit aliā, quā approbat. Tertiò ponit duas alias.*

Quot requirantur ad hoc, vt cōsuetudo iur. cōmuni praeiudicet.

h ¶ *Antequam.*] Si nondum receperant ſecundas literas, non debuit caſſari quod legitimè factum erat. ĩ. *de reſtit. ſpol. audita. & ff. mand. l. ſi mandaſſem &* ĩ. *de reſcrip. ex parte Decani.* Quare ergo dicit *in fin. & ſi neutra eſſet poſtulatio admittenda?* Solu. fortè hoc ideò dicit, quia vtraque poſtulatio in diſcordia facta fuit, & [2] poſtulationes factæ in diſcordia non conſueuerunt admitti. ĩ. *c. prox.* Iſta ratio non valet: quia prima facta dicitur in concordia, licet diuerſis temporibus conſentirent, vt dicit in fin. & illa litera ſic debet exponi. Et ſi neutra earum approbanda eſſet poſtulatio, i. quamuis neutram approbare teneremur: quia cum gratia immutantur poſtulationes potiùs quàm in re, non tenebatur facere gratiam, niſi vellet, vt ĩ *eod. cap. prox.* vel dico quòd neutra eſſet facta in concordia, neutra eſſet approbanda.

i ¶ *Intelligentes.*] Et malè, quia illi non negligebant ius ſuum, ſed inſiſtebant ſuæ poſtulationi, vt illam facerent concordem iuxta primum mandatum Papæ.

k ¶ *Propriis.*] Quare variare non poterant. ĩ. *de elect. publicato.*

l ¶ *Illuderent.*] Quod eſſe non debet. ĩ. *de offi. deleg. l. licèt cùm hoc ludibrium eſſet*, vt *Cod. de bon. quæ lib. l. vltimi. §. vbi. & 16. diſtinct. nullus.* & eſt ſimile 6. *quæſt. 3. denique Suffredus. C. de rela. l. 1.* Et ſi dixerit ſe velle referre, vlteriùs ſe intromittere non debet. ĩ. *de appell. intimaſti.* ſic & in poſtulatione præſentata ſuperiori, quia quantùm ad ſe illam approbauerunt præſentationem. ĩ. *de elect. cùm inter canonicos. in fin.*

m ¶ *Approbanda.*] De iuris rigore, cùm eſſet in diſcordia facta.

n ¶ *Alienum.*] 71. *diſtinct. hortamur. Cod. de epiſcop. & cleric. ſi eccleſiis. & ff. de tut. & cur. da. ab his. l. demum. nec obſt.* ĩ. *de cler. pere. cap. vltimo. nec obſtat.* ĩ. *de inſtit. ad decorem.* quia illi erant omnes extranei, & qua ratione illi Veneti inſtituebantur, eadem ratione & alij: dummodo aliud impedimentum non obſtet.

o ¶ *Honeſtius.*] Nã de minori ad maius aliquis eſt promouẽdus, 93. *diſt.*

a Adde tex. in c. dudũ. §. 1. de elect. & in l. 2. & ibi Bald. C. de ſerui. & aqua.

1 Conſilium ſuum in alterius præiudiciũ nemo mutare debet.

† Aliàs ita: littera noſtra ſecunda peruenisſent.

† Aliàs ita: poſt hæc mãdato noſtro ſecundo recepto, &c.

† Aliàs ita: quibuſdam canonicorum ex his, qui, &c.

† Notabat in manuſc.

2 Poſtulationes factæ in diſcordia non admittuntur.

† Diſtio, tamen, deeſt in antiquis.

† In quibuſdam vulgatis hic inſeritur dictio, niſi, quæ nec antiquus, nec in vetere compilatione habetur. ſed vt dicto notat huius loci.

† Vt.

93 *dist. legimus. in fi. & ff. de mu. & ho. Ve gradatim.* & sic potiùs de pari ad parem quam de maiori ad minorem. ʝ. *de transl. c. Vlt.*
¶ *Glo. seq. arg. & signat contrarium.*
a ¶ *Diuersis.*] Arg. si omnes canonici successiuè conueniant in aliquẽ, quòd ex tali consensu ius illi acquiritur. ʝ. *de elect. c. quod sicut. ff. de seruitu. rusti. prad. l. per fundum.* Sed contra videtur. 2. *q. 6. c. si quis. §. nominationes.* sub illo. §. *est quandoque. &* ʝ. *de elect. c. quia propter. in fi. & c. in genesi.*

† *De pallio vide in synodo octaua c. 27. & Iuuenem §. 5. cap. 325.*

ADDITIO. Et 63. *dist. c. 1. & cap. audiuit.* vbi de hoc dicit Abb. primum verum, quando ab initio facta est electio à maiori parte. *c. quod sicut de electio.* secus si ab initio à minori sit facta, vt in *c. audiuit ad l. per fundum* respon vt not. *de consti. cap. cum omnes. in 1 glos.* Ioan. And.

† *Cap. 5. eo. titul. in 3. compilat.*

¶ *Glossa seq. obiicit, & soluit. secundo quarit, soluit.*
b ¶ *Pallium.*] Sed quare debet ei mittere pallium? nónne habet ipse suum, quod personam sequitur, & cum ea sepelietur? ʝ. *de Vsu pally.* ad hoc, Resp. palli. m datur personæ, sed contemplatione loci. vnde non vtitur illo extra Ecclesiam suam siue prouinciam. ʝ. *de Vsu pal. cap. cum super. & c. ex tuarum* & quia pallium respiciat locum, patet in Archiepiscopo, qui renunciat loco Archiepiscopali, qui perdit vsum pallij. ʝ. *de renunt. ad supplicationem.* Sed nunquid successor istius, qui transfertur ad Ecclesiam, eo ipso quòd confirmatur, vtetur pallio, quod ibi inuenietur? Non sine licentia domini Papæ: & iniuriam faceret ei, si denegaret priuilegium, quod prædecessor eius habuit. *ff. de aqua quoti. & æstiu. l. 1. §. pe.* Ber.

diuersis [a] temporibus conuenerant, à vinculo, quo tenebatur Colocen. Ecclesiæ absoluentes, ad metropolim Strigon. transferimus, & ei licentiam tribuimus transeundi †: pallium [b] ei ad nomen & vsum eiusdem Ecclesiæ transmissuri.

¶ Idem Cap. Strigonen.

¶ *Postulatio contra quam agitur de contempto, potest sine praiudicio alicuius reiici: potest tamen de speciali gratia admitti. h. d.*

CAP. V.

POstulationẽ† quam celebrastis. & infrà. ¶ Licèt ergo per postulationem huiusmodi nullum [c] ius sit alicui acquisitum, ideóque sine præiudicio alicuius, postulationem potuissemus repellere memoratam: vt tamen vobis de speciali gratia consulamus, ita duximus prouidendum, quòd per procuratores idoneos [d] ad omnia sufficienter instructos, nostro vos conspectui præsentetis, quatenus vtraque parte præsente, quod iustum fuerit, decernamus.

¶ Hono. iij. † Capitulo Calaritano.

† *Aliàs: Innocentius iij.*

¶ *Episcopus non est eligendus ad aliam dignitatem, sed postulandus.*

CAP. VI.

ET si vnanimiter vota vestra concurrerint, ad Sutrin. Episcopũ in Ecclesiæ vestræ Archiepiscopum eligendum, cùm suæ allegatus Ecclesię liberum† nõ habeat sine nostra permissione [f] volatũ, electionẽ de ipso factã, tanquã contra canones† minus licitè attentatam, de fratrũ nostrorũ consilio duximus irritandam, cùm eligi nullo iure potuerit, sed potius postulari.

† *In quibusd. antiq. ita: liberam non habeat ad aliam sine, &c.*

TITVLVS VI.

De electione, & electi potestate.

¶ Lucius † Papa.

¶ *Ecclesia collegiata non debet prouideri Prælato per collationem seu prouisionem: sed per electionem canonicam fiendam per ipsum collegium. h. d. Abb.*

POstulationem.] Postulatio dependet à gratia. Et potest diuidi in duas partes, quia in prima ponitur d. cãsa facti narratio. in secunda ibi, *Licet.* Prouisio. Abbas.

CASVS. dicit Papa, quòd per huiusmodi postulationem nullum ius acquiritur postulato: & ideò sine præiudicio alicuius poterat prædictam postulationem repellere; tamen de gratia mandauit, quòd partes mittant procuratores suos ad ipsum, vt vtraque parte præsente quod iustum fuerit decernatur.

¶ *Glo. seq. quarit & soluit.*
c ¶ *Nullum.*] Et adeò possunt ab ea recedere postulantes, nisi iam sit præsentata superiori. ʝ. *c. prox.* vel nisi publicatio scrutinij iam sit facta, tunc non possunt ab ea recedere. ʝ. *de elect. c. publicato.* Et licèt non possint à postulatione recedere: nullum tamen ius adhuc acquisitum est postulato, quo possit petere iure actionis confirmationem, sed totum dependet ab arbitrio superioris. & licèt gratiam solam debeat petere: tamen iniuriam ei facere videtur, si non admittitur per *l. 1. ff. de aqua quot. & æstiu. l. 1. §. pen.* & non acquiritur per nominationem ius nominato. ʝ. *de elect. quòd sicut in princ.* vnde non possunt ab ea recedere, vt ibi dicitur. Sed nunquid patronus potest alium præsentare, primo præsentato nondum admisso per Episcopum? Non debet illud facere: tamen si secundum præsentauerit, & admittatur, secundus obtinebit cum distinctione decretalium, quas habes ʝ. *de iure patr. c. cùm autem. & c. pastoralis.*
d ¶ *Idoneos.*] Qui sciant & possint reddere rationem. 17. *dist. in multis & ʝ. de procura. c. 1.*
e ¶ *Præsente.*] Quia causarum merita partium assertione panduntur. *C. si per Vim Vel alio modo. l. 2. & ʝ. de resti. in integ. c. tam ex literis.*

ET si Vnanimiter.] Diuiditur quoad mentẽ, nam primò recitat factum. Secundò assirit electionem, & ratione submittit.

CASVS. Canonici Calaritani cõcorditer elegerunt in Archiepm suum, Epm Sutrinum. petentes ipsum concedi à D. Papa. Papa rñdet: quamuis concorditer sit electus, cùm ipse alligatus suæ Ecclesiæ sine permissione D. Papę Ecclesiam ipsam dimittere nõ possit, electionem ipsam irritauit, quia nullo modo debuit eligi, sed tantum postulari. Notã quòd Episcopi semper sunt postulandi, & non eligendi, quando ad aliam Ecclesiam petuntur. totum in litera patet: quia non possunt consentire sine licentia D. Papæ.

¶ *Gloss. seq. rationem reddit. Secundo ponit alios quatuor postulandos, scilicet patientes defectum ordinis, ætatis, natalium, & laicos. de alienigenis tenet contrarium. finis recitetur per quam Valeat postulatio de elegibili.*
f ¶ *Permissione.*] Sic ʝ. *de renun. nisi cum pridem. in fin. & ʝ. de transla. c. inter corporalia. Ver. sicut autem.* & ideò sine licentia Papæ transire non debet: quia est alteri matrimonialiter alligatus: vt hic dicit. & in illa decr. inter corporalia & tale vinculum dissolui non potest, nisi auctoritate diuina, id est, auctoritate illius, quem constat esse vicarium Iesu Christi. vt *in d. c. inter corporalia.* Et ita patet, quòd cũ non possit consentire, non potest eligi: sed tantùm debet postulari à Papa. ʝ. *eod. bona memoria, in princ* vt hic dicitur. Idem est dicendum de quolibet, qui est in minoribus ordinibus constitutus, & qui nõ sit ætatis legitimę. ʝ. *de elec. c. dudum. 1. & ʝ de ætate & qualit. c. præterea.* quia huiusmodi personæ inhabiles sunt ad eligendum: quia cùm non habeant ea, propter quæ eliguntur, meritò eligi non possunt. simile. ʝ. *de ele. c. ex eo. si celebrat.* & ideò postulari debent ab eo, qui potestatem habet dispensandi cum illis. Idem est dicendum de illis, qui alias non sunt idonei, vt illi qui non sunt legitimè nati ʝ. *de ele. innotuit in fi.* Sed idem videtur de quocunque clerico, qui promoueri debet ad aliam Ecclesiam, & præcipuè de alio Epatu: quia ex toto consentire non potest, nec Ecclesiam dimittere sine licentia su. Epi: vt 7. *q. 1. nos. & c. si quis presbyter. & ʝ. de renuncia. c. admonet* & sic omnes postulandi sunt, & pauci eligendi. Dico, quòd illi qui idonei & legitimi sunt ad eligendum, debent eligi: & possunt ad quamcunque Ecclesiam siue in sua, siue in aliena. ʝ. *de elect. c. cùm inter canonicos.* ibi, electus fuit de aliena Ecclesia. Et idem credo seruandum in postulatione: & si postulatio facta sit in concordia, vel à duabus partibus, idem credo: & si à longè maiori, & præsentata superiori, vel etiam publicatio scrutinij facta sit, non possunt ab ea recedere postulantes. ʝ. *eo. bona memoria. 2. & ʝ. de elect. c. publicato.* licèt nullum ius sit acquisitum postulato, vt ex hoc possit agere, sed potest petere gratiam à superiori. & quamuis omnes clerici adstricti sint, ne possint dimittere Ecclesias sine consensu Episcoporum eorum, nihilominus eligi possunt: quia non est tanta connexio inter eos & eorum Ecclesias, sicut inter Episcopum & Ecclesiam, cui est matrimonialiter alligatus. ʝ. *de testa. cap. requisiti.* sed illud vinculum non est in aliis inferioribus Prælatis. Et idem videtur de Abbatibus, qui tantùm subsunt D. Papæ, quàm de Episcopis, scilicet, quòd sine licentia Papæ, vel ipsius legati recedere non possunt. ʝ. *de consuetu. c. cùm Venerabilis.* Dic tamen, quòd tales Abbates etiam exempti sunt eligendi. *c. si Abbatem de elec. in 6.* Et laicus eodem modo est postulandus. De hac materia dicitur 61. *dist. c. Osius. §. sed aliud est.* Et not. quòd sicut postulandus non debet eligi, ita & eligendus non debet postulari: quia non consentiunt postulantes illum, vt in sponsum per postulationem. Vel satis potest dici, quod valeat talis postulatio, quia forte dubitatur, verùm sit eligendus vel postulandus, & ita consentiunt in illum, ac si eligeretur. Et si dicunt[se] ligimus, & postulamus. secundum quod de iure melius potest] bene valet, quod agitur, siue sit eligendus, siue postulandus: alias non valet. si eligendus simpliciter postulatur. Potest dici, quòd potuit noluit: & quod noluit, non potuit adimplere: quia vox, *illud* non significat. *ff. de rebus dub. in ambiguo.* & nullum ius est ac inistum postulato, & superior potest illum admittere vel repellere [b].

† *Addo, quod contrauenire canoni est peccatum, vt notatur in c. 2. & in cap. illud. de maiori. & obedien.*

a *Hac qua in gloss. ponuntur, possunt his verbis adnotari* Postulo Pontifices, non sacros, atque minores: exemptos, laicos, malè natos religiosos.

† *Codices antiqui hic Variant: nã quidam, Pius, alij, Alexander, habent.*

b *Vide c. 1. eo. tit. & lib.*

DE ELECTIONE, &c.

¶ *Quia postulatio est præambula electionis: fit enim, Vt per eam sublato impedimento efficiatur quis habilis ad eligendum. merito post rubricam præcedentem subiicitur ista de electione. Vel sic. Supra Visum est de Vno modo, per quem prouidebatur Ecclesia per Viam gratia. nunc subiicit alium modum, per quem prouidere tur per Viam iuris: quia postulatio innititur gratia & electio iuri. Et quia*

quia in tractatu electionis potest dubitari de potestate electi: ideo me auctor haberet mat eriam ponendo rubricam specialem, subiecit etiam de electi potestate. Abb. Sic.

De hac materia tractatur 60. & 61. & 62. 63. 69. distin. & 1. q 6. & 8 quæst. 1. & quæst. 4. pe. totum.

† Cap. 1. eo. ti. in 1. compilatione.

NVllus.] Congregatio Ecclesiarum seu collegiu Ecclesiasticum debet sibi Prælatu eligere & aliter adeptus Ecclesiam, expellendus est. hoc dicit secundum omnes. Primò prohibet. & secundò, contra factum vitiat, ibi, *Si vero*. Abb.

CASVS. Dicitur in c. isto, quòd vbicunq; sunt duo vel tres in Ecclesia tanquam collegium, ad ipsum collegium pertinet electio; aliter verò electio non valet. Nota hic, quòd de iure communi ad collegium pertinet electio Prælati.

† *Concilium Sardicense*, cap. 2. *Burchardus* li. 1. decr. c. 19. *Ivo*. par. 5. c. 73. & c. 2. eo. tit. in 1. compilat.

a ¶ *Duo*.] Nota, quòd duo faciunt congregationem, vt hic: tres collegium. vt *ff. de verb. signif. l. Neratius*. retinetur tamé in vno ius collegij. *ff. quod cuiusque vniuer. l. sicut. §. vlt.* Et decem homines faciunt populum. 10. q. 3. vnio [a] & plures quam 10. aut 15. turbam. *ff. vi bono. raptorum. Prætor ait. §. 1.* Et quatuor vel quinque porci, vel decem oues faciunt gregem. *ff. de abigeat. oues.* Et quod dicit, *duo faciunt congregationem*, hoc intelligo vbi mortuo Prælato plures remanent in congregatione, ad minùs duo [b], vt hic dicitur, *duo vel tres*, per id quod sequitur in litera *nisi eorum electione*: ergo non minus. & ita patet, quod vbi tantum est sacerdos, & clericus, ibi non dicitur congregatio siue collegium. Bernar.

a *Vide* l. imperator. ff. vi bon. rap.

b *Vide* Bar. in l. prætor. ff. vi bono. rapt.

b ¶ *In congregatione*.] Tunc enim conuentus est electio. j. *de iure patr. c. nobis.* & 16. q. *vlt. congregatio.* secus si essent ibi plures, non tanquam collegium: tunc enim solius patroni est electio. j. *de iure patr. c. postulasti.*

c ¶ *Aliter*.] Quàm per canonicam electionem.

CAP. I.

NVLLVS † in Ecclesia vbi duo [a] vel tres fuerint in congregatione [b], nisi eorum electione canonica, presbyter eligatur: & infrà.

¶ Si verò aliter [c] quis Ecclesiam adeptus fuerit, eò quòd per cupiditatem, illam acquisierit, atque contra canonicæ regulæ disciplinam egérit, expellatur.

¶ Ex Concilio Sardiceñ. †

¶ *Electus ad clamorem populi non debet per superiorem confirmari.*

CAP. II.

OSius Episcopus dixit: Si quis ita temerarius extiterit, vt talem excusationem afferens, asseueret, quòd literas populi [d] acceperit: cùm manifestum sit potuisse plures eorum, qui synceram [e] fidem non habent, præmio & mercede corrumpi [f], vt clamarent in Ecclesia, & ipsum petere viderentur: omnino fraudes has damnandas esse arbitror, ita vt nec laicam in fine communionem (nisi de hoc pœnituerit [g]) talis accipiat: si verò omnibus placet, statuit; Synodus respondit, Placet.

OSius Episcopus.] Populus non debet Episcopum vel alium Prælatum eligere. hoc dicit. Primò ponitur narratio. Secundò approbatio ibi, *Synodus*. Abb.

CASVS. Osius Episcopus in concilio generali Sardiceñ. dixit, si quis literas populi accepit, per quas populum ipsum petat in suum Prælatum, quia præsumptio est contra ipsum, quòd populum præmio corruperit & mercede, dixit quòd fraudes damnarentur, ita quod laicam communionem in fine non accipiat, nisi pœnituerit: & synodus sententiam ipsius approbauit. Nota quòd laici ab electione sunt repellendi.

d ¶ *Populi*.] Nota quòd ad clamorem populi nullus est eligendus: quia spe aut gratia hoc faciût, aut pretium inde recipiunt, vt 8. q. 1. *si ergo*. quia populus sequendus non est: sed docendus. 62. *dist. docendus* & 61. *dist. miramur*. Et vanæ [1] voces populi non sunt audiendæ. *C. de pœn. decurionum filij.* & *argum. ad hoc ff. de app. si constat.*

1 *Vanæ voces populi non audiendæ.*

e ¶ *Syncerani*.] Charitate informatam.

¶ *Glo. seq. alleg. concor. & vnum contrarium, & soluit.*

f ¶ *Corrumpi*.] Not. hic dubia in deteriorem partem [c] interpretari. j. *de cleri. non resi. c. 1. ar. contra.* j. *de reg. iur. estote*. Hoc ideò fit, quia frequentiùs laici hoc faciunt. & iura ad ea, quæ frequentiùs eueniunt, adaptantur. 28. *dist. de Syracusana.* & 63. *dist. nosse.* & *ff. de leg. & senatusconsul. l. nam ad ea.*

c *De hoc vide B. Tho.* 2. 2. q. 60. art. 4.

g ¶ *Pœnituerit*.] Quia venia non datur nisi contrito & correcto. 20. q. 2. *legatur.* & quomodo gaudebis te fuisse correctum, nisi doleas te fuisse peruersum? 23. q. 7. *quemadmodum* & 50. *dist. pœnitentes*.

POstquam.] Diuiditur, quia primò ponit vnum dictum. Secundò aliud: ibi, *Cum*. Abbas.

CASVS. Dicitur in capitulo isto, quòd quando confirmatio electionis petitur à suo superiori, superior inquirere debet de vita & moribus electi in loco, in quo conuersatur: vt si dignus inueniatur, & electio sit canonica, sine dilatione debeat confirmari.

h ¶ *Impleantur*.] 63 *dist. de persona.* & j. *de elect. cùm inter vniuersas. c. nihil est.* & *§ Vltimo.*

¶ Gregorius iij. †

† *Aliàs: Gregorius* & *male. Gregorius* li. 8. epist. 28. registri. & c. 11. eo. tit. in 1. compilat.

¶ *Electio canonica confirmanda est; debet tamen superior ante confirmationem inquirere de conuersatione & vita electi, vbi fuit conuersatus.*

CAP. III.

POstquam: † & infrà. Confirmationem petentium desideria, (si nihil est, quod electum impediat) impleantur [h].

¶ Citius vita vel actus, quia melius possunt, vbi est conuersatus [i], cognosci, inquirantur ibidem.

i ¶ *Conuersatus*.] Not. quòd ibi facienda est inquisitio, vbi quis conuersatus: quia notus est ibi. *nimi. 22. dist. arg.* j. *de præsumpt. quosdam.* & 24. q. 1. *pudenda.* & 47. *dist. de Petro.* & j. *e. scriptum est.* & qui aliquem purgant, debent notam habere ipsius conuersationem [d]. j. *de purg. cano. cum P. manconella.* & *c. cum dilectus.* aliàs non posset de ipsius vita constare. Ber.

d *Directorii inquisi.* 3. par. in 3. modo processum terminandi.

¶ Paschalis Panormitano Archiepisc.

¶ *Electo in Archiepiscopum sedes Apostolica pallium non tradet, nisi prius præstet fidelitatis, & obedientiæ iuramentum.*

CAP. IV.

SIgnificasti † Reges & Regni maiores admiratione permotos, quòd palliũ tibi ab Apocrisiariis † [k] nostris, tali cõditione [l]

† Cap. 11. e. tit. in 1. collect.

SIgnificasti.] Pertinet istud c. ad secundam partem rubricæ. Primò ponit admirationem, quam confundit. Secundò duplex admirandi motiuum, cui respondet. Tertiò concludit. Secunda ibi, *Aiunt omne*. Tertia: ibi, *Cùm igitur*. Abb. Siculus.

CASVS. Dominus Papa per nuncios suos misit pallium Archiepiscopo Panormitano tali cõditione, si ipse sacramẽtum præstaret secundum formam, quam illi Papa transmiserat per apocrisiarios suos, hoc est, nuncios, vel secretarios: propter quod mirati sunt Reges & maiores regni, quòd Papa hoc iuramentum exegit: dicentes quòd non est iurandum auctoritate Euangelij [Nolite iurare omnino, qđ ampliùs est, à malo est, nec ab Apostolis, nec in conciliis inuenitur, quòd sit iurandum] Archiepiscopus significauit hoc D. Papæ, & ipse rescribit ei dicens: Mirentur isti Principes super hoc dominum Iesum Christum, qui eandem conditionem apposuit, dum dixit: *Simon Petre, si diligis me, pasce oues meas.* argumentum Papæ est ex facto Domini. si ergo qui conscientias hominum nouit, hac conditione vsus fuit: multò fortiùs & Papa potest apponere hanc conditionem, qui hominum conscientias non nouit. posteà respondet auctoritate Euangelij: *Nolite iurare, &c. quod amplius est, &c.* dicit, quòd incredulitas eorum qui nolunt credere, nisi iuretur, facit vt hoc malum, id est, iuramentum exigatur domino permittente. multi etiam post iuramentum præstitum ab vnitate Ecclesiæ, & ab obedientia sedis Apost. recesserunt: quod malum est. & propter hoc malum, iuramentum pro fide, pro obedientia, pro vnitate debet præstari. Dicunt enim, quòd in concilio non inuenitur, quòd sit iurandum: sed hoc non obstat, quòd Romana Ecclesia præstat auctoritatem conciliis, & per eius auctoritatem robur accipiunt, & in conciliis semper excipitur eius auctoritas. In fine dicit, *iustum est*, vt qui à sed. Apost. exigitis vestræ insignia dignitatis, illi debitę subiectionis signa persoluatis, quæ insignia subiectionis exhibita declarant vos seruare Catholici capitis vnitatem. Nota, quòd in spiritualibus honestæ conditiones possunt apponi. Item qui petit sibi ab alio iustitiam exhiberi, ei non debet illud, quod iustum est denegare.

† *Apocrisiarius dicitur responsalis ab* [illegible] *quod est respondeo. Iustinianum nouella* 25. & *vide notas huius cap.*

k ¶ *Apocrisiarius*.] Apocrisiarij dicuntur nuncij D. Papæ, quasi secretarij. nam crisis quandoque dicitur secretum, quandoque aurum, quandoque iudicium: Versus.

Aurum iudicium, secretum dat tibi crisis.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & tripliciter soluit.*

l ¶ *Conditione*.] Signatur contra. 1. q. 2. *quam pio*. Solu. Conditio ista non est reprobanda, nec simoniam indicit. j. *de pall. c. palliones*. sed ostendit pallium non aliter esse tradendum. Sicut hæc adiectio, *si satis dederit*, cum Præses prouinciæ tutorem facit, non habet conditionem, sed commouet tutelam non aliter committendam. *ff. de tuto. l. muto. §. 1.* quia tutor sub conditione dari non potest, quia actus legitimi conditionem non recipiunt. *ff. de reg. iur. actus.* j. *eod. in electionibus.* [*libro* 6.] licèt posset institui sub

conditione à testatore. *Instit. quibus modis tu. fin. §. sed & si.* Et tacitæ conditiones non faciunt legatum conditionale *ff. de cond. & demonst. conditiones.* Vel refert, a quo apponatur conditio: quia si a suo eriore, non est simonia. Vel potest dici, & melius, quod ius commune est, quod hic exigitur. *18. q. 2. Elentherium.* & hoc onus annexum est dignitati. *j. de praben. significatum. & 18. distin. Diaconi.* Et nota, quòd superior potest apponere conditionem ante subditi cõfirmationem. *23. distin. quanquam. & 28. distin.* de Syracusanæ, sed inferior non potest nisi post electionem. *8. q. 3. Artaldus.* & vbi onus rei exprimitur, non est simoniacum. *j. de praben. c. significatum.* Et preterea conditiones, quæ ipso iure insunt, bene opponuntur & exprimuntur sine aliquo vitio: de quibus traditur. *j. de iureiur. quemadmodum. & s. de rescriptis. cap 2.*

oblatum[a] fuerit, si sacramentum, quod à nobis scriptum detulerant, exhiberes: & infrà. Mittẽtur in hac causa dominum nostrum Iesum Christum, qui cùm ouiũ suarum curam Petro committeret, conditionem posuit, dicens: Si diligis me, pasce oues meas[b]. Si conscientiarum factor, & cognitor secretorum conditione hac vsus est, nec semel tantùm, sed & secundò, & vsque ad contristationem: qua nos solicitudine oporteat tantam Ecclesiæ prælationẽ imponere fratribus, quorum conscientias non videmus? Aiunt omne iusiurandum in Euangelio à Domino esse † prohibitum, nec ab Apostolis post dominum, nec in conciliis inueniri posse statutum[c]. Quid est ergo, quod Dominus subsequenter ait: Quod amplius[d] est, à malo est? hoc enim[e] amplius vt exigamus, malum[f] nos illo permittentes[g] compellit[h]. Nónne malum est ab Ecclesiæ vnitate, & à sedis Apostolicæ obedientia resilire, & contra Canonum statuta prorumpere: quod multi etiam post sacramentum pręstitum pręsumpserunt: & infra. Hoc nimirum malo[i] ac necessitate compellimur iuramentum pro fide[k] †, pro obedientia[l], pro vnitate[m] requirere. Aiunt[n] in Conciliis statutũ non inueniri[o]: quasi Romanæ Ecclesiæ legem Concilia vlla præfixerint: cum omnia Cõcilia per Romanæ Ecclesię auctoritatẽ[p], & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani † Pontificis patenter accipiatur auctoritas[q]: & infrà.

¶ Cùm igitur à sede Apostolica vestræ insignia dignitatis exigitis, quæ à beati Petri tãtùm corpore assumuntur[r], iustum est[s], vt vos quoque sedi Apostolicæ subiectionis debitæ signa soluatis, quæ vos cũ beato Petro tanquam membra de membro habere, & Catholici capitis vnitatem seruare declarent.

¶ Alexand. iij. Pet. Presbytero Card. Apostolicæ sedis legato.

¶ *Si schismaticus ad vnionem Ecclesiæ reuersus eligitur in Episcopum, electio non tenet, sed ex dispensatione potest confirmari.*

CAP. V.

QVia diligentia tua requisiuit, an electionẽ electi, qui abiurato schismate[t] † ad vnitatẽ Ecclesię rediit, debeat confirmare: Duximus respondendũ, quòd si à schismatico nullũ ordinem susceperit[u], & eius electio secundùm formam Canonum fuerit celebrata, eum † (dummodo alia non impediant) dispensatiuè permittimus confirmari.

¶ Mandantes, vt cũ facias à Catholicis Episcopis Suffraganeis Aquilegieñ. Ecclesię in Episcopi

† *Hic fuit error Valdesium. Ex mirsens in Directorio p. 2. q. 14. & q. 17.*

¶ *Glo. seq. obiicit, & duplicitur soluit.*

a ¶ *Oblatum*] Sic j. *de simo. & si quæstiones.* Sed quare Papa offert ei pallium, cùm pallium non sit dandum nisi fortiter postulanti? vt *100. dist. prisca.* sicuti & in literis de missoriis Episcopi. *72. dist* Episcopus. sicut nec Apostoli dari debent, nisi petantur instanter. *2. q. 6. post appellationem. & j. de appel. cond. libro 6.* & qui præest, parcissimè debet commeatum dare. *ff. de re mili. l. officium. §. paternus.* Sed hinc & in illa, *& si quæstiones.* dicendum est, quòd nuncii ipsius priùs instanter petierant[a]: vt patet in *fi. cap. & Papa eis per nuncios suos pallium destinauit.* Vel volunt ei gratiam facere sine aliqua postulatione, sicut videtur s. *de postu. Prala. c. bona. 2. in fin.*

† *Vide Bea. Tho. 2. 2. q. 89. art. 1. & Sotum li. 8. de iust. & iure q. 1. art. 2. vbi licitũ esse iurare vere ostendunt.*

a *Nec ex tali petitione potest notari ambitio. Vt notat. in præalleg. c. prisca, quia iure suo vtuntur, et ad hoc tenẽtur. Ioan. And.*

b ¶ *Pasce oues meas.*] Per hæc verba elegit eum Deus in Prælatum, & per hæc fecit ad titulum.

c ¶ *Statutum.*] Supple, contrarium.

d ¶ *Amplius.*] id est, iuramentum.

e ¶ *Enim.*] Id est, quia. & venit expositiuè. *suprà de constit. translato.*

f ¶ *Malum*] Id est, incredulitas sine malitia: vt postea sequitur. sic etiam exponitur *malum* pro incredulitate *22. q. 1. c. 2.*

g ¶ *Illo permittente.*] Id est, Christo.

h ¶ *Compellit.*] Compellit nos, vt exigamus hoc amplius, id est, iuramentum.

i ¶ *Malo.*] *22. q. 1. ita ergo. in fin. 2. q. 5. si quis presbyter. & j. de iureiu. & si Christus.*

k ¶ *Pro fide.*] Retinenda, quam suscepit, suspectus est in fide. *de consec. dist. 2. ego Berengarius. & j. de hære. ad abolendam. & c. excommunicamus. & 1. q. 7. quotiens.*

l ¶ *Pro obedientia.*] Exhibenda *25. dist. quanquam. & j. de iureiur. nullus.*

¶ *Gloss. seq. ponit sex casus quibus licite iuratur, & ponit versus.*

m ¶ *Pro vnitate.*] scilicet, seruanda: vt schismatici, qui scindunt se ab vnitate Ecclesiæ: alias pro veritate, scilicet habenda seu inquirenda: *14. quæst. 2. quanquam pro pace iuratur. 22. quæst. 1. omne quod. j. de iud. c. nouit. pro fama. 2. q. 5. presbyter si a plebe. & cap. si mala. & j. de purg. cap. per totum titulum. & j. de coha. cleric. & mulie. tua in fin. pro damno dato iuratur. 2. quæst. 1. in primis. & C. vnde vi si quando.* in illis sex casibus licite iuratur. Vnde versus:

Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni:
Defectus veri sibi poscunt magna canori. Bern.

Additio. Idem nos. *j. de iureiur. nullus. 2. q. 5. c. 1.* & alios versus de hoc habes. *1 q. 7. quotiens. 1. in pen. gl.* Ioan. And.

n ¶ *Aiunt in conciliis.*] Secunda oppositio.

o ¶ *Non inueniri.*] Vt iuretur.

p ¶ *Auctoritatem.*] *18. dist. per totum.*

q ¶ *Excipiatur auctoritas.*] *3. q. 6. dudum. & in c. peregrina.* & in iuramento auctoritas Papæ semper intelligitur excepta. *s. de rescrip. cap. constituerus. & j. de iureiurando. Venientes. & ff. ad municipalem. l. imperatores.*

† *In aliquot antiq. ita: Romana Ecclesia.*

¶ *Glo. seq. quærit & soluit.*

r ¶ *Corpore assumuntur.*] Sed qualiter assumitur de corpore Beati Petri? Sic intelligitur, quod de corpore beati Petri, &c. pallium benedicitur & consecratur à Papa super altare beati Petri, & ibi ponitur, & ille qui debet vti pallio, recipit ipsum de altari, si est præsens, vel alius pro ipso, si est absens, & sic assumitur de corpore B. Petri.

Palliũ cur de corpore B. Petro assumi dicatur.

† *In concilio Latera.* tit. de electio. & electi potestate.

¶ *Gloss seq. arguit, & alleg. duo contraria.*

s ¶ *Iustum est.*] Argu. quòd frustra petit debitum, qui quod debet nõ impendit. *j. de iure. patronatus c. 1. & 2. C. de sent. & inter om. iud. cùm Pomponius. & 1. q. 8. c. ac cusatores. §. cunis in agendo 91. dist. esto subiectus.* Arg. contra. *C. depo. si. l. pe. & j. depo. c. 2.*

† *Schismatici redeuntes ad Eccle. abiurant. Turrecremata de Eccle. li. 4. p. 2. c. 15. & de iure ciuili suspenduntur. textus est, & ibi Bald. c. 1. de pace iuramento firmanda.*

QVia diligentia.] Diuiditur: quia in prima ponitur quæstio iuris: in secunda responsio: ibi, *Duximus*, quæ tria facit. Primò confirmari gratiosè permittit, si tria concurrat. Secundò de consecratione prouidet: ibi, *Mandantes.* Tertiò protestatur: ibi, *Salua.* Abb. Sic.

† *eum in antiquis.*

Casvs. Quidam schismaticus reuersus ad Catholicam vnitatem, electus fuit in Episcopum Aquilegieñ. Ecclesiæ, quæ tunc schismatica erat, quidam Card. Apost. sedis quæsiuit, an ipsius electionem debeat confirmare? Respondet Papa, quòd si schismatico nullum ordinem receperit, & ipsius electio facta fuit secundùm formam canonum, dummodo nihil aliud sit, quod impediat, permittit Papa dispensatiuè ipsius electionem confirmari: mandans, vt ipsum faciat à Catholicis Episcopis suffraganeis Aquilegieñ. Ecclesiæ consecrari, salua debita iustitia, & reuerentia eiusdem Ecclesiæ. Nota, quòd qui scindit se ab vnitate Ecclesiæ de iure communi non potest promoueri. Item licèt Prælatus Ecclesiæ schismaticus sit, Ecclesiæ tamen non præiudicat, cùm redierit ad vnitatem.

t ¶ *Schismate.*] Octauiani, qui cõtra Alexandrum erat: & Aquilegieñ. Patriarcha tunc schismaticus erat. Vnde dicit, *facias eum consecrari à suffraganeis salua, &c.* Schisma[b] enim interpretatur diuisio siue scissura, & est Græcum nomen. Vnde scissura in vnitate Ecclesiæ esse non potest: & qui schismatici sunt, ab eo, qui est vnum, se diuidunt, quare Spiritum sanctum nõ habent. *24. q. 1. schisma.* inde quòd vestis domini, quæ vnitatem significabat, remansit indiuisa *14. q. vlt. sicut domini vestimentum.*

b *S. Tho. 2. 2. q. 39. Turrecremata in sum. de Eccl. li. 4. p. 1. c. 1. Ioan. And.*

¶ *Glo. seq. in fine soluit contrarium.*

u ¶ *Susceperit.*] Quia si ordinem suscepisset, careret effectu, & repelleretur à dignitate: nisi probaret se, cùm ordinaretur, ordinatorem nesciuisse damnatum. *j. de schisma. cap. 1. & 9. q. 1. ordinationes.* sic & qui ordinatur à simoniaco. *1. q. 1. si quis a simoniacis.* & cum talibus quandoque dispensatur: vt hic & *j. de schism. cap. 2. & cap. si quis a simoniacis.* sed si sciuisset, non dispensaretur: vt ibi dicitur *in c. si quis.* & sic schismatici non promouentur sine dispensatione, vt hic dicit, alias esset contra. *22. distin. nos consuetudinem.*

a ¶ *Iustitia.*]

a ¶ *Iustitia.*] Quia per talem consecrationem non fit præiudicium Aquilegico. Ecclesiæ in posterum. *s. de sum. trinit. in fine ca. 1. & c. damnamus circa finem.*

¶ *Glo. seq. elicit duo arg. ad primum alleg. quatuor concor. & sex ad secundum: ad quod signat duo contra, et soluit.*

b ¶ *Reuerentia.*] Quia Episcopus consecratus nihilominus debebit facere obedientiam Patriarchæ, cum redierit ad catholicam vnitaté. Et est argu. quòd protestatio necessaria est in huiusmodi, sic 7. q. 1. *pontifices.* & 24. *dist. presbyteri.* & 9. *qu. 3. salmo.* & huiusmodi protestatio semper necessaria est: vt *j. de iure patrona. ex litteris.* Item est argu. quòd excommunicati vel suspensi omnia iura recuperant post absolutionem 15. *quæst. 6. nos sanctorū.* & *c. iuratos.* & 3. *qu. 4. beatus.* & 4. *qu. 1. c. 1.* & 32. *qu. 5. preceptum. in fin.* & 6. *qu. illi qui.* Arg. *contra. 2. qu. 3. c. Enthemium § hinc colligitur* & 3. *qu. 4. consanguineorum. in fin.* Sol. Prima pars vera est, & etiam famæ restituitur, si infamia canonica tantùm sit irrogata. *arg. 6. qu. 1 illi qui.*

† *In concilio Lateranensi* tit. de electione summi Ponti. 1. †Cap. 15. eo. tit. in 3. compil.

Licèt.] Continēt tres partes. In prima ponitur constitutionis causa. In secunda constitutio. In tertia quædam protestatio. Secunda ibi, *Statuimus.* Tertia ibi, *Ex hoc.* Abb. Siculus.

Casus. In ordinatione Romani Pontif. Ecclesia sæpe passa est scissuram propter multorum ambitionem ad malum. tandem in posterum statuit Alexander *in concil. Lateran.* quòd si in ordinatione Romani Pontif. plena omnium Cardinalium non potuit esse concordia, & duæ partes concordauerint, & tertia noluerit concordare duabus, vel alium nominare præsumpserit: ille qui à duabus partibus electus fuerit, sine omni exceptione Romanus Pontifex habeatur. Si quis verò de tertia parte confisus, ipsam vsurpare præsumpserit, excommunicationi subiaceat, ita etiam vt viaticum sibi denegaretur in fine, nisi resipuerit. Præterea si à paucioribus, quàm duabus partibus aliquis fuerit electus, nisi maior concordia interuenit, nullatenus assumatur, & prædictæ pœnæ subiaceat: ex eo tñ quòd de ordinatione Ro. Pōt. statuitur, nullum præiudicium fiat canonicis institutis, & aliis Ecclesiis in quibus sententia maioris & sanioris partis debet præualere: quia quòd in eis dubium venerit, per suum superiorem poterit diffiniri: sed in Ro. Ecclesia speciale quid statuitur, quia ibi nullus superior reperitur. Not. quod ad cautelam futurorum multa statuuntur, & futuris casibus obuiandum est. Item not. quod electio Papæ à duabus partibus facta tertia discordante, rata debet esse.

scopum ordinari. ¶ Salua debita iustitia [a] & reuerentia [b] eiusdem Ecclesiæ, cùm ad catholicam redierit vnitatem.

¶ Idem in Concilio Laterañ.

Electus in Romanū Pontificē à duabus partibus Cardinaliū, nulla exceptione obstāte est Papa. Electus autem à minori numero gerens se pro Papa incidit vnà cum sibi adhærentibus in pœnas hic contentas.

CAP. VI.

Licèt † de vitanda discordia in electione Romani Pontificis, manifesta satis à prædecessoribus nostris constitutā [c] manauerint: quia tñ sępe post illa, per improbę ambitionis audaciam grauem passa est Ecclesia scissuram: nos etiam ad malum hoc euitandū [d], de consilio fratrum nostrorū, & sacri approbatione Concilij aliquid decreuimus adiungendum. ¶ Statuimus ergo, vt si forte inimico homine [e] superseminante zizaniam [f] inter Cardinales, de substituendo summo Pontifice non poterit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus pars tertia concordare noluerit, aut sibi alium præsumpserit nominare, ille absque vlla exceptione [g] ab vniuersali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus cōcordātibus electus fuerit & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confisus (quia de ratione esse nō potest) sibi nomen Episcopi vsurpauerit, tam ipse, quàm ij, qui eum receperint, excommunicationi subiaceant, & totius sacri ordinis priuatione mulctentur: ita vt viatica etiā eis (nisi tantùm in vltimis) communio denegetur: & si non resipuerint, cum Dathan, & Abiron (quos [h] terra viuos absorbuit) accipiant portionem. Præterea si à paucioribus, quam à duabus partibus [i], aliquis electus fuerit ad Apostolatus officium: nisi maior concordia intercesserit, nullatenus [k] assumatur, & prædictæ pœnæ subiaceat, si humiliter noluerit abstinere. ¶ Ex hoc tamen nullum Canonicis cōstitutionibus, & aliis Ecclesiis pręiudicium generetur: in quibus debet maioris [l] & sanioris partis sententia præualere: quia quod in eis dubium venerit, † superioris poterit iudicio diffiniri. In Romana verò Ecclesia speciale [m] aliquid constituitur: quia non poterit ad superiorem recursus [n] haberi.

¶ Idem in eodem. †

¶ Electio ad Episcopatum fieri debet de digno scientia, moribus, & ætate, & quod habeat 30. annum completum, & sit de legitimo matrimonio natus. h. d. vsque ad §. cum verò.

CAP. VII.

Cvm † in cunctis sacris ordinibus & Ecclesiasticis mini-

Frontibus imprimitur Vnctio sacra Dei.

g ¶ *Exceptione*] Et sic nulla exceptio potest opponi sibi nisi de hæresi. 40. distin. c. si Papa. aliàs enim quantumcumque præcisè etiam ipse Papa scribat, legitima exceptio est admittenda. *j. de off. dele. ex parte 2. & s. de rescri. si qñ & arg. cum adeo. eod. tit. & j. de prabē. c. tenemur.* Et est speciale in Papa vt nulla exceptio admittatur.

c *Difficile est intellectu c. si Papa, de quo vide, quæ dicitur.*

h ¶ *Quos.*] 7. *qō. 1. denique.*

¶ *Glos. seq. quærit, argu. pro, soluit contrarium.*

i ¶ *A duabus partibus.*) Nunquid ille, qui eligitur, computabitur inter duas partes? Videtur, quòd sic. *j. eod. tit. cum in iure. & ff. quod cuiusque vniuer. l. plane.* dic, quòd non, vt no. *j. eod. cum in iure. & j. de sortileg. ca. 3. j. eod. Cumana.* tamen quòd dicitur in hac decre. de duabus partibus, hoc dic aliqñ seruant Cardinales, aliqñ non.

Cardinales possunt compelli ad Papam eligendum, vt est hodie textus in c. vbi periculum. §. præterea. de elect. lib. 6.

¶ *Gl. se. quærit & soluit.*

k ¶ *Nullatenus*) Quid ergo fiet si nullo modo duæ partes consentiant? Tunc brachium sæculare se interponere debet. *arg. 27. dist. nec licuit. & 23. qu. 5. de Liguribus.* ita vt Cardinales includantur in aliquo loco de quo exire non valeant, donec cōsenserint. ita dicitur factum fuisse in electione Honorij iij. apud Perusium: & idem fuit factum post mortem Gregorij ix. tñ de iure id faciendum non est.

† *Interuenerit.*

† Cap. 3. concilij Lateranens.

l ¶ *Maioris.*) In aliis enim electionibus valet, quod fit à maiori parte Capituli. dum tamen seruetur vna de formis illis. *j. c. quia propter.*

¶ *Gloss. seq. obycit & soluit.*

† Cap. 16. eo. tit. in 1. compilatione.

m ¶ *Speciale.*) Sed nō videtur speciale: quia in aliis obtinet, quòd dicitur de duabus partibus, quia non obtinet, quòd fit ab ordine Decurionum, nisi duæ partes consentiant. *ff. de decret. ab ordi. fac. l. 3. & ff. quod cuiusque vniuersi. l. plane.* Non contradicunt illa iura: quia non dicitur quòd duæ partes debeant consentire, sed quòd debeant esse præsentes: & ita est speciale [d]. vel est speciale habito respectu ad alias electiones inferiorum Prælatorum. & hoc innuit littera sequens.

d *Hæc secunda solutio est verior.*

n ¶ *Recursus.*] Et ideo dum eligitur, confirmatur, & statim hēt plenam & liberam administrationem. 23. *dist. in nomine domini.*

Cvm in cunctis. Diuiditur istud princi. vsque ad §. cum verò in tres partes. Nam primò ponitur vna ratio statuendi. Secundo alia, ibi *Eapropter.* Tertio statuitur, ibi. *Præsenti.* Abb. Sic.

Casus. Quia aliqui eligebantur in Episcopos, qui non erāt sciētia, moribus, & ætate idonei, statuit concilium Lateranēn. quales debeāt esse, qui in Epos eliguntur, ostēdēs hoc per locum à minori, dicēs, quod in cūctis sacris ordinibus & ministeriis, requirūtur tria pręcipuè, scilicet ętatis maturitas grauitas morū, & litterarū sciētia. ergo multo fortius in Epo hęc sūt requirēda: qa cum Episcopus ad curā animarū sit positus aliorum, in seipso debet ostēdere, qualiter alij se debeāt habere. ne igitur qđ pro necessitate tēporis qñque factū est, trahatur à posteris in exēplū, statuit concilium Lateraneñ. vt nullus de cætero eligatur in Epm nisi trigesimum suæ ætatis annum peregerit, & de legitimo sit matrimonio natus. & qui vita & sciētia laudabilis demostretur: & cū electus fuerit, & habuerit cōfirmatione & possessionē Ecclesiasticorū bonorū, trāsacto tēpore de cōsecrādis Episcopis à canonibus definito, ille ad quē spectat collatio beneficiorū ipsius, liberā habeat cōferendi potestatem. Secūdo dicitur quod inferiora ministeria, puta Decanatum, Archidiaconatū, & talia. q curā animarum habēt annexā, nullus recipiat, nisi qui vigesimū quintum annum

c ¶ *Constituta.*) 2 79. *dist. si quis Papa. & 23. dist. in nomine dñi.*

¶ *Glo. seq. arg. & signat contrarium.*

a Vide c. vbi periculum. de electio. 6.

d ¶ *Euitandum.*) Arg. ad cautelam futurorum aliquid faciendū. 23. *dis. in nomine domini & 1. c. 7. conuenientibus, & j. de ser. non ordi. c. 3. & ff. si ser. vēn. harum & legi. Arg. contra ff. de vsu. l. 1.*

e ¶ *Inimico homine.*) Id est, diabolo. Et diabolus dictus est homo ab euentu: quia deuicit hominem, sicut Imperator dictus est Africanus ab euentu: quia deuicit Africam. [b]

b *Vide in auth. de hę. & fal. col. 1. in princ. & in proœ. in gl. per gl.*

Additio. Vel inimico, id est, vitioso. de pœni. distin. 2. Princeps vel homine, id est, hominis, vnde 1. Petri vlt. *sobrij estote & vigilate, & Lat... adversarius vester*, &c. secundùm Hostien. Ioan. And.

f ¶ *Zizaniam*) Syllaba ante penult. longa. Vnde versus. *Nemo superseminans zizania semines hostis.*

annum suæ ætatis attigerit, & scientia & moribus laudabilis demonstretur. Cùm autem aliquis de prædictis assumptus fuerit, & monitus ad ordinem debitum promotus non fuerit, statuto tempore definito à canonibus ab illo remoueatur officio, & alij conferatur, qui velit, & possit ea adimplere: & si super hoc appellauerit, nullatenus audiatur: & hoc statutum non de promouẽdis solum, sed & de promotis præcipitur obseruari. Tertiò dicitur, quòd clerici qui contra formam istam quenquam elegerint, eligendi potestate priuatos, à beneficiis Ecclesiasticis nouerint se suspensos per triennium, & Eps, qui contra hoc fecerit aut fieri consenserit, conferendi prædicta officia potestatem amittat: & per Capitulum aut per Metropolitanum, si Capitulum negligens fuerit, ordinetur. ...o. quòd tria requiruntur circa eos, qui ad sacros ord. promouentur, scil. ætatis maturitas, morum grauitas, & litterarum scientia. Item requiritur, quòd de legitimo matrimonio sit natus. Item quicquid hic dicitur, notabile est.

† *Domini.*

† *Vide Burchardum*, l. 2. decretorum. c. 9.

steriis sint ætatis maturitas[a], grauitas morum[b], & litterarum scientia[c], inquirenda: multò[d] fortius in Episcopo hæc oportet inquiri, qui ad curam aliorum positus, in seipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei † oporteat conuersari. ¶ Eapropter, ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur a posteris in exemplum: præsenti decreto statuimus, vt nullus in Episcopum eligatur, nisi qui iam † trigesimum annum ætatis exegerit[e], & de legitimo matrimonio[f] sit natus, qui etiam vita, & scientia commendabilis demonstretur.

¶ *Beneficia electi in Episcopũ vacant per confirmationẽ, adeptionem possessionis, & consecrationẽ secutam, vel postquam præfixum tempus ad petendam consecrationem lapsum fuerit. hoc dicit vsque ad §. inferiora. Abb. Sicul.*

¶ Cùm verò electus fuerit, & cõfirmationẽ[g] electionis acceperit, & Ecclesiasticorũ bonorũ administrationem[h] habuerit: decurso tempore[i] de consecrandis[k] Episcopis à canonibus diffinito, is ad quem spectant[l] beneficia quæ habebat, de illis disponendi liberam habeat facultatem.

¶ *In dignitatib⁹ & officiis citra Episcopatũ ac curatis beneficijs debet assumẽdus 25. annũ attigisse, & aliàs esse idoneus sciẽtia & moribus, & si nõ est in ordine requisito, debet se facere promoueri, in proximis tẽporib⁹, aliàs monit⁹ nõ parẽs priuat beneficio nõ obstãte appellatione, nisi ex causa legitima excuset. hoc dicit vsq; ad §. Clerici. Abbas Sicul.*

¶ Inferiora etiam ministeria, vt puta Decanatũ, Archiepiscopatum[m], & alia, quæ curam animarum habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialis Ecclesiæ regimen, nisi qui iam † vigesimumquintum annum ætatis attigerit[n], & scientia & moribus commendandus existat. Cùm autem assumptus fuerit, si Archidiaconus in Diaconem, & Decanus, & reliqui admoniti non fuerint

In persona eius, qui eligitur, quot & quales qualitates desiderẽtur.

a ¶ *Aetatis maturitas.*] Hæc tria, scilicet ætas, grauitas morũ, & litterarũ sciẽtia, in persona el. ẽt debent inquiri. ĩ. eod. *cum nobis olim. arg. 78. dist. presbyter. 38. dist. quæ ipsis* & alia etiam, scilicet, quòd sit de legitimo matrimonio natus. ĩ. *eo. c. & quod sit in sacris ordinibus.* ĩ. *eod. c. dudum.* ĩ. *de ætat. & qua. c. præterea.*

¶ *Grauitas morum.*] Quia incompositio corporis inæqualitatem indicat mentis 41. *dist. in fin. dist.* vbi de Catilina dicitur.

c ¶ *Litterarum scientia.*] Propter defectum enim scientiæ repellitur quis ab Epatu, etiam iam promotus, ĩ. *de ætat. & qualit. c. vlt.* vbi legitur de quodam Episcopo, qui nunquam audiuit grammaticam. ĩ. *eo. congregato.*[a]

a Adde 38. di. omnes. & infrà de renunt. c. nisi cũ pridem, §. pro defectu.

¶ *Glo. seq. instruit quomodo argumentum à minori sumitur affirmando, & à maiori negando.*

d ¶ *Multo fortius.*] Quia vilissimus computandus est, qui præcellit dignitate, nisi præcellat alios scientia & sanctitate. 1. *q. 1. vilissimus. &* 1. *qu. 7. conuenientibus. & in authen. de sanct. Epis. §. damus. coll. 9.* Item argumentum est à minori & sumitur secũdũ hanc regulam affirmando. Si id de quo minùs videtur inesse, inest: & id de quo magis. 38. *dist. si in laicis. & 3. q. 3. de induciis. & 59. dist. si officia. & 34. q. 2. cùm per bellicam. & 23. q. 2. non æstimemus.* Item argumentum à maiori sumitur hic negando secũdum hanc regulam; Si id de quo magis videtur inesse, non inest: nec id de quo minùs. Si Paulus videtur fortior Eustochio, sed non est, ergo nec ipse. 32. *q. 5. Paulus. 8. q. 1. si ergo. & 6. q. 1. constare. & 40. dist. in. quilibet.*

¶ *Glo. seq. obiicit, & dupliciter soluit, demum ponit de materia distinctionem bimembrem.*

e ¶ *Exegerit.*] Sed vr, quòd sufficiat, si iã inchoauerit. ff. de mu. & ho. ad rẽpublicã. sed aliud in secularibus dignitatibus, vt ibi, & aliud in spiritualibus. Et põt dici, quòd est spale in Epo. Vnde in aliis inferioribus dignitatibus sufficit attingere annum legitimũ: vt ĩ. dicit ibi, nisi qui iam. 25. annum attigerit. sed ille qui eligitur in Episcopum, debet esse 30. annorum *in auth. de san. Epis. § clericos. coll. 9.* & 67. *dist. quicumque.*[b] Vel distingue: vbique fauor tm̃ vertitur in causa, vt in vsucapione: & tunc sufficit incipere diem. *ff. de diuer. & temp. præscript. in vsucapione.* cũ s; odiũ tm̃, vt in præscriptione 30. annorũ, & tunc oportet impleri. *ff. de obl. & obligation. in omnibus.* q̃n̄ tuc vtrunque: & tunc tempus de momento in momentum computatur. *ff. de mino. l. 3. § minorem.*

b Concord. tex. in l. non putabam. ff. de condi. & demonst. & C. quando dies lega. ced. l. bis Verbis.

f ¶ *Matrimonio.*] Et istud est quartum quod requiritur in Epo, & in quolibet alio, qui promouetur ad honorẽ. ĩ. *de filys presbyt. c. Vt filij* vel ad regimẽ animarum ĩ. *de filys presbyt. c. pen. & vlt.*

g ¶ *Confirmationem.*) Bene dicit, *confirmationẽ:* quia ante cõfirmationẽ nihil debet attingere in administratione, alioquin repelleretur. ĩ. *eod. qualiter. & c. nihil est. &* ĩ. *de praben. si tamdudum.*

h ¶ *Administrationẽ.*) Nam aliquãdo cõtingit, q statim nõ nãciscitur possessionẽ. 92. *dist. si quis. Epis. & c. ipse.* & tunc nõ debet cõferri.

¶ *Gl. seq. recitetur per quæstionem intra quod tempus, &c.*

i ¶ *Tempore.*) Quod videtur esse sex mẽsium, quia intra tres mẽses à die vacationis debet eligi. 59. *dist. postquã & ĩ. eod. tit. ne pro defectu.* & infra alios tres menses debet consecrari. 100. *dist. quõ. quidem c.* Sed veriùs est, quòd illud tempus est tm̃ trium mensium post confirmationem, vt ex eodem capitulo colligitur. quod etiam est expressum 75. *dist. §. 1. & c. 2. in fin.* si necessitas eum impedierit petere consecrationem: quia tunc non curreret ei tempus: vt in dictis c. quoniam quidem. & 75. *dist. c. 1.* aliàs obtinet, quod hic dicitur, vt 16. *q. 1. ne pro cuiuslibet.* quia cùm sit in mora petendi cõsecrationem, mora sibi debet imputari, & debet etiam ab illa dignitate repelli: vt *in d. c. quoniam quidem.*

c *De istis tẽporibus ad eligẽdum & electionem præsentandum, &c. Vide glo. magistralem in c. si electio. eo. ti. li. 6.*

¶ *Gloss. seq. signat contrarium, & remittit.*

k ¶ *De consecrandis.*] Argu. *contra.* ĩ. *de concess. praben. post electionem in prima.* vbi soluitur.

† *Vide conciliumCarthagiense* c. 16. & Burchardum in li. 2. decretorum. ca. 10. 11. & 31.

¶ *Glos. seq. recitetur per duas quæstiones, scilicet qua sit ratio, quare expectatur consecratio, & quid si intra tempus fuerit consecratus.*

i ¶ *Consentiat.*] Quasi si vult cõsentire, tunc persona sua computatur inter eligentes, *arg. ff. quod cuiusq. vniuersitatis. l. planè. ar. ff. de adop.*

c *De hoc dicetur* ĵ. cap. petitio. de iureiur.

de adep. l. si consul. & sic quatuor intelliguntur: & ita maior pars Capituli. Quid si consensit in alium? Respondeo, si consensus talis facit cum aliis maiorem partem, in se non potest posteà consentire, nec mutare consilium in alterius præiudicium. *ff. de reg. iur. l. nemo.* Si verò consensit in talem, in quem minor pars consensit: tunc potest mutare. quia talis consensus illi non prodest. Hodie non connumeratur persona electa inter eligentes. *j. eod. Cumana. & c. quia propter.* nec dicerem valere talem electionem; si modo fieret. quia est electus à minori parte Capituli.

† *Zeringiæ.* † *Caringiæ.*

V*Enerabilem.*] Electus in Imperatorē à minori parte illorum. ad quos spectat electio, si fuerit idoneus, per Papam confirmabitur, vel potiùs approbabitur. Io. And. Diuiditur. nam in prima ponit reprehensionem legati. In secunda: ibi, *Verum.* captando beneuolentiam Principum, ipsorum ius & potestatem declarat. In tertia: ibi, *Obiectioni* respōdet ad id, quod obiiciebatur contra legatum. In quarta: ibi, *Eos igitur.* monet Principes, vt adhæreant Ottoni, & recedant à Philippo. & quòd facere debeant, probat quatuor rationibus. In quinta: ibi, *Nobilitatem.* hoc specialiter mandat duci in suprascriptione nominato. Abb. Sic.

† Cap. 19. e. titul. in 3. compilat.

CASVS. Vt melius litera intelligatur, prænotandum est, quòd Fridericus Imperator habuit duos filios, Henricum & Philippū. Mortuo Friderico successit ei Henricus eius filius in imperio. Hoc facto Henricus Imperator procurauit, quod Principes Alemaniæ eligerent in Regem in Imperatorem promouendum post mortem ipsius Henrici Fridericum filium istius Henrici Imperatoris. Et sic fuit electus Philippus frater Henrici, & alij Principes iurauerunt dicto Friderico fidelitatem, tanquam Regi: qui Fridericus postmodum promotus in Imperatorem fuit depositus per Innoc. in concilio Lugdun. postmodum verò mortuo Henrico Imperatore fratre Philippi ac patre dicti Friderici, Principes in discordia elegerunt. Quidam elegerunt Ottonem, quidam verò dictum Philippum fratrem Henrici. Cùm ergo electiones istę in discordia factæ fuissent, Papa misit quendam legatum in Alemaniam, vt alteram electionem prædictarum, quam canonicam inuenisset, confirmaret. Legatus vero diligenti examinatione pręmissa in dictis electionibus, electionem Ottonis confirmauit, electione alterius reprobata. propter quod Principes illi, qui Philippum elegerunt, conquerebātur de facto legati, & miserunt nūcios suos cum literis suis ad Papam: & inter cætera Principes hac obiectione vsi sunt dicentes: Legatus iste aut electoris aut cognitoris gessit personam, &c. ¶ *Hunc casum prosequitur Bernardus* [a] *in modum sequentem.* Si electoris, falcem misit in messem alienam: quod facere non debuit si cognitoris, absente altera parte perperam processit, cùm citata non fuerit, & ideò non debuit contumax reputari: scribit Papa super hoc negotio Duci Caringię, dicens, quòd bene confitetur & recognoscit ius eligendi Regem in Imperatorem postea promouendum ad Principes pertinere, & de iure & antiqua consuetudine: quia Sedes Apost. transtulit Imperium Romanum nuper à Grę́cis, in persona magnifici Caroli ad Theutonicos: sed Principes bene recognoscunt, quòd potestas examinandi personam electam spectat ad Papam, qui eum inungit, cōsecrat, & coronat: quia illud regulariter verū est, quòd ad eū pertinet examinatio personæ, ad quem manus impositio spectat. nunquid enim si Principes in discordia personam eligerent indignam, deberet Papa illum cōfirmare, aut coronare? absit hoc omnino. His præmissis Papa rñdet obiectioni Principū, dicēs, quòd legatus approbando & reprobando, nec electoris gessit personā: quia nec aliquem fecit eligi, nēc elegit: nec cognitoris: quia quātū ad eligentes neutrius electionē confirmauit, nec etiā infirmauit, sed exercuit denunciatoris officium: quia personam Philippi reputauit indignam, personam verò Ottonis denūciauit idoneam ad imperium obtinēdum, nō tam propter studia eligētium, quàm propter merita electorum, quāuis maior pars illorum, ad quos pertinet electio, cōsenserint in Ottonē: & ex eo quòd electores Phil. aliis absentib. & cōtemptis ipsum eligere pręsumpserūt, patet eos perperam processisse. Verum quia in electionib. plus nocet cōtēptus vnius, quàm multorū cōtradictio in præsenti. His ergo præmissis re-

a *Hic tamē casus nō est Bernardi, imo habetur in Secundis exemplaribus.*

• ¶ Idem duci Caringiæ. †

¶ *Electio Imperatoris spectat ad Principes Germanos, tres Prælatos, & quatuor laicos, & electio facta per eorum maiorem partem, cæteris non contemptis tenet. Et ad Papam pertinet electum examinare, approbare, & inungere, consecrare, & coronare, si est dignus: vel reiicere, si est indignus; vt quia sacrilegus, excommunicatus, tyrannus, fatuus, & hæreticus, paganus, periurus, vel Ecclesiæ persecutor. Et Electoribus nolentibus eligere, Papa supplet. Et data paritate vocum eligentium, nec accedente maiori concordia; Papa potest gratificare cui vult. h. d. not. iste text.*

CAP. XXXIV.

VEnerabilem †: & infrà. ¶ Inter cętera quidam Principes hac præcipuè obiectione sunt vsi, dicentes, quòd Apostolicæ sedis legatus, aut electoris gessit, aut cognitoris [a] personam. Si electoris, in messem [b] alienam miserat falcem suam, & electioni se ingerens, Principum derogauerat dignitati. Si cognitoris, absente altera [c] partium videtur perperam processisse, cùm citata non fuerit, & ideò non debuit contumax iudicari †: & infrà. ¶ Verùm illis Principibus ius & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promouendum, recognoscimus (vt debemus) ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere: præsertim cùm ad eos ius & potestas huiusmodi ab Apostolica sede peruenerit, quæ Romanum imperium in personam magnifici Caroli [d] à Græcis transtulit [e]

putauit Papa Ottonē idoneum, & Philippū indignū ad Imperium obtinēdu, cū enim vota Principū in electione diuidūtur, post admonitionē & expectationē, potest Papa alteri parti fauere, maximè postquā ab ipso inunctio & coronatio postulatur: hoc probat iure & exemplo. Iure, hoc modo: Nūquid si Principes admoniti & expectati nō potuerūt vel noluerūt eligere aliquem, sedes Apost. carebit defensore? q. d. nō. Exēplo, hoc modo: sciunt enī Principes, quòd cū Lotharius & Corradus in discordia fuissent electi, Papa Lotharium coronauit, & Imperium obtinuit coronatus dicto Corrado tunc ad eius gratiam redeunte. Postea monet Principes, vt à Philippo reprobato recedant, & Ottoni adhæreant, nisi tuc demūm quādo cōtra personam vel factu ipsius aliquod obiectum fuerit & probatum. His dictis ostendit multa, propter quæ electio Philippi nō teneret, licèt Philippus esset ab omnibus electus cōcorditer. hoc modo: Impedimenta Philippi sunt notoria, & excommunicatio publica, periurium manifestū, & persecutio diuulgata, quam ipse & eius antecessores in Romanam Ecclesiā & alias Ecclesias exercuerūt. Nam ipse à prædecessore nŏstro excommunicationis vinculo innodatus, quod postmodū recognouit, dum per eius nuncium absolutionis beneficium postulauit. Vnde patet, quòd fuit excommunicatus electus. Ipse verò contrà proprium iuramētum regnum sibi vsurpare præsumpsit, cum super illo iuramēto sedē Apost. primò consulere debuisset, nec prodest ad suam excusationem, si dicat, quòd iuramētum illud fuisset illicitum: quia nihilominus sed. Apost. priùs super eo requirere debuit, antequam contra ipsum propria temeritate veniret. & hoc probat exemplo Gabaonitarum, qui cum a filiis Israēl per fraudē surripuerunt iuramētum, ipsi tñ filij Israēl cognita fraude contra illud venire noluerunt, nisi prius consulerent Dñm. Vtrum dictū iuramētum sit licitum aut illicitum: & vtrum seruandum sit, aut non seruādum, nullus sanæ mētis ignorat ad iudicium Papæ pertinere. Prætereà si Philippus Imperium obtineret, potestas Principum deperiret in electione, & Imperium obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur: si enī Philippus succederet Hērico fratri suo, sicut Hēricus successit Friderico patri suo, videretur Imperium non per electionem, sed potius per successionem procedere, & in præiudicium Principum redundaret, si non nisi de domo Philippi ducis Sueuiæ duceretur aliquis assumēdus. Vltimò manet Papa istum ducē, vt omnino à Philippo recedat, non obstante iuramēto, si quod ei fecit rōne regni. quia eo reprobato huiusmodi iuramentum obseruari non debet. Not. quod hic multa notabilia eliciuntur: primum est, quòd ius eligēdi Regē in Imperatorē promouēdum de iure communi pertinet ad Principes. Itē ad eum pertinet examinatio ad quē pertinet confirmatio. Itē ad officium illius, qui confirmat electū, etiam si nihil ei obiiciatur, pertinet inquirere, an sit idoneus. Itē quandoque reprobatur electio potiùs propter personam electi indignam, quàm propter eligentes. Itē in electionibus plus nocet contēptus vnius, quàm si multi pręsentes contradicant. Itē iudex potest alteri parti fauere. Item publicè excommunicatus repellitur ab electione. Itē periurium manifestum repellit aliquem à dignitate. Item persecutores Ecclesiarum ab Ecclesiastico honore debēt repelli, vt puniātur. in quo peccauerunt. Item cum dubitatur, an iuramentum sit licitum vel illicitum, recurrendum est ad sed. Apostolicam. Item in honoribus non debet semper successio attendi. Item in finē not. quod sublato principali accessorium non tenet.

† *Vide* l. properandum. §. sin autē. C. de iud. & *ibi Petr.* & *Cy.* in l. continentium. *per Bar.* C. quomodò. & quando iud.

a ¶ *Cognitoris.*] In reprobādo Philippū, & approbando Ottonē:

b ¶ *Messem.*] 6. q. 3. c. 2. & j. de parochi. nullus. Ber.

c ¶ *Absente altera.*] Quod non debuit fieri. j. *de testib. in nomine Domini.* & 3. q. 9. *quasi per totum.*

d ¶ *Caroli*] Cui etiam ius patriciatus siue dignitas collata est. 63. *dist. Hadrianus.*

¶ *Glo. seq. ponit historiam.*

e ¶ *Transtulit.*] Legitur in Chronicis, quòd cùm Ecclesia Romana opprimeretur ab Astulpho rege Lombardorum petiit auxilium à Constantino & à Leone filio eius imperatoribus Constantinopolitanis & cùm nollēt patrocinari Ecclesiæ Romanæ,

Imperium quādo fuerit translatum.

Stephanus Papa secūdus natione Romanus trāstulit imperiū ad Carolum magnum, qui filius Pipini, quem Zacharias prædecessor eius substituerat Ludouico Regi Francorum, quem deposuerat, de quo legitur 15.q.6.alius. Et translatio illa facta est anno Domini septingentesimo septuagesimosexto, qui Carolus coronatus est à Leone Papa iij. elapsis post hoc 15.annis.

¶ *Gloss. seq. recitetur per obiectionem.*

Imperium ad quos translatū. c ¶ *In Germanos.*] Sic ergo regnum mundi translatum est ad Theutonicos nam ipsi habent regnum Romanæ Ecclesiæ de consecrat. di.1. in die. Et sic patet, quòd imperium non est apud Græcos, licet largo nomine appelletur imperator. j. de maio. & obe. solitæ. sicut & rex Schacorum dicitur rex, quoniam extra Ecclesiam non est imperium 24 q. 1.c schismat.§.sed nec illud est autem imperator ille super omnes reges.7.q.1.in apibus & omnes nationes sen. sub eo.11 q.1.§.sed si quis, in ver. volumus.[a] Ipse enim est princeps mundi & dominus. ff.ad leg. Rho. de iac. deprecatio. & etiam Iudæi sub eo sunt. C.de Iudæ.l.Iudæi. & omnes prouinciæ. 63. distin. Hadrianus. & omnia sunt in potestate imperatoris.8.d.quo iure. & 23 q.8. conuenior. C.de quadrien præscrip. bene à Zenone.

a Adde op. gl. ibi tex. in l. qui lemanda ff. ad legem Rhod. de iac.

b ¶ *Examinatio.*]77.d. qui est.

¶ *Gloss. seq. recitetur per obiectionem.*

c ¶ *Sacrilegum.*] Not. quòd sacrilegium impedit promouendum. nam & familia sacrilegi repellitur à sacramentis Ecclesiæ 17. q.4. miror. & ab aliis legitimis actibus.3 q.4.nulli.

ADDITIO. Et sacrilegium inter magna crimina connumeratur.16. q.3.quod autem.

d ¶ *Eligentium.*] Quia de meritis siue studiis eligentium non cognouit, sed de qualitate electorum pronunciauit.

† In codice Barbatiæ ita: Ac consuetudine antiqua obtinent, &c.

e ¶ *Quamuis.*] Id est, quia vel propriè tenetur. & quod dicit s.Non tam propter studia eligentium, &c. id est, non propter studium eligentium, sed propter merita electorum, personam ducis denunciauit indignam, & personam regis idoneam. sic s. de postu.c.1.versic.fin. vnde bene sequitur, quamuis plures, &c. & sic non gessit cognitoris personam: quia retulit se tantùm ad merita electorum, non ad studia eligentium, quamuis potuerunt se referre: vt j. sequitur, vel possunt verba teneri propriè: & *quamuis*, ponitur pro *quia*, vt prædixi. sed superior litera, scilicet, cum neutrius electio, &c. videtur contraria.

f ¶ *Contradictio.*] j. eod. bonæ.

¶ *Glo. seq. obiicit & soluit.*

g ¶ *Fauere.*] Si fauet, ergo non debet esse iudex. 11.q.3.quatuor. & c.iniq. Sed dic quòd in dubio potest fauere, cui vult. ff. de leg. 2.si quis seruum.§.si inter duos. ff.de bo.auct.ind.poss. in venditione. §.vlt. ff. ad Syl. si quis in graui.§ si cum omnes. Vel potest cogere partes ad concordiam. Instit. de satis.tu. sin autem. & j. de offic. deleg.c.suspicionis.§.ab ipso. & s. eo.cùm inter R. tunc demum debet fauere, cùm merita electorum & eligentium paria sunt. arg. j.de iure patron.quoniam in quibusdam. & 61.dist. si fortè. vel cùm potestas eligendi deuoluta est ad ipsum. s. eod. bonæ. circa fin.

in Germanos[a]. Sed & Principes recognoscere debent, & vtique recognoscunt, sicut iidem in nostra recognoscere præsentia, quòd ius & auctoritas examinandi personam electam in Regem, & promouendam ad Imperium ad nos spectat, qui cum inungimus, consecramus, & coronamus. Est enim regulariter & generaliter obseruatum, vt ad eum examinatio[b] personæ pertineat, ad quem impositio manus spectat. Nunquid enim si Principes non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum[c] quemcunque, vel excommunicatum, in Regem tyrannum, vel fatuum, hæreticum eligerent, aut paganum, nos inungere, consecrare, ac coronare hominem huiusmodi deberemus? absit omnino. ¶ Obiectioni ergo Principum respondentes asserimus, quòd legatus noster approbando Regem, & reprobando Ducem, nec electoris gessit personam, vtpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit, nec cognitoris; cùm neutrius electionem quoad factum eligentium[d] confirmandam duxerit, aut etiam infirmandam. Exercuit autem denunciatoris officium: quia personam Ducis eiusdem indignam, & personam Regis denunciauit idoneam quoad imperium obtinendum: non tam propter studia eligentium, quàm propter merita electorum: quamuis[e] plures ex illis, qui eligendi Regem in Imperatorem promouendum de iure ac† de consuetudine obtinent potestatem, consensisse perhibeantur in ipsum Regem: & ex eo quòd fautores Ducis absentibus aliis & contemptis, ipsum eligere præsumpserunt; pateat eos perperam processisse: cùm electioni plus contemptus vnius, quàm contradictio[f] multorum obsistat: & infrà.

¶ Nos vtique non ducem †, sed reliquum reputamus & nominamus Regem iustitia exigente: & infrà.

¶ Quòd autem cum in electione vota Principum diuiduntur, post admonitionem & expectationem alteri partium fauere[g] possimus, maximè postquàm à nobis vnctio, consecratio, & coronatio postulantur: iure patet, pariter & exemplo. Nunquid enim si Principes admoniti & expectati, vel non potuerunt vel noluerunt in vnum propositum† conuenire, sedes Apostolica aduocato & defensore carebit[h], eorúmque culpa ipsi redundabit in pœnam? Sciunt autem Principes, quòd cùm Latharius[i] & Corradus in discordia fuissent electi: Romanus Pontifex Latharium coronauit, & Imperium obtinuit coronatus, eodem Corrado tunc demùm ad eius gratiam redeunte. ¶ Eos igitur duximus commonendos[k], vt à præfato Duce, iusto quidem à nobis iudicio reprobato, recedant: & præfato Regi non abnuant adhærere: nisi † tunc demùm contra personam vel factum, legitimum quid ab eis obiectum fuerit & ostensum: & infrà. ¶ Sunt enim notoria impedimenta Ducis, scilicet excommunicatio publica[l], periurium[m] manifestum, & persecutio diuulgata, quam progenitores[n] eius & ipse præsumpserunt in Apostolicam sedem † & alias Ecclesias exercere: fuit quoque à præd. nostro excommunicationis vinculo innodatus[o], quod postmodum recognouit, dum per nuncium suum absolutionis beneficium postulauit[p]. vnde patet: quòd fuit excommunicatus electus[q]: & infrà. ¶ Idem etiam contra proprium iuramentum[r], super quo nec consilium à sede Apostolica requisiuit, ambitiotur, 6.q.1.c.quæro.§.verùm. & in l.illa. si quis cum militibus. Vnde illud: *Sæpe solet similis filius esse patri.*

h ¶ *Carebit.*] Aduocatus Ecclesiæ non potest esse patronus Ecclesiæ, sed comparatur tutori, qui datur pupillo, vt eum defendat à vexationibus aliorum, & appellatur honorarius, vel notitiæ gratia datus, vt alios contutores instruat. ff. de sol. quod si fortè §. sunt quidam. nec computatur talis tutela in numero trium tutelarum, sed ex causa honoris tantùm. ff. de rinnup. si quis tutor. §. quid ergo.

† In codice Barbatiæ ita. Nos itaque non Philippum ducem, sed ipsum O. reputamus, &c.

¶ *Glo. seq. arguit, alleg. l. & duo iura in contrarium.*

i ¶ *Latharius.*] Hoc est exemplum, de quo præmisit, scilicet iure patet pariter & exemplo, & ita ab exemplo Principum est argumentandum. Instit. de iure natu. §. sed & quod principi. argum contra. C. de senten. & interlo. omn. iud. nemo. & s. eod. cum in cunctis.

† In aliquot Vetustis legitur: propositum.

Alias, ita: Vel non potuerunt, vel noluerunt conuenire: sed qualitercunque legas, idem manet sensus.

k ¶ *Commonendos.*] scil. per nuncios suos.

l ¶ *Publica.*] Not. quòd excommunicatio debet esse publica, ad hoc vt aliquis repellatur à persecutione iuris sui.[b] j. de except. exceptionem. & c. pia. [lib.6.] cum suis concordant. vnde quicquid interim facit, quousque ad ipsum perueniat excommunicatio, tenet & valet j. de cleri. excomm. mini. Apostolicæ. & s. de re iudic. ad probandum.

b Facit tex. cum not. in l. placet. C. de sacrosan. Eccle. & in l. exceptiones. 1. cum gl. fin. ff. de excep.

m ¶ *Periurium.*] Quandoque periurium non repellit. j. de iureiu. sicut nostris. Sed intellige ibi periurium, id est, temerarium iuramentum. Periurium enim non solùm non debent promoueri ad honores, imò si promoti sint, debent repelli. j. de iureiu. querelam.[c] Infames enim sunt: vt ibi not. j. de fideius. peruenit. in fine.

† In quibusdam Vetustis ita: nisi tunc demum, cùm contra personam, &c.

† Aliàs deest Vox, sedem.

c Concord. text. in l. quotiens, in Versi. primates. Cod. de dig. li.12. & l. sectimum. §. lege Iulia. in gloss. impuberes. ff. de testibus.

n ¶ *Progenitores.*] In filiis enim paterni criminis exempla metuuntur, 6.q.1.c.quæro.§.verùm. & in l.illa. si quis cum militibus. Vnde illud: *Sæpe solet similis filius esse patri.*

o ¶ *Innodatus.*] Propter inuasionem & deuastationem patrimonij B.Petri, dum in Tuscia moraretur.

p ¶ *Postulauit.*] Not. hic eo ipso, quòd quis petit absolui, per consequens se confitetur excommunicatum.

ADDITIO. Nisi ad cautelam fiat: quia bonarum mentium, &c. 4.d. ad eius verò concubitum.

q ¶ *Electus.*] Vnde ipso iure nulla fuit electio. j. de app. constitutis. & s. eod. cum inter R. & s. de consue. cum dilectus.

r ¶ *Iuramentum.*] Quod fecerat Friderico[d] regi Siciliæ nepoti suo, tanquam imperatori futuro: dum adhuc Henricus imperator frater eius dicti pueri pater viueret.

d Iste fuit Ille, qui postea depositus fuit per Inno. j. de re iud. ad Apostolicæ. li. 6. Io. Andr.

¶ *Gl. seq. obiicit, & soluit.*

a ¶ *Illicitum.*]Quoniam fuit de successione viuentis. C. de pact. l. pactum. tamen hic voluntas aëc illit viuentis. vnde videtur tenere C. eod. l. vlt sed illa loquitur in hæreditaria successione, quæ in Imperio locum habere non potest, nec etiam in beneficiis Ecclesiasticis locum habet. j. de concel. præben. nullis. j. de deci. ad hoc. & j. de iure patr. consuluit. Bern.

¶ *Glo seq. recitetur per obiectio §. vlt. &c.*

Illicitũ infringi potest sine superiorũ auctoritate.

b ¶ *Venire.*]Tali modo sicut fieret, scilicet vsurpando regnum. nam alias cum fuerit illicitum, propria auctoritate potuit venire contra non obediendo illi tanquam regi aut imperatori. 22. q. 4. c. si quis præuentus. §. ecce. Ber.[a] Nec expectari debuit superioris auctoritas. ff. de condi. instit. quæ sub conditione §. vlt. quia quòd necessariò destruendum est, non est necessaria superioris auctoritas in destructione illius. ff. de legat. 3. fideicommissa. §. si quis illicitè.[b] Sed si esset dubium, an valeret, tunc adiri deoet superior: alias autem semper seruandum est iuramentum, dummodo sine interitu salutis æternæ seruari possit. j. de iureiur. si verò. si sponte sit præstitum, & sine dolo j. de iureiuran. cùm contingit. Ber.

a Concord. text. in l. illicitas. §. 1. ff. de offic. præsi. Iosue 9.

b Valet legatum columna ex ædificio, ex quo illud dirui necesse est. Ioan. And.

c ¶ *Gabaonitæ.*] Hanc historiam habes 22 q. 4. c. inter cætera. §. sed cùm his. & c. innocens.

d ¶ *Ex successione.*]Très successi nes continuæ videntur ius successionis inducere, immò duæ: quia binus actus inducit consuetudinem arg. 25. q. 2. ita nos. & C. de Episcopali audien. nemo.

e ¶ *De domo.*] Immò de alia tribu eligi debet. 8. q. 1. Moyses.

¶ *Glo. seq. tex. fortificat. secundo argum. alleg. 4. iura.*

f ¶ *Obseruari.*] Etiam si etiam coronato iurasset post reprobationem legitimam ei non teneretur in aliquo ratione iuramenti. 15. q 6 alius & j de transla. quantò circa fi. Item arg quòd d. iur. cto principali & accessorium. j. eod. qualiter. C. de vsu. l. eos. & C. depo. si depotita pecunia. & ff. de rei vend. l. & ex diuerso. & de no. ope. nun. l. 2.

nis vitio regnum sibi vsurpare præsumpsit: cùm super illo iuramento prius Romana Ecclesia consuli debuisset. Nec valet ad plenam excusationem ipsius, si iuramentum illud dicatur illicitum [a], cùm nihilominus super eo nos prius consulere debuisset, quàm contra ipsum propria temeritate venire [b]: illo præsertim exemplo, quòd cùm Gabaonitæ [c] à filiis Israel per fraudem surripuerint iuramentum, ipsi tamen cognita fraude contra illud venire temere noluerunt. Vtrum verò dictum iuramentũ sit licitum vel illicitum, & ideo seruandum, aut non seruandum extiterit, nemo sanè mẽtis ignorat ad nostrũ iudicium pertinere: & infrà. ¶ Insuper si prædictus Dux Imperium obtineret, libertas Principum in electione periret, & Imperium obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur: nam si prout olim frater dicti Ducis patri eorum, sic Dux ipse fratri suo succederet, videretur imperium non ex electione, sed ex successione [d] deberi: & præiudicium Principum redundaret, si non nisi de domo [e] Ducis prædicti videretur aliquis ad imperium assumẽ sum: & infrà. ¶ Nobilitatem ergo tuam monentes, per Apostolica scripta mandamus, quatenus à præfato Duce recedas omnino, non obstante iuramento, si quod ei ratione Regni fecisti, cũ (eo quantùm ad obtinendum Imperium reprobato) iuramentum huiusmodi non debeat obseruari [f].

C*Oram.*] In prima ponitur decisa narratio. In secunda prouisionibus, *Si verò* Et pone casum, quod celebratis duabus electionibus in discordia, Papa committit illas decidendas, prout de iure fuerit. & si contingeret vtranque cassari, Papa mandauit electionem celebrari de nouo prout habetur in l. nera. Abb. Sic.

Casvs. In quadam Ecclesia duæ electiones fuerunt celebratæ, causa super his electionibus fuit delata ad sedem Apost. sed quia non potuit constare D. Papæ de meritis illarum electionum, mandat quibusdam, vt si electio vtriusque partis cassata fuerit, vocatis fratribus, qui sunt in prouincia, quod maiori & saniori parti ipsorum placuerit, faciant per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Nota, quòd vbi electio debet celebrari, ibi omnes Canonici de Ecclesia, qui sunt in prouincia, sunt vocandi. Item qui sunt in prouincia dicuntur præsentes. Item inuiolabiliter obseruari debet, quod fit à maiori & saniori parte.

¶ *Gloss. seq. non alios & solos vocandos &c. remittit & determinat.*

Absentes à qui remoto loco sunt vocandi ad electionem.

g ¶ *In prouincia.*] Hic videtur expressum, quòd omnes illi & soli, qui sunt in prouincia, vocãdi sunt ad electionem. & per hoc videtur sic intelligendum. si sunt in prouincia j. eo. quia propter. De hac materia not. 7. q. 1. factus est. & quod dicit, *in prouincia*, sic est intelligendum, si sunt in prouincia ita propinqui, quòd commodè sint vocandi: quia si prouincia esset nimium lata & longa non debent vocari: quia periculum est in mora. j. eodem. cùm inter vniuersas. & eodem modo si esset extra prouinciã, & propinquus tunc vocandus esset. j. eod. cap. proximo. vbi fuit vocatus, qui extra prouinciam erat. Regnum enim & Cremona diuersarum sunt prouinciarum. Et ita nec dico vocandos omnes de prouincia, nisi qui commodè possunt vocari, nisi consuetudo sit, quòd omnes vocentur. j. eod. in Genesi. nec dico, quòd tantum de prouincia sunt vocandi per Capitulum sequens: In talibus enim vocationibus potiùs statur consuetudini, vt absentes vocentur iuxta consuetudinem vniuscuiusque Ecclesiæ: & hæc consuetudo erat quòd omnes de prouincia vocarentur: vt est j. eod. in Genesi. Bernar.

Additio. Et licet quidam (vt Pet. de Sam. qui hoc not. j. eod. Cumana & Ægi.) dixerint non valère consuetudinem, quòd absentes non vocentur, licèt valeat, de quàm remoto loco vocentur: tu dic contrà, vt dix. j. de præben. cum in ecclesiis lib. 6. in gl. pen. Ioan. And.

¶ Idem.

¶ *Absentes ad electionem de prouincia sunt vocandi: & confirmatur electio maioris & sanioris partis.*

CAP. XXXV.

COram † dilecto filio tituli sanctæ Pudentianæ † presbytero Cardinali: & infrà.

¶ Si verò vtriusque partis fuerit cassata electio, vos (fratribus omnibus qui fuerunt in prouincia [g] conuocatis) quod maiori & saniori parti eorum super prædictis videretis complacere, per censuram Ecclesiasticam faciatis firmiter obseruari.

† Cap. 1. eo. titul. in 4. compilat.

† Hic per. p. ram in omnib. legitur: Prudẽtiana cum nullum vnquam fuerit talis titulus, & vide not. in huius loci.

¶ Idem Parmẽ. Episcopo, & eius coniudicibus.

¶ *Cassatur electio partis maioris facta contempta minori parte, etiam si est vnus solus; non tamen ius eligendi deuoluitur ad minorem. h. d. secundùm intellectum communem.*

CAP. XXXVI.

ij BOnæ † memoriæ S. Cremoñ. Epũs in extremis agente, cũ de conualescentia ipsius desperaretur, Cremoñ. Capitulũ H. Canonicũ suum Regiis disciplinis scholasticis insistentẽ, ad certum terminũ in vigilia Pentecostes, pro futuri electione Põtificis citari fecerũt: & infrà. ¶ Constituto autẽ † dicto H. pro sua electione, & dilecto filio nostro I. pro electione Archipresbyteri corã nobis: electionem ab ipso H. post electionem Archipresbyteri non cassatam, licèt de viro multæ litteraturæ, honestæ vitæ, & claræ famæ, nõ

† Cap. 2. eo. titul. in 4. compilat.

† In manuscriptis, itas constituto autem dilecto filio H. præsina, & dilecto filio N. pro electione &c.

ij BOna memoria.]In prima ponitur decisa facti narratio. In secunda diffinitio. ibi, *Constituto.* In qua duo facit, primò cassat electionem secundam, exprimens quare. Secundò ibi, *Electionem.* cassat etiam primam: exprimens quare, & ponens anthypophoram. Abb. Sicul.

Casvs. Episcopo Cremoñ. in extremis agente, cùm desperaretur de vita ipsius, Capitulum ipsius Ecclesiæ citauit quendam Canonicum suum in ciuitate Regio in studio commorantem, vt ad certum terminum veniret pro electione futuri pastoris facienda: dicto Canonico non veniente ad terminum sibi præfixum, elapso termino, & Episcopo viam vniuersæ carnis ingresso, antequam corpus sepulturæ traderetur, absente prædicto Canonico Capitulum contulit potestatem eligendi quibusdam Canonicis Ecclesiæ suæ, & ipsi Canonici post mortem Episcopi, & ante sepulturam cœperunt tractare de electione pastoris, & quidem ex illis maior pars conuenerunt in Archipresbyterum ipsius Ecclesiæ, & alij in Archidiac. suum. eo verò sepulto minor pars consensit maiori, & sic dictus Archipresbyter post sepulturam ab omnibus est electus, cui electioni dictus Archi. & Capitulum consenserunt. postmodum verò superuenit dictus Canonicus, asserens se fuisse contemptum, propter quod (vt dicebat) electio non valebat. Vnde credens potestatem eligendi ad se esse deuolutam, prædictum Archid. elegit. Vnde propter electiones istas dictus Canonicus pro se, & quidam alius H nomine pro Archid. ad sedem Apost. accesserunt. Papa verò de meritis istarum electionum cognito, electionem Archid. celebratam post electionem Archipresbyteri non cassatam cassauit: quia non debuit H. Canonicus procedere ad electionem secundam ante cassationem prioris, in pœna interdicens dicto H Canonico vocem contradictionis, in primo consensu Capitulo perdurante. & similiter electionem Archipresbyteri instãtia exigente cassauit, tum quia corpore dicti Episcopi nondum tradito sepulturæ habuerunt de ista electione tractatum contra canonicas sanctiones: tum quia dictus H. Canonicus contemptus fuit, li-

cèt vnus solus fuerit: quia in talibus plùs nocet contemptus vnius, quàm multorum contradictio in præsenti; nec valuit prædicta citatio: quia cum mortem Episcopi præuenit, non potuit arcere citatum. No. quòd secunda electio non est facienda, prima non cassata. Item vnius solius cotemptus potest cassare electionem.

tamen sine multa temeritate præsumptam, cùm † de priori nostrum deberet expectare[a] iudicium, antequam procederet ad secundam, duximus irritandam: in pœnam interdicentes eidem cõtradictionis vocem, in primo consensu Capitulo permanente. ¶ Electionem autem Archipresbyteri (quamuis laudabile testimonium perhibeatur de ipso) iustitia eligente cassauimus: tum quia corpore dicti Episcopi nondum tradito sepulturæ, habuerunt de ipsa electione tractatum[b] contra canonicas sanctiones: tum quia inuentus est H. fuisse contemptus, licèt vnus solus extiterit: cùm plùs in talibus consueuerit contemptus vnius obesse, quàm multorum[c] contradictio in præsenti. Nec prædicta[d] debet dici citatio valuisse, quia cùm Episcopi mortem præuenerint, temeraria nimis extitit: & ideò non potuit arcere † citatum.

¶ Idem.

¶ Non monachus in Prælatum regularem eligi non potest.

CAP. XXXVII.

CVm † ad nostram notitiam peruenisset, quoad H. qui se pro Abbate Lexouien. † gerebat, non fuit ante monachus[e]

Item Episcopo defuncto nondum sepulto non debet fieri electio. Item citatio non legitimè facta non tenet.

† Aliàs ita: cũ de priori electione.

¶ *Glo. seq. obiicit, & sol. & in additione partim solutionem corrigit.*

a ¶ *Expectare.* Sed nonne electio, quæ fit contemptis illis, qui debent interesse, ipso iure est irrita, vt s. eod. ꝙ sicut. & e. c. venerabilem. & j. de arbi. cum olim. & 63. d. obeuntibus: ergo ea non obstante potest attentari secunda electio. j. de appel. constitutis. cùm enim à iure sit reprobata talis electio, non est necesse iudicem adire pro ea cassanda. ff. de condit. inst. l. quæ sub conditione. §. vlt. Præterea cum vniuersitas deliquit in eligendo, electio debet deuolui ad eum, qui non deliquit. s. e. c. bonæ. & s. de postula. bonæ. Dico, quòd electio Archipresbyteri non fuit nulla ipso iure, sed potiùs annullanda, & ideò debuit expectari cassatio superioris, ante quam procederet ad secundam. vnde etsi vnus habuisset ius eligendi, deliquit in hoc, quòd voluit simul esse actor & iudex[a] præmissæ electionis. j. de concess. præben. post electionem. in parte decisa, & licèt illi deliquerunt in eligendo, non tamen illud ius deuoluitur ad vnum. & hoc secundum Io. qui dicit, quòd vnus non constituit vniuersitatem, & inducit in 1 g. hoc c. & 65. d. si fortè & ff. de leg. 1. si grege. licèt ius vniuersitatis dicatur stare in vno. ff. quod cuiusque vniuer. sicut. in fi. per ꝙ l. nos d. cum ut contra: & si iste nõ elegisset, poterat post cassatione eligere, si hoc postulasset: & hoc innuit litera ista, cum dicit ibi: Nostrum debuit expectare iudicium, antequam procederet ad secundam. Et si electio prima nulla fuisset ipso iure quia electus esset indignus: tunc ipse solus potuisset s. eo. bonæ. & s. de postu. gratum. & j. eo. scriptum est. sed hæc non fuit nulla, immò ipse poterat eam confirmare, si cõsensisset. c. s. eo. ꝙ sicut Io. dixit. ꝙ non deuoluitur ius eligendi ad alios: nisi quando eligitur persona ineligibilis j. eod. ter primum in fi. & s. de postu. gratum & s. eo. bonæ memoriæ. Sed dic, quãdo electio non est nulla ipso iure, videlicet vbi aliquis est contemptus: tunc non ipso iure, sed per sententiam ius eligendi debet deuolui ad alios, vel si non seruatur forma ... s. eo. quia propter. tunc similiter sunt priuandi per sententiam: vt j. eo. quia propter. & c. Cum vna. ... ius vniuersitatis remaneat in vno. ... s. de post. gratum. & ibi ... est Q ... electio est irrita ipso iure, & tñ impedit secundam s. e. auditis. nec tũc eligendi ius deuoluitur ad alios. Vnde secunda electio ibi nõ tenuit, vt ibi notatur in fin. vltimæ notulæ quia eligentes non sunt ipso iure priuati. Et quòd dixi[b] ꝙ vbi aliquis est contemptus non ipso iure, sed per sententiam ius eligendi debet ad contemptum ... sententiam Papæ tantum. arg. ... literæ, cum dicit: Nostrum deberet expectare iudicium, antequam procederet ad secundam. Vbi enim certa pœna statuta est, alia non est imponenda, ... eum, qui habet potestatis plenitudinem ... huius ... hæc litera. ... electus ... contemptum ...

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem, & solutionem.*

b ¶ *Tractatum.* Nota, quòd cassatur electio, de qua est habitus tractatus ante sepulturam mortui. 79. d. nullus. Sed propter hoc solummodo non fuisset cassata. sed assumit hic Papa ... vt causam, sed contemptus fuit causa cassationis. nam mortuo viro soluta est vxor à lege matrimonij: vt j. de secun. nup. c. vlt. & pen. & 7. q. 1. sicut alterius vxor. Bernardus.

c ¶ *Multorum.* s. eo. d. quod sicut. & c. venerabilem.

¶ *Glo. seq. arguit & remittit.*

d ¶ *Nec prædicta.* Rñsio tacitæ quæstionis. Diceret aliquis D. Papæ, ille H. fuit citatus: & ille rñdit: citatio non fuit legitima. Et sic est ar. quod si aliquis citetur non legitimè, si aliquid fiat cõtra absentem non valet.[d] Generale enim est, ꝙ ad citationem, quæ reprobatur à iure, non tenetur venire citatus, etiam vt alleget priuilegium. de hoc no. per Ioan. 3. q. 2. Episcopus. & j. de do. & contu. dilectus. vbi de hoc.

† Cap. 3. eo. titul. in 4. compilat.

a Cũ tamen nemo sibi ius dicere debeat C. ne quis in sua causa, l. 1. Vnde Vl. si quis in tantam. ff. quod metus caus. extat edictum. & de Vl. primo. l. creditores. j. de concessione præb. post electionē. ad fin. ff. quod met. caus. c. Vl. 2. q. 1. in primis. 16. q. 6. placuit.

† arctare.

† Lexouiē.

† Lecouien.

b Hoc, quod sequitur, fuit additio, in qua glossator cautè correxit, quod dixerat. Ioan. And.

c Tex. est in l. ... ff. de Car. e. d. ... mariti ... leri.

† Tex. est in l. Vir bonus. ff. de iud. sol. & in l. si pater. C. de stat. defunctorum.

quàm electus: nos attendentes quòd contra regulares traditiones illud † fuerat attentatum, cũ nullam spem[f] vel promissionem habens, vt Abbas fiat, debeat monachari: electionem de ipso factam curauimus irritare[g].

¶ Idem magistro C. presbytero Cardinali sedis Apostolicæ legato.

¶ In Abbatem eligi non potest nisi instructus in regula monachali.

CAP. XXXVIII.

OFficij † tui: & infrà. Sanè nobis tuis literis intimasti, quòd cum monasterium quoddam positum in medio nationis peruersæ, pastore careret, monachi de electione Abbatis tractantes, cùm non possent sui ordinis idoneam inuenire personam, in quendam virũ nobilem oculos erexerũt, per quem poterant meliùs defensari: & patrem adierunt ipsius humiliter postulantes, quòd filium suum induceret, vt habitum susciperet monachalem, nullam patri de ipsius promotione fiduciam tribuentes: & pater ad hoc induxit filium prouidum & discretum: qui effectus monachus, fuit † in Abbatem electus: cuius electio extitit per rectorẽ Messan. Apostolicæ sedis legatum, qui omnibus prædictis

† In codice Barbatiæ ita: istud fuerit attentatum.

† Cap. 4. eo. titul. in 4. compilat.

CVm ad nostrum. Primò ponit factũ. Secundò illud cassat: ibi, *Nos. Abb.*

Casus. Quidam simul factus fuit monachus & Abbas, cùm prius debuerit esse monachus, quàm Abbas. peruenit hoc ad notitiam D. Papæ. Papa videns, quòd contra regulares traditiones fuerit attentatum, electionem de facto factã cassauit: quia nullus debet monachari spem habẽs vel promissionem, quòd fiat Abbas. Not. ꝙ sola spes vel promissio simoniam inducit: & ideò ille, qui sic monachatur vel eligitur, de iure est repellendus. Item nota, quòd quis priùs debet monachari, quam in Abbatem assumi.

¶ *Glo. seq. allegat duas concor. signat vnum contrarium, & sol. ponit dictum, cui signat contrarium.*

† Hic in quibusdã vulgatis habetur dictio, statim, quæ deest cũ in manuscriptis, tum in aliis emendatioribus.

e ¶ *Monachus.* Hic habes expressè, quòd clericus secularis non potest eligi in Abbatẽ. ad idem facit s. eo. cùm causam. & j. eo. cùm in magistrum. argu. contra. 16. q. 1. presbyteros. Sed non est contra: quia illi presbyteri erant monachi, & ita poterant eligi in Abbates, & ibi soluitur contrarium. Et sunt monachi melioris conditionis, quàm clerici: quia clerici eos eligunt ad sua officia. 58. d. c. 1. & 2. & 18. q. 2. c. 1. vbi est hoc expressum. sed ipsi non eligunt clericos ad suas dignitates. ar. contra. 18 q. 1. omnes. & 2. q. 7 sicut sacerdotes.

Additio. Et hoc ideo: quia quilibet monachus clericus est, sed non conuertitur: propterea quilibet monachus in clericali officio videtur instructus: sed clericus secularis non in monachali.

f ¶ *Nullam spem.* Principalem. 8. q. 1. sunt in Ecclesia. sed secundariò licitum est alicui sperare honores Ecclesiasticos. 61. d. quid proderit. & 50. d. si officia. 74. dist. c. nimium. & verba ista habes 6. q. 7. per laicos.

g ¶ *Irritare.* id est irritam nunciare. j. eo. c. prox.

OFficij tui. Cõmunis diuisio. Secundã: ibi, *Nos autẽ.* Abb. Sic.

Casus. Vacãte quondam monasterio posito in medio nationis peruersæ, monachi cum non possent sui ordinis personam idoneam inuenire, per quam monasterium posset gubernari, in quendam nobilẽ & discretũ oculos extenderũt, per quem poterant melius defensari. Vnde accesserũt ad patrem ipsius humiliter postulantes ab ipso, vt filium suum induceret, quatenus habitum susciperet monachalem, nullam spẽ patri dãtes de ipsius promotione & pater ad hoc filium suum induxit, qui monachus factus statim in Abbatem est electus: cuius electio cõfirmata fuit per rectorem Messan. legatum Apostolicæ sedis. mortuo illo rectore, qui confirmauit istam electionem, successit ibi quidam alius legatus A. sedis, qui dubitauit, an talis electio valuerit, cùm dictus paratus sit se purgare, quòd ad hoc fuit nulla ambitione inductus. petens à Papa, vtrum dictus electionem potuerit cõfirmare, vel dispensare cum ipso, & si electio illa sit cassanda, an iterũ possit eligi in Abbatem? Respondet Papa, quòd ex his, quæ incontinenti sunt acta, ostenditur, quòd talis taliter eligi non potuit in Abbatem, & ideò electionem illam decreuit irritam & inanem, quia prius voluit esse magister, quàm discipulus: sed postquam fuerit in regula competenter instructus, si necessitas & vtilitas

mona-

monasterij postulauerit, poterit in Abbatem assumi, ne monasterium opprimatur incursibus malignorum: prius tamē ab ipso purgatione recepta. Nota quòd ex his, quæ incontinenti fiunt, præsumitur contra aliquem. Item priùs debet esse quis discipulus, quàm magister: vt in præcedenti capitulo dicebatur.

interfuit, confirmata. Cùm autem idem sit paratus purgare se, quòd nulla fuit ad hoc ambitione inductus: postulas edoceri, vtrùm dictus legatus electionem confirmare, vel dispensare† potuit, vel quod factum est stare possit: & vtrùm electione cassata, iterum valeat eligi in Abbatem? ¶ Nos autem consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm ex his, quæ incontinenti[a] subsecuta sunt, ostendatur, quòd talis taliter non possit eligi in Abbatem, maximè pro eo quòd antequam esset discipulus, voluit esse magister, electionem illam irritam esse decreuimus † & inanem. Verum postquam fuerit in regula competenter[b] instructus (si vrgens necessitas, & euidens vtilitas ipsius monasterij postulauerit) purgatione recepta, poterit in Abbatem assumi: ne monasterium opprimatur incursibus malignorum.

¶ Idem.

¶ Electio aliàs canonica confirmatur, licèt quidam eligentium essent minori excommunicatione ligati.

CAP. XXXIX.

ILla † quotidiana instantia: & infrà. ¶ Quia pro certo didicimus electionem canonicam[c] extitisse, ipsam auctoritate A-

¶ Gl. seq. coadunat textum. all. 4. inca. secundo obiicit & soluit. tertio quærit, arguit pro, & soluit contra. quartò quærit obiiciendo, & soluit.

a ¶ *Incontinenti.*] Præsumitur aliquid ex eo, quod incontinenti est subsecutum. 31. quæst. 1. si quis. & 50. distin. si qua fœmina. quæ enim incontinenti fiunt, inesse videntur. ff. si cer. pet. l. lecta est.[a] quia ex hoc præsumitur, quòd turpiter & ex conuentione sit electus, quod esse non debet. 1. q. 2. quam pio. Sed si hæc ratio est, quare clericus non possit eligi in Abbatem, quia non est instructus in regula monachali: sic eadem ratione monachus non debet eligi in Episcopum vel prælatum alicuius ecclesiæ secularis, cùm ipse non nouerit regulas clericorum, vt possit præfici Ecclesiis. 16. c. sic viue. & c. si clericatus. quod esset verum si omnino ignorarent. Sed bene eliguntur monachi & regulares ad seculares prælationes, propter officium prædicandi, quod priuilegiatum est. j. de sta. regu. quòd Dei timorem. & j. de vo. & vo. redem. per tuas. & 18. q. 1. statutum. & 58. di. c. 1. & 2. Sed quid si peritus esset secularis & clericus in regula monachorum, possétne tunc eligi in Abbatem? Videtur quòd sic: quia ratio constitutionis in eo cessat. 61. d. c. statuimus. §. his omnibus. sicut monachus peritus in regula clericali potest eligi in Episcopum per prædicta capitula. Sed non est ita: quia & si sciat regulam, non tamen est expertus in ea. Nam graue est inexpertos diuinis obsequiis applicare. 19. q. 3. monasteriis.[b] Sed quare non potuit iste postulari in Abbatem, cùm laicus nesciens regulas clericales possit etiam in Episcopum postulari? 61. d. Oiis. postea per tres menses discere potest regulas clericales, in Aut. de san. epi. § damus. col. 9. Item eremita postulatur in Abbatem. s. e. d. cum monasterium? Dic, quòd non fuit eremita, sed de monasterio, quod erat in eremo. Et eadem est ratio. quia si laicus est peritus, non est necessaria in eo probatio habitus clericalis. Sed omnia ista non probant: quia quantumcumque sit laicus peritus in regula monachali, & expertus, & probatus in ea, nunquam potest eligi vel postulari in Abbatem, propter rationem, quæ hîc redditur: & quia eiusdem professionis debent esse, qui eligunt, & qui eliguntur, ne quasi in boue & asino videretur arari: quia quasi simul & semel esset laicus & Abbas: & quia præsumptio ambitionis maxima est: quia aliàs non fieret fortitan monachus, & ambitio bene repellit quemlibet à dignitatibus. 8. q. 1. in scripturis[c] quia non ambitione sed labore ad augmentum honoris vnumquemque conuenit peruenire. C. de re milit. contra publicam vtilitatem. lib. 12. & ambitus notari solet. 61. dist. miramur. in fine.

b ¶ *Competenter.*] Per tres menses ar. j. de æta. & quali. præterea. & in Auth. de san. epis. § damus.

Additio. Vel aliàs competenter, i. per annum secundum quosdam, & inducunt pro se. 78. d. monachus nouitius.

Additio. Alia concor. Ioan. Tan. & Compost. Sed Host. dicit, quòd per annum. j. de reg. statuimus. potius crede esse hoc arbitrarium, secundum diuersas conditiones personarum. Ioannes Andreas.

ILla quotidiana.] In prima ponitur electionis decisa narratio. In secunda ipsius confirmatio: ibi, *Quia pro certo.* Abb. Sic.

† Aliàs: infirmare.

a Pacta incontinenti facta stipulationi inesse dicuntur. Io. And.

† Decreuimus.

† Cap. 5. eo. titul. in 4. compilat.

b Sicut Dominus voluit beatum Petrum in seipso experiri fragilitatem humanam, vt disceret aliis misereri 50. dist. considerandū. secundum B. Io. And.

c Concord. text. in l. fi. ff. ad le. Iul. de amb. nisi tamen in Papa. not. Ioā. And. in c. cum pridem. de pa. ctis.

Casus. Quidam electus fuit Epm, vel in alium prælatum. In hac electione quidam interfuerunt, qui per solam participationem inciderant in minorem excommunicationem. dubitatur, an propter hoc electio vitiaretur. Consultus Papa respondet, quòd pro certo inuenit electionem illam canonicam fuisse, & idéò eam confirmauit.

postolica duximus confirmandam: supplentes[d] de plenitudine potestatis, si quis † in ea ex eo fuisset defectus, quòd quidam interfuerunt electioni eiusdem, qui ex sola participatione, in simplicis[e] excommunicationis laqueum inciderunt.

¶ Idem magistro Maximo notario nostro.

¶ Si postulatio cum electione concurrit, & numerus postulantium est duplo maior, & postulatus est idoneus, postulatio admittitur, reiecta electione. Si verò indignus, & hoc maior pars postulantium ignorauerit, postulatio & electio reprobantur. Si verò sciebant, & electus idoneus, confirmatur electio: & idem si numerus postulantium non est duplo maior. h. d. intelligendo secundùm quod continet ius commune.

CAP. XL.

SCriptum † est in Apocalypsi ioannis, quod in medio & in circuitu sedis erant quatuor animalia: & infrà. ¶ Sane ad hanc Ecclesiam, scilicet Constantinopolitanam, duo animalia sunt vocata, vtinam plena oculis, & alas habentia senas, videlicet Eradien. Archiepiscopus, & Plebanus sancti Pauli de Venetiis, sicut per pro-

Verumtamen si quis defectus fuit in ea propter hoc, quòd illi excommunicati minori excommunicatione interfuerunt, Papa supplet hoc de plenitudine potestatis. Not. quòd excommunicatus minori excommunicatione potest eligere: quia non est separatus nisi à sacramentis.

¶ Glo. seq. distinguit electionem actiuam & passiuam, & reddit causam vtriusque. signat contrarium, & soluit.

c ¶ *Canonicam.*] Not. quòd licèt aliqui sunt excommunicati minori excōicatione, tamen eligere possunt, & talis electio dicitur canonica, vt hîc habes. sed talis scienter eligi non potest. pro eo, quòd eligitur ad ea, à quib. est ipse remotus. j. de except. à nobis. & hoc est hodie expressum. j. de cleri. excom. mi. si celebrat. nec incurrit irregularitatē, si celebrat, peccant tamen tales celebrando: vt ibi dicit. sed criminosi à prosecutione sui iuris non repellūtur, nisi sint excommunicati maiori excōmunicatione, & ita isti possunt vti iure suo in eligendo, & in aliis negotiis Ecclesiæ temporalib. & spiritualibus. Arg. cōtra. s. eo. cùm inter R. & s. de cons. eccl. cùm dilectus. vbi dicitur quòd suspensi nec eligere nec eligi possunt. Soluit. hic & in cap. si celebrat. intelligitur de suspensione canonis, contraria de suspensione iudicis, & mitius agitur cum lege, quam cum ministro legis. ff. de arbitr. l. Celsus.

Additio. Vnde ver. *Supplicium leuius dat lex, quam iura ministrans.*

d ¶ *Supplentes.*] Hæc suppletio[d] ex superabundanti non ex necessitate hic fit, ex eo quod obiectum fuit de tali excommunicatione, quæ repellit ab electione pro decre. prædi. si celebrat.

e ¶ *Simplicis excommunicationis.*] Hîc potest sumi arg. quòd vtile non vitiatur per inutile. j. eo. c. prox. in fin. ver. nisi forsan. &c.

SCriptum.] Habet materiam subtilem & difficilem in tāntum quòd gl. & aliqui dixerunt extra eam hoc c. continere potiùs quandam prouisionem Papalem, quàm ius commune. iste tamen intellectus communiter non tenetur: quia secundum eum hæc decretalis esset hîc superflua. contra id quod habetur in proœmio s. Diuiditur principaliter in quatuor partes. In prima ponit exordium decisum. In secunda: ibi, *Sanè.* narrat factum electionis & postulationis. In tertia: ibi, *Verum quia.* ponit commissionis causam. In quarta: ibi, *Per Apostolica.* ponit commissionis formam. Et hæc vltima pars subdiuiditur: quia primò ponit processum, quem faciet delegatus partibus inuitis. Secundò: ibi, *Et si partes.* ponit diffinitionem, quam faciet si partes consentiant. quatuor casus declarando. Secundus est ibi, *Quòd si.* Tertius: ibi, *Si verò.* Quartus: ibi *Nisi.* Abb. Sic.

Casus. Vacante Constantinopolitana Ecclesia duo vocati sunt ad eam: pars vna postulauit Archiepm Eradien. alia verò elegit Plebanum S. Pauli de Venetiis. procuratores vtriusque partis ad sedem Apost. propter hoc accesserunt, hæc & alia in præsentia D. Papæ proponentes. ex parte postulantium Archiepm proponebatur, quòd duæ partes & ampliùs postulauerant Archiepiscopum. Ad hoc probandum inducebatur quoddam publicum instrumentum communitatis vij. Præpositis, & Prælatis Conuentualium Ecclesiarum, qui de communi consensu ad electionem fuerūt vocati, & procurator partis aduersæ illud idem fuit confessus in iudicio,

† Aliàs ita; si quis in eo ex ea fuisset defectus. in codice Barbatia vera: si quis in ea, sed ex ea fuisset defectus.

† Cap. 6. eo. titul. in 4. compilat. Apoc. 4.

d Nota autē hæc suppletio fuerit necessaria, subtiliter hic inuestigat Hostien.

Casvs. Quidam non idonei tam scientia quam aetate, aut inhonestate vitae, eligebantur ad regimē animarum: propter quòd Ecclesiis multa pericula imminebant, volens concilium generale huic morbo congruam adhibere medelam, statuit, vt cum aliquis fuerit ad regimen animarum electus, ille ad quem pertinet confirmatio, diligenter examinet electionis processum, & personam electam: & si electio fuerit canonica, & persona idonea electionem confirmet. & si in contrarium fecerit, repellitur electus & confirmator punitur hoc modo, vt si constiterit quòd per negligentiam promouerit hominem insufficientis scientiae, vel inhonestae vitae, vel illegitimae aetatis, potestatem confirmandi successorem ipsius amittat, & à perceptione proprij beneficij suspēdatur, quousque fuerit restitutus. Si verò hoc per malitiam fecerit, grauius puniatur. Secundo dicit, quòd Episcopi tales ad sacros ordines promoueant, qui commissum sibi officium valeant exercere dignè, si voluerint effugere canonicam vltionem. Tertiò dicit, quòd illi, qui nullo mediante pertinent ad Romanum Ponti. ad ipsum personaliter praesententur, aut nuncios transmittant idoneos, per quos diligenter inquiratur de electionibus & electis. & sic postmodum confirmentur. si nullum obstiterit impedimentum. Ita tamen quòd si aliqui sint valde remoti vltra Italiam, & electi sint in concordia, dispensatiuè interim administrent, ne Ecclesiae ex mora aliquod damnum incurrant: sed de

a ¶ Ad

† *In eodem concilio Lateranen. sub Inno. 3. c. 26. & c. 11. eo. in 4. compilatione.*

† *Vide concil. Trident. sess. 6. de reformatione c. 1. & sess. 7. de reformat. 13 & sess. 23. de reformatio. c. 1. Adde Alfonsum Castrum lib. 3. de iusta haereticorum puni. c. 5.*

† *Vide l. si constat. & ibi Bar. ff. de appe. & in c. cum sup. in glo. 1. infrà de cau. pos. & propri.*

† *Aliàs: dignum.*

† *Vide l. fer uos. C. ad leg. Iul. de vi pu. & ibi. not. de incept. ad fin. C. de Episcop. audien.*

Poena varia promouētiū indignos, & indignorum promotorum

Dignitates non sunt vilibus conferenda.

a ¶ *Ad Romanum.*) Sine sint Abbates §. de consue. cùm venerabilis. siue Episcopi.

¶ *Glos. seq. recitetur per q. quid de Socius licèt extra Italiam.*

a Adde, vbi sit Italia, & de eius finib. gloss. 2. in l. 1. ff. de off. praefe. vr. & in l. mutuanem. §. 3. ff. de ver. sign.

b ¶ *Vltra Italiam,*) Licet fines Italiae non vbique distent à Roma aequaliter, tamê omnes dicuntur remoti, qui vltra duas dietas extra dioecesim sui distant. §. de celeri. nonnulli. Sed illud verum est quoad iudicia. Sed quantum ad hunc casum, qui distant per duas & dimidiam, vel tres aut parùm plus, non credo, quod debeat habere illud beneficium: quia modica distantia est, tamen consuetudini stetur. Et ita aliquid statuitur propter distantiam, quòd alias non fieret, sic 63. d. cum longe & j. de dolo & contu. cum olim.

† Alias ita: super electionis processu.

¶ *Glos. seq. praemittit duos casus speciales. Secundo quaerit de illo, qui distat à metropolitano. ar. pro. & cotra. Tertio quaerit, quid de gestis per ipsum, si cassetur electio ar. pro. soluit contrariũ. Quarto quaerit, quid de acquisitis per intrusum arg. pro. & contrarium soluit.*

Romanum [a] pertinent immediatè Pontificem, ad percipiendam sui confirmationem officij, eius se conspectui (si commodè fieri potest) personaliter repraesentẽt, aut personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super † electionibus & electis possit haberi: vt sic demum per ipsius circũspectionem consilij, sui plenitudinem officij assequantur, cum eis nihil obstiterit de canonicis institutis: ita quòd interim valde remoti, videlicet vltra Italiam [b] constituti, si electi fuerunt in concordia; dispensatiuè propter necessitates Ecclesiarum & vtilitates, in spiritualibus & temporalibus administrent [c], sic tñ vt de rebus Ecclesiasticis nihil penitus alienent. Munus verò benedictionis seu consecrationis recipiant, sicut hactenus recipere consueuerunt.

¶ Honorius iij. Capitulo Constantinopolitano.

¶ *Expensae necessariae, quas facit Capitulum pro electione Praelati, de bonis Praelaturae debent fieri vel reddi.*

Electus ante confirmationẽ quandoque licitè administrat.

c ¶ *Administrent.*] In duobus casibus ex sola electione habetur ius administrandi, in his videlicet, qui sublant nullo medio Romano Pôtifici: vt hîc. & in Romano Pontifice. 23. d. in nomine dñi. Sed quod si suffraganeus est valdè remotus à suo metropolitano, nunquid eodem modo potest administrare? Videtur quòd sic. cum eadem cã subsit, ergo videtur, quòd idem ius. §. de consti. translato. & c nam concupiscentiam. & j. de transla. inter corporalia & j. de confir. vti. vel inuti. cum dilecta. & si nimia subtilitate vtamur, res Ecclesiarum depereunt. C. de ver. si. cum quidam. circa finem. & C. ad Treb. l. pen. Sed côtra videtur, quia cum illud etiam dispẽnsatiuè [b] sit dictum, talis dispensatio ad similia non protenditur. j. de re iud. in causis. & 56. d. Coenomanensis. nec excusat hic rerum periculum. j. de maio. & obe. illud. Sed pone, quòd talis Praelatus tempore confirmationis suae reperitur minus idoneus, & sic repellitur, nunquid ea, quae medio tempore fecit, sunt cassanda? Videtur quod sic j. de haere. fraternitatis. & 12. q. 2. alienationes. & 14. d. c. vlt. & si principale cassatur, & omnia quae secuta sunt ex eo, vel ob id C. de leg. nõ dubium. & j. de fi. instr. inter dilectos. Sed contrarium verum est in hoc casu: quia fuit in quieta administratione, & in quasi possessione praelationis de licentia Papae, & pro Praelato habitus est. vñ omnia, quae fecit medio tempore, rata sunt, quae poterat facere. [c] ar. j. de iure pat. ex litteris & c. consultationibus, & §. eod. querelam. 3. q. 7. c. infamis §. verum. & ff. de procu. si procuratorem. in fi. & C. de testa. l. 1. quae facere poterat, ideo dixi, quia de rebus Ecclesiae alienare non posset: quia illud ei prohibetur: vt hîc dicit: sed circa spiritualia valet, quicquid fecit, & etiam in temporalibus bene administrando, emendo recipiendo ad vtilitatem Ecclesiae, nôn dando. arg. ff. si cer. pet. eius qui in prouincia. & 1. 7 q. 1. l. si quis à simoniacis. & hoc confirmat littera hic in fin. Sed si quis intrusus acquirat Ecclesiae, nunquid & illud cassabitur cum ipso? Videtur quòd sic per iura prius dicta, & quia commodum cum incommodo debet compensari. ff. de nego. gest. si negotia. Credo, quòd non cassabuntur nisi ea, quae perperam facta sunt in praeiudicium Ecclesiae, sed vtilia remanebunt penes Ecclesiã: quia cum in fauorem Ecclesiae talia cassentur, in laesionem eius nõ debet retorqueri. C. de legi. quod fauore. & ff de mino. si iudex

b Scilicet contra iura. quae nolunt ante cõfirmationẽ administrari. & hoc soluit cõtrariũ. & j. de iur. quae à iure. cum concor. Io. An. in no. c Adde op. gl. in l. sufin vãdũ quod ex conuentione. §. pupillus. in Versi. non competit. ff de iure. & l. qui neque. ff. de reb. cr. qui sub tut. vel cur.*

V*T praeterea*] Primò ponit dictum, quod secundo determinat: ibi, *Dummodo*. Abb Siculus.

Casvs. Statuit Papa in C. isto, vt expensae necessariae quae fiunt vacante Ecclesia per Capitulum pro negotio electionis, de bonis episcopatus siue patriarchatus integraliter restituantur, dummodo Canonici non occupent bona episcopatus post decessum Praelati. hoc est, quod dicit. Not. quòd de bonis vacantis Ecclesiae, expensae, quae fiunt ad vtilitatem successoris, solui debent dummodo Canonici non occupauerint bona Episcopi decedentis.

¶ *Glos. seq. rec. per triplicem q. s. quid de expensis in electionibus inferiorum Praelatorum. Secunda quales expensae debeantur. & dicit quod necessariae, moderatae, & quae probabiliter expedire credebantur. Tertia, quid si duo sint electi: ponit opinionem, & soluit.*

d ¶ *Expensae necessariae.*] Sic patet, quòd si Capitulum facit expensas vacante Ecclesia pro negotio electionis promouendae, aut etiam pro electione Episcopi confirmanda, vel alias, totum possunt repetere ab Episcopo. Idem intelligo pro electione alterius Praelati: quia hinc inde eadem ratio & idem ius C. ad leg. Fal. l. vlt. C. de inoff. dona. precibus. C. de lib. praete. l. 1. & istae expensae necessariae debent esse & moderatae, quas fecerunt occasione istius electionis. vt hîc dicit. & j. de do. & conta. cum dilecti. & j. de eo qui mit. in pos. cum venissent. in fin. nec debent excedere probabilem modum. ff. de dam. infecto. inter quas. §. vlt. cum l. seq. nec delicatè: quia nec delicatus debitor, nec onerosus creditor est audiendus. ff. de pig. act. ũ seruos. Et dicuntur expensae necessariae, sine quibus negotium expediri non potest, vel sine quibus res efficiatur deterior. ff de impen. in rebus. dotal. l. 1. 2. 3 & 4. & ff. de verb. signifi. impensae. & sufficit, si credat expedire, licèt non expediat. ff. de bo. auctor. iudi. pos. praetor. §. 2. Et cum ipsi Canonici vtilitatem Patriarchae procurauerunt, dignum est, vt suum stipendium consequantur. 12. q. 2. quicunque. quia illud de suo facere non tenebãtur: quia nemo cogitur inuitus de suo facere beneficium. 10. q. 1. precariae. [d] & vtiliter negotium suum gestum est. ff. de nego. ge. Pomponius. in fine. cum l. seq. sed an vtiliũ Sed quid si duo in discordia electi essent? Dicunt quidam, quòd tunc non repetent expensas. Item credo dicendum, quod de vno, dummodo maior pars Capituli certat pro electo & obtineat: quia idem est ac si totum Capitulum: quare eodem modo non solueret illi confirmatus expensas, non video eadem ratio est hîc.

Expẽsã facta pro electione à quibus possint repeti.

† Alias: & reddantur.

Expensae necessariae quae dicantur.

d Concor. text. in l. si. Cod. de neg. gest. & in l. filius §. initius. ff. de procur.

CAP. XLV.

VT praeterea: & infrà. ¶ Praesentium auctoritate statuimus, vt expensae necessariae [d], quas Capitulum Constantinopolitanum, vel eius nuncij, vacante sede, pro electionis negotio [e] fecerint, de bonis Patriarchatus solũatur totaliter, vel reddantur: † Dummodo ipsi bona decedentis Patriarchae non occupent [f] vel vsurpent.

¶ Idem electio Lugdunensi.

¶ *Electio post collationem ex interuallo celebrata, non valet. hoc est secundum opinionem magistrorum.*

CAP. XLVI.

CVm post petitam [g] instanter, & demum obtentam, quondam Lugduñ. Archiepiscopi cessionem, vota Canonicorum Lugduñ. in te tunc ipsorum Praepositum côcorditer côuenissent. ¶ Quia tandem examinatio (sicut decuit) processu electionis tuae, inuenimus eam post publicationem consensuum, & collationis tractatum, aliquan-

¶ *Gl. seq. recitetur per quaestione. quid si pro suis negotiis misissent.*

e ¶ *Pro electionis negotio.*] illas autem tñ soluent, quas propter hoc fecerunt. j. de eo qui mit. in pos. cum venissent. in fin. & j. de procu. cũ pro causa & propter hoc negotium fuerunt, alias, si pro suis negotiis fuissent vel misissent. licèt tractassent praedictum negotium, non habebunt expensas. j. de procu. cum pro causa nisi quatenus plùs expendissent propter longiorem moram. ff. fam. ercis. ex parte. in prin. ff de neg. gest. si commoner.

f ¶ *Occupent.*] Tùc enim quod ius sibi dicũt in rebus occupatis, debẽt cadere à iure suo. ff quod me. cã. extat edictũ. & ff. ad leg. Iul. de vi priu. creditores. & 16. q. 6. placuit. immo tenẽt bona decedẽtis cõseruare futuro successori. 2. q. 2. hęc huius placiti, &c. cũ nõ liceat. j. de offi. or. cũ vos. sed si occupent bona, tùc sufficit, quod habẽt.

C*Vm post.*] Primò narrant factum electionis, quam secundò cassat. ibi: *Quia tandem*. Abb. Sicul.

Casvs. Archieps Lug. postulauit licẽtiam cedendi, & obtinuit. post renũciationẽ ipsius, Canonici Lug. pmisso scrutinio, publicatione & collatione secuta, Praepositũ suũ côcorditer elegerũt in Archiepm. electio psẽtata fuit dño Papę examinato electionis pcessu, inuenit Papa, quòd post publicationẽ cõsẽsuũ & electionis tractatũ. electio nõ fuit statim facta, sed aliquandiu protracta, & consensus electi prius fuit requisitus, quam electus, & ideo Papa electionem cassauit iustitia exigente solummodo pp inordinatum processũ: qa nõ fuit forma obseruata. Not. quod incõtinẽti electio facienda est post publicationẽ & cõsensũ collatione facta: alias cassatur electio. Itẽ eligẽdus nõ dẽt requiri ad electionẽ, ne tãquam ambitiosus repellatur. Item forma seruari dẽt in electione.

¶ *Gloss. seq. ponit quatuor similia circa instantiam.*

g ¶ *Petita instanter*] Peti debet instanter, antequã admittatur: sicut quòd pallium. 100. d. prisca. sicut & libelli dimissorij. 2. q. 6.

post

post appellationem. j. de appel. cum d. l. lib. 6. & ff. de libel. dimisso. l. vnica. Item sponsa non debet statim tradi, vt charior sit dilata. 27. q. 2. institutum. Item remissio peccatorum. de pæ. d. 2. importuna. & ea obtenta necesse habet cedere. j. de renun. quidam.
¶ Gl. seq. obiicit, & soluit.

diu fuisse protractam [a], assēsúmq; tpum priusquam electus fueris, requisitum, [b] electionem eandem † (ex ipsius duntaxat inordinato [c] processu †) iustitia cassauimus exigente.

¶ Idem † Eboraceñ. Priori & magistro Guidoni de Canope.

¶ *Monachus vnius monasterij alterius factus Abbas in electione Abbatis prioris monasterij vocem non habet, etiam si tale ius ab Abbate & monachis prioris monasterij sibi fuit reseruatum.*

CAP. XLVII.

CONstitutis in præsentia nostra procuratoribus sancti Taurini Eboraceñ. † & sancti Leofredi de cruce Abbatum: & infrà. ¶ Cùm autem procuratores ipsorum Abbatum iussi essent exprimere, quo iure [d] ipsi Abbates deberent electioni Abbatis Fiscañ. † monasterij interesse: responderūt, quòd olim cum assumerentur in suorum monasteriorū Abbates, fuit specialiter indultum eis ab Abbate & Conuentu monasterij Fiscañ. vt haberent vocem in Capitulo [e] eorundem. ¶ Nos autem rationem huiusmodi friuolam reputantes, super hoc perpetuum silentium imponimus † Abbatibus supradictis.

¶ Idem Rothomagen. Capitulo.

¶ *Electio debet fieri verbo, & de illo in quem consenserit maior pars Capituli, & non respectu aliarum partium.*

CAP. XLVIII.

ECclesia vestra destituta pastore, & votis vestris (cum de futura Prelati haberetis successione tractatū, in diuersa diuisis † quidam in Thomā, quidā in cācellarium, & quidā singulares in singulares personas eiusdem Ecclesiæ cōsensistis. ¶ Verùm cum super his in nostra & nostrorū fratrum præsentia multa fuissent hincinde proposita, inuenimus quòd illi, qui sua in Thomā desideria dirigebant [f], licèt maiorem partem facerent, partium comparatione minorum †, non tamen ad maiorem partem Capituli peruenerunt. Considerauimus nihilominus, quòd post publicationem consensuum, & collationis tractatum, ad electionem nullus habitus est pro

a Cōcer. sex. in l. omnino. ff. de sponsa. & in l. imperatores. §. 3. & ibi Bar. ff. ad muni.
† Alias: tnā.
† Vide tex. in auth. de hære. & fal. §. inordinatum. colla. 1. & 7. q. 1. nihil.
† In aliquot antiquis ita: Idem Ebroceñ. Priori, & magistro G. de Canaboll.
† Ebroiceñ.
b De hac dicitur supra eod. auditis.
† Fiscan.

a ¶ Protractam.] Sed videtur, quod per talē prorogationem non debet cassari. quia non omne quod differēdi causa fit, adnumerandum est morę. ff. de Vsur. sciendum. & quod differtur, nō aufertur. 32. q. 2. ancillam. immo maturiori consilio perficitur. de pæn. d. 7. c. 1. ideo non debent differre: quia amplius deliberare non possunt cum etiam mutare nequeant vota sua j. e. publicato. Et ideo incontinenti electio fieri deberet, antequam ad alia diuertant: vno enim cōtextu totum fieri debet. s. eo. quia propter. & ff. de testa. heredes palam. in fin. [b]
¶ Gloss. seq. quærit, & soluit.
b ¶ Requisitū.] Sed nūquid sola requisitio sufficeret ad cassationem? Non videtur: quia in fraudem posset ab aliquo æmulo procurari. simile j. de simo. sicut. & ideo non videtur impedire sola requisitio: sed si consentiat, tunc sufficit ad cassandum propter ambitionem. & simile. s. eod. officij & c. cum ad nostram. & 1. q. 6. sicut is. & C. de epis. & cle. si quenquam. & non ambitione, sed labore ad dignitatem conuenit peruenire. C. de re milit. contra publicam. lib. 12. & ita vtranque illorum reddit formam inutilem, hic requisitus cōsentit. & ista fuit causa quare cassata fuit electio. si verò dissentiat, non est eligendus.
c ¶ Inordinato.] Quia ex his, quæ inordinatò fuerunt facta, non potest aliquid ordinabiliter agi. j. de accusatio. qualiter & quando. sic s. de rescrip. cum dilecta. Et qualiter forma seruari debeat dictum est. s. eod. quia propter.

COnstitutis.] Primò ponit petitionem actoris. Secundo expressionem causæ. Tertiò sñiam contra actores propter causam ineptam. Secunda: ibi, *Cum autem*. Tertia: ibi, *Nos autem*. Abb. Sicul.

CASVS. Vacāte monasterio Fiscanēn, electus fuit quidam in Abbatem. huic electioni se opponebant quidam Abbates: pp quod procuratores ipsorum & ipsius electi ad dñm Papam habuerunt recursum procuratores Abbatum petebant electionē illam cassari, dicentes, Abbates prædictos debere electioni interesse Abbatis Fiscañ. & fuisse contemptos. ex parte aduersa fuit petitum, vt illi procuratores exprimerent, quo iure Abbates deberent electioni Fiscaneñ. interesse. & iussi fuerunt exprimere ius: & respōderunt, cum olim assumpti fuerunt Abbates suorum monasteriorū, cōcessum fuit eis ab Abbate & Conuētu monasterij Fiscaneñ. vt haberent vocem in Capitulo eorundē. Papa probationē illam friuolam reputans, super hoc imposuit perpetuum silētium Abbatibus supradictis. Not. quòd monachus translatus nō habet vocē in Capitulo, à quo translatus est. Not. quòd quicunque vult se opponere electioni, qui non sit de Capitulo, quo iure se opponat, dēt dicere, cum ius commune pro se non habeat: & si sit laicus, debet dicere quo iure: quia fortè patronus. Itē not. quòd regulariter ad illos de Capitulo solùm pertinet electio Prælati.
¶ Glos. seq. obiicit, & soluit.

c Solue melius, vt per Innocē. quod possessor tenetur dicere titulum sua possess. propter præsum. contrariam. & C. de proba. l. siue. & ca. vnico vt Eccl. benef.

d ¶ Quo iure.] Isti Abbates petebant electionē Fiscañ. Abbatis cassari, in qua dicebant se fuisse contemptos: & sic cum dicerēt se fuisse in quasi possessione eligēdi, videtur quod iniquè sit actū cum illis: quia possessor nō tenetur dicere titulū suæ possessionis. C. de peti. heredi. cogi. & 2. q. 5. §. 1. nō est ita, quia isti tpe petitionis suæ expulsi erāt de possessione iuris, qd se habere credebāt. & quia quandoque forte habuerunt vocē in Capitulo Fiscaneñ. & ideo quia eis contemptis facta erat electio, petebāt illā cassari. sic j. de cau. pos. cū Ecclesia. cum enim peterent illam cassari, & ad eos de iure communi non pertineret electio, meritò debebant exprimere, quo iure hoc petebant, quia sine actione vel causa nemo experitur. C. de edicto diui Hadriani tollendo. l. fi. ff. de neg. gest. si pupilli. §. Vltimo. & ff. de admini. tut. quoties. §. item si temporali. quia ineptam actionem, siue cām exposuerunt, imponitur eis silentium. j. de iudic. examinata. quia in diuersis monasteriis nō pōt quis esse monach[9]: ergo nec vocem habere. infra de relig. domi. c. Vltimo. in fin. Sed si allegassent solummodo consuetudinem nomine Ecclesiarum suarum, & probauissent se in quasi possessione fuisse, tūc cassata fuisset electio j. de caus. pos. cum Eccle. sed nomine suo nō poterant allegare consuetudinem. Et sic not. quod qui non est de collegio, si electionem petit cassari, debet assignare cām suæ petitionis, & idoneam, aliàs repellitur, vt hic habes. Item idem est, si ante electionem dicat se debere interesse, & ab illis de collegio hoc negatur protestatione præmissa, vt si docuerit de iure suo, valeat vox eius: possunt procedere omnes ad electionem, & in hoc casu necesse ē docere de iure suo: & sola possessio in hoc casu non prodest. j. eo. Cumana. hic etiam agitur confessoria & negatoria. De hoc dicitur. j. de causa pos. cum Ecclesia.

† imposuimus.
† Vt sic Verbi gratia cum xij. Canonici essent quinque nominauerunt Thomam, quatuor cancellarium, & tres alij alios tres.
† Adde gl. in l. nulli. & in l. plane. ff. quod cuiusque vni. sin est l. qd maior. ff. ad munic.

e ¶ Vocem in Capitulo.] Isti Abbates erant monachi monasterij Fiscaneñ. qñ assumpti fuerunt in Abbates, & tunc Cōuentus reseruauit illis confraternitatem, & quod haberēt vocē in Capitulo Fiscañ. & ita hoc prætextu se credebant debere vocari ad electionem Abbatis. sic consueuerunt facere multi monachi, [d] vt quasi sint de collegio vtriusque monasterij, vt sic possint eligi, si cōueniat, vt de collegio eodē fiat electio. Istud hodie reprobatur. nullus enī pōt esse monachus in pluribus monasteriis, nec Abbas pōt præesse diuersis monasteriis. j. de religio. domi. ne nimia. §. fina. & ideo causa allegata ab istis Abbatibus nulla fuit. si aptā cām etiam postquam causa illa fuit repulsa, allegassent, bene debuissent audiri per prædictam decre. examinata & j. de donatio. inter dilectos. & ff. de exceptio. rei iudi. & an eadem. & j. de cau. possess. cum Ecclesia & j. de iudi. examinata.

d Experientia, quod sæpissimè monachi vocati ad alia loca se consulent super hoc casu. Ioan. And.

ECclesia vestra.] Casus huius decr. notus est, & quotidie allegatur. Primò ponitur propositio negotij. Secundò ipsius examinatio ibi, *Verùm*. Tertiò sententia, *Vnde*. Abb. Sicul.

CASVS. Ecclesia Rothomageñ. vacante, Canonici ad electionem congregati, præmisso scrutinio secundū formam concilij, quidam consenserunt in Thomam, quidam in cācellarium, & quidam alij singulares in singulares personas eiusdē Ecclesiæ cōsenserunt. electiones istæ delatæ sunt ad Papam, Papa vero auditis quæ super his & aliis in præsentia sua & fratrum suorum proposita fuerunt: inuēnit, quòd illi qui cōsenserāt in Thomā, maiorē partem faciebāt respectu aliorum, qui in alios cōsenserāt, sed ad maiorē partem totius Capituli non perueniebāt præterea considerauit Papa quòd post publicationem cōsensuum. & collationis tractatū nulla subsecuta fuit electio, sed deportatio ad sedem facta post appellationē legitimā. sed talis deportatio pro electione haberi non dēt. vnde quicquid factum fuit de Thoma, Papa cassauit, id est, cassum & irritū nūciauit, petitione cancellarij nō admissa. Not. quòd non tenet electio nisi sit facta à maiori parte totius Capituli: vt hic probatur expressè. Itē publicatio & collatio & maximè electio sunt de forma electionis siue de substantia, ita quod si aliquod eorum defecerit, non tenet electio. Item qñ electio coelecti irritatur, non tamen propter hoc alteri coelecto ius acquiritur.
¶ Gloss. sequens obiicit & soluit.
f ¶ Dirigebant.] Consentiendo in ipsum, & nominādo ipsū. Sed vē. quòd sufficiebant ex quo Thomas habebat maiorē partē, quā

aliquis

quis aliorū. *arg. ff. de verb. signif. maior.* vbi dicitur quis possedisse maiore parte anni, & tñ non possedit nisi 2. mensibus. illud verum est, quod maiorem partem totius Capituli debet habere electus, ad hoc vt sua electio confirmetur, etiam per antiqua iura. j. *de his quæ fiunt à maio. parte cap. cum in cunctis. & 56. d. apostolica. & s. eod. c. quia propter.*

Vt electio confirmetur maiorem capituli partem debet electus habere.

¶ *Glos. seq. recitat per obiectionem. quod ipso facto possessio apprehenditur, & appellatur.*

ce ius [a], quamuis deportationis solemnitas, etiam post appellationem [b] legitimam fuerit subsecuta, quam pro electione nec deceret, nec etiā expediret haberi. ¶ Vnde quod factum est de T. prædicto cassauimus [c], petitione consentientium in cancellarium non admissa [d].

¶ Gregorius nonus.

¶ *Non professus in Abbatem eligi non potest.*

CAP. XLIX.

CVm in magistrum assumi non debeat, qui formam discipuli [e] non assumpsit: nec sit præficiendus [f], qui subesse non nouit: Nos intellecto per te, quòd in quibusdam regularibus domibus, iure tibi diœcesano subiectis, sunt quidam in Abbates, nō professi ordinem regularem, assumpti. ¶ Mandamus quatenus cum tales Abbates esse non debeant, qui professionem [g], monachi & † regulares Canonici non fuerint, ad amotionem [h], eorū, quos tales inueneris (sublato appellationis impedimento) procedas.

† *Aliàs vel regulares.*

¶ Idem Cumañ. Capitulo.

¶ *Electio facta à non maiori parte Capituli, & omissa collatione non valet.*

CAP. L.

CVmana Ecclesia pastoris solatio destituta, & congregatis die ad celebrandā electionem præfixa, quæ præsentes [i] erant de Cumanis Canonicis, ac trib. Abbatibus [k], qui vocem in electione habere noscuntur, Capellani & Clerici ciuitatis electioni se debere interesse dicētes, sub huiusmodi protestatione [l] admissi fuerūt, quòd vox eorū, qui nō deberent interesse de iure vel consuetudine [m], non valeret. Tan-

a ¶ *Processus.*] Et ideo non valuit, etiamsi maior pars Capituli cōsensisset in illū j. *eo. in Genesi.* Et ita quod præcipuū est, hic deficit, i. electio. & talis deportatio nō obtinet vicem electionis & ita per alium actum fieri non potest electio licet possessio tradita videatur, quāuis possessio nō apprehēdatur. arg. s. *de consue. ex litteris. & ff. de acq. pos. quod meo. §. si per venditorem.* sicut appellatur quis ipso facto. j. *de appel. dilec. & c. vt nostrū.* Ista. n. principalia & præcipua necessaria sūt sine quibus electio non valet, collatio, publicatio, inquisitio, & incontinenti electio, & scriptura. s. *eo. quia propter.* & j. eo. *Cumana* & c. *in Genes.*

Electio habet aliqua præcipua, & quæ illa sint.

b ¶ *Appellationem.*] Quæ locum nō habet publicato scrutinio, cū mutare nequeāt voluntatem. j. *eo. publicato.* s. *eo. quia propter.*

c ¶ *Cassauimus.*] i. cassum & irritū ostēdimus. sic j. *eod. in Genesi.*

d ¶ *Non admissa.*] ex eadem causa, quia non fuit electus, & quia minorem partem habebat, quàm Thomas.

CVm in magistrum.] Primò recitat factum. Secūdò prouidet: ibi *Mandamus.* Abbas Siculus.

CASVS. In quibusdam Ecclesiis regularibus quidam eligebantur in Abbates, qui non erant professi ordinem regularem. hoc intelligens Papa scribit diœcesano Epō dicēs, quod in magistrū assumi non debet, qui nondum fuit discipulus: nec debet præfici, qui non nouit sub esse: vnde mandat, vt quoscunque tales inuenerit, qui professi non fuerint, ab huiusmodi remoueat Abbatiis. Not. quòd priùs quis esse debet discipulus, quàm magister. Item monachus non professus nō debet eligi in Abbatem: & si electus fuerit, debet ab Ecclesia remoueri.

e ¶ *Discipuli.*] Et meritò quia primò debet quis esse discipulus, quàm magister. 59. *d. ordinatos. & 61. d. miserum. & 16. q. 1. si clericatum.* ADDITIO. Et qui remum tenere non didicit, secundum locum in tabernaculo non assumat. 40. *d. ante omnia.* & multo tempore disce quæ postmodū doceas. 16. q. 1. sic viuere & discere debes à peritiori. 37. *d. relatum.* secundùm Gof. Ioan. And.

f ¶ *Præficiendus.*] Simile j. de ætæ. & quali. indecorem. qui enim sub tutela debet esse, sub se alium habere non debet. *C. de leg. tu. l. vlt.* & qui sub alio est, alium sub se habere non debet. *ff. de adul. si curnict. & ff. ad Mace. filium habeo. & 1. q. 1. estote.*

g ¶ *Professionem.*] Professio enim sola monachum facit, & non habitus. j. *de regu. porrectum & c. ad Apostolicam.* & huiusmodi professionem in scriptis facere debēt: vt 20. q. 1. *Vidua.* 17. q. 1. *omnes fœminæ* vt si reclamare voluerint, obuiet eis ꝓpria professio per scripturam facta. 1. q. 7. *saluberrimum. arg. C. de non nume. pecu. generaliter. & 2. q. 1. legum. & j. de proba. per tuas.*

Professio monastica qualiter fieri debeat.

h ¶ *Ad amotionem.*] Quia in vno eodémque officio dispar non debet esse professio. 16. q. 7. *in nona.* & cōsuetudo non prodest in hoc. s. *eo. cum causam quæ.* in qua idem dicitur. & j. *de testa.* quia ingredientibus & in hoc casu idē iudicium est habendum de monachis & Canonicis regularibus, quia non differunt, nisi quia deseruiunt regulæ laxiori. j. *de sta. reg. quod Dei timorem.* a

a *Adde pro hoc Io. And. in cap. anasitiæ* j. de præben. tex. 1. q. 1. nullus. 2.

CVmana Ecclesia.] Prima pars narrat factum electionū. Secunda ibi, *Cum xviij.* aplis electiones irritat, exprimens causam quare: & electores punit. Ab. Sicul.

CASVS. Vacante Ecclesia Cumana statuta die ad celebrandum electionem, Canonici & tres Abbates qui vocem in electione habere dicuntur, cœperunt de electione tractare: Capellani & Clerici ciuitatis eiusdem dicebant se debere electioni interesse, & quòd sine ipsis electio fieri non deberet. tandem ne propter huiusmodi contradictionem differretur electio, Capellani & Clerici admissi fuerunt sub hmōi protestatione, ita quòd vox eorum, qui non deberent interesse de iure vel de cōsuetudine, non valeret, & sic præmisso scrutinio, septem Canonici, & vnus Abbas, xj. Capellani, & ix. Clerici in Archypresbyterum eiusdem Ecclesiæ conuenerunt. ix. Canonici, vnus Abbas, vnus Capellanus, & nouem Clerici in Archidiaconum eiusdem Ecclesiæ consenserunt: & publicato scrutinio, à parte sua extitit electus vterque electiones istæ ad se, Apostolicæ delatæ dñs Papa meritis auditis vtriusque electionis, & auditis aliis, quæ partes proponere curauerunt, inuenit quòd xviij. sunt Canonici, & xiiij. Capellani, xx. Clerici, & tres Abbates, sed neutra electio peruenit ad maiorem partem totius Capituli, quia nō fuit probatum quòd Clerici admitti debuerint, nec ꝙ Capellani admissi fuissent de iure vel consuetudine, quia etsi Capellani interfuissent vtriq; electioni Epōrū, & scrutatores dederint voluntatū, nō tñ vota illorum inquisita fuerūt, nec aliquos elegerūt. Sed dato quòd vota illorū inquisita fuissent: vel aliquos elegissent, per hoc tñ nō fuit ꝓbatum quòd illud eis competeret de iure vel consuetudine præscripta: & ideo dñs Papa electiones prædictas factas etiam contra formam concilij generalis, quia collatio in cōi fuit omissa, quæ statim post publicationem scrutinij fieri debuisset, cassauit. & electores hac vice potestate eligendi priuauit. Not. quòd in electionibus faciendis valet protestatio, licet cōtra protestationem fieri videatur. Item non valet electio nisi sit facta à maiori parte totius Capituli. Item hic probatur, quòd persona electi non computatur in numero eligētium, nec auget numerū: quia si Archid. fuisset computatus, obtinuisset, si forma seruata fuisset: & littera hoc probat, ibi dicit: Neutram electionem inuenimus ad maiorem partem Capituli peruenisse. Item consuetudo in hoc non prodest nisi sit scripta. Item qui peccant in forma concilij, per sententiam priuandi sunt potestate eligendi. hîc fuit omissa collatio, & sic fuit peccatum in forma.

¶ *Glos. seq. arguit & remittit.*

i ¶ *Præsentes.*] Per hoc videtur, quòd absentes non debeāt vocari ad electionē. *arg. 7. q. 1. factus. & 10. q. 2. hoc ius porrectū.* super hac vocatione statur consuetudini, vt dixi s. *eod. coram.*

k ¶ *Abbatibus.*] De quibus constat per speciale priuilegium vel per consuetudinem. s. *de consue. cùm dilectus. & s. eo. quod sicut.* sed de Clericis & Capellanis in dubium reuocabatur, & ideo sub ꝓtestatione admissi fuerunt. Et ideo qui de Capitulo nō sunt, & dicunt se interesse debere in electione, debent dicere, quo iure hoc dicant. s. *eo. constitutus.* hic allegabatur consuetudo.

Qui non sunt de Capitulo, qualiter ad electionem admitti possint:

¶ *Gl. se. arguit. pro cōtestatiōe alle. 10. iura, in cōtrariū all. 4. & sol.*

l ¶ *Protestatione.*] Cui cōsenserūt Clerici & Capellani, aliàs nō præiudicaret eis protestatio, sic ergo protestatio valet. sic j. *quod me. causa. prælatum. & 31. q. 2. Lotharius. & ff. qui. mo. pig. vel hypot. sol. si debitor. §. 1. & 7. q. 1. Pontifices. & 34. d. presbyteri 28. d. diaconi & j. de off. ord. pastoralis. & j. de appel. c. vlt. & 16. q. 3. placuit. §. pot. versi. is autem & ff. de neg. gest. Nesennius.* in contrarium videtur, quòd protestatio ista nō debeat prodesse s. *de consti. cum M. Ferrariēsi & j. de appellatio. sollicitudinem & j. de cēsi. olim. cūm & ff. de cod. inde quod quis iure.* Sed valuit hic protestatio: vt patet 10 ti. aliàs si protestatio nō præcessisset, bene habuissent vocē in electione, cū essent in quasi possessiōe. j. *de cau. pos. cū Ecclesia & c. cū olim. & j. de iure patro. consultationibus. & s. eo. querela.* & etiamsi nō essent in quasi possessione valuisset eorū vox, ex quo sponte admiserant illos. s. *eo. scriptu.* Et ideo quia hic negabatur ab initio illos debere interesse, nec admittebant illos sine protestatione, [b] & totum ius eorum in iudicium deductum fuit, vox illorum non valuit, nec profuit, quòd interfuerūt duabus electionibus, quia præscriptionem legitimam nō probauerunt. Et simile. j. *de cau. pos. cum Ecclesia.* vbi totum ius Capellanorum deductum fuit in iudicium, eū pa tamē illorum, & post factā electionem, sed isti inuiti hoc fecerunt compulsi ab aduersariis, qui negabant illos ius habere. & est multùm notabile hoc.

b *Hanc gloss. dicit hic Abbas esse sin. ad hoc quod vbicunque protestatio venit ad detrahendum iure aduersario, nisi expresse protestationi consentiat.*

m ¶ *Consuetudine.*] Clerici & Capellani & etiā Abbates de iure cōi in electiōe esse nō debent, cum ad Capitulum tantùm spectet

electio:

electio.16.q.*Vlt.congregatio & 18.q.2.Abbatem.& ī.eo.c.1.& ĵ. de iure pat. a nobis.* sed de consuetudine pōt. ĵ. *de cau. pos. cum Ecclesia.*

¶ *Glo seq. computando probat, quod vox electi nō auget numerū.*

a ¶ *Ad maiorē partem.*] Sic.ī.*eod.Ecclesia vestra.& ĵ.eo.in Genesi.* quia cum Clerici & Capellani nihil probauerint, vox eorum nulla fuit: & sic remanserunt septē Canonici ex vna parte, & vnus Abbas: & ita octo: ex alia parte nouē Canonici, & vnus Abbas, & ita decē: quia totum Capitulum cū Abbatibus, qui ius habēt, viginti vnus erant, quia Canonici erant 18. & sic nulla electio peruenit ad maiorē partē illorum, qui vocem habebant, & sic cassatur vtraque electio. Vel si vis intelligere maiorem partem respectu Capituli tantū, adhuc idem est. Sic patet, quòd cōsensus electi non computatur inter eligentes: quia si sic computaretur, vna pars fuisset maior etiam quo ad totū Capitulū, s. pars Archidiaconi, quæ habuit nonem, & ipse fuit decimus, & sic erat maior pars Capituli: & tñ non valuit electio sua, quòd persona electi nō auget numerum eligētium, euidenter probatur per constitutionem illā ī.eod. quia pp. quia antequam quis eligatur, oportet quòd in scrutinio maior pars Capituli cōsentiat in aliquē: vt ibi dicitur. ī.*eod. Ecclesia vestra.* & hic. & ĵ. *eod. in Genesi.* & ita cum nondum sit electus, nec etiā sciāt, in quē cōsenserit, maior pars nō potest augere numerū. Si ergo patet ex illa constitutione, quia propter. & *c. Ecclesias* quòd persona electi non debet computari inter eligentes. & qđ dicit.ī *eo. cum in iure.* obtinet ex forma compromissi vt ibi dixi, & hoc dicitur in litera, nec hoc credo, quòd talis electio valeret hodie. & ita est de forma electionis, quòd maior & sanior pars totius Capituli consentiat in aliquem in ipso scrutinio.

† *Lateranensis sub Innocentio. 3.c.24.*

† *In multis impressis deest vox, duab⁹, quā habent manuscripti, & agnoscit glossa hic.*

Electi vox non auget numerum.

† *Alias, ita: sed & si inquisita fuisse eorum vota.*

dem præmisso iuxta formā concilij † generalis scrutinio, septem de Canonicis, vnus Abbatū, vndecim Capellani, & nouē Clerici in eiusdem Ecclesiæ Archipresbyterum cōuenerunt: nouem Canonicis, vno de Abbatibus, vno Capellano, & vndecim Clericis in ipsius Ecclesiæ Archidiaconū dirigentibus vota sua: & infrà.

¶ Cum decē & octo fuerint Canonici, tres Abbates, viginti Clerici, & quatuordecim Capellani: neutram electionem cōperimus ad maiorem [a] partem totius Capituli peruenisse, nec probatū fuerat, quòd Clerici admitti debuerint, nec quòd Capellani admissi fuerint de cōsuetudine, vel de iure: nam & si Capellani duabus † electionibus Episcoporum interfuerint, & scrutatores dederint voluntatum, non [b] tamen inquisita vota sua fuisse, vel eos aliquos elegisse probatur, sed † etsi inquisita fuissent vota, vel ipsi aliquos elegissent, per hoc tamē non constitit id eis de iure [c] competere, vel ex consuetudine iam [d] præscripta. Vnde nos electiones ipsas præsumptas etiam contra [e] formam concilij generalis, cum collatio in communi omissa fuerit, quæ post publicationem scrutinij fieri debuisset, de fratrum nostrorum concilio sententialiter duximus † irritandas, electores ac vice eligendi potestate priuantes [f].

¶ Idem Abbati Cluniaceñ.

¶ *Per compositionem factam cum Prælato Capitulo, non potest ius eligendi competere laico, etiam patrono in Ecclesia collegiata.*

CAP. LI.

SAcrosancta Romana † Ecclesia: & infrà. ¶ Sanè † proposuisti in nostra præsentia, quòd super ordinatione Prioris monasterij sancti Pancratij ad Cluniaceñ. Ecclesiam pertinentis cum Comite de Varenna † patrono ipsius, quidam prædecessor tuus de consensu Capituli sui, compositionem quandam iniuste iuri [g] contrariam †, & Ecclesiæ ipsi damnosam, videlicet vt in optione sit ipsius Comitis, assumere ad Prioratum dicti monasterij (Cluniaceñ. & de Charitate Prioribus duntaxat exceptis) vnum de duobus melioribus totius Cluniaceñ. ordinis, quos Abbas duxerit nominādos: & infrà. ¶ Attendentes itaque, quòd ius eligendi in colle-

b ¶ *Non tamen inquisita.*] Et ita non sufficit dare inquisitores, nisi vota eorum inquirātur, sed alterū per se sufficeret, scilicet inquisitio votorum. ī.*eod. quia propter.* opus est hic facto, & ideo non sufficit alterum. ĵ *de eo qui mit. in possess. constitutis.*

c ¶ *De iure competere.*] Quod dicit de iure vel ex consuetudine, *Vel*, ponitur pro *id est*, quia de consuetudine præscripta debet intelligi, sed non de iure communi. Vel propriè potest istud teneri, *Vel* id est, ex priuilegio sibi concesso à Papa. simile infrà de his quæ fiu. à præla. ea noscitur.

d ¶ *Iam præscripta.*] Sic patet, quòd sola possessio non dat nec creat ius nisi sit præscripta, ĵ *de causa pos. cum Ecclesia.* & sic consuetudo non valet nisi sit præscripta & rationabilis. ī. *de consue. cum dilectus & C. vlt.* Sic & possessio sola non facit aliquem decurionem. *ff. de decur. Herennius* & sic possessio non facit aliquem Clericum sine Canonica institutione. ĵ. *de præben. dilecto. & ĵ. de instit. ex frequentibus. arg. C. de lib. cau. non idcirco. & ff. de decur. Herennius.*

e ¶ *Cōtra formā.*] Et sic patet, quòd forma quæ traditur ī.*eo. quia propter.* sit de substantia electionis quoad quædam quæ ibi ponūtur: vt ibi diximus. & est verū secundùm quod hic dixit. Ex quo enim forma ista attētatur, diligēter seruanda est, ita quòd qui cōtra facit, punitur: vt hic dicit. Inquisitio, publicatio, collatio sunt de substantia: vt si omittantur, cassatur electio. & incontinenti dēt fieri electio: aliàs si protrahatur, non valet. ī *eo. cum post petitam.* sic & electiones cassatæ fuerunt duplici de causa, quia neutra facta fuit à maiori parte Capituli, & quia forma seruata non fuit.

¶ *Glo seq. signat cōtrariū, ponit opinionē quā reprobat, demū soluit.*

f ¶ *Priuates.*] Et ita qui facit cōtra formā illā. ī. *e. quia pp.* priuari debet per sētētiam, & nō ipso iure: vt dicit alia constitutio. Ver, qui vero contra. &c. Vnde signatur contra. ĵ. *e. cum in cunctis. & c. innotuit.* vel qui contra istā formā & c. *Vbi sunt ipso iure priuati.* Vnde quidam dicūt, quòd illa cōstitutio, quia pp. corrigit illum canonē, cùm in cunctis. in hoc quòd illi hodie nō sunt priuati ipso iure, sed priuādi per sniam, prout hic factum fuit. & dicitur in illa cōstitutiōe, quia pp. Istud non credo, immo vtraq; cōstitutio locū suū obtinet & in suo casu loquitur. Illa decre. cùm in cunctis loquitur, cum quis ex certa scientia eligit indignam personam. vñ ipso iure sunt priuati potestate eligēdi. ī. *eod. scriptum est. in fin.* & beneficiis Ecclesiasticis p triēnium. vnde dico, quòd si forma illius cōstitutionis, quia pp. per omnia seruaretur: & veniret contra illam constitutionē, cum in cunctis. nihilominus essent priuati secūdū tenorem illius canonis. ĵ. *eod congregato.* Aliud est peccare cōtra formā illius Capituli, cùm in cunctis. & aliud contra illā constitutionem, quia pp. quia plus peccat eligendo indignas personas, quā faciēdo contra formam illius constitutionis, quia propter. ibi enim non peccant in personam aliquam, & ideo maior pœna in vno, quam in alio: & ipso iure in vno, & per sententiam in alio, & sic vtraque constitutio remanet in suo statu: quia diuersæ formæ sunt.

† *Definiuimus.*

Intellectum c. cū in cunctis, & c. quia propter. ī. eod. tit.

† *Vox, Romana, deest in pluribus manuscriptis.*

† *In omnibus manuscriptis ita. In nostra sane proposuisti præsentia.*

† *Varenna. † Garenna.*

† *Vide l. nō dubium. & not. C. de legib. & 25. q. 2. imperialis.*

SAcrosancta.] Primò narrat iniustam compositionē, quam secundò reuocat ibi, *Attendentes* Abb. Sicul.

CAsvs Quidam Comes de Verenna monasterij sancti Pancratij pertinentis ad monasterium Cluniaceñ. contendebat cum Abbate Cluniaceñ. super ordinatione Prioris ipsius monasterij sancti Pancratij: tandem dictus Comes cum Abbate Cluniaceñ de consensu Capituli sui fecit, quandam compositionem, vt videlicet esset in arbitrio ipsius Comitis recipere ad prioratum dicti monasterij vnum de duobus melioribus totius ordinis Cluniaceñ. quos Abbas duceret nominandos, exceptis Prioribus Cluniacen. & de Charitate. Abbas Cluniaceñ. successor illius qui fecit compositionem istam, videns illam compositionem monasterio damnosam, accessit ad dñm Papā ostendendo compositionem sibi in præiudicium sui monasterij factam Papa considerans quòd ius eligēdi nō cadit in laicum in Ecclesia collegiata, & ideo illud erat perniciosum exemplo, & redundabat in dispendium Ecclesiasticæ libertatis, statuit vt Abbas Cluniaceñ. dictum prioratum possit libere ordinare, non obstante ipsa compositione iuri contraria, denunciando postmodum ordinationem factam patrono, vt si voluerit, suum præstet assensum. Not. quòd compositio in spiritualibus cum laico facta cōtra Ecclesiasticam libertatem, & iuri contraria non tenet, etiam si facta sit à toto Capitulo. Item ius eligendi non cadit in laicum in Ecclesia collegiata etiam patronum. Item electio à toto collegio facta præsentari debet patrono, vt assentiat.

¶ *Glo seq. fortificat tex. per similia.*

g ¶ *Iuri contrariam.*] Et ideo nō tenuit. simile ī. *eo. cum terra.* vbi nominabantur duæ personæ auribus Principis vel Patriarchæ. si. ī. *de transactio. de cætero cū sit* facta de re spirituali cū laico, quā ipse obtinere non pōt. sic ĵ. de præscript. causam quæ & 16. q. 7. c. 1 sicut nec pactio pro spiritualibus adipiscendis valet. ĵ. *de pactis. pactiones & c. cum Clerici.* ad hoc facit ĵ. *de collu. audiuimus.* & spiritualia iudicio laicorum disponi non debet. ĵ. *de iudi. decernimus,* nec laicus in spiritualibus arbiter esse potest. ĵ. *de arbi. contingit.* ideòque huiusmodi cōpositio fuit iuri cōtraria. Itē dānosa fuit ipsi monasterio, & ideo improbāda. ĵ. *de in integrū restitu. requisiuit.* & si de iure fuit, ex quo damnosa fuit, debet reuocari, saltem per *in integ. restit.* vt dicit *prædicta decre. requisiuit.*

Arbiter esse nequit laicus pro re spirituali.

Glos.

Eligêdi ius non cadit in laicum.

¶ *Gloss. seq. alleg. contra consuetudinem Bononien. signat contrarium quod dupliciter soluit & remittit. Ioan. And.*

a ¶ *In laicum.*]Sic patet ex hac decre. & ex illa. ī. eo. c. Massana. quod ius eligendi non cadit in laicos, etiam patronos in ecclesia collegiata. Et ita hic tollitur consuetudo Bononiensium, qui eligant Capellanos in capella, qui etiam nō sunt patroni, sed parochiani: & qui patroni sunt, eligunt cùm clericis prælatum in collegiata ecclesia. Arg. contra. ī. de iure patronat. nobis. vbi innuitur, quòd patronus habet vocem eligendi in ecclesia collegiata. Sic enim corrigitur [a] illa decret. & omnia alia iura, quæ idem dicere videntur. & sic stabimus huic, vt T. dicebat. Sed electio facta debet præsentari patrono. (vt hic dicit) vt suum præstet assensum. sic s. eod. cum terra: & c. quod sicut. Vel intelligas illam decret. nobis. cum ecclesiastica persona obtinet ius patronatus. & sic non contradicit: licet generaliter loquatur non distinguendo inter laicum patronum & clericum. Dic, vt ibi notatur.

† redundare.

† Aliàs ita: denunciantes ordinatione facta patrono, & suum &c.

a Per hanc post sororem, quæ fuit Gregoriana. ī. de cō stit. c. 1. li. 6. Ioan. And.

giata Ecclesia non cadit in laicum [a], & id ò id esset pernicioso exemplo, & redundaret † in dispendium Ecclesiasticæ libertatis [b], volumus in dictum Prioratum liberè possis (non obstante compositione ipsa) sicut alios Prioratus tibi subditos ordinare: denunciando † ordinationem factam patrono, vt suum, si voluerit, honestum impertiatur assensum.

¶ Idem Decano & Capitulo S. Ioannis & S. Stephani Bisuntineñ.

¶ *Si per Papam mandatur habentibus eligere, quòd eligant cum cōsilio aliquorum, alioquin consiliarij prouideant: eligentes debent cōsilium requirere in tractatu electionis, & congruo tempore expectare responsum; aliàs electio non tenet.*

CAP. LII.

CVm in veteri lege: & infrà. ¶ Porro iam dudum vobis dedimus in mandatis, vt infrà quadraginta dies post susceptionem † literarum nostrarum cum cōsilio sancti Benigni & Morismundi Abbatum, & fratris G. de ordine Prędicatorum, eligeretis personam idoneam canonicè in pastorem: alioquin dicti cōsiliarij vobis de Archiepiscopo prouideretur. Verùm die ad eligendum præfixa, sed ex vobis pote-

b ¶ *Libertatis.*] Quæ enim in præiudicium libertatis ecclesiasticæ tenteantur, firmitatem sortiri non debent. s. de constit. quæ in ecclesiarum. & s. eod. cum terra, & 69 d. bene quidem. & s. eod. quisquis. vbi laici prohibentur ab huiusmodi electionibus.

† receptionem.

CVm, in veteri.] Primò ponit electionis formam. Secundò causæ commissionem, & decisam iudicum relationem: ibi. *Relato ergo.* Tertiò causę diffinitionem: ibi, *Cum autem.* Abb. Sic.

CASVS. Vacante Bisuntina ecclesia; mandauit Papa Capitulo Bisuntino. vt ī. xl. dies post receptionem literarum, personam idoneam sibi eligerent pastorem cum consilio T. B. nigni & Morismundi Abbatum, & fratris G. de ordine fratrum Prædicatorum: alioquin dicti consiliarij prouiderent Ecclesiæ Bisuntinæ de pastore. Recepto mandato die ad eligendum præfixa, Canonici potestatem eligendi Archiepm sex ex Canonicis suis contulerunt vsque ad consumptionē cuiusdam candelæ duraturā, quæ extitit coram eis accensa. tandem electores cœperunt tractare de electione pastoris. & conuenerūt in prædictū abbatē S. Benigni: & cum super hoc consilium sociorum requisissent, vnus eorum respondit, quòd habito inter se consilio respōderent: cúmq; illi differrent dare rñsum. & candela deficeret, electores ipsi non expectato rñso ipsorum, dictum Abbatem in Bisuntinum Archiepm elegerunt. processus huius electionis ad sed. Apost. est delatus. Sed quia de huiusmodi processu non constitit D. Papæ, Archiepiscopo Viennen. & Abbati de Firmitate iniunxit, vt si constaret quòd electores prędicti super electione tractatum habuissent, & in tractatu electionis requisitum fuisset consilium prædictorum, electionem ipsius Abbatis, si persona esset idonea, confirmarent: & si in tractatu electionis non fuisset aliorum consilium requisitū: quamuis postea requisitum fuerit tempore non competenti, nec etiam fuit expectatum rñsum ipsorum: vel si idem Abbas non esset idoneus: quod de ipso factum erat, cassaretur. Inquisitores ipsi secundum mandatum D. Papæ procedentes, inquisitionem suam D. Papæ remiserunt. Papa super hoc rescribit, quibusdam dicens: cum nō fuerit compertum tempore competēti requisitū consilium de persona prædicti abbatis, & qñ fuit requisitum rñsum non fuit expectatum nisi modico tpe. & cum non debeat alijs obesse, quòd electores intantum se arctarent: electionem ipsius Abbatis nō propter vitium personę, sed propter vitium electionis cassauit. Nota quòd forma mandati diligenter est obseruanda, & quia isti non seruauerunt formam datam sibi, cassatum

fuit factum illorum. Not. cum dicitur [De consilio aliorum procedas] quam cito incipis de hoc tractare, debes inquirere ipsorum consilium, nec expectare, quandiu iam fixisti animum tuum. Item negligentia siue factum vnius alijs de iure non debet obesse.

¶ *Gloss. seq. abijcit & soluit.*

statem eligendi dedistis, vsque ad consumptionem cuiusdam candelæ, quę ibidem accensa extitit, duraturam. Tandem cùm electores huiusmodi conuenissent in prædictum Abbatem S. Benigni, & super hoc sociorum [c] eius consilium requisissent: proponente vno ex illis, quòd deliberato consilio responderent: & differentibus eis festinanter dare responsum, præfati electores (cum candela ipsa deficeret) non expectato ipsorum [d] consilio, dictum Abbatem in Bisuntin. Archiepiscopum elegerunt: & infrà. ¶ Relato ergo ad Apostolicam sedem negotio: Archiepiscopo Vinneñ. & Abbati de Firmitate † iniunximus, vt si constaret ab eisdem electoribus de electione tractatum fuisse habitum, & in tractatu [e] electionis prædictorum consilium requisitum, electionem ipsius Abbatis (si persona esset idonea) confirmarent. Quod si in tractatu electionis non fuisset illorum consilium requisitum, licet postea requisitum [f] fuerit non competenti tempore, nec etiam expectatum [g] responsum ipsorum, aut non esset idoneus idem Abbas: quod de ipso factum erat, tanquam inualidum irritarent: & infrà.

† Firmitate.

c ¶ *Sociorum.*]Et sic requisierunt consiliū duorum tm: vnde non videtur seruare mandatum: quod quidem exacta diligentia est obseruandū. s. de rescri. cum dil. ēta. ī. de offi. dele. venerabilis. Sed licèt non requirerent consilium tertij, quem eligere non volebant, nō dicuntur fecisse contra formā mandati, nec pręter formam: quia ipsum eligendo illo cōsentiente consiliū ipsius requirūt & obtinent. arg. s. eo. cum in iure & ff. qd cuiusque vniuer. planè.

d ¶ *Ipsorum.*] sc. duorū, & non illius, qui electus fuit: quia ille non debuit requiri, cùm hoc ipso cassaretur: vt s. eod. cum post petitam.

¶ *Glo. seq. not. & dat simile, quærit, & solutionis obiicit, & respondet.*

e ¶ *In tractatu.*] Hic patet, quòd tractatus debet haberi ante electionem & collationem adinuicem: aliàs qūo eligerent, nisi primò de aliquo eligendo tractarent? s. e. cum terra. & s. eo. quia propter. & ī. de arbit. cùm olim. sicut in carnali matrimonio tractatus præcedere debet: & ideò si illi nō fuerunt requisiti in tractatu electionis, cassatur electio. Sed quid si cōsiliarij discordarēt ab illis electoribus, nunquid valebit electio ipso iure? Certè ex ipsa litera satis innuitur, quòd si requiratur ipsorum consilium in ipso tractatu competenti tempore, antequam conueniant in aliquem; & conferāt adinuicem de persona eligenda, siue concordent, siue discordent, quòd valeat eorum electio: quia per hanc formam non imponitur necessitas, vt consilium eorum sequi teneantur, aliàs non viderentur habere potestatem eligendi, cum talis potestas penderet ab illorum arbitrio, ad hoc facit opt. arg. ī. de arb. cùm olim. & ex consilio nemo ad id obligatur. [b] 14. q. 1. quibus arg. 4. dist. denique. in fin. arg. Sed circa fi. vbi dicitur, quòd nec expectatum fuit eorum responsum, videtur contradicere huic dicto. Sed hic, quòd non contradicit, quia responsum eorum semper est expectandum, aliàs delusórium videretur, tale consilium petere [c].

ADDITIO. Et quid operetur sic petere consilium, ex quo sequi non tenentur, notatur in dicta decre. cùm olim. Ioan. And.

¶ *Glo. seq. dat simile, cui signat contrarium.*

f ¶ *Requisitum.*] Et ideò pro non requisitis habentur: sicut serò appellat, qui tpe competenti non prouocat. 2. q. 6. iudicium, ver. si quidem. Et est simile, quod dicit lex: Si promisisti facere insulam infrà certum tempus, & tantū tēpus transierit, quod à modo infra tempus statutum fieri non possit, licèt totum tempus non transierit, possum agere contra te: quia perinde est, ac si totum tempus transierit. ff. de verb. oblig. si ita stipulatus essem. & l. cum stipulatus. & l. hoc iure. Arg. contra. ff. eod. insulam. Et illud dicitur tempus competens, quo deliberare congruè poterant. ī. de offi. deleg. consuluit. Et tardè fuerunt requisiti, sicut ecconuerso tempestiua citatio non tenet. ī. eo. bonæ memoriæ. 2 g.

¶ *Glossa seq. signat contrarium & soluit. Secunda pars recitetur per quæstionem. quid si cum assensu &c.*

g ¶ *Expectatum.*] Et sic videtur, quòd non sufficit consilium tantum petere, sed expectandum est consiliariorum responsum, & sine ipsorum consilio & responso non valet electio. Sed contra ī. de arbi. c. cum olim. vbi consilium tantum requiritur, sit assensus non exigitur, & illud generale est. & obtinet ratione arbitrij, & sufficit licentiam petere, licèt non obtineatur. ī. de reg. & trans. ad relig.

b Vnde, & dicit Compost. nonnunquam eligentes per hoc eligentes indignum, quod hoc fecerint de illorum consilio. ff. manda. idē. ī. §. si quis facit de re ind. nullus ex consilio l. 6. vbi scripsi in fin. q. de propositionibus, cū. & de. Ioan. And.

c Conc. tex. in l. quid si decedens. §. Pomponius. ff. de adul. & l. 1. §. si plures. ff. de exercit. act.

ad relig. licèt.[a] Item tutor consilium matris potest omittere, licèt testator hoc mandauerit. ff. de admin. tut. quidam. §. Papinianus. Et prætor nonnunquam à voluntate patris recedit. ff. vbi pup. educ. debeat. l. 1. & ita videtur, quòd sufficiat requirere consilium tantum, & non responsum attendere. Hic non valet, quod faciūt, nisi eorum consilium habitum sit in tractatu electionis: vt 63 dist. obeuntibus. & 15. q. 7. Episcopus nullius. & 12. q. 2. sine exceptione. s. eo. ne pro defectu. vbi de hoc. Sed si mandatum fuisset, quòd cùm eorum consilio & assensu obtento: tunc non valeret electio nisi sequerentur voluntatem consiliariorum. & talis potestas non est libera: quia non possunt eligere quem volunt, & tunc non astringuntur ad aliquam formam, sed omnibus præsentibus requirunt electores siue Canonici consilium consiliariorum: & secundum eorum consilium & responsum eligant omnes, vel vnus vice omnium de ipsorum mādato. Sic fuit factum in electione per manum nepotis D. Papæ, vt talis forma data fuit Capitulo. Si Capitulum Bisuntiñ. voluisset in casu isto eligere per formam scrutinij, tunc ante scrutinium communiter omnibus præsentibus tractare debebant de electione cum consiliariis, & requirere eos, & audire consilium eorum, & postea procedere ad scrutinium, & eligere, quem vellent, & etiam post scrutinium requirant consilium illorum, & postmodum eligant seruata forma scrutinij Ber.

Concord. text. in l. in sacris. & in l. hac lege. de prox. sac. scrin. l. 12.

† Aliàs ita: de persona idonea Abbatis prædicti.

† Vide text. in l. 2. §. sed si quis. ff. si quis can.

Cùm potestas eligendi facta est aliquibus, vt eligant de consilio, vel cū consilio aliorū, quid facere debeant.

† Lateran. concil. sub Innocentio. 3. c. 16.

¶ Cùm autem compertum non fuerit competenti tempore requisitum consilium de † persona prædicti Abbatis: & quando extitit requisitū, non fuit expectatū responsum nisi modico tempore, nec debeat aliis[a] imputari, quòd in tantum illi sibi tempus arctarant[b] † electionē Abbatis ipsius, non personæ, sed electionis vitio, duximus irritandam.

¶ Idem Episcopo Syluanecteñ.

¶ *Si maior pars Capituli scienter eligit indignum, valet electio de digno à minori parte, etiam eodem scrutinio facta. h.d. secundum veriorem intellectum & intrinsecum.*

CAP. LIII.

Congregatio Niuerñ. Capitulo ad electionem futuri pastoris, tredecim in Decanum, & octodecim (computato procuratore[c] cuiusdam absentis) in Cantorem ipsius Ecclesiæ conuenerunt: qui cùm plures in eū, & pauciores in alium sua desideria direxissent, à parte sua electus[d] extitit in pastorem Ecclesiæ Niuerñ. Postmodum[e] credente parte Decani, quòd alij plurimùm deliquissent eligendo personam scientiæ litteralis expertem, propter quod illis secundùm statuta Lateranéñ.[f] † concilij ipso iure eligendi potestate priuatis, potestas eligendi ad eos extitit deuoluta: Decanum ipsum, qui in eum sua vota direxerant, in suum Episcopum elegerunt, ad sedem Apostolicam appellantes: & infrà. Reliquis petentibus vt irritare Decani electionem attentatam à paucioribus, & post aliam non cassatam, ac confirmare reliquam veluti canonicè celebratam à pluribus de persona idonea, dignaremur. ¶ Nos igitur mandamus, quatenus si dictus Cantor, defectum in litteratura[g] non patitur, & aliàs est idoneus ad regimen pastorale, ipsius electionem procures auctoritate nostra (infirmata reliqua) confirmare. Alioquin (ipsius Cantoris electione irrita[h] nunciata) prænominatum Decanum (si nihil ei de canonicis obstiterit statutis †) eadem auctoritate præficias Ecclesiæ memoratæ.

¶ Idem Siluanectén. Episcopo, & Ioan. de monte mirabili Archidiaco. & succentori Parisiensi.

¶ *Habens plures dignitates, vel plura beneficia curata, sine dispensatione Papæ inelegibilis est. h.d. quoad titulum.*

CAP. LIV.

ij Dudum Ecclesia Rothomagensi pastoris solatio destituta, contra electionem, quæ in eadem Ecclesia fuerat

¶ *Glo. seq. arguit, allegat tria iura.*

a ¶ *Aliis imputari*] Imputent sibi, quia tantùm se arctauerunt. Et est arg. quòd negligentia vnius alij obesse nō debet. Iniquum est enim aliquem alterius odio prægrauari. C. de inoffi. testam. si quis. & pœna suos debet tenere auctores. j. de his quæ fi. a maio. par. c. quæsitum. & C. de pœnis. l. sancimus.

¶ *Glo. seq. inducit simile.*

b ¶ *Arctarant.*] Sic iudex cuius iurisdictio expirat in termino, non debet ita se arctare, sed ea hora procedat, qua possit perficere, quod incœpit ante noctis tenebras, &c. j. de offic. deleg. consuluit. & ff. de feriis, pridie. & l. more Romano.

Congregato.] Electus à maiori parte Capituli, si est idoneus, confirmatur, aliàs confirmatur electio facta à minori parte de digno. hoc dicit, & hæc summatio est multùm generalis. Primò ponitur duplex electio, & super vtraque partium allegationes. Secundo ibi, *Nos igitur*, diffinitionis commissio. Abbas.

Casvs. Ecclesia Niuernensi vacante Capitulum eiusdem die præfixa, ad celebrandam electionem conuenerunt, præmisso scrutinio secundum formam concilij generalis, octodecim (computato quodam procuratore absentis) conuenerunt in cantorem eiusdem Ecclesiæ. xiij. vero in decanum eiusdem Ecclesiæ consenserunt: alij qui cantorem in scrutinio nominauerant, videntes quod essent in numero plures, quàm illi qui in Decanum conuenerant, ipsum cantorem in pastorem elegerunt. Postmodum, pars Decani videns, quod alij plurimum deliquissent eligendo, personam scientiæ literarum expertem, propter quod illi erant ipso iure eligendi potestate priuati secundum statuta Lateran. concilij. & ad eos potestas eligendi deuoluta Decanum in suum Episcopum elegit, ad sedem Apost. appellans. & ex negotium illud est ad sedē Apost. est delatum. Petebat pars Decani electionem istius cōfirmari, reliqua infirmata, cum facta esset de persona indigna. Pars altera petebat electionem cantoris à maiori parte Capituli canonicè factam, reliqua infirmata, confirmari. Mandat Papa Episcopo Siluanecteñ vt si dictus cantor defectum in literatura non patitur, & aliàs est idoneus, ipsius electio confirmetur reliqua infirmata: alioquin cantoris electione irrita nunciata, decanum ipsum si aliàs idoneus est, præficiat in pastorem Ecclesiæ Niuerneñ. Nota, quòd si aliquis defectum in litteratura patitur, electio de ipso facta non valet, & ad alios licèt pauciores numero deuoluitur potestas eligendi. Item nota, quod descientia promouendi impedit, & promotum deiicit.

c ¶ *Procuratore.*] s. eod. quia propter. c. scriptū. & ff. de admin. tut. ita autem. § gessisse.

d ¶ *Electus.*] Seruata forma scrutinij in vtraque electione.

e ¶ *Postmodum.*] Antequam diuerterent ad alium actum: ne sit contra. s. eo. cùm post petitum.

Additio. Poterat etiam ex interuallo facere, repetito tamen inter eos scrutinio & tractatu, vt dixi in text. super ver. elegerunt. Ioan. And.

f ¶ *Lateranen.*] Concilij. s. eo. cum in cunctis.

g ¶ *In litteratura.*] Et ita defectus scientiæ facit aliquem ineligibilem. s. eod. cum in cunctis. & non solùm impedit promouendum, sed deiicit iam promotum. j. de æta. & quali. c. vlt. & defectus scientiæ inducit renunciationem j. de renun. nisi cum pridem. §. pro defectu. & quia si non sit eminentis scientiæ, saltem sit sufficientis. s. eod. cum nobis olim. & nō solùm debet habere scientiam sacrarum literarum, sed etiam secularium negociorum. 36. d. §. 1. & c. qui Ecclesiasticis. vt sit paratus omni poscenti reddere rationem. ca. d. 6. ecce: ad fin. quia cùm ipse debeat alios docere, non debet tunc discere. In Auth. de san. Episc. §. damus. coll. 6. & nos qui Episcopi sumus, aliorum doctrina nō indigemus. 1. q. 7. c. conuenientibus.

Scientia defectum reddit aliquem inelegibilē.

† institutis.

Episcopi qua scientia instructi esse debeant.

¶ *Glo. sequ. rect. per q. quare hæc electio est irrita. & reliqua confirmanda. & arg. contra opinionem.*

h ¶ *Irrita.*] Ipso iure s. eod. cum in cunctis. cum indignam personam elegerint: vnde eligendi potestas remansit penes alios quamuis numero pauciores, cum primi eligendo talem reddiderint se indignos. s. de postul. c. 2. vnde confirmatur hic electio à minori parte celebrata, non obstante priori electione: & ita electio quæ nulla est, non præstat impedimentum secundæ. simile s. eod. scriptum est in fi. & de hoc dictum est s eo. audicis. & per hanc decr. expressè reprobatur dictum illorum, qui dicunt quòd canon ille, cum in cunctis. non est hodie latæ sententiæ, sed ferendæ: vt dixi s eo. Cumana. in fi.

Intellectum cap. cum in cunctis. s. hoc titulo.

ij Dudum.] Diuiditur principaliter in tres partes. In prima ponuntur narrationes partium coram Papa. In secunda: ibi, *Nos igitur.* commissio & processus iudicum. In tertia: ibi, *Licèt autem.* processus Papæ. Abb. Siculus.

Casvs. Vacante Rothomag. Ecclesia, Canonici conuenerunt ad celebrandum electionem. Decanus ipsius Ecclesiæ electus fuit in pastorem. contra istam electionem se opponebat A. Archi. ipsius Ecclesiæ, & quidam alij Canonici. dicto Archi. pro se & pro parte sua, & G. Archi: procuratore eorum, qui electionem celebrauerant in præsentia Papæ constitutis, inter alia quę cōtra electum obiecta fuerunt, proposuit Archi. prædictus, quod idem electus post concilium generale adeptus fuerat Archidiaconatum Ambiañ. & ipsum cum pluribus parochialibus Ecclesiis, quas ipse habuerat ante Episcopum concilium retinere præsumpsit, & dimisso illo Archidiaconatu Ecclesias ipsas retinuit. Sed in concilio illo dicitur. Quicunque receperit beneficium habēs curam aīarum annexam, si prius tale beneficium obtinebat, ipso iure sit isto beneficio priuatus: & si illud retinere contenderit, etiam alio spolietur. Sed idem electus contra prædictum concilium veniens, notam cupiditatis incurrit, quam in aliis debuit reprobare: & retinendo beneficia, quæ non spectabant ad ipsum, item conuectauit

celebrata [a], Archidiaconus & quidam alij eiusdem Ecclesiæ Canonici ad sedem Apostolicā accesserunt. Dicto verò Archidiacono pro se ac parte sua, & G. Archi. procuratore illorū [b], qui electionem celebrauerāt, in nostra præsentia cōstitutis: inter alia quæ contra [c] electū obiecta fuerunt, Archidiaconus proposuit memoratus, quod idem electus post generale † conciliū Archidiaconatum Ambian. adeptus, ipsum cum pluribus parochialibus Ecclesiis, quas † ante idem concilium, obtinuerat, retinere præsumpsit, eòque dimisso retinuit Ecclesias memoratas. Vnde cum in eodem [d] concilio sit statutū, vt quicunque receperit aliquod beneficium curam animarum habens annexam, si priùs tale beneficium obtinebat, eo sit ipso iure priuatus: & si fortè illud retinere contenderit, etiam alio spolietur: prædictus electus cōtra huiusmodi veniēs statuta, transgressionis notam, nec non cupiditatis [e] vitiū (quod in aliis reprobare debuerat [f]) ex pluralitate beneficiorum incurrat. Et retinendo beneficia, quę nō spectabant ad ipsum, (cum post receptionem alterius priora beneficia vacauerint ipso iure [g]) rē contrectauit per consequens alienam [h], & sic furtum [i] commisit quodammodo vel rapinam. In suæ quoque salutis & multarum animarum dispēdium prædictas parochiales Ecclesias retinebat †: cùm earum cura, qua iam priuatus fuerat ipso iure, ad eum nullatenus pertineret: & sic per ipsum eædem animæ damnabiliter sunt deceptæ.

† *Hoc est generale concilium Lateran. sub Innocentio iij. vbi c. 9. cauetur, ne vllus habeat duo beneficia cum cura annexa.*

† *Aliàs ita: quas idem ante concilium obtinuerat.*

† *detinebat.*

trectauit alienam, & sic furtum commisit quodammodo vel rapinam. Præterea in suæ salutis periculum & multarum animarum dispendium illas ecclesias retinebat, cum earum cura nullatenus ad eum pertineret, cum illis esset ipso iure priuatus, & ne per episcopum parochiani damnabiliter sunt decepti. & ex aduerso respondebat procurator alterius partis, quod licèt dictus electus plura beneficia obtinebat, per concessionem tamē Rothomagen. archiepiscopi, D. Papæ exhibitam excusabat eundem. D. Papa excusationem illam friuolam reputauit, mandās quibusdam, vt si constaret, quòd idem electus post receptum arch. prædictum curam animarum habentem, præfatas ecclesias electionis tempore retinuisset, nec ostenderet secum super hoc per sedem Apost. dispensatum fuisse, electionem cassarent, ecclesiæ, & de persona idonea prouiderent. Partibus igitur in iudicum præsentia constitutis, & præstito iuramento de veritate dicenda, & factis positionibus & responsionibus hinc & inde, tandem idem decanus electus, ex quibusdam grauaminibus ad sedem Apost. appellauit. iudices non obstante appellatione cassauerunt electionem eiusdem decani, & eidem ecclesiæ de Cænoman. episcopo prouiderunt. postmodum verò causa ad sedem Apost. est delata. Papa examinato processu iudicum prædictorum, licèt positiones & responsiones factæ fuissent super quibusdam articulis coram prædictis iudicibus: quia tamen Papa non inuenit litem contestatam fuisse: quia per positiones & responsiones non fit contestatio litis, sed per petitionem in iure positam, & responsionem secutam contest. lit. fit: processum eorundem iudicum denūciauit irritum & inanem. post ista omnia archid. ex causa præmissa petiit electionem irritari. dictus procurator respondit quod electio eius nō erat irritanda, sed potius confirmanda, lite coram Papa legitimè contestata, & præstito à partibus iuramento de veritate dicenda. electus ipse confessus fuit electionis tempore se beneficia tenuisse prædicta: sed excusabat se dicendo, quod non credebat dictum archidiaconatum curam animarum habere, sed tamen ipse confessus fuit in iure, quod archid. Amb. de consuetudine suspendit, excommunicat, & absoluit presbyteros & Priores, & parochiales ecclesias visitat, inquirit, & procurationes recipit, ex hoc patet, quod curam animarū habet annexam: & si etiam non haberet curam animarum, personatus tn̄ existit. sed idem est iudicium de personatibus & beneficiis curam habentibus. Item indulgentiā, quam super hoc se dicebat habere, Papa friuolam reputauit, quia fuit impetrata veritate tacita, & falsitate suppressa, quia tacita vel expressa veritate, eam nullatenus habuisset: expressisset enim, quod prædictas ecclesias canonicè fuit assecutus, antequam archidiaconatum habuisset, cùm nullus possit parochiales ecclesias plures habere, nisi vna pēdeat ab altera, vel nisi vnam intitulatam & aliam commendatam haberet. vnde cùm ipse vtraque intitulatam habuit, illas canonicè non potuit obtinere. Item dixit, quòd redditus sui personatus erant tenues & exiles & suppressit etiam, quòd plures parochiales ecclesias cum aliis beneficiis in diuersis ecclesiis obtineret, & non fuit intentio Papæ secum in tot beneficiis dispensare, nec denuo sibi aliquid concedere. Ad vltimum cùm non restaret nisi sententia proferenda, renunciauit iuri, si quod ei competebat, & liti spontanea voluntate cessit, & Papa eius renunciationem admisit. Ex hac decretali plura notabilia colliguntur. Primò quòd qui habet curam animarum vel personatū, si recipit consimile beneficium ipso iure vacat primum. Item qui retinet beneficia cum cura animarum, vel plures personatus, ineligibilis efficitur, dum illa retinet. Item solus Papa super hoc potest dispensare, vt quis habeat plura beneficia vel personatus. Item tempore electionis spectandum est an quis sit idoneus. Item per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam fit litis contestatio, & non per positiones, & responsiones. Item vbi litis contestatio non processit, nullus est processus, nec iuramentum in causa illa factum, sed iterum litis contestatio facienda est, & iterum iurandum est. Item confessio in iure facta præiudicat. Item si quis Prælatus excommunicat, absoluit, inquirit, & visitat: ex hoc curam habet animarum. Item beneficia cum cura animarum & personatus æquiparantur. Item indulgentia impetrata, veritate tacita vel falsitate suppressa, non valet.

a ¶ *Celebrata.*] De decano eiusdem ecclesiæ, qui primo fuerat archidiaconus Ambianensis.

b ¶ *Illorum.*] Not. quod eligentes possunt petere confirmationem electionis. [a] sed hoc intelligo de consensu electi esse faciendum, aliàs non. ī. eod. innotuit.

c ¶ *Contra electum.*] Not. quòd qui opponit in formam electionis, & non probauerit, quod opponit, condemnari debet alteri parti in expensis. Qui verò deficit à probatione eius, quod obiicit in personam, à beneficiis ecclesiasticis per triennium nouerit se suspensum: ad quæ si intra id tempus se ingesserit, pro rite illis perpetuò est priuatus, nullam spem de misericordia habiturus, nisi probauerit euidenter, quòd probabilis & sufficiens causa ipsum à calumnia excusauerit, vt hæc statuuntur in decret. Inno. iij. co. iii. cap. 1. quæ incipit: statuimus.

a Adde not. per Bart. in l. si quis. C. de decur. li. 10 & gloss. vlt. in c. examinata. ī. de confir. vti. & inut.

d ¶ *In eodem concilio.*] ī. de præben. de multa. cuius verba hic inferiùs ponuntur.

e ¶ *Cupiditatis vitium.*] ī. de cler. non resi. quia nonnulli. ī. de præben. cùm iamdudum. & c. quia intantum. vnde contra Lateranen. concilium, & concilium generale beneficia huiusmodi retinebat.

Decretum concilij Lateranensis, cuius hic fit mentio, integrum invenies. ī. lib. 3. titul. 5. de præbendis, & dignita. c. 28.

¶ *Glossa seq. alleg. 3. concor. inducit quatuor similia.*

f ¶ *Reprobare.*] Sic patet, quòd non debet facere id, à quo alios debet eas prohibere. ī. de natis ex lib. ven. c. vnico. & ff. de cond. indeb. frater à fratre. & ff. si se. ven. al. ius. & quod quis debet exigere ab aliis, multò fortiùs à seipso. ff. de neg. gest. si pupilli. §. videamus. & ff. de fideiuss. tutor datus. nec potest esse hortator viduitatis, qui coniugia frequentauerit. 26. d. vna tantùm. nec potest de medio ecclesiæ malum auferre, qui in simile delictum corruerit. 25. di. primum. Et quod aduersus alium præstare debuit tutor pupillo suo, id aduersus se præstare debuit. ff. de admin. tuto. quoties. §. 1. & 42. d. §. 1. in princ.

Quales esse debeāt partes eorum, qui præsunt.

g ¶ *Iure.*] ī. de præben. §. de multa.

h ¶ *Aliena.*] Sic ff. de procu. l. Pomponius. & C. vnde vi. l. vlt.

¶ *Glossa sequens dicit, quid sit furtum, opponit, quod hic non cadit furtum, & soluit.*

i ¶ *Furtum.*] Simile 7. q. 1. non furem. Furtum committit, qui rem alienam inuito domino contrectat. Instit. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. § furtum autem. Et dicitur furtum contrectatio rei alienæ fraudulosa: vt Insti. eo. tit. in princ. vt iste qui rem alienam scienter tenebat, & ideò non excusatur. Si enim quis rem contrectauerit alienam credens esse suam, non committit rapinam vel furtum. Instit. vi bono. rapto. §. quia tamen. Item nec excusat hoc, etiamsi credat dominum permissurum, cùm exigatur expressa dispensatio Apostolicæ sedis: vt infrà sequitur. & infrà de præben. de multa. Sed in furto excusatur, si credat dominum permissurum. Inst. de obli. quæ ex quasi delic. nasc. §. placuit. Sed quod dicit *furtum vel rapinam*, hoc non est verum, quia furtum non committitur in re immobili. Instit. de vsucap. §. quia autem. nec de re incorporali qualis erat hic. ff. de acq. rerum do. seruus. §. incorporales. Sed hic ista verba impropriè dicuntur, & iste potuit dici inuasor. sic exponitur. 7. quæst. 1. non furem & latronem, id est, inuasorem. Et hoc etiam exponit cùm dicit, *quodammodo.*

In re corporali non cadit furtū, sed inuasio.

¶ *Glossa sequens causam reddit, arguit, & soluit.*

k ¶ *Deceptæ.*] Quia cum desierit esse Prælatus ipsorum, nihil potestatis habebat in eos: vnde non poterat illas soluere vel ligare. ī. de pœnit. & remis. omnis vtriusque. & de pœn. dist. 6. placuit. Sed nunquid valebit illis talis absolutio illius talis Prælati, siue pœnitentia per illum imposita? Non videtur, quia nullam potestatem habet ligandi vel soluendi, sicut non valet sententia à non suo iudice lata. ī. de iudi. at si clerici. & si sic perierant. In isto casu non credo, quòd perirent, non quia ille hoc posset, sed propter fidem, quam habebant de sacramento, cùm crederent illum adhuc esse suum Prælatum, & ita in sola fide [b] soluantur. ī. de bap. & eius effec. debitum. & ī. de presbyt. non bap. Apostolicam. & de consecra. d. 4. baptismi vicem.

b Sano modo hoc accipias.

a ¶ *Per concessionem.*] Ante concilium generale. j. de præb. de multa. poterant Episcopi de talibus dispensare, per illud decretum. 70.d. sanctorum. sed postea non, & ideò non profuit huic concessio facta post illud concilium. Bern.

¶ *Glo.seq.notat tempus electionis spectandum, & dat duo similia. demum quærit, arguit pro & contra, & soluit, & remittit.*

¶ Verùm procurator eorum, qui elegerant ipsum, & si pluralitatẽ beneficiorum huiusmodi corã nobis profiteretur † in iure, per concessionem [a] tamen Rothomag. Archiepiscopi nobis exhibitam, eundem electũ nisus † est multipliciter excusare. ¶ Nos igitur, dictã excusationẽ, vtpote friuolã nullatenus admittẽtes †, vobis dedimus in mandatis, vt si constaret, quòd idem post receptum Archidiaconatum prædictum curam animarum habentem, præfatas parochiales Ecclesias electionis tempore [b] retineret, nec ostenderet secum per sedem Apostolicam [c] super hoc dispensatũ, electionem illius auctoritate Apostolica cassaretis: & infrà. ¶ Partibus ergo propter hoc in vestra præsẽtia cõstitutis, præstito quoque † iuramento de veritate dicẽda, & factis positionibus & responsionibus hincinde, tandẽ eodem Decano [d], prætextu quorundã grauaminum ad nostram audientiam appellante, vos electionem huiusmodi irritantes, eidem Ecclesiæ de Cenomañ. Episcopo prouidistis: & j. ¶ Licèt autẽ positiones & respõsiones super pluribus articulis factæ fuerint coram vobis, quia tamen contestationem litis non inuenimus esse factam (cùm nõ per positiones & respõsiones ad eas factas †, sed per petitionẽ in iure propositam & responsionem [e] factam, contestatio litis fiat †) eundem processum de fratrum nostrorũ consilio irritum [f] diximus nunciandum. Tandem Archidiaconus electionem ex præmissa causa petiit irritari [g] electo [h] respondente prædicto, ꝙ nõ erat ius, electio irritãda. Lite verò coram nobis legitimè cõtestata præstitóque de veritate [i] dicenda à partibus iuramento, idem electus etsi confiteretur [k] se dicta beneficia electionis tempore tenuisse; tamen excusare se super hoc nihilominùs nitebatur, quia videlicet dictũ Archidiaconatũ nõn credebat curã animarũ habere. Sed cum in iure confessus fuerit, ꝙ Archidiacon⁹ Ambian.

† *confiteretur.*

† *Aliàs: visus.*

† *Vide l. liberto. §. finali. ff. de neg. gest.*

† *Aliàs: præstitoque.*

† *Aliàs: & præstito.*

b ¶ *Electionis tempore.*] Not. tempus electionis spectandum. s. e. dudum. vbi de hoc. & ita si tunc non habuisset, non imputaretur ei, cum iam purgatus esset per restitutionem. Sic & qui in crimine detinetur, repellitur à testimonio, sed si iam emendatus est, admittitur. j. de test. testimoniũ. cum distinctione illius capituli. & ita repellitur, vt indign⁹, quia non erat capax tunc. ff. de iure fisci. non intelligitur. §. si quis palam. Sic etiam consideratur tempus contractus, an Ecclesia decepta fuerit, vel læsa vltra dimidium iusti pretij. j. de empt. & vend. cum dilecti. & ff de euict. ex mille. § 1. C. de rescin. vend. si voluntate. Sed si medio tempore dimitteret illas parochiales Ecclesias, nunquid prodesset ei, vt sic reputaretur dignus? Videtur quòd sic: quia si tempore litis contestatæ non cõpetit mihi ius contra te, quia tunc non possides, & tempore sententiæ tu possideas, sequitur condemnatio. ff. de rei vend. si autem. §. 1. ff. de peti. hæredi. si quo tempore. & ff de pecul. quæsitum respon. 1. & ff. depositi l. 1. §. non solùm. & meritò, cùm res peruenit ad eum, à quo potuit efficax habere principium j. de conuer. coniug. placet. Sed contra: ipso sui principio inhabilis erat, quia intus ortus occidit. 1. q. 1. quibusdam. & talis contractus non sumpsit initium ab origine æquitatis. 16. q. 3. si sacerdotes. Verum est, quòd non prodesset dimittere huiusmodi beneficia, vt per hoc confirmaretur electio sua. De hac materia quando considerandum est principium vel finis. not. s. eod. dudum.

c ¶ *Per sedem Apostolicam super hoc dispensatum.*] j. de præben. de multa. Et sic euacuatur opinio Ioannis, qui notauit ibi, quòd Episcopi adhuc possunt in talibus dispensare.

d ¶ *Eodem Decano.*] se electo. qui Decanus erat eiusdem Ecclesiæ, post dimissum Archidiaconatum Ambian.

¶ *Glo. seq. quærit an per confessionem fiat contestatio. arguit contra, & soluit pro distinguendo tamen.*

e ¶ *Responsionẽ.*] Sed pone ꝙ reus cõfiteatur, qđ petitur ab actore, nũquid p confessionẽ fit litis cõtestatio? Videtur ꝙ nõ: quia dicit lex, per narrationẽ propositã & contradictionem obiectã fit litis contestatio. C. de iudi. rem non nouam. §. patroni. & alibi dicitur: Lis cõtestata videtur, cũ iudex per narrationẽ causam audire cœperit. C. de lit. contest. l. vni. & ita qđ dixit simpliciter p narrationẽ, determinatur p illã l. rẽ non nouã. quæ est posterior, & ita videtur, ꝙ fiat contestatio litis tñ per contradictionem, & non per confessionem. Dicas, ꝙ si libellus datus est aduersario, & pposita narratione actoris aduersario, ipse confiteatur animo contestandi litem, tunc lis est contestata, & ex tali confessione damnatur. ff. de confes. Iulianus. & ita sententia diffinitiua fertur contra reum. Sed si non sit datus libellus & reus confiteatur in iudicio, tunc non dicitur fieri litis contestatio, nec fertur sententia diffinitiua, sed iudex præcipit reo vt soluat ad certũ tẽpus. ff. de iudi. si debitori. & tale præceptum non appellatur sententia, sed simpliciter dicitur præceptum, & ita seruatur. Est ergo verum, quòd oblato libello aduersario, & postea proposita petitione actoris in iudicio, siue reus neget siue confiteatur litem contestando, litis contestatio est facta. [a] Et hoc satis habetur per hoc quod dicit, ꝙ per narrationem & responsionem contestatio litis fiat, non distinguendo, confitendo, vel negando, & etiam ipsa significatio verbi hoc probat satis. Contestari, id est, simul testari. & ita reus, qui confitetur cum actore simul testatur super re petita. Bern.

a *Contr. tex. in l. 1. § præterea. ff. de rei. actio. primo. & in l. 1. & ibi. Petrus de Bellaperti. & Cy. C. de alie. iu. mu. ca. fa.*

f ¶ *Irritum duximus.*] Sic patet manifestè quòd litis cõtestatio est de substantia ordinis iudiciarij: & nihil valet sententia vel testis receptio, illa omissa. j. vt lit. non contest. c. accedens. & c. ad hoc. & hic. & ita per positiones & responsiones ad eas, non fit litis contestatio. j. de lit. contest. c. vnico. & C. de iudi. rem non nouã.

g ¶ *Irritari.*] Hic agebatur contra electum, vt eius electio cassaretur ex causa prædicta. simile j. de iudi. exhibita. & eadem causa possent ipsi iidem excipere contra electum, si peteret electionẽ suam confirmari. j. de excep. dilecti. & sic ex eadem causa competit actio & exceptio, diuerso tamen iudicio, quod non contingit in alijs iudicijs, cùm exceptio sit actionis exclusio. ff. de excep. l. 2. & idem est effectus quocunque modo procedatur. Ber.

† *Dictio, factas, deest in omnibus antiquis exemplaribus.*

h ¶ *Electo respondente.*] Hic ergo patet, qualiter litis contestatio fiat, quia per petitionem in libello petitam, & responsionem directè factam ad ipsum, vt hic patet. sicut etiam traditur. C. de lit. contest. l. vni. & j. de lit. contest. c. vni. C. de iudi. rem nõn nouam. §. patroni.

† *Vide l. defensor. §. qui interrogatum. ff. de inter. actio. & in l. 2. C. de dimer. rescr. Litis contestatio qualiter fiat.*

¶ *Glossa not. quærit. argu. contra. Iterum quærit, & soluit. allegat. in fine ius nouum.*

i ¶ *De veritate dicenda.*] Not. ergo ius nouum, licèt ratio esset antiqua, & sic etiam obseruatur, quòd in causis spiritualibus iuramentum de veritate dicenda tantum præstatur. & non de calumnia. j. de iu. calum. literas. Sed nũquid huiusmodi iuramentum debet exigi à prælato quando litigatur per syndicum nomine collegij in causis spiritualibus? Non videtur: quia illud iuramentum debet præstare syndicus, qui videtur dominus litis factus per contestationem, sicut præstat iuramentum de calumnia. j. de iura. calum. in pertractandis. & c. seq. & c. cum in causa. & idem dico in hoc iuramento, quod in iuramento de calumnia, vt qui illud præstare non vult, actor cadat ab actione instituta, & reus pro confesso habeatur. j. de iur. calum. cum in causa. & C. eo. tit. l. vlt. §. ꝙ si actor. Iuramentum illud de veritate dicenda quidã exigunt à prælato, licèt præstitum sit à syndico, & in spũalibus & in ciuilibus causis, vt prælatus dicat inde veritatẽ de causa illa. sed quo iure hoc faciant, non vidi ius super hoc, sed ex quadã æquitate hoc dicunt, quæ posset cõtinere quandoque iniquitatẽ, quia posset corrumpi Prælatus. Sed nũquid crederetur confessioni Prælati, vt per talem confessionẽ condemnaretur Ecclesia: & si iam fundasset Ecclesia intentionẽ suam, nunquid præualeret confessio Prælati contra Ecclesiam facta? Certè non arg. opti. 25 q. 2. postquam quia factũ Prælati non debet Ecclesiæ iure imputari. 16 q. 5. si Epm. & j. de excep. cum venerabilis. Qui tale iuramentum exigunt: dicunt ꝙ concessio Prælati sola nõ præiudicaret Ecclesiæ, sed cũ alijs adminiculis præiudicaret, vt si altera pars semiplenè probasset, ita ꝙ non sufficeret ad condemnandũ, tunc confessio Prælati cõplet probationem. Sed non credo, ꝙ deberet talis exigi confessio: nisi forsan cum Prælatus deberet respondere de eo, quod ipse fecit, sicut seruus quandoque interrogatur de facto suo. 4. q. 3. c. si testes. §. item serui neque. & C. de quæst. interrogari. nec tunc dicerem, ꝙ confessio illa præiudicet Ecclesiæ: quia delictum personæ & c. nisi id fecisset de mandato Capituli, vel ratũ postmodũ habuisset & hoc probat decr. illa, præsentium. quæ hic inferius allegatur, licèt cõsuetudo se habeat in contrarium. Hodie verò habemus quandam decretalem super hoc, quæ dicit, quòd prælatus nomine suo, & in animam Capituli vel maioris partis præstat hoc iuramentum de veritate dicenda, & ꝙ debet respondere veritatem, quam ipse scit, & intelligit per eos, in quorum animas iurauit, & incipit: Præsentium tibi auctoritate: & mittitur cuidam Archiepiscopo. [b] Et ita confessio solius Prælati non præiudicat Ecclesiæ, & ita non debet exigi. Bern.

An cũ Prælati testificantur, debeant præstare iuramentum de Veritate dicenda.

b *Hanc decretalẽ habes modo sub titulo de testibus lib. 6.*

k ¶ *Confiteretur.*] Et ideo pro conuicto debet haberi, cum sua excusatio non valeret: quia confessos in iure pro iudicatis haberi placet. C. de conf. ff. l. vnica. & j. de confess. c. cum super. & ex parte tamen si quis probat se errasse, non nocet confessio. c. vlt. & C. de iur. & fac. ig. error facti. De hac materia tractatur plenè j. de confess. c. vlt. & j. de iudi. c. at si clerici.

Confessio nõ nocet erranti.

¶ Glossa

de conſuetudine ſuſpendit [a], excõmunicat, & abſoluit presbyteros & Priores, & Parochiales Eccleſias interdicit; nec nõ Archidiaconus viſitat †, & inquirit, quæ viderit inquirenda, & procurationes ratione viſitationis recepit, euidẽter apparet, q̃ curã habeat animarũ annexam: quam ſi etiã non haberet, negare non poteſt, quin perſonatus exiſtat: cùm idẽ de Perſonatibus [b], quod & de beneficiis curam animarũ habentibus iùdicium ſit habendum [c]. Inſuper indulgentiã, quã ſuper hoc aſſerit ſe habere, inualidam reputauimus, cùm in ea falſitatẽ ſuggeſſerit, & ſuppreſſerit veritatem, qua tacita vel expreſſa [d] ipſam nullatenus habuiſſet [e]. Suggeſſit enim, quod prædictas parochiales Eccleſias, antequam fuiſſet in Archidiaconum aſſumptus, canonicè fuerat aſſecutus, cùm nullus potuerit plures parochiales Eccleſias obtinere, niſi vna penderet [f] ex altera, vel vnam intitulatam [g], & alteram † commendatam haberet. vnde cùm idem vtranque illarum intitulatam haberet: ipſas nequiuit canonicè habuiſſe. Itẽ ſuggerens, q̃ redditus perſonatus [h] ſui erant tenues & exiles, ſuppreſſit, quòd alios redditus in pluribus Eccleſiis noſcitur obtinere. Suppreſſit etiam, quòd plures parochiales Eccleſias, cũ pluribus aliis beneficiis in diuerſis Eccleſiis obtineret: cũ intentionis noſtræ non fuerit ſecum in tot beneficiis (præſertim habentibus curã animarũ) diſpenſare: nec intentionis noſtrę fuerit aliquid ei de nouo cõcedere, ſed vt per indulgentiam poſſet habita licitè retinere [i]: & infrà. ¶ Tandem cùm nõ reſtaret, niſi proferenda ſententia, idem tam iuri (ſi quod [k] ei competere videbatur) quàm liti ceſſit † ſpontanea voluntate, cuius ceſſionem duximus admittendam.

¶ Idem.

¶ Irrita eſt electio, quam collatio non præceſſit, vel quæ facta non eſt à maiori parte Capituli, vel quæ non fuit communis.

CAP. LV.

IN Geneſi legitur: & infrà.

¶ Glo. ſeq. arguit, à contrario alleg. tria iura, & ar. fortificat per vnam decre. ſecundo contra alleg. quatuor iura, tertio ſoluit.

a ¶ *Suſpendit.*] Innuit, q̃ ſecus ſit de iure cõi. q. d. Archidiaconus ea quæ ſequuntur facere non debuerat de iure cõi, ſed de conſuetudine. ſ. de of. arch. ad hoc. ſ. de exceſ. prælat. ad hæc. Item q̃ non de iure cõi hoc faciant, eſt arg. 16. q. 7. nullus omnino. immò videtur de iure cõi, q̃ conſuetudo nõ proſit, ſ. de off. Arch. cum ſatis. immò contrarium videtur, q̃ de iure cõi hæc ſpectent ad archidiaconum 25. d. perlectis 63. diſt. ſi in plebibus. ſ. de offi. archidia. c. ad hæc, & c. vt noſtrum. Quid eſt ergo tenendũ de iure cõi? Videtur, q̃ hęc pertineant ad archidiaconum per iura proxima. Sed conſuetudo ſeruatur in talibus.[a] De hac materia dicetur. ſ. de offic. arch. ad hæc & eo ipſo, q̃ archidiaconus vel alius Prælatus hoc exercet, intelligere poteſt, quòd curam habet animarum annexam.

b ¶ *Idẽ de perſonatib*.] ſ. de præben. de multa. §. vlt. & eſt arg. quod de ſimilibus idem debet eſſe iudicium. ſ. de transl. c. inter corporalia. & ſ. de reſcript. inter cætera. in fi. Similis enim æquitatis ratio ſimilia iura ſuadere videtur. C. ad l. Fal. l. vlt. ff. ad leg. Aquil. illud. & C. de conſtit. pecu. l. vlt. & ſ. de conſ. vti vel inutil. cum dilecta. & ſ. de conſtit. nam concupiſcentiam. & quoties ex vna radice vitium naſcitur, conſequens eſt, vt eadem lege tollatur. C. de nup. ti libertam.

c ¶ *Habendum.*] Poteſt hîc dici, prout dicitur 17. q. 4. vxor felicis. verſi ſic eſt ad ſingula, &c.

d ¶ *Expreſſa.*] ſ. de reſcri. ſuper literis. multa exempla potes habere ſ. de reſcri. c. ad audientiam. & c. conſtitutus. ſ. de offi. deleg. coram. ſ. de reiudi. inter monaſterium. & ſic idem iuris eſt in indulgentiis ſiue confirmationibus ſicut in reſcriptis, vt hic patet. & in priuilegiis. ſ. de decr. ex multiplici. vt non valeat veritate tacita impetrata. Ad hoc vt confirmatio valeat, neceſſ. eſt, quòd Papa ex certa ſcientia confirmet omnia beneficia, aliàs non valet, vt patet. ſ. de conſan. & affi. c. quia circa. ſ. de conceſſ. præben. quia diuerſitatem.

e ¶ *Habuiſſet.*] Vt ipſe dicebat.

f ¶ *Penderet.*] De hoc no. ſ. de æta. & quali. eam te.

¶ Gloſ. ſeq. ponit quinque modos, quibus dicitur titulus. ſecũdò ponit regulam, & quinque caſus exceptos, tertio quærit & ſoluit.

g ¶ *Intitulatam.*] Not. ergo q̃ nullus poteſt habere duas eccleſias intitulatas. Vt hoc melius intelligas, videas primò, quod ſit titulus. Titulus quandoque dicitur ſignũ, vt 16. q. 6. conſuetudo. Et dicitur titulus o[...] cauſa acquirendi dominij, vt titulus pro emptore, pro donato, pro hærede, pro ſuo, pro dote, pro legato, pro derelicto.[b] vnde dicitur, q̃ in præſcriptionibus eccleſiaſticis bona fides & iuſtus titulus exiguntur. ſ. de præſcr. diligẽti & qui aliquem talem habet titulum, habet cauſam præſcribendi. Item dicitur titulus ipſa eccleſia, vt titulus S. Petri vnde ſinguli tantum clerici per ſingulos tit. tituli ſunt ponendi, i. eccleſias. 80. d. epi. vnde in ordinationibus, cũ vocantur clerici, dicitur talis ad titulum[c] talis plebis. Item titulus dicitur clericatus vel canonicatus in aliqua eccleſia: vnde dicitur intitulari id eſt, in clericali vel canonicatu. Et dicitur titulus quilibet ordo eccleſiaſticus, & quælibet dignitas vel prælatio. vnde dicitur quis intitulari in aliqua eccleſia, ordinari vel præfici. 70. d. ſanctorum. Eſt ergo regulariter verum, q̃ nulli clerico de iure cõi licet habere duas eccleſias, vel quoad titulũ clericatus, vel quoad titulum canonicatus, vel ordinationis, vel prælationis, vel dignitatis. vt 70. d. ſanctorum & hic, vbi dicit, q̃ nullus poteſt habere plures parochiales eccleſias vel dignitates, cum idem iudiciũ de hmõi ſit habendum, vt hic dicit, & ſ. de præb. de multa. & 13. q. 1. c. 1. & 80. di. epiſcopi. & 7. quęſt. 1. in apibus. & 21. quęſt. 2. clericus ab inſtanti. nam habere plures eccleſias, eſt genus negotiationis: vt in prædicto. c. clericus ab inſtanti. quia eis ſeruire non poteſt. ſ. de præbend. quia intantum. & ſ. de cle. non reſi. quia nonnulli. & qui ad vtrunque feſtinat, neutrum bene peragit. 16. q. 1. presbyteros. Item ſicut vxore viuente, nullus aliam poteſt habere,[d] ſic nec clericus ſecundam Eccleſiam poteſt habere. 7. q. 1. ſicut alterius. & ſic accipitur titulus in decr. prædicta: & in decretis prædictis. Iſta quidẽ ſunt regulariter vera. Tamen in caſibus[e] poteſt quis habere plures Eccleſias. Primò vbi vna pendet ab altera: vt hic: & ſ. de æta. & quali. eam te. & ſ. de præb. extir pãdæ. §. 1. Item ſi habet vnã intitulatam, & aliam cõmendatam: vt hic. & 21. q. 1. qui plures. Item propter paupertatem eccleſiarum. 10. q. 3. vnio. & ſ. de ætat. & qualit. eam te. Item olim propter penuriam clericorum. 21. q. 1. c. 1. in fin. Item per diſpenſationem D. Papę. ſ. de præben. de multa. & hodie in talibus epiſcopi diſpenſare non poſſunt, vt etiam dicit illa decre. de multa. ſed in illa quam quis habet cõmendandam, non dicitur Prælatus eſſe. Vnde verſus:

Paupertas, pendens, defectus, gratia, ſeruat.
Eccleſias retinere duas dat quodlibet horum.

Hæc vera ſunt in prælaturis, & dignitatibus. Quid dicemus de aliis clericis. nũquid poſſunt eſſe clerici in pluribus eccleſiis, & ibi habere præbendas? De iure cõi poteſt dici, q̃ in pluribus eccleſiis intitulari non poſſunt: niſi eſſent tenues in ſubſtantia, vt dictum eſt de prælaturis. ſed per diſpenſationẽ epiſcoporũ bene poſſunt: quia epi diſpẽſatio cũ talibus clericis nõ eſt prohibita, immò tacitè videtur cõceſſa per cõtrariã cõſuetudinẽ, q̃ ſcit Papa & tolerat: ſic & ipſo facto derogatũ eſt illi decre. 79. d. ſanctorum. Sed in diuerſis epatibus neceſſaria eſt vtriuſq; epi diſpenſatio. Sed hic videtur permitti, q̃ clerici poſſint habere titulum in pluribus eccleſiis: quia non prohibet hic niſi de parochialibus, & ſic per contrarium ſenſum permittit clericis habere plures canonias. Sed credo, quòd ſi primum beneficium ſit ſufficiens, quod ſecundum non poſſit habere niſi diſpenſatiuè.

h ¶ *Perſonatus.*] Id eſt, decanatus ſuper quo impetrauit indulgentiam, vt ipſum cum prædictis parochialibus Eccleſiis retineret. Vel fortè loquitur de archidiaconatu: vt illas retineret cum archidiaconatu. ſ. de conſan. & affi. quia circa.

¶ Glo. ſeq. notat & dat ſimile.

i ¶ *Retinere.*] Not. quòd qui habet plura beneficia, quorum alterum per ſe ſufficeret, non poteſt ſine mortali peccato retinere aliud: ſed diſpenſatio reddit licitum, quod erat illicitum, ſicut vides ſimile, conſuetudo facit, quod in abſentia licitè poſſit beneficium[f] percipi. ſ. de conſti. cùm omnes.

k ¶ *Si quod.*] id eſt, quia non videbatur competere, ideò ceſſit ſpontanea voluntate. ut ſ. de ſimo. per tuas. quaſi male conſcius ſibi ceſſit.

IN *Geneſi.*] Sunt duæ partes. Prima ponit tres caſſationis cauſas. Secunda caſſat: ibi: *Nos his.* prima cauſa, vſque ibi. *Nec plenè* Secunda vſque ibi, *Nec etiam.* & ab inde tertia. Abb. Et aduerte, quia totum legitur ſuſpenſiuè vſque ad finem.

CASVS. Vacante quidam eccleſia cathedrali cum Canonici ſtatuta die ad celebrandam electionem conueniſſent, quidam Canonicus G. nomine fuit admiſſus cum proteſtatione. quidam canonicus H. nomine cum eſſet in regno Franciæ, non fuit ad electionem vocatus, cum de conſuetudine vocari debuit. Præmiſſo ſcrutinio ſecundum formam concilij generalis, quidam conſenſerunt in G. quidam verò in alias perſonas ſingulares; ita quod in ipſo ſcrutinio plures nunciati & electi fuerunt. publicato ſcrutinio illi qui in eundem G. in ſcrutinio ſingulariter conſenſerunt, eundem G. ſingulariter elegerunt. demum cauſa ſuper iſtis electionibus ad ſedem Apoſt. eſt delata. examinatis iſtis electionibus Papa ſuper his ita proceſſit. dicit Papa, in concilio generali cauetur, vt is collatione habita eligatur, in quem omnes vel maior & ſanior pars conſenſerit. ſed in G. maior pars Capituli non conſenſit, quamuis habuit maiorem partem comparatione

Archidiaconus an habeat curam animarum.

† Vide concil. Triden. ſeſſ. 24. de reformatione. c. 3.

a Conc. tex. in l. obſeruare. §. antequam. ff. de offi. procon. & l. iſtẽ eorum. §. 1. ff. quod cuiuſ. vniuer.

† aliam.

b Pro ſoluto, & pro tranſlato, & de his omnibus ponit Hoſtien. ſpeciales rubricellas in ſumma ſua de præſcri. ſuper prima parte rubrica, qua tractat de vſucapio. Ioan. And.

c Vnde licebat Abb. q̃ ſicut titulus deſignat nomẽ libri: ſic beneficiũ intitulatũ nomen, vel cognomen, vel denominationem cleric. Ioan. And.

d Text. eſt in l. Arethuſa, & ſeq. cum vulga. ff. de ſta. ho.

e Hi caſus no. 21. qu. 1. in ſumma. & Hoſt. ponit hic verſus:

Dependẽs, tenuis, rar[us], vel gratia Papæ, Vtilitas vrgens, vel cõmendatio iuſta: Diuerſos titulos permittunt iure teneri. *Ioan. And.*

† Collige ex hoc optimã practicam cedendo liti, & ſimi. eſt in l. poſtquam lite. Cod. de pac. Bart. in l. qui Romæ: §. duo fratres. ff. de verb. oblig.

f Intellige regulariter, & in his, quæ ſunt iuris poſitiui.

minorum, nec fuit plenè collatio facta numeri ad numerum, quia in collatione tractatum non extitit nec discussum, vtrùm prædicti duo G & H. vocem in electione habuerant, nec fuit collatio zeli ad zelum, nec meriti ad meritum: præterea electio non fuit communiter celebrata: quia licèt in dictum Guliel. singuli singulariter consensissent: non tamē publicato scrutinio debuit subsequi singularis electio, sed communis: ne idem repeti videretur, vt tot essent electiones, quot essent numero electores, quod est absurdum; quia ex singularibus consentibus electio non apparet vniuersalis, nec communis, quamuis quilibet singularis veritatem exprimat suę partis, & hoc probatur per quoddam simile ex singularibus propositionibus, licèt sint veræ, non apparet vniuersalis propositio, nisi per signum vniuersale exprimatur. Præterea prædicti duo non debebant sic excludi, quia G. erat in possessione canonicatus vel quasi, habendo stallum in chorum & locum in Capitulo legendo & cātando, & in tractatu electionum tanquam canonicus sit vocatus, quāuis fuerit cum prostitione admissus. Alius verò erat in tali loco de quo debuit vocari, cùm de toto regno Franciæ vocentur absentes de consuetudine Ecclesiæ Gallicanæ. His igitur plenius examinatis Papa electionem præmissam contra formam concilij generalis in pluribus attentatam decreuit irritam & inanem. No. quædam sunt de forma electionis, quę si omittantur vel aliquid ex istis, non valet electio. Primum est, quòd maior & sanior pars totius Capituli debet esse in electione, aliter non valet electio. Item collatio necessaria est numeri ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritum. Item communis debet esse electio siue vniuersalis, id est, omnes qui in scrutinio consenserunt publicato eodem, omnes vna voce debent ipsum eligere, vel vnus de mandato aliorum. Item omnes qui requisiti fuerunt in scrutinio, debent esse in collatione. Item absentes vocandi sunt in loco, vnde consueuerunt vocari. sed istud vltimum non est de forma: quià si absens postea vellet consentire, non cassatur electio propterea, sed potiùs confirmatur.

† *In cōcilio Lateranēsi sub Innocētio iij. c. 24.*

† *Vide lib. qui habebas. ff. de lega. 3. & l. si pluribus & ibi Bart. ff. de lega. 2.*

¶ Cum in concilio[a] † caueatur, vt is collatione[b] habita eligatur, in quem omnes vel maior vel sanior pars Capituli consentit: & in G. maior pars totius Capituli non consenserit, quanquam maiorem partem habuit partium[c] comparatione minorum: nec plenè numeri ad numerum: quia vtrum G. & H. de quibus aduersarij referunt quęstionem, in electione vocem habuerint, tractatum non extitit nec discussum: nec zeli ad zelum[d], nec meriti ad meritum collatio facta fuerit. ¶ Nec etiam electio communiter[e] celebrata: quoniā licèt in eundem G. singulariter singuli consensissent, non tamen debuit subsequi singularis electio, sed communis, ne vel idem repeti[f] videretur, vel ex hoc sequeretur absurditas, vt tot essēt electiones, quot essent numero eligentes: nec ex singularibus[g] vel particularibus consentibus appareret vniuersalis electio vel communis, licèt quilibet singularis veritatē exprimat suæ partis: quemadmodum ex singularibus propositionibus (licet veris) vniuersalis propositio non apparet †, nisi per signum vniuersale forsitan exprimatur. Nec præmissi duo[h] Canonici poterant sic excludi, cùm primus[i] existeret in canonicatus possessione[k], vel quasi † habendo stallum in choro, locum in Capitulo, legendo & cantādo vt Canonicus, & ad tractatus ac electiones dignitatum & personatuum, quæ occurrerunt pro tēpore faciendæ, tanquam Canonicus sit vocatus: quanquam hac vice fuerit cum protestatione admissus: secundus verò esset in tali loco, de quo fuerat ad electionem vocandus: cum de toto regno Franciæ vocentur absentes de consuetudine[l] Ecclesiæ Gallicanæ. ¶ Nos his pleniùs intellectis, de consilio fratrum nostrorum præmissam electionem, vt pote contra formam[m] concilij attentatam, decernimus irritam[n] & inanem.

¶ Idem in Capitulo Massano.

¶ *Non valet electio Pontificis per laicos & Canonicos facta, etiamsi hoc habeat consuetudo. hoc dicit, & quotidie solet allegari.*

CAP. LVI.

MAssana † Ecclesia † pastore vacante: & infrà. ¶ Edicto perpetuo prohibemus, ne

† *Aliàs Messana.*

† *Vide concil. Bracarense c. 1. & Burchardū lib. 1. decr. c. 10.*

diuersitas temporū simul interfuisse prohibuit. 3. q. 9. nihilomin⁹. simul enim testes in vnum cōcordare debent, sicut etiam electores in vnum. cùm ius eligendi cōe sit omnibus, per singulos diuidi non debet: sicut cum vna actio cōis est omnibus & pluribus, non debet diuidi per singulos, sed tota simul in iudicium venit, vel venire debet. ff. de iur. om. iudic. si idem. §. si vna actio. & argu. ad hoc. ff. de ser. rust. præd. si vnus ex sociis. arg. contra. ff de ser. rust. præd. p fundum. vbi ius commune eundi per fundū cōmunē pluribus potest mihi separatim concedi: & cū omnes accesserint, ius habeo eundi: vt ff. com præ di. receptum. & l. si quis duas. §. item si duo. & ff de aqua plu. arcend. si autem.[b] & diuersis temporibus possunt aliqui cōsentire electioni. s. de postul. bonæ. in fi. & s eo. c. quod sicut.

† *Vide tex. in l. certum Cod. de reo vende.*

¶ *Glos. seq. reci. per ob. & solutionem & remissionem.*

h ¶ *Nec præmissi duo.*] De quibus nihil discussum fuit. Et ita nec Papa debuit aliquid dicere eis, cùm de qua re cognouit iudex, de ea tantum debeat iudicare. j. de causa pos. cum super. & ff. de iud. de qua re. Sed ipse hoc supplet ex officio suo. Quando iudex dicere debeat. dictum est. s. de postul bonæ. & hic præcipuè debet inquirere, an forma sit seruata, & an persona sit digna, etiamsi nihil dicatur. De hoc dixi. s. eod. cum nobis. & c. venerabilem.

b *Si plures sunt domini illius loci, per quem aqua ducitur: voluntas omnium requiritur, vltimā tamen præferetur. Ioā. And.*

a ¶ *Concilio*] s. eo. tit. c. quia propter.

b ¶ *Collatione.*] Quę si nō fiat, nō tenet electio s. e. Cumana. in fi.

c ¶ *Partium comparatione.*] Sic s. e. ecclesia vestra. & c. Cumana.

d ¶ *Ad zelum.*] Sic patet, quòd in electionibus hodie considerantur zelus, & merita electorum considerantur, & dignitas eligentium, & ex omnibus istis maior & sanior pars censeatur. j. e. Ecclesia vestra. & ita non semper standum est numero: vt j. e. Ecclesia. in fi. & j de testi. in nostra. Illa enī maior pars & sanior cēsetur, quæ est iustior, & maiori ratione nititur & æquitate. 40. d. multi. in fi. & ff. de pact. maiorem.

Electio qualiter dicatur fieri à maiori, & saniori parte.

e ¶ *Communiter.*] In communi enim & publicè debet electio celebrari, & non singulariter vel clandestinè. s. e. quia propter. in fi. & hic est expressum, qualiter fieri debeat.

f ¶ *Repeti*] Sic videtur idem repeti, quia in scrutinio publicato quilibet per se consensit singulariter & solus. si postea publicato scrutinio quilibet per se eligeret, vel si quilibet per se separatim eligeret, idem repeti videretur. quod esse non debet, vt sequitur. Vel tot essent electiones, s. e.

¶ *Glos. seq. inducit duo similia de testibus singularibus & de actione communi pluribus. Signat contrarium d. l. per fundum. cum simi. & de decre. bona.*

g ¶ *Nec ex singularibus*] Cōsensus eligētiū oēs simul ad inuicē cōuenire debēt & simul exprimi per vnum vel plures[a] vel simul oēs. s. e. quia propter. & s. e. bonæ memoriæ. vbi nō credit testib⁹, qui sunt in suis testimoniis singulares. & c. cū dilectus. & j. de accu. cū dilecti. Nec voces eorū tanquam pluriū admittūtur, quos

a Immò per vnū tantū, & per verba singularis numeri. j. eo. cum ab vno de re iudic. c. pen. lib. 6. Io. An.

i ¶ *Primus.* sc. Guil.

¶ *Glo. seq. signat contrarium & soluit.*

k ¶ *Professione vel quasi*]. Vnde ab electione excludi non debuit, sed vocari. j. de causa pos. cum Ecclesia. & potest eligere, & valet talis electio, etiamsi ius in veritate non haberet, dummodo possideat quietè, quia credat habere ius, vt s. eo. querelam. & l. de cau poss. cum olim. & j. de iure pat. consultationibus. Si tamen ab initio, antequam sit electio, negatum fuerit illos habere ius in electione, & admittantur sub protestatione, vt vox eorum valeat, si de iure debeat valere, nec valebit vox eorum, nisi constiterit eos ius habere. vnde talis possessio non prodest. s. e. Cumana. vnde contradicit ei, quod hic dicit. Non est contra, quia non fuit hic discussum, an debeat interesse vel non. & ita remansit adhuc in sua quasi possessione, & ita protestatio hic non fuit necessaria ratione præmissa. Præterea aliud est hic, quia ius commune pro se habebat, quia canonicus erat: ille verò non, Bern.

¶ *Glo. seq. arg. & opi ponit, quam reprobat.*

l ¶ *De consuetudine.*] Sic videtur, quod in talibus potiùs standū sit consuetudini, quàm alicui iuri. Quidam dicunt, quòd omnes de prouincia vocandi sunt & soli ad electionem. arg. illius d. cre. s. eo. coram. quia communis debet esse electio, vt ibi no. de hoc verius credo, vt consuetudini stetur, vt ibi dixi.

m ¶ *Formam.*] Arg. quòd in forma mandati exacta diligentia est obseruanda. s. de rescri. cum dilecta. j. de off. dele. venerabilis. & qui contra facit, nihil fecisse putatur vt ibi. & s. e. quia propter. & c. Cumana. Per hoc & per illud quod dicitur in c. illo. Cumana. & c. cum in veteri. & j de offi. deleg. c. venerabilis. patet qualiter illa constitutio, quia propter, sit intelligenda. & per hoc quod habebis. j. eo. Ecclesia.

n ¶ *Irritam*] Sic intellige. s. eo Ecclesia vestra. Ber.

MAssana Ecclesia.] Hæc decretalia facit. Primò prohibet. Secūdo decretum ponit. Tertiò damnat contrariam consuetudinem. secunda ibi. *Quæ si.* tertia ibi. *Non obstante.* Abb. Sic.

CASVS. In Ecclesia Massana cōsuetudo inoleuit, quòd eādē Ecclesia vacāte, quādā laici cū Canonicis eiusdem Ecclesiæ admittebātur ad electionē pastoris: significatum fuit hoc D. Papæ: ipse attēdēs talē cōsuetudinē esse cōtra canonicas sanctiones, edicto perpetuo prohibet, ne per laicos cū Canonicis fiat electio pontificatus: & si fortè facta fuerit, nullā obtineat firmitatē, nō obstāte cōtraria cōsuetudine, quæ

quæ dici debet potiùs corruptela, quàm consuetudo. Not. quòd laici ad electionem non debent aliquo modo admitti.

¶ *Glo seq. fortificat text. secundo arg. ad pro. & ille vitiari per immedie. alle. 5. mea ad hanc partem & 5. ad contrariam.*

Laicis non datur eligendi potestas.

a ¶ *Per laicos.*] quia ius eligendi in collegio ecclesia non cadit in laicum. s. eod. sacrosancta. huiusmodi enim merè spiritualia à laicis possideri non possunt. 16. q. 7. c. 1. & j. de præscript. causam quæ cum de ecclesiasticis dignitatibus nulla sit eis attributa disponendi facultas. 16. q. 7. laicis quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, vt ea. causa & q. c. non placuit. & 69. dist. bene quidem. quod si attentare voluerit, tanquam sacrilegus iudicetur, vt ea. causa & ea. q. si quis principum. & per laicos nullus ecclesiam teneat. vt ead. q. per laicos. & talis electio nulla est s. eodem. quisquis. immo sunt excommunicandi, vt ead. q. si quis deinceps & de his cap. seq. Item hic habes, quòd vtile vitiatur per inutile. sic j. de offi. deleg. cum super abbatia. ff. de arbi. Pedius. & 9. dist. nec. si ad scripturas. & 1. quæst. 9. pura & simplex & 8. quæst. 1. sciendum. arg. contra s. eodem, illa. & j. de cleric. excomm. mi. si celebrat. & j. de præben. dilectus. & 12. q. 2 si quis. & 22. q. 4 inter cætera.

† *Quod si.*

† *Vide l. omnes iudices. cum no. C. de cu. lib. 10. in glo. 1 & in auth. & nulla modo § 1. in gl. magna. colla. 9.*

per laicos[a] cum Canonicis, Pontificis electio præsumatur. Quæ† si fortè præsumpta fuerit nullam obtineat firmitatem: non obstante contraria consuetudine[b], quæ dici debet potius corruptela †.

¶ Idem Cap. Catalan.

¶ *Non sufficit ad confirmationem electionis, quòd sit facta à maiori parte Capituli, nisi etiam illa pars sit sanior.*

CAP. LVII.

ij Ecclesia vestra destituta pastore, cõuenientes in vnũ (absente G. qui tũc noluit interesse[c]) ad celebrandam electionem terminũ statuistis. Veniẽte verò termino, & dicto G. (cum absens existeret) non vocato[d]: præmisso iuxta formam concilij† generalis scrutinio, quatuor decim magistrum G. presbyterum Cardinalem concanonicũ† vestrum, & septemdecim R. Remen. Canonicum elegerũt, præfato G. postmodum electioni eiusdem R. suum præbente consensum. ¶ Tandem procuratoribus vtriusque partis in nostra

† *Concilij Lateranen. Innocentio 3. c. 24.*

† *In antiquis: canonicum tumonem.*

¶ *Glo seq. exprimit quare non valeat consuetudo.*

b ¶ *Consuetud.*] Cum talis consuetudo sit contra Ecclesiasticam libertate n. s. eo. sacrosancta. & c. cùm terra. & s. eo. quisquis. & j. de re iudic. cum causa & nulla temporis longinquitate defenditur s. de consuet. cùm inter. & c. cum venerabilis. & c. ad audientiam. s. eod. causam quæ. & 1. q. 3. si quis præbendas. & quia non est rationabilis, non potest præscribi. s. de consuet. c. vlt.

ij Ecclesia vestra] Non sufficit ad validitatem electionis, quòd sit facta à maiori parte Capituli, sed requiritur quòd illa pars sit sanior. h. d. E. est casus notabil. & semper menti tenendus. Diuiditur. Nam primò ponitur duplex electio. secundò allegatio pro vno electorum: ibi, *Tandem.* Tertiò pro alio, ibi, *Pars verò.* Quarto diffinitio ibi, *Nos ergo.* Abb.

Casvs. Vacante ecclesia Cathalen. Canonici conuenientes in vnum terminum statuerunt ad electionem celebrandam absente G concanonico suo, qui noluit interesse cum eis adueniente termino G. prædicto absente, & eo non vocato, præmisso scrutinio secundùm formam concilij 14. ex Canonicis elegerunt B. magistrum cardinalem Canonicum suum. 17. elegerunt R. Canonicum Remen. postmodum verò superuenit dictus G. & electioni dicti R. consensit. pro istis duabus electionibus procuratores vtriusque partis ad sedem Apost. accesserunt. ex parte dicti R. pro electione ipsius allegabatur, quòd cum in quatuor excederent aliam G. præfato computato, maior & sanior pars reputari debet. & vbi est maior numerus, ibi maior zelus reprobatur. allegabatur etiam, quòd dictus G. fuerat ab eis contemptus, & quod postea consenserat prædictus G. in prædictum R. Ex aduerso respondebatur, quòd dictus R. in ætate patiebatur defectum, nec erat sufficientes scientiæ ad ecclesiam supradictam: suus autẽ electus erat eminentis scientiæ, ætatis maturæ, & electores ipsius præcellebant alios meritis & auctoritate: & ideo meliorẽ zelum eos constabat habere. Præterea ex parte G. dicebatur, quòd consensu prædicti G. (quem pars R. dicebat esse contemptum, asserente parte G. potius ab eo Capitulum contemptum fuisse) cùm non fuerit præstitus in scrutinio: & licèt post electionẽ accesserit, nihil adiicere poterat. allegabatur etiam ex parte R. quòd pars G. peccauerat contra formam concilij generalis, quo cauetur, quòd omnibus præsentibus, &c. Sed G. non fuit præsens: ergo, &c. Sed contra hoc dicebat pars G. quòd conciliũ, quod dicit electionem non valere, quæ contra formã peccatur, non debet referri ad contẽptũ, nec ad alia, quæ non sunt de forma: vnde quod dicitur in cõcilio, quòd electio aliter facta non valeat, ea tantũ respicit, quæ contra formã concilij attentantur, & non alia, quæ ibi continẽtur: quale est illud, quòd præsentibus omnibus, qui volunt, debẽt & possunt commodè interesse, electio sit facienda, nec alia iura, quæ super hoc statuta sunt, vnico verbo tollantur. nec enim est credendum, quòd D. Papa, qui iura tuetur, illud quod est aliàs excogitatũ multis vigiliis & inuentum, vnico verbo subuertere voluisset. Papa auditis hinc & inde propositis, cùm ex concil. Lateranen. (j. de his quæ fiunt à maiori par. ca.) c. 1 in ordinationibus ecclesiarum maior & sanior pars Capituli exigatur, & in generali Concilio caueatur, vt is in quem maior & sanior pars Capituli consenserit, eligatur: electionem dicti R. quod maior pars Capituli non consenserit in eundem, cassauit, & electionem G. Cardinalis confirmauit. Nota, quod non semper sanior maiori numero: nisi numerus maior sit sanior. Item auctoritas præfertur numero.

præsentia constitutis, allegabatur pro electione dicti R. quòd cùm in iiij. excederet aliam cõputato G. prædicto, maiorem Capituli partem habebat, & per hoc debebat pars sua sanior reputari: cùm vbi maior numerus est, zelus melior præsumatur †. Pars verò altera electionem eãdem multipliciter impugnabat, proponens prænominatum R. in ætate[e] pati defectum: nec esse sufficientis[f] scientiæ ad Ecclesiam supradictam: cùm e[-]tatis maturæ, & eminentis sciẽtiæ, præfatus Cardinalis existat, & cùm electores Cardinalis alios meritis & auctoritate præcellerent habito præsertim respectu ad personam electam, meliorem zelum eos habuisse constabat. Dicebatur[g] præterea, quod consensus dicti G. (quem pars eiusdem R. confitebatur fuisse contemptum, asserente parte reliqua Capitulum potiùs cõtemptum ab ipso fuisse) cùm non fuerit consensus præstitus in scrutinio, sed post electionem accesserit, adiicere[h]

† *Vide tex. in l. ita stipulatus. § credendum est. ff. de verb. oblig.*

c ¶ *Interesse.*] Si noluit interesse, sic videtur iuri suo renunciasse, vnde sine ipso alij procedere potuerunt s. eo. quod sicut. & de offic. dele. prudentiam s. adiicimus. s. eo. quia propter. & s. eod. cum nobis. nec ipsius absentia electionem habuit retardare. G. de decur. nominatorum Vel dic, si noluit interesse ad terminum statuendum in quo debeat electio fieri, non renunciauit propter hoc, quominus vellet interesse electioni.

Qui noluit interesse electioni, a iure suo renunciasse credatur.

¶ *Gloss seq. quærit & dupliciter soluit.*

d ¶ *Vocato.*] Sed nunquid debuit iterum vocari? Non credo: quia dicendo se nolle interesse, per consequens dixit: quòd vlterius non vocaretur. sic de offi. deleg. c. cùm super,[a] aliquo negato, omnia negantur, quæ sequuntur ex illo s. de consilt. nam concupiscentiam. & qui scit, certiorari non debuit. ff. de act. emp. & ven. l. 1. in fin. s. eo. c. cùm inter. & scienti præter non subuenit. sed ignorãti. ff. quòd cum fal. l. 2. in fin. ipse enim decipit. scienti enim & volenti non fit iniuria siue dolus. C. de transac. l. cum donationis. Vel dic, quòd debebat vocari, vt ad terminum statutum veniret ad electionẽ celebrandam: & quia non fuit vocatus, contemptus videtur. vnde cassari debebant electiones, nisi postea consensisset, si prosecutus fuisset contemptum. s. eo. quod sicut. quia licèt tunc noluerit interesse: non tamen renunciauit propter hoc, quominus vellet interesse. vt d. cum in fine, ¶ summæ notabile.

a Ad hoc j. de do. & contu. cum quis. lib. 6. & vide, quod ibi dicit super glo. videbatur. & j. de procur. audient. in glo maxime. Ioan. And.

e ¶ *In ætate.*] Si hoc esset verum, electio nulla fuisset. s. e. c. cùm in cunctis.

f ¶ *Sufficientis.*] Et ex hoc electio redditur nulla. vnde electio alterius partis, etiam longè minoris valet. vt s. eo. congregato. & c. cum in cunctis. aliàs si esset sufficientis scientiæ licèt non eminentis, toleraretur. s. eod. c. cum nobis. de hoc dicitur. s. eod. cap. congregato.

g ¶ *Dicebatur.*] A parte electorum Cardinalis.

¶ *Glo. seq. quærit, arg. negatiue & affirmatiue, & soluit negatiue, iterum quærit, & soluit.*

h ¶ *Adiicere.*] Iste dixit se nolle interesse, vt dictũ est in prin. nunquid cõsensus istius post electionẽ præstitus cõputandus est, dato quòd pars sua esset æqualis alteri dignitate, & elect⁹ sit idoneus? Videtur quòd nõ: quia semel renũciauit iuri suo, ergo vlteri⁹ ad id redire nõ pôt. Esau[b] enim primatus suos postmodũ recipere nõ potuit quia semel cessit: vt 7. q. 1. quàm periculosũ. & renunciantibus actiones suas non est amplius dãdus regressus ad eas. ff. de ædil. edic. l. quæritur. § venditor. & 13 q. 4. si dixit. & dicit lex. Qui semel noluit petere bonorum possessionem, perdit ius eius: vbi enim noluit, cœpit ius eius pertinere ad alios. ff. de suc. edi. l. 1. § tutor. & quando semel potuit, noluit: & qui noluit adimplere nõ potuit. j. de offi. deleg. c. cum super. & præcipuè cum res iam non esset integra. s. eo. in causis. & sic ad ius suũ ampliùs redire nõ potest: ex quo remisit ius suũ aliis, nõ pôt vlterius se intromittere: sicut iudex qui refert

b Hæc historia de Esau altiorẽ habet contemplationem, vt docẽt Theologi explicãtes. c. 25. in Gen.

causam ad superiores.j.de offi.deleg.c.licèt. & si tantum dicat se velle referre, non potest se vlterius intromittere. j. de appella.c. intimasti. Sed contra.videtur, quod adhuc valet eius consensus: quia licitum est ei pœnitere arg.2.q.6.c.ei qui.§.si quis libellos.ne iustæ pœnitudinis humanitas auferatur. & iudex potest mutare suã interlocutoriam nõ obstante appellatione.j.de appel.cùm cessante & ff. de re iud.l.quod iussit.& magnæ sapientiæ est hominem reuocare, quod male locutus est. 22.q.4. magnæ. Non credo, quod vox sua sit computanda, cùm non fuerit in scrutinio, ex quo dixit se nolle interesse, & se absentauit, quousque electio fuit celebrata, licèt vocari debuerit, vt dicitur in fi. secundæ notulæ. & quia consensit electioni R. non potest prosequi contemptum. Si verò ante electionem factam & scrutinium reuersus fuisset, bene admitteretur, quia res integra est. simile. ff. de minor. l. Scæuola. Si verò, facto scrutinio, & ante electionem reuertatur, iterum debet fieri scrutinium, si vellet contradicere, & prosequi contemptum, si erat in loco, vnde vocari debebat: alias non. item quid si aliquis erat absens in loco, de quo non debebat vocari, & tandem post factam electionem siue scrutinium, quasi casu superueniens, nunquid si consentiat alteri electioni, valebit consensus talis, vt per talem consensum præualeat electio? Non credo, quod talis consensus debeat computari; quia nec electionem poterit impugnare, eo quod non fuit vocatus tempore electionis faciendæ. publicato scrutinio, dico secus dum, quis habuerit maiorem partem, sicut consideratur, an fuerit tunc electus idoneus. s. eod. c. dudum. alias posset contingere, vt qui tempore electionis haberet ius, postea perderet illud per alios superuenientes, qui vocandi non erant, & hoc per constitutionem, quia propter.

a ¶ *Valebat.*] Et si etiam verè contemptus fuisset, electionem impugnare non posset tanquam contemptus, ex quo consentit electioni & numerum eligentium non auget.

b ¶ *Denique.*] Allegatio, pro magistro.

¶ *Glo. seq. recitetur per q. an vocatio absentium sit de substantia.*

c ¶ *Sicut est illud.*] Non credo, quod illud sit de forma electionis, vt si aliqui non vocentur, qui vocandi sunt, nec propter hoc cassabitur electio dummodo ipsi postea consentiant, s. eod. c. quod sicut. & s. de postu. c. bonæ. in fin. Quæ sunt illa, quæ sunt de substantia, dicitur s. eod. c. quia propter. quæ non sunt de substantia, collige. s. eod. c. Cumana in fi. & c. in Genesi.

d ¶ *Vigiliis.*] Quia noctes ducit insomnes, vt subiecti quietè viuant, in Auth. vt iud. sine quo. suffra. in prin. coll. 2. & dicit Imperator, voluntarios labores appetimus, vt quietem aliis præparemus. in Auth. vt diuinæ iussiones subscri. hab. g. q. in prin. colla. 8. & j. de testi. spol. frequens. [lib. 6.]

e ¶ *Verbo.*] C. de inoffi. testam. l. si quando. arg. s. de rescrip. cap. causam, quæ inter P.

f ¶ *Ex Lateranensi concilio.*] j. de his quæ fi. à maiori parte cap. cùm conctis.

¶ *Glo. seq. tria prosequitur, quæ in electionibus attenduntur, demum formas vnam principalem, & duas vel quatuor incidentes quæstiones, & illas soluit.*

g ¶ *Non consenserit.*] Ex hac decret. patet, quod non semper standum est numero in electionibus. Et ideo not. quod plura consideranda sunt in electione, auctoritas, zelus & numerus. Auctoritas consideratur in dignitatibus & meritis vitæ. Zelus consistit in animo: vt sine carnali amore eligant, sed secundum meritum vitæ personæ sunt eligendæ. 8. q. 1. si ergo. & j. vt Ecclesia benef. cap. vt nostrum. De numero patet. Dicas quòd secundum illa tria debet fieri collatio zeli ad zelum, meriti ad meritum, numeri ad numerum, habito respectu ad dignitatem: vt hic, & s. eo. in Genesi. Si enim ex vna parte sit dignitas, & zelus melior tam respectu eligentium, quam electi, & ex alia parte maior numerus, præualebit dignitas cum zelo ipsi numero, vt hic habes. arg. j. de test. c. in præsentia. quia hic erat maior numerus ab vna parte: nec tamen statur numero: & hoc intellige dummodo numerus non excedat multum, aliàs statetur numero: dum tamen electus esset sufficiens. s. eo. c. dudum. 2. & j. de appella. constitutus.[a] sed hic maior & sanior pars censetur: licèt numerus sit maior ex alia parte. nam illa pars dicitur maior & sanior, quæ maiori zelo & maiori pietate mouetur. 40. d. multi. in fi. & 9. d. sana quippe. & ar. 8. q. 1. si ergo. & ff. de pact. l. maiorem. Si vero ex vtraque parte meritum par sit, standum est numero, licèt ex alia parte sit auctoritas, arg. C. qui bo. ce. pos. l. vlt. §. 2. & sic zelus & numerus præferuntur auctoritati in hoc casu. Sed quid si esset par zelus in meritis eligentis, numerus & auctoritas hincinde? Recurrendum est tunc ad meritum electi. 63. dist. si forte. & c. vlt. vbi de hoc. Sed si omnia sint hincinde æqualia, neutra electio valebit de iure, quia neutra facta est a maiori parte Capitu. s. eod. c. Cumana. & cap. Ecclesia vestra. & c. in Genesi. & sic vtraque est cassanda. In casu isto non crederem illos priuandos, quia non videntur fecerunt contra formam ita directè, vnde iterum eligant. arg. 79. d. si duo. Si iterum taliter eligant: tunc priuentur iure eligendi: superior[b] tamen potest facere gratiam, vt vult. arg. j. de pœn. c. 2. & ff. ad Syl. l. si quis in graui. §. si cum omnes. & ff. de religio. & sumpt. funerum l. vlt. in fine. & s. eod. venerabilem.

nil valebat[a]: infrà. Denique[b] statutum generalis cõcilij, quod electionem decernit inualidam, cùm contra eiusdẽ concilij formam in electione peccatur, non debet ad contemptũ & ad alia, quæ non sunt de forma, referri. vnde quod ibi dicitur, quòd aliter electio celebrata non valeat, ea respicit tantùm, quæ attentãtur contra formam concilij memorati: non autem alia, quæ ponuntur ibidem, sicut & illud[c], quòd præsentibus omnibus, qui debent, volunt, & possunt commodè interesse, haberi debeat in electione processus, ne cætera, quæ super hoc alibi statuta noscuntur, vno verbo videantur euerti. Neque enim credendũ est Romanum Pontificem (qui iura tenetur) quod aliàs excogitatum est multis vigiliis[d] & inuentũ, vno verbo[e] subuertere voluisse. ¶ Nos ergò quæ hinc indè fuere proposita pleniùs intellectis (cũ ex Lateran.[f] concilio, in ordinationibus Ecclesiarum maior & sanior pars Capituli exigatur, & statutum generalis concilij contineat inter cætera, vt is eligatur in quem omnes vel maior & sanior pars consentit) electionem dicti R. non personæ, sed potiùs electionis vitio (cùm maior & sanior pars non consenserit[g] in eundem) de fratrum nostrorum concilio duximus sententialiter irritandam.

¶ Idem.

¶ *Publicato scrutinio non possunt electores variare, sed compelli debent ad collationem & electionem.*

CAP. LVIII.

PVblicato scrutinio[h], variare[i] nequeunt electores: cùm sit facienda collatio, & electio celebranda. ¶ Ad quod per superiorem, si oportuerit, compellantur[k].

PVblicato scrutinio.] Primo ponit dictum: secundò rationem, vel potius aliud dictum: ibi, *Cum sit*: tertio aliud dictum ibi, *Ad quod*. Abbas.

CASVS. Vacante aliqua Ecclesia, Canonici procedant ad electionem per formam scrutinii: in ipso scrutinio quilibet consensit, secundum quòd si placet: publicato scrutinio, si volunt variare & eligere alium, quæritur vtrum possint? Respondetur quòd non, cum fieri debeat collatio, & electio sit facienda: & si hoc facere noluerint, per superiorem compellantur. Nota ex isto capitulo, ex quo quis semel consenserit, suum propositum variare non potest.

h ¶ *Scrutinio.*] Quid sit scrutinium, habes s. eo. quia propter.

¶ *Glo. seq. obiicit & soluit, post iterum obiicit, & soluit.*

i ¶ *Variare.*] Sed quare non possunt variare cum tamen nondũ sit electus? immo necessaria est subsequenter electio, aliàs non valeret electio. s. eod. c. in Genesi. & c. Eccl. sia vestra. & ita videtur, quod possunt variare, cum non videatur adhuc ius acquisitum. Ideò non possunt variare, quia iam res non est integra. s. eo. c. cum causis. & c. Ecclesia vestra. & nemo potest mutare consilium in alterius præiudicium. ff. de re iud. l. nemo. & talis mutatio posset esse damnosa Ecclesiæ, quia sic protraheretur electio, & mora est periculosa. s. eod. c. cum inter vniuersas. & j. vt lite non contest. c. qm frequenter. § porro. & sic per huiusmodi publicationem electio iam initiata quodammodo videtur, sicut per citationem negotium est quasi cœptum. j. de offi. deleg. c. gratum. & j. de foro compe. c. proposuisti. Et est simile, si duo mihi cesserint seruitutem, ipse quidem postea mutare non potest. licet ex solo mihi ius non sit acquisitum: nisi cùm omnes cesserint. ff. de ser. rust. præd. l. per fundum. & ita hic: licèt per talem consensum & publicationem non sit ius acquisitum plenum, variare non possunt, immò per superiorem eligere compelluntur vt hic dicit. Sed cõtra. j. de transla. c. licet. ibi dicitur, quod in electione initiatur spirituale matrimoniũ, & per hoc videtur, quod antea possit mutari voluntas. sed ibi verè initiatur in electione: sed hic pro tanto videtur initiari, quia variare nequeunt electores ratione prædicta.

¶ *Glossa sequens primò fortificat textum secunda pars recitetur per quæstionem suam per contrarium & solutionem.*

k ¶ *Compellantur.*] Quia ex quo quasi cœptum negotium est, per consensum publicatum in scrutinio, necesse est consummare, & est simile: qui enim mandatum suscepit, necesse habet consummare. ff. commo. l. in commodato. § sicut. & ff. manda. l. si quis alicui. §. qui mandatum, adiuuari enim beneficiis, nõ decipi nos oportet. vt in d. l. in commodato. § sicut. in fi. & j. de c[o]mmo. c. vnico. & quod semel placuit, ampliùs displicere non potest. 2. q. 1. ... dum. j. de desponsa. impub. ca. de illis. ff. de reg. iur. Pomponius. & quæ simpliciter promittuntur, sine conditione soluantur. 32. quæst. vlt. c. vlt. & quæ non cœpit, deliberet. quæ inceptum est, perficiet.

† *Vide tex. in §. quoniam. Inst. in proœmio. & in Auth. vt iudi. sin. quo. suffr.*

Verbũ, malum reuocare sapientis est.

a *Conc. tex. in l. quod maior. ff. ad munic. & l. nominationum. C. de decurio. lib. 10.*

b *Papa scilicet: quia non posset hoc inferior contra formam constitu. s. eo. quia propter. qd intellige per viam cõfirmationis: sed per viã prouisionis, si qd eum deuoluta esset, bene posset alterum præficere, s. eo. bonæ. i. in fin. & si alter canonista, alter Theologus, quem præficiam, dicam de consang. & affi. c. 1. super vero. discretus. Ioan. And.*

Publicato scrutinio cur variare nequeant electores.

Publicato scrutinio, cur electores compelli possint ad electionem & collationem.

perseueret, 27. q. 2. nuptiarum. ideoque meritò sunt compellendi perficere, quod cœperunt. Idem credo in postulatione, vt postquã fuerit publicatum scrutinium, ab ea recedere non possunt: immo tenentur illam porrigere superiori: licèt per postulationem ius non sit postulato acquisitum rõne prædicta, & de hoc dictum est. s. de postu. c. vltim. & penult. & in hoc casu valet electio, licèt non fiat incontinenti: quia fraus & dolus eorum non debet obesse nominato,[a] & ita non cõtradicunt. s. eod. c. quia propter. & c. cum post petitam.

a Concor. tex. l. si in fraudem. C. de leg. & in l. 1. & l. ex dolo. ff. de dolo.

¶ Idem.

¶ *Cassata electione propter simoniã etiã sine culpa electi, non dispensat Episcopus ea vice cũ cassato? secus si electus liberè resignauit. hoc dicit secundum intellectum gl. 2. in fine.*

CAP. LIX.

Si alicuius electionem propter simoniam, eo ignorante ac ratum [a] non habente commissam, contigerit reprobari: cũ eo, super prælatione ad quam taliter fuerat electus, ista vice [b] non potest Episcopus dispensare. ¶ Quamuis circa eum, qui ignoranter recipit simplex beneficium per simoniacam prauitatẽ post liberam resignationem Episcopi dispensatio toleretur. †

Si alicuius.] Inhærẽdo verbis litteræ summa sic. Cassata electione Prælati potest simoniam sine vitio electi commissam, non dispensat eps ea vice cum cassato super illa prælatione. secus in simplici beneficio, super quo dispensat, si liberè resignauit. h. d. & habet duo dicta: secundum ibi, *Quamuis*. Abbas Siculus.

† Vide l. nobil. §. sicut filius. ff. de inoff. test.

Casvs. Aliquis est in prælatum alicuius Ecclesiæ electus per simoniam, eo tamẽ ignorante, nec ratum habente: talis electio propterea reprobata est. quæritur, vtrum episcopus cũ illo poterit dispensare, vt iterum ad eandem prælaturam eligatur? Respondetur, quod episcopus illa vice cum illo dispensare non potest, sed cum ignoranter simplex beneficium per simoniam est adeptus, post liberam resignationẽ potest eps dispensare. No. quod in simonia ratihabitio retrotrahitur à contrario. Item mitius & lenius agitur cum sponte renũciante, quàm cum illo, qui sententiam expectauit.

a ¶ *Ratum non habente.*] Aliàs si postea consentiret, idem esset ac si ab initio procurasset. j. de simo. c. sicut. Sic enim ratihabitio in maleficiis retrotrahitur, & mandato cõparatur. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quoties. & j. de test. spo. c. cum ad sedem in fi. & 1. q. 1. notũ. in fi. nec refert vtrum ante vel post dederit vel promiserit. 1. q. 1. eos in fin. Accipere enim est quandocunque accipere, vt ibi: & 1. q. 3. si quis obiecerit. in fi. & c. fi. cum. & sic quod meo nomine gestum non est ratum habere possum. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. item quæritur. & 9. q. 2. Lugdunensis. & ita habes, quod ignorãtia excusat pm, vt possit cum eo postea dispensari. 1. q. 5. præsentium. j. de renun. c. post translationem. & ita habes. j. de simonia. c. ex insinuatione. vbi capitulum dispensat.

¶ *Gl. seq. in prin. dat simile, & soluit contrarium quod sine culpa, &c. secundo signat contrarium de c. præsentium, & tripliciter soluit, tertio signat contrarium de decre. nobis. & remittit. quartò format Canum quare, & dupliciter soluit.*

b ¶ *Illa vice.*] Vt sic per factum illorum puniatur illa vice: sicut illi, qui delinquũt in forma electionis, vel eligẽdo indignũ, priuãtur iure eligendi ea vice, & punitur electus, quia eius electio nõ valet, & cassatur: vel in persona electi puniuntur electores in electione illa vice tantum. s. eod. c. cum in cunctis. & c. quia propter. & c. Cumana. Et sic aliquis punitur sine culpa, causa tñ subest propter proximitatem vitij: quod purgabitur per intermediam personam. simile j. de fil. presby. ea ex transmissa. & quia ex his quæ incontinenti fiunt, præsumptio nascitur. supe. eod. c. officij. & qui incontinenti fiunt, inesse videntur. ff. si cer. pet. l. lecta est. & ex vicinitate consortium trahitur. de pœn. d. 1. sed & continuò & etiam commodum. Insti. de re. diui. §. insula. Sed huic quòd dicit, illa vice non potest episcopus dispensare, manifestè contradicit. 1. q. 5. c. præsentium. quod loquitur in eodem casu, in prælatione. s. & tamen dicit, quòd eps post renunciationem potest iterum ad curam regiminis illum assumere. Potest dici, q ibi mitiùs & benigniùs agitur, quia vltroneus supplicauit, vt deponeretur, & cũ talibus mitius agitur, quã cũ conuictis. 50. d. presbyterum. sed iste sententiam expectauit. vnde notoriũ est, quod tali modo fuit electus. j. de coha. cle. & muli. c. vlt. sed in c. præsentium. non fuit notoriũ. & ideo statim ibi dispensatur. quòd nõ hic. & ideo hic plùs punitur. vel forsan statutum est hodie huic propter rõnes superius dictas. Vel dic, q diuersi sunt casus: & ideo non contradicit. Illud c. præsentium. loquitur de ipso, qui inuitus ordinem suscepit per simoniã ab alio commissam eo ignorante: & non de dignitate. c. illud loquitur de eo, qui eligitur ad dignitatem per simoniam eo ignorante cuius electio p sententiã fuit reprobata: vnde eps non potest statim cum eo dispensare [b] ad eandem dignitatem. sed in c. præsẽtiũ. põt dispẽsare eps, vt eligatur ad curã regiminis, ad q non fuerat elect⁹: & sic est diuersitas, nõ cõtrarietas. ar. contra. j. de simo. c. nobis. vbi cum tali non põt episcopus dispensare sol. vt ibi. Sed quare secus in beneficio simplici. in quo statim episcopus põt dispensare post liberam resignationem, quam in prælatione, vt dicit in fine? Quia circa maiora cautiùs est agendũ: quia ibi nõ das, sed accipis. 42. d. quiescamus. & de tanta re leuiùs non est agendum. 61. d. c. vlt. & integritas præsidentiũ, salus est subditorũ. 61. d. miramur circa prin. & dicit lex: vbi maius periculum intenditur, magis est cauendũ. ff. de Carbo. edic. l. 1. §. 2. vñ primum locum in ecclesia Ecclesia habere non debet, scilicet administrationem: sed simplex beneficiũ potest. 1. q. 5. quicunque. in fin. & facilius dispensatur in beneficio, quam in administratione, vel in ordine. Alia ratio est hic sponte renunciauit, ibi per sententiam reprobatur electio. fortè idem dicit posset, quod eps potest cum isto electo dispensare, si statim ante motã quæstionem renunciaret. si, quod fortè, audito, quòd taliter esset electus, & in hoc nõ prohibetur hic, vt dicitur & j. de renun. c. post translationem in gl. quæ incipit: quia ergo, ad hoc.

b Nisi euidens vtilitas Ecclesiæ hoc requirat, secundum Host. & sic potest solui contrarium de c. præsentiũ. Host. Io. And.

† Vide tex. in l. cum quis ita. §. si. cum glos. magna. & ibi Bar. ff. de Ver. obl.

† In quibusdam antiquis ita de translatione Episcopi, vel electi.

¶ Idem.

¶ *Electoribus impeditis currit tẽpus, si possunt impedimentũ tollere.*

CAP. LX.

His quibus interdicitur, vt absque superioris licentia eligere non præsumant, tempus statutum [c] à canone currit [d], ex quo in mora fuerint licentiam huiusmodi postulandi †.

TITVLVS VII.

De translatione Episcopi †.

¶ Inno. tertius Antiocheno Patriarchæ.

¶ *Patriarcha qui confirmatum in Archiepiscopum transfert ad sedem Episcopalem, ab Episcoporum cõfirmatione suspenditur. Io. And.*

His quibus.] Breue est, & ideo non diuiditur. Abb. Sicul. Casvs. Dum vacat aliqua eccl. Papa vel eius legatus interdicit Canonicis, vt absque eius licentia eligere non præsumant: quærebatur, vtrum tempus statutum a canone, scilicet trium vel sex mensium currat illis. Et videtur, quòd sic currit, ex quo in mora sunt postulandi licentiam eligendi. Nota quòd hic currit tps ei qui non potest agere, sed hoc est propter negligentiam: quia intra tps debent petere licentiam. Item mora nocet, nec potest hic purgari. & hoc sufficit de electione.

c ¶ *Tempus statutum a canone.* Duobus modis intelligitur hoc, s. quia in Ecclesiis cathedralibus & regularibus dantur tres menses. s. e. ne pro defectu. in minoribus dignitatibus siue beneficiis dantur sex menses. j. de conce. præben. c. nulla.

¶ *Glos. seq. obiicit & soluit. secundo obiicit, & respondet. In fine ponit duos intellectus capitulis.*

d ¶ *Currit.*] Sed mihi vr̃ dicere littera ista, q tps currit illis q agere nõ põt. vnde cõtraria plura signatur. j. de cõce. pbẽ. quia diuersitatẽ. & j. ne se. vac. p totũ. & j. de pscr. c. lic. 1. & c. de quarta. Itẽ tpe schismatis nõ currit. j. de tpscri. c. cũ nob. & c. 1. & c. si religiosa nõ currit tps, sed .... quia ... sit in potestate superioris, vñ nõ debet eis currere præteritio. C. de anna. exc. l. 1. §. vlt. C. de bo. mater. l. tam in Ratio potest esse, q. licet interdicta sit eis electio, nõ dñt tñ ppterea ius suum negligere & pmittere Ecclesiã, sed diligẽtes dñt esse, & petere licẽtiã infra tps, quia negligẽtib⁹ iura nõ subueniunt. ff. ex qui. cau. maio. l. nõ tñ. & negligentiæ ignosci nõ debet. ff. de edẽ. l. veluti. in prin. nec studiis solet succurri.[d] sed errãtibus. ff. de iu. & fac. igno. l. reg. 1. & si quis ius in fi. & eis etiã qui valetudine impeditur, tẽpus currit, si nõ mãdauerit p aliũ actione mouendã. ff. de duer. & tẽ præscr. l. 1. §. plane. & eis qui appellare non põt iusta de cã. currit tps appellationis, nisi hoc corã publicis psonis fuerit protestatus, aliter negligentia obesset ei nõ obstãte illa clausula. j. de ap. c. si nisi⁹ metus. sum lc. j. de of. or. pastoralis. Et ita in mora sũt, q debet eis obesse. nã mora nocet. ff. de vsur. l. mora. & nõ põt purgari in isto casu. j. de sup. neg. prę la. c. licet. & c. se. Cõtra, mora põt purgari quia si pmitto tibi decẽ. hu. & offero tibi aliq post morã, purgat moram. ff. de verb. o. bl. l. c. interdũ. §. vlt. ff. si quis cau. & si post tres. Itẽ si ego sum in mora agẽdi tecũ, & interim moritur aĩalia mihi contracta, mihi mora nõ nocet. ff. de vi & vi. ar. l. pe. Sed verũ est, quod in hoc casu nocet mora nec põt purgari, cũ ius nõ habeat eligẽdi quia t. ... est ad superiorẽ. vnde si eligerent, nulla esset talis electio: sicut nulla est sententia illius, qui amisit iurisdictionem. j. de offi. dele. c. cum super.[e] Loquitur c. istud cum de consuetudine alicuius loci eligere non põt, nisi primò licentia impetrata à superiore. arg. s. eo. c. cum inter vniuersas. Vel intellige, cum superior, qui habet potestatem interdicit ne sine ipsius speciali mandato ad electionẽ procedant. sicut sæpe facit Papa, vel eius legatus.

d Concord. l. si nemo. ff. quod vi aut clam. & l. Seruius. & supra de cõfir. c. pen. & de prob. cũ quis. lib. 6.

e Concor. tex. in §. itaque ibi, Bal. in pr. constit. feru. & in rub. & nigr. C. si à non comp. iudic.

e Sed argumentum contrà. j. de simo. c. nobis super. sol. vt ibi.

DE TRANSLATIONE EPISCOPI.

¶ *Viso de quibusdam modis quibus prouidetur Ecclesiis, restat videre de translatione Episcoporum, per quam eis etiam prouidetur. De materia rubricæ habetur. 7. q. 1. per totum. De hac materia tractatur. 7. di. & 21. q. 2. per totum.*

Cum

C*Vm ex illo*.] Continet quatuor partes. Prima probat translationes Episcoporum soli Papæ competere. Secunda narrat reprehensibile factum Patriarchæ: ibi, *Miramur*. Tertia: ibi, *Licet*, respōdet tacitæ quęstioni. Quarta: ibi, *Ne igitur*, pœnā imponit. Io. An.

CASVS. Antiochenus Patriarcha quendam L. nomine electum in Apamen. Archiepiscopū, & confirmatū, auctoritate propria sine licentia dñi Papæ transtulit in Tripolitanā Ecclesiam: peruenit hoc ad notitiam domini Papæ. vnde scribit Papa ipsi Patriarchæ: dicens, q ex illo generali priuilegio, quod Dñs concessit beato Petro dum dixit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædific. &c.* per eum Ecclesiæ Ro. est indultum. vnde postmodum constituta emanarunt continentia maiores Ecclesiæ causas ad sedem Apost. referendas. Vnde translationes Episcoporum & sedium mutationes ad sedem Ap. ō. de iure pertinere consequitur, nec aliquid super his mutari debet præter licentiam sedis Apo. &

†Cap. 1. eod. tit. 3. cōpil.

†Anacletus Papa epist. 1. pulchrè Melchior. Canus lib. 6. ca. 4. de locis theol.

† Apamien. in manuscriptis.

CAP. I.

CVm † ex illo generali priuilegio,[a] quod B. Petro, & per eum Ecclesiæ Romanæ Dominus noster indulsit, canonica postmodum manauerint instituta[b] continentia maiores Ecclesiæ causas ad sedem Apostolicam† perferendas: ac per translationes[c] Episcoporum & sedium mutationes[d], ad summum Apostolicæ sedis Antistitem de iure pertineant[e]: & nec super his quisquam præter eius assensum debeat immutari: Miramur quòd L. Apamen. † electum in Tripolitanam Ecclesiam transtulisti; & nouo quodam mutationis genere presumpsisti maiorem, & magnum quodammodo minorasti episcopare Archiepiscopum, immo potius dearchiepiscopare præsumens. ¶ Licet enim dictus L. nondum fuisset in Archiepiscopum consecratus, confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiscopalia (quantum ei licuit) ministrarat: sicut nobis ipsius relatione innotuit, qui se Valien. Episcopum asseruit confirmasse[f]. ¶ Ne igitur perpetrandi similia, cæteris[g] audacia tribuatur te ab Episcoporum confirmatione duximus suspendendum.†

¶ Idē Decano & Capitulo Andegauēsi.

¶ *Electos in Episcopos & cōfirmatos transferre potest solus Papa.*

CAP. II.

INter † corporalia & spiritualia cum cognouimus esse †

ideo multum miratur Papa, quare Patriarcha dictū L. electum de maiori Ecclesia transtulit ad minorem, ipsum dearchiepiscopare præsumens: quamuis enim nondum fuisset in Archiepiscopū consecratus, confirmatus tamen erat, & Archiepiscopalia ministrauerat, quantum sibi licuerat: quia ipse asseruit domino Papæ se confirmasse Valien. electum. Ne ergo audacia perpetrandi similia cæteris tribuatur, dñs Papa suspendit istum Patriarcham a cōfirmatione Episcoporum. Not. illa quæ sibi sedes Apostolica reseruauit, ab aliis non debent attentari. Item cōfirmatus in Archiepiscopum potest bene suos Suffraganeos confirmare. Item meritò debet quis puniri in quo ipse peccauit.

¶ *Glo. seq. ponit differentiam inter imperium & Papatum.*

a ¶ *Priuilegio*.] Quo videlicet prætulit eam cunctis Ecclesiis. 21. d. in nouo. & c. quamuis. & in hoc differt à Papatu imperium, quia Imperator habet suam iurisdictionē à populo. Insti. de iure nat. §. sed & quod principi & C. de vete. iur. enuc. l. 1. § cum enim. in Auth. quo. opo. epi. coll. 4. vbi dicitur quòd ab eodem principio sunt. sed Romana Ecclesia voce domini tm̄ prælata est: vt hic. & 21. d. c. quamuis.

b ¶ *Instituta continentia*.] Quia quæstio religionis & fidei ad Petrum tm̄ referenda est. 12. d. præceptis. 24. q. 1. quoties. & 16. q. 1. c. frater noster. & 33. q. vlt. c. conuenior.

a Et ita attendere oportet Anacletus Papa epistola omnibus Episcopis missa c. 3. Burchard. lib. 1. decre. 1.

c ¶ *Translationes*.] Et depositiones, 3. q. 6. c. quamuis. & c. dudum. & j. c. proxi. & 7. q. 1. c. mutationes.

d ¶ *Mutationes*.] 8. q. 1. temporis qualitas.

¶ *Glo. seq. ponit Versus de casibus reseruatis.*

e ¶ *Pertineant*.] Quæ sint alia quæ ad solum Papam pertineant, his versibus cōprehēde. *Restituit Papa solus, deponit & ipse:*

Diuidit, ac vnit, eximit, atque probat:

Articulos soluit, synodumque facit generalem.

Transfert, & mutat, appellat nullus ab illo. De singulis istis habebis concor. j. de exce. prælato c. sicut vnire. & j. de off. deleg. c. quod translationem. in gl. hæc sunt.

¶ *Gl. se. ponit opinio q̄ soluit cōtrariū cōtra quā tex. coadmuniās signat cōtrariū, ponit duas opiniones, quarū primā reprobat, deinde soluit.*

f ¶ *Cōfirmasse*.] Secūdū quosdā factū narrat, quia ante palliū receptū nō potest cōfirmare: qa in pallio plenitudo pōtificalis officij cōfert. j. de vsu pal. c. nisi speciales. arg. s. de elec. c. quod sicut. circa fi. arg. cōtra. s. de ele. c. suffraganeis. Dicut quidā, q illa nō tenet. Alij dicūt q cōfirmare potest, & omnia alia facere, q sūt iurisdictionis. vt hic. & s. de elec. c. trāsmissā. & c. nosti. qa in cōfirmatione cōsequit omnia, quę sūt iurisdictionis, & cōfirmare iurisdictionis est: qa eo cōfirmato potest cōferre beneficia. s. de elec. c. nosti. ergo eadē ratione cōfirmare: quia Capitulū vacante sede confirmat. j. de maio. & obe. c. cum olim. & c. is qui. arg. vel eōprouinciales Epi. 64. d. quia per ambitiones. arg. j. de hære. c. ad abolendam. §. & qm̄ & arg. j. de cōces. præben. c. nulla. multò fortius elect⁹ cōfirmat⁹. sed vī q tūc ad Papā spectet confirmatio. 100. d. qm̄. & j. de conces. præben. quia diuersitatem. illud est verum

Electus in Archiepiscopum, & cōfirmatus, quid exercere possit.

q electus in archiepm̄ confirmatus, omnia quæ sunt iurisdictionis pōt, & non quæ sunt ordinis. vnde licèt possit confirmare electos illos tm̄ consecrare non potest ante pallium acceptū. s. de elect. c. q sicut. j. de conse. eccl. vel altar. aqua. & illā decre. suffraganeis. quidā voluūt intelligere, qū nō est in mora: & illā, qui sicut. qū est in mora petēdi palliū. Alij dicūt, quòd illa decre. suffraganeis. non tenet. Et tu dicas, & credo verius, quòd decre. illa suffraganeis. teneat, & quòd electus in Archiepiscopū cōfirmatus potest confirmare suffraganeos suos, vt hic innuitur[b]: & potest mandare suffraganeis suis, vt electum debeāt consecrare, licèt ipse hoc facere non possit. Video enim q ipse nō potest clericum ordinare, & tm̄ pōt mandare alicui epo, vt ordinet. Vero de hoc idem faciunt Abbates exempti de clericis suis, quia faciunt illos ordinari per epos, quos ipsi non ordinant sine licentia eorū Prælatorum: multò fortiùs electus talis pt mandare hoc suffraganeis. & hæc est ratio, quia per hanc demandationem nihil committit, cum ipsi episcopi ex ordine & consecrationem, quam habent, facere possum, nec deest illis, nisi quòd consecrandus non est de sua iurisdictione: & sequitur: hoc facere non potest. ergo non potest aliis mandare. in stantiam habes in Abbatibus exemptis, & in electis confirmatis. arg. 7. q. 2. pontifices.

b Concor. tex. in l. si quis. eunuo. per Bar. C. de decur. lib. 10. & c. eadem nutu. & tibus. §. si. Vero de elect. lib. 6.

† Vide l. 1. C. ad le. Iul. repe. & Inst. de exce. § hodie.

† Ca. 2. eod. tit. in 3. cōpil.

† Dictio, esse, in manuscriptis non est in textu, sed expositor erat, quæ in textum irrepsit.

¶ *Glossa seq. arguit duo.*

g ¶ *Cæteris audacia*.] Sic j, eo. c. quanto, arg. quòd pœna vnius est metus alterius 2. q. 7. c. quapropter. & j. de sta. re. c. ea quæ. Item punitur quis in eo, in quo deliquit. j. de tempo. ord. c. litteras. & j. eo. c. quanto.

I*Nter corporalia*.] Diuidit in duas partes principales. In prima ponitur exordiū. In secunda facti narratio. ibi, *Sanè*. & ibi debet incipere casus in terminis. Et prima subdiuiditur in tres. Prima probat coniugium spirituale dissolui non posse nisi per Papam. Secunda: ibi, *Sicut autem*. probat vinculum spiritualis coniugij esse inter electum confirmatum, licet consecratus non sit, & eius Ecclesiam. Tertia: ibi, *Sed neque*. Soluit cuiusdam canonis contrarietatem. Ioan. And.

CASVS Sumitur in illo versu, *Sanè quoniā archieps Turon. &c.* Sic ergo pone casum Eboracen. Ecclesia subest Rothomagen. Ecclesiæ, & Ecc. etiā Andegauen. subest Turon. archiepisco. Eboracen. elect⁹ & cōfirmat⁹ postulatus fuit ad Ecclesiā Andegauen. quē Turon. archiepiscopus trāstulit ppria auctoritate ad Ecclesiā Andegauen. & ipsū in epm cōsecrauit, & absoluit eū Rothomagen. archieps ab Ecclesia Ebor. & hæc omnia facta fuerūt sine licētia dñi Papæ. Papa hoc audiēs mādauit archiepo Bituricensi, vt si res taliter se haberet, suspēderet archiepiscopū a cōfirmatione, & cōsecratione episcoporū, & suspēderet epm illū ab executiōe officij pontificalis, sup quo archieps veritatē inquirēs, mādatū Apostolicū adimpleuit, licet iidē archiepiscopi tanquā maiores plus excesserant in præmissis, eps vero præfatus errorē illorū secutus minus deliquerit. Papa intellecta illorū cōfessione spōtanea, pepercit eisdem: quia nō ex malitia, sed ex simplicitate peccauerūt, & eps ille, q minùs peccauerat, plus tn̄ fuerat punitus, misericordiā postulans, nō iudiciū. Papa intelligēs, q munus cōsecrationis sibi impensum, nec prioris Ecclesiæ, nec secundæ ipsum fecerit epm, cum ad primam nō fuerit consecratus, ad secūdā vero primo vinculo perdurante non potuerit cōsecrari, absoluit eū à suspensione prædicta, & à vinculo, quo tenebatur priori Ecclesiæ, dās ei licētiā transeundi ad Ecclesiā Andegauen. Capitulo in post cōsensu adhuc durante, hoc est factū quod contigit. Occasione huius negotij pmittuntur præcedentia, p quæ probatur, q archiepiscopi non poterāt quod facere præsumpserūt. Dicit ergo Papa, q inter corporalia & spūalia illa est differētia, corporalia enim facilius destruuntur, quam cōstruantur: spiritualia verò facilius construuntur, quam destruantur: quia episcopus solus honorē dare pōt, sed solus auferre nō pōt. Item epi à metropolitanis suis cōsecrantur, sed damnari non possunt nisi à Papa. Itē probat secundo q Archiepi nō poterāt illi episcopo dare licētiam transeundi ad aliā Ecclesiā hoc modo. spirituale vinculum dignius est quàm carnale:

differentiam, quòd corporalia faciliùs [a] destruuntur, quam construantur, spiritualia [b] verò faciliùs construuntur, quam destruãtur [c]. Vnde iuxta canonicas sanctiones, Episcopus solus [d] honorẽ dare potest, solus auferre non põt: Episcopi quoque a Metropolitanis [e] suis munus consecrationis accipiunt, qui tamen non possunt, nisi per Romanum Pontificem [f] condemnari. Cùm ergo fortius [g] sit spirituale vinculum, quam carnale, dubitari non dẽt, quin omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum & Ecclesiam suo tãtũ iudicio reseruauerit dissoluẽdum. qui dissolutionem etiam carnalis coniugij, quod est inter virum & fœminam, suo tantùm iudicio reseruauit, præcipiens, vt quos Deus coniunxit homo non separet [h]. Non enim [i] humana, sed potiùs diuina [k] potestate coniugium spirituale dissoluitur, cum per translationem, depositionem aut cessionem auctoritate Romani Pontificis (quem constat esse Vicarium [l] Iesu Christi) Episcopus ab Ecclesia remouetur: & ideo tria hæc, quæ præmisimus, non tam constitutione canonica, quàm institutione diuina soli sunt Romano Pontifici reseruata †. Sicut enim Episcopus consecratus sine licentia Romani Pontificis suam non debet Ecclesiam derelinquere, sic & electus confirmatus [m]: cum non debeat in dubium reuocari, quin post electionem & confirmationem canonicam, inter personas eligentium & electi, coniugium sit spirituale contractum: cui [n] profecto Episcopalis dignitas nihil addit [o]: cùm quis Episcopali præditus dignitate, nullius [p] tamen Ecclesiæ possit esse Episcopus: quemadmodum de illo contingit, qui oneri Pontificali renunciat, non honori [q]. Vnde cùm non sit maius vinculum Episcopi ad Ecclesiam †, quam electi, maximè cùm fuerit confirmatus †, immo idem penitus & non aliud, idem iuris [r] obtinet in vtroque. Sicut ergo Episcoporum translatio, depositio, & cessio: sic & electorum [s] post [t] confirmationem (spiritualis ratione coniugij) soli est Romano Pontifici reseruata: licèt vsque ad tempora ista, quod cautum fuerat de Episcopis, expressum non fuerat de electis: propter expressam tamen similitudinem [v], vel identitatem potiùs nemini poterat videri dubium subtiliter intuenti: cùm de similibus idem iudicium sit habendum. ¶ Sed neque [x] illud, quod in canone legitur de

Per hāc decretalem nota causas, per quas potest quis petere licentiam renunciandi. No. quòd in omnibus factis discretio est adhibenda. Item quædam sunt crimina, quæ etiam post pœnitentiam peractam impediunt: vt simonia in ordine, & homicidium. Item scientia inflat, charitas ædificat. Item distinguit inter irregularitatem propter conscientiam sæui criminis & aliam. Item communis vtilitas præfertur priuatæ, si in cōmuni includitur priuata. Item licèt laborem non sequatur effectus, est tamen labor remunerandus. Item temporalia & spiritualia possunt simul exerceri sine peccato. Item in iudicio voluntario relinquitur quis conscientiæ suæ, non in contentioso.

a ¶ *Promittis.*] Quasi cedens, quòd cedendo placeas Deo.

b ¶ *Sanctificato.*] scilicet Hieremia.

c ¶ *Ministerium.*] Quod priuilegium est. ĩ. de sta. mo. quòd Dei timorem.

d ¶ *Cum ille.*] s. Hieremias qui prædicationis recusabat officiū, & tamen postea recepit. q. 18. in scripturis.

e ¶ *Cuius.*] s. verbi Dei.

f ¶ *Forsitan.*] Istud forsitan non videtur poni dubitatiuè, sed affirmatiuè. sim. 33. q. 2. admonere. & ĩ. de procu. tuæ. & de pœn. d. 1. quamo. item. & ff. de rei ven. item si. §. 1. & verba sequentia hoc innuunt. & s. de rescri. super litteris. ver. nisi forsitan.

¶ *Glo. sequ. arguit & opponit. ponit solutionem consona. ar. ponit contrariam. Io. & Tan. eis obiicit, & soluit partem approbando. Item quærit & soluit.*

g ¶ *Sed duntaxat.*] Ex isto loco colligitur, quòd pro nullo crimine pōt eps renunciare sine licētia Papæ, quātūcunque graui. Sup hoc dicunt q̃dā, quòd nullus criminosus, nullus irregularis potest renūciare sine licētia Papæ. arg. ĩ. c. pxi. ver. vnde qdā & 6. q. 3. denique. & ff. de admi. tut. l. tutores. § q se. etiā si talis sit, q titulū nō habet, vt simoniacus, & intrusus, in morte tū propter necessitatē, possent renunciare. arg. illius c. 17. q. 1. si quis suadente. Tan. & Io. dicunt, quòd simoniacus & intrusus non habent titulū, sed fures & intrasores sunt. 1. q. 1. ordinationes. & 9. q. 1. ordinationes. & ideò quantò plus rem tenent, tantò plùs peccant. & fur semper est in mora. ff. de con. fur. si pro fure. §. pen. arg. quia *non remittitur peccatum, &c.* 14. q. 6. si res aliena. vnde dicunt, quòd renunciare possunt sine licentia Papę. quia ipsi ad hoc tenentur canonis auctoritate. 1. q. 1. si quis neque. In alijs qui titulum habēt, secus est, ibi necessaria est licentia Papæ, vt hic dicit. ar. ĩ. c. prox. §. rursus. & seq. Sed litera ista contra dicit, s. non cuiuslibet, sed illius duntaxat, cuius executio post peractā pœnitentiam impeditur. sed hæc duo crimina talia sunt. & sic videtur, quòd hic sit petenda licentia. quia licèt titulum non habeat simoniacus, tamē videtur habere titulum, cùm per electionē habuerit ecclesiam: quoad communem opinionē habet titulum, cum occulta fuerit simonia. vnde saltem propter hoc tenetur licentiam petere. & causa potest subesse: quia si bene administrauerit, Papa de facili dispensabit cum eo. arg. ĩ. eo. c. personæ verò. Satis posset hic dici, quòd intrusus omnino debet cedere: quia nec quantùm ad veritatem titulum habet. Quæ ergo sunt crimina, quæ post peractam pœnitentiam impediunt executionem ordinis? Dic, quòd simonia est vnum de illis. 1. q. 1. erga simoniacos. ĩ. de simo. tanta. Item homicidium. ĩ. de temp. or. cap. vlt. & 50. d. miror. & de his duob. criminib. habemus expressè. ĩ. de acc. inquisitionis. in prin. Item secundum Io. omne peccatum, qd ipso iure irrogat infamiam 3. q. 7. infames. §. porrò. quia licèt culpa per pœnitentiam tollatur, infamia tamen non aboletur. 2. q. 3. c. Euphemium. §. hinc colligitur. de hoc no. ĩ. de temp. or. & quasi ex tenore [c]. in istis enim criminibus, quæ post pœnitentiam impediunt executionem ordinis, aut beneficij retentionem, debet episcopus petere licentiam cedendi: quia pœnitere non potest, nisi renunciet. in alijs verò criminibus de quibus potest pœnitere remanendo in officio suo, non tenetur petere cessionem. arg. illius decre. ĩ. de temp. ordi. c. vlt.

sed illa solummodo, per quā impotens [k] redditur ad exequendū officium pastorale. Nam si pro qualibet corporali debilitate, susceptæ seruitutis officium posset deseri, frustrà se fateretur Apostolus in suis infirmitatib' gloriari: cū interdū non plùs hortetur senilis debilitas aliquē cedere, quàm moralis maturitas (quæ in senib' esse solet) ipsum in suo suadet officio permanere: pro talibus.n. de se dicit Apostolus: [Cū infirmor, tūc fortior sum †] quia nonnunquam corporis infirmitas [l] fortitudinem cordis augmentat. ¶ Pro defectu quoq; scientiæ plerunque [m] potest quis petere cessionem. quia cum ipsa circa spiritualium [n] administrationem sit potissimum necessaria, & circa curā temporalium [o] opportuna †: Præsul, qui commissam sibi debet Ecclesiā regere in vtrisq;, salubriter ei renūciat, si scientiam (in qua ipsam regat) ignorat. [Tu enim (inquit Dominus) scientiam repulisti [p], & ego repellam te, ne sacerdotio fungàris mihi.] Quanquam etsi desideranda sit eminens scientia in pastore, in eo tamen sit competens toleranda [q]: quia secundùm Apostolum: [Scientia inflat †, charitas autem ædificat] & ideò imperfectū scientiæ, potest supplere perfectio charitatis. ¶ Propter malitiam autem plebis [r], cogitur interdum

1. Cor. 12.

† Adduntur in vno veteri hæc duo verba: & potens.

† Vide tex. in Auth. de iudic. §. 1. coll. 9. & l. si quis. §. pro hibentur ff. de edendo.

Osee 4.

1. Cor. 7.

† Vide l. sed Iulianus. §. quod dicit. ff. ad Mac. & l. ex pluribus. ff. de reg. iur.

c Concordat 1. & vlt. C. de sen. pas. cum ibi no. & l. 1. § de quæ. ff. de postu.

h ¶ *Culpa.*] Hoc est contra illos, qui dicunt omne crimen inducere irregularitatem.

i ¶ *Pauci.*] Quia res pene cōtra naturā est, quòd qs sit sine peccato. 25. d. §. nunc autem. & 81. d. Apostolus. in si sim. ĩ. de præb. c. pen.

k ¶ *Impotens.*] Talis.n. morb' dicit sonticus: qa cuiq; rei agēdæ impedimēto est. ff. de re iud. quæsitū. & ff. de verb. sign. l. morbus.

l ¶ *Infirmitas.*] Quia feruor spiritus ad sublimiora conscendit s. eod. litteras.

m ¶ *Plerumque.*] Nisi esset talis scientia, quam citò addiscere potest: ad quod semper tenetur episcopus. 38. d. c. vlt. vnde dicit iurisconsultus. si vnum pedem tenerem in sepulchro, adhuc addiscere vellem. ff. de fideic. lib. apud Iulianum. 24. q. 3. si habes.

n ¶ *Spiritualium.*] 38. d. per totum.

o ¶ *Temporalium.*] 86. d. fratrem nostrum. & 39. d. Petrus. 76. d. §. 1. & meritò necessaria est scientia spiritualium & temporalium: quia in his alios docere debet episcopus, & ideò aliorum doctrina indigere non debet. 1. q. 7. conuenientib. & in Auth. de san. epis. §. damus. coll. 9.

p ¶ *Scientiam repulisti.*] 38. d. omnes psallentes.

q ¶ *Tolerāda.*] s. de elec. cū nobis olim. & ĩ. de præb. venerabilis.

r ¶ *Plebis.*] Sim. 7. q. 1. c. aduersitas. §. hoc tunc seruandū. & c. vlt.

Prælatus ab ipsius regimine declinare: quando plebs adeò duræ ceruicis existit, vt proficere nequeat apud ipsam: sed propter eius duritiē, quò magis satagit, cò magis iusto iudicio deficere permittatur: dicente Domino per Prophetam: Linguam tuam adhærere faciam palato tuo: quia domus exasperans est. Et Apostoli leguntur dixisse Iudæis: Ecce conuertimur ad gentes, quia verbi Dei vos indignos fecistis. ¶ Non autem pro qualibet culpa[a] pastor debet gregem deserere, ne mercenario comparetur, qui videt lupum venientē, & dimittit oues, & fugit[b]: sed de superioris licentia, tunc demum potest tam timidè fugere, quàm prouidè declinare, cùm oues conuertuntur in lupos: & qui debuerant humiliter obedire, iam irreuocabiliter contradicunt: cùm etsi tales sint grauiter pro crimine puniendi, sunt tñ pro tempore vtiliter[c] tolerandi: quia sanguinem elicit[d], qui nimis emungit. Pro graui quoque scandalo euitando (cùm aliter sedari non potest) licet Episcopo petere cessionem ne plùs temporalem honorem, quàm æternam videatur affectare salutem: memor illius, quod dicit Apostolus: Si esca[e] scandalizauerit fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. ¶Sed inter scandalū & scandalum est subtiliter distinguendum[f]: sicut Dominus ipse distinxit, cui cùm dixisset Apostoli: Scis, quia Pharisæi audito hoc verbo[g] scandalizantur? Respōdit: Sinite[h] illos, cæci sunt & duces cęcorū. Alibi verò dixit: Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. ¶Personæ verò irregularitas, vt si fortè sit bigamus, vel viduæ maritus, est causa, propter quā petere potest licētiā aliquis resignandi, attestante Apostolo, qui dicit; Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum. Nō tamen propter quamlibet irregularitatem personæ, debet ei, qui regulariter[i] ministrauit, cedendi licentiam indulgeri: vtpote si de legitimo matrimonio nō sit natus: quia licet irregularitatem huiusmodi non potuerit[k] subticere, si tamen & culpa[l] latet[m] & causa[n] cum eo, qui laudabiliter suum impleuit officium (iniūcta sibi pœnitētia competēti) potest non minùs vtiliter, quàm misericorditer dispensari. Ego sum, inquit Deus, zelotes[o], vindicans peccata patrum in filios, vsq; in tertiam & quartā generationē, in his qui oderunt me, id est, in illis qui cōtra me paternū odiū imitantur. Vnde patet[p] †, quòd illis qui paterna vitia nō sequūtur, proprie possunt in talibus suffragari virtutes: illo discretionis adhibito moderamine, vt inter nothos † & mānzeres[q], naturales & spurios distinguatur: & infrà. ¶Verùm si propter alias causas cessionem affectes, non est in hoc tibi postulanti fauendum: cùm huiusmodi postulatio videatur non esse discreta, quoniam (vt id tanquam notissimum omittamus[r], quòd otiositas[s] & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas) propter laboris angustias, aut persecutionis incursus non debes deserere sponsam[t] tuam, cui † defigendo[u] manum apud extraneum te fide media copulasti: sciens, quòd Beati sunt illi, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam cùm probati fuerint, accipient coronam vitę, quam repromisit De⁹

Ezech. 5.

Act. 13.

Ioan. 10.

1. Cor. 8.

Matth. 15.

Matth. 18.

1. Timo. 3.

Exo. c. 20.

Matth. 5.

a ¶ *Culpa.*] Subditorum, scilicet.
b ¶ *Fugit.*] 13. q. 4 tres personas.
c ¶ *Vtiliter.*] Quandoque enim dormire debet seueritas disciplinæ. 21. q. 4. ne amisso, & c. non potest. & 11. q. 3. quando.
d ¶ *Elicit.*] vt 4 dist. denique, & alibi: *Noli esse nimis iustus, quia iustus quandoque in iustitia sua perit.* 2. qu. 7. c. plerunque. §. de his. & de pœni. dist. 1. serpens.
Additio. Vnde versus:
Qui nimis emungit solet extorquere cruorem.
Et violenta facit correctio deteriorem.
Sed moderata satis correctio gignit amorem.
e ¶ *Esca.*] j. de noui oper. nunc. cum ex iniuncto.
¶ *Glo. seq. circa scandalum distinguit triplicem veritatem. & in vltima subdistin.*
f ¶ *Distinguendum.*] Prout Gregorius distingit super Ezechielem homil. 7. verùm scandalum sine peccato vitare possumus, an non? imò inquantum possumus, sine peccato scandala vitare debemus, alioquin vtiliùs scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur. j. de reg. iur. qui scandalizauerit. veritas enim bonæ vitæ vel iustitiæ nunquam deserenda est, veritas relinquatur. j. de regu. iur. qui scandalizauerit. veritas enim bonæ vitæ vel iustitiæ nunquam deserenda est, veritas disciplinæ quandoque. tunc autem debet deseri veritas disciplinæ, quando multitudo peccantium est in causa, non tamen volunt defendere malum, quod faciunt. arg. 44 dist. comessationes. vbi de hoc, & 50. di. vt constitueretur. & j. de cler. excomm. mi. latrones. Si vero defendere volunt malum, quod faciunt, & excusare illud quasi ex auctoritate, tūc multitudini parcendum non est propter scandalum de pœn. dist. 6. c. 1. in fi. arg. 81. dist. plurimos. & 7. q. 1. cap. aduersitas. §. cum autem. ver. ferrum quippe.
Additio. De hoc dicitur j. de temp. ord. c. sanè. in tertia notula[b].

a Si verò dubitetur, an sit peccatū, videtur scādalum vitādum arr. 14. d. c. fin. 1. q. vlt. & si illa. 23. q. 1. quod culpatur. nam si dubitatur de peccato, & certum sit de scandalo, dicemus cum Augustino: Tene certū, & dimitte incertum. *de pæn. d. 7. §. ad fi. io. Andr.*

b Concord. tex. in l. ante facta. § fi. ff. de pæn.

g ¶ *Hoc verbo.*] s. *non omne quod in os intrat, sed quod ex ore procedit, coinquinat hominem.* tunc dixerunt Apostoli: *Scis quia Pharisæi, quorum religio est in cibis discernendis, audito hoc verbo,* &c. vsque ibi: vt 11. q. 3. inter verba.
h ¶ *Sinite.*] Quasi dicat non est curandum de scandalo eorum.
i ¶ *Regulariter.*] Aliàs cùm irregularis sit, regulariter ministrare non potest. Ex his enim quæ inordinatè sunt acta non potest aliquid ordinabiliter fieri. j. de accus. qualiter & quando. sed dic regulariter, id est, laudabiliter & vtiliter.
k ¶ *Non potuerit.*] id est non debuerit de iure tempore suæ examinationis. & sic est argum. quòd illud dicimur posse quod de iure possumus 22. quæst 2. faciat. & argu supra de rescr. scientes. sed debuit confiteri saltem in secreto. suprà de elect. innotuit.
l ¶ *Culpa.*] Quia non manifestauit impedimentum tempore suæ promotionis, vnde imponi debet sibi pœnitentia, cum dispensatur cum eo: vt sequens litera dicit. tamen si culpa talis & cā, scilicet irregularitas, dispensatur cum ipso propter vtilitatem ipsius Ecclesiæ.
¶ *Glo. seq. arguit & allegat contrarium.*
m ¶ *Latet.*] Arg. pro opinione illorum qui dicunt, quod peccata latentia faciunt homines irregulares. 50. di. sacerdos. & cap. sacerdotes à contrario sensu. & c. de his verò. argu. 31. dist. habuisse. & arg. contra. 32. q 5. Christiana. vbi dicit: Latentia peccata non habent vindictam.
Additio. In foro seculari non habent vindictam, sed in foro animæ habent.
n ¶ *Et causa.*] Si[c] ipsa irregularitas occulta est, dispensatur cum ipso propter vtilitatem ipsius Ecclesiæ.
o ¶ *Zelotes.*] id est. zelans & vlciscens peccata, vel exactor castitatis. 1. q. 3. Saluator. §. econtra. & 34 q. 1. §. 1.
p ¶ *Patet.*] A contrario sensu.
q ¶ *Manzeres.*] Sicut legitur in historiis, in rubrica quibus non est fas Ecclesiam Dei introire. Manzer propriè dicitur de scorto natus. Spurius de concubina. Nothus de adulterio natus. sic dicitur notha febris, quæ affligit sicut quartana. sic nothus, quia videtur verus filius, sed non est. Et omnes tales illegitimi ab honoribus repelluntur, vt s. de ele. cum in cunctis. & s. de ele. innotuit. & j. de fil. presb. c. 1. & vlt. naturalis dicitur, natus de concubina, quæ tenetur in domo quasi loco vxoris vnica. & talis in bonis patris ab intestato succedit in duas vncias paternæ substantiæ, si alij filij non extet, nec coniunx legitima. Cod. de na. li. Authen. licèt patri. & in bonis maternis succedit cum legitimis filiis. Cod. de senatusconsul. Orfi. si qua. §. 1. lt.
Additio. Vnde de talibus reperiuntur isti versus: *Mānzeribus scortum, sed mœcha nothis dedit ortum.*
Vt seges à spica, sic spurius est ab amica.
Sunt naturales, qui nobis sunt speciales.
r ¶ *Omittamus.*] Et tamen statim subiungit de illo, &c. & est color rhetoricus, qui dicitur præoccupatio. simile 8. q. 1. Moyses in §.
s ¶ *Otiositas.*] Iuxta illud *Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.* & alibi: *Quæritur Ægysthus quare sit factus adulter? In promptu causa est, desidiosus erat.* Et dicit Hieron. ad Monachum: *Semper aliquid boni operis, vt te diabolus inueniat occupatum.* de conse. d. 5. nunquam.
t ¶ *Sponsam.*] s. de transla. inter corporalia. & ff. sol. mat. si cum dotem §. si maritus. & expone *sponsam*, id est, Ecclesiam militantem.
¶ *Glo. seq. ponit triplicem lect.*
u ¶ *Defigendo manū.*] Verba sūt Salomonis in parabolis loquētis de fideiussore, quod ligat se apud extraneū, i. apud creditorem, est extraneus, i. alius à fideiussore, & reo principali, sic Eps deligendo manum,

c Hæc glossula non est Bernardi, nec habetur in vetustis codicib.

† Vide Bea. Tho. 2. 2. q. 108. art. 4. & Alfonsū Castrum li. 1. c. 10. de iusta hær. punit.

† Pro intelligentia huius text. & glossæ, quatenus agit de filiis illegitimis, videto Cardinalē Paleottum in lib. de nothis, & spuriis filiis.

† In vno vetere l. vbi. cana sta: tas desfigendo manum tuam, & fide media copulasti.

Otiū multa, & mala incomoda.

diligentibus se. ¶ Sed dices: Spiritus vbi vult spirat. [a], & nescis vnde veniat, aut quò vadat: & ideò non est, qui possit vias illius spiritus perscrutari: qui verò spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege [c]: quoniam vbi spiritus Dei, ibi libertas: quare si cedendi tibi licentia data ab homine non fuerit, nihilominus tamē cedes: quia data est tibi libertas cedendi à Deo. Certè desipis, si sic sapis. Nam quomodo spiritu Dei agitur, qui contra spiritum Dei agit? si enim vera sunt, quę præmisimus, (immò quia indubitanter [d] sunt vera) proculdubio contra spiritum Dei agit, qui aliquid contra veritatem attentat, quoniam ipse est spiritus veritatis. ¶ Porrò si dicas, quòd forsan alia est causa latens, propter quam cedendi voluntas tibi cælitus inspiratur; & nos siquidem respondemus: tu quomodo scis, quòd talis inspiratio sit cælestis? nonne recolis quid ille gloriosus Pontifex [e] dixerit, cum cœpisset viribus corporis repente destitui? Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua, illius [f] exemplum secutus qui dixit: Cupio dissolui, & esse cum Christo; manere autem in carne necessarium est propter vos: & infrà.

¶ Quippe si quantocumque † virtutum flore [g] refulgeas, & in te non habeas charitatem, nihil [h] te comprobaris habere. Nulla siquidem maior poterit esse charitas, quam vt animam suā ponat quis pro amicis suis: cùm autem propter hanc te deceat animam tuam pro subditis tuis ponere, nulla occasione (dummodo proficere illis possis, etsi non omnibus, tamen multis [i]) ab eorum regimine te conuenit excusare: quoniam si laboris causam prætendis, exemplum te Apostoli subleuabit, qui suadet tibi laborem huiusmodi non refugere, dū se asserit pro communi salute plùs [k] cæteris laborasse; quia licèt non semper sequatur laborem effectus [l], nihilominus tamē ipse labor est meritorius apud Deum, iuxta quod legitur: Reddet Deus mercedem laborū sanctorum suorum: & infrà. ¶ Nec putes, quòd ideò Martha malam partē elegerit, quæ circa plurima satagebat: quia Maria [m] optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea: quoniā licet illa [n] sit magis secuta [o], ista [p] tamē est magis fructifera: & licèt illa sit magis suauis, hæc tamen magìs vtilis: cū in fœcunditate sobolis lippitudo Liæ [q], Rachelis pulchritudini sit prælata: quāuis simul in vnum & cōtēplatiuus esse valeas, & actiuus legislatoris [r] exemplo, qui nunc ascendebat in montem, vt ibi gloriā Dñi cum maiori cerneret libertate: nunc verò descendebat in castra, vt cum vtilitate maior necessitatibus populi prouideret †. Quapropter [s] facilius indulgeretur, vt ascēdat monachus ad Præsulatum [t], quam Præsul ad monachatum descendat: & infrà. ¶ Monemus itaque, vt laborem pastoralis regiminis non recuses, ne fortassis ad pedes suos cum Maria sperneret te recipere, qui † sibi apud te diuertendi [u] spreuisses cum Martha solicita ministrare: & infrà.

¶ Quia verò in postulando cedendi licentiam institisti, tibi te duximus relinquēdum, vt distinctis causis, propter quas cedere oporteat: si propter aliquam causam vtilem & honestā in huiusmodi proposito perseueres, de licentia [x] nostra cedas, alioquin cedēdi licentiā auctoritate Apostolica tibi scias esse penitus interdictam, quoniam etsi pennas habeas, quibus satagas in solitudinem aduolare, ita tamen astrictæ sunt nexibus præceptorum, vt liberum non habeas absque nostra permissione volatum.

¶ Idem Episcopo Fauentin. in Archiepiscopo Rauen. electo.

¶ *Episcopus qui propter crimē renunciauit Episcopatui, & ad religionem trāsiuit, ad Episcopatū reassumi nō potest. Secus si renunciauit propter persecutionem, infirmitatē, defectū scientiæ, simoniam ipso ignorāte cōmissam, vel aliam similem causam.*

CAP. XI.

POst † translationem tuam ad Ecclesiam Rauennateñ.

Episcopus de ouibus Deo reddet rationem.

manum, id est, per manualem obedientiam obligauit se pro ouibus suis apud extraneum, id est, creditorem, id est, apud Deū, qui sibi credidit gregem suum, mediante suo metropolitano, cui obedientiam facit manualem. episcopus enim tenetur reddere rationem Deo pro animabus sibi commissis, si malè custodierit oues suas. j. de reg. iur. c. pen. Et expone apud extraneum, id est, apud alium: quia Deus est alius ab homine in eo, quòd Deus: quia Deus est creator, & homo est creatura. Vel, dic, quòd Deus extraneus est à quocunque Christiano: & tamen quilibet Christianus est eius filius: filius enim dicitur esse in potestate patris, quousque est emancipatus: eo emancipato dicitur extraneus sicut quilibet alius: & tamen est eius filius [a], ita Deus emancipauit hominē, cùm dedit ei liberum arbitriū faciendi quodlibet bonum vel malū, & ita dictus est extraneus.

Ioan. 3.

2. Cor. 3.

a Cocor. sex. in l. qui eciam. in fi. de rit. nupt. & in l. si duobus. C. de bon. poss. contra tabul.

b Hæc glossula non est Bern.

a ¶ *Spiritus vbi vult spirat.*] Vnde [b] de eo dicitur: *Tu spiras vbi vis: tua munera diuidis, vt vis, & cui vis, quod vis, quantum vis, tempore quo vis.*

b ¶ *Vias.*] quia nō sūt in homine viæ eius. 47. d. c. sicut. §. necesse ēst. in fine.

c ¶ *Sub lege.*] 19. q. 2. duæ sunt. & j. de reg. licet.

d ¶ *Indubitāter.*] Quia nefas est dicere, quòd scriptura mentiatur. 23. q. 5. quid ergo.

Phil. 1.

e ¶ *Pontifex.*] Beatus Martinus.

f ¶ *Illius.*] scilicet beati Pauli Apostoli.

† quātumque.

g ¶ *Flore.*] i. operib. virtutū, quia virtuté nullus potest habere sine charitate: quoniā qui habet vnā virtuté in actu, habet omnes: & qui caret vna, caret omnibus. 24. q. 1. vbi sana. 32. q. 1. cum renunciat. de pœn. dist. 2. si enim inquit. j. de reg. iur. debeat peccatos.

h ¶ *Nihil.*] Iuxta illud Apostoli *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autē non habeam, nihil* [c] *mihi prodest*. de consec. d. 4. solet. & de pœn. dist. 3. si quis autem. ad fi. d.

Ioan. 15.

c Quoad vitam æternā: prodest enim quoad minus supplicium: vt ibi. Io. And.

i ¶ *Multis.*] vt 7. q. 1. ibi

k ¶ *Plus.*] 23. q. 4. quis non.

l ¶ *Effectus.*] Iuxta illud: *Non est in medico, semper releuetur vt æger.* & quādoque est vitiū materiæ, nō artificis. j. de lo. & cōducto. propter. ff. ad leg. Aquil. si seruus. §. si calicem. & 43. d. Ephesis. nec euentus mortalitatis medico, qui diligēs fuit imputari debet. ff. de offi. præsi. illicitas. §. sicuti. & sufficit diligētiā adhibere, quā potest. 47. dist. c. vlt. & si negotiū nō habeat effectū, sufficit, si sit vtiliter cœptum ff. de neg. gest. sed an vltrò. §. 1. licet secus sit in negotiis pupilli. ff. eod. tit. l. si pupilli. in prin. & l. litis.

1. Cor. 15.

Cap. 10.

m ¶ *Maria.*] De qua dicitur: *Maria vile forum: vas septem dæmoniorum: Plorans immodicè fit Apostola de meretrice.*

n ¶ *Illa.*] scilicet vita contemplatiua.

o ¶ *Secura.*] Ergo potiùs amplectenda: nam tenere certum & dimittere incertum debemus de pœn. dist. 7. c. vlt. ff. de ritu nuptia. adoptiuos. §. 1. sed vtraque est certa.

Luc. 10.

p ¶ *Ista.*] scilicet actiua vita.

q ¶ *Lia.*] Lia lippa erat oculis: quæ quatuor filios genuit ex Iacob, sed Rachel duos tantum, scil. Ioseph. & Bēiamin.

r ¶ *Legislatoris.*] scilicet Moysi. 36. dist. si quis vult.

s ¶ *Quapropter.*] id est, propter quam causam.

Gen. 29.

t ¶ *Ad præsulatum*] 18. q. 1. c. vnico. & 8. q. 3. c. 3.

v ¶ *Diuertentis.*] Id est, accedentis.

x ¶ *De licentia.*] Qui petit licentiam, & obtinet, compelli debet, vt cedat. j. eo. quidam.

Exod. 24.

POst translationem.] Sunt tres partes. prima ponit postulationem, & postulantiū petitionem. Secunda: ibi, *Verum.* canonē postulationi & petitioni contrarium, quem interpretatur ponendo casus, quibus canō obsistit, & quibus non. Tertia: ibi, *Cùm ergo.* committit postulationem certis casibus admittendam, & in aliis repellendam. Io. And.

† Vide l. in emptione. cū glos. in ver. refert. ff. de ædi. edict. l. iustissimi. in glo. 1. eo. tit.

† si sibi apud, &c.

Casvs. Vacante ecclesia Fauentiñ. Canonici cōtulerūt liberā potestatem eligendi in I. eorū cōcanonicū. Ipse verò postulauit Io. Canonicum S. Fridiani olim epm Sarnateñ. Præpositus & Capitulum Fauētiñ. postulationē illā petierunt approbari à D. Papa: sed huic postulationi videbatur obstare Capitulū Cōstantinopolitani concilij, in quo dicitur: vt quicūque de pōtificali dignitate ad monasticā vitā, & pœnitentiæ locum descendit, ad pōtificatū vlteriùs non resurgat. vnde cōtra illud cōciliū, quod est vnū de quatuor cōciliis, quæ seruat ecclesia sicut quatuor euangelia, nō videbatur eadē postulatio admittēda; verūtamen in quibusdā casibus nō obstāte illo cōcilio, is qui monasticā vitam elegit, potest iterum ad epatū assumi. Primò si propter persecutionem vel propter corporis infirmitatem ad monasticam vitam descenderit de superioris licentia, his cessantibus ad epalē poterit resurgere dignitaté. Item si quis propter cupiditaté parentu eo ignorāte fuerit epatū adeptus, & hoc cōperto ad monasteriū de licētia superioris trāsiuit quamuis ad illud redire non possit, ad aliū tamen licitè poterit reassumi. in aliis casibus nihil dicitur attentari contra cōciliū prædictū. quod

† Cap. 5. eod. tit. in 3. compilatione.

loquitur in eo casu, cùm aliquis dimittit Episcopatum propter aliquod crimen, & ad monasticam vitam pœnitentiæ causa descendit: aliis opinionibus reiectis quæ in litera ponuntur. Quia non constitit Papæ propter quam causam prædictus I. cesserit Episcopatum: mandat Papa Rauennati electio, quod si constiterit ei, quòd propter aliquā de præmissis causis vel consimilibus prædictus I. renunciauit Episcopatui, dummodo necessitas vel vtilitas id exposcat, det ei licentiam transeundi ad Ecclesiam Fauent. maximè: & verum est, quod si cesserit, quo illo loco tantum cesserit, & non dignitati vel ordini: quia tunc præsumēdum est, quod non propter aliquod crimen à se commissum, causa pœnitentiæ transiuit ad vitam regularē: alioquin cùm durum esset nimis contra tam solemne cōcilium huius postulationem admittere, iniungat Capitulo Fauen. vt de alia persona idonea sibi prouideat in pastorē. Nota hîc quatuor casus, in quibus ille qui renunciauit Epatui, transiens ad monasticam vitam, potest iterum in Epm reassumi. Item nota, quod ius & potestas eligendi Epm, in vnum tantum potest transferri. Item eligi potest postulandus, ad hoc vt postuletur. Itē nota regulā, quod cessante causa cessat effectus. Itē necessitas & vtilitas purificātur. Itē Prælatus cōtra ius scriptum petitionem admittere non debet.

¶ Glos. seq. notat, quod datus &c. eligat &c.

cum Præpositus & Canonici Fauentiñ. in I. eorum concanonicū liberam [a] eligendi auctoritatem vnanimiter contulissent †, ipse I. sancti Fridiani Lucañ. Canonicum olim Episcopum Sarnateñ, † in Fauentiñ. Episcopum postulandum [b] elegit. Porrò à sancti Fridiani Priore [c] super hoc requisito & obtento consensu †, Præpositus & alij postulationem eandem approbari à nobis humiliter petierunt. Verum postulationi huiusmodi videbatur cōcilij Constantinopolitani [d] capitulum obuiare, in quo statutum est, vt quicunque de Pontificali dignitate ad monachorum vitam & pœnitentię locum descenderit, nequaquam vlteriùs ad Pontificatum resurgat. vnde contra dictum concilium (cū sit vnum ex quatuor [e] principalibus, quæ sicut quatuor Euangelia Ecclesia Catholica veneratur) nullatenus videbatur eorū † postulatio admittenda. ¶ Cæterùm speciales quidam casus inueniuntur, in quibus (prædicto concilio nō obstante) is qui vitā monachalem elegit, rursum licitè potest ad Episcopatum assumi. Si enim quisquam persecutionis rabie sæuiente, vel præpediente inualitudine corporis, cùm proficere nequeat in regimine pastorali, de superioris auctoritate ad monasticam vitā descendat: persecutionis vel ægritudinis impedimento cessante [f], ad Episcopalem poterit resurgere dignitatē. ¶ Item si quis propter litteraturę defectū (ne tanquam cæcus cæco [g] ducatum præbeat †) locum regiminis auctoritate Apostolica deserendo [h], ad otium se contulerit monachale, ac per exercitium lectionis, scientiæ repererit margaritam, proculdubio poterit denuo vocatus à Domino, cathedram reascendere pastoralem. ¶ Rursus si quis per cupiditatem parentum [i] (eo tamen penitus ignorāte) fuerit Episcopatu adeptus, & hoc comperto Episcopatum ipsum de licentia superioris dimittens, [k] obseruantiam elegerit regularem: etsi ad Episcopatum eundem redire postmodū nequeat [l], iuxta canonicas sanctiones, ad alium tamen poterit licitè reassumi. ¶ Quanquam autem in his & consimilibus casibus is, qui Episcopatu dimisso monasticam vitam elegit, resurgere valeat ad officium pastorale, nihil tamen in his contra præscriptum † intelligitur concilium attentari: quod in eo loquitur [m] casu, cùm propter

stitutum ex illa causa. contra 32. q. 7. c. fi. vel. cessat, quod ex ea causa constitutum est, quando ex constitutione dictum est, quòd causa cessante cessat constitutio, vt in primis concordantiis.

g ¶ *Caco.*] Vnde versus: *Si cæcus cæcum conatur ducere secum, In foueam ductor primus cadit, inde secutor.*

h ¶ *Deserendo.*] s. cap. proxi. §. pro defectu.

i ¶ *Parentum.*] Data pecunia vel promissa. 1. q. 5. quæcunque. & c. præsentium.

k ¶ *Dimittendi.*] Statim cùm illud sciuit primò petita & obtenta licentia à D. Papa, vt hic dicit: & sic non potest renunciare sine licentia Papæ, quamuis simoniacus, aliàs ratihabitio retrò sibi præiudicat. j. de simon. si. Bar. cut. vel infrà breue tēpus. 1. q. 1. constat. & j. de regul. c. 2. quod in maleficiis verum est. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. quoties. 34. q. 2. si virgo. C. de transa. quamuis. & C. quomodo & quando iud. ab eo.

¶ *Glo. seq. reci. per q. an dispensare possit cū simoniaco, & simoniace promoto alleg. 5. supra, quo d non & quatuor in contrarium ponit opin. Vin. & demum aliorum, qui distinguunt simoniacū in ordine & in beneficio, & simoniacū & si moniace promotū, & ipsō recedētē & litigantē.*

l ¶ *Nequeat.*] Quia erga simoniacos nulla misericordia est adhibenda. 1. q. 1. ergo simoniacos. & 1. q. 1. præsentium. & j. de elect. super c. 1. q. 1. quod quidam. & j. de simo. nobis fuit. Sed contra videtur, quòd possit cum simoniacis dispensari: vt 1. q. 5. quicunque. & c. præsentium. & j. de simo. de simoniacè. & s. de electio. [?] Sol. Vin. dicit, quod talis de iure non potest eligi siue postulari, sed dispensatiuè debet postulari. Alij dicunt, quod si comissa fuit simonia in ordine, nullus potest cum eo dispensare: vt 1. q. 1. ergo. & c. quod quidam. nec etiam D. Papa, vt dicunt: quia characterem habet vitiosum, cui renunciare non potest: & ideò non purgatur vitium illud: vt 14. q. 6. si res aliena. Sed hoc non credo: immo potest Papa bene dispensare cum simoniacis, qui characterem habent vitiosum: qui scienter simoniam commiserunt. j. de simo. c. pen. sed inferiores Prælati non possunt dispensare cum sciente: sed Papa: hoc ideo quia bene purgatur vitium furti, re furtiua apud furem remanente de voluntate domini. ff. de vsuc. si fur. in prin. & 1. q. 1. quod quidam. ver. si fortè mulieræ characterem, & eidem in violento detentore. ff. de preca. certè. §. Iulianus. Sed cum simonia commissa est ignorante illo, cui acquisitum est beneficium, vel qui ordinem vel dignitatem adeptus est ignoranter, possunt Episcopi dispensare post liberam resignationem. Sed tu hoc distingue. si beneficium etiam simplex eo modo est adeptus, statim post resignationem potest resumi ad illud dispensatiuè: vt s. de elect. si alicuius in fi. & Capitulum etiam tunc dispensat, vt j. de simo. ex insinuatione. In illo qui dignitatem sic est adeptus, distingue, si sponte resignet, petens humiliter resignationem admitti: statim potest Episcopus dispensare cum illo, & ad eandem prælaturam. arg. 1. q. 5. præsentium. vbi dispensatur in dignitate assumenda cum eo, qui sponte renunciauit ordini ignoranter recepto, & arg. illius c. quicunque. circa princ. tamen illud loquitur de dispensatione Papæ. Et arg. illius decreti alicuius à contrario sensu. Si verò de hoc contendit in iudicio, & electio sua reprobata fuerit, quia simoniacè fuit facta, licèt eo ignorante, tunc Eps illa vice & in sua vocatione cum eo non poterit dispensare: sed postea sic. s. de elect. si alicui ss. in princ. & ita teneas circa huiusmodi dispensationem simoniacorum.

m ¶ *Loquitur.*] Hæc interpretatio tenenda est super c. illo. 7. q. 1. hoc nequaquam exclusis opinionibus ibi notatis.

a ¶ *Liberam.*] Et ideò potuit eligere vndecunque. Et not. quòd qui potest eligere, potest postulare. s. de elec. j. de causis. sed econtrario. arg. et. de ritu nupt. generali. hic expressè habetur, quòd vni potest committi potestas eligendi. simi. s. de elect. causā quę.

¶ *Glo. seq. reci. per q. quare iste postulatus fuit, duas causas reddit & primam reprobat.*

b ¶ *Postulandum elegit.*] Simpliciter eligi non poterat, quia erat de alia Ecclesia. 63. d. litteras. & 71. d. fraternitatem. sed in postulandum eligi potest. 63. d. Valentinianus; quia Episcopus fuerat, ideò non eligi sed postulari debet. & hæc fuit causa, quare fuit postulatus & non illa: quia de alia Ecclesia, vt dixit Ioan. de hoc dicitur s. de elect. cùm inter Canonicos.

¶ *Glo. seq. rec. per q. an solus prior, &c.*

c ¶ *A priore.*] Et à Capitulo: quia solus Prior non posset personā alienare. arg. 2. q. 2. sine exceptione. & 19. q. 3. statuimus. cū maior sit alienatio personæ, quam rerum 12. q. 2. præcipimus. si autem nollet dare ipsum, compelli debet per superiorem. j. de iure patr. nullus nisi iustam habeant causam non dandi: tunc compelli non debent. 63. d. litteras. & 71. d. c. 1. & 2.

d ¶ *Concilij Constantinopolitani.*] 7. q. 1. hoc nequaquam.

e ¶ *Ex quatuor.*] Et sunt hæc, scilicet Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum & Chalcedonense 15. d. sicut.

¶ *Gl. seq. ponit Brocar. alle. 6. supra p. & duo cōtra. & triplicitersol.*

f ¶ *Cessante.*] Arg. est hic, quòd cessante causa cessat effectus, vt 1. q. 7. quod pro remedio. & 1. q. 1. quod pro necessitate. & 55. d. priscis. & 61. d. c. statuimus. §. his omnibus. & ca. neophytus. j. de appell. cum cessante. [b] arg. contra. 32. q. 1. dixit dominus. 29. q. 2. duæ sunt. Sol. si per causam fiat dispensatio vel aliquid consimile: cessante causa, cessat quod factum est ex causa: vt in primis c. si verò ius commune statuitur ex causa, licet causa cesset, tamen remanet ius, quod statutum fuit ex illa causa. ff. de postul. l. 1. §. sexum. vt in contrariis. vel sic, licèt causa impulsiua cesset, remanet ius, quod ex ea statutum est. contra 32. q. 1. dixit dominus. Si finalis est causa: quandiu durat causa, durat, quod ex causa statutum est, vel quod ex illa causa fit: ea verò cessante cessat con-

† Vide l. item. §. 1. C. quod cum eo. & in Authen. de quæst. §. 1. coll. 7.

† Sartan.

† Concor. l. ob æs. C. de act. & obli.

† Aliàs: eadem.

a Vbi de hoc. Vel fac sim in eo, quod dicit: liberam. secundum Host. Ioan. And.

b Concord. in l. si pater. C. de hær. inst. & in l. generaliter. C. de episc. & cleric.

† Vide tex. in l. 1. cum glo. in Versic. Venit & ibi Bart. ff. de decurio.

c Dicit Florian. quod statim cum vocare debet personas idoneas, quibus reuelet, quod talo quod commiserit & protestetur, quod inuitus Episcopatū tenet, cui sine Papa licentia cedere non potest, & ea ratione faciat procuratorem, quem eo dolorum præsentia mittat ad curiam, & sic non aliter putat alleg. de appell. c. si. Io. And.

† Intellectus concilij Constantinopolitani iubentis vt qui ex Episcopo monachus factus est, Vlterius Episcopus non sit.

d Si fuit eo [illegible] pro [illegible] possides pro suo. Io. And.

e Vide de simonia tāta. per gloss. Io. And.

f Concord. l. mater. §. si de inoffic. test. & l. si cum te. ff. de pac.

a ¶ Non

aliquod crimen Episcopatum quis deserens, ad vitam monasticam, pœnitentiæ causa descẽdit. Vnde quidam in eo casu loqui dixerunt capitulum supradictum, cum quis pro crimine, de quo conuictus fuerat, vel cõfessus, ab Episcopali dignitate depositus, in monasterio extitit ad pœnitentiam agendam inclusus: vel cum aliquis propter graue crimen, pro quo Episcopatum retinens pœnitentiam dignè agere non valebat [a], cedendi obtenta licentia vitam monachalem elegit. Aliis asserentibus sic intelligendum esse capitulum antedictum, vt per se resurgere nequeat, id est, repetere quasi debitum, quod tali modo dimisit [b], quanquàm eligi posit præsertim si locum tantum [c], & non ordinem [d] resignauit. ¶Cum ergo nobis constare nequiuerit, ob quam cãm prædictus I. Episcopatui olim cesserit, mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd propter aliquã ex præmissis causis [e], seu consimilibus, idem I. Episcopatui cesserit memorato, tu auctoritate nostra, (dummodo necessitas vel vtilitas id exposcat) licentiam ei tribuas ascendendi ad regimen Ecclesiæ Fauētin. maximè si veritate subnititur, quòd dictus I. loco tantummodo cesserit memorato, & non ordini [f] vel etiam dignitati †. Tunc enim esset vehementissimè præsumendum, quòd nõ propter crimẽ aliquod ab ipso commissum, sed causa pœnitentiæ ad vitam migrauerit regularem: præsertim cum Apostolica sedes post cessionem multò minus, quàm antea, permisisset eidem tali crimine irretito, in pontificali ordine ministrare. alioquin [g] (cùm durum [h] nimis extiterit, contra tam solenne concilium huiusmodi postulationem admittere) Præposito & Canonicis memoratis iniungas (vt, aliam personam sibi idoneam eligant in pastorem.

¶ Idem in concilio generali.†

¶ *Qui petiit cedendi licentiam, ex quo illam obtinuit, cedere compellitur.*

CAP. XII.

QVidam cedendi [i] licentiam cum instantia postulantes, ea obtenta, cedere pretermittũt. ¶ Sed cùm in postulatione huiusmodi, aut Ecclesiarum commoda, quibus præsunt, aut † salutem videantur propriam attendisse, (quorum neutrum suasionibus aliquorum quærẽtium quæ sua sunt, seu etiam leuitate qualibet † nolumus impediri) eos ad cedendum decernimus compellendos [k].

¶ Honorius tertius maioris Ecclesiæ Decano, & magistro R. Cantori † sancti Dionysij Leodiensis.

¶ *Non renunciauit iuri suo, qui gratia aduersarij se submittit.*

CAP. XIII.

VEniens ad Apostolicam sedem I. Subdiaconus proposuit, quòd cũ bonæ memoriæ I. Papa præd. noster Abbati de Emenco, & maioris Ecclesiæ ac sancti Pauli Cantoribus Treueren. suis dederit literis in mandatis, vt si nihil canonicũ obuiaret, præbēdam in Ecclesia sancti Florentini † in Confluentia, quã Iacobus Decanus ipsius Ecclesię resignauit, sublato appellationis obstaculo assignarẽt eidẽ: & infrà. ¶Cúmque iudices Apostolicum vellent adimplere mandatum, quidam se opposuerunt Canonici Ecclesiæ memoratæ, dicentes, Subdiaconũ antedictũ renunciasse iuri, quod sibi ex ipsis literis competebat. Dicto igitur Subdiacono hoc negante [l], iam dicti Canonici ad hoc probandum testes aliquos produxerunt: per quos cùm videretur probatum, ipsum se gratiæ Capituli commisisse [m]: duo iudi-

a ¶ *Non valebat.*] 1. q. 1. § quis. neque ex hoc colligo, quòd simoniacus sine licentia domini Papæ renunciare non potest. de hoc not. s. c. prox. § 1.

b ¶ *Dimisit.*] 7. q. 1. quàm periculosum.

c ¶ *Locum tantum.*] j. de ord. ab episcopo, qui renuncia. epi. cap. vnico.

d ¶ *Ordinem.*] Id est, ordinis ab executionem: quia characteri nemo posset renunciare.

e ¶ *Ex præmissis causis.*] Quatuor, de quibus dictum est suprà in litera, scilicet propter populi persecutionem, vel corporis infirmitatem, defectum scientiæ, vel propter simoniam ab alijs eo ignorante commissam. cum quis renũciat propter aliquam talem, non prohibetur iterum postulari ad dignitatem episcopalem, vt hic dicit.

¶ *Glo. seq. duo quærit, & soluit.*

f ¶ *Ordini.*] i. ordinis executioni. sed quid si renunciasset ordini, adhuc potest reassumi de licentia Papæ. nunquid reconsecrabitur? Non quia characterem retinuit. i. quo. quidam. ver. si fortè malitiæ. 32. q. 7. licitè. & ideo sola executio sibi deest, quam reassumit de licentia Papæ.

g ¶ *Alioquin.*] i. si non renunciauit ex aliqua de prædictis causis quæ fiunt sine peccato, sed ex alia propter peccatum.

ADDITIO. Vel, id est, nisi episcopus probauerit prædicta. vel aliàs tibi de illis constiterit secundùm Inn. Ioan. And.

¶ *Glo. seq. recte per quæstionem.*

Intelliges hanc glos. in his, quæ per tinẽt ad suū positiuum humanum.

h ¶ *Durum.*] Non tamen impossibile, quia bene dispensat d. minus Papa contra quatuor concilia, & contra Apostolum, dum tamen nihil statuat contra fidem 25. q. 1. sunt quidam. arg. 34. d. lector. & 1. d. presbyter. quod autem legitur 15. d. sicut. de articulis fidei intelligitur.

† Vide l. ambemus. cum gloss. in ver. promissa. C. de sacros. Eccl.

QVidam cedendi.] Prima pars ponit factum. Secunda corrigit, causam reddens: ibi, *Sed cum.* Ioan. And.

CASVS. Quidam impetrant cedendi licentiam, & ea obtenta licentia cedere nolunt. dicit Papa, quod compellendi sunt, vt cedant. No. quòd si quis licentiam cedendi à Papa obtinuerit, compellendus est vt cedat: Item quod semel placuit, ampliùs displicere non potest. Item quod primò fuit voluntarium, postea fit necessarium.

i ¶ *Cedendi cum instantia.*] Ex eo quod cum instantia perseuerando potuit, præsumitur contra eos magis. de pœn. d. 1. diuitium. & C. ad Vell. si mulier. in fi. sic etiam pallium cum instantia peti debet. 100. d. prisca. & ff de quæstionibus. l. 1. § diuus.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

k ¶ *Compellendos.*] Not. quòd aliquis cogitur renunciare obtenta licentia renunciandi, tamen secundum leges re integra recuperabuntur bona, quibus cessit. ff. de cessi. is qui. sed hoc ideo est, ne illudatur Papa: a si postulatio præsentatur Papæ, non potest postea recedere ab ea. j. de postula. bonę. ratio quare compellitur, redditur in litera. In huiusmodi compulsione consideret Papa commodum Ecclesiæ, vel propriam salutem petentis, quorum neutrum vult impediri, & ideo compellitur.

a Vel alteri superiori, cum tex. de Papa nihil exprimat. Ioan. And.

VEniens.] Prima pars ponit appellationem impetrantis, & eius causam. Secunda, ipsius prosecutionem, & auditoris dati sententiam. Tertia, ipsius sententiæ confirmationem. Secunda: ibi, *Ad quem.* Tertia: ibi, *Nos igitur.* Ioan. And.

CASVS. Ioannes subdiaconus impetrauit literas ad quosdam iudices ei præbendam vacantem in Ecclesia sancti Florentini in Confluentia assignârent. & cum ipsi vellent mandat m Apostolicum adimplere, quidam Canonici illius Ecclesiæ se opposuerunt, dicentes, quòd ipse renunciauerat iuri quod sibi ex ipsis literis competebat: sed ipse subdiaconus hoc negauit. Canonici testes induxerunt ad hoc probandum per quos videbatur probatum, quòd ipse gratiæ Capituli se commisisset. duo iudicũ sententiauerunt eundem subdiaconum non posse vti literis supradictis, pro eo quòd gratiæ Capituli se commisit, quare iuri suo renunciare visus fuit: à qua sententia ille appellauit, suæ appellationi in vigiliam Epiphaniæ terminũ præfigens. ille accessit ad terminum: sed aduersarijs pòst terminum per duos menses & ampliùs expectatus non venit: tandem nuncius aduersarij cum literis ad contradicendum, & ad impetrandum tãtùm comparuit coram auditore dicto Ioan. concesso. sed cum sufficiens ad causam tractandam non esset, idem auditor sententiam iudicum prædictorum cassauit iustitia exigente. Not. quòd licèt quis committat se gratiæ aduersarij non renũciando literis impetratis contra ipsum, nõ intelligitur propter hoc renunciasse iuri, quod sibi ex literis competebat. Item cum aliquis statuit terminum suæ appellationi, vtraque pars appellationis causam prosequi debet per sufficientem procuratorem ad totam causam, cum peremptoriè ad hæc citata in litigator. Item non statim post terminum peremptorium debet iudex procedere.

l ¶ *Negante.*] Et sic per negationem facta fuit res dubia. [b] C. quũ ad lib. procla. non licèt. l. 3. & sic per narrationem & responsionẽ contestatio facta fuit. j. de li. contest. c. vnico. & s. de elect. dudũ [c].

¶ *Glo. seq. fortè repeat textum, & dat simile. obijcit & soluit. e. in fin. alleg. pro similis. c. sanè. & ponit dissolutiones, & ipsius duas lecturas.*

m ¶ *Commisisse.*] Et sic cõmisit se gratię Capituli tm: sed in veritate nõ erat probatũ, quòd per hoc literis renunciasset. quare ipsorũ sententia retractatur: quia etsi verum esset, quòd se eorũ gratiæ commisisset, non vr renunciasse literis: nisi expressè literas ipsis resti misset. s. eo. sane. & j. de pact. cum pridem. & si committit se illorum

† Lateran. c. 28. & c. 1. eod. tit. in 4. compilat.

† Aliàs: aut ad salutem, &c.

† Vide l. sed & si. § 1 ff. ad l. Aquil. & l. 1. § secundum. ff. de adil. edi.

† Aliàs, Alemanico.

† Florini.

† Florenen.

b Et sic dicenti incũbit probatio. ff. de probatio. l. ei qui dicit. Ioan. And.

c Concord. l. 1. § præterea. ff. de tri. act. priuato. & l. 1. & ibi Pet. de bel. pert. & Cy. C. de alien. iud. mu. causa fac.

rum gratiæ, & ipsi nullam gratiam faciebant, poterat vti iure suo. Et simile, licèt eamus ad arbitros in causa appellationis, propterea non renuncio appellationi, immo postea possum prosequi appellationem, nec mihi currit tempus interim. C. de tempo. appel. Auth. si tñ. nec inde debet damnum sustinere, vnde meruit gratiam reprobare. ſ. eo. ſa: ne. & ī. de fi iccius. peruenit. & ī. de pact. cum pridem. Sed contra videtur, quod tacitè videtur renunciasse literis suis. ī. de off. deleg. gratum. & ī. de testi. cum venissent. & ī. de iis quæ fi. à maio. per cap. ex ordine. & ī. de præben. pro illorum. & C. de iure dot. l. 2. ff. de leg. commis. post diẽ. & nihil refert, an alterum ex æquipollentibus[a] quis faciat. ff. de re iud. in summa. & ff. de arb. quid tamẽ. §. prima. & ī. de verb. sign. in his. Dic quod per hoc non renunciauit per prima iura, & quia cassata fuit illa sententia. simile videtur ſ. e. dem, sane. sed ibi plùs petit tradendo literas aduersarij. quare iuri suo renunciauit: hic non tradidit literas, licèt commiserit se gratię aduersarij. Vnde ibi auditus fuit potiùs iudicis officio quàm iure actionis: hic verò ipso iure: vel ibi auditus fuit de iure, vt dicitur ibi in fine vltimæ notulæ.

† *Vide tex. in l. si quis in conscribendo. cum ibi not. C. de pact.*

† *Dictio. in. deest in antiquis.*

† *Aliàs, Ad quam.*

a *Ista non sunt æquipollentia, renunciare, & submittere se gratiæ: vt ſ. dixit gloss. & facit ī. de instit. cùm venissent. Io. And.*

ces[a] prædictorum sententialiter decreuerunt, eundem non posse vti literis supradictis, pro eo quòd idem aduersarij se gratiæ commisisset, per quod visus est renunciauisse[b] iuri sibi ex ipsis literis competenti †. A qua sententia idem appellans, in † vigiliam Epiphanium terminum suæ appellationis præfixit[c]. ¶ Ad quem † cùm venisset P. de Colle medio, Capellanum nostrum super hoc sibi concessimus auditorem. Sed cum eius aduersarius non accesserit per duos mẽses & ampliùs expectatus, nec vllus compareret pro eo sufficiens responsalis, tandem quidã literas habens ad contradicendum & impetrandum, corãm eodem comparuit: qui cùm ad tractandum cãm minus sufficiens[d] crederetur, idem auditor sententiam prædictorum iudicum sententialiter (iustitia exigente) cassauit. Nos igitur ratam & firmam habemus Capellani sententiam memorati.

a ¶ *Duo iudices.*] Et propter hoc solùm etiam debuit cassari sententia, cum non appareat, quòd tertius se excusasset, vel commisisset eis vices suas ī. de off. deleg. causam matrimonij. & ff. de re iudi. duo ex tribus. sed si se excusauit, bene potuerunt procedere. ī. de off. dele. prudentiam. quòd intellige sic, clausula illa [quòd si non omnes, &c.] erat in literis, sed ex alia causa fuit cassata sententia: & mandatur iudicibus istis, vt præbendam illam faciant conferri: vt dicitur in integra in fin.

¶ *Glo. seq. arg. & arg. determinat.*

b ¶ *Renunciasse iuri.*] Arg. quod per literas executorias acquiritur ius alicui impetranti, aliàs non posset renunciari iuri ex ipsis literis competenti, si non acquireretur ius, quia ei, quod non est, etiam renunciari non potest. Dicas, quod per literas monitorias, præceptorias siue executorias nullum ius acquiritur, per quod Ecclesia siue clerici, contra quod impetrantur literæ, obligati sint impetranti, nec aliquod ius habet in Ecclesia ante receptionẽ, sed officium executorum implorare potest, vt mandatum Apostolicum exequantur: & ipsi mandatum tenentur adimplere. & huic officio bene posset renunciare restituendo literas, & renunciando literis impetratis, & etiam impetrandis: quo facto executores vlteriùs non procedent: & sic nec officium iudicis, nec aliud per literas illas implorare poterat. huic officio non fuit renunciatum. ſ. eo. sanè. cum iam executor fuerit prosecutus officium suum, sed literas tantum restituit. quarum auctoritate fuerat restitutus. & inde non obfuit renunciatio literarum. & ideo de iure fuit auditus, vt not. in fin. vlti. notulæ. Ber.

b *Et c. consuluit. in fi. glo. vlt. dic. quod q. ista beneficialis erat: & hodie in ea tene, quod habes ī. de ele. c. 1. li. 6. nec est vera distinctio glo. quod sola termini præfixio etiam post sententiam deserat causam ad curiam: vt dicetur in c. interposita. §. 1. de app. Ioã. And.*

c ¶ *Præfixit.*] Quod quilem bene potuit, & iudex idem facere potest & debet. ī. de appel. oblatæ. & c. sæpe contingit.[b] & terminũ præfixit. & tunc esset in curia, vt sequitur. quandoque statuitur ad iter arripiendũ. & tũc sufficit arripere iter in termino. ī. de appel. peruenit. & in istis casibus literæ ante terminos impetratæ non valent, vt dicit illa dec. oblatæ. & c. sæpe. terminus verò datus à lege est annus, vel ex iusta causa biennium. ī. de app. cum sit Romana. & talis terminus bene potest præueniri, vt in c. oblatæ.

¶ *Glo. seq. signat contrarium & dat duas solutiones.*

¶ Celestinus tertius Hidruñ. † Archiepiscopo.

¶ *Græci à Latinis ordinari non debent, nec contra, si in ritu ordinandi sunt diuersi.*

k ¶ *Elegerit.*] Cũ enim non habeat ius in electione vt dictum est, aliàs expone, *elegerit*, id est, electum approbauerit.

† Concilium Alexanensi. 2. c. 5. Burchar. lib. 1. c. 27. Iuo p. 5. c. 138. & in 1. compilatione tit. de electio. c. 4. & concordat concilium Nicenum cap. 4. quod videas omnino.

N*E episcopi.*] Ponit duo dicta. Secundum ibi, *Quod si.* Ioan. And.

CASVS. Quærebatur in cõcilio, vtrùm epi possent consecrare suffraganeum suũ? Rñdetur, quod epi sine permissu archiepi non præsumant epm consecrare, nec archiepiscopus aliquem consecrare præsumat sine duobus vel tribus episcopis, ita vt alij comprouinciales episcopi per suas litteras cõsentiant: quòd si inter illos discordia fuerit, Archiepiscopus maiori numero consentiat. Not. standum esse maiori parti.

l ¶ *Permissu.*] Ita quod ipse sit præsens, vel alius, cui cõmiserit vices suas. j. de off. ord. quod sedẽ. sic iudex iosta de causa potest committere aliis vices suas. j. de offi. deleg. pastoralis. 1. rñ sic & prædicationis officium potest ordinarius alij committere, cum id per seipsum complere non possit. infrà de offic. ord. inter cætera. sim. ff. de procura. l. 1.

† Aliàs: Idrotensi.

¶ *Glo. seq. soluit contrarium.*

m ¶ *Sine tribus.*) Inclusiuè. & sic non est contra. 64. d. comprouinciales. Quidam intelligebant olim litteram sicut sonat, & malè, quia sic videretur, quòd Archiepiscopus minorem auctoritatem, quam episcopus haberet, cùm hoc possit fieri à tribus episcopis iussu archiepiscopi: vt s. c. proxi. & ideo additum fuit in littera, *Vel duobus*, quod non erat in antiqua compilatione: & quòd dicit, *tribus*, est de substantia consecrationis, alias non esset consecratus, si essent pauciores. 66. d. c. porrò. vbi traditur forma consecrationis ab Apostolis.

n ¶ *Ordinare.*] Id est, consecrare.

o ¶ *Consensisse.*] 64. d. c. 12. 3. & 4.

p ¶ *Maiori.*] Quando maiori numero sit standum, vel non. suprà de elect. Ecclesia vestra. 2.

C*Vm quidam.*] Primò ponit ordinantem, secundò ordinatũ. pars huius de iure ier. cum quidam. Abb Siculus.

CASVS. Quidam episcopus contulit sacros ordines extra iiij. Tẽpora, die quo non debuit. dicitur, quòd episcopus puniri debet canonica disciplina, scilicet vt priuetur potestate conferendi ordines, quos illicitè contulit. & ordinatis interdicatur executio ordinum susceptorum, donec apud sedem apostolicam restitutionis gratiam consequantur. Nota, quòd quis debet puniri in eo, in quo deliquit. Item nota, quòd ab homine non potest restitui per eundem.

q ¶ *Canonica.*] Vt priuetur potestate conferendi ordines quos illicitè contulit: suprà eodem, sanè & infrà eodem. c. litteras. aliàs si pœna statuta non esset, pro arbitrio superioris puniretur. j. de officio delegati. c. de cautis.

r ¶ *Apud nos.*] Et sic talis dispensatio soli Papæ reseruatur infrà eodem. c. litteras, quia ex eo, quòd dicit, *apud nos*, aliis abstulit potestatem. argumentum infrà de præbendis. de multa. in fine. vbi dicitur, *per sedem Apostolicam*, & ita non per alios: argumentum infrà de sententia excommunicationis. nuper. & infrà de præbendis. c. graue. in fi. & infrà eod. c. dilectus. in fine. & sic habes vnum casum, in quo episcopi vel archiepiscopi dispensare non possunt: tamen dic vt infrà eodem, consultationi.

a His casus Bernardi est, & in antiquis codicibus reperitur.

CVm secundùm] C a s v s. Clerici [a] Latini in partibus Calabriæ ordinabantur à Græcis Epis secundùm institutionem Græcorum extra quatuor Tp. ordines conferendo, & econuerso Græci à Latinis, & ita permixtim ordinabant adinuicẽ. Et hîc prohibetur, quòd Latini de cętero ritum illorum non seruẽt, sed in quatuor Temporibus ordines conferãt, non obstante consuetudine antiquitus obtenta: cùm sit potius contra Ecclesiasticam institutionem. supra eod. sanè. Arg. contra. j. eod. quod translationem. vbi toleratur talis mos. sed hodie talis mos reprobatur, vt de cætero talis commixtio esse non debeat, sed vnus sit Eps, qui omnibus ptit. j. de officio ordinarij. quoniam in plerisque. Bernardus. Not. quòd certis temporibus sunt ordines conferendi. Item nota quòd in collatione ordinum non est sequendus proximorum ritus.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. compilatione, vbi integra narratio facti huic fragmento magnam lucem affert.

† Alias: Rarilocii.

CAP. IX.

CVm † secundùm regulas Ecclesiasticas: & infrà. Quia verò (sicut dicitur) in partibus Calabriæ Latini à Græcis, & Græci à Latinis secundum alterutrius institutionis obseruantiam odinantur: nolumus de cætero commixtiones & consuetudines rituum in ordinibus obseruari.

Inno. iij. Abbati & Conuen. Cariloci. †

¶ *Si monachus vnius ordinis, in secundo ordine, ad quem trãsiuit, recipit sacerdotium, ad primum ordinẽ rediens in eo liberè ministrabit.*

† Cap. 2. eo. tit. in 3. compilat.

E X parte.] Cõmuniter diuiditur. Secunda ibi, *Mandamus*.

Casvs. Quidam monachus Carolí loci trãstulit se ad nigros monachos, & habitum illorũ assumẽs, in presbyterũ est pmotus. dubitabant isti monachi, vtrũ in ordine sic suscepto debeat ministrare? Mãdat eis Papa, quatenus monachũ illũ permittãt officium sacerdotis exequi liberè, nisi aliud canonicũ obstiterit. Not. quòd ordo sacer in apostasia irregularitatẽ nõ inducit. Ber.

¶ *Gloss. seq. quarit, & soluit.*

† Aliàs: aliquod.

CAP. X.

E X † parte vestra nostro fuit Apostolatui reseratum, quòd quidam monachus vester, se ad nigros [a] monachos transferens, & habitum eorum assumens, ad sacerdotij ordinem in ipso habitu est promotus: vnde quia dubitaltis, vtrum in assumpto taliter ordine ministrare debeat: Mandamus, quatenus (nisi canonicum aliud † obuiet) ipsum monachum officium sacerdotis liberè [b] exequi permittatis.

¶ Idem C. presbytero Cardi. Apost. sedis Legato.

¶ *Si Græcus Episcopo Latino subiectus ordinatus sine Latini licentia à Græco, interdicitur sibi executio. Si verò de licentia, tunc toleratur.*

CAP. XI.

Q Vòd † translationem pontificis: & infrà. ¶ Consulta-

† Cap. 3. eo. tit. in 3. compilatio.

a ¶ *Ad nigros.*] Sed quę fuit dubitatio huiusmodi quæstionis? Ideo dubitauit, quia monachus iste fuit apostata, vnde nõ debuit admitti ad legitimos actus: vt 3. q. 4. beatus & ita videtur, quòd Abbas nõ possit dispensare cũ eo: quia tempore quo recepit ordines, suspẽsus erat. arg. j. de ætat. & qual. cũ bonæ, & infrà de ele. excom. mi. postulastis. Arg. cõtra s. de elec. cum inter R. Vel dic, quòd non est apostata, nisi qui ad seculum redit. j. de aposta. cap. 1. & 50. d. c. vlt. [b] quandoque dicuntur apostatæ retro abeuntes. 16. q. vlt. non obseruetis. Item is apostata dicitur, qui recedit à fide. 2. q. 7. non potest.

b Per quod capitulum dicit hic Inno. illum apostatam, qui sine causa dimisit, professionem quam dimittere non licet, sed coronam dimittere licet. de ele. consu. Ioan. nec. ergo patet, quod non est de substantia ordinis. Ioan. And.

b ¶ *Liberè.*] Si monasterium ad quod transiuit, fuit maioris religionis, tunc non peccauit j. de re. licèt. & tunc de iure communi potest in ordine suscepto liberè ministrare, & hoc ita videtur fuisse. si verò minoris, tunc peccauit mortaliter. & tunc cum eo est dispensandum, & aliter non debet ministrare.

Additio. Eo saluo quòd si relicto monachatu, ordinem quis assumat, non poterit secum dispensari nisi per Papam. j. de apostatis. c. vlt. secundùm Goff. Ioan. And.

Q *Vod translationem.*] In prima parte decisa consultatio. In secunda: ibi. *Consultationi*, quæ distinguit & secundũ membrum prosequitur: ibi, *Si verò*. Ioan. And. Pars huius, infra. de offi. dele. quod translationem Ioan. And.

Casvs. Quidam clerici Græci existentes in diœcesibus Latinorum ab Episcopis Græcis extra iiij. Tempora ordinabantur: postmodum à Latinis Episcopis celebrare prohibebantur. quæsitum fuit à Papa, quid de talibus sit agendum? Rñdet Papa, quòd cum clericus Græcus, Episcopo Latino subiectus, à Græco pontifice ordinatur, interdicenda est ei executio ordinis sic suscepti, tanquam ab alieno Episcopo ordinato: nisi de mandato vel licẽtia sui Episcopi illud fiat. Sed si de licentia sui Episcopi id factum sit: licèt culpandus sit Eps. qui clericos suos à Græco Epo facit ordinari: quãdiu tñ ab Ecclesia talis mos toleratur, impediri non debet executio ordinum taliter susceptorum. Not. quòd ordinatus à non episcopo suo, ordinis executionem nõ habet. Item not. quòd ratione consuetudinis toleratur quis in executione ordinis, quem malè accepit.

c ¶ *Ordinatur.*] Extra quatuor Tempora, sicut est in antiqua compilatione, & sic bene facit ad titulum.

tioni tuæ taliter rñdemus, quòd cùm Clericus Græcus Episcopo Latino subiectus, à Græco Pontifice ordinatur, [c] nisi de mandato vel licentia sui Episcopi fiat, interdicẽda est eis ordinis executio sic suscepti tanquam ab alieno Pontifice, sine mandato vel licentia sui Episcopi ordinato. ¶ Si verò de mandato vel licentia [d] sui Præsulis, à Græco Pontifice secundùm morem Græcorum fuerit ordinatus, licèt culpãdus sit Episcopus Latinus: qui Clericos suos à Græco facit Antistite ordinari: quandiu tñ talis mos ab Ecclesia toleratur, [e] impediri non debet ab executione ordinum taliter susceptorum.

¶ Idem Mutiñ. Episcopo.

¶ *Ordinat' à Papa sine licẽtia Papæ ad superiores ordines nõ promouet.*

CAP. XII.

CVm † in distribuendis: & infrà. Meminimus à nobis fuisse suppliciter † postulatum, & clementer indultum [f], vt quia præfatus A. Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus erat, mandaremus ipsum per Bononiensem Episcopum promoueri.

¶ Idem eidem, & magistro. H. Subdiacono nostro.

¶ *Duo sacri ordines non possunt conferri eidem, vno die vel duobus continuato ieiunio.*

CAP. XIII.

L Itteras † vestras recepimus super inordinato ordina-

d ¶ *Vel licentia.*) 9. q. 2. Lugdunensis. 71. c. 1. 2. & 3.

e ¶ *Toleratur*) Hæc fuit comparatiua permissio vt hîc innuitur. ar. j. de præb. cũ iamdudũ. fortè pp scandalũ & multitudinem talis cõsuetudo toleratur. arg. s. eo. sanc. & 23. q. 4. non potest. [c] mos iste hodie non toleratur. j. o. f. ord. qm in plerisque. & s. eo. cùm secundùm.

c Concor. l. 1. §. si. ff. de arqua plu. arcen. & l. r. demq. ff. mand.

C *Vm in distribuendis.*) Casvs. Si aliquis ordinatus fuerit in subdiaconũ à dño Papa, ab alio ad superiores ordines sine licentia Papæ ordinari non debet. Not. quòd ordinati à Papa ab alio sine eius mandato ordinari non debent. Not. quod collatio ordinis pōt delegari.

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit. arg. contrarium, & soluit.*

† Cap. 4. eod. tit. in 3. compilatione.

f ¶ *Indultũ*) Sed nonne eps talem iudicat. j. de maio. & obed. per tuas. præterea videtur, q pot iùs sit onus, quàm honor? Dic, quod licèt sit onus in hoc, in multis tñ est honor: quia non potest nisi pluribus testibus c. nunc. 2. q. 4. præsul. & c. nullum. Item non potest cogi ab episcopo recipere ordines. ar. de consecra. d. 2. cap. vlt. Item quia maior honor ei debet, q alijs. j. de ma. & obe. per tuas. & ff. de albo sen. l. vlti. Sed iste potest iudicari ad epo suo: vt dicit illa decre. per tuas. vnde, contra. 9. q. 2. nullus primas. vbi dicitur: qui non pōt ordinare, nõ potest iudicare, & econuerso. Illud ordinatũ & regulare. hoc speciale est propter excellentiam superioris, qui manum imposuit. arg. c. illius. de consecra. d. 1. c. vlt.

† Humiliter ordinatus à Papa honoratur, & onerætur.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. compilatione.

L *itteras vestras.*] Primò narrat factum, quòd secundò improbat, improbationis causam inserens. ibi, *In quo.* tertiò punit contra facientes: ibi, *Præfatum itaque.*

C a s v s. Quidam Canonicus Bononi. A. nomine Ecclesię Ro. subdiaconus electus fuit in epm Imoleñ. eps Bonon. recepto mãdato præcedenti Capituli, ordinauit ipsum die sabbati in diaconum & die dñico continuato ieiunio in presbyterum: peruenit hoc ad notitiam dñi Papæ, vnde mandauit inquiri veritatem super hoc per episcopum Mutiñ. & magistrum H. subdiaconum suum ipsi factum, secundùm quod est dictum, significauerunt dño Papę: & ipse rescribit eis, dicẽs, quòd ipse recepit litteras suas super inordinata ordinatione Imoleñ. electi: in qua ordinatione quantum ordinator & ordinatus deliquerint, euidenter intelligit, qui prudenter attendit: quod probat hoc modo. Sic enim non licuit Bononieñ. episcopo vtrumque ordinẽm illi conferre eodẽ die: eadem ratione non licuit vnum ordinem conferre vno die; & alium alio die continuato ieiunio: cum propter cõtinuationem ieiunij fictione canonica, siue mane diei dñicæ trahatur ad sabbatum, siue vespera sabbati ad diem dñicam referatur, illa duo ad eundem diem pertinere dicũtur. Si enim dicatur quòd mane diei Dominica ad vnam diem, & vespera Sabbati ad diem aliam referantur, non esset continuatio ieiunij necessaria: quia sabbato ante cœnam, & dominica ante prandium ieiunij intelliguntur. ideoque Papa Bonoñ. episcopum, vt ponitur, in quo peccauit, suspendit à collatione ordinum, diacon. ps. & presbyteros,

alterum

terum verò ab executione sacerdotalis officij suspendit, donec de ipsis aliter duxerit disponendum. Not. quòd nullus duos sacros ordines recipere debet: nec aliquis eos conferre eodem die qui contra fecerit, punitur, prout hîc dicitur. Not. hic regulam, quòd quis debet puniri in eo, quo deliquit.

tione Imolensis electi, quem Bononien. Episcopus præcedenti sabbato in Diaconum, & sequenti die Dominico [continuato ieiunio] in Presbyterum ordinauit: In quo, quantum vterque deliquerit, euidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim vtrunque ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione vnum ordinem vno die[a], & alium † altero [ieiunio continuato] conferre †: cùm propter continuationem[b] ieiunij fictione[c] canonica, siue mane diei Dominicæ trahatur ad sabbatum, siue vespera sabbati ad diem Dominicam referatur, profectò manè cum vespera, seu vespera cum manè ad eundem diem pertinere[d] dicetur †. ¶Nam si quantū[e] ad hunc necessitatis articulum pertinet, manè ad vnum diem, & vespera referatur ad alium, cur esset continuatio ieiunij necessaria, cùm & sabbato ante cœnam, & Dominica ante prandium, intelligantur † esse ieiuni? Præfatum itaque Bonon. Episcopum [vt puniatur in quo deliquit[f]] à collatione ordinum, Diaconij scilicet, & presbyterij, alterum verò ab executione officij Sacerdotalis tandiu volumus manere suspensos, donec de illis aliter disponamus.

¶ Honorius iij. Episcopo & Archidiacono Legio.

a ¶ *Vno die.*] Hoc ergo solū reprehenditur hîc, quòd ordinem vnum vno die, & alterum altero die contulit idem episcopus: vnde collige, quòd si die sabbati non potuit perficere ordinationem, sequenti die dominico continuato ieiunio potest eam, quam incepit, perficere, & vno die intelliguntur ordines collati fictione iuris: & sic loquitur c. 75. d. quod à patribus.

¶ *Glo. seq. dat simile, & allegat contrarium.*

b ¶ *Continuationem.*] Continuatio de duobus facit vnum, & conuergit ista. arg. 16. q. 1. cap. placuit. § potest. ver. hinc de præcept. & 7. q. 1. illud. c. nihil.[a] sicut cum bissextus occurrit, duo dies pro vno computantur. j. de verb. signi. quæsiuit. & ff. de mi. denique. §. minorem. Sed arg. contra. ff. de statu lib. cum hæres. §. Stichus.

c ¶ *Fictione.*] Immo & sine fictione aliqua benè vespera & manè ad vnum diem naturalem referuntur, iuxta illud: *Et factum est vespere & mane dies vnus.*

¶ *Glo. seq. tres per quæ quo die sint ordines conferendi, sed ponit opi. Hug. tractat demum de sabbato paschali, & ponit opin. Vnde quam non approbat.*

d ¶ *Pertinere.*] Teneas inconstanter, quòd omnes ordines die sabbati conferri debent. s. eod. cap. 1. 2. & 3. & 75. dist. cap. vlt. præter episcopalem[b] dignitatem quæ die dominico tantùm confertur. 75 d. c. 1. & præter minores ordines, qui possunt conferri diebus dominicis & alijs solemnibus. s. eod. c. 2. & 3. & subdiaconatus ordo potest conferri die dominico à solo Papa: vt s. eo. de eo licèt ergo die dominica continuato ieiunio conferantur, sabbato tamen conferri intelliguntur, & ideò continuatio ieiunij necessaria est. Hu. verò dicit omnes ordines die dominica conferendos, & non die sabbati: & idem dicit de baptismo. de conse. d. 4. venerabilis. & c. seq. arg. 75. d. quòd à patribus. versi. sed post diem sabbati eiusdem noctis, quæ lucescit in prima sabbati ex indus consecrandi eliguntur: in quibus iis qui consecrandi sunt ieiunis, & à ieiunantibus sacra benedictio conferatur. quod eiusdem obseruantiæ erit, si manè ipso die dominico continuato sabbati ieiunio ordinatio celebretur, à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, & secundùm opinionem eius non videtur, quare sit continuatio ieiunij necessaria: vt vna dies fingatur sabbatum & dominica: nam sicut ordo episcopalis potest conferri die dominica sequenti, & non exigitur continuatio ieiunij, ne fingatur dies sabbati trahi ad dominicam, ita si quis ordinetur mane die dominica, posset hoc facere sine continuatione ieiunij. Not. tamen quòd in sabbato magno paschali non celebratur ordo: quia nec missa cantatur. de conse. d. 3. sabbato. Dicunt quidam, quòd illi ordines, qui celebrantur die dominica, trahuntur ad sabbatum, & ideo fit ordinatio die sabbati, quoniam sabbatum significat requiem, & qui ordinatur, transit ad requiem clericalem requiescit etiam à laboribus secularibus. Vnde dicebat spiritualiter de sabbato paschali, vt missa trahatur ad dominicam seq. & ordines ad sabbatum. sed hodie non fit hoc in illo sabbato, vt s. eo. de eo. vbi dicitur, quòd in sabbato sancto ordines conferuntur, immo ita celebratur tunc missa sicut in alijs sabbatis ordinationum, & ita seruatur de facto[c].

e ¶ *Nam si quantum.*] Responsio tacitæ quæstionis diceret aliquis: duo dies sunt, & ita non vno die duos ordines contulit: & respondet.

¶ *Glo. seq. recitetur per obiectionem & solutionem.*

f ¶ *Deliquit.*] Immò in plurib. puniuit eum, quàm deliquit: quia nō peccauit diaconatum conferendo, & tamen fuit punitus in eo: & ideò plus punitur ordinator, quàm ordinatus: quia debuit esse prudentior,[d] & quia maior. arg. s. de transla. inter corporalia. & vt alij à similibus arceantur. & est simile j. c. prox.

† *Aliàs ita: & alium in alio.*

† *Vide l. 1. cum glo. in ver. separatim. ff. de vsufru. ac. & Insti. de leg. §. si eadem. in glo.*

a *Conc. text. in l. illud. §. fi. ff. ad l. Aquil.*

† *Vide l. Titium. & ibi. per Bart. ff de lib. & posth. & in l. hæ verba. in fin. ff de verb. sign.*

† *Ordinans scilicet, & ordinatus.*

b *Dicunt quidam quod va. 10. quare alij ordines in Sabbato conferūtur, & episcopalis in dominica est, quia sicut Vigilia seruit festo ita promoti ad sacros episcopos. de conse. d. 1. episcopum sacrificans. & c. seq. Io. And.*

c *Et bene celebrantur ordines, s. e. c. 3.*

¶ *Ordinans puerum xiij. annorum in Diaconum suspenditur à collatione ordinum: & ordinatus ab ipsius executione vsque ad ætatem legitimam.*

CAP. XIV.

Vel non est compos sui Episcopus Conuentren. vel nimis videtur à se scientiam repulisse[g], qui M. puerum latorem præsentium adhuc tredecim annorum contra sacrorum canonum instituta[h], inordinatè in Diaconum dicitur ordinasse, in ludibrium ordinis Clericalis: & infrà. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si rem inueneritis ita esse, prædictum Episcopum à collatione ordinum suspendentes[i], ipsum vt eidem M. quem ab executione officij Diaconi † vsque ad ætatem[k] legitimam in iniuriam[l] suspendimus ordinantis, prouideat in Ecclesiastico beneficio competenti[m], per censuram Ecclesiasticam compellatis.

¶ Idem Leten. & Cala. Abbas.

¶ *Episcopus conferens eidem vna die plures sacros ordines, etiamsi de mandato Metropolitani hoc fecerit, ab ordinandi potestate suspenditur.*

CAP. XV.

Dilectus † filius G. Humilien. † Canonicus, nostro

Vel non est.] Primò narrat factū, quod secundò puniri præcipit: ibi *Discretioni*. Io. And.

Casvs. Episcopus Conuentren. quendam puerum M. nondum xiij. annos habentem inordinatè & sine certo titulo in diaconum ordinauit in ludibrium ordinis clericalis: puer ille hoc significauit D. Papæ, & quòd non prouiderat eidem. Vnde mandat quibusdam, quatenus si res taliter se habet, prædictum epm suspendant à collatione ordinum, & compellant eundem, vt eidem M prouideat in ecclesiastico beneficio competenti, suspendentes eundem M. ab executione ordinis diaconatus, donec ad ætatem legitimam peruenerit, in iniuriam ordinantis. Not. quòd aliquis punitur odio alterius. Item qui ordinat aliquos ante legitimam ætatem, punitur, prout hîc dicitur. Item qui ordinat aliquem ad sacros ordines, tenetur ei prouidere.

g ¶ *Repulisse.*] Vt possit ei dici: Et ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. 38. d. omnes psallentes. in fi. & s. de ieiun. nisi cum pridem. §. pro defectu.

h ¶ *Instituta.*] Quæ dicunt, quòd ante xx. annum nullus debet in subdiaconum promoueri. 28. d. de his. 77. d. in singulis. & c. quicunque. & c. subdiaconus. ergò multò minùs in diaconum quis ante xxv. annum ordinari non debet. 77. d. placuit. & c. in singulis. & c. quicunque.

i ¶ *Suspendentes.*] Vt puniatur, in quo peccauit. 11. q. 2. q. & humanit. & c. de viro. & 16. q. 1. reuertimini. & s. c. prox. litteras.[e] & punitur hîc in collatione omniū ordinū: quia in hoc tātū deliquit.

k ¶ *Ætatē.*] Et ita licèt nō sit in ætate legitima, nihilominus recipit ordines: sed executio suspēditur vsq; ad legitimā ætatē. simile. j. de æta. & quali. ex tōne. vbi suspēditur administratio talibus cōcessa vsq; ad legitimā ætatē. sic & tempus nō impedit ordinis collationem. j. eo. consultationi. & s. eo. fine. & c. cùm quidam.

¶ *Glo. seq. alle. duas concor. obiicit & soluit. demum quærit & remittit.*

l ¶ *Iniuriam.*] Simile 71. d. c. 1. & 16. q. 7. decernimus. sed propter factum Prælati iste non debuit in executione puniri. iniquū est enim aliquem alterius odio prægrauari. C. de inoffi. testa. si quis in suo. & peccata suos debent tenere auctores. j. de iis quæ fi. à maiore parte c. quæsiuit. & C. de pœ. l. sancimus. & non debet alteri per alterum iniqua conditio afferri. ff de reg. iur. non debet. ff. quod vi aut clam. ne in potestate: sed hoc fuit quia ætas repugnat.[f] Sed nunquid tenetur ad continentiam iste, qui infrà annum discretionis suscepit ordines sacros? De hoc notatur de cler. per sal. pro c. vnico.

m ¶ *Competenti.*] I. personæ qualitate inspecta. arg. 41. d. non cogātur. ff. de tut. d. t. cum post diuortium. §. gener. & l. quætro. ff. de admi. tu. cum plures. § cum tutor. & ff. de vsufr. sed & si quid §. 1. & scientia cōsideratur. j. de præben. de multa. ad hoc enim tenetur, si titulum non habet. j. de præben. cùm secundum Apostolum.

Dilectus filius.] Prima pars ponit reprehensibilem ordinationem. Secunda punit ordinantem. ibi, *Cum ergo.* Ioan. And.

d *Concord. l. mori. §. sic ferè. & l. aut facta. ff. de pœn. no. in l. presbyterum. C. de episco. aud.*

Nota ex hoc textu, quod per opera alicuius cognoscitur discretio mētis eiusdem.

† *Aliàs diaconatum.*

† *Leon. & Salabien. Abba.*

† *Leon. & Salesbien. Abbatibus.*

† *Cap. 1. eo. titul. in 4. compilat.*

† *Omnes ferè manusc. habent ita.*

† *Al. Imolicen.*

† *Ymilicē.*

e *Conc. tex. in l. fugitiui. cum glo. ver. amputato. ff. de ser. fugi.*

f *Quasi dicat: non est solum eadē ordinantis, sed defectus ordinati. Ioan. And.*

CASVS. Ecclesia Humiliensi vacāte, Canonici Humilien. G. eorum Canonicum in minoribus ordinibus constitutum, in Epm elegerunt, Archieps Cassalen. metropolitanus eorum mandauit Epo Trecen. vt ipsum vno & eodem die ad tres sacros ordines promoueret: quod non ausu proprio, sed de mandato Archiepi non dist. lit adimplere: quod totum dictus G. D. Papæ reserauit. Super his D. Papa inquisiuit veritatem: & quia constitit ei ipsum Epm Trecen. in pluribus deliquisse, tum quia confessus fuit sine mandato Archiepi hoc fecisse, tum quia etsi de mandato Archiepi constaret, ei obtemperare non debuit in hac parte, cum huiusmodi dispensatio illi à canone non sit permissa: & quia sæpe reatum periurij variauit, prius iurando, quod Archieps id præceperat, & postea fuit in iure confessus, quod Archieps id nō mandauerat, ipsum tandiu ab ordinandi potestate suspendit, donec suam meruerit gratiam obtinere. Not. hic arg. quod Epi dispensare non possunt nisi in casibus a iure permissis. Item in iniusto mandato, Prælato nō est obediendum. Item auctoritas superioris nō excusat. Item qui in iure varius est in dicto suo sine contrarius, periurus reputatur.

† Ymulicen.

† Calcen.

† In codice Barbatia, sic: sed ipsi Archiepiscopi (vt ipse cofessus extitit) mandato perfecit.

† Vide tex. cum gl. in l. non intelligitur. §. tacitè. in glos. in vers. manifestissimi ff. de iur. fis.

dudum Apostolatui reserauit, quod Humilien. † Ecclesia suo viduata pastore, Canonici ipsū vnanimiter elegerūt[a]: quia cum esset citra sacros ordines constitutus, Archiepiscopus Cassalen. † Metropolitanus eorum Episcopo Trecen. mandauit, vt cum vno, & eodem die ad tres[b] sacros ordines promoueret: quod ille (non ausu proprio, sed † ipsius Archiepiscopi mandato) perfecit. Cum ergo nobis constiterit supradictum Episcopum in pluribus deliquisse, tum quia sine mandato Archiepiscopi (vt ipse confessus extitit†) ad huiusmodi ordinationem inordinatè processit: tum quia si de mandato Archiepiscopi constaret, cùm illi huiusmodi dispensatio à canone minimè sit præmissa[c], ipsi obtemperare[d] non debuit in hac parte: tum etiam quia reatum periurij[e] sæpius variauit[f] iurando prius quòd Archiepiscopus id præceperat, & postea quòd illud non mandauerat in iudicio cōfitendo: ipsum tandiu ab ordinandi suspendimus potestate, donec nostram[g] meruerit gratiam obtinere.

¶ Greg. ix. Archiepiscopo Barensi.

¶ *Ordinatus ad sacros extra tempora statuta, ordinem recipit, & post pœnitentiam cum eo dispensat Episcopus.*

¶ *Glo. seq. soluit contrarium.*

a ¶ *Elegerunt.*] In postulando, scil. quia si simpliciter electus fuisset, non valuisset electio. simile. ī. de renunc. post translationem.

b ¶ *Tres sacros.*] Quod nullo modo debet fieri, sed vnus ordo vno die debet conferri. ī. e. literas. & ideo punitur, vt in fine.

¶ *Gl. seq. arg. alle. duo iura, & vnum in contrarium, & remittit.*

c ¶ *Permissa.*] Arg. opi. quod Episcopi dispensare non possunt nisi in casibus ubi concessis à iure, quod quidam concedunt, & facit pro eis. ī. de fil. presb. c. vlt. & pen. Arg. contra. ī. de sent. excom. nuper. in q. a opinione sunt Lau. Io. Vin. & T. de hoc traditur. ī. de tu at si clerici. De hac materia no. 50. d. miror. & 1. q. 7. c. requiritis. §. nisi rigor. immò prohibita. ī. e. literas. ī. de eo qui fur. ord. re. c. vlt. & ita colligitur ar. prædictum. Vel dic, quod non licet Epo dispensare in iis, quæ pertinent ad generalem statum Ecclesiæ vt hic. & ī eo sanè. & ī e. litteras. In criminibus dispensare possunt, nisi sit expressè prohibitum.

Episcopus in quib. liceat dispensare.

¶ *Glo. 5. alleg. 3. concor. & tria contraria, demum arg. & determinat.*

d ¶ *Obtemperare.*] Hic habes, quod auctoritas superioris nō excusat. 11. q. 3. vtcunque. & c. de rebus. & 11. q. 3. si dominus. & 16. q. 1. in canonibus & q. 7. decimas.[a] Arg. contra. 63. d. Salonitanæ. 14. q. 5. dixit Dominus. & 28. dist. diaconi. Item est arg. quod præceptum iniustum prælati non est adimplendum. 11. q. 3. Iulianus. si certum sit, quod est iniustum. secus si dubitaretur. 23. q. 1. quid culpatur. in fi. & ff de reg. iur. ad ea.

a Concord. l. furti. §. & iussu. ff. de his, qui not. infa. & l. iusiè. ff. de acqui. poss.

e ¶ *Periurij.*] Vnde posset priuari Ecclesia, & deponi. ī. de iureiu. querelam. & ī. eo. tit. c. vlt. cum in iudicio sit confessus & confessus pro conuicto habetur. ī. de confess. cum super. & C. eo. tit. l. vnica. sed ei pepercit.

f ¶ *Variauit.*] Vnde non erat ei credendū. ī. vt Eccle. benefi. vt nostrum. & ī. de præsum. litteras. & 2. q. 3. si testes.[b] item in criminali. versiculo, qui falso,[b] vel varie sic. ī. de pœn. sup. et his.

b Concor. l. sed & si possit. §. contrarium glo. nec fuerit ff. de iniusto. & ff de neg. gest. l. Pomponius scribit. in gloss. probatio.

g ¶ *Nostram.*] Et sic solus Papa super hoc dispensat. de hoc dixi ī. eo. cum quidam. & melius. ī. c. prox.

Consultationi.] CASVS. Aliqui ordines sacros receperunt extra tps cōstituta: quæritur vtrū characterem receperūt: Rñ. Papa quod ne quibus pro transgressione huiusmodi pœnitentia competens est imponenda, & postmodum sustineri poterunt in susceptis ordinibus ministrare. No. quod ordo tenet, quocunque tempore conferatur, licèt conferri non debeat nisi certis diebus.

¶ *Gl. seq. arg. quod tempus, &c. dat simile de ætate, & baptismo.*

b ¶ *Characterem.*] Et ita quocunque tpe ordines conferūtur character imprimitur: quia tempus non est de substantia ordinis, sic nec ætas impedit characterem. ī. eo. vel non est compos. tñ quia trangressor est canonis, qui recipit ordines extra tempus debitū, punitur: vt hic: quia ei interdicitur executio ordinis sic suscepti. ī. e. cum quidā. & qui conferunt, puniūtur: quia priuantur potestate ordinandi. ī. eo. sanè. Sic & baptismus à quocunque conferatur in forma Ecclesiæ, tenet, licèt à Iudæo vel Pagano, quamuis ab eo recipi non debeat. ī. de sum. tri. c. 1 in fin. & de conse. d. 4. à quodam. & c. Romanus.

CAP. XVI.

CONsultationi tuæ taliter respondemus, quòd eos, qui extra tempora statuta sacros ordines receperunt, characterem[b] non est dubium recepisse, quos pro transgressione huiusmodi (primò eis pœnitentia imposita competenti[i]) sustinere poteris[k] in susceptis ordinibus ministrare.

¶ Idem.

¶ *Occultus criminosus præter homicidam, post pœnitentiam in susceptis ministrat, & ad superiores ascendit: ante pœnitentiam monetur, vt etiam in susceptis non ministret.*

i ¶ *Competenti.*] Primò eis suspensis ab executione ordinum. ī. e. cum quidam. & c. vel non est. ad arbitrium iudicis pœna imponitur, ex quo nō est determinatum. ī. de offi. deleg. de causis. & ff. de iure delib. l. 1. §. ait prætor.

† Aliàs: propter.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, soluit. solutioni opponit, respondet, & oppositioni acquiescit.*

k ¶ *Poteris.*] Et ita videtur, quod Episcopi possint cū talibus dispensare, ex eo quod dicit. Poteris sustinere. Vnde signatur contra. ī. e. cùm quidam. & cap. litteras. vbi dicit: Donec apud nos. & ī. e. prox. in fi. Dicas, quod possunt auctoritate istius c. sibi concessa: aliàs non videatur iure ordinario per iura prædicta. & c. litteras. Sed videtur, quòd suo iure hoc facere possunt: quia hic Papa respondet ad consultationem. sed quia consultatio in hoc solo fuit, vtrum tales reciperent characterem: quod sequitur addit Papa præter consultationem. Vel dic, quòd benè potest Episcopus cum talibus dispensare, cùm hic respondeat de iure. arg. ī. e. cum quidam. in prin. & arg. ī. de ele. quod sicut. §. super eo. & contraria intelliguntur, cū Papa ex certa scientia reseruat dispensationem illorum, vt magis alij terreantur, & ipsi puniantur.

† Vide glos. in §. hoc codicem. in Authent. de pace. iur. firm.

† Aliàs ita: post pœnitentiam iniunctam.

An Episcopi possint dispensare cū ordinatis extra tempora statuta.

CAP. XVII.

QVæsitum est de sacerdotibus vel aliis clericis, qui per † reatum adulterij periurij, homicidij, vel falsi testimonij, bonum conscientiæ rectæ perdiderunt: *& infrà.* Respondemus, quòd si proposita crimina, ordine iudiciario comprobata[l], vel aliàs notoria[m] non fuerint, non debent hi (præter reos homicidij[n] †) post† pœnitentiam in iam susceptis vel suscipiendis ordinibus impediri: quia si non pœnituerint[o], monendi[p] sint, & sub interminatione diuini iudicij obtestandi,

Quæsitū est.] Cōis diuisio. Secunda ibi, *Respondemus.* Io. And.

CASVS. Sacerdotes & alij clerici committunt quandoque adulterium, periurium, homicidium, & falsum testimonium. quæritur an permitti debeant in susceptis ordinibus ministrare: Rñ. Papa, quòd si crimina prædicta ordine iudiciario probata vel aliàs notoria non fuerunt, non debent prædicti præter reos homicidij, in susceptis vel in suscipiendis ordinibus impediri post pœnitentiam peractam. Si vero non pœnituerint, monendi sunt sub obtestatione diuini iudicij, vt in periculum suæ damnationis in susceptis ordinibus non ministrent. No. omnes criminosos, præter reos homicidij etiam occultos, post peractam pœnitentiam in susceptis ordinibus posse ministrare.

l ¶ *Comprobata.*] Per testes, vel confessionem in iure factam.

m ¶ *Notoria.*] Notorium tribus modis dicitur crimen, per sententiam, per confessionem in iure factam, & per rei euidentiam. ī. de coha. cle. & mulie. c. vlt.

n ¶ *Homicidij.*] Sic patet, quod homicida quantūcūque occultus, etiā post peractā pœnitentiā administrare nō potest: sic ī. de accu. inquisitionis. c. fi. Vnde Dns dixit Dauid prophetæ post pnīam: *Nō ædificabis mihi templū quia vir sanguinum es.* 1. q. 7 si q. is omne. & de conse. d. 1. c. 1. de hoc dictum est. ī. c. ex tenore. isti vero ante actā pœnitentiam ministrare non debent, vt hic videtur a contrario sensu, immò possint tēpore pœnitentiæ peracto. ī. eo. ex tenore.

o ¶ *Non pœnituerint.*] si vere nondum pœnitentiā egerint. & ideò videtur, quod non sint permittendi in suis ordinibus ministrare.

p ¶ *Monendi.*] Sed non compellendi. cum sint occulta peccata ī. eo. cum. ī. e. ex tenore. sed permittendi sunt arbitrio sua. tñ. ī. de iureiu. mulieri.

¶ Glo.

¶ *Gloss. seq. recitetur per quam in occultis sit dispensatio necessaria arg. pro & contra.*

a ¶ *Damnationis.*] Simile. ‡ *de simo. Matth in fi.* & vera damnationis, ut cum is suus episcopus post praestitam poenitentiam duxerit dispensandum, quod quidem potest. ‡ *de temporis ordinat. si clerici.* & valde necessaria est dispensatio in occultis, non propter depositionem vitandam, quia propter occulta peccata nō ponuntur quis, quae vindictam non habent [illegible] *quaest. 1. Christiana.* sed ut licitè suum officium exequatur, qui aliter non, ut est. 33. *distinct. habuisse.* quia de eo super quo dispensatum est, postea accusari non potest. ‡ *de pu. presbyteri & in maior.* ‡ *de [illegible] fraternitatis.* [illegible] qui posset etiam post peractam poenitentiam accusari. 33. *quaest.* [illegible] *admonere.* 33. *quaest. 1. presbyter.* Arg. contra ar [illegible] *distinct. 4. domina clementia. & 21. q. 4. si [illegible] & 1. q. 4. cum ita que* sed verum est quod accusari etiam possit. Alanus.

b ¶ *Non ministrent.*] Si non poeniteant, ergo si poeniteant, possunt administrare, nec petentur ad damnationem. & hoc videtur contra Alan. qui dicit quod licitè non ministrant etiam post poenitentiam, nisi dispensatione: vt dixi in proximo [illegible] autem valet dispensatio quantum ad executionem ordinis, [illegible] peccatum sit in occulto, ut hic patet. B.

¶ *Dicto de ordinando: quia ordinandi examinandi sunt, ideo &c.*

De hac materia tractatur. 24. distinct. per totum. & 21. qui Episcopus. 51. dist. qui in aliquo.

a Concord. l. cum fratre. cum no. per Bal. C. de iis quib. ut indig.

† Alias tra: in ordinib. faciendo.

† Cap. 1. de scrutinio faciendo, in 3. compilat.

† Vide tex. in l. prçsenti cum not. C. de his qui ad ecclesias confugiunt.

vt in testimonium suae damnationis [a], in susceptis etiam ordinibus non ministrent [b].

TITVLVS XII.

De scrutinio in ordine † faciendo.

Innocentius tertius.

¶ *Episcopus interrogatus in scrutinio Episcopi ordinandi, potest respondere illum dignum, si non nouit illum indignum.*

CAP. I.

EX † parte tua fuit propositum: & infrà. ¶ Fraternitati tuae taliter respondemus, quod cum aliquem in Diaconum, vel Presbyterum promouemus: prior Diaconorū qui nobis assistit, dicit: Postulat sancta mater Ecclesia hunc Diaconum, vel Subdiaconum ad onus Presbyteratus, vel Diaconatus assumi: & nobis interrogantibus, si eum cognouerit esse dignum, idem respondet, quod quantum humana fragilitas nosse sinit, & scit [c], & testificatur illum ad huiusmodi onus officij esse dignum. Vnde in tali responsione aliquem peccare non credimus, dummodo contra conscientiam [d] non loquatur: † quia non simpliciter illum asserit esse dignum, sed in quantum humana fragilitas nosse sinit: cùm illum, quem indignum esse non nouit, dignum debeat aestimare [e]. Huiusmodi ergo responsione securè vti poteris, nisi forte de indignitate tibi constiterit consecrandi. ¶ Si autem illum indignum esse cognoscis, Metropolitano (priusquam ad huiusmodi scrutinium veniatur) secretò studeas nunciare, vel † intimare, quatenus nos interrogationem huiusmodi, non in consecratione Pontificis, sed in ordinatione Diaconi, vel Presbyteri faciamus.

Ex parte.] Sunt duae partes. In prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio, ibi, *Fraternitati.* In qua primo ecclesiae Romanae morem inducit, secundò [illegible] responsura moderatur, & moderatum declarat. Ioan. Andr.

Casus. Cum aliquis episcopus debet consecrari, metropolitanus conuocat suos suffraganeos ad faciendam consecrationem: episcopus [illegible] consecrandum Archiepiscopo dicentes Reuerende pater, postulat mater Ecclesia hunc electum in episcopū consecrari. & postea interrogat [illegible] illum esse dignum: episcopus [illegible] responsione, ne hominem offenderet, Deum [illegible] quandoque contra conscientiam respondendo, cum [illegible] minùs bene cognita, vel [illegible] qualiter in huiusmodi interrogationibus salua conscientia debeat respondere. Respondet Papa, cum nos aliquem promouemus in diaconum vel presbyterum, prior diaconorum [illegible] Postulat sancta mater Ecclesia hunc diaconum ad onus presbyteratus, vel hunc subdiaconum ad onus diaconatus assumi & Papa interrogat [illegible] esse dignum & ipse respondet, [illegible] & testificatur eum esse dignum ad hoc onus, quantum humana fragilitas nosse sinit. Vnde in tali responsione non credit Papa aliquem peccare, dummodo contra conscientiam non loquatur; quia non simpliciter dicit illum esse dignum, sed inquantum humana fragilitas permittit: quia quem indignum nō nouit, dignum debet aestimare. Hac ergo responsione securè poterit vti, nisi forte sibi constiterit, quod sit indignus. Si verò sciat illum indignum, significet hoc metropolitano, antequam veniant ad scrutinium. Sed Papa hanc interrogationem non facit in consecratione episcopi, sed in ordinatione presbyteri vel diaconi. Nota quod facit contra conscientiam, peccat mortaliter. Item quilibet praesumi debet dignus, qui nescitur indignus. Item hic scientia pro credulitate accipitur.

¶ *Glossa sequens obscura & soluit.*

c ¶ *Et scit & testificatur.*] Mirabilis est responsio illa: posuit enim dicere debere se nullam habere scientiam de eius dignitate vel indignitate. Respondeo ex eo, quod videt illum electum a bonis [b], quandam videtur habere notitiam de dignitate ipsius. & de tali respondet, [illegible] vitietur.

d ¶ *Contra conscientiam.*] Qua tota aedificat ad gehennam ‡ *de rescrip. lit. literas.* ‡ *de praescri. quoniam omne.* 28. q. 1. *omnes.* §. *ex his.* ¶ [illegible] *Beccar* [illegible] *in contrarium alle. 5. & solut.*

e ¶ *Aestimare.*] Nota quod quilibet praesumi dignum, nisi probetur indignus. & de quolibet praesumendum est bonum, nisi probetur contrarium. ‡ *de praesump. dudum.* ‡ *de matrimon. testes primo.* & ff. *de leg. 2. cum pater.* §. *rogo.* Sed contra videtur, quia praesumitur non idoneus, nisi probetur idoneus. *C. de iis qui ve. aeta. impet. l. 2. & C. de proba. ex persona.* ff. *de magi. conue. l. 1.* §. *si magistratus.* & in dubio praesumimus quos excommunicatus. ‡ *de sent. excommun. cum desideres.* §. *secundo quaeritur.* & praesumitur potius fornicatio, quam matrimonium. ‡ [illegible] *liter.* Sol. hoc generale est, vt ubi, ctiam anima vertitur, praesumatur in deteriorem partem. ‡ *de sponsa. tamen* & 68. [illegible] *presbyteri.* sed licet videatur deterior, tamen melior & tutior est similis de cons. *distin. 4. paruulos.* alias enim iudicia praesumunt nullum vel bonum, quàm econuerso. *et. distin si quod. 11. quaest. 3. in [illegible] 22. quaest. 4. innocens.* ff. *de proba. ab ea parte.*

b *Quia probatus videtur illū futurū bonum* 53. d. c. legimus. [illegible] & *hic.*

† *In omnib. manusc. desunt haec duo verba: Vel intimare.*

TITVLVS XIII.

De ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit † Episcopatui.

¶ Alexander iij. Toletano Archiepiscopo.

¶ *Episcopus, qui renunciauit loco tantum, inuitatus conferre potest ordines sicut prius. Si verò & dignitati, cum ordinato per eum ad minores, vel ignoranter ad sacros dispensat Episcopus suus, cum ordinato verò scienter ad sacros non dispensat.*

CAP. I.

REQVISIVIT † à nobis tua fraternitas, vtrùm Clerici, qui post renunciationē † factam à praedecessore tuo ordines receperunt, in ipsis debeant remanere: & infrà. ¶ Respon-

† *In nonnullis antiquis habetur, signauit episcopatū. & in multis habetur ita hic titulus: De ordinatis ab episcopo, qui renunciauit episcopatui, vel excommunicato.*

† *Post conc. Lateranum sub Alex. iij. p. 6. c. 18. & c. unico eo. tit. in 2. cōpilat.*

† *Resignationem, in uno, in aliis, ut in textu.*

¶ *In tractatu ordinandorum, qui praecedit & sequitur, interponitur haec rubrica de ordinatis ab Episcopo, &c. Gof. Io. And.*

De hac materia tractatur. 9. q. 1. per totam. & 1. q. 1. [illegible] & q. 7. *Daibertum.* & ‡ de temp ordi. ver. quid iuris de ordinatis ab Episcopo, & de ver. vtrum ordinatio.

Requisiuit.] Sunt duae partes. In prima ponitur decisa consultatio. In secunda ibi, *Respondemus.* responsio distinguens. Ioan. And.

Casus. Archiepiscopus Toletanus renunciauit archiepiscopatui. post illam renunciationem quosdam clericos ordinauit. successor illius quaerit, vtrùm illi in ordinibus ipsis debeant remanere. Respondet Papa distinguendo, vtrùm ille renunciauit loco tantum, an loco simul & dignitati. In primo casu cum loco tantùm renunciauit, potest ordines conferre, sicut ante inuitatus ab episcopo aliquo. In secundo casu cum simul renunciauit loco & dignitati, distinguitur, vtrùm contulit sacros, an minores. S. etiam aliquis ordines minores a tali recepit, & in illis poterit ministrare, & ad maiores promoueri: quia huiusmodi ordines quandoque à non episcopis conferuntur. Si verò scienter à tali sacros ordines quis recepit, executionem officij non habebit: quia eam non

non habebat Si verò ignoranter Eps cum tali poterit dispensare: nisi crassa & supina fuerit ignorantia. Nota, quòd minores ordines possunt conferri a non Episcopis. Item qui non habet executionem ordinis, eam dare non potest. Item ignorantia crassa & supina non inducit dispensationem.

dentus igitur distinguẽdo, verũ renunciauerit loco tantum, an loco simul & dignitati: nam in primo casu ordines (sicut antea) rogatus ab Episcopo aliquo poterit de ratione conferre: in secundo vero casu distinguendum putamus, verùm sacros† contulerit, an minores. Si enim à tali ordine vsque[a] ad subdiaconatum aliquis acceperit: quia & huiusmodi ordines a non Episcopis[b] quandoque conferuntur, & in illis deseruire poterit, & ad maiores (si idoneos fuerit) promoueri. ¶ Sane si ab eodem sacros ordines scienter quis receperit, quia indignum se fecit, executionem[c] officij non habebit: vbi autem non scienter † poterit (nisi crassa[d] & supina fuerit ignorantia[e]) discretus pontifex dispensare.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Breue est.*

CAP. II.

CVm Clericis, qui ab excommunicato[f] Episcopo ignoranter ordines receperunt, per suos poterit Episcopos[g] dispensari.

TITVLVS XIV.

De ætate, & qualitate †, & ordine præficiendorum.

¶ Ex concilio Pictauen.

¶ *Non summatur.*

† *In codice Barbatiano. Verum sacros ordines, &c.*

a ¶ *Vsque.*] Exclusiuè, vt probant sequentia. sic ponitur. ff. de his quinot. infam. aut præter. quandoque ponitur incluſiuè. 93. d. §. Subdiacono. ff. de pena. l. Vlt. §. fenatores.

b ¶ *A non Episcopis.*] Id est, Abbatibus. 69. d. quoniam videmus & ĩ. eo. c. prox. non contingat.

c ¶ *Executionem.*] Ergo suspensus est, quia suspendo recepit ordines. 1. q. 1. statuimus. & religatio non abstulit illi ordinem, sed executionem.

d ¶ *Crassa.*] Tunc dicitur crassa & supina ignorantia, quando aliquid publicè fit vel coram populo. & hæc non excusat. vt ff. de verb. sig. lata culpa.

¶ *Glo. seq. ducit, & dupliciter soluit.*

e ¶ *Ignorantia.*] Simi. ĩ. de cler. ex. mi. c. pe. & ibi probatur ignorantiam esse potestatem per Epm dispensari. ĩ. e. prox. Sed contra probatur facti ignorantia quem fuerit ignorantem excusat ex toto ff. de iur. & facti. igno. error. & l. regula. ergo secundum hoc nulla dispensatio est necessaria. Resp. in culpa fuit recipiendo ordines ab Epo non suo. 9. q. 2. Lugdunensis, & ideo necessaria est dispensatio. Vel melius dicas, q. licet probabilis sit ignorãtia, necessaria tñ est dispensatio; quia cum in talibus ordinator non haberet executionem sui officij, eam alij conferre non potuit. vt 1. q. 1. statuimus. quia quod non habet, dare non potest. 1. q. 1. Daibertum. pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui de iure dare non potest. ĩ. de his quæ patris. quod autem. in fin. ergo necessaria est dispensatio ad hoc, vt habeat executionem ordinis.

† *In Concord. l. Scienti....* §. pen. ff. ad l. Aquil. & Iulian. bo... no. capt. § quia tame... l. at. cũ gio. & not. in l. 2. ff. de leg.

† *Vide Lan-* debus. C. de condi. in le. & l. sed & si quis. § si ff. si quis cau.

† *Abbas vta: De ætate, & qualitate ordinandorum, & ordine, &c.*

CVm Clericis.] CASVS. Quæritur quid sit faciendum de clericis, qui ignoranter ordinantur ab excommunicato? Et respondetur, quod potest per suos Episcopos cum talibus dispensari. Nota, quòd Episcopus dispensare potest cum ignoranter ordinatis ab excommunicato.

¶ *Gloss. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit. Item quærit, arg. affirmatiuè. soluit negatiuè.*

f ¶ *Excommunicato.*] Sic patet, q excommunicatus confert ordinem, licet extra Ecclesiam, & hæretici etiam conferunt ordinem. 9. q. 1. ab excommunicatis. & c. ordinationes. Sed contra. ea. causa. q. 1. c. 1. vbi dicitur, q nullo modo dicitur consecratio quæ ab excommunicatis est celebrata. Dic, q ibi non fuit seruata forma Ecclesiæ. Vel dicas, non dicitur consecratio, verum est quantum ad executionem: quia quod non habent, dare non possunt: vt 1. q. 1. perfectionem. & ... ventum est. & ... de conse. d. 4. quomodo. Sed nunquid potest absoluere excommunicatus? Videtur q sic: quia confert ordines, quod plus est, vt videtur: ergo potest alium excommunicatum. Sed non est ita, cùm enim sit extra Ecclesiam, aliium inducere extra Ecclesiam non potest. 24. q. 1. audiuimus. Secus in ordine: quia licet sit extra Ecclesiam, characterem tamen retinet, & illum potest conferre si Ecclesiæ formã seruetur.

ADDITIO. Item ordinatio requirit verbum & actum ĩ. de sacr. non iteran. c. fi. excommunicatio vero verbum tantum Host. & facit ad no. de consec. Eccl. vel altar. c. aqua. Ioan. And.

¶ *Glo. seq. ponitur per contrarium.*

g ¶ *Episcopos.*] Et sic Episcopi dispensant hic. sic 9. q. 1. ab excommunic. & c. ordinationes. quia ignorantia non excusat. si verò scienter ordines recepissent, non dispensaretur cum eis: vt c. ordinationes. sic ĩ. eo. c. prox. in fi.

DE ÆTATE ET QVALITATE, &c.

¶ *Dicto de ordinandis, dicendum est de præficiendis. Et quia in præficiendis consideratur ætas, & qualitas, & ordo: ideo, &c. Ioan. And.*

CAP. I.

VT † Abbates[h], Decani & Præpositi[i], qui presbyteri nõ sunt, presbyteri fiant[k]: qui Archidiaconatus tenent Diaconi: qui vero Archipresbyteratus, Presbyteri: aut amittant[l] † honorem †.

¶ Quòd si aliqua iusta causa prohibente, presbyteri aut Diaconi esse non potuerint, prælationes amittant.

¶ Alex. 3. Capua. Archiepiscopo.

¶ *Ecclesia dispensatiue minori concessa non per laicos, sed per Clericos regi debet: donec ille perueniat ad ætatem.*

CAP. III.

EX ratione: & infrà. ¶ Accepimus, quòd Conuentren. Episcopus, pueris[m], qui sunt infra decennium constituti, in Archidiaconatu[n] R. Archidiaconi Cistren. Ecclesias[o] plures concessit, quæ non per Clericos, sed per Laicos disponuntur. ¶ Vnde quoniam non debet hoc aliquatenus tolerari: Mandamus, quatenus præ dictum Episcopum super his corripias, & Clericis idoneis administrationes, & custodiam præscriptarum Ecclesiarum, donec prædicti pueri[p] ad

VT Abbates.] Decret. ista fuit ad titulum de ordin. præficiendorum. S. c. necor. ĩ. eo. quarum. vel ad tit. de qualitate præficiendorum. Ioan. And.

CASVS. Dicitur hic Abbates, Decani, Præpositi fiant presbyteri, Archidiaconi fiant diaconi. Secundò dicitur, q si ex aliqua causa non poterint promoueri, dimittant prælaturas. Ex hac decretali not. quod si ex aliqua iusta causa Prælatus ad sacros ordines promoueri non potest, prælaturam debet amittere.

h ¶ *Vt abbates.*] Supple, statuimus.

i ¶ *Præpositi.*] Dignitas est per se, quamuis sit nomen generale ad omnes.

k ¶ *Fiant.*] Sic ĩ. de elect. cùm in cunctis.

¶ *Glo. seq. allegat quatuor iura in contrarium, & soluit.*

l ¶ *Amittant.*] ĩ. de electio. cum in cunctis. §. his sane. contra ĩ. de cle. ægro. c. 1. contra ff. de sta. he. qui furere. contra ff. de postu. l. 1. §. casum. contra. hoc intellige quando per culpam suam ad talem statum peruenit, quod promoueri non potest: contraria verò quando sine culpa, & tunc non debet addi afflictis afflictio ĩ. de cle. ægro. c. 1. & c. pen.

† *Cap. 1. co. titul. in 1. compilat. Hoc c. est dif ficile, quod in fine operis declaratur, vbi videro notas nostras.*

† *dimittãt.*

† *honores.*

† *Cap. 3. co. titul. in 1. compilat. Et post cand. col. Lateran. sub Alex. 3. p. 25. c. 1.*

EX ratione.] Sicut duæ partes Prima ponit reprehensibile factum Episcopi. Secunda illud corrigit ibi, *Vnde quoniam.* quæ duo facit. Primo præcipit circa præterita. Secundo circa futura, cum ponit commissionem decreti ibi, *Eidem.* Et facit ad primam partem rubricæ de ætate præficiendorum Ioan. And.

q ¶ *Liberè.*] Et ita quòd fuit prius dispensatio, hodie est ius commune sic ĩ. *de offi. leg. quòd translationem* & ad [illegible] natum extenditur quod de superioribus dictum erat. sim. le ĩ. *de transla. inter corporalia.* & ĩ *de consue. cum Venerabilis.* & eodem priuilegio gaudet subdiaconus quo & diaconus. ĩ. *de ser. non ordi. miramur.*

T*Vam.*] Prima pars ponit exordium. Secunda mandatum: ibi, *Mandamus*: & facit ad duas partes rubricæ, scilicet de qualitate & ordine. Ioan And.

Casvs. Monasterio sancti Quirici vacante, Cardinalis quidam volens ipsum de persona idonea ordinare, cùm super hoc diligentiam adhibuisset, nec posset personam idoneã inuenire, per quam posset status monasterij in melius reformari: tandem inuenit quendam monachum discretum & vtilem monasterio, qui aliàs de iure non poterat eligi in Abbatem, pro quo quidam laici apud Cardinalem intercedebant; consuluit Papam, quid super hoc esset agendum? Papa commendat diligentiam Cardinalis, mandans eidem, quatenus, si non potest eidem monasterio de persona magis idonea prouidere, monachum illum, quem sibi commendauit, per quem status monasterij creditur reformandus, ibi præficiat in Abbatem, nullum habens respectum ad petitionem illicitam laicorum, sed ex officio suo tantum ad hoc procedat, ita tamen quod ad sacros ordines non ascendat, cum necessitate instante possit in Abbatem assumi in minoribus ordinibus constitutus: & laici ipsi non sint illi aliqua consanguinitate vel affinitate coniuncti, vt propter hoc contra ipsum aliqua suspicio possit oriri. Ex hac decre. not. quòd licèt preces sint illicitæ, tamen si non habeatur respectus ad illas, non committitur simonia. Nota, quòd ex necessitate dispensatur cum aliquo, vt in Abbatem assumatur, & in minoribus ordinibus ministret. Item officiũ Abbatis in administratione cõsistit.

† *In antiquis ita: Tuam in domino diligentiam commendãtes, quã super monasterio S. Quiriaci dignosceris adhibere, &c.*

† *Aliàs informandus.*

† Cap. 1. eo. titul. in 4. compilat.

cut Diaconus, vel Sacerdos.

¶ Idem tituli sanctæ Crucis Presbytero Cardinali.

¶ *Irregularis, & in minoribus potest dispensatiuè in Abbatem institui.*

CAP. X.

TVam† in Domino diligentiam commendamus, quam super monasterio sancti Quirici reformando dignosceris adhibere. ¶ Mandamus, quatenus si non potes eidem monasterio de persona idonea meliùs prouidere, tu Monachũ illum, quem literis tuis de honestate, ac industria commendasti, per quem status eiusdem loci creditur reformandus †, nullum prorsus [a] habens respectũ ad petitionem illicitam, quam quidam Laici faciebant, sed ex tuæ duntaxat prouisionis officio, instituas in Abbatem: ita videlicet, quòd ad sacros ordines non ascendat [b], cum instante [c] necessitatis articulo possit in Abbatem assumi, etiam in minoribus ordinibus constitutus. ¶ Et laici memorati non sint consanguinitate, vel affinitate coniuncti Monacho memorato, vt ex ipsorum petitione debeat contra eum aliqua sinistra suspicio suboriri.

¶ Idem Rothomagen. Archiepiscopo.

¶ *Abbas si est Presbyter, & est benedictus, conferre potest ordinem clericalem.*

CAP. XI.

CVm † contingat interdum, quòd Laici ad Monasteria conuolantes, à suis Abbatibus tonsurentur: requisisti, an Clericatus ordo in tonsura huiusmodi conferatur? ¶ Super quo tibi taliter respondemus, quòd cùm in septima synodo [d] sit statutum, vt Lectores per manus impositionem licentia sit vnicuique Abbati [e] in proprio monasterio solummodo faciendi, dummodo ipsis ab Episcopo, (secundùm morem præficiendorum Abbatum) manus impositio facta noscatur, & constet eum existere sacerdotem: per primam tõsuram, iuxta formam Ecclesiæ datam, à talibus clericalis ordo [f] confertur.

¶ *Glossa sequens circa preces, an simoniam inducant, distinguit inter proprias & alienas. in primo casu ponit opinionem Hugonis & contrariam. In secundo subdistinguit, an sint spirituales, an carnales: & tunc arg. pro indigno, aut pro digno. & tunc aut habetur respectus ad illas, aut non.*

Simonia an inducatur per preces.

a ¶ *Nullum prorsus.*] Non enim preces carnales debet respicere, qui est ordinator, sed tantum merita & prouidentiam ordinandi. 1. q. 1. *quibusdam.* & 8. q. 1. *Moyses.* & c. *si ergo* Et ideò not. quòd cum quis eligitur vel ordinatur: aut suis precibus interuenientibus, aut alienis. Si suis, dicunt quidam, & Hugo cum eis, quòd quantumcunque sit idoneus, simonia committitur. *arg.* 8 q. 1 *in scripturis.* & 1. q. 7. *si quis omnem.* & 1. q. 1. *ordinationes* & ĩ. *de iure patron. per nostras.* Istud credo, si est indignus, secundum quod dicit T. sed si dignus est, potest etiam preces porrigere superiori, cum indiget: quia tunc non præsumitur ambitiosus, sed potiùs propter necessitatem [a]: aliàs potest dici, quod simonia esset. *arg.* 1. q. 1. c. *filium.* §. *non ita quorundam.* Ex *arg.* ĩ. *de simo. tua.* Si preces quis pro se porrigat, vt in prælatum eligatur, ambitiosæ sunt & illicitæ. 1. q. 1. *nullus itaque* Si vero precibus alienis promouetur: aut preces sunt spirituales, aut carnales. Si sunt carnales, & fiunt pro indigno, simonia committitur 1. q. 1. *de ordinationibus.* quia succedunt tales preces loco pretij. 1. q. 1. *sunt nonnulli.* Si pro digno, dummodo ordinator non habeat respectum ad preces, sed ad meritum, licite possunt admitti, vt hic, & 1. q. 1. *quibusdam.* Si vero sunt spirituales, admitti possunt, nec inducunt simoniam. 1. q. 1. *latorem.*

a Dixit Host. quòd nõ reprobares, si prælatus consanguineum egentem non indignum præferret magis idoneo non egenti in simplici beneficio, cũ & talibus prouidere teneatur. 86. d. nõ satis. de coh. cle. cap. 1. de test. relatũ. §. licèt. Io. Andr.

b ¶ *Non ascendat.*] Fortè erat irregularis, & sic potest quis esse Abbas in minoribus ordinibus propter necessitatem: aliàs non valeret nam & diaconus potest esse Abbas. 50. *dist. accedens.* arg. Immò & infamis curam monasterij gerere potest: vt ibi. Infamis enim à ciuilibus munerib. non excluditur. *C. de iis qui non imple. sa. Hispã. so. sunt. l. 1. li. 10.* nomen Abbatis potius est solicitudinis, quàm ordinis vel honoris. 18. *q. 2. hoc tantum. Argum. contra.* ĩ. *e. c. 1.* & laicus potest esse Abbas causa necessitatis. 93. *distinct. a Subdiacono.* & 16. q. 1. *generaliter.* arg. tamen hoc, quod dicitur hic, dispensatiuè intelligitur: quia Abbas debet esse sacerdos: aliàs remouetur. ĩ *eod. c. 1. Bernardus.*

Infamis curam monasterij gerere potest.

c ¶ *Cum instante.*] Hic [b] respondet tacitæ obiectioni, quæ posset ei fieri. Diceret enim aliquis: quomodo erit iste Abbas, cùm non possit ad ordines promoueri, nec sacerdos fieri? Respondet: *Cùm*, id est, quia, &c.

b Hæc glossula non est Ber. nec habetur in antiquis codicibus.

¶ idem.

¶ *Si Canonicus regularis factus monachus, iusta de causa ad canonicã reuersus, ibi postea præficiatur, licitè tenere poterit prælaturam.*

CAP. XII.

INtelleximus †, quòd cùm in monasterio tuo fuisses laudabiliter conuersatus, ad monasterium sancti Innocentij talis ordinis accessisti: vbi cùm aliquandiu in ipso ordine permansisses, demùm ad cor reuersus, de Metropolitani, & aliorum consilio ad primam domum redire curasti: in qua tandem sub regularis obseruantiæ disciplina taliter Deo, & hominibus placuisti, quòd per tuorum exigentiam meritorum, fratres tui præfecerunt vnanimiter in Abbatem.

¶ Ne igitur occasione moræ, quam in præscripto monasterio contraxisti † (quasi † conscientia tua te remordeat) in susceptæ administrationis cura tepescas, attendentes, quòd cau-

C*Vm contingat.*] Cõmunis diuisio: Secunda ibi, *Super quo*, Et principale dictum non facit ad titulum, sed in quantum loquitur de præficiendo. Ioan. And.

Casvs. Laici aliquando transeunt ad monasteria, & ibi à suis Abbatibus tonsurantur. quæsitum fuit à Papa, an clericalis ordo in tonsura huiusmodi conferatur? Et ipse respond. quòd cùm in septima synodo sit statutum, vt liceat Abbatibus in proprio monasterio solummodo facere lectores per manus impositionem, dummodo & ipsis Abbatibus ab Episcopo manus impositio facta noscatur, & sacerdotes existant, & per primam tonsuram in forma Ecclesiæ data clericalis ordo confertur. Not. quod Abbates possunt conferre ordines: vt hic dicitur.

† Cap. 1. eo. de qualitate ordinan. in 4. compil.

† *Vide* L. mora. cum glo. magna. ff. de vsur.

† *Aliàs* vtcũ *conscientia tua te remordeat.*

d ¶ *Synodo.*] 69. *d. quoniam videmus.*

¶ *Gloss. seq. resoluitur per duas quæstiones, an psalmistatus sit ordo, & an per presbyterum conferri possit. In prima ponit opinionem, quam reprobat.*

e ¶ *Abbati.*] Hoc idẽ potest electus in Abbatẽ & cõfirmatus, si Eps eũ differat bñ dicere: vt ĩ. *de sup. negli. præla. statuimus*, talis ordo appellatur psalmistatus: nã vbi agitur de singulis ordinibus, nihil agitur de hoc. 93. *d. illud.* vnde quidã dixerunt non esse ordinem, sed eorum opinio corrigitur hic in fi. vbi dicit, quod per primam tonsuram clericalis ordo confertur. & etiam presbytero hoc licet. 23 *d. psalmista.* vbi de hoc in summa Hug.

Abbas quales ordines conferre possit.

f ¶ *Ordo confertur.*] Sed [c] nunquid qui tales percutiunt, incidũt in canonem latæ sñiæ? Dic quòd sic, quia clerici sunt, vt hic, & quicunque clericum percutit, excommunicatus est: vt ĩ. *de sent. excomm. non dubium.*

c Hæc glossula non est Bernardi, nec habetur in antiquis codicibus.

I*Ntelleximus.*] Primò narrat factum, ex quo secundò dubium elicit: ibi, *Ne igitur.* cui tertiò respondet: ibi, *Discretioni.* Et facit ad eam partem tit. de qualitate præficiendorum. Io. And.

Casvs. Quidã monachus sine licẽtia sui Abbatis, leuitatis causa transiuit ad monasteriũ S. Vincentij & cu ibi in ordine illo aliquãdiu permansisset, de cõsilio quorundã rediit ad domũ primã, & ibi meritis exigentibus electus fuit in abbatẽ. Quia in secundo monasterio morã fecerat, dubitabat ministrare in officio Abbatiæ, considerãs quod legitur in canone: Ne quis Canonicus regularis efficiatur monachus: nisi fortè (quod absit) publicè lapsus fuerit:

& si

& si factus fuerit, ad canonicatus ordinem reuertatur, vltimus in choro manendo. Consuluit Papam super hoc, mandat ei Papa, quatenus circa curam sibi commissam solicitudinem adhibeat diligentem, sequentia bona continuando prioribus. Not. quòd canonicus regularis factus monachus, potest præfici in abbatem.

tum est in canone [a], ne quis Canonicus regularis, nisi forte (quo absit) publicè lapsus sit, efficiatur monachus: & si factus fuerit, ad Canonicatus ordinem reuertatur, vltimus in choro manendo, cucullam ad memoriam delaturus. ¶ Disci. † tuæ mandamus, quatenus circa curam [b] tibi commissam, solicitudinem exercere studeas indefessam, & taliter sequentia bona continuare priorib. quòd dignum à Deo possis meritum expectare.

¶ Idem.

¶ *Ordinatus ad sacros ordines sine titulo, ab ordinatore sic petit beneficium.*

CAP. XIII.

Accepimus †, te nostris auribus intimante, quòd quidam Clerici, qui ad sacros ordines sine titulo sunt promoti te ad Ecclesiam Bracharen. super beneficiis obtinendis infestant: *& infrà.* ¶ Licèt igitur in ordinationibus Clericorum, illam tu ac prædecessores tui diligentiam debueritis adhibere, vt minus idonei non ordinarentur à vobis, ac ideo post promotionem eorum exceptionem [c] non poteris prætendere contra illos: nisi fortè postquam promoti fuerint reddiderint se indignos: ex superabundanti tñ, qñ scribere pro talibus non oportet, facimus in litteris nostris apponi: vt si ordinatus, pro quo scribimus, idoneus habeatur, & Ecclesiastico beneficio non indignus, ei ab ordinatore vel successore ipsius competens beneficium tribuatur: cum & si tecum de iure agere vellemus, te possimus meritò ad prouisionem eorum compellere, quos à te vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret: eò præsertim quòd ad obtinendum Ecclesiasticum beneficium eos debes idoneos reputare [d], quos ad ordines suscepisti. Vnde grauiter sustinere non debes, sed nobis potius deuotè inclinare teneris, si illos examinari [e] per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, antequam ad prouisionem eorum compellere te velimus. ¶ Mandamus igitur, quatenus eis pro quibus te contigerit recipere nostra mandata in forma communi [f], in maiori Ecclesiæ [g], vel aliis Ecclesiis diœcesis Bracaren. prouidere non tardes †. Exceptiones [h] autem si quas contra tales proposueris, præcipimus audiendas.

a ¶ *In canone.*] 19. q. 3. *mandamus.*

¶ *Glos. seq. signat contrar. vnu. & quadrupliciter soluit.*

b ¶ *Curam.*] Hic videtur, quòd si aliquis trãsit ad strictiorem religionem sine licentia Prioris vel abbatis, quod reuocandus sit ad priorem Ecclesiam. Sed videtur obstare. j. *de reg. licet.* Sed potest intelligi, quod hic dicitur qñ ex leuitatis causa transit: prout intelligi cõsueuit ille canon. 19. q. 3. *mandamus.* Vel dicatur, quod ille fuerat tantum in habitu probationis. Vel iste locus, quem intrauerat, fuerat laxioris religionis, quàm prior. Vel dic, quod si aliquis petita licentia, licèt non obtenta, transit ad strictiorem regulam, quod tunc non potest reuerti ad priorem locum a. & sic loquitur illa decret. licèt. sed si nullo modo petit licentiam, tunc redire cogetur, prout hic fecit.

¶ In C. Barbatiæ ita: Discretioni tuæ taliter respondemus, quod circa, &c.

† Cap. 3. tit. de qualitate ordinan. in 4. compil.

a *Concor.* l. 1. §. si per docto. ff. de exerc. & ff. de instit. sed & fi. §. conditio.

Accepimus.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Licet.* Et facit ad secundam partẽ rubricæ de qualitate præficiendorum. Ioan. And.

Casvs. Episcopus Zamoreñ. quosdam clericos promouit ad sacros ordines sine certo titulo. Clerici illi impetrauerunt litteras super sua prouisione contra episcopum Zamoreñ. ad quosdam executores episcopus qñ citabatur ab eis, exceptiones proponebat contra ipsos clericos: sed ipsi eas admittere nolebant. vñ petiit sibi super hoc prouideri. vñ Papa rescribit ei, dicens: Licèt in ordinationib. clericorum tam ipse quàm antecessores ipsius eam diligentiam debuerint adhibere, vt minus idoneos non ordinarent. vnde secundum hoc cõtra illos exceptionem opponere non possent: nisi fortè post promotionẽ, reddiderint se indignos: tñ Papa ex abundanti, qñ scribit pro talibus, facit apponi in litteris suis, [si ordinatus pro quo scribit, sit ecclesiastico beneficio non indignus.] Vnde Papa sine aliqua examinatione posset illum compellere ad prouisionem illorum, quos ipse vel antecessores sui ad ordines promouerint: cum illos ad beneficium obtinendum debeat idoneos reputare, quos ad ordines recepit. Vñ non debet grauiter sustinere, si illos facit per alios examinari, quos non credit sine examinatione ordinatos fuisse, antequam ipsum compellat ad prouisionem illorum. Mandat Papa eidem, quatenus prouideat illis, pro quibus litteras suas recipit in forma communi, in maiori Ecclesia vel in aliis diœcesis Bracareñ. & exceptiones, quas contra ipsos duxerit proponendas, præcipit audiendas. Not. ar. quòd semel examinatus ampliùs examinari non debet, nisi de iis, quæ postea contingunt. Item qui dignus reputatur ad ordinem, dignus reputari debet ad beneficium. Item semel examinatus, iterum examinatur. Item per formam cõem poterit executor prouidere in maiori Ecclesia. Item quantumcunque absolutè scribatur, exceptiones legitimæ sunt admittendæ.

c ¶ *Exceptionem.*] No. quod qui ordinauit aliquem postea non potest ei irregularitatem aliquam vel crimen aliquod obiicere, nisi in ex causa superueniente [b]: sic nec elector contra electum. 8. q. 2. §. *dilectissimi. & est simile.* 4. d. *in ista. &* 4. q. 3. *si quis testibus. &* j. *de concess. praeben. cum super quaestione in fi. sic.* 28. d. *diaconus. &* j. *de cler. coniuga. diuersis fallaciis.*

b *Tex.* *est* l. si vxor. fi. ff. de adu. & ff. sol. ma. l. cum mulier.

¶ *Gl. seq. alleg. Summa concor. & duo cõtraria. alle. etiã duo iura similia p casũ cõuersũ. demũ quarit, ponit op. Io. & cõtrariũ soluit.*

d ¶ *Reputare.*] No. quod qui reputatur dignus in vna dignitate, si postea eligitur ad alteram, etiam tunc dignus dẽt reputari. de 74. d. *gesta. Arg. cõtra.* 12. d. *nos consuetudinẽ. &* s. *de elect. scriptũ est.* Econtra verò qui reputatus est indignus in vno officio, debet indignus haberi in alio *ff. de suspec. tu. l.* 3. §. *quars potest.* vbi dr, quod si aliquis malè se habuit in tutela, & deinde detur curator, tanquã suspectus remoueri debet. *C. de sus. . . arih. l. si aliquid lib.* 10. Item quid d ces, si aliquis irregularis vel criminosus toleratus est in officio sacerdotali: nunquid si talis eligitur ad dignitatem, potest excipi cõtra eũ ab illis, q eũ tolerauerũt in officio sacerdotali? Videtur quod nõ: quia qui eũ reputauerũt dignum ad ordinẽ, & ad beneficium reputabunt eũ dignũ. *arg.* j. *de accu. nulli.* j. *de sent. excom. in praesentia. & ff. de lib. causa. qui sciens.* sicut nec vir accusare potest mores vxoris, quos prius probauit [c] *ff. de adulter. l. si Vxor. in fin. hoc concedebat.* Io. sed lex officii. *sequens marito* potest inquirere de *testimonio*: talibus . . . q. 7. *quarem. de meretur. dum. ff. de postul. quos quemadmodum prohibet. & ff. de pet. dum. lam. her. l. Vlt. & ff. de adul.* l. 1. § *si publico. &* j. *de excep. exceptionẽ.* & quod superior debeat de his inquirere, habes expressè. s. *de elec. nihil est. & in c. Venerabilem.* Tñ quod dicit Ioan. quod illi qui tolerauerunt in sacerdotio ipsum, nõ pñt isti postea obiicere: nõ credo: quia licèt tolerassent eum in tali officio, propterea non debent tolerare eum in maiori, nunquid si eligatur in episcopum, vel in maiorem prælatum, non possunt ei obiicere aliquid? imo possunt: quia licèt sit dignus in minori, non tamen in maiori debet idoneus reputari. 12. d. *nos consuetudinem.* Et *arg.* s. *de elect.* scriptum est accusare ipsum possunt per c. prædictum, *leg. nulli.* Sed si promoueatur ad dignitatem, credo, quòd possunt contra illum excipere.

c *Sed bene improbat Ioan. And.*

† *Vide* l. si cui fundus. ff de fundo instruc. & l. il. cum illo. ff de suff.

¶ *Gloss. seq. litteram exponit, & notat aliquem sapius examinari. alle.* 3. *iura, & duo in contrarium, & soluit.*

e ¶ *Examinari.*] Intelligas tñ. quòd in eo casu permittitur episcopo examinatio siue exceptio, qñ non per se examinauit episcopus, sed per archidiaconum. *de offi. arch. ad hoc.* sic patet, quòd aliquis sæpe examinatur. j. *de prab. cum secundum Apostolum. &* 2. q. 5. *Mennam.* & 2. q. 1. *nemum. Arg. contra.* j. *de of. l. licet.* & *ff. man. cau. ita. l. licet.* Sed videtur, quòd tantummodo debeant examinari de iis, quæ postea contigerint. *arg.* s. *eo. c.* 1. immò bene debet eam examinari, ne indigni promoueantur, & negligentia prioris examinatoris non debet impedire, quo minus quæratur, an dignus sit. & ad hoc tenetur superior. s. *de elect. nihil est. & c. Venerabilem.*

Examinatus iterum examinat.

f ¶ *In forma communi.*] j. *de praben. cum secundum apostolum.*

¶ *Glo. seq. not. quarit, & soluit.*

g ¶ *In maiori Ecclesia.*] Not. quòd per formã comunẽ, qua mãditur alicui, vt prouideat alicui in aliqua Ecclesiarum ciuitatis vel diœcesis, & põt prouidere in Ecclesia cathedrali: vt bene patet hic, & j. *de praben. pro illorum. & c. cum secundum Apostolum.* sed per formam illam non posset prouidere in aliqua prælatura. j. *de praben. cap. Vltimo.* quia ad prælaturas non extenditur intentio mandatoris. Sed quid si dicatur tñ Prouideas tali in aliqua Ecclesia diœc Bonon. nũquid potest prouidere in aliqua Ecclesia ciuitatis? Vel si dicatur in aliqua Ecclesia ciuitatis Bonoñ. nunquid in Ecclesia diœcesis? Dicas quòd non: quia per clausulam illam [in aliqua Ecclesia diœc. Bonon.] non comprehenduntur Ecclesiæ ciuitatis: vel econuerso. s. *de rescri. Rodulphus.*

h ¶ *Exceptiones.*] Quantumcunque Papa precise scribat, exceptiones

nes legitimæ admittendæ sunt. ȷ *de offi. dele. ex parte.* 1. nisi dicatur, quòd nullæ debeant admitti, quod nunquam de facili dicit: vt ibidem. sed si commerentur non obstante tali & talibus exceptionibus, tunc illæ non sunt admittendæ. *arg. ff. si quis cau. sed & si § quæsitum.*

CVm sit ars artiũ.] Pertinet ad titulũ de qualitate, & diuisio per se patet. Secundarii bi. *Quæsitum.*

† *Lateranensi c. 27.*

CASVS. Præcipit Papa, vt Episcopi diligenter instruant & informent illos, quos promouent ad sacerdotium per se vel per alios viros idoneos super diuinis officiis, & ecclesiasticis sacramentis: quòd si de cætero rudes & ignaros promouerint, & ordinatores & ordinati grauiter punientur: quoniam melius est paucos bonos, quàm multos malos habere ministros. Hoc vltimum verbum notandum est.

† Cap. 4. tit. de qual. ordi. in 4. compil.

a ¶ *Ars artium.*] Bene dicit: Quia animæ sunt pretiosiores omnibus aliis rebus & corporibus. 12. q. 1. *præcipimus.* & 24. q. 3. *si habes.* & ȷ. *de pæni. & remiss. omnis vtriusque sexus. in fi.*

† *Satius.*
† *Sanius.*

b ¶ *Per alios.*] Per clericos suos de latere suo mihi 5. 24 *de quando.*

† *Matth. 15.*
† *Vide* [illegible] d. os. cum gl. ff. de vul. & pup. substit.

c ¶ *Deprehendi.*] Not. quòd eo ipso quòd ordinatus apparet indignus, & ordinans similiter: vt 81. d. *tantis Daniel. in fi.* nec enim potest ignorare prælatus vitiũ subditi. ȷ. *de re iu. quãuis. arg.* ȷ. *de elect. innotuit.* . *de rejctm. Send. quisquis.* & ff. *loca. sed addes.* § 1 & ff. *de edil. edic. l. 1. § causa.* sed hoc est verum, cum eos examinat per se secus si per alios. 24. *de quando* & ȷ. *de offi. archi. ad hæc.*

† *Aliàs Bermen.*

† *Aliàs: Calaniten.*

a *Si locans Vasa vitiosa & Vinum effluxerit, teneor: nec me excusat ignorantia. Io. And.*

d ¶ *Malos.*] Simile 23. *d. tales.* & dicit lex: Melius est pauca idoneè effundere, quã multis inutilibus homines prægrauari. *C. de Vete. iur. enu. tanta. § contrarium.* & melius est pauca agere cautè, quàm multis periculo se interesse *in Auth. de tabel. circa medium consti. coll.* 4. Et est ar. contra illos, qui multa inutilia allegant. *de conse. d. 5. non mediocriter.* & 24. q. 1. *odor.* & *trecces* b: quia multitudo onerosa nihil habet honesti *in Auth. de referenda. ad p. coll.* 1.

¶ Idem in concilio generali. †

¶ *Minus idoneus in sacerdotē promoueri, vel ad regimen animarum assumi non debet.*

CAP. IV.

CVm † sit ars artium[a] regimen animarum, districtè præcipimus, vt Episcopi promouendos in sacerdotes diligenter instruant & informent, vel per seipsos, vel per alios[b] idoneos viros super diuinis officiis, & Ecclesiasticis sacramentis, qualiter ea ritè valeant celebrare. ¶ Quoniam si de cætero rudes, & ignaros ordinare præsumpserint, quod quidem facile poterit deprehendi[c], & ordinatores, & ordinatos vltioni graui decernimus subiacere. Sanctius † enim est (maximè in ordinatione sacerdotum) paucos bonos, quàm multos malos[d] habere ministros: quia si cæcus cæcum † ducit, ambo in foueam dilabuntur.

¶ Honorius iij. Capitulo Bremen. †

¶ *Defectus scientiæ deiicit iam promotum.*

CAP. XV.

QVamuis multa proposita fuerint contra Episcopum Calanensem †, quia tamen confessus[e] est coram nobis se nunquam de Grammatica didicisse, nec etiam legisse Donatum[f]: & per euidentiam facti vsque adeò de illiteratura & insufficientia sua constat, quòd contra Deum esset, & canonicas sanctiones, tantum in Episcopo tolerare defectum[g] ipsum à pontificalis officij executione, & ab administratione Calinen. Ecclesiæ penitus duximus amouendum.

b *Concor. l. 1. § pen. ff. quòd cuiusque vni. & l. eleganter. § seruum. ff. de do.*

QVamuis.] Facit *ad rub. de qualitate:* & non diuiditur.

CASVS. Quidam electus fuit in Episcopum Calinen. & consecratus. postmodum coram Papa multa fuerunt proposita contra ipsum, vt tanquam indignus amoueretur. ipse tñ fuit cōfessus coram Papa, quòd nunquam audiuit Grammaticam, nec etiam legit Donatum: & quia per euidentiam facti constitit adeo de ipsius illiteratura, quòd contra Deum esset tñ in Episcopo sustinere defectum, ipsum remouit ab executione pontificalis officij, & ab administratione Ecclesiæ Calinen. Not. quòd propter defectum scientiæ remouetur quis ab Episcopatu. multo fortius debet repelli ab obtinendo.

c *Oui. lib. 1. de Tristibus.* Quid mihi e ¶ *Confessus.*] Et ideo pro conuicto debet haberi. ȷ. *de confes. cũ* [illegible] nemo nouit, *super.* & c. *Nos.* & c. *de confes. l. vnica.*

f ¶ *Donatum.*] Et ideo Grammaticam populo exponere nõ valere potest. [illegible] vnde in hoc reprehendi non potuit sicut ille. 86. *d. cum multa.* vbi reprehenditur, quia Grammaticam populo exponebat.

Io. And.

g ¶ *Defectum.*] Tria enim præcipuè requiruntur in Epo litteratura, scientia ætatis maturitas, & grauitas morum: adde & quartũ, quòd sit de legitimo matrimonio na. ȷ. *de elec. cũ in cunctis.* & ȷ. *a. ca te.*

Qualia in Episcopo requirantur.

Defectus scientiæ sufficit ad cedendũ. ȷ. *de renunc. nisi cum pridē.* § *pro defectu.* competens tñ scientia in epo toleratur. ȷ. *de elect. cum nobis olim.* & c. *prædicto, nisi cũ pridem.* § *pro defectu.* ignominiosum enim est epo, cùm ipse deberet alios docere, si tunc quęrat ab aliis edoceri. *in Authen. de san. Epis.* § *damus. coll. 9.* & 1. q. 7. *conuenientibus,* & 1. q. 1. *vilissimus.* & qui doctior est & sanctior eligendus est. 8. q. 1. *licet ergo.* & talis debet eligi, cuius comparatione cæteri, grex dicantur. 25 *d. c. vnum orarium.* § *nemine autem criminis.*

TITVLVS XV.

De sacra vnctione.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Ecclesia Græcorũ in ordinationibus, & consecrationibus seruare debet vnctiones, quas seruat Ecclesia Romana, Episcopus autem cum consecratur inungitur chrismate in capite, & manibus: quod si fuerit prætermissum, per tres Episcopos est supplendum.*

CAP. I.

CVm † venisset ad Apostolicam sedem Bracarensis † Episcopus, qui in consecratione sua sacram non acceperat vnctionem, quoniã apud vos[h] non consueuerunt pontifices, cùm consecrantur, inungi. Nos, quod illi defuerat, mandauimus in ipso suppleri[i]: facientes caput eius & manus per Alban. Episcopum (assistentibus[k] ei duobus Episcopis, secundùm morem Ecclesiasticum) sacro chrismate deliniri & *infrà.*

¶ Scire te volumus duas esse species vnctionis: exteriorem, quæ materialis est & visibilis: & interiorem quæ spiritualis

DE SACRA vnctione.

¶ *Quia ex ordinandis & præficiendis aliqui inunguntur, vise de illis, de sacra vnctione videndum. Ioan. And.*

De hac materia tractatur. 93. d. & 95. per totum.

De secunda parte rubrica tractatur. 64. & 75. d. per totum.

CVm venisset.] Diuiditur in duas partes principales. In prima instituit Ecclesiam Græcorũ circa materiã vnctionũ. Secundo respondet ad quæstionẽ principalẽ. Secunda ibi. *Licet.* Et prima potest subdiuidi in tres principales. Secunda ibi, *Scire.* Tertia ibi, *Mittentes.* Et in hac prima parte dicit se fecisse per tres epos suppleri, quod huic epo deerat. Io. And.

CASVS. Quidam epus Græcus ad Apostolicã sedē accedēs, cōfessus fuit dño Papę quòd in cōsecratione sua sacrã nō acceperat vnctionem, vnde Papa, quòd illi defuerat, in eo fecit suppleri. scribit ergo Papa super hoc Constantinop. patriarchæ, ostendens, quòd duæ sunt species vnctionis: exterior, & interior. Exteriore inungitur corpus, interiore cor. & vngitur quis oleo & chrismate, [illegible] parte epus inũgitur in capite & princeps in humero & quilibet fidelis inũgitur in scapulis & pectore oleo sancto in baptismo & post baptismũ inũgitur chrismate in vertice & fronte. & ostēdit, quid significant ista & a quibus dñt conferri. Dicit etiam, quod consecratur altare & calix, exemplo beati Siluestri, & auctoritate Domini, qui præcepit Moysi, vt faceret oleum vnctionis, de quo gereretur tabernaculum. Dicit etiam, quòd sacramentum vnctionis, aliud significat in nouo testam. quàm in veteri. vñ non sunt danat Ecclesia vnctionis celebrans sacramenta: sicut quidam mētiuntur, qui diuinas non intelligunt scripturas. in fine dicit, quòd Romanus Pontifex non vtitur baculo pastorali propter historiã, tum propter mysticam rōnem. alie tñ patriarchæ epi vtuntur baculo ad similitudinem aliorum pontificum Bernardus. Not. quòd per sacramentum [illegible] infunditur gratia. Item non [illegible] decretalis de consecratione eporum & regum, & sacerdotum, qualiter consecrantur & inunguntur quo & in quibus membris, & de qua vnctione quilibet eorum inungitur, & de significatione vnctionum. Item not. quòd simplex sacerdos dicitur episcopus.

h ¶ *Apud vos.*] i. apud Græcos. scribit enim patriarchæ Constantino.

i ¶ *Suppleri.*] Vt 1 q. 1. c. *Spiritus sanctus.* § *ex e qui ab hæreticis.* ergo cautè supplendum est, quod incautè prætermissum fuerat. ȷ. *de sacr. non ite.* c. 1 & vlt. vnde non dicitur iteratum, quod superest adiugendum. C. *ad Syllan. l. si.* & 7. q. 1. *nihil.*

k ¶ *Assistentibus ei duobus*] Quia in cōsecratione eporũ ad minus tres epi debent esse, 66. d. *c. porro* & ȷ. *de tempo. or. si archiepi.*

¶ *Inun-*

† Cap. vnic. c. tit. in 1. compilat.
† *Bramēbē.*
† *Latraben.*
† *Bramerbē.*
† *Bratulen.*

Sed fortassis legendum: Brādenbarē. aut etiam hic de quodam Episcopo Græco. Vt notat Constan. Bracarensis autem episcopum in Hispania est.

d *Hic casus Bernar. est. & in antiquis codicib. reperitur.*

e *Forte in legatione patriarchæ Constantinopol. quærentis, an posset Græcus baculo pastorali: cum Romanus Pontifex non vtatur. Vt patet infra. Ioan. And.*

est & inuisibilis, Exteriori visibiliter inungitur corpus, interiori inuisibiliter inungitur cor[a].

¶ De prima Iacobus Apostolus ait: [infirmatur[b] quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum.] De secunda Ioannes Apostolus ait: Vos vnctionem[c], quam accepistis ab eo, maneat in vobis: & non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus †.] Vnctio visibilis & exterior, signum est interioris & inuisibilis vnctionis: Vnctio verò inuisibilis & interior, nō solùm est signū, sed etiam sacramentū[d]: quia si dignè sumitur, vel agit[e] vel auget[f] absque dubio, quod designat.

¶ Ad exhibendum autem exteriorem & visibilem vnctionem, benedicitur oleum, quod dicitur cathecumenorum vel infirmorum: & conficitur chrisma, quod ex oleo sit, & balsamo, mystica[g] ratione. Per oleum enim nitor conscientiæ designatur: iuxta quod legitur[h]: [Prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.] Per balsamum odor famæ exprimitur: propter quod dicitur:[k] [Sicut balsamum aromatizans, odorem dedi.] Hoc ergo chrismate vngi debet Episcopus, non tam in corpore, quàm in corde: vt & interiùs nitorem conscientiæ, quantùm ad Deum; & exteriùs habeat odorem famæ, quoad primum[k]. De nitore conscientiæ dicit Apostolus: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ: nam omnis gloria filiæ regis ab intus[l]. Deo odore famæ idem Apostolus ait: [Christi bonus odor[m] sumus in omni loco, & aliis sumus odor vitæ[n] in vitam, aliis odor mortis[o] in mortem. Debet enim Episcopus bonum habere testimonium, & ab iis, qui sunt intus, & ab iis, qui sunt foris[p], vt cortina[q] cortinam trahat: & qui audit, dicat, veni. Hoc vnguento caput & manus Episcopi consecrantur. Per caput enim mens intelligitur, iuxta illud[r]: [Vnge caput tuum, & faciem tuam laua.] Per manus opera intelliguntur †, iuxta illud: Manus meæ distillauerunt myrram.] Manus igitur vngitur † oleo pietatis, vt Episcopus operetur bonum ad omnes, maximè autem domesticos fidei.

Caput autem vngitur balsamo charitatis, vt Episcopus diligat Deum ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima & proximum suum sicut seipsum[f]. Caput inungitur: propter auctoritatem & dignitatem: & manus propter ministerium & officium. Caput inungitur, vt ostendatur illius[t] repræsentare personam, de quo dicitur per Prophetam: Sicut vnguentum in capite eius, &c.] Caput enim viri[u], Christus, caput Christi, Deus, qui de se dicit: [Spiritus Domini super me eo, quod vnxit me, euangelizare † pauperibus misit me.] Manus Episcopo inungūtur, vt ostendatur accipere potestatem benedicendi & consecrandi. Vnde cùm eas consecrator inungit: Consecrare,[x] (inquit) & sanctificare digneris Domine manus istas, per istam vnctionem, & per nostram benedictionem, vt quecunque consecrauerint, consecrentur, & quæcunq; benedixerint, benedicantur in nomine Domini.

¶ Tractat de vnctione Regum, & de differentiis in vnctione inter Reges, & Pontifices. Pan.

¶ Vnde in veteri testamento non solùm vngebatur sacerdos, sed etiam Rex & Propheta: sicut in libro Regum Dominus percepit Heliæ: [Vade & reuertere in domum † tuam per desertum in Damascum, cumque perueneris illuc, vnges Hazael Regem super Syriam: & Iehu filium Namsi vnges Regem super Israel. Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abel, Meula vnges prophetam pro te.] Sed vbi[y] † Iesus Nazarenus (quem vnxit[z] Deus spiritu Sancto, sicut in Actibus Apostolorum legitur) vnctus est oleo pietatis † præ consortibus suis, qui secundum Apostolum est caput Ecclesiæ, quæ est corpus ipsius, principis vnctio à capite ad brachium est translata, vt Princeps ex tunc[a] non vngatur in capite, sed in brachio, siue humero, vel in armo, in quibus Principatus congruè designatur, iuxta illud, quod legitur: [Factus est principatus super humerum eius, &c.] Ad quod etiam significandum Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locum in capite ante eos, qui fuerant inuitati. In capite verò Pontificis sacramentalis est delibutio † conseruata, quia personam[b] capitis in pontificali officio repræsentat. Refert autem inter Pontificis & Principis vnctionem, quia caput Pontificis chrismate consecratur, brachium verò Principis oleo delinitur, vt ostendatur, quanta sit differentia[c] inter auctoritatem Pontificis & Principis potestatem.

¶ Tractat de Christianorum omnium vnctione.

¶ Quia verò Christus fecit nos in sanguine suo Deo nostro

---

a ¶ *Inungitur cor.*] Immo anima, sed hoc ideo dicit, quia anima sedem habet in corde principaliter: vel potiùs quia non fructificat vnctio in anima, nisi ex corde & voluntate procedat. Vincen.

b ¶ *Infirmatur*] 95. *d. c. presbyteros.* §. *sed istud.*

c ¶ *Vnctionem.*] i. vnctio. figura est antiptosis, cum casus ponitur pro casu sim. 25. *d. c. Vlt. & 65. d. 1. Vers. omnis sanctificatio.* i. omne sanctificatum. & j. *de iudi. c. 1. Vers. quem* id est, qui.

d ¶ *Sacramentum.*] Simile de conse. *d.* 4. *c.* 1. & j. *de celebr. missa. cum Matha.* §. *ex eod. in fin.*

e ¶ *Agit.*] s. salutem.

f ¶ *Auget.*] Iuxta illud: *Super ægros manus imponent, & bene habebūt.* & vere auget sicut cōfirmatio. j. *eo. c. Vers. quia per eam Spiritus sanctus ad augmētū datur, & robur* &c.

g ¶ *Mystica ratione.*] Prout statim sequitur.

h ¶ *Legitur.*] In euangelio sancti Matthæi.

i ¶ *Dicitur.*] In lib. Sapientiæ.

k ¶ *Quoad proximū.*] Ista duo necessaria sūt 12. *q. 1. nolo. & 11. q. 3. nō sunt audiendi.*

l ¶ *Ab intus.*] Procedit, supple, vnctio.

m ¶ *Bonus odor.*] Id est exemplum & imitatio Apostolorū: quoniam Apostoli per prædicationem & famam inuitabant homines ad salutem. verba ista habes. 23. *q.* 4. *Nabuchodonosor.* & dicitur bonus odor prædicatio bonorum, quam quidam ex charitate suscipiunt: & inde isti in anima viuunt: vnde dicit: *Aliis sumus odor vitæ in vitam,* s. æternam. Alij vilipendunt & contemnunt prædicationem bonorum, & isti de tali contemptu mortem incurrunt animæ: vnde dicitur: *Aliis sumus odor mortis in mortem,* scilicet æternam. & ita ex eodem bono odore alij saluantur, & alij pereunt.

n ¶ *Vita.*] i. dilectionis & bonæ opinionis ducentis eos in vitam, scilicet æternam.

o ¶ *Mortis.*] i. inuidiæ, & malæ opinionis, ducentis eos in mortem. s. æternam.

p ¶ *Foris.* Simile. 8. q. 1. *licet ergo.* & 63. *d. plebs Dictrensis.* & *c. nosse* & *c. Vota ciuiū.* & *c. Vlt.* & *de conse. d.* 1 *iubemus.*

q ¶ *Vt cortina cortinā trahat.*] Id est, vt fidelis trahat infidelem. 28. q. 1. *iam nunc.*

r ¶ *Iuxta illud.*] Euangelij. Vel dic, iuxta illud in canticis canticorum.

s ¶ *Sicut seipsum.*] Id est ad id quod s. ipsum. hoc aduerbium, *sicut,* non est similitudinem: quia ordinata charitas prius debet incipere a seipso. 2. q. 5. *si non licet.* vnde primò debet quis facere eleemosynam sibi, deinde proximo. *de pæn. d.* 3 *sane cauendū. C. de seru. pu. fes.*

t ¶ *Illius.*] s. Christi.

u ¶ *Caput enim viri.*] 33 q. 5. *cum caput.*

x ¶ *Consecrare inquit.*] Hæc benedictio dicitur ab Episcopo, dum consecrat manus presbyterorum: & sic communis est hæc benedictio Episcoporum & presbyterorum. 16. q. 1. *c. generaliter.* §. *ecce.*

y ¶ *Vbi*] Id est, postquam.

z ¶ *Vnxit.*] Mystica fuit & inuisibilis vnctio Christi: quia nec[b] in regem nec in sacerdotem fuit vnctus: vt 2. q. 7. c. *testes.* §. *his ita respondetur.*

a ¶ *Ex tunc.*] Id est, ex tempore Christi.

b ¶ *Personam capitis*] Id est, Christi, qui est caput Ecclesiæ.

c ¶ *Differentia.*] Quod hic citatur. 3. Re. c. 19.

Iac. 5.

a Concor. l. rex. cum gl. in l. si quis Titio. ff. de leg. 2.

2. Io. 2.

† In multis impressis adducūtur hæc duo verba: *ita faciatis. Sed male, nec sunt in manuscriptis.*

Mat. 25.

Eccle. 24.

2. Cor. 1.

1. ad Ti. 3.

Matt. 6.

† designatur.

Cant. 5.

† vngantur.

d Psal. 32. 1. Cor. 11. 2 ne. 4.

Sicut non semper est sicutissimū, id est, nō dicit omnimodam similitudinem.

† *Alias ita: ad euangelizandum.*

b *Scilicet ea vnctione, qua alij reges, vel sacerdotes visibiliter vngebantur. & ita videtur loqui Gratianus.*

† *ibi Syria habetur.*

† *Alias ita: Sed vbi Iesus venit Nazarenus &c.*

Act. 10. Ephe. 1. Col. 1.

† *Dictio Pietatis, deest in antiquis.*

Esa. 9. 1. Reg. 9.

† *In vno solo manuscr. erat delinitio: sed recentib. literis; in cæteris, delibutio.*

noſtro regnum & ſacerdotes, (propter quod Petrus † Apoſtolus ait: Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotiũ:ideirco in nouo teſtamento non ſolum Reges & ſacerdotes vnguntur, ſed etiam omnes Chriſtiani: bis ante baptiſmũ, ſcilicet oleo benedicto: primum in pectore, deinde inter ſcapulas: & bis poſt baptiſmum, ſcilicet chriſmate ſancto: primũ in vertice, demùm in fronte [a]. In pectore [b] nam, ut baptizandus inũgitur: vt per ſancti Spiritus donum abiiciat errorem & ignorãtiam, & ſuſcipiat fidem rectam: quia iuſtus ex fide viuit. Inter ſcapulas, vt per Spiritus ſancti gratiam excutiat negligentiam & torporem, & bonam operationem exerceat: quia fides ſine operibus mortua eſt, vt per fidei ſacramentum, ſit munditia cogitationum in pectore, & per operis exercitium ſit fortitudo laborum. In ſcapulis, quatenus fides per dilectionem, ſecundùm Apoſtolũ operetur. In vertice verò baptizatus inungitur: vt ſit paratus omni petenti de fide reddere [c] rationem, quia per caput intelligitur mẽs, iuxta quod legitur: Oculi ſapientis in capite eius cuius ſuperior pars eſt ratio, & inferior eſt ſenſualitas. Vnde bene per verticem, quæ eſt ſuperior pars capitis, intelligitur ratio, quæ eſt ſuperior pars mentis. In fronte vngitur baptizatus, vt liberè confiteatur, quod credit: quia corde creditur ad iuſtitiam, ore verò fit confeſſio ad ſalutem: memor eius quod Dominus ait: [Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, &c.] Ante baptiſmum ergo vngitur oleo benedicto, & poſt baptiſmum chriſmate ſancto: quia chriſma ſoli competit Chriſtiano: Chriſtus † enim à chriſmate dicitur, vel potiùs à Chriſto dicitur chriſma: non ſecundùm nominis formam, ſed ſecundùm fidei rationem. A Chriſto † verò Chriſtiani dicuntur, tanquam vncti deriuentur ab vncto: vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomen oleum eſt effuſum.

¶ Tractat de vnctione chriſmatis poſt baptiſmum, quæ dicitur confirmatio.

¶ Per frontis chriſmationẽ, manus impoſitio deſignatur, quæ alio nomine dicitur Confirmatio, quia per eam Spiritus ſanctus ad augumentum datur & robur: vnde cum cæteras vnctiones ſimplex [d] ſacerdos, vel presbyter valeat exhibere, hanc [e] non niſi ſummus ſacerdos [f], id eſt Epiſcopus, † debet conferre: quia de ſolis Apoſtolis legitur (quorum vicarij [g] ſunt Epiſcopi) quòd per manus impoſitionem Spiritum ſanctum dabant: quemadmodum actuum Apoſtolorum lectio manifeſtat: [Cùm audiſſent (inquit) Apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quia recepiſſet Samaria verbum Dei miſerunt ad eos Petrum & Ioannem: qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent Spiritum ſanctum, nondum enim in quendam illorum venerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Domini Ieſu: tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum:] cuius aduentus per vnctionis miniſterium deſignatur, quia columba in qua [h] Spiritus ſanctus ſuper Chriſtum in baptiſmo deſcendit, ad veſperum in cataclyſmo † [i] reuertens [k] ramum retulit virentis oliuæ, cuius vtique ſacramentum Dauid propheta prænoſcens, exhilarandam faciem in oleo prædicauit.

¶ Tractat de conſecratione altaris. Abbas.

¶ Vngitur præterea ſecundùm Eccleſiaſticum morem, cùm conſecratur altare, cùm dedicatur templum, cùm benedicitur calix, non ſolùm ex mandato legis diuinæ, verùm etiam exemplo beati Silueſtri, qui cùm conſecrabat altare, illud chriſmate perungebat. præcepit enim Dominus Moyſi, vt faceret oleũ vnctionis, de quo vngeret teſtimonij tabernaculum, & arcam teſtamenti, menſamque cum vaſis.

¶ Verùm vnctionis ſacramentum aliud † quidem [l] efficit, & figurat, tam in nouo, quàm in veteri teſtamento. vnde non iudaizat Eccleſiam, cum vnctionis celebrat ſacramentum, ſicut antiqui mentiuntur, qui neque ſcripturas, neque Dei nouere virtutem. ¶ Monemus igitur, vt illum in ordinandis presbyteris, & conſecrandis Epiſcopis morem ſerues: & facias obſeruari, quem Apoſtolica ſedes obſeruat: *& infra*. ¶ Licèt † Romanus Pontifex non vtatur baculo † Paſtorali [m], tum propter hiſtoriam [n], tum propter myſticam [o] rationem: tu tamen ad ſimilitudinem aliorum pontificum poteris eo vti.

TITVLVS XVI.

De ſacramentis † non iterandis.

¶ Innocentius tertius.

¶ In ordinato in Subdiaconum ſine manuum impoſitione, & confirmato non chriſmatis, ſed olei vnctione, non iteratio, ſed ſupplebitur prætermiſſum.

Apoc. 1. 1. Petr. 2.

† Vox, Petrus deeſt in omnibus manuſcriptis.

oſtenditur. 66. *duo ſunt. & j. de maiorit. & obed. ſoliſte.*

a ¶ *In fronte.*] Vt de *conſec. d. 5. de his. & c. nouiſsime & c. manus*, in quibus habetur ſignificatio iſtarum vnctionum.

b ¶ *In pectore.*] *De cõſecra. d. 4. deinde. & c. presbyteri.*

c ¶ *Reddere rationẽ.*] Vt 36. *d. c. qui eccleſiaſticos. §. ecce. ad fi.*

d ¶ *Simplex ſacerdos.*] *De conſec. d. 4. presbyteri.*

a Vide concilium Trident. ſeſſ. 7. de confir. can. 3.

e *Hanc.*] ſ. [a] confirmationem in fronte ſoli Epiſcopi conferunt. ſ. *de conſec. quanto.* vbi de hoc. arg. contra. 95. *d. peruenit.* vbi presbyteri chriſmabant in fronte. Sol. illud conceſſit Greg. diſpenſatiuè ad tempus propter ſcandalum, ibi expreſsè patet: aliàs ſacerdos nihil conferret: vt *in c. quanto.*

Heb. 10. Abbac. 1.

Iac. 2.

f ¶ *Summus ſacerdos.*] 1. Epiſcopus. 2. q. 7. *accuſatio.*

g ¶ *Vicarij.*] 68. *d. quorum vices.*

h ¶ *In qua.*] Simplex relatio eſt hic ſicut ibi, mulier ſaluauit, quæ damnauit, quũ alia ſuit columba, quæ detulit ramum oliuæ in arca Noe, & alia quæ deſcendit ſuper Chriſtũ, dum baptizaretur.

Gal. 5.

b Hæ duæ gloſſulæ non ſunt Ber. nec ſunt in antiquis libris.

i ¶ *In cataclyſmo.*] Id [b] eſt, in generali diluuio ſiue tempore diluuij.

k ¶ *Reuertens.*] Ad arcam Noe.

Eccle. 2.

l ¶ *Aliud quidem.*] Et ſic colligitur hic, quòd alium ordinem habuit in ſubſtantia olim Leuita, & alium hodie: aliàs videretur etiã Eccleſia iudaizare in idẽtitate.

m ¶ *Paſtorali.*] *De cõſe. d. 1. nullus Epiſcopus. & 45. d. diſciplina.* Bernardus.

Rom. 10.

n ¶ *Propter hiſtoriam.*] Martialis vnus de diſcipulis Petri, quem poſuit Dominus inter diſcipulos cum dixit: *Niſi efficiamini ſicut paruulus iſte, non intrabitis in regnum cœlorũ, &c.* quem poſtea Petrus cum alio. ſ. Matthæo ad prædicandum miſit in Germaniam, qui cum iret, mortuus eſt, & rediit collega ad Petrum, & Petrus ait: *Accipe baculum, & tãgens eum, dic, Vt in nomine Domini ſurgat, & prædicet.* & fuit. xl. die à tempore mortis tetigit eũ & reſurrexit, & prædicauit: & ita Petrus remouit à ſe baculum, & dedit ſubditis. D. ſignatur [c] aũt per baculum cauſæ his verſibus cõprehenduntur.

Matt. 10. & Mar. 8.

† Hoc tradit B. Auguſtinus tractatu 33. ſuper Ioãnem.

† Vide B. Aug. tract. 113. ſuperio.

In baculi forma, Præſul datur hæc tibi norma.

Attrahe per primum, medio rege, punge per imum.

Attrahe peccantes, rege iuſtos: pũge vagantes:

Attrahe, ſuſtenta, ſtimula, vaga, morbida, lenta. Vincentius.

o ¶ *Myſticã rationẽ.*] Quia baculus habet in ſummitate recuruationem, quaſi ad trahendum quod non eſt neceſſariũ Romano Põtifici: quia nullus ab illo diuertere poteſt finaliter: [d] quia Eccleſia non poteſt eſſe nulla. 24. q. 1. *pudenda. in fin.* Vel quia per baculum deſignatur correctio ſiue caſtigatio, ideo alij pontifices recipiunt à ſuis ſuperioribus baculos: quia ab homine [e] poteſtatem recipiunt. Romanus Pontifex nõ vtitur baculo: quia poteſtatem à ſolo Deo recipit.

DE SACRAMENTIS non iterandis.

¶ *Dicto de ſacramento vnctionis: quia ſũt quædam ſacramenta, quæ non iterantur, ne per iterationem fiat iniuria ſacramento prius collato: ideo, &c. Qualiter autem dicatur iniuria fieri ſacramento,* vide glo. de apoſt. c. 1. de conſec. d. 4. oſtenditur. *Vel quia in ſacramentis, quæ iterantur, ſi vnctio fiat in eis, iteratur vnctio, aliàs non ideo, &c.*

De hac materia habetur. 68. d. Eccleſias. §. qđ ergo. cũ ſeq. 1. q. 7. ſaluberrimum. in fi. de cõſec. d. 4. quib[9]. &c. Io. ã. And.

c Vide pro intelligentia huius gloſſæ Innocentium lib. 1. myſt. miſſę. c. 62.

† Epiſcopus enim ordinarius miniſter eſt huius ſacramenti. Concilium Trident. ſeſſ. 7. de confirmat. can. 3.

Act. 8.

Matt. 4. Mar. 1. Luc. 3.

d *Puto gloſſam reſpexiſſe ad illud Euangely. Et erit vnus paſtor, & vnum ouile.*

e *Et recuruatio deſignat eum, qui non benè rexerit, ab eo qui dedit baculum retornandum, id eſt, remouendum: quod in Romano Pontifice locum non habet.* Io. And.

† Vide notas huius cap.

Gen. 8.

Pſal. 108.

Exod. 30.

† In C. Barbaria ita: aliud quidem efficit, & aliud figurat. tam. &c.

† Et licet.

† Vide notas huius. cap. vbi cauſam trado.

† In quibuſdam codicibus magis vetuſtis ita: De ſacramentis iterandis, vel nõ. Vnus ſic. Ita: De ſacramentis iterãdis, vel nõ iterãdis.

P ſtoralis

Pastoralis.] Duæ sunt partes. Secunda ibi: *Ad quod.* Et prima subdiuiditur. Secunda ibi: [illegible] Caus. Quidam fuit promotus ad ordinem subdiaconatus sine manuum impositione [illegible] quæritur, an permitti debeat ministrare in tali ordine. Item quidam fuit per errorem vnctus oleo, cum deberet vngi [illegible]. Continuatio quæritur, vtrum sacramentum confirmationis debeat iterari? Respondet Papa, quod in talibus non est aliquid iterandum, sed supplendum quod incaute fuerat prætermissum. Not. quod non debent iterari quod prius factum non fuit. Item quæ omittuntur in ordinibus conferendis, suppleri debent. [illegible]

CAP. I.

Pastoralis †: *& infra.* ¶ Præterea nos consulere voluisti, an permitti[a] debeat ministrare qui sine impositione[b] manuum fuerit ad ordinem † subdiaconatus † assumptus. ¶ Et si in confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non chrismate, sed oleo delinitus. ¶ Ad quod breuiter duximus respondendum, quod in talibus non est aliquid iterandum[c], sed caute supplendum[d], quod incaute fuerat prætermissum.

¶ H[illegible] Archiepiscopo London. † [illegible] eius Suffraganeis.

¶ *Prohibet sepultos à Schismaticis exhumari, vestimenta, cum quibus celebrarunt, iterum benedici, & altaria, in quibus celebrarunt, iterum consecrari.*

CAP. II.

A Nobis humiliter quæsiuisti, quid sit fieri debeat de mortuorum corporibus, qui tempore schismatici, & reprobi VValdemarij à Schismaticis sunt sepulti †: & de indumentis sacerdotalibus, in quibus: necnon de altaribus, in quibus degradati Presbyteri celebrarunt. ¶ Nos autem inquisitioni vestræ breuiter respondemus, quod non credimus ob hoc duntaxat sepultos huiusmodi exhumandos[e]: aut debere indumenta talia iterum benedici[f]: vel reconsecrari altaria[g] supradicta.

¶ Gregor. ix. Archiepiscopo Londoñ. †

¶ *Si in ordinatione Presbyteri, vel diaconi manus impositio fuerit prætermissa, statutis temporibus supplebitur.*

CAP. III.

PResbyter, & Diaconus cùm ordinantur[h], manus impositionem[i] tactu corporali (ritu ab Apostolis[k] introducto) recipiunt. [illegible] omissum fuerit, non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad huiusmodi ordines conferendos, caute supplendum[l], quod per errorem extitit prætermissum †. Suspensio[m] † autem manuum, debet fieri, cum oratio super caput effunditur ordinandi.

TITVLVS XVII.

De † filiis Presbyterorum ordinandis, vel non.

¶ Ex concilio Pictau.

¶ *Illegitimus non ordinatur, nisi vt religiosus fiat: nec tunc præficitur, [illegible] ad prælaturam non habilitatur.*

a ¶ *Permitti.*] [illegible] non videtur respondere [illegible] supplendum [illegible] ministrare [illegible]

b ¶ *Impositione.*] [illegible]

c ¶ *Iterandum.*] Et sacramentum non debet iterari. de sacramento [illegible]

d ¶ *Supplendum.*] [illegible]

A Nobis.] [illegible] partes [illegible] Caus. Quædam corpora à Schismaticis sepulta sunt [illegible] Vvaldemarij [illegible] vtrum debeant exhumari. Item quidam presbyteri degradati celebrauerunt cum indumentis sacerdotalibus super altaribus: quæritur, vtrum altaria debeant reconsecrari, & vestes benedici? Respond. Papa, quod corpora defunctorum [illegible] non sunt exhumanda, nec vestes benedicendæ, nec altaria supradicta reconsecranda. [illegible]

e ¶ *Exhumandos.*] Propter hoc corpora exhumari non debent [illegible]

f ¶ *Benedici.*] Indumenta propterea iterum benedici non debent, ex quo semel consecrata sunt. [illegible] vestimenta propterea non polluuntur.

g ¶ *Altaria.*] Iterum propter hoc reconsecrari non debent [illegible] quia propter hoc non sunt execrata, sicut nec Ecclesia, nisi polluatur sanguine, de cons. [illegible]

[illegible] *Ecclesia.*

¶ *Glossa sequens recitetur per obiectionem.*

a ¶ *Ingenuitatis.*] impropriè tenetur illud verbum: Quia ingenuus est, qui, statim cum nascitur, liber est. *in l. 1. de inge. in prin.* vnde dic, ingenuitatis, id est, libertatis plenæ: quia qui ad clericatum promouetur, priùs plenam libertatem consequi debet nullo à domino retẽto obsequio temporali, alioquin promoueri ad clericatum non debet. 54. *d. quicunque.*

¶ Gl. *seq. notat futura præcauenda. alle. tres iura in contrarium.*

b ¶ *Præcaueri.*] Not. quod futura sunt præcauenda. 23. *d. in nomine Domini. & 63. d. cũ Hadrianus. & 1. q. 7. conuenientibus. circa pr.* & exempla præsentia nos cauere præmonent in futurum. 12. *d. plurimos. in fi.* & maior tristitia est de talibus, cum reuocantur, quam nascatur gratia de accitis, id est, vocat. 5. 51. *d. præterea. & c. de signata.* & ecclesia pro talibus infamatur. ῑ. *et prox. c. Vnico.* & sic ad cautelam futurorum aliquid fit. 28 *d. de Syracusano.* & præuidere quis debet, quod contingere non potest. *ff. loca. § 1. at.* contra quod non imputatur alicui si non diuinauit. *ff. ad l. Aquil. l. si putator. in fi. & ff. mand. l. si fideiussor, § si cum debitor, & ῑ. Vt eccle. bene. Vt nostrum.*

DE *seruorum.*) Duo facit concilium. Primò ponit statutum. Secundò contra factum irritat. ibi, *Et si.* Io. And.

CASVS. Statuit concilium Toletan. vt nullus Episcoporum de cætero promoueat seruos ad sacros ordines, nec etiã ad minores, nisi prius à dominis libertatem fuerint consecuti: & si aliquis seruus fugiat dominum suum, & fraudulenter ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, deponatur, & dominus eius eum recipiat.

¶ *Gl. seq. distinguit. aut seruus ordinatur, aut monachatur. primo casu, aut id fit sciente domino, aut ignorante: & cùm scit, aut contradicit, aut tacet. cum ignorat, aut ordinator vel præsentator scit, aut non: & cum nescit, aut ordinatus est ad minores, aut ad sacros circa presbyteratum. aut ar. bipresbyteratum Io. And.*

c ¶ *Deponatur.*] Quid iuris sit de seruis ordinatis, not. quòd si ordinatur seruus dño sciẽte & cõtradicẽte, seruus remanet & restituitur domino, etiãsi sacerdos sit factus, vt quidam dicũt: *Vt 54. d. ex antiquis.* Alij cõtradicunt, vt Io & Tãc. Si verò sciẽte & nõ contradicẽte domino tũc statim liber est. *b Vt 54. d. si seruus sciente.* Si autẽ domino ignorãte ordinetur, sed epo vel præsentatore scienter, quod sit seruus tũc ille efficitur liber, & eps vel præsentator tenetur dare domino duos seruos æque bonos. 54. *d. si seruus absente.* Si nõ habeat vnde soluat, restituetur domino, vt statim distinguitur. Si verò domino ignorante, & episcopo, & præsentatore fuit ordinatus, si cõstitutus est in minorib. ordinib. deponitur & remanet seruus. 54. *d. ex ant. 9. & c. frequens.* Diaconus vero detricanũ pro se: aut si non habet, ipse reddatur. 54. *d. ex ant.* Eadem priuilegio subdiaconus gaudet. ῑ. *eo. mirãmur. de ata. & qual. c. à multis.* Si vero est sacerdos, statim liber est, sed amissione peculij sui mulctatur: *Vt in c. illo, ex ant.* Vel si non habet peculium, seruiat domino in diuinis officiis. *eod. frequens.* Si verò quis monachus factus est, vsque triennium tantùm potest eum repetere, vltra verò remanet monachus & liber. 54. *d. seruus sciente.*[c]

b *Nõ distinguendo, ad quem ordinẽ fuerit ordinatus secundum Glo. licet Per hoc contra. Io. An.*

DE *famulis.*) Tria sunt dicta. Secundum ibi, *Quicquid.* Tertium ibi, *Quibus.* Ioan. And.

CASVS. Statuit cõciliũ Toletanũ, quòd ecclesia possit cõstituere presbyteros & diaconos per parochias de seruis suis, ita tamẽ quòd primò accipiãt libertatẽ, & quicquid illi postmodum acquisierint, vel eis datum fuerit, ad extraneas personas nõ trãsmittat: sed oĩa post obitum suum ad ius ecclesiæ, à qua manumissi sunt, debeãt pertinere. Quib. accusandi vel testificandi aduersus ecclesiã omnis aditus præcludatur, sicut & cæteris libertis: ad quod si aspirauerint, & libertatem amittant, & honorem ordinis, quem non dignitate naturæ, sed temporis necessitate meruerunt. Not. quod liberti dominum suum accusare non possunt, vel contra ipsum testificari sine venia.

c *Concord. tex. in Auth. de mona. in pr. & § a. coll. 1.*

¶ Gl. *seq. signat contrarium de duobus canonibus, & sol. Item signat contrarium de l. & quadrupliciter soluit.*

f ¶ *Non licebit.*] 12. q. 1. c. 1. & 2. Contra hoc loquitur de libertis

ecclesiæ hac conditione manumiss. illud intelligitur de iis, qui ingenui sunt. Item cõtra *Inst. de success. liber. §. sed nostra.* Hic de reb. acquisitis occasione Ecclesiæ, ibi de aliis. Vel hoc de manumissis ab Ecclesia, vt quicquid acquirãt, Ecclesiis intelligantur acquirere: illud à priuatis. Vel isti non habebant cõsanguineos, illi sic. 12. q. 2. episcopus qui filios. & ratio est 12. q. 3. *pontifices.* & ∫. *de test. c. cùm in officiis.* hoc est de iis, quæ intuitu Ecclesiæ data sunt, & pro remedio animarũ defunctorum, vt ibi dicitur, & *in c. pontifices.* Illud verius credo, quòd hac cõditione isti manumissi fuerunt. Si verò simpliciter libertati sunt donati, tunc liberum est eis facere, quod volunt. ∫. *eo. c. eo. libentius.*

† Alchaum. † Alchein. † archi.

a ¶ *Ecclesiam.*] i. prælatum: quia ei præcipuè tenentur, cum sit caput. ∫. *de ver. sig. c. cũ clerici.* secus est de aliis singularibus personis. 12. q. 2. *qui manumittitur. c. octaua dis- cussio.* & *c. Episcopus*, qui mãcipiũ. sed cõtra Ecclesiã testificari non potest, cùm sit patrona, nisi ipsius edicti venia impetrata. *C. de in ius voc. l. 2.* & *c. prædi. qui manumittitur.* aliàs in seruitutem rediguntur, vt dicit hic, & *c. qui manumittitur.*

† Cap. 5. est in 1. compil. & post concil. Latera. sub alex. ij. par. 26. c. 19.

b ¶ *Meruerunt.*] Id est acceperunt, vel intellige propriè: quia ipsi libertatẽ meritis suis acceperunt. 12. qu. 2. *si quos de seruis.*

NVllus. [CAsus. Si aliquis seruum suum donauerit libertati, & eum fecerit in presbyterũ ordinari, & ille postea in superbia elatus domino suo noluerit canonicas horas celebrare, accusetur ad Episcopum suum & degradetur. Not. in manumisso operas spirituales posse retineri. Nota aliquem per ingratitudinem ad pristinum statum reducendum.

¶ *Gl. seq. arg. alleg. contrarium, & soluit.*

c ¶ *Canonicas.*) Ar. quòd Dominus possit retinere operas spirituales in eo, quẽ manumittit ad clericatum. ar. 54. *d. quicumque.* illud intelligitur de obsequio temporali, quod retinere in eo, qui manumittitur non ad ordines: sed vt laicus remaneat, & istud de obsequio spirituali: quod non prohibetur, immò licitum est. *Inf. d. frequens. in fi.*

¶ *Gl. seq. quærit, & soluit.*

d ¶ *Accusatus.*) Sed qualiter cõtra istũ agitur? ciuiliter an criminaliter? Si criminaliter, & dominus nõ probet: qualiter punietur dominus. Pòt dici, quòd accusatus nõ punitur propriè, quia dominus nõ accusat, sed potiùs agit, vt in seruitutẽ redigatur. *ar. C. de eden. l. qui accusare.* vel si vis, vt propriè teneatur, accusator punietur pro motu iudicis, si defecerit in probãdo, & obligabit se ad extraordinariam pœnam. ∫. *de accu. c. super his.*

¶ *Gloss. seq. signat contrarium, circa quod ponit suam opin. & tertiam approbat.*

e ¶ *Degradetur.*) 54. d. ex antiquis, & c. frequẽs. contra: vbi dicitur, quòd sacerdos factus remanet liber. sup hoc varij varia dixerunt quidã dicunt, quòd istud corrigitur per illa. vel dic, quòd illa cõtinent ius cõe, hęc specialia sunt in odiũ illorũ, qui promoti sunt, vt seruiant in diuinis officiis. *ar. ∫. eo. c. eo. libentius.* Melendus dixit, quòd hoc dominus dixit in pacto, vt redigeretur in seruitutẽ, nisi ministraret dominis suis diuina. B. dicit, quòd intelligitur de seruo prælati. Vel possit dici, vt quidã dicunt, quòd libertas est res spiritualis: & ideò põt venire in cõmutatione cũ alia re spirituali: ∫. *de re. permu. ad quæstiones.* Hug. dicit: quòd hoc c. nõ tenet verior videtur opi. Melẽdi, q dicit, quòd eo pacto vel cõditione liber factus fuit est ordinatus, vt seruiret dominis suis in diuinis, aliàs in seruitutẽ redigatur, & facit pro hoc. ∫. *eo. c. eo libentius.* & est arg. quòd si domino ignorante seruus sacerdos factus fuerit, debet reddi domino, vt seruiat ei in diuinis. 54. *d. frequẽs.* ergo multo fortiùs debet ei seruire, vbi eo pacto promotus est, vt dixi: quia maior cõtumacia præsumitur illius. & sic propter contumaciã, & quia fidem promissam nõ seruat, de ponitur & redditur domino, & nullo priuilegio cleri cali gaudebit vlteriùs quoad dominum.

¶ Quibus (sicut cæteris Ecclesiæ libertis) accusandi vel testificandi aduersùs Ecclesiã [a] aditus præcludatur, ad quod si aspirauerint, non solùm libertatis beneficio careant, sed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, sed necessitate tẽporis meruerunt [b].

¶ Ex concilio apud Alichi. †

¶ *Dominus in seruo, quem manumittit, potest spirituales operas retinere.*

CAP. IV.

NVllus, & *infra.* ¶ Si quis de seruis suis quenquam donauerit libertati, & ipsum in presbyterum fecerit ordinari, ille autẽ postea in superbiã elatus, domino suo canonicas [c] horas psallere noluerit, accusatus [d] apud Episcopum, qui ordinauerit eum, degradetur.

¶ Alex. iij. Archiepiscopo Turon.

¶ *Spurij vel serui ordinari non debent.*

CAP. V.

COnsuluit †: & *infrà.* Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd neque spurios [f], ne que seruos [g] ordinare debes; & si memor es in consecratione tibi dictum fuit, vide ne quemlibet seruilis conditionis ad ordines promouere præsumas.

¶ Inno. iij. Varien. † Archiepiscopo.

¶ *Manumissus ab Ecclesia, vt fiat Clericus, & ipsi Ecclesiæ perpetuò seruiat in diuinis, ad aliã Ecclesiã se trãsferre non põt: secus si purè fuerit manumissus. Vel sic: secus si fuerit manumissus vt seruiat. l. A*

CAP. VI.

EO libentius: & *infra.* ¶ Adiecisti aliam quæstionem, an illorum filij, qui Ecclesiæ seruili conditione tenentur, traditi à parẽtibus militię clericali, cùm suorum conniuentia dominorum [h], vt in eadem ecclesia debeant deseruire, assequentes propterea libertatẽ post tempus ea relicta possint ad aliam se transferre: In quo credimus distinguendum, vtrùm eo tenore fuerint manumissi & obligati ordini clericali, quòd manumittenti ecclesię, dum vixerint, deberent impendere [k] famulatum in obsequiis diuinorũ, & tunc trãsferendi se ad aliã est eis licentia denegãda, vel manumissi extiterint absolutè, sicq; libertatem habeãt ad aliã [l] trãseundi.

¶ Idem.

¶ *Ius quod est de seruo facto diacono, etiam de Subdiacono debet intelligi.*

CAP. VII.

MIramur non modicum, cum certum sit in cõlli-

† Faciunt.

COnsuluit.] Casus. Dicitur in hoc canone quòd Episcopus non ordinet seruos vel spurios: quantum in consecratione cuilibet Episcopo dicitur: Vide ne quemlibet seruilis conditionis præsumas ad ordines promouere. Not. quod seruus vel spurius ordinari non debet.

† Ca. 2. e. tit. in 2. compi.

f ¶ *Spurios.*] Spurius est, cui pater est vulgus, & sic non potest ostendere patrem: vel si ostendit, verecundum ostendit, quem habere non licet. *ff. de sta. homi. l. vulgo* & isti illegitimè nati promouerti non debent. ∫. *de fil. presby. c. 1.* & *vltim.*

† In eadem Barbatia. e. at. vt in ea dem Ecc sia, cuius sunt, debeant deseruire &c.

g ¶ *Seruos.*) 54. d. c. 1. & 2. eodem tit. per totum.

EO libentius.) Sunt duæ partes. secunda ibi, *In quo.* Io. Andr. Casus. Aliquis seruus Ecclesiæ filium suum obtulit ipsi Ecclesiæ: à qua libertatem fuit assecutus, vt in ipsa Ecclesia domino debeat deseruire in ordine clericali: quæritur vtrũ post aliquod tempus possit Ecclesiam illam dimittere, & ad aliam se trãsferre, Papa hic distinguit, vtrum eo tenore fuerint manumissi, & oblati ordini clericali, vt in ea, dum vixerint, debeant deseruire in diuinis officiis, & tunc ad aliam Ecclesiã se transferre nõ possunt. vel vtrũ absolutè fuerũt manumissi: & tũc possunt licitè ad aliã se trãsferre. No. quod quando libertas datur sub conditione vel tenore: tũc ille cõpellitur cõditionẽ seruare.

h ¶ *Dominorum.*) 54. d. c. 1. 2. & 3.

¶ *Gl. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.*

i ¶ *Eo tenore.*) ar. contra. 1. q. 2. quã pio. & ∫. eo. c. instruendi. & ∫. *de pac. c. vlt. eo.* intuitu vel modo. non enim fuit cõditio, sed modus, ad quẽ seruandũ tenetur. ∫. *e. c. instruẽdi* & ∫. *de pact. c. fi.* ar. quod nõ fuit cõditio. *ff. de test. l. mi ut o* § *sub conditione.* & ∫. *de prob. c. significatũ. ff. de ma. te. l. libertas.* § *hac scriptura.* vel aliter sicut spõsalia possunt cõtrahi sub conditione, vt quòd fidẽ Christianam recipiat. 28 q. 1 *non oportet.* vel vt corrigat vitam. ∫. *de spon. c. inter opera.* Item potest aliquem manumittere, vt ordinem recipiat. vt hic, & ∫. *de cõ d. appo. c. 2.* libertas n. res spiritualis est: & sic põt venire in commutationẽ cũ alio spirituali: vt hic, & ∫. *eo. l. nullus.* & ∫. *de re. per. c. ad quæstiones.*

k ¶ *Impendere*) Imo si nõ impẽdũt, rediguntur in seruitutẽ. 12. q. *diaconi*, & *c. octaua discussio.* & illud exaudias secũdm hoc, & secũdũ distinctionẽ isti intelligas. ∫. *e. c. nullus*, vt ibi dictũ est.

l ¶ *Ad aliã*) De licẽtia tñ Epi, aliàs non esset quæstio. Ex quo n. intitulati sũt in aliqua Ecclesia, debẽt in ea perpetuò permanere. 70. *d. sanctorũ.* 21. q. 2. c. 1. ∫. *de renũ. admonet.* & ∫. *de pac. c. vlt.*

MIramur) Primo decisè narrat factum, secundo diffinit, & soluit. Ioan. And.

Casus. Aliquãdo serui ordinãtur sine licẽtia dominorũ suorũ: quęsitũ fuit à Papa, qualiter isti sic ordinati debeãt in seruitutẽ, vel nõ debeant reuocari, Papa miratur de hac quæstiõe, cum certum sit in can onibus, quomodo debeant vel nõ debeant in seruitutẽ reuocari: verumtamẽ de ordine subdiaconali, cum de eo nulla fiat mẽtio in decretis, dicit, quòd ille ordo eodẽ priuilegio gaudet cum diaconali: quia licet olim nõ reputaretur sacer in Ecclesia primitiua, tamẽ à tẽpore Gregorij & Vrbani secundum moderna tẽpora sacer reputatur. No. quod subdiaconatus & diaconatus simul priuilegio gaudent.

a ¶ *Agri*

a ¶ *Antiquorum.*) 54.d. ex antiquis. c. *frequens.* & c. *quis autē.*
¶ *Gl. seq. recitatur per obiectionem decre. ex antiquis.*
b ¶ *Mentio.*) Vt patet in prædictis canonib. 54. d. *ex antiquis* vbi nulla fit mentio de subdiacono expressè, sed de presbytero & diacono fit mentio expressè, de subdiacono & inferioribus officiis fit mentio nō expressè, sed generaliter fit de subdiacono mentio *in c. ex antiquis. ver. reliqua ver ò officia.* Illa clausula respicit omnes diaconē: quia secundùm antiqua iura, subdiaconalis ordo non erat sacer; & iō cōmuni iure censebatur cum inferioribus ordinibus in primitiua ecclesia. 60. d. *nullus in episcopum.* & c. *praced.* in quibus ad honores prouchi prohibentur omnes inferiores post diaconū: & ideò olim subdiacon^o, si promotus fuerat domino suo ignorāte, reuocabatur in seruitutē: hodie verò cū diacono eodem priuilegio gaudet: vt si quis ignorāte domino subdiaconus fiat, vicarīū ꝓ se pstet: aut si non habet, ipse reddatur hic cauetur de diacono, & id in iure est de subdiacono per hanc decretalem. c ¶ *Gregor.*) Constitutioné Gregorij habes 18. d. *ante triennium.* & 18. d. *nullum.*
d ¶ *Vrbani.*] Secundi scilicet: vt 32. d. *erubescant.* & illa iura 61. d. hodie correcta sunt: quia bene potest subdiaconus hodie eligi in episcopū. ꝫ *de æt. & qual. c. à multis.*

† *Al.* quomodo.

† *Et secundū hoc sunt exponenda glossa, & dicta doctorū antiquorum dicentium subdiaconatum nō fuisse sacrū ordinem, i. non reputabatur sacer. glos.* sup. de æta. & qual. c. à multis. & ĵ. de bigamis. c. a. verbo, sacros

† Vide l. idē Pōponius §. adem scribit. ff. de rei vend. & Inst. de ingē. §. j.

tutionibus antiquorū^a, quando † secun in gradus ecclesiasticos ordinati, debeant in seruitutem, vel non debeant reuocari. & *infra.* ¶ De Subdiaconali ordine, quia de eo non fit mentio ^b in Patrum statutis, expressè videtur nobis, quòd & is cum Diaconali gradu, priuilegio gaudet eodem. Nam licet sacer ordo non reputaretur † in ecclesia primitiua: tamen à constitutione Gregorii ^c atque Vrbani ^d secundùm moderna tēpora, sacer gradus esse minime dubitatur.

¶ Greg. Archiepisco. Neapolitano.

¶ *Natus ex parte seruo & libera matre liber est, & licitè promouetur.*

CAP. VIII.

Dilectus filius G. Diaconus proposuit, quòd I. miles ea occasione quod patrē ipsius hominē seruum esse proponit (licet mater ^e sua, cuius debet imitari conditionem † libera esse noscatur) ne promoueatur in Presbyterum, impedire præsumit. Quocirca mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, eundem militē ab huiusmodi impedimento cessare † compescas.

Dilectus.) Primò ponit querelam. Secundò super ea dat iudicem. Secunda ibi *Quocirca.* Ioan. And.

Casvs. Iohannes miles impediebat G. diaconū ne ordinaretur in presbyterū, ea occasiōe, quia dicebat patrē ipsi^o diaconi hominé suū esse, quāuis mater ipsi^o libera esset. vnde ille diaconus hoc ꝓposuit corā Papa, vnde mādat Papa archiepiscopo Neapolitano, quatenus si præ dicta vera sunt, ipsum militē compescat ab huiusmodi impedimento. No. quòd filius sequitur conditionem liberæ matris.

¶ *Gl. seq. obiicit per locum à diuisione, & sol. dupliciter.*

e ¶ *Mater sua.*) Si iste natus est de legitimo matrimonio contra facit illud decr. 32. q. 4. *liberi dicti sunt.* vbi dicitur, ꝙ natus de legitimo matrimonio deteriorē partē sequitur semper: & hic dicitur, partus sequitur matrē. Si autē dicis, ꝙ nō fuit natus de matrimonio: sic sequitur cōditionē eius matrieve ibi. & hic videtur idē. sed secundū hoc non pōt stare, quia hic dicit: quia si vlt nō est natus de matrimonio legitimo, ꝓ nouerit nō pōt ad sacros ordines. ꝫ. *de fil. presb. c. 1.* & hic dicit, ꝙ in presbyterū ordinetur. Dic ergo, ꝙ iste erat natus de legitimo matrimonio, & tamē sequitur conditionē liberæ matris. *C. de rei vend. l. partū.* & *ff. de li. cau. placuit.* & etiā ancillæ, si ibi nō est matrimoniū, vt *ff. de sta. homi. l. lex natur.* & c. illud intelligitur secūdū Lōbardā cōsuetudinē, quę adhuc obseruatur in multis regionib. vt partus sequatur deteriorē cōditionē nat^o de matrimonio legitimo. Sed lex Romana aliud tenet, vt partus sequatur cōditionē matris nat^o de legitimo matrimonio, vt dicunt leges prædict. Vel ex illud, liberi, potest reduci ad ll. præd. h. vt dicas ibi: Deteriorem partem sequatur, i. debiliorem, s. fœmineam nam sexus fœmineus debilis est. & iō iste cum sit natus liber de libera matre, potest promoueri non obstante cōtradictione militis, præterea cū ille si esset diaconus, poterat in libertate remanere dato vicario, & sic dñs ipsum impedire nō poterat 54. d. *ex antiquis.*

Partus secūdum l. Lombardam sequitur deteriorem conditionem.

DE OBLIGATIS AD RATIOCINIA ORD. &c.

¶ *Viso de obnoxiis conditione seruili, videndum est de obligatis ad ratiocinia secund. Gof. Et secundum eum ratiocinia redditiones sunt rationum. & sunt rationum redditiones, quibus est quis obligatus ex administratione reipublica.*

De hac materia habetur 51. & 55. & 56. d. per totum. & suprà de temp. ord. ver. an obligati. *Io. And.*

Magnus Episcopus.) Sūt tres partes, quæstio & quæstionis respōsio, & respōsionis approbatio. Secūda ibi, *Gratus.*] Tertia ibi, *Vniuersi.* Ioan. And.

Casvs. Episcopus Augusten. quæsiuit in concilio, vtrum procuratores, actores, executores pupillorum, seu curatores debeant ordinari? Gratus episcopus resp. quòd post officia sua deposita, & redditā rōne sui officij possunt ordinari, dū modò aliàs digni inueniantur, sed nō antequam liberati sint ab officiis suis: quia ecclesia infamatur, cū posteà cōueniuntur super officiis suis. Oēs dixerūt Rectè respōdit sanctitas vestra, & ita est nostra sententia. No. quòd ordinandi liberi debent esse non solùm à seruitute, sed etiam ab officiis secularibus

† *Verbum, cessare deest in vetustioribus codicibus.*

TITVLVS XIX.

De obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.

¶ Ex concilio Cartha.†

¶ *Obligatus ratiociniis, deposito onere & reddita ratione, ordinari potest, priùs verò non.*

CAP. I.

Magnus episcopus August. dixit, procuratores ^f, actores, executores ^g, seu curatores ^h pupillorum si debeant ordinari? ¶ Gratus episcopus dixit. Si post deposita onera & reddita ratiocinia ^i, actus vitæ ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent cum laude Dei (si postulati fuerint) honore munerari †; si enim ante libertatem negotiorum † vel officiorum fuerint ordinati, ecclesia infamatur ^k.

† *Concilium Carthagi. nō fe j c. 4. refert Burchardus li. 4. decreti. c. 36 luo p. 6. c. 137 & in 1. compil. c. II. c. vnico. Grattanus d. 64. c. 3. vbi falsò tribuit concil. Maguntinē. si. & est difficilis textus, sed vnde qua dixi in notis huius capitis.*

† *Al.* numerari, promoueri.

¶ *Ita prima dua gl. seq. exponūt, quid sit procurator, actor, & executor.*

f ¶ *Procuratores.*) Procurator dicitur, qui mādato domini aliena negotia in iudicio administrat. *ff. de procu. l. j.* alius dicitur procurator ad negotia datus. *ff. man. l. si remunerandi §. j.* & specialis titulus est iste ad negotia, quia iste ad causas, ille ad negotia actor cōstituitur à corpore vel vniuersitate. *ff. quod cuiusque vniuer. l. j.* & debet cōstitui ex cum decreto, & ad lites præsentes nō ad futuras. *ff. e. l. item eorum. § sed si sta.*

g ¶ *Executores.*) Qui mandata iudicum exequuntur, sicut sunt huiusmodi officiales, dum tamen sæua præcepta non exercuerint: quia illi promoueri nō possunt. 51. d. *aliquantos.* ita quòd irregularitatem non contraxerunt.

h ¶ *Curatores.*) Melius dixisset, tutores, per hoc quod sequitur, pupillorum: tutor enim datur pupillo iuxta xiiij. an. curator post xiiij. vsque ad xxv.

¶ *Gl. seq. distinguit: aut retinet officium, aut deponit. Primo casu aut obligatus est secularī personæ, aut ecclesiasticæ: cum deponit, aut ratiocinia sunt publica, aut priuata. & si priuata, aut mouetur quæstio, aut nō: & si mouetur, aut de dolo, aut de culpa.*

i ¶ *Ratiocinia.*) Ratiociniis obligatus alicuius secularis personæ, nisi fuerit miserabilis, cui obligatus est, & si in officio suo voluerit remanere, promoueri non debet. *ar. 11. q. 3. c. 1.* & 2. ĵ *ne cleri. vel mona. c. 1.* & 2. & c. sed nec procurationes. Si verò ecclesiasticæ personæ, vel miserabili fuerit obligat^o, etiā in officio suo perseuerās poterit promoueri, si aliud nō obsistat. *ar. 86. d. peruenit. ar. 16. q. 7. in nouæ.* 89. d. *indicatū.* Si verò administrationē deposuerit cuiuscūq. negotia gessit, si ex ea obligatione remaneat obligatus, si publica sint ratiocinia promoueri nō debet ante redditā rōnē *C. de ep. & cler. l. officiales.* si verò priuata, aut in ipsa promotione mouetur sibi quęstio, aut nō. si mouetur, aut priùs mota est: distingui tur: aut cōuenitur de dolo, vel de culpa tātū. si de dolo vel ꝓ sidia, nō dēt ante finē litis promoueri *ar. 8. d. tātis Daniel.* & 23. d. *illud.* & *C. proc. l. reū.* & in hoc casu pōt intelligi hoc c. & tamē debet taxari, ĵ. q̃ eps decidatur causa. *ar. ĵ. de clā. desp. e. cū inhibitio.* & ĵ. *qui fi. sint legi. c. lator.* & 3. q. 1. *quidā. C. de ingē. manu. l. diffamari. ff. de accu. l. cū Titia.* si de culpa tātū cōuenitur, promoueri pōt nō obstāte reclamatiōe creditoris, cū lis suo marte currere possit vt priùs, & ēt sub eodē iudice *ff. de iurisd. om. iud. l. cū quædā.* & ꝫ. *de fo. cōp. c. proposuisti.* si verò nec lis sibi mouetur nec mota est, nō obstāte obligatione ꝓ mouetur, nisi manifestū sit ipsū de dolo teneri, tūc n. eps ipsū ex officio suo repellere pōt, sicut & quēlibet criminosum. 6. q. 1. *infames.* Ala. ¶ *Gl. seq. quarit & soluit.*

k ¶ *Infamatur.*) Quid si ꝓhibēte creditore fuerit promot^o ad clericatū? Resp. nō deponetur pp hoc, sed bona sua cedēt ei in solutū, q si nō sufficiat, eps ei tenetur, qui abstulit ei occasione

sionem negotiandi.88.*d.fornicari.* & expone, infamatur, id est inde punitur.

Additio. Vel dicas, quod non teneatur vltra id, quod facere potest Episcopus. ǰ. *de solu. Odoardus.*

a ¶ *Nostra.*) Nam omnia nostra facimus, quibus auctoritatem impertimur. *C. de Vete. iur. enucl. l.1.§. sed neque. arg. ǰ. de sen. exc. c. mulier es.* Ber.

¶Vniuersi dixerũt: Rectè statuit Sanctitas vestra, ideóque †ita est nostra [a] sententia.

† *Aliás ita:* ideoq; ista est nostra, *aliás ita:* ideoque ista est vestra sententia. *sed ex manuscriptis restituimus*

† *Salernitano Archiepiscopo.*

DE CORPORE vitiatis ordinan. &c.

TITVLVS XX.

De corpore vitiatis ordinandis vel non.

¶Alexander iij.†

¶ *Presbyter, qui in duello digiti partem amisit, ex dispensatione Episcopi potest in suo ordine ministrare.*

¶ *Viso de impedimento obligationis ad ratiocinia, de impedimento corporis videndum est. Ioã. And.*

De hac materia habetur 55. dist. per totum. & 49. dist. per totum.

CAP. I.

DE † Presbytero Campaniæ, qui duellum sponte obtulit, & oblatum suscepit [b], & in eo partẽ digiti amisit. Respondemus, quod cum ipse non perdiderit tantũ de digito, quin sine scandalo possit solemniter celebrare, satis potes post peractam pœnitentiam, cum eo misericorditer agere, & permittere ipsum in suo ordine ministrare [c], licet eius excessus grauis admodũ extitisset.

DE presbytero.) Ponit factum, de quo respondet illud aggrauans, ibi, *Respondemus.* Ioan. And.

CASVS. Quidã presbyter obtulit duellum cuidã aduersario suo, & oblatum ab eo suscepit: presbyter in illo duello partem digiti amisit: quærebant, vtrũ possit celebrare in ordine sacerdotali? Respõdet Papa, quòd cũ ipse non amiserit tantum de digito, quin bene possit sine scandalo celebrare, vnde post peractam pœnitentiã satis poterit cum eo misericorditer dispensare, vt in ordine suo ministret. Nota casum in quo Episcopus potest dispensare.

† *Cap. 1. eo. tit. in 1. compila. habes etiã post conc. Latera. sub Alex. iij. p. 26. c. 6. & quatenus ad duellum spectat, vide, quod nouissimè diffinitum est concilio Trid. sess. 25. de refor. c. 19. adde B. Thomã. & ibi Caiet. anũ 2. 2. q. 95. ar. 8. ad 4. ar. & plenissimè per Ferdinandum Vasquiũ li. 1. controuersiarum illust. c. 12. & cap. 49.*

¶ Gl. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.

b ¶ *Suscepit.*) 51. dist. si quis post acceptũ: contra. Sol. qui duellũ suscepit, licèt impunè possit occidere, non tamẽ habet affectum vel propositum occidẽdi, sed ius suum defendendi, non repellitur ab officio suo, vel quod hic dicitur, est dispẽsatio, per illud verbum, misericorditer: ita tamẽ quòd homicidium vel membrorum truncatio non fuerit subsecuta: quia tunc dispensare non posset. ǰ. *de cleri. pug. in duel. c. 1.* sed de rigore iuris tales deponendi sunt, vt ibi.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. compil. & post concil. Lateran. sub Alex iij. p. 42. cap. 3.

a *Concor.* l. imperiale. C. de nupt. & l. fi. C. de dona. inter vir. & vxor.

† *Aliás ita,* macula verò in oculo

¶ *Gl. seq. signat contrarium, & soluit.*

c ¶ *Ministrare.*) ǰ. de cleri. ægro. c. presbyterum. contra. hîc non fuit debilitas vel deformitas: ibi fuit. sic ǰ. *eo. c. vlt.*

¶ Idem Cistercien. electo.

¶ *Habens in oculo maculam, quæ non inducit magnam deformitatem, etiam ad Episcopatum poterit promoueri.*

CAP. II.

CVm † de tua electiõe quæstio mota fuisset: *& infra.* ¶ Ibi, quod in oculo maculã habeas, & filius Canonici [d] fueris, est obiectum. ¶ Vnde Cantuarien. Archiepiscopo dedimus in mandatis, vt pro eo, quòd Canonici filius diceris, in promotione tua ex multa dispensatione procedat. ¶De † macula verò, Archiepiscopo prædicto mandauimus, vt cum consilio [e] suffraganeorum suorum, quod exinde sibi visum fuerit [f] exequatur †: in quo tibi ex maxima dispensatione curauimus prouidere.

CVm de tua) Primò ponit duos obiectus cõtra electum: secundò, ibi, *Vnde.* circa vtrunque prouidet. secunda ibi, *De macula.* Io. And.

Casvs. Quidam electus fuit in Episcopũ, opponebatur sibi, quod habebat maculam in oculo, & quod non erat legitimus. mandat Papa, quod dispensetur cum eo in vtroque. Not. quòd enorme damnum corporis impedit promouendum.

d ¶ *Canonici.*) De cõcubinatu, & ideo contra ius commune. ǰ. *de ele. c. cũ in cunctis.* vnde sequitur ex multa dispẽsatione.

e ¶ *Cum consilio.*) Ergo isti suffraganei delegati censentur. arg. 50. *d. si videat.* sine quorũ consilio super macula illa nihil disponere debet: aliàs non valeret. ǰ. *de elect. c. cum in veteri.*

¶ *Gl. seq. quærit & soluit.*

f ¶ *Visum fuerit.*) Ita quod idoneum sit & iustũ, quod eis videbatur. ǰ. *de elect. c. causam. & ff. loca. si in lege. & ff. de oper. lib. c. si libertus.* Itẽ pone, quod habeat vnũ oculũ maiorẽ alio: nunquid remouebitur propter hoc? videtur quod non. *ff. de adil. edict. qui clauum §. 1.* & hic non determinat, quid facere debeant. vnde arbitrio istorum relinquitur. ǰ. *de off. iud. deleg. c. de causis. & ff. de iur. deliber. l. 1. §.*

† *Quid importent hæc verba, prout tibi videbitur iustum, vide in l. quędã. ff. de leg. 1. & l. fideiussor. §. si fi. ff. de leg. 3.*

¶ Clemens iij. Varien. Episcopo.

¶ *Sectus in cunabulis, licitè promouetur.*

CAP. III.

EX † parte Bartholomæi Monachi petitorium fuit nostro Apostolatui præsentatum, quòd cum ipse in cunabulis sectus fuerit, postmodũ sub regula & Abbate deuotẽ Deo militans, in Diaconatus ordinem est promotus: *& infra.* ¶ Sanè cum secundùm statuta Niceni [g] † concilii, illi ad clericatus ordinem prohibeãtur accedere, etsi etiam in Clero fuerint, cessare debeãt, qui seipsos sani absciderint [h], vel affectauerint, vt ab aliis abscindantur †, non credimus ei impedimentum afferre, quominus possit prouehi, qui in cunabulis sectus fuit, quia non videtur hoc eo tempore affectasse, quo iudicium [i] animi non habebat; præsertim cùm in canonibus † Apostolorum [k] sit manifestè sancitum, quòd eunuchus si per insidias hominum factus, vel ita natus sit, aut etiam in persecutione sint ei amputata virilia, & dignus est, possit in Episcopum promoueri.

† *Cap. 1. eo. tit. in 2. compil.*

EX parte.) Primò ponitur monachi petitio. Secundo ibi, *Sanè.* responsio, arguẽdo à prohibitis: Secundò à promissis ibi, *præsertim.* Io. And.

Casvs. Quidam monachus Barth. nomine in cunabulis sectus fuit, postmodum fuit ordinatus in diaconũ: quæritur, an possit vlterius ad maiores ordines promoueri? Respon. Papa, quod Nicenum concilium prohibet illos ad ordines promoueri, & si promoti sunt, debet deponi, qui seipsos absciderunt, vel affectauerunt, vt ab aliis abscinderentur, dum tamen sani erãt: sed qui in cunabulis secti sũt, bene possunt promoueri: quia cum iudicium animi non habeant, affectare nõ possunt, vt ab aliis abscindantur. Et in canonibus Apostolorum legitur, quod si quis per insidias eunuchus factus sit, vel ita natus, vel in persecutione ei virilia amputata sunt, si aliàs dignus est, potest fieri Episcopus. Not. quòd non potest promoueri, qui se abscidit. Item qui nolens vel ignoranter absciditur, promoueri potest.

† *Conci. Nicæn. can. c. 1. suo. p. 4. c. 374.*

† *Facit l. sed & quæsitum. §. 1. cum not. ff. de liber. & posth. & l. spadonem ff. de verb. sig.*

† *Can. 21. eisdem ferè verbis, quibus vtitur hic Papa.*

g ¶ *Niceni concilii.*) 55. dist. si quis per ægritudinem. *& cap. si quis à medicis.*

¶ *Gl. seq. reddit. per quæstionem, quæ est ratio quare se abscindentes, &c. Ioann. And.*

h ¶ *Absciderint.*) Ex indignatione, scilicet nulla causa superueniente. 33. *d. maritum.* quia si ex causa superueniente hoc fecit, puta timore lepræ, non imputatur. ǰ. *eo. c. ex parte.* & ideò isti ordinari prohibentur, qui sani se abscindunt, quia quasi homicidæ suiipsius iudicantur. & Dei conditioni inimici. 55. *d. si quis absciderit.* & quia præsumitur, quod omne turpe in alium faceret, qui hoc in seipso ausus est attentare. *ff. de adil. edict. l. cum autem. §. excipitur.* sed quare aliquis inicit sibi manus, cum membrorum suorum nemo sit dominus. *ff. ad l. Aquil. liber homo.* religione enim & non ferro quærenda est castitas. 23. q. 3. *tunc saluabitur ad fin. arg. inf. c. pros.* & quod dicit: affectauerint, vt ab aliis, &c. intelligas cum effectu: quia cogitationis pœnam nemo meretur. *de pœn. dist. 1. cogitationis.*

i ¶ *Iudicium.*) Quia ætas illa nescit, quid videat. *C. de fid. mone. l. 1. & 3. q. 7. infamis. § ætia.*

k ¶ *Apostolorum.*) 33. *d. eunuchus.*

¶ Idem Rauennæ. Archiepiscopo.

¶ *Sacerdos, qui sine causa virilia sibi fecit abscindi, credens inde mereri, de dispensatione Episcopi suum officium præter altaris ministerium poterit exercere.*

CAP. IV.

SIgnificauit † nobis R. Archipresbyter sancti Stephani,

† *Idem sanc. Innocentius j. epist. ad Felicem Nucerianum Episcopum c. 1. refert Burchardus li. 2. c. 14. cum cardas eo. col. Ni. cui c. 1. sed hic additur dispensatio.*

SIgnificauit.) In prima factum, in secunda conditionale mandatum: secunda ibi, *Quocirca.*

Casus. Quidã presbyter credens se obsequiũ præstare Deo, fecit sibi amputari virilia: dicitur, q̃ si dignus est alias, dispensari potest, vt in officio sacerdotis præter officium Missæ ministret. Nota, qui se abscidit, promoueri non potest.

a ¶ *Obsequiũ.*) Sed in hoc displicuit: quia nõ ferro, sed religione quærenda est castitas. 33. q. *tunc saluabitur. in fi. & 4. c. prox.*

b ¶ *Virilia.*) Talem appellat lex morbosum. *ff. de ædil. edict. l. sin autem. arg. 55. d. si quis absciderit.* & etiam homicida reputatur. *lv. d. qui partem.*

† Vox, Deo deest in antiquis.

¶ *Glo. sequens reci. per q. quod sit sacerdotale officium.*

c ¶ *Officium.*) Sicut baptizare, pœnitentiam dare, & alia officia præter officium Missæ, & alia similia, quæ solis sacerdotibus sunt concessa. *16. q. 1. adiicimus. de conse. dist. 4. constat.*

† Cap. 1. eo. tit. in 3. compilatione.

¶ *Gl. seq. reci. per quæstionem.*

d ¶ *Nostra.*) Et ita dispẽsatio est: quia deponi debet, qui iniusto errore superatus seipsum abscidetit. *lv. d. si quis absciderit & c. qui partem. 35. d. maritum.* non enim licet alicui sæuire in corpus suum, cùm nemo sit dominus membrorum suorum. *ff. ad l. Aquil. l. liber homo. 1. resp.* & sic in hoc casu potest dispensare episcopus, cùm dicat, auctoritate sua: quod credo etiam sine auctoritate D. Papæ in aliis admissa.

† Aliàs à tam grauis infirmitatis vitio.

† Malicen.
† Militen.

ij ¶ *Ex parte M.*] In prima, querela presbyteri, in secunda, prouisio ibi, *Quoniam.*

† Cap. 2. eo. tit. in 3. compilatione.

Casus. Quidam presbyter sentiens sibi lepræ periculum imminere fecit sibi præcidi virilia quæritur, an possit in officio suo ministrare? Respondet Papa, quòd si ita est, & aliàs idoneus est, exequendi officium suum liberam habeat potestatem. Not. quod si aliquis absciderit seipsum iusta de causa, non efficitur irregularis, nec eius promotio vel officium impeditur.

e ¶ *Lepra.*] Quæ expellit hominem à cohabitatione aliorum. *33. q. 2. hoc ipsum. & ĩ. de eccle. ædi. c. cùm dicat Apostolus. & ĩ. de cleri. ægro. c. tua nos.*

¶ *Gl. seq. notat à cõtrario, rõnẽ reddit, signat cõtrariũ, & soluit.*

f ¶ *Infirmitatis.*) Secus si ex indignatione. *lv. d. si quis absciderit. c. qui partem. & c. 2. qui se, vel obtentu religionis. ĩ c. prox.* Et est ratio: q. eunuchos voluntarios diligit Deus, & nõ ex necessitate factos. *32. q. 6. tunc saluabitur. lv. dist. si quis per ægritudinem:* quia nemo est dominus membrorum suorum. *ff. ad leg. Aquil. l. liber homo. & ff. de pecu. l. depo... §. Stichum. arg. contra ff. de pecu. l. sed & damnum. §. si ipse.* hoc tantùm ei liceret, q dominus suus propter hoc damnum nihil de peculio serui deduceit. Vinc.

g ¶ *Hunc.*) Si qui à dominis, vel à medicis, vel à barbaris sectus fuerit. *lv. d. si quis à medicis.*

h ¶ *Exequatur.*) Et ad superiores promoueatur ordines *lv. d. si quis à medicis.* & de iure communi sine aliqua dispensatione per iura prædicta.

Ex posuisti. ¶ Cõis diuisio. Secunda ibi, *Nos igitur.* Io. And.

Casus. Quidã promotus fuit in abbatem, qui carebat altera manu ... Papa respõdet, q cùm ipse pro tanto defectu non possit ad sacros ordines promoueri, si ipse hoc tacuerit in sua promotione, ab officio abbatiæ debet perpetuò remoueri. Not. quod Abbas ad sacros ordines promoueri debet.

¶ *Gl. seq. reci. per q. quid si amisisset digitos, quid si dentem?*

i ¶ *Manu.*) Idẽ esset si amisisset digitos, ꝑpter quos impediretur ad frangendũ Eucharistiã. *ĩ de cle. ægro. c. presbyterũ. & ff. de ædil. edi. l. idem Offilius.* Secus si non pateretur per amissionem digiti. *ĩ. eo. c. 1.* sed propter carentiam dentis non impediretur, nec dicitur morbosus. *ff. de ædil. edict. l. cui dens.* [a]

a Adde quia dicatur morbosus. l. 1. §. 1. ff. de morbi. ff. de ædil. edicto. & l. qui ... §. 1. ff. de re iud.

k ¶ *Enormi.*) Secus si pro minori. *ĩ. eo. c. 1. & 2.*

l ¶ *Defectu.*) Id est, irregularitate.

m ¶ *Promoueri.*) Quia abbas debet esse sacerdos: vt *ĩ. de æta. & qualitate. c. 1.*

¶ *Gl. seq. alleg. 3. concor. quærit, & quæstionis dubiũ aperit, ponit op. Io. & sol. contrariis respõdẽdo.*

n ¶ *Tacuerit.*) Ordinãdus enim impedimentum suum tenetur prodere. *50. d. ex pœnitentibus. & 56. d. si tunc. quia simpliciter. & 54. dist. si seruus.* Sed quare iste remouetur ab abbatia; si dicis propter irregularitatem, contradicit *ĩ. de æta. & quali. c. tua. & 16. q. 1. legi & c. dist. accedens. arg.* Dixit Io. quòd potius remouetur propter scãdalum, quam propter irregularitatem, quod non credo, imò irregularitas sufficit: deinde remotionem, & quia hoc tacuit fraudulenter, & abbates de iure debẽt ad ordines promoueri, aliàs si culpa sua impediuntur, repelluntur. *sup. de æta. & quali. c. 1. & c. illud. accedens* non dicit, quòd ille sit abbas, sed solicitudinem in monasterio debet habere, puta sit decanus vel cellarius, p.... ad laborem, quàm ad honorem. Decretalis illa, tuã, quæ videtur contraria, loquitur de dispẽsatione ... propter necessitatẽ. Quod abbas talis debeat esse sacerdos, est *arg. sup. de elect. ne pro defectu.* ibi æquiparatur regularis & cathedralis ecclesia. vnde videtur, quòd sit nomen honoris & laboris, vnde dicit Greg. Omne enim quod hic eminet, plus affligitur mœroribus, quam honoribus gaudet. xxiij *d. nemo.*

† Engolismen.
† Engolism.

intellectus c. tuam. de æta. & qualit.

CAP. IIII.

quòd B. presbyter (credens se obsequium [a] præstare Deo) fecit sibi virilia [b] amputari: *& infra.* ¶ Quocirca mandamus, quatenus si iã dictũ presbyterũ aliàs Deo † dignum inueneris, ei sacerdotale officium [c], absque altaris ministerio auctoritate nostra [d] fretus & tua, prout videris expedire, concedas.

¶ Innocentius iij.

¶ *Sacerdos, qui ex iusta causa fecit sibi virilia abscindi, potest vt prius sacerdotale officium exercere.*

CAP. V.

ij Ex † parte M. presbyteri fuit propositum, quod cũ sibi sentiret lepræ [e] periculum imminere, de consilio medici, virilia fecit sibi abscindi, vt posset à tam graui † infirmitatis [f] vitio liberari: *& infra.* ¶ Quoniã igitur canones sanctorum Patrum, hunc [g] à sacri altaris ministratione non prohibent, mãdamus, quatenus si est ita, & memoratus M. est aliàs idoneus, vt sui ministerii officium exequatur [h], liberam ei tribuas facultatem.

¶ Idem Militen. † Episcopo.

¶ *Mutilatus manu, si promotus fuerit in Abbatem, ab Abbatia deponitur.*

CAP. VI.

Exposuisti † nobis, quod prædecessor tuus H. in Abbatẽ promouit, nesciens quod ipse esset manu [i] altera mutilatus: *& infra.* ¶ Nos igitur fraternitati tuę taliter respõdemus, quod cum pro tã enormi [k] defectu [l], ad sacros non possit ordines promoueri [m], & in promotione sua id tacuerit [n] fraudulenter, ab Abbatiæ officio est non immerito amouendus.

¶ Honorius iij. Epo Engolismen. †

¶ *Carẽs vngula pollicis, dummodo sit fortis in pollice, licitè ad sacerdotium promouetur.*

CAP. VII.

Thomas monachus proposuit, quod cùm in annis puerilibus esset cõstitutus quædam barra ferrea super dextræ suę pollicem fortuito casu cadens, vngulam auulsit ab eo. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si ad frangendum Eucharistiam sit in pollice potens, & aliud canonicum non obsistat, propter deformitatem [o] huiusmodi non dimittas, quin eum ad ordinem promoueas sacerdotis.

TITVLVS XXI.

De bigamis non ordinandis.

¶ Ex Concilio Aurelianensi. †

¶ *Breue est.*

† Cõcilio Aurelianẽsi 3. c. 6. idẽ concilium Arelatense [a] iij. c. 19. quibus locis eadem est sentẽtia, sed diuersis verbis conscripta: referunt Burchardus li. 2. c. xxxiij. Ivo. p. 6. ca. 14. & c. 1. e. tit. in 1. cõpil. concordat concil. Tride. sess. xxiij in decreto de reform. cap. 8.

Thomas.) Primò ponit monachi casum. Secundò conditionale mandatum ibi, *Quocirca.* Io. And.

Casus. Thomas monachus dum esset in annis puerilibus constitutus, quædã barra ferrea casu fortuito cecidit super pollicẽ dextrę manus ipsius, ita q vngulam auulsit ab eo: dubitabatur, vtrũ possit ad sacerdotiũ promoueri? Resp. Papa, quòd si potens est in ipso pollice ad frangendũ Eucharistiam, & aliud canonicũ non obsistat, propter talem deformitatem non debet impediri, quo minus possit ad sacerdotium promoueri. No. quod parua deformitas non impedit promotionem.

o ¶ *Deformitatẽ.*) Modica enim deformitas non impedit: qualis hic fuit. *ĩ. eo. c. j.* si enim magna esset deformitas, vt totum digitum vel pollicem perdidisset, non promoueretur. *ĩ. de cle. ægro. c. presbyterum.* De huiusmodi deformitatib. no. ad intelligentiam huius tituli, quòd quidã sunt corpore vitiati sponte, quidã casu. si sponte, distinguo; aut nulla iustæ causa interueniente, & tunc ordinãdus repellitur, & iam ordinatus deiicitur. *lv. d. qui partem. & c. si quis à medicis, & xxxiij. d. maritum.* Aut iusta causa interueniente, tunc non prohibetur ab ordine, puta timore lepræ, vel aliqua consimili causa. *ĩ. eo. c. ex parte* 2. nisi generet deformitatem: quia tunc in omni casu repellitur. *ar. l. d. later. & c. si euangelica. & ĩ c. prox.* Si casu in magn. membris, siue corpulentia siue dignitate repellitur & deiicitur, si deformitatem generet. *lv. d. si euangelica.* in paruis verò membris non impeditur, si deformitas modica sit, & sine culpa sua, vt hic [b] si verò culpa sua in talem modicam deformitatem incidit, de misericordia etiam toleratur. *ĩ. eod. c. j.*

b Facit l. si mora. ff. sol. mat. & l. qua actione. §. fi. ff. ad l. Aquiliam.

DE BIGAMIS NON ORDINANDIS.

¶ *Quia inter cæteras irregularitates bigamia non modica reputatur, ideò &c. Io. And.*

De hac materia habetur 26.d.& 34.c.si quis de laicis.§.quid ergo vsque ad ti.d.& 77.c.quicunque.& 28.q.vl.per totum.*& repetitur in c.Ant.de But.*

V*T bigami.*). CASVS. Bigami & solenniter pœnitentes & mariti repudiatarũ, ad sacerdotiũ promoueri nó possunt, vt hic dicitur. Nota, quòd bigamia & solemnis pœnitentia impediunt promotionem.

a ¶ *Vt bigami.*) Supple, statuim⁹ propter istud verbum, bigami, & repudiatarum mariti, solùm fac it ad titulum.

b ¶ *Pœnitentes.*] Solenniter.50 *d.ex pœnitentibus.61.d.istius.non promoueantur.*

c ¶ *Non ascendãt.*)Propter defectum sacramẽti.j.*eo.c.debitum*. vbi de hoc sacramento traditur.

CAP. I.

VT bigami[a], pœnitentes,[b] vel repudiatarum mariti ad sacerdotium non ascendant[c].

¶ Lucius iij. Spal. † Archiepiscopo.

† *Spaleten.* † *Valent.* † *Spalentin.* † *Spoleten.*

¶ *Cum bigamo, qui ordinatus est ad sacros, non dispensatur: & ordinator priuabitur potestate ordinandi, nisi cum eo fuerit dispensatum.*

CAP. II.

SVper eo quod tua fraternitas de bigamis[d] requisiuit: Respondemus, quod ordinatores eorum, potestate & officio[e] ordinandi, & ordinati si ad sacros ordines fuerint promoti, eis ideo sunt priuandi, quia in bigamis[f] contra Apostolum† dispensare[g] non licet: vt debeant ad sacros[h] ordines promoueri: vel tu eis si promoti fuerint remanere. In ordinatore[i] autem potest dispensatio adhiberi, vt ordinandi potestate & officio non priuentur.

† *Cap.3.eo.tit.in 1.compil.*

† *1.ad Tim.c.3.*

S*Vper eo.*] Primò recitatur consultatio. Secundò datur responsio ibi. *Respondemus*. Io. And.

CASVS. Quidam bigami promoti fuerunt ad sacros ordines, quęrebatur, an deberent in suis ordinibus ministrare? Respondit Papa, quod ordinatores eorũ priuandi sunt potestate ordinandi, quòd ordinati ad sacros ordines non debent in ipsis ordinibus remanere: quia contra Apostolũ cũ bigamis dispensare non licet: tamen cum ordinatoribus dispensari potest vt potestate ordinandi nõ priuentur. Not. quòd Episcopus cum bigamis dispensare nõ potest.

d ¶ *Bigamis*. sc. ordinatis.

e ¶ *Et officio ordinandi.*) i. priuandi sunt potestate & officio cõferẽdi similes ordines. *sic* s.*de temp.ord.c.literas & c.dilectus.*

¶ *Gl.seq.ponit quinque modos, quibus quis dicitur bigamus.*

Bigamus quot modis quis dicatur. adde Sotũ inferiùs citatum.

f ¶ *In bigamis.*]Verè vel interpretatiuè. vnde dicitur bigamus, qui castitatem promissam violat. 27.*q.1.quotquot*. Item qui cõtraxit cũ vidua vel corrupta. *xxxiij.d.maritũ.& j.eo.c.debitũ, & c.à nobis* Itẽ qui vnã de facto & alterã de iure habuit diuersis temporib. *j.eo.c.nuper*. Item qui scienter cognouit vxorem adulteram. 34.*d.sicut.ius & c.si laici.* isti omnes bigami reputãtur interpretatiuè quantum ad legẽ promotionis. Quidã verò propter defectum sacramenti, vt mariti viduarum, & corruptarum, & qui scien ter cognouit vxorem adulteram. Alij verò non propter defect um sacramẽti, sed propter affectũ intẽtionis cũ opere subsecuto: *vt c.nuper. & c.à nobis.* Item ille verè dicitur bigamus, qui diuersis temporib successiuè habuit vxores duas. 26.*d.deinde. & c.acutius.* & isti non promouẽtur propter sacramẽti defectum de quo dicetur. *j.eo.c.debitum.*

¶ *Gl.seq.signat c.m.tarium decre.lector.ponit 4.opin.demum solu it.*

a Cum bigamis an possit dispẽsari, anceps quæstio, de qua eleganter Sotus li.4.sen. dist.27.q.3.ar.5. vbi & hæc omnia illustrat.

g ¶ *Dispensare.*]Sed contra *xxxiiij.d.lector.* vbi dispẽsatur, vt bigamus subdiaconus fiat: sed ibi ostendit M. ꝙ liceat[a] Papę aut alius Eps, s. dispẽsare cũ bigamo vsque ad subdiaconatũ, & nõ suprà: quod non est contra Apostolũ per hoc c. Prohibitio Apostoli est de diacono, presbytero, & epo, & non de aliis: quia subdiaconatus nõ erat adhuc sacer ordo. R. dixit, ꝙ Marcellus Papa retulit se ad statũ primitiuę Ecclesiæ, in quo subdiaconatus nõ erat [b] sacer ordo. 60.*d.nullus.* Quidã dicebant, ꝙ Epi olim poterant dispẽsare cũ bigamis ordinib. maiorib. hac ratione: qa Episcopi dispensant cũ criminosis. *j.de iud.at si clerici.* & tamen Apostolus prohibuit criminosum ordinari. 25.*d.§.nunc autẽ.* nec tamẽ dicũtur facere cõtra Apostolũ, & sic eadẽ rõne cũ Bigamo. quorũ opi. reprobatur. *j.eo.nuper.& c.à nobis* H. dixit, ꝙ Episcopi dispensare non poterant cũ Bigamo vel viduarum marito. *arg.50.d.non confidat.* cuius opi. confirmatur per illa. *c.nuper.& à nobis.* Io. voluit dicere, quòd Papa nõ posset. Quod dicit R. & H. verissimũ videtur: quia licèt dispensetur cũ criminosis. nõ tamẽ sequitur, quod cũ bigamo: & illa est ratio, q criminosus post peractam pœnitentiam restitutus videtur in pristinũ statũ, & incipit esse, quod non fuit. 50.*d.ferrũ.& c.ponderet.& c.domino sancto.* & ideò cũ talib. dispensatur: sed bigamus nõ prohibetur promoueri propter crimen, sed propter sacramenti defectum. *j.c.debitũ.& 26.d.acutiùs* quia carnẽ suã diuisit in plures ab vnitate recedẽdo. sed illud sacramentum ampliùs restitui non põt, per aliquã satisfactionẽ, cum non sit crimẽ. & hoc considerauit Apostolus, cum dixit: *Non bigamũ.* & aliud considerauit, cum dixit: *Non criminosum*: quia in criminoso considerauit indignitatem personę, propter crimen etiam, quo purgato non prohibuit dispensationem. Sed ille defectus sacramenti non potest purgari, nec [c] baptismus tollit illam irregularitatem. 26.*d.acutius.* propter quod videtur, quòd papa nõ possit dispensare cum bigamo propter eandem rationem: quia propter dispensationẽ papæ non restituitur sacramentũ vnitatis, est nec posset: nam cùm Deus cætera possit, virginem tamen post ruinã suscitare nõ potest. *xxxij.q.5.si Paulus.* & idem dicit Imperator. C. *de rap.virg.l.vnica.circa pr.* itẽ dispensare non potest cũ monacho, vt proprium habeat, vel continentiam amittat. *j. de statu monach.c.cum ad mon.nasterium.* multò minus videtur dispensare posse cum bigamo. Vnde opi. R. bona est: & licet ipse H. dubitet, videtur tamẽ cõsentire, ne videatur diminui potẽtia Papæ, quòd possit dispensare cum bigamo. Tamen hoc quod dicitur, bigamus in quocunque ordine ordinetur, recipit ordinẽ. *arg.50.d.quicunque pœnitens. per quod c.videtur*, quòd cum bigamo dispensare possit. Sed illud tantùm intelligitur de minoribus ordinibus.

c Vide Sotũ lib.4. sent. di.26.q.vnj. ar.2.

† *Ca.2.eod.ti.in 2.compilat.*

† *Rotomagen.*

† *Cap.1.eo.ti.in 3.compilatione.*

Et de intellectu huius ca. vide Dominicum Sotum in 4. sent.d.27.q.3.ar.3.

h ¶ *Sacros.*) Diaconatũ & presbyteratũ, qui duo tantũ sacri fuerũt secundũ antiqua tẽpora. 60.*d.nullus.* hodie idẽ est de subdiaconatu. s.*de ætat.& qual.c.à multis.& s.de ser.non ordi.c.miramur.* vbi dicitur, quòd eodẽ priuilegio gaudet cũ diacono.

i ¶ *In ordinatore*]Cum quo potest dispensari: per hoc patet, quòd non cum bigamo ordinato, vt remaneat in ordine, vel vt promoueatur: quia quod de vno conceditur, de altero denegatur. *xxv.d.qualis.& j.de præsum.c.nonne.*

¶ Cælestinus iij.

¶ *Bigamus vxore viuente vel mortua, non ordinatur.*

CAP III.

DE † bigamis Presbyteris, & viduarum maritis, idẽ sancimus omnino, vt nec viuentibus vxoribus, nec defunctis[k], ad diuinorum debeant celebrationem admitti: maximè cum à doctrina sit Apostoli, & institutionibus Ecclesiæ alienum.

¶ Innoc. iij. Ratispa. † Episcopo.

¶ *Qui mortua vxore promotus ad sacros, cum secũda de facto contraxit & cognouit, bigamiæ pœnam incurrit, licet non sit bigamus.*

CAP. IV.

NVper à nobis: *& infra.*

D*E bigamis presbyteris.*) De facto post bigamiã ordinatis. CASVS. De presbyteris bigamis & viduarũ maritis idẽ iuris est quãtũ ad promotionẽ: qa cõtra Apostolum ordinari nõ debẽt. No. quod bigam⁹ est ipso iure suspẽsus à diuinis officiis.

k ¶ *Nec defunctis.*] Et ita illud impedimentum nõ põt purgari per mortem vxoris: quia nõ matrimonij vinculum, sed irregularitas contracta ex carnis diuisione est impedimento, & illa non tollitur per mortem vel pœnitentiam. 26.*d.vna.& c.acutius.* nec per baptismum: *vt in c.prædicto.*

N*Vper à nobis.*) Primò ad casum propositum allegat pro vna parte. Secundo pro contraria. Tertio solu. Secunda ibi. *Licet*. Tertia, ibi: *Nos autem*. Io. And.

Casus. Quidã, dum erãt in laicali ordine constituti, cõtraxerunt matrimoniũ: postmodum mortuis vxorib. facti sunt clerici, promoti sunt ad sacros ordines, demum cõtraxerunt secunda matrimonia: quęritur, vtrũ cũ talib. clericis, qui taliter contraxerunt, possit dispẽsari, vt in ordinib. suis remaneãt, vel ad superiores possint promoueri? & primo ostẽdit, ꝙ tales bigami sint iudicandi. in matrimoniis enim contrahendis nõ attendĩtur iuris effect⁹, sed animi destinatio. Vnde qui duas habet simul vxores, infamia notatur: quod partim ad factũ cõuenit retorqueri: sicut legitur presbytero, qui cõtraxit matrimoniũ: quod propter hoc nõ legalib. nuptiis dicitur detineri: qđ ad factũ refertur, nõ ad ius: eadẽ rõne tales de quib. est quæsitum, debent inter Bigamos reputari. In cõtrarium videtur, quod nõ sint bigami reputãdi: cum opiniõi sit veritas pferẽda. si dicam⁹ istos bigamos, scdm hoc sequitur, quod ille, qui nullã habuit vxorẽ esset bigam⁹ reputand⁹: vt si quis de facto cõtraheret cum diuersis, cum quib. de iure nõ posset cõtrahere. Resp. Papa, quod cùm huiusmodi clericis, tanquam cum bigamis, dispẽsari nõ põt, licèt in veritate bigami nõ existant, non propter sacramẽti defectum, sed propter affectum intentionis cum ope subsecuto: quia quantùm in ipsis fuit, scda matrimonia contraxerunt. No. quod infamis dicitur, q simul duas habet vxores. Itẽ no. quod opiniõi veritas prefertur. Itẽ reputatur bigam⁹, qui bigamus non est quoad promotionẽ. Item voluntas sine effectu

ctu punitur: quia processit ad effectum.

a ¶ *Tertius.*) Alij duo soluuntur ĩ. *de sen. excom. c. nuper.*

b ¶ *Matrimoniis contrahendis.*) Illicitis & prohibitis.

¶ *Gl. seq. alleg. concor. quibus quandoque plus affectus consideratur, quandoque plus factum.*

¶ *Iuris effectus.*) vt C. *de adult. l. eum qui.* vbi sunt hæc verba: si enim aliquis contrahat nuptias cum ea, cũ qua nõ potest de iure cõtrahere, infamis est: licet nuptiæ non habeant effectum. *ff. de iis qui notan. infa. l. quid ergo. §. 2.* quandoque magis considerᴀtur effectus, quàm affectus, vel quam factum ipsum. *de pœni. d. 1. §. hæc* autem verba.[a] quia verba ipsa sunt cum effectu accipiẽda. ĩ. *de cler. non resi. c. relatum. ff. de condi. & demonst. l. hac conditio. 1. & ĩ. de spon. c. vlt.* Quandoque magis consideratur factũ, quàm ius ĩ. *de cõs. prob. c. dilecta. & ca. cum nostris.* quandoque consideratur plus iuris effectus: *ff. de condi. insti. l. mulieri. §. 1. ĩ. de sponsa. c. inuenis.*

a *Vide l. cũ qui §. si ms ... ff. de con. & l. quanuis. ff. de in ius voc.*

¶ Tertius[a] articulus vi debatur habere non modicum quęstionis: quoniam cum in matrimoniis contrahẽdis[b], non iuris effectus[c], sed animi destinatio attendatur: vnde illum comitatur infamia, qui duas simul habet vxores[d]: quod partim ad factum[e] cõuenit retorqueri: sicut in canone legitur, de presbytero, qui non legalibus nuptiis[f] detinetur: eadem censura tales[g] videntur[h] inter bigamos reputãdi: Licet obuiet ex aduerso, quòd opinioni si veritas præferenda, & quòd iuxta præmissa, qui nullã vxorem habuit, foret bigamus reputandus, quod contingeret, si quis de facto contraheret cũ diuersis quibus de iure nõ posset matrimonialiter copulari. ¶ Nos autem in hac quæstione taliter respondemus, quod cum huiusmodi clericis, qui quanta in ipsis[i] fuit, secundas mulieres sibi matrimonialiter coniuxerunt, tanquam † cum bigamis[k] non liceat dispensari[l], licèt in veritate bigami non existant, non propter sacramenti defectum[m], sed propter affectum † intentionis cum opere subsecuto.

¶ *Duas simul habet vxores.*) C. de adult. l. eum qui.

e ¶ *Ad factum.*) Quasi diceret, de facto cõtraxit cũ secũda, quia de iure non potuit. Duas enim vxores simul habere non licuit, nisi cui ex reuelatione diuina concessum fuit. ĩ. *de diuer. c. gaudemus.*

f ¶ *Non legalibus nuptiis.*) 28. d. presbyterum.

g ¶ *Tales.*) Clerici scilicet, de quibus primò quæsitum est.

† *Hoc, tanquam, non est expressiuum veritatis, sed similitudinarium, iuxta illud, Ex his tanquam ad latronẽ, etc.*

† *Vide l. si in emptionem ff. de mi. & l. si equo. ff. de le. 2.*

¶ *Glo. seq. alle. 7. con cord. & sex contraria, & soluit.*

¶ Idem Meten. Episcopo.

¶ Qui contraxit cum virgine, licèt prius ab alio fuerit desponsata, bigamus non censetur.

h ¶ *Videntur inter bigamos.*) Hic collige, quòd opinio præfertur veritati. simile ĩ. *de spon. c. iuuenis. & 3. q. 7. infamis. § tria. ver. veruntamen si seruus & C. de testa. l. 1. & 12. q. 2. hominem. ff. ad Mace. l. 3. ĩ. de off. del. c. a. coram. & ĩ. de iure patr. c. ex ĩ. sulta tensibus. & ĩ. de elect. c. querelam* Sed contra. 7. d. *Veritate.* 81. *d. quicunque & ĩ. qui fil. sint legi. c. per tuas. C. plus va. quod agi. l. 1. 2. & 3.* Sol. verum est, quod veritas præfertur opinioni. alia casualia sunt: vt scilicet opinioni potiùs stetur, quàm veritati, vel in fauorem contrahentium, & odium decipientium. *ff. ad Maced. l. 3.* vel in fauorem prolis. ĩ. *qui fil. sint legi. c. cum inter 1.* vel fauorem testamentorum. *C. de testa. l. 1.* vel sententiarum. 3. *q. 7. infamis. §. tria. verf. veruntamen, si seruus.* ADDITIO. Vnde versus.

Testamenta, fauor, odium, sententia, proles
Ex istis causis præfertur opinio veris.

b *Vide l. dolo. §. 1. ff. de ser. cor. & l. dẽ ... gl. Sempronius, & l. si pupillis. § Titij in glo. Semprenij. de nego. gest.*

i ¶ *Quantum in ipsis fuit.*) In maleficiis enim voluntas non exitus spectatur. *arg. 49. d. c. vlt. & ff. ad leg. Cornel. de sicariis. l. Diuus. C. de ser. cor. l. si quis seruo.*

k ¶ *Tanquam cum bigamis.*) Not. arg. propter similitudinem facti aliquem numerari inter eos, de quorum numero ipse non est. 27. *q. 1. quotquot & 50. d. si ille. ff. man. l. vlti. in fi.*

¶ *Gl. seq. signat contrarium, & soluit.*

l ¶ *Dispensari.*) Ar. contra. ĩ. *de cle. conia. c. sanè.* Illa loquitur de eo, qui nunquam habuit vxorem, sed in sacro ordine contraxit, & ideo cum tali dispensari potest. hic loqui videtur de eo, qui primo in laicali habitu contraxit, & postea factus sacerdos iterum contraxit. vnde bigamus reputatur quãtum ad effectum, licèt in veritate nõ sit. & sic punitur propter affectum tantum cum opere subsecuto, & non propter defectũ sacramenti. Defectus enim sacramẽti vnitatis nõ est in isto: quia in veritate carnem suam non diuisit in plures.

m ¶ *Sacramenti defectum.*) De quo ĩ. eo. *debitum.*

DEbitum.) Primò ponit rationes: vltimo respondet ibi, *Vnde iis.*) Pars huius habetur. *de bap. c. debitum.*

CASVS. Mulier aliqua contraxit matrimoniũ cum aliquo, & ab eo fuit traducta: tãdem ea incognita mortuus est: quidã alius contraxit cũ illa: quę postmodũ mortua est: quæ situ fuit, an vir iste possit ad sacerdotiũ promoueri? Et videbatur quod nõ: quia fuit maritus viduæ, & tales promoueri non possunt. Resp. Papa, quòd duo sunt in coniugio carnali copula consummato, sc. consensus animorum, & commixtio corporum: coniunctio animorũ significat charitatẽ, quæ cõsistit in spiritu inter Deum & iustam animã. Vnde dicit Apostolus: *Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo.* cõmixtio corporũ, significat cõformitatẽ diuinæ & humanæ naturæ, quæ cõsistit in carne inter Christum & Ecclesiã. Vnde dicit Euangelist. *Verbum caro factum est.* sed illud coniugium quod nõ est carnali copula cõsummatum, nõ pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum & ecclesiam est contractum per incarnationis mysterium, secundum quod Apostolus exponens verba illa primi parentes: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* & statim subiunxit: *Hoc autem dico magnum sacramentum in Christo & Ecclesia.* His præmissis dicit Papa, quod propter sacramenti defectum tã habitum est ne bigamus, aut viduæ maritus, possit ad sacros ordines promoueri: quia nec illa est vna vnius, nec iste est vnus vnius. sic ergo patet, quòd vbi inter coniuges deficit commixtio corporum, ibi non deest signaculum huius sacramenti vnde soluo tibi quæstionẽ propositam: ille qui mulierem ab alio viro ductam, sed non cognitam, duxit vxorẽ, propter hoc impediri non debet, quia nec ille, nec illa diuisit carnem suam in plures. Not. quod defectus sacramenti est causa, quare bigamus vel maritus viduę corruptæ ad sacros ordines non possit promoueri: & ita non crimen, sed irregularitas hoc facit.

CAP. V.

DEbitum † pastoralis officij: *& infra.* ¶ Fraternitati tuæ duximus respondendum, quod cùm duo sint in coniugio[n], videlicet consensus animorũ, & commixtio † corporum: quorũ alterum[o] significat charitatẽ[p], quę cõsistit in spiritu inter Deũ & iustam animam: ad quod pertinet illud, quod dicit Apostolus; (Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo) reliquum[q] verò designat cõformitatem[r], quę cõsistit in carne, inter Christum & Ecclesiã, ad quod pertinet illud quod Euãgelista testatur, (verbum caro factum est & habitauit in nobis) profectò coniugium † illud, quod nõ est commixtione corporum consummatum, non pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum & Ecclesiam per incarnationis mysterium est contractũ, iuxta quod Paulus exponẽs illud quod dixerat protoplastus[s], (*Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro*[t] *de carne mea*: & propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhęrebit vxori suę, & erũt duo in carne vna[u]) statim subiũgit, (*Hoc aũt dico magnũ sacramẽtũ in*[x] *Christo & Ecclesia.*) Cum ergo propter sacramẽti defectũ, in-

† *Cap. i. eod. tit. in 3. compila. reliqua huius c. habes ĩ. c. 4. de bap. & eius effectu* *Act* † *Coniunctio. 1. Cor. 6.* *Ioan. 1.* † *Vide magistrum sententiarum ibi De Sacrament. li. 4. dist. 27.* *Genes.* *Ephes. 5.*

n ¶ *In coniugio.*) s. carnali copula consummato.

o ¶ *Alterum.*) i. consensus animorum.

p ¶ *Charitatem* i. dilectionem & coniunctionem.

q ¶ *Reliquum.*) i. commixtio corporum.

r ¶ *Conformitatem.*) Id est, coniunctionem & vnitatem.

s ¶ *Protoplastus.*) i. Adam primò plasmatus.

t ¶ *Caro.*) 35. q. 10. fraternitatis. & ĩ. de diuer. c. gaudemus.

u ¶ *In carne vna.* i. carnali operatiõe ad vnã carnẽ procreandã.

¶ *Glo. seq. tractat de triplici significato matrimonij. Secũdo quærit de tertio in quo consistat. ponit opi. quam reprobat, & soluit.*

x ¶ *Sacramentum.*) Triplex sacramentum, designatur in matrimonio carnali copula consummato. Primum est vnio fidelis animæ ad Deum per dilectionem, & charitatem, & hæc designatur per coniunctionem animorum in ipsa prima desponsatione, dum alter per mutuum consensum consentit in alterum; & de hoc sacramento fit mentio ibi. alterum signat charitatem, quæ consistit in spiritu inter Deum & iustam animam. Secundum est vnio humanę naturæ ad Deum, quæ facta est in vtero virginali per incarnationem verbi Dei: & hoc designatur per carnalem commixtionem viri & vxoris, & de hoc ibi sic tamen

c *Glo. hãc fortaßis propter ... tis vocum ignara accepit o. sacrame ntũ, pro mysterio, more Græcorum, vt docet conti ... hum C. de ... nis. de sacramẽ. no ... na leges in prim. & ita accepta ... hil fal ... continet.*

sit mentio, reliquũ vero designat conformitatẽ, quæ cõsistit in carne inter Christũ & sãctã Ecclesiã. Primũ est vnio voluntatis. Secũdũ est naturæ cõformitas: *vt 26. d. acutius. de conse. d. 2. in Christo pater.* vbi habes de cõformitate naturæ diuinæ & humanæ & non intelligas, ꝙ ipse actus corporalis designet hoc sacramentũ, sed ꝓpter actũ cõsummatũ sacramẽtũ est vnitas Ecclesiæ ex õib. gẽtib. collectæ, & vni viro Christo subiecta. hoc sacramẽtum designatur per illũ coniugatũ, qui vni cũ tãtũm matrimoniũ seruauit. sed vbi secundũ matrimoniũ cõtrahitur, hoc tertiũ sacramẽtum nõ habet locũ: quia recedit ab illa vnitate, quæ primò signabatur per vnicum matrimonium [a], quia in secundo matrimonio diuidit carnẽ suam in plures: vnde vnitatẽ amodo signare non põt: Christus n. signat vnitatẽ ex omnib. gentib. Christo subiectam *vt d. c. acutius,* sed ex quo Ecclesia Christo se cõiunxit, ab eo nunquã discessit, nec ipse ab ea. ergo bigam[9] talẽ vnitatẽ signare non potest, & ideo promoueri non potest propter defectum illius tertij sacramenti: duo prima sacramenta hic exprimuntur, vt dictum est, sed hoc tertium non expressit in littera, nisi loquẽdo de ipso non imponẽdo aliqua verba, per quæ illud significet: nisi forsitã per illa verba: Nec illa est vnica vnici, nec ille vnus vnius. per hoc tãtũm notatur recessus ab vnitate, & melius ĩ. vbi dicitur. Nec ipse diuisit carnẽ suã in plures, & sic in vnitate remansit vterq. & ibi: vbi deficit inter huiusmodi coniuges commixtio carnalis, non deest signaculum huiusmodi sacramẽti, s. vnitatis. Vel per illa verba: Hoc autẽ dico magnum sacramẽtum inter Christum & Ecclesiam. sed de isto tertio sacramẽto legitur 26. d. *acutius.* Sed in quo consistit signatio illius tertij sacramenti? Quidã dicunt, quòd in ipso coniugio: sed hoc est falsum: quia mortua vxore coniugium definit, & sic nulla esset signatio. Itẽ matrimoniũ non consummatum non signat hoc sacramentum, vt hic in fi. Est ergo dicendum, quod in eo, qui matrimonium vnicum seruauit clerico facto in ordine suscepto, est signatio istius tertij sacramenti, nec est necesse, quod talis clericus sit vel fuerit coniugatus: quia auctoritas Apostoli, *Oportet ordinandum esse vnius vxoris virum,* intelligitur per negationem, sic, vnius vxoris virum, id est, non plurium: immo qui nunquam habuit vxorem, liberius promouetur: quia ab vnitate non recessit, sed in vnitate permansit.

permansit saltẽ mẽte. Vnde Apostolus, *Despõdi enim vos vni viro. &c. 27. q. 2. nuptiarũ.* & ideo exigitur, quòd vxor carnem suã non diuiserit in plures, quod si fecerit deest in coniuge signatio tertij sacramenti vnitatis, & ita illud tertium sacramẽtum exigitur tam ex parte viri, quàm ex parte vxoris. Vnde episcopus vnius vxoris, signat vnitatẽ ex omnib. gentib. vni viro, id est, subiectam. 26. d. *acutius.*

hibitum sit, ne bigamus, aut maritus viduæ [a] præsumat ad sacros ordines promoueri: quoniã nec illa est vnica vnici nec ille vnus vnius: profectò vbi deficit inter huiusmodi coniuges commixtio corporum, non deest huiusmodi signaculum sacramenti. ¶ Vnde is, qui mulierem ab alio viro ductam, sed minimè cognitã [b], duxit vxorem: quia nec illa, nec ipse carnem suam diuisit [c] in plures, propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotium promoueri.

¶ Idem Lugd. Archiepiscopo Apostolicæ sedis Legato.

¶ *Qui plures habuit concubinas ex eo bigamus non est.*

CAP. VI.

Quia † circa minima †: *& infrà.* ¶ Sanè postulasti per sedẽ Apostolicam edoceri, si presbyteri plures † concubinas habentes, bigami [d] censeantur? ¶ Ad quod duximus respondendum, quòd cùm irregularitatem

non incurrerint bigamiæ, cum eis, tanquam simplici fornicatione notatis, quoad executionem sacerdotalis officii poteris dispensare.

¶ Idem.

¶ *Subdiaconus, qui cum vidua contraxit, & eam cognouit, bigamiæ pœnã incurrit, licèt bigamus nõ sit.*

CAP. VII.

A Nobis fuit: *& infra.* ¶ Ille autem, qui in Subdiaconatus ordine constitutus, de facto tantum, (quia de iure nõ potuit) duxit viduam [e] in vxorem, profectò bigamus non existit, sed nec viduæ potest in veritate, dici maritus: cum inter ipsum & illam non fuerit vinculũ maritale contractum: cum eo tamen contra doctrinam Apostoli, † tanquam cum marito viduæ dispensare non licet: non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere [f] subsecuto.

¶ *Glo. seq. rec. per q. alle. pro, ponit opin. contrariam, quam reprobat.*

c ¶ *Diuisit* Sic 34. d. Valẽtino. per quod soluebatur hæc q. sic ergo consideramus potius rationẽ & causã, quare hæc fiũt, quã factum ipsum, & ita is qui duxit vxorẽ a se primò corruptam, potest promoueri: quia ratio & causa non inuenitur in eo, quare non diuisit carnẽ suam in plures. Dicunt quidam, ꝙ talis ꝓmoueri nõ debet, quia verum est, quod est maritus corruptæ. arg. op. pro eis 30. q. 5. *qualis.* & H. in hac opinione fuit. sufficit, quod ita scriptũ est. *ff. qui & à quib. manumiss. non fi. l. prosp. xit. & 6. q. 3. scriptum est in lege* quod non credo: eadem ratione & iste, de quo quæsitum fuit, non posse e promoueri: quia verum est, quod fuit maritus viduæ & corruptæ. quare intelligo, quod dicit. *c. qualis.* quando ab alio corrupta est. & capitula plura, quæ ad idẽ possent induci. 77 *d. quicunque & 34. d. c. curandum. & c. præcipimus.*

a ¶ *Vidua.*) i. corruptæ: quia licet fuisset vidua, dummodo non corrupta, non prohibetur: vt hic dicit.

¶ *Gl. seq. quærit: ponit duas opin. & secundam approbat.*

b ¶ *Cognitam.*] Sic patet, quod vxor ordinandi, ad hoc vt ille possit promoueri, virgo debuit esse. ĩ. *eod. c. vlt.* Sed quare exigitur maior castitas in vxore, quam in viro: Respon. quia maritus corruptæ, si cum ea vna caro efficiatur, promoueri non potest. 34. *dist. præcipimus. curandum si casus si quis. & c. si laicus.* sed ille, qui habuit concubinam post vxorem vel ante, promoueri potest. *vt xxxiiij. d. fraternitatis.* H. dixit, quod vir signat Ecclesiam, quæ in parte recessit à Christo adulterando, recedendo a fide, et si in parte virgo fuit, & ideo non deest signatio sacramenti in viro, quamuis non sit virgo. vxor vero signat Christum, qui nunquam Ecclesiam diuisit: quoniam ipse est sons vitus, cui non communicat alienus. *infra de reg. cap. licet. in fin. & de pœn. distinct. 2. §. item* vt Christus alij dicunt (& videtur melius) quod vir signat Christũ, qui primo copulauit sibi synagogam, & postea copulauit sibi Ecclesiã de gentib. militantẽ, in qua sunt boni & mali. & ideo non nocet, si vir non fuerit virgo. Vxor vero signat Ecclesiam triumphantẽ, in qua non est macula neque ruga, quæ semper virgo

Qvia circa.] Diuiditur: quia primò ponitur consultatio, secundò responsio Secunda ibi, *Ad quod.* Et pars huius habetur ĩ de priui. *c. quia circa.* Ioan. And.

Casvs. Presbyteri habentes plures concubinas, quæritur, vtrũ bigami sunt censendi. Resp. quòd propter hoc non incurrunt irregularitatem bigamiæ. vnde cum talibus, tanquam cum fornicariis, poterit episcopus dispensare, vt suũ officium exequãtur. Not. quòd plures habens concubinas, irregularitatem non incurrit. No. notabile, quod cum eo, qui peccat, dispensatur, & cum illo, qui non peccat, dispensatur.

¶ *Gl. seq. signat contrarium, & soluit. secundo no. quòd luxuria, &c. signat contrarium & remittit.*

d ¶ *Bigami.* ĩs. eo. nuper. arg. cõtra: sed ibi loquitur, quãdo vtraque fuit solenniter ducta, tanquam vxor, hic vero non. & ibi prima fuit: vxor secunda vero esse non potuit. Not. mirabile, quod plus habet hic luxuria, quam castitas. *arg. 44. d. fraternitatis.* Sed contradicit *in Auth. de restit. & ea. quæ parit. in si coll. 4.* & stulti non debent esse melioris conditionis, quam periti. 16. q. *1. legi epistolam. & ff. quod vi aut clam. l. seruus. & ff. de fur. basque iusto. §. 1.* ratio huius redditur ĩ. *c. proxi.*

A *Nobis fuit.*) Casvs. Quidã subdiaconus quandã viduam de facto duxit in vxorẽ: quia de iure nõ potuit: quæritur vtrũ bigamus reputetur quoad legem promotionis. Respond. Papa, quod in veritate nõ est bigamus, nec maritus viduæ, cũ inter ipsos non fuerit matrimonium: veruntamen cum eo, tanquam cum marito viduæ nõ poterit dispensari, non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto. Ex hac decre. no. bigamus reputatur quoad promotionem, qui bigamus non est.

e ¶ *Viduã.*) Qui a cum esset in sacro ordine constitutus, cũ ea matrimoniũ contrahere non potuit. 28. *d. c. presbyterũ & ĩ. e. c. nuper.* tamẽ licet nõ fuerit matrimoniũ: quia tamẽ quãtum in ipso fuit, cum ipsa vidua contraxit, cum eo dispẽsari non potest contra doctrinã Apost ĩ *e. c. super eo.* non propter sacramẽti defectum, sed propter voluntatẽ, quam habuit contrahẽdi cum vidua, non contẽtus suis terminis, cum processit ad actum, licet non habuisset effectum. ĩ *e. c. nuper.* & est hic & ibi argumentum expressum. ꝙ voluntas non contenta suis terminis punitur: & ea quæ ibi etiam dicta sunt, hic posse repeti, cũ similis causa sit, quare hoc fiat. causa dicta est ĩ *e. c. debitũ.*

f ¶ *Cum opere.*) s. carnali. arg. ĩ. *eo. debitum & 56. d. Valentino.*

a *Mysterium tamen incarnationis bene potest in secundo matrimonio significari.*

† *Ca. vnico. e. t. i. in 4. compilat.*

† *Alias: matrimonia.*

† *In vno vetustissimo exemplari sta, plures successiuè.*

† *ad Tim. c. 3.*

De materia huius glossæ consule Theologos lib. 4. sent. dis. 26. & sequen.

DE CLERICIS PEREGRINIS.

¶ Quia inter eos, qui ab ordinibus prohibentur, arcentur & peregrini, ideo, &c. De hac materia habetur 98. & 71. d. per totum. & 7. q. in multis c.

Q*Va nos.*) Sunt duæ partes, consultatio & responsio. Secunda ibi, *Tua igitur.* Io. And. CASVS. Clerici quandoq; se transferunt ad remotas partes, & dicunt se ordinatos, nec ostendũt litteras eorũ, à quibus se ordinatos dicunt, quæritur, quid de talib. sit agendum? Respondit Papa, quòd tutius est in his statuta Patrum sequi, quàm nouum aliud statuatur. De transmarinis statutũ est, vt ad minùs quinque episcoporũ testimonio super ordinatione sua muniatur, quod de aliis incognitis similiter est seruadũ, ita vt aliquanto tempore habeatur in suspẽs, in quo de ipsorum actibus instruatur illi, cum quibus morantur, & inquirendũ est etiam de inferioribus ordinibus, quia posset esse, quòd aliquid prætermisissent. His consideratis poterunt admitti ad diuina, si alias digni inuenti fuerint. No. quòd non sit tam credendum est alicui super ordinatione sua. No. quòd inquirendum est de conuersatione alicuius ab illis, cum quibus moratur.

a ¶ *Statutum.*) 98. d. per totum.

b ¶ *Quinque.*) Ideo enim exiguntur quia dubitari consueuit de sigillo vnius episcopi. si enim de illo constaret, id solùm sufficeret. j. *de proba. cap. post cessionem.* vel per testes. *infrà eod. c. vna.*

c ¶ *Incogniti.*) Ex quo enim incogniti sunt, explorandum est, cuius fidei & innocentiæ sint 42. d. *quiescamus.* ff. *man. cau. sic l. vlt. §. fermorum.*

d ¶ *In suspensione.*) quod hic dicitur, intellige de iis, qui in Ecclesiis recipi postulant tanquam clerici. cæterum si tanquam viatores vellent celebrare secretò, permittendi sunt. *infrà eod. ca. tue.* & *arg. de consecr. d. 2. non prohibeat.* & 7. q.

e ¶ *Actibus.*) Nam per actus sequentes præsumitur de præteritis, & econuerso. 34. q. 2. *cum per bellicam.* & 6. q. 1. *qui crimen* ff. *de re milit. l. non omnes. §. a barbaris.* & 2. q. 1. *in primis.* 50. d. *si quis diaconus* & 77. *dist. quicunque.*

f ¶ *Poterit dispensari.*) id est, ex benignitate recipi poterunt. ADDITIO. Vel secundum Inno. hoc dicit: quia si clericus sit ignotus, & litteræ ignotæ: non est sine dispensatione episcopi admittendus. j. c. *fi.* vel secundum Hostiens. dispensari ad litteram est, si aliqua egent dispensatione. *de ord. ab episc. c. 1.* & 2. Ioan. And.

I*Nter quatuor.*) Communis diuisio. Secũda ibi, *Inquisitioni.* Ioan. And. Pars huius secundum Ioan. And. habetur j. *de matri. & obe. c. inter quatuor. de cler. non resi. inter quatuor.* & *de rela. de. inter quatuor.*

CASVS. Clerici aliquando transferunt se ad partes Constãtinopolitanas, accedunt ad patriarcham sine litteris suorũ ordinatorum, tamen offerunt iuramẽtum, quòd sunt in certis ordinibus constituti, & petunt ad superiores ordines promoueri: quæritur, quid iuris sit? Resp. quòd nisi primò cõstiterit patriarchæ per idonea argumẽta de ipsorũ ordinatiõe canõica, nõ debet illos suscipere in illis ordinib. nec ad superiores promouere, antequã eorũ cõuersatio fuerit approbata. No. quòd iuramẽtũ ignoti nõ admittitur sup sua ordinatione: sed hoc ideo, ne illi qui celebrant, decipiantur.

g ¶ *Litteris.*) Quas habere debet semper. 71. d. *c. primatus.* j. *eo. c. prox.*

¶ *Glo. recitetur per quæstiones quæ vocãt hic argumẽta.*

h ¶ *Per argumenta.*) Non dicit per testes vel instrumenta: sed per argumenta esse probandum: quia per argumenta probatur siue per indicia sicut per testes. 2. q. 6. *c. et quis.* §. *diffinitiua. Ver. nullus homicidarũ.* & 32. q. 1. *dixit dominus.* 27. q. 1. *nec aliqua.* & C. *de rei vẽ. l. indicia.* & j. *de præsum. c. litteris.* Vel idonea argumẽta vocat sigilla episcoporũ. 98. d. *trãsmarinos.* & s. c. *prox.* vel sigillũ episcopi sufficit, si notũ sit. 71. d. *extraneo.* & C. *de epi.* & *cle. l. si quã per calũniã* & *si* Sedi perdiderit instrumẽtũ, probet amissionẽ & tenorẽ ipsi, & quod sine vitio fuerit. j. *de probat. c. cum olim. in fi.* vel per testes. j. *c. prox.*

i ¶ *Suscipere.*) Nisi vt hospites: 7. q. 1. *episcopi* vel *presbyteri.* & *de consecra. d. 2. non prohibeat.* & 42. *d. quiescamus.*

TITVLVS XXII.

De clericis peregrinis.

¶ Alexã. iij † Cenoman. Episcopo.

¶ Vltramarini & valde remoti ordinationẽ suã probari debet per quinque Episcoporũ sigilla.

CAP. I.

QVa † nos duxit fraternitas consulendos, qui sit agendũ de Clericis, qui in remotis regionib. ordinati, litteras eorum ostendunt, à quibus sibi proponunt manus impositas: & vtrùm episcoporum sigilla sint, quæ repræsentant, incertum existit. †

¶ Tuæ igitur consultationi respõdemus, tutius esse, vt in his statuta Patrum veterum obseruentur, quàm nouũ aliquid statuatur. Statutum[a] autem est de transmarinis, vt ad minus quinq;[b] episcoporum super ordinatione sua testimonio muniãtur, quod in aliis (si † similiter sũt incogniti[c]) credimus obseruãdũ, ita tamen vt in suspensione[d] aliquanto tempore habeantur, in quo pleniùs de actibus[e] instruantur ipsorum ¶ Sed & de inferioribus ordinibus inquiri oportet: quia posset contingere, vt aliquibus prætermissis saltum fecissent. His autem peractis, si digni inuenti fuerint, circa eos poterit dispensari[f].

¶ Innocen. iij. Constantinopolitano Patriarchæ.

¶ Clericus peregrinus, qui iurat se ordinatum, nisi aliter probet, in illo ordine nõ suscipietur, nec ad superiores promouebitur.

CAP. II.

INter † quatuor: & infrà.

¶ Cõsuluit nos iterum tua fraternitas, vtrum † Clericos ad te sine suorum ordinatorum litteris[g] venientes, & offerentes iuramẽtum, quod sint in quouis ecclesiasticorum ordinum constituti, debeas ad superiores ordines promouere.

¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd nisi de ipsorum ordinatione canonica, per idonea tibi constiterit argumenta[h], eos nec in illis suscipere[i], nec ad maiores debes ordines promouere: præsertim antequam cõuersatio eorum fuerit approbata.

¶ Idẽ Patriarchę Hierosolymitano.

¶ Peregrinus, de cuius ordinatione constat, non permittitur celebrare in publico, sed in occulto sic.

CAP. III.

TVæ † fraternitatis: & infra.

¶ Vtrùm † Clericos, qui ad partes Hierosolymitanas sine commendatitiis[k] litteris veniunt, permittere debeas celebrare diuina: & infra. Respondemus, quod nisi legitimè tibi constiterit, siue per litteras, siue per testes[l], de illorum ordinatione canonica[m], qui penitus sunt ignoti, non debes ipsos permittere in † tuis plebibus celebrare ¶ Sed si forsitan eorum aliqui secretò[n] ex deuotione celebrare voluerint, poterit sustinere.

¶ Honorius iij Regin. Episcopi.

¶ Inferiores Prælati, sine diœcesanorum consensu, in Ecclesiis suis peregrinos non possunt instituere.

CAP. IV.

TE nobis proponente didicimus, quod quidam Prælati Ecclesiarum tuæ iurisdictionis, in ecclesiis sibi commis-

T*Va fraternitatis.* Cõmunis diuisio. Secũda ibi, *Respondemus.* I. A. CASVS, Clerici aliquido accedũt ad partes Hieroso. sine cõmẽdatitiis litteris suorũ episcoporũ: quæsiuit patriarcha, an permittere debeat illos celebrare diuina? Resp. Papa, quòd nisi cõstiterit ei siue per litteras siue per testes de canõica ordinatiõe ipsorũ, qui ignoti sunt, non permittat illos suis plebib. celebrare. sed si secretò voluerint celebrare, permittãt. No. quòd alicui licet secretò, quod nõ licet in publico. & hoc est, ne decipiatur popul9.

k ¶ *Commendatitiis.*) Vel etiam dimissoriis. 71. d. c. *pen.* & 29. q. 1. *dua sunt.*

l ¶ *Per testes.*) Vel per alia legitima. ar. s. c. *proxi. arg. de præsumpt. c. litteras.* & de conuersatione ipsius primò debet constare. s. c. *prox.*

m ¶ *Canonica.*[b]) id est, secundùm ordinem Ecclesiæ facta. s. *de sum. trinit. c. firmiter in fi.*

n ¶ *Secretò.* Quia tũc nullũ periculũ fit alicui nisi sibi. sed si publicè celebraret populo, tũc periculũ esset, vt si nõ esset sacerdos populũ deciperet. 42. d. *quiescamus* & j. *de cele. mis. de homine.*

T*E nobis.*] Communis diuiso. & secunda pars est ibi, *attendentes.* Ioan. And.

CASVS.

† *In multis, Alexã. iij. sed falsa est inscriptio, nam cum hæc compilatio facta est nondum erat Alexander quartus creatus.*

† *Ca. vnico e. ti. in 3. compilat. & habetur integrum post concilium Lateran. sub Alex. iij. p. 26. c. 20.*

† *Adde, qualiter, & quando credendum sit sigillo* in l. Lucius & ibi Barto ff. de fid. instr. & in l. ad testium. ff. de testam.

† *Aliàs ita, qui similiter &c.* aliàs *ita: similiter sunt in eo incogniti.* a Concor l. si procuratorem ff. de procu ra. & l. ne satisfdatio. ff. rem ra. habe.

† *Cap. 1. eo. ti. in 3. compilatione.*

† *In plurib. antiquis post illud, infra, statim sequitur* vtrum clericos, &c.

† *Cap. eod. ti. in 3. compilat.*

† *In Vaticano manuscripto hæc verba pr. ætermittuntur:* cõsuluit insuper tua fraternitas vtrum, &c.

† *In antiquis deest, distinctum.*

b *Hæc glossula non est Bernardi: nec habetur in antiquis libris.*

Casus. Quidā prælati Ecclesiarum de iurisdictione Episcopi Regin. sine cōsciētia ipsius Episcopi, clericos de alienis Episcopatibus instituebāt in Ecclesiis sibi cōmissis: quæsiuit Episcop° à Papa, quòd iuris esset de illis clericis? Respōdit Papa, quòd illud eis nō liceat, cū sit cōtrariū honestati, & cōtra institutionem sanctorū patrum: & ideo potest inde eos remouere, nisi ex dispensatione eos dixerit dimittendos. No. clericos instituendos in Ecclesiis de eodem loco, vel de eadē diœcesi, & nō extraneos.

a ¶ *Institutionibus.*) 71. d. c. 1. & 2. per totā d. & 52. d. per totum & C. de epis. & cle. in Ecclesiis. sic de aliena Ecclesia nō est assumendus prælatus, dū reperitur idoneus in eadem. 61. d. nullus.

¶ *Glo. seq. arguit ad duo, & de secunda remittit.*

b ¶ *Ex dispensatione.* No. arg. quod nullus potest eligi de aliena diœce. sed tantum debet postulari: quia instituti absq. scientia Episcopi, remouentur, nisi eum eis voluerit dispensare: & sic per solam dispensationē de aliis Episcopatibus instituuntur: & est hic bonum arg. pro opinione illorum, qui dicunt, quod semper præualet electio de gremio Ecclesiæ, alij electioni factæ de alia, etiamsi sit facta à minori parte. de hoc dixi j. de elect. nec. cum inter canonicos.

† *Alias, sci entia, hoc est sine licē tia, aut facultate.*

† *Vide l. quod vulgo. ff. de stat. hom. & l. si cum dies, §. cō promissa. ff. de adquir.*

† *Vide notat in hunc locum in fine operis adiectum.*

† *Cap. 2. e. tit. in 1. cō pil. Facit concilium Aurelianē se 4. c. 26.*

sis sine conscientia † tua, Clericos de alienis Episcopatib. instituere non verentur. Attendentes igitur id eis nulla ratione licere: cum sit honestati cōtrarium †, & à sanctorum Patrum institutionib.[a] alienum: & infra. ¶ Inquisitioni tuę taliter respondemus, quod tibi licet eos exinde remouere: nisi aliquos ex dispensatione [b], in eisdem Ecclesiis duxeris dimittendos.

TITVLVS XXIII.

De officio Archidiaconi.

¶ Ex libro Romani ordinis †

¶ *Ponit, quæ spectant ad officium Archidiaconi.*

CAP. I.

VT Archidiaconus post episcopum sciat se vicarium [c] esse eius in omnibus, & omnem curam in Clero (tam in vrbe [d] positorum, quàm eorum, qui per parochias habitare noscuntur) ad se pertinere, siue de eorum conuersatione, siue honore † & restauratione ecclesiarum, siue doctrina ecclesiasticorum, vel cęterarum rerum studio, & delinquētium rationem coram Deo redditurus est. ¶ Et † vt de tertio [e] in tertium annum, si episcopus non potest, parochiam vniuersam circumeat: & cuncta, quæ emendatione indigent, ad vicem sui episcopi corrigat [f] & emendet.

¶ Ex concilio Toletano. †

¶ *Non summatur, sed ponit quadam, quæ spectant ad officium Archidiaconi.*

DE OFFICIO Archidiaconi.

† *anere.*

¶ *Explicito tractatu ordinandorum de dignitatum officiis est videndum: & quia Archidiacon° post Episcopus maior esse videtur, &c. Ioan. And. De hac materia habetur 25. d. perlectis. 74. d. honoratus. 94. d. c. fi. Ant. de But.*

† *Qualiter hodie visitant Archidiaconi, tradit concil. Trid. sess. 24. in decreto. de refor. c. 3.*

† *Cuius concil. Toletani sit mundum inuenit.*

VT *archidiaconus.*) Dicit hoc c. & seq. quæ ad officium Archidiaconi pertinere noscantur: & quia tota hæc decre. cadit sub vno constructu, ideo commodè diuidi non potest. Ant. de But.

CASVS. Dicitur hic, quòd Archid. est vicarius Episcopi in omnibus, quæ ad eum pertinent, similiter & causæ clericorū pertinent, & in vrbe & extra vrbem pertinent, & conuersatio eorum, & onus, & restauratio Ecclesiarū, & doctrina Ecclesiasticorū, & correctio excessuum. Item de triennio in triennium, cùm Eps fuerit impeditus, debet totam visitare diœcesim, & ad vicem Episcopi corrigere emenda. Not. quòd archid. est vicarius Episcopi, & potest corrigere. Vnde infertur, quòd habet correctionem, quod verum est de consuetudine præscripta.

c ¶ *Vicarium.*) Et ita habet cognitionem & iurisdictionem, & ex quo vicarius est. C. de offi. vica. l. 2. & j. de offi. vica. c. penult. & 25. d. perlectis. arg. in Auth. de defen. ciui. circa princ. coll. 3.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

d ¶ *In vrbe.*) Arg. contra. 25. d. perlectis. Sol. licèt quædam pertineant ad officium archid. primicerij. & thesaurarij. vt ibi dicitur, tamen præordinator est in cunctis, & loco Episcopi, & tanquam vicarius eius.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *De tertio.*] Episcopus verò singulis annis debet visitare parochiam suam 10. q. 1. episcopum. decernimus. placuit. nisi dimittat hoc, ne propter eius accessum grauentur Ecclesiæ, tūc mittat archidiaconum: vel quia episcopus ire nō potest [a], vt hic dicitur. Item contra. j. eo. mandamus, vbi dicitur, quòd archidiaconus debet visitare singulis annis, aut etiam pluries, si expedit. Ibi loquitur de visitatione suæ propriæ parochiæ, hic quando visitat vniuersam parochiam ad mandatum episcopi.

f ¶ *Corrigat.*) Sic ergo archidiaconus habet correctionē, ex quo habet iurisdictionē: quia iurisdictio sine coërtione nulla esse t. vt j. de of. de le. ex litteris. & ff. de offi. eius cui mād. est iurd. l. vlt. Quid de iure communi pertineat ad archidiaconum habes j. e. ad hæc. & c. ad nostrum. & c. prox. secus de consuetudine. j. e. vlt. vbi de hoc.

a *Forte deest, de mi. tu. l. item autem. §. gessisse cū seq. & 4. lat Vulg.*

† *Cap. 1. e. tit. in 1. compila.*

† *Vt Greb. gratia, bene honeste. & demisse Vult.*

dum, quæ spectant ad officium Archidiaconi.

CAP. II.

OFficium † vero Archidiaconi est euangelium, quādo voluerit, legere, vel alicui de Diaconis præcipere; & quādo episcopus missam canit, ad iussionem illius induant se Leuitæ vestimentis sacris: qualiter cum pontifice ad Missam procedant †: & infra. ¶ Omne ecclesiasticum officium prouidendo, lectiones aut responsoria in matrice ecclesia dare debet & auscultare, intantum, vt nullus euangelium aut epistolam, responsoria, vel quamlibet in ecclesia lectionem legat vel cantet, donec auscultetur [g] ab ipso. ¶ Acolytos † quoque ipse ordinet, quis eorum candelabra, quis thuribulum deferre, quisve minorum in ecclesia aliqua officia agere debeat.

OFficium) CASVS. Dicitur hic, quòd ad officium archidiaconi pertinet legere Euāgelium, quod voluerit: vel præcipere alicui diacono, quod legat: & quād° episcopus debet missam celebrare, præcipere debet sacerdotibus, vt induant se vestib. sacris, vt episcopo ministrent. Item in matrice Ecclesia nullus debet legere responsorium, aut epistolam, aut lectionem cantare, donec primò ab ipso auscultetur: dēt etiā ordinare acolytos, quis eorum dēt inferre candelabrum, & quis thuribulum. Not. quòd ad officium archid. pertinet Euangelium legere, & ad officia Ecclesiæ ordinare & illos, qui legere vel cantare debent in matrice ecclesia, auscultare.

g ¶ *Auscultetur.*) Videtur hoc potius spectare ad officiū magistri scholarum, sed potius ex cōsuetudine fit hoc, sicut & multa alia, quæ considerantur & attendentur in huiusmodi officiis potius quàm iure communi. j. de excess. prælat. ad hæc. & j. eod. c. vlt. Bernardus. ADDITIO. Vel loquitur, cum episcopus est præsens, & mādat hoc per archidiaconum expediri, secundum Vincen. Ioan. And.

† *Qui ordo sit acolytorum in ecclesia, tradit Magister sent. l. 4. di. 24. §. quarto loco.*

† *Greg. Epist. 10. lib. 1. registri. & c. 1. e. tit. in 1. comp.*

† *Salernitano, in nō nullis exēpl.*

¶ Greg. ij. † archid. Salonitano: †

¶ *Custodia vasorum Ecclesiæ ad Archidiaconum.*

CAP. III.

EA [h] quæ contra: & infra. ¶ Scire vero te volumus quod à te districtè quæsituri sumus; quia vel propriæ ecclesiæ, vel ea quæ de diuersis ecclesiis similia [i] sunt collecta, nō sub omni sollicitudine & fide seruātur. Quod si quid ex eis vel negligentia [k], vel cuiusquam fraude deperiit: tu hoc

EA quæ contra.) CASVS. archidiaconus Salonitanus habuit custodiam vasorum & aliorum ornamentorum Ecclesiæ. archiepiscopus Salonitanus significauit domino Papę, quòd archidia. negligēns erat circa prædicta custodienda. super hoc scribit Papa archid. dicens, quòd districtè inquirat ab ipso de vasis Ecclesiæ, quæ illic collecta sunt, qualiter custodiuntur: si aliquid ex negligentia vel fraude ipsius perierit, ipse in hoc punietur, & tenebitur ad restitutionem ipsorum, cum ipse ad hoc ex officio teneatur. Nota in prælato negligentiam & fraudem comparari.

h ¶ *Ea quæ.*) De isto archidiacono habetur 74. d. gest. &c. honoratum. & c. vbi ista dicitur.

i ¶ *Similia.* Per hoc intellige vasa Ecclesię. ar. 12. q. 2. apostolicos & custodia horū potiùs pertinet ad custodem siue thesaurariū, sed vt dixit in prox. c. cōsuetudo attēditur, vbi nō est thesaurari° hoc sortè pertinet ad archidiaconū, vt hic videtur. ¶ *Gl. se. obijcit, & soluit.* k ¶ *Negligētia* Prælat° n. nō solū tenentur de dolo, sed de culpa lata, & leui ad instar tutor. in C. de peri. tu. vel cur. si res pupill. & C. arbi. tu. quæ q. d. sed & de negligētia, vt hic patet. cum

cùm etiã propter negligentiã remouecatur. ĩ. de offi. custo. c. 1. & 1. q. 1. c. si qui episcopi. §. ecce cùm honorem. & 81. d. dilectõ. & arg. 18. q. 2. si quis abbas. sic etiã iudex propter negligentiã remouetur. C. de offi. præfect. ar. si quis. & ff. de custo. & exhi. re. careeri. & l. nõ est. quod potest intelligi, cum negligẽtia crassa est. arg. 1. q. 1. nũquid. & ff. de ver. sig. magnam. & arg. s. de ord. ab epi. qui re episco. c. 1. in fine.

a ¶ *Reatu.*] Arg. quòd neglig ẽtia prælati mortale peccatum est. 81. d. dilectum. ĩ. de reg. iur. c. penult.

b ¶ *Custodia.*) Ad ipsum etiam pertinet cura & solicitudo totius ecclesiæ. 2. d. perlectis. & ĩ. eo. ad hac.

reatu [a] adstringeris, qui Archidiaconatus ordine n custodiæ [b] eiusdem ecclesiæ arctiùs deputaris.

¶ Alexan. iij. Elien. Archidiacono.

¶ *Archidiaconus sine mandato Episcopi non committit curam animarum, id est, non habet institutionem auctorisabilem.*

CAP. IV.

Cum † satis sit absurdum: & *infrà.* ¶ Quoniam igitur obtentu alicuius consuetudinis [c], non debes contra sanctorum patrum constitutiones † [d] venire, & quod ad tuum non spectat officium vendicare.

¶ Mandatum, vt nemini sine licentia & mandato Episcopi curam præsumas committere animarum.

¶ Idem Vigorn. Episcopo.

¶ *Archiepiscopus, de iure communi non potest excommunicare. Ant. de But.*

CAP. V.

Archidiaconis non videtur de Ecclesiastica institutione licere (nisi auctoritas Episcoporum accesserit) in aliquos sententiam promulgare. [e]

¶ Cap. 4. ao. tit. in 1. compil. post cõcilium Lateranẽ, sub Alex. iij. P. 36. c. 2.

Cum satis.] Prima ponit causam decisiuam & expressam. Secunda mandatum, ibi, *Mandatum.* Ioan. And.

Casvs. Archidiaconus Elien. sine licentia episcopi sui committebat curam animarum, dicens hoc ex consuetudine sibi licere: episcopus conquestus fuit Papæ de hoc, dicit Papa quod obtentu alicuius consuetudinis nõ debet facere contra institutiones sanctorũ patrũ. Vnde præcipit ei, quod nulli committat curam animarũ sine licẽtia & mandato sui episcopi. Not. quòd ad episcopũ pertinet cõmittere curã animarũ, non obstante consuetudine, quę præscripta non sit.

¶ *Gl. seq. recit. quòd archidiaconus habeat curam animarum alle. duo iura quòd non, & duo quòd sic ponit opi. Hug. & ops. contrariam. & soluit.*

c ¶ *Consuetudinis*) Verum archidiaconus habeat curam animarum vel non, iura videntur diuerso modo loqui. de iure cõi nõ habet curam animarum. 16. q. 7. *nullus omnino.* & hic non potest etiam de iure cõmuni excõmunicare. ĩ. c. prox. Arg. contra. ĩ. de eo qui fur. or. rece. c. 1. cum suis conc. & s. e. c. 1. Hug. dicit, quòd Archidia. de iure communi nõ habet curam animarum, nisi sibi specialiter ab episcopo demãdetur: nec alij potest committere per c. prædictum, nullus. & per hoc c. & omnia illa iura, quæ videntur contrarium innuere, intelligitur ex delegatione episcopi, sic & illud 6. 3. d. si in plebib. Alij dicunt contrarium, s. q habet curam animarum & iurisdictionem & ex eo quod episcopus eum instituit, siue quia per collegium eligitur, & per episcopum confirmatur, generalem administrationem cum iurisdictione adipiscitur. & facit ad hoc ĩ. de preb. referente. & ĩ. de eo qui fur. or. rece. c. 1. cum suis conc. & ĩ. c. mandamus. Quæ autẽ sunt illa, quæ de iure communi pertinent ad archidiaconum. collige per c. ĩ. e. ad hac. & c. ve nostrũ. Alia verò potiùs habent archidiaconi de consuetudine, quàm de iure communi quia visitant & corrigunt de consuetudine. ĩ. e. c. vlt. & sup. de elec. dudum & sic de consuetudine omnia alia iura consimilia intelliguntur. infrà de excess. præl. ad hac. & quod dicit hic, obtẽtu consuetudinis, intellige non præscriptæ. infrà c. prox. quod archidiaconus non potest excommunicare, intellige, quòd non excommunicabat de consuetudine: & sic retulit se ad ius commune. sic ergo iura quæ loquuntur diuersimodè de iurisdictione archidiaconi intelligẽda sunt secundùm diuersas consuetudines diuersorum locorum sic s. de consue. cùm olim.

d ¶ *Constitutiones*) 16. q. 7. nullus omnino. & q. 1. cunctis fidelib. & sic de iure communi ad officium archidiaconi non ptinet cõmittere curam animarum. hoc iam per regulam præcedentem.

Archidiaconus.) Casvs. archidiaconi de iure communi non possunt in aliquos sententiam promulgare nisi auctoritate episcoporum: secus tamen est de consuetudine. No. quòd archidiaconi de iure communi non possunt excommunicare, nisi auctoritate episcoporum.

¶ *Gl. seq. recitetur per contrarium de decre. dudum soluit, & opinionem ponit.*

e ¶ *Promulgata.*) Hoc verum est de Ecclesiastica institutione, i. de iure cõmuni, vt hic dicit. 19. q. 2. visis. & q. 7. nullus. & 24. q. 3. corripiantur. secus de consuetudine. vt s. de ele. dudũ 2. prout dictum est in c. prox. Dicunt tamẽ quidam, quòd eo ipso quod eligitur ab vniuersitate, habet iurisdictionẽ in subditos, & põt excõmunicare. arg. 93. d. legimus & de off. iud. ord. cùm ab Ecclesiarũ, & quod hic dicitur in fi. [non videtur licere] verum est quoad verba canonis ex antiqua institutione Ecclesiastica. ar. 16. q. 1. cunctis fidelib. sed quoad iura decretalium secus. sedet credo verius, quòd dicitur sup. eo. c. prox.

¶ Idem Episcopo Conuentren. & Abbati Cestren.

¶ *Archidiaconus semel in anno (nisi necessitas exigat plus) visitat suam prouinciam id est, parochiam. hoc dicit.*

CAP. VI.

Mandamus †, quatenus prohibeatis Cestren. Archidiacono, ne ad ecclesias seu Archidiaconatus visitandas [f], nisi semel in anno accedat, nisi fortè talis causa emerserit, propter quàm ipsum oporteat præfatas ecclesias sæpius [g] visitare.

¶ Innocentius iij.

¶ *Dicit primò, quod sit officium Archidiaconi: & in quo per illud releuetur Episcopus. Et secundo dicit Decanos rurales per Episcopum & Archidiaconum eligendos & amouẽdos, si illorũ vices cõiter gerant.*

CAP. VIII.

Ad hæc nos dicimus †, & *infra.* ¶ Sanè cõsuluit nos tuæ fraternitatis deuotio, quod ad officiũ Archidiacõi debeat pertinere, & in quib. per ipsum cura episcopalis solicitudinis debeat releuari, et nos, prout possumus respõdem⁹, q Archidiacon⁹ (se-

Mandamus.] In prima dictum, à quo excipit ibi, *Nisi.* Ant. de But.

Casvs. Dicitur hic, quò semel tantum in anno dẽt archidiaconus visitare, nisi necessitas exigat, quòd pluries visitet. No. quòd archidiacõnus nõ debet pluries in anno visitare, nisi ex causa rationabili.

¶ *Gloss. seq. arg. & remittit.*

f ¶ *Visitandas.*) Hoc n. pertinet ad curam animarum. sup. de ele. dudũ 2. & sic est arg. q archidiaconus habet curã animarum, & quòd potest alij committere sed intellige hic loqui de cõsuetudine, vt dixi. sup. eo. cum satis.

¶ *Glossa seq. signat contrarium soluit, & remittit.*

† Habetur post concil. Lateranẽ. sub Alex. iij. p. 1. c. 1. & vide concilii Triden. citat. suprà eo.

† Cap. it. a. tit. in 4. cõpilat.

† In omnibus antiquis legitur ad hac nos dominum.

g ¶ *Sæpius visitare.*) Et ita sufficit semel tantùm in anno visitare, ex eo quod prohibet pluries visitare nisi noua causa emerserit. Sed contra ĩ de censi. cùm venerabilis vbi videtur, q possunt ppter aliquã necessitatem bis in anno visitare. & procurationem habere. intellige illud cũ determinatione istius prout ibi dicitur, si est opus, quia nõ solùm bis in anno, sed etiã pluries in anno, s. causa subsit, potest prælatus visitare. 18. q. 2. visitandi. & c. non semel. Si verò alia de causa pro suis necessitatib. accedat ad ecclesias, propriis sumptibus procuretur. Cod: de stat. & imag. l. vlt. de hoc dic, vt inf. de censi. cum venerabilis.

Ad hac.] Diuiditur in duas partes principales. Secunda ibi, *Subsequenter.* Et quælibet subdiuiditur in consultationem & responsionem. Ant. de But.

CASVS. Quæsitum fuit à Papa, quid pertineat ad officiũ archidiaconi, & in quibus per ipsum cura episcopalis solicitudinis releuetur? Resp. Papa secundùm statuta Isidori, imperat subdiaconibus, & leuitis, & solicitudo parochiarũ & ordinatio earũdem pertinet ad ipsum, audire debet iurgia singulorum, archipresbyteri rurales, qui decani vocantur, subiacere debẽt eidẽ. Itẽ secundùm constitutionẽ Romani ordinis maior post episcopum & vicarium reperitur. Item in epistola beati Clementis Papæ, oculus episcopi nominatur. & loco ipsius per episcopatum corrigit corrigenda, & emendanda emendat, nisi adeo ardua fuerint negotia, quod absq; maioris sui præsentia nequeãt terminari. Idẽ in quadã cõstitutione Ioann. cõtinetur, q ad ipsũ pertinet institutio corporalis eĩ in beneficiis, quàm in dignitatib. & examinatio clericorũ, q ad ordines promouentur, ad ipsũ pertinet, & ipse debet eos episcopo præsentare. Quæsitum fuit insup., vtrum decani rurales, qui pro tempore instituũtur, debeant ad mãdatum episcopi vel etiam vtriusq instituí vel destitui, si fuerint amouẽdi: Ad hoc respõdet Papa, quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari: & ipsi decani commune officium vtriusq; exercẽt, & ideo cõmuniter eligẽdi sunt, vel etiam amouendi. Nota, in quibus de iure communi cõsistit officium archidiaconi. Itẽ nota, quòd imperat subdiaconibus & leuitis. Item solicitudo & ordinatio parochiarum pertinet ad ipsum. Item audire debet causas singulorum. Item decani rurales subsunt ei. Item maior est post episcopum & eius vicarium. Item oculus episcopi, & loco ipsius corrigit excessus subditorum. Item, institutio corporalis in beneficiis & dignitatibus ad

bus ad ipsum pertinet. Item examinatio clericorum, qui ad ordines promouentur: ad ipsum pertinet. & eos debet Episcopo præsentare. Item no. quòd omnes tangit, ab omnibus approbari debet.

a ¶ *Beati Isidori.*) vt 25. d. perlecti.

¶ *Gl. seq. arg. ponit opi. lo quam determinat.*

cundùm statuta beati [a] Isidorũ imperat Subdiaconib. & Leuitis parochiarũ solicitudo. & earum ordinatio ad ipsum pertinet: & audire debet iurgia † [b] singulorum. ¶ Archipresbyteri autem, qui à Plurib. Decani nuncupantur, eius iurisdictioni se nouerint subiacere. Secundùm verò Romani [c] ordinis constitutionem, maior post Episcopum ipsius Episcopi Vicarius reperitur, omnem solicitudinẽ & curam, tã in Clericis, quàm in Clericis, quàm in Ecclesiis eorum prout meliùs secundùm Deum (poterit) impendẽdo: cum super his sit redditurus rationẽ in districti examinis iudicio. ¶ Itẽ in epistola B. Clementis [d] papa prædecess. nostri, oculus † Episcopi per Episcopatum prospiciens quæ corrigenda viderit, corrigat & emendet, nisi adeò fuerint ardua negotia, quòd absque maioris sui præsentia nequeant terminari. ¶ In quadam verò nostra constitutione [e] iam alia vice nos meminimus expressisse, quòd institutio corporalis, tam super beneficiis, quam etiam dignitatib. ad ipsum debeat pertinere, examinatio etiam Clericorũ, si fuerint ad sacros ordines promouẽdi, & hoc idem in collationibus beneficiorum credimus obseruandum: vt qui beneficiis Ecclesiasticis præficiendi fuerint, à suo prius examinẽtur [f] Archidiacono, & per ipsum postmodum Episcopo præsẽtẽtur. ¶ Subsequẽter postea quæsiuisti, vtrum Decani rurales, qui pro tẽpore statuuntur, ad mandatum tuũ solùm vel Archidiaconi, vel etiã vtriusque institui debeãt, vel destitui, si fuerint amouẽd.? Ad hoc breuiter respondemus, quòd cum ab omnibus, quod omnes tangit [g], approbari debeat, & cum commune eorum Decanus officium exerceat, communiter [h] est eligendus, vel etiam amouendus.

b ¶ *Iurgia.*) Et sic est arg. quòd Archidiaconus habeat iurisdictionẽ *per c. perlectis & arg. 63. d. si in plebibus. & j. de pænis.* licet dixit *Io.* quod habet ordinariam iurisdictionẽ de iure communi. & verũ est in õib. quæ cõtinẽtur in hoc c. & j. eo. *Vt nostrũ.* & ita per consequẽs correctionem: licèt non possit cognoscere nisi de modicis causis per hoc, quòd dicit, iurgia: quia talis iurisdictio sine correctione nulla esset, vt dixit s. e. c. 1. In aliis autẽ, quæ hic non enumerãtur, stabitur [a] consuetudini præscriptæ, vt dictũ est. s. eo. *cum satis.*

c ¶ *Romanus ordinis.* s. eo. c. 1.

d ¶ *Beati Clementis*) 93. d. diaconi. 2. & in Epistola Euaristi. *ea. d. diaconi. 2.*

e ¶ *Nostra constitutione.*) Credo, quòd sic illa. j. e. *Vt nostrũ.* quæ debuit præcedere istam in ordine, secũdũ ordinationem illarũ decretaliũ. vnde per hoc videtur, quòd loquatur de alia constitutione. sed fortè non seruatur ille ordo, nisi in ordinatione decretalium diuersorum auctorum, secundum quod patet etiam in aliis locis.

¶ *Gl. seq. obiicit & soluit, secundum arg. & illud determinat.*

f ¶ *Examinentur archidiacono.*) j. e. vt nostrum, sed aubi dicitur, quòd illud est officiũ sacerdotum. 24. d. *quando.* hoc verum est de iure, sed illud, vbi Episcopus elegit specialiter sacerdotes ad hoc. vel si non est ibi Archidiaconus, vt in multis Ecclesiis. videtur ergo quòd Episcopus non sit puniendus, si promouet indignum, sed potiùs Archidiaconus, qui examinat & repræsentat Episcopo. arg. 54. *d. si seruus.* sed non est ita, quia Episcopus tenetur de facto illius qui examinat cum de mandato illius illud fiat sicut exercitor nauis de facto magistri tenetur. *ff. de exerc. l. 1. §. magistrum* nisi fortè examinator talis fuisset, vt nõ sit verisimile ipsum mẽtiri. arg. j. *de pig. significãte.* secundum hoc si talis ordinatur sine titulo, Episcopo ignorante, examinator, qui præsẽtauit eum, tenebitur ei prouidere [a]. sed si ille non sit soluendo, habebit regressum contra Episcopum, & hoc ideo, quia ideo, quia adhuc reseruatum est Episcopo ius examin. ad [b] illum, *arg. sup. de ata. & quæ accepimus.* & in subsidium, ne ille ordinatus in opprobrium clericorum mendicet *suprà de renun. ad supplicationem. 93. d. diacono.*

g ¶ *Tangit.*) C. de aucto. præstan. l. *Vlt.* & *ff. de aqua plu. arcen. in concedendo.* & *ff. de ad. pœnam sta diuus.* & *sup. de temp. ord.* & *Archiepiscopus, Vbi de hoc.*

h ¶ *Communiter.*) Secundum consuetudinem loci.

Archidiaconus quã habeat iurisdictionem. † *Non tamen iudicant Archidiaconi causas matrimonij, & criminum.* *Concilium Trid.* sessi. 23. decret. de reform. c. 10. §. ad hæc. nec causas *concubinarius,* *idem Concilium* sess. 25. decreto de reform. c. 11.

† *Concordat Conc. Trid.* sessi. 24. in decreto de refor. c. 14.

Vbi habes, quales creari debeant Archidiaconi.

a *Facit,* quod not. *Bart.* in l. mediterraneæ C. de anno. & tri.

b *Examinatus cum examinatur in his præcipuè, in quib. versetur periculum animæ, de proba causam Ioan. And.*

S[ignificasti.] Sunt tria dicta, quæ patent. Ioan. And.

CASVS. Archid. sine conscientia episcopi sui & auctoritate litteras suas promouendis nõ concedat, & ordinandi per litteras archidiaconi promoueri nõ debẽt: quod si fecerint, episcopus interdicat eis executionẽ ordinũ taliter susceptorum. Not. quòd archid. non potest dare litteras commendatitias promouendi.

¶ Idem.

¶ Archidiaconus non dat commẽdatitias ad ordines.

CAP. VIII.

Significasti †: *& infra.* ¶ Interdicas Achidiacono tuo, ne sine conscientia tua & auctoritate [i], litteras [k] suas promouendis concedat: & eis etiam districtè prohibeas, ne ad ordines audeant conuolare. ¶ Qui se cõtra prohibitionem tuã venire præsumpserint, executionẽ † eis, ordinem susceptorum totaliter interdicas.

¶ Idem.

¶ Archidiaconus examinat & præsentat ordinandos, & ponit Prælatos in sede.

CAP. IX.

Vt † nostrũ [l]: *& infra.* ¶ Nec fuit sufficienter probatũ, quòd Cãcellarius ex officio suo exerceat spiritualia memorata, cum ea potiùs de iure [m] communi ad Archidiaconi spectent officium, repræsentare † videlicet ordinandos episcopo, & illos examinare [n], ponere Abbates & Abbatissas in sede.

¶ Hono. iij. abb. Arimanen. Trecen. diœcesis, & archidia. & Decano sancti Steph. Trecen.

¶ Archidiaconi in monasteriis iurisdictionem non habent, nisi quantùm tribuit eis generalis vel specialis consuetudo.

CAP. X.

Dilecto filio: *& infra.* ¶ Ad petitionem Archidiaconi Senon. conquerentis, quòd Abbas & Conuentus mona-

i ¶ *Auctoritate.*) Hoc ideo dicit: quia sine auctoritate & consciẽtia sui episcopi nullus debet promoueri ad ordines, & alius episcopus talem ordinare nõ debet, quod si factũ fuerit, talis ordinatio rata nõ est quo ad suũ episcopum, qui eis interdicit executionẽ. 6. q. 2. c. 1. & c. seq. j. de paro. *nullus.* & interdicenda est talib. executio ordinis sic suscepti. *sup. de tẽp. quod translationem.* episcopus tamen potest cum talib. dispensare, & recipere eos in illis ordinibus 6. q. 2. *Lugdunensis.*

¶ *Gl. seq. signat contrarium, & sol. reliquum rec. p q. an absente epo*

k ¶ *Litteras.* Et ita patet, quòd arch. non potest dare litteras commẽdatitias ad ordines suscipiẽdos, sed solus episcopus 71. *d. extranec.* & *de cons. 5. nõ oportet.* & 68. *d. quãuis,* arg. tamẽ contra, quòd hoc possit. s. *c. prox. Ver. in quã. dã. ad fi.* nõ contradicit. quia licèt illos examinet, & præsẽtet illos suo episcopo, non tamẽ potest illos alij episcopo præsẽtare. hoc intellige, cum episcopus est præsens. Si vero episcopus absens esset extra parochiam suam, & necessitas vel vtilitas ordinandorum immineret, tũc posset illos præsentare aliis episcopis, per quos ordinentur: quia absente episcopo supplet vices illius. ar. *sup. eo. c. 1. & c. ad hæc.* sic & archipresbyter. j. eo. c. 1. vel vacante eccle. j. *de maio. & obe. c. ũ olim.* & hoc intelligo, si archidiaconus habet hoc de consuetudine, aliàs non, nisi haberet speciale mandatum ab episcopo. [c]

† *Cap. 2. e. 11. in 4. compilatione.*

† *In magis Vetustis ra: executionem eis ordinũ taliter susceptorum interdicas.*

† *Cap. 3. eo. 11. in 4. compil.*

† *In Vetustiorib. præsentare.*

c *Infero, quod speciale mandatũ potest derogare cõsuetudini.* l. diuturna. & l. cum de consuetudine. ff. de legib.

V[T nostrum]) CASVS. De iure communi ad archidiaconum pertinet repræsentare ordinandos episcopo, & illos examinare, ponere Abbates, & Abbatissas in sede. Not. quod de iure communi præsentatio ordinandorum, & eorum examinatio, & abbatissarum installatio pertinet ad archid.

l ¶ *Vt nostrum.*) Hæc est pars illius infrà vt ecclesiast. beneficia vt nostrum, & j. *de appel. Vt nostrum.*

m ¶ *De iure communi.*) Ex eo quod hic dicitur, & *sup. c. ad hæc.* collige, quæ pertineant ad arch. de iure communi. de hoc dictum est *sup. eo. cum satis. & c. sequen.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

n ¶ *Examinare.*) vt *sup. eo. ad hæc. in fi. arg. contra. 24. d. quando,* sed solutum est *in c. ad hæc,*

D[ilecto filio.]) In prima, generalis causæ commissio. In secũda, ibi, *Coram.* actoris petitio. In tertia ibi, *Ideoque,* Secũda, determinata commissio. Ioan. And.

Casvs

sterii sancti Petri Senon. procurationem † annuam, & quędam alia ratione sui Archidiaconatus ad ipsum spectantia, exhiberi sibi contra iustitiã denegabãt, Abbati S. Crispini & collegis eius, dedimus in mandatis, vt audirẽt causam, & fine debito terminarent. ¶ Coram quibus petiit prędictus Archidiaconus, vt cum † monasteriũ infra metas sui Archidiaconatus sit situũ[a] Abbas & monachi sibi obedirent in his, quæ pertinent ad iurisdictionem, correctionem, & visitationem: ad ius (vt dicebat) Archidiconatus spectantes, videlicet vt coram se conquerentibus responderent, citati etiam venirent ad eius pręsentiam, & eius mandata[b] honesta † & sancta secundùm Deum de correctione excessuum & aliis, quæ Archidiaconi[c] solent & possunt rationabiliter iniungere, audituri, & (salua[d] sua regula, & Abbatis sui debita obedientia) seruaturi. ¶ Petiit insuper, ne decætero facerent aliquos de Senon. † baillivia, eo prætermisso, coram Officiali Senon. Archiepiscopi conueniri: asserens illos prius debere conueniri sub ipso,[e] quam coram Officiali prædicto; specialib. ipsius Archiepiscopi & hominum ac familiæ suæ causis duntaxat exceptis[f]: & infrà. ¶ Ideoque discretioni vestræ mandamus, quatenus per maiores ecclesię[g] Senon. Canonicos, qui habere debent de huiusmodi consuetudine notitiam pleniorem, super his sollicitè veritatem inquiratis: & nisi vobis constiterit præfatum Archidiaconum vel prædecessores ipsius, de pacifica[h] sic obtenta consuetudine, iurisdictionem aliquam in ipso monasterio, vel in huiusmodi Abbatiis[i] hactenus habuisse: præfatum monasterium ab eius impetitione penitus absoluatis, perpetuum super hoc ipsi Archidiacono silentiũ imponentes. ¶ Si vero de præmissis constiterit; per eosdem eandem iurisdictionem duntaxat adiudicantes eidem, in monasterio ipso, vel in eisdem Abbatiis habuisse constiterit, super aliis perpetuum ei silentium imponatis.

TITVLVS XXIV.

De officio Archipresbyteri.

¶ Ex concilio Toletano.

¶ *Archipresbyter ciuitatis subest Archidiacono: & principaliter præest presbyteris & presbyteralibus officiis.*

CAP. II.

Vt archipresbyter[k] sciat se subesse[l] Archidiacono, & eius pręceptis, sicut

CASVS. Arch. Senoñ. cõquerebatur, quod abbas & conuẽtus monasterij S. Petri Senoñ. denegabat sibi exhibere annuã procurationẽ, & alia quædã ratiõe sui archidiaconatus ad ipsum spectãtia. causa ad ipsius archidiaconi petitionẽ cõmissa fuit Abbati S. Crispini & quibusdã aliis, corã quib. petiit idẽ archidiacon[us], vt abbas & eius monachi sibi obedirent in iis, quæ pertinẽt ad iurisdictionem, correctionem, & visitationẽ, spectãtes ad ius archid. cum monasteriũ ipsum[a] sit situm infra terminos sui archidiaconatus, videlicet, vt coram se respõdeant cõquerẽtib. de ipsis, & citati venirẽt ad præsentiã sui, & ei[us] mãdata honesta audituri, salua regula sua, & Abbatis sui disciplina. petiit insuper ne decætero facerent aliquos de Senoñ. baillivia eo prętermisso corã Officiali archiepiscopi Senon. cõuenire, dicẽs, quod primò deberẽt conueniri sub ipso, quã coram Officiali archiepi, exceptis specialib. causis ipsius archiepiscopi & hominum & familiæ suæ: lite vero super prædictis contestata iudices de consensu vtriusque partis remiserunt causam ad sedem Apost. Sed quia Papa nesciebat consuetudinem, qua vtitur archid. Senon. in aliis abbatiis Senon. ordinis præfati monasterij, non potuit proferre sententiam: vnde commisit causam iudicibus præsentibus, mandans eisdem, quatenus super his veritatem inquirant per canonicos Senon. qui de huiusmodi consuetudine debent habere notitiam pleniorem: & nisi constiterit eis prędictũ archid. vel eius antecessores de consuetudine pacifica sic obtẽta iurisdictionem aliquã in ipso monasterio, vel in huiusmodi abbatiis hactenus habuisse, præfatũ monasteriũ absoluit ab impetitione arch. sibi super hoc perpetuũ silẽtium imponendo. Si vero per eosdem canonicos constiterit de præmissis, eandem iurisdictionem adiudicent archidiacono, qui in monasterio, vel in aliis abbatiis constiterit habuisse, super aliis silentium imponẽtes eidem. No. quod iurisdictio archip. ex consuetudine in multis consistit, vt hic patet, de iure communi consistit in iis, quæ dicuntur s. e. ad hæc. & c. Vt nostrum. Item veritas semper est inquirẽda per illos, de quib. magis verisimile est quòd eam debeat scire. Item recurrendũ est ad consuetudinẽ aliarum Ecclesiarum. Item consuetudo debet obseruari in vna Ecclesia, quæ obseruatur in aliis eiusdem ordinis. Bernar.

† Est autẽ procuratio, necessitas rerum exhibitio, quæ debetur prælatis dioecesum, seu subditis, visitantib.

† Idem.

† Quid in visitatione prælati debeant prælato, trad. c. concil. Triden. sess. 24. de reformatio. ne c. 3.

† Archiepiscopi.

a ¶ *Sit situm.*) Per hoc fortè credebat archidiaconus intẽtionẽ suam fundatam esse, quasi de iure communi. 16. q. 7. *omnes basilicæ.* & 10. q. 1. *monasteria.* sed hoc est ius episcoporum.

b ¶ *Et eius mandata.*) Ista pertinent ad correctionem: sed ea quæ præcedunt, ad iurisdictionem.

c ¶ *Quæ archidiaconi solent.* Et ita videbatur in hoc respicere consuetudinem. j. *de ex. præla. ad hæc.* & s. *de consuetud. cum olim.* quæ tribuit iurisdictionẽ. arg. j. *de offi. ord. dus simul.* & *C. de emancipa. l. vlt.* quæ in his præcipuè considerentur, vt dixi s. *eod. cum satis.*

d ¶ *Salua sua regula.*) Correctio. n. monachorũ, primo loco pertinet ad abbatẽ. j. *de off. or. quatuor.* & j. *de statu mon. in singulis.*

e ¶ *Sub ipso.*) Per hoc multum præiudicabatur archiepiscopo, si hoc esset verũ, sed forsan consuetudo est illi[us] archidiaconi.

f ¶ *Exceptis.*) Lites verò contestata super præmissis, de consensu vtriusque partis eam remiserũt[a] iudices ad Apostolicã sedẽ quia Papa nesciebat consuetudinẽ, qua vtitur archid. Senon. in abbatiis Senon. dioecc. præfati monasterij sententiã proferre nõ potuit. vñ causã cõmittit, sicut sequitur. hoc est antiquã decr.

g ¶ *Maiores Ecclesiæ Senon. canonicos.*) No. ergo quod testes illi requirendi sunt ad testimoniũ, de quib. magis est verisimile, quod veritatẽ sciãt, & illi sunt potiùs præferẽdi. sic. 35. q. 6. *consanguineos.* & j. *qui ma. ac. pos.* vide tũr. & ab antiquiorib. vt ibi dicitur ad quorũ dicta recurrendũ est in antiquis factis ff. *de leg. 3. l. chorus. §. 1.* & 10. *d. de qb.* ab illis enim requirenda est veritas, quib. lux veritatis potius assistit. 4. q. 3. *§ testes.*[b] sic ergo canonici præferentur hic quia meliùs veritatem scire deben., qui fortè cũ ipso archidiacono prædictis quandoque interfuerunt. Sic & illa, quæ in Capitulis fiũt, per canonicos melius probãtur. j. *de testi. venient.* & quæ domi geruntur, faciliùs probantur per domesticos, quam per alios. *C. de rep. consensu. § seruis.* & *C. de quæstionibus. interrogari.*

a Per consultationẽ. putas Iost. quid per appellationem, ideo quia causa non fuit ad eos remissa sed aliis cõmissa. l. A. Testes antiquiores sunt cæteris præferendi.

b Conc. tex. in l. presbyteri. C. de Epi. & cle. ibi Bald.

h ¶ *Pacifica.*) No. quod cõsuetudo siue possessio debet esse pacifica, non violenta, ad hoc vt præscriptio locum habeat, & sine interruptione: j. *de præscrip. sanctorum.* & c. *illud.* & 16. q. 4. *Volumus.* & *Cod. de præscript. 30. vel 40. ann. l. si quis.* & *l. vlt.* & ita patent, quod iurisdictio siue officium archidiaconorum potiùs colligitur ex consuetudine, quam ex iure communi: quia huiusmodi visitatio & correctio potius ex consuetudine habentur, arg. s. *de elect. dudum. 2.* Dic ergo super hoc, vt dixi *eo. cum satis.*

i ¶ *Abbatiis.*) Arg. quod ad consuetudinem aliarum Ecclesiarũ, super iurisdictione recurrendũ est, si dubitetur, quid aliqua Ecclesia facere. j. *de censi. Ecclesiis.* & c. *sopita* & c. *super eo.* & 100. *d. contra morẽ.*[c] nisi diuersa esset consuetudo vniuscuiusque Ecclesiæ *arg.* s. *de cõsue. cũ olim.* & ita si archidiaconus probaret consuetudinem huiusmodi in aliis monasteriis sui archidiaconatus, obtineret in isto: quia non debet diuerso iure censeri. 12. q. 2. *cognouimus.* & j. *de deci. cùm in tua.*

c Conc. glo. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fi. ca.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

¶ *Quia post archidiaconũ archipresbyter facit gradũ, ideo, &c. De materia ista habetur 25 d. perlectis. vers. archipresbyter.*

Vt archipresbyter.) Hæc prima tria c. non summantur, nec diuiduntur propter multiplicitatẽ dictorum. *Io. And.* CASVS. Dicitur hic, quod archipresbyter debet subesse archidiacono, & ei sicut episcopo obedire, & aliorum presbyterorum curã agere debet, & in absentia episcopi Missam debet cãtare, aut ille, cui ipse iniũxerit. No. quod archipresbyter subest archi. Itẽ curam aliorũ presbyterorum agere debet. Item vice episcopi Missam celebrat. Bar.

k ¶ *Vt archipresbyter.*) Supple, statuimus.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

l ¶ *Subesse.*) Sic videtur, quod maior est in ordine, sufficit minori. vn contra. j. *de maio. & obe. statuim[us].* & c. 1. Sed dicas, quod archidiaconus

diaconus præest Archipresbytero quoad dignitatem, nó quoad ordinem. 2. q. 7. *put o. & c. quaritur. C. de offi. vil. 1.* & sic nó contradicunt 33. q. 5. *est ordo naturalis.* sic & in angelis & in potestate & in ordine differt alter ab altero. 89. *d. ad hoc.*

a ¶ *Collectā.*) id est, Missā matutinalē, seu ferialem, simile. 89. *d. quoniam vidimus.*

b ¶ *Iniunxerit.*] Sic 25. *d. perlectis. ad fi.* vnde sumptum fuit hoc c. de verbo ad verbum

† *Officium in manusc.*
† *Vox, presbyterali, deest in antiquis.*
† *Vox, animarū, deest in antiquis, & in locis initio cap. citatis.*

Ministerium.] CASVS. Dicitur hic quòd Archipresbyter debet habere curam & solicitudinem de omnibus sacerdotibus, vt Episcopi sui mandatis obediant. in absentia autem Episcopi debet omnia officia Episcopi supplere, exceptis iis, quæ ei sunt prohibita. Nota ministros Ecclesiæ sibi adinuicem suffragari debere.

sui Episcopi obedire: & quod specialiter ad eius pertinet ministerium†, super omnes presbyteros in ordine Presbyterali † positos curam agere animarū †, & assiduè in Ecclesia stare; & in Episcopi sui absentia ad vicem eius Missarum solemnia celebret, & Collectam [a] dicat, aut cui ipse iniunxerit [b].

¶ Leo Papa.

¶ *Ad idem.*

CAP. II.

Ministerium † Archypresbyteri in eo constituitur, vt diligenti cura prouideat ministerium Sacerdotum Cardinalium [c], qui solemnitate debent agere officium in commonificatione corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, à sacrosancto die Dominico [d] incipiendo, per omnes horas canonicas indeclinabiliter [e] perseuerent: vt opus Dei dignè, & sanctè perficiatur ab eo, cui committitur: *& infrà*

¶ Prouideat etiam Archipresbyter vitam Sacerdotum Cardinalium †: præceptis sui obtemperando Episcopi, ne aliquando cedant [f], aut scurrilitatem [g] torpeant: *& infra.*

¶ Si Episcopus defuerit, (exceptis his quæ prohibita [h] sunt) Archipresbyter prouideat cuncta, quæ in Sacerdotum ministerio perfici debeant: fontes benedicere: pœnitentia infirmū (consulto episcopo [i]) reconciliare: pœnitentiam cunctis [k] aliis sacerdotibus iniungere.

¶ In præcipuis festiuitatibus, aut ipse celebrationem Missæ solemniter impleat, aut ad sui iussionem [l], cui committitur, peragat veneranter.

¶ Idem.

¶ *Declarat, quod sit officium Archipresbyteri Ciuitatensis. Ant. de But.*

† *Cap. 2. eo. stan. i. compi. & vide ca. n. Trid.* ※ *citatum.*

c ¶ *Cardinalium.*] Id est, principalium. simile 7. q. 1. *pastoralis*, & dicūtur cardinales à cardine: quia sicut in cardine regitur ostiū, ita per istos debet in Ecclesia regi officium: vnde etiā dicti sunt cardinales, quia per eos regitur vniuersalis Ecclesia. simile. 24. *d. presbyter. & 71. d. fraternitatem:* ibi exponitur cardinalis, id est, proprius. *& 21. q. 1. relatio.*

† *Sacerdotes Cardinales hoc loco, non verbis tantum Romæ, sed aliarū etiā ciuitatum primi sacerdotes interpretamur, quib. tituli, hoc est, parochiæ dantur.*

d ¶ *A sacrosancto die dominico.*] Id est, à vespere sabbati, quoniā tunc incipit secūdum canonicam computationē, siue quoad officiū. ※. *de fe. quoniam, & 7. d. quod à patribus.*

ADDITIO. Et sic tūc dicunt septimanas incipere: quod quidam non obseruet. Io. And.

e ¶ *Indeclinabiliter.*) Id est, horis statutis, & iusto impedimento cessante. ※. *de cele. mis. presbyter.* & ferens illā sententiam: *Maledictus qui facit negligenter opera Dei.*

a *Qualiter accipiatur dies, vide incl. aut facta. §. tempus.* & ibi Bart. ff. de pœn. & in l. hæc verba. ff. de verb. sig.

f ¶ *Cedant.*) Id est cessent, quando officium suum facere debent.

g ¶ *Scurrilitate.*] Id est, rusticitate viuēdi, sicut scurra facit.

h ¶ *Prohibita.*) De quibus habes. 68. *d. quanuis.* sed ad ea facienda dūt vicinos episcopos inuitare cum cautela & studio. 7. q. 1. *pontifices.*

b *Sed laicus non potest absoluere sacramētaliter, vt notauī ※. de officio iud. ordi. ca. pastoralis. super glossa in verbo, prçterquam in mortis articulo.*

i ¶ *Consulto Episcopo, reconciliare.*] Ergò eo incōsulto nō dēt, nisi eo absente maxima necessitas cogat. 26. q. 6. c. *vlt.* & loquitur de solemni pœnitēte, qui publicū crimen cōmisit, quod vniuersam cōmonet vrbem, vt ibi dicitur. in quo et casu quilibet sacerdos posset eum reconciliare *arg. 17. q. 4. si quis suadente.* & etiam laicus.[b] *de consecratio. d. 4. sanctum est baptisma.*

k ¶ *Cunctis.*) Archipresbyter post Episcopum, curam debet habere animarum in Ecclesia cathedrali.

l ¶ *Iussionem.*] Sic ※. *c. prox. & 25. d. perlectis.*

Officium. CASVS. In hoc c. ponuntur multa, quę spectāt ad officiū archipresbyteri quæ exprese patēt in littera. No. ex hoc c. multa, quæ pertinent ad officium Archipresbyteri.

m ¶ *Benedictiones.*] In matutinis, quando debēt legi lectiones.

n ¶ *Infirmos.*) De consecr. d. 2. in. tribus. contra, vbi subaudiendum est, nisi ad opus infirmorum, vt hic. *de consec. d. 2. presbyter Eucharistiam.*

¶ *Gl. seq. signat contrarium, & soluit.*

o ¶ *Sine confessione.*) Si culpa vel negligentia presbyteri moriatur infirmus sine cōfessione, reus erit animæ illius. 2. q. 6. *si presbyter, & c. cognouimus.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

CAP. III.

Officium † Archipresbyteri in vrbe constat, quando ibi præsul defuerit, vice eius officiū inchoare benedictiones [m] Presbyterales in ecclesiis dare: Missam, quando voluerit, cantare, vel cui de Sacerdotibus iusserit. Quando veró episcopus missam canit debet præcipere Sacerdotibus, vt induant se vestibus sacris, & qualiter ad missam procedant.

¶ Debet enim præcipere Custodi ecclesiæ, vt in sacrario eucharistia Christi propter infirmos [n] non desit: debet infirmis prouidere, & prouidendo præcipere Sacerdotibus, ne fortè sine confessione [o] vel confirmatione corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi moriantur, confessiones † peccatorum eorum, qui à foris [p] veniunt, recipere cū ceteris sacerdotibus, & exinde per prouisionem Pontificis magnam debet iis adhibere curam.

¶ Ad Christianos quoque faciendos, & baptizandos infantes, & ad succurrendum, omnia à Sacerdotibus per iussionem † eius fiant.

¶ *Idē ex synodo † Rauennæ habita.*

¶ *Archipresbyter ruralis Presbyterorum, & Laicorum plebanie sua curam gerit: contra decretum tamen Episcopi nihil ordinare potest.*

CAP. IV.

Vt † singulæ [q] plebes Archipresbyterum habeant, propter assiduam erga populum Dei curam, qui non solum imperiti vulgi solicitudinem gerat, verumetiam Presbyterorum, qui per minores titulos [r] habitant, vitam iugi circumspectione custodiat: & qua vnusquisq; industria diuinū opus exerceat † episcopo suo renunciet [s]. ¶ Nec contendat † episcopus non egere plebem † ...

† *Cap. 3. eo. 11. 1. compila. Concil. Tridē. sess. 5. de reformatione. c. 2. salubriter addit, vt archipresbyteri, & alij curam animarum habentes populo prædicent Dei verbum.*

p ¶ *A foris veniam.* Id est extra ciuitatē, tamē qui sint de diœcesi, Et arg. quòd quilibet de episcopatu potest sacramenta recipere in maiori Ecclesia quod verum est. *arg. 50. d. in c.* Arg. contra *de par. d. 6. placuit.* ※. *ne paro. nullus.* non, contradicunt. episcopus nō debet recipere parochianum alterius episcopi, hic nullum parochianum alterius recipit: quia omnes possunt recurrere ad archipresbyterum maioris Ecclesiæ, vt hic dicit. Bernardus.

Vt singulæ.) CASVS. Hoc c. loquitur de ruralibus archipresbyteris, & diuiditur in duas partes. Primò dicitur, quòd singulæ plebes habeāt singulos archipresbyteros, qui non solùm laicos corrigant, sed etiam capellanos sub ipsis constitutos. Secūdo dicitur, quòd nō putet episcopus non egere plebem archipresbytero, quasi ipse solus sit ad omnia sufficiens. quia etsi valde idoneus sit, debet tamen, vt sua onera partiatur: & sicut matrii Ecclesiæ præest episcopus, ita plebibus archipresbyter, vt Ecclesia in nullo titubans videatur, cuncta tamen Episcopo referre debet, & nihil contra eius præceptum ordinare præsumat. Nota, quod solus Episcopus est ordinarius in sua diœce. Item, & onera & officia Ecclesiastica sunt partienda.

† *In nōnul lis manuscriptis. vt ra: confessiones vel peccatorum, qui foris veniunt, &c.*

† *præmisse nemo.*
† *Hic partes loan. ex. sine 1. scribendum ut enim synodum Rauenna celebratis. Leo nè antiquum fuit.*
† *Cap. 4. eo. tit. in 1. compila.*

† *&*
† *tobtendat.*
† *plebes.*

q ¶ *Vt singula.*) Hoc c. loquitur de archipresbytero rurali, præcedens de Archipresbytero Ciuitatensi. Aian.

¶ *Glo. seq. ponit 5. modos quibus dicitur titulus, & remittit.*

r ¶ *Titulos.*) Titulus appellatur Ecclesia. 70. *d. c. 2. & 80. d. episcopi.* & hic etiam dicitur titulus canon. 50. *d. si quis diaconus.* Item dicitur titulus, tractatus. *ff. de postu. l. 1. arg. 26. q. 5. nec mirum. vers. si his* duobus titulis. Item dicitur actio titulus. *C. fami. ercisc. non est ambiguum.* Item dicitur titulus dignitas, vnde Ouidius.

Gratulor Occalium titulis accedere nostris. De hoc dictum est ※. *de ele. dudum 2.*

¶ *Glo. seq. arg. & alleg. 3. iura in contrarium.*

s ¶ *Renunciet.*] Arg. quod solus episcopus sit iudex ordinarius in sua diœce. 11. q. 1. *de persona.* 80. *d. non debere, arg. contra.* 10. q. 3. c. 1. *& c. nullus. & 2. q. 1. nemo. 1. responso.*

a ¶ *Valeat.*

a ¶ *Valeat.*] Quia ipse sufficere omnibus non potest: & ideò per alios hoc facere debet. *arg. contra* ĩ. *de offi. ord. inter cætera.* nec ipsemet eam sibi assumere debet: quia & prætor se tutorem dare non potest. ff. de tut. & cui prætor. sic prælatus à se ipso prælaturam accipere non potest. ĩ. *de instit. c. vlt. & ĩ. de iure pat. per tuas. & ĩ. de bapt. & eius ef. debitum.* quia differentia debet esse inter dantem, & accipientem, vt ibi dicitur.

† *eas.*

Archipresbytero, quasi ipse eam † gubernare valeat [a] : quia etsi valde idoneus sit decet tamen, vt sua onera [b] patiatur : & sicut ipse matrici Ecclesiæ † præest, ita Archipresbyteri [c] præsint † plebibus, vt in nullo titubet Ecclesiastica sollicitudo : cuncta tamen referant [d] ad Episcopum, nec aliquid contra eius decretum † ordinare præsumant.

b ¶ *Sua onera.*] Debet enim sua onera partiri cũ aliis. ĩ. *de præsump. mãdata.* vbi de hoc.

† *Ita mul tis manuscr. deest vox ecclesiæ.*

† *præsume.*

c ¶ *Ita archipresbyteri.*] Istud, ita, non notat omnimodã similitudinẽ: quia aliter præest episcopus, quàm archipresbyteri præsint.

† *doctrinam.*

d ¶ *Referant.*] Præter minora, quæ ipsi archipresbyteri determinare possunt, [a] cùm habeãt ordinariam iurisdictionem. ĩ. *de offi. or. cum ab ecclesiarum. & ĩ. de consang. & affi. & litteras.*

a *Abbas ista littera esset sibi contraria secundum Host. Vnde dicebat Innoc. quòd terminaturi minora secundum ordinationes Episcoporũ. Io. An.*

TITVLVS XXV.

De officio Primicerij.

¶ Idem † ex libro Romani ordinis.

¶ Ponit ea, quæ spectant ad officium Primicerij. Anto. de But.

DE OFFICIO Primicerij.

¶ Visum est de officio archipresbyteri. Sed quia in choro primicerius est primus absente archipresbytero, ideò ponit de eo. Ant. de But.

Et accipitur hic primicerium pro cãtore. de off. primicerij, sacristæ & custodis, & quid ad quoslibet spectet, vel ad officium cuiusque ordinis, tractatur 21. dist. cleros. 25. distin. perlectis. & d. per totũ & in rub. de offi. archid. ver. quod et officium cuiuslibet, & seq. & suprà in prox. rub.

† *Item.*

† Cap. vnico. eod. tit. in 1. compil. *Ivo p.* 6. c. 20. Gratianus ca. perlectis. 15. dist. *Panormia.li.* 3. c. 31. *& vide notas huius c.*

CAP. I.

VT † Primicerius [e] sciat se esse sub Archidiacono, sicut & Archipresbyter : & ad eius curam specialiter pertinere, vt præsit in docendo Diaconis [f], vel reliquis gradibus Ecclesiasticis in ordine positis : vt ipse [g] disciplinæ, & custodiæ insistat, sicut pro animabus eorum coram Deo rationem est redditurus : & vt ipse Diaconibus donet [h] † lectiones quæ ad nocturna officia Clericorum pertinent: & de singulis studium habeant, vt in quacunque re capacem sensum habuerit, absque vlla vacet negligentia, aut à quo ipse iusserit, instituantur †.

† *In omnibus manuscriptis ita: donet lectiones ad nocturna officia.*

† *instituantur.*

VT *primiceri*[e].] In hoc ca. dicitur, quòd primicerius subest archidiacono: pertinet tamen ad eius curã præesse diaconibus, & aliis minoribus : & debet dare lectoribus lectiones, & cantoribus responsoria: & quòd omnes instruere debet, & castigare. No. ex hoc cap multa, quę ptinẽt ad officiũ primicerij.

e ¶ *Vt primicerius.*] Supple, statuimus.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & tripliciter soluit.

f ¶ *Diaconis.*] ĩ. *de offi. arch. officium. contra ca.* ista loquũtur secundum diuersas consuetudines diuersarum ecclesiarum, vel primicerius hoc facit ad mandatum archidiaconi, vel tanquam vicarius eius. & ita prælatus, qui subest episcopo, potest alij demandare vices suas, & meritò quia ordinarij iudices sunt. Lau.

g ¶ *Vt ipse.*] scilicet archidiaconus vel ipse, s. primicerius, quod est melius.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

h ¶ *Donet lectiones.*] Sed hoc videtur pertinere ad officium archidiaconi. ĩ. *de offi. archid.* officium diuersa consuetudo diuersarum ecclesiarum impedit contradictionem, quæ circa huiusmodi officia consideratur potius. Ber.

TITVLVS XXVI.

De officio Sacristæ.

DE OFFICIO SACRISTAE.

¶ Viso de officio primicerij, videndum est de officio sacristæ, id est, thesaurarij.

De hac materia habetur 25. distin. perlectis. in fi. Ant. de But.

VT *sciat.*] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quòd sacrista subest archidiacono, & custodia vasorum, & vestimentorum spectat ad ipsum, & cura totius thesauri, & luminaria, & incensum. Not. ex hoc cap. multa, quæ pertinent ad officium sacristæ.

¶ Ex concilio Toletano.

CAP. I.

VT † sciat [i] se Sacrista subiectum Archidiacono: & ad eius curam pertinere custodiam sacrorum vasorum [k], vestimentorum Ecclesiasticorum, seu totius thesauri Ecclesiastici: necnon quæ ad luminaria [l] pertinent, siue in cera [m] [siue † in oleo.

i ¶ *Vt sciat.*] Supple, statuimus.

¶ Glo. seq. soluit contrarium.

k ¶ *Vasorum.*] Secundò post archid. & sic non est contra. ĩ. *de offi. archidia. qua.*

† Cap. 1. eo. tit. in 1. compila. *Ivo p.* 6. c. 10.

l ¶ *Luminaria.*] Lampadũ, vt differat ab eo, quod sequitur.

¶ Glos. seq. obijcit & soluit.

m ¶ *Sine in cera.*] Quia in his illuminatur ecclesia: & secundũ hoc etiam videtur pertinere ad officium custodis. ĩ. *cit. prox. & c. prox.* sed hoc referas ad diuersam consuetudinem, vt supra dictum est. B. ẽn.

† *In nonnullis desunt hæc verba: siue in oleo.*

TITVLVS XXVII.

De officio Custodis.

¶ Ex libro Romani ordinis.

¶ Ponit, quæ spectant ad officium Custodis, hoc dicit.

DE OFFICIO Custodis.

¶ Quia Custos est quasi minister sacristæ, ideò subsequenter ponit de eo. Ant. de But.

CAP. I.

CVstos † Ecclesiæ, cui ea, quę Ecclesiæ competunt, custodienda committuntur, oportet vt sui Archidiaconi iussioni in cunctis obediat: in canonicis horis signa tintinabulorum [n] pulsanda, ipso Archidiacono iubente, ab eo pulsentur: pallia, vel linteamina altaris, seu cuncta vtẽsilia [o] Ecclesiæ indesinenter custodiat: lampades, & laternas in accendendo, seu extinguendo peruigil existat: ne † aut supra modum [p] lucendo oleum depereat, aut minùs lucendo obscurior sit Ecclesia : sed omnia cum discretione [q] † agantur: quæ noscitur omnium virtutum esse mater. ¶ Si verò is minùs idoneus [r] ad hoc peragendum extiterit ab

CVstos.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd custos ecclesiæ debet obedire Archidiacono, & ad eius mãdatum canonicas horas pulsare: & ornamenta altaris, & cuncta vtensilia ecclesiæ custodire, & circa lampades & laternas in accẽdẽdo, & extinguẽdo peruigil esse debet, ne nimis ardendo oleũ depereat, necnon minùs incẽdẽdo obscurior fiat ecclesia. Si autem custos circa hoc negligẽs fuerit, per archidiaconum corrigi debet. No. quòd discretio est mater omnium virtutum. Item ineptus minister ab ecclesia excedit.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. compila.

† *In codice Barbatia ita: vt ne contra modum lucendo oleum ecclesia depereat in alio ita: ne vt supra modum lucẽdo, oleum, &c.*

† *In vno ita: cum discretione in ecclesia agantur.*

n ¶ *Tintinabulorum.*] ĩ. *de elect. in causis. & ĩ. e. prox. & 1. dist. in militare.*

¶ Glos. seq. signat contrarium, & soluit.

o ¶ *Vtensilia.*] *suprà de officio archidiac. ea,* quæ contra sol. supple, sub archidiacono, & sacrista vel diuersa est consuetudo.

¶ Glossa sequens arg. alleg. 6. iura, ponens tres versus.

p ¶ *Modum.*] sic 24. *q.* 1. *manet arg. quod ita expeditur modus in eo, quod est amplius, sicut in eo quod est minus. 51. d. qui in aliquo. 41. d. disciplina 41. d. quisquam. & ff. de pœn. respiciendum. & de cons. rea. si quis in fi. & 1. de vi & hon. cleri. clericus.* & sic media via tenenda est, vnde versus:

Cum media semper gaudebam ludere forma:
Maior enim mediis gratia rebus inest. & illud.
Inter vtrumque vola: medio tutissimus ibis.

q ¶ *Cum discretione.*] Discretio enim mater est omnium virtutum. 1. *q.* 5. *præsentium.*

r ¶ *Minus idoneus.*] Sic ergo remouetur ab officio suo minus idoneus sic magister minus idoneus remouetur: qui primum moribus, deinde scientia, & facundia alios præcellere debet. *C. de profess. & med. l. 2. lib. 10.* & iudex, & prælatus remouentur propter negligentiam. ĩ. *de offic. archid. ea qua.*

a ¶ *Emendet.*] Arg. quòd per denunciationem offensa proxima veniam meretur. 35. *dist. Epis. §.fin. C. de Episc. aud. nemo.* Et sic quodlibet peccatum non inducit depositionem. 5. q. 4. *in loco.*

b ¶ *Denunciando.*] Arg. quòd per denunciationem aliquis removendus sit. *arg. 2. q. 7. quapropter. ¯j. de accus. querelam. ¯j. de fidei. peruenit.* sed nō loquuntur in denunciatione. & *argu. ad hoc. 14. q. 3. ecce. Ver. Unde cunque.*

a *Concord.* Authent. ad haec *& ubi* Bare. C. de usu. & in l. di uus ff. de cu reo.

Custos.] Casus. Primò dicitur, quòd custos debet esse solicitus de ornamētis Eccl. sive luminaribus, & incenso & de pane, & vino ad sacrificium, & de pulsatione campanarum, & de eleemosynis, & decimis & oblationibus colligendis, & cum consensu Archidiaconi dividendis. Secundò dicitur, quòd in his tribus consistit sancta mater Ecclesia, Archidiacono, Archipresbytero, & Custode: ideirco debent esse boni, & concordes. Nota ex hac decre. multa, quae pertinent ad officium custodis. Item nota, quòd Ecclesia consistit in tribus columnis, s. Archidiacono, Archipresbytero, & Custode.

† Cap. 2. eo. titul. in 1. compilat.

c ¶ *Absente Episcopo.*] Arg. quod res canonicorum per Episcopum dispensari debent. 12. q. 2. *Volaterana.* & per ipsum debet constitui oeconomus. *C. de Episcop. & cle. omnes. §. hoc nihilominus. & 9. q. 3. cum simus.*

d ¶ *His tribus.*] Qui enumerantur inferius. Archid. Archipr. & Custos.

¶ *Gloss. seq. not. alleg. 6. contra ad contrarium alleg. & soluit.*

e ¶ *Sanctiores.*] Et ita vide, quod saepe meliores, & iustior sit eligendus [b]. 8. q. 1. *licet. & c.*

b *An dignior sit semper eli gendus. Co ram Gemini marrnutas in regula, peccatum. p. 2. §. 7. Fer rimadus Vas quens lib. 1. c. 18. contro uers. illu strium.*

si: semper eli si ergo. 63. dist. metropolitano. & 25. d. c. Summorarium. §. nunc autem. 1. q. 1. Susimus. in Auth. de monach. §. ordinatione. coll. 1. argum. 16. q. 7. monasterium & supra de elect. cum nobis olim. & ¯j. de renun. nisi cum pridem §. pro defectu. & ¯j. de praben. c. pen. 61. dist. Cathinensis. & 85 dist. Florentinum. arg. ff. de leg. 2. cum pater. §. rogo Sol. melior, iustior, & sanct. or debet eligi: tamen si alius eligatur, licèt non sit melior, sufficit, quòd sit sufficiens: quia convenienti scientia sufficit in praelato. *supra de renunc. nisi cum pridem §. pro defectu. & supra de elect. cùm nobis olim.*

f ¶ *Neque zelus.*] bonum: quia & bonus zelus, & malus zelus, de malo hic intelligitur: sicut est bonus dolus, & malus dolus. *ff. de dolo. l. 1. §. non fuit.*

Archidiacono coërceatur, vt se emendet [a]. Si autem indomitus permanserit, Archidiaconus Episcopo denunciando [b] prouideat, vt indecente eiecto, aptus domui Dei constituatur minister.

¶ Ex concilio Toletano.

¶ *Ad idem.*

CAP. II.

Custos † solicitus debet esse de omni ornamento Ecclesiae, & luminariis, siue incenso: nec non panem, & vinum omni tempore praeparatum ad Missam habere debet: & per singulas horas canonicas signum ex consensu Archidiaconi sonare: & omnes oblationes, seu eleemosynas seu decimas (cùm eiusdem tamen consensu absente [c] Episcopo) inter fratres diuidat. ¶ In his tribus [d] Ecclesiae columnis (vt sancta sanxit synodus) consistere debet alma mater Ecclesia: vt ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores, & sanctiores [e] esse videntur, vt nulla negligentia in sancta Dei Ecclesia videatur. ¶ Hi tres, Archidiaconus, Archipresbyter, Custos, simul iuncti vno animo prouidè peragant, & perfectè, & non sit inuidia, neque zelus [f] inter illos.

TITVLVS XXVIII.

De officio Vicarij.

¶ Alexan. iij. Episcopo Noruicen. & G. Archid.

¶ *Vicarius, si beneficiū curatū postea fit adeptus, Vicaria priuabitur.*

DE OFFICIO VICARII.

¶ *Viso de iis, qui seruiunt Ecclesiae nomine proprio, videndum de iis, qui seruiunt nomine alieno: ideo, &c. Et communiter in isto tit. tractatur de Vicario, qui seruit in diuinis, quamuis in ca. pen. tractetur de Vicario iuris dictionis. Et de hoc secundo in sexto. & de primo, ubi in clem.*

De hac materia tractatur. 6. q. 7. in noua. 93. dist. c. si. 94. d. 1.

A D audientiam.] Prima narrat factum: secunda prouidet ibi, *Quia igitur.* Aut. de But.

Casus. Quidam presbyter Guil. nomine molestabat monachos de Ramesera, petendo ab eis vicariam Ecclesiae de Burnel, à qua recesserat xx annis elapsis, & in diuersis Ecclesiis personatus postea fuerat adeptus: conquesti sunt monachi D. Papae. Resp. Papa: non est canonicum, vt qui curam habet animarum in diuersis Ecclesiis, vicarius fiat in alienis. Vnde mandat Papa, quatenus si est ita, praedictus presbyter compellatur desistere à petitione vicariae praedictae. Nota, quod qui recepit curam animarum in Ecclesia, vicariae renunciare intelligitur. arg. colligitur hic, quòd si non recepisset curam in aliis Ecclesiis, quod adhuc posset petere vicariam, quamuis xx. anni elapsi essent.

CAP. I.

AD † audientiam nostram peruenit, quòd G. Presbyter Monachos de Ramesera petendo Vicariam Ecclesiae de Burnel, à qua viginti annis retrocessit in diuersis [g] & postea Ecclesiis personarum adeptus fatigare praesumit. ¶ Quia † igitur non est canonicum, vt qui curam animarum in diuersis habet Ecclesiis, Vicarius in alienis existat: Mandamus, quatenus si est ita, praedictum Presbyterum à petitione supradictae Vicariae desistere compellatis.

g ¶ *In diuersis.*] Quod esse non debuit, cùm pluribus seruire non possit: quia dum ad vtrumque festinat, neutrum bene peragit. 16. q. 1. *presbyteros. & C. de assess. nemo.* & eo ipso quòd permisit se intitulari in secunda, vel postquam translatus est ad eam, perdit ius quod habuit in vicaria. ¯j. *de concessio. praeben. litteras. 21. q. 2. si quis iam translatus.* & qui beneficiatus est in vna Ecclesia, non est idoneus ad aliam. ¯j. *de praeben. super inordinata* immo non solum vicariam petere non potest, sed vtrumque beneficium perdere debet. si vtrumque retinere contendit, secundum moderna iura. ¯j. *de praeben. de multa.* q[illegible] habet vicariam perpetuam, beneficiatus intelligitur ¯j. *de rescrip. postulasti.* & quia curā animarum, vel praelationem, & consimilem recepit prima ipso iure vacat. ¯j. *de praeben. de multa.* & idē est, si quis habet perpetuam vicariam, sicut si haberet Ecclesiam intitulatam. ¯j. *eo. c. Vlt. ¯s. de fil. presb. constitutus.*

† Cap. 2. eo. tit. in 1. compilat. & post co. cil. Lateran. *sub Alexand. iij. p. 30. c. 5.*

† Cōcilium Trident. sess. 5. in decreto de reformatio c. 4. & sessio. 24. de reformat. c. 17.

¶ Idem Elien. Episcopo.

¶ *Plures Vicarias quis habere non potest.*

CAP. II.

PRouideas † attentiùs, ne in Episcopatu tuo patiaris aliquem Vicarias habere plures [h]. ¶ Quia cùm Vicarij teneantur personis, & Ecclesiis deseruire? alienum est ab ordine iuris, vt Vicariam quis habeat praeter vnam.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. compila. [illegible] post concil. Lateran. p. 39. c. 6.

¶ Idem Vintonien. Episcopo.

¶ *Perpetuus Vicarius per Episcopū institutus, per rectorē remoueri, vel portione sua fraudari non potest.*

CAP. III.

AD † haec, si persona alicuius Ecclesiae, Vicario, quem in eadem Ecclesia instituit, de assensu, & auctoritate dioecesa-

Prouideas.] Primò ponit dictum. Secundò ipsius respōsionem ibi, *Quia.* Aut. de But.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. compil. & post concil. Lateran. *sub Alexand. iij. p. 39. c. 1.*

Casus. Praecipit Papa, quòd nullus habeat plures vicarias: quia vicarij tenentur deseruire Ecclesiis, & personis Ecclesiarum, & ideo alienum est ab ordine iuris, vt aliquis habeat vicariam praeter vnam. Not. quod sicut nullus potest habere plures Ecclesias, ita nec plures vicarias, vtrumque enim contra ius est.

¶ *Glo. seq. obiicit. & soluit.*

h ¶ *Plures.*] Ex eo quod dicit, plures videl. quod possit habere vnā vicariam: sed hoc videt falsū quia quilibet in ppria persona & non per vicariū dēt in Ecclesia deseruire ¯j. *de cle non res. quia nonnulli. & c. seq. & ¯s. de ele. cùm in cunctis.* & melius in iure nouo ¯j. *de pb. extirpanda. §. qui vero.* Et hoc est veru, nisi in casib' qui ponutur in *dict. decre. extirpanda. § qu. Vero.* s. cū parochialis Ecclesia sit annexa dignitati, vel prebendae maioris Ecclesiae, vt ab talis hodie vicarij cōstituti nō possunt, & talis vicarius dēt esse sacerdos cū habeat curā aiaru. ¯j. *e. c. Vlt.* & dēt esse perpetuus, vt in praedicto *§. qui Vero.* & canonicè institutus cum certa portione per l *supra ca. prox.*

A D haec.] Primò ponit duplex dictum. Secundo excipit, ibi, *licèt impropriè, ibi, Nisi.*

Casus. Praelatus Ecclesiae de auctoritate & assēsu Epi instituit vicariū in Ecclesia sua, & eide instituit certā portionē: decessit platus iste, alter substitutus est: q quaerit, vtrū possit illū vicariū remouere, vel portionē assignatā diminuere? Et resp. q neutru facere potest, nisi aliquid committat, propter quod per iudice sit in vicaria, vel beneficio condemnandus. No. quòd vicarius perpetuus aequipara ur praelato, vt eo viuente non possit a vicaria expelli, licèt titulum non habeat, nisi propter culpam suam, sicut nec praelatus.

¶ *Glo. seq. ponit opi. quam reprobat.*

a ¶ *Episco.*

a ¶ *Episcopi.*] Quidā[a] supplent, & patroni, si non sit collegiata ecclesia, quoniam patroni consensus desideratur, vbicunque ius perpetuum percipiendi aliquid confertur alicui. *arg. 16. q. 7. decernimus. & q. 5. si quis episcopum. C. de auth. præstan. l. vlt. & 64. dist. principalis.* hoc non credo, quod consensus patroni sit requirendus, cum patronus tantummodo debeat præsentare vacāte ecclesia, vt dicunt iura prædicta: sed ecclesia non intelligitur vacare in institutione vicarij: & hoc videtur hic innui.

a Alanus scilicet, & Innocentius.

¶ *Glo. sequens rect. opponendo, quòd solum prælatus, &c. Ioan. And.*

b ¶ *Remouere.*] ergo habet ius in re: verū est, quod habet ius vicariæ, sed non dicitur habere ecclesiam quoad titulum: solus enim prælatus habet eam intitulatam: tamen expelli non potest, ac si haberet eā intitulatam sine iusta causa. & tunc per iudicem, & non per prælatum ipsius ecclesiæ: vt hic in fine dicit.

† Cap. 5. eo. titul. in 1. compilat. & post c. in cil. Lateranen p. 30. c.

c ¶ *Minuere.*] Cùm sit perpetuò consti[t]uta. *ar. infra de censi. prohibemus.*

¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas circa secundam opponit, & soluit.*

... ni Episcopi[a] certam assignauerit portionem: is, qui persona illa defuncta, in personarum illius sul[s] tituitur, non potest eundem ab Ecclesia remouere[b], vel assignatam sibi minuere[c] portionem: Nisi aliquid committat, propter quod per iudicem in Vicaria sit, vel beneficio condemnandus.

¶ Idem Norwiensi Episcopo.

¶ *Vicarius non potest substituere Vicarium.*

CAP. IV.

Clericos † in Presbyteratu, vel aliis inferioribus ordinibus constitutos, in Vicariis Ecclesiarum, quas adepti sunt, alios sibi substituere non permittas? cùm id satis sit absonum, & absurdum.

¶ Inn. iij. Abbati S. Euge. & Plebano S. Petri.

¶ *Vicarius Papæ, in vrbe iurisdictionem habet, non extra vrbem.*

CAP. V.

Sva † nobis †: *& infrà.* ¶ Nos igitur Vicarij litteras æstimantes per surreptionē obtentas †: Quoniam iurisdictio Vicarij[d] †, quem Romanus Pōtifex in vrbe reliquit, non extenditur[e] extra illā, nisi ei speciali ter sit concessum: Præsertim cùm ipse moratur in sua prouincia speciali, videlicet inter Capuanam prouinciam, & Pisanam: Mandamus, quatenus quicquid occasione litterarum illarum actum est, in irritum[f] reuocetis.

¶ Hono. † iij. Vigo Episcopo.

¶ *Cōpelluntur Vicarij ordinarij Ecclesiis deseruire per subtractionem prouentuum, & Vicariarum.*

CAP. VI.

Ex parte tua fuit propositum coram nobis: *& infrà.* ¶ Mandamus, quatenus perpetuos[g] Vicarios, vt in Ecclesiis, in quibus vicarias obtinent, resideant, & se in Presbyteros (vt eorum † cura exigit) faciant promoueri, per subtractionem[h] prouentuum, vel ipsarum Vicariarum, compellas.

TITVLVS XXIX.

De officio, & potestate Iudicis delegati.

¶ Alexan. iij London. Episcopo.

¶ *Delegatus Papæ potestatem habet non solum in partes, sed etiam in alios qui suam iurisdictionem impediunt.*

Clericos.] Sic pone casum.[b] Prælati ecclesiarum, in quibus habent curam animarum, vel aliam dignitatem, in propria persona deseruire debent ecclesiæ, & non substituere sibi vicarios: quia hoc est contra rationē. & ist casus probatur j. *de præben. extirpanda. §. qui verò.* & sic ordinat litteram. Non permittas clericos. i. prælatos in presbyteratu, vel alios in inferioribus ordinibus constitutos, substituere alios in vicariis ecclesiarum, quas s. ecclesias adepti sunt tanquam prælati: & quòd ita accipiatur hoc nomen, clericos, probatur: appellatione enim clericorum omnes superiores continentur. *in Auth. de sanct. epis. § presbyterorum. coll. 9. & 11. q. 1. de persona.* secundùm aliū casum, qui poni consueuit, expone clericos, id est vicarios substitutos, alios scilicet vicarios in vicariis, quas adepti sunt: quasi dicat, vicarius non potest alium vicarium sibi constituere: sed iste casus non est bonus: quia per hoc innuitur, quòd licitum sit constituere vicarium: quod non est verum, vt dictum est secundùm ius nouum, nisi tu velis restringere hanc decr. ad casum illum § q. i verò. sed in nullo casu licet vicario alium sibi vicarium substituere. Bernardus. Not. quod vicarius non potest sibi vicarium substituere. Abbas.

b Hic casus Bernardi est & in antiquis libris reperitur.

† Cap. 1. eod. tit. in 3. compilatione.

† Tu. nobis

† Vide i. fin. cum ibi no. C. n. non comp. ind.

† Et de Vicariorum non extra iurisdictione, de quibus hoc loco, vide quales creari debeant. Concil. Trid. sessio. 24. de refor. c. 19.

Sva nobis.] Ponit dictū. & ipsius rationē ibi, *Quoniā.* & fortificat ibi, *Præsertim.* Ex quibus infert ibi, *Mādamus.* An. de But. Casvs. Clerici cuiusdam ... lebis episcopi Vulterani iurauerunt sibi eligere prælatum ad voluntatem laicorum, & sic elegerunt sibi prælatum, & electionem suam episcopo præsentauerunt: episcopus cassauit illam electionem, & excommunicauit laicos illos qui clericos compulerāt, & ipsos etiam clericos pro isto, & aliis excessibus excōmunicauit. & impetrauit litteras ad archiepiscopū Pisanū, & suos condiudic. s. vt eos esse excōicatos faceret euitari, vsque ad dignā satisfactionem: post hoc pars aduersa litteras impetrauit ab episcopo Portuen. vicario D. Papæ ad Epm Lucanū: & suos coniudices, qui auctoritate illarum laicos & clericos absoluerunt excommunicantes epm Vulteranum. eps Vulteranus significauit hoc totum D. Papæ: prius tamē ex abundanti appellauit, licèt sentētia illa nō teneret: super hoc scribit Papa iudicibus dicens litteras vicarij per surreptionē obtentas, quia iurisdictio vicarij, quē Romanus Pont. reliquit in vrbe, non extenditur extra vrbē, nisi ei specialiter sit concessum: præcipuè cū ipse moratur in sua prouincia speciali: videlicet inter Capuanā prouinciam, & Pisanam. Vnde mandat, quatenus quicquid occasione illarum litterarū factum est denuncietur irritum, & inane. Not. quòd litteræ per surreptionem obtentæ, non conferunt iurisdictionem: vt hic patet. Item vicarius, vel legatus causas alterius prouinciæ, vel iurisdictionis committere non potest.

d ¶ *Vicarij.*] Vicarius omnia potest, quæ pertinent ad iurisdictionem illius, cuius vices gerit. *C. de off. eius, qui vicē al. ge. l. 1. 93 dis. c. vlt. & 94. dist. cap. 1.* quædam tamen sunt, quæ sine speciali mandato attentare nō debet. *infra de offic. lega. quod translationem.*

e ¶ *Non extenditur.*] Iurisdictio Nisi forè infra centesimum miliare, ad instar præfecti vrbis. *ff. de offic. præf. vrb. l. 1. § in initio & ff. de offic. pro cons. si in alia. §. vlt.*

Vicarij Papæ ad quot milliaria extēdatur.

† Innocent.

f ¶ *Irritum.*] No. quod factum est per surreptionem, non valet tāquam à non suo iudice. *11. q. 1. cap. pen. & C. si à non compe. iu. l. vlt.* & retractari potest: altera parte absente j. *de re iud. cùm olim.* & præcipuè in decretali ista. hæ enim litteræ nullam conferebant iurisdictionem: quia iurisdictio vicarij non extenditur extra vrbē: vt hic dicit. ergo si concedat litteras extra, est nulla iurisdictio. *ff. de iu. om. iud. l. vlt. C. qui pro sua iurisd. l. Vnica.* & ita quicquid factum est hic per litteras vicarij, ipso iure non tenuit. De hac materia dictum est *suprà de rescrip. ad audientiam.* 2.

† earum.

Ex parte.] In prima facti decisa narratio. In secunda, ibi, *Mandamus,* mandatū.

Ant. de But.

Casvs. Vicarij perpetui tenentur facere residentiam in ecclesiis, in quibus obtinent vicarias: & cùm habeant curam animarum debent esse in ordine sacerdotis: quod si facere noluerint, cōpelli debēt per subtractionem prouentuum ipsarum vicariarum. Not. quod perpetuus vicarius debet esse sacerdos, & in vicaria residere.

g ¶ *Perpetuos Vicarios.*] Perpetuus vicarius dicitur, qui canonicè a persona ecclesiæ, & auctoritate epi est institutus, & certam debet percipere portionem. 3. eo. tit. ad hæc. & j *de præb. extirpanda. §. qui verò.* nec potest quis habere plures vicarias, cum habeat curā animarū tāquā vicarius, & debet residere in loco, vt hic dicit, sicut nec quis potest habere plures ecclesias. j. *de cle non resi. quia nonnulli. & c. seq. de præben. de multa.* In quibus casibus possit quis constituere vicarium, dicitur in *prædicta decr. extirpanda. §. qui verò.* beneficia enim ecclesiarum, propter officia diuina cōstituta fuerunt 8. *12. q. 2. concessio. 16. q. 1. generaliter. & 1 q. 2. cap. vlt. arg. C. de mi. sess. l. pen. & 21. q. 3. c. Cyprianus.*

Vicarius perpetuus quis dicatur.

QVoniam abbas] Diuiditur, quia prima pars narrat factū, secunda illud approbat ibi, *Nos.* & pone causam literalem vt [illegible] Abbas.

CASVS. Causa fuit cōmissa duob⁹ abbatibus, s. abbati Leicestriæ, & abbati Vincestriæ, non expressis propriis nominibus, & ambo cœnauc-

d *Hic casus sern. est, & in veteri casibus habetur.*

* *Facere vero- dum in fraudem, qui non facit, si quod facere debet vel non vult: tur sermonibus. Io. An.*

citauerunt partes, abbate Vincestriæ tandem mortuo, & altero substituto, abbas Leicestriæ processit postea cum abbate Vincestriæ substituto, & tulerunt sententiã, & dñs Papa confirmauit illam. Vel põt poni casus, q abbas Leicestriæ solus citauit mortuo conjudice suo: quia sub illa forma. Quod si ambo non poteritis, &c. & postea altero substituto cum eo processit, q: bene potuit. & hoc potius concordat literæ, & patet in prin Ber. Not. per hanc decre. q si causa committitur dignitati non expresso nomine prælati, eo mortuo successor in eadem causa procedere debet. Abb.

a ¶ *Præfixit.*] Et etiam solus potuit præfigere altero mortuo, si committebatur in literis. Quod si ambo non poteritis, &c. quia tunc extitit conditio: nec propterea expirauit mandatum quantum ad illum defectum: sed statim altero substituto, & confirmato ambo procedere debent, quia temporale fuit impedimentum. *Cod. de cur. fur. l. penul.*

† Cap. 10 e. tit. in i. compilation. & post concil. Lateran. p. 47. c. 3.

¶ *Glo. seq. primo inducit remota, & vnam l. secundo obijcit dupliciter, scilicet quod sine nominum expressione iurisdictio expirat per mortẽ. Secũdo quod expressione nõ obstãte trãseat ad successorẽ, & soluit. Tertiò quærit, arg. negatiuè, & affirmatiuè, & soluit distinguendo.*

† alteram.

Mortuo delegato, qui succedat ei alius.

dum præfixit [a] Abbatem Vincestriæ de nouo substitutum [b] Iudici præmortuo, illa mandato nostro porrecto, quia sub expressis nominibus locorum, & non personarum commissio emanauit, sibi socium in causæ cognitione adiunxit: Nos sententiam illorum (sicut est iusta [c]) ratam, & firmam habemus.

¶ Idem.

¶ Si quæstionem de iure præsentãdi Papa appellatione remota, & sub ea forma, vt delegatus ad præsentationem eius, ad quem viderit pertinere, ordinet Ecclesiam: per hoc non debet instituere, sed pronunciare: & is, ad quem pertinet, instituet: & si iuri suo detrahitur, licitè appellat.

CAP. XV.

SVper † eo verò, quòd subiũgere voluisti, si de præsentatione Presbyteri inter aliquos [d] quæstione suborta, causam contigerit delegari alicui sub hac forma: vt si constiterit ius [e], de quo agitur ad partem alterutram † pertinere, ad præsentationẽ eiusdẽ de persona idonea ordinet [f] Ecclesiã appellatione remota, an liceat [g] delegato Iudici, inscio diœcesano Epo, vel Archidiacono, vel Archipresbytero reclamante, præsentatum sibi Clericum in possessionem Ecclesiæ mittere: & an si Archipsbyter [h], vel Archidiaconus [i], vel Eps, ad quem institutio pertinet appellauerit †, corũ sit appellationibus deferendũ. ¶ Hoc tuã volumus discretionem tenere, quòd licèt qõnẽ, quę de pręsentatione, vertitur, appellatiõe remota cõmittamus alicui terminandam: non tñ est nostræ intentionis [k], diœcesano Epo, Archidiacono, vel Archipresbytero, præiudicium generare: ideóque præsentandus est illi, qui instituendus fuerit, † & tenebit [l] corũ appellatio, si videntes iuri suo detrahi duxerint appellãdum: quia non † illis †, sed partibus [m], inter quas causas cõmissa est, appellationis remedium est sublatum.

sentatio facta, tunc qui dignior est, sed si essent æqualiter digni sortè di. matur *ff. de mag. sed cum ambo. & 16. q. 2. fori non est.*

c ¶ *Sicut est iusta.*] Hæc verba, cùm ponuntur in confirmationibus, cõditionaliter intelligũt. *j. de confir. vt. vel inut. examinata. & j. de cõcess. præben. q a diuersitaté.* secus si ponãt in priuilegio: quia priuilegium est lex priuata. *3. dist. pri. legia.* & priuilegium semper debet aliquid ponere. *j. de ver. signi. si. Abbate & j. de priuilegiis. ibi.* & sic ponũtur in sententiis, quas Papa ex certa scientia confirmat: vt hic.

SVper eo.] Hæc decretalis hẽt causam notabilem, & multum allegatur. Cõis est diuitio. Secunda. Hoc tuã. Abb. CASVS. Quæstio vertitur inter aliquos super præsentatione rectoris in aliqua ecclesia: committitur causa super hoc alicui sub hac forma, vt si e. ostenderit ius, de quo agitur, ad alterutram partem pertinere, ad præsentationẽm illius iudex ordinet Ecclesiam appellatione remota. Primò quæritur, vtrum liceat iudici delegato, ignorante epo, archidiacono, vel archipresbytero, ad quem pertinet institutio, præsentatum sibi clericũ in possessionem Ecclesiæ mittere: & si aliquis illorum, ad quem pertinet institutio, appellauerit, vtrùm sit eorum appellationibus deferendum? Papa cõsultus rñdet: quòd licèt quæstionẽ cõmittat de pñtatione appella. re. nõ tñ est eius intentionis facere præiudicium diœcesano episcopo, archid. vel archipresbytero; vnde clericus instituendus præsentari debet illi, ad quem de iure pertinet institutio. & si contra factum fuerit, eorum appellatio valebit: quia appellatio solummodo inhibita est, inter quos causa vertitur, & non pdictis. No. quòd forma rescripti non est semper seruãda, vt hic patet: sed hoc fit qa p hoc fieret præiudiciũ illi, ad quẽ pertinet institutio, nec nocet ei, q obtinuit. Itẽ licèt ei commissa sit inter aliquos, alij tñ, quos negotium tangit, admittuntur ad defensionẽ sua. Itẽ appella. remota intelligitur illis, inter quos committitur, & non aliis. Itẽ res inter alios acta, aliis nõ nocet.

† alteram.

† appellauerit.

† eis.

† Scilicet episcopo Archidiacono vel Archipresbytero.

† Aliàs illis.

b ¶ *Substitutũ.*] Ecce q successor põt cognoscere. vnde potuit cognoscere pręsccessor etiã delegatus: & hoc verum est, qñ propriũ nomẽ in literis nõ sit expressũ: quia pro vna persona intelligũt: quia dignitas nõ moritur: sed si propriũ nomẽ in literis fuerit expressum, quia tũc cõmissio facta fuit psonę, successor nõ cognosceret: & hæc est ratio, quia (vt dixi) dignitas nũquã perit, indiuidua vero quotidie pereunt *ff. de lega. 1. l. 4. si quis in fundo.* Sed videtur, quod hĩc sit, eis nõ exprimat propriũ nomẽ: quia hoc nomẽ abbas talis loci, loco proprij nominis est *ff. de libe. post. nominatim.* arg. sed nõ est propriũ nomẽ, sed singulare, vt phœnix, & appellatiuum tamen licet, & si electus sit loco præmortui idem est, quia idẽ debet cognoscere vt prædecessor. *ff. de iud. mortuo iudice. in Authen. vt nullo iudic. §. & hoc iubemus. coll. 9.* Sed videtur, quòd etiã si expressũ nõ sit nomẽ dignitatis, quòd successor adhuc cognoscere possit. *arg. ff. de condi. & demo. l. filia §. Titia. & ff. de lib. & posth. placet. & l. seq. & arg. ff. de annu. leg. l. ann. §. 1. sed illud tristatur. Valuit.* Sed pone, quod plures archidiaconi sunt in aliqua ecclesia, [a] sicut sunt in ecclesia Parisien. & Papa mandat archidiacono Parisien. sine additione proprij nominis, vel cognominis, ita quòd nõ apparet de quo senserit, cum plures sint archidiaconi, quis ergo erit iudex? Videtur, quòd nullus, quia si duo dati sunt tutores eiusdem nominis, nec apparet, de quo senserit testator, neuter erit tutor *ff. de testamen. tutel. duo sunt Titij.* & si testator dicat, Exhæredo filium meum, cum plures habeat nomine proprio non expresso, nullus est exhæredatus. *ff. de libe. & posth. l. nominatim.* & si non apparet, quis hæres institutus sit [b], institutio non valet *ff. de hæred. institu. l. in tempus. § quotiens. & ff. de rebus dubiis si ita fuerit. § cũ si ex pluribus. & ff. de manumiss. cum ex pluribus.* Sed videtur, q ille sit iudex, quem impetrator elegerit. secus si inter duos dubitetur de eodem legato, cui potius dare debeat, hæres eligere debet, cui soluat *ff. de lega. 1. si quis seruum. § si inter duas.* & si quis intentione ambigua vsus est, quod ei vtilius est, debet accipere *ff. de iudi. si quis intentione. & ff. de iud. solemus. & C. de condi. inde. si quis seruum.* hoc vide de facto. Hic satis patet, & ille quem elegerit actor, erit iudex qa de illo sensit, cum impetrauit literas *ff. de verborum obliga. inter stipulantem.* Sed si cõmuni cõsensu partiũ partes cõcordassent, & consensissent, non distinguendo de quo quid erit, cùm modo dicat actor de vno, & reus de altero, nec potest constare, de quo intellexerunt, quia non cõcordant. Hic dicere possum, q ille sit iudex, cui primò sunt literæ præsentatæ. *s. de rescrip. ca. capitulum sanctæ crucis. & j. de appellatio. vt debitus.* sed si essent simul præsentatæ

a *Videtur, quod hoc esse non possit 7. q. 1. in apibus. in §. ubi singulæ, ... archidiacono, ... 1. 10. An.*

b *Vt si testator plures habet amicos eiusdem nominis, & nomẽ solum exprimit, nec apparet de quo senserit. hoc vide. §. quoties. 10. An.*

d ¶ *Inter aliquos.*] Qui se dicunt patronos.

e ¶ *Ius.*] i. præsentationem, vt dixi s.

¶ *Glo. seq. ponit, qua fuerit dubitatio.*

f ¶ *Ordinet Ecclesiam.*] Hæc verba ambiguitatem continere videntur: vñ iudex credebat, quòd ipse instituere possit clericũ pręsentandũ, q nõ est verũ: vnde sic expone, ordinet, i. est pronunciet ordinandã Ecclesiã, ad pñtationẽ illius, qui probauit ius patronatus ad se pertinere: tamen si episcopus, archidiaconus, vel archipresbyter consentiret delegato, valeret eius institutio.

g ¶ *An liceat.*] Prima quæstio.

h *An si archipresbyter.*] Secunda quæstio.

¶ *Glo. seq. arg. & duos casus exprimit, ex quibus illud procedit.*

i ¶ *Archidiaconus.*] Arg. q archidiaconus, vel etiam archipresbyter potest cõmittere coram archidiaconum; sed hoc est, qñ ab epo est eis specialiter concessum. *s. de offi. arc. h. cùm satis.* vel cum aliis hoc obtinent de consuetudine. *arg. s. de elec. l. dudum 2. & s. de offi. archid. dilecto & j. de excessi. prælat. ad hæc.*

¶ *Gl. seq. elicit duo argumenta.*

k ¶ *Intentionis.*] Arg. priuilegia, rescripta, & alia consimilia ad ea tñ extendi, de quibus cogitatum est *ff. de pact. tres fratres. ff. de transa. l. cum Aquiliana.* & ita mentio mandãti consideranda. *j. de restitu. spo. audita & j. de praben. cum cãm. & c. vlt.* Ite arg. q iuri nullius intendit Papa derogare. *25. q. 2. primum. j. de off. ord. licet. & j. de decr. ex multiplici. & s. de rescri. ad aures.*

Papa nullius iuri intendit derogare.

l ¶ *Tenebit.*] Et ita debet differri executio sententiæ si per eam alicui præiudicium generatur. *infra de re iudi. cum super contro. uersia.* & verum est. nisi præsumptio sit in contrarium, quod maliciose appelletur, sicut contingit in restitutione. *j. de in inte. rest. suspecta.*

¶ *Glos. seq. notat arg. & de vltimo remittit.*

m ¶ *Sed partibus. inter quas.*] Et ita licèt appellatio sit remota in literis

literis, nihilominus prō appellare omnes, quorū interest. 2. q. 6. *non solent*. Item not. q̄ oēs possunt se opponere, quos negotium tangit: licet de illis non fiat mentio, & sunt admittendi [a] alias non teneret appellatio interposita per eos. Item arg. quod iurisdictio extenditur ad eos, de quibus non est cogitatum. de hoc dixi. 5. eo. *quia quæsitum*. Item arg. quod res inter alios acta non nocet aliis. j. de re iud. *quia*. ubi de hoc tractatur, & competentiùs ibi ponitur, quàm hic.

a *Dicit Hostien. quod hæc sunt bona argumenta, quod quis in audientia causa admittatur ad cōtradicendum. Io. An.*

† *Cap. 21. eo. tit. in 1. compilat. & post Cōcil. Lateranen. p. 50. c. 26.*

† *Alias ita: Tornilien. & Napscen.*

Idem.

¶ *Si causa simpliciter est delegata duobus, sententia vnius non tenet.*

CAP. XVI.

CAusam † matrimonij, quæ inter I. mulierem, & Blanchacium agitari dignoscitur, Furolinensi, † & Vapicenensi Episcopis nos meminimus commisisse: quibus eam viro restitui mandantibus, vir mulierem cruciatibus, & flagellis adeò afflixit, quòd inuita [a], & coacta inter se, & virum suum confessa [b] est parentelam, sicque factum est, quòd ad iudicium [c] vnius eorum dimisit eandem :] *& infrà*. ¶ Dis. vestræ mandamus, quatenus si inueneritis, quod præfatus B. dictam I. ad iudicium solum modo [d] alterius prædictorum à se separasset † (quia cùm causa duobus committitur, sententia vnius [e] non tenet) ipsum vt eandem mulierem sicut vxorem suam benignè recipiat [f], & maritali affectione † pertractet, monitione præmissa cogatis. ¶ Si qui tamen apparuerint, qui (postquam ab eo recepta fuerit) matrimonium ipsorum velint, & legitimè possint impetere, causam audiatis, & fine canonico terminetis.

CAusam matrimonij.] In prima parte ponitur consulta tio. In secunda cōsilio, ibi, *Discretioni*.

CASVS. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter I. mulierem & B. virum illius. Illa fuit commissa duobus Epis. corā quibus mulier petiit restitui sibi virum suum, quia spoliauerat ipsam: qui, cū de spoliatione constitisset eisdem, mandauerunt viro, vt eam restitueret: vir adeò flagellis, & cruciatibus ipsam afflixit, quòd inuita, & coacta confessa fuit parentelã esse inter ipsam, & virū suum: propter quod alter de prædictis Epis tulit sententiã diuortij inter ipsos. Super hoc delata fuit quæstio ad Papam: vnde mandat Papa quibusdā, quòd si inuenerint, quòd dict. B. vxorem suam dimiserit ad iudicium alterius iudicum prædictorum, monitione præmissa compellant eundem, vt ipsam recipiat, & maritali affectu pertractet: quia cum causa duobus committitur, sententia vnius non tenet. Si verò aliqui apparuerint, postquam ab ipso recepta fuerit, qui velint, & possint ipsorum matrimonium accusare, causam audiant, & fine canonico decidant eandem. Not. quòd confessio per metum extorta non præiudicat. Item confessio contra matrimonium facta non tenet. Item cum plures sunt iudices, altero absente nec se excusante, nec committente vices suas, sententia alterius, vel aliorum nō valet. Item restitutio priùs fieri debet, quàm principalis quæstio agitetur.

† *Vide l. falsus. §. sed si is. ff. de fur. glo. & doct. in Authen. de fidei. §. 1.*

† *affectu.*

a ¶ *Inuita*.] Et ideo talis confessio præiudicare non debet. 31. q. 2. *Lotharius* & 15. q. 6. c. 1. & si etiam sponte id cōfiteretur, propter confessionem, vel etiam amborum, matrimonium separari non debet: quia sæpe adinuicem colluderent. j. de eo. qui cog. consan. vxo. sue. *super eo*. & 35. q. 6. §. *vlt*. sed si ambo confiteantur, & fama publica consentit, tunc possunt separari. 35. q. 6. *si duo*. quidam tamen aliter intelligunt illum canonem.

b ¶ *Confessa est*.] Corãm [b] vno iudice tantùm, cùm talis confessio hodie non tenetur.

b *Hæ duæ glossulæ nec sunt Bernardi, nec habentur in Veteri codicibus.*

c ¶ *Ad iudicium vnius*.] Et malè, a. quia non erat ibi pōsita illa clausula [quòd si non omnes, &c.] vel alter se litteratoriè non excusauit.

¶ *Gloss. seq. ponit Brocar. ad primam partem alle. 9. vera, ad secundam 4. & soluit.*

d ¶ *Solummodo*.] Arg. quòd vbi aliquorū præsentia desideratur, quod in eorum absentia ag tur, non tenet: vt 63. *dist. obeuntibus*. & j. de ele. *cum in Veteri*. & C. de test. *si vnus*. & 66. *dist. perrò*. & 68. *distinct. cori ep*. & ff. de transact. *cum hi*. §. *si prætor*. & ff. de re iudi. *duo ex tribus*. & C. de adus. fisc. l. *vlt*. § & de iure pſe. *si plures*. Arg. contra 63. *dist. in c. 1*. & 2. & C. de postulan. *Solamitio*. & 15. q. 7. *felix*. Sol. duobus modis desideratur præsentia aliquorum: quantum ad necessitatem, & sic vera est prima rubrica, vt hic & j. de elect. *quod sicut*. & c. *venerabilem*. Item quantum ad honestatem, vel vtilitatem, & talis absentia non vitiat, quod dictū est: vt in contrariis, & 32. q. 1. *honorantur*.

e ¶ *Vnius*.] Quid iuris sit, quando iudices ord narij vel delegati, vel arbitri ferunt diuersas sentētias, dī j. de re iud. c. *vlt*. & ibi dicet de hoc. e Si verò sunt duo iudices, & alter sine altero procedat, non tenet sentētia, vt hic, siue etiam plures, & aliquo absente pronunciant ff. de re iud. *duo ex tribus*.

e *Vide l. 1. §. si plures. ff. de exerc. & gloss. & Bartol. in l. vnica. ff. de of. consul.*

¶ *Gl. seq. alle. contra signat contrarium & soluit.*

f ¶ *Recipiat*.] Sic j. de resti. spo. ex conquestione. ar. contra. j. de ord. cog. *intelleximus*.

Hic & in illa, ex conquestione, de possessorio agitur: & ideo cum causa spoliationis sit priuilegiata, illa semper primò est tractanda, & conuentus super spoliatione reconuenire spoliatum non potest, nisi de alia spoliatione infrà de or. cog. super spoliatione. facta vero restitutione postea cognoscatur de proprietate, s. de causa matrimonij. Illa, intelleximus loquitur de petitorio: sed si incontinenti iste vellet probare consanguinitatem, maximè in gradu indispensabili, restitutio differtur secūdum tenorem illius decre. j. de resti. spo. litteras. alias semper facienda est restitutio.

† *Cap. 4. tit. qui filij sint legit. in 1. cō pil. Vbi integrum sanctum narratur, adde c. 3. infra de dolo, & cont.*

¶ Idem Oxonen. & Vinto. Episcopis, & Abbati Herfor.

¶ *Delegatus, qui est dominus impetrantis, recusari potest.*

CAP. XVII.

ij. CAusam †, quæ inter F. & R. de natiuitate Agathæ vertitur, vobis fratres Episcopi, & London. Episcopo commisimus terminandam. ¶ Verùm quanquam idem E. præfatum Londoñ. Episcopum habebat suspectum, pro eo quòd dominus [g] est prædicti R. ipsum amouendum, & te fili Abbas, loco ipsius † duximus subrogandum.

† *Illum.*

¶ Idem.

¶ *A subdelegato delegati Papæ, qui subdelegauit non in totum, non ad Papam, sed ad ipsum delegatum appellari debet.*

CAP. XVIII.

CVm † te consulente : *& infrà*. ¶ Si super causa, * quæ tibi in nostra delegatione committitur, à personis [h] Ecclesiasticis, vna, vel pluribus, quibus (vt parcas laboribus, partium, & expensis) cognitionem ipsius causæ, & testium examinationem (sententia tibi reseruata) cōmittis appellatio fuerit interposita: huiusmodi appellationis intuitu, causam ipsam indiffinitam relinquere non teneris.

CAusam quæ.] Communis diuisio: secunda ibi *Verù*. Abb. Sic. Pars huius j. tit. *de do. & cōtu. causam, quæ*. & j. *qui fil. sint legi. causam quæ 1*. & 2.

† *Cap. 1. e. tit. in 2. cōpilatione.*

CASVS. Inter F. & R. de Ardenna, qñ vertebatur super natiuitate Agathæ matris dicti R. causa super hoc commissa fuit episcopis Vertonen. Mattaen. & Lōdoneñ. ad petitionem ipsius R. sed quia dict. Londoñ. episcopus dñs erat dicti R. præfatus F. habebat cum suspectū: vñ Papa ad petitionem ipsius F. amouit ipsum, & loco ipsius subrogauit abbatem Herfordensem. No. cùm iudex est dominus impetrantis, potest legitimè recusari.

¶ *Glo. seq. ponit j. ex causa recusandi iudicem.*

g ¶ *Dominus*.] Arg. est hic euidens, quòd rationabilis est causa suspicionis, si iudex est dominus aduersarij. arg. 3. q. 5. *accusatores*. & 11. *quæstione 3. quatuor*. & *infrà. eod. insinuante*. & idem esset, si iudex esset vasallus impetrantis, arg. 22. qu. 5. *de forma*. Item si sit suffraganeus impetrantis. j. *Ex lit. non contest*. Accedens. Item si esset consanguineus [d], vel aduocatus existit in eadem causa pro ipso j. *de app*. postremò: idem videtur si habet consimilem causam. j. *de iud*. causā, quæ inter arg. op. ad hoc j. *de testi. personas*. De causa suspicionis tractabitur. j. *eo. suspectis quod j. de app. cum speciali*.

d *Vel barones instituti in toto, vel in parte. ff. de iudic. l. Iulianus. 2.*

ADDITIO. Vñ versus: *Quatuor ista, timor, odium, dilectio, census, Sæpe solent hominum rectos peruertere sensus.*

CVm te.] Si delegatus Papæ committit causam non in totum, & à subdelegato appellatur ad Papam, per hoc impeditur processus delegati Papæ. h. d. communis diuisio. Secunda ibi, *Si super*. Abb.

CASVS. Quæritur, si delegatus à principe subdelegauerit vices suas alteri, si appellatur à subdelegato, vtrum delegatus debeat dimittere causam indiscussam. Et videtur, quòd nō: sed potest procedere, s. si aliquid sibi de iurisdictione retinuit. Not. quod ab auditore non potest appellari: quod verum est secundum dictum illius dec. super quæstionum. j. eo. §. 3.

¶ *Gl. seq. arg. & remittit.*

h ¶ *A personis ecclesiasticis*.] Id est, ab audientia personarum, quibus causa commissa est. Et est arg. quòd delegatus cā cōmissā sibi subdelegare debet personis ecclesiast. & non laicis, cū laici de talibus causis ecclesiasticis iudicare non debeant. j. de iud. *decernimus*. & decretalem habes *infra eod. super quæstionum. circa principium*. & ibi exponitur.

ADDITIO. Sed hodie est prouisū in c. *statutū* in §. *in nullo de rescript. lib. 6*. vbi dī, q̄ illis personis dēt cōmittere delegatus Papæ quibus

quibus cōmittit ipse Papa, & q̄ sūt illæ personę. hr̄ ibi *in princ.*

R*Elatum*] Per litis contest. perpetuatur iurisdictio. In prima ponitur decisa consultatio. In secūda ibi, *Nos itaque.* sūsio.

Casvs. Hæc decret. correcta est: quæritur, si mortuo mandatore, possit procedi per literas ab eodem impetratas ante mortem eius, & respon. quòd si lis est contestata, potest procedi, aliàs non: hodie pōt, si ante citantur. j. de offi. leg. c. Vlt. Not. quòd morte mandatoris re existente integra, expirat mandatum. Item per litis contestationem perpetuatur iurisdictio.

a ¶ *Contestata*] Quod dicit hic, secundùm leges locum habet: quòd si ante litem contestatā moriatur mandator [a], expirat mandatum, vt hic dicitur: quia lis non dicitur cœpta nisi per litis contestationem, in *Auth. de litig.* §. *omnē. colla. 8. ff. rem rat. habe. amplius.* secundùm canones non consideratur tm̄ litis contestatio: sed sufficit sola citatio ante mortem mādatoris ad perpetuandum rescriptum: vnde citatione præmissa non finitur mandatum per mortem mandantis [b], j. *de ca. prox. & c. licet.* sed si citatio non præcedat mortem, statim expirat mādatum. j. *de offi. lega. c. Vlt.* §. *3. & ff. de iurisd. omnium iudicum.* & quia qualiter fiat contestatio litis, habetur j. *de li. conte. c. vnico.* Item sicut per libelli oblationem perpetuatur acti. C. q̄n lib. princ. da. lib. conte. facit l. 1. & 2. q. 6. *anteriorum* & sicut res litigiosa efficitur per libelli oblationem: vt in *Auth. de litigio. in prin. coll. 8. & C. de lit. Authen. litigiosa* eodem modo perpetuatur iurisdictio delegati per solā citationem vt dicunt iura prædicta.

† *Innocentius.*

† Cap. 22. e. titu. in 1. cōpila. & post cōcil. Lateranen. p. 7. c. 22. *Vbi habes decretum integrum.*

a *Vide tradita in* l. & quin ff. de iurisd. om. iud.

† Cap. 23. e. tit. in 1. compilat. & post conc. Lateranen. p. 48. c. 3.

b *Et ratio est, quia citatio secundum Bar. est sententia. mor. in* l. in sacris. C. de proxi. sac. scr. lib. 12. & de epis. & cle. l. omnes. & l. cum clericus, post principiū.

¶ Lucius † iij. Cantuarieñ. Archiepiscopo, & eius Suffraganeis.

¶ *Morte delegantis non expirat iurisdictio delegati, coram quo lis erat contestata.*

CAP. XIX.

R*Elatum* † est: *& infrà.* ¶ Nostra consultationi vestræ respondemus, quòd si lis fuerit ante prædecessoris nostri obitum contestata [a], mandatum morte mandatoris nullatenus expirauit. Si verò ante litis contestationem decessit, non est à Iudicibus, quos delegauerat, ex delegatione huiusmodi procedendum.

¶ Vrbanus iij.

¶ *Si delegatus citauit ante mortem delegantis, perpetuata est eius iurisdictio. Et appellationi renunciat, qui coram Iudice, à quo appellauit litem prosequitur.*

CAP. XX.

G*Ratum* † gerimus: *& infrà.* ¶ Sanè consuluit nos deuotio vestra, an ante obitum delegantis proposito citationis edicto, lite verò post mortem contestata nihilominus debeat in causa procedere delegatus: Et vtrum is intelligatur appellationi renunciasse, quia ea interposita, ad producendos testes inducias postulauit, & demùm productioni, & allegationi renuncians, attestationes petiit solemniter publicari. ¶ Nos autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd cùm in casu priori citatione facta, negotiū sit quasi cœptum [b], & maximè [c] si delegatus non sit certus de obitu delegantis, potest, & debet in causa procedi: tenebitque quod iustitia fuerit præuia diffinitum. ¶ In secundo verò casu, videtur ab appellatione recessum [d], si secundùm ea, quæ præmissa sunt, eum qui appellauerit, constiterit processisse.

G*Ratum*] Communis diuisio. Secunda ibi, *Non autem.* Et quæ ibi ponitur subdiuiditur: vt patet in textu. Abbas Siculus.

Casvs. Quædam causa fuit commissa iudici delegato, ipse statim citauit: actis lis verò contestata fuit post mortem delegantis: quærebatur, vtrùm possit postea in cā procedere delegatus? Secundo ponitur alia qō: Ecce aliquis appellauit à iudice, postmodum petiit terminum ad producendum testes, & attestationes receptas petiit postmodum publicari: quæritur, an per hoc appellationi renunciasse intelligatur? Ad primam quōnem respondet Papa, quòd citatione facta negotium est quasi cœptum, & præcipuè si delegatus non sit certus de obitu delegantis, vnde legitimè potest in causa procedere. In secunda quæstione respondet. Si vera sunt præmissa appellationi renunciasse videtur. Not. quòd per solam citationem perpetuatur iurisdictio delegati. Item tacitè per contrarium factum renunciat quis iuri suo, siue appellationi.

¶ *Glo. seq. declarat, quare dicat, quasi.*

b ¶ *Quasi cœptum.*] Ideo dicit, quasi cœptum: quia quantum ad perpetuandam iurisdictionem cœptum est negotium. sed quantum ad lit. contest. non est cœptum: vñ legitimas exceptiones potest opponere: vñ successor impetrātis poterit cōuenire reū mortuo impetrāte. *ar. s. de re. significauit.* vbi de hoc. & *arg. ff. de inof. test. posthumus.* §. *Vlt. D. de noua. si delegatio ff. de iur. om. iu.* & quia ibi ex, one, agi cœperit per citationem, ad hoc vt faciat ad propositum. & j. *eo licet.* & j. *de of. lega. c. Vlt.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium.*

c ¶ *Maximè*] Hic bene dicit: quia idem esset, si esset certus præmissa citatione: quia potest procedere, etiā si esset certus de morte delegantis, & si negotium non esset quasi cœptum, nō procederet, & ideo pōt procedere, cū nondū sit certus, & negotiū sit quasi cœptum. *Ar. cōtra Insti. mandati.* §. *rectè.* ibi innuitur, q̄ si ignorans post mortem citauit, licèt postea sciat de morte, procedere pōt. ff. *de acquir. pos. fundi Venditor.* §. 1. & ff. *si cer. pe. l. eius qui in quan-*

tia c & in eadem l. contrarium dicitur.

Additio. Aliud in iudicio. si eñ procurator haberet actionem mandati, officium suum videretur ei damnosum.

d ¶ *Recessum.*] Not. præsumptionem iuris, quòd iuri suo renunciare præsumitur, qui iuri suo contrarium facit *insti. de test. c. cum venisset.* [d] quæ loquitur de hoc eodem negotio & est eiusdem Vrbani. & j. *de appell. solicitudinem.* & j. *de his qua fi. a ma. par. cap. ex tre.* vbi de hoc multa arg. inuenies, & j. *de Vi. & hone. cle. c. Vlt. & C. de iur. do. impe. l. 2. & ff. de mino. si filius. ff. de inof. testa. si exhaeredatus. & l. si proponas.* §. 1. & 73. *dist. cùm Hadrianus.*

P*Rudentiam.*] Diuiditur illud princ. in duas quæstiones. Secūdò simul illas soluit, ponendo rōnem decidēdi. Secunda ibi, *in hoc casu.* Abbas.

Casvs. In prima parte ponitur talis quæstio: Ecce causa committitur tribus iudicibus cum illa clausula [quod si omnes interesse nequiuerint, duo nihilominus in causa procedant] duo illorū citant reum: quæritur, vtrum ille teneatur venire, post istam quæstionem statim facit aliam quæstionem: Tres iudices citant reum, in termino constituto, comparuit coram duobus tertio absente, nec se excusante, vel committente vices suas: quæritur, vtrùm duo præsentes possint in causa procedere, & eam per sententiam diffinire. Ad primam quæstionem non rñdet Papa directè, sed rñdendo ad secundā intelligitur prima soluta: dicit Papa, quòd cùm aliquis non ostenderit legitimè se cum aliis interesse non posse, vel aliàs de hoc constare canonicè non poterit, alij in causæ cognitione procedere non debent: quod si fecerint, non valebit, quia integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, & Papa libentiùs committit causam duobus, quàm vni; & tribus, quàm duobus: quia & si contra facerent, formā rescripti nō seruarēt. Per hoc intelligitur quęstio prima soluta: quia si tres citāt partes, & duo illorum tertio absente procedere non possunt: ergo & si duo tm̄ citāt, reus ad ipsorum citationē venire non tenetur.

¶ Cælestinus iij.

¶ *Si causa committitur tribus delegatis, cum clausula, quod si non omnes, &c. priusquam appareat de impotentia tertij duo procedere non possunt. Et si procedunt, nihil agunt.* h. d. vsque ad §. *adijcimus.*

CAP. XXI.

P*Rudentiam* [e] † tuam: *& infrà.* ¶ Quinto loco [f] suppliciter informari, vtrùm cùm tribus causa committitur, ita quòd si omnes interesse nequiuerint, duo eam nihilominus exequantur: si reus à duobus tantùm fuerit conuocatus, venire necessariò teneatur [g]. Et si citatus à

e ¶ *Prudentiam*] Per [e] hanc decre. not. cautelam. si quis est excommunicatus, & ab excommunicatore absolui non potest, vel non vult, faciat litteras impetrari super aliquo negotio contra alium suum aduersarium ad amicos iudices, & sic poterit ab eis absolui, vt hic dicit.

f ¶ *Quinto loco.*] Primam quæstionem habes. j. *de mu. peti. c. prudentiam.* secundam, & tertiam. j. *de appell. secundo requiris.* quartam habes. j. *de transact. c. præterea 2.*

¶ *Glo. seq. tractat, q. sex argumēt primo ad negatiuam. Secundo ad affirmatiuam. Tertio ponit distinctionem lo. quam approbat. in fi. format duas quæstiones, quas soluit.*

g ¶ *Teneatur*] Ad hanc qōnem non vr̄ Papa rñdere, sed vr̄ q̄ nō teneatur venire. s. *eo cum matrimonij. & j. de eo, qui mit. in pos. causa rei seruan.* cùm sicut & 2. q. 6. c. *ei qui.* §. *diffinitiua. Ver. vtē si plures. & ff. de re iudi. duo ex tribus & ff. de arbi. si in tres. & l. seq.* præterea si veniret, alli duo non possent procedere: & ideo nō esset contumax, si non veniret: vt *ff. de in. non videtur, & ff. de pecu. eo tempore.* & *ff. de arb. si cum dies.* §. *si arbiter.* præterea non videtur esse in mora, qui se potest tueri per exceptionem. ff. *si cer. pet. lecta est. ff. de vsu.* secundum infra vt *lit. non contest. quoniam frequenter.* §. *si verò aliter. ad fin.* & ff. *iud. sol. vir bonus.* Contra videtur, quòd teneantur venire, quoniam quilibet illorum est iudex insolidum, cùm si res indiuidualis 24. q. 1. *loquitur.* j. *de iure par. c. 1.* & ff. *de bo. lib. si libertus in fine.* & ff. *de ser. Vrba.* & C *de relig. si sepulchrum.* & ff. *de resi. vel quod.* & ff. *le. Fal. l. 1.* §. *si vsusfructus.* l. ē vnus solus nō sol procedere

e *Vide de cle. excom. minist. Apostolicæ. super & quod sequitur de præbend. dudum. ad fin. lib. 6. Ioan. And.*

d *Concor. l. profectitia. C. de iu. do. & in l. originem. C. de muni. le. lib. 11.*

† Cap. 3. eo. tit. in 2. cōpil. *alia loca, in quibus sūt cætera fragmenta huius ca. indicat hic glossa.*

e *Hæc glos. non est Bernardi nec reperitur in antiquis libris.*

dere potest altero absente. ff. de off. consul. l. Vnica. arg. C. de aussi. prast. l. Vlt. §. sancimus & ff. de exercitoria l. 1. §. si plures. tñ ille §. pro vtraque parte facit. & est ar. bo. ff. de fideic. lib. si legatarius. §. 1. & quilibet tenetur saltem venire allegaturus priuilegiũ suum. j. de app. cũ parati. ff. de iudi. si quis ex aliena. & ff. si quis in ius vo. non ierit. l. 2. 3. rñ. Ad hoc distinxit Ioan. & bñ, vtrũ iudices sint ordinarij, vel delegati: sia iudices sunt ordinarij, vno absente reliqui possunt procedere, per iura, quæ ad hoc sunt inducta: cũ quilibet per se insolidũ habeat iurisdictionem. in delegatis vel arbitris secus est: quia vno absente reliqui nihil possunt facere, nec tenet, quod sit ab eis. s. eo. causam matrimonij. & j. eod. Vno delegatorum. & j. eod. c. prox. & ff. de re iudi. duo ex tribus. licèt enim quilibet eorũ habeat iurisdictionẽ insolidũ, eam per se nõ potest exercere: quia loco vnius inte ligũtur: sicut si plures furantur vnam trabem, ita q̃ nullus eã furatur, & tñ quilibet tenetur. ff. ad leg. Aqui. l. ita vulneratus in fin. simile s. de rescrip. pastoralis in fi. & sic patet, q̃ iste, de quo quæritur, ad talẽ citationẽ nõ tenetur venire: & si dicis q̃ Papa nõ rñdet ad quæstionẽ. immò bñ rñdet, quia respondet ad secũdã, quæ est, vtrũ duo p̃sentes absente tertio, & se nullo modo excusante procedere p̃ssint, q̃ si nõ dñt procedere: & si processerint, quòd nihil putabũtur egisse: bñ rñdet ad primã quæstionẽ, q̃a secũda soluta intelligitur prima soluta: quia si nihil facere p̃nt, sequit̃, quòd nõ tenet̃ venire, & sic quasi superflua relinquitur. qõ prima. s. de rescr. pastoralis. sic j. de iure pat. postulasti. vbi p̃ solutionẽ vltimę q̃nis, soluũtur præcedẽtes, & sępe sic inuenies. Et sic dico, quòd q̃n duo citãt tñ, & hoc constat, citatus nõ tenetur venire [b]: in quo casu loquitur hęc decre. quia hic ponitur pro q̃one quòd tñ duo citant, & est qõ iuris: & ergo respõdeo, quòd nõ tenet̃. Sed si tu ponas, quòd tres sũt dati iudices cõtra te, & duo citẽt te per litteras suas, vel nũciũ, & nulla sit mẽtio de tertio, hic nõ es certus de facto, immò potes dubitare, an tertius se excusauerit vel cõmiserit vices suas illis: & ideo licèt minùs cautè faciant, quia non faciunt mentionem de tertio in litteris suis: Tutius est ire, & videre, an habeant auctoritatem à consocio, & si habent, bene p̃nt procedere: si verò non habeant delegationem, vel excusationem à suo consocio, non p̃nt procedere: vt j. c. prox. & potes agere contra illos ad interesse, eo quòd te calumniosè citauerunt, nec in hoc p̃nt prætendere errorem: cum in hoc sint certi: & quòd teneantur ad interesse, patet de sen. excom. sacro. Sed p̃ne, quòd duo procedant contra istum absentẽ citatum, & tertius postmodũ habeat ratũ, quod illi fecerint: nunquid valet sentẽtia, sicut valet in electione. s. de el. quod sicut? Dico, quòd nõ valet sentẽtia talis p̃ ratihabitionẽ tertij, cũ ab initio nulla fuerit[c], vnde postea ratificari non potest. ff. d reg. iur. quod ab initio. in fi. Itẽ quid si partes cõsentiant, vt duo procedãt: nunquid valeret talis processus tertio non veniente, nec se excusante? Non credo, quòd partes possint illis dare illã iurisdictionẽ. C. de iur. omniũ iudi. l. priuatorum consensus. & j. eo. P. & G.

a ¶ *Sententia calculo.*] i. [d] finali, vel diffinitiua sententia. vñ calculus multipliciter sumitur, vt patet in his versibus.

Calculus est ratio, numerus, sententia, cardo.
Calculus est pondus, minimus lapis, ensis acutus.
Libro Papia si vis exempla require.

¶ *Glo. seq. quærit & soluit: iterum quærit & soluit.*

b ¶ *Per certum nuncium.*] Qui sit certæ, & approbatæ fidei. 96. di. nobilissimus. Sed cui debet fieri fides, q̃ sit certus nũcius? Dico, q̃ iudicibus cõsociis. arg. ff. rem ra. hab. nec satisdatio. & fides faciẽda est iudici, cũ secũdũ ea, quę corã eo p̃bat̃, debeat iudicare. s. de renũc. in præsentia. & 3. q. 7. iudicet. & partibus etiã de hac delegatione, vel executione debet fieri fides: quia p̃ hoc cõstat, an habeat iurisdictionẽ, de quo facere fidẽ debet. j. eo. cum in iure. Sed nũquid isti nũcio, vel excusatori creditur sine litteris? Non credo quantũcũq; honestus sit, vt habetur j. de proba. q̃m. contra falsam. & vni testi nõ creditur, quãtũcũque honestus sit. 4. q. 3. si testes. Vers. Simus testimonio & ideo sequitur, litteratoriè destinatum. & ita potius creditur litteris, q̃ nũcio: licẽ enim est idonea probatio, quæ fit p̃ litteras. ff. de pign. contrahitur. 18. dist. placuit. & quod dicit, litteratoriè destinatum, respicit vtrumque diuisim, vel est expositiuũ. ADDITIO. Sed nũcio iurato credit̃. j. de ap. cũ parati. vbi de hoc.

¶ *Glossa seq. obiicit per locum à diuisione, & soluit.*

c ¶ *Non ostenderit.*] Videtur, q̃ nõ debeat eos certificare: quia ipsi certi sunt: si nõ interest, hoc contingit, vel quia non potest: vel quia non vult: sed in vtroque casu procedere debent: vt hic dicitur. §. adnectimus. ergo cũ certi sint certificari non dñt: vt ff. de act. emp. & vend. l. in pri. Rñ. licèt sciant. hoc eis denunciatum esse tamen semper eis debet constare de hoc, antequam procedant: quia posset esse, quòd bene vult interesse, nec per eum stat, sed per partes, quæ ipsum ducere debent suis expensis: quia cum sine expẽsis venire non tenetur, vt bene colligitur j. de vi. & hon. cleri. cum ab omni specie. De hoc ibi notatur, & est simile, si mulier sciat libellum accusationis esse porrectum, recte tñ nubet, dum ei nondum est denunciatum ff. de adul. denunciasse. circa prin. arg. ff. q̃n dies leg. cedat. huiusmodi legatum.

d ¶ *Canonicè.*] Puta per testes. vt probetur absens longè, vt haberi non possit, vel infirmus. arg. s. de cler. peregri. c. vna.

e ¶ *Nihil egisse.*] Per hoc nouerit esse solutam primo loco propositam quæstionem. hęc solutio includit in se illius solutionẽ: vt dictum est in prima notula sic. j. de fri. & male impo. commu. fraternitatis & s. eod. super eo.

f ¶ *Illa quippe.*] Interpositũ est ob hoc, quia fecerat mentionẽ de pluribus iudicibus: quia nihil facit ad quæstionem: & ille versiculus, Mandati si quidem, &c. continuatur præcedenti solutioni: & illa clausula. Illa quippe &c. competentiùs poneretur post illam clausulam. Mandati si quidem, & sic esset tota continua: & planior: vel satis potest legi tota continua.

g ¶ *Duobus, quàm vni.*] Secus est in arbitrijs: quia p̃ naturalem hominum facilitatem ad dissentiendum, meliùs compromittitur in vnũ, quàm in duos: quia res ferè sine exitu est. ff. de arb. item si vnus. §. principaliter. & j. de arbi. innotuit. in si cõpromittitur in duos, tenet cõpromissum, & pretor cogere debet illos, vt si dissentiant, tertiam eligant personam, cuius auctoritati stetur: vt dicit. §. principaliter & j. eo. suspicionis §. 1.

h ¶ *Plurimorum.*] Quod enim à pluribus quæritur sapientibus, faciliùs inuenitur. 20. dist. de quibus. & per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur. C. de fideic. l. vlt. ad fi. & 64. dist. extra conscientiam.

i ¶ *Circa formã.*] Versiculus iste probat, q̃ duo tñ procedere nõ dñt, & citatio est de processu. j. eo. pastoralis. §. 1. & j. de arbitrio. q̃n contra falsam & si procedant, nihil egisse reputabuntur: ergo si citant, nihil faciunt: quia de toto ad partem negando valet argumentum: & sic per hoc probantur, quę dicta sunt in prima notula. & sic forma rescripti seruanda est. s. de rescri. cum dilecta. & quia omnibus iurisdictio demãdatur, ab omnibus debet citari. ADDICIMVS. Primò decidit vnum casum. Secundo alium consimilem ibi, Idem quoque. Abb. Sic. CASVS. Vbi in commissione apponitur si omnes interesse nequiuerint, duo nihilominus exequantur. Si aliqui illorum cum possit, noluerit interesse, alij nihilominus procedere p̃nt: quamuis ille sit de hoc arguẽdus, quòd mandatum Apostolicum exequi contemnit, & idẽ dicendũ est in omnibus, q̃n scribitur duobus cũ illa clausula, Quòd si ambo. &c.

k ¶ *Cum possit.*] Et absque periculo rei familiaris: quia tunc non tenetur negligere sua ff. de iud. si longius. respon.

l ¶ *Noluerit.*] Hoc est, quod additur ei, quod supra dixi, si omnes interesse nequiuerint, & ibi potest hoc verbum supplere, vel interesse nequiuerint aut noluerint, &c.

m ¶ *Procedant.*] Postq̃ constitent, q̃ interesse nõ vult, vt s. dixi in alio casu quando interesse non possunt. s. de rescrip. sciscitatus.

¶ *Gl. seq. quærit & soluit.*

n ¶ *Arguẽd.*] Immò & puniẽd[9], p̃ eo q̃ mãdatũ Apostolicũ exeq̃ nõ vult. vt s. de rescrip. sciscitat[9]. sed quis arguet eũ, aut puniet? sc. Cõiudice vnõ q̃a par in parẽ nõ hẽt imperiũ. s. de elec. innotuit. & ff. ad Trebel. ille à quo. §. tẽpestiuũ ordinarium: non quia delegatur

Plures coram duobus comparuerit, tertio nec veniente per se, vel per litteras (vt solet fieri) excusante, an duo præsentes in causa possint procedere, & eam sententiæ calculo [a] terminare?

¶ In hoc casu taliter respondemus, quòd cùm aliquis delegato rum iudicum, per certum [b] nuncium, vel excusatorem litteratoriè destinatum non ostenderit, se interesse non posse: vel aliàs de eodem canonicè [d] constare non poterit, residui procedere ad causæ cognitionem non debent †: quòd si processerint, nihil [e] reputabuntur egisse.

¶ Illa quippe [f] fuit antiqua Apostolicæ sedis prouisio: vt huiusmodi causarum recognitiones † duobus [g], quàm vni, tribus, quàm duobus libentiùs delegaret: cùm (sicut canones attestantur) integrum sit iudicium, quod plurimorum [h] sententiis confirmatur. Mãdati siquidem excedere fines probaretur, si quis citra formam [i] rescripti acceptì præsumeret iudicare.

¶ *Clausula, si non omnes poteritis, sub impotentia includit voluntatem quoad purificandam iurisdictionem commdictum idem in duobus datis cum clausula, quòd si ambo. h. d. vsq; ad §. sexta.*

¶ Adiicimus etiam, quòd vbi fuerit in commissione appositum, vt si omnes interesse nequiuerint, duo † eam nihilominus exequantur: si aliquis ex ipsis cùm possit [k], noluerit [l] interesse, duo nihilominus in causa procedant [m]: licèt ille tertius grauissimè sit arguendus [n], pro eo quòd mandatum Apostolicum exequi subterfugiat, aut contemnat.

Quæ in quadam vetustissimo.

a Si iudices sint ordinarij vno absente, reliqui procedunt, secus in delegatis.

† Facit ad hoc tex. cum gl. in l. magistros. C. de profes. & me. lib. 10.

† cognitiones.

b Hoc tenet Inn. Alij dicunt, quod duo possunt procedere in his, qua non capiunt dilationem. ar. ff. de adminis. tutor. quiret pertorium. quod nõ placet Vin. Ioan. And.

c Concord. l. 2. & ibi Bar. C. cum vtri. iudi. & l. si mater. §. interdictum. ff. de except. rei iud.

d Hæc non est gl. Bernar. licet in aliquot antiquis inueniatur, sed in margine, ita vt aperte non esse glossa cognoscatur.

Nuncio, seu excusatori sine litteris non creditur.

† In quibusdam vetustis scriptis: duo vestrũ nihilominus, &c.

e Grauis infra de don. ad Apostolicæ. vers. vnde cum graue. cum concor. a. faret excusatio, cum vix vica matre aliquo, quinim sit circa singularia negotia aliquantulum occupatum scindito Host. Ioan. And.

gatur

tus maior est eo quantum ad illam causam. *arg.* ⁊ *eo sanè* 2. *&* ⁊. *de offi. ordi. pastoralis.* §. 1. superior ergo eum puniet cuius mandatum exequi non curat. *C. de temp. appellat. l. Vlt.* §. *illud.* Et coniudices debent superiori denunciare negligentiam ipsius. *arg.* ⁊. *de praben. graue. ad fin.* 2. *q.* 7. ea propter sufficit sola redargutio, eū per hoc non præiudicetur partibus, quia alij procedere possunt.

† *Aliàs. de.*

SEXTA. Suprà visum est de his, quæ opponuntur in personam iudicis: nunc subiicit de his, quæ opponuntur in personam actoris. Et h. d. vsque *ad* §. *si verò.* primò ponit principalem quæstionem, quam secūdo soluit ibi, *Hanc dubitationem.* Abb. Sic. CASVS. Petrus impetrauit causam committi contra Martinum iudicibus super aliqua quæstione: pendente ista commissione Martinus fecit citare Petrum prædictum pro alia causa corā ordinario, vel coram delegato: quia Petrus iuri non parebat, fuit excommunicatus ab ordinario, vel delegato: dum sic esset excommunicatus, cœpit conuenire Martinum coram suis iudicib. delegatis: Martinus reus obiicit Petro actori, q in iudicio stare nō potest, cùm sit excommunicatus, quæritur, si reus non velit statim probare ipsum excōmunicatū, aut non possit, vtrùm actor audiri debeat, donec reus probauerit ipsum excommunicatum? Ad hoc respondet Papa q si reus statim, vel infra terminum competentem non probauerit, quod obiicit: actor postmodum audiatur: veruntamen si constiterit, vel per confessionem actoris, vel alio legitimo modo actorem excommunicatum esse, tunc ab ipsis iudicibus delegatis secundum formam Ecclesiæ debet absolui: tñ si ab ordinario, vel delegato propter aliam iustam causam fuerit excommunicatus, ad suum excommunicatorem debet remitti absoluendus: & si ille malitiosè ipsum non absoluerit, iudex delegatus ipm absoluat: dummodo non sit tale genus excommunicationis, cuius absolutio sedi Apostolicæ reseruatur: quia ex quo principale sibi committitur, & accessorium commissum intelligitur. ex solutione prædictæ quæstionis oritur alia, quæ talis est. Iste actor excommunicatus absolutus est præstito iuramento, q quòd stabit mandatis Ecclesiæ: quæritur, coram quibus debeat stare iuri de causa illa, pro qua fuit excommunicatus, an corā suo excommunicatore an coram istis delegatis: Rñt, quòd coram suis excommunicatoribus d[ebe]t iuri parere pro cā illa, pro qua fuit excommunicatus ab eis, nisi causa illa specialiter aliis iudicib⁹ fuerit delegata. Sed si excōmunicatores in causa illa malitiosè pcedere distulerint tūc delegati isti in cā illa procedere poterūt, & suā iurisdictionē tanquā in accessorio exercebūt. Nota plura notabilia in hac decre. Primū cum plures sunt iudices cum clausula illa. Quòd si nō omnes, &c. duo sine aliis procedere nō p[ossu]nt, nisi primò cōstet legitimè, quod tertius interesse nō pōt. Item forma mādati diligenter est seruanda. Item delegatus si interesse nō vult cū aliis, alij procedere pñt cùm de voluntate ipsius constiterit. Item exceptio excōmunicationis repellit agentem. Item ordinarius, vel delegatus per negligentiam, vel malitiam amittit iurisdictionem. Item delegatus eandem habet iurisdictionem in accessorio, quam in principali. Item causa reconuentionis accessoria censetur propter malitiam priorem iudicum.

¶ Idem quoque per omnia dicimus obseruandum in † causa, quæ cōmittitur duobus, eo apposito, vt si ambo interesse nequiuerint, alter nihilominus exequatur.

¶ *Si reus coram delegato obiicit excommunicationem actoris, quam non probat infra tempus debitum, audiatur actor: si verò probat, delegatus absoluet actorē, si excōmunicatus est propter causā sibi cōmissam? propter aliam, ad excommunicatorem suum illum remittet: qui si non vult eum absoluere delegatus Papæ eum absoluit, nisi de casibus Papæ reseruatis.*

¶ Sexta nobis proposita ex parte tua quæstio continebat, quòd cū aliquibus iudicib. causa committitur, & quandoque contingit, quòd reus actori obiicit, quòd stare non potest in iudicio, vtpote vinculo excommunicationis [a] adstrictus: si reus non velit statim [b] eum probare excommunicatum, siue non possit: an actor nihilominus audiri debeat, donec [c] super eo, quod obiicitur, rei veritas fuerit patefacta? Hanc dubitationem taliter remouemus †, quòd † si ille, qui tale qui obiicit, statim, vel infra terminum [d] competentiam [e] non probauerit legitimè, quod intendit, actor permitti debet, vt sine offendiculo quodlibet audiatur. ¶ Cæterùm si vel ex confessione [f] actoris, vel alio † quolibet modo [g] legitimè constiterit actorem esse vinculo excommunicationis [h] adstrictum, à Iudicibus delegatis secundum formam [i] Ecclesiæ, valet absolui: ita vt si propter aliam [k] iustam causam, & euidentem, ab ordinario Iudice, vel delegato excommunicatus fuerit, ad excommunicatorem. [l]

terræ: quod patet ex eo, quod dicit, non potest stare in iudicio: nec dicit, quòd literæ non valent: sed dic super hoc, secundū quod notatur. ⁊. *de excep. c. pia. in glo. quæ incipit.* Sed non in versus fine.

b ¶ *Statim.*] Id est [b] infra octo dies ⁊. *de excep. c. pia.*

c ¶ *Donec.*] Hic fuit dubitatio, vtrum esset procedēdū super principali nō obstante exceptione opposita, donec de ipsa excōicatione cōstaret, vt simul super principali, & exceptione procederetur; quod non debet esse, immo supersedendum est super principali quæstione, donec termino competenti probetur exceptio. ⁊. *de iudi. c. exhibita.*

b *Hæc glo. & illa super Verbo, terminum, non sunt Bernardi.*

d ¶ *Terminum.*] Et ita non plures. ⁊. *de appell. c. secundo requiris. & c. cum speciali.*

e ¶ *Competentem.*] Hodie terminus iste non est ad arbitriū iudicis, sed infra octo dies exceptio excommunicationis pbari debet, dies in quo proponitur, non computato: q si pbata non fuerit, iudex in causa procedat: reum in expensis actori, quas propter hoc fecisse docuerit, condemnando, taxatione præmissa, & vltra duas vices hæc exceptio non proponatur seruato tenore decre. & qui excommunicationem opponit, speciem ipsius, & nomen excommunicatoris exprimere debet: vt in decr. Inn. iiij. in qua omnia hæc statuuntur, & incipit, Pia consideratione. ⁊. *de exce.* [*lib.* 6.]

¶ *Amouemus.*

† *Aliàs ita: quòd si ille, qui taliter tale quid obiicit.*

† *aliquo.*

¶ *Glo. seq. reci. per q. an in exceptionibus contestanda sit lis. & arg. quod sic in contrarium alleg. Vnum c. penis quorundam obseruantis, quam in antiqua glossa reprobat, in additione approbat.*

f ¶ *Ex confessione.*] Ex hoc isto satis colligitur, quòd super exceptione debet lis cōtestari inter partes, & iurari etiā de calumnia in ciuilibus, sed non in spiritualibus, sed de veritate dicenda: quia exceptiones debent dari in scriptis. ⁊. *de prob. c. quoniam contra.* sicut et datur libellus. ⁊. *de lib. obl. c. ignarus epi.* & ad exceptionē dēt ille, contra quē proponitur rñdere, vt hic dicit, & sic lis contestatur: si negauerit actor exceptionem, tunc iurabitur de calumnia. ⁊. *de fideiuss. c. constitutus.* & est op. arg. *C. de iur. calum. l.* 2. c & si postea per confessionem non constiterit de exceptione, probabit illā per testes, vel alio modo, quo poterit: vt per instrumēta: aliàs processus nō valeret lite nō cōtestata. ⁊. *Vt lite nō cōtest. c. peruenit. ar. contra* ⁊. *de iud. c.* 2. & super hac exceptione, vel alia consimili veri criminis opponuntur testes comp[et]ētes nō cōtestata. ⁊. *de testi. cog. dilectorum*, quidam tñ non obseruant hoc in exceptionibus: & malè sicut credo: quia ordo iuris vbique est seruandus cū procedit iure ordinario. & hoc probat ⁊. *de app. c. interposita* §. *Vlt.* nā ista illa, q dicunt, q lite nō cōtestata, nō tenet processus, loquūtur in negotiis principalibus: vñ satis pōt dici, q nihilominus valet processus in exceptionibus dilatoriis, & emergentibus, licèt lis non fuerit in his cōtestata [d], & nullo iure cauetur, q in his processus non teneat, contestatione omissa iuxta illam regulam, Multa fieri non debent, &c. ⁊. *de reg. c. ad Apostolicam.* Bernardus.

Litis contestatio an debeat fieri super exceptione.

c *Non cogitur pars probare, nisi qui probationem exposcit, iuret de calumnia. Ioan. And.*

d *Hanc glo. dicit hic Ab. sin. ad hoc quod in exceptionibus dilatoriis non est necessaria lit. conte. & libelli oblatio & iuramentum de calumnia.*

g ¶ *Quolibet modo.*] Puta testibus, vel instrumento ⁊. *de test. c. Veniens &* ⁊. *Vt lit. non contest. c. quoniam frequenter.*

h ¶ *Excōmunicationis.*] Maioris scilicet, quia minor nō repellitur ab agendo, nec à consortio fidelium. ⁊. *de excep. c. à nobis. nec ab electione* ⁊. *de cle. excommunicat. c. si celebrat.*

i ¶ *Formam.*] Quæ duplex est. ⁊. *de Verb. signif. c. ex parte.*

¶ *Gloss. seq. not. & arg. alleg. &c. iura in contrarium. alle. tamen soluit, & bene, sed in additione ab illa solutione recedit.*

k ¶ *Aliam iustam causam.*] Secus esset, si propter eandem causam quæ nūc delegatur: quia nō teneret iurisdictio, si se excōmunicatū suppressit, vel expressus, à delegatis istis absolueretur, nec remitteretur ad primos, immò tacita veritate de alia commissione non valerent litteræ, vel de processu ordinarij. *arg.* ⁊. *de appel. c. Vt debitus.* Lau. sed hic nō dicebatur actor excōmunicat⁹ añ impetrationē litterarū, quod patet ex ipsa littera. & notatur in gl. quæ incipit. Sic videtur. Hoc q dicitur in ista notula, olim seruabatur: hodie verò litteræ impetratæ ab excōicato bñ valent, & eo absoluto proceditur per eas. ⁊. *de exc. c. pia* [*lib.* 6.]

l ¶ *Ad excōicatorem.*] Quia isti delegati aliàs nō habēt potestatē illū absoluēdi, nisi primò illum excōicatorē requirant: q si non fecerit,

a ¶ *Vinculo excommunicationis.*] Sed vī, quòd si excōmunicatus impetret rescriptū tacito de sua excōicatione, q valeat, post quā fuerit absolutus. *ar. C. de prec. impe. off. l. Vniuersi.* Itē arg. q per absolutionē quis in pristinū statū reducat. *arg.* 4. *q.* 1. *c.* 1. *&* 2. & quia cū sit pœna nō debet extēdi, sed potiùs restringi. ⁊. *de his, quæ fi. à ma. par. c. quæsiuit. & de pæ. dist.* 1. *c. pœna.* Sed cōtra ⁊. *de accu. c. cùm bona. &* ⁊. *de rescr. c. dilect⁹. &* ⁊. *de appel. c. pastoralis.* verū est, q litteræ ab excōicato impetratæ hoc tacito, nō valēt ad agēdū, vel ad beneficiū obtinēdū, vt dicūt cōtraria: sed ad sui defensione obtēt; puta quia appellauit, tūc bene valēt litteræ, licèt nō faciāt mētionē de excōicatione. ⁊. *de excep. c. cū inter. c. dilecta. & c. significauerunt. & c. Vlt.* & qđ hic dicit, scilicet Absoluāt eū, & postmodū procedant, locū habet, cū post litteras impetratas fuerit excōicat⁹ ab homine, vel à iure: & ideo eo absoluto valēt li-

a *Concor. tex. in l. non du. cum valu. concord. ff. de pœnis.*

fecerit, primus ordinarius, vel delegatus tunc illum absoluere possunt præstito iuramento priùs, quod stabit mandatis Ecclesiæ super eo, pro quo priùs fuit excomunicatus. aliàs si statim illum absoluerent, non credo ipsum esse absolutum. 11. q. 3. c. pen. & C. si a non compe. iud. l. vlt. & ff. de reg. iu. l. factum a iudice. quia sub cōditione hæc mandatur: & ita ante conditionem existentem etiam absoluere ipsum non possunt.[a]

debet absoluendus remitti: qui† si malitiam adhibuerit, delegati Iudices id ritu † Ecclesiastico liberè exequantur: dummodo non sit tale genus excommunicationis illius, cuius absolutio sedis Apostolicæ reseruetur [a]. Explorati [b] quidem iuris existit, vt delegati Iudicibus, quibus principale committitur, & accessorium committatur.

¶ *Absolutus à delegato super causa pro qua fuerat excommunicatus, corā excōmunicatore parebit seu respōdebit super illa causa, nisi sit altera delegata: & si excommunicator malitiosè distulerit, delegatus, qui absoluit, cognoscet. h. d.*

¶ Si verò ab his fuerit, præstito iuramento, quòd stabit mandato Ecclesiæ, absolutus. Rursus interrogas, an coram eisdem delegatis†, vel ordinario, à quo communicatus extitit, teneatur super eadem causa, pro qua excommunicatus fuerat, respondere, & quorum debeat iudicio, vel mādato stare? ¶ In quo casu taliter respondemus, quod coram ipsis excommunicatoribus [c], super illa causa, pro qua fuerat excommunicatus, stare debet, & eorum seruare mandatum, nisi specialiter fuerit illud negotium aliis Iudicibus † à sede Apostolica delegatum. Quòd si excommunicatores malitiosè distulerint[d]: tunc delegati eandem iurisdictionem, quam in principali [e], & in accessorio [f] exercebunt.

† *Scilicet excommunicator.*

† *Aliàs, de vitu.*

a Cōcor. tex. cum glo. in l. si quis locuplex, ff. de man. testa.

a ¶ *Reseruetur.*] 18. q. 4. *si quis suadente.* j. *de sent. excom. cum nos.*

b ¶ *Explorati.*] q. d. hoc nō videtur cōmissum: & Papa rñdet, quod cōmissum intelligitur tanquam accessorium, & est rñsio tacitæ quæstionis: & sic absolutionē accessoriū: quia sine illo cū principalis procedere non potest: quia non auditur, nisi absoluatur actor. s. *eod. c. præterea ff. de iurisd. omn. iudi. l. 2.*

Additio. Et expone, explorati, id est, discutiendo declarati, enucleati, manifesti & clari.

SI VERO. Continuatur iste §. *ad præcedentem* hoc ordine. s. fuit dictum, quòd si excōmunicator non vult absoluere actorē ad requisitionem delegati, quòd ipse delegatus poterit absoluere, ne impediatur cognitio causæ sibi commissæ: sed quia excommunicatus absoluitur præstita cautione de parēdo iuri in illa causa, pro qua fuit excōmunicatus: dubitatur, corā quo iudice iste deberet parere iuri in illa causa, ex quo iste delegatus istū excōicatum absoluit, & rñdetur, vt patet in littera. Et primò ponitur qō incidens: secundò solutio ibi, *In quo.*

† *Qui paulo antea absoluerunt eum.*

† *Vide iudicibus, deest in omnibus manuscrip. & in vno ita: nisi specialiter illud fuerit in alio secundissime ita: nisi specialiter fuerit illud negotium, &c.*

c ¶ *Excommunicatoribus.*] Nisi ab ipsis fuisset legitimè appellatum vel nisi aliam legitimam exceptionē opponere posset contra illos. j. *eod. insinuante.*

d ¶ *Distulerint.*] s. procedere in causa illa, pro qua ille fuit excōmunicatus. Et sic videtur, quòd actor, & reus eodem tempore pñt litigare coram diuersis iudicibus, & sic est contra. *C. de ien. & interlo. om. iud. in Auth.* & consequēter de hoc dixi. s. *de rescrip. c. vlt.* hodie standum est decre. Inn. iiij. *de rescrip.* quæ incip. *Dispendia litium.* [lib 9.]

e ¶ *In principali.*] Sic econuerso idem iuris in accessorio, & in principali. *ff. de accep. & per iusiur. andum. § & si fideiussori.*

¶ *Glossa seq. quærit & soluit, notat & dat simile.*

f ¶ *Accessorio.*] Accessoriū vocat cām illā, pro qua fuit excōicatus actor huiusmōi causæ: & sic rñdebit reo in hac cā sub iudicib. delegatis, quos ipse impetrauit, si reus voluerit ipm recōuenire. j. d *mu. peti. c. 1. & 2.* & si pro cā alterius tertij ab isto reo fuit excōicatus, quod erit nihilominus absoluēt eū præstito iuramēto, quod stabit mādatis Ecclesiæ: & procedēt in negotio sibi cōmisso principali. sed in alio procedere nō possent etiā ille reus, & ille actor cōsentirēt: quia iurisdictio istorū prorogari ad istū tertiū nō posset, cū de illo in litteris mentio non fiat, cùm talis iurisdictio sit delegata. j. *eod. P. & G. in fin.* & not. quòd isti excōicatores per negligentiam perdūt suā iurisdictionē tam circa absolutionē, quàm super principali negotio. sic j. *de fo. compe. c. licet & c. seq.*[b] & ita delegatus supplet negligentiam alterius delegati, vel ordinarij, sicut ordinarius supplet desidiam delegati. j. *de off. ord. c. significante.*

b Concor. §. si verò in Aut. de quæst. col. 5. & in Auth. vt differ. in l. §. si tamē col. 9.

CVm causa.] Diuiditur hæc decre. in duas partes. nā primò recitat factum super quo, & pro quo fuerat appellatū. Secundò committit appellationis causam ibi, *Fraternitati.* Abb Sic.

Casus. Inter Archiepos Montis Regalis, & Rosan. vertebatur quæstio super quibusdam decimis: causa super his fuerat cōmissa Archiepiscopis Capuano, & Panormitano, & Episcopo Rhegin. duo iudices, scilicet archiepiscopi, citauerunt Archiepiscopum Montis regalis ad certum terminum, ipse comparuit in termino coram archiepiscopis duobus, tertio s. Rhegiñ absente, in quorū præsentia proposuit excipiendo, quòd duabus de causis eorū non debebat stare iudicio: quia cum causa tribus commissa fuisset, & ipse à duobus fuerat tm̄ ad iudicium euocatus, tertio nec committente vices suas, nec se excusante, coram duobus rñdere non debebat. Item añ ipsorum citationem, & notitiam litterarum illarum pro causa illa, nuncium suum ad sedem Apo. destinauerat, allegando super hoc quandam decre. Alex. sed archiepiscopi has exceptiones admittere noluerunt, pronunciantes, vt coram eis rñderet, quod quod ad sedem Apo. appellauit: iudices illi non obstante appellatione illius, aduersariū induxerunt in possessionem illarum decimarum. Mandat Papa quibusdam, quatenus si cōstiterit dictos archiepiscopos exceptiones prædictas nullatenus admisisse, decimas ijsas, quibus archieps Montis Regalis asserit se spoliatū, postquā nuncius suus ad Apost. sede accesserit faciāt ei restitui cū fructibus inde perceptis, non obstante, eo quod per dict. archiepos, siue per laicalē potētia factū fuit: postea verò audiāt, si quid fuerit quæstionis. Not. quod quid fit post legitimā appellationem, dēt reuocari. Item cum legitima proponitur exceptio, vt hic fuit: & iudex eam non admittit, & propter hoc appellatur. in causa appellationis non est necesse probare, quòd exceptio proposita vera fuisset. sed hoc solum probare debet, quòd non fuit admissa. hodie ad hoc vt illud sufficiat, debet appellans in exceptione proposita adiicere, quòd paratus est illam probare. j. *de appellationibus c. interposita.*

¶ Innocentius tertius Rhegiñ. Archiepiscopo. & Episcopo Cephaduleñ.†

† *Cephaludi.*

¶ *Si causa simpliciter delegatur tribus, duo sine subdelegatione tertij procedere non possūt. Quòd si fecerint, ab eis poterit appellari. Idē si sint dati cum clausula, quòd si non omnes. non enim valet processus duorum tertio inconsulto. h. d. comprehendendo vtrumque intellectum*

CAP. XXII.

CVm causa, quæ vertitur inter Montis regalis, & Rosañ. Archiepiscopos, super quibusdam decimis, Panormitano, & Capuano Archiepiscopis, & tibi, frater Rhegiñ cōmissa fuisset à nobis, sine debito terminanda, prædictus Archiepiscopus Montis regalis (sicut accepimus) ad primam Panormitani, & Capuani Archiepiscoporum citationem accessit, in quorum præsentia excipiendo proposuit, quòd pro duabus causis eorum non deberet stare iudicio, tum quia ipsa causa tribus fuerat Iudicibus delegata, & idem † ab illis [g] duobus tantùm (te frater Rhegiñ inconsulto, nec vices tuas super hoc committente) ad iudicium fuerat euocatus? tum

† Cap. 1. eod. tit. in 3. compilatione.

† *Ipse*

¶ *Gloss. seq. signat contrarium, & soluit: secundò quærit, arg. pro, & contra: demum obijcit & soluit.*

g ¶ *Ab illis.*] Vnde non tenebatur corā eis rñdere, nec etiam venire tenebatur, si certum erat, quòd à duobus tñ fuerat vocatus. de hoc dictum est. s. *eo. c. proxi.* nisi velit quis venire suum priuilegium allegaturus: ne de facto saltem vexetur, secundum quod hic contingit: quia non obstante tali exceptione isti duo processerunt de facto solummodo, quia de iure non potuerunt. Sed contra videtur. j. d *appellat. c. si duob.*[c] vbi tenet sentētia excommunicationis ab eo lata, qui iudex non erat, propter contumaciam illius, qui appellauerat ad Papam; quia citatus coram tertio, obitans non comparuit. Sed hoc ideo est, quia ille, qui excōmunicauit, credebat se iudicem propter appellationē ad ipm factam, ignorans quod alter ad sedem Apo. appellasset: vnde tenuit sententia, quia ille debuit ei significare, quòd appellauerat ad Papam, & per illam probo, quod iste citatus tantum à duobus iste non tenetur. cū illi sciūt [c] se sine tertio procedere nō posse: & si procedant, nihil valet. sic in decre. si duobus si ille sciuisset, quòd ad Papam appellasset, & eo non obstante ipsum excommunicasset, non valuisset. vt ibi colligitur euidenter. Sed ponamus, quòd tres sunt iudices sub illa forma, quòd si non omnes. &c. Tertius malitiose non venit, nec se excusat, vel non committit: & sic alij non pñt procedere. quid fiet de illa causa. Arg. quòd pñt duo procedere. 65. dist. si fortè. ad instar electionis: vt s. *de ele. quod sicut.* In cōtrariū videtur, quod si nō pñt: quia primò cōstare debet eis de impotētia, vel voluntate tertij. s. *eo. c. proxi. & s. de rescri. sic significatum.* vel pōt esse, quòd habet iustā cām absentiæ. quod etiā si postea purgaret se nō potuisse venire iusta de cā; Cassabit, quod factū est ad instar rei absētis. j. *de re iu. cū Ber. boldus.* Itē qualiter pñt duo citare tertiū, cū sit par illis & par in parē nō hēt imperiū. s. *de ele.*

c *Ibi* *sunt ordinarius, hic plures delegati.* *Sed male, ius, vt sequitur Hostien.* *Iean. And.*

d *Si ergo ad immgeretur delegatus per nouum rescriptum teneret processus primo delegati hoc ignorātis ex decre. si duobus. Io. And.*

enno nisi

munerunt. & ff. ad Trebel. l. à quo. § tempestiuum. si enim teneretur ad eorũ citationẽ venire, ergo si nõ venerit, possent eu excõmunicare: quod nõ est verũ. Ad hoc dicas, quod citare nõ pñt eum, vt veniat: sed admonere pñt, vt veniat. & rogare: & si non venerit vsque ad tertiã[a] monitionẽ, vel rogationem, nec aliquid rescripserit: vel si dixerit se velle interesse, & nõ venerit: tunc pñt alij procedere: quia pſumit nolle venire: vel non posse interesse[b]: & talis præsumptio habebitur pro responsione illius. s. quod non velit, vel nõ possit venire. ar. 3. q. 9. *decreuimus. & ff. de re iud. l. contumacia. & op. arg.* 65. *dist. si fortè.* & nec statim remanet iurisdictio apud alios. s. eo. c. *proxi. &* j. *ea. praxis* nec obstat, si dicat se tunc non potuisse venire: qa potuit alij committere vices suas, vel se excusare. j. *eo. pastoralis. §. vlt.* nec est incõueniẽs, quod vnus delegatus suppleat negligentiam alterius delegati. *vt* s. *c. prox. § sexta* sic etiam ordinarius supplet desid. à delegati. j. *de offi. or. c. significauit.* Item talis iudex, qui negligit iustitiam facere, facit litem suam. 23. q. 2. *dñs.* & propter negligentiã iudex remouetur. *C. de offi. præse. orié. l. si quos.* sic & prælatus. 1. q. 1. *c. si quis eps. § ecce enim honorum.* metuò ergo cum cõstet de negligentia tertij, duo pcedere dñs.

a ¶ *Nuncium*] j. *de ap. meminimus. & c. ad hac sicut. ar. contra.* 2. q. 6. *c. non solet §. cum verò.* hodie hæc allegatio locum non habet. j. *de appellationibus c. vt debitus. in fine.*

b ¶ *Protulerũt.*] Et malè ex certa sciẽtia, qa appellauit: vñ non valuit, quod postea fecerunt.

c ¶ *Constiterit.*] Et in absentia partis aduersæ contumacis potest cõstare lite nõ cõtest. j. *de app. interposita. § vlt. & hic est casus.* in quo potest procedi lite nõ cõtestata, vt patet per *decr. prædictã.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

d ¶ *Admisisse.*] Et ita videtur, quod in causa appellationis sufficit ostẽdere se appellasse ex causa probabili. [e] est tñ necesse[d]. quod probet causam appellationis veram fuisse. simile j. *de appel. c. dilectis* vnde signatur contrarium. j. *de app. c. interposita.* vbi appellans debet probare causam appellationis fuisse veram. & j. *de resti. c. ex parte Ada.* de hoc dicetur. j. *de app. c. interposita.* Qñ debeat probari veram fuisse, vel sufficiat ostendere se appellasse ex causa probabili. dic vt *in c. ex parte Ada.*

e ¶ *Spoliatum.*] Ab illis duob. iudicib. q mãdauerat eũ spoliari.

f ¶ *Cum fructibus inde perceptis.*] Vel qui percipi potuerunt. j. *de resti. spo. c. grauis. &* 12. q. 2. *non liceat.*

a *Idem hic Hostien. sed Tan. & ibi lib. videtur tenere contrarium loquendo in singulari, sic scilicet: quòd si non veniat terminus statuto.*

† *Hanc habes infra de appel. c. ad hac sicut.*

b Concord. j. c. cum gl. si. C. si mã. ali. ita fuc. & Auth. si omnes. C. si vt se ab hæred. absti.

† *Vide leg. quemadmodũ. cum gl.* C. de agri. & censit. l. 11.

c Concord. l. 1. §. 1. & ibi B. ff. quis & à quo appe. Doc. in Authen. ad hæc C. de iud.

d *Alias, nec est necesse. ita in manuscriptis, & aliis antiquis etiam impressis.*

e *Hic casus Bernar. est, & in antiquis codicibus habetur.*

f *Dicit etiã Hosti. in quadam additione posuisse casum: sed satis constat casus. gloss. Ioan. And.*

quia ante ipsorum citationem, & notitiam litterarum, pro eadem causa nuncium[a] suum ad Apostolicam sedem transmiserat, in quo decretalem † Alexandri Papæ præd. nostri sibi affirmabat apertiùs suffragari. At iidem Archiepiscopi exceptiones ipsius nolentes admittere, contra eum vt iuderet, interlocutoriam sententiam protulerint[b]: propter quod ad sedem Apostolicam appellauit: *& infrà.* ¶ Fraternitati vestræ mandamus, quatenus si vobis constiterit[c], prædictos Archiepiscopos, exceptiones prædictas nullatenus admisisse[d]: non obstante eo, quod per ipsos factum est, decimas ipsas, quibus prædictus Montis Regalis Archiepiscopus se, postquam nuncius suus propter hoc ad sedem Apostolicam accesserat, asserit spoliatum[e], præcipuè cùm easdem tam sibi, quàm Ecclesię suæ, à sede Apostolica asserat confirmatas, siue per laicalem potentiam, siue per eosdem Iudices factum sit, cum fructibus[f] inde perceptis restitui faciatis †: audientes postmodum, quantùm de iure potentis, quicquid fuerit quæstionis.

¶ Idem Conuentui de Conchis.

¶ *Si duo sunt delegati cum clausula quod si ambo, &c. vno recusato, alter solus procedere potest: nec tenet processus, si cum recusato procedat.*

CAP. XXIII.

CVm † super Abbatia monasterij vestri †, inter vos, & S. quondam Abbatem vestrum iusset quæstio agitata, demum super ea ad † Lexouien. Episcopum, & Abbatem de Becco nostræ fuerant † litteræ destinatæ: *& infrà.* ¶ Quamuis solus Abbas, antequam appellaretur ab eo, iuxtam formam[g] litterarum nostrarum procedere potuisset: quia tamen pro eo, quod cum ipso Episcopo interlocutus est, appellationem[h] priùs ab eodem Episcopo interpositam non tenuisse de iure sine ipso, cum † posset, & nollet negotio interesse, per consequentiam † confessus est[i], se non posse mandatum Apostolicum adimplere: nec suæ intentionis extitit, vt sine coniudice suo aliquid diffiniret: & cum eo, qui iam Iudex esse desierat[k], aliquid super prædicto negotio ritè disponere non valebat, volũtate, ac potestate sibi mutuò aduersãtibus[l], cùm noluerit, quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequiuerit †: quod à duobus factũ fuerat †, effectum non potuit de iure obtinere.

¶ Idem Archiepiscopo Toletano.

¶ *Si iurisdictio delegati expirat in termino peremptorio, quẽ partibus assignauit, post congruam horam peremptorij, Iudex non expectabit contumacem. Si non expirat, potest*

CVm super abbatia.] Prima pars decisi narrat actum. Secunda diffinit ibi, *Quamuis.* Abb.

Casvs. Ita † colligitur ex integra[f]. Causa vertebatur inter cõuẽtũ de Cõchis & S. quõdã Abbatẽ ipsorũ super causa abbatiæ: quia dicebat se fuisse spoliatũ iniustè: post multas & varias commissiones obtinuit ille S. causã cõmitti epõ Lexion. & abbati de Becco, siue vallis Richeriæ sub hac forma: Vt alter solus altero nolẽte interesse, aut ẽt nõ valẽte, mãdatũ Apostolicũ adimpleret, partibus in præsentia iudicũ constitutis pars R. qui dicebatur intrusus. in præiudiciũ illius S. prædictũ episcopũ recusauit tribus de causis: tũ quia idẽ episcopus cãm habebat cum monasterio suo super quadã ecclesia sua: tũ ẽt quia ipsum R. redeũtẽ à Romana curia nõ admisit ad osculũ pacis: & quia dicto R. dixerat, quòd si posset, noceret ei in cã illa: & hoc probare volebat coram dicto abbate cõiudice, vel corã arbitris electis à partibus: dicto episcopo admittere hoc nolẽte ante ingressũ causę fuit ab ipso episcopo postmodũ appellatũ: sed ipsi duo nihilominus, interloquẽtes appellationem non tenuisse, dictum S. decreuerunt restituendũ prædicto R. super abbatia perpetuũ silentiũ imponentes, priùs appellatione interposita ab ipso abbate ne cũ eo procederet. vnde causa demum peruenit ad Papã. dñ hic, quod talis sententia nulla fuit: quia licèt abbas, antequã appellaretur ab eo, solus procedere potuisset: quia tñ interlocut.[a] est cũ epõ, quod talis gratia iam recusatus est appellatione propter hoc interposita nõ tenuisse: per consequentiam cõfessus est se non posse, in causa procedere sine coniudice suo, vt solus aliquid diffiniret: & ideo cum eo, qui iam iudex desierat esse, disponere aliquid non valebat, potestate, ac voluntate mutuo sibi aduersantibus, quod a duobus factum est de iure non valet. Berna. Not. quòd si iudex excusatione legitimã nõ admittẽdo desinit esse iudex appellatione propter hoc interposita. Itẽ tacitè ipso facto amittit quis iurisdictionẽ, & ipso facto aliquis confitetur. Item vtile vitiatur per inutile. Item iudex nihil facere debet contra potestatem suæ iurisdictionis.

g ¶ *Iuxta formam.*] Quæ fuit, vt alter solus in causa procederet, altero non valente, aut nolente interesse[g], vt dictum est in casu.

h ¶ *Appellationẽ.*] Quia nõ admisit recusationes propositas contra ipsum. & potest dici, quod ipso facto interlocutus est cum eo in restituendo eũ ipso epõ vt dictum est s. & imponendo silentiũ aduersario post illã appellatiõẽ: qa integra nõ inuenit, quod verbo supplere interl. cum fatebẽt.

¶ *Glo. seq. ponit quinque similia, & arguit.*

i ¶ *Confessus est.*] Ipso enim facto cõfessus est: sicut ipso facto negamus Christum. 11. q. 3. *assimant*, & ipso facto mentimur. 2. q. 5. *canete.* ipso facto appellamus. j. *de appellatione. vt nostrum. & c. dilectis.* ipso facto habemus ratum *ff. de inofficiosi. l. si proponas. per l. vlt. ff. rem ra. habe. l. 3. §. falsus.* & ipso facto renũciat quis iuri suo: vt s. *eo. tit. grauem. & j. de his, quæ fiunt à ma. par. c. ex ore.* vbi plura ar. inuenies de hoc. Item ar. quod qui vnum dicit, vel facit, plura facit, vel dicit *ff. de arbi. l. Celsi. §. 1. &* 11. q. 3. *assimant. & c. sequ. ar.* j. *de do. & contu. c. cùm dilectis. & ff. quod met. cau. l. 1.*

k ¶ *Desierat.*] Propter recusationes prædictas, & appellation s

¶ *Gl. se. no. posse et vẽlle. & c. alle. 5 iura in cõtrariũ. all. primũ 4. iura. demũ demũ decr. cũ Lecon. & ibi remittit. atẽ l. 2. ff. cã fal. tu. q̃ dupliciter soluit. all. postmodũ duas cocor. i ii fi. ar. qd ẽtiẽ. &c.*

l ¶ *Mutuo aduersantibus.*] No. † quod posse, & velle cõtrarii sunt: vt hic nec valet, quod valere potest: quia illud non vult, nec valet illud, quod vult: quia illud non potest valere. *C. si quis alte. Vel si bi. multum interest. C. de iure do. l. si genero. sic* s. *de transa. inter corporalia. vers. si. ff. de mili. test. l. si miles. ff. de re. du. l. in ambiguo. ff. de bar. instit. l. quotiens. ar. contra.* j. *de præbẽ. c. inter cætera. & c. dilectus 2.* & potiùs interpretãda est res, vt valeat: q̃ vt pereat j. *de verb. sig. c. abbate & j. de prius. c. in his.* Itẽ ar. cõtra. 12. q. 3 *si quos ff. de cõtrahẽ. empt. l. qui tabernas. ff. de lit. ausa. l. 2. & l. nõ solum. §. 1 & facit* ad hoc *Instit. de adop. § vlt. ar. contra* s. *de ele. c. cum V into.* sed ibi soluitur. Itẽ *arg. contra ff. quẽ cum fal. tuto. l.* § vbi dicit, quod licet ver[9] tutor auctoritatẽ pstet cũ falso tutore: tñ tenet qd dictũ est. Sed illud ideo est, qa licet plures sunt tutores: tñ solus potest administrare *C. de auct. præ. tan. l. vlt.* Vel cũ verus tutor sciẽ se[h] solũ esse tutorẽ. simile hoc est. *ff. de arbi. l. parui. in fin. & j. de sen. & re iudi. ad probandum.* Ioan. Itẽ ar. quod vtile vitiatur per inutile. j. *eod. c. super quæstionum. §. si vero.* vbi de hoc. *Ioan. And. Consulaut.*

† *Cap. 2. eo. ti. in 3. compilat.*

† *Alias, vtat monasterij vestri decedẽtis.*

† *Lexouien.*

† *fuerant.*

† *dum.*

† *cõsequens.*

g *Hanc glo. dicunt Doctores hic esse singularẽ in effectu suo*

† *Vide tex. cum glos.* in ver. negotio. gesto. inst. in l. si cum tuam pecuniam. C. de contrahen. & commit. stipula.

† *fuit.*

† *Alias, posse, & nolle, sed male, vt series textus indicat.*

b *Et sic non cõ ratione hac voluntas potestate. Vel hoc verius iudex, & falsus tulerunt sententiam, ibi separatim auctoritatem præstiterunt verus tutor, & falsus. Dicit Host. quod ibi erraui in forma. hic vero in iure. Itẽ & facti ign. l. regula.*

Consuluit.] Continuatio ut supra. Diuisio. Secunda ibi, *Nos autem*, quae subdiuiditur. Nam primò distinguit, & distinctionem prosequitur. Secunda ibi, *Ne vero*, determinat congruam horam iudicij. Tertia ibi, *Porro*, instruit iudicem. Abb.

CASUS. Iudex peremptoriè citat partes ad testes recipiendos, vel ad publicandas attestationes eorum, vel sententiam proferendam: sed pars altera contumaciter se absentat in termino constituto: quaeritur, an saltem circa vltimam partem diei iudex in negotio sibi commisso procedere debeat, vel expectare in sequentem diem. Item si expectauerit, quaeritur, vtrum contumax iterum sit citandus, quia non fuit processum in termino constituto: Papa super hac quaestione distinguit, vtrùm iurisdictio delegati duret post terminum peremptorium, aut expiret in illo: si durat, in diem sequentem aequitate suadente debet expectare, nec contumax amplius est citandus, nisi iudex ei gratiam facere voluerit: si verò expiret in termino dato, tunc si partes hoc sciuerint, & non praesentauerint se eadem hora iudici, ea hora qua possit congruè perficere, quod incubit, ex tunc procedat ad faciendum id, propter quod terminum assignauit, ne instantia iudicij euanescat: iudicium verò in tenebris exerceri non debet: quia *Qui male agit odit lucem*, licèt enim secundum leges more Romano dies à medietate noctis incipiat, & in medio sequentis noctis desinat (vnde quicquid fit in duabus dimidiatis noctibus, perinde habetur, ac si fieret in die) tamen Papa illam horam congruam intelligit, ex qua possit ante noctis tenebras perficere, quod incumbit. In fine dicit, quod discretus iudex non debet in assignando peremptorio, iurisdictionem suam taliter coarctare, nisi magna necessitas id exposcat. Not. quòd per principium capituli post litem contest. in his, quae occurrunt, debet terminus peremptorius assignari. Item in sequentem diem debet iudex expectare. Item iudex potest facere gratiam post terminum peremptorium alium assignando.

† Cap. 3. eo. titul. in 5. compilatione.

† iurisdictione delegata, non ordinaria: si habeat locum sequens distinctio, quia ordinaria iurisdictio perpetua est, vt nos. infra. eo. quarenti.

expectare in diem alteram, & iterum citare, si vult.

CAP. XXIIII.

Consuluit † nos tua fraternitas, vtrùm cùm ad recipiendos testes, depositiones [a] publicandas eorum, vel sententiam proferendam, peremptoriè citatas † partes, & earum altera se absentat contumaciter die data: an circa vltimam saltem partem diei tibi sit in negotio procedendum: vel in diem expectandum potiùs subsequentem: & si expectaueris, vtrum contumax iterum sit citandus [b], cùm non fuerit die partibus assignata processum. ¶ Nos autem credimus distinguendum, vtrùm iurisdictio duret post terminū peremptorium, an expiret in illo. Si durat, in diē alteram, aequitate [c] suadente, poteris expectare: nec erit pars contumax peremptorio elapso citanda, nisi gratiam [d] fecerit ei benignitas iudicantis. ¶ Si autem expiret: nisi partes, cùm id nouerint, se tibi praesentauerunt ea hora, qua congruè possit procedere ad exequendum id, propter quod eis legitimè terminum [e] peremptorium assignasti, extunc [f] exequi poteris, quod intendis: ne frustra iudicialis instantia [g] euanescat. ¶ Ne verò iudicium Ecclesiasticum exerceatur in tenebris: quia iuxta testimonium veritatis, Qui malè agit [h] odit lucem [i]: licèt etiam secundùm consuetudinem, & cōstitutiones legitimas, more Romano, dies à medietate noctis incipiat [k] †, & in medio † noctis desinat subsequenti (vnde quod in duabus dimidiatis noctibus agitur, perinde sanxit habendi legalis auctoritas [l], ac si qualibet parte lucis agatur.) Nos tū eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua possit ante noctis tenebras [m] perficere quod incumbit. ¶ Porrò discretus Iudex in assignatione peremptorij, [n] non debet iurisdictionem suam (nisi necessitas exigat) adeò coarctare [o].

¶ Idem Abbati de Bordellia, & Priori sancti Sepulchri.

¶ Ex noua causa remouetur delegatus etiam post litem contestatam, & alius subrogatur.

CAP. XXV.

Insinuante † R. rectore sancti Saldati, ad audientiam nostram peruenit, quod cùm causam, quae super iure parrochiali inter ipsum, & T. vertebatur

† Videl. more Romano ff. de fer. Bart. in l. hoc facta. §. tum, ut ff de fer. & leg. haec verba, in fi. ff. de verb. sig. & de diuisione diei adde Macrobiū l. 1. Satur. c. 3. & Gellium l. 3 c. 2. Alciatum. & Ioan. Brachium in l. 2. de verb. sig. & Namarrum in manuali. de oratio. & hor. can. c. 3.

† medietate.

† Cap. 4. eo. tit. in 5. compilation.

a ¶ *Depositiones.*] Id est, dicta ipsorum testium.

b ¶ *Citandus.*] Videbatur, quòd peremptorium fuisset circunductum, vt iterum esset citandus *ff. de iudi. l. & post peremptorium.*

c ¶ *Aequitate.*] Et quidem aequum est, & honestum in diem alterum expectare, nec statim debet dici contumax: potuit quidem habere iustam causam absentiae, & sic reuocabitur sententia. *j. de re iud. c. cum Bertholdus.* nec praetor festinare debet ad decernendum, vt iubeat possidere. *ff. de dam. infect. l. si finita §. sorte.* non tū est necessarium, nisi velit in diem alterum expectare.

¶ *Glos. seq. primo ponit vnum, quod iudex potest, cui signat contrarium & aliud, quod non potest dominum obijcit, & obiectioni signat contrarium, quod dupliciter soluit.*

a Et alibi dicitur, Omnibus magistratibus concessum est, more maiorum iurisdictionem suam mandare. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. l. 1. in prin. Io. And.

d ¶ *Gratiam fecerit.*] Ecce quanta potestas datur iudici circa iudicia, vt possit parcere contumaci in praeiudiciū alterius. *C. quō & qū iud. l. ff. de arbi. l. si cum dies. §. si quis ex litigatoribus.* nō enim quicquid [a] iudicis potestati permittitur, id iuris necessitati subijcitur. *ff. de iud. l. non enim quicquid.* & est contra id 2. q. 9. c. Vlt. Itē licèt iudex possit parcere in ferendo sniam termino constituto, nō tū pōt ei parcere in expensis, & sumptibus: alioquin ipse de suo restituet expēsas. *C. de iudi. l. sancimus.* Sed vī, quod de iure mero teneat expectare vsq; in diē sequētē, *ff. de Ver. obl. l. q. hoc anno.* [b] vel q̄ saltē in suprema hora diei possit iudicare. 2. q. 6. biduū. & hoc ideo, q̄ iudex matutino vespere, & mane, & meridie iudicare pōt *ut Auth. de ren. §. sedebūt. col. 6.* Sed cōtra vī *ff. de ori. iu. l. 2. § eq. q.* vbi dicit, q̄ incōgruum est, q̄ iudices vespere sedeant, statim potius auth. Vel dic, q̄ nō est cōtra, q̄ ibi dr, q̄ incongruū erat magistratibus hora vespertina in publico esse, & ideo inuenti fuerunt Quinque viri, qui eorum vice illa hoc fungerentur: & sic patet concordat, & sic vsque ad supremam horam ante noctis tenebras iudex procedere pōt, vt hic in fine dicit. honestum tū est [illegible] ipm citare ad superandā maliciam eius. simile j. *de do. & contu. c. prout. arg. ff. de iud. l. & post edictum.*

b Illud in obligatione, hic secus propter indicti contemptum. ff. de arbitr. l. Celsus. Ioan. And.

¶ *Glos. sequens signat contrarium & soluit.*

e ¶ *Terminum peremptorium.*] Nisi terminus peremptorius sit statutus ad sententiam audiendam, nō valet sententia in absentia partis alterius. *ff. quo sen. sine ap. rescin. l. 1. §. item cum ex edicto. ar. contra. C. quō. & qū iu. l. 2.* sed lex illa cōtra loquitur cum iudex partes in praesentia sua monuit, vt certo termino comparerent ad sententiam audiendam: & tunc si qua pars non veniat, reuera contumax est, & sententia tenet, licet peremptoriè per edictū non fuerit monita: alia lex loquitur, cum absens citatur per edictū in absentia.

Ioan. 3.

f ¶ *Extunc exequi.*] Immò videtur, q̄ in vltima die, qua futurus priuatur, vel priuandus est, iudicare non possit. *ff. de fer. l. pridie. ff. de iurisd. om. iu. l. cum qui.* *Arg. contra. ff. de pa. l. Vlt.* sed hic vltima die suae iurisdictionis tenet iudicare: vt hic patet.

g ¶ *Instantia.*] Id est, potestas.

h ¶ *Qui malè agit.*] Vñ Horatius.

Vt iugulent, homines, surgunt de nocte latrones.

i ¶ *Odit lucem.*] Sic 18. q. 2. *perniciosam.* vñ praesumitur contra illum, qui occultè confert beneficia. j. *Vt Eccl. benef. c. Vt nostrū. 19. di. Anastasius & 81. dist. c. clericum. ff. de ritu nup. palam.* & melius *l. Vlt. ff. de adm. tut. l. non existimo.* Et tenebrae aptae sunt ad fabricandum falsum *ff. de Ven. inspi. l. prima. §. tria luminaria.* tū transactio potest fieri de nocte. *C. de transact. l. non minorem.* & testamentum. *ff. de test. l. ad testamentum. § Vlt.*

k ¶ *Incipiat.*] Quarū ad contractus, qui possūt fieri qualibet hora.

l ¶ *Auctoritas.*] *j. de fer. l. more Romano.*

¶ *Gl. seq. quaerit, & soluit, ponit opinionem contrariam.*

m ¶ *Tenebras.*] Quid si iudex processit in tenebris ad lumen candelae, vel ad constellationem itis, vel sniam protulit, nunquid valet, quod ag. tur: Credo, q̄ valeat processus, licèt procedi nō debuerit, dummodo aliud non impediat, & praecipuè si iudex honestus sit, cùm hic non dicatur, quod si processum fuerit, non valeat: quia multa fieri non debēt, facta tamē valent. [c] Al. forte cōtra.

c Concord. l. 1. §. biduū. ff. qua. appe. sit. & l. non dubium. C. de legi.

n ¶ *Peremptorij.*] *ff. de iud. l. non ū. §. j. de in inte. rest. ra ex litteris.*

o ¶ *Coarctare.*] *j. de appel. c. irreprehensibilis. & 2. q. 6. c. ei qui. §. appellatore. ff. de excu. tuto. l. non tantum.*

Insinuante.] In prima parte pōt actor gratiosa petitio. In secūda sub duplici cōditione ipsius exaud tio. Seda ibi, *Quocirca.* Abb. CASUS. R. rector Ecclesiae sancti Saldati habebat quaestionē cum quodam alio Th. nomine rectore alterius Ecclesiae super iure parochiali: causa fuit cōmissa epo Vigoriensi & officiali eius; sic, & eidē alteri ad petitionē rectoris sācti Saldati sub hac forma. Quod si nō omnes, tu, frater episcope, cū altero illorū procedas. Iudices processerunt in causa lite contest. tractu tēporis ante diffinitiuam sententiam dictus episcopus praefatum R. in suum familiarē assumpsit, vnde cum ta episcopus, quā officialis ipsius, quos dictus R. impetrauerat, postmodū familiaris eorū esset effectus, ab aduersa parte merito possent recusari, causam ipsam aliis iudicibus petiit cōmitti. Quibus mandat Papa, quatenus super his veritatē inquirāt, & si ita inuenerint, procedāt in cā iuxta cōtinētia[m] priorū litterarū: nisi pars aduersa causa primis iudicib. litigare cōsenserit, post q̄ dictus R. familiaris ipsorū factus fuit, alioquin partes ad examen priorū iudicū reuertātur. Not. quòd ex noua causa lite cōtest. pōt iudex

Iudex recusati. Item si consentio in illum, quem possum legitimè recusare, illum postea non possum recusare.

¶ *Gl. seq. ponit paritatem, & imparitatē inter iudicem, & testē.*

a ¶ *Familiarem.*] Familiaritas a repellit iudicem, sicut & testem. *j. de test. c. in literis.* Nam familiaritatis affectio veritatem impedire solet. 3. q. 5. accusatores, imnio tota familia recusatur propter dñm. *C. si quacunque praed. po. l. vnica.* sed modica familiaritas nō nocet. *ff. de Ver. sig. l. late. § amicos.* & est simile. *j. de appel. ca. ex insinuatione. & Vt lite non contest. accedens.* & *s. de rescr. c. ad hac. & ff. de procur. aut affinitate.* hic tñ aduertas, quod minor causa repellit iudicem, quam teste: quia quaelibet consanguinitas repellit iudicem. *j. de appel. c. postremo.* sed nō testē. quia frater testatur pro fratre. *j. de praesum. c. literas.* b. propterea non inuenitur prohibitionis: quia edictu de testib. prohibitoriū e. *l. ff. de test. l. 1.* & hoc ideo quia facilius inueniantur plures iudices, quam vnus testis.

b ¶ *Sine quo.*] Quia mandabatur, quod si nō omnes, tu, frater epe, cum altero ipsorum in causa, procedas: tunc enim alij non possunt procedere sine ipso, vel suo subdelegato, *j. eo. c. quoniam. § primo.*

Vigorniensi Episcopo, & Coniudicibus suis à nobis obtinuerit delegari: postmodū (licèt fuerit in eadē quęstione processum) tractu tēporis ante diffinitiuæ sententiæ calculum, idem Episcopus dictū R. in familiarem[a] admisit, sine quo[b] alij Coniudices † (secundū quòd in nostris litteris mādabatur) in causa procedere non valebāt, & alter ipsorum Coniudicū † Officialis[c] est Episcopi supradicti: propter quod aduersæ parti poterat suspectus haberi: vnde cū tā Episcopus, quā Officialis prædictus (vtpote quos idē R. in Iudices postularat †, & ipse familiaris eorum postmodū[d] est effectus) ab aduersa parte possent meritò[e] recusari, decisionem ipsius causæ vestræ petiit discretioni committi. ¶ Quocirca mādamus, quatenus si est ita (nisi postquā familiaris eius est effectus, litigare consenserit[f] coram illo) in causa secundū priorum † cōtinentiam litterarum (ratione præuia) procedatis: alioquin[g] partes ad priorum Iudicum reuertantur[h] examen.

c ¶ *Officialis.*] Et ita timeri potest, ne trahatur in partem episcopi, & sic in partem R. *arg. j. de eo. qui mit. in pos. causa rei ser. c. cùm sicut & j. Vt lite non contest. c. accedens. 2.*

d ¶ *Postmodum.*] Sic patet, quòd exceptio dilatoria potest proponi post litem contest. si de nouo incipiat competere. sic *ff. de arb. l. non distinguemus. § cùm quidam & ff. de iutor. ac l. de atate. § ex causa. & j. de in integ. rest. c. Vlt.*

e ¶ *Merito.*] Hæc causa mouit istum R. vt causam faceret aliis committi, ne pars aduersa propter huiusmodi suspicionem recusaret illos iudices, & impetraret causam aliis committi, corā quibus oporteret ipsum R. postmodum litigare. & ita est arg. quòd quis debet prouidere ea, quæ possunt facere contra ipsum sicut pro ipso. *arg. 11. q. 1. de persona Ver. ne abiiciatur. & ff. loca. l. si quis domum. § & j. de procu. c. 1.*

f ¶ *Consenserit.*] Scilicet pars aduersa, nam ipse R. cogitur litigare coram eis, cū in eos semel consenserit, & ipsos impetrauerit. *j. eo. c. super quanum. & 3. q. 3. afferatur & 4. q. 3. c. si testes. §. Venturus.* videtur tamē, quòd ipse R. eos possit recusare propter nouam causam, sicut eius aduersarius: absurdum enim esset iudicium in vnam partem declinare, & non in alteram. *ff. de arb. l. si cum dies. §. si arbiter. in si arg. ff. quod quisque iuris l. 1.* & meritò poterant recusari propter familiaritatem. *ff. qui. satis. co. l. quod dicimus in si & C. de his, qui ad eccl. confu. Vlt. § scribo. & 3. q. 5. constituimus.*

g ¶ *Alioquin.*] Id est, si consenserit litigare coram illo, postquam sciuit illum effectum fuisse familiarem. *s. eo. c. gratum & j. de testi. c. cùm venisset. s. de elect. c. cùm inter canonicos. & ff. de iur. om. iud. l. est receptum.* & si non consenserit, dummodo consentire velit, non valent istæ literæ, vt *j. eo. c. cum inter.* Bern.

h ¶ *Reuertantur.*] Hoc iustum est, vt reuertatur ad eum, quem iniustè dimisit. *j. de appella. cùm in ecclesia* & in expensis aduersario cōdemnabitur insuper. *j. de appel. c. Vt debitus & s. de rescr. c. caeterum.*

Quaerenti.] Diuiditur, quia in proposita quæstione, primò ponitur prima opinio vsque ibi. *alij.* Secunda vsque ibi. *Nos tamen.* vbi ponit solutionem, scilicet interserendo quartam opinionem ibi, *non solum.* Abb.

Casus. Iudex delegatus à Papa tulit sententiam diffinitiuam, & quia condemnatus non parebat sententiæ, ipsum excommunicauit: quærebatur, vsque ad quod tempus iudex posset ipsum excommunicatum parere volentem absoluere: quidam dicebant quòd cùm functus sit officio suo, vlteriùs non potest ipsum absoluere. Alij dicebant, quòd iurisdictio illius durat, quousque pareatur sententiæ, vt semper possit illum absoluere volentem.

a Qui dicātur familiares, & domestici copiosè dixi lib. 3. annorum in Directorium Scho. 123.

† iudices.

† iudicum.

postulauit.

b Et canonicus pro canonico. s. de off. arch. c. vl. qui tamen a iudice recusatur. inf. a. c. cum R Ioan. And.

† priorem.

c Et ita notatur, quod ex noua causā superueniente iudex potest recusari.

Facit ad hoc l. 1. ff. de vent. inspi. & ff. de vete. iure. enuc. l. 2. §. sed quod.

Papa nec primam sententiam, nec secundam sequitur: sed statuit, quod iudex delegatus ab ipso, non solùm vsque ad quatuor menses, qui dantur condemnatis ad soluendum debitum, c sed etiam vsque ad annum iurisdictionem suam poterit exercere: sicut seruatur in illo, qui ante litem contestatam contumax inuenitur. No. quod deleg. à Papa vsque ad annum potest exequi sententiam suam, & non vltra. Item in pecuniariis causis dantur quatuor menses condemnatis ad soluendum debitum.

¶ Idem Priori S. Fridiani.

¶ *Delegatus Papa sententiam suā exequi potest vsque ad integrum annum. Hoc dicit, & est casus singularis.*

CAP. XXVI.

Quærenti † quid per censuram Ecclesiasticā †: & infrà. ¶ Si verò delegatus à nobis excommunicet illum, qui rei iudicatæ parere contemnit: licet aliquibus videatur, quod suo sit functus officio[i], vt vlteriùs non habeat ex delegata sibi iurisdictione processum: alij autem dicant, quòd iurisdictio eius duret, donec sententiæ pareatur[k], vt interim absoluere possit parere volentem. ¶ Nos tamen per æquitatis[l] semitam incedentes: præsentium auctoritate statuimus, vt delegatus à nobis, nō solū vsque ad quadrimestre[m] tempus, quod ad soluendum debitū à lege reo cōceditur, sed vsque ad integrū[n] annum, iurisdictionem sibi commissam, ad exequendam sententiam valeat exercere:

i ¶ *Officio.*] *s. eo. c. in literis. ff. de re iud. l. iudex. & j. de iura. c. at si clerici in fine.*

k ¶ *Pareatur.*] Cùm effect. *s. eo. in literis. & infra de cleric. non resi. c. relatum.*

l ¶ *Per aequitatis semitam.*] Placet ergo media via domino Papæ, *arg. ff. de acquir. re do. l. adeo. §. cum quis.* vnde versus.

Cum d media semper gaudeba iudere forma:
Maxe enim medijs gratia rebus inest.

& illud:

Medium tenuere beati.

¶ *Glossa sequēs distinguit personales, reales & criminales actiones: in primo mēbro signat contrarium, & soluit.*

m ¶ *Quadrimestre tempus.*] In personali actione datur quatuor menses reo ad soluendum, *C. de Vsu. rei iud. l. 2. & 3.* & si minus tempus detur, suppletur à lege *ff. de re iud. l. 4. § si quis. Arg. contra infr. de re iud. quod ad consultationem,* & *ff. de re iud. l. 2.* vbi dicitur, quod tempus illud potest arctari, & elongari à iudice. Sed illud intelligitur fieri cùm causæ cognitione, & iusta de causa: alias non debet arctari, & in illa quod ad consultationem, sponte recepit terminum breuiorem. In reali verò actione statim, si dixerit reus se velle parere sententiæ alias post x. dies, si non fuerit appellatū, debet sententia mandari executioni. *Arg. Instit. de officio iudi. §. 1.*[e] Et in criminali statim mandanda est executioni. *argum. de pæ. dist. 1. c. deflevit alias incipit, Adam. C. de pæn. l. cum reo.* sed hoc est verum generaliter, nisi in casibus, qui notantur. 11. *quaest. 3. cùm apud.* Et tempus illud quadrimestre datur à die latæ sententiæ, si non est appellatum. vel si est appellatum, à die confirmationis sententiæ. *C. de Vsur. rei iudic. l. 2.* & cōfessus habet hic tempus à die confessionis *ff. de confess. l. certum §. vlt.* sed si confessus fuerit de crimine, non statim mandabitur sententia executioni, donec pronuncietur crimen contra ipsum, sed in vinculis teneri debet. *ff. de custo. & exhib. re. l. si confessus.* & 2. *q. 1. nos in quemquam.*

Additio. Et ista supradicta clare habentur per hos versus:

In personali post menses quatuor, in re
Post decem est omnis sententia perficienda.
Sic in criminibus sed casus excipe quinque:
Confessus, pragnans, iratus, & insulta, seruus.

Horum declarationem habes 11. q. 3. *c. cum apud in glossa.*

¶ *Gloss. seq. obiicit, & soluit. Secundo quarit, arg. pro, & contra, & soluit.*

n ¶ *Ad integrum annum.*] Sed quare non potest exequi sententiam suam post annum, cum iudex semper teneatur sententiam tueri. *ff. ne vis fiat ei, qui in pos. mit. l. 1.* nam iudex quantū ad futurum tempus prospicit partibus. *ff. si ser. Vend. l. eds. & l. harum.* sed illa lex loquitur de ordinariis, ne vacet. Sic aliæ duæ leges loquuntur in seruitutibus, quæ debentur in futurum: sed hic loquitur de legato, cuius iurisdictio non est perpetua, sed infra certas metas tēporis finitur, secundū quòd hic dicit. Sed pone, quod post sententiam inquietat victorem, numquid prior delegatus debet adhuc cognoscere? Videtur per hanc decre. quod sicut iurisdictio duret vsque ad annum, quia non videtur possessionem adeptus, qui eam statim amittit *ff. de acq. pos. l. non videtur arg. ff. de lib. Vel ac. Vt l. 1. §. peruenisse. & § illud.* quia cū effectu peruenisse debet, vt ibi: sed cōtra videtur quia functus est officio suo. *s. e. c. in literis* & *ff. de re iud. l. iudex* & quia illud ad ordinariū spectat. *j. de app.*

† Cap. 5. & c. 11. 113. compia.

† Et quid per censuram ecclesiasticam intelligat, traditur ab e. quærenti. infr. de ver. signi.

d Aptius est hoc pro posito illud Horatij. Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos vltra, citraq. nequit consistere rectū.

e Est autem tunc executio in re, si restitui possit: alias causa debet condemnatus de restituendo infra certum tempus, re, vel aestimatione. Vt ibi. Nota ib. ff. de vsu. in fideicōm. l. illud & ff. quod inc. caus. item si cum exceptione. §. quod si homo. quia in c. l. agebatur actione ex testamento in actione. quod metus cau. quia personales sunt, secundum Ioan. & Host. Ioan. And.

de app. cùm teneamur. Item quia hîc noua iniuria est, & ideo noua interpellatione opus est. ff. *de except. rei iud. l. si mater.* §. 2. potest dici, quòd licèt sit noua iniuria, tñ sequela est præcedentis facti: vnde ad ipsum spectat. *arg. ff. de inst. l. cuicunque.* §. *penult.* aliter delusoria viderentur edicta iudicum. ff. *ne quid in lo. publ.* §. *le. &* ¶. *de ma. cone. cõtra interdic. eccle. ca. 1.* & satis videtur, q̃ saltē vsq; ad annū possit cõpescere contradictores, & qui non patiuntur illum quietè possidere, excõmunicando illos etiam generaliter, sed non assumendo aliquā cognitionem vlterius. Ad iudicem enim delegatum spectant, quæ accidūt ante sentētiā, sed post sentētiā nullā cognitionē assumere dēt, cū iam non habeat nisi meram executionē: vnde non valet, si cognoscere vellet vt iudex. C. *de execu. rei iud. l. si ve proponis.* ea verò, quæ accidunt post sentētiā, spectant ad ordinariū; quia non agitur ex prima causa, sed ex noua.

¶ *Glo. seq. vers. per q. an excommunicatū pro cõtumacia iudex post annū absoluat, primo, & tertio arg. quod non, secūdo q. sic, vltimo soluit.*

† *Aliàs, ante litis contestatam.*

† Cap. 6. e. titul. in 3. compil.

† *In aliquot vetustis ita: constitutioni Alexandri Papæ prædecessoris nostri, nullatenus, &c.*

sicut obseruatur in illo, qui ante litis [a] † contestationem contumax inuenitur.

¶ Idem Cantuarien. Archiepiscopo.

¶ *Delegatus Papæ potest principium, medium, & finem causæ coniunctim, & diuisim subdelegare. Hoc dicit vsque ad* §. *verum.*

CAP. XXVII.

SVper † quæstionum articulis, de quibus nos consulere voluisti, taliter respondemus, quòd per constitutionem nostram [b] consultationi [c] † Alexandri Papæ nullatenus derogatur [d], sed illa per istam exponitur: immò in ista veriùs, quæ in illa fuerant prætermissa, supplentur. Ipse namque respondit, quod si super causa, quæ alicui ex Apostolica delegatione committitur, à personis Ecclesiasticis, vna, vel pluribus, quibus delegatus (vt parcat laboribus partium, & expensis) causæ cognitionem ipsius, & testium examinationes, sententia sibi reseruata committit, [e] appellatio † fuerit interposita [f], huiusmodi appellationis intuitu causam indiffinitam relinquere non tenetur. ¶ Nos autem statuimus, quòd licèt is, cui causa committitur remota appellatione non possit [g] eam aliis sine prouocationis [h] obstaculo delegare: si tamen delegatus à nobis, vel iudex quicunque [i], non tam cognitorem, quàm executorem [k] ad † aliquem certum articulum quempiam deputauerit: ab eo (nisi modum [l] excedat) non liceat appellari, dummodo [m] de partium deputetur, vel recipiatur [n] assensu. ¶ Quòd si delegatus à nobis vel litis [o] exordium, vel causæ

episcopum: vnde ipse super hoc duas quæstiones fecit D. Papæ. Prima est, vtrū per decr. Inn. derogatū sit decr. Alex. Secūda fuit, vtrum appellationi illius, qui appellauerat occasione constitutionis Inn. sit deferendum. Super his duobus articulis rñdet Papa, & primò ad primum dicens, quòd per constitutionē Inn. non derogatur decre. Alex. immò in cõstitutione Inn. supplentur, quę in decr. Alex. fuerāt prætermissa. Et subiicit statim tenorē illius vsque ad §. *nos autē.* & ibi ponit verba constitutionis Inno. dicēs, q̃ licèt is, cui causa committitur ap. re. non possit eā alij sine prouocationis obstaculo delegare, tñ si ad aliquē articulū deputauerint aliquē audiendum, ab illo non poterit appellari, dūmodo de partiū detur, vel recipiatur assensu. Sed si delegatus ipse committit exordium litis, vel finē causæ, vel totū negotium, ab illo tanquam à iudice poterit prouocari. Postea verò *in* §. *intentionis.* declarat Inno. intentionem, quàm habuit in cõstitutione illa, licèt is coi. dicens, quòd delegatus ab ipso potest cõmittere principium & finē,

† *In causarum appellationibus multa salubriter cauet concil. Trid. sess. 13. de refor. c. 10. & c. 20. & alijs locis.*

† *In quibusdā manuscriptis ita: ad discutiendum aliquem, &c.*

Casvs. Quidam monachi, canonici, & alij regulares, cùm debeant in claustro in diuinis obsequiis vigilare, de redditibus Ecclesiarum, quarum curam gerunt, congregant pecuniam, & postea per curias principum discurrere non verentur. Factum istorum peruenit ad notitiam domini Papæ: vnde mandat Papa archiepiscopo diœcesis ipsorum, quatenus moneat prælatos prædictorum regularium, vt ipsi corrigant illos, qui claustrum propter hoc [& hoc negligenter] dimiserint: tunc archiepiscopus moneat illos, vt proprium, si quod habent, resignent in manibus prælatorum suorum, & vitam regularem obseruent: quod si non fecerint, compellat eos ad hoc per suspensionem officij, & beneficij, appel. rem. Not. quòd correctio regularium primo pertinet ad prælatos ipsorum: & si prælati sunt negligentes, tunc episcopi eos corrigant, secundum quod hic dicitur.

h ¶ *In claustro.*] 16. q. 1. *si cupis.* & sine quo viuere non potest. 16. q. 1. *placuit.*

i ¶ *Principum.*] Et si ibi in aliqua administratione caperentur, indignum est eis ab Ecclesia subueniri, per quos constat scandalum in ecclesia generari. *infra ne cleri. vel monachi. c. sacerdotibus.*

k ¶ *Inueneris.*] Per inquisitionem ĩ. *de simo. de regularibus.* vel euidentiam rei. ĩ. *de coha. cle. & mulie. c. vlt.* & *c. vestra.*

l ¶ *Proprium.*] Quod nisi fecerit, & non resignauerit, in signum perditionis in sterquilinio cum eo subterretur. ĩ. *de stat. reg. monach.* & *c. cum ad monasterium.*

m ¶ *Abbatis.*] 11. q. 1. *abbates.*

¶ *Glo. sequens not. allegat duo iura, ponit opinionem Hugo. quam reprobat.*

n ¶ *Si prælati.*] Sic patet, quòd coercitio, & correctio monachi primo loco spectat ad abbatẽ. ĩ *de app. reprehẽsibilis* & 24. q. 3. *tertio pjãtur.* Hug. dicit, quòd si agatur in figura iudicij, solus eps cognoscere debet de eius causa, secus si agat secundũ regulã claustralem. 11. q. 1. *de persona. C. de pat. pot. l. 3.* & *Cod. de emen. propin. l. vnica.* Sed probabilius est dicendũ, quòd prælatus ecclesiæ collegiatæ habet iurisdi-

Cap. 2. e. tit. in 1. compilatio.

Quaternus in hoc determinantur illæ verba copula consanguinitatis, & affinitatis, vide concil. Trident. sess. 24. in decreto de reformatione matrimonij per multas.

† *Auxitan.*

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cõp. *& de materia huius c. adde plenè in concilio Viennen. quod refert in clement. de statu monach. c. ne in agro. § quia vero. Vbi tã etiã prohibetur. facit textus in leg. Deo nobis. C. de episcopis & cler.*

a Dicit Host. hunc effectum specialem, in quo excommunicatus agit quãdo, semel absolutus in eodẽ crimine, & in eadem contumacia perseuerat, vt hic, & infrà de ap. quæstio. hoc autem fitur pœna ipsorum, & sic non obstante contraria. Ioan. An.

† Ait Innoc. loco horum verborum, quæ sunt in textu, memper abbatis consilium, hæc alia esse debere, videlicet, secundum archiepiscopum consilium. ita ut, iuxta Archiepiscopum, cui scribit Papa, pertineat committere illa bona in vtilitatem domus: cætorum in augenda compilatione abbatis erat vt hic, quod etiam habent omnes manuscripti.

ctionem: vt 16.q.5.c.3. vt dictum est. §. eo. cum Ecclesiarum. & quòd Abbas sine priori possit excommunicare monachos suos, est expressum §. de ma. & obe. cum in Ecclesiis. j. de simo. sicut [a]. In omnibus his potissime consideranda est consuetudo cuiuscunque Ecclesiæ, quæ dat iurisdictionem. 9.q.3. conquestus. C. de ema. lib. & Vi. hodie reuocatio illarum pertinet primo loco præsidentibus capitulis Abbatum, & priorum. §. de regu. c. Vlt. Subiungitur pœna, scilicet excommunicationis.

de concedo, quòd post x. dies, vel quandocunque possit appellari à sententia excommunicationis ad metropolitanum, quantum ad hoc quòd metropolitanus potest ipsum absoluere præstita cautione quòd parebit mandato, super eo pro quo fuit excommunicatus eo [illegible] excommunicatore.[1] Sed hoc nõ verum: quia ex quo non appellauit infra x. dies, postea non potest appellare. vnde per appellationem non transfert querelam ad metropolitanum, sed per simplicem querelam posset conqueri etiam post x. dies.

post tuam commonitionem id exequi negligenter omiserint, per suspensionem officij [a], & beneficij, appellatione remota compellas.

¶ Idem Rothomagensi Archiepiscopo, & eius Suffraganeis.

¶ *Ab vno Episcopo excommunicatus, ab aliis est vitandus. Et Archiepiscopus per querelam aditus nõ absoluet, nisi primò remittat.*

CAP. VIII.

AD † reprimendam malitiam [b] peruersorum, pœnæ certæ sunt in canonibus [c] constitutæ: quas sicut latas à vobis interdum in subditos, vultis inuiolabiliter obseruari; ita latas ab aliis [d] debetis inuiolabiliter obseruare: Ideoque mandamus, quatenus sententias, quas Lexouien. Episcopus duxerit in subditos suos canonice promulgandas, & vos ipsi [e] seruetis, & à vestris subditis faciatis inuiolabiliter obseruari. ¶ Tu verò, frater Archiepiscope, cùm excommunicationis sententia per appellationis non suspendatur [f] obiectum) si quis excommunicatus ab Episcopo, de iniusta tibi fuerit excommunicatione conquestus [g], ad ipsum (ei quasi Coepiscopo deferens) absoluendum, secundùm Ecclesiæ formam remittas: qui si noluerit ipsum absoluere, tu (recepta iuratoria cautione) absolutionis munus ei poteris exhibere; ita tamen quòd nisi legitimè tibi constiterit eum contra iustitiam excommunicatum fuisse [h], ex debito tibi iuramenti præcipias, vt super eo, de quo fuerit excommunicatione notatus †, eidem Episcopo satisfaciat competenter. Quòd si facere contempserit, eum in excommunicationis sententiam appellatione remota, reducere non omittas.

¶ Idem Turonensi † Archiepiscopo.

¶ *De causis subditorum Archiepiscoporum, & Episcoporum suorum, Patriarcha non cognoscit, nisi per appellationem legitimam, aut vigore consuetudinis seu priuilegij.*

CAP. IX.

DVo † simul: *& infrà.* ¶ Consultationi tuæ taliter re-

a ¶ *Officij.*] Sic §. de æta. & quali. quarti. & 74. dist. consuluit.

A*D reprimendam.*] Duo facit. Primo præmittit generale exordium, ex quo postea infert speciale mandatum ibi, *Ideoque.* Abb. Siculus.

Casvs. Epi Lexouien. in quosdam subditos suos tulerat sententias excommunicationis, aut suspensionis. Archiepiscopus Rothomag. & alij suffraganei eius, non seruabant sententias illas: peruenit hoc ad Papam, vnde scribit Archiepo, & eius suffraganeis dicens, quòd propter malitiam peruersorum, pœnæ certæ statutæ sunt, & ideo sicut volunt suas sententias latas in subditos ab aliis obseruari, ita debent ipsi seruare sententias aliorum quare mandat eis, quatenus sententias, quas Lexouien. Episcopus canonice tulit in suos subditos, obseruent, & faciant à suis subditis obseruari. Tandem loquitur Archiepiscopo dicens, quòd sententia excommunicationis non suspenditur per appellationem, & ideo si quis excommunicatus ab Episcopo Lexouien. eidem Archiepiscopo conquestus fuerit de iniusta excommunicatione, remittat illum ad Episcopum absoluendum, secundum formam Ecclesiæ: & si ille eum absoluere noluerit, Archiepiscopus eum absoluat, recepta prius iuratoria cautione: & præcipiat ei ex debito iuramenti quòd satisfaciat eidem Epo super eo pro quo fuit excommunicatus, nisi constiterit quòd iniustè fuit excommunicatus: quod si non fecerit, in eandem sententiam reducat eundem. Not. quod sententiam Episcopi alij Episcopi seruare tenentur. Item quod tibi vis fieri, alteri facere debes. Item sententia excommunicationis non suspenditur per appellationem. Item si aliquis conqueritur Archiepiscopo, de iniusta excommunicatione, non debet eum statim absoluere, nisi excommunicatus hoc [illegible] adimplere.

b ¶ *Malitiam.*] Simile *di. 4. factæ sunt* nã per leges nemo bene facere cogitur, sed malè agere prohibetur 23.q.5. ad fi. de. vt boni inter malos viuant quietè. 23.q.5. non pulsa [b] & hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. 23.q.5. prodest.

¶ *Glo. seq. pœnæ de. ampliatur pœnarum.*

c ¶ *In canonibus.*] Variæ sunt pœnæ in canonibus cõstitutæ. Quædam inducunt degradationẽ, & curiæ sæculari traditionẽ. j. de fal. ad falsariorum. Quædam degradationem, & detrusionem in monasterium v. 50. dist. si Epi. Quædam depositionem tantùm. dist. 50. dist. si qui viduam. Quædam suspensionem solùm dist. 2.q.5. mala fama & c. presbyter & 32. dist. nullus. & c. presbyter. Quædam excommunicationẽ. 17.q.4. si quis suadente. Quædam priuationẽ officij, & beneficij, perpetuo. 81. dist. si quis amodo. Quædam officij ad tempus. 2. dist. presbyter. simile 11.q.1. placuit. Quædam [illegible] ad temp. 1.7. nullam. presbyterum. Quædam priuationem beneficij tantum. 7.q.1. si quis de ordine. & 3. de electione cantolo. Quædam priuationem solum communionis. 35. dist. in omni. 55. dist. nullus. & alias pœnas habes 86. dist. n. si. et & 18. dist. placuit.

d ¶ *Ab aliis.*] 2.q.6. qui se scit.

e ¶ *Vos ipsi.*] 11.q.6. cor. e.

f ¶ *Suspendatur.*] Hoc ideò dicit quia sẽtẽtia illa secũ trahit executionem j. de appellat. pastoralis. d. 2. hinc est quòd post x. dies non tràsit in rẽ iudicatã, quia quãcunque potest peti absolutio: vnde si tacetat quis per x. dies, non intelligitur acquieuisse sententiæ. Vnde concedo, quòd post x. dies, vel quandocunque possit appellari...

¶ *Gl. seq. ponit dictũ, si- gnat ceterarũ, & soluit*

g ¶ *Conquestus.*] Sicut potest conqueri de iniusta excõicatione: sic potest appellare, qui est iniustè excõicatus, & prosequi appellationem, & literas impetrare super hoc j. de exces. cum inter. & c. vlt. sed propter hoc excõicatio nõ suspenditur, sed causa ad superiorem transfertur, si infra decem dies appellet, & conueniatur super alia re, potest se defendere vt dicit decreta. prædicta. Et not. quod dicit, conquestus, quia si quis appellat excommunicatus, non debet remitti ad excommunicatorem, nisi velit ei facere gratiam j. de sen. excõ. per tuas. Sed contra videtur: quia ipso facto videtur appellasse, eo quòd iuit ad metropolitanum. j. de app. de le. t. & c. Vt nostrum. Solùm arreptum non hĩ pro appellatione post sententiam, nisi mò viua voce est statim appellandum, alioquin vero in scriptis 2 q.6. post appellationem § forma. in fi. ff. de app. l.a. Sed ante sententiam videtur appellare, qui ad curiam super hoc proficiscitur, vt dicunt contrarij: sed illa non habẽt locum iudicio contp[illegible]: quia qui appellat, causam rationabilem coram iudice exprimere debet, & propter illam appellare. j. de appel. dilecto. in fin. & c. dilectus. & c. Vt debitus. in fi. hodie cuicunque appellat in iudicio vel extra, ab interlocutoria, vel grauamine in scriptis appellet: & causam appellationis exprimat. infrà de appel. c. cordi. [lib. 6.]

¶ *Glo. seq. notat. duo præsumi pro sententia.*

h ¶ *Fuisse.*] Hoc ideo dicit, quia semper præsumitur pro sententia iudicis ordinaria. j. de probationibus. post cessionem. j. de re iudicata. sicut & supra de renunciatio. in præsentia. sed si obijciatur contra sententiam ratione processus, oportet, quòd probetur processus, ad hoc stetur sententiæ j. de proba. quoniam contra. g & ita statur sententiæ, & præsumitur pro ea, nisi infringatur ratione processus. Hinc etiã patet, quòd non præcipitur aliquid absoluẽ, nisi prius constiterit an iustè, vel iniustè fuerit excommunicatus. j. de male. quod resti. spo. literas. in fin. & j. de sent. ex. sacro. & hoc constabit partium assertione, & recipientur probationes ab vtraque parte. §. de offi. del. g. cum contingat. Absolutio fieri debet secundum distinctionem decre. j. de ver. sig. ex parte. Item per tales probationes constabit an alter alteri teneatur ad interesse, secundum quod traditur. infra de sent. exc. sacro prout notatur. §. de offi. dele. cum contingat. Bernardus.

D*Vo simul.*] In prima ponitur decisa consultatio. In secunda decisio ibi *Consultationi.* Abbas. Casvs. Patriarcha Hierosolymitanus compellat clericos Turon. archiepiscopi respondere coram ipso, conquerentibus de episcopis, cùm ipsi parati essent respondere coram archiepiscopo Turon. ordinario suo. super hoc conquestus fuit Turon. archiep. domino Papæ, & ipse rñdet eidẽ dicẽs, quòd in canonibus diffinitum est, quòd primates, vel patriarchæ nihil iuris præ cæteris debent habere, nisi quantum canones illis permittunt, & consuetudo illis contulit ab antiquo: nisi super hoc Apost. sedes, aliquem illorũ priuilegio speciali duxerit honorandum: & ideo quandiu clerici Turon. coram ipso voluerint stari iuri, coram patriarcha respondere non debent nisi causa per appellationẽ deferatur ad ipsum, aut aliquid a sede Apost. sit indultũ. No. quod patriarcha, vel primas iã solũ pôt habere in subditos

a Concord. nosml a l. legum. ff. de procura.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. colle. pilat.

b Concord. tex. in l. [illegible] cui. §. 1. ff. de accus. & in Auth. vt iudi. sine quo suf. §. 5. considerauimus. cum gl. illicito. col. 2.

c Vt in homicida poll. modum promote.

d Vt in presbytero infamato, donec purget se concubinario. Io. And.

e Prosequelegentia hac glossa

Vide Inn. & Felin. in c. qualiter. de accusat. qui post hodiè, referunt omnia genera pœnarũ.

f Facit ad hoc tex. in l. inter claras C. de summa trin. & fid. catho.

† Aliàs, mandamus, nõ in nodat us. quod habent impressi, sed nullo manuscripto reperi.

† Turonensi.

† Cap. 3. e. tit. in 3 cõp. & Vide notas huius cap.

g Per quam decr. dicit hic Ioan. & quod non præsumitur pro sententia. Ioan. Andr.

ditos archiepiscoporum suorum, quod est in canonibus diffinitum: & idem intellige d. archiepiscopo in subditos suffraganeorum suorū vel nisi quantū consuetudo illis contulit ab antiquo. Itē not. ꝙ cōsuetudo dat iurisdictionē. Itē actor forū rei dēt seq.

a ¶ *Canonibus.*] 9. q. 3. conquestus. 18. q. 2. c. 1. & vlt.

b ¶ *Patriarcha.*] Diuersitas est in nomine, dignitas est eadem. 99. dist. in. §. 1. & c. 1. & 2.

¶ *Glo. seq. ar. diuturnitatē temporis, &c. alleg. 4. iura & 3. in contrarium & soluit.*

c ¶ *Consuetudo.*] Rationabilis, & præscripta, alias consuetudo non prodest. ē. de consue. c. vlt. Et est ar. temporis diuturnitatem, & solutionem, & obligationē inducere in futurum. arg. 16. q. 2. statuendū. & j. de censi. ex parte & c. olim causam. & C. de agri. & cen. lib. 11. ar. contra. j. de exc. præla. cùm ad quorundam. & 10. q. 3. quia cognouimus. & i. de con. peruenit. So. qui est in possessione alicuius rei, in ea defendi debet: vt in l. pen. quasi per totum arg. ē. de elect. querelam. in fin. & j. de cau. poss. cùm ecclesia. & ff. si ser. vendi. l. harum. & ff. de aqua quoti. & æsti. l. penul. & est defendēdus, nisi si queat eū vi, vel clam vel precario possidere. & sic intelligantur contraria. de hoc dixi. ē. de sue. c. vlt.

¶ *Hæc habes in dist. concilio Niceno. c. 6. & 6. a Et qua dicatur longa consuetudo, tradit gl. in l. de quibus. ff. de legi. & in Rubrica C. quæ sit longa consuet.*

† *Cap. 4. e. tit. in 3. compilatione.*

spondemus, quòd cùm sit in canonibus[a] diffinitum, Primates, vel Patriarchas[b] nihil iuris præ cæteris habere, nisi quantum sacri canones concedunt, vel † prisca illis consuetudo[c] contulit ab antiquo: ita vt secundùm Nicænas[d] † regulas, sua priuilegia[e] seruentur Ecclesiis: præterquam si Apostolica sedes aliquam Ecclesiam[f], vel rectorem ipsius, quolibet speciali priuilegio[g] decreuerit honorare, quandiu Clerici tui coram te voluerint[h] stare iuri, compelli non debent iudicium Patriarchæ[i] subire: nisi causa per appellationem ad eius[k] audientiam perferatur: aut ei aliquid super hoc à sede Apostolica sit indultum.

¶ Idem Turonensi Archiepiscopo.

¶ *Archiepiscopus impeditus potest consecrationē sui Suffraganei alteri committere, & consecrandus tenetur ab illo commissario munus consecrationis recipere.*

CAP. X.

QVod † sedem Apostolicam: *& infrà.* ¶ Nos siquidem consuluisti, verùm si aliqua infirmitate, vel alia iusta causa detentus aliquem Suffraganeorum tuorum cōsecrare non posses, alicui Coepiscoporum tuorum vices tuas committere[l] licitum tibi esset: *& infra.*

¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd in tali articulo constituto, & tuas vices (vt dictum est) tibi committere licet, & consecrandus, munus debet ab eo consecrationis accipere †, cui eas duxeris committendas, dummodo catholicus habeatur, & impedimentum ei ex subtractione gratiæ[m] Apostolicæ sedis non obsistat.

¶ Idem Episcopo Helien.

¶ *Archiepiscopus causam ad se per appellationē delatam, subditis Suffraganei cōmittere potest, nō tamen ad ipsam suscipiendam compellere potest. h. d. vsque ad §. præterea.*

CAP. XI.

PAstoralis † officij: *& infrà.* ¶ Ex parte tua fuit insuper quæsitum †: verum si aliqua causa fuerit ad Archiepiscopum per appellationē delata, possit eandem iure ordinariæ potestatis, Suffraganei sui subdito delegare, vel animaduertere in eū, si † is causam renuerit suscipere delegatam?

¶ Ad quod respondemus, quòd Archiepiscopus ipsum ad suscipiendam delegationem huiusmodi compellere nequit inuitum[n]: cùm in eum (ex

d ¶ *Nicænas.*] 65. dist. mos antiquus & c. seq.

e ¶ *Priuilegia.*] Priuilegia ecclesiarum perpetuò sunt seruanda. 25. q. 2. c. 1. & 2. & 3. Sed specialia priuilegia cum personis extinguuntur. 7. q. 1. petisti & ff. de cen. statem. in fi. & j. de præsumpt. mandata. & ē. de offi. legati. Volentes.

f ¶ *Ecclesiam.*] Sic 9. q. 3. conquestus.

g ¶ *Speciali priuilegio.*] Arg. quòd dominus Papa potest detrahere vni Ecclesiæ, & alij conferre: quod quidem nullus dubitat[b]. 16. q. 1. frater noster. 9. q. 3. nunc verò & c. per principalem.

h ¶ *Voluerint.*] Maximè: & si nollent, compelli debēt ab archiepiscopo, nisi ipse consentiret. j. de foro compe. significasti.

i ¶ *Patriarcha.*] Hierosolymitani. B.

k ¶ *Ad eius.*] A grauamine, vel à sententia. *infrà de app. cùm Ecclesia.*

b De episcopo verò dubitatur: & de eo not. de relu. do. constit. Ioan. And.

QVod sedem.] Communis diuisio. secunda ibi, *Consultationi.* Abbas.

CASVS. Archiepiscopus propter infirmitatem, vel aliam iustam causam non potest cōsecrare suffraganeum suum: quæsitum fuit à Papa, vtrum possit super hoc alicui committere vices suas? Respondet Papa, quòd archiepiscopus taliter impeditus, potest alicui episcopo vices committere, & consecrandus debet ab illo munus consecrationis accipere, dummodo catholicus habeatur, & impedimentum ei ex subtractione gratiæ sedis Apostolicæ non obsistat. Not. quòd munus consecrandi potest delegari. Item suffraganei delegationem factam à suo archiepiscopo tenentur suscipere. Item electus tenetur suscipere consecrationem, à quo metropolitanus voluerit.

¶ *Glo. seq. repetens textum, addit, quomodo archiepiscopus cogere potest eū, cui cōmittit: & ad quid tenetur consecratus: distinguit demū inter ea, quæ sunt iurisdictionis, & ordinis, & causam reddit. In fi. dicit merum imperium secundùm canones delegari.*

l ¶ *Committere.*] Certū est enī, quòd archiepiscopus potest mādare vices suas, & ille tenet recipere, & pōt illū cōpellere. j. c. prox. & iussu archiepi. suffraganei illū cōsecrare debent. ē. de temp. ord. si archieps. alias sine sui præsentia, eps nō debet cōsecrare. 65. dist. nō debet & c. eps nō est. & eps sic cōsecrat⁹ debet visitare archiepiscopū infra duos menses, & si nō possit impeditus iusta ē cā, hoc ei significetur 65. dist. si quis in metropolitana. Item & ordinandus tenetur recipere consecrationē ab eo, cui mādauerit, licèt in hoc grauetur, ꝙ iudex superior hoc facit iure suo: suffraganei vero ad mandatū illius. ut ē. de offi. deleg. super quæstionum. §. si verò dno. & Archieps potest cōmittere ea, quæ sūt iurisdictionis, etiam illis, qui eam nō habent. j. c. prox. sed ea quæ sunt ordinis, vel consecrationis cōmittere non potest his qui eam non habent, puta illis, qui non sunt episcopi, vel archiepiscopi, vel maiores. j. de consecrat. Ecclesiæ, vel alt. aqua. Nec etiam talia dicuntur committi, sed cum mandat archiepiscopus suffraganeis, vt hoc faciant, sola auctoritas eis deest, & nihil committit eis archieps, nisi quia dat auctoritatem propter prælationem, quam habet super illis. & hoc patet ex eo, ꝙ quique epi inuitant ad hæc faciendā ab eis, qui ea facere non possunt: vt puta capitulum, si quæ inuitat alium episcopum ad consecrandum ecclesiam, vel altare, vel ad clericos ordinandos. 7. q. 1. pontifices. Item satis potest dici secundū canones, ꝙ ea, quæ sunt meri imperij, possunt delegari, vt depositio. 24. q. 4. illud. & 2. q. 7. sicut licèt secūdum leges non pōt, nisi cum delegans non potest adesse. ff. de offi. eius, cui mād. est iurisdictio. l. 1.

m ¶ *Gratiæ.*] Id est, si non sit excōicatus, vel suspensus, vel schismaticus, talis non potest ordinare, vel ordinari: vt ē. de ele. q a diligētia ē. de ata. & quals. cùm bone. & j. de schisma. quod à prædecessore. & supra de episcopo. qui renun. episc. c. vlt. & hæreticus. non sit 9. q. 1. c. 1. & 2. huiusmodi etiam personæ non conferunt excecutionem. Bernardus.

† *Vide l. vnicam. C. qui pro sua iurisdict.*

† *Cap. 5. eo. tit. in 3. cōp.*

† *requisitum.*

† *Ratio est quia iudicare est publicum mun. l. muneruum. §. iudicandi. ff. de mu. & hon. & l. vnica. C. qui pro sua iurisdict.*

PAstoralis.] Istud principium vsque ad §. *Præterea.* diuiditur in duas partes: quia in prima ponitur consultatio: in secunda responsio ibi, *ad quod.* Abbas.

CASVS. Aliquis appellauit ab epō ad archiepm: quæritur, vtrum archiepiscopus cām istam sibi delegatā per appellationē possit cōmittere alicui subdito sui suffraganei iure metropolitico, & si nollet cām suscipere, vtrum possit ipsum ad suscipiendam delegationem compellere? Res. quòd archiepiscopus ipsum ad suscipiendam delegationem compellere non potest inuitum: quia in eum nullam habet potestatem, nisi in quibusdam certis articulis: quāuis episcopus suus eidem sit metropolitico iure subiectus.

¶ *Gl. se. quærit, ponit opi. Hug. & sequitur demū opi. Io. quā approbat.*

n ¶ *Inuitū.*] Not. ꝙ pinguius ius habet archieps in episcopis, quàm in eorū subditis, vt hic patet. & ē. eo. tit. quāto. ar. Sed nūquid idem iuris est in episcopo circa subditos suo. ū subditorū? Certè nō: quia sic quod episcopus eis præponeretur. si voluerit p se cognoscere de causis subditorū, cū sit iudex ordinari⁹ omniū de sua diœcesi 11. q. 1. de hanc ops. sen persona. & ar. ad hoc. ff. de iud. iudiciū. 11. q. 3. qui resistit. & 8. dist. quæretur, quæ contra mores in fin. & q. 1. nomen: sed archiepiscopus non est iudex ordinarius totius prouinciæ, nisi episcoporū tantū. nisi in casibus inferiùs notatis, vt dicit in fine. & ita nō est simile hoc secūdū Hu. & Vi. Ioā. dixit. ꝙ si tales prælati subditi episcoporum, vel ex electione, vel ex lōga consuetudine habēt ordinariā iurisdictionem, episcopus non potest cognoscere de causis subditorum talium prælatorum, nisi per appellationem deferantur ad eum: vt j. de exces. præla. cap. 2. & j. de fo. compe. cum contingat. & j. eod. irrefragabili. §. 1. arg. ad hoc 18. q. 3. cognouimus. & j. de appel. dilecti. grauatum enim debet procedere in causa: vt tamen quā 2. quæst. 6. cap. anteriorum. §. illo procul dubio. & j. de stat. reg. sequitur idem in singulis, nisi in principe. 2. q. 6. arguta. & c. adeo & j. de app. gl. Ioan. An.

c Dicit Hostien. quod secundum ... quod de archipresbytero subiecto archidiacono, non possit ad episcopum appellari, propter ... si duobus

si duobus. Verius credo, quod dicit Io. quòd Episcopi nō possunt cognoscere de causis subditorum prælatorum suorum eis inuitis: sic enim posset eos priuare omni sua iurisdictione, quod non est verum: quia nimis esset iniquum. ī. *de excess. præla. ad hæc.* immò debet sententias seruare subditorum suorum. ī. *e. cum ab Ecclesiarum.* vbi notatur de iurisdictione Eporum, nam si sua vnicuique iurisdictio non seruatur, Ecclesiasticus ordo confunditur. 11. q. 1. *pervenit.* & tū Eps nihilominus est iudex ordinarius diœcesis suę, quoad multa alia, quæ patent per se. Eps tū posset bene cōpellere subditos subditorū suorū, suscipere delegationē sibi ab ipso factā, secus in Archiepisc. vt hic.

¶ *Glo. seq. dicit per quam Archiepiscopus sit ordinarius prouinciæ: ponit primò duas opi. Gl. Tan. quæ dicit eum nō ordinariū nisi in certis casibus: & enumerat. 12.*

a ¶ *Exceptis quibusdā articulis.*] Et tū iudex ordinarius totius prouinciæ, quia eius gerit solicitudinem. 9. q. 3. c. 1. & 2. *nec ideo loquitur.* quòd cuiuslibet de prouincia. Vel potest dici, quòd habet iurisdictionē super quemlibet, sed impeditam, & ligatam: ex quo non habet nisi in quibusdam articulis. *arg. ī de resc. c. pastoralis. § Vlt. in fi. & ī. de cler. pereg. cum.* & hoc secundùm Lau. 1. dicit, quòd non est iudex ordinarius, nisi in casibus specialibus. Primò cùm deuiat in diuinis officiis a consuetudine metropolitanæ Ecclesiæ. 12. *dist. de his.* Item si deliquit in eius diœcesi: vt 6. q. 3. *placuit.* in hoc casu efficitur aliquis de iurisdictione cuiuslibet alterius. Item si habet prædium in diœcesi sua: vt ī. *de fo. comp. c. Vlt.* & iste casus pertinet etiam ad quemcunque alium. Item si causa defertur ad eum per appellationem. ī. *de off. le. c. 1. & ī. eo. duo. & 16. q. 1. peruenit.* Itē cùm absolutus ab Archiepiscopo non vult parere Episcopo. ī. *eo. ad reprimendam.* Item si criminalis est causa inter Episcopum, & clericum suum: & tunc illa causa debet deduci ad synodū, in qua præest Archiepiscopus. 6. q. 2. c. 1. *Item si clericus.* habet eiusdem causam contra Episcopum suum. 11. q. 1. *si clericus.* & si Eps contra clericum, coram arbitris terminetur: vt *in c. clericus.* Item in alio casu. ī. *eod. irrefragabili.* sed ibi dicitur, quòd tanquam delegatus à Papa. Item quū Episcopus negligens est in eo, quod ipse facere debet 9. q. 3. *cū simon. & ī. de sent. excom. per tuas. & ī. de app. qua fronte.* Item mortuo Episcopo, & Ecclesia idoneos clericos non habet. 12. q. 2. *non liceat.* Item cùm euidens est sententiam Episcopi esse iniustam. ī. *de app. solicitudinem.* Item cum visitat prouinciam. ī. *de præscr. cum ex officio. & ī. de cen. sopita. & c. cùm nuper.*

§ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*

b ¶ *Nullam habeat potestatem.*] Si nullam habet iurisdictionē, vel potestatem in eum, ergo talis delegatio non videtur valere: & sic sententia eius nulla. arg. *C. qui pro sua iuris. l. Vnica.* Rū. licèt in clericum illum, cui committit causam, non habet potestatem, tamen in causa, quæ ad eum per appellationem delata est, habet potestatem: & ita causam ad suam iurisdictionem pertinentem delegat, & ille bene recipit iurisdictionem, si vult illam recipere: sed si non vult illam recipere, potest partes compellere, vt cōsentiant in alium, vel aliquos & potest mandare Episcopo, vt cōpellat illum recipere commissionem: quod facere potest, licèt sit appellatum ab eo. *arg. ī. de fo. compe. si quis contra clericum. & ī. de off. deleg. suspicionis. § Vlt. & ī. de appel. cum speciali.*

PRÆTERIA. Diuiditur: quia in prima ponitur consultatio, in secunda responsio ibi, *Ad quod.* Abbas.

CASVS. Causa commissa est alicui per sedem Apostolicam, delegatus citauit reum, non venit, contumax fuit: propter contumaciam suam manifestam fuit excommunicatus, vel iudex actorem duxit in possessionem rei petitæ causa rei seruandæ. Tandem mortuus est delegatus, reus vult absolui, vel recuperare possessionem amissam præstita cautione, quòd iuri parebit: quæritur, an liceat alicui ordinario ipsum absoluere, vel possessionem sibi restituere infra annum, sufficienti cautione recepta sine speciali mandato Apost. sedis? Rūdetur, quòd cum delegatus quantùm ad illam causam maior sit ordinario, sine speciali mandato domini Papæ excommunicatus ab huiusmodi delegato, beneficium absolutionis per alium non poterit obtinere, præterquam in mortis articulo, nisi talis fuerit ille delegatus, cui alius succedat in onere & honore: nec possessionem amissam poterit recuperare per aliū quam per sedem Apostolicam. In fine dat Papa tale consilium, vt ne actor post annum efficiatur verus possessor, reus coram ordinario, vel si ordinariū habere non potest, coram publicis, & honestis personis offerat & præstet cautionē, quòd iuri parebit, interrumpendo per hoc præscriptionem annalem: vt sic post annum recuperare possit possessionē amissam. No. quòd archiepiscopus nō habet iurisdictionem in subditos suffraganeorum suorum, nisi in certis articulis. Item delegatus Papæ maior est ordinario, quantum ad causam illam, quæ est ei commissa. Item ordinarius non potest se intromittere de his, quæ fiunt à delegato Papæ. Item si aliquis non potest habere copiam iudicis, illud protestetur coram ordinario, vel coram publicis personis, si ordinarius haberi non potest, quod per eū non stat, quò minus faciat, quod facere intendebat: & sic postea nō currit ei tempus, quousque copiam iudicis habere poterit.

ceptis a quibusdam articulis) nullam habeat potestatem b: licèt Episcopus suus eidem sit metropolitana † lege subiectus: & infrà.

¶ *Mortuo delegato Papæ, qui excōmunicauit reum, vel actorem in possessionem induxit: si eius successor in delegatione succedit, absoluere, & restituere possessionem poterit: aliàs solus Papa restituet, & absoluet, præterquam in mortis articulo: ne tamē currat annalis præscriptio, reus corā ordinario, vel publicis psonis de stādo iuri cautionē pstabit. Hoc dicit.*

¶ Præterea postulasti, an alicui c † liceat sine speciali mandato Apostolicæ sedis (delegato, qui reum propter contumaciam manifestam, excommunicationis vinculo innodauit, vel petitorem causa rei seruandæ in possessionem petitorum induxit, rebus humanis excepto) eidem volenti iuri parere, absolutionis beneficium impertiri, & possessionem restituere infra annum, sufficienti recepta primitus cautione. † Ad quod dicimus, quod cum delegatus quantum ad illud, sit maior d ordinario, sine mandato e summi Pontificis excommunicatus ab huiusmodi delegato, non potest per alium (præterquam in mortis f † articulo) absolutionis gratiam obtinere: nisi forsan delegatus talis extiterit, cui alius succedat g in onere, & honore. Nec per alium, quàm per summum Pontificem h recuperare poterit possessionem amissam. ¶ Verumtamen ne alius post annum verus efficiatur possessor i, coram ordinario, vel si eius copiam habere nequiuerit, coram publicis k, & honestis personis (vt quasi præscriptionem interrumpat annalem l)

c ¶ *Alicui.*] Scilicet ordinario.

d ¶ *Maior.*] ī. de offi. deleg. c. sanè.

e ¶ *Sine mandato.*] *C. si aduersus rem iudi. aduersus. ff. de mino. minor magistratum.* & 21 *dist. inferior.*

f ¶ *Præterquam in mortis articulo.*] Quo casu de quolibet genere excommunicationis, & à quolibet etiam laico potest absolui, *arg. 17. q. 4. si quis suadente.* & ī. *de sententia excommunicationis.* quod de eis *arg. ad hoc de consecratione. distin. 4. sanctum est baptisma.* Sed nunquid in obsidione positum, vel transfretare volentem liceat absoluere? Vincent. dixit quòd sic: quia iam imminet periculum mortis. Sed hic videndum est an immineat naufragium, vel periculum mortis: non enim intrando mare semper imminet naufragium, quòd si esset, nullus transfretaret: sed cùm sunt in naufragio in periculo mortis, tunc satis potest dici, quod liceat, vel si intret bellum campestre contra Saracenos, vel alias iustum, & manifestū appareat periculum mortis, liceat absoluere etiam laico *arg. prædict. cap. sanctum est.* Quidam dicunt contrarium, quòd nunquam licet laico absoluere à tali excommunicatione, quia potest ei succurri post mortem, cùm constet per aliquem de confessione per euidentia signa. ī. *de sen. excommu. cum a nobis.* Sed hoc non posset ita locum habere in naufragio: si omnes submergerentur, quia tunc commune est periculum omnium de naue. Vel dic, quòd laico potest quis confiteri in necessitate, sed Laicus non potest istum absoluere, vel ligare, quia non habet claues: eccl. eliz. ī. *de summa trinit. & fid. cath. c. 1 § Vna.*

g ¶ *Succedat.*] *supra de offi. deleg. quoniam abbas. & infrà de immu. eccle. aduersus.* quia cum in locum, & eius ius succedat, partibus eius fungi debet *ff. de iudi. mortuo iudice. ff. de eden. quadam. § nihil interest.*

h ¶ *Pontificem.*] Vel per eius delegatum specialiter ad istam causam destinatum. ī. *de eo qui mit. in poss. causa rei seruan. sicut.*

¶ *Gloss. seq. not. secundum decretum alleg. Vnam concord. alleg. etiam in contrarium, & remittit.*

i ¶ *Possessor.*] Ex hoc videtur, quòd quis sit verus possessor post annum, & non ante. ff. de acquirenda possessio. l. 3. § Vl. Item videtur, quòd ad hoc vt aliquis dicatur verus possessor, non sit necessarium secundum decretum. ī. *Vt lite non contesta. quoniam frequenter. § in aliis. argum. contra. ī. de eis qui mittuntur in posses. causa rei seruan. c. 1. & ff. de acquirenda posses. l. 3. § Vlt in fine. & ff de damno infect. si finita § si quis autem. § sequen. & § Iulianus* quæ concordantiæ loquuntur in actione personali. & hoc dicitur *infrà de dolo, & contumacia contingit.*

k ¶ *Publicis.*] *C. de an. excep. Vt perfectius.* & 15. q. 3. *c. placuit. § si autem & C. de epis. audi. l. sancimus. & ī. de app. c. Vlt.*

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

l ¶ *Annalem.*] Sed vsque ad quod tempus poterit postea petere sibi restitui

Metropolitica.

† *Hic in omnibus ferè impressis habetur dictio, ordinario, quæ deest in antiquioribus exemplaribus, ac recentioribus ex margine irrepsit in textum, ex glossa tamen constat nullo pacto fuisse a Raymundo positam in textu, aliàs frustra explicasset Bernardus.*

a *Quod est verum, nisi contraria consuetudo, & rationabilis obstet ei aduerso. 12. dist. illud breuiter, vel secundum Host. ab illa generalitate excipe casum hūc de quo dicimus. ff. de leg. non est nouum & l. seq. c. eod.*

† *Infero argu. quod habet ea, quæ sunt meri, & mixti imperij, per l. iubere cauere. ff. de iuri. omn. iudic.*

† *Quia in mortis articulo nulla est reseruatio, & omnes sacerdotes, quoslibet pœnitentes à quibusuis peccatis, & censuris absoluere possunt. Conci. Trid. sess. 14. de casuū reseruatione.*

b *Caue, ne decipiaris ex opinionibus relatis in hac gl. quatenus agit de absolutione etiam per laicos impendenda, & videas hac de re Dominicū Scotum l. 4. sent. di. 8. q. 4. art. 1. vbi planè laicus nullo casu potest absoluere sacramentaliter.*

fuit... si e recipere possessionem? Dic, quod vsque ad xl. annos secundum iura canonica, vel secundum leges vsque ad xl. annos quia sola iura contulit perpetuas actiones vsque ad xl. ann. vt Cod. de praesc. xxx vel xl. ann. cum notissimi, & 16. q. 3. c. placuit. §. potest. Sed nunquid secundum iura canonica poterit talis praescribere, ex quo habet iam, vel debet habere conscientiam ... secundum iura canonica ... bona fide ...

offerre, ac praestare [a], quod iuri parebit, poterit cautionem: vt sic post annum recuperare possessionem per sedem Apostolicam mereatur.

¶ Idem Archiepiscopo Senonensi.

¶ *Papa per rescriptum, quo mandat ordinario, vt subditos suos corrigat, non facit ex hoc ipsum delegatum: ideo ab eo poterit appellari ad proximum superiorem, sicut si Papa nullum mandatum fecisset. h. d.*

CAP. XII.

Licet † in corrigendis excessibus (iuxta † canonicas sanctiones) appellationis sit diffugium interclusum [b], & ideo Parisiensis Episcopus à nobis recepe rit in mandatis, vt tam circa viros religiosos, quam etiam Clericos saeculares [c] suae iurisdictioni subiectos, qui † multa, & grauia crimina committere proponuntur, inquirat, & corrigat, appellatione remota, quae viderit corrigenda: statuens ad reformationem eorum, quod regulare fuerit, & honestum. ¶ Quia tamen intentionis nostrae nec fuit, nec esse debuit [d], iurisdictioni tuae per mandatum huiusmodi derogare: praesentium auctoritate duximus declarandum, quod si in inquisitionibus ab eodem Episcopo, non tanquam delegato [e] sed tanquam ordinario faciendis, aliquis casus emerserit, in quo licitum sit ad sedem metropolitanam appellare [f], praedicti occasione mandati [g], auctoritati tuae, quo minus ad te tanquam ad metropolitanam appellari [h] valeat, noluimus aliquatenus derogare †.

¶ Idem in concilio generali †.

¶ *Praelati subditos corrigunt, & reformant appellatione remota, vel consuetudine non obstante. Si tamen Capitulum consueuit corrigere excessus Canonicorum, si infra terminum ab Episcopo praefigendum non facit, ipse Episcopus hoc faciet. h. d. vsque ad §. caeterum.*

CAP. XIII.

Irrefragabili constitutione sancimus, vt Ecclesiarum Praelati, ad corrigendum subditorum excessus, maxime Clericorum, & reformandos mores prudenter, ac diligenter intendant, † ne sanguis eorum [i], de suis manibus requiratur. ¶ Vt autem correctionis, & reformationis officium libere valeant exercere, decernimus, vt executionem ipsorum, nulla consuetudo [k], vel appellatio ...

¶ Glo. seq. dat tria similia in principio, secundum in fine, medium tractat, quid si ille nolit recipere.

a ¶ *Ac praestare.*] Ecce consilium igitur, & vide simile consilium [b] dat tibi lex. ff. de rei vendi. l. qui destinauerit. sic & in stipulatione illa, quanti ea res commodior est certam summam adijcere, in qua difficile est probare, quanti ea res est. ff. de praeto. sti. l. vlt. §. simile consilium. ¶ de app. c. vlt. & not. quod dicit offerre, ac praestare, quia oblatio sola non sufficit, nisi factum sequatur. ¶ de eo qui mit. in pos. causa rei seruandae c. 1. & hoc intellige, si illi volunt recipere, alias non noceret. ¶ de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. c. 2. sicut non sufficit offerre pecuniam ad interrumpendum cursum vsurarum, nisi deponatur in aede sacra. C. de vsu. accepiam.

Licet in corrigendis] Diuiditur, quia in prima ponit formam rescripti quam secundo declarat ibi, *Quia tamen*. Abbas.

Casvs. Episcopus Parisiensis recepto mādato à dño Papa, vt tā circa regulares quā saeculares clericos suae iurisdictionis, qui multa, & grauia committere dicebātur, inquirat, & corrigat appellatione remota, quae viderit corrigenda, & statuat ad reformationem eorum, quod istud fuerit, & honestum. Occasione huius mādati dicebat Episcopus Parisiensis quod nullus subditus suus à correctione sua ad metropolitanum poterat appellare, cum in mandato suo appellationis remedium sit inhibitum. Archiepiscopus Senonensis metropolitanus eius significauit hoc dño Papae, & ipse rescribit ei dicens, quod licet in corrigendis excessibus appellationis remedium sit inhibitum, nō tamen fuit intentionis Papae, nec ipse debuit iurisdictioni archiepiscopi per mādatū huiusmodi derogare. Vnde si aliquis casus emerserit in inquisitionibus faciendis a dicto Episcopo, nō tanquā delegato, sed tanquam ordinario, in quo licitum sit appellare, non vult Papa derogare auctoritati ipsius archiepiscopi occasione dicti mādati, quominus licitū sit cuilibet, ad ipsum archiepiscopum tanquam ad metropolitanum libere appellare. Not. quod a correctione non est appellandum, nisi modus excedatur. Item non intendit Papa alicui per suum mandatum praeiudicium generare.

¶ Glo. seq. soluit contrarium.

b ¶ *Interclusum.*] ¶ de appel. ad nostram. & c. reprehensibilis. in fi. & c. cū speciali in fi. nec obstat. ¶ de pur. can. c. inter alia quia nō loquitur de correctione, sed de expurgatione, & haec vera sūt, nisi corrigēs modū excedit. 2. q. 6. c. ei q. 3. ab executore. sub illo §. sūt quorum. ¶ de sen. ex. c. Vniuersitatis. & hoc intellige de notoriis excessib. quia in occultis admittitur appellatio. ¶ de app. cū sit Roman. fi. Bes.

¶ Gloss. seq. recit per q. quare clerici non professi, &c.

c ¶ *Saeculares*] Clerici ideo dicuntur saeculares, quia ad modum etiam laicorum [d] qui vere saeculares dicuntur, possunt proprium habere, deinde facere pro sua voluntate, secundum quod habes ¶ de testa. quasi per totum.

d ¶ *Nec esse debuit.*] Ne inde nascantur iniuriae, vnde iura nascuntur. C. Vnde vi. meminerunt. & ¶ de accu. qualiter. & qn. & ¶ de cō fes. cum olim. & ¶ de cen. cum olim. Item per hoc non intendebat aliis praeiudicare. simile ¶ de vsu pallij. ex tuarum. & ¶ de maio. & obed. c. cum inferior & sic videtur, quod semper sit recurrendum ad intentionem scribentis. sic ¶ de praeb. c. vlt. & antepe. & ¶ de offi. dele. super eo. & ff. ne quid in loc. publ. l. 2. §. si quis à principe. & C. de eman. lib. nec auus.

e ¶ *Tanquam delegato.*] Si enim tanquam delegatus, cognosceret, vel inquireret, ad dominum Papam tantum deberet appellari. ¶ de offi. dele. super quonam. §. porro c.

¶ Gl. seq. ponit quatuor exempla.

f ¶ *Appellare.*] Puta quia volebat inquirere sine quo nō praecesserat infamatio. ¶ de accusa. cū oporteat. vel quia admittit testes conspiratores ¶ de re iud. cum l. & A. & ¶ de simo. licet Heli. & c. per tuas. vel si non citat illum, cōtra quem inquiritur ¶ de accu. qualiter. & quando. §. debet vel in aliquo excederet formam inquisitionis. infra eod. proxim. circa princip. infra de accusatio. inquisitionis.

g ¶ *Mandati.*] Quo non delegatum constituit, sed vt ordinarium instruxit: quia per tale mandatum non potest procedere vt delegatus, cum ex eo non habeat delegatam iurisdictionem. ¶ eo. tit. graue. vbi simile fuit mandatum.

h ¶ *Appellari valeat.*] Et ita potest appellari in inquisitione, sicut in correctione à grauamine, scilicet cum modus exceditur. ¶ de sententia ex c. Vniuersitatis. infra de appel. de priore. & c. pro. xi. circa prin.

Irrefragabili.] Haec decret. vsque ad §. Caeterum. habet duo dicta. secundum ibi, *Excessus*. Abb. Sic.

Casvs. In principio statuit concilium, quod praelati ecclesiarum prudenter, ac diligenter intendant circa correctionem, & reformationem subditorum suorum, & praecipue clericorum, ne sanguis eorum de praelatorum manibus requiratur. vt autem liberius correctionis officiū valeant exercere, decernit, quod nulla consuetudo, vel appellatio ipsorum officiū valeat impedire, nisi modus canonicus in talibus excedatur: tamen excessus canonicorum cathedralis Ecclesiae, qui consueuerint corrigi per capitulum ad commonitionem Episcopi infra certum terminum praefigendum ab ipso, per ipsum capitulum corrigantur in illis. in quibus talis fuit consuetudo & si capitulum negligens fuerit, episcopus et tunc Deum habens prae oculis ipsos corrigat appellatione remota.

i ¶ *Ne sanguis eorum.*] Durum verbum est istud pro praelatis negligentibus subditos corrigere. simile ¶ de reg. c. vlt. & ¶ de stat. re. l. cum ad monasterium. §. sit. & ¶ de accu. qualiter. & qn. §. pen. Nec admittitur pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit ¶ de re iu. quamuis. Et eo ipso quod praelatus tacet, consentit. 43. dist. sit rector. & ex eo permittitur securitas delinquendi 83. dist. error. Et facilitas veniae incentiuum tribuit delinquendi. 23. q. 4. est iniusta. Ne ergo sub litorum sanguis de praelatorum manibus requiratur, sequitur Paulum dicentem, *Munda sunt manus meae a sanguine omnium vestrum* 43. dist. Ephesis.

k ¶ *Nulla consuetudo.*] Quia nō praescribitur cōtra epm in talib. ¶ de praescr. cum ex offic. & cōtra obediētiā similiter nō currit praescriptio. ¶ de praescr. cū nō liceat. tū in praejudicium archidiaconi ...

Margin notes:

Si Haec Ver ba iuxta canonicas sanctiones, dicitur sunt in antiquis exemplaribus. † omnibus antiquis ita qui multa & grauia committere ponuntur.

b Scilicet, & qui vult recipere, si potest, ... possessorem lean. Andr. c Concor. l. 2. §. fi. ff. quod cuiusque v. ni. & l. 1. §. idem Pomponius ff. de dona.

d Et ideo quia genus istud minorum est, in quantum religione participat, dicuntur clerici: in quantum laicis, dicuntur saeculares, de sum. tri. c. 2. super ver. commu. secundum Io. Andr. † derogare. † Cap. 7. & c. 1. eo. tit in 4. compil.

e Concord. ten. quem Ba. dicit sing. in l. 2. C. qui pro sua iurisdi. † Quia autem ratione praelati subditorum excessus corrigere debeant, praescripsit conc. Trid. sess. 13. decre. sur. c. 1.

Praelati negligentia est periculosa.

Act. c. 20.

iurisdictionem exercere non debet. j. de exces. prælato. c. 2. nisi ille esset negligens: vt hic dicit de capitulo: tunc enim posset
a ¶ *Vel appellatio.*] Quia à correctione non appellatur. j. *de app. reprehensibilis. in fin. & c. cum speciali in fin. & c. ad nostram.* nisi modum excedat, vt hic dicit. de hoc dictum est s. c. *prox.*

¶ Gl. *seq. soluit obiec. de cre. & de persona. Secundo quærit, an quilibet canonicus sit iudex. ar. negatiuè, & soluit. Tertio obiicit contra deuolutionem iudicandi per tres rationes, quas repetit contra deuolutioni eligēdi. ponit opi. Io. & sol. Fi. reci. per quæstio. an episcopus post terminū requirat capitulū in corrigendo.*

b ¶ *Per capitulū.*] Vel per decanum, vel per alium prælatum de capitulo, si consuetudo est. arg. j. de ap. dilectis. de iure cōi de causa criminali cognoscere debet Episcopus,[a] qui solus ordinarius est. 11. q. 1. de persona & hoc, quod dicit hic de consuetudine est: vnde dicit, consueuerunt. Sed nunquid in illo casu quilibet de capitulo erit iudex canonici illius, contra quem inquiritur? Non videtur, cùm quilibet eorum sit par ei, vel fortè minor illo. Dicas, quòd non: sed quilibet est iudex,[b] sicut est in pluribus delegatis. §. de off. dele. vno delegatorum sicut est in electionibus. s. de elec. quia propter. Sed quomodo deuoluitur potestas iudicandi de capitulo ad Epm, cū Episcopus sit de ipso capitulo tanquam caput. j. *de his, quæ fiunt à præla. sine consen. ca. c. nouit. & c. seq. & j. de ver. sig. cum clerici.* Præterea cum Episcopus sit de capitulo tanquam caput, vt dictum est, si omnes negligentes sunt, ergo ad ipsum Episcopum nō deuoluitur potestas, immò ad metropolitanum, si non omnes sint negligentes: ergo apud illos tantum remanebit illa potestas, sicut in paucis remanet ius eligendi propter vitium aliorum. s. *de elect. bona. & c. congregato.* Præterea si deuoluitur potestas ad Epm, ergo videtur, quòd ille solus possit cognoscere de causis criminalibus aliorum, quod est contra illud. 15. q. 4. *Eps nullius. & 86. dis. si quid verò & j. de accu. qualiter & quando.* eadem est quæstio, qualiter deuoluatur electio à capitulo ad Epm. Ioa. dicebat, quòd vbicunque est Eps de capitulo, & ipse cum aliis est negligens, deuoluitur ius eligendi, vel corrigendi ad metropolitanum: vbique non est de capitulo, & tunc deuoluitur potestas de capitulo ad Epm. j. *de conces. præb. postulasti.* Ego dico, quòd Eps semper est in capitulo tanquam caput, & alij tanquam mēbra. Et dico, quòd de iure cōi ius eligendi simul pertinet ad capitulum & Epm. de hoc dixi s. *de ele. cum Ecclesia Vulterana.* nisi consuetudo sit in cōtrarium: videlicet, quòd solus Eps vbique confert beneficia, vbique capitulū in Ecclesia sua, & secundùm hoc transfertur ius eligendi de vno ad alium. Si verò ius cōe in Ecclesia seruatur: tunc transfertur ius illorū ad Archiepiscopū, & sic intelliguntur omnia iura, quæ faciūt mentionem de tali translatione. Nec videtur rationem habere, quod dicit Ioan. quòd Eps vbique de tali capitulo sit, vbique non: vbique tñ Eps interest electionibus non tanquam Episcopus, sed tanquam canonicus: & est specialis consuetudo in quibusdam Ecclesiis, in quibus Episcopus retinet ius canonicæ, & præter redditus suos percipit aliquid de capitulo: & tūc est in electionibus tāquam canonicus. & sic intelligitur illa decre. postulasti. & tunc simpliciter transfertur potestas ad ipsū Episcopū, nisi malitiā adhibeat: vt dicit ibi. Hoc est verum circa collationem beneficiorum, sed cū Episcopus est negligēs in correctione subditorū, non deuoluitur ius corrigēdi, vel puniendi ad capitulum, sed potius ad Archiepiscopū. 9. q. 3. *cū simus.* quia iurisdictio talis principaliter spectat ad Episcopū, licet de cōsilio eorū, & in eorū præsentia debeat hoc facere c. 15. q. 7. *Episcopus nullius. & 86. dist. si quid verò.* Sed cū ius corrigēdi pertinet ad capitulū in Ecclesia cathedrali de consuetudine, vt hic dicit: cū ipsi de capitulo sunt negligētes, ius trāsfertur ad Episcopū, vt hic habes expressè, & Episcopus postea nihilominus de cōsilio eorudē debet corrigere: quia licet perdiderint ius corrigēdi, nō perdiderūt ius cōe, quo debēt cū Episcopo in talibus interesse. simile. s. *de ele. ne pro defectu.* quia licèt perdāt per negligētiā ius eligēdi actiuè, nō tñ perdūt passiuè: s. *de elec. ne pro defectu.* & si omnes in cā correctionis sūt, tūc nō procederet Eps cū eis. Ber.

CÆTERVM. Iste §. loquitur de cessatione à diuinis. pro qua vide *c. si canonici. 1. & c. quamuis eod. tit. lib. 6. Abbas.*

CASVS. In § isto dicitur quòd si canonici absq. manifesta, & rationabili causa, in cōtēptū Episcopi cessauerint à diuinis, Eps nihilominus celebret in Ecclesia cathedrali, & metropolitanus tanquā delegatus à Papa super hoc ad querelā epi cognita veritate eos taliter corrigat, quòd metu pœnæ talia de cætero nō præsumāt. In fine dicit quòd prælati ecclesiarum hoc statutum ad quæstū pecuniæ vel grauamen aliud non conuertant, sed diligenter obseruent, si canonicam voluerint effugere vltionem. No. quòd prælatus tenetur corrigere subditos, aliàs imputabitur ei. Itē à correctione non appellatur, nisi modus excedatur. Item consuetudo dat iurisdictionem in excessibus corrigendis. Item hic est casus, in quo metropolitanus est iudex subditorum suffraganeorum, sed non iure metropolitico, sed auctoritate huius constitutionis.

pellatione[a] valeat impedire: nisi formam in talibus excesserint, obseruandam. ¶ Excessus tamen Canonicorum cathedralis Ecclesiæ, qui consueuerunt corrigi per Capitulum[b], per ipsum in illis Ecclesiis (quæ talem hactenus consuetudinem habuerunt) ad commonitionem, vel † iussionem Episcopi corrigātur infra terminum competentem ab eo † præfigendum: alioquin ex tunc Episcopus Deum habens præ oculis, ipsos, vt animarum cura requirit, per censurā Ecclesiasticam corrigere non postponat.

¶ *Si Canonici sine manifesta, & rationabili causa (maxime in contēptū Episcopi) cessāt à diuinis: Episcopus cessationem non seruabit, & metropolitanus vice Papæ cognoscet. Hoc dicit.*

¶ Cæterum si Canonici absque manifesta, & rationabili causa (maximè in cōtēptū Episcopi) cessauerint[c] à diuinis: Episcopus, si voluerit, nihilominus celebrèt in Ecclesia cathedrali: & metropolitanus ad querelam ipsius, tāquam super hoc delegatus[d] à nobis, taliter eos per censuram Ecclesiasticam cognita veritate castiget, quòd metu pœnæ[e] talia de cætero non præsumant.

¶ *Prælatus in impositione pœnæ cauere debet à quæstu pecuniæ, & ab omni alio grauamine. Hoc dicit vsque ad finem.*

¶ *Gl. seq. not. alleg. vnā concor. sig. contrarium vnum, & obiicit, & soluit.*

c ¶ *Cessauerint à diuinis.*] Videtur, quòd soli canonici possunt supponere ecclesiam interdicto cum subest causa, cum etiam solus decanus hoc possit. j. *de appel. dilectis.* & sic est contra. j. *de his, quæ fi. à ma. par. c. quæsiuit.* vbi dicitur, quòd requiritur cōsēsus episcopi, & canonicorū. Itē videtur quòd capitulū nō possit suspēdere ecclesiā, quia sic seipsos supponerent interdicto: quod esse non potest, quòd quis suspendat seipsum: quia in proprio facto iudices esse non pñt, nec pñt sibi dicere legem, nec sibi pñt imperare. 22. *dis. nunc autē.* & ff. *de arbi. l. pen.* quod concedit Io. Sed contra credo, si capitulum de consuetudine hoc habet, bene potest ecclesiam supponere interdicto: nec dicuntur seipsos suspendere, vel interdicere, sed Ecclesiam interdicunt, vt diuinum officium non fiat in Ecclesia propter delictum alicuius seu aliquorum, & in alia ecclesia ipsi celebrent: quia seipsos nō interdicunt, nec episcopus eadem ratione posset interdicere Ecclesiam suam cathedralem: quia interdiceret seipsum, sed potest, sicut hoc sæpe contingit de facto: sæpe etiam propter factum ciuium interdicit Ecclesiam, & episcopus cessat ibi à diuinis: sed in aliis Ecclesiis non cessat.

Gl. se. primo reci. per q. qualis sit iurisdictio. Secūdo quærit, obiicit, & sol. & ponit opi. Io. quā reprobat. Tertio obiicit decre. si clericum. & soluit. & circa hoc interserit incidentē quæstionē, quā soluit.

d ¶ *Super hoc delegatus.*] Sic. j. *de hæret. ad abolēdā. in fin.* Et dic, delegatus datus: non enim posset dici illa iurisdictio delegata, cùm non expirat morte delegantis re integra, nec etiā expirat tēpore: est ergo ordinaria, vel quasi auctoritate huius canonis archiepo cōcessa à sede Apostolica. simi. s. *de tr. sl. inter corporalia. ver.* qui vt hic possēt ex canone, &c. & est specialis casus, in quo metropolitanus habet iurisdictionē in subditos suorū suffraganeorū. Sed quare eps nō corrigit excessus istorū in casu isto, sicut in aliis, vt s. dixi? Ratio reddi pōt. quia cū iste excessus sit in psona episcopi cōmissus, siue in odiū suū, ei facta est iniuria. & nemo iniuriā propriā vindicare debet auctoritate propria. 23. q. 4. *inter querelas.* & 9. q. 5. *de accidēdis* & iudex de facto suo esse nō debet. 4. q. 5. c. 1. Io. sic assignauit aliā ronē, quòd episcopus solus nō possit punire aliquos, sed cū canonicis Ecclesiæ 15. q. 7. *episcop. nullius* & 86. *di. si qd verò* & sic sequeret. quòd si canonici essēt rei & iudices, hæc non vr ratio sufficiēs: quia si canonici aliàs excederēt oēs, episcopus bene pōt per se corrigere, & punire illos, & sibi imputent: quia per delictū suū priuati sūt illo iure tūc simile. j. *de ver. sig. abbate. in fi.* si eps solus nō posset corrigere illos, cū oēs excedūt, iā viderētur habere priuilegiū delinquēdi, & sic remanerēt in delicto suo: quòd absurdū esset. Sed quare nō tractat cā ista corā arbitris, cū cano dicat, quòd si eps habeat cā cū clerico suo, corā arbitris debet tractari. 11. q. 1. *si diuitatem clerici aduers.* sed illud cap. loquit *de ciuilib. causis.* Sed in casu illius c. si clericus nollet eligere cōiter arbitros, quis cōpelleret ipsū? episcopus nō: quia nō est iudex in cā sua: archieps nō, quia nō habet iurisdictionē in eū, nisi in certis casibus. s. *c. pastoralis.* & iste non est de illis: quid erit? Credo, quòd licet cā sit epi, ipse episcopus pōt illū cōpellere, vt arbitros eligat cū eo. j. *de app. secūdo requirit. §. 1. & c. cū speciali.* & s. *de offi. dele. suspicionis. §. 1.* sed in casu istius capituli ideo nō eligitur arbiter, quia sic placuit Papæ: vt dicit Io. im. Itē mò ratio alia melior pōt assignari: sic enim in iniuriā & cōtēptum episcopi suspēditur Ecclesia: & sic est cā criminalis, quia hic agit eps de iniuria sibi irrogata: & de cā criminali arbitri cognoscere nō pñt, nec de liberali, vel matrimoniali. j. *de in inte. rest. causa. de §. vl. ff. de arbi. nō distinguemus. §. Iulianus.* & *§. de liberali*

e ¶ *Metu pœnæ.*] Sic enim ferro abscindēda sūt vulnera, quæ fomentorum

a Idem sancitur Conci. Trid. sess. 24. de ref. c. 20.

b Dicit hic Panor. quod de nullo canonico dici potest, quod sit iudex vel coniudex, cùm penes capitulum non penes singulos sit iurisdictio: sed de eis dici possunt verba respōnsiua factum. sicut hi canonicus coniudicat: sicut electio est penes capitulum, & nō singulos: & tamen singuli colligunt. Ioannes And.

c Nisi contra hoc præscripserit de consue. c. 2. Ioan. And.

d Textus dicit maximè in contemptum episcopi. vnde docet hom. quod si placuerit Papa & sufficit sic scriptum esse, ponit esse maximū: quia causa capituli ardua, vnde insurgeret perplexitas, & quod propter arduum esset consilii in capitulo propter suspicionem consilij: vnde debere. Item secundùm Ho. vt ausferatur scandalum. de præscript. c. 2. Ioan. An.

† Alias, & Episcopo.

torum non sentiunt disciplinam. *93. dist. plurimos. in fin. & 16. q. 1. in canonibus. & 5. de ele. cum in cunctis. §. vlt.* & vt alij etiã pœnam finiſem pertimeſcant, & terreantur. *ff. de pœ. capitalium. §. famoſos. & 2. q. 7. quapropter. & j. de ſta. re. ea qua. §. 1.* iuxta illud Horatij in epiſtolis.

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœna.

† *De hoc tractatur infrà de poen. c. licet* vbi videas.

QVoniam.] Sunt duo dicta principalia. Secund. in ibi, *Prohibemus.* Abbas.

CASVS. In multis partibus infra vnam diœceſim, vel ciuitatem permixti ſunt populi diuerſarum linguarum, qui ſub vna fide varios hñt ritus, & mores: ſtatuit concilium, quòd epiſcopi huiuſmodi ciuitatum, eligant viros idoneos, qui ſecundum diuerſitatem linguarũ, diuina illis officia celebrent, & Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrent, inſtruendo eos verbo, & exemplo: præterea prohibet concilium, quòd vna ciuitas non habeat plures epiſcopos, tanquam vnum corpus habẽs plura capita quaſi monſtrũ. Sed ſi neceſſitas propter cauſas prædictas poſtulauerit, epiſcopus loci catholicum præſulem nationibus illis cõformem conſtituat ſibi vicarium, qui ſit ei per omnia obediẽs, & ſubiectus: & ſi aliquis aliter ſe ingerat, nouerit ſe excommunicatum: & ſi non reſipuerit, ab omni Eccleſiaſtico miniſterio deponatur, adhibito (ſi neceſſe fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Not. quòd vnaquæque ciuitas vnam tñ debet habere Pontificem. Item Eccleſia inuocare poteſt, & debet auxilium ſæculare, ſi neceſſe fuerit.

† *Cap. 9. & c. 1. cap. tit. in 4. compil.*

† *Ad intelligentiam huius c. vide, quæ copioſe ſcribit Ludouicus Gomez. in Regula cancellariæ de idiomate. Vbi plurima tradit de linguarum ſimilitudine, & diuerſitate huc ſpectantia.*

† *Alias ut diuerſa habens capita quaſi, &c.*

† *præſules.*

a *Prouideant.*] Suis expenſis. *j. c. proximo.*

b ¶ *Modeſtum.*] *ff. de ſtatu ho. non ſunt liberi ſim. C. de poſth. here. inſti. quod certatũ. in fi. & ff. de verb. ſig. quæret aliquis.* quia vnus tñ debet eſſe imperator, & ſinguli epiſcopi per ſingulas diœceſes. *7. q. 1. in apibus.*

¶ Prouideant itaque diligenter Eccleſiarum prælati, vt hoc ſalutare ſtatutum ad quæſtum † pecuniæ, vel grauamen aliud non conuertant: ſed illud ſtudioſè, ac fideliter exequãtur, ſi canonicam velint effugere vltionem: quoniã ſuper his ſedes Apoſtolica auctore domino attẽtiſſime vigilabit.

¶ Idem in eodem.

¶ *Cùm in ciuitate, vel diœceſi ſunt populi diuerſarum linguarum, Epiſcopus debet prouidere eis per viros idoneos, qui ſecundum varietatem linguarum officia eis celebrẽt, & ſacramenta miniſtrent. Et ſi vrgens eſt neceſſitas, conſtituet ſibi vicarium Pontificem illius linguæ: non tamen propter hoc eadem diœceſis debet habere duos Epiſcopos.*

CAP. XIIII.

QVoniam † in plerisque partibus infra eandem ciuitatem, atque diœceſim, permixti ſunt populi diuerſarum linguarum, habentes ſub vna fide varios ritus, & mores: diſtrictè præcipimus, vt Pontifices huiuſmodi ciuitatum, ſiue diœceſum prouideant [a] viros idoneos, qui ſecundum diuerſitates rituum, & linguarũ, diuina illis officia celebrent, & Eccleſiaſtica ſacramẽta miniſtrent, inſtruendo eos verbo pariter & exemplo. ¶ Prohibemus autem omnino, ne vna, eademque ciuitas, ſiue diœceſis, diuerſos Pontifices habeat, tanquam vnum corpus diuerſa † capita, quaſi monſtrum. [b] ¶ Sed ſi propter prædictas † cãs vrgens neceſſitas poſtulauerit, Pontifex loci catholicum præſulem nationibus illis conformem prouida deliberatione conſtituat ſibi vicarium [c] in prædictis, qui ei per omnia ſit obediens, & ſubiectus.

d Dicit Inn. cuius ratione debeat ſubeſſe diœceſano ſecus ſi alias vocatur ad ſupplendum defectum ſummi. 7. q. 8. pontificer. Ibid. And. b Dicit Hoſt. tamen illas, quæ ſunt ſua lingua. Ioan. And.

c ¶ *Neceſſitas.*] Diſpenſatiuè dictum eſt hoc propter neceſſitatẽ, vt hæc litera probat. & *7. q. 1. non autem. 5. de renun. ad ſupplicationem.* & iſte pontifex ſubiectus eſt diœceſano ratione officij [a], quod exercet in eius diœceſi tanquam vicarius, vt ſequens litera dicit: ſecus in illa decre. ad ſupplicationem.

¶ *Ib. ſeq. quæret. arg. & ſilmit.*

d ¶ *Vicarium.*] Et tñ habebit iſte vicarius ordinariam [b] iuriſdictionem, ſiue poteſtatem. *5. de off. archid. ad hoc. & 25. diſt. perlectis.* vbi archidiaconus eſt vicarius epi, & tamen iuriſdictio ſua ordinaria, eſt perpetua. ſic vi. quòd aliquis, qui non eſt archieps, poteſt habere ſuffraganeum. ſic etiam archieps quandoque eſt ſubditus epo. *5. de renuncia. ad ſupplicationem.* Sed à quo conſecrabitur iſte eps? Rñdeo à ſuo epo. nõ à metropolitano, cũ ei nõ ſubſit. *5. eo. paſtoralis.* adiunctis ſibi duobus vicinis epis, quia aliter conſecrari non debet. *66. diſt. porro. & 5. de tempo. ord. ſi archiep. & c. per epi.* & illi tenentur venire ad aduocationem illius: quia ſibi inuicem mutuum conſilium, & auxilium exhibere tenentur. *j. de treuga. & pace. c. 1. & 11. q. 3. cura.*

e ¶ *Mucrone percuſſum.*] Et ita eſt canon latæ ſententiæ ſicut ille *17. q. 4. ſi quis ſuadente.* licet & ille. *5. de elect. cum in cunctis. & cap. quiſquis* vbi ipſo iure ſunt ſuſpenſi.

f ¶ *Brachio ſæculari.*] Sic *5. eo. c. 1. & 17. de nec licuit. & 23. q. 5. principes.* alias autem niſi clericus ſit incorrigibilis, non eſt implorandum brachium ſæculare, & etiam depoſitum non poteſt laicus punire, niſi ſit incorrigibilis. *j. de iudi. cum non ab homine. & 81. diſt. dictum.* niſi in crimine falſi *j. de cri. fal. ad falſariorum.* & ita vbicunque deficit Eccleſiaſtica poteſtas, recurrendum eſt ad auxilium ſeculare. *11. q. 1. petimus. & 23. q. 5 de ligurribus.* & ſic vna poteſtas per aliam iuuatur. *96. diſt. cum ad verum. & c. ventum eſt. 2. q.* Bernardus.

e Concord. tex. in l. milites. cum gl. & ibi Bart. ff. de re. mil.

† *inſolentia.*

† *Cap. 13. & c. 3. eo. tit. in 4. comp.*

Vnde ſi quis aliter ſe ingeſſerit, excõmunicationis ſe nouerit mucrone percuſſũ [e]: & ſic nec ſi reſipuerit, ab omni miniſterio Eccleſiaſtico deponẽdũ: adhibito (ſi neceſſe fuerit) brachio ſæculari ad tantã inſolentiam † repellendam.

¶ Idem in eodem. †

¶ *Epiſcopi, qui per ſe non poſſunt, tenentur aſſumere idoneos, qui ſuppleant ſuo loco quoad prædicationes, viſitationes, & confeſſionum auditiones: & vt poſſint Epiſcopi reperire tales, præcipit Eccleſiis cathedralib', & collegiatis, tales inſtitui.*

CAP. XV.

INter cætera, quæ ad ſalutem ſpectant populi Chriſtiani, pabulum verbi Dei permaximè ſibi noſcitur eſſe neceſſariũ: quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur: eo quod non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. ¶ Vnde † cũ ſæpe contingat, quod Epi propter occupationes multiplices, vel inualitudines corporales, aut hoſtiles incurſus, ſeu occaſiones alias (ne dicamus defectũ ſciẽtiæ, quod in eis reprobãdum eſt omnino, nec de cætero tolerandum) per ſeipſos [g] non ſufficiunt miniſtrare populo verbum Dei, maxime per amplas diœceſes, & effuſas: generali conſtitutione ſancimus, vt Epiſcopi viros idoneos ad ſanctæ prædicationis [h] officium ſalubriter exequendum aſſumat, potentes in opere, & ſermone: qui plebes ſibi commiſſas vice ipſorum (cum per ſe iidem nequiuerint) ſolicitè viſitantes, eis verbo ædificent, & exemplo: quibus ipſi, cũ indiguerint, congruè neceſſaria [i] ſubminiſtrent †: ne pro neceſſariorum defectu, compellantur deſiſtere ab incœpto.

INter cætera.] In prima exordium. In ſecunda conſt. tutio ibi, *Vnde.* in tertia pœna ibi, *Si quis autẽ.* Ab. Sic.

CASVS. Inter alia, quæ pertinent ad ſalutem populi Chriſtiani, prædicator verbi Dei, cuã plurimùm eſt neceſſarius: quia ſicut corpus materiali cibo nutritur, ita & anima ſpirituali cibo reficitur: ſed epi quãque propter multas occaſiones, & multas cauſas non ſufficiunt miniſtrare populo verbum Dei: vnde ſtatuit concilium, quòd epiſcopi aſſumant viros idoneos ad officiũ prædicationis, qui plebes ſibi commiſſas eorum vice inſtruant, & ædificent verbo, & exemplo, quibus ea, quæ neceſſe fuerint, miniſtrẽtur: ne propter neceſſitatẽ ab officio prædicationis deſiſtant. Vnde præcipit conciliũ, pro tam in cathedralib. Eccleſiis, quàm in aliis conuentualibus viros idoneos debeant ordinare, quos habeant coadiutores, tam in officio prædicationis, quàm in audiendis confeſſionibus, & aliis quæ ad ſalutem pertinent animarum: qui autem hoc adimplere neglexerit, diſtrictè ſubiaceat vltioni. Not. quod epiſcopi debent habere coadiutores, non ſolum in officio prædicationis, ſed in audiendis confeſſionibus & pœnitentiis iniungendis.

Mat. 4. Luc. 4. Deut. 8.

† *Idem tibi. vanit cõcil. Trident. ſeſſ. 5. c. 2. ſub R. 2. decretum de refor. & ſeſſ. 2. de ref. c. 4. cõcordat cõci. Carth. 4. c. 10 & concil. Rhemen. c. 4.*

† *Adde de ho. & quod ſalarium habere dẽt, per Deſt. in l. iuriſperitos. ff. de excu. tu. & in cle. cum ab omni. de vi. & hon. cle.*

d Concilium Latera. ſub Leone x. ſeſſ. 11. in princ. & Conc Trident proxi. quæſitatum.

g ¶ *Per ſeipſos non ſufficiũt.*] Et ideo cũ aliis onera ſua partiri debent. *j. de præſump mandata. & 5. de epi archipreſ. ſingula.*

h ¶ *Prædicationis officium.*] Quod priuilegiatum eſt. *j. de ſta. re. quod Dei timorem.* nec tamen poteſt aliquis prædicare, niſi mittatur [h] authoritate epiſcoporum, vel Apoſtolicæ ſedis. *j. de hær. excommunicamus. §. quia vero.*

ADDITIO. Contrarium ſenſerunt quidam huic. *5. de offic. de leg. c. vlt.* ſed nõ eſt contra. quia ibi loquitur in delegato, qui officium prædicationis ſibi iniunctum committere non poteſt. hic loquitur in ordinario, cuius officium latiùs patet.

i ¶ *Neceſſaria ſubminiſtrent.*] Sic et legatus principis, cũ mittitur in prouincia, de rebus fiſci, vel imperatoris viuere debet. *in auth. vt nulli iudi. §. nulli. col. 9. & in auth. de man. prin. §. illud tamen. coll. 3* licèt ſecus faciant legati domini Papæ. *j. de præſcrip. accedentes. & j. de cenſib. cum inſtantia. & c. procurationes.*

Conquerente

CONquerente.] In prima parte petitio, & contestatio. In secunda sententia ibi, *Nos autem*. Abbas.

CASVS. Procurator monasterij sancti Benedicti montis Subasij conquerebatur, quòd Eps de Assisio diœcesanus ipsius, non contentus iuribus Epalibus in Ecclesiis, & capellis ipsius monasterij, quę debet habere, à quibusdã Ecclesiis exigebat procurationes, quæ ad eas præstandas non sufficiebant. Vnde petebat procurator ipsius monasterij, q Eps specificare illa, quæ competebant eidem in eisdem Ecclesiis ratione iuris Epalis: quibusdam verò specificatis lis fuit legitimè contestata. Dñs Papa visis, & intellectis probationibus & rationibus vtriusque partis, decreuit, quòd Eps habeat canonicam obedientiam, subiectionem, & reuerentiam, & alia, quæ in litera enumerantur, in Ecclesiis, seu capellis diœcesis ipsius ad monasterium ipsum spectantibus: ita quòd cũ ad Ecclesias illas visitandas accesserit, non plus requirat ab illis Ecclesiis nomine procurationis nisi quantum ei poterunt exhibere, pensatis facultatibus earundem, ne amplius aggrauentur in procurationibus quàm cæteræ capellæ eiusdem diœce. & istis iuribus in prędictis Ecclesiis Eps sit cõtentus, nec amplius exigat pręter moderatum auxiliũ, quòd iuxta formam Lateran. concilij duxerit postulandum, si manifesta, & rõnabilis cã extiterit. Not. q generalitas specificanda est. Item procuratio, quæ debetur ratione visitationis, secundũ facultates Ecclesiæ debet dari. Item non ampliùs debet exigi ab vna Ecclesia, quàm exigatur ab aliis, in procurationibus faciendis, & eodem iure quan um ad hoc Ecclesiæ censeri debent.

¶ Vnde præcipimus tam in cathedralibus, quàm in aliis conuentualibus Ecclesiis, viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint coadiutores, & cooperatores habere, nõ solùm in prædicationis officio, verùm etiam in audiendis confessionibus, & pœnitentiis iniungendis, ac cæteris quę ad salutem pertinent animarum. Si quis autem hoc adimplere neglexerit, districtæ subiaceat vltioni.

¶ Honorius tertius Epo Assisinatiñ.

¶ *Episcopus in Ecclesiis diœcesis suæ debet esse contentus iuribus Episcopalibus: & quæ sint iura Episcopalia, declarat.*

CAP. XVI.

COnquerente œconomo monasterij S. Benedicti montis Subasij, nobis innotuit, quòd tu iuribus Episcopalibus non contentus, quæ in Ecclesiis, seu capellis eiusdem monasterij debes habere, à quibusdam earum procurationem exigis: quas ad dandam procurationem minimè sufficere proponebat: petens vt specificares [a], quæ tibi ratione iuris Episcopalis competerent in eisdem: quorum † quibusdam specificatis, lis fuit legitimè contestata.

¶ Nos autem inspectis probationibus, & quæ ab vtraque parte fuere proposita intellectis, Decreuimus, vt in Ecclesiis, seu capellis tuæ diœcesis ad monasterium ipsum spectantibus, habeas canonicam [b] obedientiam, subiectionem, & reuerentiam, institutionẽ, & destitutionem, correctionem & reformationem, ac censuram Ecclesiasticam, iurisdictionem [c] quoque causarum omnium ad forum Ecclesiasticum de iure spectantiũ, pœnitentias [d], & sacrorum omnium, quæ ab Epo sunt recipienda, collationem, synodum, & synodatici †, seu cathedratici nomine duos solidos [e], quartam decimationẽ [f], & mortuariorum [g], visitationem quoque annuam [h]: ita quòd cũ ad eas visitandas [i] accesseris, non ampliùs procurationis nomine requiras ab eis, nisi quantũ (pẽsatis facultatibus [k] earũdem) moderatè poterunt exhibere, ne † plus cæteris [l] capellis eiusdem diœcesis in procurationibus onerẽtur: *& infrà*. Tu autem his iuribus in prælatis Ecclesiis contentus existens, non amplius ab eis exigas, præter moderatum auxiliũ, quod iuxta formam Lateran. concilij [m], si manifesta, & rationabilis causa extiterit, cum charitate postulandum, sicut ab aliis Ecclesiis eiusdem diœcesis, pro necessitate tẽporis sustinemus.

¶ Idẽ Abbati & Conuentui S. Regimij.

¶ *Episcop. visitãs monasteriũ nõ introducat satulares, sed duos, aut tres Canonicos suos cũ aliqb. Religiosis.*

¶ *Gl. seq. recitat per q. ad quid valet specificatio. Secundo obiicit, quod sine specificatione procedat petitio, & soluit.*

a ¶ *Specificare.*] Per talem specificationẽ præcluditur via in posterum litigandi & lites diminuuntur: quod debet facere iudex. *C. de iud. properandum. ff. si cer. pet. quidam. j. de do. & contu. finẽ. & c. venerabilis.* vt sciat, quid debeat pręstare reus, & actor, ac recipere, si obtineat, ne post sententiam alia contentio oriatur. arg. *j. de verb. sign. cum olim. & melius c. cùm inter vos.* Et iudex debet materiam discordiæ amputare. *in Authen. de man. prin. §. deinde. & §. si tibi quoque. coll. 3.* immò iudex ex primo loco si põt, partes ad cõcordiã reuocabit. 90. dist. studendũ. & 5 q. 2. *si primates. & 2. q. vlt. c. si quis membrorum & j. de transact. c. vlt. & ff. de nou. oper. nun. l. 1 §. cum potest.* Sed videtur, quòd sufficeret dixisse: Peto iura Episcopalia in capellis quia vniuersalis petitio est illa, & in talibus non requiritur specificatio, sicut peto rationem administrationis. *j. de rest. spo. cum ad sedẽ. & j. de don. inter de le. Rot. & j. de relig. dom. constituimus.* [a] satis posset admitti talis libellus, cum proponatur pro vniuersitate, nec compellitur quis specificare, nisi quis velit ad cautelam: cum certu sit, quæ sint iura Epalia, sed valet etiam actori, vt sententia magis sit certa. Immò per hãc decre. credo, q specificanda sunt iura Epalia: & si nõ specificentur in libello, intelligitur de his, quæ hic enumerantur per dominum Papam, & de his non poterit quæstio referri, cum sint expressa in iure. In aliis autem singularibus indiciis specificatio fieri debet. *j. de lib. obla. c. penul. & vlt.* vbi de hoc.

b ¶ *Canonicam.*] Hic bene specifi antur iura Episcopalia, & est vtile, quòd in sententiis apponãtur, ne aliqua postea dubitatio oriatur. *arg. j. de verb. signifi. cum inter.*

c ¶ *Iurisdictionem.*] Nam iudex ordinarius est episcopus in sua diœcesi, tam monachorum, quàm aliorum. 11. q. 1. *de persona.*

d ¶ *Pœnitentias.*] Publicas, & aliorum maiorum criminum. *j. de exces. præla. accedentibus.*

e ¶ *Duos solidos.*] Duos solidos petere potest eps à qualibet ecclesia suæ diœcesis nomine cathedratici, præterquam à monasteriis. 10. q. 3. *inter cætera.* Et appellatur cathedraticum, quia pro honore cathedræ datur 10. *qu. 3. placuit.* quandoque appellatur synodaticũ, quia in synodo datur. *j. de censi. olim.* & isti duo solidi dabuntur secundum æstimationem illius monetæ, quæ antiquitus, & ab initio solui consueuit, nisi circa solutionem minoris monetæ, quæ modò est in vsu, sit præscriptum. vt in prædicta decre. olim. siue sit maior moneta in vsu, siue sit minor. *j. de cen. cum ca nonicis. & c. prædicto. olim.*

¶ *Gl. seq. signat cõtrariũ, remittit, & soluit.*

f ¶ *Decimationis.*] Sed videtur, quod perceptio decimarum de iure cõmuni pertinet ad parochiales ecclesias tm̃. *j. de deci. cum in tua. & c. præcedenti.* Sed contra videtur. *j. ẽ dilectorum.* vbi episcopus decimas petebat iure cõmuni debitas sibi solui, & obtinuit. & de hac quarta habes 10. q. 3. *vnio. & 12. quæst. 2. c. vlterana. & cap. nobis & c. concesso.* Quid iuris sit de hoc, dicetur *j. de decimis, cùm contingat.* hanc quartam de consuetudine [b] episcopus percipiebat.

g ¶ *Mortuariorum.*] Quandoque tamen est tertia, quandoque quarta, quandoque medietas. *j. de sepult. certificari.* & c. 1. & 2. & dicitur mortuarium, quod quis relinquit pro anima sua in morte de istis habes. *j. de test. officij.* & *c. requisisti.* & hanc quartam percipiebat episcopus ex consuetudine: & ideo super his duabus quartis necessaria fuit probatio, sed non super iuribus episcopalibus, quæ ipso iure debebantur: sed ista quarta mortuariorum potius pertinet ad ius episcopale: vt *in prædi. c. officij: & c. requisisti.*

¶ *Gl. sequens recit. per obiectionem, & solutionem.*

h ¶ *Annuam.*] Sic semel tantùm in anno potest episcopus visitare ecclesias. 10. q. 1. *decernimus*, & *c. epm.* & *c. placuit.* alioqui diceretur, q bis in anno. *j. de cens. cùm venerabilis.* & *j. de hæret. excõmunicamus. §. adiicimus.* alibi etiam dicitur, quod visitabit, quotiens necessitas fuerit. 10. q. 1. *regenda* 18 q. 2. *non semel.*

i ¶ *Visitandas.*] Hoc est ordinarium, vt semel tantùm in anno visitet: si tamen fuerit necessitas potest sæpius visitare. *supra de off. arch. mandamus.* quia necessitas legem non habet. *de conse. dist. 1. sicut.* & sibi imputent clerici, qui tales se reddunt, vt totiens debeant visitari.

k ¶ *Facultatibus.*] Iuxta facultates faciendi sunt sumptus. *infra de censi. c. cùm nuper.* & *c. sopita.* ne longi temporis victum breuis hora consumat *j. de cen. cum Apostolus.* & ne ad exterminationem [d] extremæ virtutis Ecclesiæ perducantur. 10. q. 3. *inter cætera* & *c. illud.*

l ¶ *Cæteris.*] Quia cùm ipsi episcopo eodem communi iure cum aliis capellis subsint, eodem iure debent censeri. 11 q. 2. *cognouimus*, & *j. de decimis. cum in tua.* & dignum est, vt qui similem cum aliis suscipiunt vitam, similem teneant in legibus disciplinam. *j. de sta. re. recolentes.* quia nec debet aliis fieri remissio, aliis autem tribulatio. 25. q. 1. *c. ideo §. his ita. circa finem.*

m ¶ *Lateran. concil.*] *j. de censibus. cum Apostolus.*

† In vno manuscripto ita: quorum quibusdam autem iuribus specificatis bene inde fuit super præmissis lis legitimè contestata. In alio ita, quorum quibusdam specificatis lis fuit sic legitimè contestata.

a Adde de le. Rot. in l. Titia. & ibi Bar. ff. de le. ga. 2 & in l. rei appellation. ff. de ver. sig.

† Synodatici, & cathedratici nomine quod intelligatur copiose explicat Gratianus 10. q. 3. per totum. adde Archi. c. 1. de præben. li. 6. & etiam notat hostiens.

† Aliàs, me.

b Immò dicere. non enim dicitur hic, quod perceptio decimarum spectet ad episcopum: sed quod de decimis perceptis ab ecclesia, recipit quartam partem. quod de iure est infrà de præscri. de quarta, secundum Abb. lo. Ant.

c Vide concilium Trid. sess. 7. de re. c. 8. & cum visitant tanquam sedis Apostolicæ delegati potestatem habent. idem concil. Trident. sess. 24. de ref. c. 10.

d Hoc sump. conc. Late. sub Alex. iij. & quod hic citatur, habetur sub ti. de elec. Sane ... Pontif. c. 4.

Vt autem

VT *iuxta*] Præmittit motiuum prohibitionis. Secundò prohibet ibi, *Firmiter*. Abbas Siculus.

CASVS. Præcipit hic Papa, quod cũ plati exercẽt officiũ visitationis, sæculares secũ non habeant, per quos possit in claustris dissolutionis materia prouenire: sed duos, vel tres de canonicis suis habeat episcopus in decẽti habitu, adiunctis sibi aliquot religiosis. Not. quod in visitationib⁹, quas epi faciunt, nõ debẽt interesse sæculares, sed poti⁹ regulares.

CAP. XVII.

VT iuxta: *& infrà*. Attendentes igitur, quod indecens est, vt Remeñ. Archiepiscopo in monasterio vestro visitationis officium exercente, sæculares [a] † intersint, per quos possit in claustro dissolutionis materia prouenire. ¶ Firmiter inhibemus, vt nullos de cætero sæculares in Capitulum (nisi duos, vel tres de canonicis Ecclesiæ [b] suæ, in decenti habitu [c], aliis, † quos † expedire viderit, religiosis adiunctis [d]) secum visitationis tempore introducat †.

¶ Idem Episcopo Baioc. & Archidiacono Rothom.

¶ *Lex diœcesana, & lex iurisdictionis sunt diuersa: vnde res iudicata in vna, non obstat agenti in alia.*

CAP. XVIII.

DIlectus filius Abbas monasterij Rothomageñ. nobis exposuit quòd tertia pars emendarum, quas homines quinque parochiarum pro suis excessibus soluere compelluntur, ad suum spectat monasterium ab antiquo [e]: *& infra*: Cùmque Innocent. Papa præd. noster vobis dederit in mandatis, vt auditis hincinde propositis, causam remitteritis ad eum sufficienter instructam: dictus Episcopus processum vestrum diutius impediuit, occasione cuiusdam sententiæ, quæ super quibusdam Ecclesiis, quoad legem diœcesanam, promulgata extitit pro eodem. Vnde præfatus Abbas nobis humiliter supplicauit, vt cùm citatio, causarum examinatio, & decisio, † ac emendæ, ad legem iurisdictionis pertinere noscantur, non sineremus sententiæ memoratæ prætextu, negotij processum vlterius impediri. ¶ Cum igitur prædicta de lege iurisdictionis [f] existant, mandamus, quatenus huiusmodi sententia non obstante, procedatis in negotio iuxta traditam vobis formam.

¶ Gregorius nonus Episcopo Suañ.

¶ *Per rescriptum, quo Papa mãdat ordinario, vt corrigat clericos suæ diœcesis, non datur ei iurisdictio super exemptos.*

CAP. XIX.

GRaue gerimus, quòd † cum in Ecclesiam sanctæ Mariæ de Orbitello, & quasdam alias † in tua diœcesi existentes ad monasterium sancti Anastasij de vrbe spectantes, nullam iurisdictionem habeas ordinariam, aut etiam delegatam †,

a ¶ *Sæculares*] Quia etiam cohabitare, & coniungi non possunt, quibus studia sunt diuersa. 16. q. 7. *in noua*. & opp. ideo laici infesti sunt clericis. 2. q. 7. *laicos*. & sine strepitu iudiciorum talia fieri dẽt. j. de accu. olim. [a] ad clericos sæculares tantũ refertur, qđ dicit, sæculares: quia de laicis nõ est dubiũ, quia in talibus interesse non debent, vel de facto ducebant laicos.

b ¶ *Ecclesiæ*] Cũ quibus hoc facere debet. 86. d. *si quid vero* 15. qu. 7. *epi nullius*. j. *de accu. qualiter & quando*.

c ¶ *Habitu*] j. *de vi. & hone. cleri. clerici*. 21. q. 4. *per totum*.

d ¶ *Adiunctis*.] Qui sunt in huiusmodi officiis exercitati. j. *de sta. reg. qđ in singulis*. Ber.

DIlectus] In prima ponitur partis cõquestio. In secũda Papæ prouisio ibi, *Cùm igitur*. Abb. Sic.

CASVS. Inter abbatem monasterij Rothomageñ. ex vna parte, & episcopũ Veneteñ. ex altera, quæstio super quibusdam quæstionibus vertebatur: dicebat abbas, quod tertia pars emendarum, quas homines quandoque parochiarum pro suis excessibus soluere compelluntur ad suũ spectat monasteriũ ab antiquo, & quod orta quæstione ecclesiastica inter homines dictarum parochiarũ, citatio pertinebat ad ipsum abbatẽ, sed examinatio, & decisio quæstionis ad episcopũ Veneteñ. & ad ipsum abbatẽ cõmuniter pertinebant. Sed episcopus super his, & super emendis inquietabãt abbatẽ: super his de cõsensu partium literæ fuerunt impetratæ à D. Innoc ad istos iudices: per quas mandatur eisdem, vt auditis hinc & inde propositis, causam sufficienter instructam remitterẽt ad Apo. sedem, coram quibus dictus episcopus processum istorũ iudicũ impediebat, occasione cuiusdã sententiæ latæ super quibusdã Ecclesiis, quoad legẽ diœcesanã pro ipso episcopo: sed quia iudices nõ procedebant, supplicauit præfatus abbas D. Papæ Honorio, vt cũ citatio causarũ, examinatio, decisio, & emendæ, ad legẽ iurisdictionis pertineant, occasione sententiæ supradictæ non permitteret impediri processum iudicum prædictorum: super his scribit Honorius prædictis iudicibus, mandans, quod cùm prædicta de lege iurisdictionis existant, quatenus non obstante huiusmodi sententia procedant in negotio iuxta traditam sibi formam. Not. quod alia est sententia lata quoad legem diœcesanam, & alia lata quoad legem iurisdictionis cùm vna alij non obstat.

¶ *Glossa sequens ponit partem casus*.

e ¶ *Ab antiquo*] Dicebat abbas, quòd orta ecclesiastica quæstione inter homines ipsarũ parochiarũ, citatio pertinebat ad ipsum: sed examinatio, & decisio quæstionis ad episcopũ Veneteñ. & ad ipsum communiter pertinebant, sed episcopus super his inquietabat abbatem, & super emendis: vndique de communi consensu partium literæ fuerunt impetratæ ad istos iudices.

¶ *Glo. seq. distinguit legem diœcesanam, & iurisdictionis, & quid spectet ad vtranque. distinguit etiam inter monasteria, & seculares Ecclesias, & monasteriorum capellas*.

f ¶ *De lege iurisdictionis*.] Not. hic differẽtiã inter legẽ iurisdictionis, & legẽ diœcesanam: in quibus legibus cõsistit totum ius, & potestas epõrum. Ad legẽ enim iurisdictionis pertinent ista, de quibus hic contendebatur: datio curæ animarum, delictorũ coërctio, [b] ordinatio ecclesiarum, siue consecratio altarium, & virginum, confectio chrismatis, & generaliter omniũ sacramentorũ, & ordinũ collatio: quæ consistunt in dando: & alia plura, & similia, quæ enumerantur. s. eo. c. 3. & c. *conquerente*. & incipiunt ibi Habeas canonicam obedientiam, &c. vsque ad verbum synodũ: in quo verbo incipit enumerare quædam, quæ pertinent ad legẽ diœcesanam. Ad legem verò diœcesanam spectat vocatio ad synodũ, & ad sepulturas mortuorũ, cathedraticum, tertia, vel quarta mortuariorũ, quarta decimarũ. De istis duabus quartis dic, vt no. s. *eod. tit. conquerente. in no. quinque hospitiũ*. & consimilia, quæ consistunt in recipiendo. quinque tñ lex diœcesana cõphẽdit legẽ iurisdictionis. j. *de præs. c. auditis. & s. eo. conquerẽte*. dicas ergo, quod omnia monasteria ipso iure in fauorem religionis exempta sunt à lege diœcesan. 10. q. 1. c. 1 q. 4. *inter cætera*. & 16 q. 2. *cum pro vtilitate*. & 18. q. 2. *quam sit*. & c. *vlti*. & 16. q. 1. placuit ab huiusmodi superius enumeratis. & c. *proxi*. ad legem diœcesanam spectantibus libera sunt omnia monasteria: nec ad talia facienda cogi possunt. 18. *quæstio 2. quàm sit*. à lege verò iurisdictionis non sunt exempta: nisi speciali priuilegio sint munita, sed omnia monasteria sua in diœcesi constituta subsunt episcopo quoad legem iurisdictionis. 18. q. 2. *hac tãtũ monasteria. & c. cognouimus*. 10. q. 1 *interdicimus*. sæculares verò Ecclesiæ subsunt episcopo quantum ad vtramque legem. 16. q. 1. *de his & c. antiquos*. præstant tamen monasteria episcopo seruitium ex prima constitutione. 18. q. 2. *Eleutherius*. & etiam ratione visitationis. j. *de præscr. cum ex officii*. Vel quod ex consuetudine. 18. q. 2. *seruitium. & 1. q. 3. quæsita in fi*. capellæ verò monasteriorum, seu regularium subsunt episcopo quantum ad vtranque legem. s. *eo. conquerente* 16 *qu*. 2 *sane & j. de priui. cum & plantare. §. in Ecclesiis*. nisi pleno iure subsint monasterio. j. *de priui. quoniam per confessionem*. Capellæ verò monasteriorum exemptorum episcopo, sicut & aliorum capellæ: nisi exempta sint monasteria cũ capellis suis. j. *de priui. ex ore. in fi*. vnde ratione capellarum ad synodum venire tenentur: vbi tamen & abbas ad synodum venire tenetur. j. *de maio. & obed. quod super. &* 18. q. *abbates*. & hoc intelligas de his, qui populum habent. & sic non contradicit illa palea. 18. *d. episcopus & 18. q. 2. § vlt*. Quare non contradicunt? quia illa intelliguntur de his, qui populum non habent. Sic ergo ex hac litera patet, quòd sententia lata super his, quæ spectant ad legem diœcesanam, non tangit ea, quæ pertinent ad legem iurisdictionis, & sic sententia lata pro vno, non obstat in alio, cùm sint penitus diuersa.

GRaue gerimus.] In prima ponitur quæstio. In secunda prouisio ibi, *Mandamus*.

CASVS. Quidam episcopus recepit mandatum à D. Papa Greg. super correctione clericorum suæ diœce & ciuitatis: occasione istius mandati episcopus tulit sententiam interdicti in Ecclesia S. Mariæ de Orbitello, & quasdam alias existentes in diœcesi ipsius episcopi pertinentes ad monasterium S. Anastasij de vrbe, & suspensionis sententiã in clericos earundẽ abbas cõquestus fuit super hoc domino Papæ cum ipse paratus esset corrigere cũctos dictarũ Ecclesiarũ. mãdat Papa dicto episcopo, quod cùm in dictas Ecclesias nullã habeat iurisdictionẽ ordinariã, vel delegatam, occasione prædicti mãdati, quatenus si ita est, prudẽter corrigat, quæ minùs prouidè attentauit, & prædictas sñias sine difficultate relaxet. No. quòd Papa per literas suas non intendit præiudicium generare.

† *Aliàs ita: sæculares intersint persona*.

† *Aliàs ita: viris aliis. Aliàs ita: vel aliis*.

† *Quos, in vetustioribus exemplaribus legitur, quod*.

† *Adde, quod tales introducens debet illorum vti consilio. l. quid tamen & ibi Bar. §. si arbiter. ff. de arbit.*

a *Et quia visitatores inquirere debent de his quæ secreto committuntur. & sic sunt corrigenda secreto. 3 q. 2. si peccauerit. Ioan. And.*

b *Item causas audire, & omnia, quæ circa iudicium aguntur, expedire, visitare, corrigere, suspendere, interdicere, statuta facere, inquirere tam de vita clericorum, quàm de officiis, & statu ecclesiarum secundùm Ioan. And.*

† *in manus. ita decisio earum.*

c *Innoc. hic dicit hoc videri mirabile dictum, quod collatio sacramentorum sit de lege iurisdictionis: probat tamen in c. interdicimus. 16. q. 1. quod id arctat monachos. Ioan. And.*

† *In pluribus antiquis ita: quod cum in sancta Maria de Orbitello, & quasdam alias ecclesias existentes in tua, &c.*

† *ecclesiae.*

† *Quia hodie possunt episcopi circa visitandos, & corrigendos monachos, statuit concil. Triden. sessio. 21. de reformatio. c. 8.*

¶ *Glo. seq. elicit tria argumenta.*

a ¶ *Literarum.*] Arg. habes hic, per generale mandatum posterius concessum priori speciali, s. priuilegio exemptionis non derogatur. quia de illo in generali mentio non habetur. Item ar. quod commune ius non tollit priuilegium.ª Item Ecclesiæ sunt exemptæ à iurisdictione Episcopi, & literæ super correctione clericorum secundum ius commune obtentæ nõ derogãt priuilegio exemptionis. simile. s. *de rescrip. cũ ordinẽ.* Item arg. quòd Papa per literas suas iuri aliorũ præiudicare non intendit. s. *de off. deleg. super eod.* & s. *de autto. & vsu pal. ex parte.* simile habes. s. *eo. licet.* & per has literas debebat procedere tanquam ordinarius, non tanquam delegatus. simile habes s. *eo. tit. licet.* Ber.

a *Concor. l. fistulam. §. s. cum gl. fi. ff. de ser. ru. prædio. cũ not. & in l. parietem. eo. tit.*

occasione literarum ª nostrarum, quas super correctione Clericorum tibi transmisimus, in eas interdicti, ac in Clericos earundem suspensionis sententias promulgasti: quanquam Abbas eiusdem monasterij eos corrigere ᵇ sit paratus: & infrà. ¶ Mandamus, quatenus si est ita ᶜ, prudenter corrigens per teipsum ᵈ, quæ minùs prouidè attentasti, prædictas sententias sine difficultate relaxes ᵉ.

¶ Idem.

¶ *Ordinarius, cui competit absoluere ab excommunicatione, potest aliis absolutionem demandare.*

CAP. XX.

His, quibus ex officio ᶠ in certis casibus ᵍ competit illos absoluere, qui pro violenta manuum iniectione incidunt in canonem sententiæ promulgatæ, licet aliis huiusmodi absolutionem committere, cùm viderint expedire.

TITULUS XXXII.

De officio Iudicis.

¶ Honorius tertius Archiepiscopo † sancti Leonardi, & Abbati Salernitano.

b ¶ *Corrigere sit paratus.*] Maximè: quoniã si ille nõ corrigeret illos, propter negligentiam Abbatis, vel Prælati, nõ transfertur potestas corrigendi ad Episcopum, cum non sit ordinarius illorum, nec in eos aliquam habet iurisdictionem. *arg.* s. *de sup. negli. præla. sicut.* sed habet locum istud, cùm abbas subest Episcopo: quia tunc si Abbas negligens esset, tũc demũ Episcopus potest illos corrigere. s. *e. tit. quanto. & irrefragabili. &* 9. q. 3. *cùm simus. &* j. *de conces. præben. nulla.* & *infra de appel.* r.

† *Concilium Triden. sess. 14. c. 7. de casuum reseruatione. & sess. 24. de ref. c. 6.*

† *In duobus vetustissimis codicibus ita: Archiepiscopo Salernitan. & Abbati Sancti Leonardi. in cæteris ita: Archiepiscopo, & Sancti Leonardo Abbati Salernitano. in vno pro, Salernitano, legitur, Salomitano.*

c ¶ *Si est ita*] Per hanc clausulam, si est ita, huic cognitio non demandatur, quia de facto suo certus esse debebat. s. *de rescrip. ab excommunicato.*

¶ *Glo. seq. allegat 4. concor. & vnum contrarium.*

d ¶ *Per teipsum.*] Sic ergo debet aliquis emendare, quod perperã gessit, & palliare, quod fecit. j. *de aucto. & vsu pal. nisi specialis. &* j. *de accus. qualiter, &* 9. *&* 25. q. 2. *quod quis commisit.* & idẽ dicit imperator. nõ enim erubescimus corrigere, quæ priùs diximus, nec ab aliis corrigi expectare volumus, vt *in Auth. de mu. in fi.* ᵇ *col. l. 1. colla. 4. Arg. cõtra.* j. *de cle. coniu. c. diuersis fallaciis.*

¶ *Glo. seq. obiicit, & dupliciter soluit, & primam approbat*

e ¶ *Relaxes*] Et sic videtur, quòd sententiæ latæ tenuerũt, sed cõtradicit litera superior, vbi dicitur: nullam habeas iurisdictionem ordinariam, vel delegatam. & sic videtur, quòd sententia nulla fuerit, & sic debuit dicere: denuncies non tenere: vt s. *de offi. deleg. cũ contingat.* vel dicas, quòd ista sententia absolutionis potiùs ad factum refertur. simile. j. *de test. dilecto.* quia fortè illi abstinuerunt timore talis sententiæ: sed propter obseruationem talis sententiæ nullum ius acquiritur Episcopo. j. *de restit. spol. olim inter.* Et expone, relaxes, id est, relaxatas esse ostendas. sic j. *vt lite non conte. accedens.* 1 si Ecclesiæ illæ ei non subsũt, sñia nõ tenet. j. *de reli. do. cũ dilectus.* Vel posset dici, quòd si Ecclesiæ illæ nõ sunt exẽptæ: iñ Episcopus nõ habet primo loco correctionem, sed Abbas, cui subsunt nullo medio, ad quẽ pertinet correctio principaliter illorũ clericorũ: nec Episcopus potest ei auferre iurisdictionem illam, nisi cùm Abbas fuerit negligens. arg. s. *eo. irrefragabili. & c. quantò.* prout no. s. *eo. pastoralis* & secundũ hoc ponitur propriè hoc verbum, relaxes: quia non debuit Episcopus illos corrigere, quandiu Abbas illos corrigere sit paratus: & ideo dicit, minus prouidè attentasti: sed potius de facto relaxantur, vt dictum est.

b *Dic vt s. bi, & suprà, de elec. nosti. & 55. distinct. pœnitentes. Ioan. And.*

His *quibus.*] Casus. Dicitur in Decre. ista, quòd illi, qui ex officio suo in certis casibus possunt absoluere illos, qui propter violentam iniectionem manuum in clericos inciderunt in sententiam excommunicationis, absolutionem huiusmodi possunt aliis committere, cùm viderint expedire. Not. quòd beneficium absolutionis potest delegari. Bernard.

f ¶ *Ex officio.*] Scilicet ordinario.

¶ *Glo. seq. quinque ponit exempla, & ad secundum exemplum signat contrarium, & soluit.*

g ¶ *Casibus.*] Primò ex officio legationis. s. *de off. leg. quod translationem. & c. excõicatis. & c. nemini.* Item si cui cõmittatur hoc ex priuilegio: vt Archidiacono Bon. qui ex priuilegio absoluit excõicatos in studio Bon. cõmorantes, vel delinquẽtes ibidẽ. Sed contra hoc est manifestũ arg. quod cõmittere nõ possit. s. *de off. del. c. vlt. §. vlt.* cum ei non competat hoc ex officio, sed ex priuilegio: & sic certum ministerium sibi committitur in hac parte, & huic fortèstãdum est, quòd potest: quia non dicitur illud certum ministerium, cùm illud sibi competat rõne dignitatis, cui concessum fuit priuilegium perpetuum. Item Episcopi in certis casibus põt tales absoluere. j. *de sen. exc. mulieris. & c. de monialibus. & c. quod de his. & c. vlt.* Item abbas absoluit tales j. *de sen. exc. cũ illorum.* Item in articulo mortis põt Episcopi, & sacerdotes tales absoluere. 17. q. 4. si quis suadente. & j. *de sepul. c. vlt.* Et in omnibus personæ superiùs nominatæ, cũ viderint expedire, põt sui et his iure ordinario cõmittere vices suas auctoritate huius canonis. Itẽ intelligo in omnibus aliis excommunicationibus, quòd illi qui ordinario iure, vel delegato à principe possunt absoluere, possunt cõmittere vices suas, cum viderint expedire, dummodo delegatus habeat iurisdictionem, & sic non contradicit. s. *de offi. deleg. c. vlt. in fin.* Bernardus.

¶ *Ad officium Iudicis etiam delegati spectat prouidere Aduocatum parti, quæ non potest habere, & poterit dare domesticum.*

CAP. I.

Ex literis vestris accepimus, quòd cum causam, quæ inter Abbatem, & Conuentum Fossæ Nouæ ex parte vna, & Abbatem, & Conuentum monasterij ʰ Canen. † ex altera, super quibusdam possessionibus monasterij S. Petri de Almaphia † vertebatur: & infrà. Quia pars prædicti monasterij proposuit, quòd habere non poterat Aduocatum, vestrum super hoc implorando ⁱ officium †: tu frater Archiepiscope, eidem de magistro R. Clerico tuo ad exhibendum in causa ipsa patrocinium prouidisti. Verùm frater Stephanus Canen. Monachus proposuit in præiudicium eiusdem monasterij factum esse, eo quòd dictus R. Clericus domesticus tuus erat: & infrà. ¶ Mandamus, quatenus hoc non obstante ᵏ,

† *Canensis. † Fanen. † Amalphia. † Almafi. † Amalfia.*

† *Adde, quod semper est hæc clausula per Bar. in l. Titia amicæ, quæ est singu. ff. de aur. & argen. leg.*

DE OFFICIO IUDICIS.

¶ *Suprà visum est de officio singularum dignitatum, & singulorum iudicum: nũc congruo ordine subiicit indeterminate de quodam officio, quod est ordinario, & delegato commune. Abbas.*

De hac materia habetur. 3. q. 6. c. infames. §. si verò in vno.

Ex *literis*] Communis diuisio. Secunda ibi. *Mandamus.* Ab. Sic Casus. Inter abbatem, & conuentũ monasterij Canẽ. ex vna parte, & conuentum Fossæ Nouæ ex altera, super quibusdã possessionibus quæstio vertebatur corã Archiepiscopo, & abbate sancti Leonardi Salernitan. & corã quibus proposuit procurator monasterij Fossæ Nouæ quod habere nõ poterat aduocatũ. Vnde super hoc eorũ officium implorauit. Archiepiscopus dedit eidem R. clericũ suũ, vt in causa illa suum patrociniũ exhiberet, sed quidam monachus Canẽ. ex e parte proposuit hoc esse factum in præiudicium sui monasterij, eo quòd dictus R. eius clericus, & domesticus existebat: iudices dubitantes, quid iuris esset, significauerunt hoc domino Papæ, & ipse mandat eisdem, quatenus nõ obstante huiusmodi exceptione negotio procedant eodem prauia ratione. Not. quòd familiaris Episcopi potest esse aduocatus in causa coram eo. Item no. quòd aduocatus datur officio iudicis.

h ¶ *Monasterij*] Scilicet, Fossæ Nouæ.

i ¶ *Implorando.*] Et sic patet, quòd ad officiũ iudicis pertinet prouidere partibus de aduocatis, si alias habere non possint. ff. *de off. procon. nec quicquam §. aduocatos. & ff. de postu. l. 1. §. ait prætor.* debet etiam attendere iudex, vt æqua distributio aduocatorum fiat. c C. *de postul. prouidendum. &* 3. q. 7. *c. infames. ver. si verò in vno.* hoc olim obtinuit, quando salaria de publico dabantur: hodie verò quilibet debet sibi prouidere, secũdum quòd melius potest. C. *de iud. properandum. §. illo proculdubio.* pauperibus tamen, & huiusmodi personis debilibus, qui sibi prouidere non possunt, debet prætor de aduocatis consulere, & prouidere. ff. *de postulan. l. 1. §. ait prætor.*

c *Et quid aliquis fit ordo postulantium, ne si honore postulant eum locus detur, mediocres desiderio sua mempro ferantur. ff. de offi. procos. nec quicquam. §. obseruare. Ioan. An.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

k ¶ *Obstante.*] Ex hoc patet, quòd hæc exceptio nõ est admittẽda: Habeo te suspectũ, quia aduocatus alterius partis est clericus tuus, vel cõmensalis, vel familiaris. ar. cõtra. j. *de ap. ex insinuatiõe.* Sed

non est contra: quia ibi non dicit, propter hoc iudex recusari põt vt suspectus, quòd aduocatus sit commẽsalis iudicis: sed dicitur, quòd iudex videbatur fouere latenter partem sui clerici cõmẽsalis, qui erat aduocatus: vnde ex eo sumitur argu. contrarium.

Iudicis officium.] Breue est, & per alia verba potest sic summari: In officio iudicis, ꝙ principaliter loco actionis proponitur, fit litis cõtestatio: secus si non principaliter. h. d. Primò ponit vnum dictum cum exemplo: Secundo aliud ibi, *alias* Abb. Sic.

¶ Parenthesis inclusa desunt in multis manuscriptis.

† Id est, vbi actio deficit.

Casvs. Ecclesia, vel minor, læsa est in aliquo contractu, in quo forma iuris seruata fuit, vel in aliqua sententia, à qua non fuit appellatum, & ita destituti sunt iure cõi: recurrerunt ad officium iudicis per beneficium restitutionis, petit Ecclesia, vel minor, principaliter restitui contra ipsum contractum, vel contra sententiam: quæritur, vtrùm in casu isto debeat litis contestatio fieri? Dicit Papa, quòd vbicunque officium iudicis loco actionis proponitur, puta cum petitur restitutio in integrum: principaliter litis contestatio debet fieri. Si verò incidenter, siue ante ingressum litis, siue post ingressum causæ huiusmodi officium postuletur, potest ad hoc habere recursum sine litis contestatione. No. quòd cum restitutio principaliter postulatur, ordo iuris seruari debet, sicut in quolibet alio iudicio ordinario, nisi certa actio, vel causa proponatur.

† Id est, vel post litem contestatam, vel postquam est in causa conclusum.

in negotio ipso (ratione † præuia) procedatis.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Cùm imploratur officiũ nobile, fit litis cõtestatio, secus in mercenario.*

CAP. II.

Ivdicis[a] officium vbicunque † pro actione proponitur[b], veluti cum restitutio in integrum principaliter postulatur, litis cõtestationem exposcit: alias ante[c], & post ingressum † causæ potest ad hoc sine litis contestatione haberi recursus.

¶ *Glo. seq. ponit quadã exẽpla, quibus imploratur iudicis officiũ.*

a ¶ *Iudicis officiũ.*] Iudicis officium latissimè patet. * *ff. de iur. omn. iudi. l.* 1. Quæ iam ergo sunt, in quibus officium iudicis imploratur, potest enim iudex supplere de iure, quæ aduocatis desunt. vt *C. vt quæ desunt aduo.* iudex sup. l. *vnica* de hoc dixi ꝟ. *de post bona.* Item interrogare debet, quotiens æquitas mouet iudicem. *ff. de interrog. act. l. vbicunque. & 30. q. 5. iudicantem.* etiam postquam est in causa conclusum. ꝟ *de fide instr.* cùm Io. item locum habet officium iudicis in omnibus, quæ contingunt post lit. contest. circa rem petitam, vt in fructibus perceptis post lit. contest. siue dãnum detur in causa: ea enim, quæ post lit. contest. accidunt, valde pertinent ad officium. *ff. de rei ven. non solum & l. sed & si. § 1. Cod. de rei ven. certum & ff. de adil. edict. adiles. § item sciendum.* omnia talia, quæ contingunt post lit. contesta. petuntur officio iudicis, & non iure actionis: illa, quæ contingunt ante lit. contest. specialiter debent peti in libello: & nisi fuerint petita, iudex de illis non pronunciabit: vt *in præ adict. § item sciendum.* Item de dolo, culpa, & negligentia post litem contestatam admissam. *ff. de rei ven. qui petitorio. § 1.* & in multis aliis locum habet iudicis officium: sed hoc officium competit maiori, & minori. & multa possent poni exempla in his, & aliis incidentibus ante lit. contest. & post, in quibus proceditur sine lit. contest. vt ꝟ *c. prox.*

a Vnde dicebat Vin. tantum valere iudicis officium in bonæ fidei contractib' quantũ stipulationem in cõtractibus stricti iuris. ff. de pos. l. Lucius. & vbi deficit lex contractus, iudex facit, quod ex bono, & æquo sibi videtur. Instit. de loca. § pe. *Ioan. And.*

¶ *Glo. seq. primo literam exponit & rationem reddit. Secundo signat contrarium, ponit op. & solu: solutioni obyicit, obiectioni & contrario respondet: demum argu. signat contrarium, remittit, & sol. Et rect. per tres quæst. an etiam delegato competat, & an detur maiori, & an sit personalis vel realis actio.*

b ¶ *Pro actione proponitur.*] Hoc ideò dicit, quia iudicis officium nemini datur, nisi tunc demum, cùm alia actio non superest, nam si cõi auxilio quis munitus est, non debet ei tribui extraordinarium. *ff. de mino. in causa. in prin.*[b] & loco actionis habere. & quia quasi ordinarium est iudicium, cùm principaliter postulatur. sicut in aliis iudiciis debet lit. contestari. *ff. de mino. Papinianus. § vlt.* & istud officium iudicis non perpetuatur per lit. contest. vt ibi dicitur, immò infra certum tps debet terminari, puta si ecclesia esset læsa in aliquo contractu celebrato solẽniter, tũc debet petere directè restitutionem contra illum contractum. Idẽ est de minore si directè petit restitui. Sed contra videtur, ꝙ possit expediri cã restitutionis lit. non contest. Dicit enim lex, ꝙ cã cognita, & præsentibus aduersariis vel si per contumaciam desunt, causæ in integrum restit. perpẽdẽdæ sunt. *ff. de min. in causa § cã. cognita.* Et sic videtur, quòd si altera pars sit cõtumax, ꝙ possit cã expediri. Quid ergo fiet, si est contumax? Istud de facto vidi, & vario modo dicebant sapientes. Quidã dicebãt, ꝙ dãda est restitutio, alij ꝙ non: satis videtur expediri per hanc decr. Dicas ergo, quod altera parte absente per contumaciam, lite non contest. non est facienda restitutio, nec sentẽtia sup hoc pferẽda est, sed debet actor in possessionẽ mitti cã rei seruandæ de illa re, super qua petitur restitutio, simile ꝟ. *de offi. dele. c. in litteris eis.* Si verò lis esset cõtestata, tunc daretur restitutio læsione pbata. Sed per Auth. videtur, ꝙ altera parte absente possit restitutio indulgeri citra litis contestationem. *in Auth. vt sponsal. § hoc aũt. coll. 9. & c. vt heres ab hæred. se abstineat. l. 1. & Authen.* ibi posita intelligitur casu suo speciali tñ. sc. cũ minor vult abstinere se ab hæreditate: & tũc vocãdi sunt creditores, quorũ interest præsentes esse, cũ minor se abstineat, vt videant bona hæreditaria mobilia, & immobilia, vbi debẽt custodiri: & si infra tres menses nõ venerint, licitũ est minori absque periculo abstinere auctoritate iudicis, coram quo illa petitur restitutio: & est ratio, quare proceditur in casu illo lite non cõte. quia minor non petit restitui cõtra aliquẽ, sed cõtra factum suũ: vt ei liceat abstinere ab hæreditate, quã adiuit: quia aliter ei cõsuli nõ potest, nisi se abstineat; & si creditores essent pñtes non fieret contestatio cũ eis, qa cõtra eos non petitur restitutio. Sed cum petitur cõtra aliquem, & ipse est contumax, lite non contestata proceditur per missionẽ in possessionem, vt dixi. & lex illa, in cautæ, § *causa.* intelligitur lite contestata. cũ minor petit restitui cõtra factu suũ, & nõ cõtra aliquẽ. Et quòd sic intelligatur, satis videtur per legẽ, quæ dicit, ꝙ litis cõtestatio in huiuso. restitutionibus est faciẽda, p quam etiã lite cõtestatione nõ pperuatur iudicis officiũ *ff. de mi. Papinianus. § vlt.* Item est hic arg. quòd actio secũdũ canones sit proponenda *ar. contra.* ꝟ *de iud. dilecti* vbi de hoc. vñ expone pro actione, i. loco iuris cõis, & quia ei, qui nullo iure cõi iuuat, datur restitutio in integrum per officium iudicis, & hoc officium quod loco actionis proponitur, competit ordinario principaliter, & incidenter, sed incidenter delegato; vel principaliter, si hoc ei principaliter cõmittatur. *arg.* ꝟ *de in integ. rest. c. pe.* vbi de hoc. Et idem intelligitur, cùm maior restituitur principaliter, qñ alia actio non superest, verbi gratia: aliquis absens fuit cã reipublicæ: præscriptum est contra ipsum, propter eius absentiam debet restitui officio iudicis. *C. ex quib. ca. maio. in integ. rest. l. 1. & 2.* * *ff. eo. tit. per totum.* & officium istud datur fauore rei, siue personæ, & non propter ipsam rem: vnde potest cõputari inter personales actiones, & non inter reales, cum imploratur à minore, vel Ecclesia, & etiam cum postulatur à maiore.

Minor si se ab hæreditate abstinet, vocandi sunt creditores.

† Lib. 12. epi. 15.

† Cap. 1. eod. tit. in 1. cõp. & post concil. Lat. sub Ale. 19. p. 44. c. 2. 1.

† Alias etiam cum vestitus.

e Prima loquitur in illo, qui erat in legatione: secunda in illo, qui de præsidis mandato retinebatur sub custodia militari. Io. And.

¶ *Glo. se. primo exẽplificat. Secundo ar. super exceptione, & c. signat cõtrariũ, & ibi remittit. Tẽi signat aliud cõtrariũ, & ibi remittit.*

c ¶ *Alias ante.*] i. si petatur restitutio non principaliter, sed incidenter, quãque post lit. cõtest. super principali quæ, putà apertis attestationibus, aut etiã postquam sit in ca cõclusum, allegat pars altera, Ecclesia, vel minor, ꝙ amisit necessariam probationẽ: vnde petit se admitti ad probationem omissam officio iudicis. ꝟ *de in integ. rest. auditis,* & hoc fieri põt citra litis conte. & ante ingressum litis, vt si omisit aliquã exceptionẽ, quam non proposuit infra tempus sibi statutum. ꝟ *de exce. pastoralis.* aut si omisit super exceptione ipsa probandã probationem necessariam. Item officio iudicis admittitur, quia interest eius litibus, & suis sibi non vexari. *ff. de mino. minor xxv. annis* & si omisit allegationem. *ff. de mino. minor xxv. annis.* Item est ar. hic, ꝙ super exceptionibus, quæ proponantur ante ingressum litis: vel etiam lite contest. nõ sit necessaria litis cõtest.[d] *ar. cõtra.* ꝟ *de off. dele. prudentiam. § sexta. ver. de hoc.* ꝟ *de appell. interposita. § fi.* in quibus proceditur iure ordinario. & hoc officiũ competit etiam maiori ante lit. conte. & post. Item ar. contra. ꝟ *de appel. significante.* vbi soluitur. Additio. Et expone ante, i. antequam sit in causa conclusum: vel expone ante litis contestatio, exhibito tamen libello post.

d Facit ad hoc l. postquam liti. & ibi Bal. C. de pactis.

b Hæc intelligitur de extraordinario, quod competit ecclesiæ per beneficium restitutionis, vel minori. aliàs in aliis casibus datur iudicis officium, vel competit actio, secundum Gul. in Spe. eo. tit. § 1. vers. Sed opponitur. Io. And.

DE MAIORITATE ET OBEDIEN.

¶ *Quia ministrorũ, & iudicũ, de quibus ꝟ. dictũ est, alij sũt maiores, alij minores, nec aliter posset Ecclesia, seu status vniuersalis consistere, de quo vide pulchrũ tex. in c. ad hæc 89. di. ideo competẽter etiam hic sumitur de ipsorum maioritate, & obedientia impendenda.*

De hac materia tractatur 21. & 22. & 93. & 96. & 99. d. per totũ. 33. q. 5. q. sicut § tinis. vsque ad fi. q. 8. q. 4. & 9. q. 3. c. episcopo. § sola. vsque ad fi. q. 11. q. 3. & fi. vt dictum est ad § cùm ergo. & c. si autem nobis. *& trib. c. seq.* 11. q. 3. & 2. q. 7. admonendi 23. q. 4. duo 22. q. vlt. de forma. 81. d. c. vlt. 23. d. quanquam. de consec. d. 5. in omnibus. 74. dist. episcoporum.

TITVLVS XXXIII.

De maioritate, & obedien.

¶ Gregor. † Augustino Anglorum Epo.

¶ *Prius ordinatus cæteris paribus, prior, & maior habendus est.*

CAP. I.

Cvm † certum: *& infrà.* ¶ Sit honoris ista distinctio, vt ipse prior, & maior[d] habeatur, qui prius excõmunicatis † cõ-

Cum certum.] Breue est. Vel per alia verba potest sic summari: In honoribus reuerentialibus impẽdendis ponderatur cæteris paribus maioritas ex prioritate ordinati. nis. Abbas.

Casvs. Qui priùs ordinatus est maior, & prior sit, qui posterius sunt ordinati, debet haberi. Nota, quòd qui prior est tempore potior est iure.

d ¶ *Maior.*] Nisi posterior ordinatus fuerit à maiore. ꝟ *eod. per tuas.* & *ff. de albo scrib. l. 1. & vlt. & 93. d. c. vlt.*

¶ *Glo.seq.ponit breuiter de priori tempore inducens 7. iura pro, & 7.contra, & soluit.*

a ¶ *Fuerit.*] Arg. qui prior est tempore, prior est iure. 75. *d. ca. Vlt. 7. q. 1.* factus est. 27. q. 2. duobus. 1. *d. c. concilio. §. hinc etiam. & c. Vlt. & Cod. qui potior in pig. haben. diuersis. & l. si in fundum. arg. contra. 74. d. Episcorum. & ff. qui potio. in pign. hab. interdum. & ff. si cer. peta. creditor. arg. contra. ĩ. de iure pa. illud ff. de relig. & sũp. fun. pen. 8. q. 1. licet. ff. qui & a quibus ma. liberi non fi. si quis habens.* quæ etiam facit pro cõtraria parte. Sol. 1. nõ est vera. contraria sunt specialia, & casuali, vt patet per singula contraria.

¶ *Glos. seq. dupliciter exponit literam.*

b ¶ *Actione.*] i. tractatu. sic 16. q. 7. *in nona actione,* id est, tractatu nono die habito. & 16. q. 3 *prima actione.* Vel dic de concordi actione, id est, concordi consensu, vel saltem maioris partis. 95. *d. c. 1. 2. & 3.*

SI *quis Venerit.*] Primò dictũ. Secundò corroborat per vnam auctoritatem ibi, *In lib. reg.* Tertiò per aliam ibi, *Et in concil.* Abbas Siculus.

CASVS. Dicitur in hoc cap. quod si quis fecerit contra decretum sui Episcopi excõmunicãdus est. Not. quòd Epi. possunt facere decretum.

filio; & concordi fuerit[a] actione[b] ordinatus. †

¶ Idem.

¶ *Veniens contra decretum, vel constitutionem Episcopi debet excommunicari.*

CAP. II.

SI † quis venerit contra decretum[c] Episcopi, ab Ecclesia abiiciatur. ¶ In libro Regum legitur: [Qui non obedierit Principi[e] morte[f] moriatur.] Et in concilio Agathen. quod anathematizetur.

¶ Leo Papa †.

¶ *Clericus administratione carens nõ tenetur ad iuramẽtũ obediẽtiæ, vel ad faciendũ scripturã super ea.*

CAP. III.

LEg batur † in literis tuis, quòd frater Atticus † chartulam de obedientiæ sponsione conscripserat, in qua signum prodebatur iniuriæ[g]. Non enim necessarium fuerat, vt † obligaretur scripto, qui obedientiam suam, ipso iam voluntarij aduentus[h] officio comprobabat.

¶ Clemens † Papa tertius.

¶ *Ab omnibus de diœcesi obediendum est Episcopo.*

CAP. IV.

OMnes † Principes[i] † terræ, & cæteros homines, Episcopis obedire, beatus Petrus præcipiebat.

¶ Innocentius iij. Capitulo Herbipolen.

¶ *Non obediens canonicis institutis, incurrit inobedientiæ notam, id est, infamiam.*

CAP. V.

ILlud † Dominus in beato Petro: *& infrà.* ¶ Cùm spiritualia sint temporalibus digniora[k], † & obedientia melior sit quam victima[l], & auscultare[m] magis, quàm adipem arietum offerre: non debuerat Hildesemensis Episcopus pro temporali commodo[n], inobedientiæ notam incurrere, & Apostolicis iussionibus contraire.

¶ Idem illustrissimo † Constantinop. Imperatori.

¶ *Imperiũ non præest sacerdotio, sed subest, & ei obedire tenetur. Vel sic: Episcopus non debet subesse Principibus, sed præesse. h.d. & est multum allegabile.*

CAP. VI.

SOlitæ † benignitatis affectu: *& infrà.* ¶ Mirata est impe-

¶ *Glo. seq. arguit, & excipit.*

c ¶ *Decretum.*] Iustum scilicet: & sic habes, quòd Episcopus potest facere decretum, siue constitutionem[b] in sua diœcesi. *de consec. dist. 3 cap. 1.* Episcopi enim possunt condere canones Episcopales, quia quilibet populus, & quælibet Ecclesia sibi potest constituere aliquod ius. *dist. 1. ius ciuile. & 8. d. quæ contra. & 11. d. catholica. & 12. dist. illa.* sed de maioribus negotiis non possunt aliquid statuere.

d ¶ *Abiiciatur.*] 11. q. 3. *si autem vobis. & c. sequenti.*

¶ *Glo seq. quærit & soluit.*

e ¶ *Principi.*] i. Papæ *de consec. d. 1. corpora.* sicut econuerso imperator vocatur pontifex. 10. *d. de capitulis.* Sed nunquid laici debẽt obedire Papæ? Potest dici, quòd sic, quoad spiritualia. ĩ. *eod. omnes principes. & ĩ. de iud. nouit.* Sic econuerso principi sæculari, id est, imperatori omnes subditi obediant, & clerici qui ab eo recipiunt temporalia. ĩ. *eod. solitæ.*

¶ *Glo seq. quærit, & dupliciter soluit.*

f ¶ *Morte.*] Sed nunquid & Ecclesia punit taliter? Non: sed ostendit quod iudex sæcularis facere debeat. Vel morte, i. æterna: quia peribit propter delictum contumaciæ, nisi pœnituerit. Vel dic, qui non obedierit vllo præcepto. 11. q. 3. *si dominus.* Si est iniustũ, & hoc est manifestum, non obediat, vt ibi *& c. Iulianus.* Si dubiũ esset præceptum principis, propter bonum obedientiæ quod tibi præcipit, faciat 23. q. 2. *quid culpatur in fine.*

LEgebatur.] Potest iste textus intelligi dupliciter. Primò quòd iste frater Atticus scripturam de obedientia præstanda Episcopo nomine proprio scripsit. Secundò potest intelligi, quòd scri. sit nomine alterius. Et non est vis quis intellectus teneatur: sensus enim literæ est, quod clericus non habens curam animarum, non tenetur promittere Episcopo obedientiam per scripturæ confectionem, vel per iuramenti præstationem: sed satis est verbo obedientiam promittere, & hoc intendit litera iuncta gl. Abbas.

CASVS. Quidam electus fuit in prælatum alicuius Ecclesiæ, & confirmatus: quidam frater Atticus nomine, qui absens erat, hoc audiens statim venit & voluit ei facere obedientiam, sed prælatus volebat quod ipse per scripturam obligaretur ad obedientiam præstandam, & seruandam: & sic scripsit, & spopondit frater Atticus: prælatus ipse significauit hoc domino Papæ, qualiter frater Atticus scripserat. Rescribit ei Papa dicens, quòd in literis illis signum prodebatur iniuriæ: quia non fuit necesse vt obligaretur scripto, qui obedientiam suam sponte exhibuit. Not. quòd non est necessarium, vt aliquis se obliget scripto, qui obedientiam voluntarius impendit.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

g ¶ *Iniuriæ.*] Simile. ĩ. *de simo. ex diligenti.* & ĩ. *de reg. iu. indignum.* sufficiebat enim manualem facere obedientiã. ĩ. *eod. his, quæ ar. contra. 3. d. quanquã & ĩ. de iureiur. nullus deinceps Epi.* Et pro. & contra 114 sol. quod dñt contraria intelligitur de illis, qui bus animarũ cura cõmittitur. Quod hic dicit, & in similibus, debet intelligi de clericis inferioribus, qui non sunt cõpellẽdi ad iuramentũ, vel scripturam faciendam, sed solum sufficit, si obedientiam simpliciter repromittãt suis prælatis: vt dicit in nouatione, si. & decret. prædictas, & ibi Bar. nullus episcopus.

¶ *Glo. se. arguit contra superflua. ab c. 4. iura.*

h ¶ *Aduentus officio.*] Simile de pœn. *dist. 1. quem pœnitet.* vbi dicitur, quòd mũdati sunt leprosi, dũ irent coram sacerdotibus se ostendere. Et est hîc argum. pro superfluis resecandis. ĩ. *de exces. præla. cũ ad quorundam. 10. q. 3. quia cognouimus. & ff. de aqua quot. & æsti. l. 1. §. Trebatius ff. vt lega. seu fideicom. hac stipulatio.*

OMnes Principes.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd beatus Petrus præcipit, quòd omnes principes terræ, & omnes homines obedirent Episcopis. No. quod sacerdotium maius est imperio, scilicet in spiritualibus.

¶ *Glo. seq. de duobus mixtim quærit, & soluit.*

i ¶ *Omnes Principes.*] Ergo principes subsunt Episcopis: quod verum est, vt hîc & ĩ. *eo. solitæ.* & 96. *d. duo sunt.* Quid si rex habet multos Episcopos in regno suo, coram quo tractabit spirituales causas suas, vel cui dabit decimas? Causas spirituales tractabit coram illo Episcopo, in cuius territorio habet larem principalem. *C. vbi sena. vel clarissi. l. 2.* decimas prædiales dabit illi Episcopo, in cuius territorio sita sunt prædia. ĩ. *de parochi. significauit.* alias decimas dabit, vbi audit diuinum officium, proportionabiliter diuidendo, si audit in pluribus *ff. ad munic. l. assumptio. Arg. contra. ĩ. de testa. relatum. in fine.* Bernard.

ILlud Dominus. CASVS. Episcopus Hildesemensis vocatus ad aliam sedem Episcopalem, propria auctoritate se ad illam transtulit. Et redargutus, dicebat quòd fecerat pro cõmodo illius Ecclesiæ: quia nisi fortè transisset, Ecclesia illa fuisset passa damnum graue in temporalibus: Papa verò illum hic redarguit: quia propter commodum temporale, non debuit venire contra canones disponentes quod citra licentiam Papæ non debet Episcopus Episcopatum suum dimittere: vt *in c. de transla. præla.* fortè iste Episcopus pro suo commodo proprio se transtulit. Abbas. Not. quod spiritualia sunt temporalibus digniora. Item obedientia præfertur omnibus.

k ¶ *Digniora.*] Quoad quid: quoniam spiritualia sine temporalibus non proficiunt, sicut nec anima sine corpore. 1. *q. 1.* 3. *si quis obiecerit.*

l ¶ *Victima.*] 81. *dist. si qui sunt presbyteri. 32. dist. c. præter hoc. §. Verum.* & 8. *q. 1. sciendum.*

m ¶ *Auscultare.*] i. attendere, & audire mandatum cum effectu.

n ¶ *Commodo.*] Occasione, siue prætextu pietatis non est facienda impietas: vt 1. *q. 1. non est putanda. 14. q. 5. forte argu. & 50. quæstio. 1. nisi*[d].

SOlitæ benignitatis.] Primò ponit admirationem Imperatoris, & auctoritatem, qua mouebatur. Secundò ibi, *Verum.* exponit illam. Tertiò ibi, *Potuisses.* ad declarandã prærogatiuã sacerdotij inducit auctoritate Hiere. Quartò ibi, *Præterea.* auctoritatẽ Gen. Quintò ibi, *Hac aũt.* cõcludit cõtra Imperatorẽ. Sextò ibi, *Nos aũt.* se excusat, quod non increpauit dicẽs, quod increpare poterat: & hæc au-

ctoritas

a De hoc latè Cassaneus in catal. gl. mun. part. 12. consid. 99.

† Vide l. honores. ff. de decurio.

† Ca. 3. & 4. eo. titu. in 1. compil. Burchardus lib. 15. c. 23. Iuo par. 16. c. 24. 1. Reg. 13. Deut. 17.

† Epist. 82. Anastasio Episcopo Thessalonicensi.

† Cap. 2. eo. in compilatione.

† Alias: Atticus.

† quod.

† In Vetustioribus rea: Clemens Papa. Vide tamen hic notas nostras.

b Concor. c. 2. de consti. lib. 6.

c Si quis Epistolam Papam Leonis legerit, restituet hac fortassis interpretabitur.

† Burchardus l. 1. c. 114 Iuo p. 5. c. 224. & c. 5. eo. tit. in 1. compil.

† Alias etiam Omnes principes terræ, i. Pet. 2.

† Cap. 1. eo. tit. in c. 5. compil.

† Facit l. in nouatione, C. de sacro. san. Eccle.

† In manuscriptis etiam illustri Constantinopoli. &c.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cõp.

d Concor. l. actione. §. Labeo. in gl. in verb. eo. tẽpore. ff. pro socio. & l. 1. cum gloss. & ibi Bar. ff. solu. matr.

ctoritatibus comprobat. Septimò ibi, *Verum*. relinquit imperatorem suo iudicio. Abb. Sic.

Casvs. Imperator [a] Constantinopolitanus faciebat patriarcham Constantinop. iuxta pedes suos in parte sinistra sedere: Papa hoc intelligens scripsit ei, quod nõ decebat eũ taliter se habere erga suum Patriarchã, cùm alij Reges, & Principes suis prælatis (vt debẽt) reuerenter assurgant, & eis iuxta se sedem venerabilem assignent: Imperator rescripsit ei dicens, quòd multùm mirabatur, quòd eũ super hoc nisus fuerat increpare, dicens quòd sacerdotium suberat imperio, auctoritate Petri dicentis: *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deũ, siue regi, tanquam præcellenti, siue ducibus, tanquã ab eo missis ad vindictam malorum, laudem verò bonorum.* Rescribit autem Papa sibi, respondendo auctoritati Petri, illam exponens, quòd si personam loquentis, & illorum, ad quos loquebatur, diligenter considerasset, non expressisset taliter intellectum illius auctoritatis: scribebat enim subditis suis, quos ad humilitatem inducebat: nec per hoc voluit subesse sacerdotium: quia secundùm intellectum illius sequeretur, quòd quilibet etiam seruus imperium in sacerdotes accepisset, ex eo qđ ibi dicitur, *omni humanæ creaturæ*: sed nõ negat, quin imperator pſit suis, & illis, qui ab eo temporalia receperũt. Tandem exposita præmissa auctoritate Petri, ostẽdit exemplo Christi sacerdotium præminere regibus, dicto Hieremiæ: *Ecce constitui te super gentes, & regna, &c.* & per auctoritatem Genesis: *Fecit Deus duo magna luminaria, &c.* Dicit enim, quòd si ista bene considerasset, non fecisset taliter patriarcham suũ sedere ad pedes suos: & licet non increpasset eum, poterat tamen rationabiliter increpare: cum ipse super omnes acceperit potestatem in persona Petri, cui dictum fuit à Domino, *Quæcunque ligaueris super, &c.* In fine dicit, quòd imperialis celsitudo discernat, vtrum ad bonum, & vtile inuitauerit imperatoriam excellentiam, cum ipse solummodo ad vtilitatem Ecclesiæ, & terræ Hierosolymitanæ subsidium, ipsum duxerit inuitandum. Bernardus. Not. quòd persona loquentis consideranda est, & eorum, ad quos aliquis loquitur: vim enim locutionis debet quis considerare. Item, Imperator præcellit illis, qui ab eo temporalia recipiũt: sed in spiritualibus pontifex antecellit ipsum. Item Imperator, & alij omnes laici inferiores in clericos non habent potestatem: quia non sunt eius iurisdictioni commissi. Abbat.

a *Hic casus Bernardi est, sed textum melius intelliges, si integram legeris epistolam in operibus Innocentij iij. quam ex hac casus positione.*

† *Aliàs, vis* 1. Pet. c. 2.

† *dicit.*

† *In quibusdam impressis, auferre, legitur, & male, vt ex serie constat: sed videto notas huius loci.*

† *recipiunt.*

† *Concur. se. in l. sancimus. C. de episc. & cleri.*

† *Verbum, Deus duo magna luminaria, deest in antiquis.*

a ¶ *Nisi fuimus, &c. increpare.*] Sed hoc non fecit animo increpandi, sed animo admonendi ex affectu dilectionis. 5. q. 5. *non omnis. & c. non osculatur. & C. de sen. & interlo. om. iud. ex stipulatione simile. 23. q. 5. non putes.*

b ¶ *Subditi.*] *Infra de consi. omnis anima. & 11. quæst. 1. quàm magnum.*

c ¶ *Verum.*] Hic Papa respondet auctoritati Petri inductæ ab imperatore.

rialis sublimitas, quòd te nisi fuimus [a] in nostris literis increpare: Huic autem tuæ admirationi non causam, sed occasionem præbuit, quòd legisti beatum Petrum Apostolorum Principem sic scripsisse: *Subditi [b] estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi, tanquam præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorũ, laudẽ verò bonorũ: & infrà.* ¶ Verum [c] si personam [d] loquentis, & eorum, ad quos loquebatur, ac vim locutionis diligentiùs attendisses, scribentis non expressisses taliter intellectum. Scribebat enim Apostolus subditis suis, & eos ad humilitatis meritum prouocabat: nam si per hoc, quod dixit †, *Subditi estote*, Sacerdotibus voluit imponere iugum subiectionis, & eis prælationis auctoritatem afferre †, quibus eos subiectos esse monebat: sequeretur ex hoc, quòd etiam seruus quilibet in Sacerdotes imperium accepisset, cùm dicatur: *omni humanæ creaturæ.* ¶ Quòd autem sequitur: *Regi tanquam præcellenti*: non negamus quin præcellat Imperator in temporalibus illos duntaxat, qui ab eo suscipiunt [e] † temporalia: sed Pontifex in spiritualibus [f] antecellit: quæ tantò sunt temporalibus digniora, quantò anima præfertur [g] † corpori: licèt non simpliciter dictum fuerit, *Subditi estote*, sed additum fuerit, *propter Deum* [h]: nec purè sit subscriptum, *Regi præcellenti*, sed interpositum forsitan fuit † non sine causa, *tanquam* [i]. Quòd autem sequitur: *ad vindictam malefactorum, laudẽ verò bonorum*: intelligendum non est, quòd Rex, vel Imperator super bonos, & malos gladij acceperit potestatem: sed in eos solummodo qui vtentes gladio, eius sunt iurisdictioni commissi: *& infra.* ¶ Potuisses autem prærogatiuam Sacerdotij ex eo potiùs intelligere, quod dictum est: nõ à quolibet, sed à Deo: non regi, sed Sacerdoti: non † de Regia stirpe, sed de Sacerdotali prosapia descendenti, de Sacerdotibus videlicet, qui erant in Anathot: *Ecce constitui te [k] super gentes, & regna, vt euellas [l], & dissipes: ædifices, & plantes [m]: & infrà.* ¶ Præterea nosse debueras, quòd *Fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cœli, luminare maius [n], vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti*: vtrumque magnum: sed alterum maius. Ad firmamentum igitur cœli, hoc est, vniuersalis Ecclesiæ, fecit Deus duo magna luminaria, id est, duas instituit dignitates, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas. Sed illa, quæ præest diebus, id est, spiritualibus maior est: quæ verò carnalibus, minor: vt quanta est inter [o] solem, & lunam; tanta inter Pontifices, & Reges differentia cognoscatur. ¶ Hæc autem si prudenter attenderet Imperatoria celsitudo, non † faceret, aut permitteret Constantinopolitanum Patriarcham, magnum quidem, & honorabile membrũ Ecclesiæ, iuxta scabellum pedum suorum in sinistra parte sedere: cùm alij Reges, & Principes, Archiepiscopis, & Episcopis suis (sicut debent) reuerenter assurgãt [p], & eis iuxta se venerabilem [q]

d ¶ *Si personam.*] Consideranda est persona loquentis, & cui quis loquitur. 20. *dist.* deinde opponitur. & *j. de cosan. & affin. de infidelibus.* & aliquid probatur ratione personarum colloquentium. *arg. 1. q. 7. didici.*

¶ *Glo. seq. quærit, arguit, soluit, contra solutionem opponit. In additione dat veram solutionem.*

e ¶ *Suscipiunt.*] Nunquid ergo appellabitur ab episcopo ad Imperatorem? Videtur, quòd sic. *j. de for. compe. verum.* tunc enim cognoscit quasi ciuilis iudex. *arg. j. de appel. si duobus.* dico, q̃ sic, nisi cõsuetudo sit contraria. *arg. ad hoc. 18. dist. si episcopus.* Videtur tñ, quòd temporalia penitus essent à iurisdictione Imperatoris separata. 10. *qu. 1. nouerint.* Ioan. [b] Dicas, quòd appellandum est ad archiepiscopum, nisi de consuetudine, vel priuilegio, vel alio iure ad alium sit appellandum. *j. de app. Romana. §. debet.* [*lib. 6. c*]

f ¶ *In spiritualibus.*] 10 *dist. suscipitis. 96. dist. cùm ad verum.*

g ¶ *Prafertur.*] 12. q. 1. *præcipimus. & 24. q. 3. si habes. & 38. dist. sedulo.*

h ¶ *Propter Deum.*] Per quod videtur esse consilium perfectionis, in quo liberum est arbitrium. 14. q. 1. c. *vlt.*

¶ *Glo. seq. arguit. allegat 3. iura in contrariũ vnam legem.*

i ¶ *Tanquam.*] Quod quandoque similitudinem potiùs, quàm veritatem notat: vt illud Euangelij: *Tanquam ad latronem, &c.* nihil enim est simile sibi: vt sit similitudinarium, non expressiuum veritatis. sim. *ff. de pecul. 3. §. si filiusfamilias.* [d] Et est hic arg. quòd nulla dictio debet vacare in rescripto, alioquin frustra membranas occupat. 19. *dist. si Romanorum. argum. ad hoc. 28. q. 1. sic enim. & ff. de vsu. l. 4. argumen. contra. Cod. de fideius. non rectè.*

k ¶ *Constitui te.*] Hic loquitur Dominus Hieremiæ Prophetæ, dans ei potestatem super gentes.

l ¶ *Euellas.*] Vitia scilicet.

m ¶ *Plantes.*] Virtutes.

n ¶ *Maius.*] 96. dist. duo.

o ¶ *Inter solem, & lunam.*] Igitur cùm terra sit septies maior luna, sol autem octies maior terra: restat ergo vt pontificalis dignitas quadragesies [e] septies sit maior Regali dignitate.

Additio. Laurentius hic adducit dictum Ptolemæi. Manifestũ est, quòd magnitudo solis continet magnitudinem terræ centies, & quadragesies septies, & duas medietates eius. Item palam est, quod magnitudo solis cõtinet magnitudinem lunæ septies millies, & septingesies, & quadragesies quater, & insuper eius medietatem. Item dicit, quòd terra continet magnitudinem lunæ trigesies nouies.

Ioannes Andreas dicit: quod ratione non capio, astrologis relinquo.

p ¶ *Assurgant.*] Et inclinent eis: vt 63. *dist. Valentinianus.*

q ¶ *Venerabilem.*] Ex sede enim venerabilis præsumitur: vt suprà de consue. cùm olim.

† *Alodriniæ*

b *Et j. de iure pat. c. vnico. l. 6. Ioan. And.*

Hier. 1.

c *De hoc de deli. puc. c. 2. Ioan. An.*

Gene. 1.

Psal. 135.

† *Hunc spectat concil. Tri. sess. 25. de ref. c. 17.*

d *Si igitur quasi intercessor sermo interuenerit, non rem peculiarem agens nihil obligatur dominus de peculio. Io. And.*

e *Aliàs, quinquagies septies sed de magnitudine solis, & lunæ, & terræ, & quantum vnumquodque eorum reliquo sit maius, vide Ptolemæum li. 5. Almagesti c. 16.*

a ¶ *Non distinguens.*] Nec nos ergo distinguere debemus. 2. q. 5. *consuluisti.* 31. q. 1. *quod si dormierit.* & 35. q. 2. *quas Deus.* & ex. de *translat. inter corporalia.* arg. 22. q. 5. *hoc videtur.* Argu. contra. ff. de *testibus quaesitum.*

b ¶ *Omittamus.*] Dicit se omissurum, quod statim inducit: & est quidam color rhetoricus, qui dicitur praeoccupatio, 8. q. 1. *Moyses* in p.

c ¶ *Quodcumque.*] Qui dicit omnia, nihil excipit. 19 dist. *si Romanorum.* ff. de offi. praesid. l. 3. Bernard.

Ioan 21.

† *Concordat tex.* in extra. *vnam sanctam.* ex. de maio. & obedien.

† *nouissimum.* *Matth.* c. 16.

PEr tuas.] Communis summa. Secundum ibi *Ad quod.* Abb. Sic. Casus. Aliquis recepit ordinem subdiaconatus à domino Papa: quaesitum est à domino Papa, vtrùm per ordinem Subdiaconatus subtrahatur à debita reuerentia sui Episcopi? Respondet Papa, quod & si decens sit, vt illi secundum quod conuenit inter alios subditos, à suo Episcopo deferatur, qui à sede Apo. fuerat ordinatus: propterea tamen ab obedientia Episcopi non absoluitur. Not. quod subdiaconi domini Papae subsunt Episcopis, à quibus habent beneficium. Item fal it regula, quod quos ordinare quis nō potest, nec iudicare potest. Item qui honorem recipit, & onus recepisse intelligitur.

† *In codice Barbatia sic: Verum autem imperatoriam excellentiā ad bonum, & vtile per nostras literas duximus inuitandam. Vtrum igitur tibi iusta suggesserimus, &c.*

¶ *Glo. seq. exponit. Secūdò arg. Tertiò quaeritur ar. pro, & soluit cōtrarium, & opinionem ponit.*

† Cap. 3. eo. tit. in 3. cōp.

d ¶ *Subdiaconatus.*] Eis enim, qui in maiori ordine sunt cōstituti, nō praeferūtur. ff. *de albo scri.* l. 1. & 16. *distinct. c. placuit.* §. *Isidorus.* & meritò est illis deferēdū. caeteris enim nō cōcurrit hac rō priuilegij habenda est. ff. *quod cū eo qui in alie. pot.* l. 3. & est hic argu. pro exēpt. Episcopis, vt in synodo sedeant in meliori loco: quia lex dicit, quod primò scribenda sunt nomina eorum, qui dignitates iudicio principis sunt consecuti. ff. *de albo scriben.* l. vlt. & si isti eligantur ad praelationem, ad onus intelliguntur eligi priuilegio suo non obstante: quia recipiendo honorem, & onus recepisse intelliguntur. ex. *de prab. significatum.* C. *de testi. nullum.* ex. *de renun. ad supplicationem.* C. *de postu. quisquis.* Sed nunquid potest Episcopus talem subdiaconum deponere propter crimen? Arg. est hic, quod sic ex eo quod dicit ab obedientia etiam minimè absoluuntur. sed non credo, tamen cùm instructum debet remittere ad Papam *arg. 3. q. 7. quamuis.* C. *vbi sena. vel clarissi.* l. 1. §. 1. & ex. *de Pastor.* c. a quae op. arg. iste etiam non conuincitur nisi septem testibus. 2. q. 4. *prasul.* Quidam tamen dicunt, quod Episcopus eos deponere debet.

a Vbi non apparet consuetudo municipij, attendatur in subscriptionibus decurionum dignitatis honor.

e ¶ *Absoluuntur.*] Simile est C. *de mur. om. iud.* l. vlt. & quamuis absoluti non sint ab obedientia, eam alias sint praelatis suis: tamē ad superiores eos ordines sine licentia sua promoueri non possunt. ex. *de temp. ord. cum in distribuendis.* & hoc fit propter reuerentiam maiorem, vt manasse tum, vt in *de consecr. dist.* 2. c. vlt.

INter quatuor.] Primò dictum exordium ponitur. Secundò ibi ex petitio, quae continetur ibi *Petitionem.* Tertiò protestatur ibi. *Iustitiam.* Secunda pars subdiuiditur. Nam primò ponit vnam petitionem. Secundò aliam ibi. *Super.*

sedē assignent: & *infrà.* Nos autem & si non increpando scripserimus, potuissemus tamen rationabiliter increpare: & *infrà.* ¶ Nobis autem in beato Petro sunt oues Christi commissae dicente Domino, [Pasce oues meas] non distinguens [a] † inter has oues & alias: vt alienum à suo demonstraret ouili, qui Petrum, & successores ipsius, magistros non recognosceret, & pastores, vt illud tanquam notissimum † omittamus [b], quòd Dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad successores ipsius: [Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in coelis, &c.] nihil excipiens, qui dixit, quodcumque [c]: & *infrà.* ¶ Verùm † autem Imperatoriam excellentiam ad bonum, & vtile, per literas nostras duxerimus inuitandam; vtrùm tibi iusta suggesserimus, & honesta, tua solicitudo discernat: cùm non nisi ad vtilitatem Ecclesiae, & terrae Hierosolymitanae subsidium nos te meminerimus inuitasse.

¶ Idem Episcopo Florēn.

¶ *Ordinatus per Papā, non per hoc eximitur à iurisdictiōe sui Episcopi.*

CAP. VII.

PEr † tuas nobis literas: & *infrà.* ¶ Postulasti per sedis Apostolicae oraculum edoceri, vtrùm quis per ordinē Subdiaconatus [d], à Romano Pontifice susceptum, à debita tibi reuerentia subtrahatur. ¶ Ad quod breuiter rñdemus, quod etsi decens sit, vt illis, quantum cōuenit, à te inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas Apostolica collatione ipsius ordinis honorauit, per eam tamen ab obedientia, quàm aliàs tibi debent, minimè absoluūtur [e].

¶ Idem Constantinopolitano Patriarchae.

¶ *Quando de obedientia, vel subiectione agitur, nihil attentari debet in praeiudicium rei, vel possessoris non citati.*

CAP. VIII.

INter † quatuor: & *infrà.* ¶ Petitionem † contra Ecclesias, quas tibi subiici postulabas, quae priusquàm Constantinopolis ciuitas caperetur [f], Constantinopolitano Patriarchae minimè respondebant, duplici ratione non duximus admittendam. ¶ Iuris namque [g] ratio postulat, vt in eorum praeiudicium [h], quibus eaedem Ecclesiae sunt subiectae, nihil ordinemus de ipsis: cum nec citati [i] sint, nec conuicti, nec per contumaciam se absentent [k]: & *infrà.* ¶ Super obedientia verò, quam vt tibi impendi facere mus, ab Archiepiscopo, & Episcopis regni Cypri similiter postulasti, ferè idem duximus respondendum: cùm & ipsi [l] ante tuam promotionem fuerint † exempti, quando videlicet Constantinopolitana Ecclesia erat inobediens [m], & rebellis: & in eorum absentia [n] circa † statum ipsorum, non debuerimus † aliquid immutare, iustitiam tamen non negabimus tibi, cum eam duxeris postulandam.

¶ Idem.

¶ *Abbates, & Sacerdotes, qui sunt dioecesani Episcopi, ad suam synodum venire, & sibi obedire compelli possunt per censuram Ecclesiasticam.*

Casvs. Ista, quae petebantur per istum patriarcham, fuerant olim subiecta Ecclesiae Constantinopolitanae, sed cum ista Ecclesia laberetur in haeresim, seu schisma, subtraxerunt se ab obedientia Patriarchae, & adhaeserunt Romanae Ecclesiae: demum capta ciuitate Constantinopolitana per fideles populos, & patriarcha ibidem constituto per Ro. Ecclesiam petiit idem patriarcha illas Ecclesias compelli ad obedientiam sibi praestandam Papa aūt petitionem suam duplici ratione non duxit admittendam. Prima, quia ipsi non obediebant patriarchae, antequam ciuitas Constantinopolitana caperetur & sic Ecclesia Constantinopolitana non erat in possessione subiectionis. Secunda rō, quia in praeiudicium illorum, quibus illae Ecclesiae obediebant, cum non fuissent citati, vel conuicti, non debebat aliquid attentari. Nam & infra de patriarcha petebat extra iudicem illas Ecclesias sibi subiici. Et hoc quo ad primam petitionem: respectu verò secundae petitionis litera est in se clara. Abbas.

SVPER. Praeterea petebat patriarcha vt dominus Papa facere sibi impendi obedientiam ab Archiepiscopo, & Episcopis regni Cypri, & Papa fere idē rndet in hac petitione secundum quod in alia, cum ipsi ante promotionem patriarchę exempti extiterant, qn Constantinopolitana Ecclesia erat inobediens, & rebellis. & in eorum absentia circa statum illorum nihil debeat immutari: si verò iustitiam de illis postulaui, audiet ipsum. No. quod cōtra absentē non citatū, non conuictum, vel cōfessū, non est procedendum.

† *Cap. 4. eo. tit. in c. compil. hoc referat c. inter quatuor sup. de elect. vic. pereg. & infra de cleri. non residen.*

† *In omnibus manuscriptis: Petitionem, qua Ecclesias tibi subiici postulabas, &c.*

† *extiterunt.*

† *Aliàs: contra.*

† *debuimus.*

f ¶ *Caperetur.*] A Venetis.

g ¶ *Iuris namque.*] Prima ratio.

h ¶ *Praeiudiciū.*] Nulli enim auferenda est possessio an̄ causae cognitionē, vt 12. q. 5. c. *iam si.* argu. 16. q. 6 *placuit.* 1. q. 3. *volumus.* & §. *vt lit. penden. per totum.* C. *vnde vi si quis in tantā.* C. *si per vim, vel alio modo.* l. 2.

¶ *Glossa seq. notat duo.*

i ¶ *Citati.*] Vnde sententia non tenet, cum citatio non peruenit ad eum, nec fuit publicè proposita. ff. *quae sen. sine app. re, cin.* l. 1. §. *item ex eo edicto.* Et no. quod ille, qui est in possessione obedientiae, conueniendus est, & non subditus, qui praestat obedientiam, & agit pro Ecclesiis, & defendit eas sibi subiectas. ex. *de rel. do. constitutus.* & c. *cum venerabilis.* Item not. quod omnes, quos negotiū tangit, vocandi sunt [b]. vt hic patet: quod si non fiat, non praeiudicatur absenti, nisi fortè sciuerit causam suam agi, & taceat. ex. *de re iud. quamuis.* vbi de hoc.

b *Concor.* l. *fi.* C. *de Auctor.* & l. *adoptio* ff. *de adopt.*

k ¶ *Se absentent.*] Sim. 3. q. 9. c. 3. & *per totū.* & ex. *de rescri. ex parte.* 1. & ex. *de constit. Ecclesia.* non tenet rescriptum, quod praecipit aliquid fieri absente altera parte, & non per contumaciam. C. *vnde vi memineris.* & C. *si per vim. vel alio modo possess.* l. vlt.

l ¶ *Cum & ipsi.*] Prima ratio.

¶ *Glossa sequens obiicit.*

m ¶ *Inobediens.*] Vt, quod hoc licitè potuisset petere. *arg. ex. de elect. quia diligentia.* & ff. *de bo. li. etiam.* §. *si dep. ut.*

n ¶ *Et in eorum absentia.*] Secunda ratio. Bern.

Quid

QVod super.] Primò ponit decisum exordium. Secundò dictum cum inclusa limitatione. dictum est ibi, *Abbates* limitatio ibi, *Dummodo*. Abbas.

CASVS. Abbates quidam, qui vocabantur ad synodū ab episcopo dioecesano, dicebant quod non tenentur ire ad synodū: quæsitum est a Papa quid iuris esset. Rñdet, quod abbates, & sacerdotes subiecti episcopo lege dioecesana, qui ad synodū venire contēnunt per censuram Ecclesiasticam ad synodum venire cogantur, obedientiam & reuerentiam suo episcopo exhibentes, dummodo nihil iniqui statuatur in ipsa. No. quod abbates ad synodum venire debent.

¶ Gloss. seq. obiicit, & soluit.

a ¶ *Dioecesana.*] Sed quare vocitantur abbates ad synodū, cōtra illud quod legitur 18. *dist. episc. &* 16. q. vlt. § *p*. Rñdeo. abbates habētes populū, tenentur venire ad synodū: de quibus loquitur 18. q. 2. *abbat.* sed non habētes populum nō tenētur venire nisi causa rationabilis subsit, vt dī in illa palea. 18 *distin. eps.* vnde Cistercienses quāsi nō essēt exempti, cū nō habēt populum, nō tenentur[a] venire: exēpti enim, qui populum non habent, non tenētur venire. 18. q. 2. *quod sit necessarium in si.* de hoc dictum est. ā. *de off. ord. Auctus.*

b ¶ *Obedientiā.*] Quia index, siue prælatus iurisdictionem suam defendere potest pœnali iudicio. *ff. si quis ius dic. non obtemp. l. 1.*

CVm in Ecclesiis.] Primo narrat facta. Secūdo dat iudices ibi, *Ideóque*. Prima pars facit tres. Nā primo ponitur Pa. æ mādatum. secūdo rebellio. 4. canonicorum, & ipsorum excōicatio ibi, *Cumque*. Tertio ipsorum absolutio, & præceptū eis factum ibi, *Cum igitur*.

CASVS. Significatū fuit dño Papæ, quod canonici Ecclesiarum sanctorum Victoris, & Ioānis in mōte inobediētes erāt suo priori, & in aliis qui plurimum excedebant. Papa verò volens intendere circa reformationem eorum, mandauit canonicis vniuersis, vt priori suo in his, quæ ad Deum pertinent, obedirent. Literis dñi Papæ receptis omnes respōderūt, quòd parati erāt in omnibus obedire exceptis quatuor, qui cōtra priorē se in superbiā erexerunt, quāuis de obediētia præstāda præstitissēt iuramētū. & cū nō possent ad obediētiā reuocari, dictus prior excōicauit eosdē. Tandē petiuerunt absolui ab ipso priore, & ipse præcipit eisdem, vt iurarent parere mandatis ipsius quòd illi facere noluerūt, vñ noluit eos absoluere. Postmodum dicti quatuor ad sedem Apo. accesserunt, cum cōstitisset Papæ de ipsorum contumacia per literas multorum prælatorum, recepto ab eis iuramento secūdum formam Ecclesiæ, istos fecit absolui præcipiens eis sub debito iuramenti, vt ad claustrum redirēt, & suo priori humiliter obedirē: super negotio isto scribit Papa duobus abbatibus, mandans eisdem, quatenus compellāt præfatos canonicos redire ad obedientiā sui prioris & ne de sua malitia valeant gloriari, compellāt eosdem, vt præstent eidem priori iuramentū, quod de parēdo mādatis prioris pro sua absolutione superbè negauerūt si viderint expedire: quod si facere noluerint, de monasterio expellāt. Not. quod priores, & abbates pñt excōicare. Item iuramentum de obedientia à contumacibus potest exigi. Item literis prælatorum creditur in præiudicium aliorum. Item excōicati debent absolui præstito priùs iuramento. Item a periuro iterum exigitur iuramentum. Item qui priori suo, vel abbati suo nō vult obedire, debet expelli de monasterio.

CAP. IX.

QVod † super his: & *infrà*. ¶ Abbates, & Sacerdotes dioecesana[a] tibi lege subditos †, qui ad tuam synodum venire contemnunt: (Dummodo † in ipsa synodo non ducas aliquid statuendum, quod canonicis obuiet institutis) per censuram Ecclesiasticam ad synodum ipsam † venire compellas, & debitam tibi obedientiam[b], & reuerentiam exhibere.

¶ Idem Sancti Stephani, & sancti Proculi Abbatibus Bononiensibus.

¶ *Canonici regulares inobedientes Priori suo, per ipsū excōmunicari possunt: & si fuerint incorrigibiles, de fratrum consortio expelli debent.*

CAP. X.

CVm † in Ecclesiis sancti Victoris, & sancti Ioannis de monte: & *infrà*. ¶ Nos igitur ad reformationē earundē Ecclesiarum diligenti solicitudine intendentes, vniuersis Canonicis dedimus in mandatis, vt Priori suo in his, quæ ad † eum pertinent, obedirent. ¶ Cumq; omnes (quatuor dūtaxat exceptis) se obedire velle cōcorditer respondissent, prædicti quatuor se cōtra Priorem in superbiā erigentes, licet de obedientia suo Priori præstāda præstitissent corporaliter iuramētum: tamen exhibiti iuramenti immemores, suo Priori per omnia restiterunt, & cum pro contumacia sua nequiuissent ad debitam obedientiā reuocari, dictus Prior in eos excommunicationis[d] sententiā promulgauit. ¶ Cū igitur præfati Canonici ad Apostolicam sedem accessissent, per scripturas authenticas[e] † ex multorum testimonio Prælatorum effecti de ipsorum contumacia certiores, recepto[f] secundùm formam Ecclesiæ ab eisdem corporaliter iuramento[f], ipsis fecimus absolutionis beneficium impendi, præcipientes eis sub debito iuramenti, vt ad suum claustrum, de quo exierant, redeuntes, Priori suo secundùm Deum deuotè, ac humiliter obedirent. ¶ Ideóque mandamus, quatenus præfatos Canonicos, vt ad Prioris sui obedientiam reuertantur, per censuram Ecclesiasticam compellatis: & ne de sua possint contumacia [vel malitia †] gloriari, cogatis eos (si videritis expedire) vt iuramentum, quòd de parendo mandatis Prioris, pro absolutionis beneficio impetrando superbè negauerant, humiliter præstare procurent: alioquin eos de fratrum consortio penitus excludatis[g].

¶ Honorius tertius, G. Presbytero Cardinali, & Capitulo sancti Laurentij in Damaso †.

¶ *Presbyteri Clerici capellarū subditarum titulo Cardinalatus, debēt Cardinali obedientiam, & reliqua, de quibus hic. Et vacāte titulo succedit Capitulū illius Ecclesiæ, nisi pro bono pacis aliquid sit exceptū.*

CAP. XI.

HIs, quæ pro Ecclesia sancti Laurentij in Damaso ex parte vna, & capellis tibi subiectis ex altera, super † scrutinio, aliisque articulis fuere proposita, diligenter † auditis, sententiando decreuimus, vt earundem capellarum Presbyteri, & Clerici, Cardinali, qui tunc est in ipsa Ecclesia, & qui † fuerint per tempora, manualem obedientiam[h], & reuerentiam, & honori-

¶ Gloss. seq. notat, & signat contrarium.

c ¶ *Iuramentum.*] Not. quòd regularis suspectus de inobediētia, cogi pōt iurāre obediētiā. *arg. ff. de iud. in omnibus*[b]. *Arg. contra ā. eo. legebatur.*

d ¶ *Excōicationis.*] Et ita prior propter inobedientiam, pōt excōicare subditum suum: sic & electus in abbatem. ī. *de iur. o. sicut.*

¶ Glo. seq. ponit duo argumenta, & primum reprobat.

e ¶ *Authenticas.*] Vī. quod per literas prælatorum cōmuniter, & ita probari pōt probari quod aliquis vir *arg.* 5. q. *vlt. Epiphaniū.* quod non est verū. Itē est arg. hic, quod literis prælatorū credatur in præiudiciū aliorū, cū vtraque veritas ita credatur. ī. *de prob. quoniam contra.* Itē habes hic, quod literæ prælatorū scriptæ dicūtur authēticæ. ut ī. *de fide instru. c. 2. & c. cū dilectus.* ī. *de prob. post cessionem.*

ADDITIO. Certiores. Non reputat probatum quantum ad depositionē, sed quantū ad absolutionem. Itē non agebatur criminaliter secūdū Innocē. Io. Andr.

f ¶ *Iuramēto.*] Not. quod à periuro, & suspecto recipitur de nouo cautio iuratoria[e], quod est cōtra illud 22. q. 5. *paruuli.* & contra illud ī. *de præsum. literas. &* ī. *de cohab. cle. & mu. clericos.* sed illud fit in maiorē confusionem ipsorū, & maius opprobrium, & quia aliam cautionem præstare nō possunt, cum nihil habeant, vt 1. 2. q. 1. *nisi dicatur.*

g ¶ *Excludatis.*] Ecce pœna inobedientium, & nihilominus excōicandi sunt, & ab omnibus euitandi vsque ad satisfactionem. ī. *de regulari. & transeun. c. vlt. in fi.* Ber.

HIs quæ.] Duo sunt dicta secundum ibi, *Quando.* Abbas.

CASVS. Inter Ecclesiam sancti Laurentij in Damaso ex parte vna, & capellas sibi subiectas ex parte altera, quæstio vertebatur super scrutinio, & aliis articulis coram Papa, qui se auditis quæ vtraque pars coram ipso proponere voluerat, sententiando decreuit, vt presbyteri, & clerici earumdem capellarum cardinali, qui tunc erat in ecclesia ipsa, & qui per tempora fuerit, præstēt manualem obedientiam, & reuerentia, & ad Ecclesiam ipsam pro scrutinio, baptismo, & capitulo conueniant temporibus consuetis, & correctionem ipsius cardinalis recipiant, & sententias excōicationis, interdicti, vel suspensionis, quas in eos, & eorum ecclesias contulerit, inuiolabiliter obseruent. Cum verò Ecclesia illa cardinali vacabit, capellani, & clerici supradicti, capitulo ipsius ecclesiæ exhibeant omnia supradicta, excepto quod dictum est de correctione, excommunicatione, ac suspensione ipsorum: quia dominus Papa pro bono pacis, suæ prudentiæ reseruauit. Not. hic, quæ debent capellani, & clerici suis prælatis. Item vacante Ecclesia capitulum exercet vicem prælati.

h ¶ *Obedientia.*] Hic enī patet, qualiter subditi obediētiā[d] facere debeant

Marginal notes:

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cōp.

† *subiectos.*

† *Conc. Trid. sess. 24. de ref. c. 2.*

† *illam.*

† Cap. 2. eo. tit. in 4. cō.

a *Sed vide omnino quid iubeat hodie obseruari concil. Trid. sess. 24. de ref. c. 2.*

† *Aliàs, ad Deum. & pro vtraque littera facit quod no. supra de temp. or. c. ad aures in gl. 1.*

† *Aliàs Cumque.*

† *Idest sigillis authenticis prælatorum sigillatas. quod dic. vt no. in inst. c. 1. & c. cùm dilectus.*

b *Ex iusta causa cogitur quis cauere de eo quod debet in diem, vel sub conditione. Ioan. And.*

† *Hæc duo verba, vel malitia, desunt in antiquis.*

† *In pluribus manuscriptis habetur, Damasco, tam in titulo, quàm in textu, sed male, cum sit titulus vetus, & vat de antiquis Roma.*

c *Concor. tex. in l. 1. & ibi Bar. C. si a. fuer. venditio.*

† *In aliquot vetustissimis exemplaribus ita super scrutinio, aliisque articulis diligenter auditis.*

† *Aliàs ita: diligenter coram nobis auditis.*

† *& qui pro tempore fuerint.*

d *Et contra hanc non currit præscriptio de præscrip. cùm non liceat. & quod bis traditur an sit specialis in cardinalibus. tradunt hic Ium. Host. Io. And.*

debeant sub prælato sine scriptura. 3. eo *legebatur*. & sine iuramento. j. *de iureiurando. nullus*. & c. j. *de resti. spol. olim*. & quandoque per iuramentum, vt c. *nullus*.

ADDITIO. Nisi esset suspectus: vt s. *cit. prox*.

a ¶ *Pro seruitio*: Sic j. *de capel. mon. dilectus*. vbi de hoc in glo. quæ incipit, Sic.

quia & hoc pertinere ad claues. j. *de excess. præla. tua*. & non dicit hic Papa, quòd possit; quia non sexui fœmineo, sed virili traditæ sunt claues regni cælorum: licèt enim beatissima virgo Maria excellentior sit Apostolis vniuersis: non tamen illi, sed illis tradidit claues regni cælorum. j. *de pæ. & re. noua*. nec pôt velare moniales 20. q. 2. *statuimus*.

¶ *Glo. seq. arguit vacante sede, & c. signat contrarium, & soluit*.

b ¶ *Pro bono pacis*] Ergo videtur, quòd de iure cõi vacante[a] Ecclesia prælato trãsferatur potestas ad capitulum, sed pro bono pacis Papa hoc sibi reseruat, cũ omnia alia libere capitulo reseruauerit. & ita vacante † ecclesia capitulũ pôt iudicare, absoluere, & excõicare. j. *de hære. ad abolendam*. & c. *rũ*. & j. c. *cum olim* & c. *os dil. c. Sede*. & 7. q. 1. *pontifices*. & 23. q. 4. *in nomine dñi*. Ex verò, quæ ministerium consecrationis desiderant, facere nõ p̃sumino vocabũt vicinos Ep̃s cũ cautelæ studio: vt in *dicto c. a. pontifices*. Præbẽdas tñ, vel dignitates, vel curã animarũ, quæ pertinent ad id plana, capitulũ vacante Ecclesia conferre nõ pôt: quia nusquã inuenitur, quòd vacantè sede, potestas cõferẽdi beneficia trãsferatur ad capitulũ. j. *ne se. vacã. Arg.* cõtra illud, quod dictũ est, q̃ capitulũ possit absoluere. 11. q. 3. *si quis j. prædãnatur*. Illud verũ est, q̃ si excõicatus à prædecessore nõ sit absolut[9], quòd successor illũ absoluere potest, cum ei succedat in onere, ac in honore. s. *de off. ord. pastoralis*. Sed nõ negatur, quin capitulum possit illum absoluere necessitate exigente: & ita propter periculum animarum hoc permittitur. Et satis potest concedi. arg. huius c. quod capitulum vacante Ecclesia (cùm causa rationabilis subest) potest excommunicare subditos, si fuerint contumaces, & inobedientes. Ber.

a *Vacante Ecclesia per obitum prælati, aut aliàs, ad quẽ transferatur iurisdictio, latè docet Hostiensis in c. ad abolendam. de hæret. vers. sede vacante*.

† *Vacauerit*.

ficentiam omnem exhibeant, & ad Ecclesiam ipsam pro seruitio[a], baptismo, & Capitulo celebrandis, conueniant temporibus consuetis: correctionẽ ipsius Cardinalis recipientes humiliter: & excommunicationis, interdicti, vel suspensionis sententias, quas tulerit in eos, & Ecclesias eorundem inuiolabiliter obseruantes. ¶ Quando autem Ecclesia ipsa Cardinali vacabit †, Capellani, & Clerici memorati, eidem Ecclesiæ reuerenter exhibeant omnia supradicta: excepto quòd de correctione, excommunicatione, & suspensione ipsorum pro bono pacis[b], nostræ prouidentiæ reseruamus.

¶ Idem Abbati S. Michaelis Abradeñ. diœcesis.

¶ *Licèt Abbatissa subditos excommunicare non possit, ipsi tamen sibi obedire tenentur*.

CAP. XII.

Dilecta in Christo filia Abbatissa de Bubrigeñ. † transmissa nobis petitione monstrauit, quòd cùm ipsa plerunque Canonicas suas, & Clericos suæ iurisdictioni[c] subiectos propter inobedientias, & culpas eorum, officio, beneficióq; suspendat: iidem confisi ex eo, quòd eadem Abbatissa eos excommunicare non potest, suspensionem huiusmodi non obseruant, propter quod ipsorum excessus remanẽt incorrecti. ¶ Quocirca mandamus, quatenus dictas Canonicas[d], & Clericos, vt Abbatissæ præfatæ obedientiam, & reuerentiam debitam impendentes, eius salubria[e] monita, & mandata obseruent, Ecclesiastica censura compellàs.

† *Lũburgen*.
† *Neburgẽ*.
† *Quedelburgen*.

¶ Gregorius IX. Patriarchæ Grandeñ.

¶ *Si Metropolitanus à Suffraganeo iuramentum exigit vltra formam statutam à Canone, in eo quod est vltra, Suffraganeus non tenetur*.

CAP. XIII.

CASVS. Monachi de Acra. & P. clericus pro se. & fratre suo habebant controuersiam inter se super ecclesia, & capella d. L. quibus spoliati fuerant à monachis S. clericus procurator monasterij, & prędictus P. pro se, & fratre suo accesserũt ad dominum Papam, procurator, & P. clericus pro se, & fratre suo, cuius erat, quandam fecerunt compositionem, s. quòd dicto P. pro expensis, quas fecerat, tres marchæ argenti soluerentur à monachis, & idem P. liti cederet, & ab infestatione monachorum cessaret: quam compositionem petierunt per dominũ Papã confirmari, sed ipse noluit confirmare: quia illicita erat, tandem Papa monuit illum P. vt, pro se, & fratre suo renũtiaret liti: quod & fecit. & instrumenta, quæ hoc super habebat in manibus domini Papæ resignauit, quæ destinauit monachis, mandans priori & fratribus, vt eidem P. & fratri suo aliquod beneficium assignarent, de quo maius lucrũ haberẽt, quàm de illa illicita pactiõe, sed prior, & monachi acquiescere noluerũt. Propter qđ dictus P. clericus ad dñm Papã redijt, exponens ei omnia supradicta: super hoc mãdat Papa quibusdã iudicib. quatenus moneãt priorem, & monachos, vt p̃fato P. & fratri suo cõpetens beneficiũ cõferant, & assignẽt: quod si non fecerint, si constiterit eis dictos clericos à prædicta Ecclesia, & capella absque ordine iudiciario violenter eiectos, faciant illos sibi restitui, non obstãtibus literis cõfirmationis, quas dicti monachi super hoc impetrasse dicuntur. N. t. quod nulla pactio illicita in spiritualibus facienda est, nec aliquid dandum etiam pro expensis. Item qui renunciat instrumentis, liti renunciare intelligitur.

a ¶ *Dicebat.*] Iste enim, cum esset coniuncta persona, etiam sine mandato audiretur agens pro fratre *ff. de procurato. l. sed & hæ personæ & l. Pomponius. § Vlt. & C. eod. tit. l. exigẽdi. & s. de rescrip. cap. nonnulli.* tamen cauere debet de rato: aliàs non obstet. *C. quibus res iudi. non nocet. l. 1.*

b ¶ *Liti cederet.*] Hæc renunciatio fratri non noceret: licet esset procurator eius, & generalem administrationem haberet *ff. de procurato. mandato generali. & C. eod. tit. si procurator. & C. de transact. l. transactionis.*

c ¶ *Non duximus.*] Infra titulo proxi. statuimus contra, sol. ibi compositio super decimis facta licita est: vt j. *de decimis ca. ex multiplici. & c. nuper.* hic verò simonia expressè committebatur recipiendo pecuniam pro re spirituali, quam renunciauit. Item *arg. contra j. de preben. c. nisi essent* ibi nulla compositio, vel pactio turpis inter partes interuenit, sed iudices pro bono pacis, in quos compromissum fuit, statuerunt, vt ad tempus certa pecunia solueretur: & ideo Papa illam constitutionem ex cã prædicta tolerauit: sed hic pactio turpis inter partes interuenit.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem an auctoritas Papæ purget simoniam, ponit duas opiniones, contra secundam alle. & soluit. deinde opi. distinguendo concordat.*

d ¶ *Illicitæ pactionis speciẽ.*] Quia ius spirituale pro pecunia remissum fuit. Quidã dicũt, quod pactũ valuisset si auctoritas Papæ interuenisset. *arg. ff. de his qui not. infa. l. furti. § qui iussu.* Tan. dixit, quòd propter auctoritatem superioris simonia nõ purgat, ex quo aliquis est simoniacus: si verò cùm ius habeo, dedero tibi pecuniã redimendo vexationem meam, non pecco. *arg. 1. q. 3. quæsitum. & j. de si. no. cap. dilectus.* iuxta illud Apostoli, *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* arg. est tñ contra. s. de simo. Matthæus. Sed ibi data fuit pecunia his, qui ius habebant in electione. Sed videtur, quòd si compositio esset confirmata per Papam, quod excusati fuissent isti fratres, quia Papa habet plenitudinem potestatis, & potest supra eius dispẽsare. j. *de conces. preben. c. proposuit.* & de eo quod non est ius, facit ius. 3. *quæst. 6. hoc quippe.* Itẽ ipse naturam rei immutare potest. *Cod. de rei vxo. act. l. 1. in princip.* potest dici, quòd in his quę in sui natura simoniaca sunt in veteri testamento, vt vendere sacramenta, & huiusmodi spiritualia, ibi non excusat auctoritas Papæ: & secundum hoc intellige, quod dixit Tãc. in his verò, quę per cõstitutionem Ecclesiæ simoniam inducunt, excusaret auctoritas Papæ, quia potest dispensare in talibus.

ADDITIO. Et de hoc dicitur. s. *de offi. deleg. ex parte.*

e ¶ *Resignauit.*] Ad cautelam, & ex superfluo, quoniam facta renuntiatione ipso iure irrita sunt instrumenta *Cod. de condi. ex le. l. dissolutè. & infrà titu. proxim. c. 1.* & aduersarius potest illa petere. *C. ad exhi. l. Vlt.*

¶ *Gloss. seq. signat contrarium. ponit opi. de nouo soluit. In fin. quærit, arg. negatiuè, contrarium soluit.*

f ¶ *Restitui faciatis.*] *Arg. contra 7. qu. 1. quã periculosum.* vbi habes quòd Esau recipere postea non potuit, quod semel cessit. Potest dici, quòd non tenuit renuntiatio, cùm essent eo tẽpore spoliati. argu. j. *de resti. spo. solicite* dices melius, quod isti implorauerunt beneficium principis, & de gratia restituuntur: & illa renunciatio tacitam habebat cõditionem annexam, scilicet, si monachi adimplerent quod mandauit Papa, sic s. *de renuncia. c. sané.* de hoc dictum fuit s. *de electio. c. cum inter R.* [c] Sed pone, quod monachi iam contulissent ecclesias alijs: quid fieret? Arg. quod non remoueantur instituti. *6. q. 1. cor.* immo remouendi sunt, & monachi tenentur prouidere illis. *7. qu. 1. præsentium infrà de præben. inter cætera.*

A*Ccepimus.*] Diuiditur. Prima pars narrat factum, quod secũda præcipit corrigi ibi, *Verùm.* Abbas Siculus.

CASVS. Quædam Ecclesiæ concessæ fuerunt quibusdam clericis tali modo, tali tenore, quod illis defunctis alij nominib. proprijs designatis succederent eisdem: significatum fuit hoc dño Papæ, mãdat Papa Eboracen. archiepiscopo cùm hoc sit iniquum, & sacris constitutionibus contrariũ, quatenus huiusmodi successiones detestabiles, & iniquas decernat omnino friuolas, & inanes. Not. quòd in beneficiis, & Ecclesiis successio locum non habet.

¶ *Glo. seq. fortificat textum.*

g ¶ *Nominatim.*] Hoc etiam improbatur à iure ciuili: quia non possumus pasci de hæreditate alterius, nisi eius voluntate. [d] *C. de pactis. l. Vltima.*

h ¶ *Canonibus.*] Qui prohibent successiones in Ecclesia Dei fieri. *8. q. 1. Apostolica, ff. de fil. presb. & ad extirpandas. c. præsentium. & c. ex transmissa.* & quasi per totum.

C*Vm Clerici.*] Diuiditur. Prima narrat factum. Secunda corrigit ibi, *Nos.* Abbas Siculus.

CASVS. In Cantuarieñ. prouincia decedentib. prælatis Ecclesiarum, clerici, qui instituebantur in eis, pactum faciebant cũ illis, à quibus,

---

† *Post conc. Lateran.* p. 28 c. 2. tit. de pactionibus licitis, & illicitis in reb. eccl. & c. 4. eod. tit. in 1. comp.

† *Ipsam.*

† *aliàs, idẽ.*

† *In quibusdam manuscri. stat: authentica instrumenta, quæ super eisdem ecclesia, & capella habebat, &c.*

† *Scripta, in vno exemplari.*

a *Replicat, & declarat, contrarium non soluit, vnde doc secundum Fran. Ven. & Inno. quod hic erat suspicio turpis pacti, quæ semper præsumitur, nisi per sonæ, & aliam suspicionem tollatur: ibi verò super iuris antiquam lite, vel ibi amicabilis compositio, hic transactio secundum Goff. vel secundum Host. ibi amicabilis compositio super fructib. hic super iure spirituali. Ioan. And.*

† *facit l. 2. ff. ad l. Iul. de vi & vi ar.*

b *Notabilis est hæc glo. distinctio, quam Durandus impugnat. l. 4. sent. dist. 25. q. 5. sed eam tuetur Soto l. 9. de iusti. & iur. q. 6. ar. 2.*

† *Post conc. Lateran.* p. 28 c. 4. & c. 5. e. tit. in 1. comp.

† *Idem conc. Trid. sess.* 25. de refor. c. 7.

† *Vanas.*

† *Vacuas.*

† *Post concil. Lateră.* p. 28. c. 8. & c. 6. e tit. in 1. comp.

c *Et fuit hoc in fauorem obedientium & odium inobedientium de post. c. 1. & quia decepis, & c. de rer. permut. cum vniuersorum. Ioan. And.*

d *Sed non hoc sufficit in beneficiis. de hoc de conces. præb. c. 2. & 3. in gloss. Ioan. And.*

à quibus Ecclesiis recipiebant, quod ipsi soluerēt maiores pēsiones de Ecclesiis illis, quàm solui consueuerant, vt sic facilius possent Ecclesias adipisci. Vnde Papa mādat Archiepiscopo Cātuarieñ. & eius suffraganeis, quatenus prohibeant clericis, ne de caetero id attentare prçsumāt, & si cōtra fecerint, illos Ecclesiis ipsis debeāt spoliare, & eos pro tāta prçsumptione Ecclesiastica seueritate punire. Not. quod pensio antiquitus constituta non debet augeri: & qui cōtra faciunt, puniuntur.

decedentibus Ecclesiarum personis, paciscantur [a] ex ipsis Ecclesiis maiores solito soluere pensiones [b], vt faciliùs possint easdem Ecclesias adipisci. ¶ Nos ad tam detestabile vitium extirpandum, fraternitati vestrae mandamus, quatenus ne id attentare praesumant, districtiùs prohibentes, (si contra prohibitionem vestram venire prçsumpserint) appellatione cessante, eos taliter adeptis Ecclesiis spoliatis: aliàs pro tantae praesumptionis excessu seueritate Ecclesiastica [c] punientes eosdem.

¶ Inn. iij. in concilio generali †.

¶ Si Ecclesia rem suam locando, vel in feudum concedendo, apponit pactum in praeiudicium iuris parochialis alterius ecclesiae, nō tenet: & quicquid hac occasione perceperit, reddere cogitur illi Ecclesiae.

CAP. VII.

PLerique: † (sicut accepimus) regulares Clerici, & saeculares interdum, cum vel domos locāt, vel feuda concedunt, in praeiudicium parochialium Ecclesiarum pactum adiiciunt, vt conductores, & feudatarij decimas eis soluant, & apud eosdem eligant sepulturam. ¶ Cum autem id de auaritiae radice procedat, pactum huiusmodi penitus reprobamus [d], statuentes, vt quicquid fuerit occasione huiusmodi pacti perceptum, Ecclesiae parochiali reddatur [e]. †

a ¶ *Paciscantur.*] Pactū istud non valet, quia est contra canones. ĩ. *de censi. prohibemus.* ĩ. *de praeben. auaritia.* & pactum turpe non valet. ĩ. *eod. pactiones.* & iuramentum super hoc praestitum non tenet. ĩ. *de cen. grauis.* ĩ. *de iureiur. tua nos. arg.*

¶ *Glo. seq. quaerit, arg. pro, & contra, soluit distinguendo.*

b ¶ *Pensiones.*] Sed pone, quòd facultates Ecclesiae sint augmentatae, nunquid pensio debet augmentari? Arg. est hic quod nō. ĩ. *de cens. prohibemus.* Sed contra. *arg.* ĩ. *de cen. quāto.* & ĩ. *de consti. cum M.* pōt dici, quod si diligentia clericorum bona sunt augmentata; non debet augeri pensio, ne diligentia sua sit illis damnosa. *C. de alluui. l. Vlt.* Si verò aliunde bona Ecclesiae augmentata fuerint, tunc potest, & debet augeri pēsio, quia iusta causa subest, vt augmentetur *arg.* ĩ. *de cens. quāto.* De hoc dic, vt ĩ. *de cē. c. prohibemus.*

c ¶ *Ecclesiastica.*] Quae erit depositio, cum simoniaci sint. 1. q. 1. *reperiuntur.* & *c. erga simoniacos.*

a *Concord. tex. cum gl. in l. pacta* quç contra. C. de pact. & l. iurisgentium. §. sed & si quis. ff. eo.

† Cap. 56.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cōpil.

b *Vide in prada c. cū M.* super glo. hoc videbatur. *Dom. And.*

PLerique.] Primò narrat factum. Secundò corrigi praecepit ibi. *Cum aūt.* Abb. Sicul. Casvs. Quidam clerici regulares, & saeculares, cū ipsi domos suas locāt, vel cōcedūt feuda, pactū adiiciunt in praeiudicium parochialium Ecclesiarum, vt cōductores, & feudatarij decimas soluant eis, & apud eorū Ecclesias eligāt sepulturā, hoc peruenit ad notitiā dñi Papç, cū ergo id de auaritiç radice procedat, Papa pactū tale penitus reprobauit, statuēs vt quicquid fuerit occasione huius pacti perceptū Ecclesiae parochiali reddatur. Not. quòd pactu in praeiudiciū alterius factum ei nōn nocet.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

d ¶ *Reprobamus.*] Pactum enim tale non nocet Ecclesiae, quin à quolibet possessore possit petere decimam. *ff. de pactis. l. inter debitores. ff. de instit. l. si cum villico.* Et arg. ad hoc. 16. q. 1. *si quis laicus.* & hoc patet ex eo, quod dicit in fine, Ecclesiç parochiali reddatur, *arg. contra ff. de pact. l. epistola. §. pactum.* vbi dicitur, quòd tale pactum iustum est. Sol. tale pactum iustum est, vt creditor, qui possidet pignus tributum soluat, vt dicit. §. *pactum.* quia sine tali pacto possessor conueniendus est. Si verò in contrarium fieret pactum, quantum ad ipsos paciscentes valet pactum: sed non quātùm ad dominum tributorum: quia pactum priuatorum formam iuris fiscalis non tollit, vt dicit lex praedicta, inter debitorem. & ĩ. *de for. competen. c. si diligenti.* c

e ¶ *Reddatur.*] Et ita Ecclesia potest agere contra regulares, vel saeculares clericos, vt ei reddant, quod perceperunt occasione talis pacti: posset etiam agere contra possessores, si vellet *arg. 11. q. 1. Apostolicus & C. si rem. Vel cura l. 3.*

† *Facit l. stipulatio ista* §. alteri. ff. de ver. obli. & l. pen. ff. de transa.

PActiones.] Primò ponit dictum, & eius rationem. Secundò ampliat illam, & probat ibi, *Quod etiam.* Abb. Siculus.

Casvs. Dicit Gre. quod pactiones pro spiritualibus obtinēdis nullius sunt momenti: quia in talibus omnis pactio, & omnis cōuētio cessare debet: & idem dicendum est de aliis, quç sine periculo animae obseruari non possunt: quia, vt dicunt leges, pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis, nec de iure, nec de facto obligationem inducit. Not. quòd in spiritualibus omnis pactio, & conuentio cessare debet. Item pactum turpe, vel impossibile non obligat.

f ¶ *Cessare.*] In spiritualibus enim omnis pactio illicita, seu cōuētio cessare debet: vt 1. q. 1. *quam pio.* & ĩ. *de simo. tua.* & ĩ. *tit. prox. praeterea* & *c. super eo.* & ĩ. *vt eccl. benefic.* vt *nostrum.* quia huiusmodi pactiones simoniam inducunt: vt ĩ *eod. cum pridem.* tacitè etiam, vel expresiè. 16. q. 7. *per laicos.* Item si huiusmodi pactum, siue promissio, aut etiam iuramentum vergat in animae detrimentum, vt hic dicit: si solus hominem spoliare non possit, inueniat socium, cum quo paciscatur, vt simul id faciant, & diuidant spolia. 22. q. 4. *si ad peccatum.* & *c. mulier.* non enim fert opem, qui adiuuat ad peccandum. 24. q. 6. *si res.* de iuramento habes multa exempla. 22. q. 4. *si aliquid.* & *c. non est obseruandum* & in pluribus aliis capitulis ibidem.

g ¶ *Legitimas.*] Secūdùm leges turpe pactū non tenet. ff. de verbor. oblig. generaliter. Turpe pactum dicitur, siue turpis rei, puta si quis promittat se facturum homicidium, vel sacrilegium. *ff. de Verb. obli. l. Veluti.* & *Instit. de inutilibus stipul. §. quod turpi.* Item pactum, quod continet turpem causam, non tenet: puta si paciscar, ne furti agam, vel iniuriarum. *ff. de pact. si Vnus. §. pacta.* secundùm canones etiam turpes promissiones non tenent. 22. q. 4. *Vnusquisque.* & *c. in malis promissis.* & *cap. non semper promissa.* & *c. diffinitio.* & *cap. si ad peccatum* & *c. mulier.* & hoc est pactum turpis rei. Pactum turpe dici potest, quod fit de turpi re, vt c. si ad peccatum. Et pactum dicitur turpe, quod fit etiam de re sacra, siue spirituali: vt hic, & in omnibus, quae in sua natura bona, & licita sūt, sed per pactum fiunt illicita. Item pactum de re, cuius commerciū per rerū naturam haberi non potest, nullius est momenti. ff. *de reg. iur. impossibiliū.* & *ff. de verb. oblig. si stipuler* [d] & *Instit. de inutilibus stipul. circa princ.* [e] & generaliter pactum, quod contra leges, & constitutiones, vel cōtra bonos mores fit, nullius est momenti. C. *de pact. pacta quae. ff. solu. mat. alia* §. 1. Vel contra senatuscon. plebiscita, decreta, edicta principum. *ff. de pact. iurisgen. §. praetor.* Sic & impossibile praecep, tum nullum est, siue sententia. *ff. qua sententia sine appel. resc. in.* Paulus.

h ¶ *Rei turpis.*] Rei turpis nulla est obligatio. *ff. manda. si remunerando. §. rei turpis.* Bern.

¶ Gregorius nonus.

¶ Nō valet pactio in spiritualibus, vel quā pactum inducit, vel turpis, seu de re turpi, vel impossibilis de iure, vel de facto.

CAP. VIII.

PActiones † factae à vobis (vt audiuimus) pro quibusdam spiritualibus obtinendis: cùm in huiusmodi omnis pactio, omnisque conuentio debeat omnino cessare [f], nullius penitus sunt momenti. ¶ Quod etiam de aliis est dicendum, quae obseruatae vergunt in animç detrimentum. Nam etiam iuxta legitimas [g] sanctiones, pactum turpe, vel rei turpis [h], aut impossibilis de iure, vel de facto, nullam † obligationem inducit.

TITVLVS XXXVI.

De transactionibus.

¶ Gregorius † A. † Subdia. & Dom. Abbas.

¶ Instrumenta, & alia iura partiū, contraria transactione tolluntur.

CAP. I.

SIcut graue: & infrà. ¶ Post salubrem decisionem de controuersia vestra factam decreuimus, vt omnia instrumenta, vel

† *Dic Supplemē bodiè habetur.* c. 1. l. 6. de sepulc. & in clem. cupiētes §. vlt. de poen.

† *Vide Nauarrum in manuali confessor.* c. 23. tit. de simonia. & *Summ.* l. 9. de iustit. & iu. q. 5.

† *Facit l.* inter stipulātem. §. sacr. & l. impossibilis. ff. de ver. obl.

† *Extat.* li. 7. epi. 27. registri. B. Gregorij. & c. 1. eo. tit. in 1. comp.

† *Hic est Antonius subdiaconus, & Dominicus abbas.*

d *Si stipuler ad Seruum, quod natura fieri non conceditur, nō magis obligatio Valet quam si stipuler ad dari, quod natura dari non patitur. Io. And.*

e *Panis confusio in eo, qui promisit hominē quem mortuum esse, quem viuere credebat, Vel promisit animal nō natum, ex quo, & contro, quod non enarratur. Io. And.*

DE TRANSACTIONIBVS.

¶ Continua hanc rubricam, vt dictum fuit in praecedēti titulo. Est autem transactio de re dubia, & lite incerta pactio non gratuita. Et vnam differentiam inter transactionem, & pactum habere potes in his versibus.

Incerta de re transactio dicitur esse. Sed fiunt certa pacta fauore rei. De hac materia tractatur 5 q. 2. *si primates.*

SIcut graue.] Diuiditur, nam prima pars discernit. Secūda supplet ibi, *Cum si quid* Abb. Siculus.

Casvs. Quidam praelati Ecclesiarum habebant controuersiam inter se super aliqua quaestione, & per transactionem illa controuersia fuit decisa: sed ne aliqua dubitatio remaneret in posterum, petierunt à Papa, vt eam confirmaret:

sup r

super hac transactione statuit Papa, vt omnia instrumenta, & quicquid aliud esset, quod opé alteri parti afferre posset, vel ex præscriptione, vel priuilegio, sint cassa, & vacua, & sola pacta perpetuá obtineant firmitatem: & si aliquid omissum fuerit, ex auctoritate domini Papæ plenum, & firmum vigorem, & robur obtineat sola transactio, siue pactum. Nota quod ea, quæ sunt infirma, vel minus valida, per confirmationem Papæ recipiunt firmamentum.

¶ *Gloss. seq. signat contrarium, & soluit distinguendo.*

a ¶ *Sit vacuum.*] Ergo licèt postea reperiantur instrumenta, nō tamen his restaurabitur. *C. de transact. sub prætextu.* & *j. de re iud. inter monasterium.* & *c. seq. arg. contra. C. de iudic. l. licet.* & *Instit. de inutilibus stipulationibus circa princ.* Super hoc ita notabilis est petitio specialis, generalis, & indefinita. Hic transactio specialis, nō obest in aliis specialibus. *C. eod. age. cum emtionem.* Hic transactio generalis restringitur ad hoc, de quo specialiter actum est. *ff. eod. l. qui cum tu. §. 1. C. eo tit. si de re certa.* Hic generalis transactio non rescinditur. *Cod. eod. sub prætextu.* Hic specialis transactio in vnico capitulo non impedit processum aliorum. *C. eo. l. pen.* Hic generalis transactio de rigore iuris tenet, sed replicatione doli rescinditur. *ff. de pact. l. tres fratres ff. de admin. tut. l. Lucius §. tutor.* Hic indefinita, vt specialis transactio, in aliis non obest, quæ in iudicium deducta non sunt. *C. de iudiciis l. licet.*

† *Post concil. Later. 1. p. 27. c. 3. & c. 2. c. in 1. comp.*

quicquid aliud est, quod partibus quoquomodo, vel ex temporis præscriptione, seu aliter opem de lege, aut quocunque priuilegio ferre poterat: sit vacuū[a], & omni virtute cassatum, & sola pactorum inter vos nunc habitorum[b] pagina validum, perpetuumque robur obtineat[c]. Cui si quid fortè incuria, vel imperitia minùs firmitatis insertum est, vires plenissimę notionis[d], ex hac nostra auctoritate[e] suscipiat.

¶ Alexander tertius.

¶ *Tenet compositio super decimis facta cum assensu superioris.*

CAP. II.

STatuimus †, vt si super decimis[f] inter vos, & aliquam personā Ecclesiasticam[g], de assensu Episcopi, vel Archiepiscopi sui compositio facta fuerit, rata, & inconcussa persistat.

b ¶ *Habitorum.*] Argu. nouissima pacta duntaxat valere. *Cod. de pactis l. pacta. & ff. eod. si vnus. §. pactus & s. de rescrip. c. cæterum in fin.*

c ¶ *Obtineat.*] Nisi dolo transactio talis sit extorta: quia tūc non valeret. *C. eo. l. sub prætextu ff. de pact. l. emptor. §. Lucius.*

d ¶ *Notionis.*] Factæ cum causæ cognitione, vt dicitur *s. tit. prox. c. 2. & c. proxim.*

¶ *Glo. seq. inducit duo similia.*

e ¶ *Auctoritate.*] Nota, quod si transactio, vel pactum ab initio inualidum sit, per confirmationem Papæ sumit vigorem, vt hic *arg. s. tit. prox. quotiens.* sic & sententia, quæ non tenet, per confirmationem Papæ efficitur valida. *3. q. 6. hæc quippe.* & omnia nostra facimus (dicit Imperator) quibus auctoritatem nostram impertimus. *C. de veteri iure enucleando. l. 1. §. sed neque* sic testamentum omniū testamentorum solemnitatem superare videtur: quod conscientiam[b] principis tenet. *C. de testa. omnium.*

a *Concor. l. tale pactū. §. qui prouocauit. cum gl. & not. ff. de pact. factis. l. vt iureiu. ff. de ope. libe.*

b *Vel præsentiam secundum Tan. & Vin. qui pro hoc dicebāt sententiam, vel transactionem factam præsente Papa omni solemnitate munitam. Io. And.*

STatuimus.] Non diuiditur, quia continet vnum dictum. Abbas Siculus.

CASVS. Aliquod collegium quæstionem habebat cum aliquibus super decimis: dubitabatur, vtrū compositio posset interuenire? Statuit Papa, quod si super decimis inter collegium illud, & Ecclesiasticam personam compositio facta fuerit de assensu Episcopi sui, rata, & firma permaneat. Nota, quod transactio locum habet in decimis: quod verum est, cùm datur spirituale pro spirituali.

¶ *Glo. seq. arg. allegat 5. iura, in contrarium allegat 10. sol. respondens ad tria iura de primis.*

f ¶ *Vt si super decimis.*] Hic est arg. quòd in spiritualibus potest interuenire transactio. *54. di. generalis. & c. ex antiquis. & 10. q. 2. casellas. in fi. & 23. q. 4. si illic. & j. de rerū permuta. ad quæstiones.* Sed cōtra. *1. q. 2. quā pro & s. de pact. cū pride. & c. pactiones. & j. eod. constitutus. & j. de rerum permutatio. ad quæstiones. & c. vlt. & 16. q. 7. decimas quas. & 13. q. 2. in Ecclesiastico. & 1. q. 3. placuit. & j. eod. super eo.* Solutio: in spiritualibus transactio propriè sumpto vocabulo interuenire non potest, vt aliquod temporale detur pro spirituali, quia simoniacū esset: & sic intelliguntur contraria hic signata. Quod dicunt duæ primæ concordantiæ de seruo ordinato, quòd ibi potest interuenire trāsactio, non est verū, quia ibi non datur tēporale pro spirituali. quia licèt detur, ne reuocet in seruitutē, nihil datur pro ordine, nec aliquod spirituale emit, sed emitur libertas, & seruitiū corporale redimitur, vt liberè possit ministrare, quod licet. *36. q. 1. de raptoribus.* sicut cùm emitur[c] terra, vt ibi ædificetur Ecclesia: quod licet: quia nō dicitur propterea emi Ecclesia, vel simonia committi. Capitulum, casellas, nō obstat, nec dicit hoc, sed dicit, quòd res Ecclesiæ alienari nō debet excepta causa captiuorū, vt ibi dicitur: sed nō dicitur trāsactio, sed propriè captiuorū redēptio: & datur pecunia recepta de rebus, & vasis Ecclesiæ, & redimuntur captiui. Et amicabilis compositio potest interuenire in spiritualibus: vt hîc dicit. & *j. de dec. ex multiplici. & c. nuper. & c. dilecti. & j. eod. c. de cætero. & c. super eo. in fi. & j. eo. c. Veniens.*

c *Vide B. Tho. 2. 2. q. 100. art. 4. ad 3. art. & Sotum l. 9. de iustit. & iu. q. 7. art. 1.*

g ¶ *Personam Ecclesiasticam.*] Quasi dicat, cū laicis non possent taliter componere, vt ex illo spirituali, quod Ecclesiis debent, aliquid retinere possent, cùm laicis spiritualia possidere sine periculo animarum non liceat. *j. de decs. prohibemus. & 16. q. 7. decimas. & j. de præscrip. causam quæ.* Et sic videtur, quod cū laicis non possit fieri compositio, vt minùs soluat, nisi Papa auctoritatem præstaret. *j. de confir. vtil. l. c. vlt.* tamē propter vtilitatem Ecclesiarum videtur licere, saltem de auctoritate episcopi: quia sic multùm consulitur Ecclesię, *arg. j. de his, quæ fi. à prælat. sine consen. cap. cùm in Apostolica.* Bern.

ADDITIO. Hoc tenet Host. dicens quod hoc scribitur laicis: alias dixisset Papa, aliam personam, non aliquam. Nec obstat secundum eum, quòd dicitur laicos non præscribere, nec possidere posse: dicit enim, quòd non possident, nec præscribūnt ius decimæ, sed quantitatem partis. & secundum hoc potest intelligi, quod legitur de pato. *c. fi. de dec. in aliquibus.* Pro hac parte secundum vnum intellectum facit, quod not. *j. eod. super eod. in fi. 1. glo.* Ioan. And.

† *Dulmensi.*

¶ Idem Dulmeń. † Episcopo.

¶ *Si Capitulum consensit trāsactioni, quam fecit Prælatus nomine Ecclesiæ, vlterius dissentire non potest.*

CAP. III.

COntingit † interdum, quòd licèt Abbas, vel Prior alicuius conuentualis Ecclesiæ, cum Ecclesiastica, vel sæculari persona super his, de quib. inter eos controuersia vertitur, coram delegato, vel ordinario iudice transigat: Capitulū tamen eandem transactionē nititur reuocare. ¶ Vnde quia nos consulere voluisti, tibi respondemus, quòd si Abbas, vel Prior à Capitulo suo de ratihabitione literas[h] habuerit, transactionem, quam fecit (si fuerit aliquot annis[i] seruata) Capitu-

† *Post concil. Lat. p. 28. c. 5. & c. 3. eo. tit. in 1. com.*

COntingit.] Cōmunis diuisio. Secūda ibi. *Vnde.* Abbas Sicul[o].

CASVS. Abbas, siue Prior alicuius conuētualis Ecclesiæ habet causam cum aliquo clerico, vel laico coram ordinario, vel delegato: abbas, vel prior super quæstione illa transactionem fecit cū aduersario sine consensu capituli: vnde capitulum transactionem illam nititur reuocare: quæritur vtrū possit? Respōdet Papa, quòd si abbas, vel prior habuit mandatū, siue literas de rato à capitulo suo, transactionem illam, si aliquot annis seruata fuit, non poterit reuocare, ac si non consenserit à principio: & si literas de rato non habuit, reuocare non poterit: quia eam postea ratam habuit. Not. quòd procurator ad agendum, & defendendum datus, non potest transigere, nisi dominus postea ratum habeat.

¶ *Glo. seq. primo notat, secundo ponit op. Vin. contra quam alle. & remittit, tertio ponit differentiam, quam improbat.*

h ¶ *Literas.*] Not. quod abbas simpliciter ad agendū cōstitutus, sine licentia capituli transigere non potest. *C. de transact. l. transactionis.* vnde procurator transigere non potest, etiamsi haberet generale mandatum ad agendum. *ff. de procu. l. mandato.* Vin. dicit, quòd licet abbas, vel alius prælatus non possit transigere sine speciali mandato:[d] ad hoc tamen potest exercere actionem *ff. quod cuiusq; vniuer. l. vlt. arg. contra expressum ff. de iure. delib. l. aut prætor.* vbi dicitur, quòd ille, qui non potest alienare, non potest rem in iudicium deducere. de hoc dicitur *j. de pro. in c. 1.* Si tamen abbas præter mandatum procuratorium habeat literas de rato à capitulo suo, continentes simpliciter, quod quicquid super tali negotio fecerit, ratum habebit, potest transigere: vt sic notentur differentiæ inter literas procuratorias, & literas de rato, *j. de reli. do. cum dilectus* vbi de hoc. & hic idem videtur. Quod dicit litera, de rato: expone, vt ibi dixi, id est, mandatum procuratorium, continens quòd etiam abbas transigere posset super quæstione, de qua coram delegato agebatur, cum illa clausula [& quicquid super his per abbatem factum fuerit, capitulum ratum habere promisit,] alias non valeret talis transactio, vt dictum est. Vel abbas habuit simplex mandatum transigendi tantùm coram delegato, & ita capitulum non poterat reuocare transactionem, ex eo quod non consenserat. Vel dic, vt in not. seq.

d *Concor. L. procurator. §. cui libera & ibi Bar. ff. de procu. & l. 1. eo. tit.*

i ¶ *Aliquot annis.*] Hoc ideo dicit quia si transactio fiat secundùm formam iuris post quadriennium rescindi nō potest, ante vero potest, si Ecclesia probaret se læsam. *j. de in integ. restitu. requisiuit.* aliàs non potest venire cōtra transactionem, quam statim *C. de transact.*

Vide de renun. post transactionē. in gl. statim. Ioan. And.

transact. l. quamuis. & secundùm hoc supple. maximè: quia idē esset, si non fuisset seruata: & hoc innuit litera, quæ dicit capitulū ac si non cōsensisset in eā, nō pōt reuocare. quasi diceret, nō poterit eam reuocare, tāquā non cōsenserit: quia consensit cōcedēdo literas de rato, vel potius cōsensit eā obseruando. Si eñi abbas non habebat mandatū de transigendo, statim debebant contradicere monachi. & ideo cum impugnare non pñt, quasi non cōsensserint. Et quod dicit, aliquot annis, supple, maximè: quia idē est, ac si semel consenserint. j. de arbi. per tuas. vnde de iure cōi non potest reuocari, sed per in integrum restitutionē. si non fuit aliquot annis, id est, quatuor seruata. & hæc expositio probatur. C. de tēpo. in integ. rest. l. vlt. vbi habes, q̄ omnis restitutio tā maioris, qui minoris, infra quadriēnium debet fieri. & hoc est contra opinionem[b] illorū qui dicunt, quòd restitutio semper est dāda, & ante quadriennium, & post, & sicuti que. a g illius aduerbij, *semper.* & j. *de in integ. rest. cap.* i. *lfer.*

† Aliàs etiā: ac si cōsenserit, sed glossa, non agnoscit verba: aliquot annis. Vide tamen notas nostras in hāc locum.

† Post concil. Lat. p. 18 c. 6. & c. 4. co. tit. in 1. com.

† Rationem tradit B. Tho. 2. 1. q. 100. arg 1. ad 5. art. ad de Sotum l. 9. de iust. & iur q. 7. art. 2.

lum, ac † si[a] non consenserit in eam, non poterit reuocare.

¶ Idem Abbati de Strat. & Priori S. Eusebij.

¶ *Super ecclesiastico beneficio transigi non potest, etiam cum iuramenti interpositione.*

CAP. IIII.

COnstitutus † in nostra præsentia G. Clericus sua nobis assertione monstrauit, quod cum inter ipsum, & A. Clericum super capella de Stratis controuersia emersisset, tandem per transactionem sopita fuit: & licet hinc inde, fide præstita[b], firmata fuisset: e m tamen præfatus A. seruare recusat.

† Quia † igitur huiusmodi transactiones [illegible] eciem continent simoniæ: Mandamus, quatenus reuocata transactione in irritum, causam audiatis[c], &c.

¶ Idem Carnoteñ. Episcopo.

¶ *Per transactionem factam sine auctoritate Episcopi, potest Prælatus, sed nō Ecclesia cōstitui cēsualis.*

a ¶ *Ac si.*] Idem tāquā si non cōsenserint: quia re vera consensit dando literas de rato.

COnstitutus.] Prima pars ponit querelā. Secunda sic iudicem ibi, *Quia.* Abb. Sic.

CASVS. Inter G. clericū ex vna parte & A. clericum ex alia, super quadam capella qō vertebatur; tandem sopita fuit per transactionē: & fide hinc, & inde præstita confirmata: tñ præfatus A. eam seruare nolebat. Vnde G. clericus domino Papæ fuit conquestus: dicit Papa, q̄ huiusmodi transactiones speciem habent simoniæ: & ideo mandat quibusdam, quatenus transactione in irritum reuocata, audiant cām. Nota, q̄ transactio in spiritualibus interuenire non potest. Item non solùm malo, sed etiam ab omni specie mali abstinendum est.

b Hac controuersia hodie sedata est per c. 1. & 2. de in integ. rest. l. 6. & c. ab Ecclesia. in clem. eo. tit.

¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas, deinde arg. alleg. duo iura, vnum allegans in contrarium.*

b ¶ *Fide præstita.*] Id est iuramento: quod non fuit obligatoriū, quia super re illicita, & cōtra leges, & canones. *C. de leg. l. non dubiū & 22 q. 4. inter cætera. & j. de iureiur. c. tua. & s. tit. prox. c. vlt. & ff. de pact. l. iurisgentium. §. sed & si quis. Ver. & generaliter quotiens pactū à iure cōi,* &c. vel propriè intelligitur, quia æquè punitur transgressor fidei, vt iuramenti: vt *j. de fideius. c. peruenit. & j. quod met. cau. c. ad aures.* Itē arg. q̄ non tenet principale, nec accessorium. simile *j. de fo. compe. c. si diligenti. & j. de pr. instr. c. inter dilectos.* Arg. contra. quòd accessorium tenet, sed non principale. *j. de iureiur. cap. debitores.*

c Secundum Tan. vel dic secundum Inno. vt dicit in text. & dicit Host. quod ista gratia potius respicit iudicem, vel quam partem, quæ participatione vera criminis adeo reddit se indignum, quod contradicendo frontē non habet, simile. de co lect. bonæ. 1. ad fi. Dicit Host. hic videtur obstare huic exceptio doli, cum vterque in culpa fuerit ponderari, quod non iterat, sed veritatem de causa illum. Ver. tunc non potest impedire, quid. Ioan. And.

¶ *Gla. seq. obiicit, & soluit. Iterum obiicit, & soluit.*

c ¶ *Audiatis.*] Sed cū sic transactio simoniaca, quare non deponitur, immò contra iuramentū siue fidem suā auditur? Dicas, q̄ de gratia tantum auditur ad prist nam cām: quia de iure depōni debuit, cùm ipse confiteretur peccatum suum, & turpitudine suā: immò audiri non debuit contra factum suum, & turpitudinem suam. *j. de confes. prab. cum super. & j. de don. inter dilectos.* Sed videtur obstare huic exceptio doli, cum vterque in culpa fuerit, volendo seruare transactionem. *ff. de doli exc. p. apud Celsum. §. Marcellus.* præterea in pari causa turpitudinis, potior est conditio possidentis. *ff. de condi. ob turp. cau. l. si ob turpem. §. porro.* Sol. verum est, quòd de iure communi puniri debet, sed de iure poli auditur: vt quod prauum est, corrigatur. *j. de re iud. c. lator. & ca. consanguinei. j. de collu. c.* & tamen præstitit dispensationi, ne alter de dolo suo commodum, alter verò damnum sentiret. & ideo nō admitteretur hæc exceptio doli: quia alius remaneret in dolo, & simonia: & propter hanc rationem, contra exceptionem doli non datur replicatio vt in §. *Marcellus.*

ADDITIO. Et ista materia melius explicata est. *j. de except. cap. cum dilectis.* hoc, quod dicitur in isto cap. habet locum, cum vna Ecclesia agit contra aliā de subiectione, vel pro aliquibus iuribus coram delegato, & compositio inde fit.

DE cætero.] Transactio facta sine auctoritate epi super Ecclesia, si nō est iuri contraria, nō est per epm reprobanda: sed si per eū census Ecclesiæ imponitur, non excedit vitā transigentis. Primò ponitur quæstio. Secundò solutio ibi, *Si compositio.* Et ibi duo dicta: secundum ibi, *Sed census.* Abb. Sic.

CAP. V.

DE cætero † noueris, quòd cū aliquis ad extraordinarium[d] iudicem, literis impetratis, cum aduersario suo componit, postmodum in Ecclesia, de qua agitur, ius aliquod habiturus: Si cōpositio non est iuri contraria[e], non est a loci Episcopo reprobāda. ¶ Sed census absque Episcopali auctoritate, cui præest Ecclesiæ, sub hoc prætextu solutus, vitā eius, qui soluerit, non excedit.†

¶ Idem Eboraceñ. Archiepiscopo, & Vigoreñ. Episcopo.

¶ *Si beneficium, quod per transactionem habetur, impetratur vt vacans, ab eo qui fuit transactionis mediator: non valet impetratio. Hoc dicit quoad titulum.*

CASVS. Rector ecclesiæ cuiusdam impetrauit literas a dño Papa contra rectorē alterius Ecclesiæ: corā iudice cōposuit cum aduersario, ita quod per compositionem in illa Ecclesia ius aliquod haberet, puta aliquem censum annuatim: quæritur, vtrum talis cōpositio valeat? Rñdit Papa, quòd si cōpositio nō est iuri contraria, nō est reprobanda ab epo: sed census sub hoc prætextu solut', siue soluendus illi ecclesiæ, cui præest, q literas impetrauit, vitam illius, q soluerit nō excedit. Nota, q̄ cōpositio in spiritualibus secundum ius fieri debet. Itē census intelligitur personalis esse, nisi exprimatur, q̄ sit realis.

† Post concil. Laterā. p. 18 c. 10. & c. 5. e. tit. in 1. com.

† In quibusdam manuscr. excedat.

CAP. VI.

EX † litteris vestris accepimus, quòd cùm olim inter R. & A. Clericos, super Ecclesia de Vult. † corā te, frater Episcope, qui Iudex fueras delegatus auctoritate G. qui tunc eidem A. patrocinabitur[f] in causa, &

d ¶ *Extraordinarium.*] Id est, delegatum. sic 3. q. 3. c. indutia. §. *spatium. Vers. cū autem*

¶ *Gloss. sequens arg. à contrario. & dat duas lecturas.*

e ¶ *Contraria.*] Quia si esset cōtraria iuri, non toleraretur. s. *de electio. sacrosancta. & s. de offi. deleg. si qñ. arg. s. tit. proxi. accepimus.* & c. *cùm clerici.* & j. *de collu. auditu.* & s. *de maio. & obe. dilecti.* si autem cōsona sit iuri, tenet. s. *eo. statuimus.* & j. *eo. super eo in fi.* Et potest intelligi, quòd dī hic, qñ de prouisione ipsius iudicis, ex officio suo, sine aliqua pactione partium statutum fuit factum, & iusta causa interueniēte, alias simoniaca esset. j. *de preb. nisi.* & talis cōpositio personalis est, nec transit ad successorem illius, qui soluit. j. *eo. veniens.* & c. *prædecto.* nisi quia censualem Ecclesiam constituere non potuit. j. *de censi. prohibemus.* nisi facta fuerit de auctoritate episcopi, vt dicit in fi. Vel dic, quod hoc ca. locum habet cùm vna Ecclesia agit contra aliam de subiectione, vel pro aliquibus iuribus coram delegato, & compositio inde fiet corā delegato: quod dixit j. cui præest scilicet impetrator. Bernard.

† Cap. 6. eo. tit. in 1. cōp.

† Aliàs, de Monastra.

EX literis.] Qui fuit transactionis mediator, contra eam non auditur. Prima pars narrat factum. Secunda diffinit ibi, *Cum autem.*

CASVS. Inter R. & A. clericos quæstio vertebatur super Ecclesia de Vult. coram Vvigoreñ. epo à sede Apostolica delegato, in cuius præsentia transactio inter prædictos clericos facta fuit mediāte G. qui eidem A. in eadem causa patrocinium præstabat, & testis etiam inscriptus fuit in illa transactione: postmodum dictus G. mentiens se clericū, cum nondū fuerit tonsuratus in clericum, super ecclesia illa tacito de transactione, contra dictum R. literas impetrauit ad archiepiscopum Eborac. & Vvigoreñ. episcopum, coram quibus proponebatur literas non valere, pro eo quòd cùm nondū factus tonsuratus in clericum, ipse dixit se clericū, & quia non dixit in literis, quod eo mediante, & auctoritate ipsius transactio fuerit facta: vnde iudices remiserunt causam ad dominum Papam: ipse examinato negotio, cum dictus G. confiteretur se interfuisse in illa transactione, & non fuisse tonsuratum in clericum, quando literas impetrauit, eidem G. super dicta Ecclesia silentium imposuit. Not. quòd tacitè renunciat quis iuri suo: præstando aduocationem in causa, in qua ius habet. Item qui dicit se clericum, cum non sit, non valent literæ impetratæ, cùm hoc in fraudem dicat, vt eas citius habeat.

f ¶ *Patrocinabatur.*] Per hoc iuri suo tacitè renunciare videbatur: quis enim scienter patrocinatur petenti rem suam, sibi præiudicat: vt hic. & *ff. de inoffi. testa. l. vlt.* secus si ignoranter. *ff. de rei vend. l. inter officium.* & *C. de rei vend. l. vetus.* & *C. de præscri. long. tempo. l. nec petentem.*

Sed quale ius habere poterat, qui clericus non erat? Vnde non placet hæc lectura. Idem. And.

¶ *Glo. seq. quærit, arg. & soluit.*

a ¶ *Testa*

a ¶ *Testis inscriptus.*] In instrumento transactionis, & non in causa, in qua patrocinabatur: quia & testis, & aduocatus in eadem causa esse nō debet 2. q. 6. *statuendū*. Sed quæritur, an ob hoc solū, quòd testis inscriptus fuit, possit à petitione repelli? Videtur, quòd non: quia nō ob hoc iuri suo renūciare intelligitur. *ff. de pig. actio. l. Caius.* sed ibi ignorabat, quod cōtinebatur in testamēto, quod significauit Caius cū annulo suo, secus si authoritatē præbuit. *ff. de pig. l. fideiussor. §. pater Sey.* & hic.

b ¶ *Transactio.*] Id est, amicabilis cōpositio. ī. c. prox. in fi. & c. statuimus. & ī. ca. prox. in fi. aliás transactio propriè de re spirituali fieri non potest. ī. eo. constitutus. & ī. ca. prox. quia quid simoniacum esset.

c ¶ *Impetrauit.*] Cōtra ipsum R. contra quem fuerat aduocatus.

d ¶ *Non inficiaretur.*] Et ita ex confessione cōuincitur: quia cōfessus in iure pro cōuicto habetur. ī. *de confes. c. 1. & Vlt. & C. eod. tit. l. Vnica.* Ex duob. enim debet iste succumbere: quia prestando auctoritatē transactioni iuri suo renūciauit, & quia mēdacium dixit impetrando, & veritatē occultādo,[a] meritò ergo silētium ei imponitur.

e ¶ *Tonsuratū.*] Ergo licèt postmodū tōsurā acceperit, non profuisset ei. Arg. ī. *de rescrip. cùm adeo.* principium enim in talibus considerandum est. ī. *de elect. dudum.* vbi de hoc. & 1. q. 1. *principatus.*

† In vno exemplari ita: & nondum fuisset in clericum tonsuratus, cùm literas ipsas impetrauit, &c.

† Aliàs, nostras.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cō.

† In vno Vetustissimo exemplari ita: super re sacra litigiosa. in alio non ita Vetusto, ita: super re sacra, Vel litigiosa. in aliis Vt impressum est, Vt plurimū tamen habetur: super re sacra litigiosa.

a Concor. ad hoc tex. in l. si restituatur tum no. ff. de in.

testis[a] inscriptus fuerat, transactio[b] facta fuisset, postmodum idem G. se mentiens Clericum, cùm nondum esset in Clericum tonsuratus: super eadem Ecclesia tacito de transactione, literas nostras impetrauit[c]. Cùm autem idem G. non inficiaretur[d] se transactioni interfuisse, & † nondum fuisse tonsuratum[e], cùm literas istas † obtinuit, ei super prædicta Ecclesia silentium duximus imponendum.

¶ Idem.

¶ *Super Ecclesiastico beneficio non potest transigi: sed amicabiliter cōponi. h. d. & quotidie allegatur.*

CAP. VII.

SVper † eo, quod quæsiuisti, vtrum de Ecclesiastico beneficio in litigium deducto, possit fieri transactio: Tale damus responsum, quòd transigi super † re sacra[f], & litigiosa non potest. Etenim res sacræ vt possideantur aliquo dato[g], vel retento, siue promisso, speciem credimus habere simoniæ[h]. Aliàs si gratis, & amicabiliter[i] inter se litigantes componant, sacris canonibus[k] nequaquam dicimus obuiare.

SVper eo.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Tale.* Abb. Sic.

CASVS. Aliquis coram iudice petebat beneficium Ecclesiasticum in aliqua Ecclesia: quærebatur, vtrùm super hoc beneficio sic in iudicium deducto possit fieri transactio? Respondet, quòd super re sacra litigiosa nō potest fieri transactio: quia res sacra dato aliquo, vel retento, aut promisso, vt possideatur, speciem continet simoniæ. Si verò gratis, & amicabiliter fiat compositio inter litigantes non obuiat sacris canonibus. Nota, quòd in spiritualibus non habet locum transactio.

¶ *Gl. se distinguit, an Ecclesia veniat, Vt proprietas, an Vt beneficiū.*

f ¶ *Super re sacra.*] Hic euidenter patet, quòd de re sacra, siue spirituali transactio interuenire non potest. ī. *eo. constitutus. & ī. eo. præterea. & c. ex parte.* neque pactio ī. *de pact. pactiones. & c. cū pridem.* & duobus seq. c. *Vt dictum est. & ī. eo. statuimus.* vt detur temporale pro spiritualibus. ī. *de re. permu. c. Vlt.* sed si spirituale detur pro spirituali, bene tenet, & valet talis permutatio, seu transactio. ī. *de re. permu. ad quæstiones.* & sic tantum detur spirituale, vel remittatur pro alio spirituali. Sed distingue, vtrū agatur de re etiam spirituali, quæ petatur tanquam beneficium, an tanquā proprietas. si agatur super beneficio, vt aliquis accipiatur ad beneficium Ecclesiæ, vel quæstio ad prælationē, tūc nulla potest interuenire trāsactio propriè. & hoc notauit, dum dixit: Ecclesiastico beneficio in litigium deducto: quia simoniacum esset: & quia talis titulus non habetur ex transactione, sed per canonicam institutionem. ī. *de institu. ex frequentibus. & ī. de renunc. Admonet. & 16. q. 7. nullus omnino. arg. ff. de decur. Herennius.* Si verò res sacra, siue spiritualis in litigium deducatur tanquā proprietas, tunc bene potest interuenire transactio, putà duæ Ecclesiæ, siue duo episcopi litigant super aliqua Ecclesia, vel aliquibus: quia alter dicit illas sibi subiectas, alter negat, qui possidet, ibi potest interuenire transactio: quia & permutatio. ī. *de rer. permuta. ad quæstiones.* vt si vnus haberet vnam Ecclesiam, & alter aliam per transactionē: vel quia vnus episcopus aliqua spiritualia in Ecclesia perciperet, & alius alia, hoc totum potest fieri per transactionem: sic etiam potest intelligi ī. *eo. statuimus.* potuit fieri diuisio decimarum inter partes: quædam tamen sunt, in quibus non admittitur transactio, seu compositio. vt ī. *eod. cap. Vlt.* vbi de hoc. Bern.

¶ *Glo. seq. ponit, & exponit diffinitionem transactionis.*

g ¶ *Dato.*] Transactio non procedit, vel non fit, nisi in aliquo dato, vel retento, vel promisso: vt hic dicit. & *C. eo. tit. transactio.* qui enim transigit, quasi de re dubia, & lite incerta neque finita transigit. *ff. eo. l. 1.* Et ideò dixi, dubia, & etiā lite incerta. quia credit se habere bonam causam: alioquin si euidens esset calumnia,[b] non tenet transactio. *ff. de cōdi. indeb. l. in summa. 1. rēsp.* Neque finita, ideò dixi, quia si finita esset causa per sententiam, à qua non esset appellatum, postea nō teneret transactio. *ff de condi. indeb. eleganter. §. si post rem iudicatā.*

h ¶ *Simonia.*] ī. e. constitutus. & ī. eo. præterea & c. seq.

i ¶ *Amicabiliter.*] ī. eo. statuimus. & c. de cætero & ī. eo. c. prox. & ī. de deci. ex multiplici. & c. nuper.

k ¶ *Canonibus.*] Qui prohibent illicitas pactiones in spiritualibus: vt 1. q. 2. quam pio. & q. 3. cos. & q. 2. si quis præbendas. cum suis concordantiis. & ī. tit. prox. c. fin.

b *Ex parte actoris: secus si ex parte rei. C. eod. tit. sub prætextu. licet alia Via, scilicet actione, Vel replicatione doli consulatur actori ad hoc per regū in dubio, Vt ibi dicitur. de hoc in l. statim. alle. & C. eo. tit. l. 1. Ioan. And.*

¶ Idem Abbati de Straphor. † & Priori de phe.

¶ *Transactio facta de rebus Ecclesiæ per Prælatum sine superioris consensu, non obligat successorem.*

CAP. VIII.

VEniens † ad Apostolicæ sedis clementiam magister G. de Fauill. sua nobis insinuatione monstrauit, quòd Monachi maioris monasterij terras in parochia sanctæ M. de Marcha † excolunt, & ab eadem Ecclesia coloni eorum omnia Ecclesiastica tam necessaria[l], quàm voluntaria suscipiunt sacramenta, & tamen eidem Ecclesiæ decimas soluere contradicunt: & infrà. ¶ Arbitrantur autem se posse tueri cuiusdam transactionis prætextu inter præfatos monachos, & quendam Sacerdotem memorati G. prædecessorem factæ, vt de duabus carruatis † terræ, quas in dominio suo Monachi tenent, tertiam tantùm decimarum partem exoluant: & infrà.

† Stanpho. & priori de phe.

† Post concil. Laterā. p. 48. c. 2. & c. 3. eo. tit. in 1. compila.

† Marchon.

VEniens ad Apostolicæ.] Prima pars ponit querelam. Secūda dat Iudices ibi, *Mādamus.* Abb. Sic.

CASVS. Monachi quidā maioris monasterij, excolunt terras in parochia S. Mariæ de Marcho, & coloni ipsorum monachorū omnia sacramenta tam voluntaria, quā necessaria recipiūt ab eadē Ecclesia: monachi prædicti talē fecerunt compositionem cū rectore ipsius Ecclesiæ sanctæ Mariæ prædecessore istius rectoris, vt monachi de duabus carruatis terræ, quas monachi retinent in dn̄io suo, tertiam partem decimarum tm̄ soluant Ecclesiæ sanctæ Mariæ, & de omnibus aliis decimarum integrè soluant: demū mortuus est sacerdos ille cum quo talis transactio facta fuit: successor illius integraliter petebat decimam de omnibus possessionibus, quas ipsi monachi, & coloni monachorum excolunt in parochia S. Mariæ: monachi volebant se defendere prætextu transactionis præfatæ, nec permittebant colonos suos soluere decimas prædictæ Ecclesiæ: rector iste conquestus est D. Papæ: vnde mandat Papa iudicibus, quatenus compellant monachos, & agricolas ipsorum soluere decimas eidem ecclesiæ integraliter de omnibus rebus, de quibus decimæ debent solui, & de subtractis satisfaciant competenter: nisi præfati monachi docuerint transactionem prædictam super duabus carruatis terræ per sedem Apostolicam confirmatam fuisse, cùm aliàs transactio illa super duabus carruatis fuerit personalis, & pacta inter alios acta aliis obesse non debeant. Nota, quòd factum antecessoris non præiudicat successori in rebus Ecclesiæ. Item transactio facta inter personas, nisi confirmata fuerit per sedem Apostolicam, personalis est. Item res inter alios acta, aliis non obest.

† Aliàs, carrucatis. & quid sit carruata Vide in notis horum c.

¶ *Gl. seq. declarat, quæ sint sacramenta necessaria, quæ Voluntaria: & quare sic Vocantur.*

l ¶ *Necessaria.*] Quædam sacramenta sunt necessaria,[c] quædam voluntaria hæc dponitur ī. q. 1. §. notandum est. Sacramenta necessitatis sunt ista, baptismus, confirmatio, pœnitentia, vltima vnctio, corpus Christi, & ideò dicuntur sacramenta necessaria, vel necessitatis: quia sine istis homo saluari non potest, si ex contemptu omittuntur, & haberi possunt: sacramentum verò baptismi in necessitate, à quocunque potest recipi, dummodo in forma ecclesiæ conferatur. ī. *de sum. trin. c. 1. in fi. & de conse. d. 4. à quodam. cap.* Et etiam pœnitentia: nam confiteri possunt cuicunque[d] in necessitate iuxta illud: *confitemini alterutrum peccata Vestra.* Sacramenta verò voluntaria sunt illa, quæ omittere non est peccatum, quæ dignitatis sacramenta dicuntur: vt in §. sed notandum. vt sunt ordines, qui à dignioribus conferuntur. id est, episcopis. Vel quia non nisi digni ad ordines assumendi sunt. Item matrimonium. Sine huiusmodi sacramentis bene possumus saluari. 22. q. 4. §. *Vlt. ad finem.*

c *De materia huius glo. consule omnino Theologos, & præsertim B. Thō. 3. p. q. 65. art. 4. & Sotum lib. 4. sent. d. 1. q. 6. a. 4. Vide etiam notas huius cap.*

d *Sed confessio facta laico non est sacramentalis. Sotus l. 4. sent. d. 18. q. 4. art. 1.*

a ¶ Transactiones.] Id est, cōpositionē. j. e. statuimus. & j. de deci. ex multiplici. vbi transactio est compositio, vel propriè tenetur.
¶ Glo. seq. quaerit arg. pro & contra, & soluit. Ioan. And. in nouel.
b ¶ Confirmatam.] Sed nunquid confirmatio Papae trāsactionē personalem facit realem, vt ne mutet eius substantiā? videtur, quòd sic, quia auctoritas principis facit quòd ex nudo pacto actionē datur, & auctoritas legis hoc facit. ar. ff. de pact. legitima. & quod confirmatur, datur. ff. de verb. signi. l. iter ... & princeps vnit duas res in vnam ... Arg. contra 12. d. praecep. & j. de confirm. vti. dilecta. & c. vlt. Dic quòd haec transactio ab initio, quantum ad intentionem transigentium fuit realis, sed sacerdos ille hoc facere non poterat sine auctoritate, nec successorem poterat obligare sine auctoritate superioris. arg. s. eod. de rebus eccl. ... sic habes. j. de confir. vti. c. pen. & ita confirmatio Papae facit realem transactionem, quae quantum ad ipsas personas personalis erat, ... hoc facit ... quòd illa, quae nulla est, sit aliqua. ar. 16. q. 1. c. vlt. & j. de iis, quae fi. a prala. sine cons. Apostolica. & plus est de nihilo aliquid facere, quàm de aliquo aliud. arg. de cō. se. d. 2. reuera. ... circa prin.
c ¶ Inter alios.] Sic ff. de pact. si vnus §. item ne experiatur. & ita pactum praedecessoris nō obligat successorē. arg. j. de preca. c. 2. & in l. si tibi. cum ... inter alias personas non nocet alij. 2. q. 5. interrogatum. j. de adult. significasti. Sed nunquid ille sacerdos posset reuocare talem transactionem, antequam confirmetur à Papa, cùm sit personalis? Arg. quod sic. 35. q. 9. quod quis. & c. quisquis. & j. de rebus Eccle. non alie. si quis presbyterorum. b Credo, quòd licet sit personalis transactio, ipse tamen quamdiu viuet non potest reuocare, sicut nec monasterium ... nisi per in integrum restitutionem, si Ecclesia esset laesa. j. de in integ. rest. c. 1.
d ¶ Ipsos.] s. monachos de parte sua. j. de deci. tua nobis & colonis de suis, vt ibi.
e ¶ Ex integro.] Sic infrà de deci. cùm homines. & c. tua nobis. Bernardus.

¶ Ca. 4. eo. tit. in 2. cōpila.

a Concor. te. ... in l. si tibi. §. cum ... lib. ... ff. de pact.

b Hoc ca. & praecedens loquuntur de alienatione, quae non tenet. Illa verò reparabat pa... ad tempus. Ioan. And.

¶ Mandemus, quatenus nisi praefati Monachi transactionem a praescriptam auctoritate Apostolica cōfirmatam b esse docuerint, cùm aliàs inter personas facta potiùs, quàm inter Ecclesias videatur: nec pacta inter alios c acta alijs obesse patiamur: ipsos d & agricolas, decimationes ex quibus libet rebus prouenientes ex integro e, & illarum, quas illicitè detinuerant, iustam aestimationem restituere eidem Ecclesiae compellatis.

¶ Lucius iij. Osmen. Episcopo.

¶ Sicut super iure praesentandi, ita super annexo non potest transigi, vt res datur à lite interueniente aliqua temporalitate.

CAP. IX.

Praeterea † quando inter Laicos, & viros Religiosos de praesentatione alicuius Ecclesiae quaestione suborta transigitur f, ita quòd praesentationem Laicus obtineat: Religiosi verò nouam, vel maiorē percipiant in Ecclesia, in qua prius nullam g, vel minorem habere consueuerant portionem: an huiusmodi transactio teneat, quaesiuisti. ¶ Cùm igitur ipsa pactio simoniaca h meritò videatur: Respondemus, quòd de iure non tenet: nec ex ea Religiosi vllum debent commodum obtinere.

¶ Caelestinus iij.

¶ Super spirituali subiectione non licet transigi.

¶ Praeterea.] Non valet trāsactio super iure praesentandi, per quam nouus census imponitur Ecclesiae, vel antiquus augetur. h. d. Continuus diuisio: secunda ibi, Cùm igitur. Abb.

Casvs. Pro vacat aliqua Ecclesia, contentio est inter laicos, & aliquos religiosos super praesentatione rectoris: venerunt ad talem transactionem, vt laici habeant praesentationem, religiosi percipiant ab Ecclesia maiorem pensionem, quam recipere consueuerant: vel nouā, cum nihil antea perciperent: quaeritur, an talis transactio teneat? Respōdet Papa, quòd talis trāsactio simoniā videtur, & ideo de iure non tenet, nec monachi ex ea vllum debent cōmodum obtinere. Nota, quòd per transactionē noua pēsio non potest, nec vetus augeri partium pactione, sine vitio simoniae.
f ¶ Transigitur.] Propria auctoritate.
g ¶ Nullam.] immò etiam auctoritate superioris nō posset modo conditum censualis illa Ecclesia, nec vetus census augeri. j. de cens. prohibemus & c. sequente.
h ¶ Simoniaca.] Cùm non liceat transigere de re spirituali interueniente pecunia, vt dictum est. s. eo. super eo. & c. statuimus. sim. s. de pact. cum clerici. j. e. prox.

Additio. Quia ius patronatus est spirituale.

ij. ¶ Praeterea.] Cōtinuatur: secunda ibi. Respondemus. Abb. Sic.
Casvs. Quaedam cella voluit eximi a subiectione, qua tenebatur matrici Ecclesiae: oblato libello, & lite contestata, fratres illius cellae per syndicum suum confessi fuerunt in iure, se olim fuisse subiectos matrici Ecclesiae, & quoniam de hac subiectione olim motam fuisse, & per transactionem sopitam, ita quod quendam censum soluerēt annuatim matrici Ecclesiae, & essent à subiectione illius Ecclesiae exempti. Prior vero matricis Ecclesiae proponebat pro ipsa, quòd de spirituali subiectione transigere non licebat, & ex confessione illorum (vt apparet) quòd olim subiecti erāt matrici Ecclesiae: ergo adhuc ad subiectionē tenentur, cum priuilegium exemptionis nō ostendant: iudex dubitauit, quid iuris esset? Rñdet Papa, quòd ex confessione illorum fratrū debet ferri sententia cōtra eos, cū illa transactio iniquitatem contineat, licet nō constiterit domino Papae de illo, quod cella determinatè reddere tenebatur. Nota, quòd de subiectione trāsactio nō potest fieri. Item confessus in iure pro conuicto habetur. Item confessio capituli praeiudicat: & sic videtur, quòd confessio praelati non praeiudicet, nisi esset syndicus in causa, vel nisi confiteretur in animam suam, & fratrum suorū, secunda quòd intellexi ... ab eis, quod quidem verum est.
i ¶ Eximi.] Côtêdendo in iure, quòd non debeat subesse, non priuilegium allegando. Lau.

† Cap. 5. eo. t. in 2. compil.

† Prima quaestio habetur de muner. per c. prudentiam. 2. & 3. de appel. ca. secūdò requisitis. 4 hic 5. & 6. supra de offi. de leg. c. prudentiam.

† annotatum.

CAP. X.

ij. Praeterea † quarto † loco quaestio talis accessit, quòd quaedam cella eximi i voluit à subiectione, qua matrici domui tenebatur: & infra. ¶ Fratres illius cellae se confitentes k in iure illi domui quondam fuisse subiectos, referebant quaestionem olim de hac subiectione fuisse motam & transactione sopitam, eatenus, vt quendam annuum † censum l Ecclesiae matrici reddendo, essent à subiectione m principalis domus exempti: & infrà. Prior consequenter pro maiori Ecclesia proponebat, quòd de spirituali subiectione transigere nō liceret. ¶ Respondemus igitur, quòd ex praedicta fratrum confessione n, cōtra eos sententia procedere debeat, praesertim cum illa trāsactio (licèt nobis de illo, quod cella determinatè reddere tenebatur, constare nequiuerit) iniquitatem simoniacam o continuisse putetur.

¶ Honorius iij. Tituli sanctae Praxedis Presbytero Cardi.

¶ Iudex potest, & debet se interponere pro transactione inter partes facienda, praeterquam in casibus, in quibus iura hoc non admittunt, vt super matrimonio. h. d.

CAP. XI.

Ex parte tua: & infrà. ¶ Poteris ad componen-

¶ Glos. seq. soluit contrarium.
k ¶ Confitentes.] similem confessionem habes. j. de excep. cum venerabilis. sed illa eis non obsuit, quia excipiendo hoc fecerunt: & per hanc confessionem non fundata fuit intentio alterius partis: potuerant tamen ostendere, olim fuit quaestio de subiectione, sed illa fuit transactione, id est amicabili compositione terminata.
¶ Glo. seq. rec. per q. f. an possit matrix Ecclesia cellam eximere.
l ¶ Censum.] Qui ... esset recognitio debitae subiectionis, vt 17. q. 2. Eleutherius. non tñ debuit sic transigi. Immò videtur, quòd non possit eximi, sicut nec Episcopus pleno iure eximit cella Eccle. ... j. de iure patronatus. sed si gratis vellet quis Ecclesiam sibi subiectam nō per trāsactionē eximere, bene posset remittere quicquid iuris habet in ea, retinendo etiam pensionem annuatim soluendam maiori Ecclesiae: nec esset simonia. j. de relig. domi. constitutus. ita tamen, quòd illi de cella deberent obedientiam, & reuerentiam matrici domui. j. de censi. cum venerabilis. quia sine capite esse non debet: quia in hoc non possit maior Ecclesia illos eximere. 9. q. 3. nulla ratione.
m ¶ Subiectione.] Non poterat hic allegari praescriptio quia cōtra subiectionem non currit praescriptio. j. de praescr. cùm non liceat. & quia malam fidem praesumebantur habere propter confessionem propriam.
n ¶ Confessione.] In iure factam, & coram iudice suo. j. de iudi. at si clerici. & ff. de interr. act. Voluit. & ita confessio contra se praeiudicat. j. de confes. cum super. & c. vlt. vbi de ho. & intellige, quòd per syndicum confessi fuerunt, quamuis dicat hic, fratrum confessione, nec te ... auerunt confessionem.
o ¶ Simoniacam.] s. e. praeter. & c. constitutus. & s. de pact. cum pridem. & c. pactiones.

c Quòd dic sibi & plenius j. de reg. iur. exceptionem. lib. 9.

Ex parte tua.] Super matrimonio trāsigi nō pōt. Diuid. f. nā primò hortatur legatum, vt cōponat etiam in casib. expressis à iure

a Casus hic Bernardi glossatoris est.

à iure. in fi. dicit, quid de casibus non expressis ibi, *In his*. Abb.

Casvs Quidam [a] Græci furtiuè recipiebant sacros ordines à nō suis epīs. Quidam etiam celebrabant in Ecclesiis interdictis nec volebant obedire Latinis Epīs. Et quidam alij Græci, & Latini epi consecrationes celebrabant in epatibus aliorum, & decimas percipiebant ibidem in eorum præiudicium, & grauamen. Item quidam laici Græci proprias vxores auctoritate sua dimittebant, alias illis viuentibus recipientes: Et quidā alij abbatias, & Ecclesias cum hominibus Ecclesiarum detinebant, & in aliis etiam pluribus excedebant, vt dicitur in integra. super his excessibus Cardinalis consuluit Papam, qualiter esset contra istos agendum, & ipse hic rndet, prout sequitur. Bern.

† Concor. eo. in l. 1. §. & post. ff. de noui ope. nunc. & 90. d. per totū.

† Perperam in impressis legitur: dispositionis.

† Vide Turrecremata. 28. q. 1. in summa. Vbi latè de hoc.

dū [a] interponere † partes tuas, & interdum aliquid seueritati [b] detrahere, prout (statu imperij, & excedentium multitudine [c] prouida deliberatione pēsatis) videris expedire: exceptis nimirum casibus, qui compositionis, siue dispensationis † remedium non admittunt: vtpote coniugij sacramentum, [d] quòd cùm non solùm apud Latinos, & Græcos, sed etiam apud fideles, & infideles [e] existat, † à seueritate canonica circa illud recedere non licebit.

¶ In his verò, super quibus ius non inuenitur expressum, procedas, (æquitate [f] seruata) semper in humaniorem [g] partem declinando, secundùm quod personas, & causas [b], loca, & tempora videris postulare.

Not. q iudex primò ad componendū debet laborare. Itē seueritati detrahendū est. Itē cōtra matrimoniū cōpositio, vel dispensatio locum non habet. Item vbi ius non inuenitur, æquitas seruanda est. Item in humaniorem partem semper debet iudex inclinare. Item persona, causa, loca, temporà, & status terræ consideranda sunt.

a ¶ *Ad componendum.*] Sic enim iudex prius debet concordare partes, quàm ad iudicium veniat [b], si potest. 5. q. 2. *si primates.* & 90. *dist. studendum.* 23. *q. Vlt. si quis membrorum.* & *q. 4. si illic.* & *j. de simo. querelam.*

b Et sic per partium concordiam remanebūt crimina impunita. solum, vt not. 90. d. c. 1. Ioan. And.

b ¶ *Seueritati.*] Quandoque enim detrahendum est seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas syncera subueniat. 50. *d. Vt constitueretur.* & vbi salui nihil detrahebatur humilitati, posteriores doctores aliquid addiderunt vt ibidem dicitur.

c ¶ *Multitudine.*] Quia quòd peccatur à pluribus, transire solet inultum. 1. *q. 7. quotiens à pluribus.* & 23. *q. 4. non potest.* *s. de tēp. ord. sanè.* & cum multitudine peccantium, magis docendo, quàm iubendo agendum est: seueritas autem exercenda est in peccata paucorum. 44. *d. comessationes.* *inf. de cle. excom. mi. latores.*

¶ *Glo. seq. rationem reddit, & dat simile, obiicit, & soluit.*

d ¶ *Sacramentum.*] Sic patet, quòd in matrimonio non habet transactio, seu compositio locum, vt contra matrimoniū aliquid statuatur: cùm sit statutum ab ipso Domino in paradiso: *Quia quos Deus coniunxit, homo non separet*: vt 26. *dist. deinde opponitur.* & *s. de transla. inter corporalia.* & 33. *q. 2. in quod.* & *c. quos Deus.* & causa matrimonialis per arbitros tractari non pōt. *j. de in integ. resti. causa. in fine.* sed per iudices discretos, qui potestatem habeant iudicandi. *j. de consan.* & *affi. ex literis. in fin.* nec dispensatio locum habet, vt dicit hic. Sed contra videtur, quia circa matrimonium dispēsatur. 35. *q. 3. quædam lex.* & *c. quod scripsi.* & *q. 8. de gradibus.* Dicas in matrimonio circa gradus constitutione canonica interdicto, dispensatio adhibetur ex iusta causa, vt simul remaneant, in quo casu loquuntur contraria. Circa gradus lege diuina prohibitos, [c] vel vt matrimonia legitimè contracta [d] separentur, nulla dispensatio adhibetur ab Ecclesia: & de tali dispensatione hic intelligitur: nam vt patet in integra, quidam vxores legitimas dimittebant, & alias ducebant, cùm talibus nulla dispensatio adhibetur, vt sic remaneant cum secundis. De gradibus diuina lege prohibitis habes *infrà de restit. spoliat. literas.* Hodie vero de facili non dispensaret Ecclesia circa consanguinitatem: cum vsque ad quartum gradum restricta sit copula coniugalis. *infrà de consanguin.* & *affinit. non debet.*

c Hæc est grauissima quæstio, de qua plenè Turrecremata. 15. q. 2. c. coniunctiones.

d Carnali copula consummata: quod dic, vt not. de conuer. coniug. c. ex publico. lib. 6. Ioan. And.

e ¶ *Et infideles.*] 26. *d. deinde imponitur.* & 28. *q. 1. per totum.* sed apud infideles non est ratum, quin possit separari altero veniente ad fidem catholicam, in infidelitate reliquo remanente. *j. de diuor. quanto.* & *c. gaudemus.*

¶ *Glo. seq. argumen. à contrario, signat contrarium, & soluit, & dat textus duo similia.*

f ¶ *Æquitate.*] Quā iudex p̄ oculis semper debet habere. *ff. de eo, quod cer. lo. q si Ephesi.* in p̄. Et ita videtur ex eo, qd dicit: in quibus ius nō inuenitur expressum, procedas æquitate, &c. q ius sēp sit p̄ferēdū æquitati. Arg. cōtra. *C. de iud. placuit.* sed pōt intelligere illud de æquitate scripta, quæ debet præferri rigori iuris: hic de æquitate nō scripta quæ tūc solū seruāda est, cùm ius deficit: hoc verbum sumptum fuit de lege illa. *ff. de aqua plu. arcen. in sum.* § *Item Varus in fin.* tic dicitur de consuetudine, quæ seruatur, cū deficit lex. 1. *d. consuetudo.* & vbi ius scriptū non est, de similibus ad similia est procedendum. *ff. de legibus, non possunt.* & *j. de re iud. in causis.* & *j. de sta. regu. super quodam in fi.* & *cap. recolentes.* & *supra de rescript. inter cæteras.* & *suprà de transl. ele. inter corporalia.*

g ¶ *In humaniorem.*] Quia semper debemus promptiores esse ad absoluendū, quā ad cōdēnādū. *ff. de act.* & *obli. Arrianus.* & *ff. de pæn. respiciendū.* & *j. de p̄ba. ex literis.* & 26. *q. 7. tēpa pænitudinis.* & p̄rōptiores ad misericordiā, quàm ad rigorem: quia melius est p̄stare causas p̄ misericordia, q̄ p̄endere inclemētiā. 26. *d. non satis. ad fi. post me. colum.* & meli' est pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione beneficium. 11. *q. 3. nemo periturum.* & sūma, quæ misericordiam vetat, fugienda est. 50. *d. ponderet.* & 26. *q. Vlt. alligat.* vbi dicit, quòd si Dominus est largus dispensator, eius famulus non debet esse tenax, & 9. *d. sana.* & 1. *q. 7. cap. exigunt.*

† Sub. Alexan. 4 c. 12.

† Cap. 1. e. ti. in 1 compilat.

† Infero ergo quod mediante coniuge postulare poterit. concor. l. 1. & ibi Bart. C. de pat. qui filios distra.

¶ *Glo. seq. prosequitur 4. in pœnis consideranda.*

h ¶ *Causas.*] In omnibus pœnis inferendis considerantur ista quatuor principaliter. Persona primò consideranda est, quæ sit, quia aliter proceditur cum maioribus, quam cum minoribus. *de offi. deleg. sanè.* & *c. pastoralis.* & 45. *d. cum beatus.* & 24. *q. 1. qui contra pacem.* & *j. de simo. per tuas.* [e] Causa etiam cōsideranda est. *j. de Vo.* & *Vo. redem. magna. in fi.* & *j. de accu. cùm dilectus.* & 23. *qu. Vlt. occidit.* & *ff. de fur. Seruum.* & 16 *q. 6. c. 1. in fi.* Et op. *argu.* 6. *d. testamentum.* Et locus consideratur in iudiciis. *argum.* *suprà de rescri. nonnullis.* quia consuetudo loci attendi debet 4. d. *erit autem lex.* & 31. *d. ante triennium.* & *c. aliter.* & *j. de cle. con iu. cùm olim.* Et tempus etiam consideratur, quia est tempus tacendi, & tempus loquendi. 36. *d. c. quia ecclesiasticus.* § *ecce.* In quo statu sit princeps loci, vt hic dicit, prout status imperij, &c. quia in turbatione regni rigor iuris seruari non potest. Et propter nouitatem gentis tempus consideratur: vt 35. *q. 3. quod scripsi.* & *j. de pæn.* & *remis.* Deus qui ecclesiam, propter nouitatem fidei multa ibi attenduntur, & hoc totum habes. 29. *d. sciendum.* *j. de homi. sicut dignum.* 1. *respon.* vbi ista quatuor considerantur, & quædam alia.

e Concor. l. Pedius. § si. ff. de incē. rui. nau. & l. si criminis & l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi. pub.

Additio. Vnde versus: *Causa, locus, tēpus, personaq; perspiciatur, In pœnis dandis, vt eas Iudex moderetur.*

TITVLVS XXXVII.

De postulando.

¶ Ex concil. Lateranen. †

¶ Clericus sacris, vel minoribus beneficiatus in sæculari foro postulare nō debet, nisi pro se, vel sua Ecclesia, vel miserabilibus personis.

CAP. I.

CLerici † in Subdiaconatu, & supra, in ordinibus [i] quoque minoribus, si stipēdiis Ecclesiasticis sustententur, † corā sæculari Iudice Aduocati in ne-

DE POSTVLANDO.

¶ Si vocati ad iudicia nō paciscūtur, neque transigunt, solent sibi quærere aduocatos, & procuratores: ideo post duas rubricas præcedētes subiicitur iste, & sequēs, q̄ præmittitur ante tractatū de iudiciis, quia hæc sunt præparatoria iudiciorū. Quid autē sit postulare, habes tex. in l. 1. ff. e. & p̄ gl. in c. vl. j. eo. *Et aduerte, q multa sunt personæ, quæ postulare prohibentur: vt patet in his versibus.*

Non cuicunque datur, quod postules, immò negatur:
Addictus pœna, seruus, puer, actor, arena:
Luminibus cassus, mulier, muliebria passus.

De hac materia tractatur 3. q. 7. 15. q. 2. de pœn. d. 1. nemo. 14. q. 5. denique.

CLerici.] Diuiditur, q̄ prima pars ponit prohibitionem, à qua secunda excipit ibi. *Nisi.* & adde etiā de personis ibi coniunctis, vt probatur. *j. eo. c. fi.* Abb.

Casvs Statuit cōciliū Lateran. q clerici in sacris ordinibus cōstituti, & etiā in minoribus, qui stipēdiis ecclesiasticis sustētātur, corā sęcularibus iudicibus p̄ sęcularibus negotiis aduocati fieri nō præsumāt, nisi propriam causam, vel suæ Ecclesiæ prosequantur, aut pro miserabilibus personis. Nota, quòd clerici nec in maioribus nec in minoribus constituti, aduocare non debent: quod verum est in foro sæculari, nisi in propria causa, vel Ecclesiæ, vel miserabilis personæ.

¶ *Glo. seq. arg. à contrario, quod approbat distinguendo inter criminales, & ciuiles causas, constitutos in minoribus, in sacris, & professos.*

i ¶ *Stipendiis.*] Videtur ergo à sensu contrario, si stipendia nō habeant

beant, quòd possint aduocare, quod verum credo de minoribus in causis ciuilibus, quia in criminalibus causis, vel vbi de pœna sanguinis agitur, interesse non debent. j. *ne cleri. vel mona. sententiã.* & *23. q. vlt. his à quibus*. De iis, qui sunt in maioribus ordinibus, aliud est dicendum, quia illi coram sæculari iudice aduocare non debent: & si sine titulo sunt promoti, Eps eis debet prouidere. j. *de praben. non liceat.* & *c. Eps si aliquem.* & *c. cũ secundum.* de regularibus planum est, quòd aduocare non debent. j. *c. prox.* quia & negotiis sæcularibus se immiscere non debent j. *ne cleri. vel mona. non magno* & *16. q. 1 alia est causa. & placuit.* & *cap. monachi. de sacerdote habes. j. c. vlt.*

a ¶ *Sæcularibus.*] Immò opprobriũ est clericis, si se peritos forensiũ disceptationũ ostendere voluerint. *Cod. de Epis. & cler. repetita.* & *C. de test. a. consulta.* pro miserabilibus tamẽ personis possunt postulare. j. *eo c. vlt.*

EX *parte tua*] Cõmunis diuisio. Secunda ibi, *Vnde.* Abbas.

† *Con. Trid. sess. 22. de refor. c. 1.*

CASVS. Quidam canonici regulares aduocabant in causis Ecclesiasticis; & forensibus: & cum eis obiiciebatur, quòd aduocati esse non debent, nisi fortè pro vtilitate monasterij, & abbate etiam monasterij imperante ad suam defensionem allegabant, quòd capitulum illud, quo talia prohibentur, de monachis tantùm, & non regularibus loquitur: consultus Papa respondet, quòd idem iudiciũ de canonicis regularibus, & de monachis est habendum, licèt de monachis in canone specialiter sit expressum. Not. quòd regulares, & monachi quoad sæcularia eodem iure vti debent.

† *Eadem vox* ✝. *de supplen. negli. prælat. c. 2.* & *fortassis legendum insolentiam: vt ibi notant: vel dic, insolertiam, i. inscitiam.*

a *Infero, quòd prohibetur vendere, prohibetur donare, & permutare. cõcor. l. statu liberi à creris. ff. de statu li. no. in l. sancimus. Cod. de reb. Eccle. non alien.*

b *Quod dic, vt eo. tit. c. 1. li. 6. sic & ex. 3. c. legis Aquil. verbum rupti extenditur ad scissum, collisum, effusum, vel aliquo modo peremptũ, vel deterioratum Inst. ad l. Aquilia. in. §. item in omnibus, secundùm Ioan. And.*

gotiis sæcularibus a fieri non præsumant: Nisi propriam causam, vel Ecclesiæ suæ fuerint prosecuti, aut pro miserabilibus fortè personis, quæ proprias causas administrare non possunt.

¶ Innocentius tertius Compostellano Archiepiscopo.

¶ *Canonici regulares postulare non possunt, sicut Monachi, nisi pro vtilitate Ecclesiæ, vel sui monasterij, & præcepto Abbatis.*

CAP. II.

EX parte tua nobis fuit propositum, quòd quidam Canonici regulares, non solùm in Ecclesiasticis, verum etiam in forensibus causis, præsumunt Aduocati officiũ exercere. Cúmque † obiicitur eis, quòd non debent esse forensis, vel Ecclesiastici b negotij susceptores, vel executores, nisi fortè id monasterij exposcat vtilitas: Abbate nihilominus impetrante c, ad suam proponunt ins[o]ler iam † excusandam, quòd capitulum illud, per quod prædicta prohiberi videntur, de Monachis, non de Canonicis regularibus loquitur manifestè. Vnde consultationi tuæ taliter respondemus, quòd idem d iudicium de Canonicis regularibus, quod & de Monachis, quantùm ad supradicta credimus obseruandum, licèt de Monachis in canone specialiter sit expressum.

b ¶ *Ecclesiastici.*] Vt *16. q. 1. c. monachi.* & *c. de præsentium.* & j. *ne cleri. vel mona. non magno.* opprobrium est talibus, si velint videri periti forensium disceptationum. *C. de testamen. consulta.* & *C. de epis. & cler. repetita.*

c ¶ *Imperante.*] *16. q. 1. monachi. 2.* non sufficit vtilitas monasterij, nisi hoc faciat de mandato Abbatis propter bonum obedientiæ. *arg. ff. de re mil. l. 3. §. in bello.* nec auditur eo prætextu, quòd est coniuncta persona: nisi habeat speciale mandatum: leges enim de hoc loquentes intelliguntur de factis priuatorum. *ff. de procur. sed & hæ persona.* & *l. Pomponius. in fin.*

¶ *Glo. sequens dat 5. similia.*

d ¶ *Idem iudicium.*] Similis habetur extensio per interpretationem *28. q. 1. idolatria.* sic nomen venditionis ad alias alienationes extenditur a. *ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. sicut. §. venditionis.* & verbum, *alienationis*, ad alios contractus extenditur, per quos etiam dominium non transfertur. j. *de re Eccl. non alien. nulli liceat.* sic & id, quod dicitur de simoniacis, extenditur ad alios *16. q. 7.* & *hoc scripsimus. ver.* arbitror conuenire *verbum*, &c. sic & prohibitio. de legibus audiendis de monachis, & regularibus extenditur ad prælatos sæculares. j. *ne cler. vel monach. super specula* b & regulares canonici æquiparantur monachis: nisi quia regulæ inseruiunt laxiori. *infra de sta. reg. quod Dei timorem.* Bern.

C*Vm sacerdotis sit.*] Primò ponitur ratio, secundò dictũ cum clausula exceptiua ibi, *Non nisi.* tertiò pœna ibi, *Clericus.* Ab. Siculus.

CASVS Primò dicitur, quòd sacerdos aduocare non debet, nisi pro seipso, vel Ecclesia sua, vel si necessitas immineat, pro coniunctis personis, aut miserabilibus. Secundò dicit, quòd clericus, qui contra Ecclesiam suam, à qua beneficium recipit, pro extranea persona aduocatus, vel procurator extiterit, tanquam ingratus beneficio illius Ecclesiæ poterit spoliari. Not. quòd sacerdos in certis casibus tantùm potest aduocare. Item ingratus potest priuari beneficio, quod recepit, vel recipit ab eo, contra quem ingratus est.

¶ *Glo. seq. dicit, vnde sumpta, & arg. inducens multa similia.*

c ¶ *Nulli nocere.*] Ista verba sumpta fuerunt ex illo canone. *14. q. 5. denique.* Ad hoc autem tenetur quilibet Christianus: sed magis sacerdos, qui debet velle prodesse omnibus: vt ibi dicitur, & hoc quia quisque prohibetur alij inferre, quod sibi nollet fieri. *1. dist. in princ.* & j. *de maior. & obed. dilecti filij.* Et est arg. quòd nulli consulendum est cum alterius iniuria. *22. q. 2. primum. ff. de condict. indeb. nam natura.* & *11. q. 3 si quis verò non obediat. 99. dist. nullus.* & non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. *ff. de reg. iur. non debet.* & cauendum est, ne prætextu nocentis, innocentes puniantur. *C. de iis, qui latro. occultauerunt. l. 2.* & sanctius est nocentẽ impunitum relinqui, quam innocentem damnare. *ff. de pœ. absentem.* & pœna debet suos auctores tenere. j. *de iis, quæ fiunt à maior. par. cap. quæsiuit.* & *C. de pœn. sancimus.* Et sic patet, quòd sacerdos, aduocare non debet, nec se negotiis sæcularibus immiscere, nisi pro cura miserabilium personarum. *88. distinct. c. 1.* & *per totam. dist.*

¶ Gregorius nonus.

¶ *Se summat.*

CAP. III.

CVm Sacerdotis sit officium † nulli nocere e, omnibus autem velle prodesse. Non nisi pro seipso f, vel Ecclesia sua, vel (si necessitas immineat) pro personis coniunctis, aut miserabilibus, sibi licitum est postulare g: & *infrà.*

¶ Clericus autem, qui contra h Ecclesiam, à qua beneficium obtinet, pro extraneis Aduocatus, vel procurator esse præsumit †, tanquam ingratus potest (maximè, si clericus sit eiusdem Ecclesiæ) beneficio huiusmodi spoliari.

† *In multis manuscriptis, deest vox, officium, & super verbo, sit, in aliquibus habetur hæc expositio, id est, interfuit. nec habetur in ca. denique. 14. q. 5. vnde sumitur.*

† *præsumpserit.*

f ¶ *Pro seipso.*] Sic quædam sunt personæ, quæ pro se tantum, & pro quibusdam personis pñt postulare. *3. q. 7. §. sunt autem.* vbi habes, quæ personæ possunt postulare, & quæ non, & pro quibus, sic & sacerdos pro se, & pro quibusdam aliis personis hîc enumeratis postulare potest, pro Ecclesia sua, & pro personis coniunctis: sed non indistinctè, nisi necessitate instante, putà, quia sunt minus potentes, vel quia non possunt habere ita bonum aduocatum, & sic restringitur quodammodo ad necessitatem, quantùm ad coniunctas personas. Quæ sunt coniunctæ personæ, dicitur. *ff. de procur. sed & hæ persona.* & *3. quæst. 7. cap. infames. §. sunt autem. ver. alij enim.* inter quas personas satis credo intelligendos confratres suos eiusdem Ecclesiæ: & pro coniunctis personis posset etiam literas impetrare sine mandato. suprà de rescriptis. nonnulli. & agere etiam. *ff. de procur. Pomponius. in fin.* dum tamen non appareat contraria voluntas, vt ibi dicit. & pro personis miserabilibus, de quibus habes. *87. dist. per totum. 88. dist. c. 1.* & *c. Episcopus gubernationem.* & in pluribus aliis cap. ibidem.

g ¶ *Postulare.*] Postulare est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. *3. qu. 7. ca. infames. §. sunt autem.* & *ff. de postula. l. 1. §. postulare.*

Postulare quid est.

¶ *Glo. seq. textum fortificat per similia, & quæstionem interserit, quam soluit.*

h ¶ *Contra Ecclesiam.*] Clericus ergo, qui contra Ecclesiam, à qua beneficium habet, aduocat, vel est procurator, tanquã ingratus beneficium ipsius perdere debet. argu. bonum. *1. q. 7. c. 1.* & *96. dist. si imperator. 3. q. 1. nulli* sicut vasallus tenetur domino. *22. q. 5. de forma.* alias perdit feudum, vt in libro feudorum, quemadmodum feudum amittitur. & milites rem publicam, de qua aluntur, ab omni necessitate bellorum defendant. *C. loca militis.* Sed si habet clericus beneficia in pluribus Ecclesiis, nunquid potest præstare patrocinium vni contra aliam. Non videtur: in eo casu neutram iuuet, vel offendat. arg huius c. & *14. q. 5. denique.* sed si esset prælatus in vna Ecclesia: & in alia habuisset simplex beneficium: videtur, quòd ratione prælationis posset contra aliam stare. arg. *ff. de in ius vo. quæsitum.* & *3. q. 7. §. item si contra partem.* sic & libertus Ecclesiæ si contra ipsam agat, vel testificatur, tanquam ingratus in seruitutem redigatur. j. *de ser. non or. de famulis Ecclesiæ.* & *12. q. 2. octaua diuisio.* sic & donatio propter ingratitudinem reuocatur. j *de dona. propter eam ingratitudinem. C. de re.*

Clericus habens duo beneficia, an possit pro vno contra alterum postulare.

C. de remo. do. l. 1. & Vlt. & in Authen. de nupt. in §. si mater. colla. 4. & in Authen. Vt liber d. extero aureo non indigeant annulo. *§. illud. coll. 6.* & iustum est, vt ecclesia in sinu suo non retineat fraudatorem, quem suscepit extraneum 12. *q. 4. sacerdotes.* & Ecclesia sua, mater eius est, 2. *qu. 6. ad Romanam.* quæ ipsum domino sociauit. *infra de pen. cap. 2.* sic propter ingratitudinem mater potest filium exhæredare in totum 19. *q. vlt. cap. Vlt. & in Authent. Vt cùm de appellatio. cognoscitur. §. causas. colla. 8.* sed si contra aliquē de Ecclesia in propria causa, quæ nō tangit Ecclesiam, postulauerit, vel procurator fuerit, non punietur. 12. *quæst. 2. qui manumittitur.* sed si Ecclesia esset ei ingrata, tunc contra ipsam aduocare posset, nec succederet ei ab intestato, etiamsi non haberet propinquos *sed. de inofficioso testamento. liberi.* vt mater excluditur à filij successione propter ingratitudinem commissam erga filium.

Legendū Saloniæ ... 11. epi... 1... regi... B. Gre. c. 1 co. tit. in 1. com... (margin)

† *Aliàs ita: quibusdam nostris.*

TITVLVS XXXVIII.

De Procuratoribus.

¶ Gregorius Maximo Salonensi † Episcopo.

¶ Non auditur quis tanquam alterius Procurator, nisi habeat mandatum legitimè factum.

CAP. I.

A Lia quidem: & *infrà.* ¶ Scripsisse te quibusdam † cōperimus, quòd prædictos viros tunc ad causam non miseris: & ideò quæ cum ipsis facta sunt, subsistere non debere: sed & Thomas sibi hoc à te dictū perhibuit: ex qua re nec præsentiū portitoribus [a] iudicauimus esse credendum † ne de ipsis similiter diceretur.

¶ Quia ergo hoc cautiores nos esse præmonuit [b], instructam personam cum mandato [c] legaliter [d] facto, & Presbyterorum, seu Diaconorū, testiúmque subscriptionibus roborato, gestísque ex more indicto [e] transmitte, vt quicquid cum ea actum fuerit, iure subsistat.

¶ Alexander tertius.

¶ Non valet sententia, etiam expensarum condemnatoria, lata contra absentem ex probabili causa legitimè per nuncium excusatum. Hoc dicit quantum ad verum intellectum.

DE PROCVRATORIBVS.

¶ Dic Vt s. in præcedenti titulo pro continuatione rubricæ. Et quid si procurator in l. 1. ff. eod. *Abbas.*

De hac materia tractatur 5. q. 3. per totum. 89. d. per totum. 9. q. 3. cùm simus. 2. q. 7. infamis.

A *Lia quidem.*] Primò præmittit motiuum: secundò submittit mandatum ibi, *Quia ergo.* Abbas.

Casvs Episcopus Saloñ. habebat quandam causam cùm quodam aduersario suo in curia D. Papæ, pro causa illa quidā accesserunt ad Papā nō habentes mandatū ab episcopo, & cū aduersario episcopi in iudiciū sūt ingressi, sententiā contrariam reportantes, episcopus hoc intelligens scripsit quibusdam de curia, quòd illos ad causam illam non miserat: vnde, quæ cum ipsis in præiudicium episcopi facta erant, subsistere non debebant: & ipse idem eps dixit hoc cuidam I. nomine, qui dixit hoc Papæ, quòd ab illo audiuerat, quòd illos non miserat. Demum pro causa illa misit quosdam nuncios ad D. Papam, qui cùm non haberent mandatum, non fuerunt auditi. Vnde Papa scribit huic episcopo, dicens, quòd præsentibus nunciis credere noluit sine mandato, ne idē diceret de istis, quod dixerat de prioribus: vnde si vult causam suam tractari, mittat personam instructam cum mandato legaliter facto, cum subscriptionibus presbyterorum & diaconorum suorum roborato: vt quicquid cum eo factum fuerit, iure subsistat. Nota, quòd factum falsi procuratoris, domino non præiudicat. Item sine consensu capituli non admittitur agendum.

¶ Glo. seq. distinguit tria mēbra, & in tertio tres opiniones ponit.

a ¶ *Portitoribus.*] Quia constabat istos non habere mandatum ad agendum, non fuerunt admissi. Vnde circa procuratorē actoris distingue, vtrùm certum sit procuratorem habere mandatum: vt quia reus hoc confitetur, vel ipse ostendit mandatum sufficiens, vel si neget, probet hoc procurator per testes, [a] vel instrumentum: & secundùm hoc procurator non tenetur satisdare dominum ratum habiturum, sicut nec debet satisdare procurator præsentis, & confirmantis, vel apud acta procurator factus. *Cod. de satisd. l. 1.* An certum sit eum non habere mandatum: aut dubitatur, vtrum habeat, vel non habeat mandatum: si certum est eum nō habere mandatum, repellitur, vt hic: & si velit satisdare, non est audiendus, nisi sit cōiuncta persona; quæ admittitur cum satisdatione, nisi appareat de contraria voluntate dñi. ff. *de proc. Pomponius. §. Vlt. & l. sed & hæ personæ.* in casibus tamen admittitur contra voluntatem pro libertate. ff. *de lib. cau. l. 1. 2. & 3.* & pro defensione condemnati. ff. *de ap. non rec.* vbi autem dubitatur de mandato, dicebat P. semper esse in electione rei, an velit exigere probationem mandati, an satisdationem. B dicebat distinguendo: vtrùm reus diceret procuratori, non habes mandatum, & tunc procurator tenebatur probare mandatum, an diceret, dubito, an habeas mandatum, & tunc est in optione procuratoris, quod facere velit. Azo dicebat, quòd in arbitrio procuratoris est, an velit probare mandatum, an cauere de rato: quia cùm quis tenet ad alterū duorū, s. probare, vel cauere: q̄d voluerit præstando, liberatur. ff. *de iur. do. plerūque. §. Vlt. & C. de codi. sed si quis seruum.* Hæc satisdatio danda est, quando de mandato dubitatur. *C. eo. l. 1. & ff. Vt in pos. leg. si is a quo. §. 1.* [b] idem in actore vniuersitatis. ff. *quod cuiusque Vniuer. item eorum. § alter.* itē clerici inter coniunctas personas numerantur. *arg. 12. q. 2. nō liceat.* Item not. quòd licèt procurator actoris non caueat de rato, qñ constat de mandato, cauere debet de defendendo. *C. de satisd. l. Vnica.* aliàs denegatur ei actio. ff. *eod. tit. maxime. & sordid. § pæna.* & de omnibus enim, quæ contra ipsam mouentur, defendere debet ff. *de procur. l. omnium.* & duabus legibus seq.

a *Hanc gl. docet Abb. hic sing. ad hoc, quòd procuratorium possit probari per testes.*

b *Procuratori de cuius mandato constat, & petit satisdationem legatorum, cauendum est, si dubitetur de mandato: cauet de rato. Ioan. An.*

† *Vide l. non solum §. qui alienum. & ibi Bar. ff. eod.*

¶ Glo. seq. arg. alleg. 6. sura.

b ¶ *Præmonuit.*] Argu. ad cautelam futurorum habendā 23. *d. in nomine.* & exempla præsentia nos cauere præmonent in futurum 81. *d. plurimos in fin.* & *arg. ff. loca. si quis domū §. 1.* & 1. q. 7. *conuenientibus* hic: nā mittitur ex præteritis circa futura. sic. *infra de præsumptio. mandata.* & *c. scribam.*

c ¶ *Mandato.*] Tria [c] debet cōtinere mādatū, s. nomē eius, q procuratorē eū cōstituit: & cām ad quā cōstituitur, & q ratū habebit, qđ cū eo factū fuerit: vt ff. *eo. tit. si procuratorem.* Sed pone, quòd de mandato dubitetur: quia sigillum incognitū est, quid erit? De eo fieri debet fides. *arg. ff. quod cuiusque Vniuersi. l. item. § alter.* & ff. *de adm. tut. Vulgo:* & *C. de fid. instru. quoniam.* & *arg. ff. de publi. quicunque.*

c *Hæc glossa non est Bern. nec habetur in Vetustis exemplarib.*

¶ Glo. se. no. prælatum sine capitulo, Vel econtra litigare non posse: ad contrarium inducit 4. leges Vnum canonem, & 2. decre. ponit opin. & soluit respondens ad contraria.

d ¶ *Legaliter.*] Litera sequens exponit hoc verbum, legaliter. Ex eo, quod hic dicitur, & legitur. *j. de iudi. causam,* quæ colligitur euidēter, quòd nec prælatus sine cōsensu capituli, nec capitulū sine cōsēsu prælati pōt iudiciū exercere, nec cōueniri: quia nec alienare potest alter sine reliquo. 12. *q. 2. sine exceptione.* nec commutare, nec donare, vt ibi dicitur: & *j. de dona. pastoralis.* & *j. de iis quæ fi. à præla. sine consen. c. per totū.* & eode modo nec capitulum sine cōsēsu prælati, cū oēs vnū corpus intelligātur. *j. de in. quæ fi. a p. la. nouit* & p̄terea dicit lex, q qui nō potest alienare, non potest rē in iudiciū deducere. ff. *de iure deli. ait præt.* & per iudiciū quędā alienatio fit: in iudicio enim contrahitur, sic in stipulatione. ff. *de pecu. licet. sed si filius.* in si præterea si prælatus sine cōsensu capituli posset agere, vel cōueniri, & præiudicaret Ecclesiæ facto p̄lati, fraus posset fieri Ecclesiæ, & præiudicia quia permitterent, immò procurarent qñque p̄lati se cōueniri, & facerent collusionem. Sed cōtra videtur, q solus prælatus cōuenire, & cōueniri possit. ff. *quod cuiusq; Vniuer. l. Vlt.* vbi dicit. vtilis actio administratori ciuitatis debetur. & ff. *de cond. & demon. municipibus.* & ff. *ad muni. municipes.* & *C. de iura. cal. l. 2. § hoc etiam in fi.* & 12. *q. 1. non liceat.* & *j. de re. ecclesia non alie. si qui presbyterorum.* & *s. de rescri. edoceri.* vbi de hoc. Dicunt quidam, quòd prælatus potest conuenire, & conuenīri sine consensu capituli per iura prædicta. Ego dico contra, quòd nec prælatus sine consensu capituli, nec capitulum sine consensu prælati agere, vel conueniri pōt per priora iura: tñ concedo, quòd si prælatus, vel collegium agat sine consensu alterutrius, & vellet cauere de rato, dēt audiri, cùm sit administrator, & teneatur negotia ecclesiæ procurare: vt *s. de rescri. edoceri.* si verò conueniatur, non dēt audiri sine consensu capituli: nisi caueat de iudicato soluēdo, cū quilibet alter se possit offerre defensioni, si velit cauere de iudicato soluendo, & periculo suo litem suscipere. & illa ca. si quis presbyterorum. &, non liceat, in speciali casu loquūtur, s. cum agitur de reuocatione rei alienatæ indebitè, & malè: qa per hoc cōsulitur Ecclesiæ, nec potest lædi, quod contingere posset in aliis casibus, vbi non agitur specialiter de reuocatione rei alienatæ indebitè, non obstantibus legibus pro contrariis signatis: quia intelligi possunt, s. vt competat actio administrati non quantùm ad hoc vt agere possit solus, nisi caueat de rato, vel nisi habeat speciale mandatum ad hoc: nec in rebus ecclesiasticis statuus legibus illis, sed canonibus. Et quo iure non potest componere, seu transigere sine consensu capituli. *s. de ma. & ob. ca. pu. s. de transla. contingit.* eodem iure non potest agere, vel respondere sine consensu capituli. arg. ad hoc. *s. de maio. & obe. c. Vlt.*

Prælatus sine consensu cap. aut econuerso, nec conuenit, nec conuenitur.

Intellectus. c. nō liceat. 12. q. 2. & ca. si quis presbyterorum. de rebus eccle. non alien.

e ¶ *Indicto.*] Id est, instituto. Bernardus.

QVerelam.] Reuocatur sententia, qua condemnatus fuit in expensis ex iusta causa absens legitimè excusatus: quia in arduis causa procuratorem cōstituere noluit. ita communiter summatur. prima pars decisè ponit partis querelam. Secunda dat iudicem ibi, *Mandamus*. Abbas Siculus.

CAP. II.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cōp.

QVerelam [a] † A. Clerici accepimus: *& infrà*. ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quòd Vigorn. Episcopus præfatū A. in restitutione expensarum [b] pro nulla alia rationabili causa [c] condemnauerit, nisi pro eo tantùm, quòd in termino constituto ad eius præsentiam non accessit infirmitate detentus [d], cum non possit quis cogi, nisi velit in grauibus [e] causis Procuratorem constituere, & ipse ad probandum infirmitatem suam Presbyterum, & Diaconum destinauerit, eum absoluere [f] ab eadam sententia minimè differatis.

CASVS. Inter Epm̄ Salumen. & A. clericū super quadam Ecclesia qō vertebatur: cā commissa fuit Epō Vigorneñ. Eps citauit illum clericū: ipse infirmitate impeditus ad terminū venire nō potuit, quod ꝓbare voluit corā ipso Epo per quēdā presbyterū, & diaconum, quos ad hoc destinauit: Eps hoc non obstante cōdemnauit eum in restitutione expensarum, quas nūcius Epi fecerat ad terminum illum. super hoc conquestus fuit clericus ille Dño Papæ. Vnde mādat quibusdā, ꝙ si cōstiterit, ꝙ Vigorneñ. Eps præfatū A. nō condēnauerit in restitutione expensarum pro alia rationabili causa, nisi pro eo ꝙ in termino constituto infirmitate detentus ad eius præsentiam non accessit, & ipse ad probandum infirmitatem suam nuncios suos miserit, eundem A. ab eadem sententia absoluant: quia nemo potest compelli nisi in grauibus causis constituere procuratorem. Not. quod qui ad terminum non venit, potest in expensis parti alteri condemnari, nisi iusta de cā fuerit impeditus, & hoc constet. Item iusta causa probata, reuocatur sententia. Item in grauibus causis non compellitur quis constituere procuratorem.

a ¶ *Querelam.*] Et ita non per appellationem, vt notatur in fine.

b ¶ *Expensarum.*] Quas fecerat aduersarius veniendo ad terminum coram Vigorñ delegato à Papa ad petitionem Salubriensis Episcopi super Ecclesia ipsius.

c ¶ *Rationabili causa.*] Si em̄ nō fuisset infirmitate detentus, vel alia iusta cā rationabilis fuisset, quare processit cōtra eū, s. cōtumacia, bene tenuisset statim condemnatio expensarum. ī. *de dolo. cum dilectis. & C. de iudi. sancimus. & ī. de ap. reprehensibilis.* Sed nunquid reus si non venerit in prima citatione, cōdēnari debet in expensis? Hic videtur, ꝙ sic: quia propter infirmitatē tm̄ excusatur: & nisi cōstiterit hoc, nō reuocabitur sentētia, & ita pōt quis cōdēnari in expēsis pro prima cōtumacia. *arg. ff. si quis in ius vo. nō ierit. l. 2. §. 1.* & actor cōdēnaretur, si nō veniret *ff. de iudi. cum quē temere. & in conci. Lug.* idē dicitur. *de do. & c. neu. alter.* [a] & actoris, & rei est æqua cōditio. *ff. de re. iur. nō deb.* [b] Dicūt quidā, ꝙ si reus nō veniat in prima citatione, vel in secūda ēt nō dēt cōdēnari: quia nō dicit adhuc cōtumax nisi post perēptoriū terminū. Dico [c], ꝙ ēt pro prima, & ꝓ secūd. citatione puniri dēt in expēsis, si ad vltimā citationem veniat: si verò nō veniat ad citationem perēptoriā: tūc aliàs punitur: quia mittitur actor in possessionem rei petitæ, vel excōicatur, si missio fieri non pōt. ī. *Vt lit. non contest. c. 1.* Et si postmodū reuertitur infra annum, restituit oēs expēsas factas ab eo tpe, quo fuit contumax: & si nō venit ad aliquā citationem, ad oēs expensas cōdemnabitur, quas fecit aduersarius veniendo ad primam citationem, & ad secundam, & tertiam: & sic punitur prima contumacia: & eodem modo dico, quòd debet puniri pro prima cōtumacia, licèt veniret ad secundam, aliàs deberes dicere, quod quando nullo modo venit, non debet condemnari in expensis nisi factis ad terminum peremptorium.

¶ *Gl. se. all. cocor. ponit opinio. ad quā inducit vnū capitulū, eā reprobat, & c. respondet. demū obiicit de duab. legibus, & soluit. Itē obiicit de duabus decr. & soluit. Not. à contrario, quærit, ar. prępon. opin. & soluit.*

d ¶ *Detētus.*] Iusta fuit causa nō veniēdi, vnde probata causa debet reuocari quicquid fuit factū cōtra absentē. *ff. de iudi. si prætor. & ī. de re iudi. cū Bertholdus. & ff. de re iudi. quæsitū. §. 1.* quartana tm̄ nō excusat, vt ibi dicit. & *arg. 5. q. 3. si ægrotus. 18. d. placuit. & 93. d. iuxta.* Dicūt tamē quidā, ꝙ tenet mittere procuratorē, ex quo venire nō potest, si ita fuerit citat⁹, vt veniat, vel idoneū trāsmittat [d]. ī. *de do. & con. cū dilectis*, sed hoc nō credo, ꝙ pp citationē iudicis teneatur mittere procuratorē, si venire nō potest, maxime si in grauibus causis quis cogi ad hoc nō possit, vt hic dicit, & iudex hoc ei auferre nō potuit: quia beneficiu iuris nemini est auferēdū 28. *d. de hu. & in Au. h. ne nup. §. sed hoc quidē. coll. 4. & ff. de re iud. l. 4. §. si quis condēnatus.* Index delegatus no potest iubere alterutrā partem comparere coram se personaliter, nisi in delegatione hoc contineatur, nisi in certis casibus in *concil. Lugdunēn. de iudi.* iuris e esse ambiguum. & illa *de re iu. cum dilectis.* non contradicit: quia Papa hoc fecit ex plenitudine potestatis. Et alia rō est, quia ille nō allegauit, nec ostēdebat, nec probauit iustā excusationē, vñ vel debuit ire, vel sufficiētē mittere: quia neutru fecit, de cōtumacia fuit cōdēnatus. Et illud scire debes, ꝙ qui ad iudiciū vocatur, pōt indistinctè in pecuniariis causis cōstituere ꝓcuratorē, licèt in citatione hoc non dicatur: nisi in duobus casibus: putā si dñs iustior est, quā procurator, & si cā sit vehementior. *C. de procur. l. Sil.* Et ideò nō compellitur cōstituere procuratorem, quia nec reciperetur, si veniret: putā si ageretur de administratione sua, vel tutela: vel etiam si aliàs esset ardua: nec ita confidit de alio: ad hoc em̄ ostendendū dēt mittere excusatorē, ne procedatur cōtra eū: quę sentētia nō reuocabit nisi cā ꝓbata, & cū maiori difficultate. Sed videtur, ꝙ quis cōpellatur constituere ꝓcuratorē ēt infirmitate detentus, ff. *de diuer. & temp. præscrip. l. 1. & ff. de mino. Papinianus.* vbi cōpellitur quis agere indirectè, ne currat ei præscriptio. Sed à iudice nō cōpellitur. sed ille, qui non potest agere ad hoc, vt non currat ei præscriptio, constituet procuratorem ad agendum, vt litem cōtestetur: sed reus non compellitur dare procuratorem, & ita non contradicunt leges illæ. Item signatur aliud contrarium. ī. *de ele. c. bona. & ī. de app. constitutus.* vbi dicitur: sicut misit nunciū, ita potuit mittere procuratorē: sed ibi non suberat iusta cā: quia sēp tenetur quis ire, vel mittere, nisi sit iustè impeditus: & tunc debet mittere excusatorem ad allegandū impedimētū: vt hic cōtingit.

e ¶ *In grauibus.*] Qualis erat ista: quia super Ecclesia ipsius.

¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*

f ¶ *Absoluere.*] Videtur, ꝙ nō fuerit absoluendus: quia nō appellauit a sentētia iudicātis, acquieuisse vr̄, & sentētia ēt interlocutoria, à qua non appellatur, trāsit in rē iudicatā. ī. *de test. significauerūt. & ī. de re iu. ad consultationem.* sibi ergo imputandū videbatur, quia nō appellauit. Pōt dici, ꝙ iste fuit auditus bñficio restitutionis: qa iustā cām habuit absētiæ: qua ꝓbata, absoluitur: qa & diffinitiua sñia reuocat, iusta cā absētiæ ꝓbata ī. *de sent. & re iud. cū Bertholdus.* immò vr̄, ꝙ sñia nō teneat. ff. de re iud. quęsitū. & interlocutoria licet transeat in rem iudicatam, à qua nō appellatur quantum ad litigantes, nō tamen quoad iudicem, quin possit eam reuocare, cum videtur eam iniustam. *ff. de re iud. quod iussit.* prout notatur. ī. *de app. cùm cessante.* & ideo auditur iste. Bern.

¶ Clemens tertius.

¶ *Sententia lata cum Procuratore reuocato, & hoc certificato, nō præiudicat domino. h. d. secundùm communem intellectum.*

CAP. III.

† Cap. 3. eo. ti. in 2. compila.

EX † insinuatione Archidiaconi Sagieñ. accepimus, quòd cū inter ipm̄. & magistrū G. super quadā præbēda Lexoñ. Ecclesiæ controuersia mota fuisset: *& infrà.* ¶ Licèt ab eodē Archidiacono procuratori suo, duobus Clericis præsentibus expresè fuisset inhibitū [g], ne causæ cognitionē susciperet [h], ipse nihilominus

EX *insinuatione.*] Prima pars ponit partis narrationem, super qua secunda dat iudices ibi, *Cæterùm.*

CASVS. Inter Archidiaconū Sagieñ. & magistrū G. sup præbēda Lexoñ. Ecclesiæ qō vertebatur: Archidiaconus ꝓ cā illa quendā constituit ꝓcuratorē contra illū magistrū G. ad sedem Apost. accedentem sed cùm postea idem Archid. de fide illiús ꝓcuratoris dubitaret, pñtibus duobus clericis eidē ꝓcuratori expresè ꝓhibuit, sciente aduersario suo, ne iudicium ipsius causę susciperet, nec literis suis vteretur in iure, nec de ipsa se vlteriùs intromitteret, ipse nihilominus procedens contrariam sententiam reportauit: & ille G in possessionem illius præbandæ fuit inductus. Archidiaconus hoc intelligens his omnibus cōtradixit, & significauit prædicta D. Papę: mādat Papa quibusdā, quòd si per iuramentum illius Archidiaconi, & clerici superstitis. cùm alter mortuus sit, cōstiterit de præmissis, non obstante sententia contra Archidiaconum lata, possessionem dictæ præbendæ cum fructibus perceptis restitui faciant eidē Archidiacono, si aliud canonicum non obsistat, facta restitutione, si archidiaconus suam canonicam institutionē probauerit, ipsam ratā habeant, & firmā. Not. quòd factū falsi procuratoris dño nō pręiudicat: iste ꝓcurator falsus fuit, à quo mandatū fuit legitime reuocatū. Item reuocatio mandati probatur per proprium iuramentum, & per iuramētum vnius testis. Item spoliatus per iniquam sententiam debet restitui. Item probare debet quis suam institutionem, si reuocatur in dubium.

g ¶ *Inhibitum.*] Vnde, eo ipso procuratoris literas reuocauit. ī. *eo c. prox.* quod indistinctè potuit, cùm lis non fuerit contestata, & res sit integra. *ff. eo. l. ante litem. arg. ī. de elect. in causis.* nam & depositum quandocunque potest repeti. *ff. depositi l. 1. §. penult.* & sciente aduersario hoc fecit, de hoc dicetur. *infra eod. mandato.* [f] & ita sententia nulla fuit lata cum falso procuratore. *infra ca. proximo.*

f Concor. in l. vnica. C. de sacrosanct. & ibi Bar. cum gl. oppo.

h ¶ *Susciperet.*] Id est, ne ad suscipiendum iudicium in iure suis literis vteretur, prout in antiqua decretali continetur.

¶ Glo.

a lib. 6.

b De materia huius gl. vide per Bart. in l. 1. ff. de diuer. & tē. præsc.

c Idem not. 74. d. honoratus. & 4. qu. 5. in summa. & hāc opi. sic intellige, quod si vna citatio maneat gratuita siue prima, vel vltima. Ioan. And.

d Cont. Bar. cum tex. in l. part. literarum. ff. de iud. & prx. d. l. 1. ff. de diuer. & temp. præscri.

e lib. 6.

¶ Glo. seq. arg. all. & intra obiicit dupliciter, & soluit coniungens duas opin.

b ¶ *Coactus.*] Not. quod si quis per metum amissionis rerum suarum aliquid faciat, vel iuret se facturum, & illud adimplet iuramentū, potest repetere, quod tali modo fecit, vel abiurauit. *arg. 50. dist. presbyteros.* Et intellige de talibus rebus, sine quibus vita corporis amittitur, vel patitur grauem iacturam 22. q. 4. *c. innocens. versic. quisquis ergo. argu. contra. 32. q. 7. omnes causationes.* sed non tangit hoc. Nota ergo circa hanc materiam, quod ea, quæ per timorem [b], vel metum fiunt, qui possit cadere in constantem virum, tenent: & obligatur quis per hoc, licet coactus: & iuramentum super hoc factum tenet, dum tamen tale sit factum, super quod iuratur, vel quod promittitur, siue etiam traditur, quod seruari possit sine interitu salutis æternæ, aliàs non tenet iuramentum 22. q. 4. *si aliquid. argu. j. de pact. pactiones.* quia pro nullo metu debet quis peccatum operari mortale. *j. eod. sacris.* & potiùs quælibet mala pati, quam malum consentire. 32. q. 5. *ita ne.* & ita tenent ea, quæ per metum fiunt, & iuramentum. *j. eod. ad audientiam.* Et hoc ideo, quia coacta voluntas, est voluntas. 15. q. 1. *merito quæritur.* Sed contra hoc datur actio, metus causa & probato metu restituitur per officium iudicis, quòd dedit, vel tradidit: aut absoluetur, si promisit. *ff. eod. l. metum §. sed quod prætor.* Nec refert in hoc casu, quis metum fecit: an is qui possidet, an alius, dummodo probet se per metum rem perdidisse: quia metus iustam in se habet ignorantiæ causam. *ff. eod. si cum exceptione. §. in hac* Et potest agere tam contra possidentem, quam contra alium, qui metum intulit *ff. eod. sit l. Pedius. 2. respon.* sed si ab vno consequitur id suum, contra alium agere non potest, vt in Prædicta *l. ... eatenus. § vlt. in p. ff. de dolo. l. si plures.* & *ff. de eo per quem factum erit l. 1. §. si plures.* [c] *C. de condi. fur. l. 1. ar. contra ff. ad l. Aquil. item Mela. §. sed si plures.* Sed illud est pœna, hoc interesse, & pœna vnius non liberat alium, vt in *l. Item Mela. §. sed si plures.* Et est verum, quòd subuenitur metum passo, nisi culpa sua inciderit in metum. *ff. eod. l. si mulier.* & 22. q. 4. inter cætera. *arg. contra. j. de spon. veniens.* & ibi culpa sua incidit in metum, & tamen non tenet matrimonium contractum per metum. Solue hoc contrarium per distinctionem talem. Tenent ergo, quæ per metum fiunt, & subuenitur metum passis, nisi culpa sua incidant in metum. Ab ista doctrina, siue generalitate, excipiuntur cases, in quibus fallit etiamsi culpa sua incidisset in metum. Et primo in causa matrimonij [d] qualiscunque metus interueniat culpa sua, vel sine culpa, matrimonium contractum per metum non tenet, nec obligatur, qui hoc facit, etiamsi iurat: quia matrimonia libera debent esse, quia inuitæ nuptiæ difficiles exitus consueuerunt habere. *infra de spon. requisiuit.* & *cap. gemma.* & *C. de spon. l. vltem. in fi.* & *vbi metus.* vel coactio intercedit, consensus liber dici non potest. *j. de spon. cum locum.* & matrimonium sol. consensu contrahitur. 27. *quæst.* 2 *sufficiat.* Sed ca. prædictum. inter cætera. videtur dicere contrarium: sed non contradicit, quia ibi non interuenit iustus metus, qui possit cadere in constantem virum, qui solus excusat. *ff. eodem. metum.* Vel dicas, prout consueuit exponi, matrimonium sit firmum, & stabile: quia illud verbum, sit, non ponitur præceptiuè, sed consultiuè, & sic. *c. illud inter cætera.* loquitur de consilio tātùm, vel metus non fuit probatus. Item & dos promissa per metum, vel soluta non tenet quia est accessoria ad matrimonium. *ff. eod. si mulier §. si dos.* vbi dicitur. quod si dos per metum promittatur, non nascitur obligatio. Item in rebus ecclesiæ est speciale, quod non tenet traditio, vel promissio, vel iuramentum factum per metum de rebus ecclesiæ. 15. *quæst.* 6. *cap. 1. j. de iureiurando. peruenit,* quia etiamsi sponte prælatus res ecclesię traderet, nō tenet traditio sine solemnitate, de qua cauetur. 12. q. 2. *sine exceptione.* multo fortius non tenet traditio de rebus ecclesiæ facta per metum, nec iuramentum super hoc factum: quia si non tenet principale, nec accessorium. *C. de leg. non dubium.* & *j. de so. compet. si diligenti.* Item & in voto: quia votum [e] per metum factum, non tenet. *j. eod. prælatum.* quia votum res est cōsilij, & non præcepti, & liberum est arbitrium in vouendo, aliàs non est votum. 32. *quæst. 1. integritas.* & *j. de voto. licèt.* & voluntarium militem sibi eligit Christus, coactū autem sibi auctionatur diabolus. 15. q. 1. *non est* Item non tenet iurisdictio per metū extorta *ff. de iudic. l. 1. 1. respon.* Item auctoritas tutoris per metum extorta, nulla est. *ff. de auth. tuto. l. 1. §. vltim.* In omnibus aliis casibus

b *Quarum rerum metum admittendus sit, vel non, copiose tradit Aristoteles. l. 3. Eth. c. 6. 7. & 8.*

† *Vide l. 2. cum glo. C. & ff. eo. & pro intelligentia cumma c. vide Sotum infrà citatum.*

c *De hoc vide 23. q. 2. c. monemus. & late habetur per Host.*

d *De hac difficultate vide plenè per Sotum l. 4. sent. di. 29. q. 1. art. 3.*

e *Vide Sotum vbi supra & l. 7. de iust. & iure q. 1. art. 1.*

texte

tenent. quæ per metum fiunt, vt dictum est dum tñ talia sint, quæ sine interitu salutis æternæ seruari possint. Alij dicunt contra, quia ea, quæ per metum fiunt, non tenent ipso iure. *arg. ff. eo. l. 1.* vbi dicitur: quod metu factum est, ratum non habeo, dicit prætor. Sed illud non est verum, immò potiùs contra innuitur ex verbis illis: quia quod non est, ratum haberi non potest. Bernar.

CAP. III.

AD † aures nostras te significante peruenit, quòd electus quidam in Plebanum cuiusdam Ecclesiæ, ad terrorẽ Laicorũ [a], renunciauit electioni, quæ de ipso fuerat à Clericis, vno excepto, vnanimiter celebrata: *& infrà.* ¶ Tuę igitur discretioni præsentibus innotescat, quòd renunciatio facta ad terrorẽ Laicorum (nisi fortè iuramento [b], vel fide interposita sit cõfirmata) nõ impedit, quominus is, qui renunciauit Ecclesiæ, ad cuius regimen priùs erat electus, præficiatur eidem.

¶ Innocen. iij. Decano, & Subdiac. Linconeñ.

¶ *Qui per metum, qui cadere potuit in constantem virum, beneficio suo renunciare iurauit, & renunciauit: illud repetere poterit.*

CAP. IIII.

AD † audientiã nostrã magistro C. † de Cheuell. significante peruenit, quòd cùm Ecclesiã de Cheuell. canonice fuisset adeptus, & aliquandiu pacificè possedisset, grauissimo tandem Regis metu, quod eã resignaret iurare coactus, eã in eorũ, ad quos [c] pertinebat manibus, resignauit. Quia verò quæ vi, metuve causa [d] fiunt, carere debent [e] robore firmitatis †: Mandamus, quatenus si eundem ad resignationem [f] constiterit vobis per talem metum fuisse coactum, qui potuerit, & debuerit cadere in virum constantẽ, non obstante iuramẽto prædicto, quo non ad nõ repetendum [g], sed ad resignandum [h] solummodo tenebatur, præfatam Ecclesiam ei restitui faciatis.

¶ Idem Vidroneñ. † Archiepiscopo.

¶ *Excõmunicatus non est qui absolutè coactus excõmunicato communicat: secus si coactio fuit conditionalis.*

† Cap. 1. eo. tit. in 2. compil.

ADDITIO. Et hæc supradicta patent in his versibus.

Tutor, iudicium, dos,
sacrum, copula, votum.
Hac sex vi facta, de
iure scias fere nulla.
Cætera vis patitur,
sed postea restituuntur.

AD *aures.*] Cõmunis diuisio. Secunda ibi, *Tuæ igitur.* Abb. Siculus.

CASVS. Quidam electus fuit in plebanũ cuiusdam Ecclesiæ concorditer vno excepto. Ipse ad terrorem laicorum renunciauit electioni de se factæ: quærebatur, vtrùm nõ obstante tali renũciatione præfici deberet eidem ecclesiæ? Respondet Papa, quòd renunciatio facta ad terrorem laicorum non impedit, quò minùs ille præficiatur eidem ecclesiæ, nisi fortè illa renunciatio cõfirmata sit iuramento, vel fide interposita. Not. quòd renunciatio ad terrorem laicorum non tenet: tamen si iuramentum interuenisset, vel fides data fuisset, cùm tale iuramentum sine periculo animæ violari non possit, non debet præfici ex illa electione. Item iuramentum, & fides æquiparantur.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cõpil. *& vide not. as huius cap.*

† VV.

¶ *Glo. reci per q. an valuerit renunciatio.*

a ¶ *Laicorum.*] Talis renunciatio non tenet, etiamsi sponte fieret: quia non est facta in manu prælati; vt s. *de renun. admonet.* *&* j. *eo. c. prox.* *&* *c. quod in dubiis.* vbi de hoc arg. 16. q. 2. *Gonsaldus.* tamen si sponte renunciasset, quoad se bene teneret, sed quoad superiorem a, non: vt not. in illa decret. quod in dubiis. & arg. s. de renun. super hoc.

a *Vnde dicebăt Tan. & Vin. in ep. demum soluit.*

¶ *Glo. sequens arg. à contrario. alleg. 3. inra in contrarium. ponit & in ep. demum soluit.*

b ¶ *Nisi fortè iuramento.*] Ergo si iuramentum interuenisset, vel fides interposita fuisset, quod vlterius non repeteret, non potest eam repetere iuramento, vel fide obstante, quod potest seruari sine interitu salutis æternæ j. *eo. cum dilectus.* j. *de iureiurand. si vero.* *&* 22. q. 4. *si aliquid.* de j. *de resti. spo. accepta. arg. contra. infra de restit. spol. ca. 2.* *&* *supra de renun. cum inter* P. *&* s. *eodem.* Abbas. Solu. quidam dicunt, quod hoc, quod hic dicitur, & in similibus signatis, ius commune est: quod dicitur in contrarium dispensatio est. sed ex littera non colligitur dispensatio. Illa decre. *infra de restitu. spoliato. cap. 2.* non contradicit, quia in alio casu loquitur, quia aliud est repetere, quod per metum tradidit, vel renunciauit, vt hic. & *infrà c. proximo.* Aliud est petere restitutionem eius, quo fuit spoliatus: [b] vt dictum est, *suprà de renun. super hoc.* Et illa decre. cùm inter P. non contradicit, quia ibi non agit ex prima sua institutione. Illa decre. abbas non contradicit, quia ibi iurauit solummodo abrenunciare, & renunciauit: sed non iurauit, quod non repeteret. Sed hic dicit Papa, si iuramentum interuenisset in renunciatione, scilicet quod non reciperet illam prælationem, tunc non posset præfici illi Ecclesiæ propter iuramentum, quod potest seruari sine interitu salutis æternæ: sed non negatur, quin præfici possit probato metu, superioris officio implorato, secundùm quod fecit in illa decre. abbas. & in similibus, & sic non contradicunt contraria signata: excusat enim metus stupri, siue status verberis, atque necis. ff. *eo. tit. l. ego puto.* *&* *l. nec timorem.* *&* *l. isti quidem.* §. 1. 2. *&* 3. *item metus substantia sua.* s. *c. proximo.* Bernardus.

arbitrio superioris pendere. Ioan. And.

b *Et sic ratio, quia primo casu non est res affecta, quãdo traditur, & interuenit voluntas tradentium, licèt coacta. In secundo res est affecta. & violenta, quando iuratur, nec interuenit volũtas spoliati in traditione rei secundum Ho. Ioan. And.*

AD *audientiam*] Diuiditur, quia primo ponitur partis conquestio. Secundo dat iudices ibi, *Mandamus.* Abbas.

CASVS. Magister Guil. rector Ecclesiæ de Cheuellis grauissimo metu regis coactus, iurauit, quod Ecclesiã illã renũciaret in manibus illorũ, ad quos illa Ecclesia pertinebat, quod factũ est: conquestus fuit D. Papæ, & ipse rñdet: quæ vi, aut metu fiunt, carere debent robore firmitatis. Vnde mandat Papa quibusdam, quatenus si constiterit magistrum illum ad resignationem per talem metum fuisse coactum, qui poterat cadere in constantem virum, præfatam Ecclesiam faciant illi restitui, non obstante iuramento prædicto, quo solummodo tenebatur ad resignandum sed non tenebatur ad non repetendum. No. quod iuramentum per metũ præstitum seruandum est, dummodo sine periculo animæ seruari possit vt hic patet. Item iuramẽtum non extenditur ad illa, super quibus præstitum non est.

c ¶ *Ad quos pertinebat.*] Aliàs nõ tenet resignatio. s. *de renunc. admonet.* *&* *ca. quod in dubiis.* *&* s. *ca. prox. argu.* 6. q. 3. *denique.*

¶ *Glo. seq. ponit antiquũ edictum Prætorum, & dicit, quid sit vis. & in eod. fin. quid sit metus. interserit quinque modos, quibus dicitur vis.*

† *Vide l. metum,* §. *sed quod prætor.* & §. *volenti.* & *ibi.* Bar. & *eod.*

d ¶ *Causa.*] Olim ita dicebatur: quod vi, metúsve causa gestum est, ratum non habeo. vis enim fiebat mẽtio propter necessitatem in contrariam spontaneæ voluntati. Sed hodie detracta est vis mentio, ideo scilicet, quia quod fit vi atroci, id metu quoque fieri videtur: quia vis includit in se metum, & est superius ad metum, ff. *eo. l. 1.* *&* 2. Et dicitur vis impetus maioris rei, cui resisti non potest. ff. *eo. l. 1.* *&* 2. Vi dico compulsiua, quæ inducit actionem, quod metus causa, vt legibus prædictis. Et non expulsiua, quia illa inducit interdictum, vnde vi, de rebus immobilibus tantum: & de iis, quæ immobilibus cohærent. Nec ablatiua, quæ inducit actionem vi bonorum raptorum circa mobilia tantùm. ff. *de vi, & vi arma. l. 1.* §. *si fundus.* *&* §. 2. *&* *Insti. vi bo. rapt.* §. *sed nedum.* Nec etiam turbatiua, quæ inducit interdictum vti possidetis in rebus immobilibus, & in rebus mobilibus interdictum vtrobique, cùm duo se possidere contendant. Nec inquietatiua, quæ inducit interdictum, quod vi, aut clam: vt cùm quis non sinit alium vti re sua quiete, vel curare, vel alia facere: vel quando alter eo inuito vult aliquid ædificare in suo, vel iam fortè ædificauit: nec distinguitur in hoc interdicto, an iustè, vel iniustè fecerit. ff. *quod vi, aut clam. l. 1.* Metus autem est instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatio. *ff. eo. l. 1.* Et not. quòd licet non sit necessarium periculum præsens esse, tamen exigitur metum esse præsentem saltem pro futuro periculo: non enim sufficit suspicari eum inferendum. ff. *eo. metum. 1. responso.* Et dicitur metus, quia mentem tenet.

† *Vierosimi.*

Quod vi, & quorum plex: & quod metus.

e ¶ *Debent.*] Qualiter hoc intelligatur, dicitur. *supra eodem. c. Abbas.*

¶ *Gloss. seq recitetur per quæstionem.*

f ¶ *Ad resignationem*] Not. quod licèt metus interuenisset, in præstatione iuramenti, vel alicuius promissionis, si postmodum in resignatione, vel solutione non intercessit metus, quia sponte postea renunciauit, vel soluit, non potest repetere: proxima enim violentiæ turpitudinis causa sublata est. C. *eo. tit. l. 2.* ff. *de condi. ob tur. cau.* *si ob turpem causam.* *&* s. *eo. perlatum. in fi.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium & respondet.*

g ¶ *Repetendum.*] *Supra eod. ad aures argumen.* contra vbi obstat iuramentum. Non est contra quia ibi iurauit, quod non repeteret, vt ibi dictum est. hic iurauit tantùm renunciare, sed non iurauit, quod non repeteret.

¶ *Glo seq. quærit & soluit.*

h ¶ *Resignandum.*] Sed quid si iurasset non repetere? Respondeo, tunc non repeteret C. *si aduer. vend. l. 1.* c *&* *infra de iureiur. si vero.* *&* s. *eo. abbas.* Papa vero ex officio suo mandabit illum restitui ob denunciationem sibi factam. *infra de iureiu. ad nostram.* & ille, idem non obstante iuramento posset, hoc denunciare Papæ. j. *de iureiur. quemadmodum.* posset etiam impetrare absolutionem iuramenti, sicut fit in vsuris j. *de iurein. ex administrationis.* & in hoc dolum facere non videtur, quia fraudem, & dolum excludit. ff. *de leg. 2. cum pater* §. *Titio. in fi.* Bernar.

c *Vide supra procu. in præsentia. per glo. pen. Ioan. And.*

S*acris.*] In prima parte ponitur decisa consultatio. In secunda distinguimus. responsio ibi, *Distinguimus.* Et primum membrum prosequitur ibi, *In primo.* Secúdum ibi, *In secundo.* Abb. Pars huius *decr. de sepul. & de senten. excom. sacris.*

Casvs. Aliquis inuitus participauit excõicatis: quæritur vtrum sit excõmunicatus. distinguit hic Papa, vtrum ille, qui cõicat excõicatis inuitus, sit attractus per coactionẽ, an per metũ coactus. In primo casu non est excommunicatus, cum pati magis, quam agere videatur. In secundo casu est excõicatus, sed licet metus illatus culpam attenuet, eam prorsus nõ excludit: quia pro nullo metu debuit mortale peccatũ incurrere. No. quod cõicãs excõicato per coactionem, nõ est excommunicatus: quia magis patitur, quàm agit. Item si quis metu communicat excõicato excommunicatur. Item metus culpam attenuat. Item nota regulam, quod pro nullo metu debet quis incurrere mortale peccatum.

† Ca. 2. eod. ti. in 3. compila.

† *Attractatus legitur in manuscriptis.*

† *Videatur, legitur in impressis, sed in omnibus antiquis, conuincatur.*

† *Vide* l. si. & ibi Bar. ff. de cond. ob tur. cau. l. 1. §. met*. ff. eo.

† Cap. 3. eo. tit. in 3. compil.

CAP. V.

S*Acris* † est canonibus: *& infra.* ¶ Distinguimus autem, vtrum is, qui communicat excõmunicatis inuitus, sit per coactionem[a] adstrictus †, aut per metũ inductus. ¶ In primo casu talẽ non credimus excõmunicatione teneri, cùm magis pati, quàm agere conuincatur †. In secundo licèt metus attenuet[b] culpam †, quia tamen non eam prorsus excludit[c], cùm pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere[d], excommunicationis labe credimus inquinari.

¶ Idem Marsil. & Agatheñ. Episcopis.

¶ *Metum passo non subuenitur, si non fuit talis, qui cadere potuit in constantem virum.*

a ¶ *Per coactionẽ.*] Absolutam. 45. *dist. de Iudæis.* & 30. *d. presbyteros.* 1. *q.* 1. *constat.* cùm magis pati, quàm agere videatur, 6. *de testamentum.* Sicut nec valeat testamentum, vbi testes inuiti detinentur. ff. *qui testa. face. pos. qui testamento* §. *vlt.* Et tutor si per vim detentus sit non valet, quod agitur, immò dormienti comparatur. ff. *de act. tut. l.* 1. *in fin.*

¶ *Glossa seq. cum seq. recitetur per duas obiectiones.*

b ¶ *Attenuet.*] Hic metus attenuat peccatũ. 2. *q.* 1. *in primis.* qñque nullo modo excusat. *de conse. d.* 4 *cas.* a *&* 11. *q.* 3. *quisquis metu.*

c ¶ *Excludit.*] Minor tamen causa excludit eam. *arg.* 11. *q.* 3. *quod prædecessor, & antecessor.* sed illud est indultũ à iure, & eis possumus participare in his, quæ ad salutem animarum illorum pertinent: nec incurrit quis excommunicationem, licèt alia incidenter proponantur, vt magis proficiant. j. *de sent. excom. cum voluntate. & c. responso.*

a *Alids hos quos: ibi parisicas reba prizatos sponte, vel per metum. Bern. And.*

d ¶ *Incurrere.*] Simile. 32. *q.* 5. *itane.* Bern.

C*Vm dilectus filius.*] Primò pmittit diffinitionis cãm. Secũdò soluit obstaculũ ibi, *No obstãte.* Tertiò diffinit ibi, *Super.* Abb.

Casvs. Canonici insularũ volentes obseruare ordinẽ Cistercieñ. emiserunt votũ præstito iuramẽto, quod regulã Cistercieñ. ordinis obseruarent, vel quod translationẽ suæ Ecclesiæ ad ordinẽ illorum nullatenus impedirent: & hæc facta fuerunt fratribus Cistercieñ. præsentibus: postmodum verò prædicti canonici voluntate mutata, voluerũt reuocare, quod fecerãt: petierũt restitutionẽ cõtra factũ suũ, dicentes quod p metũ, & dolum Cistercieñ. ad hoc fuerant inducti, & ideo non valebat, quod fecerant: receptæ fuerunt probationes hinc, & inde. Papa examinato negotio, quia cõstiterat ei de voto emisso, & de iuramento præstito à canonicis prædictis, quod regulã Cistercieñ. obseruarent, vel quod non impedirẽt trãslationẽ ipsius Ecclesiæ ad ordinẽ illorũ, imposuit eis silẽtiũ super restitutione petita, cũ vtrũq; seruatũ non vergat in dispendium salutis æternæ nec velit viam periuriis aperire non obstante violentia, quæ proponebatur illata: cum non contineat metum mortis vel corporis cruciatum; nec obstante dolo, quo se proponebant fuisse seductos; cũ talis dolus potius ad fatuitatem ipsorũ, quam ad circumuẽtionem Cistercieñ. debeat retorqueri. Not. quod iuramentum semper est seruãdum, dummodo sine periculo animæ seruari possit. Item metus, qui non continet metum mortis, vel cruciatum corporis, non excusat. Item dolus, quo quis inducitur ad bonum animæ, non imputatur, nec impendit propositum melioris vitæ. Item nemo debet viam periuriis aperire.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem.*

e ¶ *Ecclesiæ.*] Non tamen potuerunt Ecclesiam suam subiicere ordini Cistercienti, vel etiam alij inconsulto diœcesano Epo. j. de excel. præ. a. sicut vnire. sed est verum, quod quantum ad Epm hoc non potuerunt, & nullum præiudicium fit Episcopo sed quãtum ad se bene tenuit talis translatio. j. *de do. inter dilectos.* & Episcopus habebit iura Episcopalia sua sicut consueuit. j. *de relig. dom. quia monasterium,* sed non videtur, quod ipsi subiecerint Ecclesiam ordini Cistercieñ. sed seipsos personaliter obligauerunt seruare regulam illorũ, & bñ potuerunt promittere non impedire translationem Ecclesiæ suæ ad ordinem Cistercieñ. faciendam per illos ad quos pertinet: sed ipsi per se hoc facere non possunt, sed per Episcopum de consensu capituli.

e *Dicit In. quod prositeri potuerunt hunc Cisterciensem ordinẽ artiorem. de regula liect. Ioan. And.*

f ¶ *Salutis æternæ.*] Et ideò bene seruari debet. j. *de iureiu. si vero.* & 22. *q.* 4. *si aliquid.* idẽ si salutis corporalis. 22. *q.* 4. *ca. vlt. vers. quisquis ergo.* & j. *de iureiur. verum.*

CAP. VI.

C*Vm* † dilectus filius: *& infrà.* ¶ Quia cõstitit nobis de voto emisso, & de præstito iuramẽto à Canonicis insularũ, quòd regulã Cistercieñ. obseruarent, vel trãslationẽ ipsius Ecclesiæ[e] ad ordinem illorum nullatenus impedirent: cùm vtrunque seruatum nõ vergat in dispendiũ salutis æternæ[f], nolentes viam periuriis aperire[g]: Non obstante violentia[h], quæ proponebatur illata, cùm neque metum[i] mortis, neque cruciatum corporis contineret †, & ideo non debuerat cadere in constantes.

¶ Nec obstante dolo, quo se proponebant fuisse seductos: cùm talis dolus non tam ad circumuentionem prædictorum Cistercieñ. quàm ad fatuitatem[k] eorum debeat retorqueri:

g ¶ *Aperire.*] Vt C. de indi. vidui. l. 1. in fin. C. si aduersus vend. l. 1. & j. de iureiur. si vero.

¶ *Glo. sequens. per quæstio. & incidentem opinionem.*

h ¶ *Violẽtia.*] Quæ fuerit illa violentia, ignoramus, & fortè aliqua verba incusserant eis timorem, quę nõ semper sufficiũt ad iustum timorem. ff. *quod met. caus. metum.* & j. *quæ cle. vel vo. insinuante.* vel fortè etiam minabantur eis excommunicationem, sed ille timor non excusat, cum excõmunicatio sit medicinalis. 2. *q.* 1. *multis.*

† *Vide* l. 2. & ibi Bar. ff. de non

¶ *Glo. seq. tractat multiplicem speciẽ metus, & diuersa circa ipsum auxilia.*

i ¶ *Metum mortis.*] Nõ solum in duobus istis, sed etiam in pluribus, aliis casibus excusat metus, quandoque metus verborum. *arg.* 7. *dist. fuerunt.* & 13. *q.* 8 *conuenior.* & ff. *de acquir. hæred. qui in aliena.* §. *vlt. quandoque metus rerum.* 50. *dist. presbyteros.* & s. *eo. abbas.* & propter metum libertatis exigere non possum, quæ onerandæ libertatis causa stipulatus sum. ff. quarum rerum actio non datur *l.* 1. §. *quæ onerandæ.* quandoque metus iudicis. 2. *q.* 1. *in primis.* vel alicuius potentis. C. eo. tit. *l. pen.* & *vlt.* quandoque metus status, vel honoris, vel sui ipsius, vel filiorũ. & metus stupri. ff. *eo. isti quidem.* Item quandoque non tantum metus, sed suspicio metus excusat. ff. *lo. a habitatores.* §. *vlt.* & ff. *ad leg. Aquil.* Item si quis fumo. §. *vlt.* quandoque metus mortis, aut cruciatus corporis tantùm, excusare videtur: vt hic. & *C. de transact. interpositas.* Vnde videtur relinquendum arbitrio iudicis, an verba, vel minæ, vel potentia hominis sit iusta causa metus, vt ff. ex quibus cau. ma. *l.* 3. & *arg. ff. eo. non est verisimile.* Item subuenitur metum passo, per hoc edictum, quod metus causa tunc tantùm, quando metus cadit in constantem virum. ff. *eo. metum.* & j. *de spon. veniens.* Sed vbi quis minorem metum passus est, videlicet per impressionem, siue potentiam iudicis, vel dolo alterius quis vendit res suas: tunc subuenitur eis iudicis officio. ff. *eo. non est verisimile* § *ji.* vel per constitutionem principum. C. *eo. l. penul.* & *vlt.* & ff. *de off. præsi. illicitas.* vel per responsa prudentum, siue interpretationem prudentum ff. *de var. & extraor. cog. medicus.* iudex verò alicui non dicitur inferre metum ff. *eo. l.* 1. sed iniuriam facere potest, vt ibi ff. *ad leg. Aquil. quemadmodum.* §. *magistratus.* & j. *de emp. & ven. c. vlt.* vbi de hoc. Et not. quod secundum canones, siue vi, siue metu, siue dolo aliquis renunciat res suæ, subuenitur ei contra omnem possessorem. 3 *q.* 1 *redintegranda.* & *quæst.* 2. *c.* 1. & ff. *de ino'fic. testa. cum qui.* 1 *resp.* & per Episcopum suum potest quis implorare hanc restitutionem.

Quibus casibus metus excuset.

c *Concor. gl. in l. interpositas. C. de transact. & ibi Bar. & l. metum ff. quod me. cau.*

Additio. Quis autem metus excusare possit, patet per hunc versum Hostien.

Excusat carcer, status, & mors, verbera, stuprum.
Excusare metus hos posse puta, quia ne fit.

Stupri, siue status, verberis, atque necis. ff. *eo. ego puto.* & *l. nec timorem.* & *l. isti quidem.* §. 1. 2. & 3. Item metus substantiæ suæ. s. *cap. prox.*

¶ *Glossa sequens elicit tria nobilia, & cuique signat vnum contrarium.*

k ¶ *Ad fatuitatem.*] Sic patet, quòd licèt dolus interueniat in huiusmodi spiritualibus, non tamen subuenitur dolum passo, licèt dolus det causam contractui. simile. 20. *qu.* 3. *constituit.* Item matrimonio. j. *de conuer. coniu. ex parte.* & c. *veniens in fin.* & c. *dudum.* quod est contra id ff. *de dolo.* & eleganter *in super abiecto.* Item habes hic, quòd dolus non præponderat celpæ, quòd est contra id. ff *ad l. Aquil. item Mela in prin.* Item no. quod in spiritualibus non habet locum in integrum restitutio: quia non videntur decepti, qui meliorem vitam elegerunt[d]. *Arg. contra.* j. *fraude* Bern.

d *Ibi non fuit per matrimonio: sed alteri restituitur, quæ per alterius fraudẽ absuit.*

Super

SVper eo.] In prima parte ponitur partis conquestio. In secunda Papæ responsio ibi, *Verùm*. & est notabilis casus. Abbas.

CASVS. Quidam dicebat se spoliatum à quibusdam aduersariis suis per violentiam, conuenit illos in iudicio, lite non contestata probauit solummodo per proprium iuramentum singula, quæ amiserat, sed de violentia sibi illata probauit per testes, & sic cōdemnati fuerunt, conquerebantur, quòd iniustè condemnati fuerant, quia iuramento illius credi non debuit. Dicit Papa, quòd iniustè cōqueruntur, quia postquā de violētia cōstitit per testes, & de rebus amissis per iuramentū ipsius, o[mn]e potuit iudex taxatione præmissa, cōdemnare illos in æstimatione rerū amissarū, declarata per iuramētū actoris considerata personarū hac negotij qualitate. Not. quòd in casu isto, cū quis dicit se spoliatū per violētiā illam debet probare per testes, de rebus amissis per iuramentū propriū: iudex tamen primò c[o]nsiderabit qualitatem personæ, an sit talis, vt contra ipsam nō præsumatur, quòd propter hoc deieraret, & quantitatem rerum amissarum.

Super restitutione petita silentium eis duximus sententialiter imponendum.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Probata violētia per testes, res amissa probantur per iuramentū. Et super valore rerum amissarū taxatione iudicis præmissa, & secuto petentis iuramento, condemnatio.*

CAP. VII.

SVper eo, quòd aduersarius veste se conquerebatur à vobis per violentiam spoliatum, arbitramini contra vos fuisse iniustè processum, cùm non nisi proprio iuramento probauerit singula, quæ amisit. Verùm postquam de violentia per testes[a], & de amissis[b] rebus per ipsius constitit sacramentum, potuit iudex taxatione[c] ab ipso facta pro personarum[d], ac negotij qualitate, vos in æstimatione rerum amissarum iuramento aduersarij declarata, rationabiliter condemnare †.

¶ *Glo. seq. ponit differentiam circa interesse, &c. secundò cui parti rubrica adaptetur ca. tertiò quærit opponendo, & dupliciter respondet.*

a ¶ *Per testes.*] Sufficit enim probare per testes in iudicio violētiam sibi illatam, & super rebus amissis statur iuraméto ipsius: sicut hoc totum habes. *C. vnde vi. l. si quā.* totum tenorē illius. *l. hic habes.* Et sic interesse, quod surgit ex maleficio, probatur per iusiurandum, sic *2. q. 1. in primis.* secus est, si surgit ex contractu: quia tunc per testes probandum est *Instit. de verb. ob. §. non solum. ff. de minor. si in emptionem & ff. de eden. argentarius. §. fin.* Et quòd hic dicit, non pertinet propriè ad actionem, *quod me. cā.* sed ad interdictum *vnde vi. siue vi bonorum raptorum.* vnde lex illa, vnde hoc sumptum est, ponitur, *C. vnde vi. l. si quā.* Et ita facit ad illam partem tituli, vbi dicit de iis, *quæ vi* præcedentes decretales pertinent ad illam partem, quæ dicit, *metúsue causa.* Et sic in actione, quod metus causa sufficit probare metum fuisse sibi illatum, quāuis non ab eo, qui conuenitur, metus illatus sit. *ff. eo. si cum exceptione. §. in hac.* Sed quæ fuit causa, quare statur in casu isto iuramento illius, qui vim passus est, cùm iuramentum non sit deferendum, nisi adsit bona præsumptio, putà, quia habet vnum testem, &c vt *s. de procu. ex insinuatione. & j. de iureiu. c. vlt. & C. de re. credi. in bona.* Ratio illa prima est, propter difficultatē probandi singula vtensilia, & huiusmodi minuta, quæ de facili probari non possent, & ideo indultum est in fauorem spoliati, & in odium violenti. & hoc idem dicitur. *2. q. 1. in primis.*[a] Et prætereà ideò statur iuramento actoris, quia habet optimam præsumptionem, scilicet violentiam illatam sibi ab illo, qui conuenitur: quā debet per testes probare, vt hîc dicit. & in prædicta *l. si quādo.* Et sic iuramento statur in expensis restituendis: quia & ibi similiter difficile esset hoc probare. *C. de iud. l. sancimus.*

b ¶ *Amissis.*] Tempore violentiæ, vel damno dato: vt in prædicta *l. si quando. & C. in primis.*

c ¶ *Taxatione.*] Vltra quam, scilicet taxationem, non iurabit: vt prædicta *l. si quando. sic s. de procu. constitutus. & 3. q. 3. c. induciæ. §. quod fieri non debet.* & illum. *§. habes C. de dilatio. Auth. quod fieri. & in Authen. de exhiben. & introdu. reis. §. quoniam mox. coll. 5.* & secundùm quod iuratum est, debet condemnare: vt *l. si quando* & non minus *in Auth. de iudi. § oportet.*[b] *coll. 6.*

d ¶ *Pro personarum.*] Persona ergo respicienda est, an honesta fuerit, verū si pauper, vel diues. *arg. op. ff. de legi. in legitimos. arg. s. de offic. deleg. sanè. & c. pastoralis 1. resp. & 2. q. vltim. quisquis* qualitas etiam negotij consideranda est, simile *j. de appel. cùm sit Romana. & ff. de iu. nunquam. & j. de iureiu. c. vlt. in fi. & C. vnde vi. si quando.* Bern.

Interesse qualiter probetur, cùm ex maleficio, aut cùm ex contractu oritur.

a Concor. te. in l. si quando. C. vnde vi. & in l. in re furtiua. ff. de cond. fur.

b Vide l. quod iussit. ff. de re iud.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE.

¶ *Suprà visum est de quadā restitutione spirituali, quæ scilicet datur occasione metus: sed quia quadā est restitutio generalis, quæ subuenit Ecclesiis, & minoribus iure speciali: maioribus verò ex clausula generali, iusta scilicet causa suggerēte: meritò post rubricā præcedētē, subiicitur ista, in qua tractatur generaliter de restitutione in integrū. Et dic, quod restituere in integrū est idē, quod in pristinum statum reponere.* 1. q. 3. in fi. & in l. 1. C. de sen. pas. *Ab. Sic.*

De hac materia tractatur 35. q. 9. & 7. q. 1. & 2. per totum.

TITVLVS XLI.

De in integrum restitutione.

Alexan. iij. Alphanen. Episcopo.

¶ *Si in contractu vēditionis, vel locationis Ecclesia fuit enormiter læsa, potest aduersus talem contractum petere restitutionem in integrum: emptor tamen, siue cōductor non debet fraudari in pretio suo, vel in sumptibus per eum factis.*

CAP. I.

REQVISIVIT † tua fraternitas, quid agendū sit de possessionibus laicis, sub modico censu[e] concessis. Noueris itaque, quòd si Ecclesia læsa est, & manifestè apparet detrimentum[f] ipsius (cùm Episcopo eiusdem Ecclesiæ conditionem facere deteriorem non liceat[g]), & Ecclesia iure minoris[h]

REQ*uisiuit.*] Cōtra cōtractū aliàs legitimè celebratum restituitur Ecclesia, si manifestè apparet ipsius detrimentum. h. d. Cōmunis diuisio. Secunda ibi, *Noueris* Abbas.

CASVS. Ecclesia quasdā possessiones alienauit pro modica pecunia, quibusdam laicis seruata forma alienationis: quærebatur, quid agendum sit huic ecclesiæ? Respondet Papa, si Ecclesia læsa est, & manifestè apparet detrimentum ipsius, siue etiam probari possit: quia Ecclesia fungitur iure minoris, & sēper debet illæsa seruari, quæ taliter alienata sunt, ad proprietatem Ecclesiæ debent redire, cùm nō licuerit episcopo conditionem Ecclesiæ facere deteriorem: ita tamen quod si emptores possessiones illas fecerint suis expensis meliores, non debent defraudari sumptibus bona fide factis. No. quòd quandocunque læditur ecclesia enormiter, debet restitui sicut maior.

† Iste textus reputatur sin. per Abbatem hic, & Brixi. in suo dictionario in ver. æstimatio.

† Post conc. Lateran. p. 29. c. 7. & c. 1. eo. ti. in 1. compil.

¶ *Glo. seq. ponit d[u]as lecturas.*

e ¶ *Sub modico censu.*] id est, pro modica pecunia distracta: & sic non contradicit litera sequens, vbi dicit, ad ius, & proprietatem conuenit redire, &c. & quod dicit in fine, coloni, id est, emptores colentes ipsas possessiones, vel potest intelligi, quod verba propriè ponātur, vt de vtroque contractu intelligatur: vt si Ecclesia lædatur in contractu locationis: putà, quia ad longum tempus locauit rem aliquam pro certa pensione, in qua læsa est[c] Ecclesia, siue in contractu venditionis.

f ¶ *Detrimentum.*] Magnum scilicet: nam pro modica causa non datur restitutio *ff. de mino. si ex causa iudicati. l. respon. in fi. & ff. de in integ. rest. l. scio illud de re. ecclesia. non alien. ca. penult.*

g ¶ *Non liceat.*] *Infrà de dona. fraternitatem.* meliùs est enim iure ecclesię intacta seruari, quam post vulneratam causam remedium quærere. *C. in qui. cau. in integ. resti. non est necessaria. l. vltima.*

¶ *Glo. seq. recitetur per q. an post quadriennium restituatur Ecclesia, & ponit opi. quam approbat. ponit etiam contrariam.*

h ¶ *Iure minoris.*] Sic est. *j. eo. c. audit.* vbi de hoc, & fungitur iure reipublicæ. *23. q. 4. quid ergo.* & dic, iure minoris factę maioris. & comparatur minori in hoc: quia sicut minor postquam excessit xxv. an. petit restitui vsque ad quadriennium de iis, in quibus læsus fuit infrà xxv. annos. sic & ecclesia tantùm vsque ad quadriennium petit restitui, vbicunque læditur, à tempore læsionis computandum. Et quod dicit semper debet illæsa seruari: illud, semper, non notat tempus circa eundem contractum, vel circa eandem læsionem, vt de eodem contractu, vel de eadem læsione semper in perpetuum possit ecclesia restitui: absurdum illud videtur, & est contra id, quod legitur. *C. de temp. in integ. restit. l. vlt.* vbi dicitur, quod omnis restitutio infrà quadriennium debet terminari, sed sic debet intelligi illud, semper, id est, quotiescunque læditur illa ecclesia, debet petere restitutionem super illa læsione vsque ad quadriennium, & ita si millies læderetur, millies potest restitui;[d] & ita semper est minor, quia semper restituitur, & restituetur, quandiu durabit, in his quibus læditur: & sic reuera fungitur iure minoris. & hæc est communis opinio. Alij dixerunt. vt Alanus, & G. Naso cum eo, quòd in infinitum possit Ecclesia restitui super eo contractu, in quo læsa est, nec currit ei illud quadriennium. *arg. j. eo. cùm ex literis.* & inhærent superficiei istius verbi, semper, & malè & dic, omnia C. de epi. & cleri. vt dictum est.

c *Nec tenetur exprimere an dolo aduersarij, an sua facilitate sit læsa. de hoc, & an plures causas possit exprimere vel vna expressa alteram prosequi, vide in Spe. 2. p. eo. ins. qualiter in prin.* Io. Andr.

d *Adde quod idem priuilegium habent hospitalia quod ecclesia: ergo. tex. est singu. in l.* semper.

a ¶ *Constiterit.*] In iudicio præsentibus partibus. *j. eo. cum ex literis.* vel per contumaciam absentibus. *ff. de mino. in causa. §. causa. & l. et si. §. Vlt. j. de reb. Eccl. non alie. c. pe. & C. si aduersus donem. l. Vnica. & ff. de adep. l. nam ita. & in Authē. Vt sponsa. Larg. §. ad hoc coll. 9.* de hoc dictum est. *s. de off. iud. c. Vlt.*

procurator monasterij per beneficium restitutionis se admitti contra prædictam sententiam, & priuilegia libertatis inspici. Dñs Papa inspectis priuilegiis, quæ declarabant monasterium ad ius, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere, intelligens insuper quod licet procurator monasterij priuilegia coram primis iudicibus exhibere negligenter omiserit, tamen ipse fuit protestatus tñ ius monasterij, quam Romanæ Ecclesiæ, videlicet quod monasteriũ ad Romanã Ecclesiã nullo medio pertinebat, vñ Papa restituit monasterium Rothoñ. ad audientiam, ne procuratoris negligentia in dãnũ monasterij redundaret, tamẽ electionem prædictam à monachis factam, nec cõfirmandam pendente controuersia, ex qua pendet, nec infirmandam duxit. Not. quòd Ecclesia propter negligentiam procuratoris restituitur. Item pendẽte principali qõne iuris eligendi, non debet electi confirmari. Item protestatio prodest.

debeat semper illæsa seruari) quæ in damnum eius data constiterit [a] ad ipsius conuenit, proprietatẽque redire [b]. Prouidendum est tamen, ne si fortè coloni possessiones illas expẽsis, ac labore suo reddiderint meliores, sumptibus, quos bona fide fecerunt, debeant defraudari [c].

¶ Innocentius tertius sancti Georgij, & sancti Sergij Abbatibus.

¶ *Restituitur Ecclesia læsa propter negligentiam procuratoris, qui iura Ecclesiæ non produxit.*

CAP. II.

CVm † venissent ad Apostolicam sedem electus, & Monachi Rothoñ. pro se ac pro monasterio suo, & magister A. pro Episcopo Venet. eis sãcti Georgij Diaconum Cardinalem dedimus auditorẽ: ¶ Corã quo idẽ magister pro Epi parte proposuit, q cùm monasteriũ Rothoñ. esset situm in diœcesi Veneteñ. & Ecclesiæ Veneteñ. subiectum, prædictus Eps possessione [d] subiectionis [e] vsus est hactenus inconcussa: sed cũ occasione cuiusdam electionis, quę ibidem facta fuerat [f], partes de cõmuni assensu ad Nateñ. † Epm, & eius collegas commissionis literas impetrãssẽt: duo eorũ [g] ad monasteriũ accesserunt, quorum aduentũ intrusus præsentiẽs, renunciauit [h] huiusmodi electioni, & se à monasterio absentauit. Sed Iudices auctoritate Apostolica Monachis iniunxerunt, vt syndicum, vel Procuratorẽ [i] eligerent, qui in causis monasterij & consultè ageret, & vtiliter responderet: districtiùs inhibentes [k] eisdem, ne aliquem eligerent in Abbatem, donec pleniùs cognosceretur de iure, quod Episcopus se habere in Abbatis electione dicebat. Monachi verò etsi Procuratorem † ad mandatum Iudicum elegissent: Abbatem tamen contra inhibitionẽ eorum eligere præsumpserunt [l]: cuius electionem Episcopus petiit infirmari: & se ad possessionem restitui, qua eum Monachi spoliárant [m]. Deinde Iudices diffinitiuam sententiam protulerũt, electionem cassantes eandem: quam sententiam dictus magister petiit confirmari. ¶ Ad hoc fuit responsum, quòd licèt per Procuratorem ex parte Monachorum fuisset propositum, quòd monasterium ipsum ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertineret: dicti tamen Iudices contra eos procedere nimis animosè cœperunt †: *& infrà.* ¶ Nos igĩ inspectis priuilegiis [n]

b ¶ *Redire.*] Et sic patet quòd cõtractus fuit alienationis, non locationis, vt dixi in princ. & alienatio tenuit. Vnde auxiliũ restõnis necessariũ fuit: quia tunc demũ datur, cum alia actio non superest. *ff. de mino. l. in causa. in prin. & s. de offic. iud. c. 2.* Vnde no. quòd si alienatio rei Ecclesiasticæ facta est in casu licito, sicut debet, & traditur *10. q. 2. hoc ius. & 19. q. 2. sine exceptione.* bñ tenet cõtractus: & si læsa sit in contractu illo, nõ subuenitur ei, nisi per beneficium restitutionis, nisi esset decepta vltra dimidium iusti pretij: quia tunc iure communi iuuatur. *j. de empt. & Ven. cùm dilectus. & cùm causa. & Cod. de rescin. Ve. l. 2.* Si verò alienatio non sit facta prædicto modo, s. cum consensu capituli, & meliorationibus inspectis, nullus est cõtractus ipso iure [a] *12. q. 2. sine exceptione. & c. Apostolicus. & c. alienationes.* & prædicta decre. cùm dilecti, & agitur tunc iure communi contra possessorem. *arg. C. de sacros. Eccl. l. iubemus. & C. si aduer. dona. l. 2.*

c ¶ *Defraudari.*] Sicut enim Ecclesia in damno morari non debet: ita nec in lucro. ex vtraq; parte fieri debet restitutio. *C. de repu. l. Vnica.* [b] *ff. de minor. l. quòd si minor. §. restitutio. & l. intra Vtile. in fin.*

CVm venissent] Prima pars ponit comparationem partium, & dationem auditorum. Secunda ibi, *Coram.* allegationem Episcopi. Tertia ibi, *Ad hoc.* allegationem monasterij. Quarta ibi, *Nos igitur.* interloquitur. Abbas Siculus.

CASVS. Vacante monasterio Rothoñ. monachi elegerunt quẽdã in Abbatem: Eps Veneteñ opposuit se cõtra istã electionẽ, ppter quod electus ipse & quidã monachi Rothoñ. & magister A. pro Epo Veneteñ. ad sedem Aposto. accesserunt: datus fuit quidã Cardinalis auditor: coram quo prædictus magister A. ex parte Episcopi proposuit, quod cũ monasteriũ prędictũ sitũ sit in diœcesi Veneteñ. & Ecclesiæ Veneteñ. subiectum, dictus Eps possessione subiectionis, & iure eligendi Abbatem vsus est hactenus quietè, ac pacificè: tandem occasione cuiusdam electionis, quæ facta fuerat ibidẽ de cõmuni cõsensu partiũ, literæ impetratæ fuerũt ad Episcopũ Veneteñ. & collegas ipsius, quorũ duo ad monasteriũ accesserunt. Intrusus eorũ aduentũ intelligens, renunciauit electioni huiusmodi, & de monasterio recessit: iudices præceperunt monachis, vt syndicum facerent, qui in causis monasterij responderet, prohibentes eisdẽ ne aliquẽ eligerent in Abbatem, donec cognosceretur de iure, quod Eps dicebat se habere in electione Abbatis: monachi fecerunt procuratorẽ ad mandatũ iudicũ, tñ, Abbatẽ cõtra eorũ præceptũ elegerũt: cuius electionẽ Episcopus petiit infirmari, & se restitui ad possessionem, vel quasi, qua eũ monachi spoliarunt: iudices diffinitiuã sententiã pro Episcopo protulerunt, cassantes electionem prædictam, quam sententiã petebat procurator Episcopi cõfirmari. Ad hoc fuit ex aduerso rñsũ, quod coram prædictis iudicibus per procuratorem monasterij propositum fuit, quod monasterium ipsum nullo medio ad Romanam Ecclesiam pertinebat: iudices tamen contra monachos nimis animosè cœperunt procedere, & quod monasterium non fuerat defensum, nec priuilegia libertatis fuerunt exhibita coram eis, quæ priuilegia exhibuit coram auditore, Vnde petebat

d ¶ *Possessione.*] Vel quasi possessione: quia incorporalia non possidentur, sed quasi possidentur. *ff. de Vsucap. l. sequitur. § si Viam.*

e ¶ *Subiectionis*] Et possessione iuris eligẽdi abbatem.

f ¶ *Fuerat.*] Per monachos, & ita spoliauerunt Episcopum possessione eligendi.

g ¶ *Duo eorum.*] Tertio eis committente vices suas, vel se excusante, aliàs nihil fecissent. *s. de offic. deleg. prudentiam. 1. resp. & c. cũ causam. & c. causam matrimonij.* in antiqua tñ contrarium allegabatur.

h ¶ *Renunciauit.*] Ante confirmationem sufficit renunciatio facta eis, qui elegerunt.

¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*

i ¶ *Procuratorem*] Et sic videtur, quòd collegium possit constituere procuratorem sine consensu prælati, etiam vacante Ecclesia pro causis monasterij contra id quod est *j. de iud. causam quæ. & j. ne sede Vacante. per totum.* Sic intellige, quod dicit hîc, eligunt procuratorem, vel syndicum vacante Ecclesia, vt de facto sine electione ipsa prælati agatur, de qua erat contentio inter Episcopum, & conuentum, quæ aliter tractari non poterat, & ad hanc causam tantùm constituit, non ad alias, quæ tractari non possent [d] vacante Ecclesia, per iura prædicta.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem. & solu. cum solutione signat contrarium, & remittit.*

k ¶ *Inhibentes.*] Non videtur, quòd ipsi potuerint inhibere, cùm monachi essent in quasi possessione eligendi, alium eligendo qui renunciauit, & sic vsque ad sententiam tuendi erant in possessione. *16. q. 4. Volumus. & 12. q. 5. c. 1. & j. Vt lite. pen. per totum.* Vnde Papa hîc in fi. non cassat electionem factam post inhibitionem illam. *ar. ad hoc 11. q. 1. quia res in litigio. & Cod. de prob. l. 2. Arg. contra. ff. de pe. here. l. diuus.* vbi prohibetur possessori aliquid detrahere de bonis hæreditatis, nisi præstita satisdatione de restitutione. sed hoc soluitur in *fine notula,* quæ incipit, *sed nomine.*

l ¶ *Præsumpserunt.*] Ex hoc verbo videtur, quòd non debuerant eligere post prohibitionem, sed licèt non debuerant, facta tamen electio non cassabitur, quousque cognoscatur de iure eligendi vt dicit *in fin.*

m ¶ *Spoliarant.*] Et ius eligendi Abbatem apud Episcopum de cætero pertinere: quia ad ipsum pertinebat ius eligendi.

n ¶ *Inspectis priuilegiis.*] Huiusmodi inspectio iure debuit suspẽdere confirmationem sententiæ latæ pro Episcopo. *arg. j. de rest. Veniens. & j. de re iudi. cum super.*

† Cap. 1. eod. ti. in 3. compil.

a *Ista gl. est sing. secundùm doctores hic.*

† *Venetien.* † *Nanneten.*

b *Qui in integrum restituuntur: sicut in damno morari non debet, ita nec in lucro. Ioan. And.*

† *In nonnullis manuscriptis: & si procuratorem, Vel syndicum, ad mandatum, &c.*

c *Et hoc Vbi in rescripto erat clausula, si non omnes, per iura hoc alleg. Ioan. And.*

† *Vide l. mandato. cùm no. ff. de minor.*

d *Ad hoc supra de con. sue. cùm dilectus: Videretur, quod hoc casu cõstituendus est actor de consensu Archiepiscopi. arg. insti. de auct. tuto. §. fin. sed his subtilitatibus secundùm canones non est locus. ar. insti. de iud. c. dilecti. secundùm Host. & An.*

¶ *Glo.*

¶ Glo. seq. arg. de protestatione. alleg. 4. iur. alleg. unum in contrarium & remittit. & soluit.

a ¶ *Protestatum.*] Et sic protestatio prodest. ꝫ. *de elect. Cumana. & ꝫ. de offi. ord. pastoralis. in fin. & ꝫ. de iu. qua vi. metúsue cau. si. perlatũ. & 7. q. 1. pontifices. Arg. contra.* ꝫ. *de consti.* cum M. Ferrarien. de hoc dictũ est *in c. Cumana.* & sine ista protestatione admissi fuissent monachi per beneficium restitutionis: vnde supple, maximè.

prædecessorum nostrorum Leonis Gregorij, & Clementis, quæ monasterium illud ad ius, & proprietatem indicant sedis Apostolicæ pertinere, intelligẽtes quod monasterij Procurator, etsi eadem priuilegia coram prædictis Iudicibus exhibere omiserit negligenter, ius tamẽ non tã suum, quàm nostrum fuerit protestatus[a]: videlicet quòd monasterium ipsum ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertineret, ne ipsius negligentia[b] in damnum[c] tam nostrum, quàm monasterij redundaret, ad audientiam restituimus[d] Monachos Rothoñ. *& infrà.* ¶ Electionem[e] autem à Monachis (sicut dicitur) concorditer factam, pendente controuersia ex qua pendet, nec confirmandam duximus, nec etiam infirmandam.

¶ Idem Helieñ. & Floreñ. † Episcopis.

¶ Ecclesia læsa, in probatione necessaria omissa, potest petere restitutionẽ in integrũ non obstante termino iuris probationis exclusiuo. Et restitutionẽ petere nõ potest nõ solùm contra priuatum, sed etiã contra Ecclesiam. Hoc dicit.

a *Hoc glossula non habetur in antiquis exẽplaribus.*

b ¶ *Negligentia.*] De qua neglig̃etia tenetur monasterio, si propriũ habet. arg. *ff. man. l. diligenter.* cùm omiserit exceptionem monasterio competentem. *ff. manda. l. fideiussor. 2. resp.*

c ¶ *In damnum.*] Cùm ad defensionem vocari debuerimus. ĩ. *de confir. vti. cùm dilecta.* & dominus semper in iudicio nominandus est. *infrà vt lit. non contest. c. quoniam. §. penult. quod C. vbi in rem actio. l. 2.*

¶ Glo. seq. reci. per q. an hæc restitutio detur, cũ procurator est soluendo. ponit opi. quod no. subdit differentiã inter restitutionẽ minoris, & maioris, quam partem reprobat. In fi. ponit priuilegi in Ecclesia.

† *Rosen. in pluribus manuscriptis, aliàs Florẽ.*

d ¶ *Restituimus.*] Hæc restõ (vt quidã dicunt) datur, quando procurator non est soluendo, vt tunc fiat restitutio contra Ecclesiam: vt *ff. man. l. si procuratorem in prin. & ff. de do. & eleganter. § si dolo.* hic procurator non est soluendo, etiamsi aliàs sit locuples: quia libertas, & status monasterij æstimari nõ posset. *ff. de re. diui. sacra. § vlt.* Ex hac enim causa quilibet erit restituendus: quia ex quacunque causa iusta dicit prætor in integrum restituam. *ff. ex qui. cau. ma. l. 1.* aliàs nũquam rescinderetur sentẽtia ꝓpter dolũ, vel ꝓpter negligẽtiã procuratoris:[b] sed dñs agat cõtra ꝓcuratorẽ, si dolũ cõmisit. *C. de procur. l. si procurator. in fi.* & ipse de omni dolo, & culpa tenetur dño. *C. man. à procuratore.* quia nec procurator omittere debet exceptionẽ cõpetentem ex persona rei. *ff. man. l. denique. & l. fideiussor. 1. respon.* & ita hic videtur loqui nõ tñ de restitutione minoris, sed etiã de restitutione maioris ex clausula generali, si qua iusta, &c. vt dictum est. & est differentia inter restitutionem, quæ fit iure minoris: quia illa datur officio iudicis deficiente actione *ff. de mino. quod si minor, § vlt. & ꝫ. de offi. iudi. c. 2.* & illam, quæ fit iure maioris: quia tunc habet actionem suo iure, sc. vtilem, accedente iudicis officio. *ff. quod me. cau. l. metum. § ex hoc edicto. & § prece. arg. C. quod me. cau. si vi, vel metu.* sed certè lex illa *ff. de do. & eleganter. § fi. & illa ff. man. l. si procuratorem.* non restituit actionem, cùm per negligentiam[c] procurator succubuerit, sed cùm per dolum; vnde si negligens fuit procurator, imputet sibi, qui tali negotiũ suũ commisit. *§. de mino. l. cùm mandato. arg. ad hoc.* ꝫ. *de offi. deleg. c. cum olim. ff. de tribu. l. procuratoris.* verumtamen si procurator esset soluendo, satis videtur, quòd fauore ecclesiæ in optione habet, an velit conuenire procuratorem, vel velit restitui ad rem. *C. si tutor vel curator. l. etiam.*

b *Concor. ſe. in l. 1. § fin autem. ibi gl. & doct. ff. de tab. exhiben.*

¶ Glo. seq. obiicit, & soluit. solutioni opponit, & ponit opinio. cui signat cõtrarium, & ibi remittit. demum perfectam recitat opin. locum capiat hoc cap.

c *Hic non restituit Ecclesiam læsam per negligentiam, ergo loquitur de restitutione, quæ fit iure minoris.*

CONstitutus † in præsentia nostra magister Guil. pro se ac fratre [g] suo I. Canonico Parrosineñ. † exhibita nobis petitione monstrauit, quòd † eis in minori constitutis ætate, ac eorum matre (cuius successores [h] existunt) rebus humanis exempta: quondam Guil. pater ipsorum quasdam possessiones vtrique [i] communes quibusdam vendidit pro quadam pecuniæ quantitate, ac (vt huiusmodi venditio robur firmitatis haberet) emancipauit eosdem [k] †, & fecit eos contractui consentire. Quare supplicauit, vt vel venditionem [l] eandem mandaremus nunciari nullam [m], vel cùm [n] adhuc existant infra tempus [o] ad obtinendum beneficium in integrum restitutionis indultum, & infra annum, & diem à tempore contractus, ipsis tanquam proximioribus competeret super alia portione ius offerendi emptoribus pretium, iuxta municipij Patrosineñ. † consuetudinem [p] approbatam, quòd hactenus omiserunt, dignaremur eis super vtroque (cùm in hoc non modicum læsi noscantur, & emptoribus portionis eiusdem, vel eorum successoribus pretium sint offerre parati) per idem beneficium subuenire.

¶ Quocirca mandamus, quatenus si præmissa inueneritis veritate subnixa, vel venditionem

g ¶ *Fratre suo.*] Et meritò, cùm sit coniuncta persona. s. *de rescrip. c. nonnulli.* & etiam ad agendum admittitur, dum tamen contraria voluntas non appareat. *ff. de procu. l. sed & l. Pomponius. j. vlt.* & in causa restitutionis non admitteretur ad agendum, nisi constaret de voluntate ipsius. *ff. de minori. l. patri. 1. responso.*
h ¶ *Successores.*] Quia filius succedit etiã matri ab intestato [b], siue ex testamento. *C. de tusconsulto be. ma. l. 1.* pater verò habet vsumfructum, in cuius potestate est: qui omnem diligentiam tuendæ rei debet habere: alienare tamen rem filij, vel donare non potest. *C. eod. tit. l. 1. & 2.*

† *Infero, quòd quamlibet clericatum, & canonicatum non liberat quem à patria potestate: sed sola episcopalis. concor.* in Auth. const. quæ dist. §. palam. & Auth. dignitas. C. de episc. & cle.
† *Patrosi.*
b *Ex senatusconsulto Orficiano etiamsi alieno iuri sit subiectum: & præfertur consanguineis matris, & eadem ratione succedit nepos, & pronepos auia & proauia.* Inst. de senatusc. Orfi. §. 1. & §. 1. & 2. C. eod. l. 1. *Ioan. And.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*
f ¶ *Duximus.*] Et ita aliquid conceditur hic vna via, quod alia via denegatur contra s. *de procu. tua.* cum suis concor. ibi positis. Sed illa intelliguntur de iure communi: & si in iure communi aliquid vna via prohibetur, & alia via eodem iure debet prohiberi, hic verò secus.

COnstitutus.] In prima ponitur partis petitio, super qua secũdò dat iudices ibi. *Quocirca mandamus.* Abbas Siculus.

CASVS. Pater, & mater magistri Guil. & Ioannes fratris ipsius canonici Patrosineñ. habebant quasdam possessiones communes matre ipsorum defuncta, cui succedere debent, G. pater ipsorum eis in minori ætate constitutis possessiones prædictas vtrique communes vendidit pro certa pecuniæ quantitate: & quia venditio hmôi non valebant pro ea parte, quæ ex successione materna fratres contingebat prædictos, emancipauit eosdem, & fecit eos contractui consentire: præterea consuetudo est in Patrosineñ. municipio, quòd si aliquis vendat possessiones suas alicui extraneo à consanguinitate sua, ille, qui est proximior venditori, vsque ad annum, & diem à tempore venditionis potest offerre pretium emptoribus, & illi tenentur recipere pretium, & restituere rem pretium offerenti: magister Guil. pro se, & Ioan. fratre suo accessit ad dominum Papam, & exposuit ei prædicta, petens à domino Papa, quòd cùm adhuc existerent infra tempus ad obtinendum beneficium restitutionis in integrum, vt venditionem prædictam pro ea portione, quæ ex successione materna contingebat eosdem, faceret nunciari nullam, vel per beneficium restitutionis in integrum contra ipsam venditionem subueniret eisdem: in alia portione paterna petebãt sibi per idem beneficiũ subueniri tanquã proximioribus ad offeredũ pretiũ emptoribus, iuxta cõsuetudinē municipij Patrosineñ. quod hactenus omiserũt, cùm in hoc enormiter lædantur, & ipsi parati sunt offerre pretiũ emptoribus, vel eorum hæredibus. Vnde mãdat Papa quibusdam

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*
i ¶ *Vtrique.*] Scilicet patri, & matri, quas possessiones de communi pecunia emerint. simile j. *de dona. inter vi. & vxorem. c. significauit.* Sed contra videtur: quia quicquid habet vxor, totum præsumitur esse de bonis mariti. *C. de dona. inter vi. & vxo. l. si vxoris. & ff. de don. inter vir. & vxorem. l. Quintus Mucius.* illud verum est, quando non constat, vnde res illæ processerunt. Sed hic constat, quia vt dixi, de pecunia communi emptæ, vel vtrique communiter legatæ fuerunt, & hoc certum erat.
k ¶ *Eosdem.*] Hoc ideo dicit: quia dum filius est in potestate patris alienare, vel aliàs disponere de rebus suis non potest, nec agere pro his, nec ei tunc temporis currit præscriptio, vt *C. de bon. ma. l. 1. & C. de anna. excep. l. 1. §. vlt.* Ideo emancipauit eos, vt consentirent, & ratam haberent venditionem eandem quoad partem maternam, in qua debebant succedere matri.
l ¶ *Venditionem.*] Quatenus contingebat eos de bonis maternis: in alia parte quoad partem patris petebant restitui ad ius offerendi pretium, & si venditio de bonis maternis teneret, petebant restitui similiter contra eam.
m ¶ *Nullam.*] Quasi factam à minore xxv. ann. si iuris solemnitas non fuit seruata.
n ¶ *Vel cum.*] Supple, si iuris solemnitas fuit seruata in vēditione.
o ¶ *Tempus.*] Scilicet quatuor annorum. *C. de temp. in integ. restitu. l. vlt.* & est hic arg. quòd vltra quadriennium non detur restitutio. Bern.
p ¶ *Consuetudinem.*] Consuetudo [c] erat approbata illius loci, quod si quis rem communem cum alio, vel rem suam venderet extraneo, vel alicui magis remoto: qui proximior est illi alienanti, à tempore contractus vsque ad annum, & diem, & post. potest offerre pretium emptori, quod soluit pro re illa, & ille tenetur recipere pretium, & restituere rem: & isti fratres omiserant offerre pretium infra annum, & diem pro re patris alienata, cùm ipsi essent proximiores, & ad hoc offerendam petebant restitui, vt rem patris rehaberent.

c *Vide Marthaum de Afflictis decisio. 223. & notas huius c.*

a ¶ *Debita*

a ¶ *Debita.*] Quia si habebant curatorem, & eius auctoritas non interuenerit, ipso iure nulla fuit venditio. C. *de in inte. rest. minorum. si curatorem.* & si decretum non interuenerit, siue auctoritas prętoris, non tenet venditio, seu consensus subsequens; quia tutor, & curator alienare rem minoris sine auctoritate prętoria nõ potest. C. *de prædi. mino. si decre. non alienan. l. 1. & 2. & l. minorum. & l. si quādo.* & in pluribus legibus ibidem. Si verò isti nullum habebant curatorem, & contraxerunt, vel consenserunt auctoritate prętoris venditioni factę à patre, obligantur: sed si lęsi sunt,[a] restituuntur: vt l. prę li. si curatorem. *in fin.* & ita si solemnitas iuris est omissa, nulla fuit venditio, & sic etiam nulla pronunciabitur: si solemnitas seruata fuit, & probauerint se lęsos, restituentur tam contra venditionem cõtingentem ipsos ex successione materna, quàm etiam ad ius offerendi in venditione paterna.

b ¶ *Constiterit.*] Probabunt ergo isti se minores, & lęsos, aliàs nõ audirentur. ff. *de minori. nam postea. §. si minor.* quo probato restituentur tam contra venditionem, quàm ad ius offerendi.

a Læditur minor aut in iudicio, aut in contractu. de hoc 36 di. ir. religiosum. Ioan. And.

† In vno antiquo stat: ipsos auctoritate nostra, &c.

prædictam, quoad partẽ ex successione materna ipsos contingẽtem, nullam nunciare curetis, si in ea debita [a]iuris solemnitas est omissa: vel si forsitan interuenerit, & eos læsos esse constiterit [b], tam super ea, quàm super residua portione, dum tamen, quod offerunt, duxerint faciendum, auctoritate †nostra in integrum restituere studeatis.

¶ Idem.

¶ *Restitutio in integrũ postulãda est ab ordinario administrationem habẽte, vel à delegato ab eo, siue hæc causa sit specialiter delegata, siue incidat in causa generaliter sibi cõmissa. Ab ordinario verò administrationẽ nõ habẽte, vel à delegato peti non debet, nisi veniat incidẽter in causa. Arbiter autẽ de causa restitutionis non cognoscit, nec potest assumi in maioribus.*

CAP. IX.

Causa restitutionis in integrum, coram Iudicibus ordinariis administrationem habẽtibus[c], vel delegatis ab eis, tractari poterit, & finiri †, siue hoc ipsis delegatis [d] specialiter demandatum fuerit, siue in † commisso eis negotio contingat incidere huiusmodi quæstionem, ¶ Delegati verò ab ordinariis, qui administrationem non habent[e], sed tantummodo facultatem iudicandi, seu Arbitri, de hac causa cognoscere nequeunt, nisi coram eis mota fuerit incidenter [f]. In matrimoniali [g] quoque liberali, vel criminali causa, cùm maiores Iudices exigant, Arbiter nequit assumi.

¶ Idem.

¶ *Restitutio denegata Ecclesiæ, vlterius sibi nõ cõceditur, nisi ex noua causa: restituitur tamen ad appellandum à sententia denegationis.*

CAP. X.

Beneficio restitutionis in integrum Ecclesiæ tuæ in alio iudicio denegato [h], restitutio

Causa restitutionis.] Tria sunt dicta principalia. Secundum ibi, *Delegati.* Tertium ibi, *In matrimoniali.* Abbas.

CASVS. Quia beneficium restitutionis extraordinarium est, & non datur nisi deficiente iure communi, dubitari poterat, quis dare possit beneficium restitutionis: & ideo Papa ostendit in capitulo isto, qui iudices hoc facere possint, hoc modo: Quidam sunt iudices ordinarij habentes administrationem, isti possunt causam restitutionis in integrum examinare, ac finire. Item delegati ab his hoc idem facere possunt, siue hoc ipsis delegatis commissum fuit specialiter, siue in ipso negotio incidat quæstio restitutionis. Item quidam alij sunt ordinarij non habentes administrationem, & arbitri de hac causa cognoscere non possunt, nisi coram eis mota fuerit incidẽter. In fine dicit, quòd in causa matrimoniali, liberali, & criminali, arbiter assumi non potest, cum huiusmodi causæ maiores iudices exigant. Not. quòd arbitri incidenter cognoscunt de causa restitutionis. Item in tribus casibus hic signatis arbiter assumi non potest.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem.*

c ¶ *Habentibus.*] Sicut est episcopus, potestas, & huiusmodi, & alij etiam minores ordinarij contentiosam iurisdictionem habẽtes, qui præsunt alicui vniuersitati, qui habent administrationem cum iurisdictione. ff. *de postulan. l. 1. §. vltim. & Cod. vbi, & apud quos l. vltim. 11. q. 1. persona.* ff. *quod cuiusque vniuer. l. vltim.* & alij etiam minores ordinarij contentiosam iurisdictionem habentes.

¶ *Gl. seq. obijcit, & soluit, solutioni opponit, & tripliciter respõdet.*

d ¶ *Delegatis.*] Et sic delegati ab ordinariis hoc edicto possunt cognoscere de causa restitutionis, siue principaliter mãdetur eis, siue incidenter eis contingat quæstio restitutionis, & multò fortiùs delegatus à principe, sicut hoc totum traditur. *C. vbi, & apud quos restit. in integr. post. l. vlt.* quæ ponit totum tenorẽ huius decre. Sed videtur, quòd esse non possit, s. quòd ordinarius possit alij demandare cognitionem istam: quoniam in integrum restitutio causæ cognitionem desiderat, *ff. de in integ. restit. l. 3. & 3. eq. e. tum ex literis. & ff. de mino. l. in causa. §. causa.* sed quæ officio iudicis causa cognita expediuntur, alteri demandari non possunt. ff. *de offic. procons. l. nec quicquam. §. vbi decretum.* Sol. restitutio in integrum competit iure magistratus, & transit cognitio restõnis, siue specialiter, siue generaliter committatur. *C. vbi, & apud quos. l. vlt.* sed ea, quæ competunt iure magistratus, delegantur. ff. *de offi. eius cui man. est iurisd. l. 1. respons. 1.* Sed contradicit lex, quia ea, quæ magis sunt imperij, quàm iurisdictionis, magistratus facere non potest. Sed restituere est magis imperij, quàm iurisdictionis: ergo non permittitur magistratibus. ff. *ad muni. l. ea quæ.* ergo multò minùs possunt delegare. Potest sic responderi, omnia, quæ competunt iure magistratus delegari possunt. sed non omnia, quæ delegantur specialiter competunt iure magistratus, vt in hoc exemplo: & in mero imperio, cuius cognitio specialiter demãdatur, si contingat præsidem abesse: vt in *l. prædicta. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisdictio l. 1.* Vel dici potest delegari non cuilibet, sed magistratui munici. a-li. Verius est, quod hodie huiusmodi cognitio possit delegari: vt *C. vbi, & apud quos. l. vlt. & hic, & l. ea quæ corrigitur.*

Restitutio in integrum an possit examinari per delegatum.

† Vide l. fin. & ibi Bar. C. vbi, & apud quem.

† In antiquo deest dictio, in.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem.*

e ¶ *Non habent.*] Vt illi, qui dantur à principe, ad aliqua officia exercenda, putà vt cognoscant de appellationibus, vel de sententiis, vel ẽt de aliis quæstionibus, si qui volunt se subiicere eorum iurisdictioni, possunt cognoscere de in integ. restitut. & de aliis causis, sed neminem compellere possunt coram se litigare: & de talibus põt intelligi ff. *de iud. l. 1. ver. vel per aliã iurisdictionem, &c.* C. *de in. rem non nomã.* vel vt possint dare tutores, & curatores, vel emancipare, isti dicuntur ordinarij, sine administratione à talibus delegati, & arbitri de restitutione: cognoscere non possunt principaliter, si directè agatur de restitutione: quia nec talis iudex sine administratione, etiamsi esset ad hoc electus à partibus, posset committere causam restitutionis, sed maiores tantùm.

f ¶ *Incidenter.*] Principaliter enim isti cognoscere non possunt de restitutione, cùm causa ista requirat maiores iudices, qui hoc ex officio suo faciant: si autem inciderit quæstio restitutionis in negotio, de quo compromissum est, vel quòd est aliis delegatis commissum, possunt tunc de restitutione cognoscere. sic *C. de iudi. l. quotiens* & *C. de ord. iud. l. 1.* ibi enim iudex cognoscit de causa status incidenter, qui aliàs cognoscere non valet. Nec dicitur arbiter facere extra compromissum: quia huiusmodi restitutio non est alia causa, siue negotium ab eo, de quo compromissum est, sed oritur ex illo, & ei cohæret, de quo compromissum est.[b] vt putà si omisit probationem, arbiter potest de hoc cognoscere, vel de similibus, quæ incidunt in causa.

¶ *Glo. seq. successiuè signat duo contraria, & soluit.*

g ¶ *In matrimoniali.*] Causæ enim matrimoniales per iudices discretos [c] debent tractari, qui potestatem habeant iudicandi. ĩ. *de consang. & affi. c. ex literis.* & est expressum. ĩ. *de transact. c. vlt.* vbi de hoc. Item causa liberalis, & criminalis maiores iudices requirunt ff. *de arbi. l. non distinguemus. §. Iulianus. & §. de liberali.* Vnde sumptum est hoc *Arg. contra ff. de iis qui no. infa. l. quid ergo. §. ex compromisso.* vbi dicitur, quòd sententia arbitri non infamat; vnde videtur, quòd possit cõpromitti de crimine, quod dicit lex illa, quòd ergo. §. *ex compromisso,* non intelligitur de famoso delicto, sed de tali, quod nullo modo infamat. & quia non per omnia sententia est, vt ibi dicitur: hic verò, & in l. non distinguemus, intelligitur de famoso delicto, de quo arbiter assumi non potest. Item *ar. contra. ĩ. de præsum. literas.* sed ibi non fuit simpliciter arbiter: quia retinuit sibi delegatam potestatem.

b Concor. l. inter litigãtes. ff. ad muni. & in l. si C. vbi, & apud quem.

c id est, ecclesiasticos. concil. Trident. sessio. 24. ti. de sacramento matrimonij cano. vlt.

Beneficio.] CASVS. Lata fuit sententia contra Ecclesiam, in qua sententia non fuit appellatum: Ecclesia contra sententiam illam petiit beneficium restitutionis in integrum: negata fuit restitutio: petiit iterum in alio iudicio restitutionem: quæritur, vtrùm debeat audiri? Respondetur, quòd denegari debet Ecclesiæ beneficium restitutionis, prætérquam ad appellandum, nisi nouis defensionibus ad huiusmodi beneficium sit admittenda, sed restitui debet ad appellandum. Nota, quòd contra sententiam latam in vno iudicio, non datur restitutio in alio iudicio, nisi ad appellandum. Item quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent.

h ¶ *Denegato.*] Si aliquis petat restitutionem in integrum, & contra ipsum lata fuit sententia denegando restitutionem, si iterum petat restitutioné, denegari debet: tamen põt restitui ad appellandum contra sententiam, à qua non appellauit: quia denegata fuit restitutio: vt hic dicitur, & C. *si sæpius in integ. rest. post. l. 1.*

a ¶ *Nemini.*

a ¶ *Noui.*] Tunc enim propter nouas defensiones iterum auditur. *C. si sæpius in integ. rest. postu. l. 1. 2. & 3.* ex illis tribus legibus sũptum est, quòd hic dicitur. Sed qualiter intelligas, quod dicit, nouis defensionibus? Nouæ dicũtur defensiones, siue quæ tunc erãt, sed allegatæ non fuerunt, quia occultæ erant: siue quæ postea emerserunt. Sed quidã intelligunt de omissis primis tm̃, quasi non possint de nouo aliæ superuenire, quod credo verius, & ita ꝓpter nouas defensiones, quæ tunc erant, admittitur iterum ad beneficium restõnis, non obstante quod in alio iudicio fuit denegatum. Sed cõtra vr̃: quia ex noua cã recusatur iudex post litem contestatã. *s. de of. fi. dele. c. insinuante. fin. j. de excep. c. pastoralis. & 4. q. 3. c. si testes. §. si quis testibus.* & quæ de nouo emergũt, auxilio indigent. *ff. de inter. actio. l. de ætate. §. ex cã.* princeps verò etiã cõtra res bis iudicatas restõnẽ in suo auditorio admittit. *ff. de minor.* minor autẽ magistratus. *arg. s. eo. cum ex literis.* Itẽ vr̃. q᷑ pluries possint dari. *ff. de min. l. & si sine §. restitutum.* vbi sæpius restitutus fuit minor. Sol. Potest dici, quod illud speciale est in hæreditate, vel etiam ibi non fuit denegata, sed sæpe concessa, putà, petij restitui in integrum contra sententiam, concessa fuit mihi: iterum lata fuit sententia cõtra me in principali, iterum dabitur mihi in integrum restitutio, non contra primam sententiam, sed contra secundam, quod potest fieri nisi in casu. *Cod. de bo. qua libe. l. vlt. §. vbi autem.* hic vero fuit denegata. vnde amodo non auditur, nisi nouæ defensiones, &c. & est speciale, quod dicitur *in §. vbi autem.* propter paternam verecundiam, & ne leges ludibrio fiant. Bern.

a *Facit. l. 1. & ibi doct. C. si sæpius rest. in integ. post.*

† *Post conc. Lateran. sub Alexan. iij. p. 49. c. 5. & c. 1. co. ti. in 1. cõpi.*

(præterquàm ad appellationem omissam.) videtur eidem Ecclesiæ posse negari, nisi nouis[a] defensionibus ad huiusmodi sit beneficium admittenda.

TITVLVS XLII.

De alienatione, iudicij mutandi causa, facta.

¶ Alexander tertius.

¶ *Is, in quem facta est alienatio rei causa mutandi iudicij, conuenitur per rescriptum impetratum contra alienantem.*

CAP. I.

EX† quorundam relatione audiuimus, quòd cùm aliqui literas commissionis à nobis impetrant, aduersarij, (vt mandatum nostrum eludant) antequam literæ ad Iudices perueniant, vel etiam postea priusquã citentur ab eis, in vocem appellationis prorumpunt: *& infrà.* ¶ Nos igitur contra prædictam calliditatem, & versutiam prouidere volentes[b]: Mandamus quatenus si aduersarij eorum pro euacuando nostro mãdato taliter appellauerint[c], aut de possessione, de qua cõtrouersia vertitur[d], commutationem fecerint[e] †, vel se malitiosè duxerint absentandos[f]: eos, qui in possessione se ingesserint, appellatione cessante, cogatis sub vestro examine iuris æquitate parere.

¶ Greg. ix. Abbati sancti Nicolai, & Decano Furneñ. Morineñ. diœce.

¶ *Clericus causa mutandi iudicium, non debet recipere cessionẽ à Laico.*

CAP. II.

EXparte Scabinorum † Hipretis † fuit propositum, quòd inter Laicos eiusdem loci quæstionibus emergentibus dirimendis per iudicium sæculare, quidam Clerici sibi dono, vel pretio ab aliquibus Laicorum ipsorum cedi faciunt actiones: vt aduersarios ad Ecclesiasticum forum[g] trahant, & prædam ex huiusmodi commercio assequantur: *& infrà.* ¶ Cùm igitur cessiones, & emptiones

e ¶ *Commutationem fecerint.*] In transferendo, seu alienando rẽ in aliam personam causa mutandi iudicij. Et ex hoc edicto datur actio, tã contra alienantẽ, quàm contra emptorem, vt quem volueris possis conuenire. *C. eo. tit. l. vnica* contra alienantem datur actio in factum ad interesse. *ff. eo. l. 1. & l. 3. §. opus. ver. ex quibus.* contra emptorem datur rei vendicatione hic *in fin.* & *C. eo. l. vnica.* Item non solùm ad translationem dominij pertinet hoc edictũ, sed etiam possessionis. *ff. eo. l. non solum.* Item no. quòd tria necessaria sunt ad hoc, vt ex hoc edicto actio competat. quòd sit alienatio facta causa mutandi iudicij futuri, & nõ eius, quod iam fit. *ff. eo. tit. ex hoc edicto. §. ait prætor.* Futuri iudicij ideo dicitur: quia si fiat alienatio rei litigiosæ, incidit in edictum de litigiosis. *C. de litt. l. vlt.* & hoc debet fieri libello principi dato, & per eum reo insinuato *in Authen. ibi posita. C. de litig.* tunc res alienari non pt̃ sine pœna litigioñ. vt *C. de populis sena. l. vl. j. vt lite pñdẽ.* Item quod dolo fiat alienatio ratione loci, & personæ, quia potentioribus pares esse non possumus: &c. vt duriorem aduersarium constituat etiã alterius prouinciæ, & quod mea intersit. *ff. e. l. 1. 2. & 3. in prin. & l. non solum. §. hac actio.* & datur ad interesse: vt dixi *de offic. iud. quanti interest actoris.* & si quas fortè fecerit expensas, vel aliam incommoditatem passus sit. *ff. eo. l. 3. §. opus. in fi. & l. non solùm in fi.* Item qui ex necessitate alienat, hoc edicto non tenetur. *ff. eo. non solum. §. si quis* [b] Item si paratus sit subire iudicium, ac si possideret *ff. eod. qui etiam in fi.* Item notandum, quod hìc fit prorogatio iurisdictionis delegatæ de persona ad personam, etiam inuita altera parte. & est contra id, quod habes *s. de offi. deleg. P. & G.* vbi dicitur, G. delegata iurisdictio non potest prorogari ad personas alias, quam in rescripto continentur: sed hoc est spãle in odium illorum, quia eis inuitis hoc fit, cum alias prorogatio fiat de consenso partium. *s. de offi. dele. de causis. & ff. de iud. l. 2. §. si iudex.* de hoc dictum est. *s. de offi. deleg. P. & G.* & est prorogatio iuris beneficio huius decre. cùm alias rescripta non possunt prorogari ad personas, quæ ibi non continentur: vt *in c. P. & G.*

† *Vide tex. in l. fi. cum gl. & not. C. de litigio.*

† *Scabinos vocant Belgæ, & alij populi senatores, seu oppidorum magistratus.*

† *Hipretis.*

b *Ponit casum in eo, qui propter inimicitiam, vel æ tatem, vel occupationem aliquã litem in alium trãsfert. Io. And.*

DE ALIENATIONE IVDICII MVTAN. &c.

¶ *Suprà visum est de beneficio, seu remedio restitutionis, per quod prouidetur læsis tam minoribus, quam Ecclesiis, & maioribus ex causa. Nunc competenti ordine annectit aliud remedium: per quod prouidetur illis, in quorum præiudicium est facta res alienatio, causa futuri iudicij mutandi. Abbas.*

De hac materia tractatur. 11. q. 1. c. vlt. & in multis capitulis.

EX *quorundam.*] Prima pars narrat factum, contra quod secundò prouidet ibi. *Nos igitur.* & est casus singularis. Abb. Sic.

CASVS. Aliqui impetrant literas contra aduersarios suos, aduersarij illi antequam literæ ad iudices peruenerint, etiam postea, vt mandatum apostolicum eludãt, antequam citentur, appellant, aut commutationem faciunt de possessionibus, super quibus controuersia verti speratur. Significatum fuit hoc domino Papæ, mandat Papa quibusdam, quatenus si aduersarij illorum taliter appellauerint, aut de possessionibus, de quibus controuersiam sperant, commutationem fecerint, vel si etiã malitiosè se absentauerint, illos, qui in possessionibus se ingesserint, compellant sub eorum examine respondere appellatione remota. Nota, quòd rescriptum extenditur ad eos, de quibus in ipso mentio facta non fuit, & conueniuntur per illud, sed hoc est propter dolum & fraudem ipsorum, beneficio huius decretalis.

b ¶ *Volentes.*] Quia malitiis hominum est obuiandum. *sim. s. de rescri. sedes. cum suis concord. & ff. de rei vend. in fundo.*

c ¶ *Taliter appellauerint.*] Tali appellationi nullatenus est deferendum, cùm non nisi à manifesto grauamine sit appellãdum. *j. de appel. vt debitus.*

d ¶ *Vertitur.*] i. verti speratur, aliàs pertinet ad titulum de litigiosis.

¶ *Gl. seq. ponit, contra quẽ detur hoc edictum. Item quòd ad trãslationem possessionis pertinet. Item tria, quæ in eo requiruntur, scilicet quòd sit iudicium futurum, quod dolo fiat, & quod intersit. Item duos casus, quibus cessat, signat contrarium, & soluit.*

f ¶ *Absentando.*] Qualiter contra tales sit procedendum, dicitur *s. de offi. deleg. consultationibus.* & *j. vt lit. non contest. quoniam. §. in aliis* Bernard.

EX *parte.*] Duæ sunt partes. Prima ponit querelam. Secunda prouidet ibi, *Cùm igitur.* Abb. Siculus.

CASVS. Apud Hipretum aliquando emergunt quæstiones inter laicos eiusdem loci, quæ dirimi debent per iudicium sæculare: quidam clerici faciunt sibi cedi actiones ab aliquibus laicis dono, vel pretio, vt aduersarios trahant ad ecclesiasticum forum, & sic prædam ex tali commercio assequuntur. Scabini, i. officiales eiusdem loci significauerunt hoc domino Papæ, vnde super hoc scribit quibusdam dicens, quod huiusmodi cessiones, & emptiones litium prohibentur per leges, ita quòd iactura causæ afficiunt illos, qui aduocant sibi patrocinium potentiorum: & odiosæ sunt huiusmodi cessiones, quia ex cupiditate procedunt. vnde mandat quibusdam, quatenus prædictos clericos compescant ab huiusmodi præsumptione per censuram ecclesiasticam. Nota hic, quòd clerici conuenire possunt laicos coram ecclesiastico iudice, sed hoc est de consuetudine illius loci.

¶ *Glo. seq. arg. duo. & fi. sol. contrarium.*

g ¶ *Ecclesiasticum forum.*] In hoc facit ad titulũ: quia ꝑ hoc mutatur iudiciũ, per ea enim quæ sequũtur, spectaretur ad titulũ, ne liceat potentioribus. & ad titulum, mandati. & sic materiæ legum diuersorũ titulorum hic comprehenduntur. Item est hic ar. quod clerici alias possunt laicos cõuenire in foro ecclesiastico. Itẽ arg. ex hac decre. quòd clerici maiores reputantur, quàm laici. & est de consue-

consuetudine illius loci, quòd clerici trahere possunt ad ecclesiasticum forum laicos, aliàs de iure non.

¶ *Glo. seq. de cessione actionis distinguit. aut, fit in vltima voluntate, aut inter viuos pacto: secundo casu aut fit potentiori, aut non potentiori: & hoc casu aut est dubitata, aut indubitata: & secũdo casu aut est vera, aut simulata. aut dubitat.*

Cessio actionum quando fieri possit, & quãdo non.

litium legitimæ prohibeant sanctiones [a], ita quod iactura causæ afficiant [b] illos, qui sibi potentiorum patrocinium taliter aduocare præsumunt †, & ex eo sint etiam odiosæ, quòd ex fonte cupiditatis videntur procedere: Mandamus, quatenus Clericos memoratos à præsumptione [c] huiusmodi, per censuram Ecclesiasticam compescatis.

TITVLVS XLIII.

De Arbitris.

¶ Ex concilio Africano. †

¶ *Arbitri sunt in dispari numero assumendi, & eis discordantibus statur sententia maioris partis.*

CAP. I.

SAnè: *& infrà.* ¶ Si autem ex communi placito Episcoporum, inter quos causa versatur, arbitros elegerint: aut vnus eligitur: aut tres [d]: vt si tres elegerint, aut omnium sequantur sententiam, aut duorum [f] †.

† *Vide* l. pe. ff. de ali. iudic. mu. causa fact. & l. 1. & 2. *& ibi Bar.* C. ne liceat poten.

a ¶ *Sanctiones*] *C. mã. l. pen. & vlt.* Et nota, quòd huiusmodi cessiones quandoque tenẽt, quandoque nõ tenẽt. Si cessio actionis fit in vltima voluntate, tenet cessio *ff. de leg. 3. nomen.* & in casibus. *Cod. man. per diuersas. & l. ab Anastasio.* nisi res, vel actio legata sit litigiosa. *C. de litig. quicunque. & in Auth. nunc si hæres.* sed legatarius potest adesse liti, ne colludatur, vt ibi dicitur. Si verò ex pacto, siue inter viuos fiat cessio, vel donatio potentiori, nulla est: nec agere potest ille ex ea cessione: immò iactura causæ afficiuntur, qui hoc faciunt: vt hîc dicit. & *C. ne lic. pot. l. 1. & 2. & l. fin.* Si verò fiat cessio non potentiori, si actio sit dubitata, i. in iudicium deducta, non tenet cessio: nec tamen admittitur actio: si agit ille, qui cessit, in casibus non tenet. *C. de lit. l. 2. & l. vlt.* Si verò actio sit indubitata, i. nondum in iudicium deducta, tenet. *C. de her. vel act. ven. per to.* Item distingue, vtrum etiam sit simulata, quia tunc nulla est. *C. plus val. quod agitur per tot.* & dicitur, simulata, si id actum est inter cedentem, & illum, cui fit cessio. Si verò dubium sit, an sit simulata, vel vera: præsumitur, quòd sit simulata, ex eo quòd actio pro parte donata, pro parte vendita videtur. *C. man. l. vlt.* & in tali casu non agit is, cui ceditur, nisi ad id quod dedit in superfluo: nec is, cui cessit, nec is, cui ceditur, vt ibi dicitur. *§. si quis.* Item præsumitur, si modicum pretium datur: & hîc non agitur, nisi ad id quod dedit: & ex quantitate pretij simulata præsumitur. Item si dubitatur, an sit vera, vel simulata, præsumitur simulata, in quo casu sequitur. *C. mand. l. pen.* exceptis quibusdam casibus ibi positis.

† *Consilium Africanum* c. 88. concil. *Milenitanũ* c. 24. *Burchardus.* l. 1. decre. c. 68. *Iuo.* p. 5. c. 276. & c. 4. ti. de fo cõpe. in 1. cõpil.

† *Vide* l. itẽ si vnus. & l. si in tres. ff. eodem.

¶ *Glo. sequens vect. per duas q. an ipso iure, & de quibus potentioribus, &c.*

b ¶ *Afficiant.*] *C. ne lic. poten. l. 1. & 2.* & dicas afficiant per sententiam, non ipso iure, vt patet per *l. prædicta. C. ne lic. pot.* vbi dicit, iactura causæ mulctentur, id est, afficiantur per sententiam, intelligendum est, huiusmodi cessiones odiosæ sunt: quia de vitio cupiditatis procedunt, vt hîc. & *C. ne lic. poten. l. vlt.* Et no. quòd titulus iste *de alie. iudi.* &c. intelligitur de potentioribus, qui non sunt in aliqua dignitate, siue administratione, sed titulus ille, ne liceat potentioribus patrocinium litigatoribus impertiri, intelligitur de potentioribus qui sunt in dignitate, siue administratione constituti, & eodem modo intelligitur lex illa. *C. quod me. cau. si per impressionem.* & tamen sub isto tit. interserit breuiter naturam huius tit. ne liceat. & de materia illius tit. *mandata.* vt dicitur in prima notula.

c ¶ *A præsumptione.*] Sic patet, quòd clerici non debent recipere huiusmodi cessionem: quia si simulata sit cessio nõ valet. *C. man. l. pen.* & si esset vera cessio, vel datio, præsumitur nihilominus in fraudem facta, & auaritiæ causa: clerici enim ab illicita negotiatione prohibentur. 14. q. 4. *clerici. & c. canonum.* quia sic negotiari iam facto clerico non licet. 88 *dist. fornicari.*

DE ARBITRIS.

¶ *Suprà visũ est de præparatorijs iudiciorũ: meritò de ipsis iudicijs erat vidẽdũ. Sed quia arbitria sũt redacta ad instar iudiciorũ:* vt l. 1. ff. de arb. *præmisit cõpilator istã rubricã. Ita communiter cõsummatur,* & in C. & ff. seruatur iste ordo *n. præmittitur ibi de arbitris & postea sequitur de iudicijs. Et quid sit arbitriũ, dic, vt not. per Innoc. & alios* in cap. Quintauallis de iureiur. *Abb. Sic.*

De hac materia tractatur 2. q. 6. c. si quis episcop⁹. §. arbitrarij. & c. à iudicibus. & §. seq. 3. q. 7. c. infamis. §. tria. *propè finem.*

SAnè.] CASVS. Statuit concilium Africanum, quòd si inter episcopos causa vertitur, & ipsi super hoc voluerint eligere arbitros: aut vnum eligant, aut tres, quorum trium sequantur sententiam, aut duorum. Nota, quòd arbitri in impari numero eligi debent.

¶ *Gl. se. reddit causam, & quæstionem soluit.*

d ¶ *Vnus eligatur, aut tres.*] Vnus verò, aut tres sunt eligendi, & non duo: quia res ferè sine exitu futura est propter naturalem hominum facilitatem ad dissentiendum. *ff. de arb. l. item si vnus. §. principaliter.* tamen si cõpromittatur in duos tenet arbitrium. & si nõ concordauerint, cogendi sunt, vt vel concordent, vel tertiam personam assumant: vt i. b dẽ dicit. 1. & 2. *de off. dele. suspicionis. §. vlt.*

e ¶ *Aut duorum.*] Sufficit duorum sententia præsente tertio, licet ille dissentiat: eo verò absente non valet. *ff. eod. l. si in tres.* nisi in cõpromisso expressum sit, vt duo sine tertio procedant. *ff. eo. non distinguemus. §. cum in plures.* sic obtinet in iudicibus *suprà de offi. deleg. prudentiam.* & de vtrisque hîc cauetur. *i. de offic. deleg.* vno delegatorum seu arbitrorum.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cõp.

† *Vox.* eccle siæ, *deest in aliquot vetustis.*

¶ Alex. iij. Eboraceñ. Archiepiscopo.

¶ *Nullum est arbitrium seu arbitramentum, continens peccatum, per partes non remissibile.*

CAP. II.

NOn † sine multa necessitate A. Presbyter nobis proposuit, quòd cùm in Ecclesia sancti Alphridi, per manum R. Archidiaconi de Suella personæ illius Ecclesiæ † Capellanus institutus fuisset, eodem R. mortuo M. nepos eius, qui sibi in Ecclesia iam dicta successit, eundem Presbyterum Capellanum ibidem iterum ordinauit. *& infrà.* ¶ Cùm autem idem Presbyter extra prouinciam exulans, de suo beneficio non posset iustitiam obtinere, nec suam vlteriùs inopiam sustinere, per dolum [g], & fraudem ipsius M. ab eo est sacramentum [h] extortum, vt arbitrium Clericorum duorum exinde susciperet, & seruaret: qui iam dicto M. fauentes [i] †, Presbytero præceperunt, vt quinque [k] marchas

† *Aliàs* ita eidem *presbytero.*

NOn sine.] Non valet arbitriũ simoniacũ, vel dolosum. In prima parte ponitur facti narratio. In secunda causæ commissio ibi, *Quoniam igitur.* Abbas.

CASVS. Alanus presbyter institutus fuit capellanus in Ecclesia sancti Alphridi per Archi. de Suella, eodem Archi. mortuo M nepos ipsius, qui archi. in ipsa Ecclesia successit, eundem presbyterum capellanum iterum instituit ibidem, & illum fecit postmodum prædicta ecclesia spoliari. Tandem per fraudem, & dolum ipsius M. extortum fuit ab ipso iuramentum, vt arbitrium duorum clericorum susciperet, & seruaret: & illi arbitrati fuerunt, quòd ipse M. dicto presbytero quinque marchas argenti persolueret, & toti cederet quæstioni. Vnde presbyter ista significauit domino Papæ: & ipse scribit super hoc Archiepiscopo Eboracen. dicens quòd non decet aliquatenus sustinere, vt quod perperam arbitrati sunt, relinqui debeat incorrectum: mandans quatenus si præfati clerici confessi fuerint se tam nequiter arbitratos fuisse, vel aliàs de hoc constiterit, dictum presbyterum ab illo iuramento absoluat, & ipsum restituat ad ecclesiam suam: vel si arbitrium ipsum fuerit æquitate subnixum, vtramque partem ad ipsius obseruationem compellat. No. quòd arbitrium iniquè latum non valet. Item super re spirituali compromitti potest in clericum.

f ¶ *Ordinauit.*] Id est, institutionem prædictam confirmauit, ad cautelam supple, & illum fecit postea prædicta Ecclesia spoliari.

g ¶ *Dolum.*] Dantẽ causam contractui, vnde nõ tenuit. *ff. de dolo. & eleganter.* [a] secus esset, si incidit in contractum *ff. de act. emp. & ven. Iulianus. §. si venditor.* & *sim. i. de renun. sanè.* vbi dolosè ille inductus fuit, vt eorum misericordiæ se subijceret.

a *Vide* de emp. & ven. cùm dilecti. super vl gl. & in ea. gl. vide. §. venditor. *Ioan. And.*

h ¶ *Sacramentum*] Quod interuenire in arbitrio, siue in compromisso prohibetur. *C. eo. tit. Auth. decernimus.* ex quo tamen interuenit, seruandum est, dummodo arbitrium sit licitum, vel æquum, vt hîc. *in fi.* & *i. eo. cum tempore.*

i ¶ *Fauentes.*] Et ita per gratiam arbitrati sunt, vnde competebat huic exceptio doli, si ageret ex illo arbitrio. *C. eo. arbitrorum.* non obstante ipsorum iuramento: quia iuramentum ad hoc non extenditur, nisi ad ea, quæ legitimè arbitrarentur, aliàs illicitum esset, & non seruandum. *i. de iureiur. quanto.* & *c. Quintauallis.*

k ¶ *Quinque marchas.*] Et sic continebat simoniacam prauitatem. *i. de pact. cùm pridem.* & *i. de transac. præterea.* 1. & 2. & *c. constitutus.* & ideò arbitrium non valuit. nec etiam pœna, si esset apposita committeretur, si non staretur tali iniquo arbitrio *ff. eo. non distinguemus. §. cum quidam.*

¶ Glo.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit. Ioan.*

a ¶ *Cognouerint*] Id est, confessi fuerint coram Archiepiscopo: & ita creditur istis in iure, in eo quòd malè fecerunt. *arg. s. de elect. cū dilect. 1. arg. tamen contra. j. de testibus sicut.* sed hoc videtur admitti propter inopiam probationum, quia fortè per alios constare non potest, vt *in decr. cū dilectis. & arg. ad hoc. C. de haeret. l. penult.*

b ¶ *Absoluas.*] Supple, & ipsum absolutum restituas, & potest exponi, absoluas, id est, absolutum ostēdas: quia iuramentum non extenditur ad istum casum, vt dictum est. & ita retractatur arbitriū superioris auctoritate, vt j. *ca. prox.* sed non fuerunt isti vel arbitri: sed mali compositores, & arbitratores: & ideo dictam eorum boni viri arbitrio potest corrigi. *ff. pro soc. societatem.* alias iniquae sententiae arbitrio statur. *ff. eod. dic. §. stari.* sed in hoc casu nō valeret sententia talis propter simoniam.

PErvenit.] Arbiter sua auctoritate spiritualia laico adiudicare non potest. ita communiter summitur. Primò ponit factum. Secundò corrigendum committit ibi, *Vnde.* Abbas Sicul.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. compila.

CASVS. Guil. clericus quandam sororem suā tradidit in vxorem G. de Callis, promittens eidem G. quòd annuatim daret eidem quinque solidos sterlingorum: super eisdē quinque sol. orta fuit discordia inter eos. Vnde super hoc compromiserunt in quatuor personas, quae taliter arbitratae fuerunt, quòd idem G. perciperet annuatim decimas, quas Guil. habebat in parochia de Callis pro quinque solidis praedictis. Significatum fuit hoc domino Papae, quia huiusmodi arbitrium in posterum Ecclesiae posset esse dānosum. mandat Papa cuidam, quatenus si est ita praemonitum G. moneat, & compellat, vt praedictas decimas liberas omnino dimittat, ne huius occasione aliquid sibi vlteriùs propter hoc vendicare praesumat, & clericum illum moneat, vt cum eodē G. amicabiliter cōueniat. Nota, quòd factum praelati in damnum Ecclesiae valere non debet, nec delictum personae in damnum Ecclesiae debet redundare.

† *Vide notam nostram in hunc locum.*

† *Id est, Ecclesiastica districtione, vel disciplina.*

ab eodem susciperet, & toti cederet quaestioni. ¶ Quoniam igitur non decet te aliquatenus sustinere, vt quod perperam arbitrati sunt, debeat incorrectū relinqui: Mandamus, quatenus si se cognouerint [a] praefati Clerici tā nequiter arbitratos fuisse: dictum Presbyterum ab obseruantia iuramenti, auctoritate nostra prorsus absoluas [b]: vel si arbitrium ipsum noueris aequitate subnixum, ad obseruantiam ipsius vtranque partem appellatione remota, compellas.

¶ Idem.

¶ *Arbiter assumptus in patrimoniali causa Clericis non potest adiudicare rem Ecclesiae possidendam, etiam ad vitam Clerici. h. d. & est casus notabilis.*

CAP. III.

PErvenit † ad nos, quòd cùm G. de Cal. sororem G. Clerici duxisset in vxorem, idem G. fidei interpositione firmauit, quòd quinque solidos sterlingorum † annuatim daret eidē: vnde cùm super eisdē quinque solidis inter ipsos cōtrouersia mota fuisset, in quatuor cōpromisere personas: quae taliter arbitratae fuerunt, quòd idē G. decimas, [c] quas in parochia de Cal. praefatus G. habere dignoscitur, pro quinque praetaxatis solidis perciperet annuatim. Vnde quoniā huiusmodi arbitrium Ecclesiae posset in posterum perniciosum existere [d]: Mandamus quatenus, si ita inueneris, praenominatum G. diligēter commoneas, & Eccles. † dis. compellas, vt praelibatas decimas liberas omnino dimittat, nec sibi occasione huiusmodi aliquid vlterius vendicare [e] praesumat. Clericum verò moneas, vt cum eodem G. amicabiliter studeat conuenire.

c ¶ *Decimas*] Id est, fructus decimarum.

¶ *Glo. seq. recitatur per quaestionem, vel obiectionem.*

d ¶ *Existere.*] In hoc arbitrium posset esse in posterum damnosum Ecclesiae: quia occasione illius arbitrij iste G vellet decimas illas post decessum illius clerici retinere, & ita Ecclesiae praeiudicaret: quia etsi non de iure, de facto tamen damnum sustineret: & compelleretur litigare cum illo, & expensas facere: quia interest Ecclesiae, ne sumptibus vexetur. *ff. de minori. minor xxv. annis.*

e ¶ *Aliquid vlterius vendicare praesumat.*] Occasione huiusmodi arbitrij nihil potest vendicare ab Ecclesia, vel decimas illas retinere: quia non licuit illi clerico conditionem Ecclesiae facere deteriorem. infra de donationibus. c. fraternitatem tuam. nec alienare potuit rem Ecclesiae in damnum ipsius Ecclesiae. *q. 2. sine exceptione.* & ita ipso iure non tenuit arbitrium. sic ergo ad factum tantùm respicit reuocatio huius arbitrij.

DIlecti filij.] Clerici de temporalibus compromittere possunt in mulierem, aliàs de consuetudine iudicantem. Ioan. Andr. Prima pars narrat factum. Secunda dat iudicem ibi, *Quamuis.* Abbas Siculus.

CASVS. Inter abbatem, & conuentum de Scardina Cisterciē. ordinis ex vna parte, & hospitalarios ex altera, vertebatur qō super vsuario cuiusdam nemoris: in reginam Frācorum fuit cōpromissum vtrinque sub certa poena. Ipsa auditis causae meritis per diffinitiuam sententiam arbitrium promulgauit de consilio quorūdam episcoporum: hospitalarij intelligentes quòd foeminae secundū regulam iuris à ciuilibus officiis sint remotae, & etiamsi inter libertos suos audientiam susceperint, ex illarum sententia nec poena cōmittitur, nec datur, ipsius arbitrium obseruare contemnebant: propter quod monachi domino Papae sunt conquesti. Vnde super hoc scribit quibusdam dicens, licèt foeminae (vt dictum est) à publicis officiis sint remotae, quia tamen iuxta consuetudinē approbatā, quae pro lege seruatur in partibus Gallicanis, huiusmodi foeminae praecellentes habent ordinariam iurisdictionem in subditos suos, mandat Papa istis iudicibus, quatenus compellant hospitalarios per poenam in compromisso appositam ap. te. vt arbitrium ipsum sicut prouidè latum est, & ab vtraque parte sponte receptū, obseruent: praecipuè cùm episcoporum praesentia, & consilio fuerit roboratum. Not. quòd consuetudo dat iurisdictionem personae, quae aliàs est inhabilis ad iudicandum. Item Ecclesia, & viri etiam religiosi possunt petere poenam.

† Cap. 1. eo. titu. 3. compil.

† L. Vltima C. de arbi.

† *Albar.* [illegible]

Innocentius tertius Cancellario, & magistro Loth. Canonico Parisiensi.

¶ *In mulierē singularem tanquam in arbitratricem cōpromitti nō potest; sed si mulier habet aliàs iurisdictionem de iure cōmuni, vel consuetudine: nā tūc etiam super rebus temporalibus Ecclesia potest in eā validè cōpromitti. Hoc dicit clarè.*

CAP. IV.

DIlecti † filij Abbas, & Conuentus de Scardina Cisterciēn. ordinis sua nobis querela monstrarunt, quòd cum inter eos ex vna parte, ac Hospitalarios ex altera, super vsuario [f] cuiusdā nemoris quęstio verteretur, in Reginam [g] Frācorū fuit compromissum vtrinque: quae causae meritis intellectis arbitrium duxit per diffinitiuam sententiam promulgandū: & infrà ¶ Quamuis autem secundùm regulam iuris ciuilis, foeminae à publicis officiis sint remotae [h]: & alibi † dicatur, quòd licèt summę opinionis existant, si arbitrium in se susceperint, vel, si patronae inter libertos suos interposuerint audiētiam, ab omni sint † iudiciali examine separandae, vt ex earum prolatione nulla poena [i] aduersus earum contemptores, nulláque pacti exceptio habeatur: quia tamē iuxta consuetudinem [k] approbatā, quae pro lege seruatur in partibus Gallicanis, foeminae praecellentes in subditos suos ordinariam iurisdictionem habere noscuntur, Mandamus, quatenus Hospitalarios, vt arbitrium ipsum, praesertim cùm Episcoporum fuerit praesentia, & consilio roboratum, sicut prouidè latum est, & ab vtraque parte sponte receptum, obseruent,

f ¶ *Vsuario.*] Id est, vsu, Quid sit vsus, habes *Inst. de vsu, & hab. in princ.*

g ¶ *Reginam.* Ar. quòd de reb. ecclesiasticis possit cōpromitti in laicū. *ar. j. e. per tuas. ar. cōtra. j. eo contingit.* vbi dr̄ de hac materia.

¶ *Glo. seq. ponit regulam, & tres casus excipit.*

h ¶ *Sint remotae.*] Verū est, quòd foeminae à ciuilibus officiis sūt remotae. *3. q. 7. c. infamis §. tria.* & *33. q. 5. mulierem* & *ff. de iud. l. 2.* nisi princeps sciēter eis delegauerit causam. *2. q. 5. Mennā. & 23. q. 4. si quis. 12. q. 2. cùm deuotissimam. & ar. ff. de re iu.* quidā tamē in veteri lege populum iudicabant. *11. q. 3. §. 1.* Item tutelam gerere potest, si renunciat Velleiano, & secundis nuptiis. *in Auth. de haere. quae ab intestato deferuntur §. ex his. coll. 9.* item constituitur procuratrix à domino Papa. *j. de confir. cum dilecta.*

i ¶ *Nulla poena*] Simile. *C. eo. l. vlt.*

¶ *Glo. seq. arguit, allegat quinque iura.*

k ¶ *Consuetudinē.*] Et ita est arg. quòd consuetudo dat iurisdictionem, & derogat iuri scripto. *arg. s. de consue. ex literis. Cod. de eman. l. 1. & vlt. & C. quae sit lon. con. l. 2. & 11. dist. in his.*

¶ Glo.

¶ *Glo.seq.arg.alleg.quatuor iura,in contrarium allegat 3. primò dat vnam solutionem.secundò distinguit triplicem pœnam. In fine quærit,arguit negatiuè, & soluit.*

a ¶ *Per pœnam.*] Sic ergò religiosi viri possunt petere pœnam conuentionalem.[a] *25. q. 2. quæcunque & 12.q.2.epi, qui mancipiũ.& 23. dist.*quãquã. *& 21.q.5.si quis cuiuslibet.arg. contra. j. de dolo.& contumac. c. 1. & 2.& j.de pœ.suam. & 12. q. 2. fraternitas.* Dic, quòd pœnã à iure permissam petere possunt, vt 16. q.1. *statuimus.& 1.q.vlt.quotiés. & c.sancimus.in fi.* 10. *q.vlt.c.vlt.*& satis videtur, quòd possunt petere pœnã per iura prio-ra, nisi auaritiæ causa extorqueant,vt j. *de simo.nemo.arg.* Vel melius dicas,quòd si pœna apponitur loco interesse, secundũ hoc potest petere pœnã,quãti sua interest.[b] *ff.de compro. & Ven. prædia.* sed si pœna apponitur loco contumaciæ: tunc potest peti pœna,&res. *ff.de col.. bonorum.l.2. §. si cum duobus. & ff. de tab.exhi. locum.§. condemnatio.* si autem apponitur in fraudem vsurarum, peti non potest.j.*de empt. & Ven. ad narrẽam & ff. de actio.empt.& Ven.Iulianus.§.idem Papinianus.* Et ita isti per pœnã compellendi sunt stare arbitrio,vel etiam per res depositas, vt eas darent victori.*ff.eo.litigatores.§. quod ergo.* siue ergo pœna promissa fuit à parte parti,siue promissa ipsi arbitro, quia tunc compellitur mihi cedere actionem,quia quod causa mei fit, meũ est.*ff.de eden.prætor.§.1.*& si contemplatione alicuius aliquid fit, eius est periculum.*ff.de præsc.verb.si gratuitam.§ vlt.* Sed nunquid pœna recepta potest peti,vt stetur sententiæ? *Arg.quòd non. ff.eo.l.2.& C.eo.l.2.&* 3.quia contrarias actiones intendit,& ideo non auditur.*ar.j.de electio.cum inter R & B.& C.de fur.l.1. & j.de appel.sollicitudinem.& in Auth.de iudi. §.quia verò. coll.6.* vbi de hoc dicitur expressè.& hoc est verum,nisi in compromisso dictum sit,vt pœna soluta stetur arbitrio. *ff.de transa.l.pe.* & *C.de transa.cùm proponas.*& 25.q.2.*quæcunque.*vbi de hoc.& prędicto *c.qui mancipium.*

a *Ad hoc facit stylus curiæ, quo semper sic scribitur cõtra non seruantẽ arbitrium factum sub pœna, ad idẽ* infra. c. per tuas. Io. *And.*

† *Pisania*

† *Pigalnia.*

† Cap.1 eo. tit.in 3. cõpil.

b *Vide* Inn. in c. suam. infrà de pœ.

per pœnam [a] in compromisso statutam, appellatione postposita, compellatis.

¶ Idem Abbati,& Conuentui de Pigrauia.†

¶ *Ecclesia exempta non potest in præiudicium exemptionis compromittere. Hoc dicit.& clarè.*

CAP. V.

CVm † tempore C. Papæ præd. nostri: *& infrà.* ¶ Super controuersiis, quæ inter te, & Mersburgen. Episcopum, & quosdam tuos Monachos vertebantur, te promisisti arbitrium Magdeburgen. [b] Archiepiscopi seruaturum: *& infrà.* ¶ Quia legitimè constitit,quòd fide [c] hinc inde data, compromissum est in Archiepiscopum memoratum: Nos arbitrium ab ipso prolatum decernimus obseruandum [d], illis duntaxat capitulis [e] exceptis, quę contra libertatem ipsius monasterij, & capellarum eiusdem in arbitrio sunt expressa: ¶ Cùm etsi sponte volueris,de iure tamẽ nequiueris [f] sine licentia Romani Pont. renunciare priuilegiis, vel indulgentiis libertatis [g], quæ monasterium illud indicant ad ius, & proprietatẽ Romanæ Ecclesiæ pertineret†.

¶ Idem Episcopo sancti Andreæ,& Abbati de Bechot. †

¶ *Arbiter non habet potestatẽ iudicandi vltra comprehensa in cõpromisso;ideo corã eo nõ fit reconuẽtio.*

CAP. VI.

CVm † dilectus filius: *& infrà.* ¶ Verùm coram Arbitris reconuentioni sit locus, postulasti per sedem Apostolicam explicari. Nos igitur respondemus, quòd licèt in iudicio conuenientem reconuenire valeat, is qui coram Iudice conuenitur: coram Arbitris tamen reconuenire non potest [h]: cùm Arbitri iudicare non valeant, nisi [i] de his tantùm,super quibus in eos extiterit compromissum.

CVm tempore.] Minor Ecclesia in præiudicium Papæ, de libertate compromittere non potest.Et diuiditur:nam in prima recitat factum compromissi. In secunda arbitrium prolatum: quod pro parte approbat,&pro parte reprobat ibi.*Quia legitimè.* In tertia rationem reprobationis ibi,*Cùm etsi.*Abbas.

CASVS Abbas de Pigrauia priuilegia, & alias indulgentias à sede Apostolica tempore Cælestini meruit obtinere, propter quod eps Mersburgẽ.diœcesanus eius contra ipsum grauiter est commotus, vñ abbas super controuersiis, quæ inter ipsum ex vna parte, & epm, & quosdam monachos ipsius abbatis ex parte altera vertebantur,promisit se arbitriũ Magdeburgẽ. Archiepi fide hinc-inde data seruaturum: Archiẽps arbitrium sub certa forma super controuersiis illis promulgauit, pronuncians quod abbas renunciet priuilegiis,& indulgentiis libertatis. Demum orta est discordia inter ipsos occasione huiusmodi arbitrij,propter quod ipse abbas & procuratores epi. ad sedem Aposto. accesserunt:Papa examinato compromisso, & arbitrio, quia constitit ei legitime, quod fide hinc inde data compromissum fuit in archiepm prædictum, arbitriũ ipsum decernit obseruandũ, exceptis capitulis illis, quę contra libertatẽ ipsius monasterij,& duarum capellarum eiusdem . in arbitrio sunt expressa: quia etsi sponte vellet abbas illis renunciare, de iure tamẽ non posset renunciare priuilegiis,vel indulgentiis libertatis, sine licentia Romani Pontificis, quæ indicant monasterium ad ius,& proprietatẽ Romanę Ecclesiæ pertinere.Not.quod iuramentum quatenus tangit ius alterius, nõ tenet. Item arbitriũ pro parte tenet, & pro parte non tenet. Item exemptus non potest renunciare priuilegio libertatis sine licentia illius, cui subest.

¶ *Gl.seq.no.in iudicium compromissi.signat contrarium.*& *soluit.*

b ¶ *Magdeburgen.archiepiscopi.*] Et hoc videtur, quod ordinarius possit esse arbiter.[c] *arg.j.de elect.causam,quæ. & in Auth. vt differentes iudices.§.si verò contingit.coll.9.item & delegatus. j.de præsumpt.literas.* & *j. de prob.nisi.* & *j. eod. cùm olim.* lex tamen videtur contradicere.*ff.eod.sed & si in seruum.§.2. & 3.q.7.infamis.§.tria.vers.si quis verò.* sed hic solùm prohibet, quod ordinarius non potest iubere, vt partes in se compromittant. *ff. de tut. & cura.l.4.§.prætor.*

c ¶ *Fide hinc inde data.*] Sic j.*eo.ex parte. & C.eo. ne in arbitris.*[d] sed iurare arbiter non debet.*C.eod.Auth. decernimus.* secundum quosdã. sed verius est, quod nec etiam partes.

d ¶ *Obseruandũ.*]Metu pœnæ, si apposita fuit.*j.eod.cap.proxi.vel metu iuramenti. 22. q. 1. omne quod, & 6.q.1. quod bene semel.* idem esset, si neutrum prædictorum interuenisset, si partes arbitrio consensissent, vel verbis infrà x. dies non contradixissent. *C.eod. cùm antea.*

¶ *Gloss.seq.not.pro parte,&c.alleg.tria iura, signat vnum contrariũ, & soluit.*

e ¶ *Capitulis exceptis.*] Not.quòd arbitriũ pro parte tenet,& pro parte nõ tenet.sic j. *de prob. dilectus. & c. nisi.*& 2. *q.1.post appellationem. §.si quis ex pluribus.*licèt videatur,quòd arbitri sententia nõ debeat pro parte valere, pro parte non *ff. de arbi. quid tamen. in princ.* Sed illud obtinet,vbi simul de pluribus debuit ferre sententiam, & non tulit de omnibus, sed in vno capitulo non potest tenere pro parte.*ff.fa.erc.in hoc iudicio* Sic & sententia pro parte tenet, & pro parte non, immo corrigitur.*inf.de test. Raynutius. & c.Raynaldus.*

f ¶ *Nequiueris*] *Arg.ff.de lib.cau.si vsumfructum.&* l.1.& 2.

¶ *Glo.seq.signat contrarium,& soluit.*

g ¶ *Litteratis.*] Nec etiam poterat arbiter in hoc interuenire: quia in causa liberali arbiter interuenire non potest.*ff.eo.non distinguemus.§.de liberali.& j.de in integr. restitutionis. in fin.* Sed contra. *inf.de præscrip. cùm olim.* Sed quantum ad se potuit renunciare, & non quantum ad Papam priuilegiis libertatis: vt *infr.de re iud.suborta.& infr.de dona.inter dilectos* aliis autem priuilegiis bene posset renunciare.j. *de priu. si de terra.* & *c.accedentibus.*

d *Ibi parcet iurant stare in arbitrio.* Ioan. *And.*

† *Hinc videtur inferre, quod Ecclesia exempta non potest renunciare priuilegio libertatis contra l. si quis in conscribendo.* C.de pac.

† *Beton.*

† Cap.3. eo ti.in 3.compil.

CVm dilectus.] Coram arbitro non habet locum reconuentio,communis diuisio.Secunda ibi.*Nos igitur.* Abbas.

CASVS. Reus conuentus in iudicio potest reconuenire actorem suum:quærebatur, vtrùm coram arbitris locum haberet reconuentio sicut in iudicio,cum arbitria ad instar iudiciorũ sunt redacta? Respondet Papa, quòd licet in iudicio conuentus recõuenire valeat conuenientem,tamen coram arbitris reconuentio locum non habet:quia arbitri iudicare non possunt, nisi de his tantùm,super quibus in eos extitit compromissum. Not.quod reconuentio coram arbitris fieri non potest.

¶ *Glo.seq.ponit quatuor,vel quinque casus,in quibus non procedit reconuentio.*

h ¶ *Non potest.*] Cessat reconuentio coram arbitro : vt hic dicit. Item in criminibus non habet locum reconuentio.3. *q.11.cap.* 1.quia non relatione criminum,sed innocentia reus purgatur.*ff. de pub.iud.is qui.* Item in causa spoliationis.j.*de resti.spo. ex cõquestione.*& melius,j.*de or.cog.super spoliatione.* nisi de alia spoliatione,vbi est hoc expressum.Item in omni momentanea possessione.*C.qui legiti.perso.l.vlt.* Item in spoliatione facta ecclesiis ,& ecclesiasticis viris.ar.j.*de iure patro.relatum.§. ad hoc.* & est expressum.*ff iud.l.2.§.item si agatur.*

¶ *Gloss.sequens potuisset apertiùs recitari distinguendo cum Io. & Vinc.quòd arbitria,& iudiciaria conueniunt in principio,medio,& fine causa*

i ¶ *Nisi de his.*] Vel eis cohærentibus,sine quibus causa cõmodè expediri non potest:vnde potest statuere diem solutioni faciẽdæ.*ff.eod.si cum dies.§.vlt.*& *l.quod tamen.§ solutioni.*& *l.Celsus.* Item potest cognoscere de causa in integrum restitutionis , quæ incidit in negotio,de quo cõpromissum est. *j de in integ. resti. causa restitutionis.*Sed nunquid potest cognoscere super petitione dupli:vt *ff.ad leg.Aquil.inde Neratius.§.sed* videtur,quod sic:quia sequitur ex delicto,arbitrio commisso. Sed contra.arg.est,quòd

e *Conc. tex. cum glo. & Bar.* in Aut. si verò contigerit. C.de iudic.

non

¶ Idem Rectori, & fratribus Hospitalis sancti Bartholomæi Lucani.

¶ Qui per arbitriũ tenetur eligere cum aliquorũ consilio: tenetur illorũ consiliũ in tractatu electionis requirere, sed sequi non adstringitur.

CAP. VII.

CVm † olim super eligendis, in Hospitali vestro, rectore & fratribus, inter vos, & Priorem sancti Bartholomæi Lucañ. corã Iudicibus delegatis quæstio verteretur, & vtraque pars in eos cõpromittens[a], ipsorũ arbitrium se promiserit seruaturũ: super prolato ab ipsis arbitrio vtrinq; dubitatio est exorta, quam petistis per sedem Apostolicam declarari: Nos publico instrumento arbitrium continente diligenter inspecto cognouimus, quod secundùm formã arbitrij Prior sancti Bartholomæi Lucañ. tenetur habere consiliũ † cum familia Hospitalis eiusdẽ, & tractare cũ ea de inueniendo rectore. Propter quod dicimus, quod nisi Prior super inueniendo rectore tractauerit cum familia Hospitalis, & ipsius consilium requisierit, non habet potestatem eligendi rectorem: & si alio modo eum elegerit, eius electio haberi debet irrita, & inanis. Verùm † habito cum familia super hoc consilio, & tractatu, Prior liberè potest rectorem eligere, dumtaxat idoneum, siue concordet, siue discordet[b] familia cum ipso, super inuentione rectoris.

¶ Idem in concilio generali†.

¶ De rebus spiritualibus in Laicum compromitti non potest.

CAP. VIII.

COntingit † interdum, quòd cùm actori: *& infrà.* ¶ Ad hæc generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus[c] compromittatur in Laicum: quia non decet, vt Laicus in talibus arbitretur.

¶ Idem Pisano Archiepiscopo.

¶ Auctoritate Iudicis causa etiam delegati potest de causa spirituali in Clericum, & Laicum compromitti: & si arbitriũ est à partibus receptũ, debet à partibus executioni mãdari, licèt per generalẽ Procuratorem factum fuerit compromissum. Si autem non fuit arbitrium approbatum, & pœna fuit apposita, agitur ad pœnã, aliàs ad interesse. Hoc dicit generaliter inhærendo litteræ.

non cognoscit super pœna contumacis. ff. *eo. quod tamen. §. Vlt.* arbitria tamen redacta sunt ad similitudinem iudiciorum. ff. *eo. l. 1.* Circa istam materiam no. quod arbitria stricta via incedunt. nihil enim extra compromissum facere potest arbiter. ff. *eo. non distinguemus. §. Vlt.* nam solum id venit in arbitrium, de quo dictum est, vt veniat. ff. *eod. si cũ dies. §. plenum.* saluo eo quod dicitur in principio notulæ: sed in iudicio veniunt omnia quæ expresse non prohibentur. ꝭ *de can. pos. cũ Ecclesia.* & ff. *de iud. solemus.* Itẽ arbiter nõ potest punire contumaciã litigatoris, nec testes potest cogere. ff. *eo. quid tamen. §. 1.* nisi in casu, quem habes. s. *de off. deleg. suspicionis.* & hoc est verum, quod non potest punire contumaciam, nisi in compromisso hoc actum sit. ff. *de iudi. l. 2. §. Vlt.* & ff. *eod. non ex omnibus.* a quæ intelligitur secũdum illam de iu. quia arbiter nullam habet iurisdictionem. ff. *de re iud. prætor.* Item arbiter non potest pronunciare nisi vtraque parte præsente, nisi hoc inter litigatores conuenerit. ff. *eod. diem. §. si quis litigatorum.* Itẽ non potest citare partes nisi ad locũ, in quo compromissum factum est ff. *eod. si cum dies. §. si arbiter.* Item arbiter non potest delegare arbitrium. ff. *eod. in compromissis.* & *l. non distinguemus. § quæsitum.* Item satisdatio non præstatur coram arbitrio, quia sufficit pœnæ compromissio *in Auth. de litis. §. ad excludendas. in fi coll. 8.* Item in arbitrio non potest mora purgari, vbi dies præfixus est ab homine. ff. *eod. Celsus. secus in iudiciis. C. de fi. inst. sancimus.* & ff. *si quis cau.* & *si post tres.* Item sententia arbitri non infamat. ff. *de iis, qui no. infa. quid ergo. §. ex compromisso.* & hoc ideo: quia non potest cognoscere de crimine, quod infamet. ff. *eod. non distinguemus. §. Iulianus.* & s. *de in inte. resti. causa. in fin.* in his omnibus discrepant arbitria à iudiciis. Item & in alio si partes renunciant appellationi, & pactum faciunt de non recedendo ab arbitrio, nihilominus recedere possunt. C. *eo l. pe. secus circa iudicia. C. de temp. app. l. Vlt. in fin.* & in quibusdam conueniunt, quia per vtrunque interrumpitur præscriptio. C. *eo. l. Vlt. in fin.* & quantùm ad iuramentum calumniæ. C. *de iur. calum. l. 1. & 2. § sed quia.*

CVm olim.] Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi. *Nos igitur.*

CASVS. Inter Priorem sancti Bartholomæi Lucani ex vna parte, & rectorem, & fratres hospitalis sancti Bartholomæi ex altera, super eligendis rectore, & fratribus in ipso hospitali quæstio vertebatur, super hoc commissa fuit causa quibusdam iudicibus. tandem vtraque pars in ipsos iudices compromisit, & ipsi protulerunt arbitrium, super quo vtrinque dubitatio est exorta, quam petiuerunt per sedem Apostolicam declarari: dominus Papa viso instrumento arbitrium continente, ac diligenter inspecto, inuenit, quod prior sancti Bartholomæi secundùm formã arbitrij tenetur habere consilium cum familia hospitalis, & tractare cum ea de inueniendo rectore: propter quod dicit Papa, quòd nisi Prior tractauerit cum familia hospitalis, & ipsius consilium requisierit super inueniendo rectore, non habet potestatem eligendi rectorem: & si elegerit, electio irrita erit: sed habito consilio, & tractatu cum familia super hoc, Prior liberè poterit eligere rectorem, siue concordet, siue discordet familia cum ipso rectore. No. quod forma arbitrij seruanda est. Item aliquis tenetur requirere consilium alterius, sed non tenetur illud sequi.

a ¶ *Compromittens.* Sic s. eo. cum tempore. vbi de hoc.

¶ *Glo. seq. primo hanc interpretationem adducit ad duo: secundo obiicit, & soluit.*

b ¶ *Siue discordet.*] Per interpretationem huiusmodi arbitrij possumus illud decretum interpretari. *63 distin. obeuntibus.* Plerũque enim tenetur quis quærere consilium: sed non tenetur sequi illud. ꝭ *de regu. licèt. C. de iure emph. l. Vlt. ff. de administ. tutor. &. quodam decedens. §. Papinianus. ff. Vbi pupil. edu. debe. l. 1.* Item & secundùm hanc interpretationem videtur intelligenda illa decre. s. *de elect. cum in Veteri.* vbi de hoc. Sed videtur, quòd superfluum[b] sit petere consilium, quòd quis sequi non tenetur. *arg. C. de proba. ad probationem.* Sed certè potest esse, quod tale consilium sit vtile: quia potest mouere Priorem ad aliquid faciendum, quod fortisan per se non fecisset. *arg. 31. di. Nicena & ff. eod. item si Vnus. §. Vlt.* alias est lex, & incipit, Si in tres. Et quod à pluribus quæritur, faciliùs inuenitur. *20. dis. de quibus. & C. de fideicom. l. Vlt. ad fin. & argum. ad hoc. 64. dist. extra conscientiam.* Et diligens inquisitio facienda est in electionibus. s. *de electio. cum terra.* Et habito consilio deliberet, an expediat ei sequi consilium. ff. *manda. l. 2. in fin.* Et præterea sufficit, quod ita scriptum est. ff. qui, & à quibus. proiecerit. & 6. *quæst. 3. scriptum est in lege.* & *infra de præscriptio. ad audientiam.* Et quia istud arbitrium approbatum fuit à partibus, ideo seruandum est.

COntingit. CASVS. Prohibetur & in hoc capitulo ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum. Nota, quòd non valet compromissio facta in laicum de rebus spiritualibus.

¶ *Gloss. sequens fortificat textum per tria iura, allegat quinque iura in contrarium, soluit distinguendo ciuiles, & spirituales causas: laicos solos, & mixtos clericis auctoritate Papæ, & inferiorum.*

c ¶ *Spiritualibus.*] Sic enim patet, quòd de rebus spiritualibus in Laicum compromitti non potest etiam incidenter: quia laicus de talibus cognoscere non potest. *infra qui fil. sint legit. lator.* Et Ecclesiastica negotia tractare non debent laici. infrà de iudici. decernimus. Et de vniuersa Ecclesia malè iudicat, qui quærit iudicium laicorum. 11. *quæstione 1. placuit.* Sed contra. *2. quæst. 7. nos si.* & *16. q. 1. plures. 32. dist. c. præter hoc. §. Verum. & 2. q. 5. Mennam.* nam & in infamem compromittitur. *3. q. 7. c. infamis. §. tria. in fi.* Dicas, quòd de rebus merè ciuilibus, quibus nullum spirituale est annexum, bene potest compromitti in laicum. argu. huius cap. cùm enim tantum prohibeat de spiritualibus, de temporalibus permittit. arg. quia quod de vno prohibetur, de altero conceditur. *25. dist. qualis* ꝭ. *eo. exposita.* Si verò compromittatur in laicum de rebus etiam spiritualibus, non tenet arbitrium. vt hîc. Sed si compromittatur in clericum, & laicum, auctoritate tamen superioris, videtur quod valeat; tum quia non simpliciter in laicum, tum quia auctoritate superioris. ꝭ. *eo. c. prox.* alias auctoritate propria hoc facere non possent, & magis dignum trahit ad se minus dignum: vt sic potius res valeat, quàm pereat: ꝭ *de consecr. Eccl. vel alta. quod in dubiis. &* ꝭ *de Verbo. signifi. abbate* sed in laicum tantum cõpromitti etiam auctoritate episcopi non potest, sicut credo, nisi auctoritate Papæ. *Vt 32. dist. cap. præter hoc. §. Verum. 2. q. 5. Mennam & c. nos si. in causa q. 7.* quia episcopus etiam causam spiritualem laico committere non posset, cùm ius spirituale non cadat in laicum *96. distin. bene quidem. & arg. s. de elect. sacrosancta. & cap. Massana.* [c] Vnde dico, quod laicus de rebus spiritualibus nullo modo iudicare potest nec principaliter, nec incidenter. Et quod Ecclesiasticis personis tantùm causa spiritualis sit committenda, est *arg. s. de offi. deleg. cum te consulente. & c. super quæstionibus. §. fi. Vers. quod si.*

Per tuas

† Cap. 4. eo. tit. in 3. compil.

a *Vide de hac materia Albertinum in repertio.* c. 1. de hæred. lib. 5. q. 10. & in tract. de agnos. assertio. q. 26.

† *Dic per l. istam, quod contumaciã punire non potest mulctando: bene tamen in expẽsis condemnando.* Ioan. And.

b *Non est superfluum, quia vt ait* Seneca l. de 4. virtutibus, *Prudentis est proprium examinare consilium.*

† *alias ita, Verum habito Fratrum, & familia super hoc consilio, & tractatu.*

† In concil. generali Laterã. c. 40.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cõpil. *& reli. quæ pars huius c. habetur in* c. contingit. infra de dolo, & contu.

c *Per quæ iura patet, quod etiam super electione prælati, vel clerici non posset in laicum compromitti secundum* Ino. Ioan. And.

CAP. IX.

† Cap. 2. eo. in 4. compil.

PEr † tuas literas intimâsti, quòd cùm super executione arbitrij, quod inter Hospitalarios sancti Ioānis, & Plebanū de Piscea †, super hospitali sanctiAllucij † latum erat, à nobis literas accepisses. *& infrà.* ¶ Plebanus proposuit, quod † ad causam tractādā Procuratori dedit generale mādatū [a], nō tamen ei mandauit, vt sine speciali mādato cōpromittere posset, vel transigere super eo. Et prætereaProcurator iā dictus de assēsu Canonicorū [b] suorum non fuerat institutus: & ideo dicebat arbitrium non valere: præsertim cùm Procurator fines mandati [c] excesserit, & arbitrium fuerit per vnumClericū, & duosLaicos promulgatum, licet ipsi de assensu Genuen. † Archiepiscopi, cui causa cōmissa fuerat, arbitrium protulissent. *& infrà.* ¶ Super quo fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd si ex parte Plebani arbitrium receptum fuerit, indistinctè ratum [d] haberi debet: ac per hoc iuxta tenorem mandati Apostolici executioni mandari. Si verò receptum non fuerit, refert, vtrùm fuerit vel non, de obseruando ipsum pœna statuta. Et quidem si pœna fuerit apposita, agi potest ad pœnā: at si nulla statuta fuerit, sed simpliciter quòd staretur sentētiæ, fuerit compromissum: Procurator ad interesse poterit conueniri †: quia iuramēto suo seipsū personaliter, nō Ecclesiā poterat obligare. Quòd autē à duobus Laicis, & vnoClerico dicitur esse prolatū, nequaquā obuiare videtur, cū auctoritate [e] dicti Archiepiscopi factum sit, cui causa, de qua dicitur compromissum, fuerat delegata.

† *Pisia. Albatij.*

† *In aliquot vetustissimis exemplaribus textus: quòd licèt ad causam tractandam procuratori suo dederit generale mandatum &c. qua lectio planior est.*

† *Ianuen.*

† *Vide l. Plautius. ff. de procurato.*

¶ Honorius iij. Archiepo Colonien.

¶ *Si per duos electos ad eādē prælaturam, in discordia cōpromittitur in ordinarium, morte alterius compromittentium expirat compromissum: ordinarius tamen ex potestate ordinaria procedit super iure superstitis, antequam fiat transitus ad aliam electionem. Hoc dicit.*

CAP. X.

EX parte tua nostris est auribus intimatum, quòd va-

PEr tuas.] In prima parte ponitur consultatio. In secunda diffinitio, aliàs distinguēs respōsio ibi, *Super quo.* Abbas Siculus. CASVS. Inter hospitalarios sancti Ioannis, & plebanū de Piscia super hospitali sancti Allucij quæstio vertebatur: causa super hoc fuit commissa Genueñ. archiepiscopo. Tandē procurator plebani cum parte altera, auctoritate Genueñ. archiepiscopi iudicis delegati compromiserūt de quæstione illa in vnum clericum, & duos laicos iuramento à procuratore plebani interposito: illi protulerunt arbitrium: hospitalarij impetrauerunt literas ad archiepiscopū Pisanū super executione arbitrij. cùm plebanus nollet arbitrium obseruare. Plebanus coram archiepiscopo proposuit, q ad causam tractandā procuratori dedit generale mandatum, non tñ ei mandauit, vt sine speciali mandato compromittere posset, vel transigere: & procurator ille de mandato capituli sui non fuerat cōstitutus, & ideo dicebat arbitrium non valere, cum procurator fines mandati excesserit: & præterea arbitrium non valere, cum procurator fines mandati excesserit: & præterea arbitrium illud fuerat per vnum clericum, & duos laicos promulgatum, & ideo etiam non valebat: archiepiscopus super his consuluit dominū Papā: respōdit Papa, q si ex parte plebani arbitriū receptū fuit, indistinctè ratū debet haberi, & executioni mādari secūdū formā mādati Apostolici[e]. Si verò nō fuit receptum, distinguitur, vtrum fuerit de obseruādo ipso pœna statuta, vel nō: si pœna fuit apposita, potest agi ad pœnā: si nulla fuit pœna statuta, sed simpliciter promissū fuit, q staretur sentētiæ arbitrorū, procurator ad interesse poterit cōueniri: quia iuramento suo seipsū psonaliter obligauit, & nō ecclesiā: quòd autē à duobus laicis, & ab vno clerico dī esse latum, nō nocet: cum auctoritate dicti archiepiscopi factum sit, cui causa, de qua cōpromissum est, fuerat delegata. Not. quòd procurator generaliter ad agēdum, vel defendēdum datus, nō pōt cōpromittere vel trāsigere sine speciali mādato. Itē procurator de cōsensu capituli cōstitui debet. Item procurator fines mandati non debet excedere: quòd si fecerit, Ecclesia vel dominus non tenetur, nec ei nocet: vt hic patet. Itē iuramentum personale est, quòd ideo non obligauit alium quàm iurantem. Item in laicum, & clericum de re spirituali, & auctoritate superioris potest compromitti, vt hic videtur.

a ¶ *Generale mandatū.*] Bene allegabat quia licèt haberet generale mādatum, trāsigere tñ nō poterat, seu cōponere *ff. de procur. mandato. & C. de transact. transactionis.* Sed si clausula de rato fuit apposita, tunc videtur, quòd transigere possit, aliter non: quia adiectio illius clausulæ aliquid operatur. *arg. ff. de vsur. si stipulatus. & j. de religio. domi. cū dilectus.* & vt expressum. *s. de transac. contingit.* S d obstare videtur *ff. mand. creditor. §. Vlt.* Dic de hoc, vt notatur in prædicto, *c. cùm dilectus.* & vt dixi *s. de transac. contingit. in gl.* quæ incipit, *notat. in fine.*

¶ *Glo. seq. cum seq. ordinatum iustificat primam, secundam, & tertiam allegationem plebani.*

b ¶ *Canonicorum.*] Vnde non valuit, quòd per eum factum fuit, si consensum canonicorum non habuit. *s. de procu. c. 1.* & capitulum sine consensu prælati agere non potest. *j. de iudic. causam quæ.* De hac materia dictum est *s. de rescript. edoceri. & s. de procu. c. 1.*

c ¶ *Fines mandati.*] Vnde non valuit, quod vltra fecit. *s. de offic. delega. cùm olim. & C. de procur. si procurator. & ff. manda. si diligenter. & s. de rescriptis. cum dilecta.*

a Sequuntur fines mandati custodiendi sunt. Ioan. Andr.

¶ *Glo. seq. iustificat mandatum Papæ, dicens id sumi ex tribus legibus. in fin. quarit opponendo, & soluit.*

d ¶ *Ratum haberi debet.*] Licet procurator non habuisset mandatum ad hoc, ex quo tñ clerici ratū habuerunt arbitrium, est obseruandum: & valet. *ff. de procu. mandato. & s. de transact. contingit.* Idē esset, si egressus fuisset fines mandati: ex quo ratū habuit dñs factu procuratoris. *s. de offi. deleg. cùm olim.* Idē esset, si nullū mādatum habuisset, postquā ratum habuerunt, quod eorum nomine fecit. *ff. de iudic. licèt verùm.* ideoq; debet arbitrium executioni mādari, vt hic dicit. Et quòd dicitur hic colligitur de tribus legibus. Si enim arbitriū à partibus approbatur, vel etiam silentio decē dierum, ex eo datur actio, & exceptio. *C. eod. cùm antea.* Si verò arbitrium non fuit receptum, & pœna fuit apposita: tunc agitur ad pœnam. *C. eod. l. 1.* & ita per pœnā ad seruandū arbitrium quis cōpellitur *s. eod. dilecti.* Si nulla fuit pœna statuta, sed simpliciter compromiserant stare arbitrio, agi potest ad interess. ex stipulatu. & hoc vltimū colligitur *ff. eod. diem. §. Vltim. ff. si quis in ius voc. non ierit, l. Vlt.* vnde iste procurator tenetur secundū istā distinctionē ad pœnā, vel ad interesse, cū ipse seipsū etiā suo iuramēto personaliter obligauit, si non habebat ad hoc mandatū. Sed qualiter agitur cōtra procuratorē cū ipse non intēderit se obligare, nec aduersatij intendebāt cū sibi obligare? Sed ideo conuenitur, quia se obtulit defensioni alienæ, cùm non haberet mandatū sufficiens ad hoc. *ff. de procura.* Plautius. & licèt pars aduersa non intenderat eum sibi obligare: tñ obligatur, vt dicit lex: quia sæpe extra id, quod agitur, nascitur obligatio. *ff. commod. si vt in fine.*

¶ *Glossa sequens notat, quòd delegatus, &c. signāt contrarium, & soluit.*

e ¶ *Auctoritate.*] Et ita auctoritate superioris potest compromitti in laicum, & clericum simul de rebus spiritualibus. de hoc dictum est. *s. c. prox.* Item videtur hic, quòd delegatus mandauit sententiam arbitri executioni, & si ipse nollet procedere, quòd delegatus possit arbitrum compellere, & non ordinarius. *arg. C. de iudic. in. l. Vl. arg. contra. j. de foro competenti. si quis contra.* Sed hoc verum est, qñ delegatus datur vel ad exequendum arbitrium [b], vel ad compellendum arbitrum: aliàs ordinarius debet compellere arbitrum, vt procedat *ff. eod. l. 4. § aut prætor.* Bernar.

b Vel etiam arbiter assumptus sit ad cognoscendum de recusatione legati. supra de of. deleg. suspicionis. Ioan. Andr.

EX parte.] Morte alterius compromittentium expirat compromissum. Primo ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, *Breuiter.* Abb. Siculus.

CASVS. Vacante præpositura sancti Cuneberti in Colonia, canonici eiusdem Ecclesiæ vota sua diuiserunt in duos: quidam elegerunt H. de Iuliaco, & quidam alij elegerunt C. de Lombardis. Postmodum cùm partes essent in præsentia Colonieñ. archiepiscopi, & tractarent super huiusmodi electionibus, in ipsum super hoc fide præstitā compromiserunt: qui causæ meritis diligenter auditis, & intellectis, diem ad ferēdam diffinitiuam sñiam partibus assignauit: pendente dilatione alter electus H. de Iuliaco de medio est sublatus: Archiepiscopus hoc audito, canonicis prohibuit, ne pendente sua sententia ad aliam electionem procederent, sed quidam eorum nihilominus B. Colonien. canonicum in præpositum elegerunt: die ergo quo debebat ferri sententia, partibus coram archiepiscopo constitutis, dictus B. allegauit, quòd archiepiscopus vlterius procedere nō debebat, cùm per mortem alterius compromittentis videatur compromissum finitum: archiepiscopus consuluit super hoc dñm Papam: Respondet Papa, quòd licet compromissum per mortem ipsius H. sit finitum, prius tamen de meritis prioris electionis cognoscere debuit, quàm processus fieret ad secundam: quia dictus C. superstes sus habet: secundus verò non. Not. quòd finitur compromissum per mortem alterius compromittentis, secus in iudicio.

a ¶ *Diuiserunt.*] Quod non est nouum, nec reprehensibile. 8. q. 1. *non est nouum. & 63. dist. c. Siler*

b ¶ *Fide præstita.*] De qua habes s. eo. *cum tempore.* secundùm leges non debent iurare, sed pœnam possunt partes apponere. *in Au. h. de iudi. §. quia verò. coll. 6. & c. & C. eo. Auth. decernimus.*

c ¶ *Curasti.*] Et bene: quia pendente electione illius superstitis, nō est alia electio celebrāda. s. *de elect. considerauimus.* & ista electio primò debuit reprobari, quā fieret trāsitus ad secundam s. *de concessione præbendæ.* post electionem ad fin. & s. *de electionibus auditis.* vbi de hoc.

¶ *Glo. seq. ponit duo, quæ fortificauit allegata p B. & eis respondet.*

d ¶ *Allegauit.*] Et malè, vt declarant sequentia: quia primò constare debuit de hac electione: vt dictum est in prima notula. sed mouit eum fortè, quia dicit lex, quòd mortuo altero ex litigatoribus, qui dederat fideiussorē iudicio sistendi causa, prætor non debet eum iubere amodo exhibere. *ff. qui satisd. cogan. si decesserit.* & sententia lata post mortem litigatoris non valet. *ff. de re iudi. in summa. §. Vltim. & l. seq.* Sed hoc non est verum generaliter, immò sententia debet ferri post mortem, saltem propter accessoria. ff. de rei vēd. vtique. & mortuo eo qui appellauit, necesse est hæredibus causam finiri. *Cod. si penden. appel. mors interuenerit. l. 1. quasi per eo.* Ita & hic necessaria est sententia quantùm ad canonicos, qui quasi hæredes sunt quoad ius eligendi, si alterius electio cassetur. & quātùm ad alium electum, vt sciatur, an sua electio sit canonica, per mortem alterius non perdit ille ius suum, nec acquirit, si ius non habebat: ideoque debuit iudex causam finire, antequam sic tertius eligeretur, vt de omnibus constaret. Sed illa videbatur melior allegatio, quòd vlterius non procederet: quia cum ipse cognosceret tanquā arbiter ex compromisso, & compromissum finiatur morte litigatoris: vt hic dicit. & *ff. eo. diem proferre. §. 1. & l. sed interpellatur.* vlteriùs cognoscere non debebat. Sed licèt sit finitum cōpromissum per mortem alterius, tñ procedere potest, cùm sit iudex ordinarius suo iure, propter rationē quæ redditur s. & in ipsa litera inferiùs: nec vt verus arbiter cognoscebat. *arg. j. de præbend. nisi.* quia de matrimonio carnali in arbitrum compromitti non potest. s. *de transac. Sol. eim. & s. de in integ. restit. c. penul. in fine.* & hic de matrimonio spirituali agitur: aliàs arbiter post mortem alterius litigatorum non procederet, nisi iterum compromittatur in ipsum à successoribus, per leges prædictas proximè.

† Calcberti.

† Viliaco.

† *Vide* l. diē proferre. §. ✠ & l. sed interpellatur. ff. eo.

cante præpositura sancti Cuneberti † in Colonia, Canonici eiusdem Ecclesiæ vota sua diuiserūt [a] in duos, videlicet H. de Iuliaco †, & C. de Lōbardia. *& infrà.* Cùmq; postmodum tractaretur super electione huiusmodi, & partes essent in tua præsentia cōstitutæ, in te demum super hoc fide [b] præstita compromittere curauerunt: qui causæ meritis diligenter inspectis, ad proferendam diffinitiuam sententiam, diem ipsis consentientibus præfixisti. Interim verò præfato H. ab vna parte electo sublato de medio, supradictis Canonicis inhibere curasti [c], ne tua pendente sententia, procederetur ad electionem aliam faciendam: quorum quidam nihilominus B. Colonien. Canonicum elegerunt. Die igitur quo sententia proferri debuit, in tua præsentia partibus constitutis, dictus B. allegauit [d], quòd procedere vlterius non deberes. Quapropter tibi edoceri à nobis humiliter postulanti, breuiter respondemus, quod licèt arbitriū [e] sit finitū per mortē ipsius † H. priùs tamen de primæ electionis meritis debuisti cognoscere [f], quàm processus fieret ad secundā: nam si dictus superstes in electione ius habet, secundam constat penitus non valere.

e ¶ *Arbitrium.*] Id est, compromissum. *ff. eod. diem. §. 1.*

f ¶ *Cognoscere.*] Vt ordinarius, vt dixi: aliàs si ordinarius non fuisset, non posset cognoscere, vt dictum est. Et sic habes, quòd in ordinarium potest compromitti. *supra eod. cum tempore.* vbi de hoc.

Expositа.] Communis est diuisio. Secunda ibi, *Licèt autem.* Abbas Siculus.

Casvs. Inter Episcopum Feltren. & Beluen. ex vna parte, & ciues Teruisinos ex altera, super districtu, seu iurisdictionibus, & rebus aliis quæstio vertebatur, quæ per sententiam Host. Episcopi Apostolicæ sedis legati fuit terminata: tandem occasione ipsius sententiæ, quædam discordiæ ortæ fuerunt inter eos: super quibus discordiis partes compromiserunt in ducem Venetorum, vt eius arbitrium seruaretur, obsides super hoc ab vtraque parte recepit: Papa insuper eidem duci mandauit, vel ad componendum interponeret partes suas. Idem dux contra sententiam legati iniquum protulit arbitrium: Episcopus Feltren. conquestus fuit domino Papæ, & ipse scribit quibusdam iudicibus super hoc dicens, quòd licèt eidem duci literas suas misisset, vt ad componendum interponeret partes suas, non tamen fuit suæ intentionis immutare sententiam legati, vel suscitare quæstiones per eum sopitas. Vnde mandat, quatenus non obstantibus literis illis, quicquid per prædictum ducem factum inuenerint contra sententiam prædictā, debeant in irritum reuocare, districtius prohibentes eidem, ne vlteriùs in compromisso procedat, & compellentes eundem per censuram Ecclesiasticam, vel restitutionem obsidum datorum, vt ipsius arbitrium seruetur. Nota recurrendum esse ad intentionem scribentis. Item arbiter de alio arbitrari non debet, nisi de quo compromissum est: quod si fecerit, non valet & ita forma compromissi seruanda est.

¶ Idem electo †, & Abbati Sancti Zenonis, & C. Canonico Veronen.

† *Aliàs electo Abbate.*

¶ *Arbiter post rē iudicatā super discordiis ...onis assumpt', nō potest per suum arbitriū sentētiā immutare, etiamsi de componendo inter partes mandatum acceperit à Papa.*

CAP. XI.

Expositа nobis Feltreñ. † & Bulueñ. † electi petitio continebat, quòd cùm causa quæ inter antecessorem suum ex parte vna, & ciues Teruisinos ex altera, super districtu, & rebus aliis vertebatur, per sentētiā Hostiensis Episcopi tūc Apostolicæ sedis Legati fuerit terminata. *& infrà.* Tandē super quibusdā discordiis, quę hincinde videbātur exortæ [g] in Ducē Venetorū tāquā in arbitrū, cū parte altera cōpromisit [h]. *& infra* ¶ Licèt autē eidem Duci literas nostras miserimus, vt ad cōponendū inter partes laborare deberet: cùm tamen intentionis [i] nostræ non fuerit immutare sententiam ipsam, vel sopitas per eam querimonias suscitare. Mandamus, quatenus (præfatis literis non obstantibus) quicquid per prænominati Ducis arbitriū, contra ipsius Legati sententiam inueneritis esse factum, in irritum reuocetis [k], ei districtius inhibentes, ne vlteriùs

† Felcen. † Felten. †| Belnen. † Belsen.

g ¶ *Exorta.*] Ex hoc patet, quod compromissum non fuit factū super iis, quæ in sententia continebantur, sed super discordiis, quæ postea ortæ sunt.

¶ *Glossa sequens obiicit, & soluit.*

h ¶ *Cum parte altera compromisit.*] Supple in ducem, qui contra sententiam veniens iniquum arbitrium promulgauit: & sic potest cōpromitti in laicum, de rebus ciuilibus, vt hic dicitur, sed non de spiritualibus: vt s. *eod. contingit,* vbi de hoc. Sed qualiter potuit compromitti in ducem de his, super quibus sententia lata erat? nam transactio, siue compositio fieri debet de re dubia, & lite incerta. *ff. de transactionibus. l. 1.* sed cùm res hîc certæ erant per sententiam, à quo non fuit appellatum, nec supplicatum: ideo transigi, siue compromitti non potuit. a *C. de transact. si a Host. ... causa. & ff de transactionibus:* etiam post rem. & *ff. de cond. ... indebiti. eleganter. §. si post.* Ad quid compromissum fuit hic de certa re? hæc dubitatio soluitur in litera: quia non fuit compromissum ▒ hoc, vt sententia mutaretur, sed vt illi duo duce mediante, desisterent ab iniuriis, quas faciebant episcopatibus illis, vt infrà sequitur.

a *Hanc obiectionem dicens propter hoc compromissum non valuisse. Ioan. And.*

i ¶ *Intentionis.* Semper recurrendum est ad intentionem scribentis, vt hic dicit: & s. *de procu. petitio.* & s. *de offi. ord. licèt,* & s. *de vsu pal. ex tuarum.* & j. *de præben. cùm causam.* &c. quia eius est interpretari, cuius est condere. j. *de senten. excom. inter alia.* & 11. q. 1. c. *sicut. §. ex his.* & *C. de legibus. l. vlt.*

¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*

k ¶ *Reuocetis.*] Sed videtur, quòd arbitrium tale non sit reuocandum, siue sit æquum, siue iniquum. *ff. de arbi. diem. §. stari.* Dicas ergo, quod siue quis fuerit arbitrator, siue amicabilis compositor, non est standum iniquo arbitrio, sed reducendum [b] est ad arbitrium boni viri. *ff. pro soci. societatem. §. arbitrorum.* imo & si iurasset, debet reuocari. j. *de iure iur. Quintaualis.* & *ff. de ritu nup. quamquam ff. de oper. lib. si libertus. siue etiam arbiter fuerit.* & eodem modo non est standum iniquo arbitrio. s. *eod. c. 1. & 2.* & præterea ideo reuocatur, quia iam latum erat contra sententiam directè, sed super hoc non fuerat compromissum, vt sententia reuocaretur per arbitrium, secundum quod in litera dicitur: & arbitrium non extenditur nisi ad ea tantum, de quibus cogitatum est, & expressum in compromisso. s. *eo. cùm dilecti.* vbi de hoc Ber.

b *De multis hoc ff est ... tibus Vide Spec. tit. de arbit. §. vlt. & Dynum. in c. scienti. de reg. iur. lib. 6.*

¶ *Glo. se. allegat tres concor. & duo iura in contrarium. & soluit.*

a ¶ *Obsidum*

in compromisso procedat, eundem ad restitutionem obsidum[a] occasione illius compromissi sibi datorum, vt ipsius arbitrium seruaretur, per Censuram ecclesiasticam compellentes.

¶ Gregorius ix. Decano & magistro P. Canonico sancti Petri Atrebaten. diœcesis.

Nō valet cōpromissum factum in duos siue plures, hoc adiecto, vt in casu discordia eligatur tertius per eosdem, vel alios. Hoc dicit.

CAP. XII.

INnotuit nobis Gulielmo laico conquerente, quòd cùm O. laicus, ipsum super quadam summa pecuniæ coram Iudicibus auctoritate Apostolica conuenisset, tandem fuit à partibus in duos arbitros compromissum, sic tamen quòd si illi duo adinuicem discordarent, tertium adderent Iudices nominati, retenta penes se compellendi partes ad obseruandum arbitrium per dictos arbitros promulgandum nihilominus potestate[b]. Cúmque tertius arbiter à Iudicibus prædictis electus, cū altero duorum, ipsum parti alteri condemnasset: idem ex eo sentiens se à prædictis Iudicibus grauari, quòd ipsum ad obseruantiam † huiusmodi arbitrij compellabant, nostram appellauit audientiam, sed ipsi appellatione contempta, excommunicationis tulerunt sententiam in eundem. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si est ita, cùm legali[c] sit prouisione statutum, vt compromissum de incerta persona in arbitrium assumenda non teneat, dictam excommunicationis sententiam denuncietis penitus nullam esse †.

¶ Idem Abbatissæ, & Conuentui Iotren.

¶ Valet compromissum factum in vnum, vel in plures, vt ipsi per se causam diffiniant, vel per alios, quos ipsi elegerint. Hoc dicit secundum intellectum, quem sensit glo. hic, & Inno. in c. præcedenti, qui placet mihi. Panorm.

CAP. XIII.

CVm à nobis petitur: *& infrà.* ¶ Ex parte vestra fuit propositum, quòd olim inter vos, & Senonen. Archiepiscopum quæstione suborta, super eo quod idem Archiepiscopus asserens monasterium vestrum metropolitico iure sibi subesse, procurationes, & res alias exigebat à vobis. Tandem in R. sancti Angeli diaconum Cardinalem tunc Apostolicæ sedis legatum à partibus concorditer[d] compromisso: & promisso sub certa[e] pœna, quòd arbitrio,

a ¶ *Obsidum.*] Sic j. [illegible] *ex rescripto. & 23. q. 5. de. Ut pridem. & ff. qui test. facere pos. obsides.* Sed contra dicunt leges: quia liberi homines obligari non possunt. *C. quæ res pig. obl. pos. qui filios. & j. de pign. later.* Solut. obsides bene dari possunt: vt dicunt iura primò inducta: nec dicuntur obligari loco pignoris, sed tenentur obsides, vt fiat, quod inter partes conuenit: & ita cum solutum sit arbitrium, & reuocatum, debent obsides restitui[a]: quia sublato principali, tollitur & accessorium. *j. de fide instr. inter dilectos. j. de foro compe. si diligenti.*

a *Vide notata per Doctores in c. ex rescripto & adnot. in c. 2. de pign.*

INnotuit.] Non valet compromissum de incerta persona in arbitrium assumenda, hoc dicit quoad titulum. Primò ponit factum. Secundò dat iudices ibi, *Ideoque.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam laicus C. nomine impetrauit literas contra Gul. laicum super quadam summa pecuniæ, ad quosdam iudices delegatos, coram quibus dictus Gul. conuētus in causam, tandem fuit à partibus in duos arbitros compromissum, ita quòd si illi duo adinuicem discordarent, tertium adderent iudices nominati, retenta penes se potestate compellendi partes ad obseruandam arbitrium per dictos arbitros promulgandum: sed cùm dicti arbitri non possent esse concordes, dicti iudices tertium adiunxerunt, qui cum altero illorum dictum Gul. condemnauit: idem Gul. à dictis iudicibus compellebatur sententiam obseruare inde sentiens se aggrauari, ad sedem Apostolicam appellauit, sed ipsi eius appellatione contempta, tulerunt excommunicationis sententiā in eundē: vnde mandat Papa, quatenus si ita est, dictam sententiam denuncient esse nullam, cùm iure sit ciuili statutum, vt compromissum de incerta persona assumenda in arbitrum non teneat. Nota, quòd compromissum de incerta persona in arbitrum assumenda non tenet. Item sententia excommunicationis post legitimam appellationem lata, nulla est.

† *Obseruationem.*

¶ *Glo. seq. dat simile de iudice: secunda pars reci. per quam potuerint delegati sibi retinere executionem arbitrij.*

b ¶ *Potestate.*] Sic etiam compromittitur in iudicem retenta delegata potestate. *j. de præbend. nisi & j. de præsumpt.* literas & tunc iudex potest vti delegata iurisdictione, si expedierit, & arbitraria potestate, vt *in decret. nisi.* sed hic non poterant retinere huiusmodi arbitrij executionem, nisi per prorogationem iurisdictionis de consensu partium, quæ hic interuenit. sed hic non valuit prorogatio: quia non valuit compromissum de incerta persona assumenda, & sic non poterat fieri executio, licèt intenderent prorogare iurisdictionem delegatam de vno negotio ad aliud Bernar.

¶ *Glo. seq. dat simile de iudice, procuratore, & tutore: signat contrarium decre. prox & remittit: elicit tria argumenta: signat cōtrarium decre. cum speciali. & dupliciter soluit.*

c ¶ *Legali.*] Vt ff. eod. item si vnus. §. si in duos. quia compromissum de incerta persona non valet, vt ibi dicit: quia in assumenda illa tertia persona, isti iudices poterant dissentire, & sic res sine exitu futura est. *arg. contra j. c. prox.* Sed ibi soluitur. Et sic iudex certus esse debet, alias non valet commissio. *supra de rescript. ad hæc.* & sic procurator certus esse debet. *ff. de procur. l. 2.* sic & tutor incertus dari non potest. *ff. de test. tute. tutor incertus. & l. duo sunt Titij. & Instit. de leg. §. tutor.* & ideo cùm à principio non tenuerit compromissum, licèt fuerint, postmodum concordes in assumenda tertia persona, non tamen tenuit arbitrium, & sic nec sententia etiam excommunicationis propter hoc lata. Et sic est ar. quòd si principale nō tenet, nec accessorium. *j. de fo. compe. si diligenti. & j. de fi. instru. inter dilectos. & C. de legi. non dubium.* Item est arg. quod ab initio nō tenet, postea non conualescit. *ff. de reg. iur. quod in initio. & 16. q. 3. c. placuit. §. potest: Ver. quod si pramatur.* Item est arg. hic quòd licèt res ad eum casum peruenerit, à quo potest habere initium, tamen non valet. hic non valuit compromissum: quia tertius arbiter incertus erat. Sed manifestè contradicit. *j. de appel. lat. cùm speciali.* vbi dicitur, quòd duo arbitri sunt eligendi: & si concordare non possunt, assumant tertium: & si tertius arbiter incertus est, qualiter respondebis? Potest dici, quòd illud est speciale in causa recusationis: quia illi arbitri non dīr veri arbitri, immò quasi naturam iudicum sapiunt: quia iurisdictionem videntur habere. *arg. s. de offic. deleg. suspicionis.* Vel dicas, quod non est contra. ibi enim statuit ius, quòd duo arbitri eligantur à partibus, qui de suspicionis causa cognoscant: & si illi duo non concordant, ipsi arbitri eligant tertium. *s. de offic. deleg. suspicionis.* sed partes non eligant illos, vt si discordes fuerint, eligant tertium: sed simpliciter eligant duos, nulla mentione habita de tertio. & ius ostendit ibi, quid facere debeant partes, & quid postea ipsi arbitri, cùm in fine non potuerunt concordare: & etiam quod dicit hic, respicit ipsum factum, vt si tertius eligatur incertus, non teneat compromissum, vt hic factum fuit. Si dictum fuisset hic quòd certam personam eligerent: si discordassent, tunc valeret *ff. eod. item si vnus. §. in duos.*

† *Vide l. item si vnus. §. si in duos ff. eod.*

CVm à nobis. Primò ponitur factum. Secundò confirmatio ibi, *Nos igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Inter abbatissam, & conuentum Iotren. monasterij & archiepiscopum Senonen. vertebatur quæstio, super eo quòd idem archiepiscopus dicebat monasterium ipsum metropolitico iure sibi subesse, petens propterea ab ipso monasterio procurationes & res alias. Tandem concorditer à partibus compromissum fuit in R. sancti Angeli diaconum Cardinalem Apostolicæ sedis legatum: & compromissum fuit sub certa pœna, quod præcisè parerent arbitrio, seu ordinationi eiusdem, vel duorum mediatorum, quos idem Cardinalis super hoc deputaret: Legatus super hoc deputauit magistrum P. capellanum domini Papæ, & I. archidiaconum Senonen. mediatores. & ipsi ordinando, & diffiniendo causam huiusmodi terminauerunt: postmodum petiuerunt partes à domino Papa, vt ordinationem, & diffinitionem prædictam confirmaret: & ipse quod per dictos mediatores super hoc factum fuit, confirmauit. Not. quòd hæc decret. non contradicit iuri: quia licèt incerto arbitrio compromitti non possit: tamen sic potest compromitti, quòd valeat arbitrium, quòd laudatum fuerit arbitratu Cardinalis. *ff. de arbitris. si ita.*

d ¶ *Concorditer compromisso.*] Et sic de re spirituali potest in ecclesiasticā personam compromitti: quod verum est. *s. eod. contingit.* vbi de hoc.

e ¶ *Sub certa pœna.*] *Supra eodem, dilecti.* cui tantùm mera pœnæ statuitur, vt ibi, & *C. eodem l. 1.* & sic religiosi possunt exigere

exigere pœnam, qualiter, & quando hoc liceat, dicitur *suprà eodem dilecti.*

¶ *Gloss. seq. duo notat, & remittit.*

a ¶ *Mediatorum.*] Sic videtur, quòd arbiter incertus possit assumi: quia hic non fuit expressum de mediatoribus istis: vnde signatur contra. *3. c. prox. ff. eod. item si vnus. §. si in duos.* Sed dicas, quòd Cardinalis non fuit assumptus vt verus arbiter, nec illi mediatores, sed potiùs fuerunt amicabiles compositores, qui de plano, & sine ordine iudiciario, & sine aliqua cognitione partes concordauerunt, & hoc patet ex verbis illis, *arbitrio, seu ordinationi*: & ex eo quòd dicit inferius: *ordinando, & diffiniendo.* vnde quod factum fuit per legatum siue per illos, quos ad hoc mediatores elegit, tenet. Vel si fuerunt arbitri, adhuc cessant contraria: quia hîc non fuit compromissum factum de incerta persona, sed partes dederunt potestatem legato, vt ipse eligeret arbitros, seu mediatores, & ipse elegit certos, & hoc non est contra iura superius signata: & ideo Papa confirmat ordinationem illorum, quia nec Cardinalis poterat discordare: sed in superiori decre. potuerunt discordare, & ita non contradicit. Bernardus.

seu ordinationi eiusdē, vel duorum mediatorum [a], quos idem super hoc deputaret, præcisè parerent: magister P. Capellanus noster, & I. Archidiaconus Senonen. mediatores ab eodem super hoc deputati legato, ordinando, & diffiniendo causam huiusmodi terminauerunt.

¶ Nos igitur, quòd per prædictos mediatores super hoc actum est, auctoritate Apostolica confirmamus.

COmpromissum.] CASVS. Quæritur, an compromissum in arbitros extendatur ad compromittentis hæredes? Et respōdeo, quod non, nisi in compromisso de hæredibus sit cautum. Not. quod compromissio non transit ad successores nisi de ipsis facta fuerit expressa mentio.

¶ *Gloss. seq. facit quinque. Primò dicit, vnde sumi potuit c. Secundo ponit differentiam inter iudicia, & compromissa: & causam reddit. Tertio dat simile in pacto. Quarto dicit, quid si alter compromittens solum expressit hæredem. Quinto notat, & dat simile de morte arbitri.*

¶ Idem.

¶ *Compromissum ante sententiam latam finitur morte alterius compromittentium, vnde non transit in hæredes compromittentium, nisi de eis sit cautum in compromisso. Hoc dicit, comprehendendo mentem.*

CAP. XIII.

COmpromissum non extenditur in compromittentis hæredes [b], si de ipsis non caueatur ibidem †.

b ¶ *Hæredes*] Hoc sūptum est de legibus illis *ff. eodem. diem proferre. §. 1. & l. sed & interpellatur. §. si ab altera parte.* secus est in iudicijs. iudicium enim transfertur ad hæredes, quamuis de hæredib. mentio non fiat. *Cod. de iur. cal. Authen. principales* & hoc ideo quia arbitria stricti iuris sunt: compromissum verò non extenditur nisi ad ea tantùm, de quibus exprese in compromisso cauetur. *suprà eodem cùm dilecti. & ff. eodem. non distinguemus. §. de officio.* nec ad alias personas, vt in legibus prædictis sic pactum personale non extenditur ad hæredes quandoque. *ff. de pact. idem in duobus. §. personale & l. iurisgentium. §. pactorum.* si alterius partis tantùm hæredis mentio etiam fiat, morte nihilominus soluitur compromissum. vnde, ex vtraque parte debet fieri mentio hæredum, aliàs non transit ad hæredes, vt dicit lex prædicta. *sed & interpellatur. § si ab altera* vnde meliùs diceretur in compromittentium hæredes: & ita soluitur compromissum per mortem alterius compromittentis *3. eod. ex parte.* & per mortem alterius arbitrorum, *suprà de offic. deleg. vno.* Bernardus.

a *Et in iudicio semper succedit, etiamsi nihil sit dictum. l. 2. ff. de præto. stipulatu arbitrio succedit si fuerit dictum: in societate verò non succedat hæres, quamuis in actu succedat. l. nemo potest. ff. pro socio.*

† *Vide l. veteribus. C. de contra. & commit. stipul.*

Finis Libri Primi.

LIBER SECVNDVS.

DE IVDICIIS.

¶ *Suprà dictum est de præparatoriis iudiciorũ: nunc de ipsis iudiciis est videndũ. Vel sic: In proximo præcedenti dictũ est de arbitris, verũ quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.* l. 1. ff. de arbit. ideo de his subdit.

De hac materia rubrica habetur. 2. q. 1. & 5. q. 4. 14. q. 1. 15. q. 7. 16. q. 6. 30. q. vlt. §. his ita. *vsque ad fi. & habetur in Sexto, & in Clem.*

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.

De iudiciis.

¶ Ex concilio Africano. †

¶ *Contumax in non comparendo, vel non respondendo excommunicari potest: beneficio autem priuari non debet. h. d. Abb. Sicu.*

CAP. I.

DE Quoduultdeo [a] Céturiensi Episcopo, quem [b] cũ maduersarius ipsius, cũ petiisset ad conciliũ introduci †, interrogatus [c] an cum eo vellet experiri [d], primò id promiserat, & altera die respondit hoc sibi non placere [e], atque discessit. ¶ Placuit, vt nullus eidem communicet, donec [f] satisfactione præmissa fuerit absolutus. Nam adimi [g] sibi Episcopatum [h] ante causæ eius exitum nulli potest de iure videri.

† *Ex concilio Africano c. 54 refert Burchardus lib. 1. decret. 181. & Ivo. p. 5. c. 297. & c. 1. e. tit. in 1. compil. & vide notas huius c.*

† *Hinc videtur inferri, quod ad valorem citationis oportet, quod fiat auctoritate iudicis, ad instantiam partis.* l. ad peremptorium *& ibi Bar.* ff. eo.

E *Quoduultdeo.*] Potest multipliciter sũmari, secundùm varios intellectus. Et primò sic. Qui promisit nõ declinare iudicẽ, pœnitere nõ potest. Vel ad eũdem intellectum sic, & clarius: Pactum de non declinando iudice alias suo, qui exceptione legitima repelli poterat, est irreuocabile. Diuiditur in tres partes secundùm And. in prima ponitur facti narratio. In secunda iuris dispositio In tertia incidétis quæstionis decisio. Secunda ibi, *Placuit*. Tertia ibi, *Nam*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam impetebat Quoduultdeum epm Centurieñ. petiit illum introduci in concilio Africano: interrogatus fuit, an cum aduersario suo vellet in iudicio experiri: primò id promisit, altera die respondit hoc sibi non placere: atque recessit: petebat aduersarius, vt remoueretur ab epatu: & concilium excommunicauit ipsum: statutum fuit in concilio, quòd nullus eidem Quoduultdeo cõicet, donec satisfactione præstita fuerit absolutus: & sic fuit excõicatus, epatus tñ ante causæ exitum adimi nõ debet. Not. ꝙ ꝓpter contumaciam aliquis est excõicandus: nec debet absolui, nisi satisfecerit, sed in principali causa procedi non debet. Item sine causæ cognitione nullus deponi debet.

a ¶ *De Quoduultdeo.*] Proprium nomen est.

b ¶ *Quem.*] Id est, *qui*, & ponitur casus pro casu. sic 75. *dist. ordinationes. &* 18. *q.* 2. *quidam.* vbi *eos* ponitur pro *hi*.

¶ *Glo. seq. obiicit, & dupliciter soluit, & secundum reprobat.*

c ¶ *Interrogatus.*] Ex superabundanti interrogatur, cũ aliàs ex necessitate tenebatur sub eis respondere: quia iudicium redditur in inuitum *ff. de verb. obl. inter stipulantem.* §. 1. quia omnes causæ tunc in synodo tractabantur: vel forsitan ne posset postea iudicem recusare. 3. *q.* 3. §. *offeratur. supr. de offi. dele. super quæstionum.* §. *nos. &* §. *verum.* nisi aliquid postea de nouo emergat. *supr. de offi. dele. insinuante. ff. de interrogat. de ætate.* §. *ex causa. & ff. de procu. si post datum procuratorem. & de pæn. dist.* 6. *placuit.* sed illa non fuit causa: quia synodum totam non potuit recusare.

d ¶ *Experiri.*] Experiri ponitur hic pro defendere: aliquando tamen ponitur pro agere. *j. de causa poss. & propriè. pastoralis. & nor. j. de senten. & re iudi. c. pen.*

NOuit † ille, qui nihil ignorat: *& infrà.* ¶ Non putet aliquis, quòd iurisdictionem illustris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus, cum ipse iurisdictionē nostram [a] nec velit, nec debeat impedire. Sed cùm Dominus dicat in Euāgelio (Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecū vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testiū stet omne verbum: Quòd si te nō audierit, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus [b], & publicanus.) Et Rex Angliæ sit paratus sufficiēter ostēdere, quòd Rex Francorū peccat [c] in ipsum, & ipse circa eum in correctione processit [d] secundùm regulam Euangelicam, & tādem quia nullo modo profecit, dixit † Ecclesiæ: quomodo nos qui sumus ad regimen vniuersalis Ecclesiæ, superna dispositione vocati, mādatum diuinum possumus nō exaudire, vt non procedamus secundùm formam ipsius? Nisi forsitan ipse coram nobis, vel Legato nostro, sufficientem in cōtrarium rationem ostendat? Non enim intendimus [e] iudicare [f] de feudo, cuius ad ipsum [g] spectat iudicium: nisi fortè iuri communi per speciale priuilegium, vel contrariam consuetudinem [h] aliquid sit detractum: sed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus, & debemus.

¶ Non igitur iniuriosum sibi debet regia dignitas reputare si super hoc Apostolico iudicio se committat, cùm Valentinianus † inclytus imperator, Soffraganeis Mediolanēn. Ecclesiæ dixisse legatur: Talem in pontificali sede constituere procuretis, cui & nos qui gubernamus Imperium, syncere nostra capita submittamus, & eius monita (cùm tanquam homines deliquerimus) suscipiamus necessariò velut medicamenta curantis. Nec sic † illud humillimum omittamos, quod Theodosius † statuit Imperator, & Carolus innouauit: de cuius genere Rex ipse noscitur descendisse. Quicunque [i] videlicet litem habēs siue petitor sue-

NOuit ille.] Quilibet laicus ratione peccati, & maximè periurij vel pacis fractæ, coram iudice Ecclesiastico conuenitur: ita communiter summatur. Diuiditur in tres partes principales. In prima excusat se Papa dicens, quòd non intendit iudicare de feudo, sed de peccato. In secunda ibi, *Non igitur.* ostendit, quòd Rex non debet processum suum ad iniuriam reuocare: & hoc probat diuersis exemplis, & testimoniis scripturarū. In tertia ibi. *Ne ergo* concludit, quòd ipse Papa hoc dissimulare non debet, & concludit sub triplici forma. Abbas.

Casus. Rex [b] Franciæ, & Rex Angliæ super quadam discordia, quam inter se habebant occasione feudi super comitatu Pictauiæ, composuerunt adinuicem: & compositio illa fuit hinc inde iuramēto firmata: tādē Rex Frāciæ nō obstāte iuramēto venit cōtra illā cōpositionē occupādo dictū comitatū: rex Angliæ sæpe monuit illū, vt cōpositionem seruaret, & pacta inita inter eos. sed cùm ille desistere nollet, rex Angliæ denunciauit hoc Ecclesiæ: vnde Dominus Papa intellecta denunciatione illa, quia ille veniebat contra pacem, & pacis fœdera iuramento firmata, cum ad ipsum pertineat corrigere de peccato quemlibet Christianum, scribit D. Papa prælatis Franciæ & imò inducit contra eum illam auctoritatem Euangelij nec tamē propterea in hoc derogare vult in aliquo iurisdictioni illius nec intendit iudicare de feudo, sed decernere de peccato illius. cuius cēsura ad ipsum spectat: nisi per priuilegiu, vel cōtrariā cōsuetudinē iuri cōmuni sit detractū. Tādē ostēdit, quod ipse non dēt sibi iniuriā reputare, exēplo Valētiniani & aliorū imperatorū, ostendendo quod ad ipsū pertinet corrigere quēlibet de peccato, & pacis fœdera reformare. vñ committit causā istam cuidā abbati, qui de plano de quer monita illa cognoscat. quòd si rex Franciæ humiliter non acquieuerit, præcepit cuidā legato, quod ipse procedat in negotio secundùm formam sibi traditam. Bernard. Not. quod Papa nō debet aliorum iura perturbare, nec econtra: cum iurisdictio sit distincta. Item admonitio Euangelica debet præcedere causam, & denunciationem. Item quæstio feudi ad dominum feudi pertinet, nisi consuetudo præiudicet, vel priuilegium: & ita cōsuetudo derogat iuri. Item ad Papam pertinet corrigere quemlibet de peccato. Item in iudicio non est personarum distinctio attendenda, sed ita magnum iudicabis vt paruum. Item ad Ecclesiam spectat pacem seruare. Itē cōtra denunciationem admittitur exceptio. Ab.

b Hic casus Bernardi est & in antiquis exemplaribus inuenitur.

¶ Gl. seq. per hoc probat Papam non habere vtrunque gladium. alleg. 6. iura: secundo tenet contrarium: tertio remittit.

a ¶ *Iurisdictionem nostram.*] Per hoc quod dicitur hic, patet, quòd Ecclesia, vel Papa, non habet vtrūque gladiū. 96. dist. cùm ad verum. & ī. de app. si duobus. & ī. qui filij sint legi. causa qua. Imperium enim, & sacerdotium ab eodem principio processerunt. in Authen. quomodo opor. episc. in princ. coll. 1. non ergo de temporali iurisdictione debet intromittere se Papa, nisi in subsidium, scilicet cum iudex secularis negligens est, vel cum vacat imperium. ī. eod. prox. licet. & seq. Sed videtur, quod Papa maior sit imperatore. 96. dist. duo sunt. & ī. de maio. & obe. solitæ. nam iura cœlestis imperij, & terreni Petro cōmissa à Deo sūt. 21. dist. c.1. ipse enim vtrumque gladium habuit, vt dicit Euangelista. [d] *Ecce duo gladij sunt hic*: quam potestatem suis successoribus transmisit. 40. dist. c.1. verùm executionem gladij temporalis imperatoribus & regibus commisit Ecclesia, & tamen iurisdictionem causarum ciuilium aliquādo per sacerdotes exercuit. 11. q. 1. relatum. quædam enim possumus aliis committere, quæ tamen nobis non possumus retinere. arg. sup. de instit. c. vlt. nec debet quotiens episcopus sibi retinere, quod debet aliis dare 12. q.2. quatuor & melius. 1. q. 1. te quidem. De hac materia habes. ī. qui filij sint legi. causam.

c De materia huius glossæ tene, quod declarantis Bonifacius octauus in extrauag. Vnam sanctam. & vide de Turrecremata in sum. de ecclesia l.2. c. 113. & 114.

† hoc narrat Cassiodorus in histripar. l. 7. c. 8 refert Gratianus in c. Valentinianus. 63. dist.

† Dictio, sic, deest in antiquis: sed videto moderniores loci.

† Hoc habes in C. Theodosiano l. 6. 11. L. quotiens. & refert Gratianus in c. quicunque. 11. q. 1.

d Luca c. 22.

b ¶ *Ethnicus*] 45. dist. sed illud. 24. q. 1. omnibus. ī. de iureiuran. quemadmodum.

c ¶ *Peccat in ipsum.*] Id est, offendit, vel lædit eum. aliter accipitur peccare in aliquem in auctoritate illa, *Si peccauerit*, &c.

d ¶ *Processit.*] Illum admonendo vt seruaret fœdera pacis: aliàs denuncians non auditur, nisi admonitione præmissa. ī. de accusa. cum dilectus cum suis concordantiis.

e ¶ *Non enim intendimus.*] Responsio tacitæ quæstionis.

f ¶ *Iudicare de feudo*] Directè scilicet, sed tantum ratione peccati, & inducendo ad pœnitentiam. 6. q. 1 illi qui. & 22. q. 1 prædicandum & 23. q. 4. ecce. & sic per consequentiam cognitio restituere feudum arg. 14. q. 6. si res aliena. Qualiter quæstio feudi tractari debeat, dicitur ī. eo cæterum.

g ¶ *Ad ipsum.*] Sed quando quæstio est de feudo inter vasallos, tunc iudicium pertinet ad dominum feudi. De hac materia no. ī. eod. cæterum.

h ¶ *Consuetudinem.*] Not. quòd consuetudo parificatur priuilegio. 9. q. 3 conquestus. & 63. dist. quia sancta & 64. dist. quia per ambitiones. Item patet hic, quod consuetudo dat iurisdictionem. ī. de arb. dilecti. & C. de eman. l. 1. & vlt. & 63. dist. quia sancta. gl. Et quòd consuetudo iuri communi præiudicet, habes hic.

c de materia huius gl. vide plene per de

¶ Gl. seq. ponit obiectionē ipsius soluentis & quæ dicta sunt remittit. in §

i ¶ *Quicunque.*] Sed cum hæc lex sit abrogata, & sic nunc vacet. Inst. de recitator, & auditor. C. de vete. iur. enucle l. vlt. § hæc omnia igitur ordo.

vt qui

vt quid membranam occupat 19. *dist. si Romanorum.* Resp. licèt lex etiam sublata, notitia tamen ipsius necessaria est. vt 7. *dist. fineuum.* vt ostendat, quantam dilectionem habuit promulgator legis erga sacerdotium: & ratio eius durat, licèt ius ciuile destruatur *ff de cap. dimi. l. eas.* Itē est ar. quòd Ecclesia potest inducere legē, cum pro ipsa facit. sed eam contra se recipere non tenetur 10. *dist. lege.* legem istā habe 1. q. 1. *quicunque.*

a ¶ *Cum sermone.*] ī. *de in integ. rest. c. cum ex literis.*

b ¶ *Ex Deo*] Similiter imperium a fil Deo est. 23. q. 4. *quaesitum &* 43. *dist. lit rector.*

c ¶ *Corripere.*] Talem indirectè. 2. q. 1. *multi.* *Vers. si quis frater.* &c. *Arg. contra. ff. de peti. haered. haereditas. in fine.* Quandoque tamen aliquis malum facit, nō tamen punitur; immò remuneratur: vt ille qui colligit oliuam immaturam animo nō dandi damnum, & non tenetur Aquilia. *ff ad l. Aquil. l. si seruum seruū. § si oliuam.*

ADDITIO. Si colligit immaturam tenetur l. Aquilia. si maturam, tunc Dominus, cui colliges, expensis donasse videtur, cum remuneret, secundum Host. Aquilia respicit damnum, nec illi legi locus est, vbi damnum datum non est. Ioan. And.

d ¶ *Cum regibus.*] ī. *de offi. deleg. sane. & c. pastoralis & 12. q. 2. si qua de rebus. & 18. ar. si episcopus. & 24. q. 1. contra pacem.*

e ¶ *Ita magnum.*] vt 3. q. 9. c. vlt.

f ¶ *Pacem.*] Ad ecclesiam enim spectat pacem seruare, & obseruari facere. ī. *de treu. & pa. c. 1. & 24. q. 3. si quis Romipetas. &c. patermarum.*

g ¶ *Non est dubium.*] 22. q. 1. *omne quod. & c. praedicandum. arg. 93. dist diacons.*

h ¶ *De plano.*] Non in forma iudicij, sed in modum denunciationis. sic 2. q. 3. c. *si quem. §. abolitio.* Vel *de plano.* id est, sine strepitu iudiciorum. ī *de acc. olim. & c. sicut.*

i ¶ *Eius exceptio.*] Sic ergo contra denunciationem admittitur exceptio. ī. *de spon. impu. ad dissoluendum.* quod verum est, si obijciatur, quod sit criminosus & hæc siue prosequatur iniuriam suam, siue non: cùm in modum denunciationis agitur, repellitur prætextu criminis quia tunc agit quasi quilibet extraneus: qualiter enim moueretur bono zelo ad correctionem alterius, qui nondum est correctus? 3. q. 7. *qui sine. & ead. qu. c. infames. §. porrò in si. & c iudicet.* & 1 q. 1 *multi.* & 25. *dist. c. vlt.* & 31. q. 6. *episcopus in synodo. &* ī. *de testi. cogen praeterea &* ī. *de respon. cum in tua.* De hac materia dicitur 2. q. 1. *si peccauerit.*

PAstoralis.] Primò statuit: secundò à statuto vnum casum excipit ibi, *Nisi* Abb. Sic.

CASVS. Principales personæ ipsum factum per seipsas proponere debent, nisi fuerint ita indiscretæ, vt earum defectus per aliquos suppleatur. Not quod in iudicio principalis persona debet per seipsum factum proponere. Item iudex potest supplere defectum partis.

¶ *Gl. seq. inducit duas leges ad continuandū textū, ponit deinde decem casus, quibus per alium respondet, qui per se patens.*

k ¶ *Factum proponant.*] Et per seipsos respondeant, & non per alios. *ff de interrog. act. qui seruum §. vlt. & C. de iure. cal. Auth. principales.* nisi vbi tenentur ratione officij *ff. de procu. non solū.* Item vniuersitas per alium rūdet. 12. q. 2. *qui manumittitur & ff. quod cu. vniuersi. l. 1. §. quibus. & l. item eorū. §. actor.* Item excommunicatus per alium debet respondere. *supr. tneas com- eod. intelleximus.* Item petentes, vel & episcopus. 5. q. 3. *quia saltem, & vel episcopi.* Item illustres. *Cod. de proc. l penult.* & indiscretæ personæ: vt hic & minores. *supra de ata. & qualit, ex ratione. Cod. de aucto. praestan. clarum.* Item furiosi, prodigi, & mulier luxuriosa *ff. de cura. furio l & mulieres.* Bernardus.

† corrigere.

Deut. 8.

† Concor. l. hos acc - fore. in fin. de accu. & 2 in multis. cum no. ff. de sta.

† Hac Ver- ba, ab errore ad veritatem. desunt in manu scriptis: sūt in antiqua compilatione.

† Vox, pro- prio, deest in antiquis.

† Qua tamē seruata vsque ad praefixum terminum non fuerunt.

rit, siue reus, siue in initio litis, vel decursis tēporum curriculis, siue cum negotiū peroratur, siue cùm iam cœperit promi sētētia: si iudicium elegerit sacrosanctæ sedis Antistitis, illicò sine aliqua dubitatione (etiamsi pars alia refragetur) ad Episcoporum iudicium cum sermone[a] litigantium dirigatur. ¶ Cum enim non humanæ constitutioni, sed diuinæ potius innitamur: quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo[b], nullus qui sit sanæ mentis ignorat, quin ad officium nostrū spectet de quocunque mortali peccato corripere[c] † quemlibet Christianum: & si correctionem contempserit, per districtionem Ecclesiasticam coërcere. Sed forsan dicetur, quòd aliter cum Regibus[d], & aliter cum aliis est agendum. Cæterum scriptum nouimus in lege diuina: Ita magnum[e] iudicabis vt paruum: nec erit apud te acceptio personarum †: *& infra.* ¶ Licèt autem hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccató, vt peccatorem reuocemus à vitio ad virtutem, (ab † errore ad veritatem,) præcipuè cū contra pacem[f] peccatur, quæ est vinculum charitatis. Postremò cùm inter Reges ipsos reformata fuerint pacis fœdera, & vtrinque præstito proprio † iuramento firmata: quæ † tamen vsque ad tempus prætaxatum seruata non fuerint: nunquid non poterimus de iuramenti religione cognoscere, quod ad iudicium Ecclesiæ, non est dubium[g] pertinere, vt rupta pacis fœdera reformentur? Ne igitur tamen discordiam videamur sub dissimulatione fouere, prædicto Legato dedimus in præceptis, vt (nisi Rex ipse, vel † solidam pacem cum prædicto Rege reformet, vel saltem humiliter patiatur, vt idem Abbas, & Archiepiscopus Bituriceñ. de plano[h] cognoscant, vtrum iusta sit querimonia, quam contra eum proponit corā Ecclesia Rex Anglorū, vel eius exceptio[i] sit legitima, quam contra eum per suas nobis literas duxit exprimendam) iuxta formam sibi datam à nobis, procedere non omittat †.

¶ Idem Episcopo Heliensi.

¶ *Principalis persona per se, non per Aduocatum debet factum proponere in iudicio, nisi sit indiscreta.*

CAP. XIIII.

PAstoralis, *& infrà.* ¶ Statuimus præterea, vt principales personæ, non per Aduocatos, sed per seipsas factum[k] † proponant: Nisi fortè sit adeò indiscreta, vt earum defectus, de Iudicis licentia per alios suppleatur.

¶ Idem nobili viro Matthæo de Ripa-na †.

¶ *Si actio, & intentio sunt ineptæ, vel sola intentio, dēt reus absolui ab instantia iudicij: iterum tamen actor audietur: si aptè egerit. h. d. quoad intellectum.*

CAP. XV.

EXaminata † causa, quæ vertitur inter te, & milites Cāpaniæ †: *& infrà.* ¶ Actionem, quam super iure patronatus eiusdē Ecclesiæ cōtra præfatos milites intentabas, incongruētem cognouimus †, & ineptā. Quia cū testes induxeris ad probandum, quòd quando præfatus A. vicedominus Ecclesiam eandem tanquam sequestratam[l] accepit, tu ius

EXaminata.] Si actor ineptam actionem proponit, reus absoluitur ab instantia iudicij. Si postea aptam proponit, reus rndere cogitur, ita communiter summatur. Diuiditur in quatuor partes. In prima pronunciationis ratio. In secunda ipsius rationis declaratio, ibi. *Quia.* In tertia pronunciatio ibi, *Vnde.* In quarta protestatio ibi, *Ita tamen.* Abb. Sic.

CASVS. Inter nobilem virum M. de Riparia, & quosdam milites de Campania vertebatur quæstio super iure patronatus Ecclesiæ sācti Angeli: de communi concordia sequestrata fuit ecclesia illa apud vicedominum Sabiñ. tandem idem M. intentauit actionem suam contra milites illos, vendicando ab eis ius patronatus ipsius Ecclesiæ: lite cont st. testes induxit ad probandum, quod ipse ius patronatus ipsius Ecclesię possidebat, qñ vicedominus Sabiñ. eandem tanquam sequestratam accepit: causa ista delata fuit ad Dominum Papam, & ipse diligenter examinata causa prædicta, actionem, quam intentauit contra milites prædictos super iure patronatus ipsius ecclesiæ, incongruentem, & ineptam inuenit, quia cum testes induxerit ad probandum, quòd ipse ius patronatus ipsius Ecclesiæ possidebat, quando dictus vicedominus eandem tanquam sequestratam accepit, apparet, quod nec rei vendicationem intentare, nec ipsius restitutionem poterat postulare. Vnde Papa pronunciauit intentionem ipsius nobilis non tenere, absoluendo milites ab eadem: tamen si congruentem, & aptam voluerit proponere actionem, respondere sibi nihilominus teneantur. Nota, quod causa iuris patronatus coram iudice ecclesiastico debet tractari. Item ei qui possidet, non competit rei vendicatio, nec restitutio: & ideo quia iste possidebat ius patronatus, quando sequestrata fuit Ecclesia, non competebat ei rei vindicatio. Item cùm libellus ineptè concipitur, reus ab instantia iudicij absoluitur, & si postea congruè reformetur, nihilominus reus tenetur respondere. Item in hac decret. videtur, quòd actio secundum canones sit proponenda.

l ¶ *Sequestratam.*] Sequester appellatur ille, apud quē res in singulum

† In antiquis ita: vel trengas

† Vide l. eā quidem. C. de accus. & l. diuus. ff. de cust. & exhib. reo.

† In aliquot antiquis ita: factum suum.

† Romariā.

† Cap. 5. ti. de confir. vtili, in 5. compilatio.

† Campaneses.

† Vide l. cum precum. C. de lib. cau. & l. item apud Labeonem. §. si quis libello. ff. de iniur.

patronatus ipsius Ecclesiæ possidebas [a]: profectò nec rei vendicationem intentare, nec ipsius restitutionem poteras postulare. Vnde intentionem tuam in hac parte pronunciauimus non tenere [b], absoluentes eosdem milites ab eadem. Ita tamẽ quod si congruentem, & aptam intentare volueris actionem, respondere tibi nihilominus teneantur.

¶ Idem magistro, & fratribus militiæ templi in Italia constitutis.

¶ *Præceptores templi pro domibus suis agere, & defendere possunt; nec obstat eis regio, vel quod ignota sit eorum origo.*

CAP. XVI.

CVm deputari: *& infrà.*

¶ Accepimus, quòd quidam tam sæculares, quàm Ecclesiastici Iudices, illos, quos habetis in domibus vestris, præceptores, in causis ad prosequendam suam iustitiam non admittunt, tanquam licitum non sit eis, super litigiosis negotiis curam agere, qui pacificis decreuerunt studiis inhærere: illud allegantes in repulsionem ipsorum, quòd eorũ ipsis generatio non est nota: qui vndecunque venerint gratia diuina vocati, dummodo laudabiliter [c] exequantur officium sui ordinis, ex superabundanti requiritur suæ notio nationis [d].

¶ Ne quis igitur in prosecutione causarum, præceptores eosdem, ab agendo, vel respondẽdo occasione huiusmodi repellat, auctoritate † Apostolica inhibemus.

¶ Idem Vercellẽn. Episcopo, & Abbati de Toleto.

¶ *Prælati debent Laicis de Clericis, (appellatione frustratoria nõ obstãte) iustitiam facere, ad sæculare tamen forum Clerici à Laicis trahi non debent: etiam data ipsorum Prælatorum negligentia.*

CAP. XVII.

QValiter, & quando: *& infrà.*

¶ Præcipiatis ex parte nostra Prælatis, vt Laici de Clericis conquerentibus, plenam † faciant iustitiam exhiberi: Non obstantibus appellationibus [e] frustratoriis, quas in eorum grauamen Clerici frequenter opponunt: Ne † pro defectu iustitiæ, Clerici trahãtur à Laicis ad iudiciũ sęculare: quod omnino fieri prohibemus [f].

---

gium deducta, communiter à litigatoribus deponitur: & huiusmodi depositio non potest fieri, nisi à pluribus, quamuis aliàs & vnus, & plures deponere possint. ff. deposi. licet.

¶ *Gl. seq. dat duplicem lecturam, quarum vtraque concludit contra actorem: ponit deinde duplex remedium, quo vti poterat actor, scilicet depositi contra sequestrum, vel negatoria contra reos.*

a ¶ *Possidebas.*] Si ita intelligitur litera ista, quòd iste dicebat se possedisse, antequam deponeretur apud sequestrum, & cum sequestrata fuit, tunc planum est, quod hic dicit, quia tunc habetur pro possessore, nisi ea mente deposuisset Ecclesiam apud sequestrum, vt ipsum sequestrum constitueret possessorem potiùs, quàm custodẽ. *ff. de acqui. poss. interesse puto. ff. deposi. l. licèt.* §. 1. vnde non poterat intentare rei vendi. cõtra illos milites; nec interdictum possessorium, cum ipse possideret; possessori enim non datur rei vendicatio. *Inst. de act.* §. 1. *& C. de alie. iudi. mut. cau. fac. l. vnica.* Si verò dicebat se possidere, postquam deposuerat rem apud sequestrum, sed ipsum posuit custodem: tunc adhuc dicitur possessor, aliàs non: *vt ff. depositi l. licet.* §. 1. & ideo nullo modo agere poterat rei ven. nec interdicto possessorio contra milites, sed contra sequestrum poterat agere depositi. *ff. deposi. ei apud.* §. 1. *argum. ff. de pecu. l. depositi. 2. resp. & ff. de priuile. credi. si venteri.* §. 2. *in fi. & Cod. de vsur. acceptam. in fin.* Quandoque tamen rei vendicatio datur possidenti: nam à depositario, vel à commodatario possum rem vendicare, licèt ego rem illam possideam: & hoc dicitur fieri ratione detentionis. *ff. de rei vend. officium ad fi.* Et confessoria similiter datur possidenti, ne inquietetur. *ff. si ser. vēn. si forte.* §. 1. *& l. sicuti.* §. *sed si quaritur.* & hoc cùm est in quasi possessione seruitutis: ne vicinus altiùs tollat domum suam, si ille vult altiùs ædificare, tunc per confessoriam ille potest prohibere vicinum ædificare: vt dicitur in *l. si fortè. & l. sicuti.* §. *sed si quaritur.* Et confessoria datur etiam ei, qui non possidet, & contendit sibi seruitutem deberi. *ff. si seru. vindic. l. 2.* Negatoria datur domino, qui negat alium habere seruitutem, vt in l. prædicta. Isto modo debuit agere miles iste, negando milites illos habere ius in ecclesia, petendo ne inquietarent eum super iure patronatus. & de istis duabus habes. j. *de cau. possess. cum Ecclesia.*

¶ *Glo. seq. habet duo dicta. Primum distinguit: & secundum facit tria argumenta: duas opiniones ponit, & remittit.*

b ¶ *Non tenere.*] Cum enim inepta proponitur actio, iudex non debet statim illam corrigere, si est dubia: quia licèt debeat supplere de iure, de facto tamen supplere non debet [a], sed debet absoluere reum, cùm postea perpenderit eam ineptam ex probationibus: vt hic, & *ff. si men. fal. mod. dixe. l. 1. & infrà. de dona. inter dilectos. & infrà de restitutione spol. cùm ad sedem.* Si verò manifestè cognoscit, quòd sit inepta, statim eam reiiciat iudex, vel assessor. *supr. eodem causam. ff. de assessoribus. l. 1. & infr. de desponsa. impu. ad dissoluendum. supr. de elect. constitutis.* Itẽ ex hoc loco videtur, quòd actio secundum canones sit proponẽda. *arg. j. de inu. pet. c. 1. contra ī. eo. dilectis.* vbi de hoc. Dicunt tamen quidam, quod in spiritualibus causis actor non tenetur proponere actionem: vt sic intelligantur iura, quæ dicunt actionem non esse proponendam: in ciuilibus verò tenetur. Ioan. dixit, quòd secundum canones non tenetur quis proponere actionem, quæ magnam requirit subtilitatem, sed leuem, sicut est rei vendicatio, locati, depositi. vtrùm huiusmodi leues teneatur nominare, dicas, vt dictum est ī. 8. *eod. dilectis.*

a *De hoc vide Host. & alios, supra. c. 3. de postu.*

CVm deputari.] Duo facit. Primò punit iniuriam, quæ inferebatur præceptoribus templi. Secundò eam deinceps inhibet fieri ibi, *Ne quis.* Abbas.

CASVS. Magister, & fratres militiæ templi in Italia constituti, habent quosdam in domibus suis, quos appellant præceptores. Iudices tam clerici, quam sæculares, non admittebant eos in causis pro sua iustitia prosequendis, illud allegantes in repulsione ipsorum, quòd eis eorum generatio non est nota. significatum fuit hoc domino Papæ. Vnde prohibet auctoritate Apostolica, ne aliquis huiusmodi præceptores in prosecutione causarum, hac occasione ab agendo, & respõdendo repellat. Not. quòd quilibet præsumitur idoneus, nisi probetur indignus.

c ¶ *Laudabiliter exequantur.*] Et sic propter industriam, & probitatem luebant pœnã. *C. deposi. l. vlt.*

¶ *Gloss. seq. ponit duas causas dubitandi, & tres decidendi.*

d ¶ *Nationis.*] Fortè ideo quærebant isti de natione istorum, vt sciretur de fama ipsorum. nam infames consueuerunt fugere loca nationis suæ. 19. q. 2. *duæ sũt. arg. ad hoc. supr. de cleri. peregri. tua.* & infamis non potest esse procurator, vel iudex. 3. q. 7. c. 1. *& c. infames.* §. *sunt autem.* vel ideo quærebatur, vt sciretur an esset serui: quia seruus in iudicio stare nõ potest. [b] *C. de iudi. seruus.* nisi in casibus. 11. *de iudi. vix certis ex causis.* Sed spretis his præsumit ius quemlibet esse dignum: nisi probetur contrarium: suprà de seru. c. vni. & infrà de præsum. dudum, & præsumitur quilibet liber ex quo apparet in possessione libertatis. 3. q. 7. *c. infamis.* §. *tria. ver. veruntamen si seruus. in fi. & ff. de off. præto. Barbarius.* simile. *infrà de inst. ad decorem.* Vel dic, quòd in eo ipso quòd deputauerunt se obsequio Iesu Christi, omnis tollitur irregularitas, si qua fuit. *argu.* 19. *quæst. vlt. non licèt. in Auth. de mo. in princip. coll. 1.* ideoque non sunt repellendi: quia legitimæ personæ præsumuntur. 11. q. 3. *eorum. ff. de proba. verius. & l. 1.*

† *In aliquot antiquis vita auctoritate præsentium inhibemus.*

† *Plenarium.*

b *Nisi probetur liber.* 3. q. 7. §. *tria.* l. Barbarius. ff. de offic. præ. & l. 1. C.

† *Concilium Carthagin.* 3. c. 9. & concil. Toletan. 3. c. 13.

QValiter. & quando.] Iudices ecclesiasti debent de clericis laicis iustitiam facere. sic communiter summatur, & secundùm hanc summationem ista decret. est de indubio. *ff. ad municip. l. 1.* Et tria facit, primò præcipit: secundò impedimentum remouet. ibi. *Non obstantibus*: tertiò grauamen suspicatur, & prohibetur ibi. *Ne pro defectu.* Abbas.

CASVS. Præcipit Papa prælatis Ecclesiarum, vt laicis conquerentibus de clericis, plenam iustitiam faciant, non obstantibus appellationibus frustratoriis, quas clerici contra laicos frequenter opponunt. ne pro defectu iustitiæ clerici trahantur a laicis ad iudicium sæculare, quod omnino prohibet fieri. Not. quòd nemini est iustitia deneganda. Item arg. quòd in defectum iustitiæ clerici ad iudicium sæculare trahi possunt: sic econtra, propter defectum iustitiæ iudicis sæcularis, Ecclesia potest se intromittere. infrà de fo. competen. licèt. & c. ex tenore.

e ¶ *Appellationibus.*] Quæ ipso iure non tenent. j. *de appella. pastorales.* 2. *resp. & c. vt debitus.*

¶ *Glo. seq. fortificat textum, quo dicitur, quòd inuiti non trahuntur: nec mirum, quia etiam volentes: &c. & de consensu episcopi, & remittit: dicit vltimo contrarium esse in casu conuerso.*

f ¶ *Prohibemus.*] Immò & si velint, non possunt laicum suum iudicem constituere: *infrà tit. prox. si diligenti. & c. significasti.* 11. q. 1. *molista. & c. placuit.* Et videtur, quòd etiam de consensu episcopi non possit. & puto illud verum infrà tit. prox. significasti. licèt iura antiqua contrarium innuere videantur, vt dicitur. Sed econuerso laici trahuntur ad forum ecclesiasticum propter desidiam iudicis sæcularis. *infrà tit. prox. licet. & c. seq. & c. ex transmissa.*

Causam.

ij. Causam,quæ.] Iudex habens consimilem causam, à iudicio remouetur. Primo recitat delegationem causæ. Secundò causam remotionis vnius delegati, & alium subrogat ibi, *Quia verò*. Abb. Sic.

Casus. Inter abbatem, & conuentum Vindoñ. & archidiaconum Carnoteñ. super quibusdã procurationibus quæstio vertebatur: causa super hoc commissa fuit archid. Parisieñ. & quibusdam aliis: Sed quia archid. Parisieñ. similem ferè causam habebat parti alteri nimis fauorabilis videbatur: loco ipsius Archidiaconi subrogauit quendam decanum, mandans vt non obstantibus prioribus literis, procedant in causa præuia ratione. Not. quòd cùm iudex habet similem causam causæ sibi commissæ, pôt & debet remoueri, & alter subrogari, cùm propter eam suam similẽ nimis fauorabilis videtur alteri parti.

† In aliquot antiquis sta: Idem Parisiensi Episcopo, & decano.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cõpilatione.

† Vinton.

¶ Idem †.

¶ *Iudex habẽs vt priuatus penè cõsimilẽ causam, quã habet vt iudex à iudicando remouetur. Hoc dicit.*

CAP. XVIII.

ij. Causam †, quæ inter Abbatem, & Conuentum Vindoñ: † a & Archidiaconum Carnoteñ. super quibusdam procurationibus, vertitur: vobis, & Archidiacono Parisieñ. meminimus commisisse: *& infrà*. Quia verò cùm eundem Archidiaconum similis penè a causa contingat, nimis fauorabilis parti alteri videretur †, nos te, fili Decane, loco ipsius Archidiaconi subrogantes b: Mandamus, quatenus (non obstantibus prioribus literis) in † causa ratione præuia procedatis.

¶ Hono. † iij. Archidia. Remensi, & Decano † Crimensi Colõ ñ. diœce.

¶ *Si Iudices de principali, & exceptionibus præiudicialibus simul cognoscunt, vel super principali lite non contestata testes recipiunt, licitè ab eis appellatur.*

CAP. XIX.

Exhibita nobis R. Virdunensis † electi petitio declarauit quòd cum super facto electionis suæ, H. Archidiaconi, ac quorũdã Canonicorum Virduñ. aduersariorum suorũ procuratores ad nostram audientiam † accessissent, Parisiensi Episcopo, & coniudicibus suis, sub certa forma literas nostras direximus inter alia continentes, vt vocatis, qui forẽt euocandi c, super propositis & aliis negotium contingentibus d, inquirerent e veritatem: *& infrà*. ¶ Cùm autem idem electus quibusdam ex his, qui contra eum agebant, cõspirationem f, & à quibusdam excommunicationem g, in modũ exceptionis obiiceret, se id offerẽs probaturum, præfati Iudices interlocuti fuerũt, quòd de his, & principali negotio simul inquirerẽt: nolẽtes, quasi nõ Iudices, sed Inquisitores existerent, super dictis exceptionibus ipsius electi probationes admittere: sed peruertendo h iuris ordinem, de præmissis exceptionibus & principali negotio pariter per se inquirere intendentes, & procedentes etiam ad receptionem testium, lite nondum super eodem negotio contestata i: quare prænominatus electus nostram audientiam appellauit: *& infrà*. ¶ Quia verò non in modum inquisitionis, sed commissionis

¶ *Glo. seq. repetẽs textũ illũ fortificat: & duo similia: quia scilicet similitudo causæ, vel morbi repellit testem, & exceptiõẽ. Dicit deinde similitudinẽ non extendendam: præterea ponit literam lo. quam fortificat. Finis patet.*

† Vide l. litigatores. ff. de arbi.

† Alias desunt hæc verba in causa aliqui ita: in negotio.

† In omnibus verstis — Archid. Remen.

† Et decano Beriomen. Alias decano Bruomen.

† Bononien.

† Bituricen.

† Virdunensis.

a In hoc est simile: quia hi simili morbo laborantes repelluntur etiam ab exceptione. Io. And.

a ¶ *Similis penè causa*.] Et ita videtur, quòd iudex qui habet consimilem cam causæ sibi commissæ, possit recusari, ex eo quod dicit, nimis fauorabilis, &c. quod est mirabile, vt ex eo nascatur suspicio. Vnde si aliquis ageret de iure exemptionis coram aliquo iudice, qui in simili causa laborat, iudex ille de facili sñiaret pro illo. Simile est in teste, qui habet consimilem causam: quia ille non debet admitti in testem propter huiusmodi suspicionem, nec de facili testificaretur pro illo. ĩ. *de testibus. personas.* & qui cõsimili morbo laborant, non sunt admittendi in testimonium: vt 4. q. 3. c. *si testes. §. liberi. & c. testes sim.* ĩ. *de excep. cùm ecclesiastica.* Nõ tamen extendas hanc similitudinem ad omnes causas. nam si iudex habeat causam decimarum, & alia causa, putà iurispatronatus, vel electionis ei committatur, illud ei non nocet. Vel etiam, vt dicit Io. bene possum petere Ecclesiam, vel aliud corã iudice, qui habet consimilem causam. Vel hæc causa non videtur sufficiens ad recusandum iudicem licèt sit sufficiens ad subrogandum, nec dicitur, quòd causa ista sufficiat ad recusandum iudicem, licèt sit sufficiens ad subrogandum: cum enim plures iudices dati sunt ad petitionẽ alterius partis, sine qualibet tali suspicione, vel cõsimili remouetur aliquis illorũ, & alter subrogatur: vt causa sine suspicione procedat. frequenter hoc contingit, vel dic, quod priùs dixi est.

b ¶ *Subrogantes.*] Sic propter suspicionẽ dominationis alius subrogatur. ŝ. *de offi. deleg. causam quæ.* Item si necessarium sit iudex in testem remouetur, & alter subrogatur. ĩ. *de testib. dilecto.*

Exhibita.] In prima ponitur appellantis petitio. In secunda appellationis commissio. Secunda ibi, *Quia verò*. Abbas.

Casus. Vacante Ecclesia Virdun. electus est quidam R. nomine. contra istũ electũ H. archidiaconus, & quidam alij canonici Virduneñ. se opponentes, impetrauerunt literas contra ipsum ad episcopũ Parisieñ. & cõiudices suos sub hac forma: vt vocatis, qui forent vocandi, veritatẽ inquirerent super iis, quæ proposita fuerant, & aliis negotiis contingentibus partibus coram iudicibus constitutis, prædictus electus quibusdam ex illis, qui contra ipsum agebant in modum exceptionis obiecit conspirationem, & quibusdam excõmunicationẽ, se illa offerẽs probaturum. Iudices interlocuti fuerũt, quòd de huiusmodi exceptionibus, & negotio principali simul inquirerent, volẽtes admittere reprobationes super prædictis exceptionibus, quasi nõ essent iudices, sed inquisitores: & iuris ordinẽ peruertendo, simul cœperunt inquirere de exceptionibus. & negotio principali: & testes super eodẽ receperũt lite non contestata: vnde dictus electus ad sedem Apost. appellauit: omnia ista dictus electus domino Papæ significauit, vnde mandat quibusdam iudicibus, quòd cum non in modum inquisitionis, sed commissionis negotium extitit delegatum, quatenus si ex dictis grauaminibus, vel aliquo ipsorum constiterit appellatum, reuocato in irritum quicquid post appellationem huiusmodi inuenerint esse factum in causa ipsa iuxta continentiã priorum literarum procedant præuia ratione. No. quòd in causa electionis omnes vocãdi sunt quos ipsum negotium tangit, & de omnibus negotium contingentibus inquirendum est. Item cõspiratores non admittuntur contra electum tanquam inimici, vel excõicati: quia ab agẽdo sunt exclusi. Item exceptio peremptoria: vt conspiratio ante litem contesta. debet admitti: quia est præiudicialis. Item de exceptionibus, & negotio principali, cõtra iuris ordinem simul ex cognosci non debet, sed de illis primò cognoscendum est, quæ sui natura procedunt.

† præsentiam.

c ¶ *Euocandi.*] Omnes enim euocandi sunt, quos negotium tangit. ŝ. *de tempo. ord. si archiepiscopus.* & 66. *dist. archiepiscopus.* & 8. q. 1. *licet ergo.* & *ff. de adop. nam diuus.* & *ff. de mino. in causa. §. causa. C. de auct. præst. l. fin.*

d ¶ *Negotiũ contingentibus.*] Contingẽtia ipsam electionem, putà meritis electi, & studiis eligentium, & de zelo, & an aliquid simoniacæ prauitatis interuenisset. *supra de elect. scriptum est. & c. super eo.* & *infra de excep. denique. in fi.*

e ¶ *Inquirerent.*] Ex hoc verbo visum fuit iudicibus, quòd in modũ inquisitionis deberent procedere, & non in forma iudicij & ita *lit. non contest.* poterant procedere propter contumaciam alterius partis. ĩ. *vt lit. non contestat. quoniam frequenter. §. sunt & alij.* & ĩ. *de accu. qualiter & quando. § debet.* Sed extraneũ, cùm forma illa non fuisset in modum inquisitionis commissa, sed in modum iudicij b mera inquisitio non committitur in tali casu: quia inquisitio fit super excessibus, & inquisitor debet accedere ad locum. 2. q. 1. *Deus omnipotens.* & ĩ. *de simo. licèt Hely.*

f ¶ *Conspirationem.*] Quod si verum fuisset, repellendi erant, nec audiendi contra electum: quia quasi inimici, & ex odio hoc facere præsumuntur: vnde ab agendo sunt repellendi, sicut à denũciatione, seu inquisitione ĩ. *de accu. cum oporteat.* & ŝ *eo. nonne. in fi.* nec tales ad testimonium sunt admittendi. ĩ. *de simo. licèt Hely.* & *c. per tuas.* conspiratio enim grauissimum crimen est, ita vt accusatum à proprio gradu repellat. 11. q. 1. *coniurationum.* & *c. sequentibus.*

b Quid colligitur ex eo, quod dicit textus vocatis, qui forent euocandi. de quo vide Specul. tit. de inquisit. §. 1. vers. quid si in litera.

g ¶ *Excommunicationem.*] Exceptio excõmunicationis repellit ab agendo: & quia isti agebant contra electum, talis exceptio admittenda fuit: quia excommunicati audiendi non sunt. ĩ. *de sent. excom. per tuas.* & *c. si verò.* ĩ. *de hære. excommunicamus. §. credentes.* Sed cùm electus petit confirmationem agendo contra ipsos, qui se sibi opponunt, si opponant aliquid electo in modum exceptionis ad defensionẽ ecclesiæ suæ, contra illos nõ admittitur replicatio excommunicationis: quia & si constet illos esse excommunicatos, non repellerentur à defensione. ĩ. *de excep. dilectis.* quia à defensione nullus excommunicatus repellitur ĩ. *de excep. in tribus. Gl. c.*

h ¶ *Peruertendo.*] Vnde non valuit quod fecerunt: quia fines mandati seruandi sunt. *supra de rescrip. cùm dilecta.* & *supra de offi. deleg. Venerabilis.* immò & si verba rescripti viderentur esse derogantia contra ordinem iuris, tamen non debet recedi à iure. ŝ. *de rescrip. causam quæ.*

i ¶ *Lite nõdũ sup eodẽ negotio cõtestata.*] Quod fieri nõ debet. ĩ. *vt lite non contestat. per totum.* nisi electus esset contumax: tunc enim

c Quia Papa vno verbo non intendit aliud tollere. de electione. c. secundũ. Vin. nõ valuit eius processum, quia factus est contra ordinẽ ecclesiæ. de præben. c. fin. secundum Host. dum Ioan. And.

enim ne patiatur Ecclesia detrimentum ex mora, possunt recipi testes lite non contest. j. *vt lite non contest. quoniam. §. porrò.*

a ¶ *Dictis grauaminibus.*] Scilicet, quia simul super exceptione, & principali negotio procedebant, & lite nõ cõtestata. Et colligitur ex hac litera, quòd si plura grauamina assignentur in appellatione, sufficit alterum probare, dũmodo quodlibet per se sit sufficiens, simile j. *de appel. significauit.* & j. *de praben. cum iamdudũ.* & s. *de rescr. ex parte.* vbi de hoc. Si autẽ plura proponũtur, quæ habẽt diuersos effectus: nõ sufficit alterum probari quoad vtrũque effectũ, sed sufficit quoad alterum, exemplum habes. s. *de resc. olim* sed omnia quæ hic dicta fuerunt, habent eundem effectum, scilicet vt appellatio legitima fuerit: ergo sufficit quodcunque probetur: quia vtrũ que per se sufficit.

negotium extitit delegatũ: Mandamus, quatenus si ex dictis grauaminibus [a], vel aliquo ipsorum appellatum constiterit, reuocato in irritum, quicquid post appellationem huiusmodi inueneritis attentatum, in causa ipsa iuxta priorum continentiam literarum, ratione præuia procedatis.

¶ Idem magistro Tancredo Canonico Bononiensi.

¶ *Lapsu triennij non obstante, potest delegatus in causa sibi commissa procedere.*

CAP. XX.

Venerabilis frater noster Archiepiscopus Rauennas, proposuit coram nobis, quòd cum decisio causæ, quæ inter ipsum, & communitatem Ceruiæ, super iurisdictione ciuitatis Ceruiæ, & quibusdam aliis articulis vertitur, sit per subterfugia, & cauillationes eorum per triennium prorogata, dicti Ceruienses asserentes instantiam iudicij per decursum triennij periisse, rñdere sub tuo examine recusauerunt: & *infrà*. Mandamus, quatenus exceptione huiusmodi non obstante [b], in negotio ipso procedas iuxta traditam tibi formam †.

Venerabilis.] Instãtia iudicij non perit per lapsum triennij, sic communiter summat. Et sunt duæ partes: in prima, partis quæstio: in secunda, Papæ prouisio ibi, *Mandamus.*

Casvs. Inter Archiepiscopũ Rauẽnatẽ ex vna parte, & communitatem Ceruieñ ex altera, super iurisdictione ciuitatis ipsius, & quibusdam aliis articulis: qđ vertebatur, quæ commissa fuit magistro Tancredo Boñ. canonico, sed per cauillationes Ceruiensium, & subterfugia, decisio huius causæ per triennium fuit prorogata, & tandem post litem contest. & commissiones varias dicti Ceruieñ. asserebant instantiam iudicij per decursum temporis periisse, & ita nolebant vlteriùs sub examine iudicis respondere. Archiepiscopus significauit hoc domino Papæ: vnde ipse mandat eidem iudici, quòd exceptione huiusmodi non obstante in negotio ipso procedat iuxta traditam sibi formam. Not. quòd instantia iudicij, secundùm canones, per lapsum triennij non perit: quia iurisdictio iudicis est perpetua, & rescripta perpetua sunt.

†*Vide* l. ad legatum. l. ad rem mobilem. ff. de procurat. & l. 2. ff. de iurisd. om. iud.

Iudicij instantia an pereat trienio.

¶ *Gl. seq. not. at l. properandũ in Ecclesiastico foro, &c. dicens quòd etiã secundum legem licèt pereat instantia, non perit iurisdictio delegati: dicit deinde, quòd hoc non videtur per hoc c. corrigi, quia, &c. ad quod respondet Ioan. And. Et procedit multum intricatè, & in effectu sentit quatuor lecturas, quas vide per Panor.*

b ¶ *Non obstante.*] Sic ergo patet, quòd hodie non habet locum lex illa. *C. de iudiciis. properandum. 2. resp. §. vlt. & §. plerumque.* vbi dicitur, quòd instantia iudicij perit, nisi causa finita sit infra triennium à tempore litis contestatæ connumerandum, vt iterum incipiat de nouo procedere, ac si nunquam fuisset processum. Si enim isti respondere nolebant: quia instantia iudicij perierat, non erant audiendi: quia licèt secundum legem prædictam, instantia iudicij perierat decursu triennij, literæ, siue iurisdictio iudicis nõ perierat: quia iurisdictio iudicis est perpetua, & rescripta perpetua sunt. *Cod. de diuer. rescrip. falso. & arg. C. de consti. pec. l. 2. & Cod. de præscr. 30. vel 40 ann. l. vltim.* Poterant tamen dicere, non tenemur rñdere, nisi nouus libellus detur de nouo. & omnia iterũ procedant ab initio per l. prædictam, properandum. quæ modo non habent locum quantum ad hunc articulum per decr. istam. & sic obuiandum est malitiis eorum, qui causas malitiosè volunt prorogare. Sed ex hac decretali non videtur, quòd lex illa, properandum, corrigatur: quia non colligitur hic, quòd lis fuit cõtestata, sed per subterfugia, & cauillationes causa sit prorogata: & hoc potuit esse totum ante litem contest. immò lis cõtestata fuit: quia decisio etiam causæ prorogata fuit, vt dicit, & sic fuit lis cõtestata, & ita habetur expressim in antiqua, quòd lis erat contestata. & ex eo quòd dicit, instantiam iudicij periisse, apparet, quòd processum erat in principali negotio, quod dicitur fieri per litis contestationem, quæ est principium causæ.

Significauerunt.] Non obstante exceptione tẽporis feriati propter vindemias, mãdanda est sentẽtia executioni. hoc dicit secundùm vnum intellectum, vel secundùm alium ita communiter summatur. Cùm actor & reus sunt diuersi fori, causa proprietatis, & possessionis põt coram diuersis iudicibus agitari, sed hoc nõ videtur indistinctè. verum secundum Pano. Sunt duæ partes. In prima partis conquestio. In secunda Papæ prouisio ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

¶ Idem Episcopo †, & magistris T. & B. Præteñ. Bononiæ commorantibus.

† *Bononiẽ.*

¶ *Actor obtinens in possessorio corã iudice rei, non tenetur coram eo iudice super proprietate respondere: si est prorsus alterius fori. Hoc dicit, & est casus notabilis.*

CAP. XXI.

Significauerunt nobis olim Abbas, & Conuentus sanctæ Mariæ de Florentia, quòd Florentina Potestas, pro eis contra communitatem castri de Signa super possessione, vel quasi iuris ibidem eligendi rectorem (quod ad se pertinere dicebant) diffinitiuam sententiam promulgauit [c]. Sed postmodum Abbatem, & Conuentum præfatos, ipsa Potestas coegit, cõmunitati prædictæ super proprietate vel quasi memorati iuris, in sæculari iudicio respondere. Vnde vobis iniunximus, vt si ita esset, cogeretis † communitatem eandem, electum ab eisdem Monachis in rectorem admittere, audituri postea, quæ partes super proprietate [d] vel quasi dicti iuris ducerent proponenda: & *infrà*. ¶ Verùm pars altera inter alia excipiendo proposuit, se

†*In vno antiq. ost. cogeretis communitatem prædictam, eũdem electum, &c.*

Casvs. Inter abbatem, & conuentum monasterij sanctæ Mariæ de Florentia ex vna parte, & communitate castri de Signa Florent. Diœce. ex altera, super possessione, vel quasi iuris eligendi ibidem rectorem, coram potestate Florẽ. quæstio vertebatur: dicta potestas pro monasterio super possessione, vel quasi iuris eligendi rectorẽ in castro prædicto diffinitiuam sententiam promulgauit: lata prædicta sententia, monachi elegerunt ibi rectorem, sed illi castellani non recipiebant illum in rectorem, & insuper potestas Floreñ. compellebat abbatem, & conuentum super proprietate, vel quasi prædicti iuris in sæculari iudicio cõmunitati prædictæ rñdere. Significatũ fuit hoc domino Papæ. dat epo Bon. & coniudicibus suis, quatenus si est ita, compellant cõmunitatem prædictam, electum ab eisdẽ monachis admittere in rectorem castri prædicti, audituri postmodum super proprietate, vel quasi dicti iuris, quicquid partes duxerint proponẽdum: partibus in præsentia iudicum constitutis, ex parte communitatis prædictæ fuit excipiendo propositum, quòd tunc coram eis rñdere non tenebatur de iure, cum tempus vindemiarum tunc existeret feriatum. Ex parte monasterij fuit responsum, hoc malitiosè proponi, vt videlicet causa protracta tempus electi prædicti, inutiliter laberetur. Cõsultus Papa mandat super hoc eisdem iudicibus, quatenus hoc non obstante procedant in negotio præuia ratione. Not. quòd hic diuiditur continentia causæ, sed hoc fit propter diuersum forum. Item ex causa proceditur tempore feriato vindemiarum altera parte inuita.

c ¶ *Promulgauit.*] Et hoc bene fieri potuit, cùm causa non esset spiritualis, sed super iurisdictione temporali, & abbas, & cõuẽtus fuerint actores, vnde debuerant sequi forum rei. j. *tit. prox. cum sit generale.* & 11. q. 1. *experientia. & c. seq.* & *C. de iurisd. om. iud. iuris ordinem.* & ista sententia lata super possessione, diffinitiua [a] appellatur. j. *vt lit. non contest. c. 2.* & hic.

a *Facit gl.* in l. quod iussit. ff. de re iud.

¶ *Glo. seq. maximè dupliciter obiicit, & soluit satis clarè.*

e ¶ *Super proprietate.*] Sed videtur, quòd isti monachi tenebãtur respondere aduersæ parti super proprietate coram iudice, qui cognouit de possessione: quia iudex ille qui cognouit de possessione, cognoscere debet de proprietate. j. *de cau. poss. c. 1.* & est illi audientia deneganda, qui continentiam causæ nititur diuidere, vt coram vno agat de possessione, & in alio iudicio de proprietate. *C. de iudi. nulli. prætere a causæ cõuẽtionis,* & reconuentionis coram eodem iudice fieri debent. *C. de sent. & inter om. iudi. cùm Papinianus.* & 3. q. 8. *caius.* vbi dicitur, cuius in agendo quis obseruat iudicium, ipsum in eodem negotio habere contra se iudicem non dedignetur: vt in *l. cum Papinianus.* & 3. q. 8. *c. accusatores. §. cuius in agendo.* & illud quasi videtur idem negotium j. *de mu. pe. c. 1.* Sol. verum est, quòd continentia causæ diuidi non debet. & ille qui cognouit de possessione, debet cognoscere de proprietate, siue sit ordinarius, siue delegatus: cui causa simpliciter quoad vtrũq; fuit commissa. j. *de sequestra. ad hæc.* & hoc locum habet, cùm actor, & reus sunt eiusdẽ fori: sed in casu præsenti non

sunt:

sunt eiusdem fori. vnde monachi, qui primò egerunt de possessione, debebant sequi forum rei, quod fecerunt, & obtinuerunt: & si, aduersarij volebant postea conuenire monachos super proprietate, debebant sequi forum monachorum. Et causa possessionis, & proprietatis bene possent tractari coram diuersis, maximè vbi causa talis subest: quia nihil commune habet causa possessionis cum causa proprietatis. *ff. de acqui. pos. naturaliter. §. nihil.* Et si aliquis postulauerit alium iudicem super proprietate, & alium super possessione, nō est audiendus. & sic loquit. *j. de caus. possess. c.* 2. *& C. de iudi. nulli.* & ita non cōtradicunt huic decre. quia hoc isti monachi non fecerunt. Alia iura. cujus in agendo, &c. non tangunt causam istam: quia illa loquuntur in reconuentione, quæ debet fieri simul cū conuentione. *j. de mu. pe. c.* 1. *& j. de or. cog. cum tor causam dilectas.* & tunc etiam si vellent reconuenire de alia re, non poterāt, cum quæstio spoliationis, de qua agebat monachi, priuilegiata sit. *j. de ordi cog. super spoliatione.* nec de proprietate simul tunc cum possessione poterat agi.

tunc coram vobis respondere de iure non teneri, cùm tēpus propter vindemias [a] existeret feriarum: respondente syndico monasterij hoc maliciose proponi, vt videlicet causa protracta, tempus regiminis electi prædicti inutiliter elabatur: *& infrà.* ¶ Mandamus, quatenus hoc non obstante, in negotio ratione præuia procedatis.

† Actio. 15. *vbi referũ canones* 11. *c.* 9. *Burchardus. li.* 2. *decre. c.* 131. *Iuo. p.* 6. *c.* 318. & *c.* 360. *Gratianus.* 11. *q.* 1. *c. si cleri*cus. & *c.* 1. *Cod. de* episco. *& cleri. in* 1. *comp.*

TITVLVS II.

De foro competenti.

¶ Ex concilio Chalcedonensi. †

¶ Clericus coram suo Episcopo conueniri debet.

CAP. I.

Si quis Clericus aduersùs Clericum negotiū habeat, non deserat [b] proprium Episcopum, sed priùs apud ipsum actio [c] ventiletur: vel consilio eiusdem [d] apud alios [e], quos vtraque [f] pars voluerit, iudicium obtinebunt.

¶ Glo seq. tractat de ferijs fauore hominū introductis, & quomodo illis renunciatur, alijs no & quomodo ex causa quis tunc cogatur litigare.

a ¶ *Propter vindemias.*] Tempore enim vindemiarum & tempore messium, non cōpellitur quis in iudicio rūdere, ita quod sententia lata contra absentē non tenet. Tamen si consentiunt partes, bene valet iudiciū *ff. de fe. l.* 1. *& l. si feriatis.* & de istis ferijs habes *C. de fe. omnes dies. in princ.* Sed illis ferijs quę inductæ sunt ob reuerentiam Dei, & aliorum Sanctorum, nullus potest renunciare, etiamsi partes vellent. Alijs verò inductis in fauorē hominum benè renunciatur. hoc est expressum *j. de fe. c. vlt. & de conse. dist.* 3. *c.* 1. *Et arg. ad hoc ff. de arb. si feriatis.* 15. *q.* 4. *c.* 1. *&* 2. potest tamē tali die (vt videtur) libellus offerri. *de adul. l. miles. §. sexagința. & §. illum.* sed ex causa, tali tēpore aliquis cōpellitur litigare: vt hic dicit in fine, ne tempus illius electi ad regimen illius loci elabatur.[a] Et idem credo, si finiretur iurisdictio iudicis tempore illo, quod tunc posset procedi, ne iudicialis instantia euanescat. *arg. s. de offi. dele. consuluit.*

a Ideo fuerūt compulsi, quia tota causa non cogebatur vindemiare, & per suum syndicum litigauit. l. 1. ff. quod cuiusq; vniuersi.

DE FORO COMPETENTI.

¶ Quia rei ad iudicia vocati frequēter excipiūt de foro, & plerūque dubitatur, quod forū sic excipiētes sequi debeant: ideo, &c. secūdū Goffre. Sed ego cōtinuo sic: Tractaturus auctor de singulis actibus, & partibus iudicij: quia ante omnē alium actum iudicialē debet discuti de cōpetentia fori, iuxta not. in c. inter monasteriū, de re iudi. & in c. pen. de excep. *ideo præmisit* istā rubr. quia proposito fundaméto ponitur ædificiū 1. q. 1 cùm Paulus. *Et forū propriè neutri generis prout hic ponitur, significat territorium cuiusque iudicis, infra quod potest in facinorosos animaduertere.* ff. de verb. sig. l. pupillus. §. territorium. *Vnde tota diœcesis dicitur territorium episcopi.* 16. q. 7. omnes basilicæ. *extra quod territorium impunè non paretur. de const. c.* 2. lib. 6.

De hac materia habetur 96. dist. 3. q. 6 & 6. q. 3. 11. q. 1. 21. q. 5. *per totum reperitur in Sexto, & Clem. Abb. Siculus.*

Si quis clericus.] CASVS. Statuit concil. Chalcedo. quod si clericus causam habeat aduersùs alium clericū, vel laicus aduersùs clericum, non deserat episcopum clerici conuenti, vel de consilio illius alium iudicem eligat, & Ecclesiasticum. Not. quòd actor forum rei dēt sequi. Item sine licentia episcopi, clerici alium iudicem eligere non possunt.

b ¶ *Non deserat.*] Quod si fecerit, puniri debet, prout dicitur 11. q. 1. *in olita, & c. placuit. & j. eo. si diligenti.*

c ¶ *Actio.*] i. petitio: quia secundum canones actionem proponere non tenetur. *s. c. prox. dilectis* vbi de hoc. *& c. examinata* [b]

d ¶ *Consilio eiusdem.*] Aliter enim nullo modo possunt eligere in præiudicium aliorum, immò de licētia epi iudicium sæculare non possunt eligere, sed ecclesiasticam personam bene de licentia episcopi. *s. eo. significasti.* alias nec volentes nec inuiti possunt deserere epm, etiamsi iuramentum interuenisset. *j. eod. si diligenti.*

e ¶ *Alios.*] Id est, ecclesiasticos. *j. eod. significasti.* vel episcopus, ut committat alicui.

f ¶ *Vtraque pars.*] Honestum, & iustum est istud. vt ambæ partes, si præsentes sint, eligāt iudicem communiter. vt hic, & 2. q. 6. placuit. *ar. contra s. de offi. dele.* cum R. Sed illam intelligo, quā altera pars est absens, vel quum nō vult concordare reus, vt ibi dicitur: alias iniquum esset illud, quod daretur ad voluntatem alterius altero præsente, & sic obseruatur in curia Roma. contra 11 q. 7. c. si autem. sed illa intelliguntur in criminali, & non tenet hodie.

b Concor. l. si pupilli. §. videamus. & ibi gloss. & Doc. de nego. gest. & l. si Titius. ff. de verb. obli.

† Cap. 1. alias c. 20. & Burchardus li. 6. decre. c. 22 & c. ... *de omnino* ... *huius cap.*

† In aliquot antiquis & Burchardo: minores. supra sed vide notas huius loci.

¶ Ex concilio Parisiensi. †

¶ Iudex sæcularis, si Clericum per se distringit, vel condemnet, excommunicari debet.

CAP. II.

NVllus Iudicum [g], neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum vllum, aut minores [h] † Ecclesiæ, sine permissu [i] Pontificis per se distringere, aut condemnare [k] præsumat. ¶ Quòd si fecerit: ab Ecclesia Dei, cui iniuriam [l] irrogare dignoscitur, tandiu sit sequestratus [m], quousque reatum suum cognoscens emendet.

¶ Ex concilio Africano.

¶ Ratione rei, de qua agitur, sortitur quis forum, vbi res est. Sic communiter summatur.

CAP. III.

SAnè si Episcopi, inter quos causa versatur, sint diuersarum prouinciarum: ille Primas [n] det Iudices, in cuius prouincia [o] est locus, de quo contenditur.

† Concilium Africanum. c. 18. conc. Mileuitanū. c. 24. Burchardus. l. 1. decret. c. 68. Iuo p. 5. c. 176. & c. 4 co. tit. in 1. cōpilatione, adde notas huius c.

NVllus iudicum.] Duo facit: primò prohibet: secundò adijcit pœnam ibi, *Quod si.* Abb. Sic.

CASVS. Statuit concilium Parisien. quod nullus iudex sæcularis ecclesiasticam personam præsumat distringere, vel condemnare. quod si fecerit, ab Ecclesia, cui fecit iniuriam, tandiu manet sequestratus, quousque satisfaciat. No. quod sæculares iudices ecclesiasticas personas iudicare, vel condemnare nō debent. Item quòd qui iniuriam facit Ecclesiæ, communione ipsius priuari debet.

h ¶ *Iudicum.*] Scilicet, sæcularium.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

h ¶ *Minores.*] Quos appellat hic minores? potest dici, quod scholares siue seruientes ecclesiæ, deputatos ad eius obsequium: quia illis eodem priuilegio censentur. *ar.* 12. *q.* 2. *ecclesiarum seruus.*

i ¶ *Sine permissu pontificis.*] Hic vacat arg. à contrario sensu, vt probatur. *s. eo. significasti.* vbi de hoc.

k ¶ *Condemnare.*] Nisi fortè in causa reconuentionis, quia bene rūdere tenentur de ciuili, sed non de spirituali, vt dictum est. *s. c. prox.* & *s. de iud. at si clerici. c. vlt. Arg. j. de mutu. peti. c.* 1. 2. & 3. *q.* 8. *c. accusatores. §. cuius in agēdo. C. de senten.* & *interlocu. omniū iudicum.* cùm Papinianus. *in Auth. & consequenter.* sed in criminali non habet locum reconuentio coram iudice sæculari, nec etiam coram quocunque, vt dictum est. *s. tit. prox. ar. si clerici.*

l ¶ *Cui iniuriam.*] Qui iniuriam facit ecclesiæ, debet priuari cōmunione ipsius. 17. *q.* 4. *sicut antiquitus.* nec ad supplicandum debet admitti, vbi sacrilegium committere non dubitauit. *ea. cau. q.* 4. *frater, & coepiscopus.* 12. *q.* 2. *de viro nefando.* vt sic puniatur, in quo peccauit. sic. *j. de iure pat. pastoralis. in fi.* & *s. de offi. deleg. cùm olim.* & *s. de transla. quanto.* & *s. de temp. ord. literas.* & *s. de treu. ad liberandum.* & *j. de immu. eccle. c. si.*

m ¶ *Sequestratus.*] Per sniam. simile 50. *dist. quasi per totū.* Bern.

SAnè si.] Episcopus ratione rei conuenitur coram archiepiscopo, in cuius prouincia res sita est. hoc dicit magis specificè. Abbas Sic.

CASVS. Si, duo episcopi diuersarum prouinciarum super aliqua possessione, vel loco adinuicem contendant: ille Primas, vel patriarcha, vel archiepiscopus, in cuius iurisdictione est locus, de quo contenditur, cognoscat, vel det iudices, qui causam dirimāt. Not quòd ratione rei sortitur quis forum.

n ¶ *Primas.*] Et hoc intellige, cùm ipse non potest [c], siue non vult per seipsum cognoscere.

o ¶ *Prouincia.*] Sic patet, quòd sub illo iudice agere dēt actor in cuius prouincia res est litigiosa: vt ex ipsa re sortiatur forum. *ff. de cēsi. forma. §. si verò. & j. eo. c. vlt. & 11. q. 1. experientia. & C. vbi in rē actio. & C. de pdi. man. si pdiū. & C. de prascri. lōg. tēp. l. vlt.*

c Vel remotus est à partibus vltra duas dietas, tunc dabit iudices propinquiores: nisi impediatur ex iusta causa: puta, quia subditi suffraganeorum nolunt recipere. supra de offi. ord. pastoralis. *secundū Vin. Ioan. And.*

Si quis

Si quis contra.] Coram suo Episcopo conueniendus est clericus: qui si recusatur, dabit delegatum partibus non suspectũ. sic solet communiter summari, sed Panor. summat aliter, considerata potiùs mente legis, quã cortice. Episcopus, si recusatione contra eum propter lites ad arbitros venire non vult, etiã potest partium nõ requisito consensu, cãm principalẽ alicui non suspecto cõmittere, cuius sententiam executioni mandabit. Et secundum intellectũ meliorem diuiditur, quia primò prouidet, quãdo iudex vt suspectus recusatur a reo. Secundò quãdo delegatus in locum recusati recusatur ab actore ibi, *Aut si*. Tertiò prouidet circa executionem ibi, *A quibus*. Abb. Sicul.

† Greg. lib. 9. epist. 74. registri.

† Cap. 5. eo. ti. in 1. compilatione.

† Post concilium Lateran. p. 8. c. 7. & c. 7. eo. ti. in 1. compil.

Casvs. Dicitur hic, quòd si aliquis causam habuerit contra clericum, corã Epo suo eũ conueniat: & si Eps tanquam suspectus fuerit recusatus, committat alij causam ipsam: sed si actor recusauerit illum, cui Eps causam commisit, Eps det aliquẽ qui partes compellat, vt concorditer iudices eligãt, ne possint postea recusare, & idẽ esset, si reus recusaret illum executorem, & quod per illos fuerit diffinitum, per Episcopum executioni mandatur lege seruata. Not. quòd ordinarius potest recusari. Itẽ delegatus Episcopi suam sententiam non potest executioni mandare: vt hic colligitur: contrarium notaui in glo. in hoc. c. signata.

¶ Greg. † Bonifacio defensori Corsicæ.

¶ *Episcopus vt suspectus recusatus, de cuius suspicione notoriè cõstat, potest dare delegatũ partibus non suspectum: cuius sententiam poterit per se executioni mandare.*

CAP. IV.

Si † quis contra clericum causam habuerit, Episcopum ipsius adeat: qui si vt suspectus [a] fuerit recusatus, executor [b] ab eo deputetur. Aut si hoc actor [c] refugerit, ab eodem Episcopo est deputandus qui partes sibi mutuo consensu iudices compellat eligere: A quibus quicquid fuerit diffinitum, ipsius sollicitudine [d] (seruata lege [e]) modis omnibus compleatur.

¶ Alexander tertius. †

¶ *Super re Ecclesiæ, vel Clerici, potest Laicus corã Ecclesiastico iudice cõuenire; sed si probabiliter negat rẽ esse Ecclesiæ, vel Clerici, ad iurisdictionem Ecclesiasticam declinandam, conuenitur coram suo Iudice.*

CAP. V.

Si Clericus Laicum de rebus suis, vel Ecclesiæ impetierit, quæ facienda est in personali actione post quatuor menses. *C. de vsur. rei iud. l. 1.* & *ff. de re iud. l. 2.* & *§. si quis.* a Bernardus.

a *Et supra de offi. delegati, quæ tenus. Vide hoc.*

Si clericus laicum.] Laicus à quo clericus, vel Ecclesia rem vendicat: debet coram iudice laico conueniri. Sed contra summatur. Primò ponit dictum. Secundò rationem dicti ibi, *Cum actor*. Tertiò localem contrariam consuetudinem ibi, *Licet*. Abb. Sic.

& Laicus res ipsas non Ecclesiæ, aut Clerici, sed suas proprias asseuerat †: debet de rigore iuris ad forensem Iudicem trahi: Cum † actor forum rei [f] sequi debeat: Licèt in plerisque partibus aliter de consuetudine [g] habeatur.

Casvs. Si clericus conueniat laicum de rebus suis, vel Ecclesiæ, & laicus dicat res illas suas, tunc actor forum rei sequatur, licet de consuetudine alicubi aliter obseruetur. Nota regulam generalem, actorem forum rei sequi debere: in quibusdam partibus aliter de consuetudine seruatur.

† *Asserat.*

† *In aliquot antiq. vbi cum actor semper forum rei sequi debeat.*

¶ Idem.

¶ *Si quæstio feudalis est inter clericũ, & Laicũ, cognoscet dominus feudi: sed eo negligẽte cognoscet delegatus Papa, etiã ante negligẽtiã datus, hoc dicit, secundum lecturã glo.*

CAP. VI.

Ex † transmissa nobis insinuatione B. C. & VV. militum Ecclesiæ tuæ, intelleximus, quòd cùm R. [h] de Cassauille, eos super quadam possessione coram Trecen. Episcopo traxisset in causam, nobilis vir de Cãpis eorum dominus [i], sub debito fidelitatis eis inhibuit, ne de sæculari feudo in iudicio [k] Ecclesiastico responderent: *& infra*. Per dominum feudi causam iubeas terminari †. Et si ipse malitiosè distulerit [l], tu ei debitũ finem imponas,

f ¶ *Actor forũ rei, &c.*] Hæc regula generalis est. *j. eo. c. cum sit. & 11. q. 1. experientiã, & c. seq. & 3. q. 6. c. 2. & c. nemmerum. & Cod. de iur. om. iud. in criminali. & C. Vbi in rem actio. l. vlt. & ff. de alienatione iud. mu. causa facta. & etiã in prin. & in Auth. Vt cle. apud proprios epi scopos. coll. 6.* fallit hæc regula in casibus notatis. *j. eo. cùm sit & c. licet & c. ex tenore.*

† *Post concilium Laterã. p. 46. c. 5. & c. 2. c. ti. in 2. compilatione.*

g ¶ *De consuetudine.*] Talis consuetudo contra omnia iura præualida est [b] sed introducta est propter negligentiam laicorum in exhibenda clericis iustitia. *j. eod. cum sit generale. & c. licet. & c. ex tenore.* sed Papa siue sint negligentes, siue non, quotidie concedit literas clericis contra laicos super quacunque quæstione: & ita assumit sibi iurisdictionem aliorum, contra id, quod dicit *supra tit. prox. nouit in prin.*

b *Sed est seruanda, quia fauorabilis. 11. di. in his. secundum Pet. & Ab. Ioan. And.*

† *Vide l. 1. §. post operis. ff. de no. op. nun. & C. in l. si quis ex consensu. C. de epis. aud.*

Ex transmissa.] Quæstio feudi debet per dominum terminari, qui negligit, ecclesiasticus iudex, aliàs superior eius hoc faciat, ita communiter summatur. Vel summa sic secundum alium intellectum. Quæstio feudi debet terminari per dominum feudi immediatum. & hæc l. c. incidit cum prima, sed est magis clara, & not. Et primò ponitur partis conquestio. Secundò ibi, *Per dominum*. Papæ responsio. Abb. Sic.

Casvs. Quidam nomine R. de Cassauille coram Trecen. episcopo, traxit in causam B. C. & x. milites cuiusdam episcopi super quadam possessione quidam nobilis vir de Campis eorum dominus sub debito fidelitatis eis inhibuit, ne de sæculari feudo in ecclesiastico iudicio responderent: cùm paratus esset eidem R. iustitiam exhibere: episcopus Trecen. eos reputans contumaces, tulit excommunicationis sententiam in eosdem, propter quod milites conquesti sunt domino Papæ. Vnde mandat episcopo istorum militum, quod ipse causam illam iubeat per dominum feudi terminari: & si ipse malitiosè distulerit, episcopus idem causam ipsam terminare procuret. No. causam feudi per dominum ipsius feudi terminari. Item propter negligentiam, seu malitiam amittit quis iurisdictionem.

h ¶ *R.*] Fortè clericus erat iste R. Quia aliàs Papa non dedisset ei literas: quia licèt concedat clerico contra laicum, non tamen concedit laico contra laicum, dum tamen habeant alium superiorem, cùm consuetudo contra se habeat, nisi de consuetudine, & sponte se subiiciant iurisdictioni Ecclesiæ, sic potest intelligi. *s. de arb. innotuit.* & consimilia. & *s. c. prox. in fi.*

c *Et ideò desiderabat iudicium episcopi, secundũ Alã. Ioan. And.*

i ¶ *Dominus.*] Quoad feudum illud, alias videtur, quòd erant milites Ecclesiæ, vt s. dicitur in litera.

k ¶ *Ne in iudicio ecclesiastico responderent.*] Quod quidem facere poterit, cùm Papa talem prohibitionem admittat, qualiter causa feudi debeat tractari dicitur. *s. tit. prox. cæterum.*

l ¶ *Distulerit.*] Et sic per negligentiam iudicis sæcularis, iurisdictio, quæ prius erat inefficax apud delegatum, modò est efficax. sic. *j. eo. licet. & c. ex tenore.* sic etiam delegatus per negligentiam perdit iurisdictionem, & transfertur ad ordinarium. *s. de offic. ordinarij. significauit. suprà. de offic. deleg. prudentiam. §. sexta. in fi.* Bernardus.

a ¶ *Vt suspectus.*] Quid tenendum sit, cum iudex ordinarius recusatur vt suspectus, plenè dicitur *j. de appel. cum speciali.* quæ videtur hanc decre. interpretari & illi standum est.

¶ *Glo. seq. post principium quæritur, ad quem appelletur, &c.*

b ¶ *Executor.*] Id est, delegatus: quia ordinarius, cum fuerit recusatus, debet causam committere personæ neutri parti suspectæ, vt dicit constitutio illa. *j. de appel. cum spẽli. & 2. q. 6. placuit. 2. & 11. q. 1. peruenit.* Sed si appelletur à tali delegato, ad quem appellabitur? Potest dici, quòd ad Papã, cum ad ordinarium recusatũ non videatur appellandum, nec ad metropolitanum omisso medio: quia talis appellatio non tenet. *j. de ap. dilecti.* sed satis posset appellari ad Episcopum non obstante tali recusatione: non quòd ipse cognoscat, sed vt alij personæ non suspectæ committat. *arg. contra. c. prædicto placuit 2.*

c ¶ *Actor.*] Supra dixit, quòd reus põt recusare ordinarium, & actor similiter vt hic dicit: & tũc Eps cõmittit alicui, quòd cõpellat partes eligere iudices super cã illa: quibus Eps cõmittit cãm. hoc ipsemet facere posset: sed cã vitandæ suspicionis hoc dictũ est. Et idem iuris credo esse, siue reus, siue actor recusauerit ordinarium, & est simile huic *11. q. 1. peruenit.* Vel sic põt intelligi, quod dicit: si hoc actor, &c. id est, si actor recusauerit istũ executorẽ ab Epo datũ, tũc Eps debet aliquẽ eligere, qui compellat partes, vt in aliquem conueniant, ne postea ipsum valeant recusare *s. de off. deleg. super quæstionum. §. 1.* idem esset, si reus recusaret istum executorem.

d ¶ *Ipsius sollicitudine.*] Hoc ideo dicit: quia delegatus ab ordinario non potest suam sententiam executori demandare, sed ille ordinarius illam debet exequi. *ff. de re iudic. à diuo Pio. l. rrsi. nec potest possessionem dare. ff. de iur. om. iud. iubere.* Sed non credo illam subtilitatem seruandam, quin possit exequi suam sententiam: quia ex quo causa sibi committitur, intelliguntur sibi omnia esse commissa, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur: & sine quibus causa expediri non potest. *s. de off. deleg. præterea. & c. suspicionis.* & lex illa, à diuo Pio. & hæc decre. non prohibent hoc, licèt dicatur in eis quòd ordinarius hanc sententiam exequatur. & hoc etiam notauit Ioan. *2. q. 6. quisq.* Sed si velles hæc seruare, posset dici, quod hoc habet locum, cum ordinarius est præsens: sed eo absente delegatus, vel officialis eius exequatur sententias suas, aliàs perniciosum esset hanc subtilitatem seruare. Ber.

e ¶ *Seruata lege.*] Quæ loquitur de tẽpore executionis sententiæ,

VErùm. Dñs feudi siue sit ecclesiasticus, siue sæcularis causam feudalem cognoscit. sic communiter summatur. Primò ponitur factum. Secundò statutum ibi *Statuimus*. Abb. Sicul.

CASVS. Vacante quadam Ecclesia, mota fuit quæstio à quodam super quibusdã feudis aduersus præpositum, pertinẽtibus ad proprietatẽ vacantis Ecclesiæ: dubitabatur, quid fieri deberet de huiusmodi quæstione: cõsultus Papa statuit, quòd ad præsens supersedeatur huic quæstioni, quousque episcopus fuerit ibi electus, & confirmatus, & si feudũ illud ad Ecclesiã pertineat, episcopi beneplacito relinquatur, sicut iustum fuerit: quòd si ad Ecclesiam non pertineat, imperiali beneplacito relinquatur. Not. ex hac decretali bonum argu. quod vacante ecclesia iurisdictio episcopi ad capitulum non pertineat. Item causa feudi per ipsius dominum debet expediri.

† Cap. 3. eo. tit. in 2. cõpilatione.

† In codice Sarbatic. e. cap. consecratus, vel confirmatus de feudis &c.

¶ *Glo. seq. reddit duplicem rationem, quare differtur quæstio in tempus fiers.*

a ¶ *Quæstio mota fuit.*] Vacante Ecclesia vnde non erat, qui de illa quæstione posset cognoscere, nec tunc aliquid fieri potest in præiudicium vacantis Ecclesiæ. ĩ. *ne se. va. per totum.* Vnde præpositus non tenebatur, nec debebat respondere de feudo Ecclesiæ coram alio iudice. š. *c. prox.* & š. *tit. prox. cæterum.* Et ideo Papa mandat, quòd differatur quæstio illa quousque Ecclesia prælatum habuerit.

† Cap. 4. eo. ti. in 2. compilatione.

¶ Idem.

¶ Per dominũ feudi secularẽ, siue Ecclesiasticũ quæstio feudalis terminari debet, etiãsi vasalli sint Clerici; & si plures prætendantur domini, non potest vnus cognoscere, maximè alio absente, an feudum ad eum pertineat. Hoc dicit, secundùm lecturam magis notabilem.

CAP. VII.

VErùm † quoniam de quibusdam feudis, aduersùs Præpositum quæstio mota fuit [a]: Statuimus, vt ex quo Episcopus fuerit in Ecclesia consecratus [b] †, de feudis [c] ipsis, sub suo iudicio cognoscatur, si ad Ecclesiasticam cognitionem [d] pertineant, alioquin [e] imperiali beneplacito, sicut iustum fuerit, relinquatur.

¶ Lucius iij.

¶ Malefactores Ecclesiarum in vtroque foro conueniri possunt.

CAP. VIII.

CVm † sit generale, vt actor forum rei [f] sequatur: *& infrà.* ¶ Verum quoniam sæculares Iudices in exhibenda iustitia personis Ecclesiasticis, sæpe in iudicio sunt remissi [g], in fauorem Ecclesiæ est introductum, vt malefactores [h] suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum

b ¶ *Consecratus.*] Idẽ esset, si electus esset, & confirmatus: quia tunc habet plenam administrationem quantum ad ea, quæ pertinent ad iurisdictionem. š. *de elect. c. transmissam. ar. ad idem.* š. *de transla. inter corporalia.*

c ¶ *De feudis.*] Supple, cognitio de feudis.

¶ *Glo. se. reci per q. quid si episcopus feudi dominus negligit. &c.*

d ¶ *Cognitionem.*] Quia fortè dicebatur ab aduersariis, quòd non erat feudum ecclesiæ, sed potiùs imperatoris: vnde dicit hic sub conditione. & si episcopus esset negligens in quæstione feudi procedere, sæcularis iudex postea procederet: sicut è cõuerso. š. *eo c. prox.* non enĩ cognitio feudi ecclesiastici semper ad iudicium ecclesiæ spectat: vt not. š. *tit. prox. cæterum.* a Sed contra vi potiùs, quod sæcularis iudex non possit supplere negligentiam episcopi, sed per Papam tunc supplenda est illa negligentia: quia non ad iudicem sæcularem de hac causa pertinet, etiamsi laici sint. *ar.* š. *de iudi. cæterum.*

a *Nec obstat supra tit. 1. c. qualiter quod intelligitur in actionib. personalibus, non feudalibus.*

e ¶ *Alioquin.*] Id est, si ad ecclesiam non pertinet.

CVm sit generale.] Primò ponit regulam. Secundò casum exceptum, & triplicem ipsius causam. Abbas Siculus.

CASVS. Primò præmittit Papa regulam generalem, scilicet, quòd accusator forum rei sequatur, quia iudices sæculares remissi sunt, & negligentes in reddenda iustitia personis ecclesiasticis: statutum fuit fauore ecclesiæ, vt rectores Ecclesiarum malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, possint conuenire, sub quo iudice voluerint ecclesiastico, vel sæculari. No. regulam, actor forum rei debet sequi. Item propter negligentiam iudicis sæcularis deuoluitur iurisdictio ad ecclesiasticum. Item sacrilegi coram Ecclesia sunt conueniendi, & in electione prælatorum, sub quo iudice eos velint conuenire.

f ¶ *Forum rei.*] *Supra eod. si clericus.* & in concor. ibi positis. & *C. de iurisd. om. iud. iuris ordinem.*

g ¶ *Remissi.*] In quo casu possunt per excõicationem cõpelli iustitiã exercere. 23. *q.* 5. *administratores.* imò iudex qui negligit facere iustitiam, litẽ facit suam. 23. 2. *dñs noster.* & 3. *q.* 7. *qui sine peccato. arg. in auth. vt differ. iu. § hoc autem col. 9.* & *C. de app. si appellationem.* Et si per dolum, vel gratiam, vel inimicitiam iudicauerit, in veram litis æstimationem condemnari debet. *ff. de iudi. si filius famil.* [b] Bernardus.

¶ *Gl. se. tractat de pœna, & foro sacrilegorum. Secundò ponit quæque crimina ecclesiastica. Tertiò arguit à contrario.*

h ¶ *Malefactores.*] Id est, raptores rerũ ecclesiasticarũ, & inuasores. 17. *q.* 2. *ne de vero.* Et isti qui sic bona Ecclesiarum arripiunt, tanquam sacrilegi iudicantur, & possunt excommunicari vsque ad condignam satisfactionem. 12. *qu.* 2. *nulli liceat ignorare. & c. quicumque.* & *c. prædia. & est expressum.* ĩ. *eo. c. conquestus.* & quasi homicidæ reputantur. 12. *q.* 2. *qui abstulerit.* & quia isti sacrilegium committunt, vt dicũt iura prædicta, coram ecclesiastico iudice sunt trahendi: cum illud crimen sit ecclesiasticum, vt hic dicitur. & hoc sacrilegium quãque per iudicem sæcularem punitur. *C. de episco. & cler. si quis in hoc genus.* Item crimen est vsurarum. ĩ. *de vsu. cum tu.* hæresis, simoniæ, periurij, & adulterij hæc pertinent ad Ecclesiam, & contumeliæ. & de quocunque peccato. š. *de iu. nouit.* & hoc quod hic dicit introductum est in fauorem Ecclesiæ. Et quia hoc dicit specialiter de malefactoribus, quod possint conuenire, sub quo iudice velint: secus videtur intelligendum de aliis, quod coram suo iudice sint trahendi, dummodo ibi possint suam iustitiam consequi, vt finit.

b *Vide c. cum æterni. de sent. & re iu. lib. 6.*

† *Vid.* l. si quis in hoc genus & l. placet. C. de epi. & cle.

† Cap. 7. eo. tit. in 2. cõpilatione.

c *De materia huius glossa vide Bernardinum Diaz. in pract. crimi. ca. c. 81. 82. 85. 86. 89. & 106.*

† *Hinc infertur quòd Hæresia laicorum nõ ligans clericos.* *Vide Bar.* in l. 1. C. de sum. trinit.

rectores, possint sub quo maluerint Iudice, conuenire †.

Cœlestinus iij.

¶ Causæ clericorũ secũdum iura, nõ secũdum cõsuetudines Laicorũ terminãtur. Vel sic: In loco tẽporalis iurisdictionis Ecclesiæ, causæ Clericorum sunt secundum ius canonicum terminandæ. Hoc dicit secundùm glo. & vtrinque summarium recipit determinationem.

CAP. IX.

QVòd Clericis: *& infrà.* ¶ Mandamus, quatenus si quia causas pecuniarias, Clerici Parisius commorantes, habuerint contra aliquos [i], vel aliqui contra eos, ijsas iure canonico decidatis †.

¶ Innoc. iij Vercellen. Episcopo.

¶ Laicus Laicũ super re ciuili corã Iudice Ecclesiastico cõueniri nõ potest, nisi in defectu iustitiæ sæcularis, vel nisi consuetudo id exposcat.

CAP. X.

LIcèt † ex suscepto: *& infrà.* ¶ Mandamus, quatenus si quando à laicis Vercell. ñ. literas super rebus præcipuè, quæ forum sæculare contingunt, à sede Apostolica contingerit impetrari, sublato appellationis obstaculo, decernas

dicitur. š. *eod. transmissa.* quia quod de vno conceditur, de alio prohiberi videtur. 25. *dist. qualis.* cum suis concor. nisi consuetudo contrarium inducat, vt dicitur š. *eo. si clericus in fi.*

† Cap. 1. eo. tit. in 3. compilatione.

QVod clericis.] Diuiditur quia primò ponitur decisa conquestio: in secunda mandatum ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

CASVS. Mandat Papa, quod si clerici Parisius commorantes causas pecuniarias habuerint contra alios, vel alij contra eos iure canonico decidantur. Not. quòd dicitur in ista decretali, speciale est Parisius, & fauore vniuersitatis introductum.

i ¶ *Aliquos.*] Etiam laicos, & speciale Parisius, vbi eps habet temporalem iurisdictionem, & gerit vicem comitis: vnde & præco bannum ibi nunciat nomine epi, & regis. alias laici debent in causis pecuniariis coram suo iudice conueniri, nec tractaretur ibi cã iure canonico, sed ciuili, vel iure municipali, & si causæ tractantur inter clericos & laicos, quos conueniunt, vel si conueniantur iure canonico non obstante consuetudine.

LIcèt ex suscepto.] Diuiditur. Primò ponit dictum cum sua modificatione. Secundò ibi, *Liceat.* prouidet contra grauamina consulum. Tertiò ibi, *Si verò*, prouidet contra recusationes ipsorum. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam laici Vercellenses super quæstionibus, quæ forũ ecclesiasticũ nõ cõtingũt, literas impetrabãt cõtra alios laicos fatigãtes eos laboribus, & expensis, & iurisdictionem consulum Vercelleñ. enerantes, cùm ipsi parati essent cõquerentibus iustitiã exhibere. Vnde consules Vercelleñ. significauerũt hoc domino Papæ, & ipse super hoc mandat episcopo Vercelleñ. quatenus si aliquido à laicis Vercelleñ. super rebus, quæ forũ sæculare cõtingunt, literas cõtigerit à sede Apostolica impetrari, illas decernat irritas, & inanes, dummodo consules, & commune Vercellen. de se conquerentibus iustitiam exhibeãt: & si aliqui corã consulibus fuerint aggrauati, ad ipsum episcopum, sicut hactenus seruatũ est vel ad sedem Apostolicam poterunt appellare. hoc præsertim tempore, quo imperio vacante, ad superiorem sæcularem nõ possunt habere recursum: si verò consules iustitiæ, tanquam suspecti fuerint recusati, coram arbitris partibus electis de causa suspicionis agatur: quæ si probata fuerit, ad ipsum episcopũ, vel ad Papã pro iustitia recurratur. No. quòd literæ Apostolicæ, impe-

tratæ super his, quæ ad forū Ecclesiæ non pertinent, sunt in pendēti. nec proceditur per eas, quousq; sæcularis iudex negligēs apparuerit in iustitia exhibenda: & sic pp negligētiam iudicis sæcularis Ecclesia se de his intromittere, pōt. Itē vacante imperio Ecclesia supplet vicē imperij, & ad eā appellatur vacāte imperio. Itē iudex ordinarius potest recusari: quia isti consules ordinarij sunt, licet contra opinionem legistarum: vt C. *de iur. omn. iudi. l. nemo.*

a ¶ *Iustitiæ cōplemētū.*] Ergo quousque ad sententiā peruenit, sēper est in pendēti, an valeat rescriptum. *j. c. prox.* & *s. eo ex transmissa.* quādoque enim rescriptū est in pendenti. *s. de rescr. si autē.*

¶ *Gl. seq. ad casum, quē ponit litera, addit quinque casus, quibus, &c.*

b ¶ *Vacante imperio.*] Iste est ergo vnus casus, in quo iudex Ecclesiasticus potest se immiscere sæculari iurisdictioni, scilicet cum superior non inuenitur. Alius est, cum iudex sæcularis negligit facere iustitiam, vt hic, *ver. dummodo,* &c. & *j. ca. prox.* & *c. 2. arg. 23. q. 5. administratores* Tertius est, cùm aliquid ambiguum fuerit, & difficile, & inter iudices variatur. *j. qui fil. sint leg. c. per venerabilem.* circa medium. Quartus est in omni crimine Ecclesiastico, puta vsura, sacrilegio, & similibus: vt 6. *q. 2. c. 1.* & 11. *q. 2. nulli liceat.* & *j. de vsuris. qm.* Quintus est, cum per denunciationem criminis causa defertur ad iudicem Ecclesiasticum. *s. tit. prox. noui.* Item ratione connexitatis, vt in dote. *j. de donationibus inter virum & vxorem. de prudentia.*

† *Noluerint.*

¶ *Aliàs, Archiepiscopo.*

a *Dicit per hoc facere ad quæstionem de duabus quartis not. infrà de test. Rauunatius. quod scilicet in ambiguitate opinionū legistarum stetur interpretationi canonicæ. Io. And.*

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cōpil.

ADDITIO. Istos casus cum multis aliis comprehendit Host. his versibus.

Hereticus, simon. seruus, periurus, adulter:
Pax, priuilegium, violentus, sacrilegusque.
Si vacat imperium, si negligit, ambigit, an sit.
Suspectus iudex, si subdita terra, vel vsus.
Rusticus, & seruus, peregrinus, feuda, viator.
Si quis pœniteat, miser aut sit, causaque mixta.
Si denunciat Ecclesiæ quis, iudicat ipsa.

c ¶ *Ad te, vel ad nos.*] Contra. *j. de appel. cum speciali.* & *s. eo. si quis contra clericum.* vbi ordinarius recusatus committit causam. Solutio. Illa continet ius commune: & quòd hic dicit, locale est. De recusatione iudicis ordinarij, & delegati, & de illis habes *j. de appel. secundo requiris.* & *c. cum speciali.*

EX *tenore.*] Diuiditur. nam in prima ponitur Comitis conquestio. In secunda Papæ prouisio. Secunda ibi, *Nos igitur.* quæ tria facit, reddit causam, supersederi mandat, duos casus excipit. Abb. Sic.

CASVS. Inter nobilem mulierem F. viduam, & I. de Meduano, super hæreditate ipsius mulieris qō vertebatur: causa super hoc fuit cōmissa archiepiscopo, & thesaurario Turonensi. Comes Britanniæ sub cuius iurisdictione pars vtraque consistit, mulieri prędictæ mandauit, vt causam deferret ad ipsum, promittens eidem quòd faceret ei iustitiæ plenitudinem exhiberi: & quia iudices nihilominus procedebant in causa, comes hoc significauit domino Papæ: ipse verò considerans, quòd viduarum taliter debet iustitiam defensare, quòd aliis non debeat iniustitiam facere, mandat eisdem iudicibus quod nisi talis causa sit, quæ ad Ecclesiasticum forum pertineat ei debeant supersedere, dummodo per Iudicem sæcularem suam possit iustitiam obtinere: alioquin non obstante contradictione ipsius Comitis, causam ipsam prævia ratione terminare procurent. Nota, quod propter negligentiam iudicis sæcularis, transfertur iurisdictio ad Ecclesiasticum iudicem. Item causa viduarum principaliter ad forum sæculare pertinet. Item literæ, quæ ab initio effectum non habent, tractu temporis incipiunt habere effectum.

auctoritate nostra irritas, & inanes, dummodo Cōsules, & Cōe, de se conquerentibus in iudicio sæculari, exhibeant iustitiæ complementū[a]. ¶ Liceat tamen ipsis, qui sub eisdem Consulibus taliter duxerint contendendum, si se in aliquo senserint pregrauari, ad tuā (sicut hactenus seruatum est) vel ad nostrā, si maluerint †, audientiam appellare: hoc præsertim tempore, quo vacante[b] Imperio, ad iudicē sęcularem recurrere nequeunt, qui à superioribus in sua iustitia opprimūtur. ¶ Si verò Consules iustitiæ tanquam meritò suspecti fuerint recusati, coram arbitris communiter electis, de causa suspicionis agatur: quæ si probata fuerint esse iusta, ad te, vel ad nos[c] pro iustitia recurratur: sicut superius est expressum.

¶ Idem Archidiacono †, & Thesaurario Turonen.

¶ *Vidua Laicum coram Iudice Ecclesiastico conuenire non potest, nisi super causa Ecclesiastica, vel in defectum Iudicis sæcularis.*

CAP. XI.

EX † tenore literarum Comitis Britanniæ, nostris est auribus intimatū, quod cùm causam, quæ inter mulierē nobilem F. & I. de Meduano, super hæreditate sua noscitur agitari, vobis commiserimus terminandam, ipse Comes eidem mulieri, cùm tā ipsa, quàm prædictus I. essent de foro ipsius, mandauit, vt causā deferrēt ad ipsū, promittēs eidē, quòd faceret ei iustitiæ plenitudinē exhiberi[d] †: *& infra.* ¶ Nos igitur attēdentes, quod sic sumus viduis in iustitia[e] debitores quod aliis iniustitiā facere nō debem⁹; Mandamus, quatenus nisi sit talis causa, quæ ad Ecclesiasticum[f] iudicem pertinere noscatur, ei supersedere curetis: dummodo per iudicem sæcularem, suam possit iustitiam obtinere, alioquin non obstante ipsius contradictione causam ipsam ratione prævia terminetis[g].

¶ Idem Pisano Archiepiscopo.

¶ *Cleric⁹ nō potest cōstituere sibi Iudicē laicū, etiā si propriū iuramētū, & aduersarij consensus accedat.*

CAP. XII.

SI † diligenti: *& infrà.* Asseruisti te vsque ad hæc tem-

d ¶ *Exhiberi.*] Et quia iudices nihilominus procedebant in causa, Comes significauit hoc domino Papæ.

¶ *Glo. seq. notat causas viduarum non pertinere, &c.*

e ¶ *In iustitia.*] Simile *j. de dona. inter vir. & vxo. nuper.* per hoc patet, quòd causa viduarū non pertinet principaliter ad Ecclesiasticum iudicē, licet pertineat ad Ecclesiam, quantùm ad protectionem: vt 87. *dist. c. 1.* & 2. immò ad iudicium sæculare spectent[b] primo causæ viduarum, pupillorum, & orphanorum. 23. *q. 5. regum.* & *qu. 3. ab imperatoribus.* & *C. qñ imper. inter pup. l. vnica.* secundariò quantum ad defensionem ad Ecclesiam spectant. 23. *q. 5. administratores.* & *j. de censi. licet.* & causa viduarum, & aliarum miserabilium personarum spectat ad Ecclesiam, vbi agitur de iniuria, siue de violentia eis illata. 23. *q. 3. si quis de potentibus.* Et sic intelligi. *j. eod. ex parte:* vbi Papa cōmittit causam viduę semper violentia interrogata: & sic potest intelligi. *j. de verb. sign. super. §. vlt.* & præcipuè circa dotes, *vt prædicta decr. nuper.* causa pœnitentium ad Ecclesiam pertinet. 11. *q. 1. aliud.* hæresis, simoniæ, adulterij, cùm agitur ad separationem matrimonij. *j. vt lit. non contest. c. 1.* & *s. de præsum. tua.* & aliæ de quibus dicitur in seq. notula, & indirectè ratione peccati o-

b *Quid ergo speciale in istis, cum istud relinquis sit commune? de hoc 87. dist. cos qui. Vide Matthæum de Afflictis in const. regni Neap. lib. 1. tit. 7. & Guidonem Papa. decis. 566.*

† *Vide l. 1. §. post operis.* & ff. *de noui ope. nun.* & l. 2. ff. *de iud. per Bar.*

† Cap. 4. eo. tit. in 3. cōpil.

mnes causæ pertinent ad Ecclesiam, vt *s. tit. prox. nouit.*

f ¶ *Ecclesiasticum iudicem.*] Sicut sunt causæ matrimoniales. *supra* de offi. deleg. causam matrimonij. & infra de consangui. & affini. ex literis. Item causa natiuitatis alicuius. *infra qui fil. sint legiti. lator.* & *c. causam.* Item iuspatronatus. *supra de iud. quanto.* Item decimarum. *infra de deci. per totum.* Item causa vsurarum. *j. de vsur. qm̄ & per totum.* & alia plura, vt dictum est. *s. eo. cùm sit.* & *c. licet.*

c *Concilium Trid. sessio. 26. canone 12.*

¶ *Glo. seq. recc. per quæst. an scilicet communitate negligente procedant isti delegati virtute primarum, vel secundarum, &c.*

g ¶ *Terminetis.*] Per literas prius impetratas, vt incipiant valere ex nunc quoad effectum. *supra de offi. deleg. c. 3. § 1.* ff. *de leg. 3. lege 1. § 1.* C. *de dona. inter vir. & vxor. donationes.* & *suprà de rescrip. cum te.* Interim enim iurisdictio dormit. *sic infra de rescrip. pastoralis. in fin.* Videtur enim committi causa sub conditione, si iustitia coram sæculari haberi non possit. argu. infrà. de iureiurando. quemadmodum. sicut cognitio principalis causæ, sub conditione committitur in causa appellationis. *infra de appella. vt debitus. sic supra de offi. deleg. insinuante.* & ff. *de iure dot. stipulationem.* Quòd autem literæ, quæ ab initio non valent, postea conualescant, est *arg. supra de rescrip. si autem. infra de conuer. coniu. placet.* ff. *de inoff. test.* & *irri. test. cum in secundo.* ff. *de lib. & posth. si quis posthumos. in prin.* & ff. *de pign. act. si in rem §. vlt.* & *supra de elect. quod sicut. arg. contra s. de elect. auditū.* vbi de hoc. & *j. de proba. post cessionem.* Item hic habes, quòd iurisdictio perditur per negligentia sic. *s. de offi. dele. prudentiam. in fine.* & *s. de offi. ordi. significauit.* & *c. licet*[d] & sic literæ istæ sunt in pendenti, quousque appareat de negligentia iudicis, sæcularis. *suprà eo. c. prox.* sicut in pendenti est. an in senatusconsulto Macedoniano commissum sit. ff. *ad Macedonianum. l. 1. §. si pendeat.*

d *Facit tex. in Auth. de defen. ci. §. oportet. §. in glo. iurisdictionem. cu not. coll. 1.* & in l. 1. & *ibi Bar.* ff. *de iur. omn. iudicum.*

SI *diligenti.*] Pars huius. *j. de præscr. si diligenti* Diuiditur in tres partes. In prima ponitur falsa opinio Archiepiscopi Pisani. In secunda ipsius impugnatio ibi, *Immemor.* In tertia conclusio ibi *Manifestus.* Abbas.

CASVS. Quidam clericus Pisanus contraxit cum aliquo, promittens eidē ad certum terminum soluere certam pecuniæ quantitatem, alioquin posset eum conuenire corā Iudice sæculari, & cle-

ricus

pora tenuisse, quòd licitum sit clerico renunciare saltē in temporalibus causis iuri suo, & sibi Laicum iudicem cōstituere, pręsertim vbi aduersarij vōlūtas accedit: ac tenere iuramentum super hoc interpositum respōdisti. ¶ Immemor cōstitutionis †, qua cauetur, pacto priuatorum [a] iuri publico minimè derogari. Cùm igitur hoc ius in Mileuitano †, & Carthaginensi conciliis [b] sit specialiter promulgatum, ne Clerici [c] Clericos relicto suo Pontifice, ad iudicia publica pertrahant [d], alioquin causam perdant [e], & à cōmunione [f] habeantur extranei: & tam Episcopi [g], quā Diacones, seu quilibet Clerici in criminali, seu in ciuili negotio, si derelicto Ecclesiastico iudicio, publicis iudiciis se purgare [h] voluerint, etiāsi pro eis sit lata [i] sententia, locum suum a-

ricus promisit ei respondere sub illo iuramento interposito: dubitatum fuit, an posset sic renunciare iuri suo, saltem in temporalibus, & iudicem laicum sibi constituere, & an iuramentum teneret: super hoc consultus fuit archiepiscopus Pisanus, qui fuerat doctor legum: & ipse rndet, quòd vsque ad tempora illa tenuerat, quod licitum sit clerico renunciare iuri suo, saltem in tēporalibus, & sibi laicum iudicem constituere: & iuramētum super hoc præstitū seruandum erat. Respōsio, & opinio archiepi peruenit ad Papam: vnde scribit eidē archiepiscopo, referendo sibi opinionē suā, qualiter asseruit, quòd licitū erat clerico renunciare saltē in temporalibus iuri suo, & laicum iudicem sibi constituere, & quòd iuramentum super hoc præstitum erat seruandum, oblitus constitutionis illius, quæ dicit, quòd pacto priuatorū iuri publico nō derogatur: & quòd non potuerit renunciare, nec laicum iudicem sibi cōstituere, ostēdit per concilia Mileuitanum & Carthaginen. In concilio Mileuitano [a] continetur, quòd clerici non protrahāt clericos ad iudicia publica, relicto pontifice suo: quod si fecerint, causam perdant, & à communione habeantur extranei. Et in concilio Carthaginen. dicitur, q tā episcopi, quàm diaconi, & quilibet clerici in criminali, seu ciuili negotio, si derelicto iudicio ecclesiastico voluerint se purgare publicis iudiciis, etiamsi pro eis lata fuerit sententia, locū suū amittant, & hoc in criminali actione. In ciuili verò perdant, quod euicerint, si locum suū obtinere voluerint. Ex quibus cōciliis manifestè apparet, quòd clerici, nec inuiti, nec volētes, possunt pacisci, vt sæcularia iudicia subeāt: quia hoc nō est beneficium personale, cui renunciari possit, sed potiùs toti collegio ecclesiastico publicè est concessum, cui pacto priuatorum derogare non potest, & iuramentum super hoc præstitum licitè seruari non potest, quod cōtra statuta canonica illicitis pactionibus informatur. Not. quòd ius publicum pacto priuatorum non tollitur. Item clerici neque in criminali, neque in ciuili possunt laicum iudicem eligere, suo derelicto: quod si fecerint, puniūtur, vt hic dicitur. Item ius istud publicū est, & ideo nullus ei renunciare potest. Item si principale non tenet, nec accessorium. Item iuramentum contra canones præstitum, non tenet.

¶ *Glo. seq. ad id quod dicitur hic publicū non tolli pacto priuatorū alleg. 12. iura pro concor. In cōtrariū alleg. 11. iura. Sol. distinguēdo inter ius publicū fauorabile tātū, & fauorabile, & odiosū, & ponit exēpla. Subdit et quatuor rationes, quare clericus nō cōsentit in nō suum iudicem, dicēs secus de laico in ciuilibus: dicit deinde aliud in arbitrio.*

a ¶ *Pacto priuatorum.*] Sic ergo patet, quod priuatorū pacto iuri publico non derogatur. *ff. de pact. ius publicū. & l. inter debitorem.* [b] *ē. de arb. cum tempore. & j. de sen. excomm. contingit. 1.* nemo enim ius publicū remittere potest aliquibus pactionibus: nec mutare formā antiquitus constitutā. *ff. de adm. tut. quidam decedens. & j. de testa. requisisti.* nemo potest facere, quòd leges in testamēto suo locū nō habeāt. *ff. de lega. 1. nemo. & ff. ad l. Fal. quod de bonis. §. 1. & C. de condi. inser. l. 2. & C. de iura. calum. l. vlt. § sed quia. & 10. qu. 1. sic quidam. ff. de postu. quos prohibet. j. de except. c. exceptionē. ar. contra. ff. de pact. pacisci. & l. pactū inter haredes. ff. a quib. app. non licet. l. 1. in fi. & §. 1. & C. de tēpo. appel. l. vlt. in fi. & ff. de seru. l. 1. & ff. de mino. si iudex. & j. de reg. ad Apostolicā. & j. de priuileg. si de terra. & accedentibus. & C. de pactis, si quis in conscribendo.* vbi videtur expressum. & *j. eod. dilecti.* super hac cōtrarietate dicas, quòd illi iuri quod est tātum introductū in fauorē aliquorū, bene potest quis renūciare: sed si aliquod ius introductū est in fauorē quorundā pro publica vtilitate ipsorū, & odio aliorū, nullus potest tali iuri renunciare: tale est hoc, de quo hic agitur: quod introductū est nō tā in fauorem clericorū, quā in odiū laicorū: ipsi enim clericis oppido sunt infesti. vt *2. q. 7. laicos. & c. laici.* & tale est illud *17. q. 4. si quis suadēte.* quia ei renunciare nō potest. *j. de sent. excom. contingit.* Sicut potes videre in simili mulier potest renunciare Velleiano: quia in fauorem ipsius tantū introductū est. *ff. ad Velle. l. vlt. §. pen. & C. eo. tit. l. iubemus.* propter infirmitatē sexus. *C. ad Vell. si fine. & ff. eod. l. 2. §. verba.* sed Macedoniano non potest renunciari: quia illud in fauorem quorundam introductum est: & in odium creditorum *ff. ad Maced. sed & si pater in fi.* similiter beneficio restitutionis nō pōt renunciari: quia tā in fauorē, quā in odiū introductū est, licet sit *ar. contra. ff. de minor. si iudex.* [c] item & alia ratio consueuit assignari, quare non possit clericus in aliū iudicem consentire: quia præiudicaret episcopo suo, sine cuius consensu iurare non potest, nec alium iudicē habere. *11. q. 1. clericum. & 3. q. 6. non liceat. j. de iura. calum. c. 1. in fin.* Item ab alio non potest recipere ordinē, nisi ab episcopo suo, ergo nec iudicium quod est maius. Sic argumentatur cano. *9. q. 2. nullus Primas. & j. de pare. c. 3.* Item non potest ab alio prælato petere animæ iudicium, quod est occultum: multo fortiùs non potest petere iudiciū personæ. *j. de pæn. & re. omnis vtriusque. & de pæn. d. 6. placuit.* sic posset contingere, quòd omnes subditi episcopi alium sibi iudicem eligerent. Laicus verò bene potest alium iudicem sibi eligere in ciuili negotio. *ff. de iud. l. 1. & 2. sed in criminali non. 11. q. 1. si quis cum clerico. & C. de iurisd. om. iud. in criminali.* clerici tamen arbitros bene possunt eligere præter consensum episcopi. *supra de arbi. c. 1. & 2. & in c. dilecti.* & per totum tit. Item dixi, quòd illi priuilegio, si quis suadente, renunciare non potest, tamen clericus verberatus a laico, vel ab alio, potest ei remittere iniuriam quantùm ad se, sed non quantùm ad Ecclesiam. *23. q. 4. si quis. 63. dist. Salonitana.*

b ¶ *Conciliis.*] Quæ concilia tu habes *11. q. 1. insolita. & c. placuit.* quorum verba hîc ponuntur.

c ¶ *Ne clerici.*] Hîc ponit tenorem illius *c. insolita.*

d ¶ *Pertrahant.*] Et sic trahuntur inuiti, & ideo punitur ille, qui eos trahit, & sic loquitur *c. insolita in actore.*

e ¶ *Causam perdant.*] Sed nunquid per sententiam, an ipso iure? H. dicebat, quòd ipso iure perdit causā: sed videtur potiùs, q per sententiam. *arg. prædicti c. insolita.* vbi dicit, conuentus & causam perdat. & *C. de iur. om. iud. in criminali.* vbi dicit: actor actione causæ mulctetur, reus pro condemnato habeatur. & arg. prædicti c. placuit. vbi dixit, locum suum amittat. quod verius videtur. op. d ad hoc *arg. ē. de exces. prælato. grauem.* hoc dicit Io. H. contra. Sed nunquid intelligimus hanc pœnam imponendam statim, vel post conuentionem, vel post litis contestationē, vel tantùm si perseuerat vsque ad finem causæ? Et videtur certè, quòd postquam vocatus est ad iudicium *11. q. 1. insolita.* vbi dicit: ad iudicia publica non pertrahant: si contra fecerint, causam perdant. & *c. placuit.* vbi dicit: qui de sæculari iudice poscit auxilium, &c. & *C. de iurisd. omn. iu. in criminali.* vbi dicit: qui innotuerit in vetito examine. Sed videtur, quòd ante litis contestationem possit pœnitere, nec incidit in pœnam. *ff. rem ra. hab. amplius. & ff. de in ius voc. l. quamuis.* [e] *& ff. de iur. om. iud. si conuenerit.* Et arg. illius *c. placuit.* vbi dicit: si crimen fuit intentatum, vel ciuilis causa commota. per quæ verba innuitur, quòd lis fuit contestata. immò etiam videtur, quòd quandocunque ante sententiam licitum sit pœnitere *arg. ff. de inoff. testam. Papinianus. § meminisse. & C. de iis quib. vt indig. alia causa. & ff. quod metus cau. si cū exceptione. §. hæc actio. & §. satis.* Hug. dicebat, quòd hic non est locus pœnitentiæ: benignius tamen est, & tutius dicere, quòd ante litis contestationem sine pœna desistere potest. arg. illius c. placuit, quia promptiores esse debemus ad misericordiam, quàm ad rigorem. *ff. de act. & obl. l. Arrianus.* Post litem verò contestatam non potest vitare pœnam. arg. prædictarum legum, amplius. & *l. quamuis. & l. si conuenerit.* Sed in causa spirituali sola depositio querimoniæ sufficit, vt ab Ecclesia tanquam membrum putridum abscindatur, & beneficia aliis conferantur. *j. de excessibus præla. grauem.* Sed potest dici, quòd illud est propter excessum nimium, eo quòd in suum episcopum tantum facinus attentare præsumpsit, vt meritò augeri debeat pœna. *ff. de re milit. l. non omne. del. §. 1.* sed de rigore debent puniri, qui in vetitum examen alios trahunt.

f ¶ *A communione.*] Sacramentorum: quia in pœnam remouebuntur à sacramentis ad tempus. *arg. 2. q. 6. catholicus.* vel potiùs à communione, id est, officio, & beneficio, si clericus est, priuetur: vt dicit Hug. sed nimis rigida esset hæc pœna, nec etiam talis expositio consonant literæ: & ita dicit, quòd non perdit locum suū, si perdere vult, quod euicit. Et hucusque loquitur in auctore: sequentia verba, & tam episcopi, & in reo.

g ¶ *Tam episcopi.*] Hic ponit tenorem illius *c. placuit.*

h ¶ *Purgare.*] Et sic loquitur in reo. c. placuit. & ideo quia sponte elegit vetitum iudicium, punitur, & expone, purgare, id est, examinare causam suam. Et dic, quòd voluerint cum effectu, id est fecerint, quòd examinaretur ibi causa: nam si inuiti traherentur, non punirentur. *arg. contra ē. de iudic. at si clerici. & 11. qu. 1. si quis clericorum.*

ADDITIO. Vnde versus:

Clerice si quæris examen, quod prohiberis,
Et deponeris, & causa destitueris.

i ¶ *Pro eis sit lata.*] Sed qd si cōtra eos lata sit? Videt q nō teneat: quia

† *Aliàs ita: constitutionis illius.*

† *Verba, quæ hoc loco tribuūtur cōcilio Mileuitano habentur in concil. Toletano. 3. c. 13. reliqua in concil. Carthag. 3. c. 9. & vide notam huius c. a In concilio Toletano 3. c. 1. hæc cōtinentur.*

b *Et melius. ff. de reg. iur. l. neque pignus. §. priuatorum. Ioan. And.*

c *Vide Specul. p. 2. tit. de testi. in inte §. quamlicet. circa fin.*

d *Arg. ad hoc C. de asser. tol. l. in fin. & C. de hær. quicunque ante fi. Ioan.*

e *Libertus euadit pœnam, si desistit a vocatione patroni in ius ante litem contestatam. Io. And.*

quia sententia à non suo iudice lata non tenet. s. *de iudi. at si clerici. 11. q. 1. si quis clericorum.* satis patet, quid dicendum sit: nam si obtineret, sententia non valeret. Sed si contra eos lata est, de iure tenere non deberet: tñ quantum ad se, & in odium illorũ seruabitur talis sentẽtia, & compelletur ad hoc ꝓpter culpã suã: immò multò fortiùs ꝓ cõdẽnato debet haberi, *arg. s. de renunciat. quod in dubijs.*

¶ *Glo. seq. sria dicit, sinis de qua causa, princ. eius applicet; medium qd cũ vterq; fuit in culpa.*

a ¶ *Perdant quod*] i. rem quæ ab eis petebatur, de qua fuerũt absoluti, & habebuntur pro cõdemnatis. & res illa dabitur actori, cui facta est iniuria: quia reus aliter se conueniri nõ patiebatur: quia fortè potẽs erat, & actor ipsum timebat, vnde non audebat illum conuenire coram suo iudice, & sic actor inuitus, & coactus conuenit illũ. Sic in præsenti casu actor perdit, quod euicit, & datur reo, qui inuitus tractus fuit ad iudicem alienum. Sed si vterque fuerit in culpa, tunc debet dari illi Ecclesiæ, cui facta est iniuria, & iurisdictio eius spreta. Et quod dicit: perdant, qđ euicerit, intellige, cum causa est propria clerici: a secus si negotiũ sit Ecclesiæ: quia delictum personæ, &c. 16. q. 6. *si Episcopum.*

b ¶ *Si locum suum.*] Ecce, reus habet electionem, vt vel perdat causam, vel amittat locum. Si potiùs vult perdere locum, nunquid habebit, quod euicit? Sic actor fuit in culpa, aliàs non: quia factum istius non debet obesse actori innocenti. & sic est casus, in quo tenet sententia à non suo iudice lata.

† Concord. ad quod notstrum. ff. de regu. iur. & l. 1. ff. solu. matr.

† Cap. 1. co. tit. in 4. cõpil.

a Concor. tex. in l. nõ aliter. ff. de leg. 3.

mittant, & hoc in criminali actione: in ciuili verò perdant a, quod euicerint, si locum b suum malucrint obtinere †: Manifestè c patet, quòd non solùm inuiti, sed etiam voluntarij pacisci non possunt, vt sæcularia iudicia subeant, cùm non sit beneficium hoc personale, cui renunciari valeat, sed potiùs toti collegio Ecclesiastico publicè sit indultum: cui priuatorum pactio derogare non potest. Nec iuramentum d licitè seruari potuit, quod contra canonica statuta illicitis pactionibus informatur.

¶ Idem Beluacẽ. Episcopo.

¶ *Clerici super excessibus corã suo Episcopo conueniri debent, nõ corã his quibus seruiunt, nisi consuetudo, vel priuilegium aliud inducat.*

CAP. XIII.

CVm † contingat interdum: *& infrà.* ¶ insuper postulasti, an cum aliquid Clerici deputati seruitio Capituli Beluacẽ. aut aliorum Clericorum tuæ diœcesis, super excessibus impetuntur, sint cogendi coram te, vel potiùs coram illis, quibus seruiunt, querelantibus responderе, cùm illi sibi iurisdictionem huiusmodi vendicare contendant, licèt illos excommunicare non valeant, vel aliàs etiam coer-

¶ *Glo. seq. quæ it, arg. affirmatiuè. soluit contrarium, & remittit.*

c ¶ *Manifestè patet.*] Hic ergo patet arg. ex præcedentibus concilijs, quòd nec inuiti, & hoc ex concilio Mileuita. 11. q. 1. *indita nec volentes.* & hoc ex concilio Cartha. placuit. pacisci possunt, vt iudicia sæcularia subeant. Sed nunquid tacitè possunt renunciare suo foro respondendo coram laico? *arg. quod sic 3. q. 6. pulsatus.* nam & Papa renunciat suo foro. 2. q. 7. *nos si incompetenter.* & q. 5. *mandastis.* multa enim possumus tacitè, ad quæ non possumus nos pacto adstringere. *ff. de procur. l. filiusfamilias. §. Veterani.* & *de pact. l. vlt.* & *C. de iuramen. calum. l. 2. in fi.* Dicas, quòd neque tacitè, neque expressè potest clericus alium iudicem constituere, immò in Ecclesiasticam personam sine licentia speciali Episcopi sui consentire non potest, nec illum in iudicem eligere: vt 3. q. 6. *non liceat.* ĩ. *eo. significasti.* vbi determinatur ista dubitatio, vt ibi dicit.

Clerici neque tacitè, neque expressè possunt suo foro renunciare.

¶ *Glo. seq. notat, & dupliciter probat. ar. quod si principale, &c. alle. in contrar. deinde ad casum conuersum pro. & contra. in fin. vbi dicitur, quod vbi factum lege prohibente non tenet, non tenebat stipulatio, mandatum, vel iuramentum adiectum.*

d ¶ *Iuramentum*] Sic ergo patet, quod si contractus nõ tenet, sine pactu, iuramentum de obseruando ipsum contractum, vel pactum, non tenet, neque obligat. C. *de legibus. non dubium.* & quia iuramentum contra bonos mores, & vim legum, & auctoritatẽ iuris nullius est momenti *ff. de legatis primo, si quis inquilinos. §. si quis.* & quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis 22. q. 4. *inter cætera.* & ĩ. *de iureiur. quanta.* Item *arg. quod si principale non tenet, nec accessorium. vt C. de vsuris eos.* & *C. depositi. l. si deposita pecunia.* & *l. prædicta, non dubium.* & *infra de fide instrumen. inter dilectos.* & quia idem iuris est in principali, & accessorio. *suprà de offic. dele. prudentiam.* &*c.* in *ar. contra.* ĩ. *de iureiu. debitores.* & *c. cùm contingat.* Similiter quod iuris est in accessorio, & in principali. *arg. 23. q. 1. paratus, vers. sui finem. vers. nam si Christiana. in fin.* aliàs est capitulum. *arg. contra. quod aliud est in accessorio, quam in principali. ff. de pact. l. 3. ar. contra. quod sublato accessorio, tollitur principale. ff. de pact. l. 2. arg. contra. C. de remis. pign. creditricem.* Item signatur contra. infrà de iureiur. cùm contingat. vbi iuramentum super contractu contra legem facto præstitum seruatur, & ibi de hoc. Bernardus.

cere. Super quo taliter respondemus, quòd ad te (vtpote ordinarium) debent conquerentes habere recursum: maximè e si super his impetuntur, quæ in tua noscũtur diœcesi cõmisisse. Nisi fortè hi, quibus delinquẽtes ipsi deseruiũt, ex indulgẽtia, vel consuetudine f speciali, iurisdictionẽ huiusmodi valeãt sibi vendicare.

¶ Idem.

¶ *Episcopus delicti condemnat Clericum de delicto, sed non priuat beneficio alibi existente, sed Episcopus beneficij priuabit, quasi exequendo condemnationem Iudicis delicti. Hoc dicit secundum vnum intellectum. Secundùm alium intellectum hoc dicit: Episcopus delicti condemnat clericum de delicto, priuando beneficio alibi sito, sed executio realis fit ab Episcopo beneficij.*

CAP. XIV.

POstulasti † per sedem Apostolicam edoceri, vtrùm Sacerdos habens Ecclesiam in vna diœcesi, & residens in eadem, domicilium verò patrimonij ratione in alia, ibi delinquens, ab eo in cuius diœcesi habet patrimonium, pro delicto ibidem commisso debeat iudicari: præsertim in causis, quæ officij sui, seu beneficij priuationem exposcunt. ¶ Ad quod breuiter

CVm contingat.] Sunt duæ partes, consultatio, & responsio. Secunda ibi, *Super quo.* Abb. Sic.

CASVS. Aliqui clerici deputati sunt seruitio capituli Beluacensis, aut seruitio aliorum clericorum Beluacen. diœcesis: clerici isti sic ad seruitium deputati committunt excessus aliquos: quæsiuit Episcopus Beluacensis, vtrùm clerici isti cùm impetuntur super excessibus suis, conueniẽdi sint coram ipso, vel potiùs coram illis, quibus seruiunt: cùm illi, quibus seruiunt, huiusmodi iurisdictionem vendicare contendant, quamuis eos non possint excommunicare, vel aliàs coercere. Ad hoc respondet Papa. quòd corã Episcopo Beluacẽ. tanquam ordinario conueniendi sunt, maximè super iis, quę in sua diœce. commisisse dicuntur, nisi fortè illi, quibus ipsi delinquentes deseruiunt, ex indulgentia speciali, vel consuetudine, vendicent sibi huiusmodi iurisdictionem. Not. quòd priuilegium, & cõsuetudo derogãt iuri cõmuni, & in criminibus. Item solus Eṗs cognoscit de criminib. in diœcesi sua cõmissis de iure communi, nisi consuetudo, vel priuilegium sit in contrarium. Item Episcopus solus est ordinarius in diœcesi sua.

† Cap. 3. eo. tit. in 4. cõpil.

e ¶ *Maximè.*] Id est, tantùm. sic 11. q. 3. *si quis Episcopus damnatus.* nam tantùm ab illo puniendus est, vbi deliquit. 6. q. 3. *placuit.* ĩ. *de rapt. c. 1.* vbi de hoc. Vel dic, quòd licet alibi possit excõmunicari, non tamen ab alio potest deponi, quàm à suo diœcesano, secus si ciuiliter ageretur de beneficio. s. *eo. postulasti.* Qñ reus sit remittendus b ad suum iudicem, dicitur 3. q. 6. c. 1. & ĩ. *de rap. c. 1.*

¶ *Gl. seq. not. alle. s. iura: secundo obiicit, & soluit per tria similia.*

f ¶ *Vel consuetudine.*] Not. quòd consuetudo c dat iurisdictionẽ. 9. q. 3. *conquestus.* s. *de arb. dilecti.* C. *de eman. l. 2.* & *vlt.* & s. *de offi. ordi. irrefragabili.* Sed qualiter potest in hoc casu priuilegium, vel consuetudo dare iurisdictionem, cùm nemo sibi, vel suis ius dicere possit. ff. de iur. om. iud. qui iurisdictioni præest. & C. *ne quis in sua cau. ius sibi dicat l. vnica?* Sed dic, quod dominus familiæ potest habere ordinariã iurisdictionem super familiam suam, sicut magister super discipulos suos, vt *in constit. Frideric. C. ne fi. pro pa. Auth. habita.* sicut Episcopus in suos canonicos, & sicut pater super filium suum: vt 3. q. 7. *infamis §. tria certa si.* & 23. q. 4. *duo ista nomina.* & si suspectus fuerit dominus, petat actor ei aliquem associari. 3. q. 3. *c. induciæ. § asseratur.* vel eligat arbitros s. *eod. si quis contra clericum.* & 11. q. 1. *peruenit.* ĩ. *de appel. cum speciali.*

b *De hoc articulo copiosè Conarruuias in pract. quæst. c. 11. Guido Papa decisio. 202. & dixit latè super Directorio Inquisitorum. lib. 3. Schol. 45.*

c *Vide Accursium, in l. more maiorum. ff. de iurisd. omn. iud.*

POstulasti.] Hoc c. legitur principaliter duobus modis. Primò quod Eṗs delicti fert sentẽtiã im iep criminẽ: sed Eṗs beneficij fert sentẽtiã priuatoriam beneficij. Secũdò legitur, quòd Eṗs delicti fert sententiam etiam super beneficio. Sed realis executio: vt possessionis subtractio, debet fieri per iudicem beneficij. Diuiditur in duas partes. Primò ponitur quæstio. Secundo solutio ibi, *Ad quod.* Abbas. Pars huius decret. ĩ. *de homi. postulasti.*

CASVS. Ecce aliquis sacerdos habet Ecclesiã in diœcesi Bon. in qua residet, domiciliũ vero ratione patrimonij sui habet in diœcesi Mutin. & ibi deliquit: quęritur, à quo Eṗo ꝓ delicto ibi cõmisso

deb:

debeat iudicari, præcipuè in caussis quæ officij, vel beneficij priuationẽ inducunt? Rñdet, q per ep̃m in quibus diœce. deliquit, sententia in eundem clericum debet promulgari: sed per illum ep̃m, in cuius diœcesi habet Ecclesiam, sñia debet executioni mandari. No. quòd rõne delicti efficitur quis de foro alterius. Itẽ per alium fertur sentẽtia & per alium executioni mandatur.

tenorem priorum literarum præuia ratione procedant, non obstantibus aliis exceptionibus, quæ in petitorio potiùs, quàm in possessorio, quod regina contra dictum nobilem intentauit, locũ habent. No. quòd causa viduarum quoad possessorium pertinet ad Ecclesiã. Itẽ no. q dietæ cõputãtur à diœcesi, in qua res litigiosa exiitit. Item causa feudi quoad petitorium iudicium, coram domino feudi tractari debet. & ista tria requiruntur coram delegato, quòd habeat domicilium infrà duas dietas à iudice delegato, & quod res litigiosa sit infra eandem diœcesim.

respondemus, quod per Ep̃m, in cuius diœcesi deliquit [a], sententia promulgari poterit in eundem. Sed ab eo, in cuius diœcesi beneficium obtinet, erit quoad illud executio facienda [b].

¶ Honorius iij. Archiepiscopo, Decano, & Archidiacono Turonen.

¶ *Miserabilis persona potest Laicũ interdicto unde vi, corã Iudice Ecclesiastico conuenire, etiamsi res subtracta dicatur feudalis.*

CAP. XV.

Ex parte B. quondam Angliæ Reginæ fuit propositũ, quod cum nobilem virum G. detentorem castri Segrey, ratione dotalitij [c] pertinentis ad ipsam, quo per eum, vel eius complices [d] cõtra iustitiam fuerat spoliata †, auctoritate bonæ memoriæ Ioannis Papæ præd. nostri coram vobis traxisset in causam: Dictus nobilis excipiendo proposuit, quòd literæ Apostolicæ non valebant, pro eo quòd castrũ Guargiæ, vbi est eius domiciliũ principale, consistit in diœcesi Rodoñ. quæ vltra duas dietas à Turonis est remota. Verùm replicatum fuit ex parte Reginæ, quòd idem nobilis Turonis satis poterat conueniri, cùm non solum in Rodoñ. diœcesi, sed etiam in Andegauensi [e] diœcesi existat, eo † quòd & castra, & redditus plures habet in ipsa: & castrum de quo quæstio vertitur, in eadem est diœcesi [f], quæ à Turoñ. nequaquam vltra duodecim leucas † distat. Idem quoque adiecit, quòd cũ dicta Regina, ius suum coram dño feudi prosequi debuisset †: literæ Apostolicæ non valebant, cum non faciebant mentionem, quod dominus feudi fuerit requisitus, & ipse in exhibenda iustitia extiterit negligens, vel remissus, subiiciens quod eædem literæ falsitate expressa fuerant impetratæ: eo quòd suggressum fuerat castrum illud ad eandem Reginam ratione dotalitij pertinere, cùm nec ab initio, nec durante matrimonio, à viro sibi fuerat in donationem propter nuptias assignatum. Ad hoc autem fuit ex parte ipsius Reginæ responsum, quòd vidua spoliata, irrequisito feudi domino, spoliatorem, seu detentorem rei, coram Ecclesiastico Iudice poterat conuenire, cuius interest viduas defensare: *& infrà.* ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit dictum nobilem, terram & mansionem habere in Andegauensi diœcesi, in qua interdum consueuit commorari, & ipsam diœcesim vltra duas à Turon. non distare dietas, & in eadem litigiosam rem esse, non obstantibus exceptionibus aliis [g], quæ in petitorio potiùs, quàm in possessorio, (quod regina contra eundem nobilem intentabat) locum habere videntur, in ipso negotio iuxta priorum continentiam literarum, ratione præuia procedatis.

a ¶ *Deliquit.*] Et ita delictũ dat iurisdictionẽ, ĩ. eo. c. vlt. & 6. q. 3. *placuit.* & ep̃s ille in cuius diœcesi deliquit, debet ferre sententiam cõtra ipsum super crimine, & non super Ecclesia: & hæc sñia lata sub vno, facit fidẽ in alio iudicio. simile 11. *qu. 1. subdiaconus.* & 11. *qu. 1. statuimus. ff. de iureiurando. si duo patroni. C. de liber. cau. iubemus.*

b ¶ *Executio facienda.*] Ille enim iudex, in cuius diœcesi est res: in qua fieri debet executio, debet sententiam mandare executioni: & sic ille episcopus, cui subest illa Ecclesia istius clerici, priuabit illum per sententiam ab alio episcopo latam. arg. ff. de re iud. à diuo Pio. *§. in criminibus.* si crimen magnũ est, ille iudex exequatur sentẽtiã, vbi delictum est perpetratum. ĩ. *de rapt. c. 1.* & *ff. de re mili. desertorẽ. in prin.* & *in Auth. vt nulli iud. §. si verò quis comprehensorum. collatione 9.*

Ex parte.] Sunt duę partes. In prima, partis cõquestio. In secunda iudicum instructio ibi, *Mãdamus.* Prima subdiuiditur. Primò ponit causæ commissionẽ, & rei vocationem. Secundo ibi, *Dictus.* rei exceptionẽ, & actoris replicationẽ, ad illam. Abb. Siculus.

Casvs. B. regina quõdã Angliæ, impetrauit literas ad iudices delegatos, contra nobilem virum Guli. qui contra spoliauerat eam castro Segrey pertinente ad eam ratione dotalitij, coram quibus dictus nobilis excipiendo proposuit quod literæ non valebant, pro eo quod castrum Guargiæ, vbi est eius domicilium principale, consistit in diœcesi Rodoñ. quæ distat à Turonensi vltra duas dietas. Contra hoc ex parte reginæ fuit replicatum, quod nobilis ille Turonensis bene poterat conueniri: quia & in Rodonensi, & Andegauensi diœcesibus existit, & castrum, de quo quæstio vertitur, in diœcesi Andegauensi existit: quæ non distat à Turonensi vltra duas dietas: præterea idem adiecit, quòd ipse coram domino feudi debuit conueniri, & ideo literæ Apostolicæ non valebant, cùm non faciebant mentionem, quod dominus feudi fuerat requisitus, & in exhibendo iustitiam, fuerat negligens, vel remissus. Insuper dicebat, quòd literæ expressa falsitate fuerant impetratæ, ex eo quòd suggestum fuerat castrum illud ad reginam illam ratione dotalitij pertinere, cùm nec ab initio, nec durante matrimonio, sibi à viro in donationem propter nuptias fuerit assignatum. Contra ista ex parte reginæ fuit responsum, quòd vidua spoliata irrequisito domino feudi spoliatorem, seu detentorem rei coram ecclesiastico iudice, cuius interest viduas defensare, bene poterat conuenire iudices super propositis dubitarunt: vnde regina domino Papæ prædicta significauit: vnde mandat iudicibus prædictis, quatenus si constiterit dictum nobilẽ terrã & mansionem habere in Andegauensi diœcesi, in qua interdu habitare consueuit, & ipsa diœcesis à Turonensi non distat vltra duas dietas, & in eadem diœcesi res litigiosa existit, in ipso negotio iuxta

c ¶ *Dotalitij.*] Id est, donationis propter nuptias: mulier enim dicitur dotem dare viro. vir autem dicitur dare vxori donationem propter nuptias. ĩ. *de don. inter virũ, & vxo. nuper in si.*

d ¶ *Complices.*] Not. q tenetur quis hoc interdicto, siue quis fecit, siue complices eius ipsi[9] mandato, siue etiam ratum habuerit. ĩ *de restit. spoli. cũ ad sedem. & ff. de vi. & vi arm. cùm à te & l. 3. §. cùm procurator* quia facientes, & consentientes pari pœna puniuntur. s. *de offi. deleg. ca. 1. & 2. c. 1. notum. in fine.* & tenentur etiam alia ratione, si rem illam scienter recepit à dictore. ĩ. *de rest. spo. sæpe contingit & s. titu. prox. quia v.*

e ¶ *Andegauensi.*] Potest enim quis habere domicilium in diuersis locis. *ff. ad muni. assumptio. §. iuris prudentibus. & l. filij. §. senatores. & ff. de sena. senatores.*[b] veruntamẽ sola possessio domus, quæ comparatur in alia ciuitate non facit domicilium. *ff. ad muni. liber tus §. sola domus.* nisi eã inhabitauerit: vnde dicit ĩ. in qua interdũ cõsueuerat habitare: sed desinit esse municeps adeptus senatoriã dignitatẽ. *ff. ad muni. municeps.* Sed hoc verũ est quãtũ ad munera, nõ quantũ ad dignitatem: vt ibi dicit.

f ¶ *In eadem est diœcesi.*] i. Andegaueñ. Hoc enim sufficeret solũ, si coram ordinario Andegaueñ. quæstio ista mota fuisset: quia ratione rei de qua quis conuenitur, sortitur quis forum. *suprà eodem sanè. infra eod. c. vlt. & C. vbi in rem act. l. actor.* etiam si res sit mobilis. *ff. de iud. quod legatur.* & de hoc dicitur *infrà eod. cap. vlt.*

¶ *Glo. seq. notat ex tex. huius gl. literas impetratas contra laicũ, &c. signat contraria, & soluit. Secundo no. quod cã viduarum, &c. remittit. Tertio declarat, quæ non fuit recipienda vel exceptio. Vltimò obi. ad dominationem eiusdem reginæ. Ioan. An. dimidit. Sed Panor. expedit hanc glo. per quatuor oppositiones.*

g ¶ *Exceptionib. aliis.*] s. q castrũ illud assignatũ nõ fuit ipsi in donationẽ pp nuptias à viro. Itẽ alia, q dñs feudi nõ fuit requisitus, antequã literas impetraret, istæ exceptiones locũ nõ habent in possessorio, sed tñ in petitorio locũ habent, vt hîc dicit. Et sic vr̃ q literæ impetratæ cõtra laicũ nõ valeãt, nisi primò iudex sæcularis fuerit requisitus, & negligens, siue fuerit dñs feudi, siue alius iudex: nisi de hoc in literis fiat mentio: cũ hæc exceptio in petitorio locũ videatur habere. vñ signatur cõtrariũ. s̃ *eo. ex tenore. &c. licet. & c. ex transmissa. & s̃. tit. prox. cæterũ.* vbi expressè videt quod nõ sit necesse de hoc facere mentionẽ: sed sufficit, q supersedeat literis, dũmodo dñs feudi, vel alius sæcularis velit, & paratus sit iustitiã exhibere: & postquã cõstiterit de negligentia, procedant alij. Sic ergo intellige, quod hîc dicit: quæ potiùs in petitorio

a Concor. tex. in l. relegatorum §. 1. & §. interdicere. & seq. cùm. §. est quoddã genus. & in l. iubemus. ff. de interd. & relegatis.

† Vide l. 3. §. diuus. ff. de sep. vio. & l. iubemus. Cod. de sac. sanct. eccle.

† Alias vltra. unum quod in ipsa diœcesi.

† Leuca nostra & vulgare vox apud Hispanos continet 32. stadia, siue quatuor milliaria Italica.

† Vide §. 1. cũ ne. arm. de prohib. feu. donat. per Feder. coll. 10 & authen. de quæst. §. si verò.

b Dicit Innocen. idem, si haberet ibi magnã partem bonorum suorum vel larem, id est, familiam. Vel si nihil habet, & ibi tamen assiduè conuersatur. C. vbi sena. vel clar. l. 2.

Literæ contra laicum a Papa impetratæ an valeant.

titorio locum habere videntur: vt scilicet non procedat delegatus per litteras impetratas super proprietatis iudicio, si dñs feudi, vel etiam alius sæcularis paratus sit iustitiam exhibere: & ita litteræ ab initio suspensæ manent. Postquam verò apparuerit de negligentia iudicis [a] sæcularis siue dñi feudi, ex tunc incipiunt habere effectum, sed ex toto nō eliduntur secūdùm quod hic iste nobilis intendebat. De hoc dictū est s. *de officio delegati. significantibus*. Itē est *arg. ex hac decre.* quòd cā viduarū pertinet ad Ecclesiā: q̄a hîc dñs Papa audit viduam istā non obstātibus exceptionibus prædictis. Dic de hoc, vt dixi s. eo. ex tenore. Item hæc exceptio: quòd castrum nō fuerit in donationē pp nuptias assignatum: meritò debuit reprobari, quia erat quæstio principalis, si regina ageret de proprietate, vnde non debebit proponi in modū exceptionis: hoc enim debebat probare regina, si principali ageret petitorio iudicio. Et illud scias, quòd illud quod venit in principali q̄ōne, non debet proponi in exceptione dilatoria, quia talis exceptio nō impedit litis cōtestationē: vt hoc traditur in quadam decre. Innoc. iiij. *in cōcilio Lugdun. de litis contest.* quæ incipit: *exceptionis* [b] *perēptoria.* nisi in casibus ibidem contentis: quia exceptio est actionis exclusio, vt peremptoria. *ff. de except. l. 2.* siue iudicis, siue actoris repulsio, sicut sunt dilatoriæ. j. *de excep. pastoralis.* & j. *de appell. secundò requiris.* Sed quare appellatur mulier ista in principio, & hîc regina, cum rex, qui fuit maritus ipsius, mortuus sit? potest & debet [c] sic appellari, quousque nupta fuerit viro inferioris dignitatis *ff. de sena. fœmina.* & *C. de nup. cùm te.* & *ff. ad municipalem. l. filij. §. vidua.*

a Etiam ex post facto. puta, quia incepit cognoscere sæcularis: & postea repescit secundùm Inn. & facit quod no. supra c. licet. in 1. gloss. Ioan. And.

b Habetur eo. tit. lib. 6.

c Vide Guidonem Papa decisi. 379. & 380.

¶ Gregorius ix. fratri Palmerio Canonico S. Trinitatis.

¶ *Laici vsurpantes iura Ecclesiastica velut sacrilegi per Iudicem Ecclesiasticum compelluntur.*

CAPVT XVI.

Conquestus est nobis Bononien. Eps, quòd Potestas, & Cōmune Bononien: tēporalē iurisdictionem, quæ in quibusdam castris, & villis, Ecclesiæ Bononien. competit pleno iure[a]: & in cuius quasi possessione [b] fuisse ac esse dignoscitur, per violentiam vsurpare præsumunt: *& infrà.* ¶ Cum autem valde sit iniquum, vt ea quæ collata sunt pro remedio peccatorum venerabilibus Ecclesiis, vel relicta, aut eis iustis modis aliis acquisita, aliis vsibus applicari: propter quod meritò inuasores [c] ipsarum rerum tanquam sacrilegi sunt anathemati vsque ad satisfactionem congruam supponendi: *& infra.* ¶ Mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam cessare ipsos ab huiusmodi, & satisfacere de præteritis damnis, & iniuriis, appellatione remota, compellas.

Conquestus est.] Primò ponitur querela episcopi. Secundò iudicum datio, quam primò iustificat ibi, *Cùm autem.* Abb. Sic.

Casvs. Potestas, & commune Bononiense, per violentiam vsurparunt iurisdictionem temporalem in quibusdam castris, & villis, quæ pertinent pleno iure ad Bononiensem Ecclesiam, & in cuius quasi possessione Ecclesia ipsa erat: propter quod Bononiensis Episcopus conquestus fuit D. Papæ, vnde causam commisit cuidam iudici, mandans eidem quòd cum iniquum sit, ea quæ pro remedio peccatorum venerabilibus Ecclesiis sunt relicta, vel aliter iustè acquisita, humanis vsibus applicari: inuasores ipsarum rerum tanquam sacrilegi sunt excommunicandi, vsque ad debitam satisfactionem. Vnde si constiterit ei de præmissis monitione præmissa per censuram ecclesiasticam, compellat inuasores prædictos ab huiusmodi cessare, & de præteritis damnis, & iniuriis satisfacere competenter. No. quòd Ecclesia potest conuenire malefactores suos coram iudice ecclesiastico, cum sint sacrilegi: quod crimen ecclesiasticum est. Item quod semel Deo dedicatum est ampliùs ad humanos vsus applicari non debet. Item monitio debet præcedere vindictam.

a ¶ *Pleno iure.*] Id est, quoad spiritualem, & temporalem iurisdictionem.

b ¶ *Quasi possessione.*] Hoc ideo dicit: quia iurisdictio, & omnia iura incorporalia, & seruitutes non possidentur, sed quasi possidentur [d]. sic j. *de causa possessio. cum Ecclesia.* & habes hoc *ff. de vsucap. sequitur. §. si viam.* quia incorporalia corporaliter apprehendi non possunt. Possessio verò corporalis dicta est quasi pedum positio *ff. de acqui. possessio l. 1.* Bern.

c ¶ *Inuasores ipsarum rerum.*] Sic patet, quòd inuasores rerū Ecclesiasticarū tāq̄ sacrilegi sunt vsque ad satisfactionē excōmunicandi: quicquid enim datum est Ecclesiæ pro remedio peccatorum, ad humanos vsus non debet ampliùs applicari, vt hîc dicit, & j. *de rerum permuta.* iniustum videtur. *sic 12. q. 2. nulli liceat.* quicunque pdia. qui abstulerit & c. 1. de illis capitulis hîc fit mētio, & de hoc quod dictum est s. *eo. cùm sit.* Istos inuasores pōt Ecclesia, sub quo maluerit iudice conuenire: vt s. *eo. cùm sit generale.* & isti non sunt excommunicati ipso iure, sed sunt excommunicandi, quousque satisfecerint tam de iniuriis, quàm de damnis, vt hîc patet: immò iniuriam Ecclesiæ factam prælatus remittere non potest. 23 *q. 4. si is qui.* & 63. *dist. Salonitana.*

d Et ideo interdictum vnde vi, vel vti possidetis, non competit in eis, sed quasi vti possidetis, ff. de serui. quotiens. vel cōpetet actio ex canone. 3 quæstione 1. redintegranda. secundùm Gof. Ioan. And.

Idem Episcopo Dulmen.

¶ *Priuilegiatus vt non teneatur respondere nisi in certo loco: si in alio loco respondere, vel soluere promittit, ibi poterit conueniri, & etiam vbi habet domicilium, secundùm Ioan. And.*

CAP. XVII.

Dilecti filij I. & A. ciues Romani, sua nobis petitione monstrarunt, quòd cùm Abbati sanctæ Genouefæ Parisiensi super quadam pecuniæ summa, contra [d] R. prædecessorem tuum literas impetrâssent: tu proponi fecisti, quòd omnibus Anglicis est à sede Apostolica indultum, vt super causis pecuniariis, citra mare conueniri non possint: propter quod idem Abbas in negotio non processit. ¶ Verùm quia & si fuisset priuilegium tale concessum, non tamen prodesset illis, qui se certo loco [e] respondere, vel soluere aduersariis promiserunt: & cùm

Dilecti filij I. & A. ciues Romani.] Priuilegium alicui cōcessum, vt non teneatur nisi certo loco respondere, non extenditur ad locum, vbi ex aliqua causa de iure cōi conueniri potest. & est casus not. Diuiditur. Primò ponitur querela actoris, quæ continet causæ commissionem, & rei exceptionem. Secundò ponitur mandatum factum reo cum comminatione, & prouisione, si non pareat ibi. *Verùm.* Abbas.

Casvs. Quidam ciues Romani I. & A. quandā quantitatē pecuniæ mutuauerūt Epo Dulmensi, qui promisit eisdem dictam pecuniā soluere certo loco, videlicet citra mare. Sed quia dictus Eps pecuniā, vt promisit, nō persoluit, impetrauerūt literas cōtra dictū Epm ad abbatem S. Genouefæ Parisien. Abbas citauit successorem dicti Episcopi Dulmēsis, qui mutuum contraxit: coram quo ex parte ipsius epi fuit excipiendo propositū, quòd omnibus Anglicis à sede Apostolica est indultum, vt super causis pecuniariis citra mare conueniri non possint: propter quod abbas non processit. Vnde illi mercatores significauerunt hoc D. Papæ, & ipse scribit epo Dulmeñ. dicens, quòd etsi fuisset tale priuilegium concessum, non tamen prodesset illis, qui aduersariis certo loco soluere promiserunt: quia & ibi & vbi domicilium habent, possunt conueniri: & ideo mandat eidem, quatenus dictis mercatoribus satisfaciat de dicta pecunia cum iustis, & moderatis expensis, & congrua satisdatione damnorum, cessantibus vsuris: alioqui mandat dicto abbati, vt in negotio sibi commisso procedat, non obstante dicta indulgentia, iuxta traditam sibi formam. Nota, quòd successor potest conueniri per literas impetratas contra prædecessorem, licèt antecessor citatus non fuerit. Item licitum est cuilibet renunciare iuri, quod pro se introductum est: & ita ista indulgentia non continet ius publicum.

¶ *Glo. seq. recitatur per modum obiectionis, quomodo conuenitur per rescriptum non nominatus in illo, soluit, & remittit.*

d ¶ *Contra.*] Licèt proprium nomen antecessoris sit expressum: ad successorem tamen extenditur rescriptum: & hoc ideo, quia nomine Ecclesiæ, & pro ipsius Ecclesiæ vtilitate mutuum contractum hoc fuit: ideò successor conuenitur per rescriptum impetratum contra antecessorem. nec obstat expressio nominis, quia vna persona intelligitur. de hoc not. s. *de rescripto. significauit.*

¶ *Glo seq. primò ponit dictum, de quo remittit: secundò soluit contrarium de decretali. si diligenti, & ibi remittit.*

e ¶ *Qui se certo loco.*] Qui certo loco soluere promittit, & non soluit, tenetur aduersario ad interesse: pro eo quòd non soluit loco promisso, si sua interest. quòd ibi non fuit satisfactum. *ff. de eo quod cer. loco. l. 2.* de hoc dictum est s. *de offi. delega.* P. & G. Per hoc enim quod certo loco soluere promisit, renunciasse intelligitur indulgentiæ concessæ Anglicis: quod facere potuit, cum tantùm in fauorem cuiuslibet, & singulariter concessa fuerit: cùm non sit tale priuilegium, quod sit publicum vtilitate, & auctoritate: vnde quilibet ei iuri quatenus tangit personam suam, potest renunciare. *C. de pact. l. si quis in consc. ribendo, infra de reg. ad apostolicam* De hac materia dictum est satis. s. eo. *si diligenti.*

e Vnde conuenitur successor, sicut filius, & hæres de solu. c. 1. hoc dictum gloss. quæ fuit additio placuit G. Nu. Inn. & Host. & quod lis non fuisset hic contestata, patet, quia nunc proponebatur dilatoria, quæ non opponitur post litē infra. de re iu. inter. *Nō enim semper expressio facit rescriptum personale, sicut de pacto no.* infrà de instit. cùm venissent. *Ioan. And.*

a ¶ *Vbi*

a ¶ *Vbi domicilium.*] Et sic duobus locis poterat conueniri. s. vbi promisit, & vbi habet domicilium. j. eo. c. *vlt.* & s. *eo. c. ex parte.* sic est in electione creditoris, vbi malit ipsum conuenire. sim. s. *eo. cùm sit.*

¶ *Gl. se. tractat, quales exp. sã veniãt, & remissiis: secũdo quærit, quomodo probẽtur expẽsa, & damna, & soluit.*

ibi, & vbi domicilium [a] habent, valeant conueniri † : Mandamus, quatenus eisdem de pecunia ipsa cum iustis, & moderatis expensis [b], & congrua satisfactione damnorum (vsuris omnino cessantibus) satisfacias, vt teneris : Alioquin eidem Abbati nostris damus literis in mandatis vt in commisso sibi negotio (proposita ex parte tua indulgẽtia non obstante) iuxta prioris mandati nostri tenorem, sine dispendio moræ procedat.

¶ Idem Abbati Treceñ.

¶ *Quanquam Laici possunt iurisdictionem non sui Iudicis prorogare, Clerici tamẽ non possunt, nisi Episcopi diœcesani consensus accedat, & Iudex, cuius iurisdictionem prorogare volunt, sit Ecclesiasticus.*

CAP. XVIII.

Significasti † nobis, quòd P. Clericus ad petitionem C. mercatoris, se tuæ iurisdictioni subiecit, si in termino tunc elapso de pecunia mutata non satisfecisset eidem : *& infrà.* ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd licet priuatorum consensus [c], eum qui iurisdictioni præesse dignoscitur, suum possit Iudicem constituere: Clerici [d] tamen in Iudicem non suum, (nisi fortè sit persona Ecclesiastica, & Episcopi diœcesani voluntas accedat) consentire non possunt.

¶ Idem.

¶ *Legitimè citatus tenetur coram Iudice citante causam prosequi, non obstante quòd post citationem mutauerit forum.*

CAP. XIX.

PRoposuisti nobis, quòd quidam subditus tuus ad petitionem cuiusdam † aduersarij sui à se legitimè citatus [e] ad causam, quia postmodum iurisdictionis alterius esse cœpit, tuum intendit iudicium declinare. ¶ Porrò tuæ prudentiæ dubium esse non credimus, quòd is in prædicta causa, ius reuocandi forum non habet, quasi ab altero † iam præuentus.

¶ Idem.

¶ *Quisque Clericus potest in curia Romana cõueniri, licèt aliàs specificè forum ibi non sortiatur: habet tamen ex causa ius reuocandi domũ.*

b ¶ *Cũ iustis, & moderatis expensis.*] Expẽsæ istæ moderatæ debent esse. j. *de sequestra. ad hoc.* & j. *de dol. & contu. finem.* & *c. cum dilectis.* & j. *vt lit. non contest. quõ. § in aliis.* & non superfluæ siue delicatæ. ff. *de pigno. act. si seruus. in fi.* & ff. *de dã. infect. inter quos. § vlt.* & *l. fi.* de hac materia dicitur j. *de dol. & cõtu. finem.* & *c. cum dilecti.* & dãna, quæ sustinuit reficere debet. j. *de fideiuss. peruenit.* Sed qualiter probabuntur expensæ, & dãna illata propter hoc? Expẽsæ probabũtur per iuramẽtũ illius, qui eas fecit præmissa taxatione à iudice, sicut hic; bene probatur. *C. de iu. sancimus.* & s. *de prec. constituens.* & s. *quod vi, metusue causa. c. vlt.* & *C. vnde vi. si quã.* & 2. *q. 1. in primis.* vbi statur iuramento præmissa taxatione, licèt illa loquatur in alio casu. De damnis, siue interesse dic, quòd debent probari per testes. *Inst. de verb. obl. § non solum.* & ideo vtile esset certam summã adiicere: quia difficile est probare interesse. ff. *de prætor. stipul. l. vlt. § non solum.* & iudex hoc interesse inquirere debet per suam subtilitatem. *C. de sentent. quæ pro eo quod interest profert. l. vnica.* Et ita hoc est notatu dignum, quod expensæ, & damnum datum per dolum, siue per violentiam, vel rapinam, postquam constiterit de violentia per testes, probatur per iuramentum, vt dicunt iura prædicta. s. *quod met. caus. c. vlt.* & *l. si quando. C. vnde vi.* & *c. in primis* & *l. sancimus.* interesse verò aliunde veniens per testes probandum est.

SIgnificasti.] Clericus sine diœcesani episcopi licentia, iurisdictioni non sui iudicis se submittere non potest, Communis diuisio. Secunda ibi, *Inquisitioni.* Abbas.

CASVS. Quidam clericus tenebatur C. mercatori in quadam pecuniæ quantitate, clericus iste subiecit se iurisdictioni Treceñ. abbatis, si in termino dato sibi à mercatore non satisfecisset eidem, terminus ille elapsus fuit, nec satisfecit: quærebatur, vtrùm abbas posset exercere iurisdictionem in illum clericum, & vtrum potuerit se subiicere iurisdictioni abbatis? Respondet Papa, licèt priuatus consensus eum, qui præest iurisdictioni, possit suum iudicem constituere; tamen clerici in non suum iudicem consentire non possunt, nisi fortè sit persona ecclesiastica, & voluntas diœcesani episcopi accesserit. Not. quòd clerici non possunt consentire in iudicem non suum, nisi in alium clericum, & de voluntate episcopi. aliàs non possunt.

c ¶ *Priuatorum consensus.*] per *C. de iurisd. om. iudic. priuatorum.* & *l. 1.* dum tamen ex certa scientia, & non per errorem. ff. *de iudi. l. 1.* & 3 ff. *de iurisdi. om. iud. si per errorem.*

¶ *Glo. seq. firmat primò & vltimò duas quæstiones; in medio signat contrarium: & recitat primo contrarium, secundò vltimam quæstionem, tertio primam, & omnia satis clara.*

d ¶ *Clerici tamẽ in iudicẽ nõ suũ*] Hic expressè patet, quòd clericus in non suũ iudicẽ etiã ecclesiasticum, sine consensu expresso sui episcopi consentire non potest. sic 3. *q. 6. non liceat.* & 9. *q. 2. c. 1.* & 2. quod si fecerit, sententia non tenet, vt in proximis *c. 9. q. 2. c. 1* & 2. & *c. q. 3. denique* Sed nunquid clerici, qui consentiunt in iudicem ecclesiasticum non suum, cadunt propterea à iure suo, sicut cùm trahunt, vel trahuntur ad sæculare iudicium. s. *eod. si diligenti.* & 11. *q. 1. inolita.* & *c. placuit*? Non credo, quòd in casu isto debet perdere causam, licèt sententia lata sit pro ipso, vel contra ipsum. a quia non tantùm deliquit, quãtùm cum iudicem laicum sibi constituit: nisi velis dicere, quod in odium ipsius, episcopus habeat cam ratam, qui eum dimisit sine cuius licentia hoc facere non potuit: & hanc ignominiam vel contumeliam irrogauit ff. *de arbi. litigatores. C. de iureiur. si quis.* aliàs punietur, prout dicitur 3. *q. 6. non liceat.* Clericus enim non potest venire contra sententiam: quia videtur habere tacitum pactum in se, ne vlterius petat: sicut acceptilatio inutilis. ff. *de pa. si vnus. § pænul.* ff. *de accept. l. si acceptolatum.* Episcopus verò, si vult, potest talem sententiam ratam habere. *arg. supra de renũ. quod in dubiis.* Sed contra hoc quod hic dicit, videtur contra. 3. *q. 1. pulsatus.* vbi videtur dari optio clerico pulsato corã non suo iudice, an velit ibi respondere, vel non Ibi dicit; pulsatus si voluerit taceat. Sed ibi non habet locum. ar. à contrario sensu, cum alia iura contradicant. 3. *q. 6. non liceat*, & hic, & ita tollitur hoc ar. à cõtrario sensu. Vel intellige illud *c. pulsatus.* cũ ille habet consensum episcopi: quia & tunc adhuc habet opinionẽ, nec potest cõpelli. Sed nũquid potest clericus consentire in laicum iudicem de consensu episcopi? Videtur, quod sic. 11. *quæstione. 1. clericum nullus.* ibi dicit, nullus præsumat clericum apud secularem iudicem episcopo non permittente pulsare, ergo de consensu episcopi videtur, quod possit. Sed non credo, b quia nec consensus episcopi sufficit. hic, supple in *c. clericum.* maximè, quia nec de consensu episcopi potest. Sicut enim clericus huic priuilegio, quod introductum est in fauorem totius ordinis clericalis, renunciare non potest: ita nec episcopus potest huic priuilegio renunciare, vel consentire, vt clerici hoc possint; nec potest eos compellere ad hoc, cùm eadem ratio sit hincinde: quia episcopus priuilegium clericorum minuere non potest, sicut nec posset facere, quod aliquis clericus verberaretur sine sententia excommunicationis. *arg. j. de senten. excommun. contingit.* De hac materia dictum est satis. s. *eod. si diligentes.* Bernardus.

PRoposuisti.] Si citatus ad causam postea mutat forum, in causa illa coram primo iudice respondere cogetur. *h. d.* *Communis diuisio.* Secunda ibi, *Porrò.* Abbas.

CASVS. Quidam subditus Bonoñ. episcopi legitimè citatus fuit ad causam, ad petitionem aduersarij sui, postmodum factus fuit vlterius iurisdictionis, propter quod intendebat eius iudicium declinare: quæritur, an possit? Respondet, quòd ille in causa prædicta ius reuocandi forum non habet, quasi ab alio iam præuentus. Nota, quòd per solam citationem perpetuatur iurisdictio quantùm ad causam illam, pro qua quis citatus est.

e ¶ *Citatus.*] Sic ff. *de iud. si quis post. a.* vnde hæc sumpta est. & *l. vbi cœptum est.* ff. *de iurisd. omn. iudi. cùm quædam.* sic ergo patet, quòd per solam citationem perpetuatur iurisdictio tam ordinarij, quàm delegati: vt hic, & in prædictis iuribus: vt s. *de off. deleg. c. gratum* & *c. licèt.* & s. *de offic. deleg. c. fin.* & per solam citationem, seu conuentionem præuenitur iurisdictio. *§. de appella. vt debitus* & s. *de rescrip. c. capitulum sanctæ crucis.* in quibus habes, quòd qui primò literas præsentauit facta citatione, obtinere debet iudices suos, non obstante quòd alter priùs literas impetrauit, qui literas suas non præsentauit. Qui ergo conuenitur coram aliquo iudice competenti, necesse habet vsque ad finem persistere, etiamsi mutauerit forum: quia præuentus est, et hanc conuentionem, vt hic dicit, c & patet hoc per iura prædicta.

† *Vide l. contraxisse. ff. de act. & obl. & Bartolum in l. 1. C. de sum. trini.*

† *De intellectu huius c. vide Fernandum Vasquium lib. 1. § 9. de successio. resolut. nu. 95.*

a *Concor l. 2. & ibi Pet. de Belisperti. & Cy. C. Communia vtrio. iud. & l. vnica. & ibi B. C. qui pro sua.*

† *Dictio cuiusdam, deest in manuscriptis.*

† *Aliàs alio.*

† *Aliàs illo.*

b *Non est contrarium et, quod no. suprà ut. prox. c. 2. quia aliud est delegare, aliud iurisdictionẽ prorogare: vnde in delegata appellatur ad delegãtem; in ordinaria prorogata ad superiorem. Ioan. And.*

c *Intellige, vt maior sit dubitatio, de illa qui alias nõ tenebatur ratione rei, vel alterius fori coram primo iudice respondere: sed sola ratione domicilij. Ioan. And.*

Licet.] Clerico in curiam Romanam conuento non cõpetit declinatoria fori: posset tñ sibi ex cã cõpetere ius reuocandi domũ h. d. Et primò ponit quatuor modos sortiendi forum. Secundò additur quintũ cum modificatione ibi, *Quia tamen* Abb.

Casvs. Quidam Eps apud sedem Apostolicam constitutus, conuẽtus fuit ab aduersario suo, ipse dicebat, quòd non tenebatur respondere: cùm propter hoc vocatus non fuerit, nec ibi contraxerit, vel domicilium habuerit, nec possessio, de qua ipse conueniebatur, erat ibi, ex quibus causis sortitur quis forum: super hoc scribit Papa capitulo ipsius Episcopi dicens, quòd licet ex causa aliqua de prædictis, ex quibus quis sortitur forum, Episcopus illorum apud sedẽ Apostolicam conuẽtus nõ fuerit: quia tamen Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum mater est, & magistra, Episcopus prædictus rectè potuit conueniri, vt ibi aduersario respõderet: nisi pro alia iusta, & necessaria causa venisset, quàm si tunc allegasset, ius reuocandi domum saluum fuisset eidem. Not. quòd ex quatuor causis hic positis, potest quis in foro alio conueniri. Item dominus Papa ordinarius iudex est omnium Ecclesiarum, & clericorum. Item si quis ad Romanam curiam pro causa iusta, & necessaria sit vocatus non tenetur tunc ibi respondere, nisi voluerit: sed habet ius reuocandi domum.

CAP. XX.

Licèt ratione [a] delicti, seu contractus [b], aut domicilij [c], siue rei de qua contra possessorẽ [d] causa mouetur, quibus forum regulariter quis sortitur, Episcopus vester apud sedem Apostolicam conuentus non fuerit: ¶ Quia tamen omnium Ecclesiarum mater est eadem, & magistra, rite compelli potuit [e], vt ibi suis aduersariis respõderet: nisi pro alia iusta, & necessaria causa venisset, quam si tunc allegasset, ius reuocandi domum saluum fuisset eidem.

TITVLVS III.

¶ Ex concilio apud sanctum Medardum †.

¶ *Actor tenetur in scriptis libellum porrigere. Vel sic: Iudex non debet admittere actorem ad litigandum, nisi priùs libellum in scriptis offerat. Hoc dicit per alia verba.*

CAP. I.

Ignarus † Episcopus dixit: Habetis libellum reclamationis [f], vel postulationis? Illi responderunt, se præ manibus nullum habere libellum. Ignarus Episcopus dixit †: oportet, vel secundùm Ecclesiasticam auctoritatem, reclamationem vestram, libelli serie declarare, eámque vestris manibus roboratam, synodo porrigere, vt tunc vobis canonicè valeat responderi. Et tunc ipsi fratres, libellum conscribentes, porrexerunt.

† *Medardũ monasteriũ est in Vrbe Sueßionensi. Vbi ad concilium habitum est. refert Burchardus* l. 2. decre. c. 191. *Ivo.* p. 6. c. 269. c. 1. eo. ti. in 1. com. *& vide notas huius c.*

¶ *Glo. seq. cum tribus seq. & principio vltima recitari solent textualiter. Et deinde vltima quarit, qua sit iusta causa reuocandi domum. Et gl. ponit sex exempla, declarantia, &c.*

a ¶ *Ratione delicti.*] No. quòd ratiõe delicti efficitur quis de iurisdictione alterius. sic ĩ. *de rap. c. 1.* & 3 *q. 6. ibi causa.* & 2. *q. 1. si peccauerit & 5. q. 3. placuit.* & *C. vbi de crimi. agi opor. Auth. quia in prouincia.* & *C. vbi de sena. vel cla. l. 1.* & ꝰ. *eo. ti. postulasti.* & *ff de accu. l. vlt.* & *l. si cui. §. idẽ imperator.* & ita delictũ dat iurisdictionem ei, qui alias eam non habet. Itẽ delictum tollit priuilegium: [a] vt in prædict. *Aut. quia in prouincia.* & 11. *q. 3. priuilegium.* Quid iuris sit de priuilegiatis, dĩ. ĩ. *de priuile. ex tuarum*, & pro delicto conuenitur quis, vbi domicilium habet, vel vbi inuenitur. *C. vbi de crim. agi opor. l. 1.* & si crimen graue sit, remittitur puniendus ad iudicem, vbi deliquit. *in Auth. vt nulli iud. §. si vero quis comprehensorum coll. 9.* & *ff. de re milstari. desertorem.* & *ff. de custo. & exhi. reo. l. solent.*

a *Concor.* l. sancimus. C. de pœ. & *Alb. de Rosa.* in rubr. C. ne si pro patre. *Adde pleniorem glossam.* in c. sicut. & in c. ad ab. lẽdã. infra de hære. *Vbi est ratio cur ob delictum perdatur priuilegiũ.*

b ¶ *Seu contractus.*] Hoc nomen *contractus*, largissimè sumitur, siue sit verus contractus, vel quasi contractus, vel aliud, vnde obligatio oritur. *ff. de iud. hæres absens. §. 1.* & *l. omnem obligationem.* & *l. interdum. §. vlt.* & hoc intellige siue inueniatur, siue non. debet eñ illuc remitti, sicut in criminibus dĩcũ in hoc pacificetur: *in Auth. vt omnes obe. iud. in 2. coll §. hac considerantes coll. 5.* In delictis enim hoc seruatur. *in Auth. vt nul. iud. §. si verò quis comprehensorum.* & *§. seq coll. 9.* Quidam tñ dicunt illum esse conueniendum, si ibi inueniatur, vbi contraxit per *l. hæres. in prin.* Item vbi quis soluere promisit, potest conueniri ꝰ. *de offi. deleg. P.* & *G.* & ꝰ. *eo. dilecti.* quod dicit litera ista: ratione contractus. intellige secundùm quod traditur expresśe in quadam decretali Innocentij iiij. quæ incipit, *Romana. eod. tit. §. contrahentes.* [*lib.* 6.]

b *Vt sacerdos domicilium habet in loco beneficij. & in loco patrimonij. supra eodem postulasti. Vagabundus verò ubi dicitur. Vt no. in* l. 1. C. vbi de cri. agi. opor.

c ¶ *Aut domicilij.*] Ratione domicilij sortitur quis forum: & ibi potest conueniri. ꝰ. *eo. dilecti.* & *ff. de iudi. hæres absens. §. proinde.* Et potest quis habere domicilium in pluribus locis [b]. ꝰ. *eod. ex parte.* & *ff. ad mun. assumptio. §. viris prudentibus.* De hoc dictum est ꝰ. *de rescri. dilectus filius.*

d ¶ *Contra possessorem.*] Ratione possessionis, de qua quis conuenitur, sortitur quis forum, & coram illo iudice conuenire debet, in cuius iurisdictione res est. ꝰ. *eo. iane.* & etiam vbi habet domicilium. & *C. vbi in rem actio. l. fi.* & ꝰ. *eo. ex parte.* B. etiamsi res sit mobilis. *arg. C. vbi in rem act. l. vlt.* & *ff. de iud. quod legatur. §. fin aũt.* Quidam tamen dicunt hoc habere locum tantùm in rebus immobilibus.

e ¶ *Compelli potuit.*] Cũ dñs Papa sit iudex ordinarius singulorũ, nullum fori priuilegiũ poterat allegare. *9. q. 3. cũcta.* & Roma. cõis est patria omnium *ff. ad mun. Roma.* ergo nullus declinare potest forum eius, vnde ille compellitur ibi suis aduersariis respondere: nec ius reuocandi domum haberet, nisi pro alia iusta causa, & necessaria venisset, vt dicit litera ista, puta, si fuisset vocatus à principe pro publica vtilitate. *in Authen. de san. epis. §. si vero Epi. coll. 9.* Item clerici legati non tenentur respondere: nisi tunc ibi contraxissent, vel si in delegatione deliquissent, vel rem aliquam tunc emissent, nam tũc respondere tenebuntur: aliàs daretur eis occasio res alienas deferendi domum. *ff. de iudi. non aliàs. l. respon.* & *§. 1.* & *l. seq.* Item qui causa dicendi testimonium ibidem vocatus est, vel qui iudicandi causa ibi accersiti sunt, vel qui causa exercendæ appellationis illuc venerunt, vel causa reddendę tutelæ: istæ personæ habent ius reuocandi domum†, si non ibi contraxerunt, vbi conueniuntur, & hoc totum dicitur. *ff. de iudi. l. 2. §. legatis.* & *§. seq.* Sed legati non tenentur respondere nisi de his tãtùm, quæ tempore legationis suæ contraxerunt: vt ibi dicitur. Item si legati agant: tunc tenentur se defendere, si reconueniantur, nisi agant pro iniuria sibi illata: vt ea *l. §. sed si agant.* si quis allegauerit talem causam, non compellitur respondere: vt hîc patet, & hoc est expressum ĩ. *de dilatio. exposuit.* vbi qui vocatur à principe pro vtilitate Romanæ Ecclesiæ, habet ius reuocandi domum.

† *In vno exemplari legitur, Ismarus, in aliis, Ignarus habetur.*

† *Vide* l. si quando. C. vnde vi. & l. si homicidij. C. de ac. & in Auth. de iud. §. oportet.

DE LIBELLI OBLATIONE.

¶ *Supra visum est de foro competenti, & an, & quando forum possit declinari. Verùm quia rei ad iudicia vocati, si non declinant forum, petunt sibi edi libellum, vt sciant, quid, & qualiter petatur, & super quo debeant respondere, ideo competenti ordine subiicit istam rubricam.*

De hac materia habetur 2. q. 8. per totum & 1. dist. Maximianum. Abbas.

Ignarus.] Non diuiditur, quia ponit vnicam facti narrationem. Abbas.

Casvs. Quidam [c] fratres in concilio conquerebantur de quibusdã aduersariis suis. Ignarus Episcopus dixit: Habetis vos libellum reclamationis, vel postulationis vestræ? fratres illi responderunt se nullum habere libellum. Ignarus Episcopus dixit, oportet vos habere reclamationem vestram in serie libelli, & synodo porrigere, vt vobis possit canonicè responderi: & tunc fratres illi conscripserunt & synodo porrexerunt. Not. quòd libellus semper dandus est aduersario, & sic libellus videtur esse principium ordinis iudiciarij: vt sine eo nullum sit iudicium.

c *Facti species meliùs percipietur ex integra, quam inuenies in locis supra citatis.*

¶ *Glo. seq. recit. per modum summæ quærendo de 7. scilicet quot sunt species libellorum: quid sit libellus, cui offeratur, qualiter, quando, quis sit effectus, & an sit de substantia, &c.*

f ¶ *Libellũ reclamationis.*] No. quòd duplex est libellus. Est aũt libellus conuentionalis, seu postulationis, qui datur in ciuilibus quæstionibus. ĩ. *eo. c. vl.* de quo hic intelligitur. Et est libellus accusationis, quæ datur in criminalibus actionibus: vt 2. *q. 8. descripta. §. libellorum.* & ĩ. *de accu. per totum.* & 2. *q. 1. legum.* Est ergo libellus scriptura, in qua continetur res, quæ petitur, & causa petendi, & nomen actoris, & rei, & coram quo iudice. vt ĩ. *eod. per totum.* & sic patet, quòd semper offerendus est libellus iudici, & per ipsum reo, vt ipse reus possit deliberare: vt 3 *q. 3. c. induciæ. §. offeratur.* & in scriptis debet dari: vt hîc patet, & *in Auth. offeratur. C. de li. conte.* & ĩ. *de prob. quoniam contra.* & *in principio per prædict. Auth. offeratur.* Not. tamen. *arg. contra 11. q. 1. si quis cum clerico.* Sed illud obtinet in modicis, & vilibus causis, vbi scriptura non requiritur. Item contra. *infra de do. & contu. prout* & illud intelligo, quòd libellus ante datus fuerat: & per talem libellum sic oblatum iudici, & postea reo, actio annalis perpetuatur. *Cod. quando libel. prin. de lit. contest. l. fi. 2.* & rem litigiosam facit subsecuta per executorem conuentione: vt *C. de litigi. Authen. litigiosa.* & interrumpit præscriptionem. C. *de præscrip. xxx. vel xl. annorum sicut.* Sed nũquid libelli oblatio est de substantia ordinis iudiciarij? Videtur, quod sic, quia

De materia huius glossæ vide Decium in l. ius dicentis. ff. de iurisd. om. iu. & *Iulium Clarum*, in pract. crim. §. fin. qu. 11.

quia concilium istos fratres noluit audire, nisi primò libellũ scriberent. & optimum *arg.* ĩ. *de probat. quoniam contra.* & per libellum apparet de modo agendi, secundùm quem semper debet formari sententia. ĩ. *de simo.* licèt Hely. ĩ. *de accu. qualiter.* & qñ. *& per Auth prædictam afferatur.* optimè videtur probari, vbi dicit. Litis autem contestatio contra hoc indultũ habita pro nihilo est. Et sic videtur, quòd sit de substantia, sicut & litis contestatio. ĩ. *de lit. contest. c. vnico.* & s. *de elect. dudum* 2. Dicunt tamẽ quidã, quòd non est de substãtia iudiciarij ordinis oblatio libelli & sic potest, omitti tacitè, sicut consueuit dici de iuro calumniæ. Alij contra quod non valet, quicquid factum est. & hoc per iura prædicta, nisi sit vilis causa, vt dictum est: quod melius videtur iure canonico. Ista enim principalia sunt, libellus, qui est principium, & fundamentum causæ, litis contestatio, & quòd sententia feratur in scriptis.

† *Vide Lãfrancum in c. quoniã. §. compositionis. s. de probat. & quatenus hic agitur de libello incerto, & obscuro, Vide etiam Iaso. nem in §. sedictæ. Inst. de actio. Deciũ in c. dilecti supr. de iud. & Paulum de Castro concil.* 145. *& Alexan. consil.* 181. & 184. in 2. vol.

¶ Innocentius iij.

¶ *Cùm agitur reali, nõ sufficit rem generaliter peti, sed debet ita specificari, vt euitetur obscuritas, & æquiuocatio.*

CAP. II.

Significantibus[a] † T. & R. fratribus nostro fuit Apostolatui declaratum, quòd cùm inter ipsos ex vna parte, & V. ex altera, super quadam terra coram Iudicibus delegatis tracti fuissent in causam: oblato eis libello, ipsi (cùm plures terras haberent) vt terra illa super qua quæstio vertebatur, ostenderetur eisdem, à Iudicibus postularunt, quòd cùm ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam prouocârunt. ¶ Quocirca

ADDITIO. Quæ debeant in libello cõprehẽdi habes his versibus:

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo:
Rectè compositum quisque libellum habet.

Vel sic, & clarius.

Conuenti nomen, & nomen conuenientis.
Iudicis & nomen scribet, causamque petendi.
Et quascunque petet res, istas scribere debet.

Significantibus.] Diuiditur. Nam in prima ponitur appellantis narratio. In secunda appellationis commissio. Secunda ibi, *Quocirca* Abbas.

CASVS. Duo fratres. I & A coram iudicibus delegatis à quodam V. nomine, tracti fuerunt in causam: oblatus fuit eis libellus, in quo petebatur ab eis quædam terra: ipsi cùm plures terras haberent, petierunt à iudicibus, vt terram illam, super qua conueniebantur, facerent designari, quod ipsi facere denegarunt: propter quod ad sedem Apostolicam appellarunt. Mandat Papa, quatenus si est ita, quicquid factum est post appellationem debeat in irritũ reuocari. Nota, quod cùm agitur rei vendicatione, semper designanda est res, quæ petitur certo loco, & etiam finibus certis.

¶ *Glo. seq. duo facit. Primo tractat, qualis declaratio libelli fiat in iudicijs singularibus, vniuersalibus, & generalibus. Secundo an libellus possit mutari. Ioan. And. Panormit. diuidit istam gl. in* 5. *partes. In prima ponit practicã libellandi in actionibus singularibus. Secundo in vniuersalibus. Tertio in generalibus. Quarto quærit, an libellus possit mutari, corrigi, seu emendari, vel aliquid de nouo accumulari. Quintò quærit, an eo casu, quo mutatur, sint danda noua inducia.*

a ¶ *Significantibus.*] Nota ad intelligentiam istius c. & sequentis, & eorum quæ circa hanc materiam dicuntur. Aut enim conuenitur quis actione reali: putà rei vendicatione, vt hic. & tunc exprimenda est res, quæ petitur, & vtrùm petatur tota, aut pars, vt peto talem fundum. ff. de rei vend. si in rem. aliàs enim reus deliberare non posset, vt hic dicit: nec iudex sententiam ferre debet super incerto *arg. Instit. de act. §. curare. &* 33. *dist. habuisse. &* 11. *q.* 3. *graue.* Item duos proximos vicinos illius fundi ad minùs designare debet. ff. *de cen* forma censualis: quia generalitas parit obscuritatem *ff. de iure fisci. Arg. contra. ff. de rei vend. qua de tota. § incerta. & ff. communi diui. & si non omnes. §. si incertum.* Sed contraria ista specialia sunt circa desalcationem legatorum. Et licèt in casu isto debeat quis specificare rem, & ipsam designare, vt est dictum: causam tamen exprimere non tenetur in libello. causa enim expressa est eo ipso, quòd proponit rei vendicationem causa enim non est alia nisi ipsum dominium, cùm dicit rem ad se pertinere iure dominij, vel quasi. *ff. de excep. rei iudic. si mater. §. eandem. & §.* 1. *&* 2. & melius in *l. & an eadem. §. actiones.* Item & hoc nota, cùm agitur rei vendicatione, quòd si aliquis subijcit vnam causam in libello & succumbat, potest adhuc eandem rem petere ex alia causa non obstante exceptione rei iudicatæ. *ff. de excep. rei iud. si mater. §.* 1. *&* 2. *& l. & an eadem & C. de peti. hære. hæreditas. ff. ad exhibẽ. de eo. § sæpius & s. de in. examinata.* Idẽ est in possessorio. ĩ. *de donat. inter dilectos.* & hoc tutius est actori. *Ar. cõtra. ff. de iureiu. duobus. §. colonus.* vbi dicitur, quòd qui proponit vnam actionẽ, nõ potest aliam proponere pro eadem re. Sed illud est, quia illæ actiones surgunt ex eadem causa. Si verò nullam causam expressit, tunc totum ius suum in iudicium deduxisse videtur, vnde obstabit ei exceptio rei iudicatæ, si absoluitur reus: quia actor non probauit. *ff. de excep. rei iud. l. & an eandem. §. actiones. & ĩ. de cau. poss. cum Ecclesia.* Itẽ si fuit absolutus reus, quia ipse non possidebat, si postea incipiat possidere, non obstat exceptio iterum petenti. *ff. de except. rei iud. si a te. vñ. & l. si rem meam. &* ĩ *de exce. c. pen.* Si autem agitur personali actione, vt si petas x. dari tibi, causa petendi exprimenda est in libello, aliter enim non tenetur respondere. ĩ. *c. prox. & C. de edic. diui Hadri. tollen. l. vlt. &* ĩ. *de censi. peruenit* quia causa semper præcedere debet, ex qua aliquid debetur. *ff. quãdies leg. ce. huiusmodi legatum.* Et si absoluitur reus, non obstat exceptio, si idem postea petatur ex alia causa *ff. de excep. rei iud. l. & an eadem § actiones. &* ĩ. *& de caus. poss. c. vlt.* & idem est quantùm ad hoc, quod in rei vendicatione assignata enim vna causa petendi in libello, si actio sit personalis, siue realis, non obstat rei iudicatæ exceptio: si agat ex alia causa, vt dicunt iura prædicta. In vniuersalibus iudicijs non est necesse exprimere, siue designare singulas res, sed sufficit dicere, peto talem hæreditatem, quia sum hæres *ff. de peti. hære. l.* 4. *& l. si quo tempore ff. si pars hære. pen. l.* 1. *§ vlt.* & sic potest sententia proferri. condemno te, vt restituas hæreditatem, quæ fuit talis Item peto ecclesiam cum pertinentiis suis. *infrà de resti. spo. cùm ad sedem. & infrà de prob. licèt. & infrà de do. inter dilectos* In generalibus verò iudiciis, scilicet tutelis, negotiis gestis, pro socio, & consimilibus, sufficit exprimere causam, vel factum sic: peto rationem de administratione, quam gessisti. nec exigitur expressio aliquarum rerum. *C. de iud. licet.* Item no. quòd libellus potest mutari[b], & emendari, & corrigi, sicut placet vsque ad litis contestationem. 2. *q.* 8. *libellorum. & C de eden l.* 3. & post litis contestationem non potest mutari: nec aliquid addere vel minuere. *ff. de iud. non potest. & ff. de except. rei iud. eys. & l. cum quæritur.* & si noua interpellatione opus est, vt dicit lex illa: non potest.[c] Et si mutauerit actionem, vel addiderit, habere debet nouas inducias ad deliberandum, nisi ex primo libello potuit esse instructus, & hoc licet sine præiudicio aduersarij, vt scilicet ei teneatur ad interesse toties variando. *ff. de interro. actio. de ætate § vlt. arg. ff. de eden. vbi. §. si autem. & ff. de iudi. eum quem temerè.* propter leuem, & minimam additionem non debet habere nouas inducias. ĩ. *de dila. litera.* Illud prætereà scias, quòd si reus sit iam conuentus edita sibi actione per iudicem, vel executorem, reo postulante necesse habet perficere litem actor. *C. quomodo. & quando iu. Auth. qui semel.* si verò non sit reus prædicto modo conuentus, licitum est ei desistere, quia nemo inuitus agere compellitur. *C. vt nemo inui. agere. l. vnica.* Quod autem dictum est quòd actio potest mutari, hoc locum habet in his, in quibus vna non tollitur per electionem alterius. Sed si vna tollitur per electionem alterius, tunc non potest mutari: quod obtinet in casibus, scilicet in sequen. concor. *C. de fur. l.* 1. *& C. si ser. extr. se emi manda. l.* 1. *& C. de codicil. l. vlt. & ff. de tribu. quod in herẽdi. § eligere & C. de pac. inter emp. & ven. l. commissoria. ff. de leg.* 2. *cùm filius. § varius* [d] Et quod dixi, quòd actio potest mutari, non intelligas, quòd ab ea in totum recedi possit, sed necesse habet accusator eam cum noua actione vsque ad finem perducere. *C. quomodo. & quando iu. Auth. qui semel.* sic intelligunt doctores legum illam authenticam.

a *De materia huius glossa, & generaliter, qua ratione formari debeat libellum. & quid in eo obseruandum, vide Iasonem in §. omnium. Inst. de actio. nu.* 114. *& multis seq. Decium* in l. edita. C. de eden.

b *Vide circa hunc articulũ, Decium* in d. l. edita. C. de eden.

c *Concor. te.* in l. quod in heredem. §. el gere. ff. de tribu.

d *Et infrà de postu. c. vnico de ele. vt quis duas. lib.* 6. *vbi de hoc Ioan. And.*

mandamus, quatenus si est ita reuocatio in statum debitũ, si quid post appellationem huiusmodi noueritis attentatum. &c.

¶ Greg. ix. Archipresbytero † ciuitatis Nouæ, & M. ca. Culmeñ †.

† *Aliàs: archidiacono.*

† *Aliàs: Claugien.*

¶ *Non tenetur reus respondere libello in actione personali, si non exprimitur causa petendi.*

CAP. III.

Dilecti filij fratres Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Hispida, sua nobis petitione monstrarunt, quòd cũ Prior, & Cõuentus sanctæ Mariæ ad Carceres, ipsos super quadã pecuniæ summa, corã Priore sanctæ trinitatis Vercñ. auctoritate Apostolica cõuenissent: ex parte ipsorum fuit excipiẽdo propositũ, quòd cùm dicti

Dilecti filij.] Diuiditur vt s. c. prox. Secunda ibi. *Ideoque.* Abbas Siculus.

CASVS. Prior, & conuentus sanctæ Mariæ ad Carceres petebant quandã quantitatẽ pecuniæ à fratribus sanctæ Mariæ de Hispida corã Priore sanctæ trinitatis Veroñ auctoritate Apostolica: fratres sanctæ Mariæ de Hispida petiuerunt à iudice vt causam faceret exprimi in libello, ex quo dictam pecuniam soluere tenebantur: aliàs respondere nõ tenebantur: & quia dictus iudex hanc exceptionẽ admittere denegabat: ad sedẽ Apo. appellarũt. Vñ mãdat Papa, quatenus si est ita, reuocet in statũ pristinũ, quicquid post appel. huiusmodi fuerit attẽtatũ. Not. quòd qui agit personali actione semper tenetur causã exprimere in libello, ex qua cõpetat sibi quod petit.

a ¶ *Conuentionali.*] Quid sit libellus conuentionalis dictum est s.eod c.1.

b ¶ *Quare sibi.*] Hîc manifestè patet, quòd in personali actione tenetur quis exprimere causam petitionis. De hoc dictum est suprà c.prox.

DE MVTVIS PETITIONIBVS.

¶ *Suprà tit. prox. visū est de libelli oblatione. Sed quia plerūq; libelli porrigūtur ab vtraque parte, & fiunt hinc inde mutua petitiones, & dubitatur de modo, & practica procedēdi: ideo compilator annectit hūc titulum.*

† *Vide* l.fin. C.de an.ex cep.& l.1.ff. de eden. & *ibi Bart.*

De hac materia habetur 4.q.8 cuius in agendo *Abbas.*

E*X literis.* reus reconuenire potest actorē etiam coram iud ce delegato, qui simul audiet, & finiet causā vtrāque. Primò iustificat oñē mandati ponit. Secūdò ipsū mādatū subiungit ibi, *Mandamus.* ibi Sic.

C*ASVS* Plebanus, & clerici Maturēn. coram Episcopo Vulterano, & Abbate de Spongia à sede Apost. delegatis, Abbatem, & conuentū Matureñ. monasterij traxerunt in causam super quibusdam quæstionibus: abbas, & conuentus prædicti coram eisdem iudicibus reconuenire volebant plebanum, & clericos prædictos super suis quæstionibus, quas cōtra eos habebant: dubitauerunt iudices, vtrùm super his haberent cognoscere, cùm de negotiis monachorum nihil eis commissum fuisset expresse: Papa consultus respondet, quòd ordo iuris exigit vt plebanus, & clerici, abbati, & conuentui prædictis debeant respondere de iustitia coram eis, cùm ipsi petant ex ipsis de suis quæstionibus sibi iustitiam exhiberi, mandans quatenus actione plebani, & clericorum proposita, & responsione facta, compellant eosdem abbati, & fratribus incontinenti de suis quæstionibus respondere, & vicissim rationes partium audientes concordia, vel iudicio vtriusque negotium debeant terminare. Nota, quòd qui petit iustitiam ab alio, tenetur eidem iustitiam reddere. Item reconuentio coram delegato potest fieri. Item conuentio, & reconuentio simul procedere debent. Item iudex primò ad concordiam, si potest, intendit. Item iurisdictio delegata extenditur ad res, de quibus in rescripto non fit mentio, altera parte inuita.

† *Post concil. Laterā. sub Alexan.* iij.p.11.c.1. & c.2.eo.tit. in 1.cōpil.

† *Facit ad hoc* l. cùm Papinianus. in fi. C. de sent. & inter. omniū iudi.

Prior, & conuentus nollent exprimere in porrecto libello † cōuentionali[a], quare[b] sibi dicta pecunia deberetur, super hoc minimè respondere tenebantur: & quia dictus Iudex exceptionē huiusmodi admittere denegabat, nostram audientiam appellauerunt. Ideóque mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum, &c.

TITVLVS IV.

De mutuis petitionibus.

¶ Alex. iij Vulterano Episcopo, & Abbati de Spongia.

¶ *Iudex etiam delegatus, compellit actorem ad respondendum reo, in causa reconuentionis, & vtranque causam ordine successiuo simul audiet: & vna sententia terminabit. h.d.*

CAP. I.

EX † literis, & *infrà.* Quoniam rationis ordo exigit †, vt Plebanus, & Clerici Maturē. Abbati, & fratribus Maturensis monasterij, de iis quæ aduersus eos ponunt, debeant in vestra præsentia respōdere[c]: cùm sibi ex ipsis coram vobis à sede Apostolica delegatis iustitiam postulant exhiberi. ¶ Mandamus, quatenus actione[d] Plebani, & Clericorum proposita, & responsione facta[e]: monitione præmissa, compellatis eosdem, memoratis Abbati, & fratribus incontinenti[f] coram vobis super[g] suis quæstionibus respondere: & vicissim postmodum rationes partium audientes, concordia[h], vel iudicio vtriusque negotium terminetis.

¶ Cælestinus iij. Rothoma. Decano.

¶ *Modus procedendi datus per rescriptum in causa conuentionis intelligitur repetitus in causa reconuentionis.*

CAP. II.

PRudentiam †. & *infrà.* ¶ Sanè consuluisti nos, vtrùm cùm causa appellatione remota committitur, & reus coram eodem Iudice actorem reconuenerit, & actor super reconuentione appellationis obstaculum interponit, an sit huiusmodi appellationi deferendum? Nos verò ita sentimus, quòd cùm actoris, & rei eadem sit

¶ *Glo.seq.facit tria. Primò.ponit modum in reconuentione tenendum. Secundo tractat, an post litem contestatam procedat reconuentio Tertiò arg ex textu, quòd frustra petit, &c. alleg.& cōcord. demum alle.s.contraria: & vltimum soluit.*

c ¶ *Respondere.*] Not. qualiter[a] debebat fieri reconuētio coram iudice delegato, prout hic satis colligitur. Proposita enim petitione actoris reus actorem si vult reconuenire, ante litis contestationem suam porrigat ei petitionem, & ita deliberatione super vtraque petitione hincinde habita, debet fieri contestatio litis super petitione actoris primo, & incontinenti super petitione rei respondere debet actor, & postmodum iudex vicissum audiat vtramque causam, & vna sententia terminare debet causas, vt hoc totum patet hic. & j. *de or. cog. cùm dilectus.* & si actor nollet reo respondere, iudex debet ei iustitiam denegare, nec audire ipsum super causa sua, vt j. *de iura. calum. imperatorum. & c. vlt. §. pa. ff. de procur. mutus. §. pœna. & C. de compen. neque scriptura. & ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. vlt. in fi.* & si iudex hoc negligeret & procederet in proposita quæstione, non tenet factum eius, vel est potiùs appellandum ab ipso. *ff. quæ sen. si. ap. re. l. 1. §. vlt. in fi.* Si verò reus differat suam petitionem porrigere post litis contestationem, non videtur, quòd sit audiendus. C. *de sen. & inter om. iud. auth. & consequenter.* vbi dicitur, & consequenter. ergo pulsatus ab aliquo, si vicissim ipsum lite pulsare velim, statim quidem hoc non licet nisi apud eundem iudicem. Et sic videtur, quòd statim debeat ipsum reconuenire: & idē videtur expressum in authenticorum corpore de executoribus. §. *sancimus. coll. 8.* vbi dicitur, si reus vult reconuenire actorem, mox ab initio[b] apud eundem iudicem reconueniat ipsum, sed non apud alium nisi lite finita[c] poterit illum conuenire. Et quidam domini legum intelligunt istud, statim, vsque ad sententiam, quidam tamen vsque ad aperturam testium. Hodie ista diuersitas determinatur per *decre. Inn. iiij. in concil. Lugdunēn. de rescript. dispendia. § reus quoque.* [*lib.6.*] vbi dicitur expressè, quòd reus pōt actorē suū reconuenire coram eodem iudice durante iudicio: & si tunc coram alio ipsum traheret, processus nullius esset, & in expensis cōdemnabitur, & quod dicit, durante iudicio, intelligo, quousque renunciatum est, quòd conclusum in causa, quia tunc tantum dicitur iudicium, dū negotiū disentitur. j. *de ver. sig. forus. arg. ad hoc. C. de compen. l. vlt.* Item est ar. ex hoc loco; quòd frustra petit debitum, qui quod debet, non impedit. 2. q. 8. *cuius in agendo. & 32. q. 6. nihil iniquius. 95. di. esto subiectus. & j. de iureiu. peruenit. 2. & j. de vsu. quia frustra.* & eadem lege conuenitur quis, qua ius sibi tribui postulat. *C. de rei vend. ratas.* & in *Auth. de san. epis. § reuerendissimi. coll. 9.*[4] & j. *de appel. an sit. Arg. contra. 23. q. 5. non vos. & 16. q. 7. si quis deinceps. & 23. dist. in nomine domini. circa fi. & j. de haret. excommunicamus. § credentes. & C. de compe. l. vlt.* sed istud vltimum est speciale in deposito.

a *De Materia glossa vide Decium in l. post receptum. ff. de iurisd om. iud. & Socinum in Fallentus, regula 412. & Ioannem Nouellum regula 172.*

b *Expone Vinc. post initium.*

c *Ad hoc facit ordo istorum titulorum, quia post libelli oblationem, & ante litē contestatā ponitur rubrica de reconuentione, secundū Host. Ioan. And.*

† Ca.2. eo. tit. in 2. cōpilatione.

d ¶ *Actione.*] Id est, petitione: quia secundum canones nemo tenetur proponere actionem. de hoc dictum est s. *de iud. dilecti.*

e ¶ *Responsione facta.*] Hic patet, qualiter litis contestatio fiat: de qua dicetur. j. *tit prox.* Bern.

f ¶ *Incontinenti.*] Illud, incontinenti, intelligendum est nullo actu medio interposito. & est simile illi, mox, quod habes s. *de elect. quia propter.* vbi habes multas interpretationes de huiusmodi dictionibus; istud incontinenti, intellige durante iudicio, vt dicitur in prima notula. *in fi.*

¶ *Gl. seq. docet duo, s. quid si mutua petitiones sunt possessoria vel vna possessoria, & altera petitoria: secundò quod vi. eius reconuentionis est, &c.*

g ¶ *Super suis quæstionib.*] Idē est, si actor ageret possessorio, & reus vellet reconuenire actorem super alia spoliatione: secus si actor ageret possessorio, & reus vellet conuenire eum petitorio, quia quæstio spoliationis priuilegiata est, vt primò expediatur. j. *de ordi. cogni. super spoliatione.* Sed si prima sit petitoria, reus super spoliatiōe bñ potest recōuenire actorē in modū actionis. j. *de or di. cog. cū dilectus.* Sic no. quòd per recōuētioné fit iudex, qui aliàs iurisdictioné nō hēt in recōueniētē, quātū ad illā cām recōuentionis, siue sit ordinarius, siue delegatus, cū cā recōuētionis delegato nō est cōmissa, vt hic habes. & s. *de offi. dele. prudētia. in fi.* & iudex laicus ordinarius hēt iurisdictioné per recōuentionē, putà cum clericus cōuenit laicū corā laico iudice, tūc clericus tenetur rñdere laico corā eodē iudice, nisi sit cā, quæ corā iudice ecclesiastico sit tractāda: de qb' dictū est. s. *de foro cop. ex tenore. & c. præcedēti.* nec in criminib. locū hēt recōuētio. de hoc dixi s. *de iud. at si clerici.*

h ¶ *Concordia.*] Et hic arg. quòd iudex primò, si potest, debet partes reducere ad concordiam. *ar. ad idem 5. q. 2. si priuatus.* vbi de hoc. & 23. q. 8. *si quis mēbrorum* Et est sim. *ff de vsufru aqui. si tamen.* & j. *de simo. quærelam.* & s. *de transact. c. vlt.* vbi de hoc. Bern.

d *Communiēs pro ecclesia recōuenire non prodest. Io. And.*

e *Præcedentia etiam sunt specialia in schismaticis, intrusis, & excommunicatis qui nō conueniunt, & conueniri possunt. Suprà de eo intellex. mus. Ioan. And.*

f *Qualiter hoc dictum intelligatur, vide per Bartol. in Auth. & consequenter. C. de sent. & interlo. omn. iud.*

g *Non enim ad arma, & rixam procedere patiatur prætor, quos potest sua iurisdictione compescere. Ioan. And.*

PRudentiā.] Actor qui impetrat rescriptū appellatiōe remota, in causa reconuentionis appellatione remota respondere tenetur. Communis diuisio. Secunda ibi, *Nos verò.* Abbas Siculus.

CASVS.

CASVS Quidam impetrauit litteras contra aduersarium suum ap. re. reus conuenit actorem coram eodem iudice: actor appellat super reconuentione: quæritur, an tali appellationi sit deferendum? Consultus Papa respondet, quòd cùm actoris, & rei eadem sit conditio, & vno, & eodem iure circa appellationem censeri debeat vterque, sicut actor vult, quòd iustitia sibi fiat app. re. eodem modo debet reconuenienti respondere de sua iustitia. Nota, quòd actor, & reus eodem iure censentur, & eadem est conditio vtriusque. Item eodem modo quo quis vult sibi iustitiam fieri, sub eadem forma alij respondere tenetur.

conditio [a]: & vno eodemque iure circa appellationis remedium debeat vterque censeri: sicut desiderat actor, vt sibi iuxta mandatoris rescriptum iustitia fiat appellatione remota: eodem modo [b] reconueniri debeat in sua iustitia respondere.

a ¶ *Eadem sit cõditio.*] Quia in iudiciis nõ debet esse personarũ acceptio. š. *de iudi. nouit.* & 4. q. 4. c. 6. & non debet actori licere, quod reo non permittitur. *ff. de reg. iur. non debet.* & & ita si remota est appellatio quoad agentem, & eodem modo quoad reconuenientẽ: quia eodem iure, quod quis in alterum statuit, ipso debet vti. *ff. quod quisque iur. in alterum l. 1. 2 & 3. & š de consti. cum omnes.* Et hodie non videtur habere locum, quod dicitur de appellatione: quia ipso iure remota est appellatio in qualibet quæstione. j. *de appe. Vt debitus. & c. pastoralis. in principio.*

¶ *Glo. seq. primo arguit, secundò fortificat, & soluit 2. q. Vltimò signat contrarium & soluit.*

b ¶ *Eodem modo.*] Id est secundùm eandem formam, qua procedit iudex in principali, & in reconuentione: & parem potestatem habet iudex quoad omnia in vtraque quæstione. Et sic est arg. quòd iudex eandem habet auctoritatem in prorogata iurisdictione, sicut & in delegata. de hoc dictum est š. *eo. de offi. deleg. P. & G.* Remotio enim appellationis repetita intelligitur in reconuentione. simile 32. q. 7. *apostolus.* sicut cùm aliquid delinquitur ab hærede, intelligitur repetitum & à substituto. *C. ad Trebel. l. non instans. & ff. de leg. 2. debitor. §. 1. & ff. de verb. oblig. Titia. §. 1.* Sed pone quòd actor super vna re tantùm literas impetrauit, nunquid reus potest illum conuenire super pluribus? Videtur, quod non *arg. ff. de iurisdi. om. iud. si idem. §. quod & si. & ar. huius litteræ.* Sed contra credo. *arg. š. c. prox.* ibi, suis quæstionibus. Item retenta hac eadem positione reus reconuenit actorem super pluribus, vel super vno tantùm, & sic actor efficitur. Nunquid actor quasi reus reconueniens potest agere contra reum super alia re, quæ in litteris expressa non fuit. *arg. ff. de excep. l. 2. §. illud?* Non credo, quòd hoc possit quia reconuentio non intelligitur nisi quantùm ad illum, qui primò conuenitur. Itẽ *arg. contra C. de leg. quod fauore.* non est contra: quia illud intelligitur, cùm princeps suo motu in fauorem aliquod ius cõcedit, putá minoribus vel Ecclesiis. Quod dicit hic, intelligitur, quando aliquis impetrauit illud ius, & Papa ad instantiam [a] petentis illud concessit: vnde ipse debet vti eodem *ff. quod quisque iur. l. 1.* & š. *de consti. cùm omnes.* Sed hodie vt dixi, ius commune est quantùm ad omnes. j. *de appel. c. Vt debitus.*

a Dixerunt Tan. & Vin. quod Romana ecclesia tales literas concedit etiam sine petentis instantia, clausulã apponendo & dixi in text. in glosa, videtur & secũdùm id intellige hoc de instãtia quoad rescriptũ, non quoad clausulam. Ioan. Andr.

TITVLVS V.

De litis contestatione.

¶ Gregorius ix. Abbati sancti Ioannis in vineis.

¶ *Non per positiones, & responsiones: sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam fit litis contestatio: qua omissa, nullus est processus.*

CAP. I.

Olim inter Episcopũ Nouiensem ex parte vna, & Capitulum Ecclesiæ sancti Quintini ex altera, super quibusdam iniuriis, & excommunicationum sententiis, & quibusdam aliis articulis orta materia quæstionis: & *infra.* Iudices factis quibusdam positionibus, & responsionibus ad easdem: auditis etiam quæ partes voluerunt proponere coram eis: causam eandem ad examen Apostolicum remiserunt.

¶ Procuratoribus igitur partium propter hoc in nostra præsentia constitutis, quamuis positiones, & responsiones [c], hincinde super pluribus articulis factæ fuerint coram Iudicibus memoratis: quia tamen litis contestationem non inuenimus esse factam, cùm non per positiones, & responsiones ad eas, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam litis contestatio fiat †: processum ipsorum, de fratrum nostrorum consilio, irritum duximus nunciandum.

DE LITIS CONTESTATIONE.

¶ *Quia post libelli oblationem, & mutuam petitionem, sequi debet litis contestatio, ideo subiicit istam.*

De hac materia habetur 3. q. 3. offeratur & repetitur in 6. Abbas.

Olim inter Episcopum] Primò ponit processum iudicum, & ipsorum relationem. Secundò ipsum processum decernit irritum, & dicit quare. Secunda ibi, *Procuratoribus.* Abbas Siculus.

CASVS. Inter Episcopũ Nouien ex parte vna, & capitulũ Ecclesiæ sancti Quintini ex altera, vertebatur quæstio super quibusdã iniuriis, sententiis excõmunicationũ, & quibusdã aliis articulis, super quibus causa cõmissa fuit quibusdã iudicibus: iudices factis solummodo quibusdam positionibus, & responsionibus ad easdẽ, & auditis quæ partes proponere voluerunt, causam remiserũt ad Apostolicam sedẽ: procuratoribus vtriusque in præsentia Papæ constitutis, & examinato processu iudicum, dominus Papa quia non inuenit litis contest. factam fuisse, processum ipsorum iudicum irritum nunciauit: quia licèt positiones, & responsiones hinc inde factæ fuissent super articulis prædictis, super hoc tamen non fuit contestatio litis facta, sed per petitionem in iure propositã, & responsionem secutam fit contestatio litis. Not. quòd vbi contestatio litis omissa fuit, nullus est processus. Item contestatio fit per petitionem appositam, & responsionem secutam. & hoc in scriptis debet apparere.

¶ *Glos. seq. opponit, & duas solutiones dat. Vna in principio. Aliam circa fini glo. In medio dicẽs quid sit contestatio, & quomodo fiat & quod protestatio proponẽtis, vel respõdẽtis impedit contestationẽ. Vltimò ponit quæstionẽ.*

c ¶ *Responsiones.*] Sic š. de elect. dudum. [b] Sed videtur, quòd istud sufficeret, quia positiones super ipso facto fiunt. vnde satis intelligitur litis contestatio fieri per positiones, & responsiones. sed non est verum, quia litis contestatio est exordium litis, siue principium causæ appellatur. š. *de offi. delega. super quæstionum. §. 1 & 2.* Et res deducta in iudicium non videtur per simplicem petitionem, vel per editionem actionis. *C. eo. tit. l. vnica.* & vbi principium deest, nihil superædificari potest. 1. q. 1. *cum Paulus.* & *infra de presby. non bap. veniens.* & cuiusque rei principium potissima pars est. *ff. de orig. iur. l. 1.* & licèt contestatio litis sit principium, tamen necesse est libellum præcedere, vel porrigere, super quo litis contestatio fiat, vt dictum est *supra de libel. obl. c. 1* Est autem litis contestatio negotij principalis hincinde apud iudicem facta narratio, & subsecuta responsio, vt hic, siue negando, siue confitendo. de hoc no. suprà de elect. dudum. quod est ita intelligendum, vt fiat animo procedendi in causa, & ea intentione directè ex proposito. Vnde si aliquis proponat factum coram iudice, non ea mente, vt litem contestetur, vel respondeat, saluo iure suo, & sine præiudicio, non erit propterea litis contestatio facta: cùm hoc fiat non ad iudicis interrogationem, sed motu proprio. Litis contestatio fieri debet interrogante iudice, actore proponente suam actionem, & reo respondente ad interrogationem iudicis, vt mos est fieri *arg. C. eo l. vnica in fin.* j. *de do. & contu. prout.* sic patet, quod non erat facta litis contestatio, cùm factum proponitur cum protestatione, & sine præiudicio. *arg. op. ff. quibus mo. pig. vel hyp. sol. si debitor. §. si in venditione.* [b] Et *arg. sup. de ele. Cumana.* vbi dicitur de protestatione. vbi ergo litis contestatio non procedit: nihil valet, quod agitur, vt hic. & *infra tit. prox per totum.* Et potest ratio assignari, quare per positiones, & responsiões ad eas non fit litis contestatio. qui enim ponit aliquid dictum, vel factum, nihil petit ab aduersario, nec etiam ostendit super hoc velle agere: & ita non posset per hoc fieri sententia condemnationis, vel absolutionis, cùm nihil petitum sit per positionem, sed ostenditur aliquid esse factum vel dictum, seu promissum: & sententia semper ferenda est secundum modum agendi. j. *de acc. qualiter, & quando. ad fin. &* j. *de simo.* licèt Hely. & condemnatio non est facienda, nisi ad hoc sit actum. j. *de ord. cog. cùm dilectus. ad fin.* & hoc etiam probatur, quia interrogationes, & responsiones aliquã do fiunt ante litis contestationem. *ff. de interro. actio. quasi per totum.* de quibus quidem notatur. j. *de iura. calum. c. gen. in glo.* quę incipit, *omnia quæ.* & per illas interrogationes, & responsiones nulla fieret condemnatio, vel absolutio, nisi fieret postea litis cõtestatio super petitione actoris: & ita patet, quòd vbi fiunt tantùm positiones, & respõsiones, nulla petitione præmissa, vel nulla litis contestatione facta, nullus est processus: vt š. *de elect. dudum.* & hic. Sed quid si petitio oblata fuit, & in actis reducta sed cõtestatio litis non fuit facta, sed positiones, & responsiones factæ fuerunt? Idem credo: scilicet quòd processus non valeat: quia litis contestatio non est facta. Bernardus.

† Vide Bart. solum. Fulgosium, & Paulum in l. causas. C. de transac. adde Socinum in regula.

† Vide tex. in l. vnica. Co. eo. & l. Aurelius. §. idcirco. ff. de libe. lega.

b Si creditor consensit alienationi pignoris, quã fecit debitor: liberatũ est pignus, nisi fuerit protestatus, quod saluũ esset ius pigneris. Ioã. And.

VT LITE NON CONTESTATA, &c.

¶ Suprà visum est de litis contestatione qualiter fiat. Verùm quia plerunque lite non cõtestata petuntur testes recipi, vel de facto recipiuntur, & dubitatur, quid iuris, ideo subiecit istam rubricam. a *¶ Et nota ex rubro negatiuè posito, quòd regulariter lite non cõtestata non debent testes recipi, nec ad diffinitiuam sententiã procedi. Abbas Sicul.*

a *Congruit rubrica de iureiu. olim. vbi Papa receptionem testiũ factã lite non contesta. reuo. cauit in irritum. de sententia habes supr. de ele. dudum.* 2. *ver. licet autem. Itẽ fallit in ea* su decre. cũ qui de eo qui mit. in pos. lib. 6. *Ioan. And.*

† Vide Bartholomaum Sancinũ in Fallentiis regula 296. & aliquot sequentibus.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cõpilatione. *Et vide cõcilium Tridẽt. sessio. 24. de sacramento matrimon. j.*

A D hoc.] In prima ponitur delega orũ consultatio: in secũda diffinitio, seu responsio ibi, *Consultationis.* Abb.

CASVS. Quædam causa mãti monialis vertebatur inter R. & B. vxorẽ eius, ea cõmissa fuit abbati sancti Proculi, & eius cõiudici, coram quibus dicta B. accusabat virũ suũ de adulterio ad tori separationẽ, & vt dotẽ suam reciperet ab eodẽ: oblato libello procurator viri noluit rñdere, prætextu aduocati, quẽ nõ habebat, inducias postulando: tandem dixit se paratum rñdere libello. Sed die statuta, dum credebatur, quod rñderet libello, petiit restitutionem vxoris primò faciendam marito, & ne secus fieret, appellauit: mulier dicebat se virum habere suspectum: sed procurator noluit cauere de impunitate personæ, nec viri: postea noluit comparere: iudices non obstante appellatione illius, testes mulieris receperunt, attestationibus publicatis, dubitabatur de ferenda sententia: quidam dicebant deferendum esse appellationi: alij deferendum non esse: cõsultus Papa, quid iuris esset, respondet, quòd licèt ordo iudiciarius in aliis controuersiis sit seruandus, in matrimonialib. causis non vsquequaque. Sed quia in præsenti negotio non est actum de fœdere matrimonij, sed de crimine adulterij ad tori separationem: testes lit. non conte. recipi non debuerunt: vñ si ei deferẽdũ siue non deferendum appellatione fuisset, non est ad diffinitiuam sententiã procedendum: tamen præfatus R. si contumax fuit, potuit excõmunicari vel propter contumaciam procuratoris, si sciens non purgauerit eandem. Not. quòd in causa criminali cùm ciuiliter agitur, potest interuenire procurator. Item argum. quòd prætextu aduocati dandæ sunt induciæ. Item in causa criminali cum agitur de fœdere matrimonij, ordo iudiciarius per omnia non seruatur. Item lite non conte. non sunt testes recipiendi, nec sententia diffinitiua ferenda. Item propter contumaciam procuratoris non est dominus puniendus, sed cùm sciuerit, & non purgauerit, potest excommunicari.

† Et de pœna adulterij, & ordine procedẽdi contra adulteros vide concilium Tridentinũ sess. 24. tit. de reformatione matrimonij c. 8.

TITVLVS VI.

Vt lite † non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam diffinitiuam.

¶ Innocentius iij. Abbati sancti Proculi, & L. Canonico Bononiensi.

¶ Si agatur de adulterio ad separationem tori, & ante litis cõtestationem reus est contumax, potest excommunicari: sed testes recipi non possunt, nec causa diffiniri.

CAP. I.

A D † hoc Deus: & *infrà.* Cum causa, quæ inter R. & B. vxorem eius vertitur, auctoritate Apostolica vobis commissa fuisset, tandem procurator eiusdem R. libello vxoris, quo virum ad separationem tori, & vt dotem reciperet [a], de adulterio † accusabat, noluit respõdere [b], donec Aduocatus [c] veniret, inducias postulando. Qui cùm huiusmodi inducias sæpe petendo, vobis illudere videretur: tandem ad præsentiam vestram accedens, dixit se respondere paratum: sed die statuto, cùm crederetur respõsurus libello, restitutionem vxoris primò fieri postulauit, ne secus fieret appellando †.

¶ Verùm quia dicebat mulier se virum habere suspectum [d], & idem Procurator nec de mulieris impunitate cauere: nec vestro se curasset postmodum conspectui præsentare, vos testes mulieris recipere studuistis: & *infrà.*

¶ Consultationi vestræ taliter respondemus, quòd licèt ordo iudiciarius in aliis controuersiis sit seruandus, & in matrimonialibus causis non vsquequaque seruetur [e], quia tamen in præsenti negotio non est actum de fœdere matrimonij, sed de crimine adulterij (per quod ad separationem con-

a ¶ *Recipere.*] Et etiam donationem propter nuptias: nam sicut propter adulterium vxoris vir lucratur dotem, ita mulier propter adulterium viri lucratur donationẽ propter nuptias. *C. de repud. consensu. §. si vero.* quia vir, & mulier non ad imparia iudicantur. *32. q. 1. si quis vxorem.* si tamen filij extent ex eorum matrimonio, tunc dos, siue donatio spectat ad filios. *in Auth. vt liceat matri, & auia. §. si de adulterio. coll. 8.*

¶ Maximè quando hoc non multùm læditur aduersarius secundùm Ioan. & Hostien. & maximè si pars ad prouidere non potuit. & vide in Spec. de dil. §. 1. ver. præparatoriæ. in fi. Ioa. And.

b ¶ *Noluit respondere.*] Licet agitur hic de crimine: quia tamen non agitur criminaliter, potest interuenire procurator, & respondere, & agere. *s. de procurato. tuæ.*

¶ Glo. seq. dicit, quomodo in principio causæ, & in medio ex causa, & si dolosè non petitur, dantur induciæ pro aduocato habẽdo: non tamen nocet sententiæ, si aduocatus adfuit: fallit in fisco.

c ¶ *Aduocatus.*] Si aliquis vocatur ad iudicium, & dicat se non habere aduocatum, dandæ sunt sibi induciæ ad quærendum aduocatum *ff. ex quibus cau. ma. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter & l. ait prætor §. vlt. & arg. ad idem. s. de iudi. properandum. §. penul. & ff. de postu. l. 1. §. ait prætor.* & ex causa etiam medio tẽpore dandæ sunt induciæ propter absentiam aduocati, si iusta de causa esset impeditus: cùm nimis esset difficile, & graue, alium quærere aduocatum, qui merita causæ non nouit. & sic eodem modo pro alio inducias obtineret, vt instrueretur, sed si maliciosè petantur, non sunt dandæ *arg. j. de do. & contu. præut.* post sententiam non habet locum, si diceret non habui aduocatum tempore sententiæ. *C. de postu. velamento.* & ideo propter hoc non retractabitur sententia: est tamen speciale in causa fisci, vt non valeat sententia lata contra fiscum aduocato eius absente *ff. de iur. fisc. l. fi. C. ne ad. no fisci. l. vlt.*

¶ Glo. seq. ponit quinque casus, quibus non fit restitutio.

d ¶ *Suspectũ.*] Hic est vnus casus, vbi spoliato viro vxor non restituitur: scilicet cùm timetur de sæuitia viri. *j. de rest. spo. ex transmissa. & c. literas. in mu. fi. & 32. q. 1. de benedictio.* Item si in contingenti probetur impedimentum sal em in gradu indispensabili, in quo casu non debet fieri restitutio. *infrà de diuor. porrò. & c. litera.* Item si no. & publicè fornicatur, dist. 5. nunc *infrà de diuor. significasti. in fi.* Item si virgo fuerit, & timeatur corrumpi. *infrà de spon. cum lo. cum glossa eius. & arg. j. de rest. spol. ex transmissa. & c. ex parte.* Item & si quo. & quia non vult habitare cum viro sine contumelia creatoris, denegatur ei restitutio: quamuis iniustè fuerit spoliata. *infrà de diuor. gaudem.* *§. qui autem.* aliàs viro facienda est restitutio ante principalis causæ ingressum. *infrà de rest. spol. ex conquestione.* præstita primò sufficienti, & idonea cautione de impunitate personæ. *infra de rest. spo. ex transmissa. & c. literas. &* *32. qu. 1. de benedictio.* nisi tanta esset viri austeritas, quòd non auderet se viro committere: quia tunc nullo modo debet restitui vt *in c. literas in fi.*

c Non enim dominus mũdi. & s. tur in ser mo. Item si cogitur cũ vendere. § de his, qui fui. vel ali. s. feci. Ioan. Andr.

† Vide text. in Auth. qui semel. C. do iudex.

ADDITIO. Etiam si vellet satisdare. Vnde versus.

Si non continuit: si mox probat impedimentum:
Si que vir austerus: Moysi si lege relictus.
Si virgo fuerit, & corrumpi timeatur.
Si vir possideas iniustè vel violenter.
Casibus his septem dominus non restituetur.

Vel sic & breuius.

Blasphemoque Deum, sano, mœcho manifestè,
Stirpe parente sato: neque virgo redditur vxor.

e ¶ *Seruetur.*] Nota, quòd plura sunt specialia in causis matrimonialibus: quia vbi agitur de fœdere matrimoniali, potest agi contra contumacem lite non contestata ad diffinitiuam sententiam. *j. eo. quoniam. §. porro.* Item quia minor potest esse in causa etiam per procuratorem. *s. de restitut. spol. ex parte.* Item confessio contra matrimonium non præiudicat. *j. de eo qui cog. consan. vxo. sua. super eod.* Item quia pater, & mater possunt testificari tam in coniungendo, quàm in disiungendo matrimonio. *j. qui matr. acc. pos. videtur.* [d] Item quia sententia lata cõtra matrimonium ad separationem eorum, qui iam coniuncti erant, nõ transit in rem iudicatam. *j. de sen. & re iud. lator. & c. consanguinei.* Item nec trãsactio, siue compositio potest in matrimonio interuenire. *s. de transact. c. vlt.* item nec arbitrium *s. de restitu. in integ. causa. in fi.* item nec pœna locum habet. *ff. de verb. obl. Titia. & C. de spon. l. vlt. & j. de spon gemma.*

Matrimonialis causa multa habet specialia.

d Quod dicit infra de rest. super eo. 2. Ioann. And.

ADDITIO. Item licèt in aliis causis possit remitti iuramentum testibus, vt *j. de testibus c. tuis.* non tamen in causa matrimoniali. vnde versus.

Coniugij iura sunt hic specialia plura.
Non contestata quod stat sententia lata
Procuratores tali dant lite minores.
Hæc non cassatur, homo contra si fateatur.
Et non iurati testes sunt hic reprobati.
Hic si procedit, concordia quaque recedit,
Hic non transigitur, non arbitriumque subitur.
Non confirmatur sententia si qua feratur.
Hinc speciale tene, cessat stipulatio pœna. Item breuius.
Non contestata fertur sententia lite.

Et matri-

Et mandat pubes: non sit sententia perper.
Arbitrium, pœna, pactum, transactio cessat.
Et non iurati testes, confessio contra.

a ¶ *Ad separationem coniugij.*] Verbum istud, coniugij, impropriè ponitur, quia propter adulterium ipsum coniugium non dissoluitur, immò manent coniuges etiam separati. 32. q. 7. c. 1. & 2. & ideo expone, coniugij, id est, coniugum, qui propter adulterium separantur ab inuicem quoad mutuam seruitutem tantùm, vinculo matrimonij nihilominus perdurante, & hoc patet, quia licet sic absoluatur ille, qui non peccauit, à seruitute alterius, qui adulteriū cōmisit: cōtrahere tamen non potest. 33. q. 3. *dicit dominus.* & si contraheret, cōpelleretur redire ad primam. ĵ. *de diuortiis. ex literis.*

a Atque hoc disputat con... Tri... 24. de sacramento matrimonij c. ; adde ... Molinatanū c. ... & con... ilium. Afri... cannone. 69.

iugij[a] non ad coniunctionem intenditur) quia lite non contestata testes fuerunt recepti, & attestationes etiam publicatæ, siue deferendum, siue non deferendum appellationi fuisset, non est ad diffinitiuam sententiam[b] procedendum. Potuit tamen præfatus R. propter suam contumaciam, vel etiam Procuratoris[c] (si sciens non purgauit eandem) excommunicationis sententia innodari.

¶ *Glo. seq. recitetur circa materiam opinionis antiquorum.*

¶ Idem Hierosolymitano Patriarchæ, & Archie. Cassen.

¶ *In causa restitutionis cōtra cōtumacem, lite non contestata, sententia proferri non potest. Hoc dicit, cōprehendendo omnē modum summādi.*

b ¶ *Ad diffinitiuā sententiam*] Hic patet, quòd in ciuilibus causis nūquam est ferenda sententia lite contestata. *arg. de do. & contu. prout.* & *C. quomodo. & qñ iud. l. consentaneū in fi.* & ĵ. *eo. tit. per totum.* & *in Auth. de exhi. reis. §. si verò. coll. 5.* siue in criminali ciuiliter mota, vt hic. Hug. contradicit, quòd testes possunt recipi, & sententia ferri & in criminali, dummodo de causa liqueat, vel liquere possit, siue causa sit criminalis, siue ciuilis. De hac tamen materia traditur 3. *q. 9. in summa.* & ĵ. *de do. & contu. veritatis.* Et no. quòd dominus Papa per totū titulum fuit opi. Io. qui dixit, quòd lite non contestata non sunt recipiendi testes. Mar. contra cum Hu. & dominus Papa quandoque sequitur ōpi. Mar. ĵ. *de testi. c. Raynutius. & c. Raynaldus.* [b] vbi tractatur de duabus quartis deducendis.

¶ *Gl. seq. primò probat contumaciā factum nisi excedat confessionem, & dolum procuratoris nocere domino, & duplicem causam reddit: secundo allegat in contrarium, tertio soluit. Deinde format quæst. in qua alleg. pro & contra, & postea soluit.*

c ¶ *Procuratoris.*] Ex hoc loco euidēter apparet, qñ dñs puniēdus sit. Est ergo dominus puniendus, qñ ipse contumax fuit. Item propter cōtumaciam sui procuratoris eo sciente, & eā non purgante, quia tunc intelligitur ratam hēre contumaciā sui procuratoris, vnde potest excommunicari, aut alias puniri, quia alienam culpam fecit propriam per consensum. Et ita punitur dñs propter factū procuratoris, siue eius contumaciam. arg. ĵ. *de app. sæpe contingit.* & 2. *q. 6. §. biduum. ver. si aduersus.* [c] nā factū procuratoris nocet dño. s. *de in integ. re. cum venissent.* & confessio procuratoris nocet dño. ĵ. *de re iud. suborta.* at ignorāti, vt ibi, & dolus ꝓcuratoris nocet dño. *ff. de tribu. procuratoris.* & *C. de excoll. & transa. mili. an l. in excollatione. lib. 12.* & ꝙ factū procuratoris dño præiudicet, habes ĵ. *de cau. po. & proprie. cū olim.* & gñraliter factū ꝓcuratoris dño præiudicat, nisi excedat fines mandati. s. *de offi. dele. cū olim.* & *C. de pen. si procurator.* & sibi imputet, qui malū procuratorē eligit. *ff. de mino. cū mādato*, nā cū prosit dño factū procuratoris, ētsi iniustē obtinuit. *ff. de proc. qui proprio. §. in cæteris.* sic & eidēt nocere. Sed cōtra vr̄, ꝙ cōtumacia procuratoris non debet nocere dño. *ff. si quis ius non obt. l. 2. §. si procurator.* & expressè traditur, ꝙ tñ procurator cōueniēdus est, nō dñs. ff. man. si mandato nō expressisset in prin. Ita ignorātis dñi cōditio per procuratorem deterior fieri non dēt. *ff. de procu. ignorantis.* nec tñ scientia eius dño ignorāti nocet. *ff. de lib. cau. in seruo. nec delictum eius in Auth. de eo. tit. §. si quis in sua domo. coll. 9.* nec alienus dolus alteri nocere dēt. *ff. de excep. dol. si procurator.* Sol. dicas, ꝙ procuratoris cōtumacia ipsi dño præiudicat in eo casu, in quo loquitur hic, putà, quia scit eius contumaciā, & ratam habet eā, eo ipso quòd nō purgat ipsam. vñ in eo casu pōt dñs excōicari. Si verò dñs ignorat eius contumaciam, nec etiam ratam habet, ipse procurator punitur de dolo suo[d], & non dñs: & sic loquitur. *ff. si quis ius di. l. 3. §. si quis procurator.* & alia iura ad hoc inducta: quia iniquum est aliquē alterius odio prægrauari. *C. de inof. test. si quis in suo ver. fi.* & peccata suos debēt tenere actores ĵ. *de his. qua fi. à maio. par. c. quasi me.* & *C. de pœn. sancimus.* aliàs ergo dñs nō est excōicatus ignorans culpā, & dolum sui procuratoris, vel cùm eam scit, statim eā purgat. Et est hoc notabile circa ea, quæ facit in iudicio secundū formā mādati: bñ fit præiudiciū dño per cōfessionē procuratoris, seu per factu illius, vt dicunt iura primò inducta, dummodo non egrediatur formam mandati. aliàs non obesset dño, si cū primū scit, contradicat. s. *de offi. dele.* cùm olim. Sed quid si propter cōtumaciā ꝓcuratoris tñ dominus excōicetur à iudice, domino ignorāte cōtumaciā procuratoris, nec eā ratā habēte, nūquid erit excōicatus? hoc sæpe cōtingit. Vr̄, quòd non teneat, quia hic dicit: potuit excōicari propter suam cōtumaciam, vel procuratoris, & illud dicitur posse fieri, quod de iure fit. 22. q. 2. *faciat homo.* Sed videtur, ꝙ excōicatio teneat, cùm sit lata à suo iudice siue iustè, siue iniustè. 11. qu. 3. *sententia pastoralis.* & in culpa quodammodo videtur, qui talem procuratorem constituit, qui non obtemperat iuri: & aliquis pro facto alterius etiam sine culpa punitur. ĵ. *de spon. non est.* Credo[e], quòd tutius sit dicere, quòd sit excommunicatus, licèt non debuerit excōmunicari, & debet absolui sine aliqua satisfactione, & absque grauamine, & credo, quòd iudex tenetur ei ab interesse. ĵ. *de sent. excom. sacro.* quia illum excōicauit iniustè & non citatum.

b Et quidem que ad ... gunt ad ... nones ... mandat de ... rescri. super literis. de resti. spo. inte... tas. de sim. per tuas. secundum Io. Ioan. And.

c Concor. l. si procuratorem. §. si tutores. ff. mandat & l. 1. & ibi Bar. ff. de pro.

d Non tamē excommunicatur: sed suscipit Hr... polationem committi ob rem non defensam. & hoc verum, vbi ipse procurator pro se cauit, vel dominus eo absente. Si verò cauit pro eo apud acta, procurator cogitur præcisè defendere: nec sufficit stipulationē committi. ff. de procu. filius. §. & l. non cogendum. §. 1. secundum Ioan. Van & Pla... & adde, quod habetur in cle. de procur. c. 1. Ioan. And.

e De pluribus quæstionibus huc spectantibus vide Dominicum Sotū, lib. 4. sent. dist. 22. q. 1. art. 2.

CAP. II.

ACcedens: *& infrà.* ¶ Cùm in Iudicum delegatorum præsentia Archiepiscopus Tirenī. restitutionis beneficium postularet, Plebanus sancti Marci de Venetiis (contra quem agebat) nihil ad obiecta respondit †, sed ad nostram audientiam appellauit[d]: & licet sæpe fuisset admonitus, vt iuri pareret (quia eius appellatio non tenebat) noluit tamen respondere amplius: vel coram eis etiam comparere. Ipsi verò Iudices (cùm Plebanus in sua contumacia perduraret †) te-

† Cap. 2. eo. tit. in 3. compilatione.

† *Vide* l. 1. ff. si quis ius, di. non obtempe. & l. 1. ff. si quis in ius vo. non ierit.

† *permaneret.*

ACcedens.] Duo facit, Primò ponit ordinem processus. Secundò ipsius retractationem ibi, *Cum igitur.* Abbas.

CAsus inter Archiepm Tirenī. ex vna parte & plebanum sancti Marci in Tyro ex altera, super iure parochiali ipsius ecclesiæ, quæstio vertebat̄ causa super hoc cōmissa fuit tribus epis, in quorū præsentia archieps Tirenī. petiit restitutiones iuris parochialis in Ecclesia sancti Marci, quo dicebat se spoliatum: plebanus allegans, quòd cùm notoriū esset duos de prædictis epis suffraganeos esse archiepi Tirenī. & propter hoc essent sibi suspecti, nihil ad obiecta rñdens, sedem Apost. appellauit: ipsi verò iudices, cùm plebanus sæpe monitus vt iuri pareret, in sua contumacia perduraret, receperunt testes ex parte archiepi productos, mandātes postmodum plebano, vt ad eos accederet contra testes obiecturus, qui cum ad eorum præsentiam non accederet, excōicauerūt eundem, adiudicantes possessionem iuris parochialis archiepo. & eum restituentes in integrum prohibuerunt, ne aliquis dictam possessionem perturbaret: negotium istud delatum fuit ad sedem Apostolicam: super hoc scribit Papa patriarchæ Hierosolymitano, & archiepiscopo Cassenī. dicens, quòd lis coram præfatis iudicibus contest. non fuit, & manifeste patebat literas impetratas fuisse per veri suppressionem, quia notorium erat duos iudicum prædictorum suffraganeos esse archiepiscopi Tirenī. & idem plebanus legitimè appellauit, & si etiam appellatio legitima non fuisset, iudices forte propter contumaciam potuerunt plebanum excommunicare, sed non debuerunt plebanum excommunicare lite non conte. super negotio principali diffinitiuam proferret sententiā, Vnde dominus Papa sententias prædictorū iudicū cassauit: immò cassas, & irritas nunciauit, dans in mandatis archiepiscopo Tirenī. vt Ecclesiæ sancti Marci restituat instrumenta, & alia vniuersa, quæ occasione prædictæ sentētiæ per alios occupauit.

Quidam intelligunt hanc decret. loqui, quòd archiepiscopus agebat per beneficium restitutionis in integrum iure minoris. Nota quòd iudex subditus actoris, potest legitimè recusari. Item cum notoria est suspicio, literæ per veri suppressionem obtentæ dicuntur, ex quo in eis de illa non fit mentio. Item lite non contesta. testes recipiendi non sunt nec diffinitiua sententia proferenda. quod si fiat, sententia est nulla. Item cum sententia nulla est, non debet cassari: sed cassa, & irrita nunciari: quia quod nihil est, cassari non potest, & omnia restituenda sunt in pristinam causam per talem sententiam habita. Item sententia lata super possessione diffinitiua dicitur.

¶ *Glo. seq. reci. signando contrarium de decre. vt debitus. & dilecto. Sol. triplex istud verum. Vel supple, hoc propter notorium.*

d ¶ *Appellauit.*] Hic nullā causam appellandi seu grauaminis expressit: vnde non valet secundū hodierna iura appellatio. ĵ. de appe. vt debitus. qui causa semper debet exprimi coram iudice, & propter illā appellari. ĵ. *de ap.* dilecto filio G. aliàs admitti nō debet: quare talis appellatio nō valet hodie, hic enim appellauit ꝑ suspicionem, & appellare non debet hoc modo: debuit enim causam suspicionis coram iudicibus allegare probabilē, & si non admisissent legitimam suspicionē, tunc debuit demum appellare. ĵ. *de ap. cum speciali.* tñ infra vr̄, quod legitima fuerit appellatio. verū, sed his plebanū legitimè. &c. Et ita secūdū antiqua iura sufficiebat appellare, licèt causa nō exprimeret, vt hic vr̄ quia Papa talē appellationē vr̄ admittere, qa illi iudices fuerūt suffraganei archiepi sed hodie nō teneret. Vel dic, ꝙ causa suspicionis fuit allegata,

Appellatio non expressa causa an valeat.

legata, nec admissa. vñ tenuit appellatio & ita nullū contrarium. Vel quia suspicionis causa notoria erat, valuit appellatio plebani, quāuis causam nō expresserit, vt a ĵ. sequitur in ipsa litera: secus, cùm causa suspicionis, aut etiam appellationis latens est: quia tunc debet exprimi, secundùm quod traditur. ĵ. *de ap. Vt debitus* & c. *cum specials.* & c. *interposita.*

stes receperunt[a] ab aduersa parte productos, & depositionibus redactis in scriptis, mandauerunt eidem, vt ad eos accederet, in personas, vel in dicta testium obiecturus. Quod cùm facere noluisset †, in ipsum excommunicationis sentētiam protulerunt[b], possessionem iuris[c] parochialis adiudicantes Archiepiscopo memorato: & cū restituentes in integrum, districtiùs vetuerunt, ne quis possessionem Tireñ. Ecclesiæ restitutam præsumeret perturbare[d]. ¶Cùm igitur † lis coram eisdem iudicibus non fuerit contestata, & manifeste † pateret literas ipsas per veri suppressionem obtentas, (cùm manifestum esset duos prædictorum iudicum, Achonieñ. videlicet, & Beriteñ. Episcopos, eidem Archiepiscopo tanquam Suffraganeos, suo Metropolitano subesse[e]) ac ex his[f] Plebanum legitimè appellasse constaret, in quē (etiamsi minus legitimè appellasset) & iudices ipsi licèt propter contumaciam[g] excommunicationis fortè potuerunt proferre sententiam, non tamen debuerunt super principali negotio diffinitiuam sententiam, lite non contestata, proferre, prædictas cassauimus[h] sententias, immò cassas denunciauimus, & inanes. Vnde Tireñ. Archiepiscopo dedimus in mandatis, vt Ecclesiæ sancti Marci instrumenta restituat & etiam vniuersa[i] quæ huiusmodi occasione sententiæ, per se, vel per alios occupauit †.

¶ Idem Episcopo Brixieñ.

¶Si lite non contestata reus est contumax: si fieri potest, mittitur actor in possessionem causa custodia: aliàs reus excommunicabitur.

CAP. III.

TVæ † fraternitatis deuotio: *& infrà.* ¶Consultationi tuæ taliter duximus rñdendum: quòd si reus lite non contestata contumaciter[k] se absentat †: talisque sit causa, quòd actor possit in petitarum rerum possessionem[l] induci, est in eandem causam custodiæ inducendus[m].

¶ Quòd si causa talis fuerit, quod idem in possessionem nequeat[n] intromitti †, vt iuri pareat, per censuram Ecclesiasticam est contumax compellendus.

¶ Idē de decima, & Helemosio. † Abbatibus Aurelian. & Carnaten. diœcesis.

¶Receptio testium facta contra non contumacem (lite non contestata) in causa matrimoniali est nulla.

a ¶ *Testes receperunt.*] Lit. non cont. & malè. š. eo. c. prox. & ĵ. eo per totum.

b ¶ *Protulerunt.*] Et[b] malè, quia nemo compellitur obiicere in personas testium.

c ¶ *Possessionem iuris.*] Non autē possessionem causa rei seruādæ: quod fortè facere potuerunt, immò sine fortè, si contumax fuisset. ĵ. *eod. c. prox.* & c. qm̄ §. *in aliis.* sed appellatio præmissa videtur defendere ipsum plebanum à contumacia. vnde non tenuit sententia excōicationis vt inferiùs sequitur. Qdam intelligunt hanc decre. loqui in causa restitutionis in integrum iure minoris.

d ¶ *Perturbare.*] Arg. q̄ iudex debet defendere inductum in possessione. ĵ. *de sim. querelam.* ¶ *Glo. se. not. 4. in causam recusationis & addit quatuor, dicens non sic in testes.*

e ¶ *Subesse.*] Hęc est iusta causa recusationis, q̄ iudex sit suffraganeus aduersarij, sicut & illa q̄ iudex sit dominus aduersarij. š. *de offi. deleg* causam, quę inter R. vbi plures casus notantur de recusatione. Idē videtur, si esset affinis. 3. q. 5. *absens.* & *ff. de iureiur. lex Cornelia. in prin.* & 4. q. 3. *item l. Iulia.* Item si est, Comes. *ff. de offi. præ. senatusconsulto.* & š. *de offi. d. leg.* cum R. propter dominium tota familia potest recusari. C. *si quis quacunque præd. po. l. vnica.* & licet ex istis causis repellatur iudex à iudicando, non tamen repellitur testis à testificando: & hæc est causa, quia faciliùs posset habere multos iudices, quàm vnum testem. vnde repellitur iudex à iudicio propter defectum testis: vt sic ferat testimonium in causa. ĵ. *de test. dilecto.*

¶ *Glo. seq. apponit Vers. plurali & soluit.*

f ¶ *Ac ex his.*] Quare dicit ex his? quia non appellauit ex pluribus causis, sed tamen quia erant suffraganei post appellationem, vnica videbatur causa appellationis eo tempore, quo appellauit, licèt tamen non expresserit, scilicet quia iudices duo erant suffraganei, sed post appellationem alia causa grauaminis superuenit scilicet quia receperunt testes lite non contestata, & propter hoc dicit ex his, quia ex superuenienti grauamine sumpsit appellatio maiorem firmitatem, & sic ex his, quæ postea fiunt, intelligitur fortius valere, sed ab initio vnica videtur, & sic legitimam vocat appellationem, & tamen nulla causa fuit expressa, vt dictum est, & ita postfacto apparet legitima ĵ. *de frig. & malef. fraternitatis.* Vel dic, quòd duo iudices recusati fuerant, & quia non admiserunt recusationem, appellatum fuit. & sic est planum, quod dicitur, vt š. dictum est. Bern.

g ¶ *Contumaciam*] Si appellatio non fuisset legitima, propter contumaciam debuit, & potuit excommunicari, vel aduersarium in quasi possessionem iuris mittere causa rei seruandæ: vt ĵ. c. *pro.* sed diffinitiuam nunquam potuit proferre sententiam super possessione, quæ erat quæstio spoliationis, cùm lis non esset contestata. ĵ. *eo per totum* & quod dicit. fortè, non notat dubitationem, sed potiùs affirmationem.

h ¶ *Cassauimus.*] Id est cassam denunciauimus. Hoc ideo ita exponit, quia propriè dicitur cassari sententia, vbi tenet: sed cùm sententia nulla est, vt hic sententia non debet cassari: quia quod non est, cassari non debet, sed debet denunciari nulla, sicut fit in sententia excommunicationis. ĵ. *de sent. excom. per tuas.* & š. *de offi. dele. cùm contingat.* & hic duæ fuerunt sententiæ, scilicet excommunicationis in plebanum, & alia super restitutione possessionis iuris parochialis.

i ¶ *Vniuersa.*] Quia si principale non tenuit, nec illud quod ex eo noscitur esse secutum. ĵ. *de fide instru. inter dilectos.* §. *cum igitur in fin.* C. *de legi. non dubium.* cum suis concor. Omnia ergo restituenda sunt, quæ occasione ipsius sententiæ habuit, sicut cum restituitur minor aduersus sententiam, pignora[d] præstita debent restitui. *ff. de mino. si ex causa.* §. 1. & cum retractatur sententia, omnia debent restitui in pristinum statum, vt hic, & ex vtraque parte fieri debet restitutio. C. *de repu. leg. vnica. ff. de mino. quod si mi-nor.* §. *restitutio.* & š. *de in integrum resti.* c. 1.

TVa fraternitatis.] In prima ponitur decisa consultatio. In secunda distinguens responsio. Et secundum membrum ibi, *Quod si.* Abbas Sic.

CASVS. Aliquis citatus est ad causam legitimè lite non contest. & ita contumax est: quæritur, qualiter contra eum sit procedendum? Rñ. si reus lite non contest. contumax inuenitur, si talis est causa, quòd actor possit in possessionem rei petitæ induci, causa rei seruandæ inducendus est in eandem: quòd si non sit talis causa, quòd possit mitti in possessionem, debet excommunicari. Not. quòd in actione reali, pœna contumaciæ ordinaria est missio in possessionem rei. petitæ: item vbi non potest fieri missio, reus debet excommunicari.

k ¶ *Contumaciter.*] Pluribus modis dicitur quis contumax. ĵ. eo. *quoniam* §. 1. & 11. q. 3. *certum.* & *ff. de re. iu. contumacia.* §. 1.

l ¶ *Possessionē.*] Vel quasi possessionē. ĵ. de cau. pos. cū Ecclesia. 1.

¶ *Glo sequens in duobus instruit iudicem, de tertio remittit. Secundo ponit quinque auxilia, &c.*

m ¶ *Inducendus.*] Non tamen iudex multum debet festinare ad decernendam huiusmodi missionem in possessionem, aliàs fieret restitutio contra eam. *arg. ff. de dam. infe. si finita.* §. *si fortè.* quia etiā sentētia diffinitiua reuocatur iusta de caus. ĵ. *de re iu. cū Bartholdus.* & debet summatim negotium perscrutari ante missionem. *arg.* C. *Vbi in rem act. l. 2.* & ĵ. *eo. quoniam.* § *penult.* an iste sic missus sit custos tantum, vel verus possessor, dicitur. ĵ. *de do. & cō. contingit.* No. tamē quòd quinque auxilia prodita sunt contra illos, qui non admittunt actorem in possessionem secundum mandatum iudicis. Primum, quia puniuntur in expensis. ĵ. *eo. qm̄.* § *in aliis* & ĵ. *de sequestr. ad hoc.* Secundum est, quia eo nō obstante, quòd nō possidet, verus efficitur possessor anno elapso. ĵ. *de do. & cont. contingit. ff. de bon. auct. iud. pos. quamuis.* Tertium est quia potest excommunicari,[e] vt hic, & ĵ. *eo. quoniam.* §. *Vl.* Quartum, quia potest conuenire aduersarium, quanti sua interest possessionem non habuisse. *ff. Vti pos. l. si duo.* §. *Vlt.* & *ff. ne vis fi. ei qui in pos. mis. l. 1. in prin.* Quintum, quia manu militari eiici potest. *ff. ne vis fi. ei qui in pos. mis. est. si quis missus. ff. de rei ven. qui restituere.* Vnde versus,

Anno verus erit possessor, si prohiberis:
Expensas reddens, quem milites arma repellent.
Vt lt tam opem reddet, feret ac anathema.

n ¶ *In possessionem nequeat*] Putà, si causa esset criminalis siue ciuiliter, siue criminaliter agatur, vel matrimonialiter, sicut agitur ad separationem matrimonij, contumax est excommunicandus. ĵ. *eo. c. 1. in fine.* & 11. q. 3. *rursus.* & c. *quicunque.* & hic. Bern.

ADDITIO. Itē si sit ciuilis personalis, sed reus nō pōt pati missionē, quia nō habet immobilia, nec mobilia, secūdū Ho. Idē si reus abscondit rem, vel perit dolo suo, secundùm Vin. Ioan. Andr.

Accede iu,

a *Licèt causa sit notoria, non credo eum releuari ab exceptione recusationis proponendæ, sed in hoc prodest notorium iure, quod causa rationabilis, & facti quod vera, quia releuabit ab ea probanda, nec erit necesse ad arbitros recurri. Ioan. And.*

† *Vide tex. in l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in lo. publico.*

† *Ordinasic. Igitur nos cassauimus prædictas sententias, cum lis non esset contestata, & pateret, &c. & constaret, &c.*

† *Alias: & manifestum sit.*

b *Hæc glossula non est Bernardi.*

e *Idem Ioā. & Vin. non est verum secundùm Hostien. & hoc teneas, quia si grauamen est præcedens, nō facit validam appellationem nisi & illud appellatione sit expressum & multo minus subsequens, primum probatur. d. appel. dilecto. & pater hoc hodie in conc. clem. de pp. appellatio. Ioan. And.*

d *Capita ex causa iudicati, & tūc restituuntur, cum grande damnum est minoris, cærere pignoribus, etiamsi haberet pecuniam ex aliis receptā.*

† *Vide ad hoc text. in l. diffidutæ. C. de cond. ex lege.*

† *Ca. 5. eod. ti. in 3. compilatione.*

† *in vulgata: abfentauerit se contumaciter.*

† *introducendus.*

† *de curia Dei & de eleemosyna abbatiam, &c.*

e *Ita tamen quod deferatur dignitati, & personæ de off. dele. c. 2. li. 6. Ioan. Andr.*

CAP. IIII.

ij ACcedens † ad sedem Apostolicam nobilis vir G. † Vicecomes, nobis exposuit, quòd cùm Corisopiten. Episcopus Comitem Britanniæ proxima linea [a] consanguinitatis attingat: & Archidiaconus eius [b] sit Clericus commensalis (qui [c] eidem Vicecomiti est aduersarius principalis, vtpote qui vxorem † suam, & terram publicè detinere præsumit) & magister P. de terra vxoris suæ oriundus [d], existat nimis fauens [e] eidem: & omnes sub districtu [f] existât Comitis memorati: nec nisi per districtum ipsius pateat accessus ad eos: & ipsi (quibus causa inter ipsum, & vxorem suam commissa fuerat) nunquam ei voluerunt, nisi in terra inimicorum [g] suorum, locum, & terminum assignare, vbi sine mortis periculo accedere non audebat: & licèt litteras non habuerit de conductu, si tamen missæ ei fuissent, non debebat se credere suis capitalibus inimicis [h]: *& infrà.*

¶ Mandamus, quatenus, cùm propinquiores sitis terræ nobilis iam dictæ, quàm suæ, & causa ipsa per vos commodiùs valeat terminari: cùm ad vos securus † pateat accessus, vtrinque † partibus conuocatis (si vobis constiterit, quòd ante litem legitimè contestatam, vel post appellationem ex præmissis causis [i] interpositam, testes super consanguinitate contra matrimonium, absque culpa contumaciæ recepti fuissent) vos attestationes huiusmodi decernatis irritas, & inanes: compellentes dictam nobilem, vt reuertatur ad virum suum (quem incôsultè dimisit) ita quòd postquam ipse vir plenariam restitutionem habuerit, tam vxoris, quàm terræ [k], causam super matrimonio audiatis, eamque sine canonico terminetis.

¶ Idem.

¶ Lite nõ contestata nõ recipiũtur testes regulariter super principali. Fallit in casibus hic annotatis, scilicet cũ timetur de morte, vel absentia diuturna testiũ: tunc enim seruata solemnitate hic posita, possunt etiã lite non contestata testes examinari. Hoc dicit vsq; ad §. porrò.

CAP. V.

QVoniam † frequenter in dubium reuocatur à multis, an lite non contestata testes recipi valeant: auctoritate præsentium duxi-

† Cap. 4. eo. tit. in 3. cõpilatione.

† *Aimericus.*

† Cap. 5. eo tit. in 3. cõpil.

† *securior.*

† *vtriusq;*

ij. ACcedens.] Sunt duæ partes. Prima ponit appellantis querelam. Secunda commissionis causam ibi, *Mandamus.* Abb. Siculus.

CASVS. Vir G. vicecomes cum vxore sua causam matrimonialem habebat, quæ ad petitionem vxoris commissa fuit epõ Corisopiten. & archidiacono cuidam, & magistro Petro: iudices citauerunt dictum nobilem. ipse coram eis fecit proponi, quòd erant sibi certa ratione suspecti: eps erat proxima linea cõsanguinitatis cõiunctus comiti Britanniæ, qui erat eius aduersarius manifestus, qui vxorẽ suam publicè detinebat, & archidiaconus erat commensalis eiusdem comitis Britãniæ: magister P. erat oriundus de terra vxoris ipsius, nimis fauens eidem, & omnes existũt sub districtu ipsius comitis, nec poterat ire ad eos nisi per terram ipsius comitis, nec volebat eidem nobili terminum assignare, nisi in terra inimicorum suorum: & quia non admittebant huiusmodi recusationes, ad sedẽ Aposto. appellauit. iudices nihilominus lite non contest. receperunt testes super consanguinitate inter dictum nobilem, & vxorem ipsius: dictus nobilis domino Papæ est conquestus, petens etiã vxorem suam, & terrã eius sibi restitui. Vnde mãdat Papa quibusdam iudicibus, quatenus super prædictis veritatẽ inquirant, & si constiterit, quòd ante litem contesta. vel etiam post app. ex causis præmissis interpositam, testes super consanguinitate contra matrimonium absque culpa contumaciæ recepti fuissent, attestationes illas decernant irritas, & inanes. & mulierem illam compellant ad virum suum redire, facta restitutione plenaria tam terræ, quam vxoris, causam audiant sine canonico terminantes eandem. Nota tres causas recusationis, quòd iudex consanguineus illius, qui moratur cum aduersario meo, & ei præstet consilium, & auxilium, potest recusari. Itẽ iudex, qui ortus est de terra, in qua aduersarius meus habet iurisdictionẽ, potest recusari. Itẽ nullus dẽt citari ad locũ nõ tutũ. Item non tenetur, nec debet quis propter cautionem cõmittere se suis inimicis. Itẽ testes recepti lite nõ cõtestata, vel post legitimam appellationem non valent. Item in causa matrimonij propter contumaciã, etiam lite non contestata testes recipi possunt. Itẽ restitutio primò facieda est ante ingressum causæ principalis.

a ¶ *Linea consanguinitatis.*] Quæ est sufficiens causa recusationis j. de appel. postremò idem esset, si esset affinis. 3. q. 9. *absens.* de hoc dixi. s. *eo. accedens. & s. de offi. deleg. causam quæ.*

b ¶ *Eius.*] Scilicet comitis Britanniæ, ideoque erat suspectus illi s. *de offi. deleg. insinuante.*

c ¶ *Qui.*] scilicet comes.

d ¶ *Oriundus*] Vnde quis oriundus fuit, ibi domicilium retinere dicitur. *ff. de senato. l. pat.* Et est ista admirabilis suspicio, quam sufficere non credo: a sed quæ non prosunt singula, multa iuuãt: vt notatur. j. *de probationibus cum causam* Vel dic, oriundus de terra suæ, id est, de terra, quæ pertinebat ad iurisdictionem illius comitis, & ad proprietatem ipsius dominæ. & ita est sufficiens causa recusationis, quod isti iudices erant de districtu ipsius comitis Britanniæ. Vel dic, si vis intelligere de terra vxoris, de terra, quæ pertinet ad iurisdictionem vxoris, & tunc valet recusatio, vt s. *eod. accedens.*

¶ *Gloss. seq. obiicit, & soluit.*

e ¶ *Nimis fauens.*] Sed nunquid tenetur quilibet diligere proximum suum. *de pœnit. dist. 1. omnis qui non diligit?* Rñ. non omnis amicitia repellit iudicem, sed maxima. *ff. de verb. sig. late. §.* amicos. Sicut nec omnes inimicitiæ repellunt testem, nisi maximæ. j. *de simo licèt Hely. & c. per tuas* [b]. & causa cognita illud disquiri det. *ff. de quæstio. l. 1. §. per quæstionem.* nam propter leues inimicitias non extinguitur legitum *ff. de adi. lega. l. 3. in fin.* Sed videtur, quòd modica causa iudicem repellit, vt dictum est s. *eod. accedens. & s. de offi. deleg. causam quæ.* quia lites sine suspicione procedere debent. 3. q. 5. *quia suspecti. & C. de iud. apertissimi.* Sed quid dicit nimis fauens, soluit, quod dictum est.

ADDITIO. Quasi dicat, non sufficit, si dicatur, nimis fauens, nisi fauoris causa exprimatur: aliàs quilibet iudex posset sine causa recusari, subaudi ergo, vt dixi in textu Ioan. And.

f ¶ *Sub districtu*] Hęc exceptio omnes tangit.

g ¶ *Inimicorum*] Hęc fuit sufficiens causa appellandi. 3. q. 9. *hortamur. & j. de appellatio. ex parte. ff. de iud. si longius ff. de arbit. si cum dies. §. si arbiter.*

h ¶ *Inimicis.*] Simile j. *de senten. excõ. de carcere. & c. quamuis.* nec in hoc casu sufficiens potuit cautio præstari. *arg. s. de rest. spol. litteras in fi.* & hoc propter fragilitatem cautionis. *ff. ad Treb. qui rea. §. 1.* *Gloss. seq. soluit contrarium de decre. causam.*

i ¶ *Ex præmissis causis.*] Scilicet quia episcopus erat cõsanguineus comitis. & archidiaconus commensalis eiusdẽ, & alter oriũdus de terra vxoris, & locum assignabant per terram inimicorum: quia huiusmodi exceptiones non admittebant, legitima fuit appellatio, & quælibet etiam per se sufficeret ad appellandũ, c præter illam quod oriundus fuit alter iudicum de terra vxoris: illam solam non putarem sufficientem ad recusandum iudicem, vel iudices, sed si præstet adminiculum aliis, vt dixi s. *quæ non prosũt singula, multa iuuant. sic ff. quibus ex cau. mai. necnon. §. si quis sæpius.* nisi velis dicere de terra, quæ pertinet ad iurisdictionem vxoris: tunc bona est exceptio: quia omnes erant de districtu ipsius comitis. *arg. j. de præsum. tertio.* & ita siue testes recepti fuerunt ante litem contest. siue post appel. præmissam ex præmissis causis non valet receptio testium per consanguinitatem, nisi ille fuisset contumax: tunc enim in causa matrimoniali ante litem contest. recipiuntur testes, non obstante absentia illius. j. *eod. c. prox. §. 1.* & hoc est, quod sequitur, absque culpa contumaciæ.

k ¶ *Terra.*] s. dotalis. eius enim cognitio pertinet ad Papam ratione connexitatis: quia est accessoria ipsi matrimonio. infrà de do. inter vi. & vxo. c. 1. 2. & 3. & sic non est contra. j. *qui filij sint leg. causam. quæ. 2.*

QVoniam frequenter.] Quia ista decret. est valdè prolixa, & habet materiam satis separabilem, idem Panor. eã legit per partes. Et diuiditur hoc prin. vsque ad §. *Porrò.* in quatuor partes. nam primò ponit regulam. Secundò duos casus excipit ibi, *Nisi.* Tertiò solemnitatem requisitam ibi, *Sed si actor.* Quartò quid iuris si illa non seruetur ibi, *Attestationes.*

CASVS. Quia dubitabatur frequenter, vtrum lite non contestata, testes recipi valeant, vt patet per præcedẽtia iura: statuit Papa regulariter verũ esse, quod lite nõ cõtestata non est ad receptionẽ testium procedendum: ab ista generalitate excipiuntur quidã casus, in quibus lite nõ cõtestata testes recipi possũt, vt si de morte testium timeatur, vel absentia diuturna: tũc si causa sit ciuilis, ne veritas occultetur, & copia probationis aliquibus casibus fortuitis subtrahatur: senes, & valetudinarij, & alij testes, de quib' ex aliqua rõnabili cã timetur, recipiẽdi sunt lite nõ cõtestata, siue pars conuenta sit contumax, siue sit absens absque malitia, vt conueniri non possit. Sed si actor non conuenerit aduersariũ infrà annũ, ex quo

a Salua eo quod habes infr. de rescri. statutũ. §. cum autem lib. 9.

Dixit Host. quod ista sufficerent in duobus concursibus, quæ essent in remotis partibus, quia consueuerũt se sicut fratres diligere, & vide, quod post eũ dixi. de appel. legitima. lib. 6. Ioan. And.

† Ex qualibet enim harum causarum oritur inimicitia capitalis, vt hic per doctores tradit Marsilius in l. 1. §. præterea. ff. de quæstio. adde, quæ dixi l. 3. adnot. in Decret. Quarum Inquisitio in Scholiis.

b Vbi de hoc. & 3. q. 5. accusatores. & infra de accus. cum oporteat. Ioan. And.

c Concor. l. si §. cui dalcia. & ibi doc. ff. de vi. tri. & ole. leg. & Spe. in ti. de leg. §. superest. ver. quid si tis locius.

ex quo poterit conueniri: vel saltem non renunciauerit illi exceptionem huiusmodi testium, attestationes illæ non valeant, ne fortè hoc procuret in fraudem, vt processu temporis legitimæ defensiones locum habere non possint.

¶ *Gloss. seq. ponit 20. casus, computatis textualibus, quibus fallit regula.*

a *Regulariter verum esse.*] Hæc regula fallit in casibus hic positis, scilicet vbi timetur de morte, vel absentia testium, & vbi agitur de electione, vel matrimonio, & in causa inquisitionis, & publicationis. Item in causa denunciationis. s. de iudi. nouit. Item in actoris absentia præsente reo recipiuntur testes lite nô contesta C. quô & qñ. iud. in Auth. qui semel. j. de dol. & contu. causam qua. Itê vbi actor nô potest agere propter iuramentum quo iurauit nô repetere vsuras. 2 j. de iureiur. ad nostrâ. Item cùm minor ab hæreditate officio iudicis se abstinet: vt in Auth. vt sfon. lar. §. ad hac coll. 9. Item vbi aliquid iudicis officio expeditur. C. si minor se ab hære. abst. in Auth. ibi posita. Itê cum in integrum resti. incidenter postulatur officio iudicis. s. de offi. iud. c. 2. Itê cû agitur de iniquitate iudicis in casu, quê habes. j. de app. interposita. §. vlt. Item in petitione legati, vel fideicommissi. arg. C. de vsu. & fru. l. 2. sed ibi dicit, post litem non contestatam. in fi. vñ casus iste non debet excipi de regula. Item cùm agitur finium regundorum iudicio. vt C. fin. regund. l. 3. Item in Trebellianica restitutione. C. ad Trebellia. l. pen. §. cum autē. Item in causa hæresis post m ..rtem 24. q. 2. sane. Item vbi offenditur publicum commodum. C. de pasti. ne dim. & 3. q. 3. quia ea. Item cum persona est incerta. 5. q. 2. quidam. & 9. 1. c. 2. & secundum quosdam in causa libertatis C. de inge. manu. diffamari. arg. contra. j. de testi. cum olim. Item vbi agitur de beneficio obtinendo Ecclesiastico, vt in concil. Lugdun. Inno. iiij. j. de eo qui mitt. in pos. causa rei ser. cum qui. [lib. 6.]

ADDITIO. Vnde versus:

Absens, vel moriens, necnon electio, iunx.
Nunciat, inquirens, si publicat, & fugit actor:
Iurans non agere, vel si minor abstinet hæres:
Restituique petens medio, qui prouocat absens.
Post hæc trebellans, legatum qui petit, errans.
Ac reus incertus, libertas, publicus vsus:
Non contestando possunt distinguere lites.
Iste iudicium iungas de fine regundo.

a Et idem vbi vsura vinc in testamento reddi iussit. nam tūc recipiuntur testes lite non contestata. & idem dicunt quidam, vbicunque quis iurat aliquid facere illicitum, puta nô repetere rem captam, & etiam sint testamento, secundum Inn. Cum ergo sit adiuuatio: ergo idem ius de consistit eo, cù fit lato. Ioan. And.

b Et super exceptione, quod dic. & ..us. supr. de off. dele. prudentiam §. sexta. Ioan. And.

c Idê Gosf. Inn. & Host. nec enim est in eu bursale interesse sicut in ciuilibus secundum Abb. secundum Inn. est ratio, quia testes recipi non debent, nisi præcedat accusatio, qua habet fieri per præsentē & de præsente. 2. q. 8. c. 2. & c. præteritā. Vinc. dixit alter naturæ ta..ien quod in criminalibus possint recipi testes, de quorum morte timetur: quia tamen tenetur actor ad talionem, sed hoc est verū c. & dic. post inscriptionem, de accusalicet. Ioan. And.

mus declarandum, regulariter verum esse [a], quòd lite non contestata, non est ad receptionem testium procedendum [b]: Nisi fortè de morte testium timeatur, vel absentia diuturna: in quibus Casibus cùm ciuiliter [c] est agendum (ne veritas [d] occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur [e],) senes, & valetudinarij, & alij testes (de quib' ex aliqua rationabili causa timetur [f]) etiam lite non contestata, sunt proculdubio admittendi: siue pars conuenta sit contumax, siue sit absens absque malitia, vt conueniri non possit. ¶ Sed si actor non conuenerit aduersarium [h] infra annum [i], ex quo conueniri poterat: vel saltem receptionem huiusmodi testium non denunciauerit illi: ¶ Attestationes sic receptæ non valeant [k]: ne fortè hoc procuret in fraudem [l], vt processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes [m], vel aliæ [n] locum habere non possint.

b ¶ *Procedendum.*] Super principali, sed super incidenti interdum, vel emergenti bene recipiuntur testes, vt probetur, quòd citatio peruenit ad aliquem, vel quòd contumax fuerit: in casu quem habes. j. de appel. interposita. §. vlt.

c ¶ *Ciuiliter.*) Hoc ideo dicit, quia in criminalibus nunquam recipiuntur testes lite non conte. & ibi probationes sit in fine ..quirimur. 1. q. 6. Epiphanium. C. de proba. l. vlt. Qualiter in criminali causa procedatur, dicitur. 3. q. 9. in summa & j. de dolo, & contu. c. veritatis.

d ¶ *Ne veritas.*] 14. q. 2. quamquam.

e ¶ *Subtrahatur.*] Tunc enim curare debet iudex, & magistratus, vt salua sit rerum probatio. ff. de testi. curent qui in Auth. de testibus in vlt. col. coll. 7. §. pe. & §. hic vero. & j. de testi. si quis testium. & ff. ad l. Aquil. l. 1. Vel etiam fit metu, quod testes propter mortem vani in fidem indi, aut m ..ntem. ff. ad C. arb. l. 3. § si dua. arg. j. eo. c. §. sunt & alij. j. de test. significauit.

f ¶ *Timetur.*] Tunc illi soli recipiuntur: de quibus timetur, & nô alij nisi in causa, obligations. j. de test. significauit. & j. eod. c. §. sunt & alij. licet in his casibus recipiantur testes lite nô contestata, vetuate tamen inspectis, & quod effectum non intelligitur recepti lite non contestata: quia non publicantur nisi lite contestata, & cum aliis ti alij lite contestata inducti fuerunt, nec ad sententiam procedat iudex per tales testes: sed in sequenti §.

recipiuntur lite non contestata, & fertur sententia, & sic est differentia in 1. responso, & 2.

g ¶ *Conuenta.*] Idem est, si nondum sit conuenta, sed conuenienda.

h ¶ *Aduersarium.*] Cùm fuerit absens, & non contumaciter.

¶ *Cùm agitur de matrimonio carnali, vel spirituali, possūt cōtra contumacem etiam lite non contestata testes recipi, & sententia diffinitiua ferri. Si verò reus est absens, sed nō contumaciter: tūc in carnali nō proceditur, sed expectatur absens. In spirituali verò si agatur de cōtracto, stabitur iuribus antiquis: si de cōtrahēdo, expectatur absēs per sex menses. Sed de hoc vltimo quādo agitur de contrahendo, dic hodie vt in c. quàm sit & c. cupiētes. de elect. in 6. vbi aliter est puisū. Hoc dicit.*

¶ Porrò speciales causæ possunt occurrere, in quib. casualiter esset aliud obseruā ..um: vt (verbi gratia) si super alicuius [o] electione, [p] vel copia † maritali quæstio moueatur, tunc etenim (ne propter longam moram in spiritualibus, & temporalibus patiatur Ecclesia læsionem: vel viro, siue mulieri fornicationis occasio præbeatur: maximè cum propinquitatis gradus opponitur lege diuina prohibitus [q]) in huiusmodi [r] casibus (si contumax apparuerit is

i ¶ *Infra annum.*] Ecce præscriptio annalis. sic j. de rescr. plerumq; & s. de offi. ordi. pastoralis. C. de har. Auth. vedem. & j. eo. § an alius. & j. de har. excōmunicamus. §. 1. & 11. q. 3. rursus. & c. quicunque. & iste annus vtilis est ab initio, quia non currit nisi ab eo tempore, quo potuit experiri, vt in decr. plerunque. & 2. q. 6. biduum.

k ¶ *Non valeant.*] Illi, qui testes produxit, sed aduersario bñ valebūt, qui dolum non adhibuit. 14. q. 5. q. non sane: quia pro vtraque testificantur.

l ¶ *In fraudē.*] Non enim arctanda est alicui probādi facultas. ff. de in .. cen. rui. & nau. ne quod. tracta: s. de his. & 3. q. 7. §. tria. ver. si quis ex litigato. best. rribus. & j. de test. significauit. & c. dilecto. Itē sic variat ā est hic præsumptio iuris, & de iure, cōtra quā si nō admittitur pbatio. cūdum 54. dist. fraternitate. j. sit.. de iud. c. vl. & j. de spōs. ad id. & c. si qui. vbi de hoc: fee' si esset etiā tārū de iure ff. q. met' causa. nō est verisimile. 27. q. 1. nec aliqua. Ber.

† Contrahenda, vel conuenta: secundum. Ioan. And. qui ..

Testes moriturus an possint reprobari.

m ¶ *Ad repellendum testes.*] Testibus humanis rebus exēpt. super quos testes recepti reprobarentur, siue eorum dicta. j. de test. c. ex tenore. & c. præsentium. & C. de contrahen. stipul. optimam. Ver. & si inter præsentes partes, vel quia se absentarent, vel si efficerentur inimici actores. ff. de Carb. edi. l. 3. §. dua. & ff. de fur. l. qui. demq. & ar. ff. ad l. Aquiliā. in l. Aquiliam. Dicta verò illorū possit quandoque reprobare ex ipsis depositionibus, & per testes etiam post mortem ipsorum testium, & personas, dūmodo testes haberet. per quos posset hoc probare. C. de testi. l. si. 24. q. 2. sane. 2. arg. C. si pen. appella. quamuis. sed quia poterat cōtingere, q. illi interim morerentur, vel aliās, vt dictū est, impedirentur, ideo j. annum debet denunciari ipsi reo receptionem talem factam esse contra eum: quòd nisi fecerit, non valebit talis receptio testium.

n ¶ *Vel aliæ.*] Exceptiones elidentes principale negotium, vt puta præscriptio, quam tunc poterat probare, vel pactu de nō petendo, vel cōsimile: quia potest esse, q tunc ipsi probationes super his haberi nō possēt. ar. ff. ad l. Aquil. in lege. & ff. de fur. l. quidā.

d Puta Velleiani, Macedoniani, vel quod præcunia non sit versa in vtilitatem Ecclesiæ, & huiusmodi, secundum Ioan. And.

PORRO. In § isto visque ad § sunt & alij. excipiuntur alij duo casus à regula supra p.. sita, & ponuntur excipientes isti, quam præcedentes cum in istis possit etiam ad sententiam procedi. Et diuiditur in duas partes principales. Nam primò decidit, quid iuris, quando reus est absens per contumaciam. Secundò ibi, Si vero ponit, quid, qñ est absens sine contumacia. Et ista secunda sub diuiditur in tres. Nam primò tractat de matrimonio spirituali iā contracto. Secundò de contrahendo ibi, Quod si. Tertiò de carnali. ibi: Si autem. Abb. Siculus.

CASVS. In isto § excipiuntur adhuc duo casus à prædicta regula, in quibus testes recipi possunt lite non contestata. Primus est, si super electione alicuius quæstio moueatur. Secundus, si super matrimonio, siue copula maritali quæstio oriatur. In his duobus casibus patiatur ecclesia læsionem, & ne viro, vel mulieri fornicationis occasio præbeatur: si contumax fuerit ille, contra quem actio fuerit proponenda, testes lite non contestata sunt admittendi: & si liquet de causa, ad diffinitiuam est procedendum.

o ¶ *Alicuius.*] Electi, non confirmati, & qui nondum consensit.

p ¶ *Electione.*] Puta, quod nō sit canonicè celebrata, vel quia electus sit criminosus: & licet videatur loqui capitulum in præl ..to, pt idem dici in electione cuiuslibet clerici, quia ibi læditur Ecclesia ex longa mora, vel etiā vocatur, vt contemnat, & nō veniat. j. de ele. c. statuimus in concil. Lugduñ.

q ¶ *Prohibitus.*] j. de restit. spoliat. litteras. & 36. q. 3. Plytacium.

r ¶ *In huiusmodi casibus.*] Superfluit iste ablatiuus, quia hoc aduerbium

in quem fuit actio dirigenda: siue quia peremptoria citatione recepta venire contemnit, siue quia malitiosè seipsum occultat [a] †: siue quia impedit [b], ne possit ad eum citatio peruenire) testes lite non contestata sunt meritò admittendi: & nihilominus (si de causa liqueat) ad diffinitiuã sententiam procedendum. ¶ Si verò aliter [c] absens fuerit, & agatur de spirituali coniugio inter prælatum, & Ecclesiam iam cõtracto, electione maxime [d] confirmata: illud in hoc articulo volumus obseruari, quod super expectatione talium personarum, in sacris est canonibus [e] diffinitum. ¶ Quod si forsitan agatur de spirituali coniugio contrahendo: is qui est in prælatum electus, per spatium sex mensium expectetur: nisi pensatis negotij circunstantiis, per superioris prouidentiam magis, vel minùs fuerit expectandus [f]. ¶ Si autem de carnali coniugio sit agendum [g], tandiu alteruter coniugum expectetur, donec de ipsius obitu † verisimiliter † præsumatur [h]: quia cùm sine culpa sit absens: vt † si captiuitate, vel ægritudine, aut alio iusto impedimento forsitan teneatur: aut etiam propria, sed non malitiosa [i] voluntate, in remotis partibus moram faciat †, vt de facili, vel in breui citari non possit [k], ei quidem præiudicari non debet [l], cùm habeat forsan exceptio-

bium, tunc, quod præcessit, sufficeret.

a ¶ *Occultat.*] Sim. 5. q. 1. *quidam.* s. *de alie. in mu. cau. fac. c. 1. &* s. *de offi. deleg. c. consultationibus.*

b ¶ *Impedit.*] Talis habetur pro citato denunciatione facta publicè ad domum suam. j. *de cleri. non resi. ex tua. & de do. & contu. c. Ult. ff. de euic. ca. si dictum §. si præsente. & l. si ideo §. præsenti.* Et ita sufficit, quòd publicè edictum proponatur ad domum [a] suam, vel ecclesiam, vt dicunt iura prædicta: & citari potest literis, vel delictis. *ff. de fideic. l. cùm verò. §. pen.* & sunt tres modi contumaciæ, & quocũq; illorũ aliquis cõtumax sit, habetur pro cõtumace. Primũ modum habes hic: & alios duos modos cõtumaciæ habes 11. q. 3. certũ est.

Additio. Vnde vers.

Casibus in tribus quis dicitur esse rebellis,
Impedit, occultat, iussis parere recusat.

Si verò. In isto §. dicitur quòd si ille, cõtra quẽ proceditur, sit absens, & nõ per cõtumaciam, & agatur de spirituali coniugio inter prælatum, & ecclesiam iam contracto, illud obseruetur, quod super expectatione talium est in sacris ordinibus constitutum. Sed si agatur de spirituali coniugio contrahẽdo electus per spatium sex mensiũ expectetur, nisi superior plus, vel minùs viderit expectandum pensatis negotij circunstantiis. Si verò de carnali coniugio sit agendum, tandiu alteruter cõiugum expectetur, donec de ipsius obitu iure similiter præsumatur: quia cum sine culpa sit absens, vt iusto forsan impedimẽto detineatur, vel voluntate propria, sed non malitiosè in remotis partibus moram faciat, ita quòd in breui citari non possit & ideo contra eum procedi non debet, cum si præsens esset, forsitan legitimas defensiones haberet, eo nõ obstante quod de lapsu carnis posset opponi: quia in matrimonio multi casus occurrunt, in quibus coniuges continere cõguntur sine culpa, causa tamen subest.

c ¶ *Aliter.*] Id est, non per contumaciam. s. *de offi. dele. c. consultationibus* Bernard.

d ¶ *Maximè.*] Propriè. sic s. *de ele. cùm inter 3. ver. vt per mutuum, &c.* Alij exponunt, maximè, id est, tantùm.

¶ *Glo. seq. ponit sex varietates temporũ, de quibus loquuntur iura super absentia clericorum, distinguens: aut scitur vbi est clericus absens, aut ignoratur. Et ad hanc distinctionem opponit, & soluit: subdit de expectatione electorum, & suorum aduersariorũ, & de absentia accusatorum, vel denunciatorum. Ioan. And.*

e ¶ *Canonibus.*] De hac absentia variè loquuntur canones. Quidam dicunt de duobus mensibus. 7. q. 1. *præsentium.* Quidam de tribus septimanis: & ea. causa. q. 1. *si quis in clero.* Et quidam de quinque annis. j. *de cleri. non resi. c. 2.* Quidam de tribus Quidam de quinque mensibus. 100. *d. quoniam. & 75 d. quoniam.* Quidam de vna hora. 91. *d. clericus 92. d. c. Ult.* Super hac expectatione dicendum est, quòd si aliquis est absens in eo loco, vnde possit citari, vel in studio, vel in aliquo loco, vbi appares manifestè, quia non latitat, prælatus illius ipsum legitimè monere debet, vt ad suam Ecclesiã reuertatur infra tempus conueniens secundùm locorum distantiam, & temporis qualitatem ab ipso prælato præfigendũ [b]. Quòd si non venerit, poterit postmodum suo beneficio spoliari, nisi rationabilem causam ostendat, quare venire non possit. j. *de cleri. non resi. inter quatuor & c. Ult. §. de appel. peruenit.* vel si aliàs de licentia prælati sui se absentat vsque ad certum tempus sibi statutum, infra quod reuertatur, tunc si non reuertatur ad terminum, eps potest illum priuare beneficio, & officio: nisi iusta eũ impediatur, & sic loquitur illud *c. 7. q. 1. præsentium.* Dico tñ, quòd siue clericus sit absens de licentia epi ad certum tempus, siue præter licentiam, eps semper ipsum primò monere debet, vt redeat per iura prædicta. j. *de cleri. non resi. c. inter. & c. Ult. & j. de appella. peruenit. 2.* aliàs non teneret sententia lata contra absentem non vocatum, neque citatum: & iura antiqua, quæ hic signantur, sic intelliguntur. Verũ est, quòd clerici ab ecclesiis suis abesse non debent, tñ si hoc contingat, taliter sunt vocandi, antequàm spoliẽtur, & ita seruandum est circa eos, qui cõparent, & citari possunt. Si verò nescitur, vbi sint [e], nec citari possunt personaliter, trinæ citationis edictum apud eorum ecclesias publicè proponatur, vt reuertãtur: & si vltra sex mẽses venire distulerint, suis beneficiis postea spoliẽtur. j. *de cleri. nõ resi. ex tua.* & sic qualitercũque sit aliquis absens, semper debet citari prædicto modo. Itẽ videtur, quòd melior sit conditio illorũ, qui malitiosè se absentant, quam cõditio illorum, qui comparent, & citari possunt personaliter: quia illi habent sex menses, isti citantur ad arbitriũ plati vel ad mẽsem vel duos, vel plures, vel minùs, secũdùm quod requirit, & exigit distantia locorum: sed illud contingit, quia nescitur, vbi sunt: quia põt esse, quòd sunt multũ remoti, vel impediti, nec in breui possunt per consanguineos reuocari, vel amicos. Et ideò maius tempus, & certũ datur eis, vltra quod ecclesia vacare nõ debet. j. *de conces. præb. c. nulla.* & hoc locũ habet in his clericis, & prælatis, qui iam confirmati sunt & possessionẽ diutiùs habuerũt, vel etiã cõsenserũt. De his verò, qui solũmodo electi sunt, nec cõfirmationẽ, vel possessionẽ habuerunt, teneas, quod hic dicitur: quia expectãtur per sex mẽses, plùs, vel minùs, secundũ quòd visũ fuerit superiori, cũ per cõtumaciã nõ est absens. Si verò ille qui accusat electionem, aut excipit contra electum, non cõparet anno elapso: electus põt confirmari. *ff. de mune. & ho. reus.* Sed nõ credo, quòd tantũ sit expectãdus, immò superior præfigit ei certum terminũ, infra quẽ cõpareat prosecuturus intentione suã: alioquin confirmabit eum. j. *de accu. licèt. & j. de clan. despon. c. cùm inhibitio. & j. qui matri. accus. pos. cùm in tua.* & hoc totum expeditum est. s. *de elect. statuimus.* sed in spatu dantur accusatori tres menses. *in Auth. de san. epis. c. § si quid autem coll. 9* sed potiùs ista in arbitrio superioris consistunt. j. *de do. & contu. cum olim 1.* contra. sed ibi soluitur. si verò contra prælatum absentem agatur criminaliter, vel etiam ciuiliter per denunciationem alicuius: tunc citetur, vt veniat ad defendendum se: si non veniat, excommunicetur propter contumaciam, & expectabitur per annũ, & post annũ procedatur cõtra ipsũ super bonis, nõ super crimine: secũdũ quod traditur. 11. q. 3. *rursus. & c. quicũq. & j. de do. & cõtu. veritatis.* vbi de hoc.

f ¶ *Expectandus.*] Postmodum proceditur contra eum, & recipientur testes, & diffinitiuè procedetur: vel alius eligatur, si non vult consentire, & nihil ei opponitur.

g ¶ *Sic agendum.*] Cùm non sit absens per contumaciam.

h ¶ *Præsumatur.*] Per famam, quia senex erat, vel etiam quia in acie fuit, nec rediit, præsumitur, quòd his casibus sit mortuus: & si contrahat credens ita, excusatur ab adulterio, etiamsi viuat, propter ignorantiam. 34. q. 2. *cum per bellicã.* quia non committitur adulterium sine dolo. *ff. de adul. l. pen.* [d] vel si receperat literas illorũ, cum quibus militauit. *C. de rep. Auth. hodie.* dic tamen, quòd non debet contrahere, nisi primo sit certa de morte ipsius. j. *de secun. nupt. dominus* j. *de spon. in præsentia.* sed satis certum est illi per solas huiusmodi violentas præsumptiones postquam aliquanto tempore duxerit expectandum, fortè per annum vel etiam quinque annis, *vt in prædicta Auth. hodie.*

i ¶ *Malitiosa.*] 4. q. 3. *§ item his*, qui non detrectandi causa.

¶ *Glo. seq. ar. quod non tenet, &c. tenet contrarium, quod postea moderatur.*

k ¶ *Citari non possit.*] Si nõ potest citari, cõtra ipsũ procedi non potest. Et sic est arg. quod nõ tenet sentẽtia, cũ perẽptoriũ nõ peruenit in notitiã absentis. q. 9. *cauet. ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. 1 § nõ ex eo edicto.* [e] *C. quõ, & quã iud. ea quæ. & ff. locati. l. item quæritur. § exercitu.* Sed verius est, quòd sufficiat, si diligẽs sit inquisitio facta, licèt nõ sit inuẽtus. j. *de do. & contu. causam. & c. Ult. & j. de cleri. non resi. ex tua. & 7. q. 1. præsentium. & C. de iud. properandum. § si quidem. ff. de euic. si ideo. § præsenti. & l. si dictũ §. si præsente.* & hoc verum est, quando malitiosè est absens: aliàs nõ proceditur contra eum quantùm ad casum præsentis literæ.

Additio. Nam quantùm ad missionem in possessionem bene procederetur, quod dic vt j. *de eo, qui mittitur in possessionem c. 6.* secundùm Innoc. Ioan. And.

¶ *Glos. seq. successiuè signat & soluit duo contraria.*

l ¶ *Nõ debet.*] *Arg. contra. j. qui fil. sint legi. prælatũ.* sed ibi agebatur tantũ de prole, an esset legitima, vel non, & non contra absentem. vel ille fuit requisitus, vt ibi innuitur. *Contra. j. qui mat. accu. pos. c. 1.* illa corrigitur per istam. Præterea ille fuit absens culpa sua propter maleficium, quod commiserat, vnde non præiudicat mulieri: & sic differt casus ille ab isto, & ibi soluitur.

† *Vide tex. in l. contumacia. cum no. ff. de re iud.* [?] *gul. iur.*

a *Cùm verò domus, vel locus habitationis tuti adiri non potest, sufficit, quod citatio fiat in palatio Papæ, vt latius prosequitur hic Io. And. de quo vide extrauag. Bonifacij octaui, incipit. rem nõ nouam.*

† *Adde, quot modis probetur aliquis mortuus, docet Odofredus in l. fin. de sacr. san. eccle. C. Cynus in l. si quidem. C. sol. ma. & Marantam in repe. l. is potest. vbi ponit 23. modos.*

† *Verisimile.*

† *In codice Barbatia notat: vt in captiuitate, vel infirmitate: aut alio, &c.*

† *Adde de modo probãdi iustã absentiam in l. pen. §. an crimen. ff. de pu. iud.*

d *Qui ignorans mulierem non innuere repudiatam illam ducit, adulterium non committit.*

b *Et ideo diuersa tempora sunt statuta per canones, vt demonstretur id arbitrarium secũdum Host. Ioan. And.*

e *Vnde dari non debuit tempus arbitrarium, de quo decre. cupientes. 1. resp. lib. 6. ignorato eius loco impossibile foret illud arbitrari. Ioan. And.*

e *Ibi non peruenit: quia nec propositũ fuit secundum Ioã. qui hoc no. in canone statim alle. & facit, quod no. s. de postula. c. 1. in 4. gl. Ioan. An.*

nes legitimas ad intétionē cōtrariā elidēdā: eo nequaquā obstāte quod de lapsu carnis posset opponi[a]: quoniā in coniugio multi casus[b] occurrunt, in quibus cōiuges sine culpa, sed nō sine causa continere coguntur.

¶ Ad perpetuā rei memoriā, vel cū agitur per viā inquisitionis, possunt testes sine litis contestatione recipi, & etiam publicari. h. d. vsque ad §. in aliis verò.

¶ Sunt † & alij[c] casus similiter speciales, in quibus absque litis contestatione, legitimè possunt testes produci: vt quando excessuum inquisitio[d], vel testiū publicatio[e] imminet facienda.

¶ Si reus lite nō cōtestata est contumax, & agitur reali, mittitur actor in possessionē rei petitæ, causa custodiæ: quā tamē recuperat reus veniēs infra annū, si offerat cautionē de stādo iuri, & restituat expēsas: post annū verò his nō seruatis nō auditur, nisi super proprietate. Sed si cōuenitur reali, qui nomine alieno possidet, nominauit dominū in iudicio, & statuitur ei terminus, infrà quē facit dominū cōparere, qui si infrà terminū nō venerit, Iudex illū citabit, quo adhuc non veniente, Iudex mittet actorē in possessionē verā. Si verò reus cōtumax cōuenitur actione personali, mittetur actor in possessionem bonorum ipsius rei, pro modo debiti declarati, & primò mobilium, secundò immobilium, si mobilia non existant: vel excommunicabitur reus. h. d. vsque ad fi.

¶ In aliis verò casibus prudenter est attendendum, vtrum contumax actione[f] reali, an personali conueniatur. Si reali, mittendus est actor in rei petitæ possessionem, vt tædio affectus[g] reus veniat responsurus. Qui si venerit infra annum (iudicio sisti præstita cautione[h], † ac exhibita satisfactione congrua expensarum[i]) possessionem[k] recuperet. Quòd si cautionem offerre neglexerit[l] infra annum, actor post annum verus[m] constituetur[n] † possessor: super proprietate duntaxat aduersæ parti defensione legitima reseruata.

¶ Quòd si super rebus immobilibus[o] quisquam conueniatur, qui eas possidet nomine alie-

a ¶ *Opponi*] Respondet tacitæ quæstioni. Diceret aliquis, si mulier tantùm compellitur expectare, incideret fortè in fornicationem, & Papa respondet ad hoc.

b ¶ *Multi casus.*] Vt si alter de fidelibus labatur in hæresim.[a] ꝟ. *de diuor. quanto.* vel si alter cōiugum incidatur, vel si mulier impotens casu reddatur ad reddendū debitū. 32. q. 7. *illi qui sani.* vel si alter furiosus factus sit. 32. q. 7. *neque furiosus. & c. hi qui.* vel si in captiuitate alter teneret. ꝟ. *de spon. in præsentia.* vel si vir incidat in casum lepræ. ꝟ. *de coniug. lepro. c. 1.*

Svnt. Hic excipiuntur duo alij casus à regula. Et non diuiditur. Abbas Sicul. In isto §. adhuc excipiuntur duo alij casus, in quibus testes recipiuntur lite nō cōtest. putà cū prælatus ex officio suo procedit per inquisitione circa subditorū excessus. Itē qñ testes ad perpetuā rei memoriam publicantur.

c ¶ *Et alij*] Aliu[b] casū habes, qñ agitur de bono Ecclesiastico obtinēdo, *in decre. nona §. de eo qui mit. in pos. causa rei seruā. cū quis.* [lib. 6.]

d ¶ *Inquisitio*] Et hoc est, cū absens est p cōtumaciā, ille, cōtra quē fit inquisitio. ꝟ. *de accu. qualiter, & qñ. 2. §. dēt & de simo. licèt. Hely.*

e ¶ *Publicatio imminet.*] Hoc tūc fit, qñ aliquis timet, quòd sibi in posterum super aliquo contractu controuersia moueatur: tunc potest petere à iudice, vt testes, qui interfuerunt negotio, publicentur, i. eorum dicta redigantur in publicam formam ad æternam rei memoriam. ꝟ. *de test. c. significauit. in Authen. de testi. §. pen. coll. 7.* & in hoc casu omnes testes recipiuntur, siue senes, siue debiles, siue iuuenes, & statim publicantur. & in hoc est differentia inter hanc receptionem, & illam, de qua præmisit in principio capituli: quia ibi recipiuntur tantùm senes, & infirmi, vel de quorum absentia timetur, & illi non statim publicantur, vt dixi.

In aliis. Totus iste textus vsque ad finem loquitur iuxta regulam, secundùm quam lite non contest. non debet procedi ad sententiam, vel ad receptionem testium. ideò dicit, *in alijs verò casibus*, quia suprà prosecutus est compilator, quid faciendū, qñ pōt procedi lite non contest. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponit modū procedendi, cū agitur reali; in secunda, cùm agitur personali. ibi. *Si autem super personali.* Abb. Sic.

Casvs. In §. isto dicitur, quòd in aliis casibus à prædictis sex, hoc modo est procedendum. videndū est, vtrū agatur actione reali, an personali. si agatur reali actione, & reus contumax fuerit, mittendus est actor in possessionem rei petitæ, vt tædio affectus reus veniat responsurus. & si infrà annum venerit, præstita cautione de iudicio sisti, & satisdatione accepta de restituendis expensis, possessionem suam recuperet: quòd si cautionem offerre neglexerit infra annum, post annum actor verus erit possessor, reseruata defensione legitima super proprietate absenti.

f ¶ *Actione.*] Duo sunt genera actionum, aut sunt in rem, aut in personam. qualiter hoc sit intelligendum, traditur bene *Inst. de actio. in princip.* Bernardus.

¶ *Glos. seq. declarat, quid sit tædium passi missionem in reali, & personali.*

g ¶ *Affectus.*] Tædiū erit in hoc casu, quia actor missus in possessionem expellet reum de possessione, & erit possessor, & percipiet fructus, & conseruabit eos. ꝟ. *de sequestra. c. 1. & 3.* & si reus venerit infra annum præstita cautione iudicio sisti, recuperabit rem cum fructibus, deductis expensis: vt ꝟ. *sequitur*. sed in personali actione tædium erit, quia cum cultura spectet ad contumacem, ille admissus erit cum eo in agro, vt custodiat fructus, ne ille consumat illos. *ff. in poss. leg. ss cau. §. qui legatorum c. & ff. de damn. infec. l. si finita. §. si quis autem.* de hoc dicetur plenius ꝟ. *de dolo, & contu. c. conting e.*

¶ *Gl. seq. notat ex verbo cautionis, quòd nuda, &c. tenet cōtrariū.*

h ¶ *Cautione.*] Ex eo quod dicit simplici cautione, videtur sufficere nuda cautio. *C. de ver. sig. l. sancimus.* sed non est verum, immò sufficientem cautionem præstare debet. ꝟ. *de sequestrati. ad hoc. in fi. & ita pignera, vel fideiussores. ff. manda. l. si mandato. §. vlt. & ff. de fideic. lib. l. ergo. §. adyci.* Bern.

i ¶ *Expensarum.*] Primo ergo debet satisfacere in expensis, antequam audiatur, vel absoluatur. sic C. *de bo. auctor. iudi. pos. Auth. qui iurat. C. de iud. l. sancimus. C. quo. & glo. iud. Auth. qui semel.*

¶ *Glo. seq. not. cōtra opin. canonistarum, & soluit dupliciter.*

k ¶ *Possessionem recuperet.*] Ergo videtur, quòd eā amiserit, & sic alter erat verus possessor. quod est contra nos *ff. de acqui. pos. possideri.* Sed expone, possessionem, i. detentionē possessionis recipiat, quā ille habebat, & talis possessio est facti, & non iuris, & imaginaria. Vel dic, recuperet, id est, retineat verā possessionē, quàm nō amisit. *fi. 3. q. 5. quia suspecti. 2. 7. q. 3. priusquam. in fi.*

l ¶ *Neglexerit.*] Nec sufficit offerre, nisi eam præstaret. ꝟ. *de eo qui mit. in pos. c. 4. arg. s. de offi. ord. pastoralis, in fi.* quòd si eā nō pōt pstare iudici, pstet Epo, vel aliis publicis psonis, vt *e. c. pastoralis, ar. cōtra. infrà de eo, qui mit. in pos. c. 2.* vbi iudex voluerit recipere eam, *in cap. pastoralis.* nullus fuit iudex, cui posset, vel deberet offerri.

m ¶ *Verus.*] Id est, verè, & incommutabiliter. nam & ante secūdū quosdā est verus possessor, sed non incōmutabiliter: quia infrà annum tenetur restituere possessionē, & ita statim est verus possessor. *arg. C. de præscri. xxx. vel xl. anno. si quis emptionis. §. pen.* Nos tamen contrarium dicimus secundùm iura canonica. *arg. s. de offi. or. pastoralis & ꝟ. de dolo. & contu. c. contingit.*

¶ *Gl. seq. tractat, an secundū decretū sit necessariū, & remittit.*

n ¶ *Constituetur.*] Et ita est arg. ex eo quod dicit constituetur, quòd ante annum non sit verus possessor, vt dictum est in proxima notula. Sed qualiter constituitur? fortè ab ipso iudice, si petatur, & sine forte. ꝟ. *de eo, qui mit. in possess. c. 1. & ff. de dān. infec. si finita. §. sed & si quis. & § seq. & arg. supra de offic. ord. pastoralis. in fine.* Verius est, quòd in realibus actionibus[d] non habet locum secundùm decretum, nisi aliquis ad cautelam illud impetret: quia solus transcursus anni constituit aliquem possessorem verum: vt s. *de offi. ordi. pastoralis. & infrà de dolo, & contu. contingit.* In personalibus verò secundùm decretum locum habet, sed non vniformiter. De hoc plenius dicitur *in prædicta decre. contingit.*

Qvod si. In §. prox. dictum est, quando quis conuenitur nomine suo, in isto §. dicitur, quòd si aliquis cōuenitur super rebus immobilibus, quas possidet nomine alieno, debet iste statim nominare dominum in iudicio, & iudex debet ei terminū assignare, vt hoc denunciet domino, & ipse coram eo veniat, vel idoneū dirigat responsalem, vt actioni respondeat. Si verò dñs ad tēpus statutum non venerit, tanquam lite contest. quantū ad interrumpendā præscriptionem longi temporis ex eo die, quo possessor ad iudicium vocatus fuit, iudex vocabit dominum legitimis edictis: & si non venerit, iudex summatim examinabit in negotium, & in possessionem rerum petitarum actorem mittere non tardabit, omni allegatione absenti super principali quæstione seruata.

¶ *Glo. seq. tractat, an in rebus mobilibus sufficiat dominum nominare, & an in rebus immobilibus ius habens id possit.*

o ¶ *Immobilibus.*] Secus enim videtur in rebus mobilibus, vbi non videtur prodesse nominare dominum in iudicio, cùm habeat facultatem restituendi rem. ff. de rei vendi. *l. officium. in fine.* Idem iuris est etiam in rebus mobilibus: quia potest, & debet dominum nominare in iudicio. *C. vbi de cri. agi. oper. Auth. qua in prouincia.* sed in rebus immobilibus, quas aliquis possidet nomine alieno, vbi nullum ius habet, si conueniatur, statim debet in iudicio dñm nominare, vt hic, & C. *vbi in rem act. l. 3.* si enim ius habet in re, nō prodest dñm nominare, qa ipse posset

a *Per hæresim enim nō dissoluitur matrimonium.* cōcil. Trid. sess. 24. de sacramento matrimonij ca no. 5.

† *In quibusdam antiquis ita. Sunt & alij casus speciales, in quibus similiter, &c.*

b *Hac glossula non est Bern.*

c *Nec mirū si aliud in vno, quàm in alio: quia in reali decō melius habere in re, in quam sum missus: quod non est in personali secundū* Goff. *de hoc in* Spe. de priu. cle. §. iam de effectu ver. sed quæ est ratio. Io. *And.*

† *Vide glos.* in l. cū clericis. C. de episc. & clericis.

† *efficietur.*

d *Vnde dixit, quòd si missus in reali dicimus rē causa custodiæ post annum sine iudice verus est possessor. Sed verò non dominus: per iudicem efficietur possessor.* alleg. de rest. spo. sæpe. *Ioan. And.*

no, debet statim [a] in iudicio dominum nominare, certo dierum spatio à Iudice statuendo †, eúque ad eius notitiam perducendo [b]: vt vel ipse veniens, vel idoneum dirigens responsalem, actoris intentionem excipiat [c]. Si verò post tempus indultum, quod dispositum est, noluerit adimplere, tanquam litem, quæ ingeretur, ex eo die quo possessor ad iudicium vocatus est, ad interrumpendam præscriptionem longi temporis, contestata: [d] dominum possessionis † Iudex tribus edictis [e] legitimis euocabit: & tunc ipso in eadem voluntate manente, negotium summatim [f] examinans, in possessionem ipsarum rerum actorem mittere non tardabit: omni allegatione absenti super principali quæstione reseruata [g]. ¶ Si autem super personali actione conueniatur: vel mittendus est actor in possessionem mobilium bonorum ipsius, vel immobilium [h], si fortè mobilia non habeat pro modo debiti declarati [i], vel in contumacem est ecclesiastica sententia proferenda: ita videlicet, quòd alterutra † pœna, quæ magis timeri [k] debeat, Iudex à principio sit contentus: ad alteram [l] nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis, qui veniens infra annum, vel post annum etiam audietur, iuxta distinctionem [m] in alio casu superius adnotatam.

posset agere pro iure suo. ergo tenetur se defendere. *arg. op. j. de fide instr. c. i. perpetuam.* possessor enim semper conueniendus est. *11. q. 1. quecunque.* & *16. q. 1. in canonibus. arg. j. de app. ad audientiam.* & *s. de alie. iud. mu. c. 1.* & *ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. aliqñ. ff. de naxa. de illo. ff. de admi. rer. ad ci. perti. imperatores. §. 1. arg. contra. 12. qu. 2. de reb.* & *ff. de ser. cor. l. in hac.* & *ff. de contrahen. emp. l. Vlt. §. Lucius.* & *ff. de his qua in frau. cre. qua à debitore. arg. j. de præscrip. auditu.* & *16. q. 3. inter memoratos.*

a ¶ *Statim.*] Id est, ante libelli oblationem, vel etiam post, antequā respondeat. Tenor istius §. ponitur quasi de verbo ad verbum. *C. Vbi in rem act. l. 2.*

b ¶ *Perducendo.*] Per illum a qui in iudicio dominum nominauit.

c ¶ *Excipiat.*] Id est, suscipiat sic 33. q. 5. *non est nostrum.* & *j. tit. prox. imperatorum.* & *j. de dolo & contu. cap. plus petis. Senico.*

d ¶ *Contestata.*] Scilicet, nec currat præscriptio possessori: qm̄ præscriptio possessoris interrupta est per hanc denunciationem: licèt videatur quasi contestata, non tamen actor audietur volens producere testes super proprietate, ac si lis esset contestata: quia illud locum habet, quando lis est verè contestata per narrationem, & responsionem: sed hic non est verè contestata: sed quasi quoad interrumpendam præscriptionem: vt hic dicit.

e ¶ *Edictis.*] Id est, [b] citationibus ad domum eius missis. *j. de do. & contu. causam qua.* & *c. Vlt.*

¶ *Glo. seq. tractat, qui veniat in cognitione summaria.*

f ¶ *Summatim.*] Sic *C. vbi in rem act. l. 2.* & *ff. Vt in pos. lega. si is à quo.* & *ff. de carbo. edicto. l. 3. §. causa.* & *C. de bo. autho. iu. pos. Auth. & qui iurat.* Et dic, summatim, i. semiplenè. non enim statim iudex propter contumaciam alterius partis constituet præsentem possessorem, vel etiam mittet eum in possessionem causa rei seruandæ: nisi aliquam videat primò præsumptionem pro eo: quia non posset esse, quòd sic aliquis calumniosè peteret: vnde iudex primò recipiet ab actore iuramentum de calumnia. *ff. de car. edic. l. 3. §. causa.* & sic obseruatur, & istud iuramētū sufficiet, ita quòd alius vlteriùs non præstabit, si reus infra annum rediret, volens in causa procedere. *arg. ff. ad exhi. l. thesaurus.* vnde petet ab actore iudex, vt super hoc, scilicet quod non calumniæ causa petat, hoc exhibeat calumniæ iuramentum. *ff. ad exh. l. thesaurus.* & *j. de testi. spol. literas.* & *s. de ele. cùm dilecti.* non enim debet iudex festinare ad missionem faciendam: quia si reus probabit iustam absentiæ causam, restituetur. *ff. de dam. infe. si finita. §. item si fortè.* & *j. de iudi. c. cùm Bertholdus* c. & sic obseruatur hodie de facto, & istud iuramentum sufficiet, ita quòd aliud actor vlteriùs non præstabit, si reus infra annum redierit, volens procedere in causa: vt *in §. 1.* sed in casu huius §. iterum iurabit actor tanquam reus, quando conuenitur: quia primò iurabit vt actor, postea vt reus: & idem est, si post annum agere velit, qui primò conueniebatur, secundùm quòd est in casu huius §.

¶ *Glo. seq. quærit, quandiu, &c. soluit. solutioni opponit, oppositioni respondet: ponit deinde opi. quam repro. Vlti. quærit de diuersitatis ratione, & dupliciter soluit.*

g ¶ *Reseruata.*] Sed quandiu reseruabitur quæstio proprietatis? secūdū canones videtur quòd perpetuò, cū res sit facta litigiosa: & debebat per hoc dubitare de iure suo. Dic, quòd in casu isto bene potest præscribere: quia bonā fidē videtur habere: quia credit rē ad se pertinere: cū etiā iurauerit, quod nō malitiosè seu per calūniam petit rem illam, & ideo præscribere potest: & iustè possidet, quia auctore prætore possidet. *ff. de ac q. posses. iustè.* Quidam dicūt, quòd in casu isto sicut in priori seruabatur quæstio super possessione vsque ad annum absenti. Sed prius dictum verius credo, [d] & absolutè dicitur hoc: nam sicut reseruatur ius saluū possessionis vsque ad annum, in §. prox. sicut ibi expressè hoc dicitur, ita hîc diceretur, si hoc esset verum. Sed quæ est ratio, quare ibi auditur vsque ad annum super possessione, hîc verò statim est verus possessor: nec auditur vsque ad annum super possessione? Ratio illa consueuit assignari: quia maior contumacia præsumitur casu isto, quam in priori: quia per plures citationes vocatus est, & plus contempsit. primò enim vocauit colonum, & colonus denunciauit dño: post quam denunciationem citatur dñs edictis legitimis: & ideo plus punitur, & sufficit legislatorem ita voluisse: sic enim est in lege. *ff. qui & à quibus. prospexit legislator.* & *6. q. 3. scriptum est in lege.* ergo ita tenendum est.

Si autem. In isto §. prosequitur aliud membrum distinctionis, dicitur hic, quòd si aliquis cōueniatur super actione personali, & contumax fuerit: vel mittendus est, actor in possessioné mobilium bonorū ipsius: vel immobiliū, si forsan non habeat mobilia, pro modo debiti in libello declarat: vel ipse contumax excommunicetur: ita, scilicet quod iudex à principio alterutra pœna sit contentus: quàm magis viderit expedire, ad alteram nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis. & si venerit infra annum, vel etiam post annum, auditur: secundum, quòd auditur ille, qui conuenitur actione reali, qui infra annum recuperat possessionem, vt dictum est *s. §. in alio.* eodem modo auditur iste ante annum, & post, sicut ille auditur ante annum. Nota, quòd ad iudicem pertinet habere curam, & diligentiam, vt salua sit rerum probatio. Item nota regulam, quòd lite non contesta. testes non sunt recipiendi, nisi de morte eorum timeatur, vel absentia diuturna. Item propter defectum probationis recipiuntur testes lite non contestata. Item nota annalem præscriptionem, quæ currit contra illum, qui producit senes, & valetudinarios, & alios, de quorum absentia timetur. Item non est alicui arctanda probandi facultas. Item in matrimonio carnali, & spirituali recipiuntur testes lite non contestata, qñ altera pars est contumax. Item nota hic, quòd tribus modis dicitur quis contumax, scilicet qñ venire contemnit, vel quando malitiosè seipsum occultat, vel qñ impedit, ne possit ad eum citatio peruenire. Item qui impedit, ne citatio ad eum perueniat, habetur pro citato. Item mulier debet virum suum expectare, donec de ipsius morte sit certa, & econuerso. Item quandoque priuatur quis iure suo sine culpa, non tamen sine causa. Item nota, qualiter agitur contra contumacem. Item reus possessionem contra se datam potest infra annum recuperare. Item missus in possessionem causa rei seruandę, secundum canones verus possessor est. Item qui conuenitur nomine alterius, debet dominum in iudicio nominare. Item illa pœna reo est infligenda, quæ magis timetur. Item diuersis pœnis potest iudex reum punire. Item crescente contumacia, crescere debet & pœna.

h ¶ *Vel immobilium.*] Hoc ordine iudices sententiam exequentur: vltimò ad actiones decurritur. *ff. de re iudi. a diuo Pio.*

i ¶ *Declarati.*] In libello suo. *C. de bon. auth. iu. pos. Auth. & qui iurat.*

¶ *Glo. seq. cum sequenti signat duo contraria, & soluit.*

k ¶ *Magis timere.*] Illa enim potiùs est infligenda: quia hoc solùm bene agitur, & *c. 23. q. 5. prodest. Arg. contra, s. de offi. deleg. sane.* & *c. pastoralis. §. resp.* sed ibi soluitur [e].

l ¶ *Ad alteram.*] Quia crescente contumacia, crescere debet pœna. *ff. de pœn. l. relegati,* Sic ergo duæ pœnæ ab initio non sunt infligendæ, *s. de iudi. at. si clerici. Arg. contra. 16. q. 3. statuimus.*

¶ *Glo. seq. obiicit de l. si prius. ponit primò opi. Ioan. secundo opin. Lau. tertio suam opi. & solutionem contrary.*

m ¶ *Distinctionem.*] Sed nō videtur, quòd distinctio facta in reali actione locum possit in personali habere, licet litera hoc innuat, quia debitor potest recuperare pignora sua quandocunque venerit, dummodo non sint distracta. *C. de distra. pigno. l. si prius.* Creditor enim nullo tempore præscribit rem sibi obligatam pignori. *ff. de Vsuc. l. non solum. §. qui pignori.* & *l. pignor.* quia creditor quantùm ad hunc casum non possidet pignus. *ff. qui satisda. cogan. sciendum. §. creditor.* Et ad hoc dixit Ioann. & bene: quia creditor post annum non efficitur possessor quantùm ad vsucapionem, sed tantùm post annum habet commodum possessionis in hoc, quòd cùm prius teneretur probare pecuniam, quam petebat, esse debitam, post annum etiam transfertur probatio ad reum: vt tunc aduersarius teneatur probare illam indebitam: sic efficitur petitor de possessore. arg. bo. ad hoc. *infrà de solu. si qui.* Lau. dixit. quòd huic seruatur quæstio possessionis, & proprietatis, quousque præscriptū est iuri offerendi. *argu. Cod. de præscrip. xxx. vel xl. anno. l. cùm notissimi. § sed cum illud vers. eodem iure.* nisi ex secundo decreto res sint etiam pro debito assignatæ, vel distractæ. aliàs vsque ad triginta annos

† *Dictio, tribus, deest in omnibus Vetustis exemplaribus Raymundi, & in Veteri compilatione.*

a *Vel per iudicem, si fortè nominauit minus idoneus est secundùm Ioan. & Ho. & quia periculosum esset domino, quod interpellatio facta colono constitueret eū dominum in mora, contra id. ff. de per. hære. item veniunt. §. petitam. id-eo tutū consilium est, quòd actor denunciet, vel faciat iudicem denunciare. nam si colonus non nūciaret domino sibi nō præiudicaret, per præal. §. Ioan. And.*

b *Hæc glossula non est Bernardi.*

c *Vel dic, quòd ideo iudex summatim examinat: quia colonus reclamat, & dicit dominum non habere, secundùm Ioann. And. in nouel.*

d *Hæc gl. sequentur legem, in l. properandum. C. de iudi. & in l. consentaneum. C. quo. & quādo iud.*

† *Vide Antonium Gomezium tom. 5. varia. resolut. C. 1. nu. 38. & se. & Iulium Clarum in pract. cri. §. fi. q. 85. vers. solet etiam.*

e *Speciale propter reuerentiam personarū. Ioan. Andr. in nouel.*

recuperet res suas oblato debito. Dicas, quòd debitor semper auditur, quousque præscriptum sit, volens recuperare rē suā restitutis expensis, & præstita cautione iudicio sisti, nisi pignora distracta sint, vel in solidum data auctoritate iudicis: vel secundùm legem conuentionis directa, vt dixit lex prædicta, si prius. & ita intra annū veniens restitutis expensis præstita cautione, q. iuri parebit, recuperabit res suas: siue confiteatur debitum, siue neget. C. de his a vidutri. ind. possid. Auth & qui iurat &c q. dixi, iuxta distinctioné in alio, & c. sic intellige, iuxta distinctionem, id est, secūdū primū membrum distinctionis: in q. o tū similitudo notatur: & nō iuxta secundam: quasi dicat: sicut ibi veniēs infra annum in reali actione auditur p̄stita cautione, & restitutis expensis recuperat possessioné: ita in personali actione, siue infra annū, siue post annum veniat, recuperat res suas, dū tamē caueat iudicio sisti, & restituat expēsas: vt sic notetur[a] similitudo tm̄ in hoc casu, & in illo, cum ante annum contumax inuenitur: ita quod similitudo non transeat ad alium casum post annum: & ita plana est litera. Bern.

In impressis legitur, Honorius iij. sed ex codice Barbaria Verum lectionem restituimus, & Honoriū ij. reposuimus, Vt hic etiam obseruat Contius. habetur hæc decretalis post conc. Later. sub Ale. iij. p. 23. c. 1. & c 1. eo. tit. in 1. compil. in Vniuersalissimo, ita Honorius iij. omnib. Episcopis occidentalibus. in aliis legitur. Honorius. simpliciter.

† *Legendū, Marciano, Vt rectè hic admonet Contius.*

a *Vnde dicebat Vinc. literam construendam ita, quod Verbum, post annum ponatur in fi. & tunc non repetatur iuxta distinctionem simpliciter. & dicit simulem constitutionem 33. dist. habuisse. Ioan. And.*

DE IVRAMENTO calumniæ.

¶ Quia actione in iudicio edita, & litis contestatione facta, succedit ex ordine iuramentum calumniæ: ideo post rubricas præcedentes subiicit istam secundum Goffredum.

TITVLVS VII.

De iuramento calumniæ.

Honorius iij. †

¶ Clericus in causa Ecclesiæ suæ iuramentum calumniæ potest alteri committere: & per se iurare non cogitur, nec debet sine superioris licentia.

CAP. I.

INhærentes vestigiis prædecessorum nostrorum dicentium grauiores[a] quæstiones per summum Pontificem terminari: & infrà. ¶ Legibus[b] itaque comperimus esse cautum, vt nullus Clericus iurare præsumat. Alibi verò reperitur scriptum, vt omnes principales[c] personæ, in primo litis exordio subeant calumniæ iuramentum[d]: propter quod plerisque venit in dubium, vtrùm Clericus iusiurandū præstare debeat, aut alij hoc officiū delegare: quia verò illud constitutionis edictum, vbi Clerici iurare prohibentur à Marco† Augusto de Constantinopolitanis clericis promulgatum fuisse videtur, idcirco ad alios non creditur pertinere. Vt ergo dubietas ista auferatur, secundùm etiam decisionem filij nostri H. † quondam Imperatoris, cuius sunt verba[e] hæc.

¶ Eius itaque† interpretationem corroboramus, & diui Marci[f] † constitutionem ita interpretari debere decernimus, vt ad omnium Ecclesiarum[g] Clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cùm Imperator Iustinianus decreuerit, vt canones patrum vim[h] legum habere oporteat, & in nonnullis patrum † canonibus[i] reperiatur, vt Clerici omnino iurare non audeant, dignum est, vt totus clericalis ordo, à iuramento calumniæ præstando sit immunis. ¶ Præterea statuti Principis[k] tenor talis esse dignoscitur: Nos[l] itaque diuinæ, & humanæ legis intentione seruata † decernimus, & imperiali auctoritate irretractabiliter diffinimus, vt non Episcopus, non Presbyter, non cuiuscunque ordinis Clericus, non Abbas, non aliquis Monachus, vel sanctimonialis, in quacunque causa, siue controuersia, seu criminali[m], siue ciuili iusiurandum

INhærentes vestigiis.] Diuiditur: quia primò Papa ponit quòd dubia determinare spectat ad ipsum. Secundo ponit dubium procedens ex contrarietate duarum legum ibi, *Legibus*. Tertio illud diffinit ibi, *Vt ergo*. Quarto moderatur ibi, *Verùm*. Quinto comminatur ibi, *Omnibus*. Abbas Siculus.

CASVS. In legibus inuenitur, vt nullus clericus iurare præsumat: Alibi reperitur in lege, quod omnes principales personæ in primo litis exordio subeant calumniæ iuramentum. Propter hanc diuersitatem plerique dubitant, vtrùm clericus iuramentum hoc præstare debeat, an alij officium illud committere, quia constitutio diui Marciani, vbi clerici iurare prohibentur, de clericis Constantinopol. loqui videtur, & ideo ad alios non creditur pertinere: quæsitum fuit à Imperatore Henrico, qualiter ista contrarietas esset intelligenda. Et ipse Henricus, vt ista dubietas auferatur, constitutionem diui Marciani interpretatur, vt ad omnes clericos Ecclesiarum generaliter pertinere iudicetur. Et Honorius eius interpretationem confirmat, & illam constitutionem diui Marciani ita interpretari decreuit, vt ad omnes clericos generaliter pertinere dicatur. Et Imperator Iustinianus decreuit, vt canones vim legum obtineant: & in canonibus patrum reperitur, vt clerici iurare nō audeant: & ideo clericalis ordo à præstando iuramento calumniæ sit immunis. Vnde statuit Imperator Henricus, quòd non Episcopus, non presbyter, non cuiuscunque ordinis clericus, non abbas, non aliquis monachus, vel monialis, in quacunque causa criminali, vel ciuili, iusiurandum calumniæ subire cogatur, sed aliis defensoribus hoc officium committatur. In fine dicit Papa, quòd si iurare voluerint, nullus Episcopus inconsulto Romano Pontifice, vel aliquis clericus inconsulto suo Episcopo iurare audeat, & quicunque in hoc edictum commiserit veniam sibi nouerit denegandam. No. quòd quælibet Ecclesia suum habere debet defensorem ad agendum, & defendendum, qui iuret de calumnia. Item not. quòd grauiores quæstiones per Romanum Pontificem debent terminari. Item canones vim legum obtinent. Item nullus clericus taliter iurare debet sine licentia sui prælati.

a ¶ *Grauiores quæstiones.*] Quæ dicantur maiores causæ, dictum est. ē. *de offi. deleg. quod per translationem*[b].

b ¶ *Legibus.*] *C. de episc. & cleric. l. cum clericis. Ver. quòd si lis.*

c ¶ *Principales.*] *C. eo. tit. Auth principales.*

¶ *Glo. seq. ponit quinque capitula iuramenti calumniæ.*

d ¶ *Calumniæ iuramentum.*] In iuramento calūniæ, quinque capitula continentur, s. quòd credat se bonā cām habere: interrogatus non negabit, quod verum esse credit, nec vtetur scienter falsa probatione, & quòd dilationem nō petat in fraudem: nec dedit nec dabit, nec promisit, nec promittet aliquid pro hac causa, nisi illis personis, quibus leges dare permittit. *C. eo tit. l. 2. circa prin. & Auth. principale, & in Auth Vt litigan. iu. in prin. col 9.* Vnde versus.

Illud iuretur, quod lis sibi iusta Videtur.

Et si quæretur, Verum non inficietur.

Nil promittetur, nec falsa probatio detur.

Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

e ¶ *Verba.*] Ab illo loco *legibus itaque.* vsque ad illum locum, *Verum cùm, &c.* exceptis prædictis, s. *secundum etiam* vsq; ibi, *corroboramus.*

f ¶ *Diui Marci.*] *C. de epis. & cle. l. cum clericis. Vers. quod si lis.*

¶ *Gloss. seq. arg. ad breuiter alleg. 5. iura in contrarium. alleg. 2. canones & soluit.*

g ¶ *Ecclesiarum.*] Arg. quòd vni conceditur, ad consequentiam trahi potest à cæteris, & quòd vni conceditur nulli est denegandum. *16. q. 1 prædicator. & 5. d. ad eius Vero in fin. de consec. d. 4. propriè. 50. d. & purgabit. C. de fideic. l. pen. c Argu. contra. 16. qu. 1. hinc etiam. & 7. q. 1. petisti.* Sol. quod vni iuri communi conceditur trahi potest ab aliis in exemplum. & nulli debet denegari. *5. dist. ad eius Vero.* quod verò per priuilegium alicui conceditur, non extenditur ad alios: & sic intelligitur. *16. q. 1. hinc etiam. & 26. q. 2. non exemplo. & ff. de consti. prin l. 1.*

h ¶ *Vim.*] *In Auth. de Eccle tit. in prin. coll. 9. & in Auth. Vt cle. apud proprium episc. § illud. col. 6.*

i ¶ *Canonibus.*] *22. q. 1 in nouo. & ī. de iureiuran. c. & si Christus. & 2. q. 5. si quis presbyter, 22. q. 5. c. Vlt.*

k ¶ *Principis.*] Scilicet Henrici.

l ¶ *Nos*] s. Henricus.

¶ *Gl. se. quod not. ex tex duabus ll. coadiunat, duas all. in cōtrariū sol. respōdēs etiā ad vnā cōtrariā demum ad te obiicit, & soluit.*

m ¶ *Criminali.*] Hic colligitur, quòd in criminali causa iuramētū de calūnia sit præstandum. *ar. C. eo. tit. l. 1* vbi dicitur, quòd in omnibus causis, vbi probatio requiritur, est iurandū de calūnia: vt *C. de fid. instr. l. Vlt. Ver. sancimus. Ar. contra Instit. de publ. iu. in prin & ff. de bon. eo. qui mor. sibi consci l. 1.* Sed contraria ista non obstant: quia magna differentia, & diuersitas eorum est in instituendis, & exercendis huiusmodi causis: nam secundum hoc nec lis contestaretur, nec lib. llus daretur in cā criminali, sed omnino aliter, quàm ciuiliter deberet tractari. Item non valeret causa, quam quidā assignant, quòd in criminali transigere liceat, & ideo iuramentum de calumnia non exigitur, nam sacramentum de calumnia transactionem non excludit nec ab ea excluditur: quia quamuis licitum sit reo transigere, non tamen sequitur, quòd liceat ei falsa instantia vti: nam idem de cæteris secundùm hoc in pecuniaria causa. Similiter soluitur illud *ff. de bon. eorum qui mor. l. 1.* vbi dicitur, quòd in causa sanguinis licitum est cuilibet aduersariū suum corrumpere, & ita licitum est ei mentiri. Dominus Azo est in hac sententia quod in cā criminali de calūnia sit iurādum, & inducebat hanc decret. pro se. Sed qualiter clericus potest hoc iuramentum aliis delegare in causa ciuili, siue criminali, contra illa iura, quæ dicunt, quòd principales personæ debent hoc

b *Adde glo. optimam l. vnica. C. de profess. qui in vr. Constan.*

† *Id est, Henrici.*

† *Inno. Host. & Io. Anballucinatos fuisse in interpretatione huius loci.*

† *Marcianus.*

† *Vide epist. 2. Cornelij Papæ, & conc. Triburien. ca. 22.*

† *Vide l. nō dubium. C. de legi. & l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2.*

c *Quod dictum erat de filio exhæredato, quod nō venit ad fidei commissum, locum habet in nepotibus quos exhæredare necesse est. Ioā. And.*

Iuramentū de calūnia an sit præstandum in criminali causa.

d *Nam dicitur, quod sit licitum, sed ignoscitur; Vnde non caret. 13. d. nerui. secundum Goff. Ioan. Andr.*

hoc iuramẽtũ præstare,& cõtra illa,quæ dicũt, quòd in causa criminali non interuenit procurator?Dicas,quod fortè quãque obtinuit,quod hic dicit, vt clerici etiã in causa propria hoc iuramẽtũ possent alij delegare. Et hoc in fauorẽ ipsorũ cõcessũ est.Sed hodie hoc nõ obseruat, immo quilibet in causa ꝓpria personaliter iurare debet,vt ꝭ.e.cæterum.& C.e.l.1.Aut. principales.& sic obtinet de iure, & de cõsuetudine: & sic nõ tenet,quòd hic dicit, quantum ad proprias causas clericorũ, quæcunque sit causa: & restringit tñ,quòd dicit hic ad causas Ecclesiarum. Et hoc satis patet, per literã illam, quæ sequitur,vbi dicitur,si Ecclesiæ suæ nouerint expedire: & sic non habet locũ,quod obseruatur : & etiam clericus,& prælatus Ecclesiæ, si in propria persona voluerit litigare, in causa ecclesiæ præstat hoc iuramẽtum ꝭ. eo.c.vlt. tñ si in causa Ecclesiæ volue it deferre alij hoc iuramentum,non compellitur subire hoc iuramentum,vt hic dicit,& ꝭ.eod.c. imperatorum. a ¶ Defensorib.] Id est, syndicis, vel actoribus, aut procuratoribus, licet nomina sint diuersa,officium tamen est idem, vnde sufficit siue dicatur cõstituimus talem syndicum, procuratorem, siue actorem ad cãm talẽ.ꝭ de procuratio. & istæ personæ in causis vniuersitatis,

dum compellatur qualibet ratione subire:sed aliis idoneis defensoribus ᵃ(si expedire Ecclesiæ suæ nouerint)huiusmodi officium liceat delegare. ¶ Verùm cum hac moderatione, vt Episcopus inconsulto ᵇ Romano Põtifice, vel quisque† Clericus incõsulto Prælato suo minimè iurare audeat. ¶ Omnibus autem Episcopis, & vniuerso Clero hæc ita custodiri debere mandamus,vt si quis †illã constitutionẽ cõmiserit,veniã sibi deinceps nouerit denegari. ¶ Idem † ordinatori Rom. Eccl. subdi. & magistro Omnibono.

¶ *Idem in spiritualibus causis de calumnia non iuratur.*

CAP. II.

Literas†:*& infrà.* Sanè Romana Ecclesia in his casibus, in quibus de Ecclesiis, decimis, & rebus spiritualibus ᶜ tantùm agitur, iuramentum calumniæ, nec dare, nec recipere consueuit : eo quod tales causæ non ex legũ districtione ᵈ, sed ex canonum æquitate finem debitum sortiuntur:canones autem iuramentum calumniæ in huiusmodi causis nulli prorsus indicunt. ¶ Vnde

siue collegij de calumnia iurant.ꝭ.eo.in pertractandis.& c.in pertractandis, & c.vlt.vt hic patet.

b ¶ Inconsulto.]Illud difficile videtur,vt eps pp hoc habeat requirere Ro.Pontificẽ.sed hoc non seruatur. vñ si eps litigat in propria persona, ipsemet præstet iuramẽtũ de calũnia:nec est necesse requirere Papam.ꝭ.e.c.vlt.clericus facilius potest requirere epm, vnde tenetur primò requirere ipsum. contrariũ tñ sæpe contingit,sed iudiciũ ꝑpterea nõ vitiatur.Et est ar. hic ex eo quòd clericus iurare non potest sine licentia sui episcopi, quod non potest in iudicem non suum consentire. de hoc traditur. ꝭ.de foro compe. si diligenti. & c.significasti. & 11. q. 1.nullus & c.placuit.

Literas.] Primò ponit ius,& cõsuetudinem curiæ.Secundò infert processũ causæ ibi *Vnde*.Et hodie hoc corrigitur p c. 1. eo.tit.lib 6.vbi statuitur,quòd etiã in istis causis iuretur. Abb.Sic.

Casvs. Quędã causa decimarũ cõmissa fuit quibusdã iudicibus: cõtẽtio erat inter partes de iuramẽto calũniæ:quæsierũt iudices à Papa. vtrũ iuramentum illud deberet in hac causa præstari.Respõdet. quod Romana ecclesia in his casibus, in quibus de ecclesiis, decimis, & rebus spiritualibus tãtũ agitur, iuramẽtũ de calumnia nec dare,nec recipere cõsueuit:quia huiusmodi causæ spirituales tractari debẽt ex canonũ æquitate,& non ex legum districtione, cùm canones in causis huiusmodi nulli indicat calũniæ iuramẽtũ,vnde dimissa cõtẽtione de iuramẽto calũniæ,in causa ꝓcedãt. Nota,quòd in causis spiritualibus iuramẽtu calũniæ non est præstandum,nec rigor iuris ciuilis seruandus. sed æquitas canonica.

¶ Gloss.seq. distinguit causas spirituales, & quasi merè ciuiles, criminales,& mixtas,& obiicit.quod in spiritualibus,&c.& fatetur ad honestum subdens in possessorio, & exceptionibus etiam spiritualibus iurandum.

c ¶ Rebus spiritualibus.]Quędam causæ dicuntur spirituales, vt hic patet:vel spiritualibus annexæ, vt causa iurispatronatus: vt ꝭ. de iudi.quanto. & in istis non iuratur de calumnia, vt hic patet, sed de veritate dicenda, ꝭ. de ele. dudum. 2.& ꝭ. de testib. ex literis. quia aliter iudex veritatem inquirere de facili non posset, quam tenetur inquirere 30 q.5.iudicantem 23.q. 8. occidit. C. de procur. l. 1. & procur. l. vlt. Sed certè fortius ᵉ videretur iurandum de calumnia in huiusmodi spiritualibus causis, quàm in ciuilibus; quia grauius est periculum, si calumniose in spiritualibus quis litiget, & ideò iurare, quòd calumniose nihil faciet, quia circa maiora maius periculum vertitur , & ideò cautius est agendum. 7.q.1.c.vlt. & 42.d.quiescamus.& ff. ad Car-

bo.l.1.§.2.licèt seruetur. quòd dicitur hic,honestius esset,vt de calũnia iuraretur rõne præmissa.quædam verò causæ sunt merè ciuiles,vt putà,cũ agitur rei venditione, vel pecuniaria causa. ꝭ. de libel.obla.ca. pen.& vlt. Alia est criminalis, vbi agitur directè de crimine,& debet se obligare ad talionẽ. ꝭ.de accusat.venions. & ca. super his. & in istis iuratur de calumnis. ꝭ. eod.c.1. multò fortiùs iurare debet in spiritualibus,quàm in criminalibus. Aliæ sunt mistæ, vt cum agitur de criminẽ ciuiliter.ꝭ.de procur.ca.tua. hæc probantur 14.q.2.super prudentia. 21.q.3. placuit.& 16.q.2. frater noster. Et not. ꝙ licèt in causis spiritualibus de calumnia non iuretur, tamen si agatur possessorio pro re spirituali, iuratur de calumnia,ar.ꝭ.de rest.spo lite ras. Item licet non in actionibus, tñ in exceptionibus positis in re speciali iuratur de calumnia ꝭ. de eccle. cum dilectus. ꝭ. de testi.pra sentium & ꝭ.de exce.pastoralis.ar. ad hoc.ꝭ. de accu. c. cum dilectus. & ꝭ. d ¶ Districtione] ꝭ de iudi.ca.dilecti. & ꝭ. de dolo,& contu.c.a. 27. q. 2.sunt qui dicunt.

contentione de iuramento calũniæ præstando dimissa,ad vlteriora discretio vestra procedat.

¶ Eugenius Papa.

¶ *Principalis persona non indistinctè releuatur ab onere iurandi de calumnia,licèt compareat per œconomum; sed sibi , vel œconomo est deferendum inspecta qualitate causæ,& personarum.b.d.*

CAP. III.

IN† pertractandis causis,sacramẽtũ calũniæ nõ passim ᶜ præcipimus exhiberi : sed causæ , & principaliũ personarũ qualitate inspecta, quãdoq; per ipsas principales ᶠ personas,quandoque per œconomos ᵍ, qui causã omnino non nesciant ʰ†,in animã iurantis ⁱ illud præcipimus præstari.

¶ Idem Magalon. & Nemausen. Epis.

¶ *Vniuersitas tenetur iurare de calumnia, nisi releuet se constituendo œconomum.*

CAP. IV.

IMperatorem†:*& infrà.* ¶ Accepimus, quòd ab Abbate, & fratribus Clareuallis (sicut ab aliis exigitur calumniæ iuramentum: Ad quod faciendum,eos cogere non debemus k.

In pertractãdis.] Iurari potest de calũnia per principales, & per œconomos causam notam habentes. Et non recipit diuisionem congruam.Abb.Sic.

Casvs. Quærebatur, vtrùm in causis tractandis iuramentum calumniæ indifferenter sit præstandum,& a quacunque persona?Respondet,quòd non passim præstandum est tale iuramentum, sed considerari debet qualitas causæ, & principalium personarum:quandoque præstatur per principales personas:quandoque per syndicos,qui in animam suam iurare debent. Not.quod principalis dominus causæ,& non procurator, de calumnia iurat,syndicus verò in animam suam.

e ¶ Non passim.] Quia non in spiritualibus.ꝭ.c. proximo.

f ¶ Principales.] ꝭ.eo.c.1.& ꝭ.eo.cæterùm. Bern.

g ¶ Oeconomos.]supra eo.c.1.

h ¶ Non nesciant.] Aliter enim anceps subiret periurium: quod facere non debet.ff.de in litem iur. videamus. & ff. rerum amo. Marcellus.§.qui rerum.

¶ Gloss.seq.parificat syndicos,tutores,& curatores,& dicit secus de proc.

i ¶ Iurantis.] Et ita syndicus ᵇ collegij siue vniuersitatis,iurat in propriam animã:sic tutores,& curatores,cum habeãt legitimã administrationem. C. eo. l.2.§.sin autem.Sed dignitas. secus est in procuratore,qui non iurat,sed dñs principalis.C.eod.tit.l.2. §.sin autem affuerit alterutra pars,& in Auth ibi posita principales. Additio. Hodie iurat in animam domini, si habet speciale mandatum . vt ꝭ.eo.c.vlt.lib.6. & nihilominus in propriam : vt in §.eod. probatur. ꝭ.c.2.2.resp.lib.6. Ioan And.

IMperatorum.] In causa collegij non singuli de collegio, sed œconomus ipsius iurat de calumnia.h u. Et primo narrat reprehensibile factum. Secundò id prohibet ibi. *Ad quod* Tertiò prouidet,quod in posterum faciendum sit ibi,*Sed nr.* Abb Sic.

Casvs. Quidam iudices exigebant calumniæ iuramentum ab abbate,& fratribus Clareuallis. Sed quia ipsi iurare nolebant, petebatur à Papa,vt ad hoc eos compelleret. Respondet Papa quod eos ad hoc compellere non debet : verumtamen ne hac occasione aliena iura illicitè detineant:& ipsi etiam à causa sua decidant,si ex parte ipsorum huiusmodi non fuerit præstitum iuramentum, præcepit eis Papa,quatenus in suo monasterio œconomum statuant,qui pro eis agat,& respõdeat,& de calumnia iuret: & si hoc non fecerint,episcopus Nemausen. diœce.illorum œconomum idoneum statuat in ipso monasterio. No.quod qui de calũnia iurare non vult,cadit à causa. Item monachi non cõpelluntur iuramentum de calumnia præstare,dummodo per alium prosequatur,

¶ Gl.seq.obiicit,& dupliciter soluit.

k ¶ Cogere nõ debemus.] Sed videtur,ꝙ Abbas potius esset cõpellendus,

Marginalia: † Alias,aliquis. † In pluribus antiquis sta; vt si quis in illa commise rit. † In eadem Barbarica: Eugenius Papa Arduano Romanæ Ecclesiæ sub diacono, & magistro Omnibono. † Post concil. Lateran. sub Ale. iij. p.13. c.2. & c.1.eo.tit. in 1. compila. Iuramentũ de calũnia, an possit pra stari in causis spiritualibus. a Pro eo maximè, quia eadem causa trres in hunc sacramenti prestãde potissimè secundã. canones ii cum habent gr dicit Hostien. quæ sunt illa,verba debitis ꝭ.cod. cæterum. Ioan. And. † Post conc. Lateran. sub Alex.iij.p.13. c.3. & c.4. eod.tit. in 1. compil. † Vide l. 2. §.sin autem. & vel dignitas & seq. C.e. de arg ff.de re. stit. curent. † Post concil. Lateran. sub Alex.iij. p.13. c.4. & c.5.eo.tit. in 1.compil. b Generaliter : secus in speciali ad certam causam secundum Guil. dũm ead. tit. in §. restat. ver. sed quid dices. Ioan. And.

sēdus, vel etiam alij quibus cura monasterij commissa est. *ff. ad munus municeps.* quia huiusmodi personæ intelliguntur scire veritatem, vt ibi. dicitur. *ff. de condi. & demon. municipibus. C. eo. tit. l. 2. §. hoc etiam. in fin.* & ideò tales instituendi sunt, qui veritatem sciant. *s. eo. c. prox.* sic etiam contingit in procuratoribus: *C. de procu. l. vlt.* sed aliud est in collegiis illis sæcularibus ᵃ: vel est speciale priuilegium clericorum.

¶ Sed ne aliena iura videantur huiusmodi occasione illicitè detinere, & ipsi à causa sua decidant ᵃ, si ex parte ipsorum prædictum iuramentum, cùm res postulauerit, non fuerit præstitum: eisdem præcipimus, vt in suo monasterio œconomum ᵇ statuant, qui pro eis petere, & excipere, atque iuramentum de calumnia (cùm necesse fuerit) valeat exhibere: *& infrà.* ¶ Tu verò frater Nemausen. Episcope, œconomum idoneum ᶜstatuas, qui in tali officio conueniens ipsi monasterio videatur.

a ¶ *Decidant.*] Qui enim de calumnia iurare non vult, si est actor, cadit à causa, & reus habetur pro confesso: vt hic, & *j. c. vlt. §. pœna. & C. eod. titu. l. 2. §. quod si actor. & §. seq.*

¶ *Glo. seq. tractat, quid sit œconomus & quis in eius cōstitutione auctorizet, & quid suppleat.*

b ¶ *Oeconomū statuāt.*] Oeconomus est cui res Ecclesiastica gubernanda mandatur. *39 d. quia in quibusdam. & c. volumus.* & idē est œconomus, quod syndicus, siue procurator, vel actor ᵇ in cā vniuersitatis, siue collegij: de quo habes *9. q. 3. cum simus. & 5. q. 3. quia Episcopus. & s. de synd. c. vnico.* & iste œconomus auctoritate Epi ordinari debet. *C. de episc. & cleric. l. oēs. §. nihilominus.* & *hic in fine.* & iste iurabit de calumnia, siue sit reus, siue actor, si monachi hoc non faciant: tunc episcopus hoc facere debet: vt hic dicit. & si Episcopus in rebus sui Episcopatus hoc neglexerit, tunc Archiepiscopus sibi œconomum constituet. *9. q. 3. cum simus.*

¶ *Glo. seq. dicit idoneum falli constitui, non infamem: signat contrarium, &c.*

c ¶ *Idoneum.*] Idoneus est, dummodo causam omnino non ignoret *s. c. prox.* & si sit bonæ famæ: aliàs infamis, & suspectus esse non debet *5. q. 3. quia Episcopus. & 3. q. 7. c. 1. & c. infames.* Contrarium tamen dicit lex, quod procurator propter infamiam non repellitur. *Inst. de excep. §. vlt.* Hic habes, quòd de auctoritate Episcopi syndicus constitui debet in Ecclesiis sibi subditis. Et dic, *statuas*, i. auctoritatem præstes. Bern.

¶ Lucius iij. Helien. Episcopo, & Archid. Nouicen.

¶ *Clerici etiam in eorum causis iurant de calumnia, contraria consuetudine non obstante.*

CAP. V.

CAEterū ᵈ † quia nouis morbis ᵉnoua conuenit antidota præparari: Mandamus, quatenus in causa, quæ inter R. Clericum de sancto Albano, & I. † & F.

CÆterum.] In propriis causis iurant clerici de calumnia: nec obstat contraria consuetudo. ita communiter summatur, & certè in litera non ponitur specialitas in causis propriis, sed generaliter loquitur. Et diuiditur: nam præmissa causa, ponit mandatum. Secundò contrariam consuetudinem damnat ibi, *Consuetudine, &c.* Abb. Sic.

Casvs. Dicitur hic, quòd in causis ciuilibus iuramentum calumniæ præstari debet ad hoc, vt veritas eliciatur, non obstante cōtraria consuetudine. Not. quòd quæ de nouo emergunt, nouis auxiliis indigent. Item in causis ciuilibus clerici iuramentum calumniæ præstare debent. Item consuetudo iuri non præiudicat.

d ¶ *Cæterum.*] Hæc est pars illius. *j. de fideiu. c. peruenit.*

e ¶ *Nouis morbis.*] Nam experimenta morborum cogunt nos inuenire multas medicinas. *50. d. vt constitueretur.* & quod medicamenta morbis exhibent, hoc iura negotiis. *in Auth. hac constit. innouat. con. quæ. in princ. coll. 8.* & quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent. *ff. de interro. act. de ætate. §. ex causa. & ff. vt in possess. legato. l. planè.* ᶜ & nouis rebus nouum remedium est exhibendum. *ff. de ventre insp. l. 1. in prin.*

f ¶ *Ad veritatem.*] Hæc est præcipua causa, quare iuramentum illud præstatur, vt veritas eliciatur. *j. de iureiur. ex literis.* Secundò, vt timore iuramenti contentiosa litigantium instantia compescatur. *C. eod. tit. l. 1.*

Additio. Tertia, vt timore iuramenti non efficiatur immemor suæ salutis: quoad alia capitula; quæ not. *s. eo. tit. c. 1. & 2. q. vlt.* sanctimus secundùm Goff. Ioan. And.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit, & format q. & soluit.*

g ¶ *Ab vtraque parte.*] Vtraq; pars principalis dñs, s. istud iuramētū pstare debet. *s. e. in pertractādis.* Sed pone, quòd aliquis litigat per procuratorē, & dñs qui cōstituit procuratorē, est lōgè remotus: puta, vltra mare, vel in alia peregrinatione, quid erit in hoc

a Quia forte non habebāt syndicos de consuetudine: secundū Vincen. vel aliud secundū H. aliud secundum canonist. secundùm Goff. Io. An.

b *De his omnibus notauerat hic Ioan. quod etiam not.* 2. q. 7. ¶ quis ergo. & 16. q. 7. Episcopum. *Ioan. And.*

† *Post cōcil. Latera. sub Alexan.* 3 p. 23. c. 5. & c. 6. eo. tit. in 1. compil.

† *Aut hic legendum est C. & F. aut in c. peruenit. j. de fidei sso. I. & F. quia idē est casus in vtroque capite.*

e *Propter mortem, vel nouam inopiam fideiussoris exigitur noua cautio, & not. de morte* de excep. pastoralis. in gl. pen. *ubi l. 1. in* prin. *vbi nouo casus de marito dicē te possidenti rem mulieris præguantem & mulieri negante promissum est nouum remedium, mulieris scilicet inspiciēda per tres obstetrices.* Ioan. *And.*

casu, cùm iste procurator de calumnia iurare non possit? In casu illo debet dari curator bonis, & ille iurabit de calumnia. *ff. de cur. bo. dan. l. 1. & 2.* Contra videtur *supra eo. c. 1* vbi dicitur, quòd clerici hoc iuramentum debent aliis delegare. & hic dicitur, quòd iurent. Non est contra: quia ibi loquitur de causis collegij, siue vniuersitatis, hic de causa propria singularis clerici.

Canonicos London. vertitur: ad veritatem ᶠ eliciendam, appellatione cessante, præstari faciatis ab vtraque ᵍ parte calumniæ iuramentum: consuetudine, quæ legi ʰ contraria est, non obstante.

h ¶ *Quæ legi contraria est.*] No. quòd consuetudo, quæ cōtra legem est, non est seruāda: & hæc consuetudo est cōtra legē, quam habes *C. eod. tit. l. 1. & 2.* & contra canones, qui iuramentum admittunt. *2. q. 5. c. 1. & 2.* & contraria decretalibus huius tit.

¶ Innoc. iij. Episcopo Placen.

¶ *Procurator, vel syndicus vniuersitatis Ecclesiasticæ, vel sæcularis, de calumnia iurare potest. Hoc dicit.*

CAP. VI.

CVm † causam, quæ inter Rauennaten. Archiepiscopum, & Commune Fauentinum, super villa Luci, ac quibusdam aliis, vertitur, delegatis Iudicibus duxerimus committendam, & iidem in negotio minimè processissent: Nos partibus dedimus in mandatis, vt pro ipsa causa nostro se conspectui præsentarent: quorum Procuratoribus, cum instrumentis de rato, in nostra præsentia constitutis, petitionem ipsius Archiepiscopi per Procuratorem ⁱ eius fecimus exhiberi: & ad eam,

CVm causā quæ inter.] Procurator Ecclesiæ, & vniuersitatis de calumnia iurare potest, & non diuiditur. Est enim quædam narratio processus vsque ad iuramentum calumniæ. Abb. Sic.

Casvs. Inter Archiepm Rauen. ex parte vna, & cōe Fauentiæ ex altera, q̄stio vertebatur sup villa Luci, & qbusdā aliis, quæ commissa fuit quibusdā iudicibus: & quia ipsi in negotio non procedebant, Papa dedit patrib. in mandatis, vt pro causa ipsa ad sedem Apost. procuratores idoneos destinarent: procuratoribus in præsentia Papæ cōstitutis petitionem Archiepiscopi fecit exhiberi: & ad eam partē alterā respōdere: factis quibusdā interrogationibus, & respōsionibus redactis in scriptis, & lite legitimè contestata iuramentum calumniæ fecit à prædictis procuratoribus vtrinque præstari. Not. quòd procurator debet habere literas de rato. Item per petitionem in iure propositam, & responsionem ad eam factam fit litis contestatio. Item lite contestata iuramentum calumniæ præstari debet. Item procurator vniuersitatis iurat de calumnia.

¶ *Gloss. sequens tria facit: primo notat etiam per vniuersitatem, vel collegium de vtroque iure procuratorem constitui, qui iurat de calumnia: secundò, & tertiò format duas quæstiones. In arg. vtraque ad negatiuam & soluit contrarium.*

i ¶ *Per procuratorē.*] Hic patet, quòd collegiū, siue vniuersitas potest cōstituere procuratorē: & est expressū *s. de proc. quia in causis.* & *c. petitio.* & canō etiā oēs administratores generali verbo procuratores appellat. *1. q. 3. Saluator.* & lex dicit, quòd monasteriū se defendere dēt per procuratorem. *in Au. de san. eps. §. si vero epo in fi. col. 9.* & ita tā iure canonico quàm ciuili, collegiū, siue vniuersitas cōstituit procuratorē. d: hoc dixi *s. de proc. c. petitio.* & talis procurator de calumnia iurabit, vt hic dicitur. & *s. eo. in pertractandis.* & *c. imperatorū.* Sed cum iuramentum de calumnia sit de credulitate vt secundū quod credit, & existimat, debeat rñdere. *C. eo. l. 2. §. 1.* nunquid potest petere tempus ad deliberandum super eo, de quo interrogatur? Et videtur, quòd non: quia aut credit, aut nō credit illud, super quo interrogatur: & ita statim potest, & debet rñdere, credo, vel non credo: ᵈ nec potest dicere dubito: sed in iuramento de veritate dicenda potest dubitari: vnde habebit inducias ad deliberandum, si dicat se dubitare. *ff. de inter. actio. qui interrogatur. C. de iu. delib. l. si curatoris. & ff. de iureiu. l. iusiurandū. 1. rñ.* & etiā vbi de calumnia iuratur, datur tēpus ad deliberādū.ᵉ Sed si excōicatus conueniatur, nūquid præstabit hoc iuramētū? Videtur, quòd non: quia nō est ei licitū ingredi sacra: ergo nec tangere ea. *5. d. ad eius verò* & quibus vel quia sacramenta negantur, quò vnū genus sacramenti eis conceditur: vt *95. d. illud.* Dico, quòd bene debet præstare iuramentū non obstante excōicatione, *arg. j. de senten. excom. a nobis. & c. cum desideres. i. rñ.* vbi iuramentum excommunicatis non admittitur, antequam absoluatur. Præterea cùm possit, & debeat in iudicio respondere, omnia licent ei, sine quibus causa expediri non potest. *f. ar. s. de offi. deleg. c. præterea. & ff. de iurisd. om. iud. l. 1.* & est expressum. *arg. j. de excep. cum inter.* alioquin in potestate sua esset etiam respondere, vel non respondere: & sic reportaret commodum de sua malitia: quod esse non debet. *j. de sent. excom. c. si vere.*

a ¶ *Alteram.*

† Cap. 1. eod. ti. in 3. compil.

Procurator potest constitui ab vniuersitate.

d *Præiudicat tamen confessio de credulitate, sicut de veritate. vt no. de iureiu. ex literis. in gl. fi. Ioan. An. in nouel.*

e *Concor.* gl. in l. 2. §. quod obseruari. ff. eod. per l. 2. si debitor. ff. de pet. hær. & l. qui interrogatur. ff. de inter. ac.

f *Et per hoc videtur, quod pupillus, & minor his casibus, quibus in iudicio esse possunt, præstent hoc iuramentum, de hoc in Spe. eo. ti. §. restat. ver. sed cùm pupillus. & vers. sed nūquid minor. Ioan. And.*

a ¶ *Alteram.*] Per hoc facta est litis contestatio. ḡ. *de elec. dudum. 2.* & ḡ *de lit. contest. c. Vnico.*

¶ *Gl. seq. ponit 8. vel 9. interrogatoria, quæ fiunt ante litis contestationem: subdens quod generaliter vbicunque &c.*

b ¶ *Interrogationibus, & responsionibus.*] Omnia q̃ in iudicio fiũt, sunt redigenda in scriptis. ī. *de proba. c. quoniam. contra falsam.* Quædam verò interrogationes faciendæ sunt ante litis contestationem, quæ non debent omitti ante litis contestationem: reus debet interrogari, an possideat rem, quæ petitur ab eo: & pro qua parte: vel si desiit dolo possidere. *ff. de interg. actio. l. qui seruum. §. in fine. ff. de rei vend. l. qui petitorio.* & si quis respondeat se non possidere, cùm ipse possideat: si actor hoc probauerit, res auferenda est illi, & debet dari actori, quamuis non probet rem suam esse. *ff. de rei vend. l. vlt.* alijs est penult. hæc interrogatio omitti non debet, ne iudicium delusorium fit. ī. *de lite pendente. ca. Ecclesia S. Mariæ.* Et aliæ interrogationes plures faciendæ sunt: putà, an sit hæres, vel quota ex parte sit hæres, & an in potestate seruum habeat, cuius nomine noxali iudicio agitur. Item an quadrupes, quæ damnum dedit, sit eius. Item an ex testamento sit hæres. Item an ædes sit sua, ex qua damnum timetur: quæ colliguntur. *ff. de interro. actio. l. qui interrogatur.* & *l. si quis in iure.* & *l. seq.* & *l. si defensor. §. illud quæritur.* & *l. non alienum.* Itē quòd rñdeat, cuius ætatis sit reus si de ea dubitetur. *ff. eo. l. de ætate.* Item quandoque & ante litis contestationem, & post litis contestationem, vbicunque æquitas mouet iudicem a, debet interrogare. *ff. eo. vbicunque. &* 30. *q. 5. iudicantem.* pars ad interrogationem aduersarij respondere non cogitur: b tamen si responderit, tenet responsio. *ff. eod. l. fine.* & ī. *de do. & contuma. c. prout.* & certum debet respondere. *ff. eod. de ætate §. nihil.* Bern.

† *Aliàs, legitimè.*

† *Aliàs, M.*

a *Vel assessorē: quia & ipse; articipat interrogationib. ff. de off. asses. l. 1. idem no. vel alio casu index hic episcopum delegaret. ḡ. de offi. del. super quæstionum secundum Phi. lo. An. in nou.*

b *Ad positionem bene. & est ratio: quia interrogatio non fit per iuramentum, sed positio sic: secundum Gof. qui remittebat ad ea, quæ nota. interas. de e. le. dudum. Item. And. in nou.*

partem alteram a respondere: ac interrogationibus, & responsionibus b redactis in scriptis, & lite coram nobis plenissimè † contestata, fecimus calumniæ iuramentum ab ipsis Procuratoribus vtrinque præstari.

¶ Gregorius ix. Episcopo Beluaceñ.

¶ *Episcopus iurat de calumnia (si per seipsũ elegit litigare) propositis tantum, nõ tactis euangelijs. Si verò per syndicum litigat, per illum poterit iurare. Hoc dicit.*

CAP. II.

CVm in causa pecuniaria, quã inter te, & R. † motam esse proponis, non per te, sed per syndicum, vel actorem elegeris litigare, per illum c quidem præstandum erit calumniæ iuramentum: quòd si per teipsum d, propositis tantùm, sed non tactis euangelijs, (sicut in dicendo testimonio) à te videtur huiusmodi iuramentum exhibendum: *& infrà.*

¶ *Actor refutando iuramentum calumniæ sine causa, cadere debet ab instituta actione, reus autem debet haberi pro confesso. Hoc dicit.*

¶ Pœna e verò recusantis hoc iuramentum, cùm præstandum fuerit, est, vt actor ab instituta cadat actione; reus autem haberi debeat pro confesso.

C *Vm in causa.*] Ep̃s per aliũ agẽs causam propriam per illum iuret de calũniat: si per seipsum agit, ipse iurat propositis, sed non tactis euangelijs. ita summat Io. And. sed mihi non placet, quod tex. restringatur ad causam propriã, quinimò potiùs innuitur contrarium. Et duæ sunt partes, secunda ibi, *Pœna.* Abb. Sic.

C a s v s. Inter ep̃m Beluaceñ. & quendam R. nomine, quædam causa pecuniaria vertebatur: quæsiuit ep̃s, vtrum in causa ipsa deberet ipse de calumnia iurare? Respõdet, quòd si per syndicũ, vel actorem elegerit litigare, per ipsum præstandum erit iuramentũ: si verò per seipsum litigare voluerit, ipse idem episcopus præstare debet huiusmodi iuramentum, propositis ante ipsum euangelijs, sed non tactis: sicut in ferendo testimonio fieri consueuit. In fine dicit, quòd pœna illius, qui hoc iuramentum præstare non vult, est, vt actor cadat ab instituta actione: reus verò pro confesso habeatur. Nota, quòd episcopus in propria persona, si vult, potest tractare causam suam, & tunc iurat de calumnia, sed non tangit euangelia propter reuerentiam episcopalem. Item si non vult iurare de calumnia, amittit causam.

c ¶ *Per illum.*] Istud regulare est. ḡ. *c. prox.* & *c. in pertractandis.* & *c. imperatorum.* & ḡ. *eo. c. 1.*

¶ *Gloss. sequens obijcit, & soluit.*

d ¶ *Per teipsum.*] Ex quo assumpsit officiũ in se, debet iurare de calũnia, cum sit accessoriũ, sine quo nõ potest causa expediri. *ar. ḡ. de off. dele. c. præterea.* & *c. prudentiã.* & in hoc ei defertur: quia non tangit sacra, sicut & in testimonio. 11. *q. 1. imperator.* & *C. de epis. & cler. Auth. si iudex.* & *in Aut. de sanc. episcopi. § nulli verò. col. 9.* & 2. *q. 5.* qua de causa quandoque tamen tangit sacra. 1. *q. 7. quoties.* & *C. de san. epis. Auth. sed iudex.* Sed contra. ḡ. *eod. c. 1.* vbi dicitur, quòd episcopus iurare non debet, sed alijs hoc officiũ delegare, non est cõtra: quia non dicitur ibi, quòd non debeat iurare, sed dicitur, quòd non debeat compelli: vt ibi dicitur.

A d d i t i o. Hodie verò nouo iure debet iurare in animã propriã, & in animam sui capituli: vt dicit illa decre. ī. *de testibus. præsentium. lib. 6.*

¶ *Glossa seq. quærit, & soluit.*

e ¶ *Pœna.*] Sic ḡ. *eod. c. imperatorem.* & *C. eo. ti. l. 2. in Auth. vt litig. iur. in exor. li. § si autē in fi. coll. 9. vnde sumptus est §. iste.* Sic actor, qui non vult iurare, cadit à causa. Sed nunquid ipso iure, an per sententiam? Dicas, quòd per sentētiam iudicis, quia iudex procedit contra illum, ac si nihil probasset, reum absoluẽdo & eodẽ modo de reo. *C. eod. Auth. principales. in fi.* Bern.

† *Post concil. Later. sub Alex. 3. p. 1. c. 5. vbi est integra facti species.*

e *Vide l. properãdũ. §. & si quidem. adde hic Hostiensem, & alios latius hunc articulum disputātes.*

† *Vide* l. cõtumacia. ff. de re iud. & l. tres denũciatores. C. quo. & quã. iud.

TITVLVS VIII.

De dilationibus.

¶ Alexand. iij. Cantu. & Vigorien. Episcopis.

¶ *Summa sic (ne videatur conuenire rubrica de appellationibus) citatio vocatoria cum peremptoria non debet esse nimis breuis, maximè vbi de rebus Ecclesiasticis agitur, nisi necessitas aliud suggerat.*

CAP. I.

D Ilecti † filij Abbas, & Monachi de H. nobis insinuare curarunt, quòd cùm causam, quæ vertitur inter ipsos, & Moniales de Ledeñ. super Ecclesia de Alteñ. Decano, & Archidiacono Linceñ. cõmiserimus terminandam: ipsi timentes se à Iudicibus aggrauari, eo quòd ad primam citationem terminum sibi nimis breuem f & peremptorium statuerunt †, ad nostram audientiam duxerunt appellandum: *& infrà.* ¶ Quia verò non spectat ad iuris ordinem, diem peremptorium g, maximè cùm de rebus Ecclesiasticis agitur (nisi fortè necessitate vrgente) taliter maturare: Mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum, si quid inueneritis post appellationem huiusmodi attentatũ, in causa iuxta priorum tenorem literarum procedatis.

DE DILATIONIBUS.

¶ *Quia iudicio cœpto solent litigantes inducias petere quandoque ad positiones: quandoque ad probationes faciendas. ideo, &c. Et aduerte secũdùm Gof. quòd licèt ru. sit generalis, tamen decr. huius tit. loquuntur de dilationibus, quæ dantur ante litem contesta. tantum. Et sic not. quòd rubrum quandoque est generalius nigro.*

De hac materia habetur 3. q. 2. & 3. & 7. q. 2. per totum. Abbas Siculus.

D *Ilecti filij.*] Si detur nimis breuis terminus peremptorius, vbi non subest necessitas, licitè appellatur. Et sunt duæ partes. In prima appellantis prosecutio. In secunda ipsius appellationis commissio. Secunda ibi, *Quia verò.* Abb. Sicul.

C a s v s. Inter abbatem, & monachos de Hñ. ex vna parte, & moniales de Ledeñ. ex altera, super Ecclesia de Alteñ. coram decano, & archidiacono Linconiensi à sede Apost. delegatis, quæstio vertebatur: iudices prædicti ad petitionem monialium citauerunt monachos, & peremptorium, & nimis breuem terminum statuerunt: abbas, & monachi timentes se à iudicibus aggrauari, eo quòd prima vice terminum peremptorium, & nimis breuem statuerunt, ad sedem Apost. appellauerunt: rescribit Papa iudicibus, dicens quia non spectat ad iuris ordinem diem peremptorium taliter maturare, & præcipuè cùm agitur de rebus ecclesiasticis, nisi necessitas immineret. Vnde mandat, quatenus si est ita, quicquid factum est post illam appellationem, totum debeat in irritum reuocari, & iuxta priorum continentiam literarum in causa procedi. Nota, quòd prima vice peremptorium proponi non debet, nisi ex magna causa, & appellatio propter hoc facta valet, vt hîc patet.

f ¶ *Nimis breuem.*] Sed quem terminum dicis nimis breuem, cùm hîc non exprimatur, quot dierum terminum iudices statuerunt, hoc relinquo arbitrio iudicis, inspecta qualitate negotij, & locorum distantia. ī. *de appell. cùm sit Romana.*

A d d i t i o. Circa medium. *vers. quicunque.* & *in Auth. de litig. §. si verò causam. coll. 8.*

¶ *Gl. seq. reci. per quæstionem, Nunquid ex causa, &c. soluit quòd sic, quod probatur per duo similia. In fi. instruit iudicem.*

g ¶ *Peremptorium.*] Quod esse nõ dēt, immo trib. edictis, vel vno peremp-

peremptorio: quod continere debet tm̃ tempus, quantum tria edicta. 24. q. 3. *de illicita.* circa medium versi. quicunque. & *in Auth. de litis.* §. *si verò casu. coll.* 8. & *ff. de re iud. contumacia.* & *ff. de eo. ad peremptorium.* & *l. nonnunquam.* vnde quia nimis breuem terminum statuerunt, iusta fuit causa appellandi, ex causa tamen peréptorium istud potest moderari, sicut iudex viderit expedire.ᵃ *ff. de iud. l. nónunquam.* & 3̄. *de offi. dele. consuluit. circa fi.* & hîc: *Vers. nisi fortè.* sicut tempus, quod datur condemnatis, arbitrarium est. j̄. *de re iudi. quod ad consultationem.* & *ff. de re iud. l.* 2. sic & tempus appellationis pōt moderari iudex. j̄. *de appell. cùm sit Romana.* & *c. cum speciali.* & qui ex causa nimis breuem terminum peremptorium statuerit, exprimere debet eām in citatione, vt pars illa eām non habeat appellandi. *supra de in integ. restit. cum ex literis. in fi.*

a Secundùm cōditionem causa personarum, & temporis. Ioan. And.

† Cap. 2. eo. ti. in 2. compila.

† *Aliâs: renouatio.*

¶ Cælestinus iij.

¶ **Inducia deliberatoria denegantur reo, si per literas citatorias plenè potuit instrui, & deliberare super eo, de quo quæritur.**

CAP. II.

PRæterea † adiecisti, quòd cùm causæ tibi à sede Apostolica delegantur, & in literis citatoriis rescriptum Apostolicum inseris, vt eo viso deliberareᵃ valeat, qui ab altero conuenitur: *& infra.* ¶ Quia igitur quid agendum sit in hoc casu, desideras edoceri, taliter respondemus: quòd reo ad iudicium legitimè conuocato †, si ex rescripto sibi transmisso plenèᵇ potuit instrui super eo, de quo in iudicio conuenitur, induciæ deliberatoriæ non sunt vlteriùs indulgendæ: sed procedendum potiùs est ad examinationem causæ, & finem ei debitum imponendum.

PRæterea.] Cōis diuisio. Secunda ibi, *Quia.* Abb. Sic.

CASVS. Aliqua causa commissa est alicui iudici delegato: ipse citat reū, & in literis citationis inserit tenorē rescripti, vt reus eo viso deliberare valeat super eo, de quo conuenitur: reus in termino constituto, & libello sibi oblato petit inducias ad liberādū: actor dicit, quòd nō est audiēdus, quia bene potuit deliberare, si voluit in spatio dilationis: q̄ritur, q̄d iuris sit? Rñdet, q̄ si reus ad iudiciū vocatus potuit instrui sup eo, de quo cōuenitur, ex rescripto sibi cōmisso, induciæ deliberatoriæ nō sunt ei vlteriùs indulgendæ, sed procedere debet iudex in negotio sibi cōmisso. Not. quod iudex delegatus tenorē rescripti dēt inserere in literis citationis: & illæ induciæ tūc erūt deliberatoriæ, ita q̄ reo ad terminū veniēte recepto libello statim debet rñdere, nec habebit inducias ad deliberandū, si ex rescripto instrui plenè potuit: quia non debet certiorari, qui certus esse potuit, & noluit.

a ¶ *Deliberare valeat.*] Simile. 3. q. 3. *offeratur* & *in Auth. de litis. omnem. coll.* 8. Bern.

¶ *Gloss. seq. tractat, quomodo litera plenè instruat, & dicit ten. & de dilationibus testium, & quomodo dentur, & qualiter.*

b ¶ *Plenè potuit.*] Quia in literis continentur, quid velit petere, & causa petendi, & qualiter agere velit, & res à parte specificantur: quod facere debet, qui aliquid petit. 3̄. *de libel. obla. c.* 1. & 3. vbi de hoc. & *ff. de rei vendi. si in rem.* sed rarò contingit, quòd per literas Papæ omnia sic specificentur. sic & in criminali debet apponi in locis citatoriis, quicquid re obiicitur, vt paratus veniat. 5. q. 2. *si Primates.* Quidam verò ad cautelam in fine citationis apponunt libellū actoris, vt sic plenè deliberare possit: & si tunc per literas, vel libellum plenè instrui potuit, non debet alias inducias deliberatorias habereᵇ, quia potuit plenè esse instructus, nisi fortè ad quærendum aduocatum, & consilia amicorum. 3. q. 3. *de induciis.* & *ff. quib. ex cau. maio. ab hostibus.* § *sed quod simpliciter.* S̄ꝺ in hoc casu cū ad libellum debeat respōdere de ipso facto, non dabuntur induciæ ad quærendum aduocatum. *arg.* 3̄. *de iudi. c. pastoralis.* quia per factum ipsum, de quo agitur, debet scire, vtrum verum sit, quod ab eo petitur, vel non. alias enim dilatio semper danda est ei, qui vocatur ad iudicium. 3. q. 3. offeratur, sed actori dilatio ab initio dari non debet, qui instructus venire potuit. 3. q. 3. *spatium. Vers. is autem.* Item dantur dilationes gratia testium, vel instrumentorum quandoque secundùm distinctionem illius legis. *C. eo. l.* 1. & 3. q. 3. §. *spatium.* dilationes istæ hodie videntur arbitrariæ, vt iudex considerata locorum distantia, & temporis qualitate, inducias concedat. *arg.* j̄. *de appell. c. cum sit Romana. c. cū speciali. vltra medium.* & j̄ *de re iu.* quod ad consultationem nisi fortè illis, de quibus dicitur. 3. q. 3. §. *spatium.* & *C. eod. l.* 1. In illis induciis non debet iudex maiorem dilationem dare: sed illas bene potest abbreuiare, vt ex illa litera patet. In pecuniariis causis tantū vna dilatio debet dari, & illa sine causæ cognitione: secunda, vel tertia danda non est, nisi causa cognita. *ff. eo. l. vlt.* & *l. orationes.* In criminali dantur duæ actori, tres reo. *ff. eo. l. vlt.* Et dilatio dari debet iudice sedente pro tribunali, & vtraque parte præsente: & eā cognita de plano, vel semiplenè. 3. q. 3. §. *spatium. Vers. à iudice.* Et data dilatione iudicis officium conquiescit, donec tempus dilationis effluxerit. *C. eo. l. sine pars.* & j̄. *de appella. c. significantibus.* Item iudex debet dare dilationem quandoq; ad malitiam rei conuincēdam. j̄. *de do. & cont. c. prius.* & *c. cum olim. Ver. volentes.* Itē potest facere gratiam etiam post peremptorium. 3̄. *de offic. deleg. c. consuluit. vltra medium.*

† *Abbâs: Florentino.*

† *Aliâs: Ferrarien.*

b *Aliâs habebit saltē ad deliberādum si per conceptione libelli, summè secundum Ho. licèt oblatio libelli extra iudicium facta sufficiat ad denegandas deliberatorias: non tamen ad deferendam sententiam secundùm In. summo erit necesse, quod libellus iterum in iudicio offeratur parti. C. de li. contest. l. vnica. Auth. offeratur. & præsente aduersario 3. q. 9. charte. quia nec datur dilatio à iudice procedente ad hoc C. de adulter. iure mariti. quibus in publico eius facultas, &c. Ioan. And.*

¶ Honorius iij. Ferentino † Episcopo.

¶ *Ex declaratione verbi generalis, vel ambigui positi in libello, nouæ induciæ deliberatoriæ dandæ non sunt, si per expressa potuit reus deliberare super ambiguitate illa, vel generalitate, h. d.*

CAP. III.

LIteræ tuæ, ac petitio Presbyteri † sanctarum Priscæ, & Aquilæ de vrbe, nobis exhibitæ cōtinebant: *& infra.* ¶ Idem presbyter contra nobiles viros A. & G. libellū Ecclesiæ suæ nomine obtulit, cōtinētē, quòd pensio de possessionibus soluta non fuerat ipsi Ecclesiæ, elapsis iā tribus annisᶜ, & vltra. Nobilibus verò ipsis petētibus, vt explicaret ipsis spatium, quod per hanc adiectionem [& vltrà] significari volebat: & ipso Presbytero exprimente, quòd septem annis fuerat in dictę pensionis solutione cessatum: iidem dicentes libellum esse huiusmodi expressione mutatum, longiores ad deliberandum petierunt inducias: quas quia denegasti eidem, ad nostram audientiam appellauerunt. ¶ Nos igitur appellationem huiusmodi friuolam reputantes. Mandamus, quatenus ea nequaquam obstante, in negotio ipso ratione

LItera tua.] Per declarationem libelli, per quem natura negotij non mutatur, nouæ dilatoriæ non dabuntur h. d. Io. An. Diuiditur. nam in prima ponitur iudicis consultatio, & appellantis petitio. In secunda ibi, *Nos igitur*: responsio, & appellationis repulsio. Abb. Sic.

CASVS. Inter presbyterū sanctarum Priscæ, & Aquilæ de vrbe, & quosdam nobiles A. & G. coram Epō Ferentino super possessione quarundā possessionum q̄ò vertebatur presbyter nomine Ecclesiæ suæ obtulit libellum prædictis nobilibus, cōtinentem, quòd pensio de possessionibus quibusdam pertinētibus ad Ecclesiam suam, ipsi Ecclesiæ soluta non fuerit iam tribus annis, & vltra: ipsi nobiles petierunt explicari spatium, quod per hāc dictionē [& vltra] significare volebat: & presbyter expressit, quòd septem annis elapsis fuerat in solutione prædictæ pensionis cessatum. iidem nobiles dicentes libellum esse per huiusmodi expressionem mutatum, longiores petebant inducias ad deliberandum: & quia iudex hodie denegauit, appellarunt. Papa verò appellationem huiusmodi friuolam reputans, mandat Episcopo, quatenus ea non obstante, procedat negotio ipso iuxta priorum continentiam literarum. No. quòd propter leuem expressionem in libello factam non debet quis habere nouas inducias: cùm in prima dilatione deliberare potuit. Item not. quòd omne verbum dubium in libello declarari debet.

¶ *Gl. se. tractat de emphyteuta Ecclesia priuati cōductore ad tēpus longū, & res fiscalis. Secundo ostendit, quod si declaratio aliquid addidisset, & si peteretur pensio, deliberatoria dari debuisset.*

c ¶ *Tribus annis, & vltra.*] Si quisᶜ non soluit pensionem rei Ecclesiasticæ in emphyteusim datæ per biennium, cadit à iure suo. 10. q. 2. § *hoc ius porrectum. Vers. qui in rem huiusmodi.* & j̄. *de loca. c. penult.* & *vlt.* hodie verò potest emphyteuta purgare moram, si celeri restitutione sibi prospexit: vt in dictis decret. Io re priuati requiritur triennium. C. *de iure emphy. l.* 2. Idem est si colonus cessauerit in solutione pensionis per biennium in re sibi locata. *ff. locati. quæro* § *inter locatorem.* & hoc cùm ad longum tempus fuit locatio facta. Pro re autem fisci similiter cadit à iure suo. *ff. de pub. & vect. l. vectigalia* §. *nondum solutis.* tamen sine auctoritate principis agri publici reuocari à curatore fisci non possunt, qui perpetuò locati sunt. *ff. de pub. & vecti. commen. ferro.* §. *agri.* Hæc autem adiectio [& vltra] nisi aliter exprimeretur, ad modicum tempus refertur. *ff. de verb. signifi. hac adiectio.* & licèt per hanc adiectionem [& vltra] non constet de certa quantitate temporis:ᵈ nihil nocet quantùm ad iudicem, & reum: quia certi sunt super hoc, quòd dixit, post triennium quod tempus sufficit ad condemnationem: & quod patet per iura prædicta. vnde superfluè additum fuit [& vltra] & pro nihilo petebatur determinatio illius, quantum ad rei restitutionem: vnde non debuit eis dare tempus vlterius ad deliberandum: quia plenè potuit instrui per libellū primum sine vlla adiectione. 3̄. *c. pro.* Si verò pensio tm̃ sub tracta peteretur: quæ diceretur non soluta tribus annis, & vltra, tunc bene peteretur, vt determinaretur illud, vltra: quia quantum ad illud

† *Ecclesia sancti Pauli in vrbe Roma prius est abbas vinum, & hunc Ecclesia deseruiunt 7. presbyteri Cardinales, quorum vnus est presbyter Cardinalis Sancta Prisca. ergo hic non Archipresbyteri legēdum, sed presbyteri, nihilominus tamen archipresbyteri legitur in omnibus manuscriptis.*

c *Vide Iulium Clarū tractat. de Emphyteusi q. 8. & seq. & Antoniū Gomesium tom. 2. variar. resolut. c. 3.*

d *Concord. l. furti ff. de his qui not. infam. & l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. & ibi gl. ff. ex quibus. caus. maio.*

tempus

tempus non potuit a deliberare reus per primum libellum: & ideo facta expressione illius tẽporis, debet habere inducias ad deliberandum *ff. de testa. haeredes palam. §. quòd verò quis.* si per primum libellum deliberare non potuisset: sed hoc satis potuit deliberare. 3 *q. 3. offeratur.* de hoc dixi. *s. de libel. obla. c. pen.* & sic patet quòd vbi quis plenè potest instrui per primum libellum, licèt aliquid addatur, quod nõ mutet naturam negotij, non habebit nouas inducias. Bernar.

a ¶ *Procedas.*] Et ita qñ appellatio frustratoria est, remittitur ad eum, à quo appellauit. *j. de appel. cùm in Ecclesia. & c. vt debitum.* & in expensis debet cõdemnari: vt ibi dicitur.

E*xposuit nobis.*] Si post citationem ad causam reus pro publica vtilitate vocetur, circunducitur peremptorium, & habebit nouas inducias. Ita communiter summatur. sed ista summatio est nimis generalis; quod eñ si causa non est ardua, & reperitur citatus in loco iudicij post expeditionem publicę vtilitatis: vel fuit vocatus eo tempore, quo iam deliberauerat: vel potuisset iam deliberare, si voluisset? Certè teneretur respondere: vt satis innuitur ex ratione literæ. Diuiditur: quia prima pars narrat factũ: secunda ibi, *Nos igitur.* interloquitur. & prima continet plura, vt in ea patet Abbas.

Casvs. Inter Bituricenses, & Burdegalenses archiepiscopos vertebatur quæstio super iura primatiæ: Papa citauit Burdegalensem archiepiscopum, vt ad initium quadragesimæ per se, vel idoneum responsalem ad præsentiam suam accederet: quem terminum sibi peremptorium assignauit Bituriceñ Archiepiscopo super iure primatiæ [illegible] postmodũ verò dictus Burdegaleñ. pro subsidio Ro. ecclesiæ vocatus ad præsentiam domini Papæ personaliter accessit: dictus Bituriceñ. in curia constitutus postulauit instanter, vt Papa in negotio primatiæ procederet. Burdegal. ad propria rediens quendam constituit procuratorem, qui saluis exceptionibus sibi competentibus, in rñdendo, & defendendo omnia faceret, quæ ipsemet Burdegaleñ. facere posset. Bituriceñ. archiepiscopus petiit, vt dictus procuratore rñderet eidem: ille excipiendo proposuit se ad hoc non teneri: quia pro alia causa, scilicet pro publica vtilitate dictus Burdegaleñ. vocatus fuerat, qualiter pro absente debuit reputari: & priuilegium reuocandi domum haberet. & adhuc non deliberauerat cum suffraganeis suis. & aliis, quorum consilio in causa ista requirit: nec habuerat tempus, in quo ad vtrumque negotium potuerit esse paratus. ex aduerso fuit rñsum, quòd cùm ipse priùs vocatus fuisset super quæstione præmissa, non fuit intentionis Papæ primũ mandatum per posterius reuocare: & tñ tempus habuit, quòd bene potuit deliberare super vtroque negotio. dominus Papa de consilio fratrum suorum dilationem adhuc sibi concessit vsque ad festum Natiuitatis domini. Not. quòd qui ad curiam Romanam vocatus est propter publicam vtilitatem Eccle. Roma. non tenetur tunc suis aduersariis respondere: licèt Papa sit ordinarius omnium, sed habet ius reuocandi domum.

b ¶ *Peremptorium.*] Sic enim iudex propter distantiam viarum ex causa prima vice potest peremptoriè citare. *s. de in integ. restitu. cum ex literis in fi. & Inno. c. 1.* Bern.

c ¶ *Personaliter.*] Cum quis personaliter vocatur per Papam, nõ sufficit mittere procuratorem. *supra de maio. & obe. c. vlt. & j. de dol. & contu. cùm dilectis.* argum.: sic cùm alicui aliquo negotium personaliter committitur, alij committere non potest. *j. de offi. delega. quoniam Apostolica. §. si autem. & s. de rescri. cùm dilecta.* tamen delegatus non potest iubere partes coram se personaliter comparere, nisi id in rescripto contineatur: nisi in casibus, quos habes. *j. de iudiciis.* [*lib. 6.*] iuris esse ambiguunt quæ est Innoc. iiij. in concilio Lugdunensi.

præuia procedas [a] iuxta priorum continentiam literarum.

¶ Greg. ix. Abbati Aquæuiuæ Turoneñ. diœces. & Archid. Turoneñ.

¶ *Si citatus in causa ardua, de longinquo vocatur pro publica vtilitate, etiam ad locum iudicij, ita quod infra terminum citationis deliberare, & alia sibi necessaria ad comparendum explicare non potuit, in termino respondere non cogitur, si reperiatur in loco iudicij, sed habebit nouas inducias. h. d. notabiliter.*

CAP. IV:

EXposuit nobis Bituricensis Archiepiscopus: *& infrà.*

¶ Burdegalensi Archiepiscopo dedimus in mandatis †, vt super iure primatiæ, quam in eo, & in prouincia sua dictus Bituricẽ. Archiepiscopus se habere proponit, ad initium proximè præteritæ quadragesimæ (quod ei terminum peremptorium [b] assignauimus) per se, aut per Procuratorem idoneum, se conspectui nostro præsentaret †. Cúmque postmodum personaliter [c] vocatus pro Ecclesiæ Romanæ subsidio, ad nostram audientiam † accessisset: dictus Bituriceñ. Archiepiscopus apud sedem Apostolicam constitutus, postulauit instanter, vt in eodem negotio procedere deberemus. Idem verò Burdegalensis Archiepiscopus, ad propria rediens, constituit pro se Procuratorem in ipso negotio: qui (saluis [d] exceptionibus sibi competentibus, in respondendo, & defendendo, ac aliis) omnia faceret, quæ in propria erat persona facturus. Petente ergo Archiepiscopo supradicto, vt præfatus Procurator responderet eidem: ille excipiendo proposuit se ad hoc non teneri, cùm pro alia maiori causa, pro publica scilicet vtilitate [e], dictus Burdegalensis vocatus, pro absente reputari debuerat †, & reuocandi domum priuilegium † habuisset. Nondum etiam super hoc deliberauerat cũ Suffraganeis [f] suis, & aliis, quorum consilium tam ardua causa requirit: nec tempus [g] habuerat, in quo ad vtrumque negotium valuerit (sicut expediret) esse paratus. Sed pars altera econtra respondit, quòd cùm super quæstione prædicta priùs fuerit euocatus, nostræ intentionis non fuerat primum mandatum per posterius reuocare: temporis quoque spatium habuerat tam prolixum, vt potuisset, si voluisset, super causa deliberare prædicta: sicut fecerat cum quibusdam: & commodè vtrique negotio imminere [h]: *& infrà.*

¶ Nos igitur de consilio fratrũ nostrorum, vsque ad proximum † vẽturum festum natiuitatis Dominicæ, dilationem adhuc sibi duximus indulgendam [i].

¶ *Gl. seq. recit. per quæstionem, an procurator res simpliciter cõstitutus domum reuocet, vel declinet forum: & tenet, quòd sic: quia &c.*

d ¶ *Saluis exceptionibus.*] Et ita protestatio valet *suprà de electio. Cumana.* vbi de hoc. & *suprà quod metus cau. perlatum.* aliàs si hoc non dixisset, videretur consentire, vt responderet aduersario, nec haberet ius reuocandi domum, vt videtur. Sed certè contrarium credo. [b] si enim simpliciter constituisset illum procuratorem, posset opponere exceptiones domino competentes, immò ad hoc tenetur: exceptio enim, quæ competit reo, competit fideiussori. *ff. manda. quia de mutua.* aliàs est *l. idémque. §. generaliter.* & si scienter illam omittat, imputatur ei. *ff. de excep. omnes exceptiones. & ff. de fideiuss. ex persona.* & procurator ad ea omnia intelligitur constitutus, quæ ad causam spectare videntur. *arg. suprà de offi. deleg. præterea. & c. cum olim 1. & ff. de procura. ad domino, & legatum. & l. ad rem mobilem.* & ita ad cautelam quandoque talia dicuntur, vtilior tamen est protestatio: cùm aliquid proponitur, protestatur sic, saluo iure meo, vel saluis aliis exceptionibus mihi competentibus *ff. qui mo. pig. vel hypo. sol. si debitor. §. 1.*

e ¶ *Vtilitate.*] Cùm enim Burdega. pro publica tantum vtilitate vocatus fuisset ad illum terminum, non debebat tunc conueniri, immò ius reuocandi domum habebat. *in Auth. de san. epi. § si verò episcopi. coll. 9.* Item pro alia causa iusta ius habet reuocandi domum *s. de fo. compe. c. vlt.* vbi de hoc. & plures aliæ causæ sunt, ex quibus ius reuocandi domum quis habet. *ff. de iud. l. 2. §. legatis. & 5. q. 2. c. 1.* & ideo induciæ prorogantur huic: vt dicit in fi. aliàs officium suum esset damnosum ei, quod esse non debet, *ff. de fur. si seruus communis. § quod verè. & ff. quemad. test. aperi. sed & si quis. & ff. quibus ex cau. l. videlicet. & 4. q. 3. venturu.* nec debet damnum consequi vnde præmium meretur. *j. de fideiuss. peruenit. & s. de renun. sand.* Bern.

f ¶ *Cum Suffraganeis.*] Cum quibus, & etiam cum capitulis cathedralium ecclesiarum debet deliberare, cùm eorum intersit. *s. de ma. & obe. c. vlt.*

Additio. Vnde appellantur induciæ ad tractandum super iure primatiæ, vt sequitur: & quia quod omnes tangit, ab omnibus debet comprobari, vel reprobari. *s. de off. archidia. ad hoc.* Vel dic, quòd ideo dandæ sunt induciæ, scilicet propter causam superuenientem, propter quam nouæ induciæ dandæ sunt *ff. de interrog. actio. de ætate. § ea causa.* aliàs dandæ non sunt, *s. eo. c. secundo, & tertio.*

g ¶ *Nec tempus.*] Scilicet [c] sufficiens: ideo ampliantur ei induciæ super hoc, vt sequitur.

h ¶ *Imminere.*] Id est, intendere, & deliberare sic exponitur. 88. *dist. consequens.*

i ¶ *Indulgendam.*] s. scilicet suffraganeorum nomine: & ita intelligitur. *s. de resti. in integ. coram. in fi.*

a Vnde alternatiue dixit Inno. Vel dic, quòd nec tunc esset danda dilatio, quia & super possessionibus conueniebãtur, & super toto negotio inducias habuerũt & ideo super eo debuerant deliberare. Io. And.

† *Aliàs præceptis.*

† *Vide text. in l. 1. & ibi glo. & doct.* C. eod.

† *Aliàs præsentaret.*

† *Vide* l. actione. §. Labeo. cum gl. ff. pro so. & l. 1. in fi. cum gl. ff. sol. matrimo.

† *Quasi dicat, conueniri debet in terra sua.*

† *Aliàs primum.*

b *Dixit Vin. quod valet in hoc, quod confessio facta omissa exceptione dilatoria nõ valet. ff. mã.* diligenter. *arctatur enim, & limitatur procuratio; vel mandatum, cùm aliàs confessio procuratoris vocat domino,* §. tit. 2. c. 1. *non tamen tenetur mentiri. ff. man. Quintus. Vel secundùm eum est vtilis clausula, ne videatur simpliciter constitutus: & sic cogatur illũ defendere. vel expone secundùm eũ: saluis &c. si exceptiones, quas saluas, non fuerunt recipienda, faciat, quod ipse facturus erat plenius. de hoc vide Ioã. And. in nou.*

c *Hæ tres glossulæ non sunt Bernardi, nec habentur in vetustis exemplaribus.*

DE FERIIS.

¶ *Viso suprà de dilationibus, quæ dantur à iudice: Videndum est de dilatione, quæ datur, a iure, ideo, &c. et a continuat Gos. & alij. Vel dic, quod feriæ largo modo sunt dilationes: ideo &c.*

De feriis causarum & aliis colendis, habetur 15.q.5.& de consec.dist.3.c.1.

De feriis autem nuptiarum, habetur. 33.q. *Abb.*

TITVLVS IX.

De feriis.

¶ Ex † concilio apud Compendium.

¶ *Diebus Dominicis mercari, litigari, iudicari, vel iurari non debet: sed de vespera in vesperam debent celebrari.*

CAP. I.

OMnes dies Dominicos[a] à vespera, in vesperam cum omni veneratione decernimus obseruari, & omni illicito opere abstinere: vt in eis mercatum minimè fiat, neque placitum neque aliquis ad mortem[b] vel ad pœnam iudicetur: nec sacramenta (nisi[c] pro pace, vel alia necessitate[d]) præstentur.

¶Alexander iij.

¶ *Festorum principium, & finis fieri debet secundùm ipsorum magnitudinem, & consuetudinem regionis. hoc primò. In præcipuis festis, & intra Pascha, & Pentecosten, non fit solemnis genuum flexio. Si tamē tunc Clerici, vel Episcopi ordinentur secundùm ordinationis modum genua flectuntur. hoc secundò. Romana Ecclesia speciale festum de Trinitate non facit: seruatur tamē de hoc cuiusque Ecclesiæ consuetudo. hoc tertiò.*

CAP. II.

QVoniam † in parte: *& infrà.* ¶ Licèt scriptum[e] † sit, de vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra: festorum tamen principium, & finis, iuxta eorum qualitatem, & diuersarum regionum consuetudinem debet attendi: & sicut magnitudo dierum exigit, priùs[f] incipere, & tardiùs terminari: *& infrà.* ¶ Diebus autē Dominicis, & aliis præcipuis[g] festiuitatibus, siue inter Pascha, & Pentecosten, genuum † flexio nequaquam debet fieri: nisi aliquis ex deuotione id velit facere in secreto[h]. † In consecrationibus † autem Episcoporum, & Clericorum ordinationibus, consecrans, & consecratus tantùm, genua flectere possunt: secundùm quod cōsecrationis modus requirit. ¶ Præterea festiuitas sanctæ Trinitatis secundùm consuetudines[i] diuersarū regionum à quibusdam consueuit in octauis[k] Pentecostes, ab aliis in Dominica prima, ante aduentum Domini celebrari. Ecclesia[l] siquidem Romana in vsu non habet, quòd † in aliquo tempore huiusmodi celebret specialiter festiuitatem: cùm singulis diebus Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, & cætera similia dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis.

¶ Idem Triburień. Archiepiscopo †.

¶ *Propter necessitatem alimentorum, licet diebus feriatis in honorem Dei operi seruili intendere: maximè circa rem tempore perituram. Hoc dicit.*

CAP. III.

LIcèt † tam veteris, quàm noui Testamenti pagina, septimum diem[m] ad humanam quietem specialiter deputauerit: & tam eum, quàm alios dies maiestati[n] altissimæ deputatos, necnon natalitia sanctorum Martyrum[o] Ecclesia decreuit obseruanda: & in his ab omni opere seruili cessandum: *& infrà.* ¶ Indulgemus, vt liceat parochianis vestris, diebus Dominicis, & aliis festis

---

OMnes dies CASVS. Dicit hic quòd omnes dies dñi sūt à vespera in vesperā feriādi, & ab omni opere seruili obseruādi: nec in eis mercatū, vel placitū fieri debet: nec aliquis ad mortē, vel ad pœnā sanguinis iudicari: nec sacramenta præstari debent, nisi pro pace, vel magna necessitate. No. quòd omnes dies Dominici sunt feriādi. Itē iudiciū mortis, vel sanguinis die Dominico exerceri non debet. Item multa in necessitate licēt, quæ aliàs non licerent.

a ¶ *Omnes dies Dominicos.*] Sic j. eo. c. *Vlt.* & *C. eod. tit. omnes.* quod dicit de vespera sabbati, non seruatur quantū ad causas. Immò potest iudex procedere vsque ad illā horā, qua possit perficere, quod incūbit ante noctis tenebras. s. *de off. dele. consuluit.* Sed quantum ad celebratio nem officiorum hoc dicitur. j. *c. prox.*

b ¶ *Ad mortem.*] Maximè quia nec aliqua causa tunc tractari debet, nisi pietas hoc suadeat. j. *eod. c. Vlt.*

c ¶ *Nisi pro pace.*] Pro pace quidem omni die iurari potest, cùm sit opus pietatis. 22. q. 1. *omne, quod. arg.* j. *eod. c. diebus pro fin.*

d ¶ *Necessitate.*] Putà pro fide, pro obedientia, pro fama. *suprà de ele. significasti.* vbi de hoc.

ADDITIO. Et isti casus cum quibusdam aliis patent in his versibus.

Pax, & fama, fides, reuerētia, cautio dāni,
Defectus veri, sibi possunt magna caueri.

QVoniam] Tria sunt dicta, secundum ibi, *Diebus.* tertium ibi, *Præterea* Abbas Sic.

CASVS. Primò dicitur, quòd in festis celebrandis, dierum magnitudo, & regionis consuetudo attendi debet. Secundò dicitur, quòd dominicis diebus, & aliis præcipuis festiuitatibus, & à Pascha vsque ad Pentecosten nullus debet flectere genua: nisi ex deuotione velit in secreto. Tertiò dicitur, quòd in consecrationibus Episcoporum, & ordinationibus clericorum, consecrans, & consecratus tantùm genua flectere debent. Quartò dicitur, quod festum sanctæ Trinitatis secundùm diuersarum regionum consuetudines, diuersis temporibus anni celebratur: Ecclesia siquidem Romana festum sanctæ Trinitatis aliquo tempore specialiter non celebrat, cum singulis diebus, Gloria patri, &c. & similia dicantur ad laudem Trinitatis. Not. quòd consuetudo regionum in festis celebrandis debet attendi. Item consuetudo Rom. Eccl. non est semper in omnibus seruanda.

e ¶ *Scriptum sit.*] Ergo ita seruandum est. 6. q. 3. scriptum est. ff. qui, & à quibus ma. prospexit.

¶ *Gloss. sequen ponit. 5. diuersos modos, quibus dies incipitur, & finitur.*

f ¶ *Priùs incipere.*] Dies incipit, & terminatur diuersis horis diuerso respectu, incipit in vesperis quantùm ad officij celebrationem, vt hic, & canonicam computationem[b] fictione iuris. 75. *dist. quod à patribus.* quoad iudicium incipit in mane, & terminatur in fine diei, ante noctis tenebras. s. *de offi. dele. cōsuluit,* & *in Auth. de iudi.* §. *sedebunt. colum. 6.* quoad contractus media nocte terminatur, & incipit vt *in decre. consuluit.* & *ff. eodem tit. more.* quoad esum carnium post cœnam de conse. *dist. 3 de esu.* quantùm ad obseruationem treugæ in ortu solis §. *de treu. c. 1.* & secundùm consuetudinem locorum considératur hoc. 76. *dist. Vtinam.*

g ¶ *Præcipuis.*] Quæ enumerantur de consec. *dist. 3. c. 1.* & j. *eod. c. Vlt.*

¶ *Gloss. seq. signat contrarium.*

h ¶ *In secreto.*] *Ar. contra. 30. dist. c. Vlt.* & *76. di. scire*[c]. sed illa contraria intelliguntur cū determinatione istius.

i ¶ *Consuetudines.*] Simile 12. *dist. illud.* &c. *illa* & *76 dist. Vtinam.* & j. *de sepulturis. certificari,* & sic consuetudo cuiuslibet loci seruabitur.

¶ *Gloss. seq. cum seq. duo contraria signat.*

k ¶ *In octauis.*] Arg. contra. j. *eod. capellanus.* vbi dicitur, quòd Pentecoste caret octauis.

l ¶ *Ecclesia siquidem Romana.*] Et sic ex arg. quòd consuetudo Romanæ Ecclesiæ nō est ab aliis obseruanda. *ar. contra 11. dist. quis nesciret. ar. contra 12. dist. nemo* & *c. non decet.* Bernard.

LIcèt tam veteris.] Propter necessitatem diebus festis piscari licet: siue licet intendere rei tempore peritūræ. Et primò ponit diuinum præceptum. Secundò propter necessitatem dat indulgētiā cōtra illud, cū determinatione ibi *Indulgemus.* Abbas Siculus.

CASVS. Dicitur hic, quòd licèt tam in veteri, quàm in nouo testamento, septima dies data fuit ad requiem, & ecclesia festa sanctorum martyrum decreuit obseruanda: indulget tamen dominus Papa quibusdam piscatoribus, quòd diebus Dominicis, & aliis festis minoribus, ingruente necessitate possint capturæ piscium intendere: ita quòd de captura illa ecclesiis circumpositis, & pauperibus congruam faciant portionem. Nota, quòd dies Dominicus deputatus est ad requiem. Item necessitas facit licitum, quod aliàs est illicitum.

m ¶ *Septimum.*] Vetus testamentum ad literam percipiebat sabbatum custodiri. Nouum vero spiritualiter illud seruat, primam diem pro septimana celebrando[d]. sicut enim carnalia sacramenta ad literam seruare non possumus, ita nec sabbatum ad literam licet seruare. *de conse. dist 3. peruenit ad me.*

n ¶ *Maiestati.*] j. eo. c. *fi.* & *C. eo. omnes dies.*

o ¶ *Martyrum.*] j. eo. c. *fi.* & *de conse. dist. 3. c. 1.*

a ¶ *Maioribus.*]

---

† Burchardus lib. 2. decret. c. 8. Iuo. p. 4. c. 16. & c. 1. eo. tit. in 1. cōpilatione.

Et pro intelligentia totius huius tituli de feriis Vide Couarruuiā lib. 4. variar. resolu. c. 19. Vide etiam notas huius c.

a *Idē Host. dicebat Pe. & Egi. quòd in Vigilia sanctis, vel die sabbati post vesperas, non debent causæ audiri. Nec ob decret. consuluit. quia intelligenda est de festis. Ioan. And.*

† Cap. 2. eo. tit. in 2. cōpil. & pro hoc intellectu Vide Martinū, & Azpilcuetā in Enchiridio de oratio. & hor. cano. c. 4

† Gene. 2. Exod. 16. & 20. Leui. 23. Num. 28. Deute. 5.

b *Quia quoad ordinandum manū coniungitur, Vesperis. de temp. ord. literas. Ioan. And.*

† *Genuum flexiones quando, & qualiter fieri debeant, Vide Burchardum l. 13. c. 3.*

† *Aliàs, cōsecratione.*

c *Et distinctio redditur, quare his deb' nō fit genuum flexio. Ioan. And.*

† *Aliàs, Ve.*

† *In plerisque antiquis codicibus, episcopo legitur, non archiepiscopo.*

† Cap. 3. eo. tit. in 2. cōpil. & pro intelligentia Vide quæ copiose tractat Arnaldus Albertinus in Rub. de hæret. lib. 6. q. 12. §. quintus error. num. 23. & Couarruuias l. 4. varia. resol. c. 19. num. 4. & de notas huius d.

d *Verbū celebrando, deest in veteribus codicibus.*

a ¶ *Maioribus.*] Vt putà natiuitatis Domini, diei Epiphaniarum, Paschatis, Ascensionis Domini, & Pentecostes.

b ¶ *Alecia.*] Genus piscis est, & rarò, & certis diebus apparet. ideóque propter necessitatem, facilius indulgetur Dominicis diebus, vt captioni intendant. sic enim propter necessitatem, vel pietatem posset eodē die iudicium exerceri. ĩ. *eod. c. Vlt. & ff. eo. tit. l. solet. a* 1. ⁋ *l. penult.*

a Sequitur etiam messis, & vindemiarum tempore iam dies de rebus, qua tempore, vel morte peritura sunt. Ioan. And.

b ¶ *Ecclesiis circumpositis, & Vin-fitu.*] Quibus propter eandem necessitatem, congruam faciant portionem, & præcipuè illis, in quarum territorio captio facta est. quia quasi decimæ prædiales esse censentur: vnde & item pro decima parte eis soluant. ĩ. *de decs. ad Apostolica.*

CApellanus.] Communis diuisio. secunda ibi, *Quia ergo.* Abb. Sicul.

CASVS. In canonibus dicitur, quòd nuptię celebrari non debent in tribus hebdomadis ante festum beati Ioannis Baptistæ. Quidam dicebant septimanas illas sine aliqua interpellatione continuandas ipsi festo. Alij volunt facere interuallum inter ipsum festum, & illas hebdomadas: & ob reuerentiam festiuitatis Pentecostes fuisse statutum: quæ festiuitas Pentecostes solet in septimanis ipsis interuenire quandoque: & sic à tribus diebus Rogationum, ante Ascensionē Domini vsque ad octauum diem post Pētecosten, computatis illis septimanis illo tantum temporis spatio nuptias celebrari non permittant: postea verò nullatenus nuptias impediunt celebrari: quæsiuit quidam episcopus per capellanum suum, quæ istarum opinionum melior esset. Respondet Papa, quòd cōsuetudo est Rom. ecclesiæ, vt quocunque tempore matrimoniū contrahatur, per consensum legitimum de præsenti: tamen à Septuagesima vsque ad vij. diē post Pentecostē nuptiæ celebrari non sinuntur: & postea sine

† Cap. 4. eod. tit. in 2. compil. & vide Burchardum l. 14. decre.

† In omnibus manuscriptis legitur, hebdomadas.

† Vet. mutatis, dicta antiquis iam non vidice Barbatia ita legitur hac periodus: nuptias tribus hebdomadis ante festiuitatē Beati Ioannis Baptistæ, minime &c.

† Vide concilium Trident. sess. 24. in doctrina de sacramento matrimonij cano. 11. & ea. sessio. de reform. matri. c. 10. concil. Laodicen. c. 51.

† De hac re vide, quod postremo sanxerit concilium Trident. sessio 24. in decreto de reformatione matrimonij. c. 1.

† Alias, ad septimū diē.

(præterquam maioribus [a] anni solemnitatibus) si alecia [b] terræ se inclinauerint, eorum captioni, ingruente necessitate intendere: ita quòd post factam capturam, Ecclesiis circumpositis [c] & Christi pauperibus, congruam faciant portionem.

¶ Clemens iij. aliàs Cælestinus.

¶ *Tres septimanæ, quibus canon prohibet fieri nuptias, ante festum Ioannis Baptistæ, non continuantur festo: sed intelligitur de septimana Ascensionis cum duabus sequentibus.*

CAP. IV.

CApellanus † tuus (frater Episcope) coram nobis ex parte tua proposuit, quòd cùm statuta [d] canonica declarent nuptias tribus septimanis ante festum natiuitatis † beati Ioannis Baptistę minimè celebrari debere: quidam hebdomadas illas, absque interpellatione continuandas [e] intelligunt. Alij verò [f] inter festū, & ipsas volentes facere interuallum, illud dicunt ob reuerentiam festiuitatis Pentecostes fuisse statutum: quæ in septimanis istis solet interuenire quandoque & sic à tribus diebus rogationum ante Ascensionem Domini inchoantes, vsque ad octauum diem post Pentecosten (illis hebdomadis computatis) illo tantùm spatio temporis celebrari nuptias † nō permittunt, earum celebrationē ab inde nullatenus inhibentes. ¶ Quia ergo consulti sumus, vtra istarum opinionum potior videatur, nobis & fratribus nostris apparuit, quòd licet ea sit Romanæ Ecclesiæ consuetudo, vt quocunque [g] tempore matrimonium contrahatur †, consensu [h] interueniente legitimo de præsenti: quia tamen à Septuagesima vsque ad septem † dies post Pentecosten celebrari nuptiæ nō sinuntur, & postea etiam tribus septimanis, vel pluribus, ante festiuitatem sancti Ioannis, sine differentia celebrantur: posterior sententia meliori, & subtiliori [i] nititur ratione: & siue secundùm canones à Septuagesima vsque post octauas Paschæ: siue iuxta consuetudinem Ecclesiæ Romanę vsque post † septem dies festi Pentecostes (quòd caret octauis) nuptiæ suspendātur; in Dominica, quæ sequitur, & deinceps possunt licitè celebrari.

¶ Gregorius ix.

¶ *In feriis introductis in honorem Dei, & Sanctorum, nisi ob necessitatem, vel pietatem iudicium exerceri non potest etiam de consensu partium: feriis tamen introductis fauore hominum, partes renunciare possunt.*

CAP. V.

COnquestus est nobis: & infrà. ¶ Quamuis non prorogari [k], sed expediri deceat † quæstiones: debet tamen iudicialis strepitus diebus conquiescere feriatis, qui ob reuerentiam Dei noscuntur esse statuti: scilicet † natalis Domini, sancti Stephani, Ioannis Euangelistæ, Innocentium, sancti Syluestri, Circuncisionis, Epiphaniæ, septem diebus Dominicæ Passionis, Resurrectionis, cum septem sequentibus, Ascensionis, Pentecostes cum duobus †, qui sequūtur, natiuitatis Ioannis Baptistæ, festiuitatum omnium Virginis gloriosæ, duodecim Apostolorum; & præcipuè Petri, & Pauli, beati Laurentij, dedicationis beati Michaelis, solēnitatis omnium Sanctorum, ac diebus Dominicis, cæterisque solemnitatibus, quas singuli Episcopi suis diœcesib. cum Clero, & populo duxerint solemniter venerandas: quibus [l] vtique solemnibus se-

differentia celebrantur: siue sint tres septimanæ, vel plures ante festum beati Ioannis: & ideo posterior sententia meliori, & subtiliori ratione iuuatur: & siue secundùm canones à Septuagesima vsque ad octauam Paschæ, siue post vij. diem festi pentecostes nuptiæ suspendantur in Dominica, quæ sequitur, & deinceps, licitè celebrantur. Not. quòd illa sentētia semper debet obseruari, quæ meliori ratione, & subtiliori iuuetur. Item consuetudo Romanæ Ecclesiæ debet seruari.

d ¶ *Statuta canonica.*] 3. 5. q. 4. non oportet. 2.

e ¶ *Continuandas.*] Ipsi festo beati Ioannis.

f ¶ *Alij vero.*] In his vero quæ ad solemnitatem spectant, diuersa tenere non est peccatum: quia vnaquæque prouincia abundat in suo sensu. 76. *di. Vtinam.* & 12. *dist. illud.* & *c. illa.* & ĩ. *de sepul. certificari.* 12. *dist. mouet.*

g ¶ *Quocunque tempore.*] Et ita quolibet tempore potest matrimonium contrahi: sed nuptiarum solemnitas tantum his diebus (ne carnaliter coniungantur) prohibetur, simile ĩ. *de matrimo.* contracto contra interdictum ecclesiæ. *c.* 1. & secundùm hoc intelligitur. 33. *q.* 4. *non oportet* 1. & 2. & *c. seq.*

ADDITIO. vnde versus.

Ecclesia vetitum, nec non tempus feriatum,
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

h ¶ *Consensu legitimo.*] s. mutuo: quia solus consensus facit matrimonium. 27. *q.* 2. *sufficiat.* & ĩ. *de sponsalibus. c. si inter virum & vxorem.* b

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem.*

i ¶ *Subtiliori.*] Subtilitas hic commendatur: sed alibi non excusat errantes in fide. 24. *q.* 1. *schisma.* Alibi etiam subtilitas perniciosa est. *C. ad Trebel. sancimus.* & ĩ. *de in. dilectis.* & *c. examinata.* nec de apicibus iuris est disputandum. *ff. man. si fideiussor. §. quadam.*

COnquestus.] Diuiditur: quia duo continet dicta: secundum ibi, *Licet diebus.* Abbas.

CASVS. Quæsitum fuit, qui essent illi dies, quibus ob reuerentiam Dei iudiciorum strepitus conquiescere debet: & vtrum partes renunciare valeant feriis illorum dierum? Respōdet Papa, quod licèt non prorogari, sed expediri debeāt quæstiones: tamen diebus illis, qui ob reuerētiam Dei statuti sunt, iudiciorū strepitus conquiescere debet: & enumerantur hîc dies illi: & illis vti quę diebus solennibus vsque adeo ab huiusmodi conuenit abstinere, vt etiam partibus consentientibus, nec processus tunc habitus nec sententia diebus illis promulgata valeat, nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat. Illis autem feriis, quæ gratia messiu, vel vindemiarum introductæ sunt, possunt partes renunciare, vt tunc iudicialis processus, & sentētia valeat. Not. quòd feriis introductis ob reuerentiam Dei, nullus potest renunciare, nisi necessitas, vel pietas aliud inducat. Item necessitas, vel pietas non est sub lege. Item alis feriis potest renunciari.

b *Concord. tex. in l. 1. §. huius. ff. de iust. & iur.*

† *Aliàs: post septimum diem.*

† *Aliàs, debeant.*

† *Pro intelligentia, & de veritate huius text. aduersùs hæreticos vide Th. Valdensem l. 1. c. 142. de sacramentalibus. adde Arnoldum Albertinum in Rub. de hæret. l. 6. q. 12. §. quintus error. num. 13. & seq & Couarruuiam. l. 4. c. 19. varia. resolut. adde notas in hoc c.*

† *Aliàs ita: cum duab⁹ diebus, qui subsequuntur.*

k ¶ *Non prorogari.*] ĩ. *de do. & contu. finem. & c. Venerabilis & C. de iud. properandum. circa princ.* & boni prætoris est lites diminuere. *ff. si cert. petatur. quidam* ⁋ ĩ. *de re iud. surgantium.* nec permittere debet prætor partes ad arma, vel rixam venire, quas potest sua iurisdictione compescere. *ff. de vsufruct. l. si cuius. § aequissimum.*

¶ *Gl. seq. tractat de triplici feria solēni, sub dd. quòd feria introducta fauore hominū renūciari possit, & ex causa eo tēpore procedi.*

l ¶ *Quibus vtique solemnibus feriis.*] Not. quòd feriæ dierū præcedentiū introductæ sunt ob reuerentiam Dei, vt hic dicit *in princ.* & *C. eod. tit. omnes dies. & l. dies festos.* & solemnes feriæ appellantur. Aliæ etiam feriæ dicuntur solēnes ob reuerētiā principis, & honorem: vt dies natiuitatis suæ: vel dies principij de imperio. *c.* 40. *omnes.* Item & aliæ feriæ dicuntur solemnes, vt tempus messium,

a Aliàs causas habes in text. & in gl. 15. q. 4. placita. in fi. Ioan. An.

sium,& ips vindemiarum, de quibus hic inferiùs sequitur, &. ff. eo. tit. l. 1. & istæ feriæ inducũtur ad requiem laboris a, vt quiescãt tunc homines à causis: & istæ feriæ indicuntur variis temporibus secundũm diuersitatem locorum: quia quidam tardiùs colligunt messes, siue vindemiant, quidã citiùs. ff. eo. l. præsides. Feriis introductis, ob reuerentiam Dei partes renunciare non pñt, vt hic dicit expresè: aliis autem feriis introductis ob fauorem hominum, bñ pñt partes b renunciare, vt hic in fi. compelli tñ non possunt nisi in casibus. ĩ. de iudi. significauerunt. & ff. eo. l. 1. §. vlt. & l. seq. aliàs nõ valet sententia: vt ff. eo. l. 1. & istæ feriæ omnes continuæ sunt, & cõputantur in anno, vel biennio appellationis prosequendæ & quolibet die feriato potest quis appellare, sed non prosequi appellationẽ. C. eo. l. 1. tempore messium, vel vindemiarum qñque compelluntur aliqui ad iudicium venire. ĩ. de iudic. c. vlt. saltem vt litem contestentur: putà, si actio, vel res sit tempore peritura, putà, actio furti, iniuriæ, damni, & aliæ, vt ĩ. de iudi. significauerũt. & ff. eo. tit. l. fi. §. sed excipiuntur. & l. 2. & 3. Ea verò, quæ pertinent ad pacem, vel concordiam, quolibet die feriato possunt expediri. C. eo. l. vlt. putà, transactiones, pacta: vt ibi.

b Etiã extra iudiciũ: puta, in instrumento contractus, & etiã tacitè, putà, scienter recipiendo talem terminum. de his in Spe eod. tit. §. fi. & licèt valeat hæc renunciatio quoad partes: non tamen tunc cogentur testes, vt ibi. & in C. eod l. omnes. in vlt. glos. Ioan. And.

† Apertino.
† Alatano
† Aten.
† Alatran.

riis (nisi necessitas a vrgeat, vel pietas b suadeat) vsque ad c conuenit ad huiusmodi abstinere, vt consentientibus etiam partibus nec processus habitus teneat, nec sententia, quam contingit diebus huiusmodi promulgari. ¶ Licèt diebus feriatis, qui gratia vindemiarum, vel messium ob necessitates hominum indulgentur, procedi valeat, si de partium processerit voluntate.

TITVLVS X.

De ordine cognitionum.

¶ Clemens iij. Alatrino † Episcopo.

¶ *Contra mulierem vendicantem aliquem in maritum, admittitur exceptio consanguinitatis: quæ prius discutienda est, quam super matrimonio pronuncietur: & sufficit super ipso principali pronunciare. Hoc dicit.*

CAP. I.

INtelleximus †, quòd cùm quædã mulier, peteret quendam in virũ, testes ad suæ intẽtionis assertionẽ induxit: per quos pars viri futurum sibi præiudicium metuens, exceptionẽ consanguinitatis obiecit, ex qua intendit petitionem mulieris elidi: & infrà.

¶ Inquisitioni tuæ taliter duximus respondendum, quòd cum exceptione probata, quæstio principalis perimatur ante est cognoscendum c de ipsa, quàm ad diffinitionis articulum procedatur: quo facto, virum ab impetitione mulieris (prout exposcit ratio iuris) absoluas.

† Cap. vnico C. eo. tit. in 1. compil.

a ¶ *Necessitas.*] Putà si esset res tempore peritura. exempla plura habes ff. eod. l. 1. 2. & 3. & vbi res celeritatem desiderat. ff. de dãno infect. l. 1.

b ¶ *Pietas.*] Putà causa debilium, vel miserabilium personarum: quia in operibus misericordiæ dierum distinctio c non est habẽda, arg. 76. dist. Ieiunium. & de consecratione, dist. 5. nunquam. & summa est ratio, quæ pro religione facit. ff. de religione. sunt personæ. in fine. Bernardus. Vnde Versus:

c Prosper l. Epigrãmatum. Non recto seruas legalia sabbata cultu, qui pietatis opus credis in his vetitum. Ioan. And.

Hæc faciunt causas festis tractare diebus:
Pax, scelus admissum, manumisso, res peritura:
Terminus expirans, mora testis abesse volentis:
Cùmque protestatio patria ius filius erit.

DE ORDINE COGNITIONVM.

¶ *Quia lite contestata, præstito iuramento, datis dilationibus ab homine, & a iure solent res suas quæstiones proponere. de quibus quo ordine sit cognoscendum, posset merito dubitari: ideò, &c.*

De hac materia habetur. 2. q. 1. & 3. q. 1. & q. 2. Abb. Siculus.

INtelleximus.] De peremptoria exceptione ante sententiã iudex cognoscit: sed sufficit super principali pronũciare. Communis diuisio, secũda ibi, Inquisitioni. Abbas.

CASVS Quædã mulier petebat quẽdam in virũ: induxit testes ad probandũ suam intentionẽ. Vir timens sibi fieri præiudicium per testes illos, exceptionem consanguinitatis obiicit: per quam, petitionem mulieris repellere intendebat: quærebatur, an primò esset de impedimento consanguinitatis agendũ, quàm super causa matrimonij sententia proferatur? Respondet Papa, quòd exceptiõne cõsanguinitatis probata, principalis quæstio est perempta: & ideo de ipsa est antea cognoscendum, quàm ad diffinitionis articulum procedatur, quo cognito, & probato, vir ab impetitione mulieris debet absolui. Not. quòd exceptio peremptoria ante sententiam opposita debet examinari: & cognosci de ea antequam sententia super principalis quæstione feratur: quia ex illa apparebit, qualiter debeat formari sententia. Item super exceptione peremptoria siue incidenti, nõ pronunciatur, sed super principali quæstione.

¶ *Glos. sequens super quæstione, an his, quæ occurrunt inter litem, sit pronunciandum, primo ponit op. Bulgari, quod non, & inducit tres leges. Mediam. Ioan. & Azo. distinguentium: & hanc approbat respondendo. L. Pla. & M. contra sol. alleg. decr. cum Io. eis dupliciter respondet.*

c ¶ *Cognoscendum.*] Ex hac decre. colligitur manifestè, quòd cũ reus in modum exceptionis aliquam exceptionem obiicit actori, de illa incidenti tantum cognosci debeat, fundata intentione actoris primò. C. de proba. exceptionem. & C. de excep. si quidem. & non sententiare super ea, sed tantum super principali pronunciãdum sit. Super hoc fuit diuersitas inter doct. Bulgarus dicebat, quòd super incidenti quæstione, siue exceptione pronunciari nõ debet, tñ cognosci de ipsa, sed super principali solumodo, quia eo ipso quod pronunciatur super principali quæstione, satis intelligitur esse pronunciatũ super incidẽti per quãdam consequentiam: & hoc dicebat per leges illas. C. de ordi. iu. l. 1. & l. 2. quia ibi dicitur, ad officium iudicis pertinet vniuersam incidentem quæstionem examinare: qm non de ea pronunciat, sed de hæreditate. C. de or. cog. l. 2. 2. rñ. & C. ad l. Iul. de adul. qm. Alexandrum. C. ad l. Fab. de pla. l. præses prouinciæ. M. & P. dicebant, quòd super hac semper debet pronunciari. ff. de iud. de qua re, & ĩ. de cau. pos. c. cum super. & ff. de mi. intra vtile. & ff. de præ. l. 3. & ff. de lib. cau. liberis. §. vlt. nisi impediatur propter cõditionem suæ personæ: quia est pedaneus iudex: vt C. de iud. quotiens. vel conditionem rei: vel quia pupillus est, cui moueretur qõ status incidenter, tunc non pronunciatur super causa status, sed super hæreditate. C. de ord. iud. l. 1. Dñs Io. & Azo. d cum eo distinguit, & bene inter quæstiones, siue exceptiones incidentes & emergentes. Incidens quæstio dicitur, quæ competit reo etiam ante litis contestationẽ, putà, pactum de non petendo, res iudicata, delatio iuramenti, cõsanguinitas, quæ obstat matrimonio, vel aliud quodcunque impedimentum perpetuum, & consimilia. In his enim obtinet sententia B. quia nõ pronũciatur in his, sed super principali: vt hic expressè apparet: & in his non pronunciatur, nisi qñ ciuilis incidit in criminali: vel econtra. 3. q. 11. §. aliqñ. Ver. qui confitetur. & C. ad l. Iul. de adul. qm Alexandrum & C. ad l. Fab. de pla. præses prouincia. & econtra: cùm ciuilis ciuili præiudicat. ĩ. eo. tuam. & 3. q. 11. §. si de hæreditate ĩ. qui fi. sint leg. lator. Emergentes dicuntur illæ, quæ cõpetunt & emergunt in lite: putà, an dilatio sit danda, an nõ: an talis testis sit recipiendus, vel nõ, an talis positio, vel interrogatio facienda sit, vel non: vel vtrùm aliquis sit in possessione libertatis, vel non: & non in istis emergentibus obtinet sentẽtia M. & P. & sic intelligitur lex illa ff. de libe. cau. liberis. §. vlt. & in istis pronũciari debet, aliàs nõ posset procedere iudex in principali, nisi in his pronunciaretur. & sic intelligitur. l. de qua re. ff. de iud. & decre. cum super. Vel dic. de qua re cognouit, verũ est principaliter. Ad illã l. intra vtile. rñdetur, quòd ibi non fuit pronunciatũ super incidenti, sed super ætate, & est speciale: vel vt restitueretur in integrũ, ratione ætatis fuit pronunciatum: & ita per consequentiam super ætate pronunciatur. Ad legem illam. ff. de præuaricator. dicunt quòd speciale est ibi. Vel dicas, quòd necessariũ est, vt ibi pronuncietur de præuaricatione antequã admittatur ad accusationem & in modũ replicationis illud obiicitur, & quia illud competit ante lit. contest. tantum, ideo pronunciandum est, & in hoc est simile exceptioni dilatoriæ: quia in hoc ante litẽ cõtest. debet opponi & ideo debet pronunciari super illa, sicut in dilatoriis ante lit. contest. pronunciatur: & postea est perẽptoria. f Ar. contra ĩ. de fi. de instru. cũ Ioannes. ibi. pronũciat Papa super exceptione incidẽter proposita in causa appellationis. Ratio ibi potest assignari: quia cũ nõ pronũcietur in causa appellationis directè super principali quæstione, sed tantũ confirmetur, vel infirmatur sentẽtia: pronũciari debet super incidẽti quæstione opposita in causa appellationis: vel si pronunciatur super talibus, non est contra subtilitatẽ ordinis iudiciorũ, & super incidẽti, siue perẽptoria exceptione pronunciatur ĩ. de elect. cum dilectus. ad fi. illa exceptio videtur potiùs incidẽs, quàm emergẽs. Eidẽ etiam potest dici in l. intra vtile. quod pronunciatum fuit super incidenti quæstione, scilicet super ætate: nec propterea ius offenditur, nec est cõtra ordinẽ iuris, quòd ibi pronũcietur super ætate, quæ fuit incidẽs quæstio, nec dicitur in iure. quòd talis sententia nõ teneat.

ADDITIO. Differentia e aidens inter quæstionem incidentem, & emergentem potest haberi per hunc versum.

Incidens perimit: emergens quomodo differt.

Exceptio si obiiciatur, an super illa sit pronũciandum.

d Hoc sequitur Innocẽtius in decretal. cum inter R. supra de elec.

e Et sic videtur ex contrarietatibus negotij secundum Goff. & habent verustiorem causam, ſ. ante iudicium captũ quod verũ est communiter, nam & post iudicium captum posset fieri pactũ de non petẽdo, quæ est incidens & primo potuisset excommunicari actor, vel testis: vel remotiuus. iuxta c. prox. quæ est emergens. Ioan. And.

f Intelligas hoc specialiter dictum de exceptione præuaricationis: quia pronunciatio, quod ille fuerit præuaricator, non auditur amplius cõtra illum, vt ff. de præua. l. 3. non autem hoc intelligas in omnibus dilatoriis: secundum Abb. Ioan. And.

Cum

¶ Innocentius iij. Episcopo Narniē. †

¶ Si reus contra actorem spoliatorem spoliationem opponit: aut excipiendo, & tunc priùs auditur, & ea probata, respondere nō cogitur: sed per hoc nō restituitur: aut agēdo, & tunc simul vtraque quæstio terminatur, & ea probata restituetur.

CAP. II.

CVm † dilectus filius Abbas de Ferentino †, de nobilibus viris dominis de Artone † deposuerit quæstionem, quòd manu armata [a], & cum exercitu, ad castrum monasterij venientes in prædis animalium, & aliis, damnificare dictum cœnobium præsumpserunt, de quibus iustitiam sibi fieri postulabat: hi citra litis contestationem, sub forma exceptionis [b] fuit ex aduerso responsum, quod per ipsius dolum [c], & violentiam, castrum Sirati amiserant: quod & progenitores eorum tenuerant, & ipsi possederant in quiete, sibi petentes priùs restitui, quàm petitionibus ipsius responderent: præsertim cùm testes haberent præsentes, per quos intentionē suam incontinenti [d] probare volebāt. ¶ Verùm ex parte Abbatis fuit taliter replicatum, quòd ab eo restitutio peti non poterat, qui non fuerat spoliator, præsertim cùm dictum castrum, ad ius, & proprietatem sui monasterij pertineret: quod etiam pars aduersa nullatenus denegabat. Vnde & † verus dominus (ad quem ab alio res sua possessa reuertitur, etiam post tempora longiora) retentionis [e] debebat commodum obtinere: & iudicium restitutorium, contra spoliatorem [f] tantùm competere dignoscitur: & infrà. Nos autem distinguendum esse credimus, vtrùm spoliationis quæstio ab eisdem nobilibus sit obiecta in modum actionis, ad restitutionem petendam, an in forma exceptionis, ad intentionem aduersarij repellendam: Cùm ea in modum actionis proposita, intelligantur mutuæ petitiones sese tanquam diuersæ minimè contingentes, ac per hoc, iuxta [g] regulam iuris, qua dicitur, Qui prior appellat, prior agat, quæ priùs esset proposita, priùs foret tractanda: quanquam in idem iudicium ambæ deductæ, vicissimque tractatæ, simul essent eadem [h] sententia terminandæ.

¶ Sed quoniam quæstio illa fuit ab eisdem nobilibus tantùm in modum exceptionis [i] obiecta, interloquendo pronunciauimus, vt probationes eorum super ipsa exceptione primitus audirentur, & ea probata

CVm dilectus.] Sunt duæ partes. In prima facti, & processus narratio. In secunda iudicis interlocutio ibi, *Nos autem.* Itē prima subdiuiditur in tres. Prima proponit actoris petitionem. Secunda ibi, *Et citra.* rei exceptionem. Tertia ibi, *Verùm.* actoris replicationem. Item secunda principalis facit duo, quia primò interloquitur distinguendo duo membra: primum ibi. *Cum ea.* secundum ibi. *Sed quoniam.* secundò ibi, *Verùm.* declarat interlocutoriam, probans id per duo similia. primū ibi, *Quemadmodum.* Secundum ibi, *Testes etiam.* Abb. Siculus.

CASVS. Abbas de Ferentino accedēs ad præsentiam domini Papæ, conquestus fuit nomine monasterij sui, de quibusdam nobilibus dominis de Artone, quòd, si manu armata, & cum exercitu ad castrū monasterij venientes, monasterium ipsum damnificauerūt in prædis animalium, & reb⁹ aliis. de quibus iustitiā sibi fieri postulauit: ex parte dictorum nobilium in modum exceptionis citra litis contest. fuit responsum, quòd milites ipsi per dolum, & violentia ipsius Abbatis amiserunt castrū suum, quod ipsi, & progenitores ipsorum tenuerant, & possederāt in quiete, petentes illud sibi restitui, priusquam petitionibus abbatis responderēt, cum testes haberent præsentes, per quos incontinenti intentionem suam probare volebant: ex parte abbatis fuit taliter replicatum, quòd ab ipso restitutio peti non poterat, qui non fuerat spoliator, præsertim cum castrum illud ad proprietatem monasterij pertinēt, quod non diffitebatur pars aduersa: vnde cùm ad ipsum monasterium res sua redierit ab alio possessa, debet retentionis commodum obtinere etiam post tēpa longiora. & iudiciū restitutorium contra spoliatorem tm̄ competit. Dominus Papa his, & aliis intellectis, distinguit hoc modo: vtrum spoliationis quæstio ab illis nobilibus obiecta sit in modum actionis ad restitutionem petendam, an in forma exceptionis, ad intentionem aduersarij repellendam. Si enim sit proposita in modum actionis: tunc intelliguntur mutuæ petitiones: seu tanquam diuersæ minime contingentes: & secundum regulam illam: *Qui prior appellat prior agat:* illa quæstio, quæ primò proponitur, prima debet tractari. & vicissim tractatæ, eadem debent sententia terminari. Sed quia illa quæstio fuit à prædictis nobilibus in modum exceptionis proposita interloquendo pronunciat, vt probationes eorum super ipsa exceptione primitus audiātur, & ea probata abbati respōdere non compellantur, donec restituātur ab ipso: quia spoliatus ante restitutionem, suō spoliatori rñdere non cogitur: sed spoliatione in modū exceptionis sīt probata, nō est propter hoc restitutio facienda: sicut si in modū exceptionis crimen testi opponitur, à testimonio repellatur: & si crimē cōtra testē probatū fuerit ciuiliter, non ideo sibi pœna ordinaria dēt infligi, sed testimonio eius credi non debet: & hoc contingit, quia in ipsum accusatio non procedit, & inter infames quasi ex falso testimonio nō habentur, quorū testimoniū reprobatur. Not. quòd quæstio spoliationis duob. modis pōt opponi cōtra suū spoliatorē in modū actionis, & sic sunt duæ petitiones, & simul tractandæ: & in hoc nō est priuilegiata, qñ ambæ sunt restitutoriæ. Item in modū exceptionis: & secūdū hoc non tenetur aduersario rñdere, spoliatione probata, quocūq; modo agat spoliator. Itē not. regula, *Qui prior appellat prior agat.* Itē spoliatus suo spoliatori ante restitutioné nō cogitur rñdere. Item cum crimen ciuiliter probatur, testis non punitur pœna ordinaria, sed solummodo à testimonio repellitur. Item ex modo agendi formari debet sententia.

a ¶ *Armata.*] Illa vis, quæ fit cum armis, publica est: quæ verò sine armis, priuata dicitur. *Instit. de publ. iudi. circa fin. §. item l. Iulian. de vi pub. & ff. de vi pub. l. 2. Vnde isti plus peccauerunt: vnde versus: Vis priuata reum deponit ab ordine rerum. Sed deportatur si vis armata probatur.*

b ¶ *Exceptionis.*] Ergo qui excipit, non contestatur litem, & sic patet, quòd qui negat, non excipit: ergo qui excipit, non confitetur. *ff. de except. non vtique & ī. de exce. cū venerabilis.*

¶ *Glo. seq. obiicit, quod delictum, &c.*

c ¶ *Ipsius dolum.*] Sed quare debuit nocere ecclesiæ dolus abbatis, siue violentia: cùm delictum personæ ac. c. 16. q. 6. si epus. Sed hic totus conuentus consenserat abbati, vel ab initio, vel ex post facto. *arg. ī. de restitu. spol. cùm ad sedem in fi.* sed ratihabitio in maleficio [b] retrotrahitur, & mandato comparatur. *ff. de vi & vi arm. l. 1 §. sed & si cum quis.*

d ¶ *Incontinenti.*] Hoc multū faciebat ad hoc, vt restituerentur. *ī. de restitutio. spol. literas. & ī. de testi. veniens 2.*

e ¶ *Retentionis.*] *16 q. 3. c. placuit. ver. si quòd si mala & C. de præscri. xxx. vel xl annorum si quis emptionis. §. quod si quis.*

f ¶ *Contra spoliatorē.*] Vel contra eum, qui mandauit, vel ratū habuit spoliationem, sic *ī de restitutione spoliatorum. cum ad sedem. in fin. & ff. de vi. & vi armata. cum à te.* nisi scienter rem recipiat à deiectore, cum per hoc ei succedat in vitium. *ī. de restit. spoliato. sæpe contingit. & ī. de iudi. quia V.* & hic: quia per dolū Abbatis spoliati sunt. Et latiùs patet restitutorium iudicium secundùm canones, quàm secundùm leges, etiam vbi quis dolo, vel metu perdit rem. *3. q. 1. redintegranda sunt omnia.* secus est in actione, quod metus, causa, quæ datur contra illum, qui metum non adhibuit. *ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. in hac.*

g ¶ *Iuxta regulam iuris.*] *ff. de iudi. qui prior.* Bern.

h ¶ *Eadem sententia terminanda.*] Nam si isti nobiles proposuissent spoliationem suam in modum actionis directæ, essent duæ principales quæstiones, conuentio scilicet, & reconuentio. & tunc simul sunt tractandæ: vt ī *de mu. pe. c. 1.* & non valet sententia super vna, nisi & super alia in eadem instantia feratur. *ff. quæ senten. sine app. l. 1. §. vlt. C. de compen. neque scriptura.* vel saltem appellandum est, vt ibi dicitur in lege primò inducta & v. nam vocat hic sententiam pro tanto, quia continentē vna post aliā fertur, sed reuera duæ etiam sententiæ sunt. *ī. de cau. pos. cum ecclesia. & c. cum super.* nam quot sunt articuli, tot sunt sententiæ. *ff de mino. etiam. §. ex causa.*

¶ *Glo. seq. quinque quærit, quæ patent.*

i ¶ *In modum exceptionis.*] Hic patet, quòd qō spoliationis nō præiudicat ciuili quæstioni, nisi proponatur in modū exceptionis. sed criminali sēper præiudicat, siue in modū exceptionis, siue in modū actionis proponatur, sic loquūtur iura *3. 1 & q. 2. per totū. & 2. q. 2. per totū.* Quidā intelligunt hanc decre. cū ambæ quæstiones sūt possessoriæ. Sed hoc non est verum: quia abbas non agebat hic possessorio iudicio, immò hic petebat sibi iustitiā fieri super dānis sibi datis in prædis animalium, & in aliis, vt patet in antiqua decret. De hoc dicitur ī. *eo super spoliatione.* Illud potest hic quæri: vtrū exceptio spoliationis interrūpat præscriptioné. Et est dicēdū, quòd nō: quia præscriptio in odiū nō petētiū inducta est. ī. *de præscr. Vigilāti. & 16. q. 4. §. post.* sed qui excipit, non petit: sed petentem

† Narnien.
† Nonarien.
† Tarien.
† Marin.
† Marin.
† Cap. vnico. e. tit. in 3. compil.
† Felas. locum.
† Ferentinen.
† Arcano.

† *Distinctio deest in multis antiq. in duobus autem vetustissimis legitur ita: Vnde vi vetus, &c.*

a Concordat lex in l. sāctimus cum vulga. C. de pœnis.

b *Violentia, vel deiectionis vt patet in l. sequen. Ioan. And.*

c *Quando locum habeat hæc regula, & quando fallit, ibi nota.* & in 5. e. de incidē. quæ. versic. videmus. *Ioan. And.*

d *Cuius verba ita habēt: In quorum præsentia (scilicet Cardinaliū quibus hæc causa à domino Papa commissa fuit) suam abbas deposuit quæstionem, quod præfati nobiles nulla requisitione præmissa, manu armata, & cū exercitu, ad castra monasterij Ferentini, & Gab. venientes in prædis animalium, segetū, combustionibus, captionibus hominū, homicidiis perpetratis, & dānis aliis vsque ad librās Lucen. præter stragem hominum, & iniurias irrogatas dānificare cœnobiū ausi, præsumpserūt: de quibus, & aliis pariter quæ vellet proponere cōtra ipsos, iustitiam sibi fieri postulabat, &c.*

tentem repelli vt hîc, & *ff. de exceptio. l. 2.* ergo non interrumpit. Licèt sit *arg. contra ff. quod metus cau. l. metū. §. sed quid prætor. in fi.* vbi dr, q̄ excipiendo vr̄ experiri. & *ff. rem ra. ha. quo eñ tutore. in fi. & ff. de except. l. 1. & ff. de proba. in exceptionibus.* Itē quæritur, vtrū exceptio spoliationis possit opponi in qualibet cā? Et pōt dici, q̄ non: quia non opponitur actioni depositi: quia ibi non admittitur compensatio. *C. de compe. l. vlt. & C. deposi. si quis vel pecuniam. & Inst. deposi. bona fides. §. fand.* Alij dicunt, q̄ petenti depositum bñ obstat exceptio spoliationis, cùm obiicitur petenti restitutio, saltem in modū reconuentionis, & etiā exceptionis, & q̄ spoliationis est priuilegiata. *j. eo. super.* Et iō satis vr̄, quod opponi possit actioni depositi: quia fauorabilior vr̄ spoliatio quàm actio depositi, licèt illa sit bonæ fidei. Sed quid si in modū exceptionis probaui spoliationem, nunquid eædem probationes valebūt, si volo directè petere possessionē? Dico, quòd nō, nisi aduersarius consentiret. *j. de test. veniens. 2.* Sed pone, quòd succubui in exceptione: nūquid possum postea directè agere possessorio? Videtur, q̄ non: quia eandem quæstionem volo refricare, licèt alio genere iudicij, quod nō licet. *ff. de except. rei iud. si quis cùm totum. §. & generaliter.* Sed tñ dico, quòd possum, nec impedit, si succubui: quia possessorium directè etiam pōt intentari ex dissimilibus causis. *j. de dona. inter dilectos.* Et si primò agatur criminaliter, & non obtinui: postea agi potest ciuiliter a. *C. quādo ciuis. act. præiu. cri. l. vnica.*

legitimè Abbati non cogerentur[a] respondere super petitionibus memoratis, donec restituerentur ab ipso: cùm spoliatori, spoliatus ante restitutionem non cogatur vllatenus respondere. ¶ Verùm spoliatione in modum exceptionis tantùm probata, non est per hoc restitutio[b] facienda: Quemadmodum si in modum exceptionis aliquod crimen testi obiicitur, vt à testimonio repellatur, & si crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit, non ideo sibi pœna infligitur ordinaria, sed eius duntaxat testimonio non creditur: quod ea ratione contingit, quoniam in ipsum accusatio non procedit. ¶ Testes etiam quorum testimonium re-

a ¶ *Non cogerentur.*] Quia nec nudi contendere, nec inimicis inermes debemus nos oponere. *3. q. 2. oportet.* Sed si conueniatur ab alio, quam à spoliatore, non obstat ei exceptio spoliationis, sed si criminaliter accusetur, potest excipere, quòd spoliatus est ab alio, quam à suo accusatore, si tota sua substantia, vel maiori parte sit spoliatus: vt in quadam constitutione Inn. iiij. *infrà de resti. spo. frequens.* & sic intelliguntur canones isti. & *2. q. 2. per totum.*

¶ *Glo. seq. allegat quatuor cōcordantias, signat cōtrariū de quatuor capitulis, & vnā legē, & antequā respōdeas, format quæstionem, & soluit: demum respondet ad tria capitula, & ad legem.*

b ¶ *Restitutio facienda.*] Quia ad hoc non agebatur. Semper enim videndū est, ad quid agatur: quia secūdū modū agēdi formatur sententia. *j. de simo. licet Hely. & j. de accu. super his.* & melius *c. qualiter. & qñ.* nec eñ potestas iudicandi vltra id extēditur, quàm in libello est deductū. *ff. cōi. diui. l. vt fundus. Arg. cōtra. j. de conces. preb. ex parte & 24. q. 3. ecce. & j. de confes. cum super. & s. de elec. per inquisitionem & ff. de adul. l. 2. § si publico.* vbi accusatori conuictus in modum exceptionis punitur, sed testis non punitur, licèt crimen ei in modum exceptionis probetur: vt dicitur *j. de excep. denique.* nec infamis reputatur, vt hîc, licèt eius testimonium reprobetur. *ff. de his, qui no. infa. Lucius.* Item quid dices, si probetur excōicatio in modū exceptionis contra aliquē, vt repellatur à testimonio, vel ab electione, nunquid debet vitari? Pōt dici, quòd si ex tali facto publica fama laborat, nō est ei cōicandū. *j. de sen. excommuni. cū desideres. §. secunda. ar. 2. q. 1. multi. ver. si quis frater nominatur,* &c. idē dico, si in modū exceptionis crimē ꝓbetur testi, qđ impedit promouēdū. *ar. s. de elec. super eo. vt si grauata sit eius opinio. j. de testi. testimoniū.* nec sufficit, quòd ex tali facto non irrogetur infamia, sed quòd eius opinio in nullo vacillet. *33. dist. laice.* sicut dicit lex de eo, qui fustibus cæsus est, licèt non sit infamis, tñ ad honores non debet admitti. *ff. de decu. eos. sic C. de adul. & si libidine. 81. dist. tantis Daniel. j. de accu. omnipotentes. & C. de procu. l. venus.* & sic propter talem infamiā facti potest induci purgatio. *arg. j. de sen. excōi. cū desideres. § secunda. & 2. q. 1. multi. ver. si quis pater nominatur.* Ad contraria signata superiùs dicas, quod illud *c. 2. ecce.* intelligitur, cū de crimine cōstat siue accusando, siue denunciando, aut inquirendo: & quocunque tali modo constet, punitur: & ideo dicit: ecce crimina vndecunq; claruerint, &c. Ad illam decretalē, cū super. sic respondeas, quia ibi testis in iure confessus est, & crimē illud continebat causam, de qua agebatur, vnde punitus fuit. *j. de exceptionib. denique in fi.* & ei obiectū fuit, quòd esset particeps

a Et hoc est contemplatione rei familiaris secundū Inn. qui etiā hic quærit, quod si abbas succubuit in exceptione: postea militibus contra ipsum agētibus obtinuit in interdicto, & absolutus est ab ipsorū impetitione: demū Abbas reincipit eandem quæstionem, nunquid obstabit ei exceptio prædicta spoliationis, vel sententia? Dic, quòd nō propter æquitatē supernenientis sententiæ. ff. commod. l. in commodato. §. si. *propter quam æquitatem, is qui tulit interlocutoriam ipsam reuocare debet.* ff. de re iud. quòd iussit. *Ioan. And.*

b Intellectus c. ecce. 24. q. 3. & aliorum diligenter adnotandi.

simoniæ: vnde interrogatus, & confessus punitur. In illa, per inquisitionem agebatur, ibi: tam in capite, quam in membris. Ad legem illam *ff. de adulter. l. 2. § si publica,* potest dici, quòd iudex, qui cognoscit de adulterio, ex officio suo punit maritū de lenocinio sine accusatore: quia cùm exceptio lenocinij non prosit vxori, obesse debet marito, aliàs maritus non puniretur de crimine: quod esse non debet: quia publicæ vtilitatis est, ne crimina remaneant impunita. *j. de sen. excom. vt famæ. & ff. ad l. Aquil. ita vulneratus.* versus finem.

c ¶ *Reprobatur.*] Ar. cōtra. *j. de test. cum tu.* vbi dicitur: ne periurij reatu notentur. sed illud intelligitur quoad factum, & opinionem. & quod hîc dicit referas ad ius: quia de iure non censetur infamis: sed infamiam facti forsitan non euitat, vt ibi dicitur. & hoc dicitur expressè *ff. de obseq. à lib. & liber. parentibus, & patrono præst. l. 2.* Bernard.

probatur[c], inter infames, quasi ex falso testimonio, non habentur.

¶ Honorius iij. Ludouico Regi Francorum.

¶ *Petenti hæreditatē, obstat exceptio natiuitatis, quæ priùs debet corā Ecclesiastico Iudice terminari. Hoc dicit secūdùm glossam, intelligēdo quòd hîc erat priùs corā Iudice sæculari petita hæreditas, & exceptum fuit de illegitimitate.*

CAP. IV.

TVam non credimus latere prudentiam, causam natalium Reginæ Cypri ad examen nostrum (vt pote quæ ad forum Ecclesiasticum[d] pertinet) esse delatam: *& infrà.* ¶ Quia verò antequam natalium causa terminata esset, dependentem ex illa[e]

TVam nō credim[9].] Pendēte causa nataliū corā ecclesiastico iudice, quæstio hæreditatis ex illa depēdens, per sæcularē iudicem inchoari nō debet. h. d. extra glo. intelligendo, quòd hæc causa legitimitatis fuit mota priùs corā iudice ecclesiastico: & ea pēdēte petebatur hæreditas corā sæculari. Primò narrat factū de præterito. Secundò prouidet circa futurum ibi. *Quia verò.* Abbas.

CASVS. Mortuo comite Campaniæ sine prole, regina Cypri dicebat, quòd debebat illi succedere in comitatu tāquā proximior. Quidam alius hoc intelligens accessit ad dñm Papam proponēs, quòd cùm ipsa regina non fuisset de legitimo matrimonio nata, dicto comiti succedere non debebat, sed ipse: quod paratus erat probare in præsentia domini Papæ, petens ab ipso, vt mandaret regi Franciæ, vt si forsitan dicta regina super successione comitatus prædicti, coram ipso proponeret quæstionem, non audiret eandem, donec causa natalium (ex qua illa dependebat) fuerit terminata: quod Papa non distulit adimplere: mortuo autem ipso rege, cui Papa prædicta mandauerat, successit ei Ludouicus filius eius: vnde Papa scribit eidem suprà eo negotio, credens prudentiam ipsius non latere, causam natalium dictæ reginæ, quæ ad forum ecclesiasticum pertinet, ad examen ipsius esse delatam, & licèt Papa dictam reginam in suo iure velit fouere: tamen quia antequam causa natalium terminata esset, incipere causam successionis dependentem ex illa, nihil aliud esset quàm negotium ipsum diuersis processibus intricare, & ordinem iuris perturbare: & ideo si ab ipsa regina fuerit requisitus super hoc, patienter expectet, donec causa natalium per sedem Apos. fuerit terminata. Not. quòd causa natalium ad forum ecclesiasticum spectat. Item causa natiuitatis præiudicialis est ad causam successionis, & ideo primò debet terminari: si contrarium fieret, ordo iuris peruerteretur: quod esse non debet: nec valeret processus successionis, si legitima non pronunciaretur. Item negotium diuersis processibus non est intricandum.

d ¶ *Ad forum ecclesiasticum.*] Et ita causa natalium ad Ecclesiā pertinet. Quæ sint illæ causæ, quæ spectant ad ecclesiasticum forum, dictum fuit *s. de for. cōpe. cùm sit. & c. licet 1. & c. ex tenore.*

¶ *Glo. seq. distinguit: aut duæ quæstiones ciuiles sunt principales, aut altera incidens, & tunc quandoque ciuilis incidit, &c.*

e ¶ *Dependentem ex illa.*] Ex hoc loco satis patet, q̄ si quæstio præiudicialis incidat in causa, de ea sola primò est cognoscēdū, antequam de principali: quia ea probata principalis quæstio est perēpta, vt hîc dicitur. Et not. q̄ si duæ sint principales quæstiones, & sunt ambæ ciuiles: quæ primò ꝓponitur, primò tractatur, & vna sentētia terminatur. *s. eo. c. prox. & ff. de iud. qui prior.* Sed quādoque quæstio ciuilis incidit, & præiudicat ciuili, & tūc de incidenti est antea cognoscendū & pronunciandū: vt si quis agit de hæreditate directè, & alter incidenter proponat, q̄ nō sit legitimè natus, de hac est antea pronūciādū, vt hîc. & *j. qui fil. sint legi. Lator,* vel si proponatur quæstio seruitutis: & hæc primò expedienda est. *3. q. 11. §. si de hæreditate. & C. de ord. co. l. 1.* quādoque quæstio ciuilis præiudicat criminali, & est primò tractāda, vt si aliquis qui credat se liberū, accusetur de crimine. & postea moueatur ei quæstio status, primò tractabitur incidēs quæstio de statu. *3. q. 11. §. si crimen. & C. de ordi. cog. l. 3. & C. ad l. Iul. de adul.* quoniā Alexandrum,

c Dum Host. quod hoc loquitur, quando non periurium, sed aliud crimē, quodcūque vis obijcitur testibus quādo de periurio committitur, & tūc est speciale, quod de cætero vt infamis à testimonio repellatur. infra de testi. testimoniū. Ioan. And.

Quæstiones præiudiciales sunt in quadruplici differentia.

xandrum.& C.ad l.Iul.de pla. prases prouincia. Quandoque criminalis praeiudicat ciuili. [a] vt 3. q. 11. §. aliquando. ver. ciuile. Quandoque criminalis praeiudicat criminali. 3. q.11.dicto.§.aliquando.c.prius est. vbi de hac materia habes satis.& sic quandoque vna quaestio dependet ab altera:& tunc non sunt simul tractandae: quia sic esset diuersos intricare processus, & sine vtilitate simile. s.de in.exhibita. vbi simul de principali & exceptionibus cognoscere voluerunt iudices: quod esse non debet s. de offi. dele. prudentiam. §.sexta.& s. de foro compe. ex parte. & c.ex tenore.

a ¶ Successionis.] Super comitatu Cam, anię,in quo dicebat regina ista se debere succedere.

b ¶ Patienter expectes.] Et ita patet, quòd iudex ciuilis etiam incidenter, & per reconuentionem de causa spirituali cognoscere non potest. j. qui fi. sint leg. causam 1.& c. lator. & hic. De hac materia dictum est j. de iud. at si clerici. [b] Sed contra:videtur, quòd saltem incidenter de tali quaestione cognoscere possit. C.de iudi.quotiens.C.de ordi.iu.l.adite.ff.de in.om.iudi.si.vidcm. & ff. de iudi. qui non cogitur. sed est verum,quod priùs dicitur, licet secus sit in contrariis in causis ciuilibus.

successores [a] causam incipere, nihil aliud esset, quàm diuersis, processib. intricare negotium,& confusione quadam iudicij ordinem perturbare: si fortè ab ipsa Regina fueris super hoc requisitus, donec iam dicta causa natalium Apostolico iudicio finem acceperit, patienter expectes [b].

¶ Gregorius ix.

¶ Agens possessorio recuperanda, non tenetur ante restitutionem suis spoliatoribus (nisi super quaestione spoliationis) respondere : potest tamen ab agendo repelli per exceptionem spoliationis. h.d.

CAP. IV.

SVper spoliatione conuentus, aduersus restitutionem petentem[c] non est (nisi super quaestione spoliationis) si eum reconueniat, audiendus: Cum restitutionis petitio in hóc priuilegiata noscatur, vt ipsam intentans, non cogatur ante restitutionem, spoliatoribus respõderet: Quanquam ab agendo (spoliatione ab eis in modum exceptionis proposita †) repellatur.

SVper spoliatione.] Agens interdicto vnde vi, non reconuenitur nisi de alia spoliatione : de qua etiam excipi potest contra eum. Diuiditur. Nam primò dicit quid iuris cùm agens possessorio reconuenitur. Secundo, quid iuris cum contra eum excipitur ibi, *Quanquam*. Prima subdiuiditur. Nam primò ponit dictum, exceptionem interserens. Secundò submittit rationem dicti ibi, *Cum restitutionis*. Abbas.

CASVS. Aliquis fuit spoliatus ab aduersario suo: spoliatus suum spoliatorem traxit in causam, petens restitui sibi rem illam, qua eum spoliauerat : spoliator volebat eum reconuenire. quaeritur, quid iuris sit? Rñdet, quòd spoliator iste non est audiẽdus volens reconuenire spoliatum, nisi eum reconueniat de alia spoliatione: quia petitio spoliationis in hoc priuilegiata est, vt qui illam intentat, non cogatur rñdere suo spoliatori, antequam fuerit restitutus. Sed si spoliator in modum exceptionis opponat de alia spoliatione contra ipsum spoliatum, repellit eum ab agendo. Not. quòd quaestio spoliationis priuilegiata est, vt spoliator non possit reconuenire spoliatum iudicio petitorio. Item spoliator potest opponere de alia spoliatione in modum exceptionis.

¶ Gl. se. no. quòd licèt agenti possessorio non referatur quaestio dominij, tamen agenti petitorio, vel possessorio refertur quaestio spoliationis: & tunc aut in modum actionis, aut exceptionis &c. Secundo instruit reum spoliatorem, qui etiam spoliatus, vt videat, quod sibi magis. & c. Vltimò format duas quaestiones, & illas soluit.

c ¶ *Restitutionem petentem.*] Qui enim petit restitui, ab aduersario reconueniri non potest petitorio, sed super alia spoliatione bene potest : vt hîc dicitur : nec potest ei referri quaestio proprietatis ab eo super eo, de quo conuenitur. *ff de iud. si de vi, & possessione* [e]. & C.de rei ven. ordinarij.& j. de rest. spo.c. in literis. c. item cum quis.& c.ex conquestione. nisi primò fuerit restitutus: vt hîc,& j. de rest. spo. solicite. Vnde not. quòd vbi duae quaestiones possessoriae proponuntur à diuersis, illae possunt simul tractari, vt hîc secundum illam regulam, Qui prior appellat, prior agat. *ff. de iu. qui prior.* & tunc vna sententia debet terminari. s. eo. cum dilectus. quia vtraque spoliatio priuilegiata est. Si verò vnus agit petitorio, & alter possessorio : distingue qualiter reus obiiciat spoliationem. Si enim petat directè restitui, duae sunt petitiones: quia in modum actionis fit reconuentio de spoliatione, & tunc simul tractandae sunt: vt s. eod. cùm dilectus. [b] Si in modum exceptionis proponatur spoliatio, tũc primò tractatur exceptio spoliationis, secundùm quod dicitur in illa decre. cum dilectus. Si verò quis agat de spoliatione, contra suum spoliatorem, vel etiã de re alia : tunc spoliator potest opponere exceptionem de sua spoliatione, & in modum actionis, & in modum exceptionis, vt hîc dicit. Sit ergo cautus quid sibi magis expediat, vtrum agere directè, vel excipere. Si magis expediat reo possidere rem aduersarij, quàm suam recuperare, excipiat : quia probata exceptione sua, non compellitur respondere, nisi primò fuerit restitutus : vt in c. cùm dilectus. Si magis expediat recuperare rem, qua est spoliatus, proponat spoliationem suam directè, & ea probata restituetur: vt colligitur hîc & c. cum dilectus. & idem si petitorio agatur: quia reus dupliciter potest proponere suam spoliationem: vt s. eod. ti. cum dilectus. Et hoc cùm super diuersis rebus sit cõuentio, & oppositio spoliationis. Secus videtur, quando super eadem re fit conuẽtio, & reconuentio: quia tunc vtilius est proponere spoliationem in modum actionis. j. de resti. spo. ex conquestione. quia restituetur in eo casu ante ingressum principalis causae. Si verò in modum exceptionis, non restituetur, sed repellit agentem: & sic vtroque casu praeiudicat quaestio spoliationis in hoc casu. Item recompensatio non potest opponi petenti restitutionem: quia sic indirectè admitteretur recõuentio. C. de compen. l. vlt. arg. j. de except. cùm inter. in fin. Item in momentanea possessione cessat reconuentio. C. qui leg. perso. habet standi in iud. vel non. l. vlt. Sed si ago contra te possessorio, & tu reconuenis me possessorio, & ego excipio contra te in modum exceptionis, de spoliatione eadem, quia conuenio te, nunquid debeo admitti? Dico, quòd sic: quia ad aliud proponitur vt actio, ad aliud vt exceptio. *ar. ff. de inoff. test. contra veteranis.* aliàs est l. Papinianus. §. sed neque impuberis, [e] & j. de test. veniens. 2. & c. cum in tua. Sed quid si ille excipiat de sua spoliatione? dico, quòd potest, & elidit actionem meam, & ita remanet conuentio, & reconuentio inefficax. si autem expediret ei magis agere, quam excipere, proponat de sua spoliatione in modum replicationis, & sic per replicationem elidit exceptionem meam, & sic remanet conuentio, & reconuentio efficax.

TITVLVS XI.

De plus petitionibus.

¶ Gregorius ix.

¶ Ponit quatuor modos plus petendi, & poenas plus petentium.

CAP. I.

COncilũ † prouidentiae dici non potest, quòd pecuniã tibi debitã, ante terminũ ab aduersario repetisti. ¶ Punitur enim importunitas plus petentium, si super petitione sua duxerint in iudicio [d] persistendum:

DE PLVS PETITIONIBVS.

¶ Continuatur secundum Gof. & Ioan. And. quia plerunque in iudiciis plus petitur, ideo, &c. Vel sic. supra in prox. rubr. dictum est de ordine cognitionum. Verum, quia interdum. excipitur a reo, rem plus petere, & dubitari posset de ordine, & modo procedendi, ideo subiicitur, &c. Abb. Sicul.

COnsilium.] Diuiditur in duas partes. secunda ibi, *Te quoque*. Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis mutuauit pecuniã alicui amico suo restituendã sibi certo termino: ille ante terminum repetebat pecuniam: respõdebatur ei, quòd nõ poterat eã repetere ante terminũ: immò de hoc puniri debebat: cõsuluit Papam super hoc: respondet ei Papa: non fuit cõsiliũ prouidentiae, quod ante terminum pecuniam tibi debitam repetisti. vnde punitur importunitas plus petentium, si in iudicio persistãt in sua petitione: hoc modo, vt qui plus petit re, siue causa, in expensis aduersario condemnetur: qui plus petit loco, ad interesse teneatur, pro eo quòd vtilitas adimitur debitori, quã habuisset, si loco statuto soluisset, & ei qui plus petit tempore, duplicantur induciae nec respondere tenetur, nisi ei soluantur expensae.

¶ Glo. seq. vers. per q. vsque ad quod tempus, &c. alleg. quòd ante lit. contesta. secundò alle. quòd ante sententiã primum tenet l. in. duci, quam tamen fatetur in alio casu loqui.

d ¶ *In iudicio persistendum.*] Et ita si volũt desistere à petitione, licitũ est, nec puniũtur: & hoc possunt facere vsque ad li. contest. postea verò non possunt desistere sine poena. *C. eod. tit. l. vnica.* sic quòd licitum est ei poenitere ante litem conte. *ff. rem ra. habe. amplius non.* Sed videtur, quòd licitũ sit poenitere, quãdocunq; ante sententiã: vt *ff. de inoff. test. contra veteranis.* aliàs est l. Papinianus. §. meminisse. & *C de his quibus vt indig. alia.* & *C. ad l. Cor. de fal. qui tur falsas.* & *C. loca. conductores.* in quib. potest poenitere ante sñiam. Sed prius dictũ verius est, quòd ante lit. conte. poenitere dẽt: aliàs puniuntur in expẽsis. *C. eo. l. vnica.* & hîc. Et hoc etiã cùm re, aut si quod sit. causa plus petitur. Sed lex illa loquitur, cũ aliquis per dolũ super maiori

a Vt C. si quis an. test. prohi. l. 1. vel petẽs hareditatem accusat, quod testamentum cõpulit, vt eum haredem instituerent, & dis habetur satis in Spe. de inciden. quaestio. in princ. Ioan. An.

b Concor. l. omni. inno. uatione. C. de sac. eccl. & que no. supra de iu. in si clerici.

c Sequitur, quaeratur, prius cognoscendum de vi, quàm de proprietate rei. Io. And.

d Concor. Auth. quas actiones. & ibi Bart. C. de sac. san. Eccle.

† Vide text. in l. bona fides. cum no. ff. depositi.

† In omnibus manuscriptis legitur, opposita.

† De materia huius capitis vide latissimè per Iaso. in §. si quis agens. & seq. Instit. de actio.

e Substituit directè filio impuberi, eo mortuo contra matrem impuberis agentem de inofficioso, dicit testamentum illud fuisse paternum: contra fratrem testatoris dicit illud fuisse filij. Ioann. And.

f Vel donec aduersarium refecerit expensas. Interim quoniam enim esset, si non restitueretur expensa, quas fecisset ante lit. conte. vnde dicit Hostien. sic quòd licet ante li. contes. desistere possit: tenetur tamen ad interesse aduersario, si quod sit. Ioan. And.

maiori quantitate exigit cautionem. & ille si persistat à toto debito punitur exceptis duobus casibus, scilicet transactionis, & secundæ confessionis, qui excipiuntur in l. illa. & ita de aliis plus petitionibus loquitur hic.

a ¶ *Plus loco.*] Qui petit alio loco, quam vbi conuenit, ad interesse per officiū iudicis potest cõueniri, in eo in quo dãnificatur, quòd in alio loco conueniatur *ff. de eo quòd cer. lo. l.2. §. fin.* De hoc interesse dictum est *s. de offi. dele. P* & G.

† *In codice Barbatiæ clarius sic: ita quodque re plus petunt, sine causa, &c.*

† *Vide l. 1. ff. de eo quod cer. loco.*

† *plus*

b ¶ *Amplius tempore.*] In istis quatuor modis plus petendi olim puniebatur in tota causa *Insti. de act. §. si quis agens.* & *Insti. de exce. §. appellantur.* Sed hodie non ita puniuntur: quia enim quis ante tps petit, induciæ duplicantur, & nihilominus in expensis punitur, *Inst. de excep. §. hodie autem.* & hic. a Si autem re, causa, loco plus petat. & reus aliquid damnum sustinuit circa sportulas, actor triplicem pœnam patitur, *In. de act. §. tripli.* & *§. sed hoc quidem antea.* & in aliis expensis condemnabitur: vt dictum est in litera.

a *Adde ad materiam huius c. gl. l. 1. & ibi Bart. ff. eo.*

ita † quòd qui repetunt amplius sine causa, in expensis aduersario condemnantur. ¶ Qui autem plus loco a ad interesse tenentur: † pro eo quòd vtilitas adimitur debitoribus, quam haberent, si statuto loco soluissent.

¶ Si verò à quo ampliùs b † tempore petitur, induciæ duplicantur: nec litem excipiet, nisi ei soluantur expensæ.

¶ Te quoque dubitare non credimus, quòd causa plus petitur c cum aliquid in genere, vel sub alternatione debetur, & rem in specie, vel vnum præcisè peti contingit. Re autem, si decẽ sint debita, & viginti petantur. Loco verò, cum quis non vbi conuenit soluere, sed alibi conuenitur. Tempore quoque, cùm ante diem, vel conditionem petitur.

TITVLVS XII.

De causa possessionis, & proprietatis.

¶ Gregorius Duci † Siciliæ.

¶ *Causa possessionis, & proprietatis sub eodem Iudice terminari debet, nec contra absentem est pronunciandum.*

TE QVOQVE. Casus. In §. isto exponit quatuor modos prædictos plus petendi. Ille petit plus, cũ, qui cũ aliquid debetur sibi in genere, vel sub alternatione, rem in speciè, vel vnum præcisè petit. Re verò plus petit, si x. sint debita, & ipse petit xx. Loco plus petit, cùm quis alibi conuenitur, quàm soluere conuenit. Tempore plus petitur, cùm ante terminum, vel conditionem petitur, quod debetur. Not. hic quatuor modos plus petendi, & pœnam eius, qui contra facit. Item qui plus petit re, sine causa, condemnatur aduersario in expensis. Item qui plus petit tempore, vel loco ad interesse tenetur.

† *Aliàs, Felici, in pluribus exemplaribus scriptis, habetur autem hoc apud Greg. li. 7. registri indictione 2. Epistola 78. siue 100. & ca. 1. eo. tit. in 1. compila.*

c ¶ *Causa plus petitur.*] Hic exemplificat prædictos quatuor modos plus petendi: quia causa plus petitur, vt puta promisi tibi x. vel Stichum, in optione mea est soluere, quem volo. *C. de con. inde. si quis seruum. ff. de iure. do. plerumque. §. fi.* vel promisi hominem in genere, non istum, vel illum: si tu petis à me præcisè x. vel Stichum, auferre vis mihi electionem, b quod esse non debet, vnde puniri debes in damnis, quæ sustinui, vt dictum est, vt *Instit. de act. §. hic autem.* & *§. præterea.* Loco & re patet in ipsa litera. Tempore, vt si promisi tibi x. soluere vsque ad annum, & tu antea petas: vel promisi tibi, si Imperator intraret Italiam, & tu petis ante conditionem extantem. Exemplum de his habes *Instit. de actio §. plus autem quatuor modis.*

b *Et per hoc patet pœnã locum habere, etiamsi re, petat, quod est Velus. Vt dicit hic Franc. & patet insti. de actio. §. præterea. Ioan. And.*

ADDITIO. Vnde isti quatuor modi plus petendi comprehenduntur in hoc versu: *Plus petitur causa, vel tempore, reque, locóque.*

DE CAVSA POSSE. ET PROP.

¶ *Dictũ est supra de ord. cog. Verũ quia dubitari posset de ordine adhibendo cum causa possessionis, & proprietatis, ab eodem, vel diuersis deducuntur in iudicium, merito hic subiicitur. Abbas.*

SVsceptis.] Doctores nostri non summant, sed ponunt casum, forte quia actor præsens petebat reum absentem condemnari in vtroque, s. in causa possessionis, & proprietatis: aut quòd Papa cãm possessionis committeret vni, & causam proprietatis alteri. Papa verò respondit vt in litera. Vel primò petiit vnum, vt vtrunque iudicium diuersis iudicibus committeretur: & ab hoc repulsus petiit secundum, vt saltem Papa pronunciaret: & iterato fuit repulsus, ratio repulsionis habetur in litera, & potest hæc decre. summari vt in rubro. Et secunda pars ibi *Nec nos.* Abbas.

CASVS. Quidam Felix nomine de Sicilia habebat cãm cũ aduersario suo, petebat à Papa, vt causam possessionis committeret vni iudici, & cãm ꝓprietatis alij. Ad hoc rñdet Papa, quod legali prouisione decretum est causam possessionis, & proprietatis sub vno, & eodẽ iudice debere cognosci, vñ non admittit petitionẽ ipsius. Itẽ petebat à Papa, vt contra aduersarium suum absentem diffinitiuam proferret sniã & ipse rñdet, quòd cõtra inauditã partem, & absentem nihil potest diffinire. Not. quòd causa possessionis, & proprietatis apud eundem iudicem debent cognosci, & finiri: & sic continentia causæ diuidi non debet. Item contra absentem non contumacem, non est procedendum.

d ¶ *Momenti.*] Id est, possessionis. Et dicitur possessio, momentum, non quia durat per momentum, sed quia c parum duratura est apud possessorem, cum actor docuerit de proprietate: & à sententia momentaneæ possessionis secundum l. non appellatur. *C. si de momen. pos. l. Vnica. & 2. q. 6. c. ex quo. ad fin. §. de possessione.* secus secundum canones. *s. de iudi. c. fin.*

c *Dicebat Tanc. quia apta est tãtum per momentum durare. idẽ Gof. & Ho. est ergo momentanea ab aptitudine, & ui actu. & lex Aquilia dicitur pœnalis, quia apta est ad pœnam: non tamen semper est pœnalis. Inst ad l. Aquil. §. his autẽ. secundum Host. Ioan. And.*

CAP. I.

SVsceptis: *& infrà.* ¶ Legali prouisione decretũ est tam momenti d, quàm proprietatis causam sub vno, eodemque Iudice debere cognosci. † ¶ Nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffinire e.

¶ Cælestinus iij.

¶ *Si actum est possessorio, & petitorio, potest Iudex receptis probationibus super vtroque priùs discutere probationẽ super possessorio, & illud terminare. h. d.*

CAP. II.

AD † vltimum interrogati fuimus, si Iudices deputati vt de possessione, & proprietate cognoscant, grauibus partium sumptibus parcere cupientes, de vtraque commixtim audiant allegationes, pariter & testes admittant †: deinde priùs audiant attestationes de possessione, & pronuncient h secundùm tenorem illarum, vtrum licitè hoc agatur. ¶ Nos autem (cùm hoc sit in iure ciuili expressum i)

e ¶ *Glo. seq. obiicit, & sol. uit, signat contrarium & ibi remittit.*

e ¶ *Sub Vno.*] Sed quare dicit, cum alia sit causa possessionis, & alia proprietatis, nec habeant aliquid cõe. *ff. de excõ. res iu. & an eadẽ §. Vlt.* & *ff. de acq. pos. naturaliter. §. nihil commu. & l. permisceri.*] Hoc ideo dicit: quia continentia causæ diuidi non debet. *j. de se. c. l. §. Papa.* & *C. de iudi. nulli.* hoc est dicere, iudex qui cognouit de poss. ssione, debet cognoscere de proprietate. Et ita expone in vno, eodemq; iudicio. i. coram eo. iudice, vt dicunt iura prædicta: quia facilius cognoscit de proprietate, qui cognouit de possessione. *Ar. contra. s. de in. significauerunt.* Sed ibi erant diuersi fori, hic eiusdem. & sic non contradicunt.

† *Vide text. in l. 1. per totum tit. ff. de qui. re. ad eun. iud.*

† *Ca. vnico eo. tit. in 2. compil.*

† *Alias, recipiant.*

¶ *Gloss. seq. ponit tres lecturas Vltimi Versiculi.*

f ¶ *Diffinire.*] No. quòd dicit, *diffinire*, quasi diceret, diffinitiuam sententiam contra absentem non possumus proferre ante litem contest. *s. Vt lit. non conte. per totum.* vel dic, non possumus diffinire, etiam lite contestata contra inauditã partem: quia non loquetur de causa. Et ideo præcisè diffinire non possumus, quin salua sit ad minus quæstio proprietatis absenti. *j. de do. & contu. prout. & s. Vt lite non contest. quoniam. §. pen. & C. quõ. & quando iud. l. consentaneum.* Et ita duobus modis potest intelligi particula ista, vt *lit. non cont.* vt sic non fiat diffinitio, sed propter cõtumaciam in possessionem missio, vel lite etiam contest. quando non liquet de causa. Vel tertio modo: quia cõtra absentes nõ citatos, non conuictos, non confessos, nihil possumus diffinire. *s. de ma. & obe. inter quatuor.* d & sic plana est litera. Bernardus.

d *Concord. l. 1. C. de exe. rei iud.*

AD *Vltimum.*] Si possessorio, & petitorio simul est actum, potest iudex priùs possessorium terminare. Communis diuisio. Secunda ibi, *Nos autem. Abbas.*

CASVS. Causa commissa fuit quibusdam iudicibus, quoad possessorium, & petitorium iudices volentes parcere laboribus partium, & expensis. de vtraque quæstione commixtim audiunt allegationes, & testes recipiunt: postmodum audiuit allegationes, & testes super possessione, & pronunciant secundùm tenorem illarum, quæritur, vtrùm hoc licitè fieri possit? Respondet Papa, quòd licitè illud fieri potest, cùm etiam sit in iure ciuili expressum. Not. quòd causa possessionis, & proprietatis simul tractari possunt, aliàs causa possessionis præcedere debet.

g ¶ *Deputati Vt de possessione, & proprietate.*] Quia causa est eis vtraque cõmissa, & idem est, si simpliciter causa indiffinitè committitur: quia vtraque causa intelligitur esse commissa. *j. de sequestra.* ad hoc quia diuidi non debet continentia causarum. *s. c. pro. C. de iudi. nulli.* Sic & causa proprietatis, & vsusfructus apud eundem iudicem sunt tractandæ. *ff. de libe. cau. si pariter.* sic & in aliis *ff. de qui. rebus ad eundem iudic. eatur. l. 1.* Bern.

g ¶ *Pronuncient.*] s. super possessione.

¶ *Gl. se. al. 4. conc. subdens de iure canonico simul petitorio, & possessorio ab eodem agi posse: quam dicit fuisse opinionẽ M. Sed Ioã. contra, & remittit. Armũ dupliciter exponit hoc, prius, hic positũ.*

h ¶ *Expressũ.*] s. q priùs audiãt attestationes de possessiõe, & pnũciẽt sup illa: illud est expressũ in iure ciuili. *C. de rei. Vẽ. ordinarij. C. de inter. incerti iuris ñ est. ff. de ac. pos. exitus cõtrouersia ff. de iudic.*

quòd licitè possit fieri, rñdemus.

¶ Innocentius tertius Archiepiscopo, & Canonicis Sutrinis.

¶ Si spoliatus possessorio, & petitorio simul agens, possessionem, & spoliationem probat, sed non dominium, seu proprietatẽ, obtinebit in possessorio, sed succumbet in petitorio.

CAP. III.

CVm † Ecclesia Sutrina pastore vacaret, vos conuenientes in vnum [a], & (sicut moris est) Spiritus sancti gratia inuocata, pastorem vnanimiter elegistis: petentes ipsius electionem à sede Apostolica confirmari. Verùm Clerici conuentualium Ecclesiarum ciuitatis eiusdem, consequenter suam deposuere querelam: quòd cùm in Episcoporum electionibus, ipsi, ac prædecessores eorum consueuerint interesse, vos eis retinentibus, & exclusis, ad electionem procedere præsumpsistis: quam ob hoc non confirmari, sed infirmari potiùs postulabant. ¶ Partibus igitur apud † sedem Apostolicam constitutis, in auditorum præsentia testes vtrinque producti fuerunt: & eorum depositionibus publicatis, pars Canonicorum per testes à se productos intentionem suam, quòd ad eos tantùm spectaret [b] electio, sufficienter dicebant † esse probatam: parte Clericorum nihilominus asserente, quòd per dicta testiũ, quos produxerant, & ipsa assertionem suam (quòd electioni Pontificum interesse deberent) pleniùs probauissent: per quæ constare dicebant, eos electionibus trium Episcoporum, (qui Ecclesiæ Sutrinæ vltimò [c], & immediatè præfuerant) cum Canonicis cathedralis Ecclesiæ affuisse, vocémque habuisse [d] cum aliis eligendi. ¶ Nos igitur (quoniam deprehendimus testes vestros in perhibendis testimoniis varios † extitisse: atque aduersùs fidem attestationis suæ coram auditoribus vacillasse [e]:

de iudic. si de vi. & possessione. Tamen secundùm iura canonica simul potest procedi su. et vtraque quæstione, & vna debent sententia terminari. j. *eod. c. prox. & c. cum dilectus.* ita quòd primò pronuncietur super possessione, & incontinenti super proprietate: vt ibi dicitur, & *c. cum super.* & ita causa possessionis, & proprietatis ab eadem persona intentari potest simul: & vno iudicio tractari, & terminari: quia non sunt ista contraria. de hoc dicetur j. *eod. pastoralis. & c. cum dilectus.* & in hac opin. fuit dñs M. & eius sequaces. dñs Ioan. & eius sequaces volunt stare ll. prædictis. [a] sed illa diuersitas determinabitur. j. *eod. pastorales. & c. cum dilectus.* & quod dicit hîc, quòd primò pronuncient super possessione, nihilominus de proprietate pronunciare debent incontinenti: ex quo simul est actum, & publicatio simul facta, & de vtraque liquet: aliàs differtur quæstio proprietatis. j. *de test. significauerunt.* aliàs si volunt differre iudices iudiciũ proprietatis, nec testes publicare cum aliis, etiam possunt procedere super possessione tantùm. & sic intellige, quod hic dicit, vt concordet iuri ciuili, prout dicit in fine: aliàs contradicent iura ciuilia: tamen secundum canones, si aliquis vult agere simul vtroque iudicio, index simul expedire debet vtrumque. j. *c. prox.* [b] *& c. cum super. & c. cum dilectus.* aliàs cõtradicerẽt. hîc iudices ex officio suo hoc fecerunt, vt commixtim audirent, sed priùs volebant procedere super possessione, quod licitum est secundùm iura ciuilia, nec canonica contradicunt.

CVm Ecclesia.] Duæ sũt partes principales. In prima ponitur facti, & processus narratio: in secunda diffinitio ibi. *Nos igitur.* Prima subdiuiditur in quinque. Primò enim ponit petitionẽ actoris. Secundò reconuẽtionem reorum ibi, *Verùm.* Tertiò modum processus ibi, *Partibus ergo.* Quartò allegationem actoris ibi, *Pars canonicorum.* Quintò allegationem reorum ibi, *Parte clericorum.* Secunda principalis subdiuiditur in duas. Nam prima diffinit possessorium. Secunda petitorium ibi, *Verùm.* Abbas.

CASVS. Ecclesia Sutrina vacante, canonici conuenientes in vnum, & inuocata spiritus sancti gratia, pastorem communiter elegerunt, petentes postmodum electionem ipsius per sedẽ Apost. confirmari: clerici conuentualium Ecclesiarum ciuitatis eiusdẽ, opposuerunt se huic electioni in auditorum præsentia, proponẽtes quòd cum in electionibus episcoporum ipsi, ac eorum prædecessores consueuerant interesse, canonici Sutrinenses eis contemptis, & exclusis, ad electionem procedere præsumpserũt: vnde nõ confirmari, sed infirmari potiùs petebant eandem, petitorium, & possessorium similiter intentantes: lit. contest. testes recepti fuerũt: vtrinque attestationibus publicatis, pars canonicorum dicebat intentionẽ suã esse probatam sufficienter, quòd ad eos tãtũ spectaret electio: pars clericorum asserebat, quòd per dicta suorum testiũ plenè probauerat, quòd electioni Põtificis interesse debebãt, & quòd in triũ epõrũ electionibus, qui vltimò, & immediatè Ecclesiæ Sutrinæ præfuerant, vocem habuerant cum canonicis, eligẽdi. D. Papa examinatis attestationibus antedictis, deprehendit testes canonicorum in perhibendis testimoniis varios extitisse, & vacillasse cõtra fidẽ suam, & quòd negatiuam probare nitebantur, vt ad ipsos, & nõ aduersarios pertineret ius eligendi: pars vero clericorũ sufficienter ostẽdit, quòd in tribus electionibus epõrũ, de quibus præmissum est, fuerũt præsentes, & habuerunt vocẽ eligẽdi. Vnde Papa electionẽ præmissam factã cõtemptis, & exclusis clericis antedictis cassauit reducẽs clericos ipsos in eã quasi possessionẽ, quã ante motã cõtrouersiã habuerũt: verũ quia vtraq; pars, quicquid iuris habuerat, in quæstione prædicta deduxerat in iudiciũ, & iure ciuili sit cautũ nõ solũ illud venire in iudicium, de quo dictũ est, vt veniat: sed etiã illud venit in iudiciũ, quod nominatim nõ est prohibitũ: & secũdũ statuta canonica electiones epõrũ ad canonicos cathedraliũ Ecclesiarum nõ est dubiũ pertinere, nisi secus alibi obtineat de consuetudine speciali: & licèt clerici prædicti probauissent tertio se interfuisse in electionib' episcoporũ de quibus præmissum est, ius tamen eligendi propter breuitatem temporis non perduxerunt vsque ad legitimã præscriptionẽ: vnde ius aliquod sibi acquirere non potuerunt, & actore non probãte reus debet absolui. His omnibus rationibus consideratis, Papa absoluit canonicos prædictos ab impetitione prædictorum clericorum, super faciendis electionibus epõrũ, sibi super hoc silentiũ perpetuũ imponendo. Multa notabilia hic notantur. Primò quòd testis, qui varius est in dicto suo, non valet. Itẽ qui vacillat, reiicitur. Itẽ qui negatiuam directè probare nititur, non valet. Item possessoriũ, & petitoriũ simul possunt intentari. Itẽ qui probat spoliationẽ, restituitur: & si deficit in proprietate, itaeim destituitur. Itẽ cũ simul agitur possessorio, & petitorio, primò pronunciatur super possessorio. Item de iure cõi electio epõrũ pertinet ad canonicos, nisi cõsuetudo præscripta aliud inducat. Itẽ ius eligendi potest præscribi: sed hic non præscripserunt, & ideo succubuerunt. Item actore non probante, reus debet absolui.

a ¶ *In vnum.*] Quia spiritus sanctus non euenit nisi super congregatos in vnum. 24. q. 5. c. *audiuimus. § fin autem. & Vbicunque* [d] *duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* 1. q. 1. *cum scriptura.* & 24. q. 1. *alienus.* & 20. *dist. c. vlt. in fi.*

¶ *Glos. seq. obiicit & soluit.*

b ¶ *Spectaret.*] Sed qualiter fuerant admissi canonici ad aliquam probationẽ, cũ pars aduersa diceret se spoliatam, cum nihil obiici possit spoliato ante restitutionem, nec super eo quæstio proprietatis referri. j. *de rest. spo. in literis.* & *c. item cum quis.* & *c. ex conquestione.* ĩ. *de ordi. co. super spoliatione.* Sed dicãs, quòd isti clerici cõuentualium Ecclesiarũ non tantum possessorium intentarunt, sed petitoriũ simul cum possessorio: vnde licitum fuit alteri parti de iure suo docere. Et in hoc minus cautè fecerũt isti clerici, quia quandiu potest aliquis intentare aliquid possessorium, non debet agere de proprietate. *ff. de rei ven. l. qui destinauit.*

c ¶ *Vltimò.*] Bene dicit, vltimò: quia licet quandoque fuissent in eligendi possessione, hoc non prodesset ad hoc, vt possent petere restitutionem: licèt secus sit in dñio. *C. de proba. fine.* Item bene sequitur, & immediatè: quia si non continuassent tempora, non præscripsissent *ff. de diuer. & temp. præs. l. in vsucapione. § 1.* & de vltimo tẽpore cautè dixit: quia in præscriptione vltima tempora spectanda sunt. *C. ne de statu defun. si mater.* & *c. de apoch. publ. l. quicunque* [e] *lib. 10. arg. 35. ab exordio.* & 24. *dist. quia sunt.*

d ¶ *Vocẽque habuisse.*] Cautè etiã dicit, vocẽq; habuisse, quia posset esse, quòd interfuissent causa cõsilij dãdi, & tñ nõ elegissent, nec scrutatores voluntatẽ dedissent, aut vota sua inquisita non fuissent ĩ. *de ele. Cumana Ecclesia.* & 63 *di. obeuntibus, vel fortè essent inuitati.* 63 *di. cum Hadrianus.* sed per talẽ inuitationem ius non acquiritur. 9 q. 3. *nunc verè.* & *c. se.* & *ar. ad hoc* ĩ. *de pss. bona.* 2. Hoc enim nõ sufficit, quòd aliquis possideat, sed quòd intẽdat ius sibi acquirere. *ff. de rei. vẽdi. l. prima. l. vl. ff. quẽadmodũ seruit. amit. l. fi.* immo in dubio præsumẽdũ est istos potiùs nõ habere ius. *ar.* 24. *di. presbyteri.* & 7. q. 1. *põtifices.* quia non verisimile est, quod quis iactet res suas. *ff. de proba. cum de indebito. ver. qui enim sciens.* & ĩ. *de elec. quia diligentia.* nec enim sequitur, quòd si fuerint electi, quòd ideo possederint. [f] *ff. de acquiren. pos. si quis antea.* j. *de re. spo. olim.* & *ff. de vi. & vi arma. l. 1. § vim vi.*

e ¶ *Vacillasse.*] Hoc solũ sufficeret ad repellendos testes, & quòd dixit, varios extitisse: vt 3. q. 9. *pura.* & 4. q. 3 *c. si testes. § itẽ qui falso.* & j. *de pr. super his.* & j. *vt Ec. bene. vt nostrũ. § omnibus ergo.* & 35. q. 6. *de parentela.* 2. *in fi.* & *ff. de quæst. de minore. § tormento. in fi.* & *l. ex libero. § 1. in f.* tñ quãq; verbis, & nõ re aliq dissẽtiũt. j. *de ver. signi. nihil obstat.* & j. *de test. cum tu fili.* & *ff. de re iu. actorũ* § 8. q. 1. *in scripturis. § quies. in glo. opere. de pæ. di. 1. periculosa.*

a Adde pro h. opt. tex. in l. ordinatam C. de rei ve. & l. incerti. C. de procurd.

† Cas. eo. ti. in 1 compi.

b Sic ex vno processu consequitur quis duplex commodum secundum Lau. Vin. & Tacre. quo inducunt iura, quæ no. j. e. cum super. Joan. And.

† coram.

† Aliàs, dicebat.

† Testes varij & vacillantes qui dicantur, colliges ex his, quæ dixi libro 3. common. in Directo. inquisit. Schol. ist.

c Sane modo hoc accipias iuxta textus, quas alleg.

d Matt. ca. 18.

e In matre, qua quandoq; progressu prohibita, quandoque pro ancilla, tẽpus mortis inspicietur. Io. And.

f Hac opi. glo. non est vera secundum Doct. per l. Celsus. & ibi Bar. ff. de vsuc. & ad tex. gl. respondetur.

g Verba mutare, tenore sententia perseuerante, non est prohibitum, ad idem j. de conuer. cõiu. dudum. Ioan. And.

& quòd negatiuam [a] quodam modo astruere satagebant, probare volentes ius electionis ita † ad vos spectare, quòd ad aduersarios minimè pertineret: Per testes verò partis aduersæ fuit sufficiēter ostensum, quòd in triū Episcoporū [b] electionibus, de quibus præmissum est, Clerici præsentes affuerint, & vocē habuerunt eligēdi) præmissam electionē factam eis cōtradicentibus, & exclusis, decreuimus irritandam, Clericos sæpedictos in eam quasi possessionem [c] (quam ante controuersiam motam habuerant) reducentes [d]. ¶ Verum quoniam in quæstione prædicta quicquid iuris [e] vtraque pars in electione habebat, deductum in iudicium videbatur, cum iure ciuili sit cautum, id venire in iudicium [f], non solū [g], de quo actum est, vt veniret, sed id non venire, de quo nominatim actum est, ne veniret [h]: & secundùm statuta canonica electiones Episcoporū ad cathedraliū [i] Ecclesiarum Clericos regulariter pertinere noscantur, nisi alibi secus obtineat de consuetudine [k] speciali: nec ex † eo quòd Clerici antedicti, se inter eligentes Sutrinos Episcopos probauerunt tertiò [l] extitisse, ius eligendi propter breuitatem temporis [m] vsque ad

a ¶ *Negatiuam.*] Fortè dicentes, quòd illi conuentuales clerici nunquam interfuerunt electioni, vel vocem habuerunt. *arg. s. de elect. cum dilectis.* quod tamen fieri non potest. *s. de elect. bona. 1. & s. de renunc. super hoc. & 6. q. vlt. c. accusator.*

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit, respondet solutionis obstaculo.*

b ¶ *In trium Episcoporum.*] Ex hoc videtur quòd si aliquis ter vtitur aliquo iure, per hoc est in quasi possessione illius. *arg. C. de fideicommiss. l. 1. & ff. de vsu. cùm de eo rem verso. ff. de seruit. quotiens* 2. Sed quid si semel eligit in xl. annis, quia Episcopus ille tanto tempore vixit? Dic, quod per hoc est quasi in possessione illius iuris. *arg. s. de cōstit. cùm accessissent. & j. de præb. pro illorum. a contrario sensu.* nam aqua dicitur quotidiana, quæ tantum semel in anno ducitur *ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. 2. & 3* & si immisi tignum in parietem tuum, statim possideo seruitutem *ff. de seruitu. vrba. prædio. seruitutes,* quæ in superficie in princ. vnde tuendus sum in illa quasi possessione. *j. vt lit. penden. c. 1 & 2 & 16. q. 4.* volumus, nisi cōstet, quod vi, vel clā, vel precario possederim *arg. j. de excess. prælat. c. cū ad quorundā.* & tūc qui dedit, auctoritate sua potest reuocare vt ibi, & 10. *q. 3. quia cognouimus.* nec obstat quod dicitur de xxx. diebus quibus ad minus vti debet in anno, ad hoc vt habeat interdictum de itinere, actúque priuato *ff. de itine. actúque priuato. l. 1. §. ff. hoc interdictum a superiori.* quia hoc intelligitur de eo interdicto, quod habet mixtam causam, quia duo debet probare, & hoc anno se fuisse vsum & seruitutem sibi competere, & constitutam fuisse, & ibi dicitur.

¶ *Glo. seq. signat. contrarium.*

c ¶ *Quasi possessionem.*] Hoc ideò dicit, quia incorporalia non possidentur: sed quasi possidentur a. *ff. de vsuca. sequitur. §. si viā. ff. de seruit. vrb. prædio. si ædes. §. libertas. Arg. contra. 3. q. 1. redintegranda.*

d ¶ *Reducentes.*] Verbo tantùm, & non re, cùm iam constet de proprietate: vt sequitur in litera, & *j. c. prox.*

¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*

e ¶ *Quicquid iuris.*] Sic *ff. de exce. rei iud. & an eadē. §. actiones. & C. de an. excep. l. vlt.* Sed quid deduxit in iudiciū pars canonicorū: cū ipsi essent rei, & possiderēt? Nō videtur, quod aliquid deducerēt in iudiciū: immò de iure communi ad eos spectat electio, & possidēti nō est prodita actio. *Institut. de act. §. ista quoque & s. de iudi. examinata.* & ita nec petitoriū, nec possessoriū deduxerunt in iudiciū. Sol. hæc appositio habet locū in actionibus in rē, quæ cōpetūt pro rebus corporalibus. vt *in §. ista quoque.* sed in actionibus in rē, quæ cōpetūt pro rebus incorporalibus, vt in seruitutibus. datur actio possessori pro tuēdo iure suo, & hæc dicitur negatoria, quæ cōpetit domino, qui negat alii seruitutē habere in re sua: & hanc negatoriā deduxerūt canonici in iudiciū, dū negabant clericos habere ius in electione: quia aliud non poterant in iudicium deducere. Confessoria verò datur ei, qui sibi deberi seruitutem contendit [b] secundùm quod isti clerici faciebant, qui dicebant se habere ius in electione, & hoc deduxerunt in iudiciū, loco proprietatis, & possessorij hæc probantur *ff. si seru. vēn. l. 2. & l. si forte. §. 1. l. sicuti. §. sed si quæritur. & Insti. de ac. §. æque, si quis.* & sic intelligitur, quod hic dicit: vtraque pars deduxerit in iudicium, quicquid iuris habebat in electione.

¶ *Gl. seq. dupliciter exponit literā. primò de singularibus iudiciis, quoad accessoria, non quoad alia, & soluit contrariū de l. fi. C. de an. exce. secūdo de generalibus, & vniuersalibus: docēs sicut in actionibus strictis iuris, & personalibus & arbitrariis. Vltimò arg. quòd illud tantum, &c. signat contrarium de 4. ll. & soluit.*

f ¶ *In iudicium.*] Hoc sumptum est ex illa *l. solemus. ff. de iu. il.* cum ea enim veniūt, quæ includi possunt in actione proposita, vt loquatur in speciali iudicio: vt in rei vendicatione vt fructus, & expēsæ, & si & vsuræ, quæ accessoria sunt, & ad eādē rē spectātia. *ff. de aqua. & plu. arcen. Attenus in fi. & ff. de ædil. edic. ædiles. §. item sciendū.* non autem veniunt omnia alia. Nec est contra. *C. de an. exce. l. vlt.* ibi spōte receptus fuit libellus generalis. vnde fatuus fuit. Sed regula ista meliùs intelligit de generalibus iudiciis. v. de negotiis gestis, tutela, a petitione hæreditatis, actiōe pro socio. cōi diuidundo. finiū regundorum, familiæ erciscundæ: vbi omnia veniunt in iudicium, nisi fiat specificatio in libello, vel in procuratione causæ: tunc enim non obstat exceptio in non specificatis. *C. de iud. licet. ff. de excep. rei iudi. si ex testamento. & ff. de insti. act. habebat. & ff. communi diuid. iudicium ff famil. ercisc. hæredes. §. penult. ff. de peti. hære. si hæreditatem. & l. si quo tempore.* & hæc vera sunt in bonæ fidei iudiciis: secus in iudiciis stricti iuris: quia ibi non veniunt nisi illa tantùm, de quibus nominatim actum est, vt venirent: *vt ff. de dolo. & eleganter. §. nō solum. ff. de ver. oblig. quidquid in princ.* Simile est etiam in personali actione, vt si vnam causam sum prosecutus, & succumbo, non obstat, si peto idem ex alia causa. & hoc dictū est *s. de lib. ob. c. 2.* sic etiam in arbitrio, vbi tantum veniunt ea, de quibus dictum est in compromisso: *vt s. de arbi. cùm dilecti.* vbi de hoc. arg. ex hoc loco illud tantùm venire in condemnatione quod in libello cōtinetur, super quo litis conte. facta fuit. *arg. ff. de iudi. non potest & l. de qua re. Ar. contra. de app. l. vlt. ad fin. & Insti. de act. §. si minus ff. de peti. hære. l. 4. ff. de rei ven. sin autem. §. possidere.* in istis omnibus ll. dicitur, quòd plus venit in condemnatione, quàm in petitione. Sed istarum ll. patet in, tio. glo. an sint extranea, aut coniuncta, & accessoria. sic aliquando minùs venit in condemnatione, quàm in petitione. *ff. de cond. fur. si seruus. furtiuus. ff. de rei vend. sin autem a Titio. §. possidere. & ff. de præscrip. per hær. si quo tempore §. ex diuerso.*

ADDITIO. Nota quod hæc clausula, id venire in iudicium, &c. sub alijs verbis hoc habet. Non solum illud videtur esse deductum in iudiciū, quod expressum est: sed totū illud, quod nō est exceptum.

g ¶ *Non solum.*] Argumentatur Papa ex hac lege per locum a minori: si id de quo minus videtur inesse, inest: & id de quo magis, siue econtrario.

h ¶ *Ne veniret.*] Ar. omnia esse concessa, quæ nō sunt prohibita.

i ¶ *Cathedralium.*] *63. d. c. 1. 2. & c. sacrorum. §. ex his. & §. seq. & s. de elect. cum terra.*

k ¶ *De consuetudine.*] Introducta de voluntate eius, cui præiudicat. *ff. communi. prædi. venditor. §. 1.* & ita necesse est, quod sit præscripta, vt hic innuitur: *& supra de consu. cum dilectus. & c. vlt.* vbi de hoc. *j. de verb. sig. abbate.*

l ¶ *Tertiò.*] Nō ergo tres vices inducūt cōsuetudinē, nisi in criminib. *25. d. 1. ita nos. in pr. & in gl. viii. & C. de epi. audi. l. 3 in fin. & in gl. de pæ. d. 1. c. si seruus. §. econtrario.* si enim consuetudo esset, ex tribus vicibus iuuaretur, vt hic. sed nō prodest, nisi legitimè sit præscripta, vt dicit hic, licèt tueatur aliquē in possessione, quousque constet an sit debitum. *18. q. 2 seruitium. & j. vt lit. pen. c. 1. & 2.*

¶ *Gl. seq. no. à contrario litera quod præscribitur ex vnico actu cū allegetur, vt temporis cursu: & soluit contrarium: secundo subiicit, & dupliciter soluit, & solutio 1 signat contrarium, & ibi remittit.*

m ¶ *Breuitatē tēporis.*] Et ita patet, quod si breuitas tēporis non obstaret, isti clerici præscripsissent ius eligēdi, etiā si semel elegissent *ar. C. de seruit. l. vlt.* licet videatur cōtra: quia seruitutes, quæ non habēt continuā causam, duplicatum tempus requirunt. *ff. quēadmodum seruit. amit. si sit contestata.* sed secus est, secūdū canones. *ar. j. de præscr. c. de quarta.* & hic. Sed contrarium videtur huic loco, quod dici cōsueuit, quod in præscriptione Ecclesiastica requiritur bona fides & iustus titulus: aliàs non præscribitur. *j. de præscrip. si si per l. Ra. diligentis. & j. de deci. Audum.* sic & in consuetudine causa allegari debet. *arg. j. de censi. peruenit.* Et ita dici consueuit, quod in consuetudine allegari debet causa, & in præscriptione titulus. De hac materia inuenies *s. de consuet. c. vlt.* sed hic nulla causa, siue titulus fuit allegatus, & tamen præscripsissent, si peruenissent ad legitimū tempus, vt hic patet. Ad hoc potest dici, quod in huiusmodi incorporalibus sola patientia habetur pro titulo: nam patientia loco traditionis habetur in seruitutibus. *ff. de pub. in rem act. si ego. §. 1. & ff. de seruitu. quotiens. 2.* Vel dicas, quod speciale est circa ista corporalia iura: quod non est necesse allegare ibi titulum: sed hoc solùm sufficit, quòd nec vi, nec clam, nec precario vsus sit e tali iure. *ff. si seruit. vēn. si quis diuturno,* & ex eo quòd erat in quieta possessione præsumebatur, quod nec vi, nec clam, nec precario possideret. *Argu. contra. j. de præscript. si diligenti.* Solu. qui enim facit gratiam, illud debet protestari. *7. q. 1. pontifices. & s. de elect. Cumana.* & hoc forsitan voluerunt probare isti canonici, quòd illi clerici non fuerant in electione iure proprio, sed de gratia quasi negatiuè.

† Aliàs sic legitur: ita quodam ad vos, &c.

a *Credo, quod hoc inducit in cōtrariū, quia ibi dicit tex. restituendū eū, qui res Ecclesiæ, vel proprias, scilicet suas substantias perdidit. Sed dic, quod licet ibi dicat fieri corporalē restitutionem, non propter hoc negat, quin etiā in incorporalibus fieri debeat, quod etiam alibi exprimitur.* 2. q. 2 nullus. 2. ff. de ser- ui. l. pen. in fi. *Ioā. And.*

b Concor. l. & si fortè. §. hæc autem actio. cum glos. in ver. domini. ff si ser. ven. & Instit. de act. §. cōtra. in glos. aliquis.

c *Sed dicitur, vt C. de præ. xxx. ann. cū notissimi. ibi agendo personali deduxerit in iudicium hypothecariam: sed aliud est, quia est illius accessoria, secundū Ioan. & Io. And.*

† Huius periodi sensus talis est. Clerici conuentualium Ecclesiarū, de quibus supra dictū, quàmuis tribus Episcoporū electionibus interfuerint, non tamē acquisiuerunt ius eligēdi, quia nōdum legitimo tēpore id sunt præscripserant.

d *Dicebat hic Ioan. & Vinc. hoc non præscriptibile: non enim erat tale, quod non posset cōpetere nisi ex priuilegio, illud enim non præscriberetur.* 13. q. 1. in sum. *Ioan. And.*

e *Dicebat Host.* quòd *refert, an consuetudo allegetur, vt videatur acquisitum ius seruitutis: & tunc exigitur causa: sed vsus, habetur loco tituli, vel cum tituli allegatione, ad hoc vt deducatur acquisitus cōsius: & tūc requiritur causa. vt in decr. peruenit. ratione huius res vt de eo hic per eundē Host. & Ioā. An. & de hoc vide amplius. j. de* censibus. c. quinto.

a ¶ *Præscri-*

a ¶ *Praescriptionem.*] Videtur, quod hoc ius (quia quasi seruitus est) praescribi non possit quia seruitus nec in bonis alicuius, nec extra bona est. *ff. de vsufr. ega l. 1.*

b ¶ *Actore non probante*] *C. de eden. qui accusare. 6. q. 5. lo. c. accusator. C. de proba. actor. & j. vt eccl. benef. vt nostrum. §. cum enim.* Bernardus.

praescriptionem [a] legitimam non producti, sibi acquirere potuerũt: & actore nõ probante [b], qui cõuenitur, & si nihil praestiterit, obtinebit: ab eorum impetitione super electionibus faciendis vos duximus absoluendos, sępedictis Ecclesiarum Clericis super hoc perpetuũ silentium imponentes.

¶ Idem Canonicis de Bethlehem.

¶ *Idem dicit quoad intellectum, quod decretalis supra proxima.*

CAP. IV.

CVm † super electiõe Bethlehemitañ. Ecclesiae inter R. Subdiaconum nostrum, & P. Canonicum sepulchri Dominici quaestio verteretur, vtroque se pro electo gerente: cum praefatus subdiaconus à Patriarcha Hierosolymitano fuerit confirmatus [c]: *& infrà.* ¶ Eum †, qui se probauerat per saecularem potentiam spoliatum, restituendum [d] decreuimus iustitia mediante. ¶ Verùm quoniam tam possessorium, quã petitoriũ [e] deductũ fuerat in iudiciũ: & tã restitutionis, quã electionis quęstio, pleniùs agitata: & constitit nobis electionem vtriusque minùs canonicam extitisse (cùm Iudex, de qua re [f] cognouerit, pronunciare † debeat) vtramque duximus sententialiter irritandam.

† Cap. 2. e. tit. in 3. compila.

† *Alias ita: Et quia se probauerit. alias ita: Eum quia se probauit.*

† *In codice Barbatiae ita: de ea pronũciare debeat.*

¶ Idem Episcopo Nouionensi.

¶ *Qui agit de proprietate, ante conclusionem causae possessorio adipiscendae, vel recuperandae agere potest: post conclusionem verò, & ante sententiam, hoc non potest, nisi iusta causa subsit.*

CAP. V.

PAstoralis † officij: *& infrà.* ¶ Sanè (sicut intimasti) contingit aliquando, vt cum is, qui se asserit spoliatum, suum trahit spoliatorem in causam inter ipsa iuris auspicia [g]

† Cap. 3. eo. ti. in 3. compil.

CVm super.] Diuiditur. nam primò decise narrat factum. Secundò diffinit ibi, *Eum qui.* [...] 2. 3 huius j. de confes. cum super. Et primò possessorium. Secundò petitorium, ibi, *Verum.* Abb. Sic.

CASVS. Vacãte Bethlehemitana ecclesia, duo electi fuerunt ad eam, R. subdiaconus D. Papae, & P. canonicus sancti sepulchri. R. subdiaconus fuit confirmatus per patriarchã Hierosolymitanum, & possessionem adeptus: sed postea per saecularem potentiam spoliatus. Postmodum vterque electus ad sedem Apost. accessit: praedictus R. subdiaconus proposuit, q cùm esset canonicè electus, confirmatus est per patriarcham, & spoliatus per potentiam saecularem, petebat electionem suã confirmari, & restitui ad possessionem, qua fuerat spoliatus: praedictus P. petebat suam electionem confirmari lite contestata super praedictis petitionibus, & probationibus hincinde receptis & examinatis, quia dict⁹ subdiaconus probauit se per potentiam saecularem spoliatum, Papa iustitia mediante ipsum restituit: verũ quia tã possessoriũ, quã petitoriũ deductũ fuit in iudiciũ, & tã restitutionis, quã electionis q̃õ plenius examinata, & cõstitit D. Papae electionẽ vtriusque canonicã nõ fuisse, & iudex, de qua re cognouerit, pñũciare debeat, electionẽ vtrãq; cassauit. No. q possessoriũ, & petitoriũ simul põt intentari, & idem intellige hic quantũ ad hoc, quod not. s. c. prox.

c ¶ *Confirmatus.*] Ex hoc principio, & ex fin. ca. colligitur, quòd confirmatio nihil iuris confert: vbi electio canonica non fuit. s. *de ele. cùm inter canonicos. & c. cùm dilecti.* tamen si possessionem fuerit adeptus, & postmodum spolietur: debet restitui, quamuis non fuerit electio canonica: vt hic patet.

¶ *Glo. seq. alle. vnam concor. quaerit, & dupliciter soluit: secundò quaerit: arg. affirmatiuè per duas ll. contrarium soluit.*

d ¶ *Restituendum.*] Solo verbo restituit eum: quia in eadẽ sententia destituit eum, sic s. *c. prox.* Quid ergo prodest talis restitutio? quantum ad hunc casum nihil prodest, nisi quia satisfit iur. & petitioni actoris *ff. de iud. de qua re.* & hoc posset qñq; prodesse quoad fructus restituendos, vt spoliator restituat fructus perceptos, & qui percipi potuerũt à tempore deiectionis vsque ad tempus litis cõtest. super proprietate: & ita licèt obtineat in proprietate: tamen propterea quia ius sibi dixit, quantũ ad possessionem restituere debet fructus perceptos. Sed nunquid ille, qui est in possessione, vtetur fructibus? Videtur, quòd sic: quia alimentorum causa veritati non praeiudicat. *ff. de his, quae sui, vel alie. iur. sunt. si index.* Et pupillus propter inopiam quandoque percipit alimẽta à scripto haerede, qui appellauerat vsque ad finem litis. *ff. de inoff. testa. si instituta. §. de inofficioso.* Sed contrarium verum est [a]: quia cum canonicum non habuit ingressum, debet restituere fructus, quos inde percepit: & est expressum *arg. j. de preb. dilecto.* & melius *j. de iure pat. cum dilectus. in ff.* quia quasi intrusus est: vnde nihil debet inde cõmodi habere: ne de improbitate sua cõmodũ consequatur. & est arg. ad hoc quasi expressum. *j. de rest. spo. gratus.* & fructus illi restituendi sunt ecclesiae, vnde illos percepit.

a Adde, q hac opi. glo. est communior, & verior, cũ qua concor. l. heres. ff. de iud.

¶ *Glos. seq. no. duas petitiones, & c. all. 7. iura. secundò quaerit, & dat tres sol.*

e ¶ *Tã possessoriũ, quã petitoriũ.*] Et sic duę petitiones eodẽ iudicio expediũt. *ar. C. de off. rec. prou. l. 1. & in co. libello.* & sic vno pcessu duplex cõmodũ qs cõsequit. *ar. ff. pro socio. si fratres. §. si plures & ff. fa. erc. haeredes. §. si de plurib. ff. de act. emp. & vẽ. nõ nouũ. & ff. quorũ leg. l. 1. §. qđ autẽ. & j. e. cũ dilect⁹. & s. e. c. 2. & j. de capel. mona. dilect⁹.* Sed qualiter possessoriũ, & petitoriũ deductũ fuit in iudiciũ ab vtraq; parte? de hoc dixi s. *e. c. prox.* Quidã dicũt, q neuter possidebat, aliàs non potuit intẽtari: sed ab vtraq; parte hoc nõ posset fieri, nisi vterq; fuerit spoliatus, sed alter tantũ fuit spoliat⁹: vnde potest dici, q in reb⁹ incorporalib⁹ datur actio possessori, p tuẽdo iure suo, vt in prox. c. dictũ est. Vel verius dicas, q hic alter tãtũ fuit spoliatus, qui intẽtauit simul petitoriũ, & possessoriũ: reus verò, qui possidebat, defendebat se sup vtroque, & sic quodã modo vtraque pars subduxit vtrũque in iudiciũ. *j. eod. cum dilectus*: quia non debet actori licere, quod reo non licet. *ff. de reg. iur. non debet.* sed verius est, quod alter tantùm petitorium intentauit, qui dicebat se canonicè electum: quia & hic non dicitur, quòd vtraque pars deduxit in iudicium vtrumque possessorium, & petitorium.

f ¶ *De qua re*] *ff. de iu. di. de qua re.* haec regula fallit in causa criminali episcopi. 3. *qu.* 6. *quamuis.* & c. *dudum.* fallit in sententia lata à superiori. *j. de re iudi.* de caetero fallit, vbi sola cognitio demandata est *j. de test. cum olim §. verum.* & s. *de offi. or. dilectus.* [b] Item fallit in incidentibus quęstionibus: vt dictum est s. *de ord. cog. cap. 1. C. de ord. iud. adita.* vnde ita intelligitur, de qua re cognouerit principaliter, scilicet de ea pronunciare debet: vt hic: quia petitorio, & possessorio principaliter agebatur ab altera parte.

b Concor. l. de qua re. cum not. ff. de iud. & l. à diuo Pio. & ibi Bar. ff. de re iud.

ADDITIO. Item fallit propter appellationem, recusationem, vel reuocationem: quia tunc pronunciare non potest minor iudex, qui cognouit *j. de appel. dilectus.* Io. And.

PAstoralis.] Duae sunt partes. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio ibi, *Consultationi.* Secunda subdiuiditur in duas partes. Nam primò respondendo distinguit, an sit, vel non sit in causa conclusum. Et secundum membrum ibi, *Si verò.* Prima secundae tria facit. Primò respondet ad primum membrum distinctionis. Secundò ibi, *Cùm legalis.* responsionem probat lege. Tertiò ibi, *Alias.* protestatur. Secunda secundae etiam facit tria: quia primò respondet secundo membro, responsionis causam inserendo ibi, *Ne lites.* Secundò in versi. *Nisi.* vnum casum excipit, quem statim exemplificauit ibi, *Puta.* Tertiò ibi, *His igitur.* dat generalem doctrinam. Abb. Sic.

CASVS. Aliquis fuit spoliatus ab aduersario suo: spoliatus traxit suum spoliatorem in causam: requisitus à iudice, quo iudicio vellet experiri, ipse statim obtulit libellũm super proprietate, de illata violentia nullã faciẽs mentionẽ, postquã fuit in causa processum, vult redire ad possessorium, & agere de violẽtia sibi illata, nouum iudicium super possessorio intẽtando: quaeritur, quid iuris sit. Respondet, quòd ille qui coepit rẽ vendicare, bene potest agere possessorio iudicio, quod proponitur pro recuperanda possessione, seu etiam adipiscenda, antequàm sit renunciatum, aut conclusum in iudicio proprietatis primitus instituto: & hoc probatur per legem, qua dicitur, quòd ille, qui fundum coepit ab illo vendicare, cum quo interdicto vnde vi, poterat experiri, pendente iudicio proprietatis potest nihilominus agere interdicto vnde vi, aliis possessoriis iudiciis, sc. interdicto vti possidetis, & vtrobi, in suo tempore duraturis, quae de sui natura procedũt vendicationem dominij, nec simul tractari possunt cum proprietate. Si verò renunciatum sit, aut conclusum in iudicio proprietatis, vt iã possit per diffinitiuam sententiam terminari, ne lites ex litibus oriãtur, & via possit fraudibus aperiri, causa non decisa possessorio non erit vtẽdum, nisi iudex qui de causa cognoscit, ex iusta causa viderit hoc expedire, putà, si ex apertis indiciis facilè arguitur iniquitas inuasoris, vel per malitiã, qui casu spoliato subtraxerit facultatẽ probandi dominium. His, & aliis causis inspectis (quae continent aequitatẽ, aut iustè mouerint animum iudicantis) poterit agi iudicio possessorio, postquã etiam fuerit conclusum in iudicio proprietatis. No. quòd à iudicio proprietatis, antequam sit in eo conclusum, potest quis redire ad iudicium possessorium. & etiam postquam conclusum fuerit, ex iusta causa: vt dicitur hic in fi.

g ¶ *Auspicia.*] Id est, exordia litis. *C. de excep. l. pen.* & *C. de codici. l. vlt. 1. respon.*

¶ *Glo. se. not. tres causas, quibus delegatus petitorium, & possessorium cognoscit, & signat contrarium.*

requisitus[a], quo malit experiri[b] iudicio, litem proprietatis ingreditur, de illata sibi violentia nullam faciens mentionem: cùm autem fuerit in causa processum, nouum iudicium super possessorio nititur inchoare: & *infrà*. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd possessorio quidem iudicio, quod[c] de recuperanda, seu adipiscenda possessione proponitur, antequã renunciatum sit, aut conclusum[d] in proprietatis iudicio primitus instituto agi potest[e] ab eo, qui rem cœperit vindicare. Cùm legali sit prouisione statutum, eum, qui fundum vendicauerit ab eo, cum quo interdicto vnde vi potuit experiri, pendente[f] iudicio interdictum[g] posse nihilominus intentare:[h] Aliis possessoriis iudiciis in suo robore duraturis, quæ vendicationẽ dñij sui natura præcedunt. ¶ Si verò renunciatũ fuerit, vel conclusum, vt iam possit causa proprietatis diffinitiuæ sententiæ calculo terminari: (Ne lites litibus inculcẽtur, & via possit fraudibus aperiri) causa[i] non decisa, possessorio non erit vtẽdum: Nisi Iudex, qui de causa cognoscit, hoc ipsum ex iusta cã viderit expedire †: Pu-

a ¶ *Requisitus.*] A iudice scilicet. & hoc cùm vtraque causa commissa est iudici: vt *s. eo. c. 1.* Idem videtur, si causa proprietatis est ei commissa. *arg. C. de rei vendi. ordinarij.* Idem est etiam, vbi causa est simpliciter commissa. *infrà de sequestra. c. 1.* Licèt sit contra *arg. C. si à non compe. iud. si de proprietate.* a quia continentia causæ diuidi non debet *C. de iudi. nulli. & s. eo. c. 1.*

b ¶ *Experiri.*] Id est, agere. alibi ponitur pro defendere. *s. de iudi. c. 1.* nemo enim sine actione experitur. *s. de iud. examinata ff. de admini. tuto. quotiens. §. item si temporali. ff. de nego. gest. si pupilli. §. fi.* Item est hic arg. quòd cùm plures actiones nomine eiusdem rei competunt: vt *ff. de mino. verum.* vna illarũ est eligenda *ff. de trib. quòd in hæredita tẽ §. eligere ff. de regul. iur. nemo. 2. & quotiens.*

¶ *Gloss. seq. prosequitur triplex possessoriũ, scilicet adipiscẽda, recuperãda, & retinẽda: & ponit tria interdicta primi, duo secundi, & duo tertij: demũ ponit quadruplicẽ lecturã illius ver. Aliis possessoriis: prima, quòd loquitur de possessorio retinenda, & soluit contrarium de §. nihil. secunda loquitur de interdictis, quæ habent mixtam causam. tertia de præparatoriis. quarta, secundum casum* l. 1. C de appella. & in fin. *primam approbat*

c ¶ *Quod de recuperanda.*] Ad intelligẽtiã huiusmodi not. quòd triplex est iudicium possessorium, vel pro adipiscenda possessione, vel recuperanda, vel retinenda. Pro adipiscenda possessione proponitur interdictum[b] quorum bonorum. & interdictũ quorum legitorum & Saluianum interdictum. *ff. quo bono. l. 1. & ff. quorum lega l. 1. & ff. de Salvia interdict. l. 1.* interdictum, pro adipiscenda possessione datur bonorum possessori, & hæredibus hæreditariis *Instit. de interdict. § adipiscendæ.* Bonorum possessor nomen est iuris, sicut & bonorum possessio *ff. de verb. signif. hæreditatis. l. 1.* & bonorum possessor dicitur ille, qui succedit de iure prætorio. *Instit. de interdict. § restitutoria. in pl. bonorum.* Et dicitur ideò adipiscendæ possessionis: quia licet hæres hoc ipso, quòd est institutus, & hæreditaté adit, efficiatur dominus rerum hæreditariarum, tamen possessionem earum non adipiscitur, nisi apprehendat possessionem. *ff. de acqui. possessio. cùm hæredes. in princ.* & si ab alio possideantur, potest adipisci earum possessionem per istud interdictum. Pro recuperanda possessione datur interdictum vnde vi: & quod vi, aut clam. Pro retinenda possessione datur interdictum vti possidetis, pro re immobili: vel vtrobi pro re mob. l. 1. hoc habes *Instit. de interdi. § adipiscendæ. & § seq. & j. de proba. c. licet.* Si ergo aliquis cœpit agere rei vendicatione, potest redire ad iudicium possessorium, quod proponitur pro recuperanda possessione, vel adipiscenda, pendente iudicio proprietatis: vt hic dicitur, & j *de test. significauerũt. in prin. & ff. de vi, & vi armata. cum fundum. § vlt.* & econuerso de possessorio potest redire ad iudicium proprietatis, sed ad interdictum de retinenda possessione, non potest redire pendente iudicio proprietatis primitus instituto, sc. licet vti possidetis. vel vtrobi, quæ proponitur pro retinenda possessione: nec econuerso potest redire ad iudicium proprietatis, postquam cœpit agere vti possidetis: quia sibimet esset contrarius: qui enim proponit rei vendicationem, dicit alium possidere: vt s. *de iud. examinata*, quia possidenti non datur actio *Instit. de actio. § ille quoque.* & qui agit vti possidetis, dicit se possidere: vnde pendente iudicio proprietatis non potest redire ad illud. Nec obstat, quod legitur *ff. de acquirenda possessione. naturaliter § nihil. in fi.* vbi dicitur. quòd non negatur ei interdictum vti possidetis, qui cœpit rem vendicare: quia intelligitur de eo, qui ignorabat se possidere.[e] Vel potest dici, quòd ibi renunciauit primæ actioni, antequã inchoaret secundam. Et de his interdictis, scilicet vti possidetis, & vtrobi, potest intelligi, quod sequitur in litera. aliis possessoriis iudiciis in suo robore duraturis, &c. quia in his interdictis priùs oportet scire, quis sit possessor, quàm quis sit petitor: vt *Instit. de interdi. § retinendæ.* & ideò dicit hic, quòd iudicium possessionis de sui natura præcedit vendicationem dominij. Ioann. Alij volunt intelligere, quod dicitur, aliis possessoriis in iudiciis in suo robore, &c. de illis interdictis, quæ mixtam habent causam, in quibus debet quis probare dominium seruitutis, & possessionem suam, scilicet se iuisse xxx. diebus illo anno, sicut est interdictum de itinere, actúque priuato. quod datur volenti reficere iter. *ff. de itinere, actúque priuat. l. 3. § hoc autem interdicto. & l. 2. & 2. sic j. de restitu. spolia. ex transmissa.* & Idem in interdicto, quod datur de aqua ex castello ducenda *ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. ait prætor.* In talibus enim interdictis non redit quis ad causam possessionis omissa causa dominij. Sed certè de istis non videtur, quòd possit intelligi: quia illa interdicta de sui natura non præcedunt quæstionem dominij, quia ibi simul agitur de possessione, & de iure dominij: vt dicitur *ff. de itin. actúque priuato. l. 3. §. hoc autem interdicto.* Vel intellige illud, de aliis interdictis, quæ sunt quasi præparatoria ad rei vendicationem: vt sunt interdicta de liberis exhibendis, & de tabulis exhibendis, vt priùs appareat quis possideat, & tunc detur alteri rei vendicatio. *arg. C. de rei ven. ordinarij.* Vel potest intelligi, quia cùm agitur de possessione & violentia, priùs agi debet de possessione, vt appareat, quis possideat, vt postea qui possidebat, de violentia sibi illata experiatur, & sic nunquam econuerso. *C. de appel. l. 1.* & illa verba, quæ vendicationem, &c. non faciunt implicationem, sed demonstrationem notant, quasi dicat, possessoria interdicta volunt priùs tractari, quàm rei vendicatio. *ff. de rei vend.. is qui destinauerit*: licèt quandoque secus fiat. prior tamen intellectus verior est.

d ¶ *Conclusum.*] Hoc sumptum ab *Auth. de testi. §. quia verò multi. collat. 7.* sic *infra de fi. instr. cùm dilectus.* & si mandatum[d] reuocetur post conclusionem: nihilominus fertur sententiã non obstante tali reuocatione. *s. de procu. audita. in glos. ad illam.*

e ¶ *Agi potest*] Nouo tamen iudicio & renunciato priori, & sic salua habis opinionem Ioan. & B. quæ hic reprobari videtur. & j. c. *prox* qui dixit, quod nunquam simul agendum est possessorio, & petitorio, etiam ab eodem. *C. de rei vend. ordinarij. & C. quorum bon. l. vlt. & C. de interdict. incerti.* sic intelligitur illa lex. *ff. de acqui. posses. naturaliter. § nihil.* quia ibi renunciauit primæ, qui inchoauit secundam.

f ¶ *Pendente.*] Id est, renunciatio, secundùm Iac. Bat. sed hæc expositio multùm est extranea, & contraria huic literæ, nec probatur aliquo iure. secundùm canonicam æquitatem planè stat verbum in sua significatione: vt j. *de testi. significauerunt.* vel pendente quousque constet de possessorio: vt si succumbat in possessorio, reuertatur ad petitorium. Sed si obtineat in possessorio, quid erit de priori iudicio? Fiat, quod dicitur in prædicta decre. significauerunt.

g ¶ *Interdictum.*] Interdictum dicitur: quia inter duos redditur: non ab interdicendo. *Insti. de interdi. §. sunt tamen.* Interdictum olim erat quædam formata, & solemnis conceptio verborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat, vel prohibebat. *Inst. de interd. in princi.* hodie non seruatur solemnitas interdictorum: sed loco cuiuslibet interdicti datur vtilis actio in factum, *Insti. de interdi. § vlt.* Bernardus.

¶ *Gloss. seq. quærit. arg. affirmatiuè, soluit contrarium. Vel ponit tres effectus sententiæ latæ super possessorio secundùm Panor.*

h ¶ *Intentare.*] Sed nunquid si probauerit violentiam, debet ei adiudicari proprietas? Videtur, quòd sic. *16. q. 6 placuit. C. vnde vi. si quis in tantam.* sed hoc non est verum, quòd quis amittat dominium rei, ideo quia commisit violentiam: & hoc non est ex natura interdicti, sed ex pœna illius constitutionis, si quis in tantam. vnde si vult sibi rem adiudicari, proponat condictionem ex illa lege, si quis in tantam, quia per interdictum vnde vi, non consequitur hoc, sed possessionem cum fructibus.

¶ *Gloss. seq. not. quòd succumbens &c. obiicit & soluit.*

i ¶ *Causa non decisa.*] Ergo si aliquis succubuit in iudicio proprietatis, adhuc post sententiam potest redire ad possessorium: sicut econuerso. *arg. supra de elect. querelam.* & *infra eodem tit. cap. 3.* quia alius est modus agendi, & aliud petitur, quàm priùs. *ff. de except. rei iudicatæ cum quæritur.* & *l. seq. Arg. contra. j. eo. c. prox.* vbi ille, qui obtinet in proprietate, obtinet in possessorio. Possessio enim videtur esse pars proprietatis: sicut vsusfructus pars dominij. *ff. de vsufru. l. 4.* vnde obstat exceptio rei iudicatæ *ff. de exce. rei iu. si quis cum totũ. in fi.* Ad hoc dicas, quòd si nuda proprietas deducta est in iudiciũ, post sentẽtiã potest agi de possessione: quia nihil habet cõmune proprietas cũ possessione. *ff. de acq. pos. naturaliter. §. nihil.* secus si vtrũque deductum est in iudicium

a Sol. illud potest intelligi, quando delegãs expressè prohibuit, ne cognosceret de possessione. Vel vbi petitoriũ tantũ fuit propositum, & super possessorio pronũciatũ, suprà de ord cog. cum dilect. ad fi. *Vel verius ibi dicitur, quod per sententiam super possessione, non præiudicatur volenti agere super proprietate, secũdum Ho Ioan. And.*

b De materia interdictorum latè per Iasonẽ. & alios in §. omnium. Insti de act. *alibi sæpe in multis paragraphis eiusdem tituli.*

c Idem Inn. & si dicas quòd potuit ignorare se possidere? Respondet Ho. quòd ei, cui successit, per aliũ possidebat, & hoc potuit hæres probabiliter ignorare. ff. de regu. iu. qui in alterius. *& sic debet probabili ignorãtia subueniri, secundũ ea, quæ no.* de cle. excomi. Apostolicæ. *Ioan. And.*

† *Vide tex.* in l. dolum. cum gl. 1. & no. C. de e.

d *Procuratorem nõ iudicis ne sit contra* infra tit. 1. audito. *Ioan. And.*

e *Concor. gl. sim. in l. ceterum. C. de inter. & j. in l. 1. ff. eod.*

dictum s. eo. c. 1. 3. & 4. & j. c. prox. Iudex tamen, qui condemnat de proprietate, per consequens condemnabit de possessione: nisi reus exceperit de possessione, scilicet pactum, vel usucapionem, & hoc fiebat ante sententiam ff. de rei ven. officium. Ver. Ubi enim. lo. Si enim aliquis probauit de possessione, & non de proprietate, & indeterminate a de utraque actum est, succumbit in utroque. s. eo. c. 1. & 2. & j. c. prox. Verum est ergo, quod qui succumbit in proprietate, & in possessio: adeò enim praeualet proprietas possessioni, quod qui obtinet in proprietate, erit potior in possessione, cum de utraq. simul actum est: licèt solo verbo perdiderit cōmodum possessionis. arg. 16. q. 3. cap. placuit. §. quod si mala fide. & possessio super sequitur proprietatem. ff. de rei ven. officium. in fi. arg. ff. depositi. l. bona fides. veruntamen iudex, qui de proprietate tantùm datus est, non potest cognoscere de possessione. C. si à non compe. iudi. si de proprietate.

¶ Glo. seq. querit obiiciendo, & respondet.

tà cùm ex perspicuis indiciis facilè arguitur iniquitas inuasoris: & spoliato casu, seu malitia probandi dominium subtraxerit facultatem a. ¶ His igitur, & aliis causis inspectis (quae continent aequitatem b, aut iuste mouerint animum iudicantis) postquam etiam conclusum fuerit, posse agi possessorio iudicio non negamus.

¶ Idem Episcopo & Officiali sancti Andreae.

¶ *Si petitorio, & possessorio simul est actum, una sententia terminatur: & praemittitur possessorium in terminando, sed in exequendo praeualet petitorium.*

CAP. VI.

CVm † dilectus: & infrà. ¶ Ad quartum breuiter respondemus, quòd cùm super possessorio c, & petitorio simul est actum, utrumque una sententia debet terminari †: Sed licèt in pronunciatione sit possessio praemittenda, in executione tamen debet proprietas praeualere d.

¶ Idem Veron. Episcopo.

¶ *Adiudicatur illi beneficium, qui probauit collatorem suum fuisse in possessione conferendi, collationis tempore: per hoc tamē non prohibetur succumbēs agere de proprietate iuris conferendi cum ipso collatore. Hoc vult tota littera.*

CAP. VII.

CVm † olim quaestio, quae inter Archidiaconum ex una parte, & Archipresbyterum, & Canonicos Vincentinae Ecclesiae ex altera: & infrà. ¶ Quoniam per attestationes nobis constitit euidenter, quòd ab Episcopis Vincentinis Archidiaconatus ipse sine reclamatione

a ¶ *Facultatem.*] Si nō potuit probare dominiū (ut hic dicit) quid valet redire ad possessoriū, cū videatur condemnandus, quia sententia super proprietate trahit ad se sententiam super possessione. j. c. proximo. Respondeo: potest valere quoad fructus, quos recuperat à tempore deiectionis. Item quia ex quo habuit possessionem, habebit commodum retentionis, nisi aduersarius proprietatem probauerit. C. de rei ven. res alienas. Et quia si spoliator rem petat, potest ei obiici, quòd amisit ius, si quod habebat per condictionem ex l. praedicta, si quis in tantam.

b *Aequitatem.*] Quia iudex semper debet habere prae oculis. ff. de eo, quod certo loco. quod si Ephesi. in fi. & ubi proditū non est ius, procedere debet iudex aequitate praesata s. de transact. c. ult. Bern.

CVm dilectus.] In procedendi facultate possum cōcurrere petitoriam, & possessoriū. in terminandi modo possessorium petitorio praefertur: in exequendo verò petitorium possessorio praeualet. h. d. Primò ponitur decisa consultatio. Secundo responsio ibi, *Ad quartum* quae facit tria. Primò praesupponit modum procedēdi. Secundò declarat ordinē terminandi. Tertio effectum exequendi. Abbas Sicul. Pars haec habetur *supra de arb. cum dilectus. & j. de fi. instr. cùm dil.* & in Casu. Aliquis possessorio, & petitorio simul egit contra aduersarium suū: quaesitum est, qualiter deberet ferre sententiā? Respondet Papa, quòd cū de utroque actū est possessorio, & petitorio, utrumque debet una sententia terminari, sed in pronūciatione praemittendum possessio. & in executione debet proprietas praeualere, secundum quod l. fit in fin. s. eo. cum ecclesia. & cum super. Nota quòd petitorio, & possessorio simul pōt agi, & utrumq; una sententia terminari debet. Item in executione semē iter praefertur proprietatis petitur quae bonū possessionis.

¶ Glo. seq. ponit unam lecturam, cui signat contrarium, ponit aliā, cui signat etiam contrariū, ex quibus concluditur contra conclusionem alleg. de. §. quia autem & soluit: reuertitur ad secundam opinionem quam dicit falsse & respondet ad ipsius contraria.

c ¶ *Possessorio, & petitorio.*] Quidam intelligūt, quod hic dicit, qn unus agebat iudicio uti possidetis: & aduersarius agebat cōtra eū rei vendicatione: & sic intelligunt. s. eo. ad ultimum. & ita planus est casus. Sed contra est, quod legitur. ff. uti possid. l. 1. §. inter litigatores. quia uti possidetis, dicitur dari inter duos, qui dicunt se possidere, ut ibi. Vnde verius est, quòd idem homo proponebat simul de recuperanda possessione, & proprietate contra aduersarium suum, & secundum hoc signantur contraria. C. de rei vendic. ordinarij & ff. de iudi. si de ui. C. de interdic. l. incerti. C. quo bon. l. ult. Per illos dicebant l. & B. quòd nunquam poterat simul agi iudicio possessionis, & proprietatis. ar. contra ff. quorum leg. l. 1. §. quia autem. Sed illud est, quòd reus nō certificabat actorē, & ideo sibi non proponitur petitio haereditatis, & quorum legatorū. Mirum contraria fuit opi. quod possit agi simul de illis, & non sumus in eadem opinione, sc. quòd simul possit agi per possessionem recuperandi, & de proprietate ab eadē persona: nec est illud contra ordinē iuris, nec cōtrarietas, vel repugnātia hic inuenitur: quia non sunt contraria: ut hic patet, & s. eo. cum Ecclesia &c. cum super. & j. de capel. mo. dilectus. & il. praedicta. ordinarij. incerti. & C. quo bon. l. fi. nō intelliguntur de tali possessorio pro recuperanda possessione: sed interdicto uti possidetis. ibi. n. ordinarium est, quod possessorium primo tractetur: quia pendente contrarietate simul agi nō pōt de proprietate, & uti possidetis ab eadē parte ut dictum est s. c. prox. Si verò unus vult agere possessorio, & alter petitorio: illud nullo modo est admittendum j. tit. prox. felicite. in litteris. d item cum quis. & c. ex conquestione. quia quaestio spoliatiōnis priuilegiata est. s. de ordi. cogn. super spoliatione & 3. q. 1. & 2. per totū. & cum actor agit utroque iudicio, reus potest se defendere super utroque. s. eod. cum Ecclesia &c. cum super. & C. de offi. rec. pro. l. 2. Bernardus.

¶ *Glossa sequens signat contrarium.*

d ¶ *Praeualere.*] Semper .n. proprietas tanquam dignior trahit ad se possessionem, ut sequatur dominium: quia ultimus est petitio proprietatis. ff. depo. l. bona fides. versi. & hanc probo. & ibi per glo. arg. ff. de pignor. act. si rem alienam. arg. 16. q. 3. c. placuit. §. quod si mala. ar. contra. j. de sequestra. c. 1. Arg. contra. j. de re iud. suborta. & quod dicit, praeualere, intellige, quòd simul est actum: ut hic dicit. Bern.

CVm olim.] Potest summari principaliter duobus modis. Vno modo, ut faciat ad primā partē rubricae, scilicet de causa possessionis, ut faciat largo modo, videlicet respectu commodi possessionis. & hoc intendit. Sufficit ei, cui beneficium, seu dignitas est collata, si probat, quòd conferens erat in possessione conferendi collationis tempore. Secundo modo potest summari magis propriè, & titulum, & ad secundam partem rubricae, & sic: Succumbens in possessorio, de proprietate potest agere. Et certè haec lectura, licet sit vera in se, non tamen colligitur ex littera. Et primò decisè narrat processum. Secundò ibi, *Quoniam* sed sit diffinitionis causam. soluit obstaculum, & diffinit. Tertiò ibi, *Reseruata.* protestatur, & causam subdit. Abbas.

CASVS. Inter archidiaconum Vincentin. ex una parte, & archipresbyterum, & canonicos eiusdem ecclesiae ex altera, orta fuit quaestio super iure eligendi archidiaconum: dicebant enim canonici, quod ad eos pertinebat electio archidiaconi, quare volebāt eum remouere, cum non fuisset electus ab eis: archidiaconus dicebat, quòd electus fuerat canonice ab epo Vincen. qui erat in quieta possessiōe eligēdi archidiaconū, & duos antecessores ipsius elegerant episcopi Vincen. sine cōtradictione canon. eorū: super hoc procuratores utriusq; partis ad sedē Apostolicā accesserunt; corā Papa petebat procurator canonicorū electionē cessari: procurator archidiaconi petebat eā confirmari ex causa praedicta: & litem contestati fuerunt super oēe praemissa: & quia ibi de praemissis constare nō poterat de cōi consensu procuratoris utriusq; partis cā fuit iudicibus delegatis cōmissa: iudices receptis litteris citauerunt partes, canonici petebant inducias deliberatorias, ut possent iudices recusare: iudices non obstantibus allegationibus canonicorum receperunt testes archidiaconi, & causam ipsam cum attestationibus, ad sedem Apostol. remiserunt. Dominus Papa examinato negotio, quia constitit ei per attestationes, quòd archidiaconatus Ecclesiae Vincen. ab episcopis Vincent. collatus fuit duobus archidiaconis continuè, qui ante ipsum extiterant, sine contradictione aliqua canonicorum: & quia canonici praedicti non potuerunt iudices recusare, nec inducias deliberatorias petere, cūm de assensu procuratoris utriusque partis dati fuissent, archidiaconatum praedictum dicto archidiacono per diffinitiuā sententiā adiudicauit, canonicis Vincen. perpetuū silentiū imponens, salua quaestione proprietatis super collatione archidiaconatus ipsius, si cōtra episcopū Vincen. cōtendere voluerint; cūm res inter alios acta aliis obesse nō debeat. No. quòd ille, qui est electus, & institutus ab eo, qui erat in pacifica possessione eligendi, obtinet ex sola possessione. Item quòd potestas appellandi ad aliquem tenere. Item iudex datus de assensu procuratoris dominis recusari ab ipso non potest. Item res inter alios acta non nocet aliis. Item sententia lata propter possessionem non praeiudicat proprietati.

¶ *Glo. seq. obiicit contra binum actum, & soluit.*

Marginal notes:

2 Quasi fecit si, si quis duob. modis agit in eadem agitur & de possessione per se & de proprietate per se. infra tit. 1. cum ad sedem. & de elec. querelam. Ioan. And.

¶ Cap. 4. e. tit. in 3. compilat.

b Immò datur etiam possidenti contra eum qui non possidet, sed inquietat. j. de prob. licèt. Ubi de hoc. Ioan. And.

c Ansit licet pro haerede, vel possessore, an pro legatario. lo. And.

† Vide text. in l. etiam. & ibi Bart. ff. de mino. & Cencer. l. si à te. in prin. ff. de except. rei iudi. & l. 4. ff. de peti. haere.

† Omissis multis intellectibus huius c. de quibus latè Doctores hoc loco, hic mihi videtur satis apertus: quāuis archidiaconus per episcopum esset electus, non tamen possidebat, vel quasi: & ideo petebat ipsum archidiaconatū: quod impugnabant canonici. hic ego integrā desidero, vel clarior sit intellectus.

a¶ *Duobus.*] Sed qualiter potuit iste Archidiaconus ex bino actu Epī consequi ius, cū nec trinus tribuat. s. *eo. cū Ecclesia.* sed quadruplex actus necessarius videtur. *C. de seruit. l. Vlt. § alius autem.* Sed hoc ideò contingit: quia qui est in quieta possessione eligendi, vel praesentandi, potest eligere, & praesentare: & ille cōsequitur ius ex hoc. s. *de elect. querela. infra de iure patron. cōsultationibus.* qui enim est, in quieta possessione, debet vti iure suo [a], quo vsque euincatur ab eo. j. *Vt lit. penden. ca.* 1. & 2. & 16. q. 4. volumus. & sic cōsequitur aliquis dominium ab eo, qui non est dominus, & sufficit hoc electo, vel praesentato tantum in possessorio obtinere, id est, quòd elector sit in quasi possessione eligēdi, ad hoc vt confirmetur electio, vel praesentatio per iura praedicta.

¶*Gl. seq. obiicit, & soluit distinguendo. & ad instructionē casus iterum distinguit. Secūdo obiicit, quod lit. nō cōtest. &c. dat tres resolutiōes, quarum prima plus placet.*

a *Vnde secūdū Hostien. etiamsi vacāte archidiaconatu canonici appellassent, ne Episcopus conferret: & Episcopus nihilominus contulisset, tenet collatio Episcopi: cui appellatio possessionem suam non aufert. ad hoc*, de sup. neg. prae la. c. h. *vbi dixi de hoc.* & de maio. & obed. dilecti. in glo. sed quid. *Io. And.*

aliqua Canonicorum, duobus [a] Archidiaconis cōtinuè (qui ante ipsum extiterant) fuerat assignatus: & quia Canonici praedicti, Iudices [b] recusare minimè debuerūt, cùm causa praedictis Iudicibus delegata fuisset, de vtriusque partis Procuratorum assensu [c] praedictum Archidiaconatum eidem per diffinitiuā sententiā adiudicare curauimus, Canonicis Vincētinis perpetuū silentiū imponentes [d]: Reseruata [e] tamē eis quaestione proprietatis, super collatione Archidiaconatus ipsius, si fortè super hoc contendere voluerint aduersùs Episcopum Vincentinum: cùm res inter alios [f] acta, non debeat eis praeiudicium generare.

¶Honorius iij. Abbati sancti Cypriani Torcel dioecesis, & sanctae Mariae nouae de Venetiis.

b ¶*Iudices recusare.*] Sic patet ex hoc loco, quod si procurator tuus impetrauit tibi iudicem, quod non potes eum postea recusare, ac si tu ipse cum impetrasses. s. *de offi. deleg. super quaestionē §. Verū.* Sed mirum videtur, quod factum procuratoris in hoc casu praeiudicet dño, cū hic non posset habere dñs recursum contra procuratorē: quia in casu isto procurator est nō soluendo: vnde nō debet nocere dño. *ff. de dolo. & elegāter § pe. & ff. de eo, per quem fa. erit. l. Vlt. in princ.* Sed illa iura intelliguntur, cum procurator dolū commisit: secus esset, si negligēter versatus esset. & sibi imputet, qui minùs diligētem procuratorem constituit *ff de mino. cum mandato. in fi.* potest tñ pars laesa propter neglīgētiā procuratoris nomine Ecclesię petere in integrum restitutionem. s. *de in integ. restitu. cum Venissent.* In casu isto dico, quod si dominus dedit certam formā de certis personis pro iudicib. obtinendis, & ipse egressus est illam formam petendo alios iudices, tūc nō fit praeiudicium domino, quin possit illos recusare, si voluerit. *ar. s. de offi. deleg. cūm olim. C. de procu. si procurator.* & hoc est expressum. j. *de ap. significante.* circa medium: ibi, contra inhibitionem. & per glo. ibi. Sed si simpliciter fuit constitutus procurator ad impetrandum iudices, non dando certum mandatū de certis personis: tunc nō potest iudicem recusare. *arg. l. praedicta, si procurator.* Quando non praeiudicet factū procuratoris dño, & quando non, dicitur suprà vt lite non conte. c. 1. [b] Sed qualiter fuerunt hic recepti testes lit non conte post recusationem, si non consentiebant in iudices, licèt de consensu procuratoris eorū fuerunt obtenti? Ideò recepti sunt non obstante recusatione: quia in praesentia Papae lis fuerat per illos procuratores cōtestata, vt patet in antiqua decr. c alias non fuissent recepti, si non consensissent: vel non valuisset receptio testium lite nō cōtestata. s. *Vt lit. non contesta. per totū.* Vel dic, quod bene valuissēt attestationes etiam lite non contest. cùm isti canonici fuissent actores, si fuerunt contumaces: vt j. *de do. & contu. causam qua.* vbi de hoc not. & *suprà Vt lit. non contest quoniam frequenter. in princ.* vel si erant rei, quod verius videtur per ipsam litteram: & sic contumaces [d] fuerunt: bene possunt testes recipi lite non contest. s. *Vt lit non conte. quoniam frequenter.* quia agebatur de electione: sed verum est, quòd lis erat contestata.

b *Adde per l. si patet. ff. de his, quae in fraudem cre. & l. 1 § dictum. ff. ne vis fiat ei.*

c *Et in registro secundū Inn. qui dicit ibi patere, quod post litem cōtest. de consensu procuratorum dati fuerint tres iudices quorum alterum recusabant canonici: quia consanguineum archidiaconi. Ioan. And.*

c¶ *Assensu.*] Et ab eis esset rescriptum impetratum: nec induciae deliberatoriae dandae sunt impetranti. 3. q. 3. c. *inducia. §. ex auth.* nec dilationis inducias petere debent, cùm apud sedem Apostolicam per procuratores vtriusque partis lis erat cōtestata: & hęc littera probat, quòd canonici erant actores, quando impetrauerunt rescriptum.

d *Dato etiā quod appellauerint ex praedicta causa frustratoria secundū Innoc. ad hoc. j. de do. & contu. cū quis. lib. 6. Io. And.*

d¶ *Imponentes.*] Et haec littera probat, quod canonici erāt actores: quia reo nō imponitur silentiū: sed absoluitur actore nō probāte. Ber.

¶*Gloss. seq. obiicit, quod exceptio rei iudicatae, &c. & dupliciter soluit, & in fine soluit improprietatem ad titulum.*

e¶ *Reseruata tamen, &c.*] Sic *suprà de elect. querelam.* Sed nunquid Episcopus potest repellere istos per exceptionem rei iudicatae: nam cum ille obtinuit, qui habuit causam ab Episcopo, illud debet Episcopo prodesse: sicut pactum factum à debitoribus haereditariis (ne ab ipsis petatur) cum emptore haereditatis: nocet vēditori ij sius haereditatis. *ff de pact. si cum emptore.* Sed non est verum quia exceptio rei iudicatae transit ab actore suo ad alium, scilicet emptorem, sed non reuertitur ad actorē suum. *ff. de except. rei iud. si a te. §. Vlt. sic supra de elect. querelā.* Est etiam alia ratio: quia hęc sententia lata est ratione possessionis inter capitulum, & Archidiaconū: sed si capitulum postea voluerit agere contra Episcopum, illa erit quaestio proprietatis: & sic erat omnino alia causa: quia sententia lata super possessione non obstat agere volēti de proprietate: sed hic res inter alios acta fuit: vt j. dicit. vnde non obstat super proprietate etiam inter easdem personas. [*Hactenus procedit gl. Ber. quod sequitur, est additio.* [e]] Ista decr. con petentiùs deberet poni in tit. de elect. sicut decre. querelā, qui iste tit. iste loquitur, quādo inter easdē personas vertitur quaestio possessionis, & proprietatis: vt patet. s. *eo. per to. tit. quod hic non fit.* nec dicitur hic propriè quaestio possessionis. † quia non est actum in possessorio iudicio: in quo casu loquitur iste tit. sed Archidiaconus obtinuit: quia Episcopus erat in possessione vel quasi iuris eligendi. Vel dic, quòd ista decr. respicit tantùm secundam partem rubricae. Bernard.

e Ego in antiquis exemplarib. hoc, quod sequitur, velut glossam Bernardi scriptum inueni, nec dubito, quin sit Bern.

† *Facit ad hoc text. in* l. cum quid ff. si cer. pet.

¶*Si petens rem ex vna causa succumbit, ex alia causa petere poterit. h. d. quoad litterā. Vel sic. Petenti rem dominij, possessionē probare non sufficit. h. d. quoad titulū.*

CAP. VIII.

IN causa, quę inter Patriarchā Gradensem ex vna parte, & Abbatē, & Cōuentū monasterij S. Georgij de Venetiis, super subiectione ipsius monasterij, ex altera vertebatur: inuenimus pro eodē Patriarcha probatū, quòd inter alia Abbas, quinque iuit ad eius synodū quinquaginta solidos Venetorū ei per plures annos exoluēs †: *& infrà.* Ad haec cùm de praemissis l. solidis, quos petiit ad subiectionis indiciū [g], à Patriarcha sit actū per sententiā diffinitiuā, quam super hoc contrariam reportauit: ei non adimimus (si alio iure [h] de ipsis

f¶ *Res inter alios acta.*] j. *de re iud. c. penult.* j. *de praeben. dilecto. in fi.* & j. *de do. inter dilectos. in fi.* & s. *de offic. deleg. super eo.* & *§. de fide instru. inter dilectos.*

IN *causa.*] In prima decisa diffinitio. In secunda protestatio ibi. *Ad haec.* Abbas Sic.

Casvs. Patriarcha Gradeñ. petebat subiectionē in monasterio S. Georgij. & l. solidos Venetorū ad iudiciū subiectionis. intētās possessoriū, sc. & petitoriū: sup duob. praedictis articulis lite cōtest. pars vtraq; suas probationes induxit: & quia patriarcha probauit se possedisse, ac percepisse praedicta: cū diceret se spoliatū praedictis. D. Papa ipsum restituit, verū quia vtraque pars deduxerat in iudiciū, quicquid iuris habuerat in praedictis. P. visis priuilegiis praedecessorū suorū ex parte monasterij productorum, pronunciauit monasteriū liberū, & ad Romanā Ecc. nullo modo pertinere, absoluēdo monasteriū in praemissis, & aliis, quae iurisdictionē, & subiectionē, respiciūt, ab impetitione patriarchę, nō obstāte possessione ab ipso patriarcha probata: quia nō probauit tāto tpe se percepisse praedicta, & per hoc renūciatū fuerit priuilegiis libertatis: sed cū de praedictis l. solidis, quos patriarcha petebat ad indiciū subiectionis, sit actū ab ipso per sniam quam super hoc contrariā reportauit, Papa sibi nō adimit potestatē si alio iure de praemissis l. solidis voluerit experiri. No. quod non obstat res iudicata, si ex alia causa eadē res petatur, super qua fuerat aduersarius absolutus.

¶*Gloss. seq. soluit impertinentiam tituli.*

g¶ *Ad subiectionis indiciū.*] Petebat patriarcha subiectionem in monasterio S. Georgij, & l. solidos ad iudiciū subiectiōis ab isto abbate, vt probaret per hoc quod ei subesset. & j. *de cēsi. omnis anima.* 10. q. 3 *illud. & C. de episc. & cler. nulli.* & in his actu fuit à patriarcha possessorio, & petitorio: in possessorio obtinuit, in petitorio succubuit: & sic facit ad titulū: aliàs nō videt facere ad titulū. & sic patet, quod malè fuit decisa, & meliùs fuisset posita in tit. de re iudi. siue de excep. Quando verò sensus talis, est signū exceptionis, quinque solūmodo signū protectionis. j. *de priuileg. recepimus.* & tunc non eximitur à iurisdictione dioecesani: vt dicto c. *recepimus in fi. & in gl. fi.* [f] sed hic petebatur in signū subiectionis, sicut ēt j. *de censi. cū Venerabilis.* sed quia monasteriū liberū erat, & exemptum per priuile. Rom. Pont. succubuit illo casu. & in aliis: quia nō percepit ille tanto tempore, quod renūciatum, vel praescriptum fuerit priuilegium libertatis: vt patet in integra.

h ¶*Iure.*] Sic patet, quòd qui rem petit, & praecipuè in personali actione ex vna causa, si succumbat, quòd non obstat ei exceptio rei iudicatae: si postea petat eandem rem ex alia causa. *ff de excep. rei iud. cùm quaeritur. & l. & an eandem. §. actiones.* Idem est in rei vendicatione, si exprimatur tantùm vna causa. *ff. de excep. rei iud. si mater. § eandem.* Idem est etiam in possessorio. j. *de dona inter dilectos.* & *ff. de acqui. pos. possideri. § ex plurib.* [g] *arg. de hoc dictum est. s. de lib. ob. c. d. Vbi de hoc.*

f *Concor.* l. cum quidā. §. diuus. ff. de vsu. & l. Celsus. cum no. ff. de vsuca.

g *Emptor, qui vsucepit, possidet pro suo, & pro emptore, & heres emptoris pro haerede, & pro emptore. Io. And.*

DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

¶ Visum est suprà de causa possessionis: sed quia causa restitutionis possessoria est, ideo de illa submittit secundùm Gof. Vel sic: Viso qualiter possessio perdatur: quia perdita restituenda est: ideo, &c. secundùm Host. Vel sic: Vidimus supra, quo ordine causa possessionis, & proprietatis tractandæ sunt, sed quia dubitari posset, an spoliatus sit indistinctè restituendus: ideo subiecit hanc rubricam. Ab. Sic.

De hac materia tractatur 2. q. 1. & 3. q. 1. & 2. per totum.

Licet multum. Si consentit is qui restitutionem petit, potest sibi quæstio proprietatis referri. h. d. in prima spoliati conquestio. In secunda ibi, Quod si ita. causæ commissio bimembris. Et secunda ibi Alioquin. Abbas Siculus.

experiri voluerit) potestatem.

TITVLVS XIII.

De[a] restitutione spoliatorum.

¶ Gregorius nonus † Episcopo Constan.

¶ *Aduersùs restitutionem petentem, non est audiendus reus de proprietate opponens nisi actore consentiente.*

CAP. I.

Licèt multum: & infrà. ¶ Conquestus est nobis Philasi† cæcus eius campum ab † Ecclesiæ hominibus irrationabiliter occupatum. ¶ Quod si ita est, quanquam ante omnem contentionem[a] possessio ei debuerat violenter ablata restitui[b]: tamen quia Euentus Diaconus ipsius Ecclesiæ consentiente illo constituit se legitimè probaturum, dictum campum eiusdem Ecclesiæ iuris esse, veritatem in-

CASVS. Quidam cæcus conquestus fuit domino Papæ, quòd homines ecclesiæ, cuius ipsius cæci occupauerat irrationabiliter. Quidam diaconus ipsius ecclesiæ Euentus nomine aduersario respondit, quòd campus erat ipsius Ecclesiæ, & hoc obtulit se probaturum: & cæcus respondit, si hoc probare posset, quòd esset contentus: vnde super hoc scribit Papa Constantiô episcopo dicens: quamuis antequam quæstio proprietatis tractari debeat, possessio violenter ablata ipsi cæco deberet restitui: tamen quia diaconus prædictus, consentiente ipso cæco, obtulit se probaturum dictum campum ad suam ecclesiam pertinere, inquirat de hoc veritatem: & si hoc probatum fuerit, ipsi cæco silentium imponat: alioquin res ei ablata reddatur. No. quòd causa possessionis priùs tractanda est, & restitutio facienda, quàm quæstio proprietatis, sed cæcus iste in hoc iuri suo renunciauit.

¶ Gloss. seq. obiicit ad tex. per tres ll. & vnam decre. & ad illas respondet.

a ¶ *Contentionem.*] Si hoc petiuisset. j. eod. c. pro. & c. in literis. & c. item cum quis. & 3. de ord. cogni. super spoliatione. & 2. q. 2. per totum & 3. q. 1. & 2. per totum. & sibi imputet iste cæcus, qui renunciauit iudicio possessorio. 29. q. 2. cuius rei causa. in gl. probare. Sed videtur, quòd non est restituendus, si aduersarius incontinenti vellet probare dominium ff. ad exhi. l. 3. §. ibidem. & ff. ad Trebel. ille à quo §. 1. & melius ff. vt in pos. leg. sins à quo. primo resp. & j. eod. literas ad fin. sed non obstant leges illæ: quia non loquuntur in interdicto, vnde vi: immò in interdicto, de adipiscenda possessione. & quod dicit decr. literas, illud speciale est propter periculum animæ, in casibus vbi Ecclesia dispensare non potest vt ibi patet.

¶ Glo. seq. quærit & soluit.

b ¶ *Restitui.*] Cum fructibus perceptis: & qui percipi potuerunt à tempore deiectionis j. eod. c. pro. & c. grauis. Sed quid si sumptus aliquos fecit ille diaconus in rem illam?[a] Respondeo, nec petitionem habet inuasor nec retentionem: quia donare videtur tanquam malæ fidei possessor. Instit. de rerum diui. §. ex diuersis. & quicquid plantatur, seritur, vel ædificatur, omne solo cedit, si radices prius egit. Instit. de rerum diui. § si Titius. immò tenetur etiam de eo, quod casu periit. ff. de lega. 1. cū res. in fi. tamen sumptus necessarios, sine quib. res facta esset deterior, debet restituere. C. de re vend. domum. & ff. de petit. hære. si à domino. §. vlt.

SOlicitè.] Petenti restitutionem non obstat exceptio abiurationis factæ post spoliationem h. d. secundùm glos. Ioan. And. Diuiditur. Primò ponit causæ commissionem, in qua priùs prouidet replicationi, qua probata repellit exceptionem, submittens rationem ibi, Quia non est. Secundò ponit finalem determinationem Sed testes. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam clericus H. nomine dicebat se spoliatum Ecclesia sua, vnde petebat restitui sibi Ecclesiã. Respondebatur econtra, quòd non fuerat spoliatus, sed sponte ipsi renunciauerat, dũ eã possidebat: vnde non erat audiendus: & hoc probare volebat. Respondebatur quod etsi verum esset, quòd renunciauerat, spoliatus tamen renunciauit, & inuitus: & hoc probare volebat. Consultus Papa, quid super hoc esset agendum, mandat Vigornien. Episcopo, vt diligenter inquirat, quo tempore H. renunciauit ecclesiæ, & si constiterit illum spoliatum, cùm eidem Ecclesiæ renunciauit, contra ipsum testes alterius partis de spontanea renunciatione, & iuramento non admittat antequam fuerit restitutus: quia non est verisimile, quod sponte iuri suo renunciauerit, qui spoliatus renunciat: sed testes ipsius H. recipiuntur, quibus probare intendit, quòd violenter prædicta ecclesia fuerit spoliatus. Not. quòd ei, qui petit restitui, non potest referri quæstio proprietatis: quod ius non habeat: & sic quæstio proprietatis non præiudicat quæstioni possessionis: quia quæstio spoliationis priuilegiata est, vt ei nihil possit opponi, quod tangit quæstionem proprietatis, nisi primo fuerit restitutus.

quireret: & si hoc probatum fuerit, huic dicendum est, vt à sua intentione discedat. Alioquin res ei ablata reddatur.

¶ Alexan. iij. Vigornien. † Episcopo.

¶ *Petenti restitutionem beneficij, non obstat renunciatio facta post spoliationem: quia præsumitur non spontanea. Et seriosè addido, quia præsumitur non spontanea: quoniam etsi probaretur spontanea, deberet obstare talis exceptio, vel renunciatio in beneficialibus.*

CAP. II.

SOlicitè † cures perquirere, quo tempore H. renunciauit Ecclesiæ: & si tibi constiterit, eum spoliatum[c], cùm eidem Ecclesiæ renunciauit: contra eum testes alterius partis, de iuramento, & renunciatione sponte facta (antequam restitutus fuerit) non admittas †: quia non est verisimile[d]: quòd sponte iuri suo renunciauerit, qui renunciat spoliatus. Sed testes eiusdem H. quibus intendit se probare, quòd violenter prædicta Ecclesia

¶ Glo. seq. arg. à contrario: secundò obiicit quod ante ingressum &c. sol. deinde signat contrarium de decre. super hoc. & remittit.

c ¶ *Eum spoliatum.*] Ergo à contrario sensu si non esset spoliatus, bene reciperentur testes contra eum. j. c. pro. ex eo enim quòd spoliatus renunciauit, præsumitur, quòd inuitus, & coactus renunciauit: vnde contra talem præsumptionem non admittuntur testes (vt hic innuitur) nisi facta restitutione. Sed quare mandat Papa inquiri, quo tempore renunciauit: cum spoliatus ante causæ ingressum debeat restitui j. c. pro. & j. eo. in literis. & c. item cum quis? Ideo de hoc inquiritur: quia si renunciasset eo tẽpore, quo possidebat, & ipse postea peteret Ecclesiã dicẽs se spoliatum[b], tunc reciperentur testes contra eum, quòd sponte renũciauit, vt sic defenderet se ille reus cõtra istũ petentẽ restitutionem, vt sequitur in gl. ad fi. & j. de renun. super hoc. quæ consueuit signari contraria huic: sed non contradicit: quia in alio casu loquitur, vt ibi dictum est. Sed si aliquis spoliatus petit restitutionẽ beneficij sui, & obiiciatur ei, quòd non fuerit canonicè institutus, vel quòd sponte renunciauit, vel abiurauit, non est audiendus: quia ei non potest referri quæstio proprietatis, nisi postquã fuerit restitutus: quod esset, si audiretur obiiciens in iure minùs canonicam institutionem, vel abiurationem spontaneam: vt j. eo. in literis. c. item cum quis & c. ex conquestione. quia quæstio spoliationis priuilegiata est. s. de ord. cog. super spoliatione. Hic ergo tantùm agitur possessorio: vnde aduersarius non est audiendus, mouens ei quæstionem proprietatis: quia nihil habet commune quæstio proprietatis cum possessione. ff. de ac. pos. naturaliter. § nihil. quare non obstat iuramentum restitutionem: etenti, cum in ea non agatur de iure proprietatis, sed iuramentũ & renunciatio spontanea tangunt ius proprietatis: cui abiurando renunciauit spoliatus, sed possessioni non renunciauit, vel abiurauit: quia iam amiserat eam per spoliationem, & ei quod non possidebat, renunciare nõ poterat, quare petit restitutionem. Si verò constaret, quod non spoliatus renunciasset, bene reciperentur testes aduersarij[c], quòd sponte renunciauit dum quietè possidebat: vt in c. seq. Et sic est arg. per lata sententia super proprietate, non obstat agere volenti de possessione: vt in c. s. de causa pos. c. pastoralis. & etiam ar. contra colligitur ibi, quòd obstet. in gl. ergo si aliquis. &c.

¶ Glo. se ad rationem tex. ad lit aliam secundo signat contrarium de decre. seq. ponit opinionem, & dupliciter soluit.

d ¶ *Quia non est verisimile.*] Cõtra hãc præsumptionẽ nõ admittũtur testes, ex quo obstat quòd spoliatus sic renũciauit: & hoc nõ tñ ex vi præsumptionis, sed potius ex natura, & priuilegio spoliationis: quia eũ intentans nõ est recõueniendus, nisi de alia spolia-

Marginal notes:

† In omnibus manuscriptis exemplarib. deest Vox, nomine Constan. et ferè capitum, Gregorium septimum, legendum admonet. Antonius Augustinus ex lib. registro la. 126. siue 130. registri B. Gregorij. obseruat scribendum vt: rege rum Constan. Mediolanensi episcopo habetur suprà eod. tit. in 1. compilatione.

† Philatorum.

† Philaprimo.

† In codice Barbaria, abecclesiæ fenestra.

a Vide de hac materia per Bar. in l. fin. fo. cõ. glo. ff. de rei vé. & tex. cum glo. in l. plane. ff. de peti. here.

† Vuigorem. † Virgorn.

† Post conc. Lateran. sub Alexan. iij. p. 22. c. 1. eo. tit. in 1. compilatione.

† Istum tex. dicit hic Ab. esse singu. ad hoc quod quando aliqua exceptio proponitur in genere, qua in specie certa cõtenta sub genere concludit intẽtum excipientis, in certa non debet per hoc excludi.

b Vel quia veniens non fuit admissus: Vel quia fuit electus, cum renunciando possessionem amiserit, secundũ Inn. all. decr. super hoc. Ioã. And.

c Quasi istud non sit excipere cõtra petitionem, sed reprobare probationẽ, secundùm Petr. In. & Ab. Ioã. An.

tione conueniretur, vel ei in modum exceptionis alia spoliatio obijceretur. s. *de or. cogn. super spoliatione.* Sed manifestè videtur contraria decr. sequens, vbi obijciens spontaneam abiurationem agenti possessorio, auditur. Quidam sic soluunt contrarietatem, quòd hîc metu renunciauit, & non coram suo iudice: & in seq. c. renunciauit sponte, & coram suo iudice. Verior est solutio, quia hîc agebatur possessorio tantùm: in sequenti possessorio & petitorio: vt patet in antiquâ. Vel dic, quòd hîc constabat eum spoliatum fuisse, cum renunciauit: quia hoc primò quaesitū fuit: vt dicit in prin. sed in sequenti non cōstabat eum fuisse spoliatum:a immò dicebatur, quòd nulla spoliatione facta, sponte, dū possidebat, renunciauit, & sic admittitur ad probandum, quòd non spoliauit indirectè. sic j. *eo. cùm ad sedem.* & j. *de testi. significauerunt.* & j *eod. cùm.* 1. arg. quòd sicut admittitur actor ad probandum, quòd fuerit spoliatus: sic reus potest & debet admitti ad probandū cōtrarium: quod erit, dum probauerit, quòd sponte renunciauerit, cum possidebat, & corā suo iudice: & si hoc probauerit, patet quòd ipsum nō spoliauit. & sic nulla contrarietas, & ibi praecessit renunciatio spoliationem, sed econuerso hic, & ideò secus: & ideò non fuit spoliatus.

fuerit spoliatus a (dūmodo idonei sint) recipere non postponas.

¶ Idem.

¶ Petens restitutionem beneficij, non auditur, etiamsi spoliationem probat, si probatur eum sponte illud beneficium prius resignasse.

CAP. III.

ACceptat† cōquestiōe P. Clerici, quòd violenter fuerat, Ecclesia spoliatus, vobis dedimus in mandatis, vt si hoc constaret, eam sibi restitui faceretis. Quo cognito, rñsū est ab aduersario, id non debere proficere: eo quòd spōtanea voluntate coram Eboraceñ. Archiepiscopo Apostolicae sedis Legato praescriptā Ecclesiā abiurasset†: *& infra.* ¶ Mādamus, quatenus si vobis cōstiterit, quòd Praefatus P. nullo metu, vel vi coactus, sed spontaneè † praelibatam Ecclesiam taliter abiurauerit b: ei super hoc perpetuum silentium imponatis.

¶ Idem Vrigorieñ. Episcopo. & Helieñ. Archidiacono.

¶ In interdicto de retinenda, succumbit reus ipsius abiuratione probata. h.d. quoad titulum.

CAP. IV.

AVdita † querela T. Clerici quòd H. persona Ecclesiae de Sander, ipsum super Ecclesia sua de Peleñ. † indebite molestaret: Londoñ. Episcopō, & tibi fili Archidiacono dedimus in mandatis, vt si vobis constaret, quòd praedictus H. alterius Ecclesiae d personatum haberet, vel iuramento spontaneè praestito firmauerit, se memorato T. super eadem Ecclesia † quaestionem de cętero non moturum, ab eius molestia super hoc compesceretis eundem: & infrà.

¶ Cum verò vobis pleniùs constitisset, dictum H. non solùm alterius Ecclesiç personatum habere, sed etiam spontanea voluntate Ecclesiam de Pelen. † in perpetuum abiurasse: prohibuistis eidem, ne dictum T. super hoc de caetero molestaret.

¶ Licet autem nuncius eiusdem H. posteriores literas impetrauerit, formam aliam continentes, quòd non obstantibus literis à parte altera impetratis, reuocari deberet, si quid immutatum esset in causa, postquam idem nuncius iter ad nos arripuerit veniendi.

¶ Quia tamē non intelleximus e,

a ¶ *Spoliatus.*] Quid si spoliatus stetit per annum, quòd non petiit restitui: nunquid postea auditur? Videtur, quòd nō: quia interdictum actio est praetoria, quç anno expirat. *Inst. de perpe. & tempo. ac. in prin.* Respondeo, praetoriae actiones temporales sunt quoad poenam: perpetuae quoad prosecutionem ipsius rei. *ff. de act. & oblig. an honorarius. ff. de vi, & vi arma. l. 1. in prin.* immò secundùm canones videtur, quòd etiam ad damnum, siue ad poenam perpetuò agi possit: quia nulla conditio temporis opponi potest: vt 3. q. 1. *redintegranda.*

ACcepta conquestione.] Petenti restitutionem Ecclesiae, obstat exceptio spontaneae abiurationis, hoc dicit. In prima parte ponitur consultatio, continens commissionis formam, & exceptionem. In secunda responsio ibi, *Mandamus.* Abb. Sic.

CASVS. Quidam clericus P. nomine, conquestus fuit D. Papae, quòd Ecclesia suā violenter fuerat spoliatus: mandauit Papa quibusdam iudicibus, vt si de hoc constaret, Ecclesiam facerent sibi restitui, partibus coram iudicibus constitutis: responsum fuit ab aduersario, quòd ipse non fuerat spoliatus, sed corā Eboraceñ Archiepiscopo, dum Ecclesiam possidebat, spontanea voluntate abiurauit eandem: & hoc offerebat se probaturum: iudices cōsuluerunt super hoc D Papam: & ipse mandat eisdem, quatenus si constiterit eis quòd praedictus P. nullo metu, vel vi coactus, sed spōte dum Ecclesiam possidebat, abiurauit eandem, ei super hoc perpetuum silentium imponant: cum per hoc appareat, quòd non fuerit spoliatus. Not. quòd petenti restitutionem, potest opponi, quòd non fuerit spoliatus, & auditur volens hoc probare.

¶ *Gloss. seq. signat contrariū de decr. s. prox. ibi remittit: & in fine ponit opinionē. Secūdò & tertio signat. & soluit duo cōtraria.*

b ¶ *Abiurauerit.*] Contra *c. prox. vbi non admittuntur testes.* ibi soluitur l. č arg. cōtra j. *de iustit. cum venissent.* sed ibi possessorio actū fuit: & ibi et abiuratio, vel renūciatio personalis fuit, sed cōcessio fuit realis.b Itē arg. aliud contra. j. *de conces. preb. post electionem.* ibi non fuit abiuratio probata: vnde ibi restituitur: & post restitutionē pōt opponi abiuratio: vt ibi dicitur in § Quidā dicūt, quòd illa decr. solicitè. cōtinet dispēsationē, ex eo quòd ibi auditur cōtra iuramētū: haec verò ius continet, ex eo quòd hîc nō auditur contra iuramentū c. *Arg.* j. *de iureiurand. si verò.* Bernard.

AVdita querela] Per secundas literas facientes etiā expressam mētionem de primis, non reuocatur sententia lata per primas. h. d. secundum Io. An. sed adde ad istud summarium, etiamsi in secūdis literis dicatur, quòd debeat reuocari, quicquid immutatum erit in causa à caetero tempore. Diuiditur, nam primò ponit tres commissiones. Primò primam, & processum ipsius vsque ibi, *Licèt.* Secunda vsque ibi, *Quia tamē.* ibi incipit tertia, vt praemittit causam mandati. Secundò mandatum bimembre, quod per se patet. Abb. Sic.

CASVS. Quidam clericus T. nomine accessit ad D. Papā, & cōquestus est ei, quod H. rector Ecclesiae de Sand ipsum T. super Ecclesia de Peleñ. indebitè molestabat, cùm esset rector alterius Ecclesiae, & iurasset, quòd ipsi T. super eadē Ecclesia non moueret quaestionem. Papa mandauit Episcopo Lōdoñ. & Archid. Helieñ. vt si cōstaret eisdem dictum H. alterius Ecclesiae personatum habere, vel quòd iuramento spontanea voluntate praestito super eadem Ecclesia dicto T. quaestionem de caetero non moueret, ipsum H. ab ipsius molestia prohiberent: tādē constitit eisdem, quòd non solùm habebat personatum alterius Ecclesiae, sed voluntate spontanea abiurauerat Ecclesiam de Peleñ. vnde iudices praeceperunt eidem H. ne dictum T. super Ecclesia ipsa de caetero molestaret. Sed dictus H. nunciū suum ad curiam destinauit, literas impetrans formam aliam continentes scil. quòd non obstantibus literis à parte altera impetratis, reuocaretur in irritum, si quid esset immutatum in causa. Postquam nuncius ipsius H. iter arripuit ad sedem Apostolicam veniendi, audito quòd dictus H. tales literas impetrasset, dictus T. ad curiam accessit exponens domino Papae omnia praedicta: super hoc praescribit Papa Vrigoreñ. Episcopo, & eidem Archidiacono Helieñ. dicens, quòd non intellexit, nec intelligi debuit, vt reuocaretur, quod per eos factum esset auctoritate literarum ipsius, sed si aliquid indebitè immutatum esset. Vnde mandat, quatenus sententiam, quam tulerint ante receptionem posteriorum literarum, occasione ipsarum nullatenus debeat reuocare: & si contra sententiam ipsam aliquid statuerint, illud debeant reuocare. Si verò post receptionem sequentium literarum sententia lata fuit: ea non obstante iuxta earum tenorem in causa procedant. No. quòd aliquis duas Ecclesias quoad rectoriam simul habere non potest. Item quòd per renunciationem sponte factam, amittat quis ius suum. Item ad intentionem Papae semper recurrendum est. Item quod legitimè factum est, Papa non intendit reuocare. Item sententia rectè lata per rescriptum Papae non reuocatur. Item sententia lata post reuocationem literarum non tenet.

c ¶ *Alterius Ecclesia personatum haberet*] Sed etiam quodcunque istorum probaretur, sufficiebat. *infrà de prob. referente.* & *c. de mulier. & supra de ele. dudum.* 2. & *supra ca. prox.* & *supra quod met. cau. ad audientiam.* & j. *de iureiur. si verò.* & 22. q. 4. *si aliquid.*

d ¶ *Molestaret.*] Et sic patet, quòd T. possidebat, & H. illum impediebat, & molestabat eum super ipsa Ecclesia: vnde agebat T. vti possidetis, d scilicet ne inquietaretur. vnde secundum formam petitionis formatur hic sententia, *infra de simo. licet Hely.* §. *nam iuxta iudicij.* &c.

e ¶ *Non intelleximus.*] No. quòd non vult Papa per suū rescriptū bene statuta rescindi. s. *de aeta. & qualit. cum te.* nec vult derogare ius alienum, 99. d. *nullam ex cap. exce.* ibi subtrahitur. & in gl. *subtrahitur.* & s. *de offic. or. licet.* §. *quia tamen.* & j. *de vsu. pal. ex tuarum.* & C. *de emancip. l. nec aui.* & ea quae causa cognita statuuntur, rescriptis reuocari non possunt: vt *C. comminatorias epistolas programmata. &c. l. 3.* ad hoc facit *C. sententiā res. non pos. l. impetrata.* & *C. de test. & quemadmodum test. l. si testamentum.*

a ¶ Rece-

a Ergo non obstabat: sed refert sequ. glo. ad tempus, quo repelletur spōtanea probatio renūciationis. Ioan. And.

† Post cōci. Latera. gl. 22. c. 2. & c. 2. eo tit. in 1. compil.

† Vide tex. in l. si quis vi. §. differētia. ff. de acqui. pos.

† Aliàs ita: sed spontanea voluntate.

† Post cōcil. Lateran. sub Alex. 3. p. 22. c. 4. eo. tit. in 1. cōpilatione, *vbi habes integrā narrationē facti.*

b *Concor.* l. iubere cauere. *cū not.* ff. de iurisd. om. iud. & l. qui restituit. ff. de rei vē.

c Aliȷ dicūt illud loqui ex vi expulsiua, istud ô: compulsiua: sed hoc falsum est quod patet hic per verbum, spoliatus. Ioann. And.

† Aliàs, Pelerem.

† Aliàs ita super eadē causa: vt multis sequit.

† Pelerem.

d In quo interdicto vterque agit, & vterque impetrare potest, sicut in communi diuidundo, & finium regun. secundum Ioan. & infra de proba. ex literis. *Ioan. And.*

a ¶ *Receptionem.*]No. tempus receptionis literarum considerandũ. & nõ datæ. *sic* ĩ. *de præb. dilectus* 2. vbi de hoc in gl. receperũt.
¶ *Gl. seq. assignat contrarium, & soluit.*
b ¶ *Occasione ipsarum.*]Nota. ꝙ hîc fit in secundis literis mẽtio de primis etiam expressa, non tamen reuocantur primæ. vnde signatur contra. ĩ. *de rescript. cæterum. & c. ex parte* 2. sed hoc ideo est, quia sententia iam erat lata per primas, quæ validę fuerunt: alias secundæ reuocant illos, vt hîc patet: à qua sententia nõ fuit appellatum: vt *C. vt li. penden. l.* 1. & 2. & *C. de transact. causas. & Cod. sen. rescin. non pos. l. impetrata.*
c ¶ *Non obstante.*]Hoc ideo, quia iurisdictio ꝑ primas literas attributa, reuocata erat: vnde nulla fuit sentẽtia lata post receptionem secundarum. sic ĩ *de offi. deleg. ex literis.* Bern.

† Hũc textũ, ducit hic Abbas esse singularem ad hoc, quod hoc verbũ, benè reuocetis in verbũ, nõ intelligitur de legitimè actis.

† Aliàs impunatum.

a Prima dicit rescriptum non patrocinari contra sententiam, à qua nõ fuit appellatũ. Secũda dicit tam condemnãdum in literam assimationem. Io. And.

nec intelligi debuit, vt reuocaretur, quod per vos factum esset auctoritate literarum nostrarũ† sed si quid præsumptione, vel violentia immutatũ† esset: Mandamus, quatenus licẽtiam, quam protulistis ante posteriorum literarum receptionem [a], occasione ipsarum [b] nullatenus reuocare tentetis, & si contra sententiam ipsam aliquid statuistis, studeatis id sublato appellationis obstaculo reuocare. Si verò post receptionem sequentium literarum, sententia lata fuerit: ea non obstante [c], iuxta tenorem ipsarum, appellatione postposita procedatis.

¶ Idem Brixich. Episcopo.

¶ *Petenti restitutionem beneficij, quæstio institutionis non canonicæ referri non potest.*

CAP. V.

IN literis tuis: *& infrà.* ¶ Super illa quæstione, videlicet cùm quis dicit se de possessione violenter eiectum: & aduersarius dicit eum non fuisse canonicè institutum: Respondemus, priùs de violenta eiectione [d], quàm de canonica [e] institutione agi debere: quia prædo [f], etiam est secundùm rigorem [g] iuris restituendus.

¶ Idem Exoñ. Episcopo.

¶ *Non obstat exceptio criminis, agenti interdicto vnde vi, vel quod vi, aut clam.*

IN *literis.*] Primò ponitur quæstio. Secundò ipsius responsio. Tertiò responsionis ratio. & partes patent. Abb. Sic.

Casvs. Aliquis dicit se de possessione Ecclesiæ suæ violenter eiectum, vnde petit restitui: aduersarius dicit eum non fuisse canonicè institutum: quæritur, quid iuris sit? Respondet, primò cognoscendum est de violẽta eiectione, quam de canonica institutione: quia ꝑdo de iuris rigore debet restitui. No. quòd quæstio spoliationis præcedere debet quæstionem proprietatis. Item petenti restitutionem, non potest referri quæstio proprietatis: nisi primò fuerit restitutio facta.

† Post conc. Latera. sub Ale. 3. p. 22. c. 5. eo. tit. in 1. compilat. & de intellectu. & materia vide latè per Anto. Gabr. li. 3. commu. concl. tit. de resti. spol.

¶ *Gl. seq. in princ. alleg. vnum simile: secundò opponit contra textum in hoc, quod dicit priùs agendum de violenta eiectione: in glo. seq. exponit: secundò opponitur: videtur, quod simul possessorio, & petitorio possit agi. Panor.*

d ¶ *De violenta eiectione.*]Cùm enim agitur de violentia, & possessione, priùs agendum est de possessione, quis possideat, scilicet vt per hoc appareat quis fecerit violentiam. *C. de appel.* si verò agatur de possessione, & proprietate: de possessione priùs agi debet, vt hîc. Et expone, de violenta eiectione, id est, de possessione violenter ablata: vt *ff. de iud. si de vi. & ff. ad l. Iul. de vi pub. qui cœtu.* §. *si. de vi* [b]. cum qõ spoliationis sit priuilegiata. ĩ. *de or. cog. super.* & hoc, cùm vnum intentatur ab vna parte, & alterum ab altera: secus si vtrunque ab eodem: quia tunc potest vtrunque simul proponi. ĩ. *tit. prox. cum ecclesia. & c seq. & c. cum dilectus, & interdicto, vti possidetis.* naturaliter priùs de possessione agitur. *C. de interdict. incerti iuris.* cum suis concord. quia & ciuilis, & naturalis ratio suadet, vt alter possideat, & alter à possidente petat. *Instit. de interdi.* §. *retinendæ.*

b Et possessione, vel de mouo quæratur: primò cognoscendum de vi, quã de proprietate rei. Io. And.

e ¶ *Canonica institutione.*]Et sic patet, quòd spoliato non possit referri quæstio dominij: nisi primò fuerit restitutus. ĩ. *eod. solicitè.* vbi de hoc.
¶ *Gl. seq. signat contrarium, & soluit, & determinat. Io. And.*
f ¶ *Prædo.*] *ff. de vi, & vi arma. l.* 1. §. *qui a me.* arg. contra: quia dolo facit, qui petit, quod statim restituere debet. *ff. de doli excep. dolo.* Sed illud potest intelligi in petitorio iudicio: & hoc verum est nisi sit talis prædo cuius vitæ nullus parcere debet. *C. quando li. vnicu si in se vim. l.* 1.
¶ *Glo. seq. casum excipit.*
g ¶ *Rigorem.*] Nisi dominus rem petat eodem tempore cum fure. *ff. de dep. bona fides.* §. *exempli loco.* tamen æquitas quandoq; præfertur rigori. *C. de iud. placuit.*

c Sed illud iure authenticorũ videtur correctũ in Auth. de pos. in prin. coll. 6. & signatur. C. depo. & incipit, sed iã casuum.

ITem cùm quis.] Diuiditur vt proxima. Abb.

Casvs. Aliquis dicit se de possessione sua violenter eiectum: vel dicit aduersarium suum clã possessionẽ illã intrasse: vnde petit restitui: aduersarius opponit ei crimen: vt sic prætextu criminis repellat eum à sua intentione: quæritur, quid iuris sit? Respondet, ꝙ obiectio talis non debet admitti, nec executio principalis causæ hoc ꝓp debet differri: quia nullũ crimẽ potest ei opponere, antequam fuerit restitutus, cũ præsumatur eius inimicus existere. Not. quòd petẽs restitutionẽ aduersarius crimẽ opponere nõ pót ante restitutionẽ: quia præsumitur inimicus.

CAP. VI.

ITem † cum quis dicit, se de possessione violenter eiectũ: vel aduersarium clam possessionem [h] intrasse: & aduersarius ei crimen obiicit [i], vt eum à sua intentione repellat: non occurrit nobis, quòd illius obiectio admitti debeat †, vel principalis [k] causæ propter hoc executio retardari, quoniam criminaliter [l] aduersùs eum ante restitutionẽ agere non potest, cùm præsumatur ei existere inimicus.

¶ Idem Cantua. Archiepiscopo.

¶ *Spoliatus etiam à Iudice iuris ordine prætermisso, ante omnia restituatur.*

CAP. VII.

COnquerente † nobis R. Clerico accepimus, quòd ipsum Ecclesia de VVerfort † sine iudicio spoliasti. ¶ Quia verò iam non decet honestatem tuã, Clericos tuæ iurisdictionis, sine manifesta causa, & rationabili [m], suis beneficiis spoliare; quibus teneris paterna [n] prouisione consulere: Mandamus, quatenus, si est ita [o], prædicto † Clerico præfatã Ecclesiam cum redditibus inde perceptis [p] restituas: & in pace eam possidere permittas. † Restitutione autem facta, si quid aduersùs eum super præscripta Ecclesia proponere volueris [q]: coram Exon. Episcopo delegato à nobis, per te, vel per sufficientem responsalem...

† Post conc. Lateran. p. 22. c. 6. e. tit. in 1. compilatione.

¶ *Gl. seq. dicit cum, cuius possessionem aduersarius intrauit, restitutione non egere nisi in duobus casibus & quid consequetur agens per hoc interdictum.*

h ¶ *Clam possessionem intrasse.*]In hoc casu nõ eget restitutione: quia possessionem non amisit: nisi in duobus casibus, putà, si veniens non fuerit admissus. Item cũ non accedit: quia suspicatur se posse repelli. *ff. de acq. possess. clam possidere.* § *qui ad nũdinas. & l. si id.* § *vlt.* consequitur tamen, vt quod iã ædificatum est, tollatur & consequetur indẽnis, prout iuratum fuit in litis taxatione à iudice facta. *ff. quod vi, aut clam, semper.* §. *in hoc interdicto. & l.* 1. §. *denique.* vbi dicitur, ꝙ nulla iusta exceptione se tueri potest quis aduersùs factum, quod vi, aut clam fecit, seu contra interdicto isto agentem.

† Vide l. qui ad nundinas. §. clã possidere. cum l. seq. per Bart. ff. de acq. pos.

i ¶ *Crimen obiicit.*] Et malè: quia separata est causa criminis à causa possessionis. *C. de dona. inter vir. & vxor. si maritus. in fi.*

k ¶ *Principalis.*] Scilicet causa restitutionis: quia principalis est, & primò expedienda. ĩ. *eo. c.* 1.

l ¶ *Criminaliter.*] vt 3. *q.* 1. & 2. *per totum. &* ĩ. *eo. c. sequens* [*li.* 6.]

† Cap. 1. eo. titul. in 2. compilat.

† Carrefurt.

† In codice Barbatia ita: prædictã ecclesiam præfato clerico cũ &c.

COnquerente.] Primò ponitur querela. Secundò ibi, *Quia verò.* præceptum. Tertiò ibi, *Restitutione.* iudicis datio.

Casvs Quidam clericus R. nomine conquestus fuit dño Papæ, ꝙ archiepš Cantu. ipsum sine iuris ordine spoliauit Ecclesia sua. Papa scribit archiepõ dicens. ꝙ non decet honestatem suam, taliter clericos suos spoliare beneficiis sine rationabili causa, quibus potiùs paterna debet prouisione consulere. Vnde mandat, quatenus si est ita, prædicto clerico Ecclesiam restituat cum fructibus inde perceptis, & in pace ipsam dimittat eidem: facta verò restitutione, si aliquid super Ecclesia prædicta contra ipsum proponere voluerit, coram Exoneñ epõ ad hoc delegato, cum eodem R. poterit ordine iudiciario experiri. Not. ꝙ nullus debet destitui, vel spoliari etiam à suo prælato, iuris ordine non seruato. Item restitui debet res cum fructibus perceptis. Item spoliatus non tenetur respondere de proprietate, donec fuerit restitutus.

m ¶ *Rationabili.*] 56. *dist. satis peruersum. &* 36. *q. vlt. inuentum.*
n ¶ *Paterna.*] 16. *q.* 1. *prædicator. &* 8 *q.* 1. *clemens. &* ĩ. *de præb. c.* 2. *& c. cum secundùm Apostolum. &* ĩ. *de censi. cum Apostolus.*
¶ *Glo. seq. quærit obiiciendo.*
o ¶ *Si est ita.*] Sed quare dicit, si est ita, nunquid debet ipse cognoscere de facto suo? Respondeo, non: quia cum de facto suo debeat esse certus: super hoc nullam habet cognitionem, sed ille, cui causa committitur. sed in hoc, vt quod iniustè fecit, emendet, defertur eidem. ĩ. *de rescri. cap. ab excommunicato.*
p ¶ *Perceptis.*] Et qui percipi potuerunt. ĩ. *eod. grauis.*
q ¶ *Volueris.*] Ex quo enim aduersarium se sibi constituit, non debet esse iudex in facto suo. *C. ne quis in sua causa ius sibi dicat, l. vnica. &* 4. *q.* 4. *c.* 1.

¶ *Glo. seq. recitetur per notabile, & quaestionem.*

a ¶ *Experiri.*] Et sic videtur, quod Ecclesiam sibi retinuerit, & non alij dederit: aliàs etiam illi, cui dedisset, deberet experiri: & iudex de his, quae coram eo acta essent, si interrogaretur, scriberet delegato. 18. *dist. de conciliis.* & si Archiepiscopus eum non restitueret, vt mandatur, tunc delegatus cognoscet, an tali tempore fuerit spoliatus: quia hoc illi mandatur ex eo quod dicitur, si est ita vt dictum est: semper enim praesumitur pro sententia[a] iudicis, quousque probetur contrarium. *s. de renun. in praesentia. j. de re iudi. sicut & s. de elect. bona. & s. de probat. post cessionem & ff. de minor. & iur. l. pen. § praetor.*

a *Sed hic nō fuit sententia vel iudicialis priuatio: sed extraiudicialis spoliatio. Ioan. And.*

cientem responsalem tuum, cum eodem R. ordine iudiciario poteris experiri.[a]

¶ Idem.

¶ *Restituitur coniux viro probanti desponsationem, & copulam, & de ipsius impunitate caventi: nisi magna sit viri saeuitia.*

CAP. VIII.

EX transmissa nobis, & infrà. ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quòd praefata mulier praedicto militi legitimè[b] desponsata fuisset, & ab eo[c] cognita: ipsam ei restitui faciatis: recepta tamen sufficienti[d] cautione, quod illi non debeat aliquod malum inferre. ¶ Si autem capitali odio ita mulierem vir persequitur, quòd meritò de ipso diffidat, alicui probae, & honestae mulieri, vsque ad causae decisionem, custodienda studiosiùs committatur in loco vbi vir, vel parentes eius, mulieri nullam possint violentiam[e] † inferre †.

† Cap. 3. eo. ti. in 2. compilat.

† *Aliàs: molestiam.*

† *Vt ponatur in loco religioso:* j. de sponsa. c. cum locū. & s. c. accedēs. de procurat.

EX transmissa.] Primò ponit restitutionem cum cautione. Secundò prouidet, quid agendum sit cum fragilis est cautio. ibi, *Si autem* Abbas.

Casus. Quidam miles petebat restitutionem vxoris suae, quae ab ipso sua temeritate discesserat: quae contra matrimonium consanguinitatem opponebat. Respondebatur, quòd non debebat ei restitui, cum nondum ipsius possessionem habuerit: & etiam quia timet suae personae periculum imminere: mandat Papa quibusdam, quatenus si constiterit, quòd praedicto militi praefata mulier fuerit legitimè desponsata, & ab eo cognita ipsam faciant ei restitui, recepta cautione sufficienti ab ipso, quòd ei non debeat malum inferre. Si verò ita crudelis, & seuerus fuerit, quòd mulier de ipso diffidat: committatur alicui honestae mulieri vsque ad finem causae custodienda in loco, vbi vir, vel parentes ipsius nullam possint mulieri violentiam facere. No. quoddam speciale in ista restitutione, videlicet quod debet probari proprietas, scilicet matrimonium contractum esse legitimè, & quòd eam cognouerit, & quòd spoliatus fuerit. Item cùm timetur de saeuitia viri: debet cauere vxori de impunitate personae. Item quando capitali odio vir odit vxorem, non est restituenda, etiamsi vellet cauere.

b ¶ *Legitimè.*] Id est, per legitimum cōsensum de praesenti vtriusque[b] per verba idonea expressum. *infra de sponsa. si inter. & c. tua:* & in facie Ecclesiae: & ideo non obstaret restitutioni, licèt obijceretur consanguinitas. *j. eod. ex conquestione.* nisi obijceretur gradus indispensabilis, vel etiam quodcunque aliud impedimentum perpetuum: & probationes essent incontinenti paratae. *j. eod. litteras.* secus si ageretur petitorio *s. de ordine cognitionum.* intelleximus.

b *Ita quod tenuerit ratione cōsensus: dato quod aliter si nullum simile infr. de sponsa. c. 1. h. 6. Io. And.*

¶ *Glo. sequens not. in hoc possessorio duo probanda: ponit simile. & rationem subdit.*

c ¶ *Et ab eo cognita.*] Et ita per hoc habuit possessionem. Et sic patet, quod duo debet probare, qui petit restitutionem: videlicet legitimam desponsationem verè, vel praesumptiuè, & carnalem copulam. & est simile in seruitutibus, vbi quis debet probare duas res, scilicet, seruitutem constitutam fuisse, & se vsum fuisse. *ff. de itin. actuque pri. l. 1. § hoc autem interdicto.* & hic seruatus est hinc inde: nec est simile hoc possessorium alijs possessorijs de recuperanda possessione: quia ibi non est necesse probare de iure, *supra de officio deleg. consultationibus.* Hic non sufficit sola possessio: quia possessio hic haberi non potest sine iure. *j. eo. ex parte.* Quare non sufficit sola possessio: quia liber homo possideri non potest. hic est talis possessio, quòd qui possidet, possidetur. *j. eo. litteras. in fi. & c. ex parte. & j. de rapto. cum causa.*

d ¶ *Sufficienti cautione.*] *j. eo. litteras. in fi.* sufficiens cautio[e] dicitur, si pignora, vel fideiussores dentur *ff. manda. si mandato Titij. § vlt. ff. de fideicommiss. liber. l. ergo § aduers.* sed nomine cautionis simpliciter petitae, cautio nuda intelligitur *C. de verb. sign. sancimus* & iudex recipiat cautionem, per quam magis possit mulier esse secura. *s. vt lit. non contest. quoniam. § vlt.* & hoc solū bene agitur. & c. 23. q. 5. *prodest.* sic 32. q. 1. *de benedictio.* si verò non posset secure caueri, non est restitutio facienda *j. eo. litteras. & s. vt lite non contest. accedens 2.* & hoc propter fragilitatem cau-

c *Adde quae dixi. lib. 3. commen. in Decre. scho. 139.*

tionis. *ff. ad Trebel. qui ita. § 1.* & hic idem dicitur.

e ¶ *Violentiam.*] Ad extorquendam fortè aliquam confessionem 31. q. 1. *Lotharius. § praeterea & versi. & econtra. ad fi.* vel aliud iniquum in ipsam committat. Bern.

¶ Idem.

¶ *Per solutionem pensionis rei donatae factam donatario, cum auctoritate donatoris acquiritur illi donatario rei donatae possessio: adeò quod si ab illa expelitur, per interdictum recuperandae agere poterit.*

CAP. IX.

CVm † venisset ad nos G. Canonicus sanctae Trinitatis de Halul. † suo Priore, & Capitulo destinatus, in audientia nostra proposuit, quòd cùm Eboracen. Archiepiscopus Ecclesiam de N. eis concessisset, & per scriptum proprium confirmasset: ita quòd post decessum C. Clerici, (qui praefatam Ecclesiam tunc tenebat[f]) vsibus eorum omnibus modis proficeret †: & interim auctoritate ipsius Archiepiscopi, idem G. ipsis Canonicis, annuam solueret pensionem: & infrà. ¶ Respondemus, quòd si praefati Canonici, de praedicta Ecclesia, auctoritate eiusdem Archiepiscopi, viuente Clerico, perceperunt annuam[g]

† Cap. 4. eo. ti. in 2. compilat.

† *Basilbo.* † *Basilier.* † *Barcls.* † *Barcebs.*

† *Aliàs: proficeret.*

CVm venisset.] Si is, qui per alium possidet illo mortuo possessionem ingressus expellitur, restitutionem per interdictum petere poterit. ita communiter summant Doct. sed secundùm hanc summationem fortè de nihilo prouidet hoc cap. & ideo summa sic, & not. vt in rubro. Et secundùm hoc est casus notabilis: & probat not. per gloss. & Bar. in l. qui vniuersas. & in l. quamuis. ff. de acquir. poss. Diuiditur: nam in prima parte ponitur consultatio partium decisa, in secunda responsio ibi, *Respondemus.* Abbas.

Casus. Archiepiscopus Eboracen. Ecclesiam de N. concessit canonicis sanctae Trinitatis, & per scripturā propriam confirmauit: ita videlicet quòd post decessum G. clerici, qui Ecclesiam tunc tenebat vsus cederet canonicorum, & interim clericus ille auctoritate Archiepiscopi, canonicis praedictis annuam solueret pensionem, quam archiepiscopo soluere cōsueuit: quam concessionem dominus Papa inspecto instrumento concessionis archiepiscopi confirmauit. Mortuo clerico praedicto, canonici praedicti confisi de concessione, & confirmatione praedictis, sine auctoritate archiepiscopi, possessionem ipsius ecclesiae sunt ingressi: archiepiscopus quia auctoritate propria, & eo non requisito possessionem ipsius fuerunt ingressi, fecit spoliari praedictam ecclesiam omnibus, quae clericus defunctus ibi dimiserat ipsius canonicis. Vnde canonici praedicti domino Papae de archiepiscopo sunt conquesti. Respondet Papa super hoc, quòd si canonici praedicti, à praefata ecclesia, viuente clerico supra dicto auctoritate archiepiscopi perceperunt annuam pensionem, eo mortuo, quamuis non habuerunt auctoritatem archiepiscopi, vitiosè tamen non sunt ingressi, possessionem, cùm sit cautum in iure, vt is possideat, cuius nomine possidetur: & ideo archiepiscopus tenetur ad restitutionem eorum, quae inde fecit asportari. Nota, quòd qui per alium possidet, possidere intelligitur, & ita viuente clerico intelligitur possidere per ipsum.

¶ *Glo. seq. obijcit, quod non vacans, &c. & soluit.*

f ¶ *Tenebat.*] Sic colligitur ex hoc, quod beneficium non vacans fuit illis concessum, vnde eo ipso debent perdere illud. *infrà de concess. praebend. qui in vniuersum. & cap. post electionem.* licet donator aliud donare illis teneatur. *infrà de praeben. inter caetera & 7. quaest. 1. praesentium.* Sed hoc non habet locum in hoc casu: quia quod collegio datur, nemini datur. *arg. 12. quaest. 2. episcopus. §. qui manumittitur.* & nullus suo nomine inde capit emolumentum. 2. *quaest. 5. §. biduum. versic. palam.* & sic nullus desiderat mortem viuentis[d]. *de concess. praebend. nulla.* & talis donatio licitè fieri potest de consensu episcopi, etiam à patrono sine praeiudicio possidentis. *infrà de donat. consultationibus:* quae ponit istum casum. & *infrà de iure patron. quod autem.*

d *Maximè quia naturale vitium est negligi quod communiter possidetur. vel si nihil habere, quis eum nō habeat, arbitretur. C. quando & qui. quar. pars. l. 2. lib. 10. Io. And.*

g ¶ *Annuam.*] Per hoc intelliguntur canonici accepisse possessionem, & Archiepiscopus si eam amisit, & receptio pensionis fuit signum traditae possessionis. *argu. supra de consue. ex litteris. sicut.* & donando, vel vendendo rem aliquam, si vsumfructum sibi retinuerit, eam tradidisse videntur. *Cod. de donat. quisquis rem. & l. si quis argentum. § sed si quidem. ff. de rei vend. quadam mulier.* & est arg. ad hoc *ff. de acquiren. possess. quod meo. §. si vendiderem. & l. qui bona. & l. si aliquam.* nec mortuo clerico, statim canonici amiserunt possessionem, quam priùs habebant, sed tunc demum si neglexissent. *ff. de acq. poss. l. si id quod. § 1.* Bern.

¶ *Glo. seq. ponit partem casus decisam.*

a ¶ *Cuius*

pensionem: eo mortuo, quamuis auctoritatem eiusdem Archiepiscopi non quęsierunt, vitiosè, tamen non sunt possessionem ingressi †: cùm (sicut cautum est) is possideat, cuius nomine[a] possidetur.

¶Lucius iij. G. Archid. & I. Archipresbytero Turonen.

¶Si actore agente petitorio, reus super eadem re deducit possessorium, proceditur in solo possessorio, suspenso petitorio.

CAP. X.

EX † cõquestione B. mulieris ad nos noueritis peruenisse, quòd cum C. miles eam sibi matrimonio copulasset, & maritali affectione pertractans, ex ipsa filiam suscepisset, sine iudicio[b] Ecclesię à se remouit eãdem, & de accusando super consanguinitate matrimonio, remoto appellationis obstaculo, litteras ad Iudices impetrauit: cùm autem priusquam à Iudicibus mulier citaretur, per diœcesanum Episcopum virũ sibi restitui petiisset, & ob hoc ad nos proprium nuncium destinasset: demùm coram prefatis Iudicibus constituta, modò per se, modò per Procuratorem[c], ante ipsius causę ingressum[d], & post, virum sibi restitui postulabat. Iudices verò restitutione negata, (quod fieri non debuit[e]) in principali procedere voluerũt †: vnde ipsa nostram audientiam appellauit: *& infrà.* ¶Mandamus, quatenus si est ita, mulieri virũ restitui[f] faciatis: quę post appellationẽ[g] ipsa sunt, in irritum reuocantes: postmodum super matrimonio causam audiatis, & fine canonico[h] terminetis.

¶Cælestinus tertius.

¶Violentus rem cum fructibus, etiam, qui percipi potuissent, restituere, dãna resarcire, & de iniuriis satisfacere compellitur.

CAP. XI.

GRauis † ad nos querela: *& infrà.* ¶Mandamus: quatenus si vobis constiterit de pręmissis[i], pręd ictum Archidiaconum, ablata pręnominati monasterij fratribus cum integritate restituere, damna plenariè resarcire, & de illatis iniuriis[k] competenter satisfacere compellatis †: prouisuri, vt

a ¶*Cuius nomine possidetur.*] j. de præs. si diligenti. & s. Vt lit. non contest. quoniã. §. quod si super. Insti. de interdi. §. possidere. ff. de acq. pos. quod meo. & l. generaliter. Supple, vt intelligas, quare faciat ad titulũ, q mortuo clerico illo, canonici statim intrauerũt possessionẽ sine requisitione archiepiscopi: vnde ipse spoliauit eos prædicta Ecclesia, & omnia bona Ecclesiæ fecit asportari: vnde petebant canonici restitui[a]. vt patet in integra.[b] & sic per responsionem patet, q sunt restituendi, quia possidebant, & iniustè spoliauit eos.

EX *conquestione.*] Si altero coniugum matrimoniũ accusante alter petat restitui, ante omnia restituitur. Primò ponitur appellãtis querela. Secũdò iudicũ datio ibi, *Mandamus.*] Abb. Siculus.

CASVS. Quidam miles C. nomine B. mulierem in vxorem accepit, & eam maritali affectione pertractans, filiam suscepit ex ea: tandem sine iudicio Ecclesiæ à se remouit: & litteras ad iudices impetrauit, vt matrimonium accusaret de consanguinitate. Sed antequam à iudicibus citaretur, coram diœces. episcopo virum sibi restitui postulauit, & ob hoc ad sedem Apostolicam nuncium destinauit: demum coram præfatis iudicibus constituta, aliquando per se, aliquando per procuratorem, ante causæ ingressum, & post, virum sibi restitui postulabat: iudices restitutione denegata, in principali procedere voluerunt, vnde ipsa ad sedem Apostolicam appellauit: mulier cõquesta fuit de hoc D. Papæ, vnde mandat Papa iudicibus, quatenus si est ita mulieri virum restitui faciant, & quicquid post appellationem factum est, debeant in irritum reuocare: audientes postmodum causam super consanguinitate, & debito fine terminantes eandem. Not. quod restitutio semper facienda est, antequam tractetur quæstio principalis. Item quicquid fit post appellationem legitimam, debet reuocari.

b ¶*Sine iudicio ecclesiæ.*] Et ideo malè, etiam si consanguinitas notoria esset. infrà de diuor. c. porrò quia talis separatio pœna est, quæ non debet imponi nisi per iudicem. 33. q. 2. *sæcularis. & §. in hoc.*

c ¶*Per procuratorem.*] Quod bene licet, etiã si esset minor xxv. annis. j. eo. c. *ex parte.* etiam si ageretur ad tori separationem tantum. s. *de procu. c. sua.* sed si criminaliter ageretur, non: vt in *c. sua. & j. de accu. c. Veniens.* in crimine enim non interuenit procurator. 5. q. 3. *in criminalibus*[e].

ADDITIO. An autem cõparendo per se, videatur reuocare procuratorẽ, vide bonum tex. in *c. si quem. de procuratorib.* [*lib. 6.*]

¶Glo. seq. no. ex tex. quòd etiam post lit. contest. &c. & adducit c. pastoralis. *obijcit de decre. inter monasterium. Soluit, & stando obiectioni respondet ad hoc* c. & ad c. pastoralis.

d ¶*Ante ipsius causæ ingressum, & post.*] Per hoc videtur, quod quæstio spoliationis in modum actionis proposita præiudicet principali, & ante litem, & post litem contestatam. *arg. supra de causa poss. c. pastoralis.* Sed videtur, quod non sit audienda mulier ista petens restitutionem lite contest. super principali, sicut in mutuis petitionibus, quæ ante ingressum principalis proponendæ sunt. s. *de mut. pet. c. 1.* & *C. de sen. & interlo. om. iu. di. Auth.* & *consequenter.* & quia dilatoria est, qualitercunque proponatur, & dilatoriæ quæstiones omnes siue exceptiones ante litem contestatam debent proponi, postea verò non. j. *de re iud. c. inter monasterium.* Satis videtur dicendũ, q si aliquis cõtestetur litem, cum actore intentante quæstionem proprietatis (sicut faciebat vir ille, qui agebat de cõsanguinitate) si nihil reus dicat de spoliatione ante litem contestatam, non sit postea audiendus siue in modum actionis, vel exceptionis velit obiicere spoliationem super eadem re, & sibi imputet, qui hoc omisit: sed super diuersis bene posset peti restitutio in modum actionis reconueniẽdo lite contestata durante iudicio. s. *de ordin. cognitio. c. cum dilectus.* & s. *de rescri. in concilio Lugdunẽsi. c. dissendia. §. rem quoq;* sed nõ in modũ exceptionis. Et in casu huius decre. quæstio spoliationis proposita in modum actionis prius debet terminari, & facta restitutione procedetur super petitorio. Sed hic ideo mulier auditur, quia & ante ingressum litis, & coram ordinario, & coram de legato hoc instanter petebat, & post ingressum, & nihilominus compulsa per iudices ingredi iudicium, petiit restitui, & cum nihil proficeret, appellauit: & quod dicitur in decret. pastoralis. intelligitur, quando primò quis intentat petitoriũ, ille idem ante conclusionem potest redire ad possessorium, vnde non est simile.

¶Gl. seq. ponit quatuor casus, in quibus non fit restitutio coniugis.

e ¶*Non debuit.*] Nisi in casibus, putà si esset publicè adulterata. j. *de diuort. significasti.* vel nisi timeretur sæuitia viri, ita quòd nõ posset ei caueri. j. *eo. litteras.* & s. *eo. c. ex transmissa.* & in casu, quem habes. j. *de diuor. c. gaudemus. in fi.* Itẽ vbi petitur restitutio[d] in modum exceptionis, ibi non datur restitutio: quia non agitur ad hoc. s. *de ordin. cog. ca. cum dilectus.*

f ¶*Restitui faciatis.*] *Arg. contra s. de ord. cog. intelleximus.* ibi. petitorio, & hic, possessorio. sic non est contra.

¶Glossa reci. per obiectionem.

g ¶*Post appellationem.*] Et ita tenuit appellatio, licèt esset inhibita in litteris, quia remotio appellationis nõ impedit appellationem, vbi manifestè quis grauatur. j. *de appel. c. Vt debitus.* & ideo omnia reuocantur, quæ post appellationem legitimam facta sunt. j. *eo. litteras.* Bern.

h ¶*Fine canonico.*] Verbum istud ferè semper ponitur in causis spiritualibus: & præcipuè in matrimonialibus, quæ per canones terminari debent[e]. j. *de consan. & affi. c. 1. in fine.* In ciuilibus causis ponitur, debito fine: sed in hoc non est vis: quia in spiritualibus ponitur quandoque debito fine. j. *eo. cum ad sedem. circa princ.* j. *de testibus. ex tenore.*[f] Bernar.

GRauis.] Prima pars decisè ponit querelam, super qua secunda dat iudicem ibi, *Mandamus.* cui quatuor tãtum mãdat quæ per se patent. Abbas.

CASVS. Archidiaconus iste, de quo fit hic mentio, spoliauit monachos istos Dolensis monasterij: & damna alia, & iniurias irrogauit eisdem: Vnde monachi domino Papæ grauiter sunt conquesti: mandat Papa quibusdam, quatenus si constiterit eis de præmissis, compellant prædictum archidiaconum restituere omnia, quæ abstulit prædictis monachis, & damna plenariè resarcire, & de iniuriis satisfacere competenter: prouideant insuper, vt fructus perceptos ab archidiacono à tempore violentiæ, & quos percipere monachi potuissent, si non fuissent spoliati, eisdem restitui faciant vniuersos. Not. quòd spoliati plenariè sunt restituendi ad omnia, quæ amiserunt cum fructib. perceptis, & qui percipi potuerunt.

¶Gloss. seq. recit. per q. quomodo constare debeat, &c.

i ¶*De præmissis.*] De violentia per testes constare debet, si aduersarius ipsam negauerit. De rebus amissis per proprium iuramentum qualitate personarum, ac negotij inspecta, & sic taxatione iudicis præmissa potest sequi condemnatio. *supra quod me. cau. c. Vlt.* vbi de hoc. & *C. Vnde vi. si quando.* & *2. q. 1. in primis.* & *de iureiu. olim.*

k ¶*De illatis iniuriis.*] Quas specificare debet, qui agit iniuriarum. *ff. de iniur. prætor. 2. resp.*

¶Glo. seq. recit. p q. quid intelligitur appellatione fructuũ? & dicit id quod.

a *Archiepiscopus dicebat eos non restituendos: quia non possederant.* Ioan. And.

b *Hanc habes in 1. cõpilatione, in textu huius c. cæterum.*

† *Adde de hoc per* l. ex stipulatione. ff. de acqui. pos. & l. 1. C. eod.

† Cap. 8 tit. in 1. compilatione.

† *Hic in plerisque antiquis legitur, voluerũt, cui repugnat & sensus, & series huius c. nam cum iudices restitutionẽ negassent, & de facto procederent, ipsa appellauit.*

† Cap. 5. eo. tit. in 2. compilat.

d *Meliùs dixisset, Vbi proponitur spoliatio.* Ioan. And.

† *Vide text.* in l. 1. §. qui autem. cum §. se. ff. de vi & vi armata.

e *Et per iudices ecclesiasticos, vt diffinitur cõcilium Trident.* sessio. 24. de sacramẽto matrimonij canone 12.

e *Concor.* l. sicut. in fi. ff. quemad. vsusfruc. amit. & l. non solum. §. 1. ff. de lib. lega.

f *Concor.* l. 15 §. quæsitum: cum gl. & l. de pupillo: §. denunciare. ff. de nõ. ope. nunc.

non tantùm fructus [a] à nouo, & violento possessore perceptos, sed quos (si eis possidere fuisset licitum) possessores veteres percepissent, reddi faciatis eisdem.

¶ Inn. iij. Epo, & Capitulo Tridoñ.†

¶Ingressus possessionem ignorante domino, ad quem pertinet, pōt per ipsum dominum, statim cū sciuerit repelli etiam violenter, nec ex tali repulsione cōpetit repulso cōtra dominū interdictū possessorium, h. d.

CAP. XII.

OLim† causam, quę inter vos nomine Tridoñ.† Ecclesię, & magistrum, & fratres militię templi in Lombardia super domo Caluentię vertebatur de Locedio†, & de Columba Abbatibus, meminimus commisisse: *& infrà.*

¶ Episcopus Tridoñ.† possessiones quasdam Humiliatis [b] †, sub ea conditione [c] concessit: quòd nomine Tridoñ. Episcopi oratorium ibidem, & hospitale construerent†: & tres solidos cē suales Tridoñ.† Episcopo annis singulis exhiberent: à quo etiam persona, quæ loco pręficeretur eidem, inuestituram perciperet: & pro se, & aliis fratribus, ei, & successoribus eius obedientiam faceret manualem [d]: Episcopo sibi loci dominium nihilominus retinente. Dictus verò magister ad eandem domum aspirans, ipsos adeò circumuenit, quod præter conscientiam vestram, se, & sua in eius manibus tradiderunt: ea tamen conditione [e] apposita, si vobis, quod facerent,† complaceret: sine quorum assensu se nihil posse facere asserebant [f]: *& infrà.* ¶Intelligentes autem prædictam domum eidem magistro traditam [g] sub conditione fuisse: & quòd nullum iuri vestro præiudicium [h] fuerat irrogatum ex eo quòd idem, magister iustitiæ vestrę non inscius, vobis ignorantibus possessionem accepit: præ-

id, quod superest, &c. distinguens inter fructus industriales, & naturales, & inter possessorē malæ fidei, & bonæ fidei, & violētū.

a ¶*Fructus.*] Not. quod fructus dicuntur, qui super sunt deductis expēsis, quæ fiunt gratia quærendorū, colligendorū, & conseruādorum fructuum, quod locum habet tam in bonæ fidei possessoribus, quam in malæ fidei, etiam prædonib. *ff. de pet. hæ. l. si à domino. § fructus. & l. planè. in fi. & C. de fru. & lit. expen. l. 1.* nam nullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat *ff. fam. ercis. l. fundus qui t. resp. in fi. & ff. sol. mat. fructus.* nisi in vno casu. *j. de deci. tua nobis.* fructus enim intelliguntur deductis necessariis impensis. *ff. de ope. ser. fructus. & ff. de vsur. l. quod in fructus. & ff. man. l. qui mutuā. § fin. arg. 12. q. 2. Vobis.* cum hac distinctione. bonæ fidei possessor tenetur restituere tantum extantes ante lit. contesta. & nō cōsumptos: post litem verò cōtest. vniuersos. *C. de rei ven. certum.* Malæ fidei autē possessor, nō tamē violentus, tenetur reddere omnes, qui prò bāg. tur ad eum peruenisse ante lit. cōtesta. & post. *C. de rei ven. l. si fundū.* Si verò fuerit violentus, tunc tenetur restituere, perceptos & eos qui percipi potuerunt per veteres possessores, vt hic dicit. & *s. eo. conquerente. & s. de off. deleg. cum causa. & 12. c. q. 2. non liceat. in gl. fi.* quod tamen loquitur in re malè alienata: simile *j. de ap. bona. & ff. de pet. hæ. l. sed & si lege § quod autē ait. & ff. de rei ven. si nauis. § vlt. & C. vnde vi. l. si de possessione. & ff. de vi & vi arma. l. 1. § qui autem vi deiectus est. & § non solum* sicut in pignoratitia actione. *C. de pig. act. l. 2.* & hoc potest intelligi de fructib. industrialibus, vt frumento, vino, & consimilib. secus videtur de aliis, scil. de naturalibus, vt pomis, ficub. s, & consimilibus: quoniam istos non facit suos possessor etiā bonæ fidei, vnde reddere tenetur vniuersos, & consumptos extantes: vt ff. de vsur. l. fructus percipiendo. Et de fructib. litis, qualiter restituendi sunt, habes. *Inst. de off. iud. § 1. & in gl. cum fructibus. ff. de rei ven. ex diuerso.* ibi no. Et in verbo *restitutionis* omnis vtilitas actoris cōtinetur. *ff. de verb. sign. cùm prætor. & 3. q. 1. per totum. & 2. q. 2. per totum.*

OLim causam.] Ei, qui nō possidet, denegatur restitutio. ita communiter summatur. In prima ponitur commissionis, & facti narratio. In secunda causæ diffinitio ibi, *Intelligentes.* Abbas. CASVS. Quidam Humiliati o im impetrauerunt ab Episcopo Tridoñ. vt hospitale, & oratorium construerent in loco Caluētiæ, & eis quasdā possessiones concesserat sub ea cōditione, quòd nomine Episcopi Tridoñ. oratorium ibidem, & hospitale construerent, & tres solidos nomine census eidem Episcopo soluerent annuatim, & ille, qui eidem loco præficeretur, inuestituram ab eodem Episcopo perciperet, & pro se, & fratribus suis eidem, & successoribus suis obedientiam faceret manualem. Episcopo retinente nihilominus dominiū loci, & sic fuit multis temporib. obseruatum: postmodū magister militiæ templi ad eandem domum aspirans, ipsos fratres adeo circumuenit, quòd præter conscientiam Episcopi, se, & sua in eius manib. tradiderunt, ea tamen conditione apposita, si Episcopo, & capitulo Tridoñ. complaceret, sine quorum assensu se nihil posse facere asserebant, & magister conditionem acceptauit appositam: magister statim accessit ad locum, & omnia, quæ ibi inuenit, asportauit: Episcopus hoc intelligens, ad domum illā accessit, & quos inuenit ibi ad custodiam domus à magistro dimissos, eiecit ab ea, cùm liceat repellere vim vi, secundum quod iura permittūt: quo facto, ad petitionē magistri causa super hoc fuit quibusdam Abbatib. commissa, coram quib. petebat dictus magister præfatam domū sibi restitui, qua ipsum Epūs spoliarat: lite contest. & testibus hinc inde receptis, iudices causam instructam ad sedem Apo. remiserunt: dominus Papa diligēter examinato negotio, & intelligēs prædictā domū eidē magistro traditā sub conditione fuisse: & quòd nullum præiudicium iuri episcopi, & canonicorum fuerat irrogatum, ex eo quòd dictus magister ignorantibus episcopo, & canonicis possessionem accepit sciens domum illam pertinere ad ipsos, præcipuè, quia quàm cito illud senserunt, expulerunt vim vi: & quia idē magister præter consciētiam episcopi, & capituli possessionem accepit, quos suspicari debuerat sibi quæstionem moturos, procuratorem episcopi, & capituli ipsorum nomine, ab impetitione ipsius magistri nomine domus militiæ templi, quoad faciendā restitutionem, quam petebat, absoluit: tamē si episcopus, & capitulum incurrerunt offensam ipsius magistri, defendendo ius suum, modum excedendo, satisfactionem debitam eidē exhibere procurēt. No. quòd qui possidet sub conditione, non dicitur possidere, & ideo nō cōpetit ei restitutio, si deiiciatur de illa possessione. Item vim vi incontinenti, vel quàm citò intelligit vim illatam, repellere licet. Itē nullum fit præiudiciū domino, si eo ignorante alius possessionem illius accepit, quo minùs illum expellere possit, cum hoc sciuerit. Item vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ, & qui modum excedit tenetur.

b ¶*Humiliatis*] Olim isti Humiliati condemnati fuerunt ab ecclesia per Lucium Papam, secundùm quod continebatur in decre. *j. de hære. ad abolendam. in particula quæ modo est decisa in prin.* illius c. sed postea tempore Clementis recepti sunt ab ecclesia: quia in nullo errabant, nisi quia condemnabant iurantes: sed ipsi in hoc se correxerunt, & iurant, quando expedit, & ecclesia eos modo approbat.

¶Gl. seq. recitetur per obiectionem, quòd conditio in spiritualibus, &c. & fit triplex solutio.

c ¶*Conditione.*] Id est, sub ea forma. 18. *q. 2. Eleutherius. & j. de prab. significatum. j. de censib. quanto.* vel in traditione terræ potest opponi conditio *j. de condi. appo. Verum.* & ita non est hæc cōditio simoniaca c. cùm etiam aliàs de huiusmodi ista ecclesia teneatur, ex quo surgit in territorio Tridoñ. episcopi: sicut non est simoniacum cùm episcopi ecclesias cōcedit aliquas piis locis, si in eis aliquid sibi reseruet nomine pensionis. *j. de reli. dom. constitutus. ver. cùm autem.* Et census etiam soluitur ad indicium subiectionis *s. de caus. pos. c. vlt. & j. de cens. omnis anima in fi.* Ista quidem de iure communi conceduntur. vnde expresse possunt constitui census in fundatione ecclesiarum, quantùm ad inferiores, non quantùm ad prælatos.

d ¶*Manualem.*] *s. de ma. & obe. his qui.* ad quā subditi tenētur, vt ibi, & etiā per iuramētū quādoq. *j. de iureiur. nullus. & j. de no. ope. nunci.* cùm ex iniuncto, & 25. dist. quanquā vbi de hoc.

e ¶*Ea conditione apposita.*] Nisi hæc conditio fuisset apposita, valeret cōtra Humiliatos, si simplex fuisset huiusmodi traditio, sed non præiudicaret episcopo, vel alteri, qui ius haberet. *j. de do. inter dilectos, arg. s. quod met. cau. cùm dilecti. & s. de arbi. cum tempore. arg. j. de re iudi. cum super controuersia.*

f ¶*Asserebant, & infra.*] [d] Sub isto, §. cōtinetur, q̄ ille magister sub ea cōditione recepit domū: & episcopus superueniēs cū magno posse, expulit magistrū, & suos, vnde magister dicēs se esse spoliatū, petiit restitutionē, sed denegatur ei, quia non possedit.

g ¶*Traditā sub conditione.*] Quia nō existēte, traditio nō valebat *arg. j. de condi. ap. c. de illis & c. Verum. & Instit. de verb. obl. § ex conditionali.* & ideo dictus magister nō possidebat. nā tūc demum dicitur quis possidere, cū cōditio extat. *ff. de acqui. poss. l. qui absens. § si quis.* & eodem modo nō amittit possessionē, qui sub conditione recedit *ff. de acqui. pos. l. si me. & rei in fi.* & ideo cum non possederit, non poterat spoliari. & ideo non restituitur iste magister, quia non fuit spoliatus.

¶Glo seq. circa possessionem perdēdam distinguit, & subdiuidit.

h ¶*Præiudicium fuerat.*] Vt scias, quādo alicui præiudiciū fiat circa possessionē, vel quādiu quis possidere intelligitur, notabis,

quia

† *Terdonem.* † *Tendonen.* † Cap. 2. eo. tit. in 3. compilat. † *Terdonem.* † *Locedio.* † *Lacedio.* † *Terdonen.* † *De ordine Humiliatorū vide plenè per B. Antoniū in hib. historiali p. 2. tit. 15. c. 23. & Cassaneū in catalog. gloriæ mundi p. 4. cōsideratione 60. item de litib. milit. templi vide eūdem Antonium ibidem c. 20. & Cassaneū in dict. catalog. p. 9. consideratione 4. vbi latissimè.* † *Terdonen.* † *construerent.*

a *No. vinc. infra de descriptionum. vide dist. incendū. quod sola denunciatio nō facit aliquē malæ fidei possessorem. ff. quod fal. tut. per totū. sed in fi. la petitione hæreditatis efficitur per denunciationē malæ fidei possessor: ita quod postea nil alienare potest. ff. de pet. hær. item veniunt. §. post quod autem. lex autem si fundū. j. alleg. loquitur in eo, qui habebat conscientiam rei alienæ. secundum um. lum. And.*

† *Terdonen.* † *faceret, legitur in aliquot exemplaribus, & male, cùm facerent, ad Humiliatos referatur, qui ex conditione se & sua magistro templi tradiderūt, siquid facerent, placeret episcopo, & capitu. Tridonē. vt clarius patet ex antiqua.*

b *De huius glossa veritate consule historias, nam in d. decretali, ad abolend. m., fortassis non dānabatur verus ordo Humiliatorum, sed illi se humiliatos, vel Pauperes de Lugduno, falso nomine mētiebātur.*

c *De hoc de transact. c. 2. in 1. gl.*

d *Hæc glossula non est Bernardi, nec habetur in antiquis exemplarib.*

quia aut possideo rem aliquam per me, vel per alium, putà per seruum, vel colonum. Si per me, licet sponte recedam, non animo deserendi possessionem, adhuc eam retineo, nisi scienter negligam. *ff. de acquir. poss. si de eo §. 2.* & alter intret. talem possessionem, quam solo animo retineo, adhuc retineo possessionem [a], nisi ille me venientem non admittat, vel si non audeo accedere ad possessionem, & etiam suspicor me posse repelli. *ff. de acq. possess. l. si id quod. §. Vltim. & l. clam possidere. §. quod ad nundinas.* Et quam citò scitero alium esse in possessione, possum expellere ipsum, vt hic patet & *ff. de acqui. poss. l. quod meo nomine. §. Vlt. ff. de Vi, & Vi arma.* idem est. *§. cum igitur.* Sed si alius est in possessione nomine meo: tunc si ille expellitur, vel alij tradat possessionem, statim perdam eam. *ff. de acqui. poss. l. possideri. §. quod si seruus.* & hæc vera sunt in rebus immobilibus, sed si quis rem tuã mobilem occupat, statim perdis possessionem: vt *ff. de acqui poss. si rem mobilem.*

a Concord. l. 1. & ibi B. ff. de acq. poss.

† Vide tex. in l. 3. §. cum arietes. ff. si quadr. pau. fe. dic.

sertim cùm statim [a], ex quo id vobis innotuit, vim vi duxeritis repellendam †: & quòd idem sua temeritate, possessionem, prçter conscientiam vestram (ad quos ipsam possessionem nouerat pertinere, & quos quæstionem sibi moturos suspicari debuerat [b]) est ingressus: Procuratorem vestrum, & vestro nomine, ab impetitione ipsius magistri nomine domus militię templi, quoad faciendam restitutionem [c], quam petebat, reddimus absolutum, decernentes vos magistros satisfactionem debitam exhibere, si defendendo ius vestrum, in offensam ipsius, vel domus militiæ templi modum forsitan excessistis [d].

¶ Idem Bituricẽn. Archidiacono.

a ¶ *Cum statim.*] Id est quàm citò potuerint. *ff. ad Tert. l. 2. §. & confestim.*

b ¶ *Suspicari debuerat.*] Vt *ff. quod Vi, aut clam. seruus. ff. de acqui. pos. l. si. l. possideri. § si quis nunciet.*

¶ *Gloss. seq. rece. per q. quod debeat probare.*

c ¶ *Restitutionẽ.*] Et sic patet, q̃ nõ sufficit probare, q̃ aliquis fuerit spoliatus, nisi probet se possedisse [b]. duo enim probare debet, qui petit restitui: se possedisse, & spoliatum fuisse. *ĩ. de offic. deleg. consultationibus. in fi.* sed hîc non possidebat, vt dixit, quia sub cõditione possessionem accepit. Item si quis possedit ex precario, vel ex gratia, non potest petere restitutionem. *11. q. 3. quia.* vel si obiiciatur, quòd incontinenti deiecit. *ff. de Vi, & Vi arma. l. 1. §. cum Vi. & ff. ad l. Aqui. l. scientiam. §. qui cum aliter. & ĩ. de sent. exc. c. si Verò. § si Verò. aliud est possidere. aliud in possessione fuisse. ff. de acquir. poss. l. si quis autem. §. idem Pomponius.*

b Consilium spoliati, qui non potest possessionem probare: Vide in Spe. de pr. & poss. §. 1. in fi. Io. And.

¶ *Glossa sequens quarit, allegat pro, & contra, & soluit distinguendo.*

d ¶ *Excessistis.*] Debuerunt hoc facere cum moderamine inculpatæ tutelæ. *C. Vnde Vi. l. 1.* Sed nunquid isti sunt excommunicati, qui expulerunt illum magistrum, & alios religiosos de domo illa? Videtur, quòd sic. *ĩ. de sent. excom. non dubium.* & ex pluribus aliis capitulis ibidem. Sed contra videtur: quia licitum est cuilibet se defendere. *ĩ. de sent. excom. si Verò alicuius. §. si Verò.* & quia isti admissi sunt ad agendum: quod non esset, si Papa eos excommunicatos reputaret. *ĩ. de proba. c. post cessionem.* Dicas, quòd hæc ratio non videtur bona, quia non agebant, sed defendebant se contra istum magistrum, qui petebat restitutionem. Dicas, quòd si isti scienter, & ex proposito excesserunt modum in expellendo eos de domo illa, inciderunt in sentẽtiam excommunicationis [e], quia vim vi repellere licet, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ. *arg. 23. q. 3. non inferenda. & ff. ad l. Aquil. l. si ex plagis. § tabernarius. & ĩ. de sent. excomm. c. Vt fama. in fine.* Sed si non aliter posset se defendere, nisi modum excederent, nec tunc credo illos incidisse in sententiam. *arg. ff. ad l. Aquil. l. sed & si. t. resp.* Si verò casu, & ignoranter excesserunt modum, tunc non essent excommunicati. *arg. ĩ. de hom. c. sicut dignum. §. illis præterea.* Bernardus.

Excommunicatio an incurratur per eum qui Vi expellit clericum.

e De hoc articulo Vide hic latius per Innoc. Host. Ioan. And. & alios doctores antiquos, & recentes.

L*iteras.*] Sunt duæ partes principales. Prima ponit thema, & consultationem. Secunda respondet ibi, *Sanè.* & hæc secunda subdiuiditur. Primò ponit, & prosequitur triplicem opinionem vsque ibi, *Nos autem.* ibi contraria soluens, contra alteram opinionem allegat vsque ibi, *Propterea.* ibi subdistinguendo soluit: & secundum membrum prosequitur ibi, *Quod si non habeat.* à qua solutione vnum casum excipit ibi. *Si Verò.* Abbas.

CASVS. In præsentia Bituricẽn. archidiaconi inter V. mulierem & B. virum eius, quædam causa matrimonialis vertebatur, coram quo mulier illa petebat separari à viro, cui se quarto gradu consanguinitatis proponebat esse coniunctã, & hoc incontinenti probare volebat: vir autẽ petebat prius illã sibi restitui, quæ ab eo sua temeritate diuertit: pars mulieris econtra, viri sæuitiã allegabat: propter quod nõ erat restituenda marito. Primo petiit archidia. à domino Papa, vtrũ restitutio indulgenda sit, an neganda, quando aliquis gradus cõsanguinitatis opponitur, in quo sedes Apost. dispensare non potest, nec etiam consueuit, & probationes sint incontinenti paratæ. quæsiuit etiam, an idem esset, si gradus dispensabilis, vel impedimentum dispensabile allegetur, vel probationes similiter sunt paratę? Respondet Papa dicens, quòd circa solutionẽ propositæ quæstionis diuersæ sunt sententiæ diuersorũ. Quidam dicunt restitutionem faciendam, alij cõtrarium asseuerant, alij mediam viam eligunt, dicentes q̃nque faciendam, q̃nque denegandam: primi iuuari videntur per decre. Lucij Papæ. *ĩ. eo. ex conquestione.* cuius sententia, & verba hic ponuntur. sed contra istos videtur obstare periculum incestus: sed ipsi rñdent timorem illum vanum esse: quia etsi restitutio sit obtenta, qui cõsanguinitatis habet notitiam, nec debet exigere debitum, nec contra conscientiam reddere, alioquin peccat mortaliter: sicut ille super cuius coniugio nulla quæstio mouetur, nec reddere, nec exigere debet, si habet consanguinitatis notitiam. Secundi iuuari videntur per decret. Clementis, cuius verba, & sententia hic ponitur, quę est ĩ *de ordine cognitionum.* intelleximus, cum in multis casibus differatur restitutio. Vltima opinio satis videtur congruè adaptari, vt in gradibus diuina lege prohibitis restitutio denegetur, sed in gradibus humana constitutione prohibitis sit cum effectu restitutio indulgenda, in quibus potest dispensari: sicut beatus Greg. & multi alij dispensarunt. vnde non peccat, qui ad mandatum ecclesiæ reddit debitũ in talibus gradibus: sed in aliis gradibus diuina lege prohibitis non potest dispensari. Dominus Papa nullam de præmissis opinionibus ad præsens reprobare intẽdit, tamen decre. Lucij Papæ refertur ad possessorium, decre. Clementis ad petitorium. Veruntamen cùm mulier habens notitiam consanguinitatis, præsertim in gradibus diuina lege prohibitis, nõ possit sine mortali peccato carnaliter commisceri, frustra adiudicaretur in tali casu restitutio spoliato, cum illa contra Deum, & contra conscientiam non debeat iudici obedire, sed potiùs excõmunicationẽ humiliter sustinere. & sic esset quasi perplexa, quia propter sententiam Ecclesiæ deberet reddere debitũ, & propter conscientiã reddere non deberet, & sic vtriq; laqueus pararetur, cũ inter se carnaliter cõiungi nõ possent, nec alter alteri copulari: propterea meliùs videtur dicendũ dño Inno. quòd cum opponitur consanguinitas, & maximè in gradib. diuina lege prohibitis, & probationes offeruntur incontinenti paratæ, in omnib. adiudicanda est restitutio, præterquam ad carnalem copulam, & ad maiorem cautelam iuramentum recipi debet ab ipsa, quòd talis obiectio malitiosè non fiat, præcipuè si fama cõsentit, quousque auditis probationibus causa terminetur. Si verò non habeat probationes incontinenti paratas, sed dilationes petat, quia præsumptio est cõtra eam, quòd sua temeritate recessit à viro: ad restitutionem plenariam est cogenda ecclesiastica censura, quam debet humiliter sustinere: negando debitum coniugale, donec probationes offerat paratas: & tunc absolutione petita, & præstita, procedatur secundùm quod est præmissum, nullo mãdato interim sibi facto. Si verò tanta sit viri sæuitia, vt ei nõ possit de iure caueri, non solum debet ei non restitui, sed ab ea potiùs amoueri: alioquin sufficienti cautione prouisa, si fieri potest, cõiux ante causæ cognitionem est restituẽda marito. Nota, quòd potiùs debet quis sequi conscientiam, quam sententiam ecclesiæ. Item cùm probationes incontinenti sunt, paratæ, non est restitutio quoad carnalẽ copulam facienda. Item cum præsumptio est contra aliquem, q̃ malitiosè proponat exceptionem, iuramẽtum debet præstare, q̃ malitiosè eam non opponat. Item cùm propter sæuitiam viri vxori prouideri non potest, non est restitutio facienda.

¶ *Si contra petentem restitutionẽ coniugis opponitur consanguinitas in gradu prohibito, & offeruntur probationes paratæ: recepto ab opponente iuramento de malitia, negabitur restitutio quoad torum, & fiet quoad reliqua: si verò probationes promptæ non sint, fiet plena restitutio nisi sit magna viri sæuitia.*

CAP. XIII.

Literas † tuas recepimus, quòd cũ quędã matrimonialis causa (Bituricensi Archiepiscopo in remotis † agẽte) in tua [e] pręsentia tractaretur, Gulielma † mulier separari à B. viro suo instãtissimè postulabat: cui se quarto gradu cõsanguinitatis proponebat esse coniunctam [f]: *& infrà.* Vir autem sibi vxorem postulabat re-

† Cap. 3. eo. ti. in 3. compilat.

† *In Codice Barbatiano: in remotis partib. &c.*

† *Aliàs, N.*

† *Aliàs, D.*

† *Aliàs, V.*

¶ *Gl. seq. ad suprascriptionem inducit duo similia, signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *In tua.*] Arg. archidiaconum [d] habere iurisdictionẽ causarum matrimonialium. sic & abbas. *ĩ. de exces. præla. accedẽtib. in fi.* sic & archipresbyter. *ĩ.* de cõsã. & affi. ex litteris. Ar. cõtra. 35. q. 6. eps. *in synodo. & in decr. prædicta accedẽtib.* in his n. consuetudo seruatur, quæ dat iurisdictionem. *9. q. 3. conquestus. in text. & in glossa consuetudo. C. de emãci. l. 1. & Vlt. ĩ. de arbi. dilecti. in fi.* & ita potiùs cognoscunt ex consuetudine, quàm ex iure. *arg. prædicta decr. accedentibus & arg. ad hoc. ĩ. de offi. archi. c. Vlt. ad fi.*

d *De hoc articulo, Vide quod sanxerit concilium Trid.* sessio. 24. de reformatione c. 10. § ad hæc causæ matrimoniales.

f ¶ *Coniunctam.*] Et hoc incontinenti probare volebat.

¶ *Gloss.*

stitui, quæ ab eo sua temeritate diuertit [a]: *& infrà* [b]. Rescripto petebas Apostolico edoceri, vtrũ qñ aliquis consanguinitatis gradus obiicitur, in quo sedes Apostolica dispensare non potest [c], nec ẽt consueuit, & probationes prõptæ sint, & paratæ, indulgenda restitutio sit, an negãda: *& infrà* [d]. ¶Sanè circa solutionẽ propositæ quæstionis, diuersæ sunt sententiæ diuersorum, aliis asserentibus restitutionem faciendã: aliis sentientibus in contrarium: nonnullis viam [e] mediam eligẽtibus, ac dicentibus, eam faciendam interdum: quandoq; penitus denegandam. ¶Primi per decretalem [f] epistolam Lucij Papę iuuari videntur: arguentis quosdã Iudices delegatos, qui restitutionem viri, qui sine iudicio Ecclesiæ vxorem dimiserat, & ei consanguinitatem postmodum opponebat: spoliatę ac repetẽti cõiugẽ denegabant: & mandantis sibi priùs restitui taliter spoliatã, & postea de matrimoniali causa cognosci. Horum aut assertionẽ incestus† videtur periculum oppugnare: sed ipsi timorem incestus inanem esse respondent: cũ etiã beneficio restitutionis obtento, qui cõsanguinitatis habet notitiam, nec † exigere debitum contra conscientiam, nec soluere teneatur: quoniam si secus egerit, ædificat ad gehennam, sicut nec consanguinitatis conscius, super cuius coniugio quæstio non mouetur [g].

¶Secunda verò assertio per oraculum [h] Clementis [i] Papæ fulcitur: à quo cum fuisset quæsitum, vtrùm muliere quadam quendam in virum petente, qui vt eam repelleret, exceptionẽ consanguinitatis obiecit, priùs esset de impedimento consanguinitatis agendum quàm super matrimonio sententia proferretur: sic inquisitioni factę respõdit, quòd cũ exceptione probata, principalis quæstio perimatur, priùs est cognoscendum de ipsa, quam ad diffinitionis articulum procedatur: cũ etiam in multis casibus [k] restitutio differatur secũdũ canonicas sanctiones. ¶Opinioni autẽ vltimę videtur nõ incongruè adaptari, vt in gradib. consanguinitatis diuina [l] lege prohibitis restitutioni aditus præcludatur: sed cõstitutione interdictis, humana restitutio locũ habeat cum effectu: cũ in illis dispensari non possit, & in istis valeat dispensari: sicut beatus Gregorius [m], & multi alij dispensarunt. Vnde nõ peccat [n], qui in hoc articulo ad mandatum ecclesię reddit debitum coniugale. ¶ Nos autem ad pręsens, nullã de prędictis sentẽtiis reprobamus: nec cuiquam earum [o] aliquod pręiudicium ex nostra respõsione volumus [p] generari: quamuis pręscriptum Lucij Papę mandatum ad possessorium, responsum verò Clemẽtis ad petitoriũ referatur. ¶ Porrò [q] cùm mulier, quę consanguinitatis habet notitiam, præsertim in gradib. quos lex diuina prohibuit non possit huiusmodi viro sine mortali peccato carnaliter commisceri: quoniã omne, quod non est [r] ex fide, peccatũ est: & quicquid fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam: frustra in tali casu adiudicaretur restitutio spoliato: cùm illa contra Deum non debeat in hoc Iudici obedire, sed potiùs excommunicationem [f] humiliter sustinere: sicque difficultas occurreret quasi perplexa: quia propter sententiam oporteret eam reddere debitum: & propter conscientiam reddere non deberet: vnde contingeret eos grauiter impediri, & vtri-

¶ Glos. seq. arg. primò à contrario litera, & illius argumenti tenet contrarium. Secundo quærit arg. affirmatiuè: soluit contraria, & adducit duo similia.

a ¶ *Diuertit.*] Aliàs si eam à se repulisset, non posset petere restitutionem, cum seipsum expoliasset. *arg. 27. q. 2. Agathosa* [a]. Sed contra credo: quòd hoc non obstaret, si velit ipsam rehabere, qui eam expulit, quia eo ipso quòd repetit ipsam, & ipsa non vult ad eum redire, intelligitur eum spoliasse. Sed nunquid habet locum pactum de non petendo? Videtur, sic. 33. *q. 5. quod Deo pari.* in talibus non valet pactum, vel compositio. *s. de transact. c. vlt.* ita quòd vterq; remaneat in sęculo, nullum pactum ibi valet, nec absoluere se possunt, etiamsi iurarent. *j. de iureiur. tua.* & etiamsi vouerent. arg. *j. de conuer. coniu. ex parte 2. in fin.* quia confessio etiam ibi locum non haberet contra matrimonium: vt 35. *q. 6. si duo.* & *j. de eo, qui cogno. consangui. vxo. sua. super eo.* nec etiam exceptio rei iudicatæ locum habet ibi, vnde voluntas ibi deambulatoria est. *j. de re iudic. c. lator. & c. consanguinitates.*

b ¶ *Et infrà.*] Sub isto, infrà, continetur, quòd pars mulieris econtra viri sæuitiam allegabat [b], propter quod non erat restituenda marito.

¶ Gloss. seq. recit. per obiect. & dupliciter soluit. primò violando literam: secundo planè legendo, vt sit casus specialis, sicut & alij quæque, quos impedimẽti enumerat.

c ¶ *Non potest.*] Id est, non vult, vel non expedit. sic 32. *q. 5. si Paulus. in gl. suscitare.* quoniam Papa in omnibus dispensare potest, quæ non sunt contra articulos fidei, vel generalem statum Ecclesiæ. 15. *dist. sicut in gloss. fi.* & 25. *quæst. 1. sunt quidam.* cum gloss. sua. nec in his quæ sunt contra substantiam monachatus. *j. de statu monach. cum ad monasterium. in fin.* nec in his, quæ in sui natura sunt mala, vt quòd sine peccato posset quis adulterari. *arg. j. de iur. & si Christus. §. quadam etiam.* nec potest dispensare, vt simul quis habeat plures vxores. *s. de transac. c. vlt.* Idem credo de gradibus diuina lege prohibitis: vt hic dicit. vnde propriè ponitur hoc verbum, non potest, & ideo hæc expositio, non vult, vel non expedit, non habet locum hic.

d ¶ *Et infrà.*] Sub isto, infra, continetur, quòd quæsiuit etiam, an idem esset, si gradus dispensabilis, vel aliud impedimentum dispensabile allegetur, & probationes essent incontinenti paratæ. Bernardus.

e ¶ *Viam mediam.*] Arg. de medio spectando. sic *s. de off. dele. quærentis in gloss. æquitatis.* Vnde Ouidius

Inter vtrumque vola, medio tutissimus ibis.

¶ Glo. seq. adiuuat primam opin. per quatuor decre. & duas leges: & soluit duo obstantia.

f ¶ *Per decretalem.*] Istorum opinio scilicet quòd restitutio sit facienda, multis iuribus iuuatur: & primò per decr. *j. eo. ex conque-stione.* & *c. in literis.* & *c. item cum quis.* & *s. vt lit. non contest. accedens. C. de ap. l. 1.* & *C. de don. inter vir. & vxo. si maritus.* nec obstat illa decr. *j. de ord. cog. c. 1.* quia loquitur in petitorio, vt hic. & *j. dicitur.* nec obstant leges illæ. *ff. vt in poss. l. si ne a quo. ff. ad exhibendum. l. 3. §. ibidem. & ff. ad Carbo. l. 3. §. causa.* quia loquuntur in possessione adipiscenda, etiam in exhibitione rei, vt differtur missio in possessionem, si incontinenti probetur de proprietate [e]. & fallit in casibus notatis. *s. eo. c. ex conquestione.* & in casibus, qui notãtur. 3. *q. 1. in summa. s. c. prox.*

g ¶ *Monetur.*] Resume, nec exigere, nec reddere debitum.

h ¶ *Oraculum.*] id est, responsum.

i ¶ *Clementis.*] *s. de ordi. cog. c. 1.* Ber.

k ¶ *Casibus.*] De quib. aliqui notantur. *s. eo. ex conquestione.*

¶ Glo. seq. notat secundum gradum prohibitum lege diuina, signat contrarium de decret. gaudemus. & soluit.

l ¶ *Diuina lege.*] In Leuitico, c. 18. e. quondam [a] propter hominum raritatem, tantum duæ personæ excludebantur à coniugio, vt nec filius matrem, nec filia patrẽ duceret. Sub lege excepit fere duodecim, matrem, nouercam, sororem, nepotem, amitam, materteram, vxorem patrui, vxorem fratris: sed hoc recepit determinationem. 8. *quæst. 1. olim* [e]. priuignam, filiam priuigni, vel priuignæ, sororem vxoris: paucas tum exclusit, vt multiplicarẽtur homines. Sub grã verò, scilicet tempore Christi plurimæ personæ excluduntur, vt locum haberet continentia. & est illa prohibitio coniugij: nam à fornicatione quilibet, & quilibet excluduntur. Et ita cum ecclesia in istis gradibus diuina lege prohibitis non consueuit dispensare, eis oppositis non est restitutio facienda. & hoc videtur sonare litera ista.

Additio. Tredecim personas diuina lege prohibitas habes his versibus:

Nata, soror, neptis, matertera, fratris & vxor.
Et patrui coniux, mater, priuigna, nouerca,
Vxorisque soror, priuigni nata, nurusque,
Atque soror patris coniungi lege vetantur.

m ¶ *Beatus Gregorius.*] 45. *q. 3. quadam lex.*

n ¶ *Nec peccat.*] Allegatio est.

o ¶ *Nec cuiquam earũ.*] Omnibus enim iuris auctoribus æqua prærogatiua [f] seruanda est. *C. de vet. iur. enu. l. 1. §. si ita. arg. 19. di. sic omnes. & 20. dist. de libellis. in fi.*

p ¶ *Volumus generari.*] Et tamen generatur. Iudices enim secũdũ suã opinionẽ sententiant. 11. *dist. nolite. & j. de cel. mis. de homine. arg. de conse. dist. 1. præcepta.* & Papa hic loqui vr̃ vt magister.

q ¶ *Porrò.*] Hæc allegatio Gregorij est.

r ¶ *Non est.*] 28. *q. 1. omnes. §. ex his. j. de præs. quoniam omne. & j. de simo. per tuas.*

f ¶ *Excommunicationem.*] Hoc secundum dist. illius decre. *j. de sent. excom. inquisitioni.*

a ¶ *Loquens.*

a *Conc. text.* in l. si coloni. *cũ nota.* C. de agri. & censi. li. 1.

† *Aliàs ita: incestus videretur periculũ expugnare.*

b *Et incestus periculũ, & quod probationes impedimẽti paratas habebat, & quia innupta, & expulsa à viro recesserat. hoc patent in antiq. Io. And.*

† *In vetustis exemplarib. ita: nec exigere debitũ, nec contra conscientiam soluere tenentur.*

e *Vide, quod dicã de spõ. Clementis. 1. in gloss. nisi aliquis. Io. And.*

† *De hoc articulo vide plenè Turrecrematã. 35. q. 2. c. cõiunctiones. & per Dominicũ Sotum lib. 4. sent. di. 40. q. 1. art. 4.*

d *De materia huius gl. vide Turrecrematã. & Sotum paulo antè citatos.*

e *In aliquot antiquis post verbũ, olim, ita habetur: sub lege gratiæ priuignam, &c.*

f *Hiero. super Danie. periculosum est de magistrorum ecclesia iudicare sententiis, &c. ipse tamẽ dixit ad Ale. non doctoris opinio, sed doctrina ratio ponderãda est. Io. And.

a ¶ *Laqueum.*] Ecclesia enim nulli debet laqueum iniicere. 27. q. 1. *de viduis* 2.

b ¶ *Diuina.*] Ergo videtur, quòd in secundo grado Ecclesia dispensare non possit: cùm istud fuerit diuina lege prohibitum. 30. q. 3. *Porrò tacitum. in glo.* 2. & in Leuitico prohibetur secundus gradus in consanguinitate, & affinitate: vbi dicitur: *Turpitudinem sororis vxoris tuae, & filiae eius non reuelabis: filiam filij eius, & filiam filiae non assumes.* Sed contra videtur j. *de diuor. gaudemus.* a vbi dicitur, quòd si pagani contraxerunt in secundo gradu, post fidem receptam debent insimul remanere. Dicas, quòd in Leuitico prohibetur secundus gradus in descendentibus, non in collateralibus: vnde in secundo collaterali dispensare potest Ecclesia. & expone, praesertim, id est, maximè: quia si probationes incontinenti sunt paratae, non est facienda restitutio quantùm ad carnalem copulam, in quocunque gradu, sed multò fortiùs in gradib⁹ diuina. l. prohibitis. aliàs fiat restitutio quoad omnia, vt j. sequitur.

que laqueus [a] pararetur, cùm inter se carnaliter coniungi non possunt, nec aliter alteri matrimonialiter copulari. ¶Propterea meliùs videtur, quòd cũ opponitur consanguinitas (praesertim in gradibus diuina [b] lege prohibitis) & probationes offerũtur incontinenti [c] paratae, in caeteris adiudicanda sit restitutio: sed ad maiorem cautelã iuramento recepto [d], quòd talis obiectio malitiosè non fiat, sola quoad commixtionem carnalem (maximè si fama consentit) est restitutio differenda, donec auditis probationib. & discussis, causa sine diffugio terminetur, cũ vtriq; si melius taliter expediri, quã manere taliter impeditos. ¶Quod si non habeat probationes incontinẽti paratas, sed dilationes expectat † longiores, quia † praesumitur cõtra eam, quae sine iudicio Ecclesiae: sua tantùm temeritate recessit à viro, ad restitutionem plenariam Ecclesiastica debet censura compelli, quam † tamẽ ipsa tori negando consortium debet

a *De intellectu c. gaudemus. vide totum li. 4. sen. dist. 40. q. 1. art. 4. & hic etiam de materia huius glossa.*

† *expectat.*

† *alias: quia hic praesumitur.*

† *scilicet censura.*

c ¶ *Offeruntur incontinenti.*] Hic patet, quòd licet spoliator velit probare incontinenti exceptionem consanguinitatis, tamen spoliatus priùs est restituendus, si periculum animae non immineat: quia hic mulier restituitur in caeteris, praeterquam ad copulam. & tamen probationes incontinenti offeruntur: vnde tollitur distinctio quorundam, qui dicunt, quòd si spoliator velit statim probare exceptionem, restitutio differtur per id, quod legitur. *ff. ad exhibendum l. 3. §. ibidem. & ff. vt in pos. lega. l. si à quo.* Sed illae leges in alio casu loquuntur, vt dictum est suprà.

¶ *Gl. seq. notat, quòd in spiritualibus super emergentibus, &c.*

c ¶ *A grauamine.*] Qđ inferebat ei altera pars extra iudicium,vt videtur,vel etiam in iudicio, quia plures commissiones emanarunt super hoc negotio.

d ¶ *Prosecutus.*] Si statuisset terminum suæ appellationis debuit condemnari ad omnes expensas, quas aduersarij fecerunt, postquam iuerunt ad curiam, quia non misit sufficientem procuratorem ad curiam ī. *de app. Nicolae. & C reprehensibilis. & c. sæpe.*& etiam si terminum non statuisset : vt *in d.c. reprehensibilis. & c. sæpe.* & hoc verum est,quando in iudicio appellat.

e ¶ *Sufficientem*] Legitimē constitutum ad agendum,& respondendum ī *de procu.c.1. & c.accedens. & 23. q. 5. de liguribus. & ff. de procu.mutum.§ pœna.*

f ¶ *Quantum de iure*] In peremptorio iudex debet sic comminari ś. *de in integ.rest.cum ex literis.& ff.de iudic.in peremptorio.*

g ¶ *Nuncium.*] Nota per nuncium fieri citationem.

h ¶ *Potuerat.*] Sic ś. *de ele.bona.1 §.ad ipsum.* & ī. *de app. constitutus.*

¶ *Gloss.seq. allegat concor.& signat contrarium.*

i ¶ *Sub hac.*] Hoc fuit sumptum de lege *ff.de arbi.Celsus.§ sed si ipse.* & est sim. ś. *de restit.spol.c. Vlt.§.porro. & 8. d. quo iure.*& ī. *de of.dele.cum super ar.contra.ī.de spon si.ut.*& *ff.de cō. & demō. hac scriptura.*& *ff.de le.3. ea tamen adiectio.*& *Inst.de Verb.obl. §.omnis stipulatio.* & *ff de cond.instit.si quis ita instituens.*

c Etiā propriam citatio secūdum Abbatem. sed hoc non colligitur hic. Io. And.

¶ *Gla.seq. notat,quod impeditus tenetur Procuratorem mittere, alleg.6.concor.alle.in contrarium ī iura:inter quæ interserit rationem. ponit opi. Vinc.& demum soluit distinguendo inter alterum,& reum. & in reo causam arduam,impedimentum temporale,& perpetuum.*

k ¶ *Responsale.*]Ex hoc videtur,q licèt aliquis iusto impedimento sit detētus, vt venire nō possit, q tenetur mittere procuratorē.5. q.3.si ægrotans.vbi de hoc.18. dist.Epi.& cap.placuit.& 65. d. si quis

quia in metropolitana. vers. & si fortè. sim. j. de app. constituens. & j. de ele. bonæ. 2. §. ad ipsum. In contrarium videtur, quòd non teneatur mittere procuratorem, dummodo mittat excusatorem. *s. de procur. querelam.* vbi de hoc, quia reuocatur sententia si probetur iusta absentia, vt ibi, & *j. de re iud. cum Bertholdus. & ff. de damn. infect. si finita. §. si fortè. & j. quæst. 1. præsentium.* Nam ægritudo prorogat diem & si tunc iudicauerit, iudicatum non videtur. *ff. de re iu. quæsitum.* & si ex causa probabili absens est, non proceditur contra eum diffinitiuè. *s. de offic. deleg. consultationibus* Item secundum hoc non esset melioris conditionis, qui abest ex iusta causa, quam qui ex iniusta.ᵃ si enim non vult interesse, vel non potest, sufficit ei, si mittat procuratorem. *ff. de procur. l. 1.* & delegatus non potest compellere partes, vt personaliter quis ad causam veniat, nisi in casibus in decret. Innoc. iiij. *de iud. c. cum esse.* & generaliter ab initio ante libelli oblationem quotiens quis abest ex necessitate, subuenitur ei. *ff. ex quib. cau. ma. sed & si §. 1.* Ad hoc dixit Vicen. quòd reus ad causam citatus, si ardua est causa, & venire non potest, non tenetur mittere procuratorem, sed excusatorem. arg. illius decr. *s. de procur. querelam.* nisi specialiter hoc in citatione dicatur, secundùm quòd hic dictum fuit: sed actor semper tenetur mittere. *ff. de diuer. & temp. præsc. l. 1.* Dicas, quòd actor ab initio ante libelli oblationem, aut etiam

expectatus ᵃ, nec de vicino eius aduentu spes erat: vtpote qui per literas vtcunque excusauerat moram suam, & calores ᵇ æstiuos, & insidias sibi positas formidabat: eum reputauimus contumacem ᶜ †, & ad legitimas, & moderatas expensas ᵈ, quas aduersarij eius fecerant à tempore citationis emissæ, quem † extunc expectare inceperant, ipsum curauimus condemnare.

¶ Idem Armachano, & Caselen. Archiepiscopis.

¶ *Sententia in causa beneficiali, non transit in rem iudicatam respectu superioris, quo minus possit de iuribus partium inquirere, maxime quando sententia fuit lata contra absentem, licèt contumaciter & indefensum.*

CAP. VII.

Cum † olim D. Clericus (Cælestino Papæ prædecessori nostro diuersis Prælatorum Hyberniæ literis præsentatis) se assereret in Episcopum Roscensem † fuisse electum, nullusque appareret, qui aliquid contra eũ proponeret ᵉ, dictus prædecessor noster ei munus fecit consecrationis impendi. Postmodum F. & G. Monachi ad eiusdem prædecessoris nostri præsentiam accedentes, vterque se asseruit à Canonicis Roscen. Ecclesiæ suis se electum, & quòd prędictus D. per falsas literas fuerat consecratus, propter quod idem prædecessor noster causam vobis sub ea forma commisit, vt de forma, & processu electionis memorati D. solicitè quæreretis: & si eum electum canonicè fuisse constaret, ipsum faceretis pacifica possessione gaudere: alioquin ᶠ inter prædictos F. & G. audiretis causam: & cuius electionem canonicam, & magis rationabiliter factam inueneritis, alterius curaretis electioni præferri: & infrà. ¶ Cúmq; à vobis dictus D. tertiò citatos ᵍ, vestro se nollet conspectui præsentare, procedentes in causa, tam ex testimonio Cleri, & populi Roscen. Ecclesię, quam ex assertione Regis Coarciæ †, & Prælatorũ prouinciæ, de prædicto F. electionem fuisse celebratam canonicè didicistis, & eam † curastis auctoritate Apostolica confirmare ʰ: præsertim cum Capitulum Roscen. Ecclesiæ, dictũ D. se non elegisse constanter assereret: nec de prædicti G. Monachi electione aliquatenus cogitasse. Interim † memoratus D. ad Apostolicam sedẽ accedens, super quibusdã aliis grauaminibus, & iniuriis, contra dictũ F. & quosdam alios literas impetrauit: dictus † F. postmodum ex parte vestra nobis literas

Cum olim] Io. And. non summat: dicens gratiosam esse, sed quatenus ius ponit, potest sic summari. In causa electionis proceditur contra contumacem etiam ad diffinitiuam: & contumax de misericordia citari potest, & audiri. Diuiditur. Nam primò ponitur factum plura continens. Secundò commissio cum mandato ibi, *Volentes.* Abb. Sicul.

Casus Quidam clericus D. nomine accessit ad sedem Apostolicam multis literis prælatorum Hyberniæ, quas præsentauit domino C. continentes, quòd idem D. electus erat in episcopum Roscen. & cum nullus appareret, qui aliquid proponeret contra ipsum, dominus Papa fecit illum in episcopum consecrari: Postmodum F. & G. monachi ad dictum C. accedentes, proposuerunt se à canonicis Ecclesiæ Roscen. electos, & quòd dictus D. per falsas literas se fecerat consecrari. Vnde C. causam cõmisit quibusdam, vt de forma electionis illius D. veritatem inquirant: & si canonicè electus fuit, faciant illum pacifica possessione gaudere, alioquin cognoscant de electione dictorũ monachorum, confirmantes quam canonicam inuenerint, altera infirmata. Iudices citauerunt D. tertiò, sed noluit comparere: vnde ipsi cœperunt cognoscere de electionibus dictorum monachorum, & electionem F. confirmauerunt. Interim dictus D. ad sedem Apost. accessit, & super quibusdam grauaminibus, & iniuriis contra dictum F. & quosdam alios literas impetrauit. postmodum dictum F. ad dominum Inno. accedens literas prædictorum iud. cum præsentauit eidem, continentes qualiter in electione ipsius fuerat processum: Dominus Papa volens adhuc misericorditer agere cum illo D. vt eius malitia conuinceretur, remittit istum F. ad ipsos iudices mandans eisdem, quòd non obstante quòd electio ipsius F. sit confirmata, adhuc inquirant de electione ipsius D. secundum quòd in litera continetur. In fin. dicit, quòd si ille D. non venit anno elapso, dictum F. faciant in episcopum consecrari. No. quòd propter malitiam alicuius conuincendam citari debet ex abundanti.

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem & solutionem.*

citationem non compellitur agere, sed ne fiat ei præiudicium in præscriptione circa rem suam, etiam infirmus, & impeditus compellitur constituere procuratorem, qui saltem litem contestetur: vt sic interrumpat præscriptionem, & sic indirectè compellitur, sed per iudicem non compellitur, & sic intelligitur lex prima. *ff. de diuer. & temp. præscript.* Reus non compellitur venire iusta de causa impeditus, & præcipuè si causa est ardua, vt in *decr. querelam. s. de procur.* sed sufficit mittere excusatorem, qui de hoc fidem faciat, vt ibi. Sed in casu præsenti iste electus simpliciter misit nuncium cum literis, allegando quasdam friuolas excusationes, scilicet calores æstiuos, & quòd tardè receperat nuncium, & insidias allegabat: sed non probabat, ideo condemnabitur in expensis tanquam contumax: & secus est in Papa, quàm in aliis iudicibus: & tamen circa principale non procedit Papa. Si tamen aliquis est longo impedimento detentus, ita quòd non est spes, quòd possit venire ad causam, & negotium tale sit, quòd non possit aliquo modo expediri per procuratorem, tenetur mittere, saltem vt litem contestetur: vt sic non currat præscriptio actori. sed si perpetuò sit impeditus, tunc tenetur omnino mittere procuratorem ad causam, aliàs proceditur contra illum absentem.

a ¶ *Diutius expectatus.*] Et sic videtur, quòd in crimine purgari possit mora. *arg. ff. si quis cau. & si post tres. arg. contra. j. qui ma. accu. pos. cum in tua.*

¶ *Glo. seq. cum seq. duo ponit argumenta, & duo contraria.*

b ¶ *Calores.*] Iuxta illud. *Nos genus ignauum tecto gaudemus, & vmbra.* & ita est arg. quòd non excuset Augustus, quin teneatur quis prosequi appellationem ad curiam. ᵇ *Arg. contra. 74. dist. quorundam.*

c ¶ *Contumacem.*] Vnde poterat contra eum procedi ad diffinitiuam sententiam, cùm ageretur de electione. *s. Vt lit. non contest. quoniam. §. sed quia appellauit, amplius expectatur. j. c. prox.*

¶ *Glo. seq. arg. quod etiam in criminalibus &c. & remittet. Forte debet. & remittet.*

d ¶ *Expensas.*] Arg. quòd in causa criminali, sine denunciationis, vel inquisitionis, seu exceptionis locum habet petitio expensarum. *C. qui accu. non pos. qui crimen.* & sic lex illa. *C. de iudi. sancimus & s. eod. c. prox.* locum habent, siue causa sit ciuilis, siue criminalis. De expensis dictum est satis. *s. c. prox.* & fit hic condemnatio non præmissa taxatione. Dic super hoc, prout notatur. *s. de procuratore auditis.*

e ¶ *Proponeret*] Non ideo statim debuit ei credi ᵉ, quia sæpe huiusmodi eulogia ex mala fide fiunt. *ff. de custodia. & exhib. reorum. diuus Hadrianus. nemini enim citò manus impones. 24. distinct. §. 1. & 78 distinct. quod est. & s. de elect. cum nobis olim. §. his igitur.* sed ideo credidit ei Papa: quia ei soli fiebat præiudicium, sicut clerico, qui celebrat in secreto. ᵈ *s. de clericis peregrinis. in fine.*

f ¶ *Alioquin.*] Id est, si fuisset electio cassanda ordine iudiciario: sed iudices non intellexerunt, quoniam nimis festinanter confirmauerunt: vnde dicit inferius, non obstante quòd eius electio sit confirmata.

g ¶ *Citatus.*] Et ideo contumax fuit: vnde potuit procedi contra ipsum ad sententiam. *s. Vt lite non contest. quoniam. §. 1.* & ideo postea audiri non debuit, nec sententia retractari contra eum lata, sed de gratia auditus est postea vt sequitur inferius.

h ¶ *Confirmare.*] Nimis subitò. vnde Papa vult iterum inquirere de electione ipsa, non obstante tali confirmatione.

† *Vide ad hoc l. 2. & ibi Bart. C. de iur. calum. & l. eius qui. ff. de iur. fisc.*

† *Alias, quam.*

a *Quod etiã absurdum. sequeretur etiam aliud absurdius, quod cum nullus cogatur fieri procurator. Inst. manda. §. licet & §. rectè impuraretur fortè ei, qui procuratorẽ inuenire non potuit, cum nullus obligetur ad eam suscipiendam. de appel. c. fin. quod est, & in offertis, nisi fraudulenter aliquid allegaretur, secundũ Hos. Ioan. And.*

† *Cap. 5. eo. ti. in 3. compil. ac.*

† *Episcopus Roscẽsis, seu Ross suffraganeus est Archiepiscopi Caselen. in Hybernia.*

b *Maximè & vmbra quasi sanum non videtur quorundam.*

memorari Roarg. 7. q. 2. qualiter. Vide de hoc ãn fin. gl. Io. And.

† *Coarchaia.* † *Coarchia.* † *Coarchama.*

† *Aliàs: eũ.*

† *Aliàs, literarum aucto…* † *In omnib. manuscriptis exemplaribus ita; eodẽ F. postmodum ex parte vestra nobis literas præsentante, quæ &c.*

c *Concor. l. si cum dotes. §. si arbiter. cum glos. & Bart. ff. de arbitris.*

d *Vel fuit deceptus secundùm Gosf. ex multitudine sigillorum. quia nõ erat credendum tot sigilla falsa. de cle. pere. cap. 1. Sed Ho. per hoc confirmat quod ibi dixit secundũ eum. & est ex hoc argu. quod decretum electionis nõ sit de substantia. de hoc 61. dist. episcopi. & s. de ele. innotuit. Io. And.*

presentauit: quę qualiter à vobis in cõmissione prædicta processum fuerat, continebât: *& infrà.* ¶ Volentes igitur adhuc misericorditer [a] agere cum absente, vt eius malitia conuincatur [b], dictum F. ad vos duximus remittendum: Mandantes, quatenus non obstante quod eiusdem F. fuit electio confirmata, sæpedictum D. si in Hybernia[c] poterit inueniri, legitime citetis ad causam, & (facultate sibi defensionis indulta) in causa ipsa canonicè procedatis. Qui si inuẽtus infra tres menses vestro se conspectui contempserit præsentare, ad cõsecrationem dicti F. omni occasione postposita, procedatis. Si autem in Hybernia inuentus nõ fuerit, indulto sibi vnius anni [d] spatio, ex quo ad nos, etsi nõ verbo, facto[e] tamen intelligitur prouocasse (arrepto itinere ad sedem Apostolicam veniendi) dicto F. administrationem Roscen. Ecclesię, in spiritualibus, & temporalibus committatis, quo elapso, eum non differatis in Episcopum consecrare.

¶ Idem.

¶ Si proceditur per viam inquisitionis contra absentem contumaciter, etiam lite non contestata, testes recipi possunt, & sententia diffinitiua ferri, etiam per viam depositionis, si hoc meretur delictum.

CAP. VIII.

Veritatis † est verbum organo dominicæ vocis emissum: *& infrà.* ¶ Sicut Canonici Curien. in nostro auditorio[f] retulerunt[g], H. Curien. Episcopus Ecclesiam suam non solum dilapidando depressit, sicut publica prædicabat infamia: sed homicidio, incestu, aliisque criminibus polluit. *& infrà.* Super his cõmisimus primò causam Tridon. † Episcopo, & Abbati Montis sanctæ Marię, & Pręposito de Insula: secundò quoq; Brixienti Episcopo, & ipsis Abbati, & Præposito: *& infrà.* Verũ cũ Episcopus ipse priorum Iudicum præsentiã adire per contumaciam [h] contẽpsisset, auctoritate nostra fuit per ipsos Iudices ab officio, beneficióque suspensus: *& infrà.* Tãdem vero coram Iudicibus [i], canonica citatione vocatus, præsẽtiam suam difficulter exhibuit: sed friuolam tunc excusationem, malitia concepta prætendẽs, experiri [k] cum Canonicis in iure neglexit [l]: qua de causa nos de cõsilio fratrum nostrorum suspendentes Episcopum ipsum, vel potiùs suspensionem à iudicibus factam auctoritate Apostolica cõfirmãtes, tertio super his Cumano Episcopo, & Abbati sancti A. causam ad superandam malitiam [m] ipsius Episcopi, commisimus audiendam: qui partibus citatis, cùm nec per se, nec per responsalem idoneum comparuerit, in eundem, propter inobedientiam, excommunicationis [n] sententiam protulerunt, testes ex parte vestra † (quemadmodum in mandatis à nobis acceperant) admittentes, scilicet Abbates, Priores, Prępositos, & alios religiosos viros: per quos quemlibet articulum criminum prædictorum constat fuisse probatum [o]: *& infrà.*

a ¶ *Misericorditer.*] Sic ergo ex misericordia tantùm (vt eius malitia conuincatur) auditur iste D. vnde mandat Papa inquiri de electione ipsius, non obstante confirmatione de prædicto F. quæ de iure non debet retractari, cum ordine iuris facta fuerit, nec ab ea appellatum fuit, licèt dicatur appellasse: quia non impetrauit super facto electionis, sed super iniuria: & ideo non ponit sub hæc decr. sed est quædam prouisio ex misericordia.

b ¶ *Conuincatur.*] Sim. 5. q. 2. *præsentes. C. de iud. Auth. iubemus.* & sic iudex potest parcere contumaci. 5. *de offic. deleg. consuluit. &* 5. *eo. prout. &* [illegible] *c. prox. & Cod. quomodo, & quando iudex. l.* 1. Bernardus.

c ¶ *In Hybernia.*] Arg. citationes extra prouinciam non esse faciendas. 5. *de elec. coram. &* 5. *de maior. & obed. c. Vlt.* sed si non potest inueniri ad domum illius, qui citatur, mitti debet. 5. *eo. causam. &* j. *eo. Venerabilis.* & citandus est quis edicto, vel literis. *ff. de fideicom. liber. cum vero. § Vltim.* vel si non habet domicilium, vbi habitare consueuit. *ff. de dam. infect. l. 4. § prætor.* vel apud Ecclesiam suam j. *de cleric. non residen. ex tua* j. *eo. c. finali.*

¶ *Glo. seq. tripliciter obiicit, & soluit.*

d ¶ *Anni.*] Sed quare expectatur vltra sex menses, contra id 5. *vt lit. non contest. quoniam. §.* 1. Forsan hoc adeo quia appellauerat: vt sequitur.[b] Sed per alia etiam iura non videtur, quòd fuerit expectandus. 5. *de ele. dudum. &* j. *de re iudic. cum olim.* sed fortè ideo expectabatur, quia erat consecratus, & cum eo tractabatur causa, sed ibi non tractabatur nisi inter eligentes. Item quare hic assignatur tempus appellanti, contra id quod legitur j. *de ap. ex insinuatione?* Respon. quia præfigitur ab eo, ad quem appellatur, & qui potest: sed omnia ista ex misericordia intelliguntur facta.

e ¶ *Facto.*] Sic j. *de appel. dilecti. & c. Vt nostrum* Bernardus.

Veritatis est.] Legitur quoad rationem decidendi pluribus modis: sed communiter summatur sic. Si agitur de crimine in modum denunciationis contra reum contumacem, possunt recipi testes, & ferri diffinitiua sententia hoc dicit. Diuiditur. Nam primò ponit denunciationem criminum Episcopi Curien. & tres delegationes super ea successiue factas, & delegatorum processus. Secundo eum deponit, & per ipsum alienata reuocat. S. cunda ibi, *Nos igitur.* Abb. Sic.

Casus. Quidam canonici Curienses denunciauerunt Episcopum suum de dilapidatione, homicidio, incestu, & aliis criminibus de quibus erat publicè infamatus: vnde Papa causam super his commisit primo Episcopo Tridonensi, & Abbati sanctæ Mariæ, & cuidam præposito, inhibendo eidem ne de rebus Ecclesiæ aliquid alienare præsumat. Secundo commissa fuit episcopo Brixien. eadem causa, & abbati, & præposito prædictis. sed dictus Episcopus coram primis iudicibus vocatus per contumaciam venire contempsit: vnde ipsi ab officio, & beneficio suspenderunt eundem. Postmodum citatus à secundis iudicibus comparuit coram eis, & friuolam excusationem prætendens, solita malitia noluit stare iuri cum canonicis prædictis: propter quod Papa cõfirmauit suspensionem à primis iudicibus factam. Tertio loco commissa fuit causa episcopo Cumano, & cuidam abbati, ad superandam malitiam ipsius episcopi: qui citatus, nec venit, nec pro se misit aliquem responsalem: vnde ipsi tulerunt sententiam excõmunicationis in eundem, recipientes testes, secundum quod à domino Papa receperant in mandatis, per quos quodlibet crimen prædictorum fuit probat. Iudices causam, & processum ipsius causæ remiserunt ad Papã. Vnde ipse considerans prædicta, videns ordinẽ iudiciarium in hoc facto fuisse seruatum, cõsiderãs etiam quod post sententias inde datas, celebrare præsumpsit, in nomine Domini cum Apostolo, volens inobedientiam omnem vlcisci, tulit sententiam perpetuæ depositionis in ipsum episcopum licèt absentem, priuans eum ab omni Pontificali, & sacerdotali officio sine spe restitutionis, reuocando in irritum quicquid de rebus Ecclesiæ alienare pręsumpsit post inhibitionem sibi factam per Apost. sedem, & post suspensionem, & excommunicationẽ latã in ipsum. Not. quod in causa denunciationis lite non contesta, contra contumacem possunt recipi testes. Item qui celebrat suspensus, vel excommunicatus, debet deponi. Item in absentem contumacem fertur sententia depositionis. Item per denunciationem aliquis deponitur, sed hoc fuit propter magnitudinem criminis homicidii, qui celebrauit excommunicatus.

f ¶ *Auditorio.*] Simile[c] *ff. si certum pet. lecta est.* Nam auditorium est locus, vbi causæ tractantur.

g ¶ *Retulerunt.*] In modum denunciationis 2. q. 7. *quapropter.* sicut patet in integra.

h ¶ *Per contumaciam.*] Not. quod per solam cõtumaciam non potest etiam quis suspendi ab officio, & beneficio, cùm Papa confirmat eam, quia coram primis non comparuit.

i ¶ *Iudicibus.*] Secundis scilicet.

k ¶ *Experiri.*] Id est, defendere. sic 5 *de iud. c.* 1.

l ¶ *Neglexit.*] Et sic nec coram primis, nec coram secundis fuit lis contestata, & tamen lata fuit sententia diffinitiua, vt j. *sequitur.*

m ¶ *Malitiam.*] 5. *c. prox.* vbi de hoc. *& c. prout.* Bern.

n ¶ *Excommunicationis sententiam.*] Cùm iam esset suspensus, & ita crescente contumacia, crescere debet & pœna. 5. *Vt lite non contest. c. quoniam in fi. & ff. de pœn. l. relegati.*

¶ Glo. seq. est coniungenda glo. decret. prout supra eod. illa procedit in ciuili, ista in criminali. Et recitari potest per modum quæstionis, qualiter in criminalibus procedatur contra contumacem. & dicit gloss. quod secundum legem aut lis non est contesta, aut est. primo casu, &c. Io. And. secundum canones. Hæc ponit opin. Hu. qui non curabat contest. sed solum an liqueret, necne. demum opi. modernorum, qui distinguunt, an sit lis contestat. necne. contra quos opponitur de hac decret. in qua procedit super crimine lite non contest. & tunc gloss. dat tres solutiones. sed primam reprobat: ex principio tollit quartam. illa quæ est in fin. gloss. habet, quod propter irregularitatem iste fuit depositus, & non propter delicta præterita.

o ¶ *Probatum.*] Hic patet, quod lite non contest. recipiuntur testes. & [illegible] non solũ recipiuntur, vbi agitur de electione prælati, vt 5. *Vt lite non*

a *Conc. text. in l. pe. cum concor. C. de testi.*

b *Dicit Innoc. quod hic contrarie agitur de electione non cõfirmata, & electo non consecrato, sed iste consecratus erat, & appellasset. Vel non pessimo erat, quod alias intrauet locum eius, si de iure erat Episcopus. j. de concel. præbend. c. 1. & arguit per hoc Inn. sententiam latam in matrimonio spirituali non transire in rem iudicatam: sicut nec in carnali. de re iu. lator. Io. And.*

† Cap. 1. eo. titul. in 4. compil. 1. de intellectu. Vide Ludouicum Romanum singul. 410. incip. Tu scis duas regulas, adde, quæ dixi li. 5. comment. in Direct. inquisitor. Sch. 16.

† *Tridon.*

c *Hæc glossula non est Bernar. nec habetur in antiquis exemplarib. ¶ In aliquibus antiquis, nostra.*

¶ Nos igitur videntes ordinem iudiciarium in hoc facto fuisse seruatum, cõsiderato præterea †, quòd post sentẽtias in se datas†, celebrare præsumpserit : cùm multi Prælati Ecclesiarum contra eundem Episcopum scripserint, nec vnus pro eo defendendo [a], vel aliquatenus excusando, in nomine Domini cum Apostolo omnem inobedientiam vlcisci volentes, licet absentes corpore [b], præsentes tamen spiritu, iuxta verbum eiusdem † Apostoli, tulimus sententiam perpetuę depositionis in ipsum, & eum tam à Pontificali, quàm ab omni officio Sacerdotali priuantes, sine spe restitutionis aliqua, duximus condemnandum: ea nihilominus in irritum reuocantes, quæcunque post inhibitionem [c] Apostolicæ sedis, seu † factam suspensionem, & excommunicationem, de rebus Ecclesiæ alienare præsumpsit.

te non contest. quoniam. § porrò. sed etiam vbi agitur de destitutione. ad id facit *j. de cler. non resi. ex tua. & 3. q. 9. decernimus.* & hoc ideo est, quia periculosa est mora vtrinque, quia vtilitas ecclesiæ vtroque casu impeditur. Secundum leges de crimine nunquam proceditur contra absentem lite non contesta. nisi in casu contra apparitorem. *C. de pæn. ne diu.* Pro contumacia verò adnotantur bona, & expectantur per annum, & postea deuoluuntur ad fiscum, nec super bonis auditur, sed super crimine. vt *C. de requi. reis. l. 2. Si autem lis est contest.* & [a] liquet de causa, in maioribus criminibus, nunquã proceditur cõtra absentem, immò auditur, quãdoque venerit *ff. de requi. reis. anno.* sed ibi de contest. litis nihil dicitur, sed ita intelligunt Doct. Sed in minorib[a], quæ pœnam relegationis, vel damnum æstimationis continent: bene proceditur contra absentem. *ff. de pæ. absentem.* sed accusator semper debet esse præsens. fallit in hoc casu [b]. *C. de adul. quamuis.* vbi proceditur contra reum absente accusatore. H. distinguebat, an liqueat de causa, vel nõ: si liquet de crimine, vel post liquere, condemnatur absens. & sic intellexit. *4. q. 5. quisquis. & 24. q. 3. de illicita. §. de consensione.* & secundùm hoc posses intelligere, quod hic dicitur, & *j. qui fi. sint legitimi. prælatum.* hic bene liquebat de crimine absentis per contumaciam, & ita non esset aliquod in contrarium secundum canones. Et si non liquet de crimine, tunc excommunicatur reus. & sic intellexit *11. q. 3. rursus & c. quicunque.* nec distinguebat, an sit lis contestata, vel non. Verùm moderni doctores dicunt[c], quòd nunquam est procedendum contra absentem lite non contest. & intelligunt illud *c. decernimus.* cùm lis erat contestata. sed si lis non est contest. vel si est contest. & non liquet de causa: tunc locum habet *11. q. 3. rursus. & c. quicunque.* & ita contradicunt huic decr. quia hic lis non fuit contest. & tamen fertur sententia contra absentem de crimine, nec expectatur per annum, & testes recepti fuerant. Qualiter ergo intelligitur, quod hic dicit, ita quòd non contradicat c. prædicta? Potest dici, quòd recepti sunt testes de speciali mandato domini Papę, qui habet potestatem etiam supra ius. *j. de conces. præben. proposuit. §. licet autem.* & ipse idem tulit sententiam depositionis. Vnde factum suum ad consequentiam trahi non debet: immò secundùm quòd ipse iudicat, & alij debent iudicare. *j. de re iud. in causis.* [d] Vel meliùs dicas, quòd *c. decernimus. & c. rursus. & c. quicunque.* loquuntur, vbi directè agitur de crimine in modum actionis: & ideo intelliguntur lite contest. licèt ex litera non colligatur. sed c. istud loquitur in alio casu, cùm agitur de crimine in modum denunciationis, seu inquisitionis. nam canonici Curień. denunciauerant hæc crimina domino Papę, de quib. publica infamia laborabat episcopus iste, vt dicitur in prin. vt bene colligitur ex antiqua decret. & ita bene possunt testes recipi, & ferri sententia contra contumacem. *s. vt lite non contest. quoniam. §. sunt & alij. & j. de accu. qualiter, & quando. 2. § debet.* & plus est etiam hic, quia deponitur in modum inquisitionis propter homicidium, cùm aliàs in modum inquisitionis non debeat quis deponi. *j. de accu. inquisitionis. 1. resp.* & quia celebrauerat excommunicatus, propter quod solum potuit deponi. *11. q. 3. si quis presbyter.*

† *Aliàs, etiam.*
† *Aliàs, latas.*
a *Ita legitur in vtroque, vt est impressum, licet quidã hic adnotẽt aliàs lege: nec liquet.*
† *1. ad Corinth. c. 5. c. audi 11. q. 3. & hoc sententia formula vtitur Eymericus in Direct. par. 3. in 13. modo processum terminãdi.*
† *Aliàs itaque factam excommunicationem & suspensionem.*
b *Scilicet, non mulier in quæstionib. confessa de crimine petit accusatorem in officio publico constitutum præsentari. Io. And.*
c *De hoc 3. q. 9. summa. & loquitur de modernis sui tẽporis: qua nobis hodie sunt antiqua secũdùm Ioã. Vinc. Tan. & similes. Ioan. And.*
d *Et tex. dicit ordinem iudiciariũ fuisse seruatum. Ioã. And.*

¶ *Gl. seq. reci. per q. an pro isto fuisset procurator admissus.*

a ¶ *Defendendo.*] Quilibet enim admissus fuisset ad defensionem ipsius *ff. de procur. seruum quoque. §. publicè.* sed hoc verum est ad allegandas causas absentiæ, sed non ad causam: quia in criminibus non interuenit procurator, si agatur directè. *j. de accus. veniens ff. de pub. iud. l. pen. § ad crimen.* sed cùm hic non ageretur directè, potuit procurator interuenire. [e] *j. de accus. super his. & s. de procura. tua. s. eod. cùm dilecti.*

e *Gof. contra. cum ad depositionẽ ageretur, licet per inquisitionẽ. Host. Idem de accu. j. inquisitionis. vt ibi dicam super gl. 2. Io. And.*

b ¶ *Absentes corpore.*] Sic *2. q. 1. de manifesta.*

c ¶ *Inhibitionem.*] Sic *j. de despon. imp. ad dissoluendum. j. de no. ope. nun. cũ ex mãdato. fin. s. de of. del. venerabilis & j. de acc. c. vl.*

Contingit.] Primò ponit casum quandoque contingentem. Secundò prouidet ibi, *Ne igitur.* Abb. Sicul.

Casus. Aliquis citatus ad causam contumaciter se absentat: iudex per contumaciam absentis adiudicauit possessionem actori causa rei seruandæ: sed propter potentiam rei, siue dolum, actor j. annum rem custodiendam nancisci non potest, vel acquisitam amittit: & sic secundum quosdam post annum non efficitur verus possessor, & reus de malitia sua commodum reportat: ne igitur contumax melioris cõditionis, quàm obediens existat: statuit concilium de canonica æquitate, vt in casu præmisso, actor anno elapso verus efficiatur possessor. Not. quòd ille, qui non possidet fictione iuris, & propter dolum alterius possidere intelligitur, ita quòd anno elapso verus est possessor. Item contumax puniri debet.

¶ Idem in concilio generali †.

¶ ***Actor non admissus in possessionem sibi decretam per iudicem causa rei seruandæ, vel ab ea expulsus, per lapsum anni verus efficitur possessor.***

CAP. XI.

Contingit interdum, quòd cùm actori ob contumaciam aduersæ partis, adiudicatur (causa rei seruandæ [d]) possessio, propter rei potentiam, siue dolum, actor infra annum rem custodiendam nancisci non potest [e], vel acquisitam amittit, & sic (cùm secundùm multorum assertionem verus non efficeretur post lapsum anni possessor) reportet commodum de malitia sua reus. ¶ Ne igitur contumax melioris [f], quàm obediens conditionis existat, de canonica æquitate sancimus, vt in casu præmisso, actor [g] verus

† *Lateran. sub Inno. 3. c. 40 & c. 2. eo. tit. in 4. compil.*

¶ *Glos. seq. reci. per q. an missus in possessione prædialem possideat: & distinguit realem à personali: & in reali differt lex à canone, in personali nõ. Insuper instruit iudicem, ne festinet, & vt summatim examinet.*

d ¶ *Seruandæ.*] Secundum legistas impropriè dicitur causa rei seruandæ, vbi quis conuenitur actione reali, in quo casu est statim verus possessor secundum eos. *C. de præscript. xxx. vel xl. ann. si quis emptionis. §. pe.* sed commutabitur: quia reus veniens j annum eam recuperat secundùm formam iuris. *s. vt lit. non cont. quoniam. § in alijs.* & ibi est arg. pro hac opinione in verbo, recuperet. sed illud exponitur, id est, retineat, ibi Secundum iura canonica. Propriè dicitur causa rei seruandæ, quia ante annum non est verus possessor: sed custos potiùs. *j. ut præ. c. vlt. & s. de of. ord. pastoralis. ver. si vero tamen.* In personali vero actione secundùm omnes propriè dicitur causa rei seruandæ, siue causa custodiæ: talis enim custos est, & non possessor. *ff. de acq. poss. possid. ri. § vlt. & l. si quis ante. § denique.* nec tunc eiicitur primus possessor de possessione. *ff. de dam. infect. si finita § si quo autem. & ff. vt in pos. leg. ve cau. 1. respon.* sed tantummodo secundum decretum eiicit primum possessorem. *ff. de damn. infect. si finita. § vbi autem.* & ita vterque erit in possessione, diuerso tamen respectu. possessor ergo colet agrũ, & colliget fructus, sed alter eos custodiet, nè dissipentur ab isto. *ff. vt in poss. lega. ve cau. § qui legatorum.* In reali actione secus. vt dicitur in vlt. notula huius c. Tamen iudex non multum festinabat ad missionem in possessionem, si reus probauit iustam causam absentiæ: restituetur *ff. de dam. infe. si finita § si fortè.* vel fortè ipso iure. *ff. de priuile. cre. imperatores. & j. de re iud. cùm Bartholdus.* Summatim examinabit ergo iudex negotium, antequam mittat alteram partium in possessionem. *vt s. lit. non conte. quoniam frequenter. § si verò. & C. de bon. auct. iud. possiden. Auth. & qui iurat.*

Possessor verus an efficiatur qui ex primo decreto in possessionem mittetur.

Quis ordo seruandus, priusquam quis in possessionem mittatur.

¶ *Gl. seq. reci. opi. Io. quam reprobat: & alleg. per eum respondet.*

e ¶ *Non potest.*] Contra istud, qui non admittit alium in possessionem, plura remedia sunt prodita, quæ enumerantur *s. vt lit. non contest. tempus.* & dicit Io. [f] quòd si annum steterit in excommunicatione, perdit possessionem. *arg. 11. q. 3. rursus. & c. quicunque.* sed non credo, quòd ex vi excommunicationis perdat possessionem, sed ex eo, quòd non admittit illum ad possessionem beneficio huius constitutionis. & *c. illa non loquuntur in causa ciuili. sed c. rursus. loquitur in criminali. & c. quicunque.* loquitur, cùm de crimine agitur, siue ciuiliter, siue criminaliter. & sic non tangunt istum casum, sed secundùm hoc contingeret, quòd efficeretur possessor ille, qui non fuit missus in possessionem, nec pronunciatus mitti. Duæ enim sunt pœnæ procedendi contra contumaces, vna per missionem in possessionem, alia per excommunicationem: vbi vna tantum imponitur, alia non inducitur: nisi expressè imponatur: immò cùm vna non timetur: tunc demum alia imponatur: vt *s. vt lit. non conte. quoniam frequenter. in fi.*

f *Hic, sed in prædicta decret. not. quòd perdat causam. & vide quod ibi dixi. Io. And.*

f ¶ *Melioris.*] Non enim melior debet esse conditio illorum, qui delinquunt, quàm eorũ qui obediunt. *ff. de don. inter vir. & vxor. l. 3. § 1. & s. de postu. præla. ad hæc. vers. nos. &c.* & stulti non debent esse melioris conditionis: quàm periti *ff. quod vi, aut clam. l. seruus. & 26. q. 1. lege epistolam. in prin. & ff. de noxa. l. non solum.*

g ¶ *Actor verus.*] Idẽ videt fuisse statutũ per leges in psonali actione, vt si per aduersariũ impedior possidere, quòd nihilominus pro possessore debeo haberi, ac si possiderẽ. *ff. de bo. auct. iu. pos. quamuis.*

Sed

Sed si per alium impeditur, ille tenetur mihi ad interesse. *ff. quibus ex cau. in poss. eatur. l. pen.* Et hoc si soluendo fuerit, alias intelligor possidere. *ff. de eo per quem factum erit. l. vlt. 1. resp. & ff. de do. & elegante. §. si dolo.*

¶ *Gl. seq. hēt 4. partes. prima re per q. an per lapsum anni ipso iure, an per sententiam quis fiat possessor: & q ipso iure all. duo iura: & duo similia. In contrarium alle. decr. & l. cui statim respōdet. Demùm soluit distinguēdo reales à personalibus. Secundo quærit, quid de spiritualib⁹, vt si petatur Ecclesia. Resp. distinguēdo. Tertiò tractat, an missus in poss. vtatur fructibus: & dicit, quod sic post secundum decretum, post primum non: excipit tres casus. Quarto quærit, an missus in possessionem, &c. soluit, quod secundum canones, &c. aliter secundum ll. in reali.*

constituatur[a] elapso anno, possessor.

¶ Gregorius ix. Archiepō Burdegal.

¶ *Si reus non inuenitur, sufficit publicè citationem ad Ecclesiam suam proponi.*

CAP. X.

VEnerabilis frater noster: & *infrà.* ¶ Volentes finem[b] imponi litibus, ne immortales existant: Mandamus, quatenus ad initium proximè[c] venturę Quadragesimę, (quod tibi perēptorium terminū duximus assignādum) super iure Primatiæ, quod Bituricē. Archiepiscopus, in te, ac in prouincia tua se habere proponit, per te, vel per Procuratorem[d] idoneum sufficienter[e] instructum, ad litem contestandam, & ad alia omnia negotia † peragenda, quæ necessaria decisioni negotij videbuntur, nostro te cons. ectui repræs. ntes. ¶ Nos verò nihilominus Archidiacono Transuigeñ. & magistro M. Canonico Turoñ. dedimus in mandatis, vt & ipsi ad eundem terminum, auctoritate nostra, iuxta præmissam formam, te peremptoriè citare procurent: & si non poteris inueniri, faciant, vt citationis edictum, per ipsos, vel alios[f],

Possessor verus an efficiatur per lapsum anni missus in possessioné.

a ¶ *Constituatur.*] Non determinatur hic, an ipso iure per lapsum anni constituatur verus possessor: an per sententiam iudicis: & vr̄ expressum, q ipso iure anno elapso sit verus possessor. s. *de off. ord. pastoralis. ver. Veruntamen. & j. tit. prox. c.* 1. & est simile: quis transcursus anni priuat aliquem stipendio suo, si tanto tēpore steterit excōicatus. 11. q. 3. *rursus.* & transcursus anni constituit aliquem hæreticum. j. *de hæret. excommunicamus. §. qui autem* Sed contra vr̄, quia post annum impetratur secundum decr. j. *tit. prox. c.* 1. & *ff de dam. infe. si finita. §. Iulianus.* Sed illud loquitur in personali actione. Ad hoc dicas, q in realibus actionibus non habet locum secundum decretum, nec est necesse, sed solum transcursus anni facit aliquē possessoré: vt in decr. pastoralis. nisi quis ad cautelā[b] impetret illud sed in personalibus actionibus necesse habet impetrare secūdum decretum: quia aliàs intelligitur non possidere. j. *de proba. ex literis.* & sic non præscriberet. Sed hoc nō obtineret vniformiter in omnibus: quia in causa noxali, & in causa damni infecti secundū decretū constituit aliquem dñm, si reus erat dñs sed si non erat dñs, constituit verum possessorem, & dat ei causam præscribendi, siue vsucapiendi. *ff de dam. infec. si finita. §. Iulianus & ff. de acqui. poss. possideri. in fin. & ff. de noxa. & generaliter.* sed in aliis personalibus secundum decre. constituit aliquem possessorem. vt s. *vt lit. non conte. quoniā. in fi.* secūdū intellectū quē posuit ibi Io. in hoc scilicet, vt exoneretur ab onere probandi debitū: sed nō præscribit, quia quādocunq; dñs offert debitū, restituet rem suā: nisi distracta sit auctoritate iudicis: vt *C de distrac. pign. si priusquam.* Aliū intellectū diximus ibi. Sed nunquid idē iuris est in spiritualib. causis (vt si petatur Ecclesia, vel pręb enda ab aliquo, & reus j. annū nō cōpareat) vt post annum actor verus sit possessor, & sic præscribat Ecclesiam, vel pręb endā, cū actor nunquā institutus sit fortè in Ecclesia? Dico; quòd si petatur Ecclesia tanquā proprietas, vel aliud spirituale, elapso anno verus est possessor, & præscribere potest. j. *tit. prox. c.* 1. si verò petatur Ecclesia tanquam beneficiū, siue pręb enda, non habet ibi locum præscriptio: quia titulus nō præscribitur: sola enim possessio non facit aliquem decurionem: sed canonica electio. *ff. de decu. Herennius. &* j. *de insti. ex frequentibus.*[c] Qui enim dicit se prælatū Ecclesiæ, vel canonicū, nō prodest probare præscriptionē, nisi ostēdat titulū, siue libellū suæ ordinationis. 2. q. 1 *legum. & j. de prob. dilecto. & s. de procu. ex insinuatione.* nec obstat j. *de iure pat. cura.* quia præscribitur ibi Ecclesia tanquā proprietatis, vt dixi, nō tāquā prælaturę nunquā enim secūdū iura canonica p secūdū decr. dat ius præscribendi, nisi adsit bona fides. vt j. *de præscr. Vigilāti. & c. fi.* sed cū aliquis mittitur in possessionē beneficij, qui nullum titulū habet, nunquā potest habere bonā fidē: & ideo nō præscribit: quia in huiusmodi spiritualib bona fides & iustus titulus requiruntur. j. *de præscri. si diligenti.* Quid ergo operatur secūdū decre. in hmōi spiritualib. Fortè vt possit vti fructib. & vt possit præscribere cōtra omnē agentē si haberet bonā fidē, & aliquē titulū: nō tñ præscribit ius prælaturę, vel præbēdæ, sed præscribit cōtra agētē tm̄. Hodie verò ille qui agit cōtra aliū possessoré super dignitate, personatu, vel bñficio Ecclesiastico obtinēdo, nō dēt mitti in possessionē causa rei seruādæ propter cōtumaciā partis aduersæ: ne per hoc ad eam ingressus pateat vitiosus: sed in eo casu lite nō cōtest. liceat iudici negotium terminare, vt in *concilio Lugdunensi. de eo qui mit. in poss. causa rei seru. c. eum qui.* [*lib.* 6.] Et illud scias, quia missus in possessioné ex primo decre. nō vtitur fructibus, immo eos conseruare debet, vt ipse restituat eos cum ipsa re. si infra annum reus recuperat possessioné. j. *de sequestra c.* 1. si non recuperat rē suā infra annū in actione reali, habebit oēs fructus vsque ad litem contest. postea super proprietate, audietur, si postea agere voluerit, qui possessionem amisit. Et quod ex primo decreto non vtatur fructibus, probatur. *ff. quis ex cau. in poss. ea. Fulcinius in princ.* sed post secundum decretum vtitur fructibus. *ff. vt in poss. leg. es cau. §. quis legatorum. in fin.* secus tamen est in petitione hæreditatis, vbi quis propter nimiam contumaciam[d] consequitur fructus. *ff. quib. ex cau. in poss. ea. Fulcinius. §. vl.* Similiter cum venter mittitur in possessionem, vtitur fructibus. *ff. de ventre in poss. mitten. l. 1. § 1. & si mulier. ven. nom. in poss. calum. causa esse d. l. 1. §. interesse.* Similiter cum impubes ex Carboniano edicto mittitur in possessionem. *ff. de Carbo. edic. sed si n § 2.* Item quid dices si nullus in possessionem ex primo decreto mittatur, an possit petere restitutionem?[e] Videtur, quòd non, præcipuè secundum iura canonica, cùm non possideat, sed tantum custodiam habeat, vt s. dictū est: quia no sufficit probare deiectionem, nisi probet possessionem: vt s. *de off. iu. dele. consultationibus. & s. de restit. spol. olim.* Vnde non posset agere, vti possidetis *ff. vti poss. si duo. § creditores.* Sed dicas, quòd potest petere restitutionem conditionaliter ex illa *l. C. de præto. pign. l. vlt.* secundum illos, qui dicunt, quòd statim est verus possessor, saltem in actione reali, quia non videtur quęstio, cum habeat veram possessionem, licet commutabilem.

VEnerabilis] Diuiditur, nā primò ponit duplicē citādi formā. Primam quam facit iudex per literas. Secundā, quam committit alteri faciendam. Et de facto huius decre. habetur in *c. fin. de ma. & obe.* & latiùs in *c. fi. de dilationibus.* Abb. Sicul.

CASVS. Inter Archiepiscopū Bituriceñ. & Archiepm Burdegal. quæstio vertebatur de iure Primatiæ: ad petitionē Bituriceñ. mādauit Papa Burdegal. vt ad initium proximæ quadragesimæ peremptoriæ ad præsentiā suam per se, vel per procuratoré idoneum accederet, responsurus dicto archiepiscopo Bituriceñ. super iure Primatiæ: quod se proponit habere in prouincia Burdegal. ad lit. contest. & ad alia omnia, quæ ipsi causæ fuerint necessaria, & insuper mandat quibusdam, vt ad eundem terminum sub forma præmissa, & peremptoria citent eundem: & si non poterit inueniri, ad Ecclesiam suam trinæ citationis edictum publicè proponant, vel proponi faciant. No. procuratorem talem mittendū, qui possit litem contestari, & alia omnia necessaria causę expedire. Item si aliquis non inuenitur ad locum, vbi habitare consueuit: trinæ citationis edictum debet proponi, & vltimum peremptorium.

b ¶ *Finem.*] Sic[f] s. *eo. fine. & s. de procu. constitutis. & C. de agri. & censi. lib. 11. & C. de iudi. properandum. in princ.* & ideo vsq; ad triennium restringuntur lites secūdum leges vt in *prædicta l. properandum.* ne immortales existāt, vt ibi dicit Secūdū iura canonica nō finitur instātia iudicij elapso triennio. s. *de iud. Venerabilis.*

c ¶ *Proximè.*] Et si hoc non fuisset appositum, de proxima intelligeretur. *ff de verb. obli. cum qui calendis. in princ.* Bern.

d ¶ *Procuratorem.*] Melius[g] dixisset actorem, quia hęc erat causa vniuersitatis, s. *de synd. c.* 1. *ff. de min. & ho. munerum. § defensores. in gl. eliguntur. ff quod cuiusque vniuer. item eorum. §. actor.* Et mirū est, q interuenit procurator in hoc casu, cum agatur eī status: cōtra id quod habes. 2. q. 6. *si quando.* Cū, q si aliquis petit aliquē in seruū, potest agere per procuratoré 54 *dist. frequens in gl. actores.* Is autē, de cuius statu agitur, si est in possessione libertatis, p̄t se defendere per procuratoré. *C. de asser. toll. l.* 2. *in prin.* si autem sit in possessione seruitutis, & proclamet etiā ad libertaté, nō aget per procuratorem: vt in l. prædicta Nec obstat huic distinctioni *ff. de procu. non solū. ff si status.* quæ dicit, q in eā status potest interuenire procurator, siue ex seruitute proclamet in libertaté, siue ex libertate petatur in seruitutē: loquitur. n. in procuratione procuratoris ad peculiaria negotia. *ff de pecul. seruū quoq.. in prin. & tit. de proc.*

e ¶ *Sufficienter instructum.*] Sufficiens dicitur, qui ad agendum, & defendendum, & respondēdum constitutus est legitimè. de hoc dictum est s. *de procu. c.* 1. *& accedens. & c. mandato.*

f ¶ *Alios.*] Ex[h] forma rescripti hic defert alijs, cū tm̄ factū demādetur. s. *de off. i. dele. c. vlt in fi.* Vel dic, q possunt citare per se, vel per nuncios suos; fiunt enim citationes, vel per nuncios, vel per epistolā, vel per edicta, quæ in publico proponuntur. intelligitur enim citare ipsi, qñ per alios citant arg. *ff de constit. pec. l. & li. 21.*

¶ *Gloss. seq. alleg. concor. & ibi remittit. Secundò quærit, an teneatur reus non veniens, &c. arg. quod sic. demum arg. contrarium, & illud tenet.*

a ¶ *Ecclesiam*]

a *Præsumptione iuris & de iure, vt dixi plenè libr. 2. in Directoriū Inquisitor. Schol. 61. & li. 3. Scho. 11.*

b *Dicūt quidā, & male, hāc cautelam esse damnosam, de quo vide in Spe* de se cun. decr. §. videndum, ver sic. hoc quoque. *Io. And.*

c *Et j.* de reg. iur. c. 1. *li. 6. Io. And.*

d *Vt quia dixit se non venturum, vt ibi not. ad quod facit* de sent. excom. venerabilibus. §. secus. lib. 6. *Io. And.*

† *Vox, negotia, deest in omnib. manuscriptis.*

e *De hoc in* Spec. de pri. decret. §. 15 de effectu. ver. sed q̄d si nullus. *Quid si iudex tractat de misso cōtra non legitimè citatū. de misso autem contra reum, cui competebat exceptio, vide post Inno.* s. de dila. c. 2. in magna glos. ver. vel dic, melius. *Io. An. And.*

f *De materia huius glos. & quis ordo in causis iudicandis, & expediendis obseruari debeat, vide, quæ sancitum concilio Tridentin.* sessio. in decreto de reformatione c. 20. & sessio. 2. de reforma. c. 10.

g *Hæc gl. nō videtur Bernardi, nec habetur in vetustis decretalium exemplarib.*

h *Hæc glossula non est Bernardi, nec reperitur in vetustis codicib.*

a ¶ *Ecclesiam.*] Sic ergo debet citari, qui personaliter non inuenitur. s. *eod. causam quæ.* vbi satis dicitur de hac materia. Sed quid fiet, si reus non veniat, & iudices impediti, etiamsi venisset, procedere non potuissent: nunquid tenebitur saltem ad expensas? Videtur, quod sic: quia contumax est: aduocati enim non est contemnere auctoritatem prætoris. *ff. de iud. si quis ex aliena. & ff. de re iu. contumacia.* nec prodesse videtur, si casu processus iudicis impeditur, sicuti si facto fecerit, non videtur obtemperare voluntati. *ff. de cõdi. & demost. l. 2. in fi.* certus enim casus debet esse ad hoc vt non veniat. *arg. de bo. pos. secundum tab. l. 1. §. Ver. sententiam tamen.* & licèt mea non intersit, teneor tamen venire. *ff. si quis cau. si cum. in prin. & contra. ff. si quis cau. l. 2. §. si quis in iudicio. in fi. & ff. si quis in ius vo. non ierit l. 2. in fi.* quia nihil interest actoris reũ nõ venisse, vt ibi. *ff. de iud. non videtur. & ff. de pecu. eo. tempore. & ff. de arbi. si cum dies. §. si arbiter. vers. sed si in aliquem.* Et hoc verum est, quòd non tenetur venire.

§ *Osbern.*

a *Iudice vel altero ex litigatoribus impedito dies iudicis differtur. Ioan. And.*

† *Post cõcil. Lateran. sub Ale. iij. p. 3. c. 24. & c. 1. eo. tit. in 1. compil.*

apud Ecclesiam[a] publicè proponatur.

TITVLVS XV.

De eo, qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.

¶ Alexand. iij. Priori, & fratribus de Guiseburch †.

¶ *Missus in possessionem ex primo decreto in reali per lapsum anni veram, & incommutabilẽ illius rei possessionẽ acquirit: licèt passus missionem, habuerit infra annum voluntatem cautionem præstandæ, quam tamen non deduxit ad effectum suo defectu. h. d. secũdum verum intellectum.*

CAP. I.

CONstitutis † in præsentia nostra R. Canonico vestro, & responsalibus Præpositi de Beril. super possessione Ecclesiæ de Lamento (in quam causa rei seruandæ[b] fueratis inducti) hincinde fuit coram nobis aliquandiu disputatum: tandem ex vtriusque partis assertione[c] tenuimus, quòd licèt causa rei seruandæ tantùm, in eiusdem Ecclesiæ possessionem inducti fueritis, infra annum tamen altera pars standi iuri non præstitit cautionem, licèt voluntatem[d] † præstandi habuerit, & vos eam parati[e] recipere fuissetis. ¶ Ideoque decernimus, vt amoto possessionem præscriptæ Ecclesiæ (saluo iure[f] quod idem Præpositus in petenda Ecclesia habere dignoscitur) absque contradictione qualiter habeatis[g]. Vt autem nostræ diffinitionis sententia inuiolabiliter obseruetur, eam Apostolico duximus patrocinio roborandam.

DE EO QVI mit. in poss. causa, &c.

¶ *Quia per cõtumaciã sæpe peruenitur ad missionem in possessionem, ideo congrue post præcedentẽ ista annectitur. Et quãuis in rubro fiat dũtaxat mẽtio de eo, qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ: tamẽ in nigro tractat etiam de interpositione secundi decreti, per quod transfertur vera possessio: vt in c. 1. Ex quo collige, quod nigrum quandoque est generalius rubro. concordat de officio deleg. c. 1. lib. 5. referendo rubrum ad c. fi. eod. tit. Abbas Siculus.*

COnstitutis.] Actor missus in possessioné post annum efficitur verus possessor, licèt reus infra annũ cautionem præstare voluerit. h. d. Primo narrat factũ. Secundo interloquitur ibi. *Ideoque.* Abb. Sicul.

CASVS. Prior, & canonici de Guiseburch. habebant quæstioné cũ præposito de Beril. super Ecclesia de Lamento: ad petitioné prioris, causa cõmissa fuit quibusdam iudicibus: sed quia præpositus fuit contumax, missi fuerunt Prior, & fratres in possessioné Ecclesiæ prædictæ causa rei seruandæ. infra annum præpositus non recuperauit possessionem, vnde anno elapso partes propter hoc accesserunt ad Papam: in cuius præsentia super possessione prædictæ Ecclesiæ fuit aliquandiu disputatum: tandem per confessionem vtriusque partis constitit Papæ, quòd licèt in possessionem causa rei seruandæ dicti Prior, & fratres fuissent inducti, tamen altera pars infra annum nõ præstitit cautionem standi iuri, licèt voluntatem habuerit, & ipsi cautam parati fuerant recipere. Vnde Papa adiudicauit possessionem dictæ Ecclesiæ prædictis fratribus, saluo iure proprietatis ipsi præposito. Not. quòd non sufficit voluntas in casu isto sine facto. Item qui non recuperat possessionem propter cõtumaciam amissa infra annum, post annum non recuperat ipsam, tamen de proprietate auditur.

b ¶ *Seruandæ.*] Super possessione, super qua agebatur tanquam super proprietate, secus si agatur super beneficio, vel dignitate. j. *in concil. Lugd. eod. tit. cum quis lib. 6.*]

c ¶ *Assertione.*] C. *si per vim, vel alio modo l. 2.* & ita per confessiones partiũ cõstitit de meritis causæ: & ideo ex cõfessione procedit: ad sententiã. s. *de transact. præterea. §. respondeo in* , & s. *de rest. spo. cùm ad sedem ad fin.*[b] vna confessus in iure pro iudicato habetur. j. *de confess. cũ super. & c. seq. & C. de confess. l. vnica.*

c ¶ *Indistinctè.*] Not. q sic cõmittitur causa simpliciter, potà cõmittimus tibi cãm, quæ inter tales vertitur, super talibus rebus, tunc tam causa possessionis, quàm proprietatis commissa intelligitur, vt hic dĩ. & *arg. C. de rei ven. ordinari. & s. de causa pos. pastoralis. & j. de testi. significauerunt.* sed si causa possessionis tñ commissa est, non pñt cognoscere de proprietate; quia cui commissa est causa violentiæ tñ. de proprietate cognoscere non potest. & vno, & eodem tempore causa possessionis, & proprietatis diuersis iudicibus committi non debet: quia continentia causæ diuidi non debet, vt hic dicit. & *C. de iud. nulli. & s. de cau. pos. c. 1.* sicut causa proprietatis, & vsusfructus apud eundem iudicẽ sunt tractandæ. *ff. de qui. re. ad eundem iudicem eatur. l. 1. & 2.*

d ¶ *Arbitrio.*] In hoc ipso Cælestinus peccauit: quia non debuit facere sequestrationem nisi in casibus, qui notantur *s. eo. c. prox. & glo.* vnde reuocauit sequestrationem: vt j. patet.

e ¶ *Sequestrari.*] Hoc ideo fecit, quia cum res apud sequestrũ deponitur, neuter litigantiũ possidet illã rẽ. *ff. de deposi. l. licet. §. rei deposita.* nisi hoc dictum sit in sequestratione vt tantum causa custodiæ deponatur apud sequestrum. *ff. de acquir. pos. interesse puto.* & sic possessio postea restituitur illi, qui obtinet in proprietate, vt sequitur. quia proprietas trahit ad se possessionem. *s de cã. pos. cùm dilectus.*[b] Et sequestratio ista facta fuit apud Vercelleñ.[c] & Nouarieñ. Episcopos.

f ¶ *Expensas.*] Sic *s. de eo. qui mit. in pos. cùm venissent. in fi. & s. de dolo. cùm dilecti. in fin. & c. finem.* vbi satis de hac materia.

g ¶ *Oblatæ*] Coram Regiñ. & Mutiñ. Episcopis. nam Archiepiscopus Mediolaneñ. obtulit cautioné standi iuri infra annũ super possessionibus illis, de quibus Abbas fuit missus in possessionem causa rei seruandæ, per Episcopũ Veroneñ. sed Archiepiscopus Abbatem expulit de possessione, vt dictum est.

h ¶ *Propter hoc.*] Id est, propter vitium contumaciæ. *C. de in. (?) sanctimus.*

i ¶ *Sufficiẽtẽ.*] No. quòd in casu isto sufficiẽs cautio est præstanda, s. pignora, vel fideiussores. *ff. man. si mandato. §. vl.* & non nuda. i. sola promissio: vt dixi *s. vt lite non contest. quoniam. §. in aliis. & C. de verbo. sign. §. sancimus.*

b *Concor. l. si fit. & ibi Bart. ff. de legat. 1. & l. also. ff. de alimen. & cib. legat.*

c *Hoc patet in antiqua decretali, quã incon humus ... .*

† *Aliàs ita: Priori de Beam. & Decan. Dolenten. aliàs, Calenten.*

† *De materia huius c. vide Felinũ post Ioannẽ And. in c. examinata. s. de iu. adde Socinum in regula. 418. verbo: sequestrato. & sequen.*

† *Glenestria.*

† *Adde ista verba importare liberum arbitrium. Concor. l. 1. ff. de re mil. & ibi Bart.*

Dilectus.] Primò ponit querelam rei passi missionem: secundò dat ei iudices. Abbas.

Casvs. Abbas, & conuentus de Cisteria impetrarunt literas ad quosdam iudices delegatos, contra rectorem Ecclesiæ de Bethusia super ipsa Ecclesia. Iudices quia rector prædictus contumax fuit, monachos induxerunt in possessionem Ecclesiæ ipsius, causa custodiæ: & quia monachi fructus prædictæ Ecclesiæ medio tempore perceptos distrahebant, dictus rector significauit hoc D. Papæ, vnde mandat, quatenus si est ita, fructus prædictos faciant sequestrari: & si quid de ipsis distractum est, faciant in pristinum statum reuocari. Not. casum, in quo fit sequestratio: & hoc ideo, quia fructus debent restitui, si reus infra annum recuperauit possessionem.

k ¶ *Distrahunt.*] Not. quòd ille, qui mittitur in possessionem causa custodiæ, siue agatur reali actione, siue etiam personali, infra annum non facit fructus suos, sed custodire eos debet non distrahere: vt si infrà annum reus recuperare voluerit possessionem, restituantur ei fructus: expensæ tamen necessariæ pro fructibus percipiendis factæ, primò debent deduci, quia illæ in nullo casu prohibentur. *ff. famil. ercisc. fundus. 1. respon. in fine.* Si verò non veniat infrà annum, tunc primo anno elapso lucratur omnes fructus. de hoc dictum est *s. de do. contingit.* & hoc in reali.

¶ *Glo. seq. ponit regulam & xj. casus exceptos.*

l ¶ *Sequestrari.* Not. q possessor lite pendẽte non debet remoueri de possessione, nec ab ea sequestrari: vt *s. c. prox. & 16. q. 4. volumus. & 8. q. 4. nõne. & C. de proba. l. 2. & s. vt. lit. prox. per totũ. & C. de prohi. sequestra. l. vnica.* Quandoque tñ fit sequestratio in casibus, vt cum quis dilapidat fructus, quos seruare debet: vt hic, & in c. seq. Itẽ cũ appellatur ab executore mero, tunc sequestratio fit rei immobilis, & fructus etiam rei immobilis sequestrantur apud possessorem remanente iure possessionis. *Cod. quorum app. non reci. ab executore.* Item cum persona, à qua res mobilis petitur, suspecta est. *ff. qui satisda. cog. aud. si fideiussor. §. vlt.* Item si time-

a *Ponit casum, quãdo coram illo, cui quis de libertate litigat, concurrat vsusfructuarius, & proprietarius. Ioan. And.*

si timetur de dilapidatione. *ff. de ap. imperatores in fi.* Item si quis proclamet in libertatem, sequestrantur res eius. *C. de asser. toll. l. 2. 3. & C. qui ad li. procla. non licet. l. 2. & 3. & C. de or. cog. l. Vlt.* Item si colonus velit possessiones conductas deserere a. *C. de agr. & cen. l. vl. lib. 11.* Item si maritus vergat ad inopiam, sequestratur dos. *ff. sol. mat. si cum dotem. §. si vero. & C. de iure dot. in rebus. in fi. in Auth. de aqua. do. §. illud. quoq; coll. 7* Item si timetur de saeuitia viri, nec potest ei caueri. *s. de rest. spo. literas. ad fi.* aut etiam cum timetur sponsam corrupi. *j. de spon. cum locum* Item cum aliquod est ablatum illi, qui est de familia iudicis. *ff. de offi. praesi. senatusconsulto in fi.* Item propter contumaciam *s. de do. & contu. ex literis.* & hoc fit, vt mitius agitur cum contumace. vt ibi dicitur.

A*Beo.*] Casus. Aliquis appellauit à sententia contra ipsum lata, ipse coepit dissipare fructus possessionis, dicitur, quòd fructus sunt ab ipso sequestrandi, quousque appellationis causa fuerit terminata. Nota casum, in quo fit sequestratio.

a ¶ *Si dissipentur.*] Sic *C. quorum ap. non reci. ab executore. & ff. de ap. imperatores. in fin.* Vnde hac decr. sumpta est b. de hoc satis dicitur *s. c. prox.* & secundum hanc decret. intellige, quod dicitur. *2. q. 6. quotiens. 2.* & hoc ideo, quia si confirmabitur sententia, debet fructus perceptos post litem contesta. restituere cum ipsa re. *C. de rei vend. certum.*

¶ Gregorius ix.

¶ *Si reus possessor appellat à sententia contra eum lata, licite rei petita fructus sequestrantur, si dissipantur ab eo.*

CAP. II.

AB eo, qui sententia prouocauit, fructus possessionis (si dissipentur a ab ipso, possunt lite pendente rationabiliter sequestrari.

TITVLVS XVIII.

De confessis.

¶ Clement iij.

¶ *Ad solum dictum confitentis crimen proprium, non est alteri infligenda poena aliqua: infamato tamen est indicenda purgatio.*

CAP. I.

CVm monasterium: *& infrà.* ¶ Eos, quorum suggestione scelus homicidij, Presbyter † se perpetrasse proponit, nisi aliis modis b verum esse constiterit, nulli censemus poenae subdendos †: cùm † secundùm vtriusque iuris statuta, de se confessi c super aliorum conscientiis interrogari non debent †: & (crimine laesae maiestatis excepto) de reatu proprio confitentis periculosa confessio non est aduersùs quemlibet admittenda. ¶ Si tamen eos infamia d huiusmodi laborare cognoueris, singulis eis (adiunctis tribus † sociis sui ordinis) purgationem iniungas.

¶ Inno. iij. Canonicis de Bethlehem.

¶ *Si de crimine contingente causam principalem, constat contra aliquem per eius confessionem, punitur poena ordinaria, etiamsi directè contra eum non agatur. Ho. dicit secundum glos. Et est casus not. & verus in se. Vel summa sic, secundum alium intellectum non minus notabilem, quem etiam sentit gl. licet non perfectè explicet: Si quis confitetur crimen in iudicio incidenter, potest iudex ordinarius nouum inchoando processum, illum punire poena ordinaria. hoc dicit singulariter. Abbas.*

CAP. II.

CVm † super electione Bethlehemitanae Ecclesiae inter R. & P. quaestio verteretur: *& infrà.* ¶ Quoniã V. Canonicus Bethlehemitanus fuit in iure cõfessus e, quod pro praestãdo alterius electio

& *2. q. 1. nos in quenquam.* vel per euidentiam facti. *j. de coha. cle. & mu. c. Vlt. & s. de resti. spo. cùm ad sedem.*

¶ *Gl. se. al. tria tria, & aliũ casum excipit. & hoc in fi. determinat.*

¶ *Confessi.*] Nulli ergo de se confesso super crimen aliorum creditur. sic *j. de testi. Veniens. 1. & 15. q. 3. nemini. & 3. q. 11. neganda. & Cod. de accu. & inscript. l. fi.* Sed hoc generale est, praeterquam in crimine laesae maiestatis, vt hic, & in *praedicto cap. nemini. & cap. veniens.* Item auditur confessio vnius latronis contra alium. *C. de ser. pronunciatum & C. de fal. mone. l. 1. in gloss. communitatem. & ff. de custo. & exhib. r. eorum. l. diuus Hadrianus § 1. & ff. de quaestio. l. 1. §. si quis.* isti qui de se confitentur, creditur non quantum ad conuincendum, sed quantum ad praesumptionem. vnde si adsunt aliae praesumptiones, valent: aliàs per se non sufficerent.

d ¶ *Infamia.*] De qua debent se purgare cum tertia manu sui ordinis. qui sint honesti, & conuersationem ipsius agnoscant: aliàs si defecerint tanquam coniuncti puniantur. *j. de purg. c. cùm P. & c. cum dilectus. & j. de simo. insinuatum.* aliàs si infamati non essent, non indiceretur eis purgatio propter talem confessionem *2. q. 5. si legitimi.* De hac materia pleniùs tractatur *j. de pur. cano. cùm P. & c. cùm dilectus. & 2. q. 5. presbyter si à plebe.*

DE CONFESSIS.

¶ *Supra visum est de modis, quibus ordinatur iudicium, restabat videre de modis, quibus causa instruitur, & sic de meritis causae: vt de probationibus in genere & in specie. & quia per confessionem aduersae partis releuatur litigans ab onere probandi, cum confessio non sit propriè probatio, sed probationis releuatio: ideo tractaturus auctor de probationibus, praemisit de confessis: quia vbi adest confessio, non est necessaria probatio. Vel continua magis ad proxima sic: Supra visum est de modo procedendi contra contumacem, veruntamen quia quandoque & vt plurimum partes sunt in iudicio, & aliqua confitentur, quae non subijciuntur oneri probandi, aliqua vero negant, quae subijciuntur probationi: ideo auctor prius praemisit de confessis, secundò de probationibus, cùm ad probationes recurratur deficiente confessione. Ab.*

De hac materia tractatur. 15. q. 3. & q. 6. & q. 8. per totum & 2. q. 1. nos in quenquam & in aliis capitulis.

C*Vm monasterium.*] Et qui crimen proprium confitetur, non creditur contra eos, quos dicit fuisse criminis suggestores, hoc dicit. duo facit: nam primò instruit iudicem in absoluendo non infamatos, & reddit causas: secundò instruit de purgatione infamiae ibi. *Si tamen.* Abb. Sicul us.

Casus. Quidam presbyter confessus fuit se commisisse homicidium ad suggestionem quorundam: quaerebatur, vtrum illi ad confessionem sacerdotis sint puniendi de illo homicidio? Respondet, quòd non, nisi aliter hoc verum esse constiterit: quia vt dicunt iura canonica, & ciuilia, nulli de se confesso credendum est contra alios (exceptis crimine maiestatis) confessio confitentis de se, non est aduersùs alios admittenda. Si tamen illi de hoc infamati sunt, cum tribus sociis sui ordinis (cum quibus se purgare debent) purgent. Nota, quòd nulli de se confesso credi debet in praeiudicium aliorum. Item confessio criminosi non est contra alium admittenda. Item infamatus debet se purgare.

b ¶ *Aliis modis.*] Scilicèt legitimis, & euidentissimis probationibus, & luce clarioribus *C. de proba. l. Vlt. 2. q. Vl. sciant. & 5. q. 6. Ephphatum.* vel per propriam confessionem in iure factam *j. c. pro.*

C*Vm super.*] Qui in iure confessus est se simoniacum, ab officio & beneficio deponitur. ita summat Ioann. And. sed haec summatio est nimis generalis. Diuiditur, nam primo ponitur depositionis causa. Secundò deponit ibi, *Nos.* Abbas.

Casus. Duo electi fuerunt in Ecclesia Bethlehemitana: in examinatione illarum electionum V. Bethlehemitanus canonicus fuit in iure confessus, quòd pro praestando consensum electioni alterius, recepit obligationem quingentorum Saracenorum, & mediator fuit simoniacae prauitatis: vnde dominus Papa deposuit ipsum per diffinitiuam sententiam ab omni officio, & beneficio ecclesiastico. Not. quòd simoniacus deponi debet, vt hic dicitur.

¶ *Gloss. seq. post prin. dupliciter obijcit: & tripliciter respondet.*

e ¶ *Confessus.*] Et coràm iudice suo. *s. de iud. at si clerici.* aliàs ergo confessio non praeiudicat quantum ad poenam, vel condemnationem: praeiudicat tamen quantum ad suspicionem. *j. de excess. prala. quàm sit graue.* Sed nomine iste fuit testis: qualiter ergo ponitur poena ordinaria, contra illud. *s. de ord. cog. cùm dilectus. ad fi. j. de exce. denique in fi.* praeterea sine accusatore non debet quis. puniri. *j. vt Eccle. benefi. vt nostrum. in princ. ff. de mu. & ho. rescripto. §. si quis* d. potest dici, quòd iste vel fuit denunciatus, vel inquisitio contra eum facta fuit sic. *s. de elect. per in quisitionem.* vel hic ex officio suo processit dominus Papa, & in odium criminis. *arg. 3. q. 9. nihilominus. & C. de proba. iubemus. & C. de testi. nullum.* etenim crimina vndecunque claruerint, punienda sunt. *24. q. 3 ecce.* Vel ideo punitur: quia crimen istud contingit principale negotium. sic. *j. de exce. c. 1. in fi.* & hoc videtur verius, quia dicebatur ab aduersario quòd simoniacè facta fuit electio: & quia electionem examinat, de omnibus inquirere debet, de meritis personae, de modo electionis, de studio eligentium e, & sic crimen illud contingit factum principale. *s. de electio. cum terra. & c. super eo. & c. scriptum est. & c. nihil est.* de his omnibus inquirit iudex ex officio suo, de meritis electi, & eligentium: & iste fuit vnus de electoribus, & ideo meritò puniri debuit, si commisit in ipso negotio vitium simoniae, siue de hoc factum fuisset f, siue non, cùm ex officio hoc etiam fieri debeat. *s. de elect. cum nobis olim. §. his igitur.* vbi de hoc, & sic punitur aliquis super eo, de quo non agitur contra eum directè, in odium criminis vt innuit

a *Deberet dicere si colonus negat pensionem, in cuius solutione diu cessauit, & allegare debebat l. litibus. quae l. vlt. non facit. Io. And.*

b *Vnde reprehendit Host. Vinc. qui hoc dixerat hoc non camero lege, nisi cum appellatur ab executore. Ioann. And.*

† *In aliquo antiquis vbi: se vere byter P. perpetrasse, &c.*

† *Vide te. in l. fi. cum gloss. & ibi Bart. & in l. maritus. ff. de quaestio.*

† *Aliàs, quia.*

c *Ibi latrones interrogat de sociis, & receptatoribus. Ioan. And.*

† *De hoc ar ticulo vide plenè per Antonium Gomezium tom. 3. var. resolu c. 11. & Iulium Clarum. in pract. crim. § fin. q. 21.*

† *In c. cum felicitudines infra de pur. can. 14. compurgatores assignantur sed dicas, quod tantum hunc numerum iudicis arbitrio relinquitur iuxta qualitatem criminis infamia & delinquentis, Vide lib. 2. ad no. in Direct. Inquisitorum Schol. 11. vbi plenissime differuit de hac materia.*

† Cap. vnico. eo. tit. 3. compil. *Et quae sub hoc, infrà, hic desiderantur, inueniet ea supra c.* cù super. de causa poss. & proprie.

d *Accusatorem non habens honoribus prohibetur* mandebet. *Io. And.*

e Concar. l. de minore. §. plurimum & ibi Bald. ff. de quaestio.

f *Hoc verum secundum Inn. vbi de crimine constat per ipsius confessionem: verum de hac materia vide hic plenius per Io. And.*

nuit litera sequens. §. Nos quoniam vitium huiusmodi persequi, &c. & est arg. ĩ. de testi. tam literis. sic & maritus punitur de lenocinio, licet cum eo non directè non sit actum. ff. de adulte. l. 2. § si publico.

a ¶ *Sarracenorum.*] Exponunt quidam dandorum regi, vt electioni præstaret assensum, vel potiùs pro seipso recepit illam obligationem, vt ipse consentiret: sic sola talis obligatio simoniam inducit, licèt non receperit id, quòd venit in obligatione: quia in talibus nulla pactio, vel conuentio debet interuenire. 1. quæ. 2. *quàm pio. § fin. & ŝ. de pact. pactiones. & ĩ de simo. ca. pen.* & est moneta, quæ sic vocatur a.

ni consensu quingentorum Sarracenorum a obligationem receperat, & mediator extitit simoniacæ prauitatis. ¶ Nos (quoniam vitium huiusmodi persequi volumus, vt debemus) ipsum per diffinitiuam sententiam duximus ab omni beneficio, & officio Ecclesiastico deponendum.

¶ Gregorius ix B. Iudicis Viterbiens †.

¶ *Confessio facta in iure per œconomum Ecclesiæ, nocet ipsi Ecclesiæ: potest tamen reuocari, si ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanasse, h. d.*

CAP. III.

EX parte Abbatis, & Conuentus monasterij Sancti M. fuit propositum, quòd cùm inter ipsos ex parte vna, & V. nomine suæ vxoris ex altera, coram te quæstio verteretur, œconomus monasterij memorati, quædam per errorem facti fuit in iure confessus b, ex quibus † timet sibi præiudicium generari. ¶ Cùm igitur negotio nondum finito, nemini noceat error c facti: Mandamus, quatenus si de huiusmodi potuerit errore docere, prouideas, vt nullum sibi super hoc præiudicium generetur.

† *Bich.*

a *Sub equiuatur in codice Barbatis hæc verba in Vltramarinis partib.*

EX *parte.*] Confessio per errorem facta non nocet, si ante finitum negotium de errore facti emanasse doceatur. h. d. Io. And. Prima pars narrat factum: secunda prouidet iudicem instruendo ibi, *Cùm igitur.* Ab.

Casvs. Inter Abbatem, & conuentum sancti M. ex parte vna, & V. nomine vxoris suæ coram iudice Viterbien. quæstio vertebatur: syndicus monasterij cõfessus fuit quædam in iure per errorem, ex quibus monachi timent sibi præiudicium generari: abbas, & conuentus significauerunt hoc domino Papæ petentes sibi contra huiusmodi confessionem prouideri. Scribit Papa illi iudici Viterbien. dicens, quòd negotio nondum finito error facti nemini nocet: vnde mandat eidem, quòd si de huiusmodi errore potuerunt edocere nullum sibi super hoc præiudicium generetur. Nota, quòd error facti non nocet, dummodo ante sententiam error probetur.

† *In codice Barbatia ita: ex quibus timent monachi sibi, &c. & in omnibus manuscriptis legitur, timent.*

¶ *Gl. seq. ponit differentiam huius rubricæ ad rub. de inter. act. Secundò ponit nouem, quæ requiruntur, vt confessio noceat. Tertiò quæ sint partes iudicis in confessum. In fine addit decem casus in quo non persistit.*

b ¶ *Confessus.*] No. quòd rubrica ista, siue titulus de confessis, locum habet post litem contest. sed edictum de interrogatoriis actionibus locum habet & ante litem contesta. & post: quia iudex quotiens & quãcunque æquitas mouet ipsum, debet interrogare partes. *ff. de inter. act. vbicunque. & 30. q. 5. iudicantem.* & in casibus qui notati sunt. ŝ. *de iu. calum. cũ causam.* & etiã postquam est conclusum in cã. ĩ *de fide inst. cum Ioannes. §. Verũ.* Ad hoc enim vt confessio præiudicet alicui, exiguntur plura: quod sit maior xxv. an. quia minor potest restitui contra confessionem. *ff de mi. non omnia. & ff. de confe. certum. §. in pupillo.* Itẽ quòd sponte, & non coactus. *15. q. 6. c. 1. & 31. q. 2. Lotharius. §. præterea. & ff. de quæst. l. 1 rñ §. diuus. 2.* Item quòd ex certa scientia. quia si errat in cõfitendo, & potest probare se errasse, non nocet: vt hic. & *C. de iur. & fac. ign. error facti. & ff. de confes. non fatetur.* Item quòd contra se confiteatur: quia confessio pro se non prodest 14. q. 2 §. 1. & *ff. de inter. act. de ætate. l. rñ.* Item in iudicio, & coram suo iudice, aliàs nõ præiudicat: vt ŝ *de iud. at si clerici. & C. e l. Generali.* Quamquam cõfessio extra ius facta valet b: vt si quis cõfiteatur debere se ex certa cã, putà emptionis, vel locationis, vel alia causa consimili si probetur confessio ista per testes, qui fuerunt præsentes in confessione, condemnabitur ex ea. *C. de non nu. pe. l. generaliter & l. aduersus ff. de proba. cùm de indebito. §. vlt. & ĩ. de fi. instr. si cautio. & 3. q. 9. § si debitum.* Item quòd aduersarius sit præsens, aliàs non nocet. *ff de interro. act. l. vlt. & ff. eodem certum. § si quis.* Item requiritur, quòd non sit contra rerum naturam, vt si confiteor me interfecisse hominem, qui viuit. *ff. ad l. Aquil. inde Neratius. § vlt.* & hoc si probo eum viuere qui mortuus est, vel si confiteor illum esse filium meum, qui est maioris ætatis quàm ego, vel si quis confiteatur factũ, cuius nomine actio cum alio esse non potest. *ff. de inter. act. si is cuius. & l. concessionibus.* Item quòd non sit contra ius, s. de libero homine c: aliàs non nocet. *ff. de pac. iurisgentium §. & si stipulatio. & §. præce. & ŝ. de pactionis & ĩ. de cond. ap. si conditiones. & 32. q. 2. solet quæri.* Item quòd de re litigiosa: vt *ff. de inter. act. confessionibus.* Item in confesso nullæ sunt partes iudicis in cognoscendo, sed in sententiando sic: quia debet ferre sententiam ex illa confessione. *ff. ad l. Aquil. proinde. & ŝ. de transact. præterea.* Item si quis cõfiteatur se seruum, talis cõfessio non nocet ei: vt *C. de lib. cau. interrogata.* lex ista fauore libertatis intelligitur de confessione facta apud iudicem, sed non in iudicio liberalis causæ, aliàs contraria esset lex illa iubemus eo. ti. in fi. Bern. Additio. Vnde versus:

Maior, sponte, sciens contra se, vbi ius fit, & hostis.

Certum, lisque, fauor, ius, nec natura repugnet.

c ¶ *Error facti.*] Error facti excusat, si probetur nõdum finito negotio: d vt hic, & in *l. prædicta. error. & ĩ. de sen. excom. si sacro.* Error verò iuris non excusat. *C. de iur. & fac. igno. l. 2. & l. cum quis.* & sic patet, quòd confessio syndici potest reuocari. Item & confessio aduocati reuocatur. ĩ. *de cen. olim.* vbi de hoc

Vt confessio propria alicui noceat, quot, & quæ exigentur. & vide Iulium Clarum in pract. crim. §. fin. q. 35.

b *Concor. l. generaliter & ibi gl. & Cyn. C. de non nu. pecu. & l. non solum. §. si liberationis. & ibi Bart. ff. de libe. leg.*

c *Vt si Christianus confiteatur se seruum Iudæi, infrà de iud. c. vl. vel mutuũ Iudæi 28. q. 1. caue. Ioan. And.*

d *De hoc habet c. 1. eod. ti. in 1. compil.*

d *De hoc vide Spe. eod. ti §. fin. ver. pen. adde hic Io. And. distinguentẽ. an sit appellatum, vel non.*

† *quòd.*

TITVLVS XIX.

De probationibus.

¶ Greg. Tancredo † Regi Vincestriæ.

† *Aliàs: Tancredo Regi Visogoren. sed legendum est, Recaredo Regi Visigothorũ. ex lib. 7. epist. 121 siue 126. registri B. Gregor.*

¶ *Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur. Ita communiter summatur.*

CAP. I.

EX Epistolæ verbis: & infrà. ¶ Tua excellẽtia postulauit, vt Imperatori scriberem, quatenus † pacta in chartophylacio d requireret; quæ dudum inter Iustinianum Principem & prædecessores tuos fuerunt emissa, vt ex his colligeret, quid tibi seruare deberet. ¶ Sed ad hoc faciendum vehementer obstitit, quia nulli e dicẽdum est: ea quæ contra f te sunt, apud temetipsum debes documenta requirere, in mediúmque proferre.

De probationibus.

¶ *Continuata fuit supra in præcedenti ti. sed magis specificè au.: Supra visum est in prox. tit. de confessionibus, per quas aduersarium releuatur ab onere probandi. Veruntamen quia parte negante habet asseuerans probare. 6. q. vlt. accusator. merito subiici de proba. & promittit primò genus, vt postea faciliùs descendat ad species: sicut etiam fecit compilator. ff & C.*

De hac materia habetur. 6. q. vlt. §. his ita respondetur, vsque ad fi. q. 24. q. 3. de illicita. 44. dist. multis.

EX *epistola.*] In prima parte ponitur petitio. In secunda ipsius repulsio bi. *Sed ad hoc.*

Casvs. Inter Iustinianum principem, & antecessores Tancredi regis, quædam pacta facta fuerunt, in quibus continebantur: quod antecessores ipsius Tancredi & ipse quædam obsequia debebant Imperatori, in quorum possessione erat Imperator. Iste rex Tancredus ignorabat illa pacta: vnde petiit à domino Papa Gregorio, vt scriberet Imperatori, vt ipse inquireret pacta illa in chartophylacio suo, & faceret inde copiam sibi, vt per hoc colligeret, quid deberet facere Imperatori, & quid Imperator ei seruare deberet. Super hoc respondet Papa regi Tancredo dicens, quod illud facere non potest, quia nulli dicendum est. Ea quæ contra te sunt, apud teipsum debes requirere documenta, & in medium proferre. Nota, quòd reus non tenetur dare actori instrumenta sua contra se, sed actor debet habere suas probationes: nec econtra actor tenetur dare reo instrumenta defensionis: communia tamen instrumenta alter alteri dare tenetur.

d ¶ *In chartophylacio.*] Chartophylacium e dicitur locus, seu armarium, vbi chartæ, vel instrumenta ponuntur, & conseruantur.

¶ *Glo. seq. cum seq. signat & soluit duo contraria.*

e ¶ *Nulli dicendum.*] Reo, scilicet, nisi sit vsurus eis. *ff. de eden. l. 1. §. edenda.* vel nisi sint communia. ĩ. *de fid. instr. G. perpetuus* nam argentarius, & publicus exactor rationes contra se tenetur f edere. *ff. de iure fis. in fraudem § ex his bonis. & § seq.* hic enim reus Imperator erat in possessione obsequiorum prædictorum à rege. *Arg. contra. 45. d. qui syncera*, vbi dicitur, quòd conuincere debemus Iudæos ex codicibus suis, & illi nostri sunt: quia continent vetus testamentum.

f ¶ *Contra te.*] Simile. *C. de te. nimis graue & C. de ed. qui accusare. & 4. q. 3. qui intendit. Ar. contra. C. de eden, nõ est nouũ. & l. instrum*

e *Chartophilaciũ Græci vocant scriniũ, in quo libri, & scriptura reponuntur.*

f *Item hæreticus fiscalis contra se agens edere tenetur instrumenta, vel libros, vt commissũ de hæret. libr. 6. dixi latè lib. 3. commẽt. in Direct. inquisitor. Schol. 101. adde Socin. reg. 149. incipiens. edere actori. vbi multis modis limitat hunc tex.*

ftum est. Sol. verum est illud, quòd nullus sua propria instrumenta tenetur dare aduersario, vt ipse vtatur eis, & præcipuè quæ faciũt cõtra ipsum: contraria hîc signata non sunt contraria. leges illæ, non est nouum. & iustum est. loquuntur de rationibus communibus: lex illa de eden. qui accusare. loquitur de instrumentis proprijs. vt probatur. *C. de eden. ea qua.* secundùm vnum casum. Intelligunt alij aliter leges illas, prout ibi consueuit notari.

Sicut cõsuetudo.] Nõ valet consuetudo vltra probationem plenam exigens iuramentum. h. d. Primò narrat consuetudinem, quam secundò improbat ibi, *Nos cùm.* Ab. CASVS. Consuetudo erat in quadam terra, quòd cùm aliquis intentionem suam fundauerit testibus vel instrumentis, nihilominus deferebatur ei sacramẽtum, quod si præstare nollet, fides probationibus suis non habebatur: Dicit Papa, quod ad huiusmodi iuramentum, recurrendum est tunc demùm, cùm aliæ legitimæ probationes deesse noscuntur: vnde talem consuetudinem reprobat. Nota iuramentum in defectum probationum esse præstandum. Item consuetudo hîc non præiudicat iuri.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cõpil.

† Aliàs probationes.

† Aliàs: Helien. Episcopo: aliàs, simpliciter habetur, Lucius iij. fortassis legendum, Alexander iij. Cistrensi Decano. vt post concil. Lateran. sub Alex. 3. p. 38. c. 2. Habetur. c. 2. c. tit. in 1. compil.

† Aliàs ex literis tua fraternitatis.

¶ Alexander iij.

¶ *Actor qui plene probauit, non debet compelli iurare.*

CAP. II.

Sicut † consuetudo laudabilis: *& infrà.* ¶ Sanè quoniam apud vos consuetum esse didicimus, vt cum aliquis intentionem suam fundauerit instrumentis, aut testibus, ei sacramentum nihilominus deferatur: quòd si subire noluerit, fides probationibus † non habetur. ¶ Nos (cùm tunc demùm ad huiusmodi sit suffragium recurrendum, cùm aliæ[a] legitimæ probationes deesse noscuntur) talem consuetudinem[b] reprobamus.

¶ Lucius Cistren. † Episcopo.

¶ *In communi iudicio probant actor, & reus: & si pariter probant, reus absoluitur, nisi fauorabilem causam foueat actor.*

CAP. III.

Ex † literis tuis intelleximus, te & Archidiaconum confines habere Præbendas in villis, quas singuli singulas possidetis: & prætextu terminorum inter vos controuersiam agitari, eò quòd dicas eum antiquos fines egressum, partémque tui fundi occupasse: illo in contrarium asserente, se partem eandem fundi possedisse quadraginta annorum spatio inconcussè: tu autem, quòd per idem tempus quietè illam possederis, asseueras: quare vtrùm incumbat petitori, vel possessori probatio, quæsiuisti. ¶ Ad quod scire debes, quòd iudicium finium regundorum[c] tale est, vt in eo vtraque persona vices duorum[d] habeat, videlicet actoris, & rei: vnde[e] hincinde testes produci possunt ad cognitionem Iudicis instruendam: quibus examinatis, Iudex quos præcellere intellexerit, ad fidem sibi faciendam admittat. ¶ Quòd si ambarum partium testes sint æquè idonei, possessoris testes † præferentur: cùm promptiora[f] sint iura ad absoluendum, quàm ad condemnandum: præterquam in liberali[g] causa, in qua si vtriusque partis testes æquales fuerint, pro libertate[h] sententia proferetur: nam possessori[i] probationem aliquando dari, iuris manifesti est: cùm iure cautum sit, quòd qui obiecerit præscriptionem longissimi temporis (quam nemo rectè obiicit, nisi qui possidet) & eam probauerit, in causa debeat obtinere.

a ¶ *Cum aliæ.*] *C. de iureiu. in bona fides. ff. de iureiu. admonendi.* ¶ *de procur. ex insinuatione & de fid. instru. l. vlt.* habito tamen respectu ad qualitatem personarum, & quantitatem causæ. *C. Vnde vi. si quando. & ¶. de iureiu. c. vlt. & ff. de legi. tut. legitimos*

¶ *Glo. seq. arg. & illud declarat Ioan. And. in nouella.*

b ¶ *Consuetudinem.*] Et est arg. quod consuetudo non præiudicat scripto iuri. ¶. *de consuet. cùm venerabilis. & c. vlt. & 11. di. consuetudinis.* hoc est verum, vbi consuetudo obuiat rationi: vt hîc. & in præce. c. hæc enim consuetudo est contra ordinem iudiciorum: vel ibi consuetudo introducta est per errorem. *ff. de leg.* quod non ratione. aliter si consuetudo rationabilis esset, & præscripta bene præiudicaret iuri scripto: vt ¶. *de consue. c. vlt. in fi.* vbi de hoc. & *ff. de leg. de quibus. & 11. d. catholica. & c. in his.* & talis consuetudo præcipuè reprobatur, quia ex quo semel iuratum est de calumnia, a principio saltem in causa ciuili, non fuit amplius iurandum[a]. *C. de iura. calumnia. Auth. hoc sacramentum. & in Auth. de iu. qui ingredi. ad appella. § 2.*

a De calumnia: secus in iuramento de malitia. infra de iu. ca. c. 1. in fi. Ioan. And.

Ex literis.] Cõis diuisio. Secunda ibi, *At quod.* Abb. Siculus. CASVS. Eps Bononien. & archidiaconus eius confines habebãt præbẽdas in villis, siue terris, quas habebãt: prætextu terminorũ, siue finiũ inter eos orta est cõtrouersia. Dicebat Eps archidiaconũ fines antiquos egressum, & occupasse partẽ fundi sui: Archidiaconus in contrariũ asserebat se partẽ eãdẽ spatio quadraginta annorũ incõcussè possedisse. Et Eps eodẽ modo dicebat se eandẽ partẽ per idẽ tẽpus possedisse: quæritur, cui incũbat probatio, vtrũ possessori, an petitori? Respõdet Papa, quòd iudiciũ finiũ regundorum tale est, vt in eo vtraque persona vices habeat duarum, actoris videlicet, & rei: vnde hincinde testes produci possunt ad fidem faciendam iudici: & illos admittat, qui melius probauerint: & si testes vtriusque partis æquales fuerint, testes possessoris præualebunt: quia promptiora sunt iure ad absoluendum, quàm ad condemnandum, præterquam in causa liberali, in qua si testes æquales fuerint pro libertate sententiabitur. In fine respondet quasi tacitæ quæstioni. Diceret aliquis, quare debet probare possessor? & ipse respondet iure cautum est probationem aliquando dari possessori: quia & qui obiicit præscriptionem, & eam probauerit, obtinebit: sed nemo eam obiicit, nisi qui possidet. No. quòd in iudicio de finibus vterq; dicitur actor, & reus: vnde vterq; probare debet, se defendere. Item promptiora sunt iura ad absoluendum, quàm ad condemnandum. Item cùm probationes æquales sunt, absoluitur reus nisi in libertate. Item qui obiicit præscriptionem eam probare debet.

b ¶ *Finium regundorum.*] Licèt prædia Ecclesiæ propria non sint clericorum, agere tamen possunt finium regundorum[b], cùm habent ius in illis. ci. licet vsumfructum *ff. finium regũ. l. 3. finium.*

¶ *Glo. seq. declarat, quomodo intelligatur in cõmunibus iudicijs, &c. secundo ponit Brocar. an vnus fungi possit vice duorum. alleg. pro 8. iura. & 9 contra. & dat duas solutiones.*

b Hoc verũ, quando inter se agũt, ita quod nihil deperire potest ecclesiæ: si verò contra extraneum, necessarium esset procurat. omnium ecclesiæ, cui per id poterat deperire: vt dicit in tex. Ioan. And.

d ¶ *Vices duorum.*] Hoc iudicium duplex est. quia vterque actor, & vterque reus hic censetur: vnde vterque duplex sacramentum calumniæ præstabit, sicut reus, & actor: non tamẽ iurabit nisi semel. *ff. fa. ercisc. inter cohæredes. §. qui famil.* ille tamen principaliter actor dicitur, qui primò ad iudicium prouocauerit. *ff. de iud. in tribus.* si non apparet quis primò prouocauerit, fortè dirimatur, quis actor dici debeat. *ff. de iudi. si cum ambo.* & pro tanto dicitur actor, quia primò iurat, & postea iurant sui testes. sic obseruatur in conuentione, & reconuentione. Item arg. est hîc, quod vna persona vicem duarum sustinet *ff. quod cuiusque vniuer. item eorum. §. si decuriones. 21. quæst. 1. relatio. de conse. dist. 2. nec Moyses. ff. de adopt. si consul. 30. quæst. 1. ad limina. ff. de stipu. ser. 1 §. seruus communis. 10. qu. 3. vnio. ff. de act. & obl. actionis verbo. §. mixtè. arg. contra 26. q. 1. presbyteros. C. de asser. nemo. 89. dist. singula. & ff. de reg. iur. in pari ¶. de prob. quia in causam. & c. de multa ff de pac. si plures. & ff. ad Trebell. ille à quo. §. tempestiuum. & 89 d. ad hoc.* Sol. 1. responsio casualis est, & obtinet causa necessitatis, & vtilitatis: secus de iure regulari, vt dicunt in contrarijs. vel refert, vtrùm iurisdictio sit gratuita, vel contentiosa: si gratuita, potest vti vice duorũ. *ff de adop. si consul. & ff. de offi. præsi. l. 2. si contentiosa, non potest. 2. q. 4. c. 1 & 2. q. 1. in primis.*

† In multis antiquis vox, testes, no habetur.

Quia verò testes possessoris præferuntur, ideo manet in suo loco possessor, quod docet Iustinianus Instit. de interdictis. §. retinendæ. in hac verba: commodum autem in eo est, quod etiamsi eius res non sit, qui possidet, si modo actor nõ potuerit suam esse probare, remanet in suo loco possessio, propter quam causam cùm obscura sunt vtriusque iura, contra petitorem iudicari solet. hæc ibi.

e ¶ *Vnde.*] Id est, quia vterque est actor, & reus. vel vnde, i. quia vterque affirmat se possidere, & ad se pertinere.

¶ *Glo. seq. dat 5. concor. textus, alleg. 4. iura. & soluit.*

f ¶ *Promptiora.*] Sic. ¶. *de fid. instrumen. inter dilectos. in fin. ff. de actio. & obligatio. Arrianus. & ff. de pæni. respiciendum* & arg. *50. dist. ponderet. in fi. & 26. q. 7. tempora pœnitudinis.* Arg. contra. *ff. de officio præsidis. obseruandum in fin. & 18 dist. quia sunt 81. dist. sancti Daniel. & 50. dist. postquam.* S. quod hîc dicitur, & in similibus, locum habet in dubijs, & obscuris: sed vbi notum est factum, fit condemnatio, nisi ex causa fiat dispensatio.

g ¶ *In liberali.*] Et in querela inofficiosi testamenti. *ff. de inoffi. testa. si pars iudicantium.* & in causa matrimoniali. *33. q. 2. si quis acceperit.* & in dote. Vnde versus:

Stat testamentum, libertas, coniugium, dos,
Si sunt æquales, qui producuntur vtrinque.

Ex istos quatuor casus habes ¶. *de re iud. c. vlt.*

h ¶ *Pro libertate.*] *ff. de manumiss. l. antepen. ff. de re iud. inter pares. & ff. de reg. iur. libertas. 12. q. 1. cum redemptor.*

i ¶ *Nam possessori.*] Responsio ad tacitam quæstionem. si quæreret aliquis, quare debet probare archidiaconus, cùm sit in possessione? Respondeo, quia qui excipit de præscriptionibus, ipse probare debet. *ff. de probat. in exceptionibus.* Sim. *C. de præscript. xxx. vel xl. annorum. malè agitur. 26. q. 4. Salomon.*

† Cap. 2. co. tit. in 1. cō. *Et de tali lectu: vide ... c & glossa hic vide Dominicum Sotum* l. 4. sen. di. 34. q. 1. art. 1. vbi plenè, & eleganter.

a *Propter impotentiā coitus mulier repudiat virum etiam inuitum, Io. And.*

† *Aliàs, testimonio.*

† Cap. 3. co. tit. in 2. compil.

b *Sententia glo. a. & vera talis est, si mulier, quæ diuortium petit, corrupta est, & nihilominus negat potentiam viri, ille verò iurat se eam cognouisse, tunc viri iuramento in fauorem matrimonij standum est. & ita procedit textus hic* c. 1. infrà de frig. & malefi.

c *Dicit Inno. alternatiuè tamen, quod hic nō probatur negatiua, sed probationes istæ manent iuris præsumptionē, quod fratres non consenserunt: cui statur, donec probetur contrarium.* in fi. à de spōs. *ss, qui in dicat, quòd si isti fratres recordarentur de die, & loco contractus, possent directè probare negatiuam, per ea quæ plenè scripsi* de elec. bonæ. 2. in 3. gl. *Io. And.*

PRoposuisti.] In virginitate probanda, attestatio matronarum assertioni viri præfertur. Communis diuiso: secunda ibi, *Videtur.* Abbas Siculus.

CASVS. Inter O. virum, & S. mulierem coram delegatis iudicibus matrimonij quæstio vertebatur: coram quibus mulier proponebat se nec à viro cognitam, nec potuisse cognosci: quod tā proprio iuramento, quàm iuramento septē mulierum probauit, quæ per aspectū corporis eam esse virginem asseuerāt, viro per suum iuramentum contrarium asserente: quæritur, cui sit fides potiùs adhibenda? Respōdet quòd iuramento puellæ, & testimonio illarū septem mulierū potiùs est credendum.

Not. probationē per aspectū corporis præualere iuramento viri, carnalē copulam asserentis.

¶ Greg. viij. Præposito S. Cataldi.

¶ *Non creditur marito asserēti etiā cum iuramento, vxorem se cognouisse, si vxor per matronas attestātes per ipsius corporis aspectum probat contrarium.*

CAP. IV.

PRoposuisti†, quòd causa matrimonij, quæ inter O. de Casa noua, & S. mulierem vertitur, tibi fuit de mandato Apostolico delegata, cúmque partes essent in tua præsentia constitutę, mulier proposuit, se nec à viro cognitam, nec potuisse [a] cognosci: quod tam proprio iuramento, quàm testimonio septem mulierū probauit, quæ per aspectum [b] corporis, eam esse virginem asseuerant, viro per iuramentum suum contrarium asserente: & *infrà.* ¶ Videtur igitur nobis, quòd iuramento puellę [c], & testimonio † illarum septem mulierum fides est potiùs adhibenda.

a ¶ *Potuisse.*] Propter viri fragilitatem. 33. q. 1. *requisisti.* vel propter maleficium viri. *ea eā.* & *ea q. si per sortiarias.* & j. *de frigid. & male. laudabilem.* & *c. vlt.* & *Auth. de nupt. §. per occasionem a. coll. 4.*

a ¶ *Per aspectum.*] Quādoque tamen probatio ista fallit, quia oculus, & manus obstetricum sæpe fallitur. 27. q. 1. *nec aliqua.* & j. *de frigi. fraternitatis.* & j. *eod. cām. matrimonij.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

c ¶ *Puella.*] b *Arg. contra.* 33. q. 1. *si quis acceperit.* ibi, creditur iuramento viri, & *de desf. impu. continebatur.* & *in Auth. de nu. §. per occasionem. coll. 4.* sed illa locum habent, cùm mulier non probat contrarium per aspectum corporis. hæc probatio præfertur iuramento viri, vt hîc dicitur in *fin. Arg. instit. de gra. cog. §. itē consobrini.* & *arg.* 35. q. 5. *ad sedem.* 3. q. 6. *testes.*

¶ Clemens iij.

¶ *Singulares de vniuersitate possūt ad cōmodum vniuersitatis reprobare instrumentum falso confectū nomine vniuersitatis.*

CAP. V.

TErtio † loco fuit à nobis ita quæsitum: Ecce quidam regularis sigillo Capituli quoddam instrumētum cuidam amico suo signauit: in quo facta ei alienatio quarundam rerum Ecclesiæ immobilium continetur: Quo exhibito in iudicio, Procurator vniuersitatis, illud asseruit de assensu Conuentus non fuisse confectum [d], & adulterinum, vel furtiuum esse sigillū†. Cúmque fratres ad perhibendum testimonium produxisset, iurati [e] dixerunt, quòd quotiens de hoc inter fratres aliqua erat mentio, consilium totius Conuentus, & vox fuit vnanimis, quòd nolebāt alienationem rerum illarum, sed res domus integras conseruari volebant. ¶ Sed quoniam contra hoc nihil pars aduersa probauit, respondemus secundùm assertionem testium [f] tantummodo iudicandum.

TErtio loco.] Probatio testium præfertur instrumento, sic cōmuniter summatur. Primò ponitur quæstio. Secundò responsio ibi, *Sed quoniam.* Abb. Sic.

CASVS. Quidam canonicus regularis sub nomine capituli sui fecit quandā alienationē quarūdam rerū Ecclesiæ immobiliū cuidam amico suo, & instrumentum alienationis signauit sigillo capituli: per quod instrumētū ille amicus dicebat in iudicio intentionē suā fundatā: procurator monasterij asserebat instrumētū illud de consensu capituli non fuisse confectū, & adulterinum, vel furtiuum esse sigillum, & ad hoc probandū induxit fratres illius vniuersitatis in testes, qui iurati dixerunt, quòd quotiens de hoc inter fratres mentio erat, consilium totius conuentus, & vox fuit vnanimis, quòd nolebāt alienationem illarū rerū, sed illas integras seruari volebant: sed contra hoc pars aduersa nihil probauit, quæritur, cui probationi sit standum? Respondet, quòd secundum assertionem testium est iudicandum. Not. quòd testes præualent instrumento. Item negatiua hic indirectè probatur. Item monachi, & clerici pro Ecclesia sua possunt testificari.

d ¶ *Confectum.*] Ad hanc negatiuam probandā admittuntur fratres indirectè prout sequitur in littera. sic j. de *testib. ex tenore.* & *C. de contrahen. stip. optimam.* aliàs negatiua directè non posset probari, c de hoc dicitur. j. *de elec. bone* 1. & quia hîc arguebatur de falso instrumento, edendus dies est, & consul *arg. C. de contrahen. stip. optimam* & j. *de fide instru. inter dilectos.*

e ¶ *Iurati.*] Bene dicitur, iurati, quia nulli creditur nisi iurato. j. *de test. fraternitatis.* & *c nuper.* & *c tuis:* & 4. q. 3. *c. si testes. §. iurandi.* nisi à partibus fuerit ei remissum, vt *in c. tuis:* & merito in tali casu admittuntur fratres illius monasterij, quia ea quæ in capitulo aguntur, per alios probari non possunt, quia extranei ad capitula non consueuerunt admitti. j. *de testib. veniens* 2. *in fi. C. de repu. cōsensu. §. super plagiis.* & *C. de quæstio. interrogari. ff. ad Sylla. si quis gram. §. si pupillus.* & *§. seq.* & *l.* 2. *§. si vir.*

¶ *Glo. seq. no. testes instrumēto præferri. alleg. l.* & *decre. Secūdo alleg. duas ll. quòd æquātur. Tertio alle.* 4. *ll. quòd præferūtur instrumenta testibus. Soluit distinguēdo primò modū procedēdi. secundò qualitatē negotii. tertio eius vetustatē, vel nouitatem. quartò numerum testium. quintò an instrumentum sit priuilegiatum.*

f ¶ *Testium.*] Sic ergo testes præferuntur instrumento, & merito, quia potiùs credendum est viuæ voci, quàm mortuæ in *Auth. de fide instru. §. si verò. col. 6.* Item testes præualent instrumento. j. *de fide instru. cùm Ioannes. §. porrò.* Sed contra videtur, quòd æqualem vim habent in exercendis causis testes, & instrumenta, & indicia cum instrumentis. *Cod. de fi. instrum. in exercendis. C. de rei vend. indicia.* & *C. qui po. in pign. ha. scripturas.* Itē contra, quia fides instrumentorum præualet testibus. *ff. de probatio. Celsus.* & *l. cùm de indebito. §. vlt.* & *C. si minor se ma. dixerit.* & *alterius in fi. §. 1.* & *C. arb. tut. l. vlt.* Super hoc potest dici, quòd si in modum exceptionis obiiciatur falsitas instrumento, vel quòd sub conditione debuit fieri, vel defectus, vel quòd plus contineatur ibi, quàm dictum fuerit, vel consimile, vel etiam falsitas, bene potest hoc probari per testes, & præualebunt testes. j. *de testi. ex tenore.* & *C. de contrahen. stip. optimam.* j. *de fi. instru. cùm Ioannes. arg. C. de proc. cum precibus.* & hîc. Et illud quod dicitur, æqualē vim habēt in causis testes, & instrumenta: illud verum est, quando ab eadē parte inducuntur: quia tā per testes, quàm per instrumēta probat quis suā intētionē, sed si ex vna parte inducūtur testes, & ex alia parte instrumēta contra testes, tunc considerabit iudex naturā negotij, & qualitatē: nam quædā sunt, quæ melius probantur per testes, quàm per instrumenta: quædā contrario meliùs per instrumenta, quàm per testes: vt arbitria, & sententia: & processus aliquis. *arg.* j *eod. qm̄. contra falsam.* Item considerabit iudex, vtrum factum sit antiquum, vel propinquum: in antiquis [d] enim magis credendum est instrumentis, quia memoria hominum labilis est j. *vt ec. benefi. vt nostrum.* si sit nouum, potius testibus creditur. *arg. ad hoc ff. de proba. si arbiter.* & *l. Celsus ff. de arb.* & j. *eod. cum causam.* quia testes consueuerunt fidem suam variare ex temporis diuturnitate. *ff. ad Car. l.* 3. *§. dua.* & *ff. de damn. infec. qui bona. §. vlt.* aliàs est lex, & incipit, in causæ. & quod dixi, quòd cōtra instrumenta testes recipiuntur, illud intelligendum est, quòd per bonos testes, & idoneos sine suspicione: nec videtur, quòd tunc sufficiant duo, vel tres testes, immò plures, ad minùs quatuor, tabellio enim æquiualet vni testi, & plus: & instrumentum duobus ad minus: *arg.* j. *de fi. instr. cum Ioannes.* quia duo testes ad minùs in instrumento scripti esse debent: quia in ore duorum vel trium, &c. j. *de test. in omni.* & *c. licet.* & 4. q. 3. *si testes. §. vbi numerus.* & sic per plures, & honestiores debet fieri talis reprobatio. *arg. infra de test. in nostra.* quandoque tamen contra instrumentum non admittuntur testes, vt contra inuentarium publicè factum: vt in *l. prædicta. C. arb. tut. l. vlt.* & *in alio casu.* fallit in confessione, quæ fit à muliere, & in instrumento, quo confitetur se recepisse pecuniam pro intercessione. *C. ad Velleia. antiqua.*

† *Vide tamen* l. qui de tota. § incerta. ff. de rei ven.

¶ Idem.

¶ *Vbi agitur de matrimonio cōtrahendo probato impedimento, & publicatis attestationibus, alij testes super defectu impedimenti admittendi non sunt.*

CAP. VI.

IVrauit † quidam (vt asseris) se quandam in vxorem legitimam accepturum: quam cùm vellet traducere, quidam iuramentis secundùm morem exhibitis, legitimè probauerunt, ipsos in quinto consanguinitatis gradu sibi inuicem attinere.

† Cap. 4. co. t. in 2. compila. *Et pro intelligentia vide Dominicum Sotum* l. 4. sen. d. 40. art. 5. *Adde concil. Trid. sess.* 14. *cap.* 5. & in eadē sessio. in decre. de reformatione matrimonij ca. 2. & 5.

d *De hoc articulo vide latè per Aymonē Cravettam in suo tr. de antiquitate temporis* p. 1.

IVrauit.] Communis diuisio: secunda ibi: *Quia verò.*

CASVS. Quidam iurauit quòd quandam acciperet in vxorem, sed dum vellet eam traducere, quidam iuramentis secundum morem exhibitis, legitimè in iudicio probauerunt illo quinto consanguinitatis gradu adinuicem attinere

nere testiũ pač. publicatis; quidã alius volebat ꝓbare, ꝙ nullo cõsanguinitatis gradu se attingũt. q̃ritur, quid in hoc casu sit agẽdũ? Rñdet, ꝙ stãdũ est probationi priori. No. ꝙ testibus publicatis ẽt in cã matrimoniali super eo. articulo nõ sunt alij testes recipiẽdi.
¶ Gl. se. ... signat cõtrariũ. ponit ... dat tres sol. contra secũda opponit. & vlt. ponit. & ad cõtrarium remittit.

a ¶ Partibus.] Sic patet, quòd publicatis attestationib⁹ super eodem articulo nõ sunt testes vlterius in contrarium admittendi, nec etiam alij testes ad idem probandũ. ĩ. de test. fraternitatis. nã ante aperturã testium vtraq; pars suos testes dẽt inducere super eodem articulo: secus si super alio, vel super nouo pendente ex priori: tũc bñ admittũtur, vt in d. c. fraternitatis. & ĩ. de fi. inst. cũ Ioãnes. Item signatur cõtra. ĩ. de test. series. & c. cũ in tua. in fi. & ĩ. e. causam matrimonij vbi publicatis attestationibus recipiuntur testes ad reprobandũ consanguinitatem, & hic non recipiuntur. Audiui Vin. dicentẽ, ꝙ illa non tenebat: dicit enim, ꝙ testibus publicatis nunquã sunt super eodem articulo, siue ab eo, qui illos induxit, siue ab alia parte testes vlterius inducendi. Et idem mihi videtur. Potest dici super isto cõtrario, quòd illa decr. series loquitur in matrimonio iam contracto, vnde admittuntur ibi testes in fauorem matrimonij ad ostendendum, quòd non sit ibi consanguinitas. vnde strictius est ibi agendum, quod tolerabilius est aliquos contra statuta hominum, &c. ĩ. de testi. licèt ex quadã. Hæc decre. loquitur in contrahendo. vnde hic nullũ periculũ est super probatione istorũ. ne coniũgãtur: vnde ante aperturã priorũ debuit probari in cõtrariũ. sed in separatione matrimonij iã cõtracti potest esse periculũ, quare ibi admittũtur etiã post sentẽtiam, quia sentẽtia contra matrimoniũ lata non transit in rẽ iudicatã, & reuocatur falsitate probata. ĩ. de re iu. lator. & c. consanguinei. multo fortius debet audiri antẽ sententiam. Assignare potes aliam rationem, vt non sit contra illud, quòd dictum est: testibus publicatis non sunt alij inducendi: in decre. series. ideò admittuntur testes post publicationẽ: quia ante publicationẽ ignorabat pars illa, quæ petiit hoc, quæ personæ positæ fuissent in primo gradu, & ideò post publicationẽ admittũtur, aliàs nõ deberẽt admitti. sed certè adhuc non videtur ratio ista sufficiẽs: quia pars illa, quæ accusabat matrimoniũ, dixit illos consanguineos: sed hoc potuit scire altera pars: & sic cessat rõ illa. Propter hoc dicũt quidã a, quòd speciale est in causa matrimonij. ad hoc præstat optimum ar. ĩ. e. cũ matrimonij. sed cõtrariũ illius decr. series. soluitur ibi. Vel dic, quòd vnus tãtùm hoc iurare volebat: & probatio vnius insufficiẽs est. & ideo non auditur contra plures maxime, & sic contradicit illa decr. series. & hoc colligitur aptè ex antiqua b decre. sed compositores huiusmodi compilationis voluerunt hoc mutare, quòd de iuramento vnius dicebatur: quia illud nullam habet dubitationem.

† Aliàs ita: nullo eos se cõsanguinitatis gradu attingere.

† Cap. 1. eo. ti. in 3. compil.

† Vide l. si quis in hoc genus. C. de Epis. & cle. & in l. si qua per calumniam. & ibi Bal. & c. de Bel. pertica. & Qu.

¶ Quia verò requisisti à nobis, quid agendũ sit, cùm quidã alius probare velit contra prædictam probationẽ iuramẽtis canonicis factã, & partibus a publicatã, nullo† eos sese cõsanguinitatis gradu cõtingere: resp. õdemus, quòd standum est probationi priori.

¶ Innocentius iij. Archidiacono Paris.

¶ *Si per literas ordinarij probatur quis excommunicatus, procuratione repellitur. Hoc dicit, & hæc summatio conuenit textui, & titulo: & nullam patitur calumniam, & ideò eam tene.*

CAP. VII.

POst † cessionem: *& infrà.*

cedere in quæstione principali, donec de ipso constiterit. ꝟ. *de offic. deleg. prudentiam. §. sexta.* nec simul de exceptione, & principali quæstione cogendum est: quia ordo iuris peruerteretur. ꝟ. de iudi. exhibita. Et ex ordine istorum verborum notatur, qualiter exceptiones proponantur. Recusatio enim iudicis naturaliter præcedit, & ideo primò proponenda est, & expedienda: & si illa non probetur, proponantur exceptiones postea, & illæ coram delegato probari debent, & per ipsum examinari. ꝟ. *de rescri. super literis & ꝟ. de for. compet. ex parte.* B. Si verò iudex statuat terminum ad omnes exceptiones dilatorias proponendas: quòd & facere potest, & debet ꝟ. *de exce. pastoralis.* proponere debes omnes tam contra iudicem, quàm cõtra alios, & eis propositis procedatur statim primo loco super iudicis recusatione pendentibus alijs, quousque expedita sit quæstio recusationis, cùm illa præiudicialis: quia ea probata aliæ postea locum non habent.

innocens litigator quandoque non potest veram negationem probare: cùm negãs factum per rerum naturam nulla sit directa [a] probatio: ne falsitas veritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati; ¶ Statuimus, vt tam in ordinario iudicio, quàm extraordinario [b], Iudex semper adhibeat aut publicam (si potest habere) personam, aut duos † viros [c] idoneos, qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribant: videlicet, citationes [d], dilationes, [e] recusationes [f], exceptiones [g], petitiones [h], responsiones [i] & interrogationes [k], confessiones [l], testiũ depositiones, instrumentorum [m] productiones, interlocutiones [n], appellationes [o], renunciationes [p] conclusiones, & cætera, quæ occurrerint † competenti ordine conscribenda: loca designando, tempora [q], & personas. Et omnia sic cõscripta partibus tribuantur: ita quòd originalia penes scriptores remaneant: vt si super processu Iudicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari: quatenus † hoc adhibito moderamine, sic honestis, & discretis deferatur Iudicibus, quòd per improuidos, & iniquos, innocentium iustitia non lædatur. Iudex autem, qui cõstitutionem ipsam

a ¶ *Directa probatio*] Directa ideo dicit, quia indirectè bene probatur negatiua ꝟ. *de re ex tenore.* De hac tamen materia plene dictum est. ꝟ. *de ele. bona.* & quæ ibi dicta sunt, hic possunt notari, & ideo hic non dicimus. Bern.

b ¶ *Extraordinario*] Id est delegato. 3. q. 3. c. *induciæ* § *spatium* Ver. *et autem.* & etiam extraordinarium vocat, quando non proceditur in figura iudicij. sed iudex processit ex officio suo in modum inquisitionis, vel denunciationis ꝟ. *de accu. inquisitionis. & c. super his & c. qualiter, & quando, & c. olim* quia ex tunc omnia conscribenda sunt.

c ¶ *Duos viros.*] Sic ergo videtur, quòd tabellio æquiualeat duobus, ex quo loco tabellionis adhibentur duo idonei. alibi videtur, quod æquiualeat tribus. 16. q. 3. *placuit. §. potest. Vers. in autem.* Et sic videtur, quod plùs credatur scripturæ tabellionis, quam scripturæ Episcopi, vel alterius iudicis: quia scripturæ iudicis non creditur, nisi habeat testium subscriptionem. ꝟ. *de testibus. cùm a nobis* & hoc ideo est, quia cùm tabellio iuratus est, credendum est instrumento suo. ꝟ. *de præscr. ad audientiam. & ꝟ. de præsum. illud. in fin.* Sic etiam consuetudo regni nis habet, vt credatur instrumento principis. ꝟ. *de fid. instru. cùm dilectus.* Et licet circa iudicia credatur scripturæ tabellionis, tamen circa contractus non creditur ei, nisi habeat testium subscriptionem. *in Auth. de hære. & Falc. §. sancimus coll. 1.* ex quo enim scriptura inuenitur in actis, vbi eis, licèt non habeat testium subscriptionem, creditur ei. *arg. 30. q. 1. §. 1. & C. de fi. instr. in Authen. ad hoc. & in Auth. de iis, qui ingred. ad appel. §. illud etiam coll. 5.* & hoc idem colligitur ex hac littera. quia videtur sufficere tabellio: vel si tabellio haberi non potest, duo idonei viri valent, nec hic dicitur, quòd in præsentia testiũ illud fiat, sed tutius est, vt adhibeantur, si adhiberi possunt.

d ¶ *Citationes*] Vt per hoc appareat: quòd perpetuata sit iurisdictio, si hoc negaretur, vel reus caretur in dubium. ꝟ. *de offi. dele. gratum. & c. licet.* & sic reus per contestationem solam non posset postea declinare forum transferendo se ad aliam locum ꝟ. *de fo. compe. proposuisti. & ff. de iudi. si quis postea.* Sed videtur, quod de hoc credendum esset iudici, cùm nuncio credatur. ꝟ. *de app. cùm parati ff. de reb. eo. qui sub tut. & cura sunt. l. in agis. §. illud. & 65. dist. si forte. in fi.* Sed fortè hodie non creditur soli nuncio, nisi esset publicus nuncius, & iuratus, & talibus nuncijs creditur in foro ciuili secundùm cõsuetudinem Lombardorum. Iure isto videtur, quòd non sit ei credendum, nisi constet aliàs legitimè.

e ¶ *Dilationes*] Quæ continere debent quantum spatium contineat vnaquæque dilatio, consideratis circunstantiis viarum, & temporum. *arg. ꝟ. de appel. cùm sit Romana. ff. de iudi. nonnunquam.* nec prima dilatio debet peremptoria esse, nisi fieret hoc ex causa. ꝟ. *de dilationi. dilecti.* & vt sciatur quando, quis posset puniri vt contumax, quia excommunicari, vel etiam in possessionem mitti non debet, nisi post trinam citationem, vel vnam peremptoriam 24. *q. 3. de illicita. & ꝟ. de sent. exc. sacro. & ff. de re iud. contumacia.* tamen si ad primam non veniat citationem, condemnabitur alteri parti in expensis in secunda citatione, cùm venerit. *C. de iudic. sancimus. & ꝟ. de procurator. querelam* vbi de hoc.

f ¶ *Recusationes*] Et sic patet, quòd iudicis recusatio redigenda est in scriptis. *arg. ꝟ. de appel. secundò requiru. & c. cùm specialis.* & recusatione iudicis proposita. non debet postea super principali procedere, donec se ipsa constiterit. & si iudex non admittat iustam recusationem & cassabitur, quicquid postea fecerit: si appellatum fuerit contra hoc: *suprà de of. dele. super quæstionum. in fi.* quid iuris sit in recusatione dicitur ꝟ. *de of. dele. suspicionis & ꝟ. de app. cùm specialis*

g ¶ *Exceptiones.*] Exceptio enim dicta est in scriptis [b], & redigẽda in actis: & hic propriè appellat exceptiones, quæ proponuntur cõtra aduersariũ, vel contra rescriptũ: quia specialiter pmisit de recusatione iudicis, proposita exceptione probabili iudex nõ debet pro-

h ¶ *Petitiones.*] Ideo petitio, siue libellus dari debet in scriptis: quia secundum formam petitionis formari debet sententia. ꝟ. *de sim. lic. de Hely.* & si inepta fuerit, succumbit ꝟ. *de in. examinata.* & vt sciat reus, an velit cedere, vel contendere, deliberatione habita. 3. q. 3. *offeratur. arg. ꝟ. de dila. præterea.* Item nisi certa sit petitio, non citabit iudex reum: vt 5. q. 2. *si primates & 3. q. 9. iudicas.* & sic est op. *arg. quod oblatio libelli sit de substantia [c] iudicij. arg. op. ꝟ. de lib. ob. c. 1.* vbi de hoc.

i ¶ *Responsiones.*] Quæ debent fieri ad petitionem actoris iudice interrogante, vel etiam actore, vt apparet litis contestatio, quæ sit tãtum per petitionem, & directam responsionem ad eam. ꝟ. *de litis conte. c. 1. & ꝟ. de ele. dudum. 2.* qua omissa licet positiones factæ fuissent & responsiones, non tamen valebit iudicium, vt ibi.

k ¶ *Interrogationes.*] id est positiones. quia actor ponere debet id, super quo intendit habere confessionem rei, & sic ponit talis syndicus hoc, dum tamen faciat ad instructionem causæ, & reus debet respondere, credo, vel non credo, si iuratum est de calumnia si iuratum est solùmodo de veritate dicenda, debet simpliciter rũdere, sic, vel non concedo, vel nego: & per positiones has, & responsiones non fit litis conte. vt dictum est. & sic differentia est inter rñsionẽ, quæ fit per litis cont. & quæ fit postea per positionẽ actoris: vt hic patet. Vel ponuntur propriè interrogationes, quæ fiunt à iudice ex officio: quia quotiès æquitas ipsum mouet, pôt interrogare partes. *ff. de inter. ac. vbicunq; & [illegible] q. 1. iudicantem* & etiã postquã cõclusũ est in cã ꝟ. *de fi. instr. cùm Ioãnes.* & etiã pars pôt interrogare: & valet [illegible] ꝟ. *de do. & c. primis. ff. de inter. a. si sine. §. 1.* & aduocatus pôt interrogare. *ff. de ad. si postulauerit. § quis.*

l ¶ *Confessiones*] Et taciturnitas etiã scribi debet, putà interrogatus noluit rñdere: talis taciturnitas pro cõfessione habetur *ff. de interrogatoria actione. de ætate §. nihil interest & est ar. 65. dist. & si forte. & 54. di. si seruus.* & huiusmõi cõfessiones factæ ad petitionẽ actoris, vel iudicis. & etiã pars, possunt reuocari, quæ fiũt post litẽ cõt. si quis probauerit se errasse. ꝟ. *de confessionib. c. vl.* vbi de hoc.

m ¶ *Instrumentorũ productiones*] scilicet vt sciatur, verùm exhibitum sit tempore competenti: nam postquam conclusum fuerit in causa, produci non poterit ꝟ. *de fide instr. cùm dilectus.* B.

ADDITIO. Contrarium sentiunt domini de Rota, *decis.* 5.

n ¶ *Interlocutiones.*] Licet sit scribenda sententia interlocutoria, non tamẽ dicitur, quod proferenda sit in scriptis: sed sufficit, quòd scripta sit in actis [d]. Aliud consueuit dici de sententia diffinitiua: quæ nisi sit lata in scriptis, nec nomen sententiæ habere meretur. 2. q. 1. *in primis. Ver. sed & de personis.* An transeat interlocutoria in rem iudicatam, dicitur. ꝟ. *de appel. cùm cessante.*

o ¶ *Appellationes.*] Vt sciatur, an infra x dies sit appellatum, quia postea non valeret appellatio. 2. q. 6. *anteriorum. § biduum.*

p ¶ *Renunciationes.*] Postquam renunciatum est, & conclusum in causa, nulla admittitur [e] exceptio, vel allegatio, vel instrumentum *C. de compen. l. vl. arg. l. ad hoc.* ꝟ. *de testi. c. de testibus. & ꝟ. de fide instru. cùm dilectus & ꝟ. de cau. pos. pastoralis.* nisi euidens ratio moueat iudicem. vt in *decre. pastoralis.*

q ¶ *Tempora.*] In quo loco facta sint, & quo die, & mense, & quo anno domini: omnia ista debent scribi in omnib. supradictis & huiusmodi instrumẽtis, siue processus cõmunia sunt, & vtrique parti cum die, & consule integraliter sunt edenda: vt ꝟ. dicitur. alioquin si non

† *Adde, quod notarius dicitur publica persona. concor. l. 2. in fi. ff. de tempus. tal. fo.*

Iudicium extraordinariũ quod dicatur.

Tabellio æquiualeat duobus.

a *Hoc dicebat Ioan. sub dubio, forte, vel secundũ eum saltem quoad hoc creditur nũcio. Vt negãs cogatur iurare se non citatum, supra d. testi. in integr. ex literis. Ioã. And.*

b *Dicit Ho. quòd exceptio de necessitate nõ est porrigenda in scriptis: sed redigenda tãtum. Ioan. And.*

† *In concilio, & aliquot antiquis codicibus, occurrunt.*

† *In concilio ita: hoc adhibito moderamine, quatenus sic honestis, &c. quæ lectio clarior est. in Gregoriana tamen exemplaribus habetur, vt est impressum.*

c *Et hoc intersit iudicis, quod in ipsa petatio detur, in quo intersit actoris, & rei. no. in cle. de ver. sign. sæpe. ver. verum quia in glo. Ioan. An.*

d *Concor. 1. q. [illegible] B. C. de senté. ex bre. reci. & c. fi. in gl. infra de re iudi. lib. 6.*

e *Ante sententiã: post in causa appellationis secus. infra de fid. instr. cum Io. An.*

si non edantur ea, quæ cõia sunt. licitè appellatur. ȷ̃. de fi. instr. G. perpetuam. & vet. lit. pend. l. 1. C. de eden. & apud quem. & rescriptum Papæ integrum debet edi. arg. ȷ̃. de dila. præterea. & ȷ̃. de rescrip. eam te. & c. constitutus. & ȷ̃ de fi. instru. ex literis. Item est in omnibus cõibus instrumentis, secus in proprijs priuilegijs. ȷ̃. de fi. instru. contingit. ff. de eden. l. 1. § editiones. nisi aduersarius illud vellet probare falsum. ȷ̃ de fi. instru. inter dilectos. C. de contrahen. & com. stipulat. optimam.

a ¶ *Negligentiam.*] Si culpa, vel negligentia iudicis pars aliqua damnum incurrat, iudex totum resarciet. ȷ̃. de sen. excom. sacro. C. de test. si quando. in fi. C. de in. iuncimus. in fi. & iudex, qui negligit iustitiam facere, item facit suam. 23. q. 2. dominus noster. Item & si per inaitiam iudicis facta est. infra de empt. & vendi. c. vlt. & Cod. de eui. emptor. fundi.

¶ Gloss. omnes propter qualitatem textus solo textualiter recitare, excepta sequenti, quæ quarit, & ponit solu. Secundò etiam quarit, & soluit. Tertio cõtra primam solutionem ponit dictum Ioan. quod reprobat Ioan. And.

neglexerit obseruare, si propter eius negligentiam ᵃ quid difficultatis emerserit, per superiorem iudicem animaduersione debita castigetur: nec pro ipsius præsumatur ᵇ processu, nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis.

¶ Honorius iij. Archiepiscopo Londe. † & eius Suffraganeis.

Si probari potest reum deliquisse, eius probatio, quòd non deliquerit, non est admittenda.

CAP. XII.

AD † nostram noueritis audientiam peruenisse, quòd Sacerdotes, & Clerici Daciæ, legi regni (per quam negatiua probatur) temere innitentes, à criminibus, quæ probari testibus fide dignis possunt legitimè cõtra eos, reputantur insontes, si se super his purgare valeant quoquomodo ᶜ: & infrà. ¶ Volentes igitur vt hæc pestis contraria omni iuri ᵈ † penitus extirpetur

† Londen. † Lond. † Londeñ.

† De materia huius c. vide Bar. Iasonem, & alios in l. Ita stipulatio ne ff. de ve. obl. vbi latè Iaso. Innoc. in c. super his infra de accu. op. oppositione Philippus Portius lib. 5. com. op. cõclusione. 36.

† Vide l. omnes populi. & ibi Bar. ff. de iust. & iu. & l. leges sacratissimæ. C. de episc. & cler.

a Concor. l. si expressũ. ff de app. & l. 1. C quando prouoc. non est necesse.

b ¶ *Præsumatur.*] Sed nunquid correcta sunt illa, quæ dicunt, quòd semper præsumitur pro his, quæ à iudice facta sunt. ȷ̃. de elect. bona. & ȷ̃. de renunc. in præsentia. & ȷ̃. eod. post cessionem. & ȷ̃ de re iudic. sicut. & instit. de fideiu. § vlt. & 2. quæst. 6. hoc etiam plac it. Arg. Dian lo. super hoc, quòd semper creditur sententiæ iudicis, vbi constat de processu causæ, sed vbi reuocatur in dubium de processu iudicis non est præsumendum pro iusto ordine ᵃ, nisi probetur per acta. Nam & victores non aliter potientur sententijs, nisi eas ostenderent rectè latas in *Aut. de iis qui ingre. ad ap.* § *si illud. col.* 5. si acta sunt perdita, probetur perditio, & sufficit. vel etiam processus probetur per testes. *arg.* ȷ̃ *de priuileg. cum olim. &* ȷ̃ *de testibus.* Albericus. ȷ̃. *de re iud. sicut. & C. de testamen publicati.* tũ si episcopus denunciet aliquem excommunicatum, standum est sententiæ suæ licet non adsi. subscriptio testium. 2. q. 3. *cura. &* ȷ̃. *eod. post cessionem.* vbi de hoc. Si tamen dicat se inordinatè, vel iniustè excommunicatum, iudex, aut etiam aduersarius debet ostendere, quòd debito modo excommunicatus est. ȷ̃ *de sen. excom. sacro in princ.* Sed pone, quòd personæ illæ, quæ debent acta conscribere, appareant subscripsisse omnibus actis: nunquid præsumitur in tantum pro eis, vt in contrarium probari non possit? Dico, quòd admittitur probatio in contrarium. ȷ̃. *eo. post cessionem.* & ȷ̃. *de test. cùm à nobis.* quia etiam contra instrumentum, quantumcunque publicum sit, recipiuntur testes. *C. de prob. cum precib.* & ȷ̃. *de fi. instru.* Ioannes. nam & partes possunt contradicere actis. *C. de rela. l.* 1. & 2. q. 6. § *dubium. Vers. Verendum est, &c.* & bene contradicere possunt, quia quandoque compertum est eulogia ex mala fide scribi. vt ff *de cus. & exhi. re. l. diuus arg.* ȷ̃. *de accu. cum dilectus.* & hoc verum est, dummodo per plures, & meliores probetur contrarium. de hoc dictum est ȷ̃ *eo.* Tertiò ex ordine verborum istius decre. debes colligere, qualiter iudex debeat procedere in negotio alicuius causæ, à principio vsque ad finem, quia primò loco debet citare. & ita per ordinem, vt litera dicit, procedere debet. In iii. ȷ̃. dicit, quòd si sententia lata est vtraque parte præsente, vel procuratoribus partium, à qua non est appellatum, & sententia in scriptis appareat, in tantum præsumitur pro ipsa, quòd si aliqua partium vellet eam impugnare ratione processus non debet audiri, quia præsumendũ est, quòd omnia sint legitimè acta, ex quo tempore sententiæ nihil dixit, nec appellauit: tamen credo, si sententia detur, quòd taciturnitas partium nõ possit facere sententiam aliquam, quæ nulla est: vt si lis contestata non fit, aut si die feriata esset lis contestata. Ber.

AD *nostram.*] Primò ponit prauam cõsuetudinem, quam secundò seruari prohibet ibi, *Volentes.* Abb. Siculus.

CASVS. In regno Daciæ lex tal s erat cõsuetudo seruabatur quòd si aliqui de criminibus accusabãtur quæ per legitimos testes probari poterant contra ipsos, reputabãtur immunes, dummodo valeant se purgare quoquo modo: sacerdotes & clerici Daciæ, huic legi innitebantur: peruenit hoc ad notitiam domini Papæ ipse volens vt hæc mala consuetudo, quæ est cõtraria omni iuri, extirpetur à clero, mandat, quatenus in probatione huiusmodi negatiuæ nullus audiatur, dũ tamen ex aduerso possit affi. in sua probari.

à clero: Mandamus, quatenus in huiusmodi probatione negatiuæ (dum tamen possit affirmatiua ᵉ ex aduerso probari) neminem audiatis.

¶ Idem Aurelianeñ. & Lameteñ. Episcopis.

¶ *Fines diœcesum probantur per libros antiquos, adminicula, testes, & famam.*

CAP. XIII.

CVm † causam, quæ inter Colubrieñ. & Egitañ. Episcopos, super suarũ limitatione diœcesum vertitur, vobis duximus committendam: ¶ Mandamus, quatenus secundùm diuisiones, quæ per libros ᶠ antiquos, vel alio modo meliùs probabũtur, necnon & testes ᵍ, famam, & quæcunque alia adminicula ʰ, in negotio procedatis.

¶ Idẽ Episcopo, & Archidia. Senonẽñ.

¶ *Possunt reprobari matrona, per quas virginitas probatur.*

CAP. XIV.

CAusam matrimonij, quæ

Nota consuetudinẽ non valere contra iuris ordinem. Item affirmatiua præualet negatiuæ.

c ¶ *Quoquomodo.*] Id est, per viles, & criminosos, & sibi similes: quod esse non debet, immò debent esse bonæ famæ, & opinionis. ȷ̃. *de purg. c. constitutus.*

¶ *Glos. seq. recitetur per quæstionem, in qua erat hac consuetudo contraria iuri, & respondet dupliciter.*

d ¶ *Omni iuri.*] Et verè, quia accusatoribus, & testibus comparentibus audienda est accusatio. vt ȷ̃. *de accu. licet. & c. veniens.* & quasi per totum. ergo contrarium erat iuri, quod purgatio admittebatur super his, quæ legitimè probari poterant contra illos: quæ tunc demum admitti debet, cum aliquis infamatus est ᵇ, & nullus apparet accusator. ȷ̃. *de simo. de hoc.* & ȷ̃. *de purg can. nos inter alia &c. ex tuarum &c. cùm dilectus. &* 15. q. 5. c. 1. & 2. q. 5 *omnibus. &* ȷ̃ *de accu. accedens.* & quia lex illa est contraria omni iuri est quàm citius extirpanda. 8. *dist. mala consuetudo.* lex autem debet esse honesta. 4. *dist. erit autem.* Item contraria erat iuri, quia negantis factum nulla est directa probatio. ȷ̃. *c. prox. &* ȷ̃. *de elect bona. C. de prob. actor. &* 6. *vlt. c. accusator.* De hac negatiua dictum est. *supra de ele. bona* ᶜ.

e ¶ *Affirmatiua.*] Ista enim primò probari debet: quia ei qui dicit, incumbit probatio. *ff. de proba. l.* 2. tamen si postea probato crimine: vellet reus probare negatiuam indirectè, audiretur. ȷ̃. *de testibus ex tenore, & c. veries.* sed contra probationem testium nõ admittitur purgatio, vt hic patet. Bernar.

CVm causam.] Commun s diuisio. Secunda ibi. *Mandamus.* Abb. CASVS. Inter Colubrien. & Egitañ. episcopus vertebatur quæstio super limitatione suarum diœcesum. Papa committit causam illam quibusdam iudicibus, mandans eisdem quatenus in negotio ipso procedatur secundùm diuisiones, quæ per testes, & libros antiquos, vel alio modo meliùs probabũtur, & per testes, & famam, & per alia quæcunque adminicula. Not. qualiter fines probantur. Item quæ non profunt sing la, coll cta prosunt.

¶ *Gl. se. not. quod antiquorum librorum &c induci; tria similia.*

f ¶ *Per libros antiquos.*] Nota ergo quòd scriptura antiqua ãtu librorum facit idem. ȷ̃ *de præs. ad audientiam* ᵈ. Item creditur instrumento producto ex archiuo publico, etiamsi subscriptionem non habeat. 30. q. 1. *peruenit. &* in *Aut. de iis, qui ingr. ad ap.* § *illud coll.* 5. & *C. de fid. instru. Auth. ad hoc. &* ȷ̃ *de in integr. rest. cum ex literis. & ff. de prob. census. & C. arbi. tutela. l. vlt. & C. qui po in pig. ha. scripturas.* Item si reperiatur scriptura in aliqua colũmna, vel lapide, ei statur. 24. q. 2. *sane.* Item scripturæ, quæ olim fiebant in albo prætoris, fides adhibebatur. *ff. de iurisd. omn. iudi. si quis id. & ff. de albo scriben. l.* 1. & 2.

g ¶ *Testes, famam.*] Per testes enim antiquos vtriusque parochiæ probatur huiusmodi diuisio. 16. q. 1. *plures.* & rusticis senib. præcipuè in antiquis creditur *ff. de leg.* 3. *si chorus.* & fama in tal bus præcipuè valet: quorum memoria non habetur. *ff. de probatio. si arbiter. ff. de aqua plu. arcenda. in summa. §. item Labeo.* per se tamen, si alia adminicula adsint, non probat. 3. q. 3. *c. si testes.* §. *sæpe.* etiam sine & ff. *de testi. l.* 3. § *qua argumenta. &* ȷ̃. *de præsumptio. illud* 35. q. 6. *si duo.*

h ¶ *Adminicul.*] Adminicula ergo etsi per se non probãt, tamen adiuuant. ȷ̃. *de simo. per tuas &* ȷ̃. *de succes. ab intesta. cum dilectus. &* ȷ̃ *de testibus præterea. &* ȷ̃. *de præsum. literis. &* c. 3. Et sic est arg. quòd quæ non prosunt singula, multa iuuent. *C. de test. sancimus c. & ff ex quibus causis maio. necnon. § si quis sæpius.* & indicia etiam probant. *C. de rei vendicatione indicia.* Bern.

CAusa matrimonij.] Cõis diuisio. Secũda ibi. *Mandamus.* Ab. CASVS. Quædam puella contraxit matrimonium cum quodam

† De materia huius decretalis, qualiter possint probari fines diœcesis, tradit notabiliter Aretinus cons. 42. incip. viso cõsil. & Alex post Bar. in l. cũ aliquis. C. de iure delib. adde recentiores in l. 1. ff. si cer. pe. & de etiam nostras in hoc c.

b Vide Nolanum Episcopum in tractatu Inquisit. p. 2. q. 57. & quæ ibi dicuntur.

c Et ibi videto, quoties etiam de probatione negatiua.

d Concor. re. in l. 1. si procuratorem. & ibi Bar. ff. de pro. & in l. 1. si quis per calumniam. & ibi Petr. & B. Bapertic. Cyn. & Bar. C. de episc. & cle. & de materia huius gl. vide plenè Ias. Dec. & Do. in l. 1. ff. si cer. pe.

e Contraria voluntas de qua consta. . . & cursus de eunij tollunt probationem testamenti in alterum tãtum. Ioan. And.

dam iuuene, & traducta ab ipso, tandem recessit ab eo, & intrauit monasterium, se virginem, & monacham asseuerans. Iuuenis prædictus repetebat eandem, dicens quòd eam carnaliter cognouisset: illa econtra virginem se esse, ac monacham asserebat: mulier propter hoc educta fuit de monasterio, & induxit quasdam mulieres ad probãdum per aspectum corporis virginitatem: tandem vir, volebat reprobare mulieres illas, quæ inductæ fuerant contra ipsum: mulier verò dicebat, quòd timebat violentiam sibi fieri ab illo. Consultus Papa super hoc negotio respõ. mandat quibusdam iudicibus, quatenus puellam illam ponant interim in illo monasterio, quod intrauit, vt vbi vsque ad finem causæ valeat secutè morari: recepturi postmodum nõ solùm probationes viri, quas inducere voluerit contra mulieres illas, quas induxit puella ad probandam virginitatem: verum etiam alias probationes hoc negotium contingentes, quas vtraque pars duxerit producendas: & quia dicit canon, quod manus, & oculus obstetricum sæpe fallitur, mandat, vt adhuc honestas matronas, & in hoc prudentes deputare procurent ad inquirendum verum dicta puella virginitatis priuilegio sit munita. Nota, quòd iudex debet locum securum prouidere partibus. Item omnes probationes quæ tangunt negotium, sunt admittendæ. Item mulier inspecta iterum inspicitur, sed istud fit propter periculum animarum, ne decipiatur, & quia oculus, & manus obstetricum sæpe fallitur.

inter V. iuuenem, & G. puellam Senen. quæ se virginẽ, & Monacham profitetur, noscitur agitur: *& infrà.* ¶ Mandamus, quatenus eandem puellam ponatis[a] interim in illo monasterio, quod intrauit, vt ibi securè valeat cõmorari, donec iudiciali sententia, quid agi debeat, decernatur: recepturi postmodum non solùm probationes viri, quas inducere voluerit contra mulieres[b] illas, quæ ad inuestigandum signa virginitatis ex parte puellæ fuerunt introductę: verùm etiam probationes alias hoc negotium contingentes, quas pars[c] vtralibet † duxerit producendas. Et quia (vt dicit canon) sæpe manus fallitur, & oculus obstetricum, volumus, & mandamus, vt adhuc honestas matronas, prouidas, & prudentes † deputare curetis, ad inquirẽdum, verum dicta puella virginitatis[d] priuilegio sit munita.

† *Ideo hæc tam diligẽs cautela hic adhibetur, quia qui virginem à proposito castitatis reuocat, excõmunicatur, concilium Toletanum 5 c. 10. concilium Matisconense c. 1. 12.*

† *Vtraque.*

† *Adde per istum tex. qualis debeat quis esse, ad hoc vt tanquam perito in sua arte ei credatur.* & l. magistros. C. de professor. & medi.

¶ Gregorius ix. Præposito sanctæ Mariæ Madeburgen. & Decano Misnensi.

¶ *Gloss. seq. obiicit, & soluit.*

a ¶ *Ponatis.*] Sed quare non restituitur mulier viro suo: si habuit possessionem illius. *supra de restitutione spolia. ex conquestione & c. ex transmissa.* * *c. literas. & infrà de rap. cum causa!* Hoc ideo fuit: quia illa dicebat se virginem esse: & super hoc induxit mulieres ad probandam virginitatem: quod si verum esset, tenebat monachatus, vnde non debuit sibi restitui, ne ab eo corrumperetur. *arg. infrà de spon. cùm locum.* Et est casus iste, qui impedit restitutionem, vnde ponenda est in eodem monasterio, quousque plenè constet de causa, ne posset pati aliquam violentiam: quia iudex hoc prouidere debet. 33. q. 2. *sine de coniugij fœdere & 3. q. 9. hortamur. ff. de rebus dub. vbi. & s. de rest. spol. ex transmissa. & c. literas. & j. de appel ex parte.*

b ¶ *Mulieres.*] Vir volebat reprobare mulieres illas, quæ illam inspexerant: quod erant malæ famæ, & criminosæ[b], cùm illæ debeant esse prouidæ, & honestæ, ac peritæ in facto illo. *infrà de frigi. & malefi. fraternitatis. & ff. de ven. insp. l. 1.* hæc enim probatio confessionis viri præfertur suprà eodem proposuisti. alias enim statur confessioni viri dicentis se cognouisse vxorem. *j. de despon. impu. continebatur* & 33. q. 1. *si quis acceperit.* quandoque tamen oculus obstetricum fallitur, vt hic dicit, & 27. q. 1. *nec aliqua.*

¶ *Gl. se. no. quod in causa matrimoniali, &c. signat contrarium.*

c ¶ *Pars.*] Not. quòd omnia, quæ contingunt causam, & per quæ possit meliùs instrui, sunt inquirenda. sic *suprà de iud. exhibita. & suprà de electi. scriptum. & suprà c. prox.* Et not. hic arg. quòd in causa matrimonij apertis attestationibus adhuc alij testes sunt inducendi, quia inductæ hîc fuerunt mulieres, & adhuc aliæ inducuntur, vt sequitur, ad idem inducentur. *infr. de sponsa. sicut. & j. de consangui. & affini. ex literis. & j. de testi. series.* quia sententia contra matrimonium lata non transit in rem iudicatam. *j. de re iud. lator & c. consanguinei. Arg. contra contra s. eo. iurauit.*

¶ *Glo. seq. ponit 6. ad commendationem virginitatis.*

d ¶ *Virginitatis priuilegio*]Priuilegium[c] virginitatis maximum est, quia replet paradisum. 32. q. 1. *nuptiæ.* quæ sola est potens Deo animas hominum præsentare in *Auth. de lenonibus. §. sancimus. coll. 3.* & est illa principium aliarum virtutum, in *Auth. quomodo oporteat episcopos, & alios prælatos, & religiosos ad ordinem religionis adduci. §. neque autem sacrum, coll. 11.* & virgo sola quoad legem promotionis reputatur, & inter virgines corrupta inuita etiam consecrari non potest. 32. q. 5. *pudicitia.* & solæ virginis aureolam habebunt. 32. q. 5. *si Paulus.* pauci tamen habebunt hoc priuilegium: vt dicit Gre. 50 *di. quia tua.* ADDITIO. Vnde versus.

Aureolam virgo, martyr, fideique magister. Præter communem dicuntur habere coronam.

a *Vt ibi pareret, non habetur hoc casu possessio sine copula: & adde quod dixi de conuer. coniu. dudũ in prin. Ioan. And.*

b *Vel corrupta secundùm Inno. vel volebat contra illas producere alias matronas honestiores, & plures asserentes contrarium, quibus standum est, infrà ti. 1. in nostra. Ioã. And.*

c *De materia huius glossa vide B. Thomam 2. 2. q. 15. & 15 2. vbi plene de castitate, & virginitate, ad te Dominicum Sotum lib. 4. sent. di. 49 q. 5. art. 2.*

¶ *Acta etiam litis ordinatoria facta coram primis Iudicibus, fidem faciunt coram † secundis.*

CAP. XV.

CVm bonæ memoriæ: *& infrà.* ¶ Cum acta originalia dicantur apud priores Iudices[e] remansisse: Mandamus, quatenus ea cum omni diligentia requirẽtes, ipsa si potuerint inueniri †, & si qua partes duxerint legitimè proponenda[f], in scriptis redacta, ad nostram præsentiam remittatis. ¶ Alioquin[g] cum non reuocetur in dubium de contestatone litis super statu Pigamen. monasterij: & quibusdam spoliationibus contra Abbatem eius factis à Mesburgen. † Episcopo, recipiatis partium probationes de nouo: & audientes, si partes audire voluerint, de compositione[h] tractum: tam quod super hoc inuenerit, quàm causam sufficienter instructam, ad nos remittere procuretis.

CVm bonæ memoriæ.] Propriæ non diuiditur: ponit enim cuiusdam commissionis formam bimembrem. Et secundum membrum ibi. *Alioquin* De eodem facta habetur *s. de arbi. cum tempore.* Abbas.

CASVS. Inter episcopum Mesbargen. ex vna parte, & abbatem, & conuentum Bigamen. monasterij. super statu ipsius monasterij, & quibusdam spoliationibus contra abbatem factis, à prædicto episcopo quæstio vertebatur: super his causa commissa fuit quibusdam iudicibus: coram quibus litis contestatio facta fuit, prout partes confitebantur, & processum in causa, sed non terminarunt eandem aliquibus causis impedientibus, vel ipsam causam remiserunt ad dominum Papam. Postea Papa causam eandem commisit iudicibus istis, mandans eisdem, quatenus acta originalia, quæ apud priores Iudices remanserunt, debeant inquirere diligenter, & ipsa si poterunt inueniri, & si qua alia partes duxerint legitime proponenda, in scriptis redacta ad præsentiam Papæ remittant: si verò acta inueniri non poterunt, cùm non reuocetur in dubium de contestatione litis super statu monasterij, & spoliationibus prædictis, recipiant probationes partium de nouo, & audiant, si partes voluerint tractare de compositione: & quod super hoc inuenerint, & causam sufficienter instructam ad dominum Papam remittant. Nota, quòd acta prioris iudicij danda sunt iudicibus aliis, ad quos causa peruenerit: & possunt ad hoc compelli. Item per confessiones partium constat de contestatione litis. licèt non reperiatur in actis, ex quo partes confitentur.

e ¶ *Iudices.*] Originalia acta semper apud iudicem, siue scriptorem remanere debent. *supra eo. quoniam.* & si causa ad alios iudices manauerit, postea illis tradere tenetur: vt hic dicit, *& infrà. tit. prox. causam quæ.* & sic patet, quod attestationes in vno iudicio receptæ valent in alio. *in Auth. de testi. §. quoniam multa. coll. 7. & C. de arbit. l. pen. in fi. & C. de test. l. vlt.*

f ¶ *Proponenda.*] Nam si testes coram prioribus iudicibus recepti, & publicati fuerant, alij non recipientur vlterius. *j. ti. prox. constitutus. ad fin* instrumenta, vel confessiones poterant recipere. vel si aliqua fuissent capitula, super quibus testes non fuissent recepti, super illis potuerunt testes recipere. infrà tit. prox. causam quæ.

g ¶ *Alioquin.*] Id est, si non potuerunt acta inueniri[d]: tunc recipiantur probationes de nouo super statu monasterij, & spoliatione abbatis: super quibus de litis contesta. facta non reuocabit in dubium, immò illud confitebuntur partes: & si testes aliqui recepti fuissent, & clausæ attestationes essent coram primis iudicibus si voluerint partes, computabuntur in numero aliorum. *infrà de testibus. cùm causam. in fine.*

h ¶ *De compositione.*] Ad quam iudices primò dare debent operam sic. *s. de mu pe. c. 1.* vbi de hoc. & est arg quod super re spirituali, scilicet super statu monasterij potest compositio interueniente *s. de arbi. cum tempore. & c. contingit.* vbi de hoc. tamen hic compositionem perficere non possent, sicut nec causam diffinire, quia Papa vtrunque sibi reseruat.

† *Concordat textus, & ibi Doctores infrà de testib. c. causam quæ 1. Ial. & alij in l. si quod quem. C. de eden.*

† *Vide l. fin. in fi. gl. C. de prob. Spe. in ti. de pro. §. ratione formæ.*

† *Madburgen.*

d *Vel inueniuntur, sed nõ authentica per sigillum, vel manum publicam: vnde fidem non faciunt supra eo. quoniam. secundum Host. Ioan. And.*

DE TESTIBVS, ET ATTESTA-tionibus.

¶ *Rubrica huius continuatio patet ex continuatione facta in præcedenti titulo. Vel magis specificè sic. Supra visum est de probationibus in genere: merito vt materia magis clarescceret, subiicit de speciebus quia quandoque probatur per testes, quandoque per instrumenta, per præsumptiones, & per iusiurandũ: ideo de his omnibus tractat in sequentibus: & quia probatio quæ fit per testes, est efficacior alijs, cum fiat viua voce.* j. de fid. inst. *cum Ioan. cum ibi not. ideo præmittit tractatum de testib. & postea subnectit de alijs speciebus. Abbas.*

De hac materia tractatur. 4. q. 3. & 2. q. 4. 2. 35. q. 6. per totum: & 2. q. 1. in primis. 6. q. 1. infames 93. quisquis.

† *In omnibus scriptis Maticen.*
† *Aliàs, Maticon.*
† *Aliàs, Naticen. Id concilium nondum vidimus: desumpsit verò Raymundus hoc c. ex 1. comp. tit. de testibus.* c. 1.

TITVLVS XX.

De testibus, & attestationibus.

¶ Ex concilio Matereñ. †

¶ *Breue est.*

CAP. I.

PLacuit[a] sancto Conuentui, vt testes non conducantur pretio[b], & vt quicunque idonei[c] & fideles[d] in testimonium assumantur, ac nullus testimonium dicat, nisi ieiunus[e].

PLacuit.] Côtinet tria dicta, quæ patent. Abbas.

CASVS Tria dicuntur in hoc c. primum, quòd testis non ferat testimonium pro pretio. Secundum, quòd talis debet esse testis, cui nulla possit opponi exceptio. Tertium, quòd ieiunus debet ferre testimonium. Nota, quòd testis conductitius repellitur. Item idoneus debet esse testis: cùm nulla possit opponi exceptio.

† Cap. 3. eo. titul. in 1. compil.
Et pro bonoris, ac intelligentia textus vide notas nostras in hoc c.

¶ Gregorius Ioanni defensori eunti in Hispaniam.

¶ *Nulla est receptio testium facta contra citatum.*

CAP. II.

IN † nomine[f] domini: *& infrà.* ¶ Quod autem dicit Episcopus, quia se absente, etiam vilissimi[g] sint testes exhibiti nullius momenti, lege noscendum est constitutionis nouellæ, quæ de testibus loquitur in hæc

a *Hoc est verum, nã in vetustissimis Gratiani exẽplaribus non reperitur, sed in recentioribus tam habetur.*
b *Concord.* l. nõ omnes. §. à Barbaris. ff. de re mi.

a ¶ *Placuit.*] Hoc c. habent quidam pro a palea. 4. q. 3. *placuit.*

b ¶ *Pretio.*] Quorum testimonium non valet, quia pretio sunt corrupti. 4. q. 3. c. *placuit.* §. *itẽ in criminali. &* s. *de proba. licet. &* j. *eo sicut.* 14. q. 5. *non sanè.* & j. *eod. quotiens. &* 35. q. 6. *episcopus in synodo.*

¶ *Gl. seq. reci. per q. scilicet qui sunt idonei.*

c ¶ *Idonei*] Idoneus reputabitur, ex quo per aliquam exceptionem non repellitur: quia quilibet præsumitur idoneus, nisi probetur contrarium. j. *de præsumpt. dudum.* b & edictum de testibus prohibitorium est, vt quilibet admittatur, qui non repellitur. ff. *de test.* l. 1. 1. *responso.*

¶ *Glo. seq. assimilat accusationem testimonio.*

d ¶ *Fideles*] Quia infideles non admittuntur. ff. *eod.* l. 1. & 2. q. 7. *non potest. &* c. *si hæreticus.* sic nec ad accusandum. *ea. causa. & rea. q. alieni pagani. & c. quærendum.*

ADDITIO. Excipe casum c. contra Christianos. *de hær. lib.* 6. vbi bonus text. cum glossa.

e ¶ *Ieiunus.*] Hoc de honestate dictum est, non de necessitate. sic 22. q. 5 *honestum.* Per.

IN *nomine domini.*] Diuiditur in tres partes. Nam primò ponit dictum. Secundò probat per legem. Tertiò concludit. Secunda ibi, *Ne postea.* Tertia ibi, *Ecce.* Abb. Sicul.

CASVS. Capitulum istud loquitur de materia illius decret. 2. q. 1. *in primis.* Episcopus quidam dicebat, quod eo absente vilissimi testes recepti fuerint contra ipsum, vnde non debebant sibi præiudicare. Vnde conquestus fuit dño Papæ, & ipse rñdet, quòd si ita est, nullius momenti sint hmôi testes: & quod ita sit, probatur per legem, vbi dicitur, ne postea obiiciatur testibus, quod per vnam partem gesta sunt, oportet, vt testimonia dentur aduersario à iudice monito, vt veniat, & audiat testes. Si verò venire noluerit iusto impedimento cessante, ac valebũt, si vtraque pars præsens fuisset, ex qua lege argumentatur Papa. Ecce admonendus est semper aduersarius, vt veniat ad audiendos testes: & quia hoc hic omissum est, firmitatẽ non obtinet. Not. quòd legem possumus allegare pro nobis. Item testes recepti altera parte absente, & non citata, non valent.

f ¶ *In nomine domini.*] Hæc est pars illius c. 2. q. 1. *in primis.*

¶ *Gl. seq. ponit 7. quæ in testibus requiruntur.*

g ¶ *Vilissimi.*] Quibus non est credendum. 2. q. 1. *in primis.* quædam considerantur in testibus, quæ his versibus notantur.

Conditio, sexus, ætas, discretio, fama:
Et fortuna, fides, in testibus ista requires.

h ¶ *Ne postea.*] Ista verba sunt in *Auth. de testi.* §. *& hoc verò.* col. 7.

¶ *Gl. seq. reci. per q. an testem deponentem pars debeat audire, & videtur, quod sic. &c.*

i ¶ *Audire.*] Non est ita intelligendum, vt audiant testes, cùm deponunt dictum suum, cum in secreto, & sigillatim sint recipiendi. j. *eod. venerabili. C. de test. nullum.* j. *de accus. inquisitionis.* §. 1 *sed audire debent testes.* l. *videre. & audire eos iurantes.* & post publicationem videre, & audire dicta ipsorum poterunt, & hoc seruatur exemplo Danielis, qui secretò examinauit illos falsos testes sacerdotes, qui falsum testimonium tulerunt contra Susannam. Et hoc regulare est, cùm agitur in forma iudicij, sed Auth. vnde verba ista sumpta dicuntur, dicunt doctores loqui in causa publicationis. s. *vt lit. non contest. quoniam.* §. *sunt & alij.* j. *eod. significamus.* & tunc videtur, quòd aduersarius possit interesse receptioni testium, & ipsos testes audire per iura ista. Sed tu expone testes. i. attestationes: vt in *Auth. prædicta de test.* §. *& hoc verò.* vbi dicit audiri attestationes, & depositiones.

k ¶ *Noluerit venire*] Tunc enim recipiuntur, & valebunt, ac si præsens esset. *C. de testi. si quando.* & hoc intelligit lit. non contestata. aliter non, vt s. *vt lit. non contest. per totum.*

verba. ¶ Ne postea[h] obiiciatur eis, quòd per vnam partem gesta [& confecta †] sunt, oportet, vt testimonia dentur, illo admonito à Iudice, aut defensore venire, & audire[i] testes. Si verò noluerit venire[k], & non ex ineuitabili[l] quadam necessitate venire non possit: Sancimus huiusmodi testimonia ita valere, tanquam si non ex vna parte consisterent, sed etiam ipso præsente facta fuissent. ¶ Ecce admonendus[m] est semper aduersarius, vt ad audiendos testes † veniat: quod quia hic omissum est, necesse est, vt quod † contra legem[n] actum est, non habeat firmitatem.

† *Hæc duo verba, & cõfecta, in manuscriptis codicib. non habentur.*
† *Adde, quod testis dicitur recipi, quando iuratur. concor* l. si quãdo. C. de testim.
† *quia.*
c *Et hoc tenet hic Vincen. omnino. vide quod not. in Spec.* eo. tit. §. *lactandum.* in prin. *Io. An.*
† *B. Gregorius* l. 2. epistola 36. indictione 11. c. 65. & c. 4. eo. ti. in 1. compil. *Et an, & quãdo mulier possit esse testis in criminalibus, vide plenè per Antoniũ Gomez. sũ,* t. 3. varia. resolu. c. 11. & *per Iulium Clarum in* pract. crim. §. fi. q. 24.

¶ Idem Sabino defensori Sard.

¶ *Mulier testificatur contra Clericum, cum de crimine agitur.*

CAP. III.

QVoniam † aliqua nobis de persona Epiphanij Presbyteri sunt facinora nunciata, necesse est, vt cuncta diligentiùs perscruteris: Et seu mulieres[o], cum quibus peregisse[p] dicitur, seu alios, quos de causa scire aliquid senserit, huc festi-

l ¶ *Ineuitabili.*] Si enim non potest venire iusta de causa detentus, non reputatur contumax: & si tunc recipiantur, non valet, si causam absentiæ ostenderit, quia etiam sententia reuocaretur. j. *de re iud. cùm Bertholdus. & ff. de dam. infect. si finita.* §. *si forte. & ff. de iudi. si prætor iusserit in fine.*

¶ *Glo. seq. dat duo similia subdens generale.*

m ¶ *Admonendus.*] Aliàs enim non valet, nisi admonitus præsens fuerit. 3. q. 9. *charta. &* 2. q. 1. *in primis. C. de fide instru. iudices.* idem est in accusatione. 3. q. 9. c. 1. & in sententia, eadem causa, & q. *caueat. & plurib. c. seq.* & generaliter omnia, quæ aduersùs absentes non per contumaciam statuuntur, non valent. 3. q. 9. *omnes qua.*

n ¶ *Contra legem.*] Prædictam, quæ dicit, quòd aduersario præsente recipi debent *Cod. de fide instr. iudices. in Auth. eod. c. & hoc verò. C. de legi. non dubium. &* 10 *dist. vides. &* 25. q. 2. *imperiales.* Bern.

QVoniam.] CASVS. Quidam sacerdos erat infamatus de quibusdam mulieribus. nunciatum fuit hoc domino Papæ: mãdat Papa defensori Sardiniæ, vt cuncta diligenter inquirat, & mulieres illam, cum quibus dicitur deliquisse, seu alios qui de hac causa aliquid scire dicuntur, ad dominum Papam adducant: vt de prædictis excessibus veritas inquiratur. Not. quòd in causa denunciationis omnes admittuntur, non tamen inimici, vel criminosi: & mulieres, cùm quibus delinquitur, ad præsumptionem tantum inducuntur.

o ¶ *Mulieres.*] Sic mulier admittitur in testimonium contra Ecclesiasticam personam: vt j. *eo. tam literis.* & mulier benè admittitur in testimonium. 15. q. 3. *ex e. arg. contra.* 33. q. 5. *mulierem.* Illud sic intelligi debet: vbi agitur criminaliter, non recipitur mulier ad testimonium contra aliquem. cùm vero agitur ciuiliter, aut in modum inquisitionis, seu exceptionis, tunc admittitur mulier, in quo casu loquitur hoc c. j. *eo. tam literis.*

¶ *Gloss. seq. ad id quod de socio dicitur, alleg. duas concord. signat contrarium, quod statim soluit.*

p ¶ *Peregisse.*] Et sic videtur quòd socij[a] criminis admittantur. sic 79. *dist. si quis Papa. &* 6. q. 1. c. *si quis cum mulieribus.* & contra. j. *eod. veniens. &* s. *de confes.* c. 1. & 15. q. 3. *meminimus.* hic non recipiuntur socij ad plenam probationem, sed ad præsumptionem tantùm, sicut serui quandoque ad præsumptionem recipiuntur. 4. q. 3. c. *sicut testes.* §. *item serui.*

a *Vide Alexand. consl.* 134. l. 1. *Antonium Gomez. sũ loco proximè citato.*

nes adducere: quatenus Ecclesiastica districtione, liquidè possint, quæ vera sunt, aperiri.

¶ Paschalis Papa.

¶ Vbi agitur ad correctionem de peccato impediendo, principalis persona admittitur in testem.

CAP. IV.

IN † omni negotio [a] principalis persona dicens veritatem de re sibi nota, rectissimè habēda est pro teste, cui adhibito vno, efficiuntur duo testes, adhibitis duobus, efficiuntur tres. Quod patenter ostendit Dominus, cùm dicit [Si peccauerit [b] in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum: quòd si te nō audierit, adhibe tecum vnum, vel duos testes: vt in ore duorū, vel trium [c] stet omne verbum.] ¶ Item alibi affirmat dicens [Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me pater: nam in lege vestra scriptum est, quia duorū hominū testimonium verū est.]

¶ Eugenius iij.

¶ Dicit quales esse, & qualiter iurare debeant, qui super consanguinitate deponunt.

CAP. V.

QVotiens † aliqui propter cognationem propinquitatis [d] separari petuntur: duobus †, vel tribus adhibitis, qui de eadem consanguinitate [e] supersint, vel totidem senioribus, & melioribus loci eiusdem, id debet legitimè comprobari.

¶ Probatio autem testium debet fieri duplici iuramento [f], vt iurent se non priuato odio, neque amicitia [g], neque pro aliquo cōmodo, quod habuerint, vel quod habent, vel habituri sunt, ad hoc iurandum inductos: & sicut ipsi dicunt, rei veritatem accepisse à maioribus suis, & credere [h] ita esse.

¶ Idem Priori, & fratribus sanctæ Trinitatis.

¶ Prælatus, & Clerici, qui causam Ecclesiæ non procurant, testificari possunt in ea.

CAP. VI.

INsuper † statuimus, vt liceat vobis, in causis Ecclesiæ [i] vestræ ferre testimonium. Dummodo vnus ex vobis, vel duo [k] ad agendum, & respondendum instituantur, quorum testimonium in causis, in quibus actores, vel responsales sunt instituti, non debent admitti [l].

¶ Idem R. Herforden. † Episcopo, & Abbati Sardi.

¶ Si probatio exceptionis apposita contra testem productum non admittitur, antequam dictum testis recipiatur, in casu in quo admitti debuit, licitè appellatur. Hoc dicit, secundùm lecturam, quam ponit Panorm.

CAP. VII.

EX † parte A. Presbyteri ad nos est querela perlata,

IN omni negotio.] Is qui denunciat per dictum suum, & alterius, p... se præmonuisse. ita summat Io. An. & communiter doctores. sed certè hæc summatio n... tuis restringit literā, cum id, quod hic dicitur de denunciatione, hic sit positum causa exempli, & exempla non restringunt dicta: vt in c. 1. ne cleri. vel mona. facit l. *cum pater. in §. dulcissimis. ff de leg.* 2. & maximè quia in secunda auctoritate hic posita, nulla fit de monitione mētio. Diuiditur. Nam primò ponit dictum. Secūdo illud probat duabus auctoritatibus. Prima ibi, *Quod patenter.* Secunda ibi, *Item alibi.* Abb. Sicul.

CASVS. In hoc c. traditur forma, secundum quam debet aliquis denunciare crimen alterius. Qui alium vult denunciare, primò admoneat illum inter se, & ipsum solum, & habebitur pro vno teste quantum ad probandam admonitionem, & si non corrigitur, adhibeat vnū secum, & sic erunt duo testes: & si adhuc se nō corrigit, adhibeat duos, & erunt tres. & hoc probatur auctoritate Domini dicentis: *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum, &c. vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum.* & alibi dicit: *Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me pater:* quia duorum hominum testimonium verum est. Nota iij. illud intelligēdum in denunciatione.

¶ *Gl. seq. restringit literam, & dicit quare. Secundo quærit & soluit.*

a ¶ *In omni negotio.*] Quod dicit, in omni negotio, generalitas ista restringit in causa denunciationis, vbi debet præcedere fraterna monitio, ad hoc vt admittatur ad denunciandum. *s. de iudi. nouit. & j. de accu. c. 2. & c. cum dilectus 2. & j. de simo.* licet Hely. & arg. ad hoc 2. q. 7. *accusatio. & c. si quis erga.* in eodem casu loquitur hoc c. & hoc patet ex ipsa litera. & hoc idem dicitur 2. q. 1. *si peccauerit.* aliàs, in causa sua nemo idoneus testis intelligitur. 4. q. 3. c. *si testes §. item nullus. & ff. eo nullus. & j. eo. de cætero.* Item consueuit dubitari, vtrum criminosi, & est dicendum, quòd nō [a]. 3. q. 7. *qui sine & c. postulatus. §. porro in fi. & 1. q. 1. multis in princ.* quia tales debent esse bonæ famæ. 35. q. 6. *Episcopus in synodo. & j. de testibus cog. tu. & præterea §. 1. & j. de spon. cum in tua* vbi de hoc.

¶ *Gl. seq. circa auctoritatem, si peccauerit, ponit tres opin. & remittit.*

b ¶ *Si peccauerit.*] H. dixit, quòd hæc [b] auctoritas extenditur de omnes sine distinctione personarum. arg. pro eo 2. q. 7. *quapropter & 24. q. 3. tam sacerdotes.* Alij dicunt, quòd tantùm ad prælatos. *arg. 23. q. 4. ita planè.* Alij dicunt, & videtur melius, quòd extenditur ad eos tātum, qui aliquam habent administrationem super aliquibus 13. q. 4. *duo ista nomina.* de hoc dicitur 2. q. 1. *si peccauerit. & j. de hære. cum ex iniuncto.*

c ¶ *Duorum vel trium.*] Id est, non paucorum, tamen quædam causæ requirunt plures, sed nulla causa contenta est vno. *j. eod. licet.*

QVotiens.] Duo sunt dicta. Secundum ibi, *Probatio autem.* Abbas. CASVS. Quando aliqui volunt separari propter consanguinitatem, consanguinitas illa debet probari per duos, vel per tres testes de illa consanguinitate: vel si consanguinei non supersunt, debet probari per meliores, & antiquiores eiusdem loci, & debent iurare, quod non odio, vel amore, vel aliquo commodo, quod habeant, vel habituri sint, ad hoc iuramentum accedunt: & sic dicant rei veritatem, vt à suis maioribus acceperunt, & credunt ita esse.

d ¶ *Propinquitatis.*] Intransitiuè est hoc, id est, propter cognationem, quæ est propinquitatis. 25. q. 3. c. 1. & 2.

¶ *Glo. seq. alleg. concor. signat contrarium & remittit.*

e ¶ *De eadem consanguinitate.*] 35. q. 6. *cap. 1. & 2. & j. qui mat. acc. pos.* videtur *Argum. contra. j. eo super eo.* Sol. vt ibi.

f ¶ *Duplici iuramento.*] In iuramento illo duo articuli continentur: vt j. sequitur.

g ¶ *Amicitia.*] Testes enim iurare debent remoto odio, amore, commodo, amicitia. 4. q. 3. *si testes. §. item testium. & 18. q. 1. quatuor & 35. q. 6. de parentela* [c].

h ¶ *Credere ita esse.*] Hodie non videtur locum habere ex toto, quod hic dicitur, quòd non valet testimonium de auditu, siue de credulitate, immò necesse habent dicere, quòd viderint personas omnes in consanguinitate, designando gradus ab vtroque latere vel saltem aliquas personas in gradibus aliter non valet. *j. eod. licet.* & ita parum valet testimonium de auditu. vnde adhuc debent addere quantum ad hoc, & ita credere à suis maioribus audiuisse, vt ibi dicitur.

INsuper.] Diuiditur, quia ponit dictum, quod postea determinat ibi, *Dummodo.* Abb. Siculus.

CASVS. Prior, & fratres sanctæ Trinitatis petiuerunt, vtrum producere possint de fratribus suis in testimonium in causis ecclesiæ suæ: statuit Papa, quòd liceat eis hoc facere, dummodo vnus, aut duo instituantur ad agendum, & respondendum: & tunc eorum testimonium, in causis in quibus instituti sunt, non debet admitti. Not. quòd clerici possunt ferre testimonium in causis ecclesiarum suarum. Item non potest quis in eadem causa esse procurator, & testis.

i ¶ *Ecclesiæ*] Et ita clerici possunt ferre testimonium in causa Ecclesiæ suæ. 14. q. 2. *super prudentiā & j. eo. cum nuncius. & c. tuam & j. de successor. & si Christus.* [d] *in fi.* Ber.

k ¶ *Vel duo*] Et sic patet, quod duo possunt constitui procuratores. sic tamen aget, qui prius litem occupauit. *ff. de procur. pluribus. & s. de procurato. non iniustè* vbi d. hoc.

l ¶ *Admitti.*] Quia nemo debet habere duplex officium in causa. 4. q. 4. c. 1. & 2. & singula officia singulis personis sunt committenda. 89. *distinct. singula. & 16. quæst. 1 presbyteros.* ... *ff. ad Trebell. ille à quo. §. tempestiuum. ff. de pact. si plures. C. de assess. l. nemo.* Ber.

EX parte.] Hæc decret. reputatur difficilis, & est secundùm Ioann. And. & dicit, quòd quidam glossatores eam transiuerunt quasi eius dubia non viderint. alij non glossauerunt in ea: vt Bonaguida, Aretinus, D. Ant. dicit, quòd nec ipse Ioan. And. intellectum decret. penitus dilucidauit. quicquid sit, decret. hæc habet aliquos not. articulos. Ioann. Andr. summat sic: Probatio exceptionis propositæ contra testes, differri potest post publicationem attestationum. Ego multùm miror de hac summatione Ioann. Andr. quæ licèt sit vera in se, in nullo summat literam, cum in summario de contentis in textu nulla fiat mentio, & ipse Ioann. Andr. longe melius aliis solitus est compendiosè & eleganter summare textus, adeo vt communiter doctores eum sequentes, soleant cum suis summariis transire. sed nemo potest esse Iob, vt non erret in dictis suis: vt ipsemet Ioann. And. dicit in proœmio nouellæ in 6. Do. Ant. secundum intellectum, qui sibi videtur verus, summat sic: Appellatio quoad finem excepti

† Cap. 5. eo. ti. in 1. compilat.

De materia vide Antonium Gabrielium l. 1. com. concl. tit. de test. b. conclu. & seq.

Matth. 18. *Luc.* 17.

Ioan. 8.

† *Post conc. Latera. sub Ale.* 3. p. 8. c. 17. & c. 20. eod. tit. in 1. compil.

† *Adde, qd vbi non est præfixus testiū numerus, duo sufficiunt. &c.* licet numerus. Cod. de test.

a *Fallit in criminibus exceptuatis, veluti hæresi, læsa maiestate, simonia, & simil. doctores in c. in fidei fauorem. de hæret. l. 6.* *Vide latium Clarum in præc. crim.* §. fi. q. 24.

b *De expositione huius auctoritatis vide theologos & præcipuè B. Thomam* 2. 2. q. 33. art. 3.

c *Per quod c. intelligit hic Inno. de amicitia carnali, quæ corruptionē inducat, charitatiua enim nō impedit testē, secundum Ho. de hoc in Spe. e. tit. in princip. Ioan. And.*

† Cap. 11. e. ti. in 1. compilat. & *post concil. Lateran. sub Alex.* 3. p 8. c. 10.

† *Aliàs ita: Herforden. & Abbati Suden.*

† *Post conc. Latera. sub Ale.* 3. p 22. & c. 23 e. tit. in 1. comp.

d *Conc. sex. in l. sicut & ibi Bart. ff. quod cu. vni. no in l. testator. §. 1. ff. cōpra.*

exceptionibus cõsequendę, non iustificatur solo exceptionis obiectu, vel probationis oblatione: quoad finē autē deuoluēdi sic. Hæc summatio vera est in se, & melius probatur ex iis, quæ not. in c. interposita. ĩ. de appel. cui meliùs cōgruit, quàm hic: nā nihil attingit de materia huius tit. nec discutitur principaliter hic virtus appellationis, sed exceptionis contra testes propositæ: ideo summo sic breuiter: Si exceptio legitima opposita cōtra personas testiū non admittitur, licitè appellatur. hoc dicit secundùm lecturam Io. And. quæ hodie cōiter approbatur. Diuiditur decret. principaliter in duas partes. In prima ponitur querela. in secunda mandatum ibi, *Mādamus*. Prima facit quinque. Prima namq; causam iustificat. Secūda ibi, *Miles* ponit formam impetrati rescripti, vitia notanter exprimendo. Tertia ibi, *Tandem* ponit processum postea ex eo secutum. Quarta ibi, *Nihilominus*, narrat sententiam. Quinta ibi, *Quā nunc*. ponit euentum post sententiam. Secunda principalis subdiuiditur in tres. Primò instruit iudices, si narrata per presbyterum sunt vera. Secundò si non sunt vera ibi, *Si verò*. Tertiò ponit clausulam consuetam contra personas testium ibi, *Testes*, Abb.

† Clunodē. † Culmode. † Culmedo.

† Iłes, eam decē an pluribus.

† In omnibus antiquis legitur, sicut etiam quam sunt agnoscunt hic Illensis, & alij veteres interpretes sicut in vera cetrbus dicetur, quasi ipsius adiudicatur. l. 2. C. de dona. inter virum, & vxor. & vide[l]. ff. de fundo instruct. vbi sicut vide[tur] appellatur, qua sucum curas.

quòd cùm Ecclesiā de Clunodeñ. † canonicè fuisset adeptus: & eam † triginta annis, & ampliùs pacificè possedisset: Miles quidam H. nomine, tacito [a] quòd laicus esset, ad Iudices literas impetrauit [b]: quòd si dictus Presbyter filius esset illius, qui proximò [c] in eadem Ecclesia ministrarat, vel publicè fornicariam † haberet, ipsum à prędicta Ecclesia amouerent. Tandem cùm Miles per interpositam [d] personam, cum coram pręfatis iudicibus traxisset in causam, quosdam laicos infames, & notabiles [e], ad testimoniū dicitur produxisse. ¶ Licèt autem Presbyter assereret illos non esse recipiendos, pro eo quòd quidam eorum latrones, & raptores manifesti essēt: quidā verò in causa alia fuissent cōuicti de periurio [f], & se hoc diceret probaturum: nihilominus Iudices testibus talibus receptis, eidē absenti post appellationem, pręscriptā † abiudicauerunt Ecclesiam. Quam nunc Militis dapiferi filius detinet occupatam: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit [g], quòd prędictus Presbyter non fuerit legitimè per testes [h] idoneos pręscripta † Ecclesia spoliatus, eorūdem Iudicum cassata sententia, litteris etiam confirmationis (si quę sunt super eadem Ecclesia impetratę) non obstantibus, Ecclesiam illam Presbytero restituatis eidem,

† prædicta

† prædictam

CASVS. Quidā presbyter nomine A. quādam ecclesiam canonicè adeptus est, vt dicebat: & eā xxx. ann. & ampliùs possedit in pace. Tandē quidam miles tacito quòd esset laicus, cōtra ipsum litteras impetrauit ad quosdam iudices, vt si cōstaret, ꝙ dictus presbyter filius fuisset illius, qui proximò in eadem ecclesia ministrauit, vel ꝙ publicè haberet fornicariam, ipsum à prædicta ecclesia remouerēt: corā quibus dictus presbyter per procuratorē militis tractus fuit in causam, qui quosdā testes infames, & notabiles ad testimonium produxit: sacerdos asserebat illos non esse recipiendos, eo ꝙ quidam eorū erāt latrones, & raptores manifesti, dicens se hoc probaturū: Iudices nihilominus testibus talibus receptis, post appellationē à dicto presbytero interpositā priuauerunt ipsum pręscripta ecclesia, quā quidā filius ipsius militis dapiferi detinet occupatā. quo facto presbyter cōquestus fuit D. Papæ: vnde mādat quibusdā, quatenus si constiterit eisdē, ꝙ dictus presbyter non fuerit per testes idoneos dicta ecclesia spoliatus, cassata sententia prædictorū iudicum, nō obstātibus etiā litteris cōfirmationis, si quę super ecclesia impetratæ fuerūt, restituāt ecclesiā presbytero præfato, nec eū permittant exinde molestari. Si verò nō sunt vera, quę sacerdos narrauit, s. quod iudices nō processerunt taliter cōtra ipsum, causam audiāt, & fine debito decidant: & testes, quos ille A. nominauerit ad testimoniū producēdos, moneat, vt corā eis testimoniū perhibeāt veritati. Nota, ꝙ viles testes, notabiles, & infames, cōtra clericos non sunt recipiendi. Itē sententia lata post appellationē legitimā, cassanda est nō obstante confirmatione. Itē in fine est argumentū, quod testes non sunt compellendi super criminibus ob ea ꝗ̄ ... in modum exceptionis contra testes.

¶ *Glo. seq. obiicit, & dupliciter soluit.*

a ¶ *Tacito.*) Ex eo quod dicit, tacito, &c. videtur, quod litteræ istæ non valebant. *arg. ĩ. eo. de cætero. & ś. de trāsactio. ex litteris.* Sed cōtrariū videtur: quia de publica fornicatione agebatur quo casu licet laico vitare [a], vel accusare clericos. *32. di. præter hoc. §. Verū. & c. nullus.* Et si debet admitti miles ad agēdum cōtra sacerdotem fornicarium: quod quidā concedūt, & ideò dicit, tacito, quia de facto sic accidit: quia etsi dixisset se laicū: nihilominus litteras habuisset. Vel dicas, quod ideo dicit, tacito, quia de facto sic accidit: quia non intererat eius, quia nō erat parochianus, vel patronus illius ecclesiæ, & ideò tacita veritate impetrauit: vnde nō valebant, si hoc ab initio fuisset oppositū, bene fuisset auditus. *ś. de rescrip. super litteris.* & qa hāc exceptionē dilatoriā omisit, valuerūt literæ per cōsensum illius presbyteri: quare iudicio cœpto illā opponere non valebat. *ĩ. de re iud. inter monasterium. C. de excep. l. pen. & vlt.* si enim interfuisset illius, puta si esset patronus, vel parochianus bene admitteretur saltem ad denunciādum, licèt ipsum accusare non posset. *16. q. 7. filiis, ac nepot. bus.*

a Nō sequitur, si licet vitare, ergo licet accusare, secundum Tan. Ium & Hostien.

b ¶ *Impetrauit.*) Supple sub hac forma, quòd si dictus, &c.

c ¶ *Qui proximò.*) Et ideò ecclesiam non potuit retinere sine dispensatione Apostolicæ sedis. *ś. de fil. presby. præsentium. & ca. penul. & vlt. & 8. q. 1. Apostolica.*

d ¶ *Per interpositam personam.*) Scilicet per procuratorē, & sic patet, quòd ciuiliter agebat, vt remoueretur solūmodo ab ecclesia. *ĩ. de simo. cùm essent.* aliàs si criminaliter ageret, non admitteretur, etiāsi per seipsum, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequeretur. *ĩ. eo. de cætero. & 4. q. vlt. omnibus.* Sed nec tunc per procuratorem, quia in criminali nō intercedit procurator. *ĩ. de ac. veniens. & 2. q. 6. si quando. §. præcedēti.* vbi de hoc melius *5. q. 3. in criminalibus causis.*

¶ *Glo. seq. rect per q. an exceptiones contra testes sint statim admittendæ, vel reseruandæ. Tenet quod regulariter reseruanda. Huic decret. dupliciter respōdet* ver. sed hoc non. & in fi.

e ¶ *Infames, & notabiles.*] Huiusmodi exceptiones in tempus disputationis debēt reseruari: nec expedit testes reprobari tali modo, donec constet, an contra eum deposuerūt, cùm possint reprobari testes post aperturas testium protestatione præmissa ante aperturam. *ĩ. eod. præsentium. & ĩ. de excep. denique. & ĩ. de simo. licet Hely. & c. per tuas.* Sed hoc non seruauit sacerdos iste, vnde valuit receptio testium, & lata sententia, quousque testes fuerint reprobati, non obstante appellatione. Quādoque tamen statim admittitur exceptio, antequam deponat, si causam criminalem habet cum ipso. *in Auth. de testi. §. si verò. colla. 7.* quandoque recipiuntur ante aperturam aliorum, ne prorogetur negotium. *ś. de probationibus. licèt.* aliàs debet recipi statim, vt in tempus disputationis quęstio reseruetur. *C. eod. Auth. si testis odiosus.* sed ex hoc quod hic appellauit, & admittitur appellatio, videtur quod audiri debeat volens statim hoc probare: tamen quod priùs dixi, ordinarium est, licèt de facto hic aliter contingat. Vel dicas, quòd hæc exceptio fuit opposita post receptionem testium, [b] vt annullaretur dictum eorum, sed non fuit admissa, vnde rectè appellauit.

b Hæc lectura est cōtra textum. vbi dicit illos non esse recipiendos, & vbi dicit testibus talibus receptis, nisi dicas, quod ibi rescripto insipicit esse illū. Vt tunc videatur recipere, quando ad dicta illorū pronunciat. ad hoc ś. ti. 2. ex litteris, de ten. super hoc. Io. And.

f ¶ *De periurio.*) Vnde vlteriùs ad testimonium non deberet, admitti, si de hoc constaret. *6. q. 1. quinque. 22. q. 5. paruuli. & ca. si quis conuictus. & ĩ. eod. testimonium.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium & soluit.*

g ¶ *Si vobis constiterit.*] *Arg. contra. ĩ. de iureiur. venientes.* ibi reuocatur executio sententiæ, antequam cognoscatur de appellatione, hic non; sed ibi fuit appellatum à diffinitiua sententia, hic nō fuit; & sic super certo articulo appellatum fuit hic, ibi simpliciter à sententia.

¶ *Glossa sequens primò soluit obiectionem. Secundò obiicit, & dupliciter soluit.*

h ¶ *Testes idoneos.*) Ad hanc probationem admittitur post sententiam, quia ante sententiam hoc facere voluit, & non fuit admissus, & etiam appellauit propter hoc. sic infrà de sen. & re iu. cùm I. & A. Si verò non dixisset hoc ante sententiam, post sententiam non videtur audiendus. *ĩ. de except. denique.* vbi de hoc, nisi de falso agere vellet: quod posset vsque ad xx. annos, *infrà de excep. cum venerabilis. & C. de fal. querela. & suprà de probat. licèt.* Præterea ex hoc videtur, quòd appellās tenetur probare causam appellationis esse veram, sic *ĩ. de excep. olim.* Sed contra videtur, quòd sufficit illud probare, ꝙ appellās proposuit probabilem exceptionem coram iudice, à quo appellauit, illā se offerēs probaturū: & ꝙ nō fuisset admissus, vt probatur. *ĩ. de app. interposita. i. resp. & c. dilecto. & c. vt debitum. & ś. de offic. deleg. cū causa.* & hoc idē fecit sacerdos iste, qui legitimā opposuit exceptionē, quā se obtulit probaturū. Sol. illa contraria loquitur in exceptionibus dilatoriis, [c] per quas non eliditur principale propositum; vnde cùm iudex nollet admittere probationem super exceptione probabili, grauauit ipsū, & reddidit se suspectū. & ideo sufficit hoc solū probare coram iudice appellationis, qui procedet postea super principali: alioqn causa remitteretur ad priorē iudicē, vt dicit c. *Vt debit*[o]. sed hæc exceptio quasi perēptoria est, etsi non directè, saltē per obliquū, vt si vult releuare causam suā,

c Si enim peremptoria haberetur probata hoc ipso, quòd iudex illam nō admisit probationes illius recepit, de facili posset iudex infamare exceptionem peremptoriā suis appel. & facit, quod no. ś. in Spe. de appel. §. qualiter. ve. sunt quoque. Ioan. And.

necesse habet eã probare esse verã, alioquin statetur sentẽtiæ latæ auctoritate illorum testium, quia præsumitur pro sentẽtia iudicis, quãdiu non probatur contrarium, quia per hoc apparet eum frustratoriè appellasse. j. de re iu. c. 1. & A. & hoc idẽ probare debebat corã primis iudicibus, ne sententiarent cõtra ipsum, si fuisset admissus, & sic cõtraria se non tangunt, vnde non sunt contraria. Præterea licèt probet se causam ꝓbabilẽ allegasse, ac eã se probaturũ obtulisse, nõ tamen debet propter hoc sententia reuocari, nisi ꝓbet testes fuisse tales, vt ille allegabat: q̃a si cassaretur eius sententia, & postea non probaret testes fuisse tales, prout dicebat, & offerebat se probaturũ, iterũ eõdem naretur, & sic rediret in pristinum statum: quare non debet cassari sententia, nisi probet primò, quod ante sententiam probare tenebatur: si enim iudices isti non tulissent sententiam: tunc sufficeret probare, quòd causam probabilem allegauit, & quod etiã obtulit se probaturũ: quo facto postea probabit testes fuisse tales, si poterit. Bern.

† Aliàs, Exonen. & Vigor. Episcopis.

† Ca. 24. e. tit. in 1. cõpil. Similis extat sententia post conc. Later. sub Alexã. iij. p. 8. ca. 10.

† Adde, ad quod debẽt mitti examinatores, in l. ad egregias. & ibi Bar. ff. de iureiur. & in l. generaliter. C. e.

† Cap. 7. e. tit. in 1. cõpil.

ipsúmque nõ permittatis exinde molestari [a]. Si verò res [b] aliter se haberet, causam audiatis, & fine debito terminetis. ¶ Testes autẽ, si quos idem A. in suæ assertionis testimonium inuocauerit, moneto [c] curetis, vt coram vobis super his perhibeant testimonium veritati.

¶ Idem Exon. † & Vigo Episcopis.

¶ Iudex mittere debet examinatorẽ discretũ ad testes recipiẽdos qui ad eum commodè venire non possunt.

CAP. VIII.

SI † qui testiũ valetudinarij [d] sunt, & senes, vel debilitate confecti, aut paupertate [e] depressi, ita quòd nõ possint ad vestram presentiã adduci, ad ipsos recipiẽdos mittatis † personas idoneas, & discretas.

¶ Alexãder iij. Beluacen. Episcopo.

¶ Retractanda est sententia, si constat eam fuisse latã ad dictũ corruptorum testium. h. d. secundùm lecturam, quam tenet Panorm.

CAP. IX.

SIcut † nobis est intimatũ, quidam accepta pecunia, de parentela inter virum, & vxorem exhibent iuramenta, per quæ inter ipsos diuortij sentẽtia promulgatur: postea verò priuatim nullam inter eos cõsanguinitatis lineam asserentes, se corruptos dicunt testimonium perhibuisse falsitati. ¶ Super quo taliter respondemus, quòd si vir, & vxor, aut alter eorum, ad secunda vota trãsiuit: testibus de periurio [f], & adulterio [g], vno, pluribúsue, quibus causam dederunt [h], pœnitẽtia indicatur †. Si verò ad secunda vota idem vir, & vxor non migrauerint [i], diligẽter inquirendi sunt, corã quibus corruptio intercessit: & si tales exhibeantur, per quos possit prædictę corruptionis veritas comprobari, recepto eorum testimonio est sententia reuocanda: non enim testimonium prædictorum (cùm periuri [k] sint) est in hoc casu aliquatenus admittendum.

¶ Gl. seq. non etiã delegatum &c. ponit duas opin.

a ¶ Molestari.) Ex hoc videtur, q̃ iudex delegatus non tantùm debet mittere in possessionẽ, sed missum tueri. j. de sinio. querelã. in fi. Dicit Lau. q̃ hoc potest facere delegatus, vbi hoc exprimitur in litteris: cũ sentẽtia lata functus sit officio suo. s. de off. del. in litteris. quia hoc videtur spectare ad ordinariũ. ff. ne vis fiat ei, qui in pos. mit. l. 1. §. 1. T. dicit, quòd potest hoc delegatus vsque ad annum sup. de off. deleg. quærentis. sed ante sententiam, quia semper durat iurisdictio, videtur, quòd semper possit defendere eum in possessione, quam assignauerit, cùm scilicet fuerit contumax ante litis contestationem.

¶ Gl. seq. obiicit, soluit dupliciter. sed primam approbat.

b ¶ Si verò res aliter.) i. si falsum suggessit, quia nõ fuit priuatus Ecclesia sua per tales testes, nec iudices processerũt cõtra illum. Sed videtur esse cõtra ius, quia secundũ hoc debuit remitti ad priores iudices, & condemnari in expensis. j. de appel. vt debitus. & c. cùm in Ecclesia. vnde dicas, quòd fecit ei in hoc gratiam a D. Papa, quia non remisit illum ad priores iudices. Si vis expone aliter, id est, non potuit probare testes tales fuisse, vt dicebat, per quos lata fuit sententia: sed quod sequitur, contrarium videtur, & ideò expone vt priùs.

ADDIT. Vel dic, quòd si testes fuerint boni, saluũ remaneat ei ius, si aliter probare possit dictam sententiã fuisse iniustã.

c ¶ Monere.) Arg. quòd in crimine non sunt cogendi testes, etiam in excipiendo.

a Fugienda sunt lecturæ, quæ contra naturã suam iura deducũt ad gratias, sed poterat dicere glossa hoc fuisse de iure, ex verbis dilationis, vt dicit hic tex. Io. An.

SI qui testiũ.) CASVS. Iudex mittere debet ad testes in casib. huius capituli, nec debent compelli venire ad iudicẽ. Nota hic casum specialem, in quo iudex mandat testes recipi.

¶ Glos. seq. circa testes impeditos præmittit tria: demum quærit, arg. negatiuè, & soluit contrarium.

d ¶ Valetudinarij.) Ad istos impeditos tali infirmitate, vel senectute, & egregias personas debet mittere iudex. ff. de iureiu. l. ad egregias. vel ad iudicẽ loci, vt eos recipiat, & dicta eorũ sigillata sibi remittat. in Auth. eo. §. & quoniam sanctimus. vers. multa. coll. 7. C. de fide instr. Auth. apud eloquentissimũ. & ff. eo. l. 3. §. idẽ diuus. j. de fideiuss. constitutus. & isti possunt recipi lite nõ contestata. s. vt lit. non cont. quoniã. 1. resp. & j. eo. cùm olim. Sed nunquid senes sunt cõpellendi ferre testimoniũ inuiti? Videtur, q̃ non. 4. q. 3. c. si testes. §. item inuiti. & ff. eo. tit. inuiti. & ff. de excus. tut. l. 1. & ff. de iure immu. l. maiores. Dic, quòd compelluntur secundùm canones propter peccatum. 11. q. 3. quisquis. & j. de fals. c. 1. & s. de iudic. nouit. & opt. arg. ad hoc. ff. de vaca. mune. l. 2. §. corporis debilitas. Bern.

¶ Gl. seq. primò obiicit, & sol. Secundò soluit aliud contrarium.

e ¶ Paupertate.) Sed quare remittit ad istos? q̃a licèt sint pauperes, bene possunt venire b. Potest dici, quòd ideo, quia tales sunt, q̃ nõ dicit eos venire ad iudicẽ, forsitã quia nobilis, & ita verecundatur venire ꝓp nimiã paupertatẽ, licèt tamẽ iste pauper aliàs honesta persona est: nec est suspectus ꝓpter suã paupertatẽ, & sic nõ est cõtra. 2. q. 1. in primis. vers. quia igitur. & 4. q. 3. c. si testes. vers. item testium. cum ibi lo quitur de suspectis.

b Cũ probatores eius pro curet expensas: vt j. de rescri. statutũ. §. pe. l. 10. Io. An.

SIcut nobis.) Corrupti, & periuri ad testimoniũ nõ debẽt admitti. ita cõiter sũmãt Doctores: sed hæc summatio nihil noui affert, cùm totum corpus iuris de hoc plenum sit, & maximè in c. testimoniũ. j. e. & 22. q. 5. paruuli. vbi probatur, quod semel periurus non debet ampliùs ad iuramentũ admitti: nisi veniat in suũ præiudicium, vt in c. cũ in Ecclesia. de maio. & obe. Primò ponitur consultatio. Secundò distinguens responsio ibi, Super quo. Et secundũ membrum distinctionis ibi, Si verò. CASVS. Quidã pro pecunia falsum tulerũt testimonium in causa matrimoniali, ꝓpter illorum testimoniũ sententia diuortij lata fuit. Postea verò priuatim accedunt ad iudicẽ, asserentes nullam consanguinitatem esse inter eos & dicunt se corruptos perhibuisse testimoniũ falsitati: quæritur, vtrũ ad dictũ istorũ debeat sententia reuocari? Respondet, q̃ si vir, aut vxor, aut alter eorũ ad secunda vota transiuit, pœnitẽtia debet imponi testib. de periurio, & adulterio vno, vel plurib. quib. cãm dederunt: & diligẽter inquirendũ est, corã quib. talis corruptio intercessit: & si tales exhibeãtur, per quos veritas prędictæ corruptionis possit probari, recipiendũ est eorum testimoniũ, & sententia est reuocanda. Dictum verò prædictorum testium (cũ periuri sint) non est aliquatenus admittendũ. No. q̃ periuro non est credendũ. Item primo dicto alicuius standum est. Item qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur.

f ¶ Periurio.) De periurio, quod statim fuit commissum, debent agere pœnitentiam vij. annorum. c. q. 1. quicunque.

¶ Gl. se. elicit duo arg. & ad secundũ signat contrarium, & soluit.

g ¶ Et adulterio.) Ar. quòd si aliquid imputatur alicui, vel punitur de aliquo, omnia, quę sequuntur ex illo, imputãtur eidem. ar. s. de consti. nam concupiscentiã. & aliquo prohibito, omnia, quæ sequuntur ex illo, prohibentur. Itẽ arg. quòd malum præcedens aggrauatur per consequens ex illo. arg. 1. q. 1. placuit. 3. & 50. d. si qua fœmina. & c. si quis voluntate. ar. contra. 15. q. 1. inebriauerunt. Sol. ibi primum non aggrauatur per consequens ex illo, sed de vtroque punitur.

¶ Gl. se. dicit in brocar. quod qui occasionẽ, &c. arg. pro, inducit 4. can. 3. ll. & 6. decr. in cõtrariũ 2. can. & 1. l. & soluit distinguendo.

h ¶ Dederunt.) Ar. quod qui occasionẽ damni dat, damnũ dedisse videtur d. & ideo tenetur. ar. 86. d. pasce. & 87. d. si expositus. ff. ad l. Corn. de sica. nihil interest. ff. de off. præsi. illicitas. §. sicuti. & 1. q. 1. placuit 3. ff. ad l. Aqui. l. qui occidit. § pen. 50. d. q. qui arborem. j. de iniur. c. vlt. in fi. arg. contra. 23. q. 5. de occidendis. ff. de fur. verum. 23. q. 4. Nabuchodonosor. circa prin. Sol. Qui dat occasionem damni, si dat operam rei licitæ, & adhibet diligentiam, quam potest, non tenetur de iis, quæ inde sequũtur: vt in c. de occidendis. si non adhibet, tenetur. 50. d. sæpe. & in l. qui occidit. §. pen. si dat operam illicitæ rei, semper imputatur ei, quod inde sequitur. 50. d. quantum dicit. & ff. ad l. Aqui. item Mela. infra de vsuris. c. vlt.

i ¶ Migrauerint.) Arg. q̃ si isti, vel alter eorũ ad secunda vota trãsierint, quod nõ possint separari, nec debẽt inquiri de corruptione tali: & hoc quidam concedunt. Sed hoc falsissimum est, & ideo supple, maximè quandocũque legitimè constiterit de falsitate e, separabũtur secũda cõiugia, & priora restaurabũtur. j. de re iud. lator. & c. consanguinei. & j. de fri. & male. fi. laudabilem. & c. fraternitatis. & 31 q. 9. §. quia verò. & c. seq.

k ¶ Periuri.) His autẽ credi nõ debet tanquã periuris, quia ad testimonium

† Vide h generaliter. C. de non num. pecu. & i. cos. & ibi Bar. de fal.

e De pœna periurorum v. de Baldũ in l. iurisiurandi. C. de reb. cred. & late per Gandinum Papa deci. 178.

d Contrar. tex. in l. si quis ad se. C. ad l. Iul. de vi publ.

e Hoc fatetur, sed litera non de falsitate, sed corruptione l. q. quæritur, vt dicit in tex. Sed quando migrauerunt ad secunda vota, cùm maiori difficultate recipiũtur testes, & difficilius retractabitur sententia, secũdũ Inno. sed H. dicit, quando non migrauerunt, imponetur illis pœnitentia tantum de periurio, sed vtroque casu fiet inquisitio. Io. And.

testimoniũ vlterius admitti non debet. j. eo. testimonium. 6. q. 1. quicunque & 22. q. 5. si quis conuicitur. & c. paruuli. & 2. q. 7. non potest. in pœnitentia enim creditur, vt iniungatur eis pœnitentia. in iudicio enim eis credi non debet contrarium in eundem casum. s. de prob. atto. per tuas. & C. de non nu. pecu. l. generaliter. Bern.

† Aliàs: eidem Archiepiscopo. archiepiscopo.

Aliàs: Arrem. Archiepiscopo.

VEnientes ad nos.) Primò ponit petitionem presbyteri. Secundò illam exaudit ibi, Et nos. Abbas Sic.

CASVS. Obiectũ fuit cuidam presbytero L. nomine, quod in ecclesia de Ouen canonicè nõ fuisset ingressus, quia promisit vnicuique parochianorum suorum, remittere quinque barillos vini, qui pro beneficio dari consueuerunt sacerdoti in ipsa ecclesia deseruienti: ad hoc probandum duo fuerũt testes inducti, qui iurati deposuerunt presbyterum prædictum talem fecisse promissionem: quorum alter cum prædicto presbytero fecit dictam promissionem: iudex, qui de causa cognoscebat, dictum presbyterum absoluit: quo facto presbyter ad dominum Papam accedés, prędicta omnia ei exposuit cum ipsa sententia: Papa rescribens eidem iudici confirmat sententiam ipsius, ex eo quod ille, qui eodé erat infectus crimine, contra illum testificari non potuit, & nulli de se confesso aduersus alium est credendum, & dictum vnius testis non sufficit ad condemnationem alicuius. Not. quòd nulli de se confesso contra alium est credendum. Item ad dictum vnius non est aliquis puniendus. Item idem est remittere, & dare, quia vtrumque simoniam inducit.

† Cap. 9. e. ti. in 1. cõpila.

† Al. meris.

† De hoc articulo vide late per Antonium Gomezium to. 3. variar. resolu. ca. 20. et per Iulianum Clarum in pra. cri. §. fin. q. 21.

¶ Idem. †

¶ Socius criminis, & muneris non testificatur etiam in crimine simonia, & vnius testimonium nõ sufficit ad condemnationem.

CAP. X.

VEniens† ad nos L. Presbyter sua relatione monstrauit, quòd ei obiectum fuit, quòd in Ecclesia de Ouen canonicũ non habuisset ingressum: quia promisisset vnicuique parochianorum quinque barillos vini remittere[a], qui Sacerdoti ibi pro tempore seruienti consueuerant pro beneficio dari. Verùm cum duo apparuissent, qui iurati deposuerũt prædictum Presbyterum talem fecisse promissionem, & cum altero illorum[b] pactum illud factum fuisse, tu de Presbytero, prout ordo rationis† exigit, iudicasti.[c] ¶ Et nos tuam sententiam commendamus, eo quòd ille, qui eodé erat infectus crimine, inde cõtra eũm testificari non† posset: nullique de se cõfesso[d] aduersús aliũ in eodem crimine sit credendũ, nec vnius testimonium[e] ad condẽnationẽ sufficiat alicuius.

a ¶ *Remittere.*) Qui debitũ remittit, dare intelligitur. 8. q. 3. *talia. & ff. de calum. quinetiam, & ff. de cond. causa data. si mulier.*
¶ *Gl. se. obycit, & soluit: secundo quærit, & affirmatiuè soluit contrarium.*

b ¶ *Illorũ.*) Sed cũ crimen simoniæ sit crimen exceptũ, quare nõ admittitur quilibet etiã particeps criminis; secũdũ quod sit. 79. di. *si quis Papa.* 15. q. 3. *nemini.* s. *de confes. c. 1.* Dicas, quòd tales personæ viles nullo modo sunt admittẽdæ in accusatione clericorũ, aut testimonium, nisi accusatus malæ famæ, & opinionis antea extitisset: vt 2. q. 1. *in primis. in fi. & j. de simo. per tuas.* Prętereà hic erat vnus testis idoneus, nunquid per eum, & per famã posset cõdemnari de tali crimine? Videtur, quòd sic: quia fama cũ aliis probat. 4. q. 3. c. *si testes.* §. *item sæpe.* Sed nõ est verum, quia in crimine apertissimæ debent esse probationes. *C. de prob. l. vlt. & 3. q. vlt. Epiphanium.* quia vbi cõtra salutem hominis agitur, strictiùs, & cautius proceditur. *C. de app. addictos.* secus in ciuili causa, in qua sufficit præsumptio vnius testis cũ iuramẽto. *arg. C. de re. cre. in bona fidei.* s. *de proba. sicut consuetudo.* pensatis negotiis cum circunstantiis personarũ, & causæ. j. *de iureiu. c. vl. in fi. & ff. de legit. tu. legitimos.*

c ¶ *Iudicasti.*) absoluendo illum.
¶ *Gl. seq. not. quid socius, &c. signat contrarium, & soluit.*

d ¶ *Confessio.*) Sic ergo patet quod socius criminis nõ admittitur in testimonium in eodẽ crimine. 4. q. 3. c. *si testes.* §. *item liberi. sic s. de confes. c. 1.* vbi de hoc. & testis, qui nõ solum in eodem crimine fuit, sed si consimili morbo laboret, non est admittendus. j. *eo. personas.* fallit tamẽ: quia quandoque admittitur socius: vt 6. q. 1. § *Verum. vers. si quis. & lxxix. dist. si quis. Papa.* Solui cõsueuit, quòd socij criminis, & muneris nõ admittuntur, vt hic: sed criminis tantum admittuntur in exceptis criminibus, vt ibi: sic & quandoque ad detegendã conspirationem socij. & iurati ad testimonium admittuntur. j. *de testi. cog. c. vl.*
ADD. Vnde versus: *Per testem socium sceleris simonia probatur, Muneris, & sceleris socius testis reprobatur.* vide c. 1. eo. tit. li. 6.
¶ *Gl. seq. signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *Testimonium.*) Sic patet, quod vnius testimonium nõ valet. *j. eo. licet. & 4. q. 3. c. si testes.* j. *item vnius.* 33. q. 2. *admonere. ff. de quæst. si maritus. ar. contra.* 8. q. 3. *talia de do. præl. Theopompus.* 86. *dist. tanta. & 28. d. de Syracusana. & 97. di. nobilissimus.* Sol. sæpe adhibetur fides vni extra iudicium. 22. q. 4. *innocẽs.* dictũ vnius in iudicio præsumptionem inducit. Lex illa. Theopompus. intelligitur cum testator voluit ei fidem adhiberi.

¶ Idẽ Abbati † san. L. & Priori sã. C.

¶ Attestationes in vno iudicio recepta fidem faciunt in eadem causa, & inter easdem personas coram alio Iudice.

† Al. sed Abbati S. Benedicti, & Priori S. Crucis.

CAP. XI.

CAusam† quę: & infra. ¶ Dilcr. vestrę mandamus quatenus susceptis attestationibus vtriusque partis, quę ab aliis Iudicibus[f] sunt receptę, causam ipsam sine debito terminetis.

† Ca. 10. eti. in 1. compila. Et de materia vide Alexandrum consil. 58 li. ij. Iasonem, & alios in l. is apud quem. C. de edend.

CAusam quę.) CASVS. Attestationes receptæ coram primis iudicibus, dandæ sunt iudicibus aliis, quibus causa postmodum cõmittitur. Nota, quòd attestationes vnius iudicij, in alio iudicio locum habent.

f ¶ *Iudicibus.*) Sic s. *de proba. c. vlt.* sic attestationes, & acta in vno iudicio recepta, valent in alio. *in Auth. de testi. quoniam multa. coll. 7.* & attestationes coram arbitris receptæ valent coram aliis iudicibus. j. *eo. præsentata. & Cod. de testi. l. vlt. & C. de arbi. l. pen. in fin.* Iudex, ad quẽ causa defertur, debet habere acta omnia prioris iudicis. s. *tit. prox. quoniam. & c. vlt.* Et si testes apud primum iudicem non sunt publicati, adhuc alij possunt induci. j. *eodem, cùm causam.*

¶ Idem Cantuarien. Archiepiscopo, & Vigor. Episcopo.

¶ Clerici non sunt à ferendo testimonio in causa Ecclesia sua sine rationabili causa repellendi.

CAP. XII.

CVm† nuncius: & infra. ¶ Non lateat prudentiam vestram, quòd Clerici, non sunt à ferendo testimonio super negotio Ecclesię suę (nisi alia rationabilis causa impediat) repellendi[g].

† Ca. ij. e: ti. in 1. compil. & post concil. par. 8. c. 3.

CVm nuncius.) CASVS. Clerici non debent repelli à ferendo testimonio in causa ecclesiæ suæ, eo quòd clerici sunt: nisi aliud impediat. Not. quòd illi, qui sunt de vniuersitate, possunt ferre testimonium in causa ecclesiæ.

† Ca. 12. eti. in 1. compil. & post concil. Lateran. sub Alex. iij. par. 8. c. 4.

¶ Idẽ Cantuarien. Archiepiscopo.

¶ Crimen nunc probatum repellit testem: alias de illo crimine nõ damnatum.

CAP. XIII.

SVper eo quod quęsiuisti, vtrùm testes sint reprobã

¶ *Gl. se. allegat tres cõtor. & tria iura in contrariũ soluit. Secundò quærit: alleg. 3. ad negatiuã, & alia 3. ad affirmatiuam ponit opinionem, vltimam soluit. & pro cõtraria solutione ibi remittit.*

g ¶ *Repellendi.*) Immò sunt admittendi. 14. q. *d. super prudẽtia. & s. eo. insuper.* vbi de hoc *& Inst. de re. di. §. Vniuersitatis. & § nullius autem. ff. de re. di. l. in tantum. §. 1. ar. contra Inst. de testa. §. licet. & C. de testi. omnib. & 4. q. 3. c. si testes. § nullus,* quia causa ecclesiæ satis videtur sua. Sol. in causa ecclesiæ, vel vniuersitatis qui dicit testimonium, pro nullo de vniuersitate hoc facit: ergo nec pro se. *ar. 12. q. 2. qui manumittuntur.* Sed pone, quòd aduersarius petat clericos in testimonium de ecclesia pro se induci contra ipsam ecclesiam, nunquid debẽt compelli? Videtur, quòd nõ. s. *de postu. c. vlt. in fi.* & filius cõtra patrẽ nõ cõpellitur, quia nõ cõpellitur contra alios inferiores sibi cõiũctos. 4. q. 3. § *itẽ l. Iulia 2.* Sed iste est filius[a] Ecclesię, quę ipsum domino sociauit. j. *de pæ. presbyter.* ergo nõ cõpellitur ferre testimoniũ cõtra ipsam. Itẽ nemo debet petere ab aduersario suo instrumẽta propria. s. *de proba. c. 1. & C. de testi. nimis. & 4. q. 3. qui intẽdit.* Sed cõtra videtur, quòd possit, quia ecclesia põt ipsũ inducere pro se, ergo tenetur illũ recipere contra se. 4. q. 3. c. *si testes. § si quis testibus.* 19. d. *si Romanorũ.* & actoris, & rei æqua dẽt esse cõditio. s. *de mut. pe. c. 2.* & testis pro vtraque parte debet ferre testimoniũ. 14. q. 5. *nõ sanè.* & nihil debet licere actori, quod reo nõ liceat. *ff. de reg. iur. non debet.* Quidam dicũt, quòd nõ debet cõpelli clericus ferre testimonium cõtra ecclesiam suam: tamẽ si ecclesia ipsum inducit pro se, tunc tenetur, & cõpellitur dicere pro aduersario. *ff. de eden. l. 1. §. edenda.* & sic intelligitur, quod dicitur: testis pro vtraque parte debet ferre testimonium. Alij dicunt, quod verius videtur, quòd benè debeat cõpelli ad hoc, non obstantib. contrariis signatis, quia non tangunt hunc casum: quia causa ecclesiæ nõ est propriè clerici, & tacere veritatẽ peccatum est. xj. q. iij. *quisquis.* nec ob. *ar. infrà eo. Venient. in fi.* vbi de hoc.

a De carnali est prohibitum, & edictum de testibus prohibitorium. infr eo. l. j. Ioã. Andr.

SVper eo.) Communis diuisio. Secũda ibi, *Respõdemus.* Abbas.
CASVS. Testes recepti sunt in aliqua causa criminali, siue ciuili: opponuntur eis crimina, vt à testimonio repellantur, quæritur, quid iuris sit? Resp. quòd si de criminib. illis antea non sunt

nō sūt cōuicti, vel cōfessi, si modò inde cōuincātur, nō sūt in testimoniū admittēdi, q dicitur hic, intellige, prout traditur. j. c. testimoniū. Not. q obtētu criminis repellitur testis à testimonio etiā in criminali: q verū est, si in crimine perseuerea.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

a ¶ (*Cōfessi.*) Si ante accusationem institutā cōtra eos cōuicti, vel confessi fuerunt, si adhuc in crimine perseuerent, repelluntur. j. *c. testimonium.* vbi hæc materia plenius expeditur: contrariū signatur 4. q. 3. §. *item l. Iulia.* 1 & *ff. de iu. q. not. infa. athletas. §. calūniator.* secundùm leges damnatus tamen repellitur à testimonio: sed secūdum canones repellitur, siue iam condēnatus sit, siue ei probari possit, & pbetur.

di in causa criminali, vel ciuili, quib. ab diuersa parte crimina opponuntur: Respōdemus, quòd si etiā ante non sunt cōuicti, vel confessi [a] de criminibus illis, dūmodo inde cōuincantur, in testimonium nō debent admitti.

¶ Idem Salernitano Archiepiscopo.

¶ *Laicus in criminali nō testificatur contra Clericum; accusat tamē pro sua vel suorum iniuria.*

CAP. XIV.

† Ca. 14. eo. tit. in 1. comp. & *post concil. Lateran.* par. 8. cap. 8. *Iam decisionem huius capitis locum etiā habere in clerico prima censura tenet Dominicus* in c. sacerdotes. 1. q. 7.

DE † cætero Laicos in accusationem, vel testimoniū contra Clericum, in criminali causa non esse aliquatenus admittendos, censura sacrorum canonū [b] manifestiùs edocet: Nisi forte suam [c], vel suorū iniuriam prosequantur. Nec túc etiā ad testimonium, sed ad accusationem possunt admitti.

¶ Idem eidem.

¶ *In causis Ecclesiasticis, & ciuilibus, possunt fieri tres productiones testium: quarta autem nō admittitur absque solemnitate legali. Et super dictis testium post ipsorum publicationem potest publicè disputari. Hoc dicit, secundùm lecturam communem, & verbis textus congruentem.*

CAP. XV.

† Ca. 15. eo. tit. in 1. cōpil. & post. *conc. Later. sub Alex.* 3. cap. 9. par. 8. *Et de materia huius decretalis vide latè per legistas* in Auth. § semel. C. de probatio. *adde Lapum allegatione.* 81. & *de intellectu Hostiensem.* in um tit. de dilatio. §. & quibus.

IN † causis Ecclesiasticis, vel ciuilibus vltra tertiam productionem [d]. non debet testes produci, nisi adhibita quadam solemnitate, quæ in legibus inuenitur expressa. Et super dictis testium, cùm fuerint publicata, publicè potest disputari.

¶ Idem Præposito, & Canonicis Embruden. † Ecclesiæ.

† *Embrudē.*

¶ *Si quis probat actum gestum post appellationem, & aduersarius probat quod ante, præfertur prima probatio: & actus iudicatur non tenere, nisi secundus probet, quod ante omnem appellationem.*

CAP. XVI.

CVm † tu, fili Præposite, cum quibusdā Canonicis tuis, & Archiepiscopus vester essetis in nostra præsentia cōstituti *& infra.* ¶ Cùm constet testes vestros iurasse, q post appellationem, excommunicationis sententiam tulerit: & Archiepiscopi testes similiter iurasse, quòd ante appellationē: Nos dicta testium benignè [c] interpretari volētes, ne periurij reatu notentur: quia vtrumq; esse potuit, & quòd post primam appellationem, & ante secundam, sententia lata fuerit, eandem setentiam decernimus non tenere.

† *Post concil. Lateran. sub Alex.* iij. par. 8. c. 10. & c. 16. eo. tit. in 1. cōpilatio. *Et de intellectu vide notata per Anton. But.* in c. in nostra infrà e. *adde Imm. Lā.* in clem. 1. de appellatio. & *Baldum* in l. itē vidēdum. ff. de petit. hæredit.

¶ Idem Episcopo Placen.

¶ *In causa appellationis super nouis capitulis tantùm testes noui, & veteres producuntur, iuramento secundùm morem priùs recepto.*

CAP. XVII.

FRaternitatis † tuæ litteris nos cōsulere voluisti, vtrum recipiēdi sint noui testes super

b ¶ *Canonum.*] Quos habes 2. q. 7. c. 1. 2. & 3. & 6. q. 1. *beatus.* & 11. q. 1. c. 2. & j. *de accus. cùm P. Mancinella.*

¶ *Glo. seq. addit alium casum, & remittit.*

c ¶ *Suam.*] Et in exceptis criminibus, vbi admittuntur laici contra clericos etiam viles quandoque, j. *de simo. tanta.* Quando, & qualiter laici admittantur in accusationem, vel testificationem clericorum, dicitur j. *de accus. cum P.*

DE *cætero.*] Primò ponit regulam, à qua secundo excipit ibi, *Nisi.* exceptionem determinat ibi, *Nec tunc* Abbas.

CASVS. Quærebatur, vtrùm laici recipiēdi sint in accusationem, vel testimoniū contra clericos. Respondet. q secundū canones non sūt aliquatenus admittendi, nisi suā, vel suorū iniuriā prosequantur, & túc ad testimoniū non sunt admittēdi, sed ad actionē possunt admitti No. quod nullus repellitur à prosecutione iniuriæ suæ, vel suorum etiā contra clericum, nisi esset excommunicatus.

IN *causis.*) Duo sunt dictæ: secundum ibi, *Et super.* Abbas.

CASVS. In causis ecclesiasticis non debent testes produci vltra tertiam productionem, nisi adhibita solemnitate legali, vt traditur. *infra. eod. vltra.* Nota, quod quarta productio non debet dari, nisi cum iuris solemnitate.

¶ *Glo. seq. ponit 2. lect. circa productionem, de qua hic loquitur: & primam approbat.*

d ¶ *Productionē.*) i. dilationē, q in vna dilatione plures posset pducere testes, quolibet die dilationis posset pducere, hodie vnū, cras alium, & sic vsque ad vltimam diem dilationis. Finita prima dilatione iusta causa allegata, iudex secundam dilationē dabit, & iterum tertiam: quartam non dabit nisi cū iuris sólēnitate, prout traditur j. *eo. vltra tertiā.* & *in Auth. eo. tit. §. quia verò. coll. 7. versi. si verò.* Et hoc intellige, antequam renūciauerit productioni testiū, quia nō posset postea audiri. j. *eo. de test. in fine.* nec danda est sēper quarta productio, si iudex viderit eā denegandā, vt effrænatam multitudinē testium compescat. *infrà eo. significauerūt.* Immò ex eadē causa posset denegare tertiam, & secundā, dummodo in prima dilatione sufficiētes testes produxerit. *infra. c. de testibus.* Et nisi quarta pductio, id est, dilatio detur cessāte causa prædicta, scilicet effrænata multitudine: appellatio pp hoc emissa tenet, vt in di. decr. significauerūt. Vel dic, quod tertia productio fieri debet sub vna dilatione: tamē vt prius dixi, seruatur de facto, & ita cōsuetudo interpretatur primam expositionem, quæ est optima legum interpres. *suprà de consue. cùm dilectus.* & hoc notat. dominus Azo, secundùm I. B. C *eo. tit. l. vlt. Bernardus.*

CVm *tu fili.*) Si fieri potest concordanda sunt dicta testiū, quæ videntur contraria Primò decisè narrat factum. Secundò diffinit ibi, *Cùm constet.* Abbas.

CASVS. Quidam præpositus, & canonici sui ex vna parte, & archiepiscopus ipsorū ex altera, super quadā sentētia excommunicationis causam habebant adinuicem: ex vtraq; parte testes producti fuerunt: tandem causa delata est ad dominum Papā: vnde ipse testibus examinatis dicit, quòd testes capituli iurati dixerunt, q sentētia excommunicationis lata fuit post appellationem, & testes Archiepiscopi similiter iurati dixerūt, quod sentētia lata fuit ante appellationē. Papa vero dicta testium volēs interpretari. benignè, ne de periurij reatu notentur, decreuit sententiam illā nō tenere: quia vtrumque esse potuit, scilicet q & ante sentētiam fuit appellatum, & super illa deponunt testes capituli, & post eandē iterum fuit appellatū, & super illa deponunt testes Archiepiscopi; & sic diuersum tempus impedit contradictionem testium. Nota, quod in benigniorē partem semper faciēda est interpretatio. Itē: testes semper debent (si possunt) concordari propter periurium.

¶ *Glo. seq. not. testes concordandos, &c. Secundo ar. duo. Tertio obiicit, & soluit.*

c ¶ *Benignè.*) No. quòd testes, si potest fieri, ad cōcordiam sunt reducendi, ne periurij reatu notentur, & si non ad litteram saltem quod spiritualem intellectum. 1 *q. 1. antecessor.* & *c. quod prædecessor.* & 8. q. 1. *lan scriptum.* sic & Euangelistę reducuntur ad concordiā. *de pæn. dist. 1. periculosè.* 32. q. 7. *quod autem.* & omnia testimonia sequēda sunt, si potest fieri. 4. q. 3. *si testes.* itē est hic arg. & dubia probatio non prodest ei, qui eam inducit. sic j. *de probat. in præsentia.* item arg. quod in dubiis pro reo iudicari cōsueuit. *infrà de fid. instrument. dilectus. in fi.* & j. *de proba. ex litteris. ff. de reg. iur. semper in dubiis.* Sed videtur, q in tali dubio potius debuit Papa interpretari, quod essent excōmunicati: quia hoc esset securius propter periculum animæ: nam excommunicatio est medicinalis. 2. q. 1. *multi,* & ideò traditur quis satanæ, vt spiritus eius saluus fiat in die domini. 11. q. 3. *audi denique* & ad cautelam saltem absoluatur, aliàs debuisset saltem mandasse illos absolui. *infra. de app. ad præsentiam.* & *infrà de sent. excōm. per tuas.* Sed hoc dictum fuit propter testes, ne de periurio notarentur saltem de facto: quia licèt testimonium reprobetur, testes tamen inter infames quasi ex falso testimonio non habentur. *suprà de ord. cogni. cùm dilectus.* & *ff. de e tes, qui no. infa. Lucius.* sed tamen re ipsa, & opinione hominum non fugiunt infamiæ notam. *ff. de obse. à lib. & libertis pa. præstan. l. 2.* & *infrà eod. testimonium.* & sic prouides tam in testibus, quàm ib canonicis, cùm ipsi potuerunt postea ad cautelā facere se absolui [a] sim. *infrà de appel. ad præsentiam.* Et quia potuit esse, quòd pluries fuerit appellatū: vt sequitur. & hęc sententia fuit potior, & benignior.

FRaternitatis.) In prima parte ponitur consultatio. In secunda responsio ibi, *Duximus.* Consultatio est bimembris. Et secundum membrum ibi, *Et An.* Abbas.

Casus. Sētentia lata est in aliqua causa: in qua renūciatū fuit testibus

Testes discordes sunt ad concordiam reducenda.

† *Post concil. Later.* c. 12. p. 8. & c. 17. eo. tit. in 1. cōpil. *Et de materia vide Angelum* in l. per hanc. Cod. de temp. appell. & *Anton. de But.* in c. attestationes infrà de despon. impu. & c. ac si clerici. E. de iud. *& hic hunc textū limitat.*

a *Et forte hoc mandauit Papa: licèt hoc nō dicatur secundū Tāc. Vinc. & Phi. Ioann. And.*

testibus vtrinque, & conclusum in causa appellatū fuit ab illa sententia: quæritur, vtrum in causa appellationis noui testes possunt recipi super quæstione iudicata. Et vtrum testibus in prima causa receptis, liceat aliquid de nouo proponere super ipsa quæstione. Resp. Papa, quod si in causa appellationis noua capitula oriūtur, super quibus partes voluerint testes inducere, vel per iā receptos aliquid probare, bene sūt recipiēdi solummodo super nouis capitulis, receptis primò iuramētis secundū formā nouorum testium. Not. quod post aperturam testiū siue in causa principali, siue in causa appellationis, non sunt recipiendi testes super eodem capitulo, super quo testes publicati sunt: sed super nouo bene recipiuntur.

a ¶ *Renūciatum.*) Maxime quia si non esset renunciatum expresse, ex quo publicatæ fuerunt attestationes, non possunt postea alij testes super eisdem capitulis induci. [illegible] *eod. ca* [illegible]

¶ [illegible] *contra* [illegible]

b ¶ *recepti.*) Et sic patet, quod idē testis plures pōt recipi contra aliquem. Sed contra videtur [illegible] *q. 3.* [illegible] *§. item in criminali.* [illegible] Contraria [illegible] in criminali & [illegible] testimonium cōtra aliquem [illegible] non reus eius, si iterum velit contra ipsum testificari [illegible] *de accusat.* [illegible]

¶ [illegible] *legibus in concor. alleg.* [illegible] *Legistarum ad illam, quam responsionem* [illegible] *respondet.*

quæstione iudicata, in qua testibus renunciatum [a] constet vtrinque. Et an testibus in prima causa receptis propter causam appellationis liceat super quęstionibus iudicatis aliquid noui proponere: *& infra.* ¶ Duximus tibi respondendū quòd in appellationis causa, si noua contigerit emergere capitula, super quibus aliqua partium voluerit nouos testes inducere, vel per iā receptos [b] aliquid comprobare, eos credimus posse recipi super nouis [c] dumtaxat capitulis, receptis primis ab ipsis, secundùm formam recipiendorum testium, iuramentis [d].

¶ Idem Exonen Episcopo.

¶ *Qui iurauit testimoniū nō dicere, testificari compellitur, si testificationes publicatæ non sunt.*

CAP. XVIII.

INsinuauit [illegible] R. Presbyter †, quòd G. † & Clericus capellanū eius, & alios quamplures de testibus suis iuramento cōstrinxit, quòd testimonium, consilium, & auxilium contra ipsum non præberent eidem: ideoque mandamus, vt si testimonium eorum [e] † publicatum non est, nec est abrenunciatum testibus eis, qui sunt iuramento [f] adstricti & alios (si necesse fuerit) idoneos, in testimonium recipere non postponas.

¶ Idem Abbati, & fratribus de Mattura. †

¶ *Publicatio, vel renunciatio testium in certis capitulis, non præiudicat volenti testes producere in alijs h.d. quoad titulum.*

CAP. XIX.

CAusam †, quę vertitur inter vos, & Plebanū & Clericos sanctæ Mariæ de Mattura commisimus Iudicibus terminandam, cúmque vtraque pars in eorum esset præsentia constituta, & testes essent hinc inde recepti, & eis ab vtraque parte renunciatum, & attestationes etiam publicatę, quoddam priuilegium nuper a nobis impetratum in medium protulistis: *& infra.*

nium dicent. [illegible] *quotiens.* [illegible] *licet.* [illegible] Tanc.

INsinuauit.) In prima parte ponitur conquestio. In secunda prouisio. [illegible] Abbas Siculus.

CASVS. Quidā R. nomine habebat causam cum V. clerico. Idem quendam suum capellanū, & alios, quibus fecit iuramēto astringi, quod contra ipsum V. præstarent R. non ferrent testimonium, nec consilium, vel auxilium præberent eidē. Vnde conquestus fuit D. Papæ: mandat Papa, quod si testimonium aliorum testium prædictorum non est publicatum, nec abrenunciatum ab iudex recipere non postponat illos qui sunt iuramento adstricti, & alios si necesse fuerit in testimonium. Not. quod iuramentum illicitum nō repellit a testimonio. Item attestationibus publicatis super eodem capitulo, non sunt alij testes recipiendi. Item postquam renunciatum est productioni testium, non sunt vlterius admittendi.

e ¶ *Eorum.*) Scilicet testium qui iam erant inducti, & recepti: nam si dicta illorum publicata fuissent, nec isti, nec alij reciperentur vlterius. [illegible] *prox.* dictum est.

¶ [illegible] *ponit duplicem lecturā. Prima quæ* [illegible] *iurati* [illegible] *Secunda quòd* [illegible] *super* [illegible] *& primā* [illegible] *approbat.*

† *illorum.* † *Mattura.* † *Post renunciatam* [illegible] *sub Alex.* [illegible] *c. a.* [illegible] *& cap.* [illegible] *in* [illegible] *compil.*

f ¶ *Iuramento.*) Eo enim ipso, quod voluit subtrahere copiam probationis aduersario suo, præsumitur iniquā causam fouere. & expetit etiam hoc in se iudicis auctoritatem, eludam [illegible] *Ner. si quis autem.* [illegible] *prox. peruenit.* Hinc que nō obstāte iuramento tali, quod inique fuit extortū, iurabunt dicere veritatē super negotio principali, cum illud iuramentū illicitū fuerit, & sine peccato seruari non posset: celare veritaté sit peccatum mortale. [illegible] *q. 5. quisquis.* [illegible] *de crī. fals.* [illegible] & sic dicēdum sunt illo iuramēto nō teneri. [illegible] *constitutus.* & est expressum [illegible] *de arcm.* [illegible] Temerarium enim iuramentum non repellit à promissione [illegible] *de iureiur. sicut* [illegible] ergo nec a testimonio, vt hic dicit. Aliter tamen alij intelligunt, quod isti non debent iurare super principali, sed solummodo ad detegendum tantæ calliditatis commentum. [illegible] *prox. peruenit* [illegible] illud ibi exponitur. Credo et standum quod primo dixi.

CAusam, quæ.) Cōis diuisio. Secūda ibi, *Iudicibus.* Abb. Sic.

nem [a] non debent testes † produci in causa †, Nisi præstito ab eo, qui hoc postulat, iuramento [b], quòd neque per se, neque per alium, testificata [c] subtraxerit, vel fuerit percunctatus [d]: nec per dolum [e], aut artem aliquam quartam productionem exposcat: sed quia quos desiderat de nouo producere, priùs habere nequiuit [f].

¶Idem.

¶ Accusatus criminaliter non admittitur in testē contra aliū in causa criminali sua accusatione pendente, nisi in exceptis criminibus.

CAP. LVI.

NOn† debet quis in criminibus (Nisi forsan in exceptis) ad testificandum admitti, pendēte accusatione [g] de crimine contra ipsum: cùm etiā accusati (nisi priùs se probauerint innocētes) ab accusatione, ac susceptione ordinum repellantur.

TITVLVS XXI.

De testibus cogendis. [vel non†].

Alexan. iij. Papiēs. electo.

¶ In causa ciuili monendi, & inducendi testes sunt ad testificandum: & si se subtrahant odio, gratia, &c. compelluntur.

CAusam † matrimonij, quę inter M. mulierem, & filium R. vertitur, commissimus iudicibus terminandum. ¶ Ideoque mandamus, quatenus testes ab alterutra partium in suæ assertionis testimonium inuocatos, ne veritatē occultent [h], diligentiùs moneas, & inducas. Si autem odio, vel gratia, vel timore [i], se subtrahant, eos ad ferendum testimonium coram præfatis Iudicibus, vel eorum † nuncio [k], quem ad hoc miserint, Ecclesiastica districtione compellas.

¶Idem Presbyteris Pontię†.

¶ Vbi testimonium est necessarium, compellendi sunt testes ad illud ferendum, etiam per suspensiones, excommunicationis, & depositionis sententiam.

a ¶ *Productionem.*] Id est, dilationem, de hoc dictum est s. *eod. in causis.* & ibi recurre.

b ¶ *Iuramento.*] Hoc quòd hîc dicitur, sumptum est de *Auth. de test. §. quia vero. coll. 7.* Sed quare iuratur iterum, maximè vbi iuratum est de calumnia, cum iuramentū illud extendatur ad omnia quæ postea occurrunt in causa. *C. de iur. cal. Auth. hoc sacramentum & in auth. de iu. qui ingre. ad ap. §. vlt. coll. 5.* quia sæpiùs non est iurandum, vt ibi dī [a]. Dicas, quod illud iuramētum est aliud iuramentum, quam sit iuramentum de calumnia & ideo vnum aliud nō excludit. Illud iuramētum est de veritate dicenda, quod patet ex ipsa littera, scilicet quòd debet iurare, quòd neque per se, neque per alium didicit testificata, nec per aliquē dolum hoc facit. Iurā de calūnia est de eo, quod credit, & æstimat. *C. de iur. ca. l. 2. §. 1.* & ideo illud iuramētum præstitur. Idem etiam est, si causa talis sit, vbi iuratur tam de veritate dicenda: quia istud iuramētum de veritate dicenda, non extenditur ad hoc, sed ad principale negotiū tantùm. Vnde quarta dilatio [b] dari non debet sine iuramento, qualiscunque sit, etiamsi causa, & præsumptio est contra eum, ex eo quòd tertiò producere: & propterea speciale est, vt exigatur hoc iuramentū in hoc casu.

c ¶ *Testificata.*] Siue sua, siue alterius partis.

d ¶ *Percunctatus.*] Id est, perfectè scrutatus.

e ¶ *Per dolū.*] Puta expectat quòd aliquis interī moriat, vel se absētet.

f ¶ *Nequiuit.*] Simile. j. *de exce. pastoralis* & s. *eo. præsentium.* sed si habere nequiuit illos, ei obesse non debet, si per eum non stetit. *arg.* s. *de rescrip. si autem. & c. plerunque & s. vt lit. non cō. test. q̄m. frēq. & 2. q. 6 anteriorum. §. ad hoc.* & ita videtur, quòd etiā sine iur. debeat admitti, quod non est verum: quia sine iur. hoc ei credi non debet. maximè cum ante tertiam productionē hoc non fuerit protestatus: vnde iurare tenetur, prout hic continetur. Præterea hæc quarta productio dari non debet, vbi sufficiens productio testiū facta fuisset. s. *eod. significauerunt.* immo nec secunda dilatio, nec tertia danda esset, si sufficiens productio facta sit [d], nā in pecuniarijs causis vltra vnam dilationē dari non debet secunda dilatio. *ff. de fer. l. Vlt. nisi causa cognita* vt ibi.

N*On debet.*] Primò ponitur regula, & exceptio ibi, *Nisi forsā.* Secūdò probat regula per duo similia ibi, *Cùm etiā*, Ab. S.

CASVS. Aliquis est accusatus de crimine, pēdēte accusatione contra ipsum petitur in testimoniū in alia cā criminali: quærit, vtrū debeat admitti. Rńdet, quòd pēdente accusatióne cōtra ipsū non dēt admitti, nisi forsitan in exceptis quia etiam accusati ab accusatione, & ordinū susceptione repellūtur: nisi priùs se probauerint innocētes. Not quòd accusatus de crimine pendente accusatione sua, non potest testis esse in criminali, nec accusare alium, nec ordinari.

¶ Glo. seq. no. quòd hæc tria, &c. & addit. quartum reliqua pars text. per tres quæstiones. prima, quid in ciuili. secunda, quid de exceptis criminibus. tertia, quid de condemnato qui appellauit.

g ¶ *Pendente accusatione.*] Nota ergo, quòd cū aliquis accusatus est de crimine, statim grauata est eius opinio: vnde non pōt in criminibus ad testimoniū admitti, vt hic patet, & s. *eo. testimonium.* quia testes sine omni suspicione esse dēt, & infamia 2. q. 7 *testes. & j. de excep. denique.* Nec etiā potest promoueri ad ordines, vt hic dī in *fine & 81. dist. tantis Daniel. & j. de accus. omnipotens. & 33. di. laici. & ff. de decur. eis.* Item nec potest aliū accusare: quia nō relatione criminis, sed innocentia eius purgatur *ff. de pub. iu. is qui.* & hic in fi. Itē nec pōt constitui procurator. *C. de procur. l. ren.* Itē nec accusare. Ex hac enim decre. patet, quòd testimonium in criminali actione, accusatio, & ordinū susceptio pari passu incedūt, ex eo quòd accusatus pendēte sua accusatione repellitur à testimonio, ab accusatione, & ordinū susceptione. Præterea ex eo quòd dicit in principio in criminibus, patet quòd secus est in ciuili: quia tunc non obstāte accusatione, videtur, quòd interim possit admitti in testem in causa ciuili. s. *eo. testimonium.* & est verum, si sit emendatus de crimine, & cū non committetur infamia, vt ibi, *arg. j. de simo. per tuas.* quia licèt accusetur, non statim reus est. 15. *q. Vlt. c. Vlt.* quia pendente accusatione remanet in officio suo, & interim subditi eius ei obedire tenentur. *j. de accus. olim & 8. q. 4 nonne.* Itē patet hic, quòd minus idonei testes, quorum opinio vacillare videtur, admittuntur in exceptis criminibus, ex eo quod dicit, nisi forsan in exceptis criminibus. sed hoc forte est intelligendum secundùm distinctionē illius *c. 1. q. 1. in primis.* vtrū [e] scilicet malæ famæ vel malæ opinionis: & tūc cùm est malæ opinionis, admittatur: licèt c. illud loquatur in accusatione, aliter admitti non debent, cùm etiā si ciuiliter ageretur, nō essent admittēdi, nisi essent emēdati, & cum alijs adminiculis. *j. de simo. per tuas.* sed licèt accusetur, nō tamē statim reus est. vt s. *decetur.* & ideo potest admitti in crimine excepto, cùm adhuc remaneat in statu suo. Item ex hoc c. & s. *eo. testimonium* patet solutio quæstionis, quæ fieri consueuit, si aliquis condemnatus sit de crimine, & appellet, vtrum recipiendus sit in testem, si pendente appellatione inducatur. Et satis patet ex his duobus c. quid iuris sit, quòd in criminali nequaquam: in ciuili verò bene potest admitti: quia pendente appellatione non dicitur condemnatus. *ff. de pæ. l. 2. §. vlt.* & integer est status eius: et interim fungitur honoribus. *ff. nihil innouari ap. interpo. l. Vnica. §. integer. & melius in §. si quis deportatus.* quia licèt sit damnatus [f], adhuc non habetur infamis, ex quo appellationem suam prosequitur. *ff. de his qui no. infa. furti.*

DE TESTIBVS COGENDIS, VEL NON.

¶ Quia officium testium quasi publicum est, & ad illud interdū inuiti cōguntur, ideo post tractatum de testibus, &c. sic continuat. Io. An.

Ego continuo sic: Visum est supra de testib. sed quia posset dubitari, Vtrùm ad testificādū possint copelli, in isto subdistur tit. Ab. Sic.

De hac materia habetur 2. q. 6. statuendum.

C*Ausam matrimonij quæ inter.*] In causa matrimoniali cogēdi sunt testes ferre testimoniū. ita cōmuniter summatur, sed nō placet, in quātùm ponit specialitatem in matrimonio: quia sic loqui videntur ista in alia materia ciuili. In prima parte ponit causæ comissione. In secūda prouidet partibus ibi, *Ideoque.* Abb. Sicu.

CASVS. Quędā causa matrimonialis vertebatur inter mulierem, & virum suum: cōmissa fuit iudicibus. Mandat Papa Papieñ. electo, quatenus moneat testes ad ferendum testimoniū, quos vtraque pars sibi duxerit nominandos. Si verò odio, amore, vel timore se subtraxerint, quoad ferēdum testimonium corā prædictis iudicibus vel nuncio, quem ad hoc miserint, compellat eos per ecclesiasticam censuram. Not. testes cōpellendos, sed priùs monendos.

¶ Glo. seq. ponit duplicem causam compulsionis testium.

h ¶ *Occultent.*] Vic 14. *q. 2. quanquam.* hæc enim est causa, quare testes cōpelluntur, ne veritas occultetur, & ne malus vt bonus æstimetur: vt *in c. quanquam.* & qui veritatem occultat, peccatum committit mortal. *& 1. q. 3. quisquis.* ideoque compellitur.

i ¶ *Timore.*] Tūc enim testes sūt cōpellēdi, alias nō videt, quòd cō pelli debeant. *j. eo. super eo.* ex eo enī quòd no vult ferre testimoniū, præsumitur contra ipsum: vnde dico illum statim compellendū, nisi constaret per alios, quod bene possit veritas comprobari.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.

k ¶ *Eorū nuncio.*] Puta, si fuerant debiles: vel infirmi, vel egregiæ personæ.

† *In omnibus manus. ac cæteris Vetustioribus exemplaribus recta. non debent testes in causa produci: &* [illegible] *dictio, vlterius, quæ circumfertur in vulgatis, perperam est adiecta.*

† *Vide tex.* in Auth. qui semel. C. de prob.

† *Vide* Burch. l. 1. decretorū. c. 164.

a *Secundum Hostie. depo. ie vatio. quia iuramentum calumniæ non defendit, quia dilationē petit superfluā. Vnde dic, quod exigitur ad tollendum prauæ præsumptionē, quæ est, quod quamuis sit iuratū de calūnia, malitiosè petatur hæc dilatio. Io. And.*

† *In aliquot Vetustis desunt hæc duo Verba: Vel non.*

b *Adde, quādo debet peti, & j.* quæ tempora. per l. 1. C. de dila. & 3. q. 3. c. induc. §. spatium.

c *Hæ tres glossulæ non sunt Bern. nec habentur in Vetustis exemplaribus.*

d *Denegaretur etiam secunda & tertia ei, qui post primam percussatus esset dicta testiū, quod innuit sine. §. quia verò. secūdum Inn. & Host. Ioan. And.*

† Cap. 1. e. ti. in 1. cōp. *Et pro intellectu text. & glossarum, vide præ cæteris Ĝlo donem Papa hic.*

e *Scilicet sit ille accusatus de crimine excepto. Ioan. And.*

† *Dictio eorū, deest in Vetustioribus exemplaribus.*

† *In aliquot antiquis ita. Pōtia. & Apia. sed astisiq puto scribendum. alias Pontia, & Aptia.*

f *Etiam de crimine famoso. Secun. Lalle. in prī. Io. And.*

g *Ansit peccatum mortale nō testificari, præter tradita hic per Doct. vide S. Th. 2. 2. q. 70. art. 1. ad le. lib.* [illegible] *l. præsc.* [illegible] *ptione. C. si contra ius, vel vtil. publ.*

persona ӡ. *tit. prox. si qui testium. & ff. de iureiu. ad personas. ar. contra 3. q. 9. testes.* ibi dicit, quod præsentes debẽt esse testes. illud intelligendum de illis personis, quæ ad iudicium venire possunt. Vel intellige illud in criminali, vbi testes debent esse in præsentia iudicis: hoc in ciuili: & hoc bene distinguitur. *C. de fid. instrum. Auth. apud eloquentissimum.* exigitur enim, vt in criminali sint coram iudice, & non solùm ex dictis, sed etiam ex gestis iudex informet motum animi sui. *ff. de test. l. 3. § item diuus.*

† Cap. 3. e. ti. in 1. compi. *Et post conci. Late. sub Alex. iij. p. 8. ca. 1.*

CAP. II.

CVm † super causa, quæ vertitur inter Prænestinum Episcopum, & Sublacẽ. Abbatem, sit testimonium vestrum necessarium: Mandamus, quatenus perhibituri testimonium veritati, Apostolico vos conspectu præsenteris. Si verò non veneritis [a], sciatis vos ab officio [b], & beneficio Ecclesiastico Apostolica auctoritate suspensos. Et [c] si nec sic veneritis, excõmunicationis, & depositionis [d] sententiã poteritis formidare.

CVm super.] Per excommunicationis, suspensionis, & depositionis sententiam, cogendi sunt testes. Tria facit. Primò præcipit. Secundò punit contemnentem. Tertio aggrauat. Secunda ibi, *Si vero.* Tertia ibi, *Et si* Abbas. CASVS Mandat Papa quibusdam presbyteris, quatenus ad præsentiam suam accedant perhibituri testimoniũ veritati super causa, quæ vertitur inter Episcopum Prænestinum, & abbatem Sublacẽ. Si verò non venerint, sciant se ab officio, & beneficio suspensos: & si nec sic venerint, sententiam excommunicationis poterunt formidare. Not. quod crescente contumacia crescere debet & pœna.

† *Tamen.* † *Ian. Episcopo.*

¶ Idem Genueñ. † Archiepiscopo.

¶ *Testis, qui timore aduersæ partis se subtrahit, testificari cõpellitur, adde etiam in criminali secundùm communem intellectum: & sic aliquid additur ad c. 1. supra eod. & c. dilectorum infra eod.*

CAP. III.

SVper † eo: & infrà. ¶ Consultationi tua taliter respondemus, quod si factum est notorium, non eget testium depositionibus declarari, cùm talia probationem, vel ordinem iudiciarium non requirant [f]. Verùm si non est notorium, & is qui conuenitur, factum negauerit, testes, qui interfuerunt facto, monendi sunt, non cogendi [g] ad ferendum testimonium veritati. Nisi fortè timore [h] aduersæ partis constiterit Iudici, eos à ferendo testimonio reuocari. Licet ad hoc passim [i] possint de † iuris humani rigore compelli.

† Cap. 4. e. ti. in 1. cõpi. & c. 7. par. 8. post concil. Later. sub Alex. iij. Et de materia notorij, & an in eo requiratur probatio, vide i. 1c per Salicetum, Albericum, & alios in l. ea quidẽ. C. de accusatio. & per Iulium Clarum supra. q. 1. § fi. q. 9.

a ¶ *Veneritis.*] In termino constituto supple, & tunc sufficit, vt veniant ea hora, qua possint expedire officium suum. ӡ. *de offi. deleg. consuluit. & arg. ff. de condi. & demon. l. 4. in fi.*

¶ *Gl. se. recit. per contrarium de decret. cum non ab homine. vbi remittit.*

b ¶ *Ab offi.*] Is est ordo, cùm culpa incipit à contumacia, tunc debet excommunicari 24. q. 4. *fortè.* Secus si à criminatione debet deponi. 81. *dist. dilũm. & ӡ. de iudic. cum non ab homine.* vbi de hoc.

¶ *Glo. seq. not. quòd plures, &c.*

c ¶ *Et si nec sic Veneritis.*] No. ar. quòd in vna citatione possunt fieri plures citationes sicut etiam fit de consuetudine propter difficultatem citationum: vt ӡ. *de do. & contu. Veritatis. & c. cum dilecti. & ӡ. de in integ. resti. cum ex literis.*

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

d ¶ *Depositionis.*] Et sic crescente contumacia crescere debet, & pœna ӡ. *Vt lit. non contest. quoniam in fi. ff. de pæ. relegati* nisi necessitas sit impedimento. *arg. ff. de arbi. Celsus § adem ait.* non n. in omni casu excommunicare cum intelligitur. *arg. ff. de solu. si seruum decem. in fi.* Quid si excommunicasset eum, nisi venisset in termino, nulla exceptione facta, nunquid erit excommunicatus, si nõ potuit venire? In casu tali saltem quoad Deum, non est excommunicatus, quia impossibile præceptum non ligat. *ff. quæ sen. sine app. rescin. l. Paulus 2.* sed quia Ecclesia illud ignorat, doceat de impedimento, & absoluetur sine difficultate à grauamine. *ar. ĩ. de sent. excom. sacro.* sic ex eadem causa reuocatur sententia diffinitiua, nec mandanda est executioni *ff. de re iu. si prætor. & ĩ. de re iu. cùm Bertholdus. & c. cum olim.* multò fortiùs excommunicationis sententia tenet: sed probato impedimento, siue grauamine (vt dixit) debent absolui.

a Hæc q. no. 4. q. 5. c. vno in gl. sed pone & in Sp. dicit § pe. ad fi. & *sæcu. quod no.* infrà d: solut. *Odoar. dus. & quod dixi* de offi. de leg. *P. & G. & videtur expeditum* de s. n. excom. venerabilis. § idem lib. 6. *Ioan. An.*

SVper eo.] In prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio ibi, *Consultationi.* in qua distinguit, & secundum mẽbrum prosequitur ibi, *Verùm.* cuius responsio moderatur ibi, *Nisi.* & demum quærentem instruit ibi. *Licet.* Abbas.

CASVS. Aliquis conuenitur de aliquo facto coram iudice, ille factũ negat, quæritur an illi qui interfuerunt negotio, cogendi sint ferre testimoniũ veritati? Respõdet Papa, si factũ notoriũ est, nõ sũt necessarij testes, cum talia probationẽ, vel ordinem iudiciarium non requirant. Si verò non est notorium, & is qui conuenitur, factum negauerit, testes qui interfuerunt, monendi sunt, non cogendi: nisi fortè timore aduersæ partis à ferendo testimonio reuocentur: de iuris rigore tamen indistinctè sunt cogendi. Nota, quòd factum notorium, non requirit probationem. Item nota, quòd testes sunt compellendi dicere veritatem.

¶ *Glossa sequens incipit casum.*

e ¶ *Super eo.*] Quæstio fuit talis: Aliquis conuenitur de aliquo facto manifesto, quæritur, an illi qui facto interfuerunt, sint ad ferendum testimonium compellendi.

† *Dictio, de. deest in Vetustioribus.*

f ¶ *Non requirant.*] Quantum ad examinationem, vel probationem, sicut nec in confitente necessariæ sunt partes iudicis. *ff. ad l. Aquil. proinde si occisum.* sententia tamen necessaria est. ĩ. *de diuor. porrò.*

¶ *Glo. sequ. recitetur per contrarium de decret. supra proxima.*

g ¶ *Non cogendi.*] Hoc intellige à principio: primò enim sunt monendi, & postea si noluerint, sunt cogendi, vt ӡ. *eod. ca. prox.* clerici verò in causa laicorum cogi non debent, nisi cùm aliæ probationes haberi non possunt. 14. q. 2. *quamquam.*

† Cap. 1. ti. de Pactum. in 2. compi. & vide l. 1. ff. de fide instr. & l. eũ qui nocentem. ff. de iniuriis. gl. in l. si quand. C. de testib. & Specul. ti. de testium cõpulsione.

¶ *Gloss. sequ. quærit, & soluit.*

h ¶ *Timore.*] Sed quis probabit hoc? Certè eo ipso quòd, monitus est, & non vult testificari, præsumitur contra ipsum, quòd non bono animo hoc faciat: & ex hac præsumptione compellitur *arg. C. quis mili. non pos. super serui. libr. 12.* & testes muniti cogendi sunt *Coll. de testi. si quando Auth. sed hodie.* & sic hodie seruatur [b]. & si constaret, quod pars aduersa hoc faceret, debet excommunicari. ӡ. tit. prox. dum causam. 1. § *quòd si fortè. & c. constitutis 1.*

i ¶ *Passim.*] Scilicet [c] in ciuilibus, sed in criminalibus non, nisi agatur ciuiliter: *Vt ĩ. eo. c. dilectorum.*

¶ Idem.

¶ *Compelluntur testes etiam in criminali, quos accusatus malitiose accusatori subtraxit. Hoc dicit secundùm verum, & communem intellectum. Abbas.*

CAP. IV.

PEruenit † ad audientiam nostram, quòd cùm I. Prior sancti Laurentij, coram te fuisset de simoniæ, & adulterij crimine accusatus, quendam, qui contra eum ducendus erat in testimonium, iuramento [k] adstrinxit, vt non deponeret contra ipsum: & infrà. ¶ Nos igitur attendentes, quòd nemo debet [l] aduersario instrumenta [m] (quorum appellatione testes continentur) subtrahere: & quod tam ille, qui subripit instrumenta, quàm qui aduersario partem † aduocationis copiam subtrahit, iniquam ostendit [n] à se litem foueri, experiri debet in se Iudicis auctoritatem clusam [o]: Respondemus, ad detegendum tantę fraudem causam, ...

† *In aliquibus antiquis exemplaribus ita: parte aduocationis, seu defensionis copia, &c. alias, partem. in ant. Vetustissimis.*

b *Standum est ergo interpretationi consuetudinis secũdum P. Iõã. And.*

PEruenit.] Compellitur testis illius fraudem detegere: quid aduersario probationis copiam subtrahit. sic communiter summatur communis diuisio. Secunda ibi, *Nos igitur.* Abb. Sic.

CASVS. Quidam nomine Io. de sancto Laurentio accusatus corã iudice suo de simonia, & adulterio, adstrinxit per iuramentum quendam, qui contra eum ducendus erat in testimonium, quòd contra ipsum non deponeret. Dubitauit iudex, qualiter aduersus eũ sit procedendum, & an testis ille sit cogendus ad testimonium proferendum: quæsiuit à Papa, quid iuris sit? Papa cõsiderãs, quod nemo debet aduersario suo instrumẽta subtrahere, quorũ appellatione & testes continentur, & quòd ille, qui hoc facit, & qui parẽ copiam aduocationis subtrahit aduersario suo, iniquam ostendit à se litem foueri: mãdat ipsum testem compellendum ad detegendum commentum tantæ calliditatis, & fraudis Nota, quod nullus debet subtrahere aduersario suo instrumenta, vel testes, vel parem copiam aduocationis, aliàs potest puniri à iudice. Item nomine instrumentorum continentur & testes.

c *Hæc glossa non est Bernardi, nec habetur in antiquis exemplaribus.*

k ¶ *Iuramẽto adstrinxit.*] Quod fuit temerariũ, & illicitũ, & ideo nõ seruandum: vnde non obstante tali iuramento cõpelli dẽt ferre testimonium super negotio principali. ӡ. *tit. prox. intimauit. & c. constitutis.* & debet denunciari non teneri illo iuramento: vt *in c. constitutis. & ĩ. de accu. olim.* vbi de hoc. Ber.

d *Adde hoc quod appellatione instrumentorum, vt dicit text. vide testes: tamen in termino dato ad producendum instrumentorum possunt testes produci* l. testium C. eod.

l ¶ *Nemo dẽt.*] Hæc verba habuisti. ӡ. *ti. pro. constitutis. & 3. q. 7. c. infames. § sunt autẽ. ver. si quis aũt. & C. de pos. prænũ. dũ.* Ber.

m ¶ *Instrumenta.*] [d] Quod qui fecerit, tenetur ad interesse. 12. q. 2. *si quis de clericis.*

n ¶ *Ostendit.*] Præsumptiuè: sicut præsumitur contra illum, qui ad pecuniæ corruptelam descendit. *C. de pœn. iu. qui ma. iudi. l. 1.*

o ¶ *Elusam.*] Quia instrus iudex non poterat super causa illo procu-

procurante ff. de offi. proconsul. nec quicquam §. Ult.

¶ Gloss. seq. recit. per q. an super principali cogi debeat. ponit opin. Lau. quam partim approbat, demum ponit contrariam, cui signat contrarium. infra eod. c. penul. & ibi remittit.

a ¶ Commentum.] Ex hoc videtur, quòd non sit cogendus dicere veritatem super principali: sed tantummodo reuelare hanc fraudem, & hoc dicebat Laur. & debebat procedi in causa, tanquam deposuisset contra illum, & sic habebat illum pro producto fraude re[iecta], & sic seruauit ille iuramentum suum; & hoc colligi videbatur ex antiqua decr. Sed hoc non est verum, vt hic dicit. & quod dictum est, ad detegendum talem fraudis, a c. supple, & nihilominus super principali debent compelli: vt dicunt infra iura. arg. [illegible] prox. [illegible] & arg. [illegible] dilectorum. vbi fo[ntur]. Dic, quod non compellitur super principali: vt dicebat Lau. sed ad fraudem detegendam debet compelli, vt postea denunciatur nó teneri illo iuramento, postea poterit iurare super principali, vel tenetur, sed non debet compelli, vt sic planum est, & nullum cótrarium, vt dicit Lau.

Alias có-mentū, quæ vox etiam est in antiqua compil. † Sebosen. † Gobosen.

dis, & calliditatis commentū[a] †, ipsum testem meritò compellendum.

¶ Clemens iij. Segobien. † Episcopo.

¶ *Si res aliter probari non potest, etiam in causa criminali compellendi sunt testes. h.d. secundum lecturam notabiliorem.*

CAP. V.

ij PEruenit † ad nos, quòd cū à Laicis enormis, & intolerabilis iniuria Clerico multis astātibus, & videntibus inferatur, iniuriantes in causam tracti, negant se tantum facinus commisisse: & cum læsus eorum testimonio, qui præsentes extiterant, hoc probare desideret, illi nolūt veritati testimonium perhibere: *& infra.* ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd hi qui de rebus Ecclesiasticis[b] testificari recusant[c], si aliter veritas nequiuerit elici, ad illud sūt per censuram Ecclesiasticam cōpellēdi.

¶ Idem.

¶ *Super consanguinitate probanda cogendi sunt testes. Ita communiter summatur. Sed Panormit. nō placet hoc summarium, & suo summat sicut c. i. supra eod.*

Cap. 1. eo. tit. in 3. cóp. Et de materia vide lu[men] Clari in pract. crī. §. fin. q. 14.

a Quæ (dicat quod si haberet aliū) ... ad hoc C... non credit V... sed forte secundū cum deferendum tunc iuramentum. sup. de proc. ex intimatione. Ioan. And.

ij PEruenit.] Super probandis iniuriis clerico illatis cogendi sunt testes. h.d. Cum multis diuisio. Secunda ibi, *Consultationi.* Abbas Siculus.

CASVS. Laici frequenter enormem, & intolerabilem iniuriam inferunt clericis multis præsentibus, & videntibus: iniuriantes in causam tracti negant se tale facinus commisisse: clericus per illos qui præsentes erant desiderat intentionem suam probare, sed illi nolunt testimonium perhibere: quæsitum fuit à Papa, quid iuris esset. Et ipse respondet indirectè, quòd hi qui de rebus Ecclesiasticis testificare recusant, si aliter veritas haberi non potest, ad illud sunt per censuram Ecclesiasticam compellendi. Nota, quòd de rebus ecclesiasticis nolunt testificari, sunt indistinctè cogendi.

b Hæc glossa non est Bernardi, nec habetur in antiquis exēplaribus.

c Puta ad suspensionem sacram, & operas suis sac[ramentum] secundū P... & Ab. Ioan. And.

d In antiquis subiū gebatur, & si clerici iniuriam probare nō possunt, haret ipsorum iuramento, sed quia continebat inæqualitatem, fuit remotū. per quod arg. Hi. de mentione Papæ fuisse testes cogēdos Ioannes And.

b ¶ Ecclesiasticis.] Nomine rerū ecclesiasticarū intelligo clericos, & ita videntes clericū lædi, testificari cōpelluntur. 2. q. 2. *Ecclesiarum seruos. & j. de sent. excom. & hone. cleri. c. vlt.* & ita potest intelligi, quia iniuria crimen est: nam qui de iniuria condēnatur, infamis efficitur. j. *de re iud. cū te. ff. de iis qui no. infa. athletas §. Ult.*

¶ *Gloss. seq. obiicit, & dupliciter soluit, ad primam solutionem signat contrarium, & remittit.*

c ¶ Recusant.] Attende consultationem, & responsionem, & sic videbis, quòd non directè respōdet ad interrogata, sim. *j. de testi. cum in tua.* vbi ita indirectè rñdet. Sed dices, quòd eo ipso quòd respondet, vt super rebus Ecclesiasticis compellendi sunt, à contrario sensu rñdet, quòd super illa iniuria non sunt compellendi ferre testimonium quod cū de vno confiteretur, de altero negare videtur. j. *præsump. nonne. & 25. dist. qualis.* & hoc ideo: quia in criminalibus testes non compelluntur. j. *eo. dilectorum.* quia iniuria crimen est. vnde qui de iniuria condemnatur, infamis efficitur. j. *de re iud. cum te. ff. de iis qui not. infam. athletas §. Ult. Sed contra. j. eo. super his & c. seq.* solutur hæc contrarietas. j. *eo. dilectorum.* Vel dic, quòd persecutio iniuriæ appellatur hic res ecclesiastica, & intelligo quòd ciuiliter hic agebatur pro sua interesse. ᵉ de iniuria alias non comp. illum ut testes[d]. quod intelligo de iniuria facta ordini clericali. Bern.

CÆterum.] CASVS. Quærebatur, si testes sunt cogēdi in causa matrimonij dicere testimonij super causam. Et respondet: quòd tam de iure, quàm de consuetudine comprobata. 14. q. 2. *quanquam.* Nota quòd in causa matrimoniali testes sunt compellendi ad deferendum testimonium: & est notabile in causis de facto.

d ¶ Verirum.] Tam canonicam, quàm ciuile 14. q. 2. *quanquam. & s. eo. per totum. & C. de testibus si quando.*

e ¶ Quàm consuetudo actibus.] Est autem (vt hic satis apparet) consuetudo ius quoddam moribus vtentium approbatum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. *dist. 1. consuetudo.* & consuetudo est optima legum interpres. s. *de consue. cum dilectus.* & sic compellendi sunt testes tam iure scripto, quàm non scripto. *s. eo. sue cum dilectus.* vt hic patet.

CAP. VI.

CÆterum † quòd super consanguinitate cogendus sit testis perhibere testimoniū veritati, nō dubitatur à nobis, cum id tam ius scriptum[d] approbet, quàm consuetudo actibus[e] vtentium approbatat, si ipsum[f] constiterit odio, vel gratia, veritatem supprimere, aut timore[g].

¶ Cælestinus iij.

¶ *Testis synodalis, qui corā ordinario super matrimonio deposuit, non compellitur iurare super eo coram delegato. Hoc primò. Propter superuenientem infamiam a testimonio repellitur. Hoc secundò. Potest tamen, si errauerit incontinenti nō ex interuallo dictum suum corrigere. Hoc tertiò.*

CAP. VII.

PRæterea † si testes publici, quos tua ciuitas nuncupat synodales[h], super causa matrimonij coram te, vel tuo Capitulo semel testimonium reddiderint, non debent compelli, vt in præsentia alicuius delegati iudicis, super eadem causa iterato[i] præbeant iuramentum, dūmodo aliter[k] fiat fides iudi-

¶ Gl. seq. quærit. & soluit.

f ¶ Ipsum constiterit.] Et quis probabit, iam dictum est: quia eo ipso quod monitus nō vult testificari, præsumitur contra ipsum, vt statim compellatur, nec est alia necessaria probatio, & hæc iuris præsumptio sufficit. *arg. ff. de peti. hæred. si quis libertatem. §. planè* Bern.

¶ *Glo. seq. dupliciter exponit, quod hic de odio dicitur.*

g ¶ Timore.] Timor potest referri ad multa, vt ne odio personæ, vel timore hoc contingat, compelli debent *supra* eo. prox. *compl. auten. & consimauit.* & s. e. *peruenit.* & siue etiam odio ipsius sacramenti, quod quidam tenui religione abhorrent. *C. de fin. instr. l. Ult. & j. de simo. & si quæstiones.* & tūc fortius debent compelli: aliàs si nollent iurare dānandi[f] iuramentum, tanquam hæretici debent condemnari. j. *de hære. excommunica. mus. §. si.*

†Cap. 2. eo. tit. in 2. compil.

† Vide text. in l. 3. & ibi Cyn. C. quæ sit lon. consuet.

c Cōcord. l. a §. in operis. & ibi Bart. ff. de n. op. nunciat.

† Cap. 3. e. tit. in 2. cōpil.

b Hæc fuit hæresis Pseudoapostolorum, & Valdensiū. Eymericus in Directo. inquisit. tr. p. 2. q. 12. & 14.

PRæterea.] Communiter summatur vt in rubro, sed quia variis modis intelligitur, posset aliter summari. Et quia hæc summatio generalis potest conuenire cuilibet intellectui, transeo pro nunc cum communi summario. nam ex j. dicendis patebit clarè intellectus. Tres sunt partes quæ per se patent. Abbas Siculus.

CASVS. Cum episcopus visitat parochiam suam, conuocato populo facit aliquos honestiores de plebe iurare, quòd ipsi diligenter inquirant, si aliqui consanguinei matrimonialiter sunt coniuncti, vel si aliqui tales coniungi velint, quòd denunciabunt episcopo, vel eius missis: tales isti dicuntur synodales, de quibus legitur. 35. q. 6. *episcopus in synodo.* & hoc secundùm consuetudinem alicuius loci, vt hic dicit: quos ciuitas sua nuncupet synodales. Secundum hoc sic pone casum. Testes isti coram episcopo, vel coram capitulo semel tulerunt testimonium in aliqua causa: sed causa illa postmodum peruenit ad aliquem delegatum: super eadem causa non debent compelli iterato iurare, dummodo delegatus veritatem aliter intelligere possit: nisi fortè articulus nouæ quæstionis emergat. Secundò dicit, quod si testes illi postquam in communi iurauerunt, infamiam contraxerunt, debent à perhibendo testimonio remoueri: & sic testes illi in suo testimonio errauerunt, sed non studiosè, & incontinenti se correxerint, reprobari non debent, secus est autem, si suæ correctioni interposuerint interuallum. Nota, quòd testis semel tantum in causa iurare debet. Item testis propter infamiam à testimonio remouetur. Item testis incontinenti potest corrigere dictum suum, ex interuallo non.

h ¶ Synodales.] De quibus habes 35. q. 6. *episcopus in synodo.* j. *de accu. sicut olim.*

i ¶ Iterato.] Iuramentum enim istorum testium ad totum tempus debet extendi, dum durant in officio illo, vel tam iuramentum illud in synodo præstiterunt, siue coram ordinario, siue coram delegato causa illa tractetur: vt hic innuit: sicut iuramentum calumniæ, quod in causa contingit, extenditur. j. *de iuramen. calu. Accusa. in hoc iuramento.*

¶ *Gl. seq. arg. à contrario, & illud reprobat.*

k ¶ Aliter.] Et si aliter non fiat fides, innuit hæc litera, quòd iterū iurare debeat corā delegato etiam pro eadem causa: sed non videtur, quo iterū iurare debeat: vnde satis potest suppleri, maximè, sicut & testis ex quo semel iurauit ferre testimonium in aliqua causa

§ Dicit hic Host. hoc esse generale in omnibus officialibus, qui iurant officium exercere, si sint testes, simul etc. fine libello, vel numero cū, eum vedeto.

causa, non debet amplius iurare super illa, nisi emerserit aliquid de nouo.

a ¶ *Quæstionis.*] Tunc enim debet iurare super articulo illo nouæ quæstionis: quia primum iuramentum non extenditur ad illum articulum nouæ quæstionis: quia cum præstitit illud in synodo, vel coram Episcopo non cogitabatur de illo, & quod iterum iurare debeat probatur *s. ti. prox. fraternitatis.* Sed nouus articulus probatur tam per antiquos testes, quam per nouos prius præstito ab omnibus iuramento vt *s. tit. prox. c. de testibus.* & *C. de temp. appell. per hanc.*

b ¶ *A perhibēdo.*] Nota ergo, quod testes huiusmodi synodales propter infamiam superuenientem remouentur à testimonio perhibendo, non autem à perhibito: quia infamia, vel delicta superuenies non vitiat, quod legitimè factum est. *j. de eo qui cog. consang. Vxo. sua. discretionem.* & *c. tua.* & *c. iordanæ.* ar. *s. de test.* [illegible] *7. c. infamia. §. [illegible]* *ff. de off. præto.* Barbarius. sic scriptum Papæ non cassat ea quæ legitimè facta sunt. *s. de testib. spol. audita.*

c ¶ *Remoueri.*] Habes hic, quòd infamia repellitur à denunciatione, vt *j. de spon. cum in tua.* & *j. de acc. cum dilectus filius.* & *c. si. [illegible] olim.* & *ff. de popularis. act. popularis action.* Hugo contra. Bernardus.

d ¶ *In communi.*] Id est in synodo, vel auditorio communi. 35. *q. 6. episcopus in synodo.*

¶ Gl. *se. recc. per quæ & solu. in fine signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *Incontinenti.*] Id est in eadem instantia iudicij, antequam loquatur partibus, vel antequam recedat à præsentia iudicij: quia postea subornatus præsumitur. sed hoc posset intelligi habito respectu ad qualitatem personæ: vt sic possit corrigere, vel addere etiam ex interuallo. Qualiter intelligatur incontinenti, probatur. *ff. de verb. oblig. continuus actus.* *ff. de adulte. quod ait lex §. sllegat. fi. C. de erro.* [illegible] *32. q. 1. apud misericordem.* & melius. *s. de elec. quia propter.* ibi inuenies multas expositiones huius verbi incontinenti. [illegible] *Arg. contra. 35. q. 9. quod quis commisit:* sed illa [illegible] hoc.

ci delegato: nisi fortè articulus nouæ quæstionis [a] emergat. ¶ Huiusmodi † verò testes publico iure possunt propter infamiam à perhibendo [b] testimonio remoueri [c], si eam postquam in communi [d] recepti fuerunt, contigerit contraxisse. Quorum testimonia se quandoque non studiosè, sed in proferendo errauerint, & si incontinenti [e] correxerint, reprobari non debent: secus autem erit, si correctioni suæ interposuerint interuallum.

¶ Inn. iij Priori sancti Fridiani, & magistro P. Canonico Pisano.

¶ *Cum de fama, vel vitio falsitatis inquiritur, cogendi sunt testes. Hoc dicit secundum Ioan. An. sed secundum Panor. nimis restrinxit textum.*

CAP. VIII.

SVper † his [f]: *& infrà.* ¶ Cæterum volumus, & mādamus, vt super inquisitionis articulis [g] tam de fama electi, quàm literis contra eum sub nomine longè maioris, & sanioris partis Capituli destinatis, cogatis [h] testes, qui nominati fuerint, perhibere testimonium veritati.

¶ Idem Archidiacono Mediolanensi.

¶ *Testes, qui se subtrahunt, etiam in criminali cogendi sunt.*

f ¶ *Super his.*] Cas. Quidam electus fuit in Episcopum Lucan. quidam canonici se opposuerunt, dicentes, quod erat malæ famæ, & quod matrimonium contraxerat cum vidua, & literas contra ipsum nomine capituli ad dominum Papam miserunt: super his articulis committit Papa inquisitionem: dubitabatur an testes ad hæc probanda debeant compelli. Respondet Papa, quod testes, qui ad hæc probanda nominati fuerint, compellantur.

f ¶ *Super his.*] Hæc decr. est pars illius, quam habes *j. de acc. super his in fi. illius decisa est.* Et de hac materia loquitur. *s. tit. prox. tam literis.*

¶ Gl. *seq. ponit casum.*

g ¶ *Articulis.*] Ex hoc loco potes sumere casum tam illius decr. tam literis. *Supr. prox.* quam illius super his, *j. de acc.* Quidam electus fuit in episcopum Luc. & quidam se opponebant electioni illius dicentes quod erat malæ famæ, & quod matrimonium contraxerat cum vidua, & miserunt contra electum nomine capituli domino Papæ literas, quas tam electus, quam capitulum falsas dicebant. & capitulum negabat se misisse literas illas: & de istis articulis mandat Papa inquiri, & ad hæc probanda testes cogi sunt compellendi.

¶ Gl. *seq. sign. contrarium & remittit.*

h ¶ *Cogatis.*] Hic compelluntur testes in criminibus, & etiam in irregularitate. *j. c. prox.* & sic est contra. *s. eo. peruenit.* & *j. eod. dilectorum.* vbi soluitur.

CVm contra.] Super crimine falsi cogendi sunt testes. sic summat Ioan. And. Sed certè non elicitur hoc simpliciter ex textu, quia mandat sub conditione, si gratia, odio, &c. & sic non ponit speciale in crimine falsi. quia sic loquitur in aliis causis criminalibus, *suprà eadem. super eo.* Communis diuisio: secunda ibi. *Nos igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Magister Rodulphus impetrauit literas à sede Apostolica, dum ipse tam per se, quàm per procuratorem illis literis vteretur, obiectum fuit ei, quod essent falsæ, quod cum ipse negaret, pars aduersa voluit hoc probare, petens vt testes, quos ad hoc probandum nominaret, compellerentur: quærit archiepiscopus, cui literas direximus supradictas; vtrum testes super articulo falsitatis huius essent compellendi? Respondet Papa, quod si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, compellat eos veritati testimonium perhibere. No. testes in criminalibus compellendos.

¶ *Glossa seq. ponit dubitationis causam, signat contrarium, & remittit.*

CAP. IX.

CVm contra magistrum R. super eo quod dicitur à sede Apostolica falsas literas reportasse: ac eis per se, vel per procuratorem vsum fuisse, tibi dereximus scripta nostra: postulasti per sedis Apostolicæ oraculum edoceri, vtrùm super præfato vitio falsitatis, testes compellere [i] debeas nominatos. ¶ Nos † igitur respondemus, quòd testes prædicti, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, eos per censuram Ecclesiasticam debes appellatione remota compellere veritati testimonium perhibere †.

¶ Hono. iij Abbati, sancti Eugenij, & magistro G. Cano, Senen.

¶ *Non summatur propter varietatem lecturarum, nec etiam diuiditur.*

CAP. X.

DIlectorum filiorum Vulterani Capituli ex parte vna, & Episcopi Vulterani ex altera, procuratoribus in nostra præsentia constitutis: & infra. ¶ Testes † qui fuerint nominati, præterquam super criminibus [k] (si se gratia, odio,

i ¶ *Compellere.*] Dubitationis causa fuit: quia videbatur, quod in criminibus non sunt compellendi testes in *Auth. de testibus. §. quoniam. coll.* [illegible] *C. eod. si quando in princ.* ex eo quòd dicit, ibi, in pecuniariis causis testes cogendi sunt, videtur, quòd non in criminibus: sed contra hoc mandat Papa, scilicet quod compellantur. Sed *supra c. prox.* & *in seq. c.* dicit, quod in criminalibus non compellantur, sed ibi habetur contrariorum solutio [d], & quando compellantur, & quando non.

DIlectorum] CASVS. Inter capitulum Vulteran. ex parte vna, & episcopum eorundem ex altera, super diuersis articulis per conuentionem, & reconciliationis modum quæstio vertebatur: procuratoribus vtriusque partis in præsentia Papæ constitutis interuenerit, mandat Papa quibusdam, quatenus testes qui fuerint nominati, si se odio, gratia, vel timore subtraxerint, per censuram Ecclesiasticam compellant veritati testimonium perhibere. Nota testes super criminibus non compellendos.

¶ *Gl. se. hic duas partes. Prima dicit testes in ciuilibus cogendos exceptis mediatores & certos priuilegiatos. Secunda ibi, In criminibus tractat principaliter de ipsorum compulsione in criminibus, & facit septem. Primo alleg. pro & contra. Secundo ibi, Super hoc. pon. t opi. qua licet illos cogi, cum de crimine ciuiliter agitur. Tertio ibi, Sed hic. illam impugnat. Quarto ibi, Ideoque. ponit opi. suam, qua licet illos non cogi, etiam cum de crimine ciuiliter agitur. Quinto ibi. Qualiter respondet ad contrariam opi. [illegible] reassumens. Sexto ibi, Aliq. [illegible] & continuat opi. contrariam dicens illam a [illegible] Septimo ibi, [illegible] ponit opi. Innocentij.*

k ¶ *Super criminibus.*] Causa compulsionis testium est, quod in causis ciuilibus, aliter veritas haberi nō potest, indistinctè ibi compellendi [illegible], quia latet, ne veritas occultetur [illegible] quamquam. & quia mortaliter peccant, qui veritatem celant. [illegible] *quis mo.* vnde moniti [illegible] indistinctè compelli debet testes. *s. eo. super eo.* & eo ipso quod monitus non vult testificari, præsumitur, quod etiam [illegible] hoc faciat, vt sæpius [illegible] est *s. e. cau.* [illegible]. Quid ergo [illegible] in pecuniariis causis non compellantur, vt in mediatoribus qui nō cōpelluntur ferre testimonium in con-

† *In pluribus vetustis codi. sic habetur:* Huiusmodi verò testes publici, iure possunt, &c. & *in paucis habetur vt in cōtextu.*

† *Ca. 3. ti. de acc. suo loco.* [illegible] *comp.* [illegible]

a *Satis est, quod testis adhibitus testamento communi opinione eo tempore habeatur pro libero. Ioā. And.*

b *Quidam dicūt, quod in testis potest reuocare errorē vsque ad sententiam, sicut & principalis. C. de iu. & fac. ign. l. error. quod nō placet Goff. Ioann. And.* *Vnde dicit Host. quod licet multa sint scripta, ipse putat hoc arbitrarium, vt cōsiderata qualitate personæ, quantitate interualli, colloquio partium, & reliquis circūstantiis, iudex correctionem admittat, vel nō, & facit, quod dixi in [illegible] Ioann. And.*

† *Nos igitur taliter, &c.*

† *Addi. quod debere [illegible] multam concor.* [illegible] *si qui [illegible] di. non co tem.*

† *Qualiter cogatur testes testificari, vide per Specu. de teste. §. sequitur.*

d *Pr. [illegible] dixā, quod [illegible] & [illegible] de probanda exceptione criminum cōtra testes. Ioann. And.*

e *De hoc [illegible] dumtaxat Ioan. And.*

vel timore subtraxerint) per censuram Ecclesiasticam cogatis veritati testimonium perhibere.

¶Idem Episcopo Bonon. & magistro B.

¶Ad detegendam virtutem coniurationis, coguntur socij etiam iurati.

CAP. XI.

VEnerabilis frater noster Archiepiscopus Rauennaten. proposuit, quòd ciues Cerucen. † cum M. & I. quondam Clericis Ecclesiæ Rauennaten. quandam præsumpserunt coniurationem [a] facere contra eum: nihilominus in detrimentum eius dantes eis quandam pecuniæ quantitatem, & ad hæc celanda se adstringentes vinculo iuramenti, vnde humiliter supplicauit, vt cùm causam super his, & quibusdam articulis vobis duxerimus committendam, & ipse intentionem suam probare non possit nisi testimonio ciuium prædictorum †, prouidere ei † (ne pro defectu testium pereat sua iustitia) dignaremur. ¶Ideoque mandamus, quatenus monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione remota cogatis illos, quos videritis compellendos, vt ab huiusmodi iuramento [b] absoluant, quos idem Archiepiscopus ad testimonium duxerit producendos; eos [c] nihilominus (si se gratia, vel odio, vel timore subtraxerint) districtione simili compellentes ad perhibendum testimonium veritati.

contractibus, in quibus mediatores fuerunt, nisi de consensu partium in *auth. eo. §. quoniam. coll. 7.* Item in alijs casibus, qui quasi priuilegiati sunt *4. q. 3. c. si testes. § item in criminali. Ver. item inuiti* & tribus c. seq. In criminibus verò patet hîc, quòd compellendi non sunt. & ar. ad hoc. *C. eod. si quando. in prin. & § eo. peruenit.* In contrarium videtur, quod benè sunt compellendi. *§. eo. super his. &c. cùm contra.* in quibus expressè compelluntur. & *arg. §. tit. prox. cùm causam. Ver. testes autem &c. sed ibi. Ver. ille soluitur,* & ad principales testes illud restringitur. & *4. q. 3. item in criminali. Ver. item lege Iulia publicorum iudiciorum.* Ex eo enim quòd certæ personæ ibi non compelluntur, datur intelligi, quòd aliæ cogi, arguitur: quia quod de vno negatur, de alio &c. *25. dist. qualis. ff. eo. l. Iulia.* illæ enim personæ priuilegiatæ sunt propter [illegible] tatem, vnde aliæ omnes compelluntur. Sed per hoc dicunt [illegible], quod si agitur directè in [illegible] nunt [illegible] testes compellendi. Si verò ciuiliter agitur de crimine in modum exceptionis, vel denunciationis, aut etiam in inquisitionis, tunc compelluntur: *Vt supra eod. tit. super his. & §. de simo. licet Hely.* Sed huic distinctioni contradicit expressè hæc decre. nam non poterat agi criminaliter in hac decre. sed ciuiliter tantùm, duabus rationalibus. Primò, quia hic agebatur causa conuentionis, & reconuentionis inter episcopum, & capitulum, vt patet in antiqua: & quia per procuratorem, & littera ista dicit, procuratoribus constitutis. sed procurator non interuenit in causa criminali *§. de accusat. veniens. & ff. de publ. iudi. l. pen. §. 3.* [b] & 5 *q. 3. in criminalibus.* & in crimine non fit mutua accusatio, vel denunciatio: quia non relatione criminum, sed innocentia reus purgatur. *ff. de pub. iud. [illegible] quis. & 3. q. 11. neganda.* & sic necesse est, vt dicamus, quod hic observabantur etiam in testibus [c], vt à testimonio repellerentur. & ideo dicunt [illegible] testes sesilicet qui non nati fuerint, præterquàm super criminibus [illegible] eóque dicendum est, quòd super criminibus testes compellendi non sunt, siue directè agatur de crimine, siue ciuiliter, vt hic patet, & § *eod. peruenit,* & hæc ratio: quia in infamiam alterius nemo debet fidè prosilire: quia tales, detracti res dicuntur. *6. q. 1. ex merito & c. tribus seq.* ergo multò fortiùs nec compelli. Quid ad illud, respondebis capitulo *§. proximè?* Ad illud, *super his.* in casu quòd ibi compelluntur testes ad probandum infamiam, siue irregularitatem contra electum, ne indigna persona ad apicem dignitatis promoueatur per surreptionem, quia vilis persona ad tantam dignitatem surreptione promoueri non debet. & iudex ex officio suo hoc facere debet pro iure publicæ vtilitatis: quia ille omnibus de sua plebe præficitur, & sic est quasi speciale in causa inquisitionis. & *§. de sim. licet Hely.* & in inquisitio non fit, nisi vbi infamia præcessit: vnde ibi non compelluntur testes in infamiam alicuius, sed ex tali compulsione, si probetur crimina, oritur infamia. *§. tit. prox. testimonium.* & quia ibi agebatur de falso per inquisitionem: adeò compelluntur testes, ne talis falsitas remaneat impunita ex defectu testium in quo casu intelligitur *prox. c. cùm contra,* quia dico illud speciale in crimine falsi [d]. & præcipuè in litteris Papæ, in quibus multa specialia sunt. *§. de crim. fal. ad falsariorum.* & idem in casu seq. c. Dico ergo, quòd vbicunque agitur actione odiosa, vel exceptione, per quam ad infamiam alicuius procederet, non sunt compellendi testes (vt dictum est) nisi in casibus prædictis. secundùm leges compelluntur, nisi in casibus vbi specialiter non debent compelli, vt dictum est. & hoc dicunt Tan. & Vin. Alij contrarium dicunt, prout dictum est. Sed supradictis omnibus rationibus postpositis, facili respondebis secundùm illos qui dicunt, quòd semper cópellendi sunt testes, nisi agatur criminaliter tantùm. Dic, quod nulla criminalis erat quæstio inter episcopum, & capitulum, sed ciuilis tantùm, vt patet in integra *in 5. compilatione*, scil. c. conuentio. & reconuentio. & quod dicit, testes, qui nominati fuerint, cogatis veritati testimonium perhibere si gratia, odio, vel timore se subtraxerint, præterquam super criminibus: sic debet intelligi, quòd testes in ciuilibus quæstionibus sunt compellendi, sed in criminalibus non debent compelli: & sic Papa prouidet hîc nouum ius, & sic contrarium nullum contra illos. & sic non oportet dicere, vt dicunt, quòd hic erat controuersia inter episcopum & capitulum super pluribus articulis ciuilibus, & super criminalibus: & quòd sic erant procuratores ad excusationes tantùm allegandas: vel quòd dati erant lite contestata: ista stare non possunt, vt patet in antiqua decre. & per [illegible] prædicta: ciuilis enim, & criminalis quæstio non concurrunt simul: immò criminalis præiudicat ciuili. *3. q. vlt.* [illegible] *c. non est §. aliquando.* Sed magis æquum [e] videretur, quòd semper compellerentur, qualiscunque agitur, ne crimina remaneant impunita, dum tamen non criminaliter dicat [illegible], nec per viles personas quis condemnetur. *ar. contra. §. de sen. excom. Vt fame.* cum suis concor. ibi positis. & ar. *§. de testi. c. 1. & c. 2. vlt. § & §. tit. prox. cum causam. Ver. testes autem, &c.* & *§. eo super his. &c. cùm contra. & §. c. præs.* Ioan. iij. dicitur quòd non est peccatum tacere, id super quo testes inducentur, non sunt compellendi sed si peccatum est tacere, compelluntur.

VEnerabilis.] Diuiditur. Nā in prima parte ponitur iusta petitio. In secunda ipsius exauditio ibi, *Ideoque.* [b] bb. Sicul

CASVS Ciues Cerucen. cum duobus M. & I. quondam clericis ecclesiæ Rauennaten. quandā fecerunt coniurationē contra archiepiscopum Rauennaten. dantes eisdē clericis quandā pecuniæ quātitatem. & ad hæc celanda se iuramento vinculo adstrinxerunt: Archieps super his, & quibusdam alijs articulis contra ciues, & clericos prædict. ad Bonon. [illegible] & eius cō iudicē litteris impetrauit: vnde cùm intentionē sua probare non posset, nisi testimonio ciuiū prædictorū, supplicauit dño Papæ, vt sibi prouidere super hoc dignaretur: ne ergo ex defectu testiū sua iustitia deperiret, mandat Papa eisdem iudicibus, quatenùs monitione præmissa per censurā eccle cōpellant illos, quos viderint compellendos, vt ab hmōi iuramēto absoluāt illos, quos archieps ad testimoniū duxerit producendos, & nihilominus si illa se gratia, odio, vel timore subtraxerint, simili censura cōpellant eosdē ad perhibendū testim. niū veritati. No. testes cōpellēdos ad cōiurati nē [illegible] Itē iuramētū temerariū nō repellit à testimonio. Itē impedientes iurisdictionem iudicis possunt compelli, vt eum non impediant.

¶*Glo seq. vect. per q. quæ sit pœna conspirantis contra episcopum.*

a ¶*Coniurationem.*] Clerici enim qui contra episcopum suum faciunt coniurationem, vel insidias parauerint, deponendi sunt, & tradendi curiæ sæculari, vt puniantur. *11. q. 1. si quis sacerdotum. & c. coniurationum* & tribus c. seq. laici verò qui contra episcopum suum conspirationem faciunt, sunt excommunicandi, & communione priuandi. *11. q. 1. conspirationum.*

¶*Glo seq. obijcit, & soluit in fi. arg. socium, &c.*

b ¶*Iuramento absoluant.*] Sed vr. quòd non debeat absolui, cū iuramentū non tenuerit: vnde potiùs denūciandi sunt nō teneri huiusmodi iuramento ligati. *§. tit. prox. constitutus. & c. intimauit, & §. de eo. olim,* & na hæc absolutio potiùs dicitur fieri ad cautelam, sicut de factis quādoq; absoluūtur aliqui, vt possint testificari *§. tit. prox. Veniens in fine.* præterea & alia ratione iuramētū huiusmodi nō tenuit: quia coniurationes hmōi illicitæ sunt. *11. q. 1. si quis sacerdotum, & c. coniurationum.* & c. sed ergo tale iuramentum non est seruādum, cùm vergat in dispendium salutis æternæ. *§. de iureiur. si verò & 22. q. 4. si aliquid.* & in multis c. eiusdem q. & quia nō habuit tres comites, scil. veritatē, iustitiam, & iudicium, vt ea c. 22. q. 2. *animaduertendū.* vel licèt sit illicitū, auctoritate propria nō debet quis venire cōtra. *ar. contra. §. de el. Venerabilē.* Itē habes hic, quòd socius criminis admittitur ad legendā cōspirationē, immò certè tenetur illā cōspirationē manifestare & denūciare. *6. q. 1. c. si quis cum militib. in fi. & 79 dist. si quis Papa.* Item in defectum testium admittuntur minus idonei testes admittuntur, qui aliàs non admitterentur. *C. de hæ. l. pen. & 4. q. 3. c. si nardus. Ver. testes. § item serui responsio.* & propter defectum testiū admittuntur, qui aliàs admitti non debent. *§. de elect. cùm dilecti.*

c ¶*Eos.*] Cùm [f] fuerint absoluti, vt voluerint ferre testimonium propter iusiurandum, nihilominus, &c.

a *De his priuilegiatis satis in Spe de teste. §. pen. in prin cip. Io. And.*

† *Cerucen.* † *Ceruiā.* † *Tremiū.*

b *Alias. 1. & vide in c. veniens. pr. 2. Alle. super 1. gl. Io. And.*

Licet Host. menat ep. contrariam glossatori, illud tamen dictum benè sibi placet. Ioan. And.

d *Quid erit de crimine heresis, simonia, & læsæ maiest. secundum Host. quæ dicit se rationem huius specialitatis non videre. Ioan. And.*

† *Vide l. fi. C. de hæ. & l. quotiens. ff de quæstio. & l. cū probatio. ff. de probatio.*

† *Dictio, et desit in mul tis antiquis.*

e *Dicit Pet. de Sam. hic, quod per hæc verba gl. non vcedit a superiori sua opi. ipse verò dicit hoc tenendū, quod vbi iudex procedit ex officio etiā in crimina- li, coget testes, si ad alterius petitionem non cogit. Ioan. And.*

f *Hæc clausula nec in antiquis exemplaribus habetur.*

DE

DE FIDE INSTRVMENTORVM.

¶ *Continuata est hac rub. secundùm Ioan. And. supra in rubric. de testib. Vel dic tu sic: Visum est suprà de vna specie probationis, qua scilicet fit per testes, nunc subiicit de alia, qua fit per instrumenta. Abbas Siculus.*

De hac materia habetur 2. q. 9. §. si debitū.

S I scripturam.] CASVS. Dicitur hic, quod si non appareat authētica scriptura, non potest fieri exēplaribus fides, nisi supple esset trāscriptū per iudicem, & eius auctoritate publicatū. Not. q exēplari non creditur, nisi ostendatur originale.

† Lib. 2. Epist. 3. c. 42.

¶ *Glos. seq. recit. per quæ scriptura dicatur authentica.*

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cōp. *Et quæ dicatur publica scriptura, tradit Romanus.* consil. 77. *Alex.* consil. 65. l. 4. *hoc spectāt tradita per Ioā. de Anania* cōsil. 33. *& per Antonium de Butrio* consil. 11.

a ¶ *Authenticam.*] 25. q. 2. *decens.* Authentica scriptura est, quæ per manum publicam, vel per iudicem cum trium testium, vel duorum ad minùs subscriptione, vel testimonio facta est in *Authen. de instrum. cau. §. sed instrumenta. coll. 6. vel duorum vero rum. ī. de proba. quoniā contra.* vel quæ habet sigillum authenticum. *ī. ca. prox. & supra de prob. post cessionem.* & etiam scriptura, quam facit priuatus in præsentia trium testium, videtur authentica: *in Auth. de instru. cau. §. si tamen quisquam coll. 6. & Cod. qui po. in pig. ha. l. scripturas.*

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cōp.

¶ *Glos. seq. ponit casum exceptum: quaerit, & e luit.*

TITVLVS XXII.

De fide instrumentorum.

¶ Gregorius †.

¶ *Instrumenti exemplum non solemniter sumptum, fidem non facit absque originali. Hoc dicit secundùm ipsius mentem.*

CAP. I.

SI † scripturam authēticam [a] non videmus, ad exemplaria [b] nihil facere possumus.

¶ Alexander iij.

¶ *Corruit instrumentum, si testes inscripti decesserint, nisi sigillum habeat authenticum, vel à Notario sit confectum.*

CAP. II.

SCripta † verò authentica [c], si testes inscripti decesserint (nisi per manum publicam [d] facta fuerint, ita quòd appareant [e] publica, aut authenticum sigillum [f] habuerint, per quod possint probari) non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.

¶ Idem.

¶ *Rescriptum Apostolicum propter rasuram in loco non suspecto, non censetur vitiosum. h. d. secundùm mentem.*

CAP. III.

EX † litteris vestris accepimus, quòd cum causam, quę inter magistrum A. & R. super capella de Ambitoria † vertitur, de mandato nostro susceperitis terminandam, prefatus R. litterarum sibi copiam fieri postulauit [g]. Qui cùm eas argueret falsitatis: quia in narratione facti abrasæ [h] sunt, vbi scriptum est, iura parochialia: *& infrà* † Dicimus, quòd propter abrasionem illam, iudicari falsæ non possunt, nec etiam haberi suspectæ, præsertim cùm & priuilegia in possessionibus [i] abradantur: & litterę in narratione facti (si erratum est) possunt incunctanter abradi.

¶ Idem Eboracēn. Archiepiscopo.

¶ *Redargueti priuile iū de falso, Iudex faciet illud exhiberi in ram Iudice, & paucis, & in loco con. tuo, & securo & interim a bitur sentent. a lata per illud. fi*

CAP. VI.

ACcepimus † litteras, quas Abbas sancti Augustini contra Cantuariēn Archiepiscopum transmisit: *& infrà.*

b ¶ *Exemplaria.*] *C. de eden. Auth. si quis in aliquo.* nisi ipsa exēplaria sumpta, & publicata sint iudicis auctoritate. C. de test. publicati. & ī eod. c. vlt. arg. C. de iu. emph. l. vlt. §. & si quidem dominus circa fi. a C. de re iu. gesta. Sed pone, quòd ita Papa mādat, procedatis secùndum tenorem priorum litterarum, & primæ litteræ non constarent, nunquid poterunt procedere? Dicas, quòd non [b], nisi prima forma priùs appareat per iura prædicta, vel nisi probetur tenor prioris rescripti non cancellati, non vitiati. ī. de priuil. cùm olim. nam per litteras vltimas non datur iurisdictio, vel si datur, non constat per eas de priori forma, & ideò non potest procedi per ipsas: sic non tenetur quis exequi sententiam, nisi ei fiat fides de iurisdictione. ī. de off. deleg. cum in iure.

a *p Nouū enī byzantium dominus recepit, non per procuratorem, sed per se, vel per litteras, vel per scripturam factam apud iudicem, vel tabularios per attestationem. Ioā. And.*

b *Idē Host. & Gul.* in Spec. de instru. edi. §. videndum. ve. si quid ecce. *Ioan. And.*

SCripta verò.] Io. And. non summat: quia breue est. Ant summa si priuato instrumento non creditur, publico sic. Publicum dicitur, si manu publica est confectum, vel sigillo authentico est sigillatum, cum subscriptione testium. Hæc summatio non placet Panor. tum quia ex littera non colligitur, tum quia non putet veritatem in se continere, per ea quæ dixi in c. præced. nu. Et in hoc c. aliquid tangit. Et non diuiditur quoad literam, sed quoad intellectum: primò ponit dictum, secundò duos casus excipit. Abbas.

CASVS. Ecce aliquis exhibet in iudicio aliquam scripturam factam per manum aduersarij, vel ab alio, ita tamen quòd non per publicam personam, cum subscriptione testium: sed testes inscripti in illo instrumento mortui sunt: quæritur, verùm scriptura illa valeat, & fidem faciat, si negetur ab aduersario suo; Respōdet Papa, quòd si testes inscripti mortui sunt, scriptura illa non obtinet firmitatem, nisi per manum publicam facta fuerit, vt appareat publica, aut habuerit sigillum authenticum, per quod possit probari. Nota, quòd instrumenta publica, & sigilla authentica fidem faciunt.

¶ *Glo. seq. distinguit inter instrumenta publica, & priuata, & in priuatis subdistinguit per personales actiones à realibus, & præiudicium scribentium & eorum contra quos.*

c ¶ *Authentica.*] Instrūm ita publica perpetua firmitate nituntur ad damnum, & commodum vtriusque partis. arg. 54. dist. c. 11. q. 2. si quis. de clericis & ī. de pac. cum pridē & 4. q. 3. c. si testes §. item sæpe fit. C. de fid. instr. in exercendis. Priuata verò ab aduersario scripta ita q constet, vel à quocūque, dum modò partium, vel testium subscriptione fulcita sint, in actione personali robur obtinent firmitatis. in Auth. de instr. cau. §. sed & si quis. coll. 6. & talis scriptura dicitur authentica, vt hîc patet. In reali [e] verò actione instrumentum manu publica confectum præponitur tali instrumento priuato, nisi priuatum instrumentum habeat trium, vel ampliùs subscriptionem testium. C. qui po. in pig. ha. scripturas. priuata verò instrumenta valent in præiudiciū illorum, qui ea scrib. m. Cod. de non nu. pecu. generaliter. & ff. depositi. publia. §. vlt. ad commodum verò eorū minimè. C. de proba. l. instrumenta tātū nes. exempla. Lau.

e *Hoc intēdit, quod si habes publicum instrumentum de debito, & ego habeo talem scripturam, in adiudicatione hypotheca res, præferri mihi. Ioan. And.*

† Ca. 1. e. t. in 2. comp. *Et vide Baldum* in l. in bemus. C. de test. *& Felinum* in c. *fraternitatis infra de hæret. & Matthæum de Afflictu* decis 405.

† Alodon.

d ¶ *Per manum Publicam.*] Id est per notarium, qui seruus publicus dicitur. ff. rem pup. sal. for. l. 2.

e ¶ *Appareant.*] Ratione subscriptionis: in Auth. de fid. instru. §. 2. coll. 6. Vin.

¶ *Gl. seq. quærit, & soluit.*

f ¶ *Sigillum.*] Sed quod dicitur authenticum sigillum? Authenticum dicitur sigillum episcopi, & ei creditur, quandiu contrarium non ostendatur. ī. de proba. post cessionem & 11. q. 13. curæ. Item sigillum capituli. ī. de proba. c. 3. 73. dist. in nomine patris. in fi. Itē sigillum alicuius principis sæcularis, cui creditur de consuetudine ī. eo. cum dilectus. Item arg. 19. q. 3. statuimus. & ff. de cust. & exhib. re. diuus [d].

† Ca. 1. e. ti. in 2. comp. *Et vltra alios vide in hoc Gand. Papa.*

ADDITIO. In Auth. de instru. cau. & fi. §. sed & si quis. & talis scriptura dicitur authentica.

EX litteris.] Communis diuisio: secunda ibi, *Diximus* Abb. Sicul. CASVS. Inter A. & R. vertebatur quō super capella de Ambitoria, quæ fuit commissa quibusdam iudicibus, partibus coram iudicibus constitutis dictus R. postulauit sibi fieri copiā litterarum: qui cū eas inspiceret, cœpit illas arguere falsitatis, propter q in narratione facti, vbi scriptū est iura parochialia, erant abrasę: Iudices super hoc dubitantes quæsiuerunt, an pp hoc debeant dici falsæ. Rñdet Papa, q pp abrasionem illam non possunt iudicari falsæ, nec suspectæ: quia etiā priuilegia in nominibus possessionum abraduntur, & literæ si in narratione facti erratum est, possunt abradi. Nota, q litterarum copia facienda est aduersario ad inspiciendum. Item vbi ius non constituitur, non nocet rasura: quia narratio facti non facit ius.

d *Illa l. probat nō credi litteris lemarcha, quæ retulit malefactorem, sed ex integro quæratur: & si malè & dolosè retulit, punitur. Io. And.*

¶ *Glo. seq. recit. per q secunda per obiectionem.*

g ¶ *Postulauit.*] Qđ de iure petere potuit, cū sit cōe instrūm, imò iudex tenet illud partib. exhibere ī. de dila. præterea. qđ si nō fecerit, appellari poterit. ī. e. G. porrectus. nā & pars instrūm tenet quis alteri parti exhibere, ex quo vtitur illis in iudicio. ī. e. c. prox. & c. contingit & C. eo. l. vlt. cū ea vult arguere falsitatis, vt ibi dicit.

h ¶ *Abrasæ sunt.*] Vñ videbať dubitandū, cūm rescriptū dēt apparere nō vitiatū, nō cācellatū. C. de edic. Hadri. tol. l. vl. & sine reprehēsione bullæ, & chartæ, vel litterę ī. de priu. l. cū oli. & hoc intelligo verū, vbi est ius cōis, & vbi Papa rñdet de iure: sed in narratiōe facti pōt abradi, quia hic ad ius nō pertinet, sed ad qō pertinet fides i. facti. C. de te. ti vnus quia nō stat r tali narratione, nisi illud probetur nec dī propterea vitiosum rescriptū, si de eadē manu rasura reposita est i l. co nō suspecto: si verò litterę essēt clausę, tūc nō noceat ar. C. de fi. inst. cōparationis. & C. de te. ti vni [a]. L.

e *Hoc in confirmatoriis, vt dixi in text. sed Go. hoc intelligit de modica mutatione litteræ, vel simile: secus si totū nomen rade retur. arg. ī. de dolo. & contu. c. 2.*

i ¶ *In possessionib.*] Id est, in nomib. possessionū [e], sed in noīb. actoris, vel rei, vel iudicis ibi oīno rasura esset suspecta. tē si vtā ibi. A falsū Latinū, suspectę sūt litterę. ī. d. rescript. ad audiētā. Be.

ACcepimus.] In prima ponitur partis decisa petitio: in secunda

de parte prouisio ibi, *Cùm priuilegia*, Abbas.

Casvs. Inter Archiepm Cantuarien. & monasterium S. Augustini orta fuit controuersia super statu, & libertate ipsius monasterij, ex parte monasterij exhibita fuerunt priuilegia, quorum obtentu lata fuit sententia pro monasterio: postmodũ Archieps dicens illa priuilegia esse falsa, sententiam illam seruare nolebat. Abbas timens aggrauari ab ipso, appellauit ad sedem Apostolicam, & Archieps tulit sentẽtiã interdicti in ecclesias monasterij, pp quod Abbas D. Papæ fuit cõquestus. super hoc scribit Archiepo Eboracen. & eius coniudicibus dicens, quod priuilegia non inspecta non possunt argui falsitatis, & quia difficile esset, & periculosum ea apud sedem Apost. exhiberi, præcipit, vt exhibeãtur prædicto Archiepo Cantuarien. in claustro ipsorũ fratrũ, vel in alio loco congruo, & securo, vsque ad natiuitatem S. Ioannis Baptistæ. Si verò nõ venerit, nec miserit, imponant ei perpetuum silentium ea vlterius arguendi. Interim verò non vult Papa illa priuilegia vacillare, præcipiens sententiã, quæ eorum auctoritate lata est, inuiolabiliter obseruari, & Archiepm in inspectione priuilegiorum xij. hominum numero faciat esse contentum. Not. quod qui dicit priuilegiũ, siue instrumentũ esse falsum, debet sibi tradi ad inspiciendũ. Item ad certũ tempus hoc fieri debet. interim verò priuilegia, & sententia suam obtineant firmitatem.

† *Aliàs loco dictionis, &, est de-ditio, etiam.*

¶Cùm priuilegia non inspecta non valeant [a] argui falsitatis, & difficile sit, & † periculosum ea apud sedem Apostolicam exhiberi: pręcipimus, vt vel exhibeãtur eidem Archiepiscopo in claustro prędictorum fratrum, vel in alio loco cõgruo, & securo [b], vsque ad natiuitatem proximam sancti Ioannis Baptistę. Si verò nec venerit, nec sufficientem responsalem miserit, ei perpetuum silentium imponatis ipsa vlteriùs arguendi [c]. Interim autem nolumus illa priuilegia vacillare [d]: sed præcipimus sententiam, quę eorum obtentu [e] super statu monasterij lata est, inuiolabiliter obseruari: *& infrà.* ¶Iubemus etiam, vt Archiepiscopum in inspectione priuilegiorum [f] duodecim hominum numero faciatis esse contentum.

¶Cælestinus iij. Abbati sancti Secundi.

† *In codice Barbatiæ sita: Abbati sancti Frowundi, & cuiusdã conuentum.*

¶Instrumentum, vel priuilegium, quo quis vtitur coram Iudice, aduersario integraliter legi non debet: sed solum illud capitulum, de quo agitur, edi debet.

CAP. V.

Contingit † interdum, vt dicitis, quòd quandocunque cum aliquo litem habetis, priuilegiũ vestrũ aduersæ parti cogimini plenius exhibere [g]: vnde accidit, quòd occasione vnius capituli, super quo conuenimini, plurima litigia suscitantur [h]: *& infrà.* ¶Consultationi † tuæ taliter respondemus, vt quandocũque super exhibendo priuilegio, vel indulgentia, seu instrumento fueritis requisiti: pręsente iudice [i], aut aliquibus prudentibus viris deputatis ab ipso, audiente parte contraria, tantùmodo recitetur: ita vt si super vno tantùm capitulo † quæstio fuerit, illud [k] solummodo rescribatur, & aduersæ parti copia eius fiat.

† Cap. 3. ep. ti. in 2. cõp. *Et de materia v. Bart. & Baldum in l. fi. C. de precib. imperat. offeren. & Bart. & Angelum in l. fi. Cod. de bon. auct. iud. possid. & Felinum in ca. 1. de probati. n. Bald. & Doctores in l. inciuile. ff. de legib.*

a *Idem Gof. c. prox. in glo. not. tẽpus in fin. de hoc ī. de probatio. li cèt in 1. gl. Io. And.*

a ¶*Non valeant*] Aliàs. n. nec redargui possunt, nec etiam teneri, quod deberet seruari per ipsa: quod totum ex ipsorum inspectione deprehenditur. ĩ *de priui. dilectus & c. porro & ĩ c. prox. 96. d. bene quidem.* nec possumus iudicare de lege, nisi ea perspecta. *ff. de legi. inciuile.* & qui priuilegium, vel instrumentum vult arguere falsitatis, primò iurabit, quod calumniosè hoc nõ dicat: aliàs non audietur, nec daretur ad inspiciendum. *Cod. de fid. instru. l. vlt.* quæ intelligitur, cũ agitur de falso criminaliter: tunc inscribitur accusator, vt ibi dicitur. Quidam intelligunt legem istam, cùm agitur ciuiliter de falso, secundum quod hæc decr. intelligitur. & secundùm hoc bene probat id, id quod inducitur, cùm quis ciuiliter vult arguere instrumentum de falso, & hoc intelligo verum, vbi de calumnia non est iuratum, & est ad hoc *arg. suprà de test. præsentium & ĩ de exceptio. pastoralis.*

b ¶*Securo*] Hoc iudex prouidere debet vtrique parti. 3. *q. 9. hortamur. 33. q. 2 fine. & ĩ de app. ex parte. & ī. vt lit. non contest. accedens. 2.*

¶*Glo. seq. no. accusationis & exceptionis tempus præfigi.*

c ¶*Arguendi*] Nota tempus præfigendum accusare volenti, vltra quod non auditur: *vt 4. q. 5. c. 1. & ĩ qui si sine le lator ĩ. de accu. licet. infra de clandestis despon. cùm inhibitio. & infra qui ma. accu. non. & C. de inge. ma. diffamari & C. qui accu. non pos. si ea.* sic & ad exceptiones proponendas. ĩ. *eo. de except. pastoralis.*

¶*Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

d ¶*Vacillare.*] Arg. quòd pendente accusatione contra aliquẽ, interim remanet in statu & officio suo pristino 8. *q. 4. nonne. arg. contra. ī. de testi. non debet* vbi de hoc.

Additio. Fortius contrarium. ĩ *de cri. fal. super eod.* Sed hic erat iam sententia executioni demandata: hic non.

e ¶*Obtentu*] Auctoritate enim priuilegiorum sñia lata fuit super statu monasterij, absol. ẽd monasteriũ à subiectione Archiepi, & ita patet, quod licèt dicatur sñia lata per falsa instrumenta, sine testes, quousq; de hoc cõstet in sua firmitate perdurat, & ei statur. *ff. de re iudi. diuus.* falsitate verò probata nullius erit momenti ipsa sententia. ī. *de procu. in nostra. in fi. & C. de prec. licet.*

b *Vide de prob. licet super gl. 2. Io. And.*

f ¶*Priuilegiorum*] Vel etiam in parte ipsorum. ĩ. *c. prox. & ff. de eden. l. 1. §. 2.* Bernar.

Contingit] Cõis diuisio. Secũda ibi, *Consultationi* Abb. Sic.

Casvs. Abbas, & conuentus S. Secũdi quãque litem habẽtes, parti aduersæ compellebantur priuilegium suum, quo in iudicio vtebantur, integraliter exhibere: vnde occasione vnius capituli, super quo conueniũtur, plurima litigia suscitãtur: vnde petebãt à D. Papa sibi super hoc prouideri. Respondet eis Papa, vt quãcunque super exhibendo priuilegio, vel indulgentia, seu instrumẽto fuerint requisiti, præsente iudice, aut aliquibus viris à iudice ad hoc deputatis, tantummodo recitetur audiente parte aduersa: & si super vno ca. tãtùm quæstio fuerit, illud solum deferatur, & parti aduersæ inde copia fiat. Nota, quòd instrumẽtum, quo quis vsus est, vel priuilegiũ, si plura capitula ibi contineantur, illud solum alteri parti tradendum est, quo vsus est.

† *In pluribus antiquis sita: Consultationi vestra taliter, &c. in quibusdã sita: Super quo respondemus.*

† *Aliàs, articulo.*

¶Innocentius iij. Mediolanẽ. Archiepiscopo.

¶Instrumentum publica manu non confectum, habens sigillum, cuius littera nõ sunt legibiles, vel scriptura deleta, vel enormem patitur fracturam, nõ probat. Hoc dicit, prout magis facit ad titulum. Item est casus quotidianus, & notabilis pro istis sigillis antiquis. Panormitanus.

CAP. VI.

Inter † dilectos filios G. Abbatẽ sancti Donati de Scozula, & B. Procuratorem tuum, super subiectis articulis diu fuit in nostro auditorio litigatum. Pete-

g ¶*Exhibere.*] Et nõnne isti erant rei: quare ergo cogũtur sua instrumenta parti alteri exhibere contra illud. ī. *de procu. c. 1. & 4. q. 3. c. si testes. §. item in criminali. vers. qui intendit. & C. de edend. l. qui accusare.* Sed istud contra hic in illa: quia illi vsuri erant in iudicio illis priuilegiis: & idẽò aduersario illa edere tenebantur. *ff. de edendo. l. 1. §. edenda.* & actor reo, & reus actori tenetur edere omnia, quibus vsurus est, *C. de eden. l. vlt.* & de hoc dicitur ĩ. *eo. C perpetuum* Bern.

h ¶*Suscitantur*] Quod esse nõ dẽt: immò potiùs iudex pspicere dẽt, ne lites ex litibus oriãt. *ff. de arbit. l. non distinguemus. §. quæsitũ. ff. si cer. pet. quidã. & ff. de leg. 3. l. fideicõmissa. § si quis decẽ. & de dã. infec. l. qui bona. §. vlt. & C. de iud. l. apertissimi. & C. de sacros. eccles. l. vlt.* vnde & ille, qui petit sibi fieri editionem instrumentorũ, iurare debet, quod per calũniã hoc non faciat. *ff. de edẽ. l. si quis ex argẽtariis. §. exigitur. C. quẽadm. test. ape. l. 5.* Ber.

i ¶*Præsente iudice.*] Aliàs non tenetur nã coram iudice, & præsente alia parte hæc sunt facienda. *arg. ff. de interro. actio. vlt. §. quod ait & l. vlt.*

k ¶*Illud.*] *ff. de eden. l. argentarius. §. edi. autem.* alia verò capitula non debent edi. sic & quandoque recitatur clausula testamenti, quæ alicui ingerit ignominiam. *C. quemadmodum test. ape. l. 3. & ff. eod. tit. l. 1. §. 2.* Bern.

Inter dilectos] Reus absoluitur, cũ iura actoris sũt obscura, vt quia ipsius instrumẽta sunt obfuscata, vel litteræ, vel scripturæ sigilli sunt deletæ. h. d. Io. An. Diuidit in tres partes. In prima parte ponitur petitio, & iura, & allegatiões actoris. in secũda rñsiones rei ibi, *Sed cõtra.* In tertia sententia ibi, *Cùm autem.* Ab. Sic.

Casvs. Inter Abbatẽ S. Donati de Scozula ex vna parte, & Archiepm Mediolan. ex altera vertebatur quæstio super plurib. articulis: petebat Abbas nomine monasterij sui habens à capitulo suo mandatum, à procuratore Archiepi nomine Mediol. ẽ. Ecclesiæ, restitui monasterio suo portũ Scozulæ, cũ honore, districtu, & iurisdictione ipsius loci, dicens hæc omnia ad monasterium pertinere, hoc idẽ dicebat de hominibus, qui habitant in curte Brunen. & tenent res monasterij, de quibus monasterium obtinuerat in iudicio possessionem coram Epo Veronẽ. hæc omnia petebat cum omnibus fructibus inde perceptis. Ad omnia ista probanda inducebat primò priuilegium Luitardi Comitis quõdam Episcopi Laudẽn. qui monasterium ipsum fundauerat, & pmissa omnia donauerat monasterio. Secũdo inducebat instrumẽtũ sententiæ Archiepi Mediolan. quam olim tulit ex delega-

† Cap. 1. eo. t. in 3. cõpila. *Et de materia vide per Decium in c. tertio loco.* ī. de probati. n. *adde Panorm.* in c. vlt. ī. de rescrip. *& adde notat nostras in hanc decretalem & etiam Cranettã* tract. de antiquit. temp. p. 1. circa fin.

c *Licet in vi exceptionis ad idem* ĩ. de præscr. ad audiẽtiã. & ca. auditis. *idem si in vi aliso-nis*, suprà de consue. c. cùm dilectus. *Io. And.*

tione Ludouici Imperatoris supradicti contra A. nepotem Luitardi prædicti, qui super his monasterium molestabat. Tertiò per priuilegia Romanorum Imperatorum, & præsertim Henrici, qui omnia prædicta monasterio confirmabat, vel etiam conferebat. Quartò per instrumenta locationum. Testes etiam super hoc induxit: per quos omnia intédebat probare prædicta ad suum monasteriũ pertinere. Cótra prędicta, fuit ex aduerso ṙñsum, & primò priuilegio Luitardi: cótra quod multa proponebantur. Primò quod consumptũ erat in annotatione indictionis. Secundo charta vetustissima videbatur, scriptura recentior apparebat. Tertiò quia falsum sigillum videbatur appositum: & hoc apparebat per imaginem ipsius sigilli & per litteras ipsius, quæ proprium nomen Luitardi non videbantur exprimere, sed potius hoc nomen Lotarius. Item cera sigilli ab interiori parte vetustissima erat: cera quæ videbatur apposita ab exteriori parte, quasi ad conseruationem sigilli, recens erat, & mollis, quod cum diligenter inuestigatũ fuisset, repertum fuit, quod charta sub vetusto sigillo fuerat perforata, & per glutinum nouæ ceræ, quę posita erat exterius quasi ad conseruationem sigilli, vitiosè fuit ipsi chartæ sobiunctum: & eadem specie falsitas cætera ferè priuilegia Romanorum Imperatorum præter priuilegium Henrici, vel falsa reperta sunt vel falsata. Sed priuilegium Henrici ad fidem faciendam non sufficiebat: quia non erat publica manu confectum, nec sigillum habebat authéticum, ex eo quod erat de media parte consumptum, nec plus de proprio nomine apparebat, nisi hæc vox (ic is) cu hac additione Dei gratia, ita quod ex litteris illis non poterat magis probari, quod esset Henrici, quàm Ludouici. Instrumentum etiam sententiæ multis modis videbatur suspectum, tum quia plures lituræ apparebant in ipso, tum quia subscriptio notarij videbatur alterius manus fuisse, quàm subscriptio instrumenti, & tamen notarius confitebatur se propria manu instrumentum scripsisse, & littera recentior videbatur, quàm charta & atramentũ aqua videbatur infectũ, vt antiquius appareret. In omnibus autẽ priuilegiis, quæ proferebantur erát, nulla de ipsa sententia mentio habebatur, & si instrumentum sententiæ legitimum esset, tñ quia inter alios lata fuit, & res inter alios acta, non nocet aliis, nec attestationes docebant, cum inter alias personas receptæ fuissent. Sed priuilegium Henrici videbatur confirmatorium, & donatorium extitisse: vnde videbatur quod Héricus dominium rerum donatarum monasterio cótulisset, quãuis ex forma petitionis, quæ in ipso priuilegio continetur, confirmatorium videbatur. Vt ergo intelligatur eo modo, quo magis valere posset, distinguendũ videbatur, vt Héricus alia donauerit, & alia confirmauerit: quia eadé non possunt cõfirmari, & donari; confirmantur prius habita, & possessa donãtur, quæ adhuc habita non sunt: vnde illa non poterant intelligi per priuilegium illud donata, sed confirmata: quia quod meum est, ex alia causa meum fieri non potest, nisi desierit esse meum: cùm ergo priuilegium Henrici confirmatorium tñ fuerit, quo ad illa quæ deducta fuerant in iudicium, si principale non tenuit, nec accessorium, per instrumenta verò locationum non est probata proprietas, nec possessio, cùm ad probationem rei suæ, seu defensionem non sufficit locatio facta: postquam verò super his fuerit diutius litigatum: quia legitimè probata non fuerant, quæ petebantur, ad monasteriũ pertinere, ab impetitione ipsius procuratorem Archiepiscopi D. Papa absoluit nomine Mediolañ Ecclesiæ: quia cũ obscura sunt iura partium consueuit contra eum, qui petitor est iudicari. Not. quod libellus potest concipi in persona procuratoris nomine tantùm Ecclesiæ. Item in libello potest apponi saluo iure addendi, vel diminuendi. Item nota hanc decretalem ad cognoscendam falsitatem priuilegiorũ, & instrumentorum; primò in annis dñi, & indictione. Ité ex qualitate chartę. Item ex sigillo priuilegij. Item ex scriptura notarij. Ité res inter alios acta aliis non obest. Item res intelligi debet, vt potiùs valeat, quam pereat. Item aliud est, quod confirmatur, & aliud quod donatur. Item quod meum est, ex alia causa meum fieri nõ potest. Item si principale non tenet, nec accessorium. Item facta locatio non probat dominium, nec possessionem. Item sententia formatur in persona procuratoris. Item cum obscura sunt iura partium, iudicandum est pro possessore.

† Beruen.

† Liciuen.

bat [a] siquidem Abbas nomine monasterij sui à præfato procuratore tuo [b], nomine Mediolañ. Ecclesiæ, restitui monasterio memorato, portum Scozulę, cum honore [c], districtu, & iurisdictione loci præfati, dicens ad monasterium hęc omnia pertinere: hoc ipsum dicens de hominibus qui habitant in curte Beruẽ. † & tenent res monasterij in Gralia: de quibus monasterium obtinuerat [d] in iudicio possessorio per sententiam Episcopi Veroñ. Hæc omnia petebat cum omnibus fructibus inde perceptis: saluo in omnibus iure addendi [e], vel diminuendi, satagens comprobare omnia, quæ pręmissa sunt, ad suum monasterium pertinere [f]. ¶Primò per priuilegium Luitardi Comitis, quondam Episcopi Lucani†, qui monasterium ipsum fundauerat, & ei, quæ præmissa sunt, donauerat vniuersa. ¶Secundò per instrumentũ sententię Asperti quondam Mediolanensis Archiepiscopi quam ex delegatione Ludouici † Imperatoris tulit super his pro monasterio cõtra A. præfati Luitardi nępotem, qui super his monasterium molestabat.

¶Tertiò per priuilegia Romanorum Imperatorum, & præsertim Henrici, cui præmissa omnia monasterio confirmabat, vel etiam conferebat [g]. ¶Quartò per instrumenta locationum, quas fecerant diuersis personis Abbates monasterij memorati. Testes quoque produxerat, per quos nitebatur probare, quòd monasterium à sexaginta annis, & citra †, & à quinquaginta annis, & supra [h], ostéderat supra dicta: & quòd fama publica erat, ea omnia præfato monasterio à iam dicto Luitardo fuisse donata. ¶Sed contra priuilegium donationis à procuratore tuo multa fuerunt obiecta. Primò, quia ibi maximè apparebat consumptũ (videlicet in annotatione indictionis [k]) vbi potuisset falsitas faciliùs deprehendi. Secundò, quia cùm charta vetu-

† Ludouici.

¶Gloss. seq. cum duabus sequentibus ponit tria notanda, & de singulis remittit.

a ¶*Petebat.*] Habens mandatum à capitulo suo: aliàs non auditur. *s. de transac. c. contingit.* nisi cauisset de rato *s. de offic. deleg. c. coram.* De hoc dixi *suprà de rescrip. edoceri.*

b ¶*Procuratore tuo.*] Et ita est concipiendus libellus in personam procuratoris nomine Ecclesiæ *arg. C. de Episc. & cler. l. omnes. §. hoc nihilominus.* de hoc dictum est *sup. de elect. querelam.*

c ¶*Cum honore.*] Et sic patet, quod libellus generalis potest offerri. *s. de restit. spol. cum ad sedem.* vbi de hoc pleniùs dicitur *suprà de libel. obl. cap. 2.*

¶*Glo. seq. obijcit, & soluit.*

d ¶*Obtinuerat.*] Sed si obtinuit in possessorio, qualiter modo petit, cum habuerit possessionem? Dicas, quòd obtinuit in possessorio causa rei seruandæ. *suprà de iudic. examinata.* sed Archiepiscopus recuperauit possessionem infra annum offerendo cautionem coram Episcopis Regiñ & Mutiñ. & præterea monasterium non stetit in possessione, sed Archiepiscopus *suprà de sequestra. ad hoc.*

¶*Glo. seq. ponit opin. quam reprobat, & remittit.*

e ¶*Iure addendi.*] Dicunt quidam arg. huius litteræ, quòd verba ista semper sunt ponenda in libel. *arg. instit. de actio. §. si minùs.* Sed non est necesse, quòd ponatur, nisi quis velit ponere ad cautelam: quia vsque ad lit. contesta potest mutari, vel addi, vel diminui libellus. *C. de eden. l. edita actio.* [b] de hoc dictum est. *s. de libel. obla c. 1.*

f ¶*Pertinere.*] Verbum istud, pertinere, latissimè patet *ff. de ver. sign.* verbum istud pertinere. vnde per hoc deduxit in iudicium, quicquid iuris habebant in rebus illis, ex quo nullam causam adiecit. *ff. de except. rei iudi. & an eandem. §. actiones.* & de hoc dixi *suprà de libel. obla. cap. 2. & 2. q. 8. c. per scripta. §. libellorum.*

g ¶*Conferebat.*] Tanquam dominus prædicti Comitis, qui feudum alienare non posset sine licentia domini, vt in *constitutione Frederi. de feudis. & C. de iure emphy. l. vlt. arg. s. de dote post diuor. resti. ca. nuper.* sed hæc collatio ad alia, & confirmatio ad alia refertur: vt suprà sequitur eodem c. Circa.

h ¶*Et supra.*] Hoc vult dicere littera ista, quidam testes dicebant, quod monasterium possederat xl. annis citra, alij dicebát, quòd per quinquaginta annos: & suprà. sed verè non probant: quia si hoc fuisset probatum, obtinuisset monasterium, & ideo dicit: nitebatur probare.

i ¶*Consumptum.*] Consumptio, vel ratio obest in nominib. iudicum in data, in remotione appellationis: vt dictum est *suprà eo. c. ex litteris.*

¶*Glo. seq. ponit, quòd in dictio inscribenda est instrumentis, & quomodo discernatur.*

k ¶*Indictionis.*] Indictio enim consueuit poni [c] in priuilegiis, & instrumentis: vt hîc, & 23. *d. in nomine Domini. & 73. d. in nomine patris in fi.* anni Domini sũt ponédi, & nomé Imperatoris, & mẽsis, & dies & hoc totum legitur in *Auth. vt nomen Impera. docu. prapo. coll. 5.* editio tamẽ instrumẽtorũ debet fieri aduersario sine die, & cõsule, & indictione, & annis Domini: quia inspectio instrumẽtorũ præstat materiam fabricãdi falsum. *ff. quemad. test. ape. l. 1. § die autẽ.* nisi quis vellet agere de falso: vt hîc & *C. de cõtrahen. & commit. stipu. optimam.* Nota ergo, quid sit indictio, ad hoc vt

a *Ponderet Host. in procuratore tuo quod hoc tamen non dicitur, quod procurator Archiepiscopi, quo remouerat, habuit mãdatum, nisi ab Archiepiscopo. per quod probat Prælatum sine capitulo posse stare in iudicio, & remittit ad illam decr. edoceri. & decre. primã de proc. Ioan. And.*

† *infrà, legitur in antiquis.*

b *De hoc articulo vide vbi pleniùs per Decium, Cagnolum, & alios.*

c *Quid si nõ fuerit posita. Vel si errata sit in ea: quia concord. at cum anno: vide, quod dicam in fi. 6. lib. super data. Io. And.*

hoc vt scias, an instrumentum falsum ex indictione discernatur. Est enim indictio quidam numerus annorum consistens ex tribus lustris, id est quindecim annis a: & debet poni in principio cuiuslibet instrumenti, vt dictum est, incipiens a prima indictione per totum annum dicit, indictione prima. In secundo anno dicit, indictione secunda, & sic vsque ad xv. & xv. ann. finito iterum incipit a prima indictione: & sic fiet perpetuo. Si ergo vis scire falsitatem instrumenti vel priuilegij per indictionem, vide, quotus annus dñi ponatur in instrumentis, & quota indictio ibi ponatur, & illos annos dñi diuidas per xv. & quicquid superest à xv. ita quod nó compleat xv. additis ibi tribus, talis debet esse indictio in instrumento: & si non est ibi talis indictio, falsum est instrumentum. & hæc est regula ad inueniendum indictioné. Tres anni dñi apponu b pro indictionibus regulariter, & ...re per quod ... numerum, & quotus numerus remanet infra xv. tanta est indictio. & si facta diuisione remaneant xv. tantum xv. est indictio.

ADDITIO. Vnde versus:

Si per quindenos Domini diuiseris annos.
Hn tribus adiunctis, Indictio certa patebit.
Si nihil excedit, quindena indictio currit.

a ¶ *Videretur.*] Nota quod ex qualitate chartæ falsitas reprehenditur. ỹ. *de crs. fal. c. licet §. cos.* & hic fit comparatio chartæ ad litteram, sicut alibi fit comparatio scripturæ ad scripturam c. *Cod. de fide instru. l. comparationes.*

b ¶ *Dimidia.*] Ad hoc enim vt sigillum sit authenticum, debent apparere characteres, & orbita *ff. qui testa. face. poss. ad testium. §. signum. & de pæn. dist. 2. principium* inquit, versi. qui namque boni, &c.

c ¶ *Deleta.*] Non enim dicuntur litteræ signatæ vbi nomen deest. *ff. qui testa. fa. pos. l. ad testium §. si quis ex testibus*, & si quis non habet proprium sigillum, cum alieno signare potest. *Co. de test. l. si vnus.* sed exprimendum est hoc, vel forsitan nó tenet hoc in contractibus præcipuè magnarum rerum, & etiá principum. ỹ. *de appel. significauit*, & litteræ illæ deletæ fuerant de ipsa cera sigilli.

d ¶ *Duæ litteræ.*] s. v. & i.

a *Nam & anni faciūt summum lustrum. ff. locati. l. tē quæritur. §. qui impleto. Io. And.*

† *Dictio, indumentis, deest in nonnullis vetustis exemplaribus.*

b *Quia anno natiuitatis Domini tertia erat indictio. Io. And. in nouel.*

† *quod.*

c *De hac comparatione ex quibus instrumentis fiat, per quem, & qualiter & de ipsius effectu vide plenè per H. A. in summa h. tit. §. 3. 4. & 5. Ioan. And.*

† *coniyci.*

† *Adde, quæ detrahunt fidei sigillis, in l. duo sūt Titij. & ibi Bart. & Doct. ff. de test. mil.*

stissima videretur a, recentior apparebat scriptura, tanquam non illo tempore facta fuisset. Tertio, quia falsum sigillum vitiosè videbatur appositum: eo quod à media parte sigilli apparebat quædam imago, non cum mitra in capite, sed cum pileo: nec induta pontificalibus, sed regalibus indumentis †, tenens in manu non baculum pastoralem, sed quasi sceptrum regale, cuius facies non apparebat integra, sed dimidia b, tanquam in illa medietate respiceret aliam mediam, quæ tamen tota vacua remanebat, sed quædam imago videbatur ex ea fuisse deleta: quia certa in ea parte, nec in colore, nec in planicie, reliquæ parti similis apparebat: vnde non Episcopi, sed Imperatoris videbatur fuisse sigillum: quia † in vna medietate Cæsaris imaginem exprimebat: & in altera medietate præsumebatur vel filij, vel coniugis imaginem habuisse: nam & in ipso sigillo nullæ aliæ litteræ apparebant, nisi quæ nomen proprium cum hac adiectione, Dei gratia, designabát. Sed cùm proprium nomen ipsius Episcopi fuerit Luitardus, in nomine proprio quod exprimebat sigillum, deletæ c fuerant duæ litteræ d, secunda quæ erat inter l. & t. & sexta, quæ fuerat inter r. & v. ita quod si secunda e. & sexta fuisset, i. procul dubio non Luitardus, sed Lotarius, legeretur, quod etiam inde conuinci † poterat, quod secundum dispositionem aliarum litterarum inter l. & t. non erat spatium, nisi quòd potuisset vnam litteram continere: cùm secundùm integritatem huius nominis, Luitardus, inter l. & t. duæ litteræ sint diuersæ: præterea inter r. & v. tam modicum erat spatium, vt in eo nec hæc littera, d. quæ maius occupat spatium, sed hæc littera, i. quæ minimum occupat, videretur formata fuisse. Rursus cum cera sigilli ab interiori parte vetustissima esset, cera, quæ posita erat ab exteriori parte, quasi ad conuersationem sigilli, recens erat, & mollis † Quod cùm diligenter inuestigatum fuisset, certo certius est compertum, quod sub vetusto sigillo charta fuerat præforata & per glutinum nouæ ceræ, quæ posita fuerat exterius quasi ad conseruationem sigilli, vitiosè fuit ipsi chartæ subiunctum. Eadem falsitatis specie, per vitiosam videlicet appositionem sigilli, quæ erat ferè priuilegia Romanorum Imperatorum, præter priuilegium Henrici, vel falsa reperta sunt, vel falsata. Sed & ipsum Henrici priuilegium ad fidem instruendam † non videbatur sufficere g, quia nec erat publica e manu confectum, nec sigillum habeat authenticum, eo quod erat ex media fere parte consumptum, nec plus de nomine proprio, nisi vltima medietas, videlicet, icus, nec de ceteris litteris, nisi hæc adiectio, Dei gratia, apparebat; ita quod ex litteris ipsis non magis f poterat comprobari fuisse sigillum Henrici, quam Ludouici †. ¶ Instrumentum quoque sententiæ multis modis inuenieba tur suspectum, tum quia in ipso quædam apparebant lituræ g, tum quia subscriptio † Notarij videbatur manus alterius fuisse, quam subscriptio instrumenti: cùm tamen Notarius in subscriptione profiteretur h se instrumentum manu propria conscripsisse. Littera quoque recentior videbatur, quam charta, & aqua videbatur encaustum † infectum, vt antiquius appareret. ¶ In omnibus autem † imperialibus priuilegiis, quę posteriora fuerant, nulla est habita mentio i de illa sententia, quamuis in eorum aliquibus mentio facta fuerit Luitardi, qui dicebatur donationem fecisse. Porrò si legitimum esset instrumentum sententię, per illam tamen sententiam nullum Mediolan. Archiepiscopatui præiudicium poterat generari, cùm ipsa sententia lata fuerit inter alios k: & res inter alios acta l, alij non præiudicet. † Nec attestationes, quæ continebantur in instrumento sententiæ, per quas legitima donatio Luitardi videbatur esse probata, poterant eidem Archiepiscopatui nocumentum m aliquod irrogare: cùm inter alias personas, & in alio iudicio receptæ fuissent.

¶ Ceterùm memorati Henrici priuilegium, quod non solum confirmationis, sed etiam donationis videbatur fuisse: vnde rerum dominium donatarum

¶ Glo. seq. quærit, & soluit.

e ¶ *Publica manu.*] Sed nónne sufficeret priuata, habens subscriptionem trium testium. *Cod. qui po. in pig. hab. l. scripturas. & 16. q. 3. placuit §. potest. vers. in autem?* Respondent quidam, quòd non, nisi testes viuant.

f ¶ *Magis.*] Poterat tñ alio modo probari, vtrū fuerit Henrici, vel Ludouici, videlicet per chronicam imperatorum, ex ann. dñi, & ex indictione.

g ¶ *Litura.*] i. cancellaturæ, siue rasuræ. alibi dicuntur interlitæ. c. *de testa. l. si vnus.*

h ¶ *Profiteretur.*] confitebatur per se scripsisse completionem instrumenti. in *Auth. de tabel. §. 1. coll. 5. & ỹ. de priuil. c. cùm olim.*

i ¶ *Mētio.*] Nota in priuilegiis mentioné esse faciendá sententiæ, vt hic videtur: & etiá compositionis. ỹ. *de dec. ex multiplici.* sic etiam in rescriptis faciendis est métio de priuilegiis. ỹ. *de rescr. cum ordinem.* & vnū rescriptum debet facere expressim mentioné de alio rescripto, ad hoc vt ipsum tollat. ỹ. *de do. & contu. ex litteris.* Item vnum priuilegium de alio. ỹ. *de præscrip. c. veniens.*

k ¶ *Inter alios.*] Sed d nónne quia sciebat eam lis agi, immò quia ipse iudex fuerat, & ꝑ monasterio iudicauit, sibi præiudicauit. *ff. de re iu. de sæpe. ff. de pigno. si debitor. 2. resp. ỹ. de re iud. suborta?* Dic, quòd tunc actum fuit solum possessorio, quod non præiudicat in petitorio. Vel hoc ideo fuit, quia delictum personæ. & c. 16. q. 6. *si Episcopum.*

l ¶ *Acta.*] Sic ỹ. *de test. veniens. 2. q. 5. interrogatum* hæc regula ponitur. ỹ. *de re iud. c. penul.* vbi de hoc.

m ¶ *Nocumentū.*] Illas enim posset approbare, sed cogi non poterat. *arg. ỹ. de testi. cum causam. & c. consilium. & cap. veniens 2.* cùm inter alias personas receptæ fuissent. sed si in alio iudicio tantum, & inter easdem personas receptæ fuissent, tunc tenetur illas ratas habere, si sint publicatæ. *arg. Co. de lib. cau. l. in bonum. & ỹ. de proba. cap. vlt. & ỹ. de testi. causam quæ* & idem est, si coram arbitro recepti sunt, cum distinctione tamen illius legis. *C. de testi. l. vlt.* & ỹ. *de testi. c. præsentata.* B.

¶ *Glo. seq. tria elicit argumenta.*

† *In antiquis legitur: adstruendam.*

† *Ludouici.*

d *Hæc glossulam non reperio in vetustis exemplaribus.*

† *imperfectio.*

† *Aliás, incaustum. est autē encaustum librariorum atramentū, de quo vide Cœliū Rhodiginū lib. 7. lect. antiq. c. 31.*

† *etiam.*

† *Vide tex. in l. 3. & ibi Doct. & Bart. ff. de sila. & silan.*

a ¶Petitioni.]Arg. q responsum conformandum est petitioni. ff. de inter. act. de aetate. item arg. q ex forma petitionis formanda est sententia: quia ex petitione apparet, qualiter, & de quo sit actum j. de accu. qualiter. & quando. & j. de sim. c. licet Heli. Et est arg. q libellus sit dandus, aliàs de praedictis constare non posset.

¶Gl. seq. ponit 4. concor. & alleg. 4. iura.

a Et in con sti. ele. de verbor. sig. saepe. versi. versi. quia. Ioan. And. in nouel.

b ¶Valere.] Hic ergo facienda est interpretatio, vt res, de qua agitur, magis valeat, q pereat. j. de Ver. sig. Abbate. j. de priuileg. in his. 12. q. 2. si quos de seruis. & ff. de reb. dub. quoties. & ff. de Verb. oblig. quoties in stipulationib. arg. contra. s. de offi. deleg. cum super. & ff. de iure codic. l. 1. ff. & de re iu. in ambiguo. & ff. de hered. instit. quoties.

c ¶Nequiuissent.] Et ita talia debent esse sub iecta, qualia permittuntur praedicata. Lau.

¶Glo. seq. alleg. 5. concor. & tria contraria.

¶In aliquot Vetustissi. mis ita: cum iuxta sanctiones legitimas, quod meum est ex vna causa, ex alia causa amplius meum fieri non posse.

d ¶Confirmari.] Videtur, q idem non possit dare, & confirmare ff. de iur. om. iud. & quia. Sed contra videtur 63. dist. in synodo. & 23. dist. in nomine domini. & s. de elect. c. cum inter canonicos.

e ¶Quod meum est.]Sic Inst. de act. §. sic itaq. ff. de acq. pos. possideri. §. ex plurib. & Inst. de leg. §. sed si C. de contrahen. emp. cum rei. l. si mater. ff. de contrahen. emp. siue rei. C. de iure dot. ausa. arg. vbi dicitur, quòd cu patri iam prouisum sit per legē, vt habeat actionem ad repetendam dotem, si pactum faciat, non nascetur ex hoc actio, cum iam eam habeat à lege. ea tamen possessio pluribus ex causis habetur ff. de acqui. pos. possideri §. ex pluribus. licèt enim vnum sit genus possessionis, multae tamen sunt eius species: vt ead. l. possideri. §. Vlt. licèt ergo ex pluribus causis possit fieri traditio rei. arg. ff. de sol. cùm quis. §. de peculio. ex vna tamen dominium acquiritur [b]. arg. ff. ad l. Fal. fundo. & l. si a me & C. loca. ad probationem. praeterea ex hoc videtur, quod si alicuis plures titulos sui dominij assignet, cùm hoc esse non possit, succumbet. argum. infra de concess. praebend. post electionem. & C. de contrah. emp. l. 4. & l. si ancillam. tamen licèt ratione vnius tituli sit effectus dominus, ratione alterius tituli competit exceptio, licèt iste titulus nullus esse videatur. c ff. de excep. l. nemo.

† Utrumque † Utrumque.

b Facit de electio. vt quis duas, lib. 6. Ioan. And.

c Ratio, quia nullus prohibetur Vti pluribus exceptionib. contrariis. j. de reg. iur. accessorium. lib. 6. Ioan. And.

¶Glo. sequens ponit 5 concor. alleg. 4. iura in contrarium, & sol. alleg. etiam Auth. in contrarium, & soluit.

f ¶Nec accessorium.]Illud regulariter verum est, vt si principale non tenet, nec accessorium C. de legi. non dubium. & j. de dote post diuor. rest. & si necesse & s. de so. compe. si diligenti. & s. de He. qualiter. & ff. ad Mace. creditorem arg. contra. s. de iureiur. debitores. & C. si aduer. ven. l. 1. & ff. qui mo. vsusf. amit. quod tamen in prin. quod l. racenent & illa specialia sunt. Item contra. Cod. de Epis. audien. Auth. liberi furiosi. vbi tenet legatum, & non tenet testamentum. Sed illud fit in odium filiorum, qui negligunt patrem.

¶Glo. seq. signat contrarium, & remittit.

g ¶Locatio.]Sed hoc falsum videtur: quia si ego locaui tibi domum, tu non potes mihi referre quaestionem dominij: & ff. de pig. act. l. si pignore & melius Cod. l. si quis conductionis ff. commoda. l. ita. Sed verum est, quòd non refertur quaestio Dominij, si illa agatur actione, quae oritur ex pignoratitia, vel commodati, vel locati: sed secus si agatur reali actione: quia illa non proponuntur tanquam contra commodatarium. vel inquilinum: sed quasi contra quemlibet possessorem. ff. ad exhibendum. de ed. §. 1. & verba ista sunt sumpta C. locati. l. ad probationem. & arg. ad hoc. C. de praescrip. xxx. Vel al. an mala agitur. Cod. de dona. consulatis. & conductor item conductam locare potest [d] ff. loca. qui insulam. & C eo. tit. nemo.

¶Glossa sequens signat contrarium, & remittit.

intelligi fortè poterat monasterio acquisitum: quamuis ex forma petitionis [a], quae in ipso priuilegio declaratur, confirmatorium videretur, vt tamen intelligatur eo modo, quo magis posset valere [b], distinguendum videbatur, vt idem Henricus alia donauerit, & alia confirmauerit: cum eadem legitimè nequiuissent [c] confirmari [d] pariter, & donari: confirmata, tanquam prius habita, & possessa: donata, tanquam non tradita, & concessa: ac per hoc illa non poterant intelligi per priuilegium illud donata, sed confirmata: cùm iuxta † legum sanctiones, quod meum est [e], ex alia causa meum fieri non possit, nisi desierit esse meum: *& infrà*

¶Cum igitur priuilegium Henrici confirmatorium tamen extiterit, saltem quoad illa, quae deducta sunt in iudicium, si principale non tenuit, nec accessorium [f], quod ex eo vel ob id dignoscitur esse secutum: *& infrà.* ¶Per instrumenta verò locationis nec est vtique † probata proprietas, nec ad plenum possessio, cum ad probationem rei propriae, siue ad defensionem non sufficiat facta locatio [g]: *& infrà.* ¶Cùm autem super his fuisset diutiùs litigatum, quia legitimè probata non fuerant, quae petebantur ad monasterium pertinere, ab impertitione ipsius procuratorem [h] tuum nomine tuo, & Mediolanensi Ecclesiae, sententialiter duximus absoluendum: quoniam cùm obscura sunt iura partium, consueuit contra eum, qui petitor [i] est, iudicari.

¶Idem Cantuarien. Archiepiscopo.

¶Non valent litterae super absolutione votis per cruce signatos impetratae tacita veritate, vel expressa falsitate.

CAP. VII.

Quod † super his [k]: *& infrà.* ¶Quaesiuisti, quid agere debeas circa cruce signatos, qui dicentes se ab Apostolica sede redire, super absolutione [l] sua, ignota [m] Cardinalium sigilla reportant: cùm eis super impedimentis [n] expositis non fuisset de leui credendum. ¶Ad quod tibi respondemus, quòd si quandoque talibus litteris indulgemus, illis qui personas, & facultates eorum pleniùs nouerunt, hoc modo scribimus, vt si per impedimentis expositis inquisita diligentiùs veritate statuant circa illos, quod animarum saluti, & succursui terrae sanctae magis nouerint expedire, prouidentes attentiùs † ne quid in fraudem voti fallaciter confingatur. Vnde si tales per suppressionem veritatis, aut falsitatis expressionem litteras non so

h ¶Procuratorem.]Hic ergo formatur sententia in personam procuratoris. contra. s. de prob. licet. De hoc not. s. de elect. querelam.

i ¶Qui petitor est.] Quia cum obscura sunt iura partium, iudicandum est pro reo: vt hic dicit. & s. de prob. c. ex litteris. & c. in praesentia. & 3 q. 9. indicas. & ff. de act. & oblig. Arrianus. ff. de paen. respiciendum. instit. de interdi. §. commodum. nisi in liberali causa. ff. de manumiss. l. ante. & ff. de re iud. inter partes. Item si agatur de inofficioso testamento, potiùs pro testamento iudicatur. ff. de inoffi. testa. si pars iudicantib. Item pro matrimonio. 33. q. 1. si quis acceperit. & 30. q. 3. c. fin. & istos tres casus, & quartum habes. j. de re iud. c. Vlt. Ber.

Quod super.]Communis diuisio. Secunda ibi, Ad quod. Abbas.

Casus. In Archiepiscopatu Cantuarien. erant quidam crucesignati: mandauit Papa Cantuarien. Archiepiscopo, vt eos ad voti executionem compelleret: & dum ipse eos compellere vellet ad votum soluendum, ipsi super absolutionem voti redeuntes ab Apostolica sede, ostendebant Cardinalium sigilla ignota: cum super impedimentis, quae exponebant, non esset eis de leui credendum: quaesiuit Archiepiscopus, quid gere debeat super his? Et respondet Papa, quod si aliquando litteras talibus concedit, rescribit illis, qui sciunt personas, & facultates eorum, hoc modo, vt diligenter inquirant veritatem super impedimentis expositis, statuentes super hoc quod animarum saluti, & succursui terrae sanctae magis nouerint expedire, & prouidentes ne in fraudem voti aliquid fiat: vnde si tales litteras impetrauerint tacita veritate, vel expressa falsitate, siue sint Cardinalium, siue etiam Papae, & non solum dubiae, sed etiam certae, litterae illae non valent, & eis non obstantibus debent ad voti executionem compelli. Nota quod illi, qui votum emittunt, compellendi sunt ad executionem ipsius, nisi iusta de causa per sedem Apostolicam sint absoluti. Item litterae impetratae per veri suppressionem, vel falsi suggestionem non valent. Item not. quòd sigillo ignoto credi non debet.

k ¶Super his.]Haec decretal. est pars illius. j. de Vo. quod super his.

l ¶Absolutione.]A voto peregrinationis.

¶Glo. seq. tractat. de sigillo ignoto, obfuscato, & noto.

m ¶Ignota.] Cùm verò sigilla ignota sunt, tunc eis non est standum, nisi sint vt aut eo amplius. 98. d. c. 1. & 2. si verò obfuscata sunt, sunt suspecta. vt supra c. prox. ff. quo testa. fac. poss. ad testium §. signata. tunc enim reu utuntur ad consignat. tes. vt agnoscant sigilla sua ff. quemad. test. ape. si quis ex consignatoribus. & si quis non agnoscit suum sigillum, non ideo vitiatur, sed si spectum habetur instrumentum ff eo. l. 1 in fin. cùm verò sigillum notum est, tunc creditur talibus litteris etiam in praeiudicium alterius. supra de proba. post cessionem. & c. 4. quandiu in contrarium non probetur [f], vt ibi.

n ¶Impedimentis.]Cùm votum nequeant adimplere.

¶Glo. seq. dat tria simelia.

d Per quod Videtur, quod scholaris recedit, possit eo domo, vel camera alium ponere loco sui: sed an hoc possit in mella iocus. 6. in Spec. de iudi. §. 2. vers. circa hoc quaeritur. & not. instit. loc. §. fi. to. And.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. col. Et de in tellectu huius Decretalis Videto notas nostras hoc loco.

† Distinctiùs, deest in aliquot antiquis codicibus.

e Vide Cassanaeum ad consuetudines ducatus Burgun. in hoc operis. tit. de conclusione eo. tunc. vers. sign. & seq. vbi de materia huius glossa.

f Conc. l. si procur. & l. ne fatisdat. ff. rē ra. hab.

a ¶Caeterum

a ¶ Carere volumus.] Quia veritatem debent litteræ continere, quia votum ... vt ... litteræ quæ reuocant alias litteras. vt s. de off. deleg. ex litteris. & s. de dona. ex litteris. & s. de rescript. cæterùm & j. de re iud. inter monasterium. & ita seriem rei litteræ continere debent. j. de cohabi. cle. & mu. super eo. Et ita patet hic, quod litteræ generales non absoluunt aliquem à voto, nec à sententia excommunicationis. j. de sent. excom. cum pro causa. & ar. s. de offi. or. ex parte.

b ¶ Non obstantibus.] Denegabit enim delegatus suã cognitionẽ, vbi delegans denegaret commissionem. s. de rescript. c. super litteris.

P Astoralis.] Duo sunt dicta: secundum ibi, Verùm. Abbas Sic.

CASVS. Aliquando allegantur decretales in iudicio, de quibus dubitabatur, an sint decretales, de quibus nõ constat per bullã: quia titulum sit à Papa, quid iuris esset? Super hoc statuit Papa, vt si aliqua decretalis allegetur, de qua iudex dubitet, quod si talis consonat iuri cõmuni, secundùm illam iudicet: cùm potiùs iudicare videatur. Sed si iuri cõmuni sit dissona, non iudicet secundùm ipsam, sed consulat superiorem de illa. Nota distinctionem huius decret. circa decretales, de quibus dubitatur, an sint decretales, vel non.

lùm Cardinalium, sed etiam nostras: nec solùm dubias, sed etiam certas constiterit impetrasse, carere volumus [a] impetratis: & eis non obstantibus [b] ad voti executionem compelli.

¶Idem Hexensi Episcopo.

¶Si de extrauaganti dubitatur, an decretalis sit authẽtica: aut est iuri consona, & tunc iudicatur secundùm illam: aut dissona, & tunc Papa consulitur.

CAP. VIII.

P Astoralis †: & infrà. ¶Auctoritate præsentium duximus statuendum, vt cùm aliqua decretalis, de qua Iudex meritò dubitet, allegatur: si eadem iuri communi sit consona, secundùm eam non metuat iudicare: cùm non tam ipsis, quàm iuris communis auctoritate procedere videatur. ¶Verùm si iuri communi sit dissona [c], secundùm ipsam non iudicet, sed superiorem consulat [d] super ea.

¶Idem Episcopo S. Andreæ, & Abbati de Broch.

¶Post publicatas attestationes vsq; ad conclusionem, possunt instrumẽta produci. Hoc primò. Consuetudo loci facit instrumentum authẽticum. Hoc secundò.

¶Gloss. seq. distinguit in rescripto, an sit contra ius, an aliàs iniquũ in decr. an sit præter P., an cõtra cõsuetudinẽ.

c ¶Dissona.] Not. quod si aliquod rescriptum sit contra ius, statim est abiiciendum 25. q. rescripta. non enim ratione rescripti recedendum est à iure communi: vt s. de rescri. causam quæ & sup. de ætate, & qualitate. cum re. immò auferendum est de manibus tenentis, & dandum est Principi. C. de paga. & sacri. eo. l. sicut sacrificia. Sed si non est ex toto contra ius, sed aliàs sit iniquum: tunc expectandum est secundũ mandatum. s. de offic. deleg. c. si quando. & in Auth. Vt nulli iudi. §. si verò. coll. 9. Si autem aliqua decre. est præter ius, non statim reiicitur, sed consulitur superior, vt hic dicit: & hoc ideo quia cũ inter alias decr. allegatur, præsumitur, quòd sit decretalis. arg. 10. q. 1. quem progenitores. Si autẽ decretalis obuiat consuetudini, præualet consuetudo: dummodo consuetudo sit probabilis, & legitimè sit præscripta. s. de consue. cap. vlt. s. de constit. cùm omnes & supra eo. qui mit. in poss. cum venissent [b]. nisi Princeps per suum statutum intendebat tollere consuetudinem ff. de sepul. viol. l. 3. §. diuus aliàs succumbit consuetudo. j. de re iudi. cùm causam quæ.

d ¶Consulat.] Et interim pendente relatione iudex supersedeat causæ arg. s. de offic. deleg. licet. & C. de rela. l. 1. & 2. q. 1. nemo presbyteros.

C Vm dilectus.] Duo sunt dicta: secundũ ibi Super tertio. Abb.

CASVS. Quia instrumentorum appellatione continentur & testes, & post publicationem testium alij testes non possunt produci, dubitatum fuit, verùm post publicationem attestationũ, instrumenta produci possint vsque ad sententiam, antequam sit conclusum in causa.

¶Glo. seq. ponit duplicem dubitationis causam.

e ¶Post publicationem.] Dubitatio fortè fuit illa: quia fortè diu tacuit, cum protestatus vel edere debuisset ff. de eden. l. 1. §. edere. §. edenda. c. Vel illa erat dubitatio: quia post publicationem testium non licet producere alios testes vnde videbatur, quod non licet producere instrumentum: quia nomine instrumentorum continentur & testes s. de testibus cogen. peruenit ff. de fide instru. l. 1. sed non est ita, quia in instrumentis non timetur subornatio, sicut in testibus, quia ex multis causis & faciliùs deprehenditur falsitas instrumentorum, quàm testium: vt s. eod. inter dilectos. & s. de probat. licet. Vinc.

f ¶Conclusum.] i. renunciatum allegationibus, & omnibus aliis probationibus. s. de cau. poss. pastoralis. & s. de procu. audito.

SVPER TERTIO. Consuetudo erat in partibus scotiæ, quod aliquis per instrumenta Regis probabat intentionem suam in iure: dubitauerunt iudices isti, verũ instrumenta illius Regis admittere debeant in causis? Respondet Papa consult. s. quòd cõsuetudo illius patriæ obtinet approbata, vt fides adhibeatur instrumentis illius Regis quatenus ipsi potuerunt ea in causis admittere, præsertim cum Rex ipse tantæ fuerit honestatis, quod ipsius instrumenta maximæ habeantur auctoritatis in partibus Scoticanis. Nota, quòd instrumenta possunt produci, vsq; quo conclusum sit in causa, vel vsque ad terminum ad hoc præfixum. Item instrumentis Regis creditur, si consuetudo hoc obtineat. Item ex qualitate personæ approbatur, vel reprobatur instrumentum.

CAP. IX.

C Vm † dilectus: & infrà. ¶Ad secundam quæstionem duximus respondendum, quòd vtraque † pars potest instrumenta, etiam post publicationem [e] attestationum, vsque ad diffinitiuæ sententiæ calculum exhibere, antequam sit in causa conclusum [f]. ¶Super tertio verò articulo respondemus, quòd si cõsuetudo illius patriæ obtinet approbata [g], vt instrumentis illius Regis fides adhibeatur, vos ea secure poteritis admittere, præsertim cum supradictus Rex tantæ fuerit honestatis [h], quòd ipsius instrumenta maximæ auctoritatis sint in partibus † Scoticanis.

¶Idem Petro ciui Viterbiẽ.

¶Falsitas instrumenti, vel quod deest instrumento, probari potest per testes.

CAP. X.

C Vm † Ioannes Eremita à te cẽtũ, & triginta libras Senẽ. ex causa mutui, coram Donadeo, & Ioanne Iudicibus Viterbiẽn. petiisset: & tu ex aduerso proponeres, quòd cùm idem in centũ, & octoginta libris tibi pro pretio domus, quam eidem vẽdideras, teneretur, centum triginta

¶Gloss. sequens ponit de virtute consuetudinis.

g ¶Approbata.] Nota, quod cõsuetudo facit aliquod instrumentũ authenticum, quod aliàs non esset: & consuetudo dat alicui iurisdictionem, qui alias habere non potest. sup. de arb. dilect. & s. de fo. compe. cũ contingat. & sic & consuetudo facit aliquem illegitimum, qui aliàs esset legitimus. ad promotionem j. de cler. coniuga. cũ olim. & p[er]sonas legitimas ad matrimonium facit illegitimas. j. de cogna. spi. super eo. Bern.

h ¶Honestatis.] Not. quod ex qualitate personæ approbatur instrumentum. ff de eden. si quis ex argentariis. §. & j. de præscr. ad audientiam. & j. de præsump. illud.

C Vm Ioannes.] In prima parte ponitur processus causæ principalis. In secunda processus causæ appellationis ibi, Cum igitur. In tertia diffinitio ipsius causæ appellationis ibi, De consilio.

CASVS. Ioannes Eremita corã iudicibus ciuitatis Viterbij petebat à Petro concive ipsius 130. lib. venetiã. ex causa mutui. Ex aduerso proposuit idem P. quod idem Ioan. tenebatur eidem in 180. libr. pro pretio cuiusdam domus, quam ipse Ioann. ei vendiderat: vnde petebat vt 130. sibi deberet compensare, & residuum sibi debere persoluisset: petiit insuper possessionem ipsius domus sibi tradi vacuam, & liberam. lite contest. super hoc & aliis articulis, cum fuisset hinc inde aliquandiu disputatum, iudices auditis attestationibus, & allegationibus condemnauerunt istum P. vt eidem Ioann. possessionem prædictæ domus vacuam, & liberam traderet: ab hac sententia dictus P. ad sedem Apostolicam appellauit: Papa dedit T. Capellanum suum partibus auditorem, coram quo ex parte ipsius P. fuit propositum, venditionem ipsius domus nõ puram sed conditionalem fuisse, & ideo ipsum non teneri ad traditionem ipsius. Ad hoc probandum quatuor testes induxit, cùm esset nouum capitulum pendens ex veteri. Qui iurati dixerunt se interfuisse contractui inter ipsum P. & Io. super eadem domo celebrato pro certo pretio, hac adiecta conditione, vt idem P. domum ipsam inhabitaret in vita sua, & post eius obitum domus illa remaneret M. & A. filiis ipsius P. nepotibus ipsius Ioan. de anno, mense, ac die, quo factũ fuit vẽditio, dixerunt se non recordari dictum venditionem non conditionalem, sed puram fuisse dicebat. Ad hoc probandum induxit instrumentum venditionis, & T. bellonem, qui fecit instrumentum, & vnũ de testib. scriptũ in instrumento dubitatum fuit, quæ probatio valere debet, & opponebatur ex parte ipsius P. quod licet testes, & instrumẽta eandem vim obtineant in causis, nõ tamẽ instrumẽtum tanti debet esse valoris, vt præferatur depositionibus triũ, vel pluriũ testiũ. E cõtra ex aduerso

a Host. dicit quod licet in aliquo volumine decreta scripta sit aliqua decretalis nõ habebitur pro decretali, nisi communiter in scholis habeatur. Io. And.

b Concor. l. & ibi Bal. C. quæ sit lõg. consue. & gl. Bart. & Cy. in l. tem nõ nouam. C. de iudi.

c Parum facit: dicit, quid sit edere, & qui sunt instrumenta, quibus quis vtitur. And.

† Cap. 3. eo. tit. in 3. cõpil. Et de materia G. Bart. in l. Doctores in l. cũ prolatis. ff. de re iud. Et adde plene de instrumentis ad litteras. & pro ipsis inquisitione, quæ habes de rec. inquisito.

† Cap. 4. e. tit. in 3. cõpi. Et de materia G. Bart. in l. diu. fratres. ff. de pæn. & Rota decisi. 173. in antiquis. Bar. & Paul. de Castro in l. admonendos. ff. de iureiũ. Oldra. cõs. 305. videtur dicendum.

† Verrallobos.

† Scoticanis.

† Cap. vnic. eod. tit. in 4. cõpil. Et de intellectu vide Fabri. ipsi. de mutu. in princ. & ité verb. rum. d Cõcor. l. & ibi Bar. C. ad Velle. & in Auth. de instru. cau. §. oportet.

aduerso fuit responsum, quòd cùm ipse Io. intentionem suã per instrumentũ probasset, & P. venditionem non purã, sed conditionalem fuisse proponeret, nec per testes P. de certo tpe fuerat facta fides: vnde non apparebat, quòd super illa venditione deposuissent, & in instrumento certum tempus adiiceretur, probatio ipsius P. inefficax erat ad intẽtionẽ cõtrariam elidendã. Sed dicebatur, quod rñsio ista inualida erat, qm̃ vtraque pars interrogata, cõfessa fuit in iure, quòd vnica vẽditio ipsius domus facta fuit in iure, sed p testes probatur venditionem conditionalem fuisse; & sic per confessionẽ vtriusq; colligitur vẽditionem domus conditionalem fuisse, nõ obstante quòd ipsa interrogatio facta fuit, postquam fuit in causa cõclusum: quia iudex vsq; ad prolationem sententiæ potest interrogare de facto, quotiens dubitat. Istis omnib. consideratis D. Papa de consilio fratrum pronunciauit venditionem p̃dictam conditionalem fuisse, & dictum P. non teneri ad ipsius domus possessionis traditionẽ, ipsi Io. super hoc silentium imponendo, sententiam prædictorum iudicum quoad hunc articulum infirmando, quamuis aliàs iustè pronunciauerint: quia hæc exceptio non fuit proposita coram ipsis: quãtùm ad alios articulos confirmauit eandem. Nota, quòd compensatio admittitur in iure. Item super nouo articulo publicatis attestationibus testes recipiũtur. Item testes præferũtur instrumẽto. Item exceptio peremptoria potest proponi in causa appellationis. Item iudex ex officio suo interrogare potest partes, vbicunque dubitat de facto vsque ad sententiam. Itẽ licèt sñia lata ex noua allegatione cassetur, non præiudicatur iudicibus, qui ipsam protulerunt. Item sña pro parte tenet, & pro parte non tenet.

libras ex illis non immeritò debebat compensare [a]. Tandem cum super hoc, & quibusdam aliis articulis inter vos fuisset aliquandiu litigatum, Iudices attestationibus publicatis, te sententialiter condemnarunt, vt eidem prædictę domus possessionem vacuam [b] † traderes, à creditoribus liberatam: *& infra.* ¶Cùm igitur ab hac sententia ad nostrã duxeris audientiam [c] appellandum, & nos tam tibi, quam prædicto Ioanni T. Subdiaconum, & capellanum nostrum dederimus auditorem: ex parte tua fuit propositum, supradictę domus venditionem non puram, sed cõditionalem potiùs extitisse, ac nullatenus te teneri ad traditionem ipsius, quatuor nihilominus testibus ad hoc probandum inductis: quod & si nouum esset capitulum, pendebat [d] tamen ex veteri: qui iurati deposuerunt se interfuisse contractui inter te, & prædictum Ioannem super eadem domo celebrato, pro qua centum octoginta librarum pretium tibi fuerat constitutum, tali videlicet adiecta conditione, vt tu domum ipsam inhabitares liberè in vita tua, & post obitum tuum M. & R. natis tuis eiusdem Ioannis nepotibus [e] remaneret: cuius conditionis intuitu domum ipsam eidem Ioanni pro minori pretio vendidisti, cùm à C. morandi pro ipsa ducentas libras potuisses habere: anni verò, mensis, & diei, quo venditio facta fuit, iidem testes se dixerunt minimè recordari [f]. Dictus verò Ioannes venditionem non conditionalem, sed puram proposuit extitisse, ad hoc probandum publicum exhibens instrumentum: *& infrà.* Tabellionem quoque, qui confecerat instrumentum, & vnum ex testibus in instrumento subscriptis, ad id probandum induxit: *& infrà.* ¶Porrò cùm dubitatio fuisset exorta, vtrius deberet probatio præualere: pro tua fuit parte propositum, quia etsi eãdem vim obtineãt instrumentorum fides, & depositiones testium in litib. exercendis; non tamẽ quodlibet [g] instrumẽtum tanti debet esse momenti, vt trium, vel plurium idoneorum testium depositionibus præferatur: *& infrà.*

¶Ad hoc autem idem Ioannes ex aduerso respondit, quòd cùm intentionem suam per iam dictum fundauerit instrumentum, ac tu in modum exceptionis [h] venditionem ipsam non purè, sed conditionaliter celebratam esse proponas †, nec per testes ad hoc à te inductos de certo [i] fuerit tempore facta fides: & ideò non appareat, quòd super illa venditione deponant, quam constat per dictum instrumentum, determinato tempore fuisse contractam, huiusmodi probatio videbatur inefficax ad intentionem contrariam elidendam. Verùm responsionem istã esse proponebas inualidam: quoniam cùm vtraque pars à nobis interrogata, fuisset in iure confessa, quòd vnica tantùm venditio super domo contracta fuerit, & ex depositionibus testium liqueat venditionem conditionalem fuisse, ex vtriusque confessione colligitur eiusdem domus venditionem conditionalem extitisse, non puram, non obstante quòd ipsa interrogatio facta fuerit, postquam [k] à partibus extitit in causa conclusum: cùm Iudex (qui vsque ad prolationem sententiæ debet vniuersa rimari) possit interrogare de facto, quotiens dubitationis aliquid occurrit †: *& infrà.*

a ¶*Compensare.*] Quæ cõpensatio admittenda fuit, n causa, ex qua postulabatur, liquida erat, aliàs non admittitur compensatio. j. *de deposito. c. bona fides. in fi.* vbi de hoc & C. *de compen. l. Vlt.*

b ¶*Vacuam.*] Quod fieri debuit, si pura fuit venditio. *ff. de act. emp. & vend. l. 2. §. 1. & l. seq.* & ar. *ff. de Vsur. l. si stipulatus. 8.* & sic restitutio possessionis plenè, ac liberè facienda est. s. *de resti. spo. Pisanis.* Bernard.

c ¶*Ad nostram audientiam.*] Hic ideo appellatur ad Papam, quia ciuitas Viterbiẽs. subest D. Papæ etiam quoad temporalem iurisdictionem: aliàs non appellaretur ad ipsum. [b] j. *de appel. c. si duobus.*

¶*Glo. seq. reci. per obiectionem. & solutionem.*

d ¶*Pendebat.*]Si enim capitulum ex toto esset nouũ, nõ pẽderet ex veteri iudex appellationis nõ cognosceret, nec testes reciperet. s. *de testi. & attesta. fraternitatis.* & C. *de temp. appella. per hãc.* & sic patet, q in causa appellationis nouæ pbationes possũt induci super noua exceptione. C. *si in rescrip. non pos. l. 2.* nec aliam causam possum prosequi in cã appellationis, quàm expressorim coram iudice, à quo appellaui. *ff. de appel. l. si. §. quæsitum ad fi.* ADDITIO. Et hoc est verũ in cã appel' à sñia diffinitiua, sed secus ab interlocutoria. vt j. *de appel. Vt debitus. & c. cordi. lib. 6.*

¶*Glo. seq. quærit, & soluit.*

e ¶*Nepotibus.*] Sed quare iste Ioannes emebat domum illam pro filiis ipsius Petri nepotibus eiusdẽ Ioannis, cùm ipsi filii debeant illi Petro succedere. in *Auth. de hære. quæ ab intest. defer. circa prin. coll. 9. & Instit. de hære. quali. & diff. circa princ. & § sed sunt.* Fortè ideo facit, quia Petrus prodigus erat, & consumebat bona sua: vnde ne domus illa perueniret ad alios, voluit Ioan. prouidere nepotibus suis.

f ¶*Recordari.*] Et [e] tamen valuerunt dicta eorum: quæ aliàs non valuissent, si de tempore ageretur. *suprà de testi. c. ex tempore.*

¶*Glo. seq. notat, quærit, & soluit & remittit.*

g ¶*Quodlibet instrumentum.*] Et ita patet, quod contra instrumentum quantumcunque publicum admittuntur testes, vt hic [d]: quia secundum testes productos cõtra instrumentum sententiatur. ad idem inducitur j. *de præscr. ad audientiam & C. de proba. cum precibus.* Si quæris, quot testes præiudicent instrumẽto, potest dici, quòd iij. vel v. ad minùs: quia auctoritas tabellionis videtur æquiualere duobus testibus. s. *de proba. quũ cõtra* & ipsum instrumẽtum valet duos testes: quia parem vim obtinet probatio testium, vel instrumentorum. C. *de fid. instru. l. in exercendis.* vt hic deciditur. & sic patet, quòd ad minus per quatuor meliores, vel quinque testes instrumentum reprobetur. De hoc dictũ est s. *de proba. tertia.* sed in casu isto testes non reprobant instrumentum, sed addunt instrumento, quod notarius omiserat fortè per obliuionem. Bern.

h ¶*Exceptionis.*]Vnde non videbatur pro ipso sententiandum. s. *de or. cog. cùm dilectus.* j *de exce. c. denique.*

i ¶*De certo.*]Propter quod probatio insufficiens videbatur. s. *de probatio. in præsentia. arg.* s. *eo. inter dilectos. & ff. de eden. l. 1. §. editiones.*

¶*Glo. seq. notat, quòd iudex, &c. dat simile. reddit duplicem causam, & demum determinat, & remittit.*

k ¶*Postquam*]Et sic patet q iudex põt interrogare partes, qñcunq; visum fuerit. *ff. de in. ir. actio l. Vbicunq. & 30. q. Vlt. ca. Vlt.* sic etiã potest interrogare testes post publicationẽ, si obscurè dixerint, qñque visum fuerit. s. *de testi. cùm clamor.* quia veritas sæpius examinata magis splendescit in lucem. 31. *q. 9. graue:* quia officium iudicis est latissimum. *ff. de iurisd. om. iud. l. 1.* sed ad petitionem partis non debet testes interrogare. *arg.* s. *de proba. in præsentia* [e]. de hoc dicitur. 30. *q. 5. iudicantem.*

¶*Glo. seq. arg. signat contrarium, remittit, & soluit.*

† *Quando dicatur vacua possessio, vide per Angelum, & legistas in l. in conuentionalibus. §. si quis vacuã. ff. de verb. oblig. adde glossã singularem in §. quod autem. Inst. de vsucapion.*

a *Si stipulatione sum rẽ dari, & vacuam possessionem tradi per actionem incerti ex stipulatiõe, veniũt fructus postea percepti, ut ibi verbo, & vacuam, & c. aliquid addant.* Ioan. And.

b *Nisi iudex, à quo appellatur, superiorẽ in temporalib. non cognoscat,* j. *qui fil. sint legi. per venerabilem. §. rationibus,* s. *de foro cõpet. licet in Auth. vt diff. iudi. §. si tamen contigerit, secũ Ioan. And.*

e *Hæc glossulam non puto Bernardi, nec tamen in antiquis codicibus.*

† *Interrog. quod per cõfessionem rei, vbi debitum est liquidũ, admittitur re compensatio, concor. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp.*

d *Et sic reprobatur opinio Lafr. Cremonen. qui dicebat per testes nõ reprobari instrumentum, nisi esset suspectũ vel ex parte producentis: & reddebat responsionẽ quia memoria hominum labilis: nec cõmuniter testes ita sunt instructi sicut tabellio, quare plus creditur instrumento secũdum eum.* Ioan. And.

† *Vide tex.* in l. vbicunque. *cum cõcor.* ff. de inter. act. l. 1. & 2. cod. tit.

e *Vbi de hoc in 4. glos.* & s. de test. *gratas.* Ioan. And.

a ¶*Pronun.*

a ¶*Pronunciauimus.*] Arg. quod super exceptione incidenti fit pronunciandum. *arg. contra.* ǁ. *de ord. cog. c. 3.* vbi de hoc. Sed ratio, quare pronunciatur, hîc super hac, & non ibi, potest assignari. Hîc opposita fuit exceptio post sententiam: vnde super exceptione nondum fuerat directè, vel indirectè pronunciatum: quare in causa appellationis debuit de ea pronunciari, quia de ea cognitum fuit: & ad hoc, vt sciretur, quare sententia reuocetur: sed cùm opponitur ante sententiam, super ea pronunciatur indirectè, dum sententiatur super principali. Bernar.

¶*Glossa seq. non dat simile, signat contrarium, & remittit.*

b ¶*Huiusmodi exceptio.*] Per hoc patet, quod exceptio peremptoria omissa ante sententiam, potest opponi post sententiam in causa appellationis. *Cod. sen. rescin. non poss. l. 2.* aliàs non esset [illegible] beneficium [illegible] *l. prædicta.* & ǁ. *de proc. l. cum olim 2.* ǁ. *de in integ. resti. [illegible]* [illegible] compensatione omissa ante sententiam, nihilominus actio remanet salua post sententiam [illegible] appellationem [illegible] iudicata in prima [illegible] *ff. de comp. quod in diem §. 1. Arg. tamen contra.* ǁ. *de re iud. inter monasterium.* Sol. vt ibi.

EX *parte*] Communis diuisio, Secunda ibi, *Quia.* Abb. Sic.

CASVS. Quædam Regina impetrauit literas quasdam super restitutione spoliationis cuiusdam castri, in quibus deficiebat hæc littera, a, in hac dictione, *spoliarum*: quæritur, vtrùm propter hoc rescriptum vitietur? Et respondet Papa, quod non. Nota quod propter dictum defectum non vitiatur rescriptum: cùm ex præcedentibus, & subsequentibus possit cognosci mandatoris intentio.

¶*Glo. seq. obijcit, & soluit.*

c ¶*O, deerat.*] Et hoc videtur satis, quod non debuit valere: quia in litteris D. Papæ nihil debet diminutum esse. *arg.* ǁ. *de rescript. ca. cum a Deo.* & cum multa maturitate, ac deliberatione traduntur. *35. q. 9. Apostolica.* vnde non est verisimile, quòd aliquod vitium posset ibi remanere: sed propter tam modicum defectum non vitiatur, maximè si rescriptum in aliis apparet omnino legitimum, cùm fuerit vitium scriptoris, siue nimia occupatio: quod nocere non debet. *arg. C. de testi. l. errore.* & *l. ambiguitates.* & *l. quoniam indignum. & C. de leg. in legatis.* secus si esset ibi falsum latinum. ǁ. *de rescriptis. c. ad audientiam.* Et sic est notabile, quod propter defectum syllabæ, vel litteræ non vitiatur rescriptum: sicut nec testamentum vitiatur, nec libertas minùs debetur, licèt erratum sit in syllaba. *ff. de manumiss. testa. l. qui habebat.*

¶De consilio fratrum nostrorum pronunciauimus[a] venditionem prædictæ domus fuisse conditionaliter celebratam, & te [ob † hoc] nullatenus obligatum ad traditionem eius: super hoc memorato Ioanni silentium imponentes. Sententiam verò iudicum prædictorum, qui aliàs iustè pronunciasse noscuntur (cùm huiusmodi[b] exceptio coram ipsis nec probata fuerit, nec obiecta) quoad dictum capitulum infirmamus, eam quoad alios articulos [auctoritate † Apostolica] confirmantes.

¶Honorius iij.

¶*Defectus litteræ non vitiat rescriptum.*

CAP. XI.

EX † parte charissimæ in Christo filiæ B. quondam Anglorum † reginæ fuit propositum: *& infrà.* ¶Quia rescriptum Apostolicum, pro eo quòd in hac dictione, spoliarunt, hæc figura, ô, deerat[c], asseritur vitiosum: Mandamus, quatenus hoc non obstante, in negotio ipso præuia ratione procedas.

¶Gregorius ix. Priori sancti Bartholomæi, & Decano de Arcubus London. †

¶*Licitè appellauit à Iudice, qui parti hoc petenti non fecit edi communia instrumenta.*

CAP. XII.

G † perpetuus Vicarius Ecclesiæ de Recham nobis exposuit, quòd cùm Prior, & Conuentus de Ledis, eum super decimis[d] coram Iudicibus auctoritate Apostolica conuenissent, & dictus G. super[e] similibus coram ipsis reconuenisset eosdem: quia dicti Iudices copiam quorundam instrumentorum communium[f], quæ habebat pars altera, & per quæ intendebat intentionem suam super principali fundare, fieri non faciebant eidem hoc cum instantia postulanti, nostram audientiam appellauit: Ideoque mandamus, quatenus si est ita, reuocate in statum debitum, &c.

¶Idem.

¶*Scripturæ contrariæ ab eodem productæ fidem non faciunt.*

CAP. XIII.

IMputari[g] † ei potest, qui contrarias[h] inter se scripturas in iudicio protulit, fidem sibi adinuicem derogantes: Cùm

G *Perpetuus.*] In prima parte ponitur appellantis narratio. In secunda causæ commissio ibi, *Ideóque.* Abbas Sic.

CASVS. Prior, & conuentus de Ledis coram iudicibus delegatis traxerunt in causam G. perpetuum vicarium Ecclesiæ de Rechan super quibusdam decimis. Dictus vicarius reconuenit eosdem super consimilibus quæstionibus, petens à iudicibus, vt compellerent partem aduersam, vt faceret ei copiam quorundam instrumentorum communium, per quæ intentionem suam super principali negotio probare volebat: & quia hoc fieri non faciebant eidem, sedem Apostolicam appellauit. Mandat Papa, quatenus si ita est, reuocato in statum debitum, quicquid post appellationem, &c. Nota, quòd instrumenta communia parti, pars exhibere tenetur. Item reconuentio in spiritualibus facienda est.

¶*Glossa sequens obijcit, alleg. contra obiectionem, & remittit, & demum obijcit, & soluit.*

d ¶*Super decimis*]Sed nónne iste vicarius, si conueniebatur pro decimis vicariæ suæ, debebat dominum [illegible] in iudicio [illegible] quod [illegible] non est. ǁ. *vt lit. nō contest. quoniam. §. penul. & C. vbi in rem act.* *L. 2. & ipse dominus debuit conueniri arg. ǁ. de præsert. auditis. & 16. q. 3. inter memoratos.* arg. quod teneat respondere cùm ipse habeat ius in re. ǁ. *de ap. ad audientiam.* sicut vsufructuarius tenetur ad refectionem domus, & ad tributum. *ff. de vsufru. l. vsufructu legato. § si & l. 7. aliàs. § hactenus.* & *C. eo. tit. cum.* De hoc dictum est. ǁ. *vt lite non contest. quoniam. § pen.* Sed intellige, quod iste vicarius habeat mandatum generale, vel speciale ad agendum, & defendendum à rectore legitimè factum, aliàs nō fuisset admissus, eo ipso quòd esset vicarius, cum non habebat administrationem, nec titulum sicut prælatus, ne præiudicaretur Ecclesiæ per factum ipsius. Bern.

e ¶*Super similibus*] Et etiam super dissimilib. poterat eos reconuenire, & ei tenebantur respondere. ǁ. *de mu. pet. c. 1.* vbi de hoc.

¶*Glo. seq. circa editionem distinguit instrumenta communia, & propria: & in his an vtatur, nec ne: & cum vtitur, edantur sine die. & consule. facit in casu.*

f ¶*Communium.*] Not. circa exhibitionem instrumentorum. Et primo scire debes, quod rescriptum, & omnia acta causæ, & confessiones, & responsiones, & attestationes, & quæcunque acta sunt in iudicio, peti possunt exhiberi, vel conditione ex lege, vel iudicis officio. *C. de eden. l. 2.* Vel conditione ex illa decre. ǁ. *de proba. quoniam.* & integraliter sunt exhibenda: quæ communia sunt *C. de eden. non est nouum. & l. vlt. & ff. eo. prætor. §. & l. si quis. § ratione. & l. argentarius. 1. resp.* & hic est expressum. Sed si instrumenta propria sunt, & actor petit à reo instrumenta, per quæ intentionem suam probare vult, non est audiendus: quia apud seipsum debet habere probationes suas. ǁ. *de proba. c. 1. & C. de eden. qui accusare.* & actore non probante, reus debet absolui vt in dicta l. qui accusare. & ǁ. *vt eccl. benef. vt nostrum.* Et ita nec reus actori, nec actor reo tenetur exhibere instrumentum ad fundandam intentionem aduersarij. Si verò actor, vel reus, vtitur aliquo instrumento proprio, illud aduersario edere debet sine die, & consule, ne præstetur materia fabricandi falsum. ǁ. *eo. contingit.* & *c. accepimus. ff. quemad. testa. ape. l. 2. § diem autem. & ff. de edend. l. 1. § editiones.* Nisi vellet alterutra partium arguere instrumentum de falso: quia tunc integrum testamentum debet ei edi. vt ǁ. *eo. inter dilectos. & C. de contrah. & commit. stip. l. optimam.* Bernar.

IMputari.] Imputatur ei, qui producit scripturas contrarias in hoc, quia inuicem sibi derogant. Ponit primò dictum. Secundo [illegible] ibi, *Cùm ipsum.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis agebat contra aduersarium suum, putà petens ab eo aliquam pecuniam: ad suam intentionem probandam induxit duo instrumenta contraria: quærebatur, cui illorum, vel an neutri standum esset? Respondet Papa, quòd istæ scripturæ contrariæ fidem sibi adinuicem derogant, & sic non valent, & imputet sibi, qui eas in iudicio protulit: quia in potestate sua fuit, quam voluerat non proferre, debuit enim eas præuidisse, & alteram protulisse. Nota, qui contraria allegat, non debet audiri, & imputet sibi, qui causam suam male tractat.

g ¶*Imputari*] Hæc decre. sumpta est ex illa lege. *C. de fide instru. l. scriptura.*

¶*Glo. seq. primò declarat, secundò quærit & soluit.*

h ¶*Contrarias.*]Hoc verum est, siue directè contrariæ sint, siue indirectè. Directè, vt si induco instrumentum, in quo promisisti mihi soluere tali die x. & aliud exhibeo, in quo continetur, quòd ego feci tibi pactum de nō petendo. Indirectè, putà si induco instrumentum, in quo continetur quod promisisti mihi soluere decem Bononiæ tali die. Item produco aliud, in quo continetur, quòd eadem die promisisti mihi soluere x. Romæ, illæ scripturæ licet nō contradicant directè, tamen indirectè

sine per obliquum contrariæ sunt, & ideo vna derogat alij, sic quandoque scriptura, & factum sibi ad inuicem derogare videntur, vel saltem alterum alteri. ꝫ. de elec. cùm inter R. Sic ergo patet, quòd qui contraria allegat, non est audiendus. ꝫ. de epp. solicitudinem. circa fi. 33. q. 7. quod autem. & 8. d. quo iure. & hoc locum habet, quando ab eadē parte producuntur, secus si à diuersis: quia tunc erstatur, quę magis est sine suspicione, & quæ dignior est. C. de contrahen. stip. optimam. in fine. Sed nunquid est idem in testib. ab eadem parte productis? Dic, quòd non: quia in testibus non possum prouidere: quòd dicturi sunt, & ideo statur dignioribus a: sed per instrumentum bene potuit prouidere, quod magis expediret producere: vt hîc dicit in fin. & tibi imputes, quòd minùs diligens fuit: nā vigilantibus, non negligentibus iura subueniūt. ff. qui ex cau. maior. non enim, & ff. de eden. l. Seluti.

in ipsius fuerit potestate, quam volueras, non proferre.

Idem.

¶ *Si in instrumento debiti exprimatur causa, condemnatur debitor, nisi probet indebitum: si nō exprimitur, necesse est, vt creditor probet id fore debitum.*

CAP. XIV.

SI cautio a †, quam à te indebitè b proponis expositam, indeterminatè c loquatur, aduersarius tuus tenetur ostendere debitum, quod cōtinetur in ea. Sed si causam d, propter quam huiusmodi scriptura processerit, expresseris in eadem, confessioni e tuæ statur: nisi probaueris te id indebitè f promisisse.

¶ Idem I. Tabellioni.

¶ *Auctoritate Ordinarij potest Notarius Tabellionis mortui notas in publicam formam redigere.*

CAP. XV.

CVm † P. Tabellio morte præuentus, quædā non perfecerit instrumenta, quę in notā redacta fuerant ab eodem: Ad petitionem eorum, ad quos pertinent, auctoritate ordinarij g Iudicis poteris ea fideliter in publicā formam redigere habitura per hoc perpetuam firmitatem h.

SI cautio.] Ponit dictum, quod diuidit in duo membra: & secundum ibi, *Sed si causam*. Abbas.

CAsvs. Aliquis agebat contra aliquem aduersarium suum, petens ab eo certam pecuniæ quantitatem: ad hoc probandum inducebat quoddam instrumentum, in quo reus simpliciter confitebatur se simpliciter debere quantitatem petitam nullam causam exprimendo, ex qua deberetur: quæritur, an ex tali cautione reus sit condemnandus? Respondet, quòd actor tenetur ostendere debitum, quod in cautione illa continetur. Si verò causam reus expresserit in scriptura illa, propter quam scriptura illa facta fuit, suæ confessioni stabitur nisi probet se id indebitum promisisse. Nota, quòd causa semper est exprimenda, ad hoc vt ex confessione sua quis obligetur, aliàs non tenetur.

a ¶ *Si cautio.*] Hæc decretalis sumpta est de *l. illa. ff. de proba. cùm de indebito. §. vlt.* & dic, cautio, id est, scriptura: siue sit priuata, siue publica. Bernardus.

b ¶ *Indebitè*] Quia dicis, quòd non teneris ad id, super quo cautio exposita fuit.

c ¶ *Indeterminatè*] Id est, non exprimens ex qua causa debeatur.

¶ *Glo. seq. exemplificat, quærit & soluit arg. & remittit. Iterum quærit, & soluit.*

d ¶ *Si causam*] Putà, quia confessus fuisti mutuò recepisse pecuniam promissam vel ex aliquo alio contractu antecedenti: tunc enim statur tuæ confessioni, quæ continetur in illa cautione: alioquin si causa non sit incerta, non poteris conueniri ex illa cautione. *Cod. de non nume. pecu. generaliter.* cùm satis sit indignum, vt quod quisque sua voce dilucidè protestatus sit: in eūdem casum proprio infringere valeat testimonio. ꝫ. *de proba. per tuas. & in l. prædi. generaliter. in fi. & arg. 1. q. 7. saluberrimum. & 27. q. 1. omnes fœminæ* quòd si non promittas, sed confiteatur se debere mihi ex aliqua iusta causa præcedente, idem est, ac si promittat, vt teneatur ex illa confessione: vt in *l. prædicta generaliter, in fi.* & ita patet, ex hoc quòd confessio extra iudicium facta, causa adiecta bene præiudicat ad probandum. De hac materia dictum est *suprà de confes. cap. vlt.* Item quid si me absente confiteatur se mihi debere? Talis confessio non nocet ad instar stipulationis: vt *Insti. de inutil. §. item verborum.*

¶ *Glo. seq. notat confessioni stari: & ponit tres casus exceptos.*

e ¶ *Confessioni.*] Sic ergo statur confessioni contra se b: fallit tamen quandoque, vt in pecunia confessata: quia tunc potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ infra biennium. *Cod. de non nu. pe. in contractibus. in prin. & in dote. C. de do. cau. non num. l. vlt. in Auth. ibi posita.* Item fallit, vbi statur secundæ confessioni, & non primæ *C. ad Velleia. Auth. siue à me.*

f ¶ *Indebitè.*] Et ita admittitur probatio cōtra talem cautionem, licet causa subiecta fuerit, scilicet quòd talis promissio indebita fuit putà quia iam satisfecit ei: sicut qui dicit pecuniam indebitam se soluisse, illud probare tenetur. ꝫ. *de solut. cùm cæt. c. vlt. & ff. de proba. c. cùm de indebito. 1. respons.*

a *Concor. l. si plures, & ibi Bart. ff. de accu. & l. 4. §. eiusdē & §. sciente potes. ff. de testibus.*

† *De materia huius decretalis vide Bartolum in l. diuus. ff. de falsis. adde Alexan. cōsi. 18. in 4. volu. & consil. 13. incip. ex thematæ. & consil. 150. incip. circa primam in 2. volum.*

† *Vide plene per Matthæum de Afflictis super constit. Neapo. in ci. Baiulos omnes. notabili. 13. seq. adde Baldum. cōsil. 62. lib. 5. Alexand. consil. 136. & 131. lib. 1.*

b *Concor. l. 1. & ibi Bar. ff. de leg. 2. & in l. cum filuis. §. 1. ff. de ver. obli.*

¶ Idem.

¶ *Instrumentum exemplatum per Tabellionem auctoritate Ordinarij, eādem vim habet cū originali.*

CAP. XVI.

SI † instrumenta propter vetustatem i, vel propter aliam iustam causam k exemplari petantur: Coram ordinario Iudice, vel delegato ab eo specialiter præsententur: qui si ea diligenter inspecta in nulla sui parte vitiata reperierit, per publicam personā l illa præcipiat exemplari, candē auctoritatem per hoc cum originalibus habitura.

CVm P.] Primo narat factum, circa quod quæstio: secundò ponitur decisio ibi, *petitionem*.

Casvs. Tabellio præuentus morte quædam instrumenta non perfecit, quæ redacta erant in notam per eundem, quærebatur, quid deberet fieri de huiusmodi instrumentis in notam redactis? Respondet Papa P. Tabellioni, quòd ad petitionem illorum, ad quos pertinent, auctoritate iudicis ordinarij poterit illa instrumenta in publicam formam redigere, per hoc perpetuò valitura, ac si à dicto P. completa fuissent.

g ¶ *Auctoritate ordinarij.*] Ordinarius ergo præstabit auctoritatem suam huic Tabellioni, ad petitionem illorum quorū sunt instrumenta, vt ea redigat in publicam formam sic & si essent cōsumpta propter vetustatem, aut aliam iustam causam. ꝫ. *c. prox.*

h ¶ *Perpetuam firmitatem.*] Vt hic dicit. sic & testamentum auctoritate ordinarij in publicam formam redigitur. *C. de testa. testamenta. & l. consulta*, & talis publicatio æquiualet testamento. *C. eod. publicati.* hoc tamen scire debes, quod Tabellio dum viuit non potest alteri committere completionem instrumenti, sed ipsemet debet complere instrumentum, prout in protocolo reperitur: nihil addendo, vel diminuendo, quàm in protocollo continetur. *in Auth. de tabell. coll. 4* post mortem verò fiat, prout dicitur hic. & *C. eod. ciuis. contractus.* Bern.

SI instrumenta.] Primò ponitur quæstio. Secundò solutio ibi, *Coram.* Abbas.

Casvs. Aliqua instrumenta propter vetustatem vel aliam iustam causam quasi consumpta sunt & petuntur exemplari: quæritur, quid fieri debeat? Respondet Papa, quod præsententur coram ordinario, vel coram delegato specialiter ad hoc: ille postmodum inspiciat diligenter illa instrumenta, & si in nulla parte sui vitiata sint, præcipiat illa exemplari per publicam personam: & habebunt eandem auctoritatem cum originalibus. Nota ista duo capitula, quia frequenter locum habent.

i ¶ *Vetustatem.*] Propter vetustatem instrumenta, & priuilegia renouanda sunt: vt hic, & ꝫ. *de confirm. vti. vel inutil. cùm dilecta.* aliàs si vetustate consumerentur, nulla fides ei adhiberetur. *suprà eodem inter dilectos.* sic & testes, ne probatio pereat, in publicam formam rediguntur. *suprà de testib. significauit. & suprà vt lit. non contest. quoniam 1. respon. & §. sunt & alij. & ff. ad leg. Aquil. in leg. Cod. de vsur. pupil. l. vltim. arg.* Bernardus.

k ¶ *Iustam causam.*] Puta, quia littera incipit deleri ex vitio chartæ, vel encausti, quamuis instrumentum de nouo sit factum, vel alio modo quod possit contingere de facto, ita tamen facienda est hæc renouatio, si adhuc sint ita integra, quòd non sit dubitatio de ipsorum tenore: vt hic dicit: vel si essent pro parte iam cōsumpta, vt ex inspectione non possit deprehendi de fide ipsorum, non sunt renouanda, nisi priùs per testes probaretur de integritate instrumentorum. ꝫ. *de priuileg. cùm olim.* & hæc innouatio debet fieri auctoritate ordinarij: vt hic dicitur. sic ꝫ. *eo. ca. prox.* Bernar.

¶ *Gloss. seq. quærit & soluit.*

l ¶ *Publicam personam.*] Sic *suprà c. prox. & c. cùm dilectus.* Quid si publica persona non possit haberi? Satis credo, quòd per aliquam personam honestam auctoritate iudicis rescribi possunt. *arg. suprà de proba. quoniam contra.* Ita tamen quòd sigillum authenticum apponatur, quod imponat fidem instrumento. *suprà eod. cap. 1. & c. cum dilectus.* aliàs posset deperire ius illius, quod esse non debet: immo curare debet iudex, vt salua sit rerum probatio. *ff. de testib. curent.* Bernardus.

† *De materia huius decretalis, & glossarum eius, vide Iasonem in l. 3. C. de iurem. ph. Paulum de Castro. consil. 61. incip. super eod. Oldra. consil. 321. inci. circa primum. Alex. cōsil. 4. incip. videretur. in 2. volum.*

DE PRÆSVMPTIONIBVS.

¶ *Quia præsumptiones quandoque plenè probant, quádoque semiplenam probationē faciunt, quádoque aliæ præsumptiones condemnat. vt patet infra in processu tituli. Ideo post tractatū de probationibus, de testibus, & de fide instrumentorum annectit hanc rubricam, in qua tractatur de quadā specie probationis. Et vide ad materiam, quod dixit Panor. in c. tertio loco. supra de proba. & no. in c. ferrum. 5. dist. Abbat. Quid autē debet præsumi, si clericum amplexetur mulierem. 11. q. 3. absit.*

S*icut noxi*[a]] Ludus noxius inducit … presumptionem fraudis. Vel sic: In dubio in delictis præsumitur dolus & aduerte, quia verba text. nō sūt Papæ, sed Salomonis in parabolis, vt patet ex præ… tione: & habētur originaliter in parabolis in c. 16. & pone casum literalem referē. do consultationē ad Pa… auctoré … com… pilationis, & dicas sic: Quidā accessit ad Gregorium ix. quæres ab eo, Pater sancte, quidā in trauit domum cuiusdam, qui reputabatur amicus suus, & clandestinè quædam iocalia subtraxit, & reclusit sub mantello suo: cùm autē dominus domus hoc detexisset, ille ad excusationem suam dixit quòd iocosè fecisset: vellem scire, an ex confessione sua ille sit absoluendus: dñs Papa rñdet, quòd huius solutio quæstionis ex dictis Salomonis in parabolis colligitur euidenter: qui inter cætera dicit, quod sicut noxius, id est, noc… ns est is, qui manifestè nititur nocere, licet fortè non fuerit secutus affectu ita is qui nocet occultè, licèt in deprehensionis actu dicat, quod iocosè fecit, quasi dicat, quòd sibi non est credendum, ex quo actus est in se nocuus. Abbas.

TITVLVS XXIII.

De præsumptionibus.

¶ Salmon. in parabolis †.

¶ *Sicut manifestè nocens est pœna obnoxius: ita & occultus, licèt postea dicat se ioco fecisse.*

CAP. I.

SIcut noxius est, qui mittit lánceas, & sagittas in mortē[a]: ita vir, qui fraudulēter nocet amico suo, & cùm fuerit deprehensus[b] dicit, ludens[c] feci.

¶ Idem †.

¶ *Ex violēta præsumptione fertur diffinitiua, & est casus notabilis.*

CAP. II.

AFferte mihi gladium: Cúmque attulissent, ait[d], diuidite infantē viuum, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. Dixit autē mulier, cuius filius erat viuus, ad Regem (commota[e] sunt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro domine, date illi infantem viuum, & non occidatur. E contrario alia † dicebat: Nec mihi[f], nec tibi sit, sed diuidatur. Respōdit Rex, & ait: Date huic infantē viuum, & non occidatur, hæc est enim mater eius[h].

¶ Hieronymus super parabolis †.

¶ *Conuersatio in adolescentia facit præsumptionem in senectute.*

CAP. III.

EX studiis suis intelligitur[i] puer. ¶ Quæcunque enim virtutibus studere, eū modestia continentiæ, auditioni sapientum, obseruantiæ mandatorum Dei, maxime simplicitati, & humilitati videris, huius munda, & recta opera intellige[k].

¶ Bonifacius Papa Episcopis Galliæ.

¶ *Præsumitur contra illum, qui dilationibus subterfugit iudicium.*

CAP. IV.

NVllus † dubitat, quòd ita iudicium nocens subterfugit[l], quemadmodum vt ab …

a ¶ *In mortem.*] Id est vt mortem inferat, licèt res non habuerit effectum, ex quo processit ad actum 51. dist. si quis post acceptum. de pœn. dist. 1. si quis cum telo.

b ¶ *Deprehensus.*] In opere nociuo

c ¶ *Ludens.*] Licet hoc asserat, non excusatur, quia noxius ludus est culpa ff. ad l. Aquil. nam ludus. cùm dabat operam illicitæ rei. 50. dist. clerico. & c. quis voluntate. nam omne maleficium prauè præsumitur actum. C. ad l. Cor. de sic. l. 1. C. de iniur. si non conuitius.

ADDITIO. Et omne beneficium rectè præsumitur actum.

A*fferte mihi*] Diuiditur: nam 1. pars ponit factum, ex quo 2. diffinit. ibi, *Respondet*. Et aduerte, quòd hæc dispositio siue decisio non fuit originaliter Papæ, sed Salomonis: & habentur hæc verba 3 Regum in c. 3. vnde hic in suprascriptione dicitur idem, & habet respectum ad c. prox. & pone casum litteralem, vt ibi dictum est. Vel specialiùs sic. Quidam proposuit coram Romano pont. an iudex valeat sententiam diffinitiuam proferre ex sola præsumptione vrgentissima? Rñdet Papa, quod sic & ad probandum inducit auctoritatem, & exemplum Salomonis, qui ex sola præsumptione, iudicauit inter illas mulieres meretrices contendentes de filio. & vide latiùs hanc historiam in Biblia in loco præallegato, *Abbas*. CASVS. Cùm duæ mulieres essent simul in quadam domo, & vtraque haberet filium paruulum infantem, contigit, quòd alter infans mortuus est: illa cuius filius erat mortuus, accepit filium alterius viuum, & filium suum mortuum latentem posuit ad latus illius, cuius filius erat viuus: postmodum illæ duæ mulieres cœperunt contendere inter se: illa cuius filius erat viuus, petebat filium suum ab alia: illa rñdebat: filius tuus mortuus est, meus autem viuit: illa rñdebat econtra. Accesserunt ad Regem Salomonem, & cœperunt contendere coram Rege, cum illa cuius filius erat viuus, non posset probare, quòd filius suus esset, voluit Rex per præsumptionem inuenire, cuius filius esset: dixit Rex: Afferte mihi gladium: allato gladio ait: Diuidite infantem viuum, & date dimidiam partem vni, & dimidiam alteri. Illa cuius filius erat viuus, dixit Regi: Domine, date illi infantem viuum, & non occidatur: econtra altera dicebat: nec mihi nec tibi sit, sed diuidatur: Tunc ait Rex: Date huic, s. quæ nolebat illum infantem diuidi viuum: hæc est enim mater eius: & ita Rex ad hanc præsumptionem rectam tulit sententiam.

d ¶ *Ait.*] s. Rex Salomon, sed non diffiniendo, [a] sed potiùs tentando, causa inquirendi veritatem, cuius filius esset: nam non omnis vox iudicis auctoritatem continet rei iudicatæ. *C. de sen. & interlo. om. iud. est ex stipulatione & 3. q. 6. hoc quippe, in princ.*

e ¶ *Commota.*] Interpositio est.

f ¶ *Nec mihi*] Hæc non fuit audienda, quæ nocere tantum voluit, & non prodesse: vnde malitiis eius non est indulgendum. *ff. de rei ven. in fundo. & 3. de refcri. sedes Apostolica. & 3. de priuileg. ex parte tua. 2. & 3. qui ma. accu. poss. significante.*

g ¶ *… ate huic.*] Hæc mulier sententia diffinitiua lata per solam præsumptionem. sic. 32. q. 1. dixit dominus. hæc locum habent, cum violenta est præsumptio.

¶ *Gl. se. quærit, & soluit: itera quærit. ar. pro, & contra, & soluit.*

h ¶ *Hæc est enim mater eius.*] Id est, præsumitur ex dilectione vnius, & odio alterius *ar. 23. q. 4. ea vindicta. circa princi.* [b] Sed si vtraque dixisset filium nolle interfici, tunc illi, qui erat in possessionem adiudicaretur, nisi alia probatio interuenisset. Sed pone, quòd vtraque moriatur lite pendente, cui succedit iste: Videtur, quòd vtrique *ar. ff. de re. du. qui duos ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. sed nec impuberis ar. cōtra, quod neutri succedat. ff. de re. du. l. si fuerit.* quia ponit impossibile, quòd est cōtra naturā, scilicet se habère duas matres, vñ nō est audiendus. *ff. de inter. actio. cōfessionib. §. 1 ff. quæ sen. sine app. rescin. l. vlt.* Item altera erat in possessione; ergo alteri incumbit probatio. ff. de proba. ei qui dicit pro hac parte standum est.

ADDITIO. Si verò de conuictione neutrius constaret, dic, vt not. *3. de testibus. in nostra.*

E*X studiis.*] Primo ponuntur verba Salomonis in parabolis. c. 20. Secundò ponuntur verba Hieronymi illa exponentis ibi, *Quæcunque.*] Et pone casum vt in c. præcedentibus, referendo consultationem ad Papam.

CASVS. Puer aliquando præsumitur, quòd bonus debeat esse ex actibus suis, quando videmus aliquem puerum bona opera facere, putà libenter audit sapientes, studet virtutibus, audit mandata Dei, per ista signa exteriora præsumitur, quod bonus futurus sit.

i ¶ *Intelligitur.*] Id est præsumitur. & est arg. per exteriora præsumi de interioribus. 32. q. 5. qui viderit. & 50. dist. si quis diaconum.

ADDITIO. versus: *Intima per mores cognoscimus exteriores.*

k ¶ *Intellige*] Id est præsume. Nam pro certo non possumus scire, quod probat illa tria, quæ Salomon asserit difficilia, scilicet viā colubri super petram, viam aquilæ super cœlum, viam nauis super aquas, quartum quasi reputat impossibile, viam viri in adolescentia sua, tanquam inuestigari non possit: [e] tamen ex his argumentis bonam colligimus opinionem, quousque appareat in contrarium. 3. eod. c. vlt. Ber.

N*Vllus*] Abbas antiquus dicit casum ponendum per *decr. Seruatis. de de. & contu. Abbas Siculus.*

CASVS. Reus qui est in aliquo delicto, de quo conuenitur, semper fugit, & nunquam vellet venire ad iudicium, & hoc ipso præsumitur contra ipsum: & ille, qui est innocens, libenter quærit, vt absoluatur, nec aufugit. & ex hoc præsumitur, quod sit innocens.

l ¶ *Subterfugit.*] Qui enim iudicium refugit, apparet eum de iniustitia diffidere. 11. q. 1. Christianus. & 3. q. 9. decrevimus. & 74. dist. honoratus. Ber.

b *Immò videtur hic probari contrariū: sed dic, quod hic commissa fuit non sūmaria inquisitio veritatis: sed occulta indagatio credulitatis, & famæ. Ioan. And. Idem vult hic Felinus, & alij.*

† *Aliàs: Archiepiscopo.*

† *Ex hac decretali colligitur quemlibet præsumi bonum, de quo articulo præter Felinū, & alios hic vide Alexādrum cons.* 117. *incip.* Saluatoris. in 3. vol.

† *Adde, quod hæc clausula potius importat modum, quam conditionem. Vt notatur in* clemen. 1. de offi. del. *& de Baldum* in l. neque. C. de probatio.

† *In duobus vetustissimis ex. in capite sq. habetur.*

CAP. I.

EX † administrationis: & infrà. ¶Mádamus, quatenus creditores ad iuramenta[a] super vsuris sibi soluendis præstita relaxanda, Ecclesiastica districtione[b] cogatis[c] †.

¶ Ex † registro Gregorij.

¶ Non valet iuramentum præstitum à Prælato de non repetendis rebus Ecclesiæ. Vel sic: A iuramẽto metuuloso fit absolutio per Iudicem Ecclesiasticum.

CAP. II.

PEruenit † ad nos Laudiceñ. Episcopũ ab Ar. Comite rebus[d] suis spoliatum, & iurare compulsum, quòd non repeteret sic ablata. ¶Cognita igitur contumelia valde doluimus, asserentes ipsum Episcopum nullius iuramenti vinculis super hoc posse[e] constringi: quem tamen absoluimus[f], quia nefandissima coactione iurauit.

¶ Idem Regi Francorum.

¶ Non deierat, qui iuramenti implementum in melius commutat. Et non adstringitur quis iuramẽto ad implen-dum, quod iurauit, si ab alia parte non impletur, cuius respectu præstitit iuramentum.

CAP. III.

ii PEruenit † ad nos: & infrà.

¶ Non enim propositum, aut promissum infringit[g], qui in melius illud commutat. ¶Nec tu ei, etiamsi promissum tuum iuramento, vel fidei obligatione, interposita conditione firmásse, aliquatenus teneris, si constat eum conditioni minimè paruisse[h].

¶ Idem Petro Subdiacono.

¶ Ponitur forma iuramenti septem capitula continens: secũdum quam iurant Papæ Episcopi: sed hodie omnes recipientes dignitatem à Papa sibi iurant. Hoc sit pro summario & diuisione.

CAP. IV.

EGo † N. Episcopus ab hac hora in antea fidelis ero sancto † Petro, sanctæque Romanæ Ecclesiæ, dominóque meo Papæ C. eiusque successoribus[i] canonicè[k] intrantibus.

¶ Nõ ero neque † in cõsilio, neq; in facto, vt vitã perdat[l], aut mẽbrũ, vel capiatur mala captione.

¶ Consilium, quod mihi aut per se, aut per literas, aut per nuncium manifestabit, ad eius † damnum nulli pandam[m].

¶ Papatum Romanæ Ecclesiæ, & regulas sanctorum patrum, adiutor ero ad defendendum, & retinendum (saluo ordine meo)[n] contra omnes homines.

¶ Vocatus ad synodum veniam: nisi præpeditus fuero canonica[o] præpeditione.

¶ Legatum Apostolicæ sedis, quem certum esse cognouero, in eundo, & redeundo honorificè tractabo[p], & in suis necessitatibus adiuuabo.

EX administrationis.] Creditores compelluntur relaxare iuramentum de vsuris sibi soluendis. h.d. quoad literam.

a ¶ *Iuramenta.*] Recepta à debitoribus pro persoluẽdis vsuris creditoribus, quæ in præiudicium animarũ quoad creditores seruari nõ possunt, & ideo ratione peccati cõpellũtur creditores relaxare huiusmodi iuramẽta. ĩ. *de iud. nouit.* sed quãtùm ad iurantes nõ est peccatum. ĩ. *eo. de bitores.* vnde soluere tenentur. sed si iurauit non repetere, potest illud denunciare Ecclesiæ: & sic compelletur creditor restituere vsuras quasi indirectè officio iudicis ĩ. *eod. ad nostram 3. arg.* ĩ. *de cog. spi. tua.* & 2. q. 1. *si peccauerit.* Vel compellitur relaxare iuramentum, vt hic. vel si nondum sunt solutæ, compelluntur desistere ab exactione. ĩ. *de vsur. tuas.* Bern.

b ¶ *Districtione.*] i. suspensione vel excommunicatione. ĩ. *de ver. sig. quærenti.*

c ¶ *Cogatis.*] Tanquã delegati, auctoritate huius canonis. vt ff. *de of. or. irrefragabili. §. cæterum.* & ĩ. *de hær. ad abolendam. in fin.* vel etiam tanquam ordinarij. *ar.* ĩ. *de vsur. post miserabilem.* Bern.

PEruenit.] Legitur duobus modis Primò quod iuramentum fuit præstitum super rebus Ecclesiæ. Secundò non intelligitur quod fuit præstitum super reb. propriis ipsius prælati. Cõmunis diuisio. Secunda ibi, *Cognita.* Abbas.

CASVS. Comes Arnulphus spoliauit Episcopum Laudicen. rebus Ecclesiæ suæ, & compulit ipsum iurare, quòd non repeteret sic ablata: peruenit hoc ad dominum Papam. Ipse hoc audito valde doluit dicens, quòd per illud iuramentum nullo modo fuit obligatus, vel adstrictus, tamen ad cautelam ipsum absoluit, quia taliter coactus iurauit. Nota, quòd iuramentum præstitum per metum de rebus Ecclesiæ non repetendis non obligat. Item à tali iuramento absoluitur ad cautelam.

d ¶ *Rebus suis.*] i. ecclesiæ suæ. nam si de rebus propriis iurasset, teneretur iuramẽtũ seruare. ĩ. *eo. si vero.* ĩ. quod me. cau. *ad audientiã.*

ADDITIO. Sed quæ est ratio diuersitatis? Ratio est, quia super suis potest iurare, & facere pro voluntate sua. *C. de Iudæis. nemo.* sed super bonis Ecclesiæ, non cum Ecclesia, fiscus, & minor pari passu ambulent. *C. de sac. san. eccl. vt inter diuinum.* ĩ. *de in integ. rest. auditis.* vnde minor etiamsi tutor iurauit bona sua alienata non repetere, si læsus est minor, repetere potest. *C. si tut. vel curator. l. etiam ergo & Ecclesia. siue prælatus*, cùm non sit ipse dominus, sed procurator. 12. q. 1. §. *fin.* 14. q. 1. §. 1. *Vel defensor Ecclesiæ.* 16 q. 1. *in canonibus.*

¶ Glos. seq. ponit duas opinio secundam approbat, & hunc decre. dupliciter respondet.

e ¶ *Posse constringi.*] Arg. est hic, quòd iuramentum metu extortum ipso iure non teneat, vt quidam dicunt, vt Bassianus, & T. Alij dicunt & meliùs, quòd iuramentũ metu extortũ est obligatoriũ, dummodo sine periculo animæ possit seruari. Et hic præstitum fuit iuramentum de rebus Ecclesiæ: & ideo nullum fuit hic iuramentum de rebus Ecclesiæ præstitum, quod seruari non posset sine salutis æternæ interitu. de hoc plene dixi ĩ. *quod metus cau. Abbas.* & tene, quod ibi dicitur, & quod dicitur hic in fine.

f ¶ *Absoluimus.*] Intellige de facto ad cautelam. sic 34. q. 1. *audiuimus.* & 11. q. 3. *excellentissimus.* & ĩ. *de app. ad præsentia.* Vel expone, absoluimus, id est, absolutum esse ostendimus, & sic concordat litera præcedenti, scilicet nullis vinculis posse constringi.

ii PEruenit.] Duo sunt dicta, Secundum ibi, *Nec tu.* Abbas Sicu. CASVS. Iurâsti ire vltra mare, intrasti religionem postea: & non vadis vltra mare, non frangis iuramentum: quia in melius commutas, & apposita conditione si aliquid iuraueris, si cõditio non seruatur, nec iuramentum seruare teneris. Panormitanus. Vel aliter: Rex Franciæ promisit Regi Angliæ, vel alicui alij præstare consilium, & auxilium cõtra aduersarios suos, si & ipse sibi consilium, & auxilium aduersus suos simili modo præstaret, iuramento interposito, vel interpositione fidei sui, et hoc præstita. Rex Angliæ non seruabit Regi Franciæ, quod promisit: dubitauit Rex Franciæ, an teneretur sibi seruare promissum? Rñdet Papa, quòd nõ dicitur mutare propositum, aut promissum, qui in melius illud commutat, nec tenetur illi Regi ad promissum seruandum, si constat eum non paruisse conditioni, etiamsi iuramentum interuenisset, vel promissio, vel fides hincinde data fuerit. Nota, quòd non frangit promissũ, vel propositum suum, qui commutat illud in melius. Itẽ iuramentũ, vel fides data sub conditione non obligat, nisi conditio seruetur.

¶ Gl. se. inducit in Bre. car. 4. concor. alleg. tria contra, & soluit.

g ¶ *Infringit.*] Sic non dicitur deierare, qui ex iusta causa iuramentum deserit. ff. *qui satis. cog. l. Vlt.* & 22. q. 4. *mulier.* & q. 2. *beatus.* ĩ. *de voto scriptura.* & *cap. licet.*

h ¶ *Paruisse.*] Arg. expressum hic fidem non seruari ei, qui contra fidem versatur. ff. *pro socio. si conuenerit.* & 28. q. 2. *si infideles.* ff. *de inoffi. testam. si instituta. C. de pac. cùm proponas. Arg. contra.* 23. q. 1. *noli. æstimare.* 31. q. 5. *quod Deo.* 22. q. 4. *innocens.* Sol. prima rubrica vera est generaliter, illud contra. noli vbi dicitur, hosti fides seruanda est, intelligitur, si promittatur, & eidem seruetur. & sic concordat priori: sed aliud est in c. *quod deo.* quia loquitur de voto communiter à viro, & vxore facto, vbi nulli conuenire licet: quod postquam promissum est, omnino est seruandum: vt 32. q. *vlt. c. vlt. ad fin.*

EGo N. Episcopus.] Hic traditur forma, qualiter Episcopi iurant fidelitatem domino Papæ, & successoribus suis.

i ¶ *Successoribus.*] Qui sic iurauit, non tenetur successori iurare. *infrà eodem. veritatis.*

k ¶ *Canonicè.*] 12. q. 2. *alienationes. de consec. dist. 1. hic ergo.*

l ¶ *Vitam perdat.*] Hoc non sufficit, immò vbicunque senserit dominum periclitantem, ad prohibendas insidias occurrere debet. *C. de his qui. vt indi. l. vlt.* 22. q. 5. *forma.* quæ hic minùs dicuntur, ibi supplentur: & econuerso.

m ¶ *Nulli pandam.*] Hoc intellige de honesto consilio, quoniam consilium mali tenetur reuelare illi, cui posset prodesse, & non obesse. 22. q. 5. *hoc videtur.*

n ¶ *Saluo ordine meo.*] Id est, secundùm quod pertinet ad meum honorem: quia non cum armis.

o ¶ *Canonica.*] Vt 18. *dist. sic Episcopus.*

p ¶ *Tractabo.*] Si constiterit per literas suæ legationis. *C. de man. princ. l. vnica.* & 42. *dist. quiescamus. Arg. vel quia est honesta persona.* 97. *dist. nobilissimus.*

q ¶ *Singu-*

a *Sane modo hoc accipias.*

† Cap. 4. eo. tit. in 2. cõpilat. *Et an vocari pars debeat, vt hæc iuramẽta relaxentur, vide Alex. consil. 92. incip. visis. & Aretinum consil. 33. incip.* consultatio præmissa.

† *Vide l. cũ aliàs per Bal. C. de* vsuris.

† *Alias Gregorius in registro. sed mandamus repeti.*

b *Vel interdicto.*

† Cap. 9. eo. tit. in 1. cõp. & *post concil. Laterã. sub Alex. 3. p. 17. c. 7. Et de materia vide Archidiaconum in* cap. 2. de pac. lib. 6. *Salicetũ, & Paulum Castrensem in* Auth. sacramẽta. Cod. *si aduersùs venditio. & vide omnino Dominicum Sotum* l. 8. de iust. & iure. q. 1. ar. 7.

† Cap. 10. eo. tit. lib. 1. compil. *Sed neque hoc c. dicit Ant. Aug. se inuenire in registro B. Greg. & de materia vide B. Th.* 2. 2. q. 89. ar. 7. & q. 88. a. 2. & 12.

e *Et de ista re. ca. vnico. §. pen.* lib. 6. *Ioan. And.*

d *De hoc art. vide B. Thom. & ibi Caietanum* 2. 2. q. 88. art. 7. & *Sotum suprà citatũ.*

† Ca. 2. eit. de electione in 1. cõp.

† *Beato.*

† *Aliàs, deest actio, neque.*

† *Adde, quòd appel. membri venit. Bar. in l. 2. ff. de sub. iud. Aut. sed nouo iure. C. de ser. fugi. & 89. dist. singo.*

† *eorum, legitur in vetustioribus.*

¶ Apostolorum limina singulis[a] annis, aut per me, aut per certum nuncium visitabo: nisi earum absoluat † licentia. Sic Deus me adiuuet, & † hæc sancta Euangelia.

¶ Vrbanus Papa.

¶ Non tenetur Clericus Episcopo suo obedientia iuramentum præstare, nisi ratione administrationis sibi concessæ.

CAP. V.

NVllus † Episcopus[b] Clericos suos (alii fortè quibus Ecclesiasticarum rerum commissa fuerit dispensatio) sibi iurare [c] compellat.

¶ Alexander iij. Episcopo Vigilien.

¶ Qui se obligauit ad vsuras soluendas, soluere nõ cogitur, nisi iurauerit: quo casu cogitur, sed repetit.

CAP. VI.

DEbitores † ad soluendas, vsuras, in quibus se obligauerant, cogi [d] non debent. Si verò de ipsarum solutione iurauerint, cogendi[e] sunt domino reddere [f] iuramentum. Et cùm vsuræ solutæ fuerint, creditores ad eas restituendas, sunt Ecclesiastica seueritate (si necesse fuerit) compellendi.

¶ Idem R. thomagēn. Archiepiscopo, & eius Suffraganeis.

¶ Debitor qui iurauit, creditori nullum grauamen super re pignorata inferre, donec soluerit debitum, non auditur repetens pignus volendo compensare fructus in sortem: sed debet prius debitum integraliter soluere, & demum rem cum fructibus inde perceptis exposcere. Hoc dicit, & est casus notabilis.

CAP. VII.

AD † nostram noueritis audientiam peruenisse, quòd cum P. quibusdam hominibus certam summam pecuniæ mutuasset, quasdam ab eis possessiones, & redditus recepit in pignore: ipsos iuramenti religione adstringens, quod super illis donec soluerent sibi pecuniam, nullum ei grauamen inferrent. Licèt autem de possessionibus illis, & redditibus nondum sortem, deductis[g] expensis, receperit †, tu tamen frater Archiepiscope eum propter hoc excommunicationis vinculo adstrinxisti.[h] & infrà. ¶ Ideoque mandamus, quatenus recepta à præfato P. sufficienti [i] cautione, quòd vestro † debeat parere mandato, [k] absoluatis eundem. Deinde debitores eius, qui prædictas possessiones, & redditus contra iuramentum subtraxisse dicuntur, si † ita est, eos Ecclesiastica censura cogatis, vt hæc restituãt: nec sibi molestias inferant, donec ei pecunia persoluatur [l].

a ¶ *Singulis annis.*] Vel rarius iuxta chirographum suum. 93. *dist. ininata*, & hoc intellige de Archiepiscopis, & Episcopis, qui subsunt dõmino Papæ, nullo medio[a] *s. de maio. & obed. dilecti.* Ber.
A D D I T I O. Ego N. nota, quòd Abbates præstant hoc iuramentũ in benedictionem: sicut Epi in consecratione. De iuramento verò quod præstat Imperator, dic vt *in cle. Romani. j. eod. tit.* De iuramento quod præstãt inferiores clerici, habes in *c. quanquã 23. dist.* latius per Host. & Ioã. And. *j. eo. tit. tua.* De iuramento quod præstat vasallus dño feudi, est text. *in c. de forma. 22. q. 5.* Et de multiplici iuramento vide in *Spe. eo. tit. §. 1. Ver. illud autem* Abbas Siculus.

b ¶ *Nullum Episcopum.*] Hoc c. ponitur pro[b] Palea. 22. *q. 5. c. vlt.*

¶ *Glo. seq. signat cõtrarii; & soluit, & ponit casus, quib⁹ licite iuratur & verũ de his iuratur in multis casibus.*

c ¶ *Iurare compellat.*] *23 dist. quanquã. Arg. contra.* Sed illud intelligitur secundũ istud: vt illi tñ, quibus cõmittitur administratio Ecclesiæ iurent: alij verò non. *s. de maio & obe. legebatur. arg. s. c. prox.* Sunt & alij casus, in quibus iuratur pro pace. 22. *q. 1. oẽ.* Item pro fide. *de consec. dist. 2. ego Berẽgarius. & 1. q. 7. quotiens.* Pro fama *j. de pur. can quotiens.* & in aliis pluribus. *c. ibi positis.* Pro obedientia: vt hic, *& c. prox. & j. de elec. significasti.* Pro cautela dãnj dationis *18 dist de Syracusana.* Pro veritate in defectum aliorum testium 14 *q. 2. quanquam.* Vnde versus:

Pax & fama, fides, reuerentia cautio damni:
Defectus veri sibi quærunt magna cauere.

DEbitores.] Tria sunt dicta. Secundũm ibi, *Si verò.* Tertium ibi, *Et cùm.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis promisit soluere vsuras, cùm vsuræ inhibitæ sint in iure canonico & diuino: quærebatur, vtrum ille sit compellendus ad eas soluendas? & rñdet, quòd non debet compelli ad hoc. Si vero iurauit soluere: tunc ꝑ iuramentum debet compelli. & cũ vsuræ solutæ fuerint, creditores sunt compellendi per censuram Ecclesiæ, vt eas restituant. Nota, quòd secundùm canones obligatio vsurarum non tenet, sed iuramentum super hoc factum tenet, & debet seruari. Item vsuræ restitui debent.

¶ *Glossa sequens recitetur per contrarium.*

d ¶ *Cogi non debent.*] Quia nulla fuit obligatio de iure diuino, siue canonico: tamen iuramentum super hoc factum, est seruãdũ, & sic patet, ꝙ licèt non teneat principale, tenet tamen accessoriũ contra illud. *s. de fo. compe si diligenti. & C. de leg. non dubium.*

¶ *Glo. seq. mittit 4. obiect. & soluit.*

e ¶ *Cogendi sunt.*] Sed c vr̃, quòd non sunt cogendi nam debitor habet actioné ad repetendũ vsuras iam solutas, ergo multò fortiùs habet exceptionem contra agentem. *ff. de regu. iur. nemini. §. 1. & ff. de superfic. l. 1 § planè.* Item dolo petit. quod statim restituere debet *ff. de do. excep dolo. & ff de reg. iu. in condemnatione. §. dolo facit.* Item si soluitur debitum non repetitur. *ff. de condi. indeb. Iulianus. & l si procurator. & l. iudex.* Et si indebitum scienter soluitur, non repetitur quia donari vr̃. *ff. de reg. iu.* cuius per errorem & *ff. de condi. inde. l 1. & C. eod. tit. indebitum.* Item à iuramento non vr̃ liberatus, qui sic soluit, vt postmodum repetat. *ff. de sol. qui sic soluit. & l. qui hominem. §. vlt.* Ad hoc dicas, quòd vsuræ indebitæ sunt iure canonico, & in nullo casu conceduntur, etiam vt captiui redimantur. *j. de vsu. super eod.* & ideo solutæ peti possunt tanquam indebitæ non obstat, quod dicitur, indebitum scienter solutum non repetitur: quia hoc fit metu iuramenti, vnde sibi non præiudicat, quod per metum facit. Vel sic, vno iure soluere tenetur propter iuramentum, sed alio iure repetit: quia indebitè solutæ sunt, & sicut habet debitor actionem ad petendum solutum: ita habet actionem aduersus creditorem, vt eum liberet à iuramento. *s. eo. c. 2. & j. de vsur. tuas,* & quod dicit, cogendi sunt, intellige, cùm non petunt absolui à iuramento.

¶ *Glossa seq. arg. ex argumento infert, & dat simile.*

f ¶ *Repellere iuramentum.*] Ar. quòd soluere vsuras non est peccatũ: aliàs non compellerentur. 22. *q. 1. si peccatum.* sed ille, qui recipit, peccat, & in eodem facto alter peccat, & alter nõ, sic etiam in alio casu vnus committit adulterium, alter non, 32. *q. 5. proposito.*

AD nostram noueritis audientiam.] Si debitor creditori iurauit rem pignoratam non repetere, nisi ipsi debitum soluat, iuramentum seruare compellitur. sic summat Io. And sed hæc summatio nullam dubitationem continet: sed for. propter varietatem lect. summauit. Io. And. ita generaliter. Communis diuisio. Secunda ibi, *Ideoque.* Abbas Sic.

CASVS. Quidam P. nomine, quandam summam pecuniæ mutuauit quibusdam hominibus, recipiendo ab eis quasdam possessiones, & redditus in pignore: præstito iuramento ab eis quòd ipsi Petro super illis nullum grauamen inferrent, donec sibi pecuniam soluerent, antequam de possessionibus, & redditibus illis sortem suam deduxisset, cœperunt illum coram Archiepiscopo molestare, ita quòd per Archiepiscopum dictus P. fuit excõmunicatus: vnde super his conquestus fuit D. Papæ, & ipse mandat eidem Archiepiscopo, & eius coniudicibus, quatenus recepta sufficienti cautione ab ipso P. quòd eorum debeat stare mandato, ipsum absoluant, postmodum compellant creditores, si est ita, vt possessiones, & redditus prædictos eidem P. restituant, quia contra iuramentum suum venerunt, nec sibi molestiam inferant, vel grauamen, donec pecunia fuerit restituta, sicut iurauerunt, compellant dictum P. vt quicquid recepit vltra sortem, deductis expensis restituat eis: quod si non fecerit, excommunicent illum. Nota, quòd sufficiens cautio peti debet ab eo, qui vult parere mandato Ecclesiæ. Item iuramentum semper seruandum est, etiam factum super vsuris soluendis, licèt promissio vsurarum non valeat. Item creditor nihil vltra sortem petere potest: expensas tamen, quas fecit circa pignora potest deducere.

g ¶ *Deductis expensis.*] Nullus casus est, qui hoc genus deductionis impediat *ff. fami. erc. fundus. qui nisi in decimis. j. de deci. cum homines. & c. tua nobis.* quando in decimis expensæ sunt deducendæ. legitur *j. de deci. pastoralis* hoc solum computatur in fructu, quod superest deductis expensis: vt in l. prędicta, fundus. de illis dicitur *s. de resti. spol. grauis.*

h ¶ *Adstrinxisti.*] Quia[d] non restituebat possessionem, sed dicit hic, quod tacuit odio vsurarum.

i ¶ *Sufficienti cautione.*] Nomine cautionis simplex promissio intelligitur. *C. de ver. sig. sancimus. de consecr. dist. 4. prima.* si autem dicatur idonea, vel sufficiens, vt hic, intelligitur de pignoratitia, vel fideiussoria. *ff. mandati. si mandato Titij §. vlt. & ff. de fideicom. lib. l 4. §. adiici.*

k ¶ *Mandato.*] Hic[e] remittitur ad excommunicatorem: quia non appellauerat, sed simpliciter denunciauerat Papæ, & etiam caue, quia erat excommunicatus pro contumacia.

l ¶ *Pecunia persoluatur.*] Scilicet sors sua quam dedit: vel donec de ipsis fructibus fuerit satisfactum: quia in sortem sunt computandi.

a Idem seruatur in electis, si confirmationem, consecrationem, vel pallium à Papa recipiũt. Ioann. And.

† Aliàs: absoluat.

† Aliàs stat: & hæc sancta Dei Euangelia.

b Ego tamẽ in vetustis exemplaribus reperio, in c. ob. id videtur palea.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cõpil. Et vide Albatem in c. legebatur. & in c. cum in Ecclesiis, suprà de mai. & obedi.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cõpil. & post concil. Lateranen. sub Alex. iij. pa. 16. c. 4. Et de materia, & intellectu vide Bald. ca. 41. suprà eo. & And. Siculum in repe. l. cùm acutissimi. C. de fideic. Couar. in c. quãuis in 2. p. re ectionis. §. 3.

c De materia huius gl. vide R. Th. 2. 2. q. 78. art. 3. & D. Sotum l. 6. de iusti. & iu. q. 1. art. 4. & 5. vbi hac tractatio de vsuris plene ut petenda est ex proprijs titulis vbi addam.

† Cap. 3. eo. ti. in 1. com. Et de intellectu vide Ferdinandũ Vasquium l. 1. de success. si. creatione. §. 1c. & Coua. in c. quamuis in 1. p. relectionis. §. 4.

† Vide l. 1. cũ notatis. C. de fruct. & lit. expen.

† De hoc articulo vide, quæ dixi. 3. comment. in Dec. inquisi. Seb.

† In C. Barbara sic: si ita est, per censuram ecclesiasticã cogatis.

d Hæc gl. non est Bernardi, nec est in antiquis ed.

e Neque hæc gl. Bernardi est, nec habetur in antiquis.

tandi j. de Vsur. c. 1. & 2. C. de pigno. actio. l. 1. & 2. sed in casu isto propterea quòd iurauerunt nullum super possessionibus illis grauamen inferre, donec creditori fuerit satisfactum, tenentur timore iuramenti pecuniam restituere creditori: vt supra c. prox. & postea repetere possunt, quicquid percepit creditor vltra sortem, tanquam indebitum.

Cùm autem ei pecuniam [a], sicut iurauerunt, persoluerint: vos ipsum ad restituendum [b] quicquid deductis expensis (vltra sortem recepisse constiterit, inducere studeatis: etsi commonitus non fecerit, in eandem excommunicationis sententiam reducatis eundem.

¶Idem Senonen. Archiepiscopo.

¶Si iuramentum per metum extortum seruari potest sine interitu salutis aeternae, seruandum est: Ecclesia tamen Romana consueuit à tali iuramento absoluere.

CAP. VIII.

SI † verò aliquis quenquam grauissimo metu sub religione iuramenti [c], suum ius refutare coëgerit, ipsúmque sibi retinuerit, quia nos consulere voluisti, an alter eorum, vel neuter id habere debeat: Tibi duximus respondendum, quòd non est tutum, quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit, quod seruatum vergat in interitum salutis aeternae [d]: nec nos alicui dare materiam volumus veniendi contra

a Neque hac glossula est Bernardi, nec habetur in antiquis.

a ¶*Pecuniam.*] s. totam, partem enim recipere non tenetur. ff. de Vsur. tutor. §. Lucius. & de actio. emp. Iulianus. §. offerri. & hoc est verum, si debitori totum confiteatur: alias secus. & sic intelligitur. l. ff. si cer. peta. quidam existimauerunt.

¶*Glossa sequens obijcit, ponit opin. & tres solutiones.*

b ¶*Ad restituendum.*] Sed videtur, quòd isti debitores deberent cadere à iure suo, quia dixerūt sibi ius. ff. quod met. caus. extat edictum. arg. Cod. Vnde vi. si quis in tantam. 16. q. 6. placuit. Dicunt quidam, quòd in causis ecclesiasticis rigor iuris non seruatur. supra de dolo. & contu. c. 1. & supra de iudi. dilecti. arg. Vel non fuit actum ad hoc. ff. si quis caut. l. 1. resp. 2. in fi. supra de ordi. cognit. cum dilectus. & infra de excep. c. 1. & quia auctoritate iudicis hoc fecerunt [b]. Vel aliter nihil pertinet ad Papam de possessione, nisi quantum ad prohibitionem vsurarum, & periurij, & ideo propter iuramentum praecipit possessiones restituendas ratione peccati. j. de iudi. nouit Bernard.

† Cap. 4. eod. t. in 1. cōp. & post eūc. p. 17 cap. 1. Vide c. ad audientiam suprà de eo; quod me. cau.

b Hac opin. gl. reprobatur: quia auctoritas iniusti immensa, non excusatur, l. iustè possidet. & ibi Bart. ff. de acq. possess.

S ¶*Vero aliquis quenquam grauissimo metu.*] Communis diuisio. Secunda ibi, *Duximus tibi.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis per metum grauissimum compulsus fuit renunciare beneficium suum iuramento interposito de eodem vlterius non repetendo: & sic ille compulsor retinuit sibi beneficium illud, quaeritur, quis illorum debeat beneficium illud habere, an neuter? Respondet Papa, quòd non est tutum alicui venire contra iuramentum suum, nisi illud tale sit, quod seruari possit sine periculo animae? Papa non vult alicui dare materiam contra iuramentum suum veniendi, ne auctor periurij videatur: tamen in Romana ecclesia pluribus Romanis Pont. factum est, quod clerici qui coacti beneficium suum abiurarūt de iuramento beneficium absolutionis meruerunt: & ad coercendam iniquitatem illorum, qui illos iurare compulerant, permissi sunt eadem beneficia obtinere. Nota, quòd iuramentum semper est seruādum, dummodo in obseruatione ipsius periculum animae non vergat. Item nec Papa, nec etiam alius debet esse auctor periurij, nec dare alicui materiam peierandi. Item à tali iuramento per metum praestito quis absoluitur, si petat, & constiterit, quòd taliter iurauerit: aliàs non absolueretur.

c ¶*Iuramenti.*] Scilicet de non repetendo vlterius ipsum beneficium: & sic plana est responsio domini Papae.

¶*Gloss. seq. retinetur per quaestio quid de temporali.*

d ¶*Salutis aeternae.*] Idem est etiam in temporali. 22. q. 4. c. innocens. §. vlt. Ver. quisquis ergo in fi. hoc intellige, si directè vergat in interitum: quoniam si occasionaliter, seruandum est. putà si aliquis vltramontanus, siue Gallicus iurat se moraturum Romae in Augusto, occasione talis iuramenti posset vita temporalis adimi, si tunc Romae moraretur. Idem est, si in deteriorem exitum vergat 22. q. 4. si aliquid j. eo. cum quidam. Alt.

¶*Gloss. sequens arguit, alle. 2. iura in contrarium alle. 3. ponit duas opi. soluit & remittit.*

e ¶*Iuramentum proprium.*] Agit. ex hoc loco, quòd iuramentū metu extortum seruandum est, & obligat: & qui illud non seruat, periurus est, dummodo seruari possit sine periculo animae. j. quod. met. cau. ad audientiam. & 22. q. 4. si aliquid [e]. Ar. contra. j. quod met. cau. perlatum. & c. abbas. 15. q. 6. auctoritatem. Bassianus, & Tanc. dicunt, quòd iuramentum metu extortum neminem obligat ex eo, quòd dicit lex: quod metus causa factum est, ratum non habeo. ff. quod metus causa l. 1. Al. 2. & alij quidam dicunt hîc, quòd si is, qui iurat habet animum obligandi se, siue adimplendi, obligatur: si non habet, non obligatur arg. j. de bap. & eius effectu maiores. §. item quaeritur. Communior est opinio & verior, quod iuramentum metu extortum est obligatorium, quia voluntarium. §. 15. q. 1. merito. dummodo sit tale iuramentum, quòd sine interitu salutis aeternae seruari possit, vt hic dicit expressè: quod si esset, nullus propter quēcunque metum iurare debet: quia potius debet quaelibet mala pati, quā malo cōsentire. 32. q. 5. ita ne. & supra quod met. cau. sacris. & tale iuramentum quidam appellant assertorium [d]. Alia dicuntur promissoria, quae etiam non obligant, vt dicunt, si talis sit metus, qui possit cadere in constantem virum. de hoc plenius dictum est supra de his, quae vi, metúsue cau. fi. l. Abbas.

e Adde Bar. in l. cùm cōfiteantis. C. de reuo. dona.

iuramentum proprium [e]: ne auctores periurij [f] videamur. Verùm aliquando in Romana Ecclesia à pluribus praedecessoribus nostris factū est recolitur, quòd Clerici, qui coacti ministerium Ecclesiae abiurârunt, de iuramēto absolutionis beneficium meruerunt [g]: & ad coercendam iniquitatem eorum, qui Ecclesiasticos viros ad praestādum illud compulerant, permissi sunt [h] in eadem Ecclesia ministrare †.

¶Idem Sardiniensibus † Episcopis.

¶Monachi, qui pro debito monasterij iurant stare in obstagio, & fideiussores, qui iurauerunt creditorem indemnem seruare, iuramenta seruare coguntur.

CAP. IX.

EX † rescripto, quod nobis est praesentatum, innotuit, Abbatem Tremen. cū Petro super summa octo millium solidorum, taliter conuenisse: & infrà. ¶Super haec praedictus Abbas quosdam ex Monachis obsides [i] dedit, qui de obseruāda conuentione iurauerūt, vt si ipsi deficerent, alij monachi loco eorum in obstagio ponerentur. Insuper

† Hinc colliges, Valere renunciationem beneficij metu factā, de quo S. Imolan. in c. ad aures, j. quod metus causa, & Abbatem in c. 2. §. 1. de restit. spol.

d Iuramētū assertoriū, quod dicatur, & caeteras eius species, latè prosequitur Dominicus Sotus lib. 8. de iust. & iure. q. 1. ar. 7. V. etiam B. Tho. 2. 2. q. 89. ar. 7.

f ¶*Ne auctores periurij.*] Simile dicit imperator C. si aduer. Ven. l. 1. immò si negligēter ea, quae malè vsurpantur, omittimus, excessus viam alijs aperimus 93. d. perueniat. & 35. q. 9. lex. ff. de pact. dotali. bus. conuenire. & ff. de pact. si vnus. §. pacta. & arg. C. de in diet. vidutta. tollend. l. 1. in fi. Vincentius.

g ¶*Meruerunt.*] De facto ad maiorem cautelam, secundùm illos qui dicunt, quod tale iuramentum non obligat. Secundùm nostram opinionem dicas, meruerunt in veritate, cùm essent obligati, & possent sine periculo animae seruare.

h ¶*Permissi sunt.*] Arg. est hic: in alterius odium cum altero dispensandum. arg. 3. q. 5. de accusatoribus. & 6. q. 3. denique, & 79. d. si quis Papa, & 6. q. 1. si quis cum militibus in fi. & hoc facit expressè pro nostra opinione. Bern.

† Sardin. & Gabilon. Episcopis.

† Cap. 5. eo. t. in 1. cōp. Et post c. Later. sub Alex. iij. p. 17. cap. 3. Vide Romanū in l. secundum. ff. de ver. oblig. Gulielmum Benedictum in c. Raynutius p. 1. verbo, testamētum. 3. j. de test.

EX *rescripto.*] Communis diuisio. Secunda ibi, *Ideoque.*

CASVS Quidā Abbas pro vtilitate monasterij certā quātitatem pecuniae accepit mutuo à quodā P. & conuentum fuit inter eos, vt certis loco, & tempore solueretur dicta pecunia per Abbatem dicto P. & pro hac conuentione obseruanda quosdam ex suis monachis obsides dedit, qui de obseruanda conuentione iurauerūt. Itē promisit dictus Abbas, quod si illi monachi dati pro obsidib. aliquo casu deficerēt, alios in eorū loco surrogaret: insuper si fidē monachi nō obseruarent. Abbas dedit fideiussores quendam nobilē virū, & eius vxorē, qui sub iureiurando etiam se obligauerunt: denique omnibus deficientib. in dicta conuētione obseruanda, iste P. creditor conquestus est Papae: qui mandauit, vt habetur in littera, in Ver. *ideoque mandamus.* Abb. Sic. No. monachos obsides dari posse. Item iuramentum semper seruādum esse dummodo sine periculo animae possit seruari. Itē propter debitum alicuius potest ei terra interdici.

¶*Glo. sequens obijcit, & contra ob. alleg. & dupliciter soluit.*

i ¶*Obsides dedit.*] Voluntate illorum, alias detineri non possunt. Sed qualiter liberi homines obsides erunt, contra illa iura. C. quae res pig. ob. no. pos. quis filios. & j. de pig. c. 2. C. de ae. & oblig. coat alienum. & in Auth. vt nulli iudi. §. quia vero coll. 9. vbi dicitur, quòd creditores per filios debitorum in pignore recipiunt, cadunt à credito, & aliam tantam quantitatem debitori persoluere debent, & verberibus subijci. Sed contra, canon docet obsides dandos. 15. q. 5. vt pridem. & ff. qui test. fa. poss. obsides. & ff. de iur. fi. denuo. Respondeo, non tenet obligatio in libero homine, vt ius constituatur in eo tanquam in pignore: nec tenet alienatio, nisi in casu C. de pa. qui fil. dist. l. 2. nam cum teneat ibi venditio, multò fortiùs pignoris obligatio, sed detineri liber homo qualiter cunque, vt fiat quod cōuenit, vt hic factum patet. Vel non potest obli-

geri pro pecunia, sed pro pacto ineundæ pacis, vel consimili. ī. de arb. c. exposita.

a ¶ *Monachos.*] Nomine monasterij, cuius nomine cōtracta fuit obligatio, & ideo compelli debent, vt eam seruent, sicut iurauerūt. ī. eod. *ad nostram.* cū in ipsius vtilitatem pecunia processerit.

¶ *Glo. seq. obiicit, & tri- pliciter soluit.*

† *Alias.* G. *alias*, N.

b ¶ *Et vxorem.*] Sed quare mandat Papa mulierem istam puniri, cùm iuuetur auxilio Velleiani. ff. *ad Vellea. l. 2. & 3. & C. ad Vellea. 1. & l. quamuis*: potest dici, quòd non punietur, si excipiat; quod non potuit fideiubere: vel ipsa forsitan renunciauit beneficio dictarum legum. vel potest aliter dici, etiamsi non renunciauit, quòd punietur propter iuramentum, quod seruari potest sine periculo animæ. *supra c. prox. & infra eod. tit. cap. cùm contingat.* Bern.

† G.

a *Adde quod mulier renuncians Velleiano possit pro debitis incarcerari per Bart. in l. sub conditione. ff. de test. tutel.*

† G.

c ¶ *Inhibeatis.*] Cum ipsi iurauerint eandem conuentionem facere obseruari, compellendi sunt ad hoc, si per eos steterit, quominus obseruetur: alioquin si darent operam, quam possunt ad ipsam obseruandam, non inciderēt in periurium: quia hoc solum videntur iurasse se facturos, & curaturos: quia simpliciter factum alterius iurare non poterant, nec promittere. ff. *de verb. obliga. stipulatio ista in princip. & Instit. de inutil. stipu. §. si quis alium*[b]. & *arg. 31. qu. vlt. c. vlt.*

† *Cap. 7. e. tit. in 1. cōpilatione. Et post concil. Laterā. sub Alexād. iij. p. 17. c. 5. Et de intellectu, & Consetum sing. 93. litter. V. verbo, Emphyteuta.*

b *Sequitur daturum facturū, vel quid spoponderit, non obligat: veluti si spondeat Titiū quinque aureos daturū. Ioan. And.*

si fidem dicti Monachi non seruarent, Abbas dedit eidem, V. † & eius vxorem fideiussores: qui similiter fidem præstitisse dicuntur. ¶ Ideo; mandamus, quatenus tam Abbatem, quàm Monachos[a], quàm V. † & vxorem[b] ipsius monere curetis, vt sicut iurârunt, eandem conuentionē faciant adimpleri, alioquin Abbati, & Monachis ingressum interdicatis Ecclesiæ: & in terra præfati V. † & vxoris eiusdem, vsq; ad dignam satisfactionem, inhibeatis[c] diuina officia celebrari.

¶ Idem Lundoñ & Vigorieñ. Ep̄s.

¶ *Periurus est, & ab Ecclesia remouendus, qui non necessitate, sed voluntate venit contra licitum iuramentum.*

CAP. X.

QVerelam † R. Canonici Linconieñ. accepimus, quòd cum V. Clericus ei duos bisontios nomine Ecclesiæ de statera se annuatim soluturum, interposito sacramento firmasset: per biennium[d] ab huiusmodi pensionis solutione cessauit. ¶ Quoniam igitur non merentur Ecclesias regere, qui sunt crimine periurij[e] irretiti: Mandamus, quatenus si vobis constiterit memoratum V. contra iuramentum suum non necessitate[f], sed voluntate, ab eiusdem pensionis solutione cessasse †, ipsum à præscripta Ecclesia remouentes[g], eam præfato R. restituere minime differatis.

Lucius iij. Noruiceñ. Episcopo.

¶ *Si præsentatus iurat præsentanti de antiquo censu augendo, postea contrarium iurat instituenti, valet secundum, & non primum, tamen ab Ecclesia remouetur.*

CAP. XI.

TVa † nos duxit fraternitas consulendos, cui standum sit iuramento, cùm clericos Religiosi iurisiurandi religione constringunt ad maiorem solito pensionem soluendam; vel præstandum aliquid beneficij præter solitam pensionem: cùm autem instituuntur ab Episcopis, iurant, quod antiquam pensionem, & solitam non augebunt. ¶ Tuæ igitur consultationi breuiter † respondemus, quòd cùm posterius iuramentum ratione, & Lateranensis † concilij auctoritate iuuetur, primo præiudicat[h], quod de cupiditate processit. Cæterùm iustum est, vt Clerici pro periurio[i], quod vitare nō possunt, ab Ecclesiis perpetuò excludantur.

g ¶ *Remouentes.*] Sed videtur, quòd iste non deberet remoueri: quia ciuiliter agebatur, de pensione videlicet: vnde etiam probato crimine ciuiliter deponi nō debet. *infra de accu. super his. & c. in quisitionis. 2. responso* nec amittere Ecclesiam. *Arg. contra. ī. de ord. cog. c. 2.* sed hæc forte haberent locum, si iste prælatus esset, & ageretur contra eum ciuiliter. sed ipse erat conductor, siue vicarius, qui certam debebat domino reddere pensionem: vnde probato qualitercunque cū fraudē commisisse, res est ei auferenda. ff. *de lege commis. l. lege*[d]. & in modum quasi denunciationis fuit hæc querela. & de hoc agebatur, vt Ecclesia priuaretur: & qui debitum nō soluit, ad quod iuramento est adstrictus, beneficio suo priuatur. *infra de fideius. peruenit.* sic & iste priuari debet Ecclesia, tum quia per biennium canonem nō soluit, tum quia periurus est voluntate, non necessitate.

† *cessauit.*

d *Si fundū vendo, & trado, ea lege, quod pretium infra terminū non dedero sit inemptus: si pretio nō soluto in fundum venerit, venditor potest fundum cum aliquid pro mora compensatione retinebit, si quid fefellit. Ioan. And.*

TVa nos.] Communis diuisio. Secunda ibi. *Tuæ igitur.* Abb. Siculus.

CASVS. Monachi, seu viri religiosi habēt aliquando præsentationem in Ecclesiis, à quibus certam percipiunt pensionē: cum ipsi eligunt clericos ad easdem Ecclesias, constringunt eos iuramēto, ad maiorem pensionem solito persoluendam, vel præstandūm aliquid præter solitam pensionem: cùm verò episcopi eos instituunt, iurant, quòd pensionem antiquam non augebunt: quæritur hîc, quòd iuramentum sit seruandum? Respondet Papa, quòd posterius iuramentum ratione, & auctoritate Lateran. concilij iuuatur: & ideo primo præiudicat, quod de cupiditate processit: verumtamen iustum est, vt clerici illi pro periurio, quod vitare non possunt, ab Ecclesiis perpetuò remoueantur. Nota, quòd pensio annua augeri non debet. Item si quis duo fecit iuramenta, quod maiori iuuatur ratione, est obseruandum. Item temerarium iuramentum repellitur ab Ecclesia.

† *Cap. 1. eo. tit. in 2. cōpilatione. Et de intellectu, & Forma demandandum Vasquez l. 2. de successionum creatio. §. 18.*

† *taliter.*

† *Concil. Lateran. sub Alex. iij. c. 7. §. prohibemus, habes ī. de censib. ca. prohibemus.*

QVerelam.] Prima pars ponit impetrantis querelam. Secunda dat iudices ibi, *Quoniam*, &c. Abbas Siculus.

CASVS. Gulielmus Clericus promisit iuramento interposito R. clerico Linconieñ se soluturum annuatim ipsi R. duos Bisantios nomine Ecclesiæ de statera, sed per biennium in solutione pensionis cessauit, propter quod dictus R. conquestus fuit D. Papæ. Super hoc scribit Papa iudicibus dicens, quòd non merentur Ecclesias regere, qui sunt crimine periurij irretiti: vnde mandat Papa, quatenus si constiterit dictum G. contra iuramentū suum cessasse in solutione pensionis non necessitate, sed voluntate, ab ipsa Ecclesia ipsum remoueant, & eam prælato R. restituāt. Not. q̄ periuri Ecclesias regere non debent. Item cū aliquis cessat in solutione census per biennium, amittit rei detentionem, & res domino restituitur. Item necessitas excusat à periurio.

d ¶ *Per biennium.*] Propter hoc solum priuari debuit, etiamsi nō iurasset 10. q. 2. *hoc ius.* & §. *qui vero.* & ī. *de loco. c. pen. & vlt. & ff. loca quaro. §. inter locatorem.*

e ¶ *Periurij irretiti.*] Sunt enim infames. 6. q. 1. *infames.* & c. *quicunque.* & 22. q. 5. *si quis conuictus.* & *argu. C. de transact. si quis maior.* & infamibus portæ dignitatis patere non debent. *Cod. de dignita. l. 2. lib. 12. & Cod. de infam. l. vnica. lib. 10.* & *infra de exces. præla. inter dilectos.* nec ampliùs ad testimonium admittuntur. 6. q. 1. *quicunque.* & 22. q. 5. *paruuli.* & *suprà de testi. testimonium.*

¶ *Glo. seq. not. alleg. primò tria iura, secundò tres rationes.*

f ¶ *Non necessitate.*] Nota, q̄ necessitas excusat à periurio. 13. q. 8. *si nulla.* ī. *eo. breui.* & 50. *d. presbyteros.* quia necessitas[e] legem non habet *de consecra. dist. 1. sicut.* & *supra de consue. quanto.* ī. *de pign. significante.* & *de conse. dist. 5. discipulos.* & ī. *de fur. si quis per necessitatem* & iura subueniunt necessitate impeditis ff. *ex quibus cau. ma. non est.* ff. *loca. cum plures. §. vestimenta.* & ff. *si quis cau. l. 2. §. 1.* & non dicitur deierare, qui ex iusta causa deserit iuramentum. ff. *qui satisd. cog. l. vlt.* ergo si iste voluntate cessauit, meritò priuari debet, cum sit infamis secundum canones. vt dicitur in prox. not.

e *De difficultate, not. ī. eo. breui. in 2. glo. Io. And.*

¶ *Glossa sequens obiicit & soluit.*

¶ *Duæ sunt hæ gloss. quarum qualibet dupliciter ostendit huius textus locutionem impropriam.*

h ¶ *Primò præiudicat.*] Neutrum tamen obseruabit, quia de Ecclesia remouetur: & licèt secundum non fecisset, primum seruari non debet contrarium iuri. ī. *de censi. prohibemus. & c. grade. & c. cùm clerici.*

i ¶ *Pro periurio.*] Id est, temeratio iuramento, non enim habuit iustitiam secum, & alia[e] quæ debent in iuramento interuenire. 22. q. 2. *animaduertendum.* & q. 4. *in malis.* sicut enim in iuramento excepto debet esse ius superioris ī. *eo. venientes.* & c. *ad nostram 2.* & ff. *ad municip. imperatores.* & *in constit. Frederici de feu. c. vlt.* multo fortius ius canonicum intelligitur esse saluū in ipso iuramento ī. *c. veniens. arg.* & c. *ad nostram 2. arg. suprà de constit. quæ in Ecclesiarum.* & ff. *de pact. iurisgentium. §. generaliter* si verò quis falsum iurat ignoranter, credens verum esse, quod iurat, nullum est peccatum. 22. q. 2. *homines falsum iurant.* In primo exemplo periurium est transgressio iuramenti: quod si licitum est, peccat mortaliter transgrediendo. ī. *e. si vero.* & c. *querelam.* si est illicitū, ita vt eius obseruatio vergat in dispendiū salutis æternæ, nō peccat cōtrauenirendo[f], sed peccauit iurando. 22. q. 4. c. 1. & 2. & 3. Itē periuriū quoque dicitur indiscretum iuramentū: istud ex deliberatione, vel proposito factū, mortale peccatum est. ī. *eo. sicut ex litteris.* 22. q. 4. *qui sacramento.* Si vero quis iurat iocosa leuitate, vel incautè veniale est peccatum. 25. *d. c. vnum orarium §. criminis alias, ca. demum.*

ADDITIO. Vnde versus: *Si iuras eutum licitum vis dicere perne, Quis, quid, per quod, ad quid, cui, quomodo, quando.*

e *Quæ debeant in iuramento interuenire, seu quales comites habeat, tradit B. Thomas. 22. p. 89. ar. 3. & Soto l. 8. de iust. & iure q. 1. ar. 3.*

f *Et sic non est perplexus. Ioan. And.*

Cùm

Cum quidam.] Sunt duo dicta, quæ per se patent vt in rubro. Secundum ibi, Illi vero. Abb. Siculus.

Casus. Quidam Epi de Sardinia receperunt à quibusdam creditoribus quandam pecuniæ quantitatem, & iurauerunt illam ad certum terminum persoluere: quòd facere contempserunt: quæritur, quid sit istis Episcopis faciendum, pro eo quòd contra iuramentum venerunt? Respōdet Papa, quòd in ipsos tantò grauiùs est vindicandū, quantò maiori dignitate præcellunt, & quia eorum exemplo alij ad similia prouocantur.

¶Glo. seq. all. pro concor. 6. cano. & duas decre. pro contrarius 4. cano. & duas leges, & soluit.

a ¶Dignitate.] Vic patet a, quòd dignitas delinquentis aggrauat peccatum. 40. d. homo Christianus. & 11. q. 3. præcipuè. & 50. dist. quia sanctitas tua. & 1. d. nullus. 32. q. 5. q. videris 25. q. 1. nullus. & 1. de hære. excommunicamus. §. credentes. & 1. de homi. sicut dignum. in responso. Arg. contra C. Vt nemo pri. l. 2. & 24. q. 1. quia contra pacem. & 27. q. 4. nullus clericorum. & 35. d. ante omnia. 45 d. cum beatus. & ff. de pæ. aut facta §. persona. Sol. contrarietas ista ita debet intelligi: nam in quantitate contemptus, metitur Deus quantitatem reatus: quantum enim infringitur iustus, tantùm amat. 7. q. 1. c. aduersitas. §. cum verò. ergo à minori quantùm contemnit, tantùm peccat. arg. 11. q. 3. §. cum ergo. in fi. quantò verò quis maior est, siue in maiori dignitate, tantò magis præsumitur peccare, & contemnere. vnde quod dicitur, dignitas delinquentis aggrauat peccatum, melius diceretur, aggrauat peccantem: quia præsumitur, quòd plus contemnat, vnde ratione præsumptionis tantùm maior pœnitentia illi imponitur, quia ecclesia nescit conscientiam illius: tamen potest esse, quòd plus contemneret aliquis rusticus, quam magnus prælatus. vnde Ouid. Peius adulterio turpis adulter obest. & sic intellige primam rubricam. In pecuniaria pœna plus puniuntur maiores quàm minores, nobiles quàm ignobiles, in pœna corporali sæpe puniuntur minores, & parcitur maioribus. 35. d. ante omnia. & sic intelliguntur contraria.

† Cap. 11. e. tit. in 1. compil. Et quibus respectis hæc pœna augeatur. Vel minuatur. V. Socinum consil. 157. incip. præsens cōsultatio.

a De materia huius glossa, v. lo. te per Andream Tiraquellum tract. de pœn. téperan. aut remitt. cau. 51. adde Simā. cā cath. Inst. tit. 46. & Conradum Brunū lib. 3. de sedit. cap. 4.

† Vide Soto lib. 8. de iust. & iure. q. 1. art. 7.

† Cap. 3. eo. tit. in 2. cōpil. Vide Romanum sing. 534. incip. volo commentar. & Decium, & Cagnolum in l. quicquid calore ff. de reg. iur.

¶Vrbanus iij. Archiepiscopo Pisan.

¶Episcopi de periurio grauiùs, quàm alij sunt puniendi. Hoc dicit.

CAP. XII.

Cum † quidam: & infrà. Cōsultationi tuæ taliter respondemus, quòd in Episcopos, qui suum transgressi sunt iuramentum, est tantò grauiùs vindicandum, quantò maiori præeminét dignitate a, & eorum exemplo faciliùs alij poterunt ad similia prouocari.

¶Illicitum est iuramentum de non præbendo subsidium cōiunctis b. d.

¶Illi † verò, qui iurant non loqui patri, vel matri, sorori, vel fratri, aut eius humanitatis subsidium non exhibere: absoluendi b sunt ab illius obseruantia iuramenti, cùm illicitum sit, & contrarium rationi: iniuncta tamen eis, de hoc quod malè iurauerant, pœnitentia c competenti.

¶Idem.

¶Non valet iuramentum Monachi claustrum abiurantis: & sibi de hoc grauis pœnitentia imponitur.

CAP. XIII.

Sicut † ex litteris tuæ discretionis cognouimus: R. Prior monasterij tui, iracundiæ calore succensus, iuramento firmauit, quòd in claustro eiusdem monasterij, quo se vinculo professionis adstrinxit, non esset cum G. Monacho vlteriùs moraturus d: & infrà. ¶Respondemus, quod non licuit Monacho supradicto temerarium † e iuramentum facere, maximè cùm fidem professionis frangeret f, & stabilitatis suæ propositum eua cuaret. ¶Ideóque circa eum tua solicitudo prouideat, quòd talis ei pœnitentia iniungatur, vt alius quilibet exemplo eius deterritus, simile aliquid facere pertimescat g: ipse verò in claustro, quod licitè abiurare non potuit, cū in stabilitate perpetua, suam pœnitentiam h exequatur.

¶Illi verò. Quidam iurauerunt non loqui patri, vel matri, sorori, vel fratri, nec aliquod subsidium impertiri eisdem. Dicitur, quòd isti ab isto illicito iuramento sunt absoluendi iniuncta eis pœnitentia, pro eo quod male iurarunt. No. quòd plus debét puniri maiores, quàm minores. Item factum maiorum trahitur à minoribus in exemplum. Item iuramentum illicitum nō obligat, & ad cautelam à tali iuramento quis absoluitur.

b ¶Absoluendi.] Ad cautelā sic 22. q. 1. inter cætera. cū iuramētū nō sit vinc. lu iniquitatis, vt ibi. & j. eo quanto. Ac. Quintauallis.

c ¶Pœnitentia.] Vnius anni 22. q. 4. qui sacramenta.

Sicut ex litteris.] Cōis diuisio. Secūda ibi, Respondemus. Abbas.

Casus. Prior cuiusdam monasterij iracundiæ calore commotus iurauit, quòd in claustro eiusdem monasterij, in quo pr. fessionem fecit de cætero cum G. monacho nō moraretur: Abbas suus dubitauit per hoc, consuluit Papam. Et ipse respondet, quòd non licuit illi monacho temerarium facere iuramentum contra fidem suæ professionis & suæ stabilitatis propositum. Vnde mandat eidem Abbati, vt talem pœnitentiam sibi iniungat, quod alij illius exemplo deterriti simile pertimescant, & in claustro, quod abiurare non potuit, stabilitate perpetua suam pœnitentiam agat. Nota, quòd temerarium iuramentum non est seruandum. Item iuramentum contra professionem, & stabilitatem promissum, non tenet. Item pœna vnius debet esse metus multorum.

d ¶Moraturus.] Vbi verò se deuouit, semper debet manere. 16. q. 1. qui vera. & ideo malè iurauit.

e ¶Temerarium.] Immo nec licitum, sine licentia superioris. 12. q. 1. non dicatis. 20. q. 4. monachis. j. de iur. ca. lum. ca. 1. in fin. & j. de postu. ex parte. & 6. q. 1. monachi. Et clericus 7. non debet abiurare ecclesiam sine licentia superioris. infra de renunciatione. admonet. & infra de regu. licet.

f ¶Frangeret.] Seruando iuramentum.

g ¶Pertimescat.] Quia pœna vnius debet esse metus alterius. 2. q. 7. quapropter. C. ad l. Iul. rel. l. 1. & ff. de pæ. l. capitalium. §. famosos. & supra. de transac. c. 1. in fin.

h ¶Pœnitentiam.] De illicito, & temerario iuramento pœnitentia debet imponi. sup. c. prox. & contra tale iuramentum salubriter venien dum est 13. dist. cap. 1. & 2. 22. quæst. 4. per totum.

† Vide D. Th. 2. 2. q. 89. ar. 7. & Sotum li. 8. de iust. & iure. q. 1. ar. 7. Vbi latissimè differtur, an omne iuramētū obliget.

¶Clemens iij.

¶Vasallus qui iurauit Prælato, successoribus iurare non cogitur.

CAP. XIV.

Veritatis † amica simplicitas i: & infrà. ¶Respondemus, vt hæredes tui, qui nobis, vel alicui successorum nostrorum iurauerunt, alijs iurare minimè compellantur k: catholicis tamen successoribus nostris, qui pro tempore fuerint, & homagij †, & fidelitatis puritatem nihilominus ac si iurassent, omni tempore teneantur absque tergiuersatione aliqua fideliter obseruare.

¶Cælestinus iij.

¶A iuramento per metum extorto Ecclesia solet absoluere: & eius transgressores vt peccantes mortaliter non puniuntur.

Veritatis amica.] Ha prima decisa consultatio. In secunda res, onsio ibi. Respondemus. Abbas.

Casus. b Clemens Papa iij ind. litt Guilelmo R g Siciliæ, vt ipse non teneretur sibi præstare iuramentum fidelitatis pro regno Siciliæ, ita tamen quòd ex hoc non fieret sibi, vel successoribus suis præiudicium, quò minus hæredes sui sibi, & successoribus suis fidelitatem facere tenerentur super ista indulgentia quæ mota fuit in præsentia regis, virum singuli hæredes regis singulis successoribus Clementis præstare deberent fidelitatem: tunc duo Cardinales qui erāt ibi legati Apostolicæ sedis, illam indulgentiam sic fuerunt interpretati, quòd hæredes ipsius Regis tenebantur iurare fidelitatem D. Papæ Clemēti, & successoribus suis quo præstito alijs postmodū iurare minimè cōpellantur: postmodū consultus fuit Papa super illa interpretatione, & ipse respōdet quòd non vult recedere ab illa interpretatione, vt hæredes sui, postquā sic iurauerant, successoribus iurare nō cōpellātur: tamen ita tenentur eis seruare fidelitatem, ac si iurassent. Hác formam iurādi habuisti. j. eod ego N. & colligitur ex antiqua decr. Ber. No. quòd iuramentum fidelitatis transit ad successores: quia hoc actum fuit expressè. Item licèt vasallus non iuret fidelitatē successoribus domini, tenetur tamen eis esse fidelis, ac si iurasset.

i ¶Simplicitas.] Eidem enim veritatis, verborum adminicula non requirit C. Vt ab hæredi. ab l. 1. sic ergo eo immediatè sequitur simplicitas cupis.

j. de sum. Trinit. c. 1. in prin. & 3. q. 9. pura. & j. de iudi. pastoralis.

¶Glossa sequens obijcit, & dupliciter soluit.

k ¶Compellantur.] Sed d contra videtur: libertus ecclesiæ cuilibet successori tenetur professionem facere infra annum. 12. q. 2. sæpe. & c. longinquitate: & feudatarios inuestituram petere debet a domino infra annum: vt in constit. l. videtur de feu. §. prætereà. Potest dici, quòd hic fuit specialis indulgentia. Vel dicas verius, quòd iurare successoribus potest, si vult, sed non debet compelli, si iurauit sub hac forma: Ego iuro tibi fidelitatem, & successoribus tuis catholicis. ex quo semel iuratum est sub hac forma, non debet amplius iurare, quia istud iuramentum perpetuum est quoad illum, qui iurauit, & ita tenetur successoribus, sicut illi, cui iurauit.

† Cap. 5. e. t. in 2. cōp. Et de iurisdictione, V. Cagnolum in c. qui meis in 1. p. rele. §. 5. de act. lib. 6.

† Alias iuramenti homini, & fidelitatis puritatem, &c.

b Hic casus B. ernardi est, & in antiquis exemplaribus reperitur.

c Quod intelligas, vt not. 16. q. 1. §. Io. And.

d De materia huius glossæ, v. Baldum in l. 1. C. de fru. & lit. ex. en. & in l. 1. Cod. plus val. quod agit, Paulum de Castro cōsil. 65. & 307.

CAP. XV.

Verùm† in ea quęstione quę quinto loco ponitur, an à sacramenti vinculo absoluantur[a], qui illud inuiti[b] pro vita, & rebus seruandis fecerunt: nihil aliud arbitramur, quàm quod antecessores[c] nostri Romani Pontifices arbitrati fuisse noscuntur: quia tales à iuramenti nexibus absoluerunt[d]. ¶Cæterum vt agatur consultiùs, & auferatur materia deierandi†, non eis ita expresè dicatur, vt iuramenta non seruent[e]: sed si non ea attenderint, non ob hoc sunt tanquã pro mortali[f] crimine puniendi.

¶Innocentius iij. H.S. & M. ciuibus Venetis.

¶Si is, cuius mandato stare iuraui, aliquid mihi præcipit contra iuramentum per me prius licitè factum, illud seruare non teneor. Hoc dicit inhærendo verbis litteræ.

CAP. XIV.

Veniens † ad præsentiam nostram A. nobis exposuit, quòd olim cum M. Maurien. † alternatim conuitia inferendo certauit: propter quod cùm graues inimicitias incurrisset, quidam, qui partis vtriusque amatores extiterant, suggesserunt prædicto A. vt in satisfactione iniuriarum vestro iuraret obedire mandato[g]. Cúmque † idem non crederet se tale quid commisisse, propter quod ei aliquod graue deberet imponi, iuramentúmque† illud sub tali confidentia præstitisset, ipsi sub iuramenti debito præcepistis, vt nunquam curiam Ducis intraret, nisi cùm omnes per edictum ipsius generaliter ad curiam vocarentur: *& infrà.* ¶Verùm quia idem A. qui dicti Ducis est Cõsiliarius, & in iure suo multis Ecclesiis, quarum est Aduocatus, ex promisso tenetur adesse, nequaquam taliter iurauisset, si mandatum illud sibi contrariũ præsciuisset[h]: noueritis nos Patriarchæ Graden. mandasse, vt si mandatum priori iuramento licitè facto repugnet[i], ipsum auctoritate nostra denunciet nõ seruandum †.

¶Idem magistro Apollinari.

¶Qui iurauit Ecclesiam defendere, & requisitus sine iusta causa recusat, periurus est, nec eum defendit appellatio.

CAP. XVII.

Breui † sciscitatus es quæstione, vtrùm ille, qui iurat alicuius Ecclesiæ seruare, ac pro posse defendere iuramento tenetur, si necessitate imminente super hoc sub iuramenti debito requisitus duxerit appellandum, periurij reatum incurrat. ¶Respondemus, quòd in hoc articulo appellantem à periculo talis appellatio non excusat, immò (nisi difficultas[k] existat propter

---

Verum in ea.] Prima pars ponit q̃onem, & ipsius respõsionẽ. Secũda responsionis illationem ibi, *Cæterùm.* Abb. Siculus.

Casvs. Quidam iurauerunt inuiti, & compulsi pro vita, & rebus suis seruandis: quærebatur, an isti indigeant absolutione, an ipso iure sint absoluti? Rñdet Papa, quòd nihil dicit hîc aliud, quàm antecessores sui dixerint, quòd taliter iurantes absoluerunt: veruntamen vt auferatur materia peierandi, non est eis dicendum, vt iuramenta non seruent: sed si ea non seruauerint, non sunt propter hoc tamquam pro mortali crimine puniendi tanquã pro directo periurio. Not. quòd iuramentum metu extortum est obligatorium, ex quo aliqui à tali absoluuntur. Item si quis tale iuramẽtum non seruat, debet puniri non tanquam pro directo periurio, & voluntario. Item transgressio huius iuramenti non dicitur simpliciter mortale peccatũ. Itẽ metus iustus pœnã attenuat. Ber.

a ¶*Absoluantur.*] Id est, absolutione indigeant, an ipso iure sint absoluti.

b ¶*Inuiti.*] Per talem, scilicet metũ, qui possit cadere in constantem virum. s. *quod met. caus. ad audientiã. & ff. quod met. caus. metus autem,* aliàs si spõte iurassent, vel per vanum metum, non absoluerẽtur à iuramento, immò illud necesse haberent seruare. s. *de resti. spo. accepta. & c. solicitè.* & *ff. quod met. cau. metus autem.* quia contra vanum metum non auditur aliquis.

c ¶*Antecessores.*] Scilicet Gelasi⁹, Gregorius, & Vrbanus, 15. q. 6. *alius.* & in *c. nos sanctorum iuratos.* Et Alex. s. *eo. si verò.*

¶*Glossa seq. ponit duas lecturas.*

d ¶*Absoluerunt.*] Quidam exposuerunt de facto: quia ipso iure non tenebantur, si iusto metu iurarunt. Non verò propriè intelligimus, vt dictum est s. *eodem. si verò. & suprà quod met. cau. cap. Abbas.*

e ¶*Non seruent.*] Id est, quod ad ea obseruanda non sunt adstricti: quia tenent illa seruare, dummodo sine interitu salutis æternæ seruari possint. s. *eo. si verò.* veruntamen si illa non seruant, non sunt puniendi tanquam pro directo periurio, & ita metus culpam attenuat: si iuramentum non seruant.

f ¶*Mortali.*] Arg. est hic, quòd iuramentum metu extortum parum obligat. s. *quod metus cau. perlatum & c. Abbas.* vbi plenè de hoc. & s. *de restitu. spo. solicitè,* & hoc dicitur s. *eo. si verò.*

Veniens.] In prima parte ponitur querela impetrantis. In secunda prouisio ibi, *Verùm.* Abbas.

Casvs. Quidam Venetus nomine Alanus habuit verba cum M. Maurien. conuitia inter se inferẽdo, propter quod ille A. graues inimicitias dicitur incurrisse. Quidã amici vtriusq. partis volentes eos reducere ad concordiam, suggesserunt illi A. vt in satisfactione iniuriarum iuraret stare mandatis H. & S. M. consanguineorum ipsius M. ille non credens se tale quid fecisse, propter quod aliquid graue deberet sibi imponi, iurauit stare mandatis illorum: ipsi præceperunt ei sub debito iuramenti, quòd nunquam curiã Ducis intraret, nisi cũ omnes generaliter vocarentur. Ille recepto tam iniquo mandato, accessit ad Papam, exponens sibi prædicta, adiiciens quòd erat consiliarius ducis, & pluribus Ecclesiis, quarum erat aduocatus iuramẽto tenebatur in iure suo adesse, & nullo modo taliter iurasset, si mandatũ contrariũ sibi præsciuisset. Vnde super hoc scribit Papa illis tribus ciuibus Venetis, dicens quòd ipse super hoc scribit Patriarchæ Graden. si mandatum illud priori iuramento licitè facto repugnet, ipsum auctoritate Papæ denunciet non seruandũ. Nota, quòd cũ aliquis alicui simpliciter iurat, mãdatum debet esse idoneum, non iniquum, vt hîc patet, aliàs relaxatur mandatum. Item iuramentum contrariũ alij iuramento licitè facto, seruandum non est.

¶*Glossa sequens exponit, obiicit, & soluit.*

g ¶*Mandato.*] Idoneo, scilicet sic fuit exaudiẽdum. s. *de elec. causam quæ. &* s. *de rescrip. cum adeo. & ff. de op. liber. si libertus.* j. *eo. Quintauallis.* Iniquæ tamen sententiæ arbitri standum est. *ff. de arbi. l. 3. & l. diem. §. stari.* dum tamen dolus absit. *C. de arbit. l. 3. ff. de arbit. non distinguemus. §. cum quidam & Inst. mandati. §. illud.* Quare ergo non statuit huic mandato? Respõdeo, illi non fuerunt arbitri, sed fuerunt arbitratores, siue amicabiles cõpositores, vt boni viri, vnde si malè arbitrentur, siue iniquè componant, eorum dictum reducendum est ad arbitrium boni viri. *ff. pro soc. si societatem.* Additio. Vel dic, quòd isti fuerunt arbitri in re sua: quod eis non licuit. *ff. de ar. l. pe. sicuti nec iudex. de iudic. l. Iulianus. & C. ne quis in sua causa ius sibi di. l. vnica.*

¶*Gloss. seq. arguit, signat contrarium, & remittit, quærit, & soluit.*

h ¶*Præsciuisset.*] *Arg. iuramenta secundum intentionem iurantis fore interpretanda 22. q. 5. humanæ aures. arg. cõtra 22. q. 5. quacunque arte. & ca. ecce.* de hoc dicitur j. *de spon. ex litteris.* Sed nunquid potuit ei præcipere, vt cederet bonis, vel vt ei daret bona sua? Non, quia iuramentum non extenditur ad illa, de quibus non est cogitatum. j. *eo. Quintauallis.* j. *de deci. ex multiplici. arg.* s. *de restit. spolia. audita. 22. q. 2. ne quis arbitretur ff. de transact. cum Aquiliana. ff. de pign. obligatione ff. de pec. pecul. & C. quo res pign. ob. pos. l. 1.* Et simili modo intelligendum fuit iuramentum, vt dictum est in prima notula. *ff. de seruitu. si cui ff. de rit. nu. postquam.* Sic & liberta si iurauit non nubere, de illicitis nuptiis intelligẽdũ est. *ff. de iure patro. adigere. §. vlt.*

i ¶*Repugnet.*] Et sic vĩ, quòd si mandatum non repugnet priori iuramento, iuramentũ sit seruandum. cum possit seruari sine interitu salutis æternæ. s. *eo. si verò.* quod verum est, tñ si enormem læsionem in rebus temporalibus pateretur, obtinebit relaxationem iuramenti, s. *quod metus cau. abbas. & 22. q. 4. c. innocens. §. illi. item, vltra medium. Ver. quisquis ergo, &c.*

Breui.] Communis diuisio Secunda ibi, *Respondemus.* Abbas.

Casvs. Aliquis iurauit defendere, ac seruare pro posse sue iura alicuius Ecclesiæ. Ecclesia requirit ipsum necessitate imminente sub debito iuramenti: ipse appellat quæritur, verum incurrat periurium si Ecclesia non defendat, an prætextu appellationis à periurio excusetur? Respondet Papa, quòd in hoc articulo appellatio non excusat illum à periurio, immò periurij reatum incurrit nisi difficultas, siue necessitas ipsum excuset, propter quam non possit Ecclesiæ subuenire. Not. quòd appellatio frustratoria nõ excusat aliquem ab eo, quod facere tenetur. Item necessitas, siue impossibilitas excusat à periurio.

k ¶*Difficultas.*] Et ita difficultas excusat à periurio, vt s. *eo. Ego N. sic & necessitas.* j. *de querela ff. qui satisd. cogãtur. l. vlt. arg. ff. de oper.*

---

†Cap. 6. eo. tit. in 2. cõpil.

† *periurandi.*

† Capit. eo. tit. in 3. cõpil.

† *Maurien.*

† *In aliquot antiquis est ra. Cùmque idem A. nõ credens se tale quid commisisse, &c.*

† *De multis clausulis, quæ intelliguntur in iuramento, vide plenè per Romanum, & Iasonem in l. vlt. ff. qui satisd. cogan. & per Baldũ in l. vlt. C. de non nu. pec. & per Aretinum in §. æquè. Instit. de except.*

† *Obseruandum.*

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cõp. *Et de materia, videlicet qualiter difficultas excuset à periurio, vide Felinum in ca. quæ in Ecclesiarum, j. de constit. & Alexã. cõs. 192. incip. perspectis in 1. volum.*

oper. liber. ff. libertum. ff. quarum re. actio non datur. l. § qua me- randa licet non excusat a pena conuentionali. *ff. de verb. oblig. l. continuus. a. fine. § illud quoque.*

¶*Glo. seq. quaerit, arg. pro. & contra ponit tres casus, quib. admo- catus non iuuat ec. etiam.*

a ¶*Requisitus.*] Sed nunquid tenetur Ecclesiam iuuare non requisitus? Videtur, quod sic. 93. *dist. si inimicum. Arg. contra ff. quarum lega. l. 1. § 1.* & *arg. huius litera a.* Si verò ecclesia non seruauit ei fidem in suis necessitatibus, nec ipse [b] tenetur ipsam iuuare. 22. q. 5. *de forma. supra eo. peruenit. 2.* vel si ecclesia subtraxit ei salarium suum consuetum. *ff. loca. quaero. supra inter locatorem.* vel si remordeat eum conscientia, quod habeat malam causam. 11. q. 3. *sit quis dicitur.* nam & tunc ad alterius non tenetur morte clientis ... suam. *Cod. de iudi. rem non nouam. § patroni causarum.* Sed ipse licet teneatur ... seruire conscientiam, bonam ecclesia tamen habebat ... pro peritiam *supra. de testibus ipsa litteras & infra de senten. excom. in grauis tionis.*

Q*Vanto*] Princeps iurauit certam ... seruare monetam, quam dete... ex ... dete ... debet de iuramento, quod fecit ... dere non seruandam. Si verò ignorabat, tunc iuramentum seruat, si illam facit restaurari sic commu... summa ... Primo ponitur consilium. Secundò responsio ibi, *Super quo.* In quatuor membra distinguit. Secundum ibi, *Si vero.* Tertium ibi, *Veruntamen.* Abbas.

quam requisitus non possit Ecclesiae subuenire) culpa periurij potius irritetur.

¶Idem illustri Regi Aragoniae.

¶*Iurans facere rem illicitam, non indiget absolutione, sed tenetur illud non obseruare. Si vero iurauit ignoranter, debet illud obseruare, si aliquo licito modo est obseruabile. Si autem iurauit licitum, quod putabat illicitum, debet obseruare iuramentum: sed de animo deprauato aget poenitentiam.*

CAP. XVIII.

QVantò † personam tuam: *& infra.* ¶Quidam Consiliarij tui (immo potius deceptores) tuum animum induxerunt, vt iurares irrequisito assensu populi, vsque ad certum tempus patris tui obseruare monetam, quae tamen circa mortem eius fuerat legitimo pondere defraudata [b]. Cum autem ideo sit diminuta, & minoris valoris effecta, quod graue propter hoc scandalum in populo generatur, tu † quod egeras indiscretè cupiens reuocare, ac necessitati populi satisfacere, ab obseruatione iuramenti praedicti postulasti suppliciter a nobis absolui [c]. ¶Super quo diligens indagator potuisset facilè intueri, quod non tam erat absolutio necessaria, quam interpretatio requirenda: quoniam cum iuramentum fecisti, monetam aut falsam, aut legitimam esse credebas. Si falsam, iuramentum tuisset illicitum, & nullatenus obseruandum, & pro eo esset tibi poenitentia iniungenda: cum iuramentum non vt esset iniquitatis [d] vinculum, fuerit institutum. ¶Si verò legitimam esse credebas, iuramentum licitum fuit, & vsquequaque seruandum. Et vt irreprehensibiliter obseruetur, consulimus, & mandamus, vt reprobata moneta, quae a legitimo pondere fuerat defraudata, alia sub nomine patris tui moneta cudatur, quam ad legitimum pondus reducas, secundum eum statum, quem tempore patris [e] tui habuit meliorem: ita quod antiqua moneta, quae ab illo statu falsata non fuerat, cum ea pariter expendatur: per quod & dispendium vitari poterit, & iuramentum seruari [f].

¶Veruntamen si monetam ipsam in praestatione iuramenti credebas a legitimo pondere diminutam, & tua super hoc conscientia te remordeat, tuum humiliter confitere peccatum, & satisfactionem [g] iniunctam tibi pro illicito iuramento studeas adimplere.

C A S V S. Quidam consiliarij Regis Aragonum, immò potius deceptores, induxerunt ipsum vt iuraret irrequisito assensu populi, vsque ad certum tempus, patris sui conseruare monetam, quae circa mortem eius legitimo pondere fuerat diminuta, ita quod graue scandalum in populo ortum erat. Hoc intellecto Rex, quod indiscretè fecerat, reuocare volebat, & satisfacere populo vnde petiit absolui ab huiusmodi iuramento: Papa scribit eidem dicens, quòd in casu isto non tam est absolutio necessaria, quam interpretatio adhibenda: cum enim iuramentum illud fecit, aut credebat monetam illam falsam esse, aut legitimam: si falsam, iuramentum fuit illicitum, & ideo non seruandum, & pro eo debet sibi poenitentia indici: si vero credebat legitimam, iuramentum licitum fuit, & ideo seruandum. & Papa consuluit illi, vt moneta illa reprobata, quae diminuta fuerat a legitimo pondere, alia moneta cudatur nomine patris sui, & illam reducat ad legitimum statum, quem habuit tempore patris sui meliorem. & sic iuramentum seruabit. Veruntamen si credebat monetam diminutam, quando iuramentum illud praestitit, & sua eum conscientia remordet, confiteatur peccatum suum, & pro illicito iuramento poenitentiam agat. Nota, quòd iuramentum aliquando recipit interpretationem, vt hic patet, & quod aliquando remittit rationem. Item iuramentum non est vinculum iniquitatis, & illicita, & honesta semper debet referri. Item iuramentum illicitum non est seruandum.

¶*Glo. seq. tractat de triplici falsario monetae & ponit circa illud crimen tria specialia.*

b ¶*Defraudata.*] Qui enim falsat monetam, principis excutitur. *C. de fal. mone. l. 2.* Qui autem falsas monetas ... punitur capite. *C. eo. l. 1.* Sed dic, si humilis ... radet, vel si ingenuus liber est, damnetur ad bestias. ... vltimo supplicio punitur. *ff. ad l. Cornel. de fal. quicunque.* & sunt haec tria specialia: quia quilibet tenetur ad accusationem huius criminis. Item quia condemnatus non appellat. Item quod punitur ille, in cuius domo falsa moneta cuditur, licèt illud ignoret. *Cod. de fals. mone. l. 1.*

¶*Glo. seq. recit. per q. an Papa possit absoluere à iuramento: ponit opin. Hu. item Lau. & Tanc.*

c ¶*Absolui.*] Absoluere potest Papa quemlibet à sacramento ex iusta causa: putà propter scandalum intolerabile, vt si malum exemplum protegeretur in multos, clausula tamen discretionis praeced. ut c. H. tamen hoc negabat: & omnia iura, quae dicunt, velamen ... Papam posse absoluere à iuramento, intelligebat de illicito: quia in his, quae sunt de iure naturali, vt in voto & iuramento, Papa nō dispensat. *arg. ad hanc opi. j. eod. c. & si Christus.* vbi dicitur: reddite domino iuramenta tua: quam similem interpretationem habes *j. eo. petitio. & j. de vo. magna.* vbi dicitur: *Vouete, & reddite. j. de sta. re. cum ad monasterium. in fin.* Lau. contradicebat. T. dicit, quod ex causa iusta potest ipsa ... absoluere 15. q. 6. *auctoritatem.* & dispensare potest in voto, & illud commutare in aliud, quod magis sit Deo acceptum *j. de voto. magna. ca. 1. & c. quod super his. & c. ex multa* & in iuramento etiam ex eisdem causis potest dispensare. Vbi verò aliquis vouet, vel iurat, & alia licitè vel honestè seruari possunt, nec subest causa, Papa illa immutare non potest. & sic intelligebat H. & in hoc alij non discordant. Et sic etiam intelliguntur illa verba, Vouete, & reddite domino iuramenta vestra. & est *arg. ad praedict. 25. q. 1. § Vlt. Sex. ipsi namque solent. & ff. de vulg. & pupil. substitutionis. ex facto.* Hic vero non fuit necessaria absolutio, sed interpretatio secundùm quod sequitur in litera, & secundum interpretationem debet seruari: quia legitimum iuramentum.

d ¶*Iniquitatis vinculum.*] 22. q. 4. *inter caetera.*

¶*Glo. seq. obiicit, & soluit.*

e ¶*Patris.*] Hoc ideo quia in forma iuramenti hoc fuit expressum. Sed nonne tunc mutaretur inscriptio monetae? immò videtur quod Rex ipse falsarius esset. *ff. ad l. Cornel. de fal. falsi nominis. & j. de his quae fiunt a prala. sine consensu capitul. quanto.* In moneta enim tria exiguntur, quantitas ponderis, materia, & publica forma. *ff. de contrah. l. 1.* Respondeo [d], quod non semper inscriptioni monetae fides adhibetur, sicut nec inscriptioni sepulchri. *C. de relig. & sump. fu. l. monumentorum.* immo pictura est, quae largam habet licentiam. semper enim fas fuit pictoribus & poetis nouitates inuenire. licet sit *arg. contra. 24. q. 1. sane si princeps. Ioan.* Item si fur ex auro, vel argento monetam publicam falsam faciat, illo punito, eam in thesauro publico conseruatur. 1. q. 1. *quod quidam. circa medium. ver. si enim aliquid furtum. &c.*

f ¶*Seruari.*] Et sic si non possit expressè seruari in omni, seruatur tamen in illa quae fuerat defraudata. & est argum. ad quaestionem propositam, & solutam. *j. de spon. ex litteris. in gl. afferant.*

g ¶*Satisfactionem.*] Pro temeratio iuramento imponitur poenitentia vnius anni. 22. q. 4. *qui sacramento.* sed pro directo periurio imponitur poenitentia xl. annorum. 6. *quaest. 1. quicunque. & 22. quaest. 1. cap. vlt.* immo qui scienter deierat, secundum canones infamis est. 6. *quaest. 1. infames.* & qui contra iurisdictionem iuratam venerit scienter, infamis est. *C. de transact. si quis maior.*

a De hoc in Spec. de aduocato. § 1. vers. sed cùm quid is, qui iurauit.

† Hic fuit Petrus, qui mandauit regnauit an... 1206. Vide... ...

† Cap. 4. ex tit. 3. compil.

Et de materia absolutionis à iuramento, v. Felinum in c. 1. j. de ... fal. adde Cardinalem in clement. 1. § non autem de iureiu. & B. Thomam 2. 2. q. 89. ar. 9.

† In codice Barbarica ... quod egeras indiscretè ... ...

e De falsantibus monetam, & eorum poena. v. extrauagantem Pij Papae V. quae incipit: Cum nihil magis. & Iulium Clarum l. 5. sent. § falsum. & Couarruuiam in tract. de collatione veterum numismatum. c. 8.

d Gos. ... par ... nem ... dere, si fecisset cudi monetam sub nomine patris: sed hoc nō faciebat, sed solùm ... Veteris. ... ita quod in ... non in moneta, sed in instrumentis habebit, nō dum non falsetur moneta, nec alteri praeiudicetur, non refert, an cudatur sub nomine patris, vel filij. Sed quae sit pura poenitentia, vt hic patet. Ioan. And.

= Haec glossa ... fals... Hostiensis habetur in antiquis codicibus.

V*Enientes*.] Iudices, qui iurant infra certum tempus sententias exequi, hoc non obstante appellationib. ab eis interiectis deferre tenentur. h. d. Diuiditur in quatuor partes. In prima reprehensio consulum. In secunda ibi, *Verum ipsorum excusatio*. In tertia ibi, *Vnde vero ipsorum excusationis* reprobatio, & generale mandatum. In quarta ibi, *Cum ergo*, mandatum speciale & comminatio non parentis. Abbas.

CASVS. Quidam ciuis Tudertinus S. nomine, conuentus fuit ab aduersario suo coram iudice ciuitatis super quibusdam possessionibus. Iudex auditis meritis causæ condemnauit ipsum ad restitutionem rerum petitarum: ab illa sententia appellauit ad D. Papam: Consules ciuitatis non obstante appellatione, sententiam illam executioni mandarunt, inducentes actorem in possessionem rerum, de quibus quæstio vertebatur. Super hoc appellans conquestus fuit D. Papæ, cui subest ciuitas illa quoad temporalem iurisdictionem. Vnde ipse Consulibus, & populo Tudertino mandauit, vt possessionem ipsam restituant appellanti: alioquin nouerint, quod ipse mandauit Nucerino Epo, vt eos ad id Ecclesiastica censura compellat: eiusdem negotij occasione præmittit Papa, quæ præcedunt, dicens quod ipsi tenentur humiliter, & deuote appellationibus ad sedem Apost. interpositis deferre: quia etiam leges sæculares post sententiam, beneficium appellationis non denegant aggrauatis, sed ipsi finias appellationi suspensas exequuntur. Consules Tudertini se super hoc excusabant in præsentia Papæ dicentes, quod cum aliqui vocantur ad officium consulatus, iurant quod super mutuis & plagiariis iudicabunt secundum consuetudinem ciuitatis, & infra xxviij. dies sententias exequentur: vnde saluo huiusmodi iuramento non poterant deferre appellationibus. Sed contra illam executionem dicit Papa, quod iudices iurant iudicare secundum leges, sicut Consules isti iurant iudicare secundum consuetudinem ciuitatis suæ: & ideo sicut iudices possunt grauare subditos contra leges, sic & consules isti, possunt contra consuetudinem suos subditos aggrauare. Vnde præcepit eis, quatenus appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis deferant humiliter, & deuote, cum iuramentum illud eos excusare non possit, in quo ius superioris intelligitur exceptum. Nota decretalem istam ad plura argumenta. Primo ad illud, Sententia diffinitiua, a qua est appellatum, non debet executioni mandari: quod si fiat, executio debet reuocari: vt hic patet: & ideo deferre debet iudex appellationi, & nihil innouare ea pendente. Item in iuramento semper ius superioris intelligitur exceptum, & cuiuscunque alterius: quia iuramentum factum in præiudicium alterius non valet, cum illud obseruare non possit. Item iuramentum personale est.

¶Idem Consulibus, & populo Tudertino.

¶*Non valet iuramentum in præiudicium iuris superioris.*

CAP. XIX.

VEnientes † ad sedem Apostolicam Consules vestros, super his, quæ ad nos de vobis sæpius referuntur, & commonere curauimus, & aliquantulum asperè conuenire: Cum enim appellationibus interpositis ad Apostolicam sedem teneantur humiliter, & deuote deferre: cum & leges [a] etiam sæculares post sententiam, beneficium appellationis non denegent aggrauatis, vos sententias appellatione suspensas exequi mandatis. Verum iidem Consules nobis exponere curauerunt, quod cum aliqui vestrum vocantur ad officium consulatus, firmant proprio sacramento, quod super mutuis, & plagiariis [b] secundum vestræ ciuitatis consuetudinem [c] iudicabunt, & infra viginti octo dies, quæ iudicauerunt, exequentur. Vnde saluo huiusmodi iuramento, vos non posse super his appellationibus deferre, dicebant. ¶Quia vero non minus iudices secundum leges, quam Consules vestri secundum consuetudinem vestræ ciuitatis iudicare iurarunt, & ideo sicut iudices contra leges, ita & Consules vestri contra consuetudinem [d] possent † subditos aggrauare. Mandamus, quatenus appellationibus ad nos [e] interpositis deferatis: cum prædictum iuramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi ius [f] superioris exceptum [h]. ¶Cum ergo prænominatus S. lator præsentium ad sedem Apostolicam a sententia G. Iudicis appellauit, sententiam ipsam decreuistis executioni mandandam [i], in possessionem rerum, de quibus quæstio vertebatur, appellantis aduersarium inducentes: Volumus, & mandamus, vt possessionem ipsam [k] restituatis eidem: alioquin nouerit is nos Episcopo Nucerino † mandasse, vt vos ad id Ecclesiastica censura compellat.

¶Idem Pisano Archiepiscopo.

¶*Iurans vsuras non repetere, potest iuramento non obstante ex noua causa repetere. c. h. d. secundum intellectum notabiliorem.*

CAP. XX.

AD † nostram noueris audientiam...

a ¶*Leges*.] C. q. 6. *anterior. um. & c. non ita.*

b ¶*Plagiariis*.] Id est, fideiussoribus: vulgare est illius terræ.

c ¶*Iurant*.] In *Auth. de iud. §. quia vero. coll. 6. C. de iud. rem non nouam.* & 2. q. 5. *de iurei.*

d ¶*Consuetudinem*.] Licet [b] ergo iudicatur secundum consuetudinem loci *ff. de eo quo mittitur in poss. causa rei seruandæ. si vero iussum*, quia consuetudo præiudicat iuri. *ff. de constit. c. penul.*

e ¶*Interpositis*.] Illa ciuitas Tudertina subest D. Papæ quoad iurisdictionem temporalem. Videtur tenet appellationes ad Papam fieri & alias non. *ff. de app. si duobus.*

f ¶*Ius*.] Vnde [c] ...aliquis est receptus in canonicum, & in fratrem iurat se seruare laudabilem consuetudinem Ecclesiæ suæ. & tamen ... in Ecclesia, quod qui ibi habet præbendam, debet residere per sex menses, sed antequam faciat, quod iurauit, accedit ad sedem Apostolicam, & supplicat D. Papæ, vt ipsum absoluat. Quæro vtrum iste sit periurus, quod videtur, quod non, ar. istius litteræ: quia videtur quod non iurauit, quod debuit intelligi, nisi D. Papa remitteret ei iuramentum. Sed probatur quod sit periurus. C. *de transa. si quis maior.* ubi dicitur, quod aliquis venit contra iuramentum suum mediante interim, citando, vel supplicando, quod peccat non faciendo. Vnde videtur quod ille sit periurus supplicando Rom. Pon. vt absoluat, sed si petitione non præmissa ipsum absolueret, non esset periurus.

g ¶*Ius superioris*.] Not. quod in iuramento excipitur auctoritas maioris, vt hic patet, & *ff. eo. cum te & ff. de refert. conditurum. ar. & contrario ff. ad muni. impera. & in c. d. Ita de feud. §. Vlt.* & est ius canonicum. *ff. eo. ad nostram. c. lo.*

¶*Glossa sequens reccetur per contrarium.*

h ¶*Exceptum*.] Sed nonne possunt iudices super hoc condere legem municipalem contra ius commune? Rñdeo, possunt condere legem contra ius cõe, quæ tamen non sit in præiudicium alterius, vt hic dicit. & *ff. de consti. quæ in Ecclesiarum*. specialiter tamen non concedendo legem bene possunt litigantes renunciare appellationi. *C. ae temp app. ad liud. §. vlt.*

i ¶*Executioni mandandam*.] Quod fieri non debuit: tum quia beneficio appellationis extinguitur pronunciatum. *ff. ad Turpil. l. 1. §. vlt.* tum quia interposita appellatione nihil innouari oportet. 2. q. 6. *appellatione. & ff. nihil nouari. ap. pel. pen l. Senec. Bern.*

k ¶*Possessionem ipsam*.] Cũ appellatur a sola diffinitiua, si appellatione pendente fuit mandata executioni, iudex appellationis debet reuocare in irritum quod factum est post appellationem. & ante quam cognoscat, an appellatum sit iuste, vel iniuste: sed secus est cum appellatur a grauamine, quia prius debet cognosci de meritis appellationis, quam reuocari, quod factum est, post appellationem. *ff. de dolo c. cum p.* quia ibi dicitur: si est ita, tenetur... & iudex ordinarius non potest exequi suam sententiam, ex quo altera pars appellauit: sed iudex delegatus potest non obstante appellatione alterius partis. *ff. de officio super eo in fi. & § pastoralis § præterea*, certe istæ decretales concordant a contrario dicunt. ¶*Glossa sequens signat contrarium*. ...

l ¶*Restituatis*.] ... contra *ff. de app. ... c. a.* vbi expectatur talis restitutio vsque ad euentum confirmationis, vel cassationis ... Sed non est contrarium: quia non debet ... ex ... ibi recitatur factum, prout contigit: vt patet, quod pendente appellatione executio non debet fieri: & si fiat, innouatio per sententiam restitui debet in pristinum statum, antequam appellationis causa examinetur. & *ar. ff. de offi. deleg. pastoralis § præterea.* & hoc est notabile.

m ¶*Ad nostram*.] Per iudices ... qui ... vsuras repetere non possunt ... Ioh. And. & quidem ... a ... intellectum satis clarum. Primo narrat factum. Secundo ... *Mandamus*. Abbas.

CASVS. Quidam ciues Pisani I. & G. ... iuramento ... quod nec per se, nec per alium præfictas vsuras repeterent vel apud ecclesiasticum iudicem, vel sæcularem super his deponerent querelam. Creditor postmodum condito testamento, in quo ... hæredibus suis, vt ... vsuras eidem ... restituerent. Sed dicti I. & G. ... vsuras ... per huiusmodi iuramentum ... hæredes ... fieri ... ad notitiam D. Papæ, vnde mandat Pisano Archiepiscopo quatenus sub pœna excommunicationis publice in Ecclesia proponat, ... si quis super hoc veritatem nouerint, procedat ad testimonium proferendum: & si constiterit de ... hæredes illos per censuram Ecclesiasticam, vt vsuras, quas pater illorum prædictis recepit, restituant vniuersas. Not. quod hic recipiuntur testes: ... quia procedebatur in modum inquisitionis, siue denunciationis, & ex officio iudicis. Item qui

b *Hæc glossula non est Bernardi, nec habetur in Vetustis exemplarib.*

Neque enim glossa hæc Bernardi, nec inuenitur in Vetustis exemplaribus.

† *Possunt.*

Imperialis, & ibi dicitur quod in omni iuramento intelligitur imperator.

c *Nec habetur in Vetustis codicibus, nec est Bernardi.*

† *Reccetur.*

† Cap. 6. c. t. in 3. cõpil. *Et de materia vide B. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 3. & Dominicũ Sotum lib. 6. de iust. & iure. q. 1. art. 5.*

f *Hæc est glossula non est Bernardi, nec habetur in antiquis codicibus.*

g *Adde, quod appellatio suspendat executionem. l. 1. de ap. Pio. § 1. cum gl. & ibi Bar. ff. de recud.*

qui non potest agere propter iuramentū, pōt denūciare. Itē aliquid conceditur vna via, & alia denegatur. Item vltimæ voluntatis executio spectat ad Ecclesiam, si hæredes exequi noluerint.

a ¶*Peruenisse.*]Non dicit per quem, vel à quo.

ADDITIO. Fortè fuit fideicōmissarius testatoris, vel amicus debitoris, vel ipse debitor: sed hoc fortè fuit tacitum propter opinionē vulgarium, qui per id æstimassent illum periurum & est sim. j. *eo. in intellectu. supra de arbit. peruenit.* Ioannes Andreas.

¶*Glo. seq. soluit tres quæstiones.*

b ¶*Repeterent.*]Si iurauit non repetere, denūciet illud Ecclesiæ. Quid si iurauit non denunciare? Respōdeo, iuramentum fuit illicitum, & ideò non seruandum: cùm quilibet ad hoc teneatur. j. *de cog. spiri. sina nos.* & j. *de bapt. cum ex iniuncto.* j. *eo. quemadmodum.* in fi. & 22. q. 1 *si peccauerit.* Sed si iurauerit soluere, nec repetere, nec recipere a, illud denunciet Ecclesiæ, vt dictum est.

¶*Glo. seq. recit. per quam iure legati, &c.*

c ¶*Probarent.*] Videtur iuramentū istud remissum esse ex testamento: nisi velis ita interpretari hæc verba, vt si illi de iure repetere non possint, qui iurauerunt non repetere. Sed tamen largiùs interpretabimur vltimas voluntates j. *de donat. cum dilecti. ff. de testa. & vlt.* & *de leg. & leg. 3.* Sic ergo iure legati possunt isti repetere vsuras, quasi ex noua causa superueniente. Si enim aliquis abiurat beneficium, potest postea ipsū repetere ex noua causa superueniēte j. *de renun. cùm inter P.* & *ff. de success. edict. l. 5. quod dicimus. alias. §. sed videndum. arg.* j. *quod met. cau. ad audientiam.* Item cum iuro soluere aliquid, solutum possum repetere j. *eo. debitores.* non enim est cogitandum de nouo iure *ff. de transact. cum Aquiliana.* Si verò ius nouum non est mihi acquisitum, possum agere, vt remittatur iuramentum j. *eod. c. 1.* & primò agendum est, vt iuramentum remittatur, & tunc potest repetere secutè Bern.

¶*Ista dicit pro obie. quod lite nō cōtest. &c. & dupliciter soluit.*

d ¶*Ad testimonium.*]Nota testimonium fieri lite nō cōtestata: sed hoc ideo cōtigit, qa hic procedebatur in modū inquisitionis, siue denūciationis, vt patet per prin. *c. Glo.* b vel Papa hic voluit extra ordinem procedi, & sine accusatore per denunciationem. Itē quia ad Ecclesiam, vel Episcopum spectat exequi voluntates defunctorum j. *de testib. si hæredes.* & *c. penult.* & *C. de Epi. & cler. nulli.* & *l. si quis ad declinandam.* & *ff. de petit. hær. si hæreditas.* §. *Glo.* & *se* seruant isti iuramentum suum hac via to.

e ¶*Constiterit.*]Per inquisitionem j. *de testi. cog. præterea.*

a *Supple etiam oblata. dicit Host. quod etsi omnino vsuras vellet hoc iuramentum seruare, non tamē creditor pecuniam illā lucrifaciet, sed fiet inde eleemosyna. de vsu. cum tu. Ioan. And.*

† *Cap. 7 eo. tit. in 3. cōp.*

de materia, videlicet, quòd in notoriis nō sit ordo iuris seruandus. V. Iulium Clarum in pract. cri. §. fi. q. 9 vide Salsedum, & doctores in l. ea quidem. C. de accusa. & Antonium Gome. tō. 3. variar. resol. c. 1.

b *Sed hodie in causis v*sura*rū fine lit. contest. proceditur per cle. de iudi. dispendiosam. & de ver. si sæpe. Ioan. And.*

dientiam peruenisse a, quòd cùm I. & G. Petro vsuras non modicas persoluissent, iuramento firmauerunt, quòd nec per se, nec per alium prædictas vsuras repeterent b : vel apud Ecclesiastícum Iudicem, seu etiam sæcularem super his deponerent quæstionem. Cùmque creditor condiderit testamentum, suis præcepit hæredibus, vt omnibus, q probarent c se dedisse vsuras eidē, ipsas eis restituere procurarent. Vnde cù ii prædicti I. & G. vsuras repetere non attentent propter huiusmodi iuramentū, & hæredes prædicti P. eis negligant satisfacere de vsuris: Mandamus, quatenus sub pœna excommunicationis, publicè in Ecclesia proponi facias, vel proponas, vt qui super hoc nouerint veritatē, procedant ad testimonium d proferendum: & si per dicta testium, vel alia documenta tibi constiterit e de præmissis, hæredes illius, vt vsuras, quas à prædictis pater eorum accepit, restituant vniuersas, Ecclesiastica censura compellas.

¶Idem Neapolitano Archiepiscopo.

¶ *Iuramentum generale debet ita intelligi, si fieri pōt, vt nō obuiet iuri, aliàs tanquam temerarium nō obligat cōtra iuris obseruantiam.*

CAP. XXI.

iiij AD † nostram noueris audientiā peruenisse, quòd à te quasi per extorsionem f tale fuit præstitum iuramentū, quòd in omni causa deberes ordinem iudiciarium obseruare. Verùm quoniam secundùm traditiones canonicas, manifesta accusatione non indigent †: nec in eis est ordo iudiciarius obseruandus g, qui debet in aliis obseruari: nec tu quando sub præmisso tenore iurasti, habebas in mente h, vt propterea venires contra canonicas sanctiones: alioquin non iuramentum, sed periurium i potiùs extitisset: nec esset aliqua ratione seruandum.

¶Nos iuramentum tuum benignius k interpretari volentes, ita quod consonet canonicis institutis, fraternitati tuæ auctoritate præsentium intimamus, quòd in manifestis, & notoriis, ratione iuramenti præmissi, non credimus te teneri seruare l subtilitatem ordinis iudiciarij, quam in his non seruari per omnia, ipsa iuris ratio postulat m, & requirit n. Vnde videbatur subtiliter intuenti, de ordine iudiciorum procedere, vt in præmissis non per omnia ordo iudiciarius obseruetur.

¶Quanquam † & secundùm approbatum intellectum rectè possit intelligi, quòd iurasti, vt in omnibus causis ordinem iudiciarium obseruares, in illis videlicet o, in quibus est

Archiepiscopus habuit in animo, vt ordinem iudiciarium in omni causa pariter seruaret, & sic esset prædicta interpretatio: tale iuramentum, cùm sit contra canonicas sanctiones, potiùs est dicendum periurium, & aliqua ratione seruandum Abbas. Not. quod iuramentum contra canones præstitum non tenet. Item iurare contra ius, non iuramentum, sed potiùs periurium est. Item iuramentum directè seruari potest, vel per interpretationem seruandum est. Item in dubiis benignè debet fieri interpretatio. In notoriis per omnia ordo iudiciarius non est seruandus. Item arg. q verbum generale non est generaliter intelligendum.

f ¶*Per extorsionem.*] Vnde videbatur non teneri.

¶*Glo. seq. tractat de duplici processu notorij.*

g ¶*Obseruandus.*] Ex toto: aliàs citari debet c. 2. q. 1. *Deus omnipotens.* & sententia ferri. j. *de dolo. & contu. porrò.* & j. *de appellatio. cùm sit Romana. in fine.* & hæc vera sunt in prouincia, in qua sunt notoria & iudici, & aliis. Si verò nō sunt notoria in hac prouincia, sunt tamen notoria in alia, vel sunt hic notoria, & iudex nescit, tunc pōt du bus modis procedere. s. ordine iudiciario, ac si esset occultum. *arg. supra de elect. bona.* & 24. q. 1. *pudenda.* & 2. q. 1. *Deus.* vel cognoscere an sit notorium: & facta sibi fide super hoc, procedet contra reum, quasi crimen esset notorium. Et in similibus duas vias habet iudex: potest enim suspendere infamatum vsque ad purgationem. 2. q. 5. *presbyter.* vel inquisitionem facere ex officio suo. 2. q. 1. *Deus omnipotens.*

h ¶*In mente.*]Arg. iuramenta, & promissa non extendi, nisi ad ea, de quibus cogitatum est. *ar.* 22. q. 2 *ne quis. ff. de transac. cum Aquiliana. & ff. de pac. tres fratres.*

i ¶*Periuriū.*]j. *e. sicut.* & j. *de reg. iu. ma. par. ca. 2.* & j. *e. sicut.*

k ¶*Benignius.*] Sic j. *de testi. cum in.* nam promptum est leges legibus concordare. *C. de inoffi. dona. l. 1.*

l ¶*Seruare.*]Iuxta illud, *Et si in amore modus non habuisse modū.*

m ¶*Postulat.*]j. *de verb. sig. cùm olim.* & j. *de vsur. cùm in tua.* j. *de cohabi. cler.* & *mu. vestra.*

¶*Glo. sequens obuiat, & soluit, & vni contrario respondet.*

n ¶*Requirit.*] Sed nūquid ordo iudiciarius pōt seruari sine peccato in notorio? *arg. quod sic.* j. *de elec. bona.* & Aug. dicit id quod notorium est, si ecclesiam non esse nullam. 24. q. 1. *pudenda. in fi.* & ita videtur licitum sacramentum, vt in notoriis seruetur. Sed certè hoc iurare, quòd in omni notorio seruetur ordo iuris, est illicitum, & multum læderetur ius actoris, cùm ei incumberet onus probandi, & disciplina iudicialis læderetur, si iudex nō posset punire, nisi prius probaretur a. sed hoc fieri non debet: quia nullæ sunt validiores probationes, quam per euidentiam facti. In illa decre. bonæ factum fuit ob scandalum ad cautelam, vt ibi dicitur: vel forsitan non erat notorium iudici Lau.

¶*Glossa seq. ar. alle. quatuor iura pro, & quatuor contra.*

o ¶*In illis videlicet.*]Arg. q verbum generale nō est generaliter intelligēdū: vt 2. q. 1. *iudices. ver. omnia bona Damascen. & ff. de ser.*

† *Vide l. si verò. §. qui pro rei. ff. qui satis. cog. & l. 3. & ibi Bar. ff. de fur.*

c *Idem not. de pur. cano. cum dilecti. in gl. quia nec. & idem hic sum & in decr. sicut in prin. j. de frig. et malef. excō. vbi de monte ecce loquitur. Io. And.*

† *Aliàs: Quamquā etiam.*

d *Concord. l. præsenti. §. sicuti est gl. C. de his, qui ad eccl. confu.*

e *Et sic quādoque transirent crimina impunita contra id, infra de sent. excō. vt famæ & sic inducit periculum salutis. 11. q. 2 cùm deuotissimam.*

ut. si cui. & ff. de pig. obligatione. & de conse. dist. 2. reuera. Ver. de operibus totius mundi circa finem. arg. contra. 19. dist. si Romanorum. 31. q. 1. quod si dormierit. & 1. q. 1. sunt nonnulli. & j. de prim. quia circa. & 3. de maio. & obedien. c. solita.

a ¶*Obseruandus.*] Hic [a] est arg. ad illam quæstionẽ, quæ quæritur: Pone, aliquis iurat, quod de cætero nõ cognoscet concubinam suam: modò vult eam ducere in vxorem: nunquid potest, non obstante iuramento? Dicas, quod sic: quia intelligitur iurasse de fornicario coitu, & non de licito, & debito. vnde potest cum ea contrahere non obstante iuramento.

ordo iudiciarius obseruandus [a]. Sic ergo faciens, & iuramenti tenorem seruabis, & instituta canonica non omittes.

¶Idem Iudici Carolitano †.

¶*Si vnum iuramentum vni debitum alteri præstatur, illicitum est, & eo non obstante, cui debetur, præstandum est.*

CAP. XXII.

Ea † te credimus discretione vigere, vt intelligas per teipsum, quòd onus non remittitur, sed augetur [b], cùm cuiquam improui è soluitur, quod alij [c] ex debito est præstandum. Sanè cùm Archiepiscopus Turritanus à te nomine † nostro iuramẽtum fidelitatis (sicut à nobis mandatum acceperat) exegisset, illud exhibere in eius manibus distulisti, asserens quod Pisano Archiepiscopo [d] saluo Apostolicæ sedis honore huiusmodi præstiteras iuramentum. ¶Cùm igitur nobis, & Ecclesiæ Romanæ fidelitatem facere tenearis, si præstitum [e] iuramentum ei, quod à te nobis tanquam debitum est præstandum, contrariũ [f] reputes, illud [g] illicitum iudicabis: & illicito nõ obstante, quod licitè, immò ex debito petitur, exhibebis: vel si præstitum præstando contrarium non existit, illud sine difficultate præstabis.

¶Idem Alatrino † Episcopo.

¶*Qui iurauit stare mandato alicuius, non tenetur parere: si præcipit illicita: vt quòd filium exhæredet, vel vxorem abiuret.*

CAP. XXIII.

Quintauallis † nostris auribus intimauit, quòd pro offensa, quã filiæ ipsius aliis mulieribus irrogarant, quòd earum mandato pareret, præstitit iuramentum [h]: quæ tale illi sub debito iuramenti dedere mandatum, quòd si quando filij †, aut vxor illius aliquod factum, vel verbum cõtumeliosum mulieribus illis obiicerent, idẽ filias, & filios exhæredaret [i], & à se propriam remoueret vxorem. ¶Quocirca mandamus, quatenus cùm licitum fuerit iuramẽtum, sed mandatum illicitum, prædictis, vt reuocent mandatũ illud, iniungas: alioquin eum ad mandati obseruationem illius denuncies non teneri.

¶Idem Archiepiscopo Tarraconen.

¶*Ex causa leui, & temeraria cõiuges etiam quoad torum, & mutuam cohabitationem se separare non possunt, etiam cum iuramenti interpositione.*

CAP. XXIV.

Tua † nos duxit fraternitas consulendos, quid tibi sit super hoc faciendum, quod B. & A. vxor eius adinuicem iurauerunt, se nunquam mu

Ea te.] Qui iurauit ei, cui non debuit, cui debet, iurare compellitur. Primò ponit exordiũ. Secundò narrationẽ ibi. *Sanè.* Tertiò conclusionem ibi, *Cùm igitur.* De materia huius c. habetur in c. *si diligenti. j. de præscri. ptionibus.*

Casvs. Dñs Papa mandauit Archiepiscopo Turritano, quatenus iuramentum fidelitatis exigeret, & reciperet à iudice Carolitano nomine Romanæ Ecclesiæ pro ipso iudicatu: Iudex ille noluit iuramentum illud exhibere, asserens quod istud præstiterat Pisano Archiepiscopo saluo Ecclesiæ Romanæ honore: Papa hoc intelligens scribit super hoc iudici supradicto, dicẽs, quod nõ remittitur debitum, sed augetur, cum alicui soluitur, quod alij est præstandũ: sed cùm iuramentum illud Ecclesiæ Romanæ dictus iudex præstare teneatur, si iuramentum iam præstitum contrariũ reputet, illi quod domino Papæ præstare tenetur, primũ illicitũ est: & illo non obstante illud præstare debet, quod ab eo petitur. Si verò primum iuramentum non est contrarium præstando iuramento, illud sine mora præstare debet. No. quod non releuatur à debito, qui alij soluit, quod debet. Item cùm duo iuramenta contraria sint, videndum est, quòd magis sit licitum, vt altero reiecto illud seruetur.

b ¶*Augetur.*] Quoniam grauius solui potest vero creditori, quod alteri est solutum, & tamen nõ liberatur à debitore. *ff. de constit. pecu. si verò mihi. ff. de sol. vero procuratori.* §. 1. & *j. de bonis sicut dignum. § est in fi.*

c ¶*Quod alij.*] Sic *ff. de condi. inde. in summa. in fi.* vnde si alij solueris, quod alij debes, non liberaberis, & ille furtum committit *ff. de fur. falsus* §. 1. *nisi ille ratum habeat. ff. si vendidero.* §. *si Titius.* vnde patet, quod eius est, siuẽ grãui s latroni, qui partitur spolia cum socio, quã si non partitur. 22. *q.* 4. *si quẽ ad peccatũ.* Io. & expone, quod dicit alij, tãtum scilicet: & sic nõ obstat, quod soluitur vni ex pluribus, quorum cuilibet insolidum quid debebatur. *ff. de duo. re. const. l.* 3.

d ¶*Archiepiscopo.*] De hac materia tractatur *j. de præscri. si diligenti.*

e ¶*Præstitum.*] Pisano Archiepiscopo.

f ¶*Contrarium.*] Quia si vnum contrariorum est bonum, reliquum est malum. 8. *q.* 1. *sciendum* & 31. *dist. hospitiolum.*

g ¶*Illud.*] Scilicet quod præstiterit Archiepiscopo.

Qvintauallis.] Istud est valde famosum c. propter materiam arbitrorum, quæ hic tractatur. Communis diuisio. Secunda ibi, *Quocirca.* Abbas Siculus.

Casvs. Filiæ Quintauallis venerunt ad verba cum quibusdam mulieribus aliis, & eis multas iniurias irrogarunt, propter quod dictus Quintauallis iurauit stare mandatis illarum: quæ tale ceterum illi sub debito iuramenti, quod si aliquãdo filij, aut vxor illius, aliquod factũ, vel verbũ cõtumeliosum mulierib. illis obiiceret, Quintauallis filios, & filias exhæredaret, & vxorem à se remoueret Quintauallis recepto tam iniquo mãdato, significauit hoc dño Papæ: vnde mandat Epo Alatrino, quatenus prædictis mulieribus iniungat, vt mãdatum illud reuocent, cum licitum fuerit iuramentum, & mandatũ illicitum: alioquin denunciet illum non teneri ad obseruandum huiusmodi mandatũ. Not. quod cum aliquis simpliciter iurat stare mandato alicuius, licitum debet esse mandatum, alioquin mandatum non ligat.

h ¶*Iuramentũ.*] Quod ciuili modo fuit intelligendum *ff. de seruitu. si cui.* & 3. *cod. Veniens.* vbi de hoc.

¶*Glossa sequens exprimit causam iniquitatis horum mandatorum, & ponit 14. causas, propter quas filius potest exhæredari.*

i ¶*Exhæredare.*] Ad hũc casum iuramentum nõ extendebatur, nec debuit extendi. *Argu. j. eod. quanto.* & melius in *c. Veniens* 22. *q.* 4. *Vnusquisque.* & *ff. de oper. libert. si libertus. ff. de fideicom. lib.* 2. *Thais ancilla. §. sorore.* & *ff. de manumiss. l.* 4. *in fi.* nisi in certis casibus qui cõtinentur in *Auth. Vt cum de ap. cog. §. causas. col.* 8. & ita turpe fuit mandatum. Item contra præceptum domini fuit hoc mandatum, vt vxor separaretur à viro. 28. *q.* 1. *idololatria.* & 33. *q.* 2. *quos Deus.* Causæ [b] verò ingratitudinis, propter quas pater potest exhæredare filium, sunt hæ. Prima si filius parentibus manus intulerit. Item si grauem iniuriam eis fecerit. Si criminaliter eos accusauerit de causa, quæ non sit aduersus principem, vel rem publicam. Si cum maleficis versatur. Si maleficus efficiatur. Si vitæ parentum fuerit insidiatus. Si vxori, vel concubinæ eius se immiscuerit. Si ex dilapidatione filij graue dispendium parentes sustulerint. Si pro persona, vel debito eius, in quantum potest, fideiubere noluerit. hoc tamen quod de fideiussione dicitur, ad filios masculos tantum pertinet. Item si prohibuit eos facere testamentum. Si contra voluntatem parentum inter arenarios, & mimos perseuerauerit, cum pater non fuerit illius professionis. Si filia vitam luxuriosam egerit, cùm parẽtes vellent eam pro posse dotare, nisi neglexerint eam maritare vsque ad xxv. annos. Si parentibus furiosis debitam curam non impenderit. Si parentem captum de carcere eripere neglexerit. hoc totum habes in præmisso authentico. [c]

Additio. Vnde versus:

Bis septem causis exhæres filius esto:
Si Patrem feriat, vel maledicat ei.
Carcere detrusum si negligerit, ac furiosum.
Criminis accuset, insidiasve paret.
Si dederit grauia sibi damna, nec: hoste redemit.
Testari prohibet, aut dat arena locum.
Si prauo. sequitur, vel amat genitoris amicam.
Non orthodoxus, filia quando coit.

Hos versus habet in summula pauperum.

Tva nos.] Coniuges abiurare se non possunt: ita summat Ioan. Diuiditur. In prima consultatio. In secunda responsio. Secunda ibi, *Nos igitur.* Abbas.

Casvs Quidam B. nomine, & A. vxor eius adinuicem iurauerunt se nunquam mutuo petituros. quæsiuit ordinarius, quid sibi

a *Hæc glossula nõ est, Bernardi, nec habetur in Vetustis exemplaribus.*

† *Alias Kasalitinensis.*

† Cap. 8. e. tit. in 1. cõpilatione.

† *Alias ita: nomine Ecclesiæ.*

† Cap. 9. eo. tit. in 3. compilatione. *Et vide Baldum in* Authent. generaliter. C. de episc. & cleri. *ad. de notas nostras in hac decretalem.*

† *Alias, filiæ.*

† Cap. 10. eo. tit. in 3. cõpilatione. *Et vide Sotum* l. 4. senten. dist. 32. q. 1. ar. 3.

b *De materia huius glossa vide l. 4, omnes in* Authẽ. non licet. C. de liber. præte. *Marsilio.* sing. 65. incip. plures sunt.

c *In codice Barbatia post hoc verbum, authẽtico, fit ausum sub nunq. & fitur hæc additio: sed hoc rursus necessitat per ingressum religionis vt 29. q. vlt.*

sibi super hoc esset agendum. Mandat Papa eidem, quatenus vtrunque inducat ad continentiam obseruandam: quod si facere voluerint, & eam seruare, maneant separati: alioquin compellatur mulier ad virum redire, cùm iuramentum illud temerarium fuerit, & vterque illorum adulterium commisit. Not. quòd iuramentum non præiudicat matrimonio, sed econuerso matrimonium præiudicat iuramento. ĵ. de sponsa. c. pen.

† Vide Couarruuiam. l. 4. variar. resolut. c. 9.

¶ Gloss. seq. ponit opin. quam reprobat.

a ¶ Petituros.] Temerarium fuit huiusmodi iuramentum, & ideo non fuit obligatorium. 22. q. 4. inter cætera. & C. de nup. Auth. quod eis permittitur. Et dicunt quidam pœnitentiam imponendam tanquam pro veniali. arg. 8. co. Verum. & 25. dist. c. vnum oratorium. §. criminis. immò ad minus vnius anni pœnitentia imponitur pro temerario iuramento. 22. q. 4. qui sacramento. Tan.

¶ Gloss. seq. ponit duas opi. contrarias, quas determinat: secundo quærit, & soluit.

† In antiquis Lanuch.

b ¶ Commorari.] Non tamen in sæculo, vt quidam dicunt. arg. ĵ de conuer. coniug. ad Apostolicam. Sed videtur, quòd in sæculo. 33. q. 5. quod Deo pari.[a] sed si alter vellet intrare monasterium, haberet locum, quod ipsi dicunt. Sed quid si iurauerunt, quòd nunquam diuertent abinuicem, nunquid est seruandum iuramentum tale, cum possit seruari sine interitu salutis æternæ? Non videtur, quia nec pœnalis stipulatio teneret: vt si culpa alterius diuortium factum fuerit, dabis centum. ff. de verb. oblig. si stipulatio facta fuerit. sicut enim libera debent esse matrimonia in contrahendo, ita in dissoluendo. C. de inutil. stipu. libera. & Cod. de nup. neque. arg. ff. de dona. inter vi. & vx. ea qua. & ff. de verb. oblig. Titia. & ĵ de sponsa. gemma. Io. hoc non determinat, sed credo, si vellet intrare religionē, posset: quia nō dī infringere iuramentum, quia in melius illud commutat. ŝ. eo. c. 3. & ĵ de vo. & vo. redem. c. scriptura. & iuramentum illud benignius est interpretandum ŝ. eo. ad nostram. & c. quāto.

† Cap. 11. eod. tit. in 3. compil. Et de materia vide Magistrum, & Doctores l. 4. sent. dist. 35. & latissimè Sotum ibi dist. 36. q. 1. & seq. & vide notas nostras in hanc decretalem.

a Per quod c. dicit Inn. quòd si ad continentiam seruandam hoc iurassēt, vlterius repetere se nō possent, vl. do, quòd post eum dicam de conuer. coniug. dudum. super ver. castitatem. de coniug. lepro. c. 1. super iiij. glo. Ioann. And.

¶ Glossa sequens recitetur per quæstionem.

c ¶ Reuertatur.] Hic dicerem, quòd propria auctoritate debet redire ad virum, nec expectare superioris auctoritatem.

d ¶ Vtrinque] Sic ĵ. de reg. veniens. ĵ. de diuor. significasti. ĵ de adul. c. penult. & §. vlt. ĵ. de excep. cum ecclesiastica. & 32. q. 6. Adul. & ff. de compen. si ambo.

Quemadmodum.] Diuiditur in tres partes principales. Secunda ibi, Illud autem. Tertia ibi, Quod si. Prima subdiuiditur. Nam primò inducit simile consultationi faciendæ. Secundo soluit ibi, Ita si quis. Tertiò probat solutionem per euitationem absurditatis & per rōnē ibi, Alioquin. Quartò respōdet oppositioni iuramenti ibi, Non obstante. quod responsam probat per euitationem absurditatis ibi, Quod si post. Secunda pars principalis non subdiuiditur, sed tertia pars sic quia primò ponit casum. Secundo allegat pro negatiua ibi, Cum scriptura. Tertiò pro affirmatiua ibi, Sed nunquid. Quartò soluit ibi, Tutius. Abbas.

Casus. Quidā iurauit se ducturū aliquā in vxorem, quæ ante ipsā sponsalia sic contracta fuit fornicata: quæritur, an teneatur eā ducere in vxorem prætextu huius iuramēti? Respondet papa per simile, & quasi à maiori: Si vir iurasset mulieri, qn̄ cōtraxit cū illa, quòd eā semper pro legitima teneret vxore, eam non posset dimittere pro fornicatione, quam ante contractum matrimonij cōmisisset: sed si post contractū matrimoniū, & præstitum iuramentū fornicatur, dimittere eam posset non obstante huiusmodi iuramento, quia in illo talis conditio subintelligebatur, si illa contra legem matrimonij non peccaret: eodem modo si aliquis iurauit se ducturum aliquam in vxorem, non potest ei fornicationem opponere præcedentem, sed subsequenté, vt eā ducere non teneatur: quia in illo iuraméto talis debet cōditio subintelligi, si illa cōtra legē desponsationis non venerit: alioquin si post tale iuramentū fieret publica meretrix, eā ducere teneretur: quòd esset prorsus absurdum: & hoc probat per locū à maiori. si vir post cōtractū matrimoniū propter fornicationē dimittere potest vxorem, multò fortiùs ante cōiugiū celebratū propter fornicationem potest non admittere sponsam: quia turpius eiicitur, quàm non admittitur hospes. nec obstat iuraméntum in aliquo istorum casuum quia iuramentum illud tale est propter cōditionem subintelligēdam, quòd potest seruari & non seruari sine trāsgressione iuramēti: præterea si post huiusmodi iuramentum, huiusmodi mulier fieret leprosa, vel paralytica, vel nasum amitteret, vel quicquā turpius ei contingeret, teneretur eam ducere in vxorem? Rñ. si esset vxor de præsenti, eam dimittere non posset: si sponsa de futuro, eam ducere non teneretur: quia multa impediūt matrimoniū contrahendum, quæ nōn dirimūt iam contractum.

tuò petituros[a]: idem verò nunc repetit illam instanter, ea econtrario affirmante, quòd prius se faceret Sarracenam †, quàm rediret ad eum: & infrà. ¶ Nos igitur fraternitati tuæ respondētes, Mandamus, quatenus vtrumque ad continentiam seruādam moneas, & inducas: quam si promittere voluerint, & seruare, vtrunque dimittas sine alio commorari[b]: alioquin si vir noluerit continere, tu illam, vt reuertatur[c] ad ipsum, & tanquā vxor cum viro moretur, per excommunicationis sententiam appellatione remota compellas: cùm & temerarium fuerit huiusmodi iuramentum, & adulterium vtrinque[d] sit commissum.

¶ Idem Genuen. † Archiepiscopo.

¶ Is, qui iurauit cum muliere contrahere, propter superuenientem fornicationem, vel deformitatem eam repellere potest: propter præcedentem non. Hoc dicit.

CAP. XXV.

Qvemadmodū † si vir mulieri iurâsset, quando contraxit cum illa, quòd eam semper pro legitima vxore teneret, pro fornicatione, quam mulier antea commisisset, non posset eam dimittere[e], sed pro fornicatione, quam postea perpetraret, eam dimittere posset, non obstante huiusmodi iuramento †; quoniam in eo talis erat subintelligenda conditio[f], si videlicet in legem coniugij illa non peccaret: ita si quis iurauerit se ducturum aliquam in vxorem, non potest ei fornicationē opponere præcedentem[g], sed subsequentem, vt illam non ducat in coniugem: quia in illo iuramento talis debet conditio subintelligi, si videlicet illa contra regulam desponsationis non venerit. Alioquin si post huiusmodi iuramētum publica meretrix fieret, teneretur eam ducere in vxorem, quod est prorsus absurdum. Nam si post cōtractum coniugium vir propter fornicationem licitè potest vxorem à sua cohabitatione dimittere: lōgè fortiùs[h] ante coniugium celebratum propter eandem causam sponsus licitè potest in suam cohabitationem non admittere sponsam[i]: quia turpiùs eiicitur[k], quàm non admittitur

† sacramento.

e ¶ Dimittere.] Nec etiā accusare. ff. de adulte. si vxor. §. si quis vxorē. & §. vlt. & C. ad l. Iul. de adulteriis. pp violatam.

¶ Glos. seq. ponit decem generales conditiones in iuramentis subintellectas, in fin. quærit, & soluit.

f ¶ Cōditio.] Nota, quòd plerunque intelliguntur conditiones in iuramentis, vt hæc, si placet Papæ: vt ŝ. eod. venientes. Item hæc, si Deo placuerit. 22. q. 2. beatus. §. Itē in hæc, si res in eodem statu permanserit. 22. q. 2. ne quis. ff. de sol. cum quis. Itē, si mihi seruabitur fides. ŝ. eod. peruenit. & ff. loca. quæro. §. inter. Item honestæ, & possibiles: vt hîc dicitur. & ĵ. eo. sicut. Item hæc, si mihi numeraueris pecuniam. C. de non nu. pec. indubitati. Item hæc, si nuptiæ fuerint secutæ. ff. de iur. do. stipulationem[b]. Item hæc, si nō immoderatum quid præcipiatur. ŝ. eo. veniens. & c. Quintauallis. & ff. de ope. liber. si libertus. Item facultas subintelligitur. ŝ. eo. breui. Item commoditas. ff. quarū re. ac. non da. l. 1. §. quæ oneranda. Speciales autem cōditiones nō sic intelliguntur, si nō exprimantur, licet mēte concipiatur. 32. q. vl. c. vl. in fi. C. de condit. ob tur. causam. si repetēda. nisi vbi lex exprimit aliquid tacitè agi inter contrahētes: quia tūc illud pro expresso hr̄. ff. si cer. peta. cum quid. & ff. de verb. oblig. triticum. & hæc vera sunt in promissoriis iuramentis. sed in assertoriis nulla conditio subintelligitur. & de tali loquitur. 32. q. vl. c. vl. & C. de iure do. si mulier à viro. c. Sed nunquid dicimus omne iuramētū cōditionale, si omnes præmissæ cōditiones subintelliguntur? Certè non. ff. de cond. & demonst. conditiones.

g ¶ Præcedentem.] quia ex quo semel probauit mores ipsius, nō potest postea reprobare. 3. q. 5. horrendum. nisi ex superueniente causa, vt ŝ. de ata. & quali. accepimus. & ŝ. de offi. deleg. insinuante. & 4. q. 3. c. si testes. § si quis testibus. Ioan.

h ¶ Fortius.] Nam cui damus actionem, multò fortiùs exceptionem. ff. de reg. iur. nunquam. §. cui damus. & ff. de superfi. l. 1. § plane. & ŝ. eod. debitores. qm̄ quæ cū cōsequimur excipiēdo, quo agendo petere non possumus. ff. de neg. ge. l. 3. §. pupillus. & ff. de compen. si cū filiosfamilias. qm̄ quæ q. etiam consequimur agēdo, quæ nō cōsequimur excipiēdo. ŝ. eo. debitores. & ŝ. quod me. cau. ad audientiam. Item potest depositum repeti, sed non compensari[d]. C. de compen. l. vlt. & ĵ de depo. bona fides. §. 1.

i ¶ Non admittere sponsam.] Nā & sponsus potest sponsā accusare de adulterio quasi matrimonio iā initiato. ar. ĵ. de adul. propter. nisi in casu. ff. de adul. miles. §. quærebatur. quia & iniuria ei facta est. ff. de iniur. item apud §. sponsum. quia nec matrimonium, nec spē matrimonij violare permissū est. ff. de adul. si vxor. §. diuus.

k ¶ Eiicitur.] Deterior nāq; dolus eius cognoscitur, q̄ interrupta

b Stipulatio dotalis conditionem habet, si nuptiæ fuerint secutæ, vnde si nō sequātur, deficit stipulatio. Ioann. And.

c Si mulier stipulatur sibi dotem à viro reddi, vt de ipsa testetur, non conditionalis, sed causatiua est hæc expressio. Ioā. And.

d Licèt sic sentiant Docto. videtur tamen, quod compēsatio possit admitti de consensu deponentis, cùm in suū fauorem ho. sit inductum. a. g. inf. d. e. g. [illegible] cam [illegible] concor. Ioann. And.

iterum litem deseruit, quàm qui semel cœptam dereliquit. in *Auth. de litig. §. omnem in fi. coll.* 8. & minus malum est viam domini non agnoscere, quàm post agnitam retroire. ȷ. *de apostasi. quidam.*

a ¶ *In alterutro.*] i. in vxore dimissa, & sponsa non admissa.

hospes †: Nō obstante in alterutro[a] casu vinculo iuramēti, quòd quidem propter subintelligendā conditionem est tale, vt is qui iurauit, ad vtrūq; [b] sine trāsgressione se possit habere. ¶ Quòd si post huiusmodi iuramentū mulier fieret non solum leprosa, sed etiam paralytica, vel oculos[c] vel nasum amitteret, seu quicquam ei turpius eueniret, nunquid vir teneretur [d] eam ducere in vxorem? profectò ductam non posset dimittere. Sed nunquid non ductam admittere teneretur [e]? quamuis [f] interdum contractum non dirimat, quòd impedit[g] contrahendum.

¶ *Si vir iurauit non accusare vxorem, temerarium est iuramentum: sed si specialiter de adulterio hoc iurauit, denunciare poterit, sed accusare non debet.*

¶ Illud [h] autem iuramentum est proculdubio temerarium, si vir iuret vxori, quòd eam super nullo crimine [i] accusabit: quia si mulier fieret infidelis †, & nollet cohabitare viro absq; contumelia creatoris, vel vt illum pertraheret ad infidelitatis errorē, tunc incunctāter deberet illām impetere apud Iudicem suum, vt eam nisi penitus resipisceret, omnino dimitteret [k], secundùm canonicas sanctiones. ¶ Quòd si expressè iurasset, quòd eam super adulterio non impeteret, esset-ne seruandum huiusmodi iuramentum? Cùm scriptura testetur, quòd patronus est turpitudinis, qui celat crimen vxoris: & secundùm regulam Euangelij, si primò, & secundò correpta resipiscere nollet, dicendum esset Ecclesiæ, vt tanquam ethnica [m], & publicana deinde vitaretur: ne per hoc libera præberetur ei peccandi facultas propter impunitatem peccati. ¶ Sed nunquid vir non potest dimittere vxori peccanti non solùm septies, sed etiam vsque septuagies septies, secundùm Euangelicam veritatem? ¶ Tutiùs ergo in hoc [n] casu videtur, vt propter iurisiurandi religionem, vir accusare desistat [o] vxorem ad diuortium celebrandum: quanquam denunciare[p] eam possit ad pœnitentiam peragendam.

¶ Idem Abbati, & Capitulo Castellionis.

¶ *Licitè ex causa necessaria etiam per religiosos iuratur.*

CAP. XXVI.

ETsi † Christus præceperit secundùm Euangelicam veri-

b ¶ *Ad vtrunque.*] s. vt eam recipiat, vel non recipiat.

¶ *Glos. seq. reci. per obie. demum quærit, arg. pro, & soluit contrarium.*

c ¶ *Oculos, vel nasum.*] Sic patet, quòd iuramētū quādoque potest seruari sine interitu salutis æternæ, & tunc non tenetur illud seruare. sed hoc ideo est, quia honestas intelligitur in hoc iuramento, vt si res in eodem statu permanet: id enim tacitè agitur. 22. q. 2. *ne quis.* & *ff. de solutio. cùm quis.* sed si iuramentum non posset seruari sine interitu salutis æternæ, vel si esset contra leges, vel bonos mores, seruari non debet. *supra. c. prox. & c. Quintauallis. & ff. de lega. 1. si quis inquilinos. §. vlt. ff. de leg. 3. si quis in prin. & ff. de in. pat. adegere.* secus esset, si mulier laberetur in facultati sua. Sed quid si per violētiā opprimatur spōsa de futuro? Videtur, quòd nihilominus teneatur eam ea contrahere. *arg. 32. q. 5. re vera. ff. de adul. si vxor. §. si quis planè.* sed non est verum. 27. q. 2. *raptor, & c. seq. & 32. q. 5. finge, & c. ille.* & ita punitur sine culpa, sed non sine causa.

d ¶ *Teneretur.*] Quasi dicat, non, quod verum est in sponsa de futuro. ȷ. *de coniug. lepro. c. vlt.* sponsam vero de præsenti ducere tenetur, quia non reperitur casus, nisi vnus, in quo possit eam dimittere. ȷ. *de conuer. coniug. ex publico.*

e ¶ *Teneretur.*] Quasi dicat, non tenetur eam admittere.

f ¶ *Quamuis.*] Istud, quamuis, non est aduersatiuum, sed causatiuum, & ponitur, quamuis, pro quia.

g ¶ *Impedit.*] Vt votum simplex. 26. *di. si vir. sic* 15. q. 1. §. *vlt.* vbi dr̄ nō omnia, quæ impediunt ordinandum, deiiciunt ordinatum.

¶ ILLVD AVTEM. CASVS. In §. isto alia quæstio ponitur, quæ talis est. Aliquis iurauit, q̄ super nullo crimine accusaret vxorē: quæritur, an istud iuramētū esset seruādū? Rn̄det Papa, q̄ iuramētū tale temerariū est: quia si mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare viro sine cōtumelia creatoris, vel illū traheret ad mortale peccatū, dēt statim illā accusare apud iudicē suū: & nisi se corrigat, illā dimittere dēt secūdū canones. Sed si iurauit expressè, quòd eā super adulterio nō accusaret, nūquid debet seruari hoc iuramētū? Et videtur, q̄ nō, quia dicit scriptura: *Patronus est turpitudinis, qui crimē celat vxoris.* Et in Euāgelio dr̄: *Si primò, & secundò correcta nō se emēdet, dicendū est Ecclesiæ, vt tanquam ethnica, & publicana postmodū vitetur.* Sed cōtrariū videt, quòd est seruādū, quia nō solū septies, sed septuagies septies dimittēdū est vxori peccatū. Respōdet Papa, quòd in hoc casu tutius est propter iuramentū, vt eā nō accuset ad diuortium celebrādū, sed denūciare debet illā ad pœnitentiam peragendā. Not. quòd in iuramento honestæ conditiones subintelliguntur, quamuis nō apponantur. Item non potest quis reprobare vxorem, quā approbauit, ex causa præcedēte matrimonium, vel sponsalia. Item multa impediunt matrimonium contrahendū, quæ nō dirimūt iā cōtractum. Itē matrimoniū de præsenti nullo casu superueniente dissoluitur, nisi ante carnalē copulā profiteatur alter. Itē si quis iurat simpliciter nō accusare vxorem, temerariū est iuramentum. Itē si quis iurat nō accusare vxorē de adulterio, seruandum est iuramentum: tamē debet eam denunciare, vt pœniteat: quod si non fecerit, poterit eā dimittere, & ita alia via consequitur intentionem suam, & alia denegatur. Item qui non potest accusare, potest denunciare.

† Vide l. pe. ff. de condi. ob tur. cau. & l. generaliter. & l. si plagij. per Bar. ff. de ver. oblig.

† *Vide magistrū sen. & ibi doctores* li. 4. dist. 39. *vbi plenißimè de cultus disparitate.*

h ¶ *Illud.*] Aliquis[a] iurauit, quòd super nullo crimine accusare vxorem suam: quæritur, an illud iuramentum sit seruandum? Ad quod respondet Papa: illud, &c.

¶ *Gloss. seq. distinguit pœnam criminis commißi, & committendi.*

i ¶ *Crimine.*] Nā pactum illud non valet, si quis paciscatur, ne alium accuset de crimine nondum perpetrato. *ff. de pac. si vnus. §. pacta. & §. illud.* tū de crimine iam commisso pacisci potest, ne de eo agatur. *ff. de pac. si vnus. §. pacta. &* ȷ. *e. c. vl. nō sol. septies, &c.* Nec illud pactum tenet, ne dolus præstetur. *ff. de reg. iur. contractus.* Talia ēm pacta contra publicam vtilitatem non videntur: quia per eā inuitantur homines ad peccandum impune. sim. *ff. de pact. dota. conuenire* [b]. & ȷ. *de consuetud. c. pen.* & quia publicæ vtilitatis est, ne crimina remaneant impunita. ȷ. *de senten. excom. vt fama. & ff. de sol. Stichum. §. 1. & ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. in fi.*

k ¶ *Dimitteret.*] Quia frater, aut soror non est seruituti subiectus in huiusmodi. 28. q. 1. *si infidelis. &* ȷ. *de diuor. quanto.* iuxta illud:
Spernas spernentem, vel blasphemare volentem.
Vel te credentem scelus ad mortale trahentem.
Nam sunt absque mora, sic vincula rupta priora. Vinc.

l ¶ *Patronus.*] 32. q. 1. c. 1 & *ff. ad l. Iul. de adu. l. 2. §. 2. & ff. de fur. qui vas 9. 1. arg.* ȷ. *de adul. si vir.*

m ¶ *Ethnica.*] Ethnos, i. gens. inde ethnica, i. gentilis.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

n ¶ *In hoc casu*] Vltimo, scilicet vbi iurauit non accusare eam de adulterio, & ita potest se quis obligare pacto ad non accusandum. ȷ. *de accu. veniens. arg. contra ff. de pac. si vnus. §. illud. & §. pacta. & ff. de pact. do. conuenire.* hoc solutum est. s. in notula, *nam illud.*

o ¶ *Desistat.*] Et ita pactum, & iuramentū valet, quatenus tāgit rem familiarē, nō in eo quòd publicā, vt dixi in notula. *nā illud.*

¶ *Gl. se. quærit, ponit ops. 10. & in fi. eps. Tam in medio no. quòd cui vna via, &c. alleg. vnam concor. & s. iura in contrarium.*

p ¶ *Denunciare.*] Sed quid si nollet corrigi, nec curaret de excommunicatione? Dicit Io. quòd tunc licitè poterit eam deserere, quia iam est contumeliosa creatori suo. 28. q. 1. *si infidelis.* & sic quādoque cui præcluditur vna via, alia via ad idem admittitur. vt 4. q. 3. c. *si testes. §. testes neque.* & hic, quia licet non possit eam accusare, poterit tamen eam denunciare. *arg. contra ff. de tutoribus. & curato. scire & ff. de conditio. institu. quæ sub conditione. § si quis. & ff. de bo. libe. quæritur. C. si manci. ita vene. l. vlt. &* s. *de procu. sua.* Tancre. [c] dicit, quod non debet eam deferre, licèt se non corrigat, etiamsi vitæ eius insidiaretur. 3. q. 25. *quicquid mulier.* sed debet eam tenere in vinculis & castigare, cum hoc ei permissum sit 33. q. 2. *placuit. & q. 5. hæc imago.* 23. q. 4. *duo ista nomina. & 7. q. 1. sicut alterius.*

ET si.] Monachi, & cōuersi iurare possunt pro testimonio ferēdo in causa monasterij sui. Ita cōiter summatur, sed hæc summatio nimis restringit literā. Diuiditur in quinq; partes. In prima respondet auctoritati Euangelicæ, qua videbatur prohibitum iuramentum. In secunda ibi, *Iacobus quoque.* respondet auctoritati Apostolicæ. In tertia ibi, *Angelus.* probat multis auctoritatib. noui, & veteris testamenti, quòd licitum est iurare. In quarta ibi, *Quædam enim.* dicit, quare simpliciter prohibetur iuramentum. In quinta ibi, *Licet* dat parentibus licentiam iurandi. Abbas.

CASVS. Ad finem c. collige casum, & causam constitutionis huius decre. Abbas, & monachi Castellionis habebant causas pro monasterio suo, dubitabant, vtrum liceret eis ferre testimonium, & iu-

a *Hæc glossula non est Bern. nec habetur in vetustis codicibus.*

Leuit. 18.

Matt. 18.

b *Vide in ca. statum allega. super vlt. gloss. summ. Aud.*

Matth. 18. *Luc.* 17.

† Cap. 14. eo. tit. in 3. compil. *Et de materia huius decretalis plenè B. Thom.* 2. 2. qu. 89. art. 2. & *Dominicus Soto.* l. 8. de iust. & iure. q. 1. art. 2. *vbi quæque notat nostras in hoc c.*

c *Vbi de hoc secundum regulares. vt* ȷ. *de reiur. cum quid lib.* 6. *Ioann. And.*

& iurare pro causis monasterij sui. Et videbatur eis, quòd non deberent iurare, primo auctoritate Euangelij dicentis: *Sit sermo vester est est, non non: quod amplius est, a malo est.* Item Iacobus Apostolus [illegible] prohibere iuramentum, dum dicit: *Ante omnia, fratres mei, nolite iurare.* Dominus Papa consultus rñdet primo auctoritati Euangelij, & eam exponendo dicens: *Sit sermo vester, est est, non non:* vt affirmatio, vel negatio sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde: tamen quia malitia hominum excrescente non creditur de facili simplici affirmationi, vel negationi ideo adiunxit, quod amplius est, a malo est. illud amplius. s. iuramentum non est malum, sed a malo illius, qui non vult credere, nisi iuretur, & est pœna illius, non culpa: & licèt dominus videatur probasse iuramentorum, non tamen prohibuit iurare per creatorem, sed per creaturam: vnde cum præmisit, *Nolite iurare omnino*, statim subiunxit, *neque per cœlum, neque per Hierosolymam:* tamen si iuratur per creaturam, seruandum est iuramentum, dummodo sit licitum, quod [illegible] candem [illegible] auctoritatem Iacobi Apostoli, dicens, quod Iacobus non simpliciter prohibuit iuramentum sed voluntatem iurandi, dum dixit, *Ante omnia fratres mei, nolite iurare omnino:* quia nullus debet iurare spontanea voluntate, nisi necessitate instante: & tunc licitè iuratur, dummodo iuramentum habeat tres comites, scilicet veritatem, iudicium, & iustitiam: sed prohibuit iurare per creaturam: vnde dixit Apostolus, *Homines per maiorem suum iurant*, ostendens per quem sit iurandum, id est, per Deum: & quòd iurandum sit in necessitate, ostendit exemplo Angeli, qui iurauit per viuentem in sæcula sæculorum: & exemplo Domini, qui legitur plus dixisse, quàm est est, non non. dum dixit, *in veritate dico vobis.* Si enim iuramentum malum esset, Dominus non iurasset. Tertio dicitur, quòd quædam prohibentur, quia per se mala sunt: quædam verò prohibentur ex causa, non quia mala sint, sed quia si fiant frequenter, inde mala sequuntur: sicut vinum per se malum non est, sed ex frequenti & incauta potatione luxuria generatur: Vnde dixit Apostolus, *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Sic & iuramentum per se quidem malum non est, cum sit confirmatio veritatis, sed tamen prohibetur in causa quia ex frequenti & incauta [illegible] ne periurium [illegible] contingat, vnde legitur *Vir multum iurans replebitur iniquitate* sicut Paulus concessit [illegible] suo Timotheo, vt vteretur modico vino propter stomachum [illegible] necessitas [illegible] honesta [illegible] cessat effectus. Vltimo [illegible] Pra [illegible] licet [illegible] vt quandocunque [illegible] iuramentum [illegible] debeant, tñ concedit eis, ne pp defectum [illegible] monasterium suum [illegible] sustineat læsionem, vt deficientibus alijs testibus possint in causis monasterij sui [illegible] testimonium perhibere. Nota quòd per creatorem, & non per creaturam iurandum est, & si per creaturam iuretur seruandum est iuramentum, si licitum est, quod iuratur. Item in necessitate iurandum est, dum iuramentum habeat veritatē iudicium, & iustitiam. Item [illegible] quædam sunt simpliciter mala, & ideo prohibita: quædam verò sunt simpliciter bona, sed prohibentur ex causa. Item cessante causa cessat effectus. Item monachi & clerici deficientibus alijs testibus possunt deferre testimonium pro ecclesijs suis.

tatem? Sit sermo vester [a] est est, non non [b]: vt affirmatio [c], vel negatio sicut procedit ex ore, ita procedat ex corde: quia tamen hominum excrescente malitia, simplici assertioni, vel negationi vix creditur, idcirco prudenter adiunxit: quod amplius est, a malo est: à malo quidē, nō tā culpæ quàm pœnæ, nec exhibentiū sed exigentium iuramentum: nā incredulitas huiusmodi magis est pœna, quàm culpa: vnde non dixit, malum: sed dixit, à malo. Licèt enim iuramentum prohibuisse Dominus videatur, nusquā tamē per creatorem, sed per creaturam [d] iurare prohibuit: ne per huiusmodi iuramentum transferretur ad creaturā honorificentia creatoris. Quare [illegible] cùm in Euangelio præmisisset, Dico vobis, nolite iurare omnino [e]: statim subiunxit: neque per cœlū, quia thronus Dei est: neque per terrā, quia scabellū pedū ipsius est: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est Regis magni: neque per caput tuum, quia non potes vnum capillum facere album, aut nigrū. ¶ Et quamuis non sit per creaturam iurandum? si tamen iuretur per creaturam, seruandum [f] est quidem, dummodo sit licitum, quod iuratur: quia teste veritate, qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. ¶ Iacobus quoque non simpliciter prohibet iuramentum, sed voluntatem iurandi, cum ait: Ante omnia, fratres mei, nolite [g] iurare: quoniam ad iuramentum non debet quēquam spontanea voluntas inducere, sed necessitas [h] trahere importuna, & tunc potes sine culpa iurare, dummodo illos tres † comites [i] habeat iuramentum, de quibus Propheta [k] ait: Et iurabunt [l], viuit dñs, in veritate [m], & iudicio [n], & iustitia [o]. Quod autem Iacobus subdit, neque per cœlū, neque per terrā, neq; per † quodcunque aliud iuramentum, iurare vetat per quamlibet creaturam, quodcūque sit illud, alioquin nō diceret Apostolus: † Homines per maiorem suum iurāt & omnis controuersiæ [p] eorum, ad confirmationem finis est iuramentum: in quo patenter ostendit, per quem sit iurandum, cùm ait, Homines per maiorem suum iurant, id est, per Deum: & cur sit iurandum, vt videlicet omnis controuersiæ finis sit iuramentum. Angelus quoque, quem vidit in Apocalypsi Ioannes stantē super mare, & super terram, leuauit manum suam ad cælum, & iurauit per viuentem in sæcula sæculorum. Christus etiam plus legitur dixisse in Euangelio, quàm est est, non non, cùm sæpissimè dixerit: Amen [q] dico vobis, quòd ipse secundum Lucam exponens, cùm præmisisset: Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua, consequenter adiunxit, In veritate dico vobis, quia multæ viduæ erant in diebus

a ¶ *Sit sermo vester.*] 22. q. 1. *ita ergo.*
b ¶ *Non non.*] Istæ duæ negationes non faciunt hîc vnam affirmationem secundum quod aliqui faciunt. *ff. de verb. sig. duobus verbis.*
c ¶ *Affirmatio.*] Ecce declaratio geminationis, id est, vt quod os affirmat, & cor affirmet: & quod os negat, & cor neget. *in xxiij. dist. psalmist.*
¶ *Glo. seq. ponit quinque modos, quibus iuratur per creaturas.*
d ¶ *Creaturam*] Sic 22. q. 1. *clericum & in Authen. vt non luxurientur contra naturam. col. 6. §. & quoniam.* Per creaturas licitum est iurare, vbi exprimitur in iure, vt per crucem. 22. q. 5. *qui iurat per Euangelium.* 22. q. 1. *si aliqua per ordinem. vt* 1. q. 7 *quotiens.* per salutem principis. *ff. de iureiur. qui per salutem. l.* 3. §. *item.* per altare. 22. q. 1. *habemus.* alter enim iurare non debet. vnde non licet iurare per membra Dei. *in Authen. vt non luxurientur contra naturam.*
ADDITIO & 22. q. 1. *si quis per capillum.* vbi pœna ponitur.
e ¶ *Omnino*] Id est, ex leui causa, vel per omnia. simile enim habetur in lege: vbi fideiussor intercedat pro maiori summa, quàm principalis debitor, omnino non obligatur. *ff. de fideiusso. graec. §. illud.* Vin.
f ¶ *Seruandum.*] Qualitercunque iuratur, si licitum est, quod iuratur, seruandum est iuramentum. 22. q. 1. *mouet te. & ff. de iureiur. l. non erit.* §. 1. quia multa fieri non debent, facta tamen tenent. 27. *dist. si vir, &* 17. q. 2. *nos nouimus.* Sicut videt [illegible] cum non debet *ff. de iurisdict. omnium iudi. cum qui.* si tamen sententiam dixerit, tenet. *ff. de offi. proconsulis meminisse.* [illegible] *suprà de offi. del. consuluit.*
g ¶ *Nolite.*] Id est, non habeatis voluntatem iurandi.
h ¶ *Necessitas.*] Et ita nunquam iurandum est nisi in necessitate, sed hæc necessitas includit etiam sub se vtilitatem. 22. q. 1. *si malum & ita ergo.* [illegible]
i ¶ *Tres comites.*] De quibus habes 22. q. 2. *animaduertendum. & q. 1. & iurabunt.*
k ¶ *Propheta.*] [illegible]
l ¶ *Et iurabunt.*] Hæc habes [illegible] q. 1 *& iurabunt.*
m ¶ *In veritate.*] [illegible]
n ¶ *Et iudicio.*] Id est, [illegible] vel deliberatione.
o ¶ *Iustitia.*] [illegible] & licitum. & isti sunt tres comites, qui debent interuenire in quolibet iuramento: & [illegible] periurium est dicendum, vt in c. *animaduertendum* 22. q. 2.
p ¶ *Omnis controuersiæ.*] Quia post iuramentum delatū, & præstitum nihil amplius quæritur. *ff. de iureiur. non erit* §. *delatum,* [illegible] verum est, si est delatum à parte parti: aliud enim retractari non potest *ff. eod. admonendi* 1.
q ¶ *Amen.*] id est, sine defectu, & est nota assertionis.

Mat. 5.

† *vide an licitū iurare per sanitatem suam, vel aliam depositam, vide Cy. in l. testium C. de testibus.*

Iacob. 5.

† *In antiquis exemplaribus ita: quoniam ad iurandum &c.*

† *De quibus plene. B. Thomas* 2. 2. q. 89. *artic.* 3.

Hier. 4.

Iacob. 5.

† *Apud Iacobum vulgata editione nederst dictio, per, quā tamen habent omnes Raymundi codices.*

† *Heb.* 6.

a *Ista ll. dicunt, quod tunc licet aliquo iurare per salutem suam, vel gloriā, quādo iuramentum, sic defertur, & intelligitur respectu diuini numinis sic iurando. Aud. in* [illegible]

Luc. 4.

a ¶ *Testis.*

a ¶ *Testis est mihi Deus.*] In veteri testamento iurabatur *Vivit Deus & vivit anima mea*] sic iurauit vidua, quæ erat in Sarepta Sydoniorum Heliæ prophetæ. Tempore gratiæ in primitiua Ecclesia iurabatur: *testis est mihi Deus: Deum inuoco testem*: 22.q.1.*si peccatū.* & 22. *dist. sacrosancta.* Hodie iuratur per Deum, per Euangelia. 63. *dist. tibi domino.* & 1.q.*Vlt.* c.*Vlt.*

b ¶ *Mane.*] Hoc habes 22. q.1. *non est.*

c ¶ *Quædam*] posset aliquis quærere, ex quo licitè iuratur, quare prohibuit dominus iuramentum? respondet Papa: quædam, &c.

¶ *Glos. seq. tractat de duplici simonia.*

d ¶ *Mala sunt.*] Quędam a esse illicita sunt in sui natura, quædam ciuiliter, i. iure positiuo, vel consuetudinario. *ff. de verb. sig. propter.* *brum. arg. ff. de adul. si adulterium.* sic quædam sunt simoniaca ipso iure, scilicet quæ in veteri testamento erant prohibita, vt vendere spiritualia. 1. q. 1. *quis stu-dec.* quædam sunt prohibita per constitutionem Ecclesiæ, vt dare aliquid pro benedictionibus nubentium, pro baptismo, pro ponendis prælatis in sede. De his habes plura exempla. *j. de simo. cum in Ecclesiæ corpore.* & *c. si cut pro certo.* & *c. ad Apostolicam.* & hoc est: quod dici consueuit, quædam sunt simoniaca, quia prohibita: quædam sunt prohibita, quia simoniaca. & de hoc dicitur. *s. de off. dele. ex parte.*

e ¶ *Ex causa.*] 22.q.1. *ita ergo. C. simanct. ut a bene. ne prostit. l. 1.* & *Gloss.*

¶ *Gloss. seq. notat tria gr. ad primum alleg. duo contraria.*

a *De materia, & veritate huius glossæ. Vide plenè per Demetrium Setū l.9. de iust. & iure q.5. articu.2.*
Psal.109.
Psal.131.
† *Haec verba, & non frustrabitur eum, desunt in omnibus scriptis exemplaribus. Una vetusto excepto.*
† *Domino.*
† *Ad Eph. c.5.*
b *In isto & præcedenti exemplo male dicit glo. in seq. bene. Certum est, quod baptismus est sacramentum & benedictio nubentium est sacra res signi: & sic per illa confertur, & augetur gratia Spiritus sancti: ergo prohibitum, quia simoniacū. Ioan. And.*
Eccl.c.23.

Heliæ in Israel. Apostolus quoque iurabat, cum diceret: Testis est mihi Deus[a]. & iterum, quotidie morior[b] per gloriam vestram fratres: quæ Græca exemplaria manifestissimam iurationem esse ostendunt. Si enim per se malum esset iurare, profectò dominus non iurasset: cùm tamē in veteri testamēto legatur, quia iurauit dominus,& non pœnitebit eum. & rursum, Iurauit Dominus Dauid veritatē,[& † non frustrabitur eum] immo & præcepit in veteri testamento: Redde Deo † iuramenta tua. ¶ Quædam[c] enim prohibentur, quia per se mala sunt[d], vt furtū, adulterium, & huiusmodi: quæ non sunt aliquatenus facienda. Quædam verò prohibētur ex causa[e], non quia per se mala sunt, sed quia si fiant frequēter, & multū, ex his mala sequuntur[f]: vt vinum per se malū non est, & tñ prohibet Apostolus † dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: cū ex frequēti, & immoderata vini potatione, luxuria generatur. Sic & iuramentum per se quidem malum non est, cum sit confirmatio[g] veritatis: sed tamen prohibetur ex causa[h], quia ex frequenti, & incauta iuratione, periurium sæpe contingit: sicut in Ecclesiastico legitur: Vir multum iurans replebitur iniquitate: & non discedet à domo eius plaga. Quemadmodum ergo Paulus indulsit propter necessitatem discipulo suo Timotheo, vt vtatur modico[i] vino propter stomachum, & frequentes infirmitates: sic profectò cum necessitas exigit pro re vera, licita, & honesta, potest securè iurari: quia cessante[k] causa, cessat effectus[l] †. ¶ Licet ergo debeatis esse viri perfecti, & quantum potestis, iuramenti vinculum euitare: volentes tamen indemnitati vestri monasterij prouidere, ne propter defectum testium, sui iuris sustineat læsionem: præsenti vobis pagina indulgemus[m], quatenus vos, & monasterij vestri Conuersi possitis in causis eiusdem (deficientibus aliis testibus) pro ipso perhibere testimonium veritati.

¶ Idem Episcopo Amelien.

¶ Iuramentum contra vtilitatem Ecclesiasticam præstitum non tenet.

CAP. XXVII.

Sicut † nostris est auribus intimatum, Ecclesia Tudertina vacante, ipsius Canonici, & Episcopus cum eis, dum esset in minoribus ordinibus constitutus iuramenta quædam in damnum Episcopalis iuris fecerunt priusquam de Pontificis electione tractatus aliquis haberetur: & infra. ¶ Pro iuratione incauta[a] imponi fecimus Episcopo pœnitentiam congruentem: & infra. ¶ Quia † non iuramenta, sed periuria potius

sancta 5. *Verum* & *ff. de vulg. sub. Et ex facto.* & sic plana est glossa. alias verum est & ita non videt cap. ... quæ verum est circa alias personas quæ non habent priuilegium ... sed circa eandem personam, quæ habet priuilegium, non cessat priuilegium ... non perditur, nisi priuilegium ipsum, vel ei necessitate tenderet ad noxam, vt dicunt tres prædictæ concordantiæ. *arg. j. de dec. c. suggestum.* 63. *dist.* § *verum.* De hoc qualiter intelligatur, dictum est. *s. de renun. post translationem.* & 61. *dist. C. statutum.* § *his auctoritatibus.* Vel dic cessante causa: cessante perfecto cessat prohibitio. & inhibente necessitate pro re vera, licita, & honesta, licite iuratur. & hoc est sensus huius literæ quantum ad hunc casum.

ADDITIO. Vel dic, cessante causa i. frequenti, immoderata, & incauta iuratione, cessat periurium.

l ¶ *Cessat effectus.*] Distingue: aut est causa finalis, aut impulsiua: si finalis, tunc cessante causa cessat effectus, verbi gratia prohibetur, ne presbyteri gerant tutelas aliorum hac de causa, vt ne ab diuinis officiis vacent: & sic ista causa finalis est, vnde cessante causa cessat effectus. vnde si non vacent diuinis officiis, poterunt gerere tutelas. *C. de epis. & cler. Auth. generaliter.* Sed causa impulsiua cessante non cessat effectus. verbi gratia propter Calforniam fuit statutum, ne mulieres essent aduocatrices: quia Calfurnia postulando sui ostendebat iudici: vnde Calfurnia fuit causa impulsiua, ne mulieres aduocarent.

1. *ad Tim.* 5.

† *Vide l. generaliter. C. de Epis. & cle. & l. si quis. C. de hære. inst.*

c *Hæc glossa non est Bernardi, sed veteris in antiquis exemplaribus parum habet credulitatis.*

† *Cap.1. tit. de const. in 3. compil. Et pro casu positum textus. & gl. Vide primo alios Goffredum Papiensem.*

† *Alias, Quare verè.*

f ¶ *Sequuntur.*] Not quòd aliquid prohibetur, non quòd ipsum sit malum, sed quia inde potest sequi malum. *arg. 11. dist. denique.* & 37. *dist. ideo.* 1. q.3. *noli te.* 2.41. *dist. quisquis.* 2.q.7. *præsumunt.* 24.q.1. *Deus qui malè agit. Inst. de bo. rap.* § *sed neduum. arg. contra. ff. qui, & a quibus manu. l. non si l. Vlt.* & *ff. de pact. si unus.* § *illud.* Item arg. quòd vno prohibito prohibētur omnia, per quæ peruenitur ad illud. arg. *j. de cler. coniu. diuersis fallacijs.* & *ff. de condictio. instit. qua, ob conditione.* § *si quis eo* & *ff. de sponsal. oratio. arg. ff. de tuto.* & *curatori. da. ab his. scire.* & *ff. de bo. lib. quæritur.* & *s. de procur. tua.* Item arg. quod aliquo prohibito omnia prohibentur, quæ sequuntur ex illo. *s. de constitutio. nam* concupiscentiam.

g ¶ *Confirmatio.*] Sic falsitas est immutatio veritatis. *in Auth. de inst. cau.* & *si cer. a prim. spium coll.* 6.

h ¶ *Ex causa.*] Arg. quod potius consideranda est causa facti, quàm ipsum factum. 15 q.1. ... 23.q.5. *occidit.* *j. de accus. cum dilecti.* & *ff. de fur. l. Verum. Vin.*

i ¶ *Modico vino.*] Dicendo, ... *dist. sine cibo.* ar. quod licet habere curam corporis moderatam ad exercitium virtutū ar. 44 *dist. modicus.* aliàs incipit, *contemnere de pa. dist.* 2 *corporis. arg. medicum.*

k ¶ *Cessante causa.*] Propter quā excludendā, s. periurium, introductū est, ne iuretur. Si enim causa esset, propter quā habendā aliquid fieret, licet cessaret causa illa, non ideo cessaret id, quod factū est propter illā causam 4. 31. q. 2 *tantū* & *qui dixit dñi.* vel cessante causa ... cessat & eius effectus, dixit Vincentius. verò est circa alias personas, sed circa eandem personam non cessat, nisi priuilegium, vel ei necessitate tenderet ad noxā. & tunc expone verba illa, verum est ab initio sed licet post facto incipit odiū, nō cessat effectus, prohibitio. ar. *j. de deci. suggestū.* & 63. *dis. quia*

¶ *Cōcor. tex in l. 2. ff. de iurisiur. ... cum vulgat.*

d *Idem in Spec. de le. § Vlt. ad fi. Versu summa.*

vnde ea mortua mulieres non aducebant, hoc tamen habetur in *ff. de post. l.* I.

m ¶ *Indulgemus.*] Id est, indultum esse ostendimus iam olim[f]. 14.q.2. *super prudentia.* & *s. de testi. cum.*

Sicut nostris.] Diuiditur in tres partes. In prima ponit iuramentum temerarium. In secunda ponit iurantē ibi, *Pro iuratione.* In tertia cōmittit inquirēda, & retractanda ibi, *Quia.* Ald...

CASVS. Vacante Ecclesia Tudertina, canonici, antequam tractatus aliquis haberetur de pastoris electione, quædam iuramenta in damnum episcopalis iuris fecerunt: postmodum vnus ex illis electus extitit in Episcopum, & cōsecratus Episcopus ipse videns quod ex hoc redditus episcopales diminuebantur, ex ... à Papa, vtrum iuramenta illa essent seruanda: Papa ... quòd iuramentū non fuit institutum, vt iniquitatis vinculū esset: & iuramenta, quæ contra vtilitatem ecclesiasticam attentantur, non iuramenta, sed periuria dicuntur, pro iuratione incauta, fecit ei pœnitentiā imponi. mandans Episcopo Amelien. quatenus de canonicis illis super præmissis veritatem inquirat: & si ita esse inuenerit, in statum pristinum reducat, quicquid in damnum episcopalis iuris datum esse repererit. Not quod iuramentum in damnum Ecclesiæ datum non est seruandum, nec obligat: sed potius periurium dicitur, & de hoc debet pœnitentia imponi.

¶ *Glo. seq. notat quod existens in mortali, ... alleg. duo iura & inducit tria similia, & his inter, ... tria iura, quæ allegat in contrarium & illis respondet.*

n ¶ *Incauta.*] Sic patet, quod aliquis in mortali peccato existens, pœnitentiam iniungi ... *s. de tempo. ordin. ex parte.* & 50. *dist. quicunque.* & 5. sequitur, qui ... mortali peccato, nō remouetur, vt qui hac causa vult renunciare, *de renunci. nisi.*

† *Sim. de procur. qq in eiusd. Ioann. And.*

Sicut

& est contra illud. 81. dist. quicunque.[a] & c. prece. & 24. dis. c. Vlt. & 50. dist. ex pœnitentibus. & sic huiusmodi temeraria iuramẽta non repellunt à promotione, nec à testimonio. s. de testibus cum inimanit. & c. cõstitutis. & s. de testibus cog. c. Vl. Vel dic, quòd potiùs consulitur Ecclesiæ, quàm personæ. s. de ord. cog. cum dilectus. Item in mortali peccato existens admittitur ad accusandũ. 5. q. 1. quidam. & hoc fuit ad declarandam innocentiam illius infamati per libellum occultè proiectum. sed isti sic promoti non remouentur quia huiusmodi crimina leuia sunt, quæ nõ deneciũt ordinatos. 68. dist. c. 1. pro quibus imponitur solummodo pœnitentia saltem vnius anni. vt 22. q. 4. qui sacramento. Quæ autem crimina inducant depositionem, & quæ non, notatum inuenies. s. de temp. ord. ex tenore. & c. Vl. & 25. q. Vlt. in summa.

a ¶ In damnum.] Et sic patet, quòd vacante Ecclesia canonici nihil possunt disponere de rebus Episcopatus in ipsius præiudicium. 12. q. 2. si qua de rebus. & j. ne se. va. per totum. nec reditus episcopales possunt diminuere. j. de reb. ec. non alie. vt supra. immo nec episcopus ipse vt ibi dicitur, vnde quicquid factum fuerit in præiudicium episcopatus, totum debet in statum pristinum reuocari.

¶ Glo. se. reci. per quæstionem.

b ¶ Reducas] Immò & ipse idem Tudertinus Episcopus posset reuocare[b] 12. q. 2. non liceat. & 35. q. 9. quod quis commisit. & si consensit tanquam canonicus, potest postea tanquam Episcopus reuocare, quia quasi ante aditam hæreditatem consensit. arg. ff. quorum le. l. 1. §. quod ait prætor. nam quædam facit aliquis tanquam alius. s. de ele. quòd sicut. & c. cùm inter canonicos. & ff. de ado. si pater. § qui duas ff. eo. si consul.

sunt dicenda, quæ contra vtilitatem Ecclesiasticam attentantur: Mandamus, quatenus ab ipsis Canonicis inquiras super præmissis diligentiùs veritatem: & † si ea inueneris esse vera: quod in damnum [a] Episcopalis iuris repereris taliter attentatum, in statum debitum appellatione remota reducas [b].

¶ Idem.

¶ Iuramẽtum præstitum super actu à lege infirmato principaliter fauore iurantis, licèt secundariò in fauorem publicum, necessariò est obseruandum, si non vi, nec dolo fuit præstitum, & in alterius præiudiciũ principaliter non redundat. Hoc dicit multùm singulariter considerata medulla c.

CAP. XXVIII.

Cum † contingat interdum, quòd constante matrimonio, mulieres alienationibus super rebus dotalibus, & donationibus propter nuptias consentiant, ne vlteriùs contraueniant proprio sacramento firmanda, ac solutio, processu temporis, matrimonio cõtrauenire nitantur: vtrum hoc eis liceat, à nobis tua fraternitas requisiuit.

¶ Nos autem fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd etsi mulierum consensus in talibus non videatur obligatorius secundùm legitimas sanctiones [c], ne tali tamen prætextu, viam contingat periuriis aperiri, mulieres ipsæ seruare debent [d] huiusmodi iuramenta, sine vi [e], & dolo sponte præstita, cùm in alterius præiudicium [f] non redundet, nec obseruata vergant in dispendium salutis æternæ.

Cum contingat.] Nõ auditur mulier cõtra alienationẽ rei dotalis cui spõte cõsensit, & nõ cõtrauenire iurauit. Ita cõiter sũmatur. In prima parte ponitur cõsultatio. In secũda respõsio ibi, Nos autẽ. &c. Casvs. Aliquis alienauit res dotales, & alias, quas donauerat vxori propter nuptias præsente vxore, & cõsentiẽte alienationi: & ne vxor alterius cõtra alienationẽ veniat, firmauerat proprio iuramẽto, quòd cõtra alienationẽ nõ veniret: postmodum mrõ soluto nititur venire in contrariũ. Cõsultus Papa respondet, quod licèt consensus mulierum non videatur in talib. obligatorius secundùm leges: tamẽ debet mulier seruare huiusmodi iuramentũ, ne tali prætextu viã contingat periuriis aperiri: & hoc est verũ, si iuramentũ tale sine vi, & dolo sponte præstitũ fuit, cum in præiudicium alterius non redundet, nec obseruatum vergat in dispendiũ salutis æternæ Not. quòd iuramẽtũ præualet legi. Itẽ iuramentũ semper seruãdũ est, ex quo sine periculo animæ seruari potest. Item iuramẽtũ factum in præiudicium alterius nõ tenet.

c ¶ Sanctiones.] Vt ff. de fun. dot. l. Iulianus. quæ prohibere alienationem fundi dotalis, & C. ad Velle. Auth. sine à me.

¶ Glossa seq. miscet plura contraria, & tripliciter soluit. respondens ad contraria, & inducens hoc simile.

d ¶ Dẽt.] Cõtra id, quod hic dicit, signãtur multa cõtraria: quia regula vtriusq; iuris dicit, quod cõtra leges fit, pro infecto habẽdũ est. 10. di. vides. nec iuramẽtũ valet cõtra hoc factũ. s. de se. com si diligenti. & C. de leg. nõ dubiũ. & vbi principale nõ tenet, nec accessoriũ. s. de fi. instr. inter dilectos. cum suis concor. Itẽ cũ talis cõtractus sit à iure dãnatus. ff. de fun. dot. l. Iulia. & C. ad Velle. Auth. sine à me. qualiter iuramẽtũ præstet robur cõtractui, cũ iuramẽtũ nõ sit vinculũ iniquitatis. 22. q. 4. inter cætera. & s. eo quanto. Nec enim illud sufficit, quod sine interitu salutis æternæ possit seruari: quia illud fallit in temerariis iuramẽtis. s. eo. ex literis. & fallit quandoq; licèt nõ sit temerariũ. s. e. quẽadmodũ. & c. Quintauallis. Itẽ vbi iurat se soluturũ pecuniã spe futuræ numerationis, põt venire cõtra iuramẽtũ si ei nõ soluat. & tñ põt seruari sine interitu animæ. C. de non nu. pe. indubitato. Sed illud habet tacitã conditionẽ, si pecunia fuerit ei numerata. Item si iurat illud, quod sit turpe, vel contrarium legi, iuramentum est nullius momenti. ff. de leg. 3. si quis inquilinos. in fi. Item vbi per iuramentum inducitur alicui perpetua viduitas istud non tenetur seruare. ff. de iure pat. adigere. Ad hoc dicas, quòd lex cõsiderauit, quod sit vtile corpori, & honestum. Nam expedit mulieribus saluas habere dotes suas, vt inueniat, aliquos, quibus nubere possint. ff. so. ma. l. 1. Sed canon considerat vtilitatem animæ[c]. Vel dic, quod tunc præiudicat ei mulieri iuramentum, quando aliunde potest consuli mulieri, vt dicitur in Auth. siue à me. Ioan. ita soluit has contrarietates. Aliter potest dici, quòd siue mulier possit consulere aliunde sibi, siue non: non potest venire cõtra iuramentum sponte præstitum, & sine dolo, vel metu. Et licèt contractus talis non videatur obligatorius, quantum est de sui natura: tamen sine aliqua turpitudine potest seruari iuramentum super eo præstitũ: vnde hic consideramus potiùs accessorium, quàm principale, propter periculum animæ, vt hic dicitur, sicut aliàs obligatio non tenet, tamen iuramentum super hoc præstitum debet seruari. s. eo. debitores. Præterea prohibitio huiusmodi alienationis feudi dotalis non est perpetua: quid si secundò post biennium consentiat mulier, bene tenet. in Auth. prædicta. siue à me. vnde multò fortiùs iuramentum potest confirmare, quòd priùs non valebat: vt quasi pro consensu secundo habeatur. Et illa contraria superiùs inducta, intelliguntur de his, quæ perpetuam habent causam prohibitionis, & in sua natura turpia sunt: vt patet ex contrariis. vnde si iuramentum ibi interueniat, non tenet, cùm non possit seruari sine interitu animæ. Simile huic habes. j. de pig. significante. ibi dicitur, quòd pactum legis commissoriæ in pignoribus non tenet, quod est verum. C. de pact. pign. l. 2. & 3. & tamen si iuramentum interueniat super pacto, tenet, nec auditur volens venire contra: vt colligitur in decre. prædicta, significante. ar. à contrario sensu. & sic intelligas istam, & illam.

e ¶ Sine vi.] Arg. quòd iuramentum metu, vel vi præstitum non est seruandum. Quid iuris sit, dixi s. quod metus causa. Abbas. & de hoc dicitur. 15. q. 6. authoritatem. & s. eo peruenit.

f ¶ Præiudicium.] Scilicet creditorum, vel filiorum. [d] Ar. à contrario sensu. s. c. Venientes. Ber.

¶ Idem.

¶ Mouẽs bellum iniustum, compellitur restituere, quæ per violẽtiam occupauit, & eos absoluere, à quibus indebitè iuramenta extorsit. hoc dicit vsque ad ver. iuramentum.

CAP. XXIX.

Sicut † : & infrà. ¶ Si constiterit, quòd prædictus H. iniustè g bellum mouerit contra I. ipsum H. inducere studeatis, vt vniuersa per huiusmodi violen-

Sicut & infra.] Fides [e] etiam iurata seruanda non est ei, qui fidem frangit. h. d. & sunt duæ partes. Secunda ibi, Iuramentum autem. Et pone sic casum literalem. Quidam Henricus iniustè mouit bellum contra quendam Ioannem, in quo multa eius bona per violentiam occupauit. ac eum captum fortè ad iurandum induxit, vt bona sic occupata non repeteret. Vel secundùm alium intellectum, relaxauit eum iuramento de redeundo ad vincula, & hoc fuit primum iuramentum, de quo textus in principio loquitur: deinum præstitit aliud iuramentum, de quo in fine literæ. & non apparet super quo. Sed fortè secundum Host. iste Ioan. promisit Henrico centum libras, si ipsum non offenderet, & ille licèt promiserit, & iurauerit fortè non offendere dictum Io. nihilominus eum offendit, quibus peractis iste Ioannes fuit conquestus Papæ petens super omnibus de opportuno remedio sibi prouideri: Papa committit causam quibusdam, quibus mandat respectu primi iuramenti, vt habetur in litera in principio. respectu secundi respondet, quid iuris, vt in ver. iuramentum. & sic clara est litera. Abbas Siculus. Not. quód ea quæ auferuntur in bello iniusto, sunt restituenda: ergo à contrario sensu, si bellum sit iustum, possunt licitè retineri. Item fides non est illi seruanda qui fidem non seruat, quòd subintelligitur iuramento.

g ¶ Iniustè.] Et ideo saltem indirectè ratione peccati spectat hoc ad iudicium Ecclesiæ. s. de iudi. nouit.

Additio. Quid sit iustum bellum, habes 23. q. 1. summa.

a ¶ Restituat.].

a Et vide quod dixi de elect. auditis. super vlt. gl. vers. sed quid si. Ioann. And.

† In quibusdam antiquis ita: & si ea inueneris esse vera, quæ in damnum episcopalis iuris repereris taliter attentata, in statum, &c.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cõpil. & de intellectu vide Couarruuiam in c. Raynutius. §. 10. de testam. & Matthæum de Afflictis decisio. 312.

b Hoc verũ, si intuitu dignitatis. vide Geminum cõtra iuramentum: secus si intuitu personæ: quia tũc necessaria est superioris licentia. ar. de elect. venerabilẽ. secundum Tan. & Vinc. Ioan. And.

c Quæ præferenda est corpori. C. de sac. sanc. eccle. sancimus. 11. q. 1. præcipimus. secundùm Io. Ioã. An.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cõpilatione. Et de materia huius decretalis, quando videlicet bellũ dicatur iustum, vel iniustum vide B. Thomã. 2. 2. q. 40. art. 1. Franciscum Victoriam in relectione de iure belli. & Alfonsum Castrũ l. 2. de iusta hæret. punitio. c. 14.

d Intelligas directè: nam aliàs indirectè bene posset esse præiudiciũ filiorũ, qui aliàs successissent in re illa, si non fuisset alienata: sed vide c. venientes. supra eo. vbi de hoc.

e De materia facta à glo. de fide seruanda, vel non seruanda fragmenti fide, vide Abbatem. & Felinũ c. peruenit. 2. de iureiu. & Syluestrum in summa, verbo, iuramentum. 4. §. 13.

tiam occupatą, restituat [a] conquerenti, eum à præstito sibi iuramento prorsus absoluentes. Quod sic acquiescere noluerit, ipsum ad hoc (si præmissa veritate nitantur) cogatis per sententiam excommunicationis terram eius interdicti sententiæ supponentes.

¶ *Non adstringitur quis iuramento ad adimplendum, quod iurauit, si ab alia parte non impletur, cuius respectu præstitũ est iuramentũ. h. d.*

¶ Iuramentum autem, quòd I. se asserit præstitisse, si de assensu factum est vtriusque, eum non ligat [b], qui præstitit, dum ille, cui præstitum fuerat, seruare neglígit, quod promisit.

¶ Idem in concilio generali. †

¶ *Clerici non habentes temporalia à Laicis, non tenentur eis præstare iuramenta fidelitatis.*

CAP. XXX.

NImis de iure diuino quidam Laici vsurpare nitũtur, cum viros Ecclesiasticos nihil temporale [c] obtinentes ab eis, ad præstandum sibi fidelitatis [d] iuramenta compellunt ¶ Quia verò secundùm Apostolum, seruus suo [e] domino stat, aut cadit, sacri auctoritate concilij prohibemus, ne tales Clerici personis secularibus præstare cogantur huiusmodi iuramenta †.

¶ Hono. ij. A. & C. Canonicis Antiochenis.

¶ *Qui iurat non esse contra aliquem, potest in causis proprijs, & Ecclesiæ suæ esse contra eum. h. d. secundùm intellectum glossæ.*

CAP. XXXI.

PEtitio † vestra nobis exhibita continebat, quòd Ecclesia Antiochenã vacante, Princeps Antiochenus timens conspirationes aliquas fieri contra eum, à vobis iuramentum extorsit [f], quod contra ipsum de cætero non essetis: *& infrà.* ¶ Interpretatione † congrua declaramus [g] vos iuramento huiusmodi non teneri, quin pro iuribus, & honoribus ipsius Ecclesię, ac etiam specialibus [h] † vestris legitimè defendendis, contra ipsum Principem stare liberè valeatis: coercendo vos à machinatione duntaxat, per quam idem Princeps deberet læsionem personæ, vel sui amissionem incurrere principatus.

¶ Idem Archidiacono, & magistro C. Canonico Tullẽñ.

¶ *Cùm agitur de vsuris, potest iudex in qualibet parte litis ex officio suo deficiẽtibus probationibus, exigere à partibus iuramẽtũ de veritate dicẽda: & eadẽ ratione idẽ in qualibet causa, in qua imminet peccatum, secundùm Panormit.*

CAP. XXXII.

EX † litteris vestris accepimus, quòd super causa vsurarum, nobis pro G. contra E. ab Apostolica sede commissa, non potuit per testes ab ipsius G. Parte productos, de sortis quantitate liquere, licèt de obligatione pignoris constitisset: vnde expedire videtis, quod

a ¶ *Restituat.*] i. [Quia iniustum erat bellum: sed si iustum fuisset bellum, statim res sic occupatæ essent suæ. 23. *q. 5. dicat.*

¶ *Glo seq. signat contrarium, & soluit, obscurè tamen.*

b ¶ *Non ligat.*] Quia non seruanti fidem, fides non est seruanda. simile *s. eo. peruenit. & c. quemadmodum.* quia illa conditio subintelligenda est in hoc iuramento: vt notatur in *c. quemadmodum. Arg. contra.* 33. *q. 5. quòd Deo.* [a] sed illud non tangit hoc.

NImis.] Primò ponit factum reprehensibile, cui secundò prouidet ibi, Abbas Siculus.

CASVS. Clerici iuramentum fidelitatis laicis pręstare non debent, cùm nihil temporale teneant ab eis: quia seruus suo domino stat, aut cadit.

c ¶ *Temporale.*] Si temporalia possidentur à laicis, in his sunt minores illis. *s. de ma. & obe. solita. &* 18. *dist. si Episcopus.* Bern.

d ¶ *Fidelitatis.*] Immò nec clericis hoc iuramentum præstandum est *j. de simo. ex diligenti & j. de re iudi. c. Vlt. & s. eo. tit. nullus.* nisi in casibus notatis ibi.

e ¶ *Seruus suo.*] Vt 1. *q. 1. multi. ad fin.* si seruus stat suo dño, remunerandus est ab ipso: si cadit, puniendus, quasi dicat: si steterit, remunerabitur: si ceciderit, iudicabitur à domino suo. Et sic est ar. quod laici [b] nullam habent iurisdictionem in clericos: nec etiam per consensum clericorum. *s. de fo. compet. si diligenti. & c. significasti.* vbi de h. c. Ber.

PEtitio.] Habito respectu ad gl. In hoc c. sic summatur. Qui iuramenti conspirationem iurat de non essendo contra eum, potest (tali iuramento non obstante) in proprijs, & Ecclesiæ suæ causis stare cõtra eum. Communis diuisio. Secunda ibi, *Interpretatione.* Ab.

CASVS. Antiochena Ecclesia vacante, Princeps Antiochenus timens conspirationes fieri contra ipsum iuramentum, extorsit à canonicis Antiochenis, quòd non essent de cætero contra ipsum: Canonici habebant causas postmodum cõtra ipsum pro Ecclesia Antiochena, etiã & proprias: quæsiuerunt à domino Papa, qualiter super hoc sibi, & Ecclesiæ prouiderẽt propter iuramẽtũ prædictũ? Papa interpretatus fuit per prædictum iuramentũ canonicos illos non teneri huiusmodi iuramento, quò minus liberè stare possint contra ipsum Principem pro defendendis iuribus, & honoribus Ecclesiæ suæ, & proprijs, suos coercendo à machinatione solummodo, per quam ipse Princeps deberet incurrere læsionem personæ, vel amissionem sui principatus Not. quòd licet iuret, vel promittat aliquis alicui, quòd non erit contra ipsum, tamen non tenetur ei contra se, vel contra Ecclesiam suam, vel contra communitatem suam, quia iuramentum non extenditur ad hunc casum: quia contra se nemo tenetur, vel contra Ecclesiam suam. Item ad conspirationem Principis adstringuntur.

¶ *Glo. seq. not. contra iuramentum extortum, & c. inducit duo similia de confessione, & consensu: tenet contrarium, distinguendo tamen, & arg. iuramentum valere pro parte tantum.*

f ¶ *Extorsit.*] Iuramentum per dolum, siue metum extortũ, cùm de hoc constiterit, non est seruandum. *s. eod. cùm contingat. in fi.* Sic & confessio ex metu. 15. *q. 6. c. 1. & 31 q. 1. Lotharius.* sic & consensus taliter extortus non valet. *j. de promi. cum olim.* Sed videtur, quòd iuramentum in eo, quod non tangit negotia Ecclesiæ, vel etiam propria, sit seruãdum, licèt sit extortum, cùm possit seruari sine interitu animæ. *s. eod. si verò. & c. ad nostram. &. c. cùm contingat. & 22 q. 4. si aliquid.* & ita per tale iuramentum tenentur, quòd nullam cõspirationem, vel aliquod aliud. quod sit contra statum Principis, procurabunt: & ad hoc aliàs de honestate tenerentur, etiam sine iuramento, & ita seruare tenentur iuramentum illud quantum ad hanc partem iuramenti, licet fuisset extortũ. Et sic est *arg. quod pro parte tenet iuramentum, & pro parte non. & sim. s. de maio. & obe. dilecti & 22. 4. inter cætera.* sic & factum alicuius pro parte valet, pro parte non, *infra de præbendis dilectus.* similem declarationem habes *supra eodem. quanto.*

g ¶ *Declaramus.*] Declaratio iuramenti, siue interpretatio, cum de ipso dubitatur, pertinet ad Papam. *s. eo quanto. sic. j. de Eccle. ædi. c. vlt. s. de electio. venerabilem. ad finem.* Sic & in omni sacramento intelligitur excepta auctoritas Papæ. *s. eod. venientes, & s. de rescriptis constitutus.* similiter & imperatoris. *ff. ad municipa. imperatores. & in constitu. de feud. §. vlt.* & idem cùm dubitatur, vtrùm sit licitum, vel illicitum. *de electi. venerabilem.*

h ¶ *Specialibus.*] Et no. quòd licèt quis apertè teneatur alicui per sacramentum: tamen contra se non tenetur: vel contra Ecclesiam suam, vel etiam contra communitatem suam, vt hic patet apertè, *arg. s. de postu. c. vlt. in fi.* nam & in generali sermone persona loquens intelligitur excepta, vt hic, & *ff. de sen. l. 1. §. 1. & ff. loca. l. qui insulam. §. vlt & C. de solu. inquisitio. C. de constit. pecu. Auth. sed ita. & ff de condi. & demonstr. qui hæredi §. Plautius.* Et est arg. quòd si promisi tibi dare turrem meam, vel castrum contra omnem hominem, non tamen teneor dare contra me. Nam nemo tenetur alium plus diligere, quàm seipsum: quia ordinata charitas à seipso incipit. 23. *q. 5. si non licet.* & primò debet facere sibi eleemosynam, deinde proximo. *de pæ. dist. 3. sanè cauendum. Arg. contra ff. de pact. cum in eo esset. & ff. si ser. vendicetur altius. & ff. de neg. gest. si pupillus §. vlt. in Auth. vt diffe. iudi. §. si verò refutauerit. coll. 9. ff. de pig. Paulus. §. vlt. & infrà de nat. ex libe. ventre. c. vnic.* contra ista specialia sunt. Bern.

EX literis.] Si iudex in principio causæ iuramentum de veritate à partibus non exigit, in processu illud exigere poterit. Sic communiter summatur: sed hoc summarium licèt sit verum in se, non tamen colligitur ex litera, in qua non ponderatur, quod à principio non fuerat exactum. Secundo modo secundùm alium intellectum summatur sic: Cùm agitur de vsuris, & probationes deficiant, si fama est pro petente, in supplementum probationis exigitur iuramentum. Hæc lectura est notabilis. & potest esse vera in se, sed non congruit huic literæ, quæ non loquitur de iuramento litis decisiuo, sed de veritate dicenda, quæ inter se multùm differunt. In prima parte ponitur consultatio. In secunda responsio mandatum continens ibi, *Ne igitur.*

a Vt 11. q. 21. inter verba in fi. *secundùm Vinc. Ioann. And.*

† *Later. sub. Inno. iij. c. 43. & c. 3. e. tit. in 4. cõpil.*

b *De hoc articulo vide plenè per Franciscum Victoriam in 1. relectione de potestate Ecclesiæ. q. vlt.*

Ad Rom. c. 14.

† *iuramẽtũ.*

† *Ad intellectũ huius c. nota, quod conditiones intelligantur de iuramẽto, de quib. Aretin. in §. eque. Inst. de excep. Iason in l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud.*

† *in vno vetusto, etc. Hic autem interpretatione. &c.*

† *specialibus legitur in omnibus scriptis, licet in alijs quos vulgatis mendose legatur specialiter.*

† *Vide pro alias Gaudenem Papa hic. adde D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 3.*

e *Si seruus absentente domino obligat omnia ipsius bona, etiam ipse seruus obligatur. Ioan. And.*

Casus.

Casus. Quidā nomine G. impetrauit per literas restitutionē vsurarū cōtra [illegible] archidia. & magistrū C. canonicū Tullēn. iudices lite contestata receperunt testes productos ab ipso G. impetrāte, p quos testes nō potuit cōstare de quantitate sortis, siue principalis, sed de obligatione pignoris bñ cōstitit, & per famā quasi notoriū habeatur, q ex quadā terra, quæ ipsi est obligata, sortē suam, & amplius deduxisset: vñ videbatur iudicibus, vt iuramentum de veritate dicēda exigat à partibus, vt per iuramentū cōstaret de sorte: significauerunt hoc dño Papæ, mandat Papa, ne ex defectū hmōi iuramēti succumbat iustitia, & sic veritas occultetur, quatenus compellant partes per cen. eccle. ad præstandum huiusmodi iuramentum. Nota in causa vsurarum iuramentum de veritate dicenda præstandum esse sicut in spiritualibus causis, & ad hoc partes compelli debent.

† Colacen. in omnibus.

exigatur de dicenda veritate [a] à partibus iuramentum: cùm ex fama [b] quasi notorium habeatur præfatum E. ex quadam terra ipsius G. sibi titulo pignoris obligata, sortem, & ampliùs [c] percepisse. ¶ Ne igitur ex huiusmodi iuramēti defectu, iustitia (occultata veritate [d]) succūbat: mādamus, quatenus partes ad præstandum huiusmodi iuramentum per censuram Ecclesiasticam appellatione remota cogatis.

¶ Idem Colloscēn. † Archiepiscopō, & eius Suffraganeis.

¶ Si positus in dignitate alienat bona dignitatis, non valet alienatio, & ipsemet reuocare debet, non obstante iuramento de non reuocādo: maximè si prius iurat non alienare. Hoc dicit secundùm verum intellectum. Panormita[illegible].

CAP. XXXIII.

INtellecto † iam dudum, quòd charissimus in Christo filius noster Hungariæ Rex illustris alienationes quasdam fecerit in præiudicium regni [e] sui, & contra Regis honorem: Nos eidem Regi dirigimus scripta nostra, vt alienationes prædictas, non obstante iuramento, si quod fecit de non reuocandis eisdem, studeat reuocare. † Quia cum teneatur, & in sua coronatione iurauerit, iura regni sui, & honorem coronæ illibata seruare: illicitum profectò fuit, si præstitit de non reuocandis alienationibus huiusmodi iuramentum: & propterea penitus nō seruandum [f].

¶ Glo. seq. ponit duas differentias iuramenti de veritate ad iuramētum de calumnia, & per quem præstantur.

a ¶ *Veritate.*] Iuramētum istud de dicēda veritate præstatur solummodo in spiritualibus causis, sic ꝫ. *de elect. dudum* 2. iuramentum enim de calumnia in talibus non præstatur. ꝫ. *de iuramen. calum. literas.* requiritur etiam à prælato Ecclesiæ de consuetudine, præcipuè cum de facto suo agitur: aliàs non videtur, quòd prælatus sit interrogandus de hoc dixi ꝫ. *de elect. dudum* 2. & per istud iuramentum respondetur tantùm de eo, quod scit. Vnde debet simpliciter respondere, scio, vel nescio. Sed per iuramentum de calumnia respondetur de eo, quod credit, vel existimat. *Cod. de iura. calum. l.* 2. Hoc iuramentum de veritate dicendi præstat hodie prælatus in causa Ecclesiæ in animam suam, & capituli sui in spiritualibus causis, vt habetur in quadam decretali extra compilationem quæ incipit, præsentium, &c.

† De intellectu vide Oldradum consil. 94. & 95. Ferdinandū Vasquium l. 2. de successi. creatione. §. 18. & Couarruuiam in c. quāuis. in 2. p. relectio. §. 2. de pact. l. 6.

b ¶ *Ex fama.*] Et ita patet, quòd qualitercūque aliquid sit diuulgatū per famā, seu quasi notoriū nō sufficit ad probationē 4. q. 3. *c. si testes. § item si sæpe.* sed cū alijs adminiculis sufficit. ꝫ. *de testi. & attesta. præterea* tñ sola fama sufficit ad matrimoniū impediendum. ꝫ. *de consangui. & affi. super eo. &* ꝫ. *de spō. cū in tua.*

c ¶ *Ampliùs.*] Omne quod percipitur de rebus titulo pignoris obligatis, totum debet computari in sortem, & quod superest, debet restitui ꝫ. *de pig. cùm contra. &* ꝫ. *de vsu. c.* 1. & 2. deductis primo expensis. vt ibi dicitur: quia fructus tantùm intelliguntur deductis expensis. *de fruc. & li. expen. l.* 1. & *ff. sol. mat. fructus.* quia nullus casus potest interuenire, qui hoc genus deductionis impediat. *ff. fam. ercis. fundus.* quinimò fructus percepti ipso iure pignus liberant. *Cod. de dist. pig. l.* 1. & quicquid percipitur ex pignore computatur in sortem. *C. de pig. act. l.* 1. & 2. & ꝫ *de pign. significante.*

¶ Glo. seq. ponit quatuor causas huius iuramenti.

d ¶ *Occultata veritate.*] Hæc [a] est causa quare hoc iuramentum exigitur: vt s. veritas reueletur timore iuramenti, sic ex eadē causa testes compelluntur, qui aliàs non compellerentur. 14. q. 2. *quanquā. &* ꝫ. *de test. co. c. vlt. per totum.* & quia mortale peccatū est occultare veritatē. 11. q. 3. *quisquis. &* ꝫ. *de crim. fals.* & quia causa vsurarū est quasi spiritualis, & cū sit ecclesiastica, iuramētū de veritate dicēda exigitur, & nō de calumnia. Nec colligitur hic, quòd iuramentū de calumnia hic præstitum fuisset, vt quidam dicunt: tñ de calumnia, & veritate simul iuraretur. nō crederem esse peccatū tā in ciuili, quā in spirituali nec offenderetur ordo iuris, immò vtile esset. & si hic iuratū fuisset de calūnia, superfluū nō esset iuramētū postea de veritate præstitum: quia ad diuersa referuntur, quia æque præiudicat confessio de credulitate, sicut de veritate. Dubitatio huius iuramenti fuit forte: quia non fuit præstitum debito tempore, s. statim post litis contestationē sicut iuramentum de calūnia præstatur: vnde quæsitum fuit, an postea debeat præstari, & sic patet, quod tunc potest præstari iuramentum de veritate, siue de calumnia, antequam sit in causa conclusum, nec est de substātia ordinis iudiciarij quod statim lite contesta. præstetur. Bern.

a Vide B. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. & ibidem Caietanum.

INtellecto iamdudum.] Si is, qui præest, iurauit alienare: nō valet alienatio, quam postea fecit, etiamsi iurat non contrauenire. Sic communiter summatur. Sed hæc summatio nimis restringit litteram, quæ fundat se non solum super iuramento, sed etiam super iure debito. Ponit primò factum corrigendum. Secundò corrigi mandat ibi, *Nos.* subiiciens causam mandati ibi, *Quia.* Abb. Sic.

† Vide text. in l. prohibere. §. q̄ planè. & ibi Bart. ff. quod vi, aut clam.

Casus. Rex Hungariæ fecit quasdam alienationes in præiudicium regni sui, & contra honorem Regis, interposito iuramento de ipsis non reuocandis: significatum fuit hoc domino Papæ: vñ scribit Archiepiscopo Colloscēn. & eius suffraganeis. & eidem Regi super hoc, vt alienationes prædictas studeat reuocare, non obstante iuramento illo: quia in coronatione sua iurauit iura regni sui, & honorem illibata seruare: vnde illicitum fuit iuramentum, si quod præstitit, de non reuocandis huiusmodi alienationibus: ideo non seruandum, & priori iuramento licite præstito obediendum.

¶ Gregorius IX. Episcopo Cenomañ.

¶ Si mulier iurauit aliquem esse suum maritum, & succubuit, quia aliter non probauit, non datur, nec denegatur ei licentia cum alio contrahendi.

CAP. XXXIV.

MVlier †, quæ in iure præstito iuramento asseruit virum talem in ipsam per verba de præsenti matrimonialiter consensisse, probationes alias non habēti, viro an eius impetitione per sententiam absoluto [g], non debes licentiam

† Pro intellectu, vide, quæ latè scribit Hostien. in sum. tit. de assertorio iuramēto. §. & super quibus.

¶ Glo. seq. dat simile, quod fortificat. Secundò ponit duplicem causam, quare iuramentum non obligat.

e ¶ *Regni sui.*] Sic & Episcopi iurant in sua consecratione, quòd iura sui epatus non alienabunt. ꝫ. *de Eccle. ædi. c. vlt. &* ꝫ. *de re. eccl. non alie. vt super.* & quòd de nouo non infeudabunt. ꝫ. *de feu. c.* 2. immò & si suspectus de dilapidatione, debet cautionē præstare 28. *dist. de Syracusanæ.* Sic ergo patet, quod iuramentum istius regis in coronatione sua licitum, & honestum fuit: ergo secundum, in contrarium præstitū fuit illicitum. ꝫ. *eod. cum* 2. quia contra canonica statuta fuit præstitum, & ideo non seruandum. sic ꝫ. *de foro compe. si diligenti. &* ꝫ. *eo. cum te.* quia si vnum contrariorum est bonum, reliquum est malum 28. q. 1. *secundum. &* 32. *di. hypotiolum.* quãuis tamen vtrumque contrariorum bonum est, vt nubere, & non nubere: 28. q. 1. sic enim neque vltra vnam columnam huiusmodi enim iuramenta, quæ fiunt in damnum suæ dignitatis, non iuramenta, sed periuria, siue temeraria sunt censenda ꝫ. *eo. sicut nostris* [b]. Vnde ille, qui præstitit, sua auctoritate potest venire contra, & reuocare male alienata [c]. vt ibi dictū est, immo tenetur ad hoc ex iuramento prius præstito, & ex officio tibi commisso. 35. q. 9. *quod qui commisit.* & sic est arg. quòd iuramentum factum per metum super rebus Ecclesiæ non repetendis, non obligat. ꝫ. *eo. peruenit* 1.

f ¶ *Non seruandum.*] Quia in malis promissis rescinde fidem. 21. q. 4. *in malis.* & per totam illam quæstionem.

b Et habet hoc locum in præceptis, & prohibitionib[a]: in consiliis, & demonstrationib[a] non, secundum Vin. Gof. [illegible] & Phi. Ioan. tit.

MVlier quæ.] Diuiditur quoad intellectum, quia primò ponitur quæstio. Secundò solutio & ratio ibi, *Non.* Abbas.

Casus. Mulier quædam petebat quendam in virum suum. & per iuramentum asseruit in iure, quod ille in eam matrimonialiter consenserit per verba de præsenti: vir hoc negabat: cùm mulier non haberet alias probationes, vir fuit ab eius impetitione absolutus quæritur, vtrùm iudex debeat ei dare licentiam cum alio contrahendi. Rñdet Papa, quòd non, ne auctor periurij videatur: nec debet hoc ei prohibere, ne si forte falsum iurauerit, matrimonium impediret: sed est suæ conscientiæ relinquenda. Nota, quod actore non probante reus debet absolui. Item nullus per dictum suum debet dare materiam peccandi: quia imputaretur ei. Item relinquendi debet suæ conscientiæ.

c Nisi iam propter hoc depositus esset. 2. q. 2. c. monemus. Ioan. And.

¶ Glo. seq. quærit arg. affirmatiue, soluit contrarium.

g ¶ *Absoluto.*] Quia actore non probante reus debet absolui. ꝫ. *vt eccles. benefi. vt nostrum. &* ꝫ. *de cau. pos. cùm ecclesia. & C. de edē. qui accusare. &* ꝫ. *eod. c. vlt. §.* 1. Quid si mulier ista habuisset vnum bonum testē, nunquid deferretur ei iuramētum? Videtur, quòd

quòd tic. ꝰ *de probationi. ficut consuetudo.* & *C. dove credi. in bona* & ꝭ. *eod. c. Vlt.* in tali casu non dico iuramentum deferendum, quantumcunque honesta sit persona, quia hic agitur quasi de statu hominis, cum per hoc seruitus constituatur in ipso: nec causa dicitur modica, quia iuramentum defertur inspectis circunstantiis causæ, & personarum. ꝭ. *eod. c. Vlt.*

dare cum alio matrimonium contrahendi, ne auctor periurij[a] videaris †: nec hoc ei dicimus prohibendum, ne fortè si falsum iurauerit, matrimonium contingat legitimum impediri: sed suæ conscientiæ est potiùs relinquenda.

¶ Idem.

¶ Qui iurauit seruare statuta edita, & postea per illud iuramentũ aliter non iurãdo promisit seruare edenda, seu postea edita, nõ tenetur ex iuramẽto ad nouiter edita. Hoc dicit secundùm verum intellectũ.

CAP. XXXV.

CLericus †, qui iurauit se statuta in Ecclesia sua edita seruaturum, promittens per idem [b] iuramentum, statutum quod postmodum subsecutum est, fideliter obseruare: Licèt

¶ Glo. seq. repetens textum, & ipsius rationẽ subdat cõtrarium aliud ops. Lau. cui respondet.

a ¶ *Periurij.*] Sic ꝰ. *eo. si vero.* & *C. si aduer. Vend. l. 1.* nec debet Ecclesia viam periuriis aperire, quæ periuria vetat. *C. de iudi. Vi. l. 1. in fi.* & ꝰ. *eod. tit. cum cõtingat.* ne inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nascuntur. ꝭ. *de accu. qualiter,* & *quã 2.* & *C. Vnde Vi. memi. nerint.* & Ecclesia non debet alicui laqueum iniicere. 27. q. 1. *de Viduis. 2.* quod faceret, si daret ei licentiam contrahendi contra id, quod iurauit: immò Ecclesia debet ei suadere, vt contra proprium non veniat iuramentum *arg. prædi. c. de Viduis.* ratione huius præsumptionis, quia de nemine præsumendũ est, quòd sit immemor suæ salutis 1. q. 7. *sancimus.* sed non debet ei expressè prohibere ꝑꝑ aliam præsumptionem, quæ posset esse in contrarium, quia potuit esse, quod falsum iurauit, cùm legitimè possit contrahere, falsum fuit quod iurauit: quia periuri, & excommunicati, & Iudæi [a], qui sunt extra Ecclesiam, possunt contrahere matrimonium 26. *di. deinde opponitur.* & ꝭ *de diuor. gaudemus.* & ꝭ. *de consang.* & *affin. de infidelibus.* & sic duæ præsumptiones contrariæ hic concurrunt, & neutra præponderat alteri. Simile. ꝰ. *de elect. cum inter R.* Quandoque tamen vna præsumptio elidit aliam ꝰ. *de præsumptionibus litteras.* & *ff. de in integ. resti. diuus.* Quid ergo faciet Ecclesia? Taceat sic ꝭ *de cog. spi. super eo. in fi.* sicut spiritualis homo tacet, quia mentiri timet etiam, ne ille, qui ad mortem quæritur occidatur. 22. q. 2. *ne quis arbitretur.* Relinquatur ergo conscientiæ suæ. ipsa enim scit, an contrahere possit, si verum est, quod iurauit, nullum potest contrahere matrimonium quoad Deum: sed si falsum est, bene potest contrahere: vt est probatum. Lau. dicebat in hac quæstione, quòd bene poterat contrahere, & dari licentia contrahendi, & hoc tali argumento: nam qui vendicat rem, dicit per consequentiam alium possidere. ꝰ *de in. examinata,* tamen potest redire ad interdictum, *Vti possidetis. ff. de acq. possessio. naturaliter. §. nihil. sed errabat.* qui enim rem vendicat, hoc facit ratione dominij[b], quod habet, vel credit se habere. sic & mulier, quæ petit aliquem, hoc facit ratione seruitutis, quam in eo acquisiuit per consensum mutuum de præsenti: & hoc notauit Laurentius *de clandest. matrimonio. in antiqua compilatione. c. 1.*

CLericus.] Primò ponitur quæstio. Secundò solutio ibi, *Licet.* Abbas.

CASVS. Aliquis clericus iurauit se seruaturum statuta edita in Ecclesia: iuramento taliter præstito promisit per iuramentum se seruaturum statutum quoddam, quod post præstitum iuramentum factum fuit in Ecclesia: quærebatur, vtrùm teneatur ad obseruationem illius statuti per iuramentum prius factum? Rñdetur, quod ex promissione sua tenetur seruare, quod promisit, sed non ex debito præstiti iuramenti. Nota, quòd iuramentum non extenditur ad illa, super quibus iuratum non est. Item ex promissione aliquis obligatur.

b ¶ *Per idem*] Iuramentum iam præstitum.

c ¶ *Quod promisit*] Iste clericus iurauit se seruaturum statuta tunc edita in Ecclesia sua, & post præstitum iuramentum promisit per idẽ iuramẽtũ seruare statuta, quæ postea statuerẽtur, ex hoc patet, quod iuramentum non extenditur nisi ad ea tantùm, de quib. est cogitatum, vt dictum fuit, & non ad ea quæ postea accidunt *arg. supra eodem quemadmodum.* & *c. ad nostram 2.* sic & transactio ad ea tantùm, de quibus actum est, & pactum extenditur *ff. de transactionibus cũ Aquiliana.* & *l. qui cum tutoribus.* & *ff. de pactis. tres fratres.* & *C. de transactionibus si de certa re.* & ꝰ. *de testib. c. de testib.* sed licèt ex debito illius iuramenti [c] non teneatur seruare statuta postmodum edita, tenetur tñ seruare illa ex sua promissione: quia inter simplicem loquelã, & iuramẽtum nõ facit Deus

† *Adde, quòd iuramentũ non debet deferri ei, quem credimus incursurũ periurium. l. 2. C. de indic. vidui. tol.*

† *Vide Iasonẽ in l. sub prætextu. C. de transactio. & Albericum trac. de statu, p. 1. q. 25. & Decium in Rubrica. C. qui ad mitti, &c.*

a *Et excommunicati. infrà eo. de eo qui duxit in mat. significauit. Ioan. And.*

b *Cui nõ dicit contrariũ interdictum, vti possidetis. etiam intẽtando. Ioan. And.*

c *V. de, quod ibi not. & dic hanc æquiparationem fieri quoad genus, nõ quoad determinatam quantitatẽ reatus. Ioã. And.*

differentiam. 22. q. 5. *iuramenti.* nec refert, quantum ad obseruationem, an per iuramentum, an per solam fidem promissam sit adstrictus. Et æquè etiam punitetur, si non seruaret promissum. ꝭ. *de fideiussoribus. peruenit,* & *supra quod metus causa.* ad aures. Credo tñ, quòd maior pœnitentia imponetur ei, qui venit contra iuramentum, quàm ei, qui venit contra fidem tantùm sine iuramento: quia magis contemnere videtur.

transgredi non debuerat, quod [c] promisit, non tenetur ad illius obseruationem ex debito præstiti iuramenti.

¶ Idem H. Iudici.

¶ Iuramentum litis decisorium à Iudice delatum, sine causa recusari non potest: delatum verò à parte, licitè recusatur, & refertur: in actione tamen famosa non licet reo referre. Hoc dicit vsque ad §. sanè.

CAP. XXXVI.

IVramentum † à te [d] parti delatum, nisi iusta de causa[e], non potuit recusari. Quamuis quod in iudicio à parte parti defertur, recusari possit licita, ac referri. Nec liceat conuento famosa actione [f], referre huiusmodi iusiurandum.

IVramentum.] Hoc c. habet principaliter duas partes. Secũda est in §. *sane.* & primo legitur istud principiũ: quod communiter non summatur, sed pro iuuenibus summo sic, vt in summario. Et diuiditur hoc principium in tres partes. Prima tractat de iuramento necessario, quod scilicet defertur à iudice parti. Secunda de iudiciali, quod scilicet defertur à parte parti. Tertia tractat de relatione non fienda per reum in actione famosa. Secunda ibi. *Quamuis.* Tertia ibi, *Nec liceat,* Abbas Siculus.

CASVS. Aliqui litigant coram iudice, iudex defert iuramentum alteri parti in iudicio, vt illud iuramentum sit loco probationis: quæritur, an istud iuramentum sit de necessitate præstandum? Rñdet Papa, quòd iuramentum hoc recusari non potest, nisi iusta de causa: qua allegata, & ostensa, illud præstare non cogitur. sed si vna pars defert iuramentum alteri parti in iudicio, illud iuramentum licitè potest recusari, vel referri. Ponamus, si aliquis conueniatur actione famosa, tunc non est licitum referre huiusmodi iuramentum.

¶ Gloss seq. distinguit, & prosequitur triplex iuramentum. in fi. ponit duo notanda.

d ¶ *A te.*] Loquitur iudici. Nota, quòd iuramentum aliud est voluntarium, aliud necessarium, aliud iudiciale[d]. Voluntarium est, quòd pars defert parti extra iudicium & dicitur voluntariũ, quod voluntariè defertur, & voluntariè suscipitur, nec refertur, id est, is cui refertur, non potest cogi subire iuramentum. sic ergo exponitur in sequenti concordantia. *ff. de iureiuran. iusiurandũ quod.* sed de hoc non dicitur hic. Necessarium dicitur, quod defertur à iudice in defectum probationis, nec potest referri, nec recusari nisi iusta de causa, vt hic in prima linea. & *C. eod. l. generaliter. §. sin autẽ* & põt appellari, nisi recusatio admittatur, vt ibi dicitur. De hoc habes ꝰ. *de procur. ex insinuatione.* & ꝰ. *de proba. c. 2.* & *C. eo in bona fidei.* Iudiciale dicitur à iudicio, quod pars defert parti in iudicio, quod non est necessariũ subire: vel referre, vt hic: versi. *quamuis quod.* & *l. præd. generaliter. § sin autem.* sed si reus retulerit iuramentum actori, necesse habet iurare[e]: aliàs prætor denegabit ei actionẽ *ff. eodem iusiurandum §. ait prætor.* immo ꝓcedetur, quasi iurasset reus. *C. eo generaliter. § omne.* olim non poterat recusari *ff. eo tit. manifestæ.* & *C. eo delata.* sed illud põt intelligi, cùm iam susceptum est iuramentũ, vel hoc nouũ ius: illud verò vetus. Et no. quod post iuramentũ à iudice delatum parti, & præstitum à parte parti, põt recedi ab eo ꝑꝑ nouas probationes: sed post iuramentum delatum à parte parti, & præstitum ab eo non potest recedi *ff. eo admonendi.* Item procurator, nisi sit vniuersorum bonorum, vel nisi specialiter mandatum sit, iusiurãdum deferre non potest. *ff. eo. iusiurandum. §. procurator.*

e ¶ *Nisi iusta de causa.*] Putà quia dubitabat, quòd hoc iuramẽtũ est de veritate. *ff. eo tit. iusiurandũ,* & ad pecunias. *t. resp. ff. re. amota. l. Marcellus* & sic præter iuramẽtũ de calumnia, iuratur de veritate ab altera parte in isto casu tñ ꝰ. *eo. de testi. vltra. Ber.*

¶ Gloss seq. exemplificat: secũdo dat aliquem casum, ad quem inducit § iura. tertio dicit, quod deferens iurat ad calumniam.

f ¶ *Famosa actione.*] Vt in actione furti, & aliis famosis actionibus. & actione rerum amotarum non refertur iuramentum: vt *ff. re. amo. l. Marcellus. § Vlt.* & *ll. seq. q.* & idem est, vbi constitutione lex defert iusiurandum. *C. de fideicommiss. l. Vlt.* & *C. ar iu. deliberan. sancimus. § licentia.* & *C. de iu. do. impe. l. Vlt.* & *C. de his, qui ad eccl. confu. præsenti. § sicubi*[f]. & *C. de bo. auct. iudi. poss. l. fi. §. Vlt.* nisi eadem lege permittatur referendi potestas. Itẽ & illud scias, quòd iusiurandum defert, primò iurabit, quòd per calumniã non defert. vt in *l. præd. Marcellus.* & *C. de fideicom. l. Vlt.* & *ff. eo. iusiurandum. §. qui iusiurandum.*

† *De iudiciali iuramento ex. tunc, & glossarum vide supra aliud Gaudemus Papa hoc.*

d *Dicit Hos. aliud iudiciale, aliud extraiudiciale. iudiciale verò aliud voluntarium, & aliud necessarium. Ioan. And.*

e *An, & quãdo iuramentum potest referri. Vide per Bart. in l. Marcellus. ff re. amotarum in l. manifestæ turpitudinis. cum no. ff. eod.*

f *Ibi colligit glo. multos casus, quibus locum est delatum iuramenti, & vide in Spe. de off. iu. §. vlt. ver. 6. Ioann. And.*

SANE. Quia suprà dixerat de iuramento deferendo à iudice, & à parte, ne aliquis crederet hoc iuramentum indistinctè posse deferri, subiicit hunc §. in quo ponit notabilem, & solemnem limitationem. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponit regulam. In secunda ipsius determinationem ibi, *Praesumptione vero.* Abbas. Siculus.

CASVS. Dicitur hic, quòd si actor omnino deficit in probatione, reus debet absolui, quamuis nihil probet: sed si praesumptio sit pro actore, reo potest deferri iuramentum ad tollendum illam praesumptionem, & suam innocentiam ostendendam: & hoc verum est, nisi iudex consideratis circumstantiis personarum, & causae videat iuramentum illud deferendum actori. Not. in prima parte dilationem super tribus iuramentis. In secunda nota, quòd reus debet absolui, si actor omnino deficit in probatione. Item iuramentum defertur habito respectu ad honestatem personae, & quantitatem causae.

† Vide Bar. in l. 1. ff. de exceptione. Specul. tit. de proba. & alias in l. 9 accusare. C. de edendo.

¶*Actore nihil probante, reus est absque omni onere absoluendus: si verò praesumptio est pro eo, defertur reo iuramentum, vel ipsi actori consideratis personarum, & causae circumstantijs. Hoc dicit.*

†Sanè † si actor omnino in probatione[a] defecerit, reus debet (etsi nihil praestiterit) obtinere. Praesumptione verò faciente pro illo[b], reo deferri potest ad ostendendam suam innocentiam iuramentum, nisi Iudex (inspectis personarum, & causae circumstantiis) illud actori videat deferendum.

TITVLVS XXV.

De exceptionibus.

¶Caelestinus iij.

¶*Si de testis de crimine contra eum excepto conuincitur, vel aliàs conuictus apparet, repellitur à testimonio: sed de crimine non punitur, si non tangit negotium principale.*

a ¶[*In probatione.*] Not. quòd si actor omnino nihil probat, nec habet praesumptionem: reus etsi nihil praestiterit, absoluitur sic § *de causa poss. cum Ecclesia.* &] *vt Eccle. bene. vt nostrum.* & §. *eod. mulier.* 1. & *C. de eden. qui accusare.* Si verò actor habet praesumptionem pro se, & contra reum: tunc contra talem praesumptionem defertur à iudice reo iuramentum ad purgandum innocentiam suam, vt hîc dicit expressè. & *C. de his qui ad Eccle. confu. praesenti.* §. *sicubi.* & *C. eo. in bona.* quae intelligitur secundum istum §. vt quandoque deferatur reo, quandoque actori: quia non distinguit ibi. & actori quandoque defertur iuramentum in defectum probationis: putà cum habet vnam bonam praesumptionem, siue vnum bonum, & honestum testem: nec habito respectu ad quantitatem causae, & qualitatem personae, vt non sit praesumptio, quod pro tanto debeat deierare, defertur iuramentum ipsi actori. ad hoc praestat optimum *arg. ff. de leg. tut. legitimos.* & § *de renun. super his.* in fi. & § *de procu. ex insinuatione.* & sic intelligitur. §. *de probat. sicut consuetudo.*

a Praeter iuramentum proprium, quod in causa praestatur secundum Host.

b ¶[*Pro illo.*] Scilicet pro actore. Bernar.

DE EXCEPTIONIBVS.

¶*Suprà visum est de iure actorum, quo muniuntur vel lanceis, seu gladijs: meritò subiicitur ius reorum, quo muniuntur vt clypeis & loricis. Sicut. n. actiones sunt arma actorum: ita exceptiones arma reorum. Vel sic suprà visum est de probationib. in genere, & in specie. sed quia vt plurimum fundata intentione actoris reus opponit peremptoriam, vel alias exceptiones contra probationem actoris, congruè igitur ex ordine subiicitur tractatus de exceptionibus.*

De hac materia habetur 3. q. 6. §. exceptio.

[D]*Enique.*] Tria sunt dicta. Secundum ibi. *Quod si.* Tertium ibi, *Caeterùm.* Abbas.

CASVS. Quaesitum fuit à Papa, vtrum in personas testium crimina obiici possint, vt à testimonio repellantur, quibus ante iuramentum, vel depositionem nihil fuerat obiectum. Respondet Papa, quod possint opponi distinguendo in hunc modum, si crimina obiiciuntur, de quibus nondum fuerant accusati, sed tantum opponuntur in modum exceptionis, crimina illa probari debent antequam causa per sententiam terminetur: quae si probata fuerint, testes à testimonio repellentur: quia dicunt canones: testes absque vlla infamia, vel suspicione, vel macula manifesta in ferendo testimonio requiruntur: quòd si sola crimina, de quibus alio tempore conuicti, vel confessi fuerint, in iudicio testibus obiiciuntur, à testimonio repelluntur: quia eorum confessioni non est credendum contra alios, nisi prius se probauerint innocentes. Caeterùm quaereret aliquis: ecce crimina probata sunt contra testes in modum exceptionis: nunquid debent testes puniri poena ordinaria? Respondet Papa, quod propter hoc non debent puniri poena ordinaria: quia in eos accusatio iuris ordine non procedit, sed sufficit, vt à testimonio repellantur, vt crimen, quod eis obiicitur, non contingit causam, de qua agitur. Nota, quod testes sine omni infamia debent esse. Item testes conuicti, vel confessi de crimine in iudicio, à testimonio repelluntur. Item nullus debet puniri sine accusatione. Item secundum modum agendi punitur aliquis. Haec decretalis intelligenda est, & notanda secundum illam. §. *de testi. testimonium.*

† Cap. 1. eo. tit. in 2. compil. Vide l. 1. cum notatis C. de testibus. & Bald. dum in l. 3. §. l. Iulia. ff. de testibus. & Bart. post glossam in l. cum apud. C. de testi.

CAP. I.

[D]ENIQVE † quod in dicta, & personas testium: & *infrà.*

¶Si crimina testibus obiiciuntur[c], de quibus non fuerant hactenus accusati[d], sed tantùm per exceptionem opponuntur, probatio illorum criminum exhibenda[e] est, antequam causa per sententiam[f] terminetur: cùm (sicut[g] canonica instituta declarant) testes absque vlla[h] infamia, vel suspicione, vel manifesta macula, in ferendo testimonio requirantur.

¶Quòd si sola crimina, de quibus ab alio tempore conuicti, vel confessi[i] fuerunt, testibus obiiciuntur, à testimonio repelli possunt: quia sicut Stephanus[k] † Papa, & alij † Pontifices multi Romani testantur, nones sufficit, si probetur criminosus.

† Epistola 2. refert Burchardus l. 2. decr. c. 164.

† scilicet Felix, Calist., & Damasus, quorum refert Burchardus de hac re, dict. lib. 2. decr. c. 169. 171. & 172.

c ¶[*Obiiciuntur.*] Hanc decretalem intellige secundum tenorem illius decr. §. *de testibus.* c. testimonium. & secundum tenorem illius decretalis, *praesentium. s. de testibus.*

¶*Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

d ¶[*Accusati.*] Si enim accusati, & confessi, vel conuicti fuissent, indistinctè repellerentur, etiam sine alia probatione si hoc constaret: vt §. *de testibus.* testimonium. & *c. super eo.* Item, *arg. contra.* q. 3. c. *si testes* §. *item. l. Iulia.* Sol. aliud secundùm leges, vbi nô repellitur ob obiectum criminis, nisi condemnatus fuisset, & infamis effectus: secundùm canones sufficit, si probetur criminosus.

e ¶[*Exhibenda.*] Statim, vel infra terminum competentem à iudice statuendum § *de prob. licet.* & § *de offic. deleg. prudentiam.* § *sexta. arg. seruata distinctione illius Auth.* C. *de testib. Auth. si* [illegible] *dicatur.* Bernar.

¶*Vl. seq. ponit op. Tanc. secùdò ponit aliã, quã in fine determinat.*

f ¶[*Per sententiam.*] Quidam dicunt, vt Tanc. quod hoc est verum in illa exceptione, quae obiicitur in personam testis, quae ante sententiam debet probari. illa verò quae in dicta testium opponitur, l. cùm testis arguitur de falso, vel actor vsus fuerit falsis testibus, vel instrumentis, vsque ad xx. annum, pôt opponi. *C. de falsis. querelam.* &] *eo. cum venerabilis.* sed in causa matrimoniali in infinitum: posset agi de falso: quia sententia lata contra matrimonium non transit in rem iudicatam per tractũ tpis.]. *de re iudicatur.* & *c. consanguinei.*]. *de eo qui duxit in matr. cum haberet.* & 35. q. 9. *lo. 1 mulier.* §. *his ita respondetur.* Sed si de falso ante sententiam fuerit obiectum, & non probatum, post sententiam opponi non pôt, nisi appellatum fuerit. *C. de fid. instru. l. vlt.* Et idem vt dicendum, vt alij dicunt, de hac exceptione, quae opponit in personas testium, scilicet quòd in causa appellationis iterum posset opponi: nam in causa appellationis pôt opponi exceptio peremptoria, quae debuit proponi ante sententiam. *C. sen. res. non pos. l. 2.* sed haec est exceptio peremptoria, saltem per obliquum, siue indirectè, quia probato quòd testes sint periuri, vel aliàs criminosi, nô debêt admitti, aliàs videretur, quòd haec exceptio esset dilatoria. quod nô est verum, & praeterea potuit esse, quod illa ignorabat in priori iudicio, & post appellationem didicit, quod modò obiicit: vnde saltem cum iuramento, si hoc ante appellationem nô fuit protestatus, debet admitti. §. de test. praesentium. quod hic dicitur: antequam causa per sententiam terminetur, supple, nisi fuerit appellatum: aliàs verum est, quòd hic dicitur, quod citra appellationem non audietur.

g ¶[*Cùm sicut.*] Supple, quae si crimina obiecta, si probata fuerint, testes repellantur, & subdit causam cùm, quia testes absque vlla, & c. sicut canonica &c. & sic lege hanc literam.

h ¶[*Absque vlla.*] [Vt 3 q. 7. *testes* & 3. 4 *praemi.*[b] & alia sunt canonica instituta, de quibus hic loquitur.

b Et suprà de testi. licet & cum litteris secundum Host.

i ¶[*Conuicti, vel confessi.*] Vnde repellitur, si haec ostendantur sine aliqua probatione. § *de test. testimonium.* idem erit & si modo conuincantur vt in praedicta *testimonium.* V ibi dixi, vt si in crimine perseuerant, repellantur & in ciuili, & in criminali: si sût emendati, admittantur in ciuili, & criminali, cum criminaliter agitur: dummodo non sit non commutata infamia, & hoc est quod sequitur in *fi.* §. *nisi prius* &c. In criminali verò nullo modo, quãtumcunque egerint, contra testantur, vt ibi.

k ¶[*Stephanus.*] 3. q. 11. c. 2. & 3.

¶*Gloss. seq. obiicit ad vtramque distinctionem, & soluit.*

a ¶ *Innocentes.*] Si fuerint conuicti per testes, non vr̃, quòd possint probare se non esse tales: quia talis negatiua non admittitur contra testes, s̃ *de probat. ad nostrã.* & si fuerint cõfessi, nõ possũt probare cõtrariũ. q̃ enim quisquis sua voce dilucide ꝓtestatus est, in eodẽ casu proprio testimonio infirmare non põt. s̃. *de probationibus. per tuas.* & *C. de non numerata pecunia. generaliter.* quia cõfessioni primæ standum est. s̃. *de præsumptionib. litteras.* & expone, innocentes, s. per pœnitentiam[a]. s̃. *de testi. testimonium.* Littera ista, nisi prius se probauerint innocentes, sic debet intelligi. i. nisi probauerint se emendatos de crimine, & egisse pœnitentiam: & hoc si fuerit, innocẽtes reputantur, & ita demũ admittuntur, vt dictum est in notula proxima. vnde non obstante eo quod confessi, vel conuicti fuerint: & hoc ꝓbare possunt per sacerdotem suum. 50. *dist. in capite* & 2. q. 1. *si peccaueris. in fi.* & j. *de præsumptio. nemo.*

non est credendum contra alios eorum confessioni, nisi priùs se probauerint innocentes[a].

¶ Cæterùm[b] si de criminibus ad solam exceptionem obiectis, testes conuicti fuerint, siue confessi[c], pœna[d] ordinaria mulctari non debent: cùm accusatio in ipsos secundùm iuris ordinem non procedat. Sufficit ergo, vt à perhibẽdo testimonio repellantur, præsertim vbi crimen, quod eis obiicitur, causam, de qua agitur, contingere[e] non videtur.

¶ Innocentius iij. Archidiacono Richemundiæ.

¶ *Reo excipiente de excommunicatione contra actorem, non obstat communionis replicatio.*

CAP. II.

A† Nobis ex parte tua fuit quæsitum †, vtrùm is, qui excommunicato in locutione, vel oratione scienter communicat, excommunicatum ipsum à sua possit accusatione repellere, cùm ille communionem huiusmodi replicet contra eum. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd ipse ab accusatione[f] illius poterit remoueri, cùm primus à communione fidelium sit exclusus, secundus verò tantùm à sacramentorum[g] participatione sit † remotus.

b ¶ *Cæterùm*] Rñsio tacitæ quæstionis: posset aliquis quærere, an testes, quibus crimina probantur in modum exceptionis, sint propter hoc puniendi? Respondetur quòd non.

¶ *Gloss. seq. argumentũ remittit, argumẽto respondet, & iterum arguit ad aliam casum.*

c ¶ *Siue confessi.*] Ex eo quod dicit, confessi, est optimum argumentum, quòd testes tenentur respondere, an sint criminosi: quia si tenentur confiteri, cum opponitur exceptio contra eos, vt innuit hæc littera; multò fortius quando examinantur. De hoc dixi *supra de testibus, cùm causam.* & quod dicit, cõfessi & hoc intellige, quando examinabantur, & interrogati fuerunt a iudice super crimine: & ipsi sunt confessi, licet respondere non tenerentur, & ideo non creditur eis, cum taceant in crimine[b]. Vel dic, quod debent interrogari, quando crimina in modum exceptionis testibus opponuntur, vt dictum est, cum in littera ipsa hoc dicatur. sed illud nunquam vidi fieri. Et est arg. quod si iudex recusetur coram arbitris, potest ab eo quæri, & debet inde dicere veritatem, & hoc vidi fieri sæpe.

d ¶ *Pœna.*] Vt s̃ *de ordine cognitionum, cùm dilectus.* vbi de hoc *ff. de his qui notantur infamia.* Lucius.

¶ ¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem, & soluit, quod hoc est speciale, & dat simile.*

e ¶ *Contingere*] Si enim crimen quod obiicitur testi, contingit causam, de qua agitur, non solùm repellitur, sed etiam punitur: sicut cum vir accusat vxorem de adulterio, & ipsa excipit de lenocinio, quòd ipse tradidit eam adulterandam *ff. de adul. l. 2. § si publico.* sic & testis, qui in testificando vacillauerit, siue falsum dixerit, punitur. *Cod. de test. nullum.* & 4. q. 3. c. *si testes. §. item quod falso. sim.* s̃. *de conf. super.* & s̃. *de elect. super eod. c. per inquisitionem argu. aliàs puniri non debet.* quia non agitur de hoc: vt hic dicit, sed in eo in quo agitur, scilicet quia repellitur à testimonio.

A *Nobis.*] Communis diuisio: secunda ibi, *Nos.* Abbas Sicul.

C a s v s. Aliquis est excõicatus maiori excõicatione, putà Titius: Martinus participauit Titio scienter in locutione, vel oratione: & sic Martinus est excõicatus minori excõicatione: ecce Titius accusat Martinum. Martinus excipit contra Titium dicens ipsum esse excommunicatum maiori excõicatione: Titius replicat contra Martinum dicens: Tu non potes excipere contra me, quia tu scienter participasti mihi in oratione, vel in locutione: quæritur, vtrùm Martinus possit repellere Titium à sua accusatione, non obstante replicatione Titij? Rñdet Papa quòd Titius bene potest repelli à sua accusatione non obstante replicatione: quia Titius remotus est à cõione fideliũ. Martinus verò solummodo à participatione sacramẽtorum. Nota, q̃ excõicatus maiori excõicatione repellitur ab agẽdo sed minori excõicatione ligatus nõ repellitur, quia nõ est remotus à cõione fidelium.

¶ *Glos. seq. obiicit, & tripliciter soluit.*

a *Ista enim sunt cõpatibilia, aliquem deliquisse, & pœnituisse, & hoc tenent, licèt Tãc. Vinc. Goff. Phil. & Inn. hic dixerint, quòd probata erat innocentia, eo ipso quod non probat cõtrariũ: allegat de præsum. dudum. cũ similibus. Io. And.*

†Cap. 1. eo. tit. in 3. cõpilatione. *Et de materia vide Siluestrum* in sum. verbo, excommunic. *Sotum* li. 4. sent. dist. 22. q. 1. ar. 4.

† *requisitũ.*

b *Concor.* l. 2. & *ibi Bal.* §. quod obseruare. C. de iur. calũ. gio. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiurand.

¶ Idem Audicen. † Episcopo.

¶ *Habens plura beneficia, contra aliũ de pluralitate non excipit. h. d. Ioan. And.*

CAP. III.

CVm † Ecclesiasticæ prouisionis officium: *& infra.* ¶ Mandamus, quatenus Ia. faciatis Præbendæ illius, de qua per Cælestinum prædecessorem nostrum noscitur inuestitus, pacifica possessione gaudere: cùm exceptionem illam, quòd præfatus Ia. in alia Ecclesia beneficiũ possidet, ei non possint opponere[h], quos constat varia beneficia in diuersis Ecclesiis obtinere.

f ¶ *Accusatione.*] Dubitatio fuit in hoc. cùm enim priùs cõmunicauerit ei, nõ videbatur postea ei obiicere posse excõmunicationẽ cum approbauerit mores illius. j̃ *de accusa. nullus.* s̃ *de iureiurando. quemadmodum* & *ff. de adult. l. si vxor. in fi.* & *ff. de neg. gest. Pomponius.* 18. q. 2. *dilectissimi.* 32. q. 5. *horrenda* & 4. q. 3. c. *si testes. §. item si quis testibus.* & j̃. *de his, quæ fi. à maio. parte. cap. ex ore.* Item non debet alij obiicere, quòd ipse noluit seruare, j̃. *de præbẽ. per illorum* & j̃. c. *prox.* & j̃. *de appel. ad hæc.* & s̃. *de elect. bona* 1. Sed his omnibus potest rñderi cũ Aug. Nõnullos sunt nemini, quos inuiti tolerant. vt 24. q. 1. *quisquis.* Præterea alia est solutio. prædicta locum habent in accusationibus: vt j̃. *de sent. excom. in præsentia.* vt si aliquis participauerit excõmunicato, nõ potest ei postea opponere excõicatione, vel ipsum denunciare, cum ipsum non duxerit vitandum. de loquitur illa decre. in præsentia, secus in exceptionibus. vt hîc: quia licèt reus sit excõmunicatus minori excõmunicatione siue etiam maiori, potest excipere contra actorem, cum quæ ibet legitima defensio sit ei reseruata: vt j̃. *eo. cum inter.* & c. *dile.* cõtra innuitur hic, vbi dicit, secũdus verò &c. quod si accusatus esset maiori excõicatione notatus, non posset suum accusatorem repellere à sua accusatione: quod non est verum, vt dicunt iura proximè dicta, & alia plura. vt patet j̃. *eo. dilecta.* & c. *significauerunt.* quia nec infamis infamem, nec criminosus criminalẽ potest accusare. 32. q. 6. *nihil iniquius.* & 3. q. 7. *non dicet.* & j̃. *de adult. c. pen.* & *fi.* & *C. de adul. q̃n Alexandrum.* vnde supple ibi, maximè. Secundus verò à sacramentorum communione maximè: quia idem esset, si esset remotus à communione fidelium: licet Gratianus esset in contraria opinione per id, quod legitur 2. q. 7. *aliens.* quod patet in h. c. §. *qui est contra.* sed illud est speciale. Fallit tamen vbi prosequitur quis iniuriam suam, 4. q. 7 *omnibus.* Itẽ fallit in Episcopo. vt j̃ *de accusa. nullus.* & illud fuit statutum in odium[c] Episcoporũ: quia non debent habere prauos homines, & viles in fam lia sua. 2. q. 7. *cum pastoris.*

g ¶ *A sacramentorum.*] j̃. *de senten. excom. significauit* contra. sed illud videtur esse speciale in excommunicatis à Papa, vel potest habere locum. qñ cõicat ei, pro quo excõicatus est. j̃. *de senten. excomm. nuper.* & c. *si concubinæ.* vel ibi fuit excommunicatus cum omnibus fautoribus suis. 11. q. 3. *excellentissimus.*

CVm *Ecclesiastica.*] Hoc c. aliqui summant sic: Reus non necessarius ab exceptione repellitur per replicationem paris criminis, vel obiecti. Et hæc decretalis est difficilis quoad intellectum, & adhuc redditur magis difficilis propter dicta Doctorum. Diuiditur in duas partes. In prima ponit decretum exordium. In secunda mandatum ibi, *Mandamus.* Abb.

C a s v s. Quidam Iacobus nomine fuit inuestitus per dominum Papam de quadam præbenda vacante in Nouarien. Ecclesia, & de mandato ipsius in corporalem possessionem eius præbendæ inductus, quam non permittebãt eum Nouarien. canonici possidere: hoc proposuit Iac. prædictus in præsentia domini Papæ. E contra pars capituli exceptionem quandam proposuit contra ipsum, videlicet quod in alia Ecclesia beneficium obtinebat. ille replicauit contra eos, quòd ipsi plura beneficia in pluribus Ecclesiis obtinebant. Inn. cognita veritate mandat Laudun. Episcopo, quatenus dictum Iacobum faciat præbendæ illius pacifica possessione gaudere, de qua fuit per C. inuestitus, non obstante exceptione prædicta, quam non possunt ei obiicere, cùm & ipsi varia beneficia in diuersis Ecclesiis habere noscantur. Nota, quod qui simili impedimento laborat, non potest illud alij opponere. Item exceptio exceptione siue replicatione tollitur.

¶ *Glo. seq. ponit opi. Vin. quam in fi. approbat secundo opi. Tan.* & *l. contra quam opp.* & *respondet. demum quartã,* & *opi. ponit, quã probat per rationem,* & *per locum a diuisione.*

h ¶ *Opponere.*] Vincẽtius dixit in hoc loco, q̃ nomine collegij, vel Eccle-

† *Dicitur* sic, *deest in plurimis antiquis.*

† *Laudun.*

† Cap. 2. eo. ti. in 3. compil. *Facit ad decisionem, quod habetur in c. infames. §. item cum in Euange.* 3. q. 7.

c *In odium Episcoporũ, scilicet, ob. dicentiũ, & non curantium adimplere, quod officio incumbit, vt notaui supra in c. 1. de sup. negl. prælat. super glo. in ver. Alia.*

Ecclesiæ poterant opponere hãc exceptionẽ & illi qui nõ habebant plura beneficia, nisi in suo, & Ecclesiæ. sed hoc nõ ꝓfuit: quia Papa Cælestinus scienter cõtulerat illis Ia. beneficium, & ideo non poterant opponere. *Arg. s. de offi. deleg. pastoralis. §. præterea. &* *j. de rels. do. consiituimus.* Et dic, quod bene admitteretur exceptio, nisi iã fuisset missus in possessionem, & confirmatus prout hic fuit: vt patet in antiqua, & hoc vbi dicit: pacifica possessione gaudere. T. & I. dicebãt, quod nomine Ecclesiæ nõ poterant illã opponere: quod enim in suis personis æquum putabãt, in aliis nõ poterant se tobare. *supra de consti. cum oẽs. 19. dist. si Romanorum. 31. q. 6. nihil iniquius. 4. q. 3. si quis testib. ff. de reg. iur. cum par. & j. de adul. c. pen. & vlt.* Sed dic, quod nomine Ecclesiæ poterat obiicere: quia electum ecclesiæ, nec 16. q. 6. *si Episcopum. & j. eõ. cum Venerabilis.* Sed non debent propter hoc admitti: quia nec alia via consequerentur id, quod volebant, quod esse non debet. *s. de procu. cum.* & quia non expedit Ecclesiæ hanc exceptionẽ opponi, immò expedit Ecclesiæ plures habere diuites clericos, vt eã possint melius defendere, & imperium, & fiscus abundabit vtens subiectis locupletibus *in Auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. 1. coll. 2.* Sed pone, quod aliqui sint, qui nõ habent plura beneficia, nunquid possunt opponere? Dicunt prædicti Tanc. & Io. quod nõ sint admittẽdi: quia sic alij essent consecuti per illos, quod per se non poterant, quod fieri non debet. *ff. de bo. lib. quærit. arg. 16. dist. sicut non suo. ff. de admi. re. ad ciuis per l. 2. in prin.* Item isti nõ habentes plura beneficia, qui obiiciunt hanc exceptionem: aut elegerunt alios, aut electi sunt ab illis. Si alios elegerunt, tali exceptioni renunciãsse videntur: vt *s. de consti. cum accessissent j. de prab. pro illorum.* Si verò electi sunt à talibus, non possunt hoc obiicere, cum habeant causam ab illis, qui hoc opponere non possunt. *arg. 16. q. 3. si sacerdotes. in fi. & ff. de in. do. cum in fundo.* & indignum est, vt illi admittantur ad repulsionem illorum, quorũ repellerentur auctores. *s. de test. licet ex quadam.* Et ex hoc sequitur, si aliquis non facit mentionẽ in rescripto de beneficio suo, quod capitulum non potest obiicere de falsitate rescripti, cũ eis non cõpetat talis exceptio, & tñ rescriptum nõ valet: sed tamẽ valet quantũ ad hoc. *j. de prab. pro illorum.* Plerũque enim datur actio ei quo non põt agere, & ideo quia reo nõ cõpetit exceptio. *ff. si ser. vendi. l. 1. §. pen. & s. quod me. cau. ad audientiam. & s. de iureiu. debitores.* Mihi vĩ. quod ꝙ Vin. melius dixit, non obstantibus rationibus assignatis: & ideo illi saltẽ qui nõ habent alia bñficia, bene possunt hanc exceptionẽ opponere, & defendere Ecclesiam. *j. de concess. prab. ex parte. & j. eo. dilectis.* immò vnus solus põt se opponere: *vt 12. q. 2. non liceat.* quia vtilitas Ecclesiæ in hoc procuratur, & ideo audiendus est. *j. de his quæ fi. a maio. par. c. cum in cunctis. & 31. di. Nicæna.* quin illi, qui se opponunt, procurent vtilitatem Ecclesiæ, non dubitatur: quia si iste, qui plura beneficia habeat, reciperetur, læderetur Ecclesia: cum non possit continuam residentiam facere, ad quam de iure communi tenetur, & ita non posset Ecclesiæ deseruire. fauore enim Ecclesiæ, & propter vtilitatem ipsius Ecclesiæ statutum fuit, vt clerici debeant in Ecclesia residere. Nec obstat quod dicitur, quod isti receperunt alios habentes plura beneficia, ergo non possunt amplius hanc exceptionem opponere: hoc non est verum. Si enim semel male fecerunt, non sequitur, quod postea idem facere debeant [a]. Et licèt renunciauerint exceptioni suæ contra vnum, non renunciant contra alios. & quia res inter alios acta non prodest aliis nec nocet *j. de re iud. c. pen. cum suis concor. arg. ad hoc j. de priuil. si terra. & c. accedentibus.*

PAstoralis.] Diuiditur: nam in prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio: in qua duo facit. Primò ponit decretum, & ipsius causam. Secundo pœnam, & tres casus exceptos ibi, *Ita quod.* Abbas Sicu.

Casvs. Quidã malitiosè dilatorias exceptiones ꝓponebant, vt causarũ terminatio differretur: ad istorũ malitiã compescendam statuit Papa, vt infra certũ terminum assignandũ à iudice, oẽs dilatoriæ exceptiões ꝓponãtur, ita quod si partes post terminũ aliquas voluerint proponere, quas in termino nõ fuerũt protestatæ, nullatenus audiantur, nisi de nouo post terminum exorta fuerit. vel nisi ille qui ea opponere voluerit, fidẽ faciat iuramento se post

¶ Idem Episcopo Helien.

¶ *Iudex statuere debet terminũ ad omnes dilatorias proponendas: post quem excipientem non audiet, nisi in tribus casibus hîc exceptis.*

CAP. IV.

PAstoralis †: *& infrà:* ¶ Quoniã per dilatorias exceptiones, malitiosè nonnũquam causarum terminatio prorogatur, inquisitioni tuæ respondẽdo decernimus, vt infrà certum tempus à iudice assignãdum, omnes dilatoriæ [a] proponantur, †: ita quòd si partes ex tunc [b] aliquas voluerint opponere, quas non fuerint protestatæ [c], nullatenus audiantur [d] †: nisi fortè aliqua de nouo [e] sibi competens exorta fuerit: vel is, qui voluerit eam opponere, fidem faciat iuramento, se postmodum [f] ad illius notitiam peruenisse.

¶ Idem Monachis † Farsen.

¶ *Excommunicatus excipere, appellare, & omnem defensionem facere potest: sed reconuenire non potest.*

CAP. V.

CVm † inter Priorem, & Conuentum de Argentolio † ex parte vna, & nobilem virum S. de Malileone † diœcesis Pictauien. ex altera, super damnis, & aliis coram vobis ex delegatione nostra quæstio verteretur, procuratore ipsius nobilis vestrum volente declinare iudicium, eo quod duos ex vobis habebat suspectos: ꝓcurator monasterij alle-

terminum ad illius notitiã peruenisse. Not. quod iudex põt statuere terminũ ad dilatorias ꝓponendas: nec postmodũ possunt ꝓponi nisi in tribus casib. hic cõtentis, s. si fuero ꝓtestatus, si de nouo mihi competat, vel si iurem postmodũ eam ad meam notitiam ꝓuenisse. Item quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent. Item per iuramentum ꝓbatur conscientia alicuius. Item nota hîc casum, vbi iuramento vnius creditur in præiudicium alterius.

¶ *Glo. seq. rece. p quæstio.*

a ¶ *Dilatoriæ.*] Secus de peremptoriis, & de exceptione excõicationis [b], quæ possunt proponi quandocunque, de his dic. *j. eo. exceptionem.*

b ¶ *Ex tunc.*] i. post terminum statutum à iudice, & finitum.

¶ *Glo. seq. rece. per quæstionẽ, nũquid sufficiat generalis protestatio.*

c ¶ *Protestatæ.* s. de testi. p̃sentiũ. & intellige protestatæ nominando expressè exceptiones, quæ scribi deberent. s. *de proba. qm̃.* vt si velit ꝓponere exceptionem recusationis, illam primò dẽt ꝓponere & super illa tñ procedere, de aliis põt protestari sic: saluis aliis dilatoriis, quæ tales sunt, & debent nominari, probandis suo loco, & tempore postquam cognitum fuerit de suspicione. de hoc dixi *s. de prob. qm̃.* nec sufficit dicere in genere, salui aliis exceptionibus: quia per hoc nulla videretur prouisio huius decr. *j. de confirma. vti. vel inut. bona. at. j. de dolo, & contu. ex literis.*

¶ *Glos. sequens inducit simile, declarat tex. not. quod terminus præcludit viam excipienti, dat simile in accusante.*

d ¶ *Audiantur.*] Sic etiam dicit lex, quod si aliquis proposuit vnã exceptionẽ, & succubuit, si vult aliam postea proponere, hoc faciat infra terminum constitutũ. *instit. de excu. tut. §. quod aũt.* & hoc verum est, quòd simul possunt proponi, cum alicui cõpetũt plures exceptiones, quæ non sunt contrariæ, sed in contrariis secus: vnde si primò proposuit vnam, & succubuit: volens postea ire ad aliam, bene admittitur. *C. de inof. test. contra maiores. & j. eo. pro∂ audiuis.* & ita patet, quod hîc perditur exceptio, si non proponatur infra terminum constitutum, sed actio non perditur. Simile in accusatore: quia si non prosequitur accusationem suam infra terminum, postea non auditur. *j. de accusat. veniens. & C. qui accu. non pos. l. 1. & 4. q. 5. quisquis.* de hoc dictum est *s. de proba. licet.* immo punitur in libra auri, qui exceptionem dilatoriam post litis ingressum proponit. *C. de excep. l. si quis aduocatus.*

¶ *Glos. seq. rece. per q. quid si post lit. contest. oritur.*

e ¶ *De nouo.*] Post terminũ statutũ, idẽ esset, si etiã post litẽ contestatã exorta sit *s. de of. dele. insinuãte.* quia quæ de nouo emergũt, nouo auxilio indigẽt. *ff. de inter. act. de ætate §. ex cã.* & noua res nouũ cõsiliũ, & remediũ exigit. *ff. de vẽ. insp. l. 1. in pr.* Et si noua cã allegetur, puta quia fideiussor mortuus sit, iterũ æquum erit præstare cautionẽ. *ff. vt in pos. le. planè.* & nouis morbis noua cõuenit antidota ꝓparari *s. de iura. calũ. caterũ. 50. dist. vt cõstitueret.*

¶ *Glossa sequens inducit simile: quærit, quid si post contestationem innotescit: ponit opi. affirmatiuam: soluit negatiuè.*

f ¶ *Postmodũ.*] s. post terminũ cõstitutũ, infra quẽ oẽs dilatoriæ proponãtur. sic *s. de testi. præsentiũ.* & ita iuramentũ est hîc, & ibi legitima probatio. Sed quid si post litẽ contestatam vellet iurare, quod post ipsam contestationem ad notitiam ipsius peruenit, quæ tñ non est exorta de nouo, sed erat ab initio, puta consanguineus erat iudex impetrãtis, vel inimicus, vel vasallus iudicis, vel aliqua alia causa similis: sed hoc reus ignorabat, nunquid dẽt audiri? Dicũt quidam quod sic. Mihi videtur, quod amplius nõ audiatur: quia ab initio debet inquirere de huiusmodi dilatoriis: quia vigilantibus, & non negligentibus iura subueniunt. *ff. qui. ex cau. ma. no enim. ff. de eden. volũtas.* facultati. & negligentiæ suæ imputet. Neque enim oportet per singula momẽta onerari actorem. *ff. vt in pos. l. si is a quo §. vlt.* sic enim nõ esset litium finis. & hoc quod dicit hîc locum habet in exceptionibus facti, & nõ iuris: quia neminem licet ius ignorare. *ff. de iur. & fact. igno. l. regula.*

CVm inter.] Con. diuisio. Secunda ibi, *Inquisitioni.* Abbas Sicul.

Casvs. Inter Priorẽ & conuentũ de Argẽtolio ex parte vna, & S. nobilẽ virũ Picta. diœcesis ex altera cõtrouersia sup qbusdã damnis & reb. aliis vertebat coram partib. corã delegatis iudicibus propter hoc cõstitutus, ꝓcurator ipsius nobilis excipiẽdo ꝓposuit, quod duos de iudi. habebat certa rõne suspectos, ꝓcurator monasterij alle-

Margin notes (left): † Cap. 3. eo. tit. in 3. cõp. *Et pro intellectu v. Antonium de Butrio in c. item cum quis. de re. iu. & in c. licet causam. de proba. adde Baldum in l. ff. quod vi aut clã. j. de tes. in l. fi. C. de excep. & in l. ... Bar. ff. de re iudi. j. Vide tex. in Auth. qui semel. cum ibi no. C. de proba.*

a *Concor. l. 2. ff. de sena. & l. si cui. §. fi. ff. de acc. & Bar. in l. semel. ff. de regu. iur.*

Margin notes (right): † *Hæc duo verba, monachis Farsen. desunt in antiquis.*

† Ca. 2. tit. de iudiciis. in 4. cõpil.

† *Aglentorio.*

† *Malo.*

b *Idem Ho. & Gul. in Spec. eo. tit. §. 2. ver. sed nunquid post. & hoc est verum hodie per Clemen. excommunicationis. e. tit. vbi vide Ioan. And.*

e *Id est, qui bene ignorauit factum, non ius: ac si diceret, si ignorabam iudicem cõsanguineũ. sed si ignorabam cum recusari posse, mihi imputabitur. Ioan. And.*

gauit, ꝙ cùm nobilis excõicationis vinculo teneretur adstrictus, exceptionem huiusmodi proponere non valebat: Iudices consuluerunt dñm Papam, & ipse rñdet, ꝙ ipsi nobili quælibet legitima defensio reseruatur in iudicio, & pcipuè iudicis recusatio, cum periculosum sit sub iudice litigare suspecto: & Apostolica sedes iudicibus suspectis causam ex certa scientia non committit: vnde non consideratur fauor excommunicati, sed æquitas iudicãtis: & absurdũ esset, vt reo contra actorem defensionis copia denegetur, sic cõdemnaretur, qui deberet absolui aliqñ: nec excõmunicato deneganda est absolutionis sententia, qñ est in causa absolutionis: & si condẽnetur, potest appellare, si contra iustitiam fuerit condemnatus: & eadem ratione alia suffragia in vno, & eodem iudicio non denegantur eidem. Sed excõicatus reconuenire actorem non potest: nec si in defensione sustinet, ad impugnandũ extendatur. Nota, ꝙ periculosum est litigare sub iudice suspecto. Item in iudiciis æquitas seruanda est, & non fauor. Itẽ iudicium claudicare nõ debet. Itẽ excõmunicatus potest appellare, & oĩs legitima defensio est illi salua in iudicio, sed agere, vel reconuenire non potest. Item fauorabiliores sunt rei, quam actores.

† *Vide Host. in sum. tit. de recusat. §. quæ sunt iustæ causę.*

† *Alias, scientia. Et de hac clausula, ex certa scientia, quid operetur, Ṽ. Antonium Gabrielẽ lib. 6. com. tit. de clausulis. conclusio. 1.*

gauit parti eiusdem nobilis (cum esset vinculo excommunicationis adstrictus) exceptionis huiusmodi beneficium interdictum: *& infrà.* ¶ Inquisitioni vestræ duximus respondendum, quòd prædicto nobili legitima defensio [a] in iudicio reseruatur, & maximè iudicis recusatio †: cùm periculosum sit corã suspecto [b] iudice litigare: ac suspectis iudicibus sedes Apostolica causam de certa conscientia [c] † non cõmittat: vnde in talibus non excommunicati fauor attenditur, sed æquitas iudicantis; cum non debeat claudicare [d] iudicium: ac satis videatur absurdum, si actore impugnante, reo defensionis copia denegetur, quia sic condemnaretur multoties absoluendus. ¶ Porrò cùm excommunicato, quando in causa absolutionis existit, non sit iusta deneganda sententia, nec interdici debet eidem appellationis remedium [e], si contra iustitiam condemnetur, qua ratione in vno, eodẽmque negotio ipsi alia legitima [f] subtrahantur suffragia, non videmus †. Cæterùm non sic in reconuentione [g] sancimus, ne quod in defensionis remedium substinetur, ad impugnationis materiam extẽdatur [h].

¶ *Ista sequens inducit duo similia. Secũdò obijcit, & soluit. Tertiò quærit, & soluit.*

a ¶ *Legitima defensio.*] Hic manifestè patet, ꝙ excõicatus potest excipere, & defendere se in iudicio: vt ſ. *eo. dilecti. & c. dilecta. & c. significauerũt.* & põt appellare, & appellationem prosequi ĵ. *eod. c. vlt.* & eadem defensio competit excõicato, quæ competit non excõicato, sicut eadem defensio competit seruo, quæ libero. *ff. de accu. seruos.* Et libertus, qui alias patronum accusare [a] non potest, in ipsum patronum retorquere potest accusationem, si à patrono accusetur. *ff. de bo. lib. qui cum maior. §. si libertus.* quia ignoscendum est illi, qui prouocatus voluit se vlcisci: vt ibi. Et sic potest excipere de pacto de non petendo, & exceptionem probare, nõ obstãte ꝙ lex dicit, ꝙ reus in exceptione fit actor. *ff. de prob. in exceptionibus.* quia quicquid facit, ad sui defensionem facit. Item qualiter pręstabit sacramentum calumniæ, cùm sibi non liceat ingredi sacra, multò minùs & tangere? *5. dist. ad eius verò. & 44. dist. nullo clerico.* Et quibus cætera sacramenta negantur, quomodo vnum genus sacramenti putatur posse concedi? *95. dist. illud.* In illo casu concessum est a iure in odiũ potiùs excõicati, ꝙ oĩa possit facere, quę ad causam ptinent, & sic iurabit, & oẽs participantes sibi occasione litis non incident in canonem, cùm talis cõio sit potiùs ad damnum suum, q̃ ad cõmodũ. Sed quid si excõicatus conuenitur super eo, pro quo fuit excõicatus iniustè, nũquid poterit excipere, ꝙ nõ tenetur rñdere, nisi restituatur ei cõio hominum, qua fuit iniustè priuatus? Dicit Io. [b] ꝙ sic, nec tenetur antea rñdere, dummodo ostendat, ꝙ iniustè fuit excõicatus. *3. q. 2. c. 1. & 2. q. 5. super causa. in fi.* quia omnia iura sunt restituenda corporalia, & incorporalia. *2. q. 1. nullus potest. & 3. q. 2. c. si Episcopus.* Et sic not. quòd qui remotus est à quolibet actu legitimo, tamen excipere potest.

a *Concord. tex. in l. venia. ff. de in ius vocan.*

b *Et verè hoc verum, si agat excõmunicator, vel si quis fecit illum excommunicari: secus si alius. arg. ſ. de test. ipso. frequens. lib. 6. Ioan. And.*

b ¶ *Suspecto.*] Vt 3. q. 5. *quod suspecti. C. de iudi. apertissimi.*

¶ *Glo. seq. arguit, & remittit.*

c ¶ *Conscientia.*] Arg. quòd sententia lata à iudice suspecto possit retractari, si detecta fuerit suspicio: quia litteræ sic obtentæ nullam videntur conferre iurisdictionem. De hoc dictum est ſ. *de rescrip. ad audientiam 2.* Et not. quòd omne rescriptũ habetur suspectũ, quod de conscientia Papæ non emanauit, vt ſ. *de resc. cùm dilecta.* & ĵ. *de confir. vti. vel inuti. porrecta.*

d ¶ *Claudicare.*] Not. æqualitatem seruari in iudiciis. ſ. *de iud. nouit.* & *4. q. 4. c. 2.* & *3. q. 9. c. vlt.* nec debet actori licere, quod reo non licet. *ff. de reg. iur. non debet. 2.*

e ¶ *Remedium.*] Quia sicut põt excipere, vt dictum est, sic potest appellare: vt *3. q. 9. decreuit.* & ĵ. *eod. c. vlt.*

f ¶ *Legitima.*] Arg. quod qua ratione vnum alicui conceditur, & omnia, quæ sunt eiusdem censuræ, sunt concedenda. *arg. 4. dist. denique. in fi. & 5. dist. ad eius verò.*

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

g ¶ *Reconuentione.*] Sic ergo patet, ꝙ licet possit excipere, & appellare, non potest tñ reconuenire. rõ redditur in littera sequenti. qñque tñ admittitur reconuẽtio, vbi non admittitur conuentio. *3. q. 8. cum in agendo. & ff. de iud. l. 2. §. sed si agant.* Sed nunquid potest excõicatus cõpensare? Dico, ꝙ non: quia qui cõpensat, quodammodo agit: sed si ageret, repelleretur per exceptionem: ergo non potest compensare. *ff. de compen. quæcunque.* immo & si vellet compensare: & ab aduersario admitteretur, iudex ex officio suo ipsum debet repellere. ĵ. *eo. exceptionẽ. in fi.* quia quod vna via prohiberetur, alia consequeretur: quod esse non debet. *supra de procu. c. tua.* Bern.

† *Facit ad hoc tex. in l. cum ibi nota. Cod. de condicendo bus.*

h ¶ *Extendatur.*] Sim. ĵ. *de Eccles. ædifican. cùm dicat Apostolus. in fi. 1. resp.*

¶ Idem Monachis Farseñ. †

† *Farfensem.*

† *Franenem.*

† *In quibusdam ita. Is merẽtem ij. Archidiacono Rachemundo.*

¶ *Excipiens non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur. Et exceptio falsi potest etiam post sententiam opponi.*

CAP. VI.

CVm † venerabilis frater noster I. Sabineñ. Episcopus coram dilectis filiis nostris R. tituli sanctæ Anastasię Presbytero, & P. sanctæ Luciæ Diacano Cardinalibus, quos sibi, & R. procuratori vestro concessimus auditores, Ecclesiam sancti Viti cum suis possessionibus, & pertinentiis petiisset, asserens eandem ad se in spiritualibus, & temporalibus pertinere: Idem nondum Episcopi intẽtione fundata præponere † sic respondit: quòd & si dicta Ecclesia dudum

† *Cap. vnic. tit. de confess. in 4. compil. & de materia V. late per Dynum. in c. exceptionem de reg. iur. lib. 6 ad Romanum in l. cùm mulier ff. sol. ma. trim.*

† *proponere.*

CVm venerabilis.] Si reus, à quo res petitur, excipiat de permutatione ipsius rei facta cum actore, non fatetur per hoc actorẽ fuisse dominum. Et exceptio falsi etiam post sententiam potest opponi. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponitur facti & processus narratio. In secunda diffinitio ibi, *Intelleximus.* Prima subdiuiditur in tres. Nam primò ponit petitionem actoris. Secundò ibi, *Idem,* responsionem exceptionis, & probationis reorum. Tertiò ibi, *Ad hæc,* replicationem, & probationem actoris. Secunda principalis etiam subdiuiditur in tres partes. Primò ponit quoddam motiuum diffinitionis tollens obstaculum. Secundò diffinit causam quoad spiritualia ibi, *Quia verò.* Tertiò quoad temporalia ibi, *Verùm.* Al. bis Sic dis.

CASVS. Eps Sabineñ. habebat causam cum monasterio Farseneñ. super Ecclesia sancti Viti, coram auditoribus vtrique parti concessis: petebat Sabineñ. Eps ipsam Ecclesiam à monasterio Farteneñ. cum possessionibus, & pertinentiis suis, dicens eãdem tam in temporalibus, q̃ in spiritualibus pertinere ad Ecclesiam Sabineñ. Procurator monasterij nondũ Epi intentione fundata præpropere sic respondit, ꝙ etsi Ecclesia prędicta olim fuerit Ecclesiæ Sabinen. subiecta, eam tamen Eps non potest petere, cum ex causa permutationis monasteriũ eam obtineat: ad hoc probandum, quoddam exhibuit instrumentum, in quo prima facie contineri videbatur, ꝙ Theodosius Eps cum assensu canonicorum suorum prædictam Ecclesiam sancti Viti cõcessit monasterio Farfenen. in cõcambium pro quibusdam Ecclesiis, & rebus aliis. Ad hoc Eps respõdit intentionem suam esse fundatam per huiusmodi responsionem: qa cum pcurator monasterij respõderit se dictã Ecclesiam ex permutatione facta per Sabinen. Epm obtinere, per cõsequens cõfitebatur se credere, quòd dicta Ecclesia tp̃e permutationis pertinuit ad Ecclesiam Sabineñ. quia cõtractus permutationis celebrari nõ potest nisi cum vero domino, vel cum eo qui loco domini habetur: & ad pbandum ꝙ dicta Ecclesia pertineret in temporalibus ad Epm, quosdam testes induxit, per quos ostendere nitebatur ꝙ ipse disponebat pro velle suo de bonis ipsius Ecclesiæ. His, & aliis examinatis, dominus Papa intellexit dictum Epm intentionem suam non probauisse per testes, vel per responsionem supradicti procuratoris: quia qui opponit exceptionẽ, non videtur confiteri de intẽtione aduersarij, vel per instrumentum ad hoc exhibitum ex aduerso, quia in eo Theodosius Eps, à quo permutatio facta pponebatur, non dicitur Eps Sabinen. quamuis in trãscripto, quo pcurator vtebatur, appositum fuerit Sabinen. per vitium falsitatis, licet nimis excesserit, qui trãscriptũ illud falsauit, & delictum psonæ non debeat in damnum monasterij redundare, & falsitatis

exceptio

exceptio & ante sententiā, & post, possit vsq; ad xx. ann. obiici veritate comperta nō vult Papa, q; per hoc monasterio præiudicium generetur: verumtamen quia constitit Papæ dictam Ecclesiam sitam esse in diœcesi Sabineñ. adiudicauit ei ius Episcopale in omnibus in eadē, exceptis illis, quæ p Authentica scripta eidem Epo sūt subtracta, cum exempta non probentur, quoad temporalia eiusdē Ecclesiæ absoluit monasteriū ab impetitione Epi. cùm sup hoc non probauerit se legitima præscriptione munitum. Nota, quòd qui excipit, non confitetur de iure aduersarij. Item qui aliud vel aliquid addit, vel minuit de instrumento in præiudicium partis alterius, falsarius est. Item delictum personæ non debet nocere Ecclesiæ. Itē exceptio falsi semper potest proponi vsq; ad viginti annos. item eo ipso quòd Ecclesia sita est in diœcesi Epi, ei subest in omnibus ad ius Epale pertinētibus, sed propterea nō subest ei in temporalibus, nisi illud probetur.

a ¶*Ex permutationis.*] Similem a casum habes. ʒ. *de trans. præterea.*

b ¶*Responsionē.*] Factam per procuratorem monasterij. scil. vb. dixi. præpropere sic respōdi. sed in hoc non bene allegabat Eps pro se. quia huiusmodi repentina litis contestatio non præiudicabat monasterio. in *Auth. de exh. re. §. illud col. 5. ar. 32. q. 1. apud.* & *5. q. 5. c. qui ambulat. §. sed aliud.* ibi: qui aut inconsideratè loquuntur, sentiet mala. 50. *dist. ponderet.* & meritò: quia litis contestatio directè debet fieri per interrogationem, & responsionem directam affirmando, vel negando simpliciter. ʒ. *de lit. con. c. vnico & ʒ. de elect. dudum* b. Sed hic procurator sub forma exceptionis sub conditione respondit, vt patet ex ipsa responsione, & per id quod postea sequitur in littera, vbi dicit, vel per procuratoris responsionem.

¶ *Glo. sequens enumerat actiones bonæ fidei dicens quare sic dicuntur, & in quo differunt.*

c ¶*Bona fides.*] Quæ c sint actiones bonæ fidei, habetur *Instit. de actio. §. actionum.* & connumerantur ibi. xvij. s. actio ex vendito, empto, locato, & conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pigneratitia, familiæ erciscundæ, cōi diuidūdo, præscriptis verbis q̄ de æstimato pponitur, vt si rem meam do tibi, & æstimo, vt eam vendas pro x. aut x. reddas mihi, aut rem *ff. de æstima. actio. l. 1.* & permutatio, de qua fit hic mentio, & hæreditatis petitio. Aliæ verò dñr actiones stricti iuris: vt actio ex mutuo, arbitrium, & consimilia. Nec dñr bonæ fidei, quia in eis tm̄ seruari debeat bona fides: quia in contractibus stricti iuris seruari debet bona fides: & in quocunque contractu bona fides interuenire debet. *C. de actio. & obligat. bonam.* Ideo dicuntur stricti iuris: quia non venit in eis, nisi quod strictè exigit actionis natura: vñ non veniunt vsuræ ex mora in contractibus stricti iuris, nisi specialiter sint promissæ. *ff. de negotiis gestis quia tantundem. & C. de vsuris. l.* Sed in contractibus bonæ fidei veniunt vsuræ ex tēpore moræ *ff. de actionib. empt. & vend. Iulianus §. ex vendito.* & *ff. de vsu. mora §. in bonæ fidei.* Item in actionibus stricti iuris non venit interesse, si rem dari mihi est in obligatione. secus in rem tradi vel fieri. *ff. de verb. oblig. vbi autem. §. vlt.* & *l. si fundū.* & *ff. de re iudi. si quis ab alio §. vlt.* Sed oīa ista accessoria veniūt in bonæ fidei iudiciis. *ff. de actio. emp. & vend. l. 1. in prin.* Sed nō veniunt in contractib. stricti iuris. Item in bonæ fidei actionibus quandoq; veniūt ea, de quibus nihil est cogitatum, vt ruta, cæsa, & similia. *ff. de act. emp. & vend. l. fundi. §. si rutæ. & ʒ. de caus. pos. cum ecclesia.* & ibi quædam de his tanguntur. In actionibus bonæ fidei magis exuberat officium iudicis, & pinguius quàm in actionib. stricti iuris, & istis rationibus dñr bonæ fidei, & aliæ dicuntur stricti iuris.

a *Et dissimulem, mandato ex tali propos. condemnatur, venit hic absoluitur, sed ibi respondē do confessione fuit: hic excipiēdo respondit, vt ibi not. Ioan. And.*

b *De actionibus stricti iuris & bonæ fidei accurata discussio.*

c *Et vide, quod ibi no. & consistant hac in iubes locare iuris ciuilis quæ quæritur, an interesse in hoc casu sit in obligatione, ita quòd veniat in petit. & c. si. quod dicam infra de* emp. & vend. cùm dilecti. super ver. induxit. Ioan. *And.*

fuerit Ecclesiæ Sabineñ. subiecta, cam tamen non poterat Episcopus vendicare, quam ex permutationis a causa Farsen. monasterium obtinebat, ad hoc probandum quoddā exhibēs instrumētum, in quo contineri prima facie videbatur, quòd Theodosius Eps cum suorum Sacerdotū assensu, prædictam Ecclesiā sancti Viti, pro quibus à Ecclesiis, & rebus aliis in cābium vestro duxit monasterio concedendam. Ad hæc Episcopus proposuit memorat, intentionem suā per huiusmodi respōsionē b esse fundatam: cùm enim pars vestra responderet, se dictam Ecclesiam ex permutatione facta per Sabineñ. Episcopum obtinere, confiteri per cōsequens videbatur, se credere, quòd dicta Ecclesia tēpore permutationis pertinuit ad Ecclesiā Sabinen. cum permutatio inter contractus bonæ fidei c computetur, nec cum alio, quàm cum domino, vel cum eo, qui habebatur loco domini d, legitimè valeat celebrari: *& infrà.* Porrò memoratus Episcopus ad probandum, quòd iam dicta Ecclesia ad se in temporalibus pertinebat, quosdam testes induxit, per quos nitebatur † ostendere, quòd tam dictam Ecclesiā, quàm molendina, terras, & alia bona eius, Sabineñ. Episcopi diutius possederūt, de illis pro suæ volūtatis arbitrio disponendo: *& infra.* ¶Intelleximus supradictum Episcopum intētionem suam minimè fundauisse per testium depositiones, vel procuratoris supradicti responsionem: quia exceptionem obiiciens de intentione partis aduersæ non intelligitur fuisse confessus e, vel per instrumentum ex aduerso exhibitum: cùm in eo Theodosius Episcopus, à quo permutatio facta proponitur, nō dicatur Episcopus Sabineñ. quanquam in transcripto, quo procurator vtebatur, appositum fuerit Sabinen. per vitium f falsitatis. Licèt autem g nimis excesserit, qui transcriptum illius instrumenti falsauit: quia tamen delictum personæ in damnum Ecclesiæ redundare non debet: ac non solùm ante sententiam, verùm etiam post obiici potest exceptio falsitatis: cum falsorum instrumentorum prætex-

Additio. Numerus actionum bonæ fidei, quæ sunt xvij. patet in his versibus:

Empti, conducti, mandati: depositique.
Pignora, erciscunda, communi, pro socioque.
Dotis, & hæredis, tutela: commoda gestor.
Præscriptis verbis, si mutat, sine licetur.
Ista bonæ fidei sunt, stricti cætera iuris.

Et aduerte, quòd in primo versu per *empti*, intelligitur *vendere*: quia nunquam vnum est sine altero, & per *conducti*, subauditur *locati*.

d ¶*Loco domini.*] Hoc ideo dicit: quia qui dat alienam rem, non contrahit permutationem. *ff. de re permu. l. 1. in fi.*

¶*Glo. se. obiicit, & soluit.*

e ¶*Confessus.*] Hæc regula simplex est. *ff. de excep. non vtique.* Sed nónne ex eo, quòd confessus fuit permutationem factam, per consequens est confessus, quòd sit factū de meo tuum: quia illud dicitur permutatio. *ff. de re. permu. l. 1. in fi.* & qui confitetur vnum per consequens confitetur id, quod sequitur ex illo. *8. dis. quo iure. & ʒ. de offic. deleg. cùm super. & suprà de dolo. & contu. cùm dilecti.* Præterea tacita confessio, habetur pro contestatione. ʒ. *de dolo. & contu. prout.* d Item interrogandi fit confessio, siue negatio. *22. q. 2. quod ait & 32. q. 7. quid in omnibus. & de* b *verb. oblig. l. ... §. si quis ita.* ... *cum iuramento ff. de verb. oblig.* Ad hoc dicas. quòd excipiendo de permutatione nō cōfitetur de intentione aduersarij, vt hic dicit: quia potest esse, quòd de facto fuit permutatio, & non de iure. Similiter in exceptione pacti de nō petendo debitū, quia per hoc non confitetur debitum: quia potest esse q; non iure debuit. Qui excipit, debet ita dicere Frater, non confiteor hoc quod dicis: sed si fecissem, pactum factum est mihi de non petendo. Et sic iste etiam respōdet dicendo: & si dudum fuerit, &c. quia si: non asseruit simpliciter, sed sub conditione, & ideo non præiudicauit talis confessio ipsi monasterio: quia non fuit confessio, sed exceptio; vel si pertinuit ad Ecclesiam Sabineñ. permutatio intercessit. Item si quis dicat se præscripsisse: & aduersarius dicat ego interrupi præscriptionem tuam: nónne per hanc exceptionem dicendo: ego interrupi præscriptionem tuam, confitetur de intentione aduersarij? quare ergo postea auditur probatio præscriptionis post talem exceptionem, per quā confitetur de intentione aduersarij: vt ʒ. *de test. ex tenore. ⁊ est. prox. illud*? Sed dicas, quòd nō fatetur de præscriptione, qui excipit de interruptione, nec confitetur de intentione aduersarij: & ideo debet probare præscriptionem, qui eam opponit. ʒ. *de proba. ex litteris. & ⁊ est. prox. illud.* Et sic debet dicere nō credo te præscripsisse: sed si hoc verum esset, dico quòd interrupi præscriptionem tuam: quam interruptionem probare debet, vt dicit decretalis, illud. Idem est dicendum. cùm aliquis petitur in virum, dicat: non confiteor me esse virum tuum: sed si esset, consanguinitas est inter me, & te: vt ʒ. *de testib. ex tenore.* Nam sic respondendo, non confitetur de intentione aduersarij, nec onerat se aliqua probatione, sed aduersarium, nisi tunc demùm cùm actor fundauerit intentionem suam: quia tunc exceptio probanda est: vt not. ⁊. *eo. exceptionem.*

Additio. Qualiter has exceptiones debeas proponere, & probare, & quando principale negotium, habes *C. de exceptionibus, siquidem.* Item ʒ. *de testibus. ex tenore.*

f ¶*Per vitium.*] Hoc ipso debuit succumbere monasterium. ʒ. *de rescriptis. c. olim.*

¶*Glo. seq. ponit duas lecturas, & secūdùm alterā quærit, & soluit.*

g ¶*Licèt autē*] Rūn quasi tacite q̄ sionis. Posset qs dicere, si instrumētum falsum: ergo hoc ipso debuit succūbere monasteriū. quod exhibet instrumentum falsum? Respondet Papa, delictum

† *Videbatur.*

d Et infrà de appell. cùm causam. & *taciturnitas.* ʒ. de præsum. nōnne. *Item Samaritana quæ dixit*, scio, quia propheta es, *per consequens dixit se virum habere.* 31. q. 1. *Ioa. And.*

ipsius, qui ipsum falsauit, non debet in damnum monasterij redundare. 16. q. 6. si Epis. Vel intellige potiùs, quòd allegabatur cōtra monasterium ex parte Epi. vt per hoc amitteret causam: vt s. *de praescriptis olim.* Propter consimilem falsitatem tulit Eugenius Papa sententiam contra Ecclesiam Oscenen. s. *de in integ. rest.* *tū ex litteris.* Sed quare non hic Papa tulit sentētiā contra monasterium? quia nō constitit capitulum fuisse in culpa: vt bene innuit littera ista, delictū personæ. &c.

a ¶*Ad viginti annorū.*] C. *de falsis. querelam.* De hoc dictum est s. *de probationibus licet.* ¶*Glo. seq. arguit pro. & contra. & soluit.*

b ¶*Veritate comperta.*] Sed vtrum talis sententia teneat ipso iure, dubitari consueuit, quòd non videtur: quia exceptio nō datur ex ea. ff. *de excep. qua agmi-tu.* Sed si nulla est ipso iure, qualiter incipit valere etiam post ann. xx. quia quod ab initio non valet, tractu temporis non conualescit. ff. *de reg. iur. quod ab initio. & l. pen. 16. q. 3. c. placuit. § potest vero. sic. quod si priuatus. &* s. *de elect. auditis?* Dicas, quòd talis sententia tenet, & in suo robore durabit, & seruari debet, quousque falsitas reuelata fuerit. s. *de fide instru. accepimus. §. interim* quā diu autem ius ille dubitabilis est, durabit sententia: ecce

a Contrariū videtur notasse, scilicet quod cōtra illam sit restitu. nec falsa? s. de probat. licet, in fi. 2. gl. *& ibi remissi ad spe. de sen.* ten. prola. *§. si vero est oppo quod est lata. & seq. dicebat hic Host. hic videri contraria quia dicit gloss. s. quod sentē-tia teneat, & pronuncietur nulla. dicit autem, quòd nullū no respicit veritatem plenius de hac materia vi-d. hic per* Ioan. And. in nouel.

tu lata sententia, vsque ad viginti annorum [a] spatium valeat retractari veritate cōperta [b]: nolumus, vt per id monasterio vestro præiudicium generetur. ¶Quia verò nobis constitit supradictam Ecclesiam sancti Viti constitutam esse in diœcesi [*] Sabinē. Episcopale ius in omnibus eidem Episcopo adiudicauimus in eadem: illis duntaxat exceptis, quę per authentica scripta ei noscuntur esse subtracta, cùm per priuilegium, vel præscriptionem legitimam nullatenus probaretur exempta. ¶Verùm quia dictus Episcopus, qui eandem Ecclesiam vendicabat, munitum se præscriptione legitima non ostendit, quanquam probauerit Episcopum Sabinē. bona eiusdem Ecclesię aliquanto tempore possedisse: vos ab impetitione Episcopi. quoad temporalia eiusdem Ecclesię sententialiter duximus absoluendos.

¶Honorius iij Abbati sancti Huberti, & sancti Martini Leodien.

¶*Si exceptio iurisdictionis exclusiua, propter quam fuit appellatum,* *probatur vera, Iudex appellationis non debet de principali cognoscere, sed supersedere. h. d. intelligendo quòd isti erant Iudices appellationis, & est notabilis intellectus. Pan.*

lata verò veritate tunc primo apparet, quòd nulla fuit: & ideo tūc pronunciatur nulla. sic j. *de frigid. & malef. fraternitatis. in fi.* & quicquid occasione talis sententiæ perceptū, vel obtentum est, non cassabitur: sicut per sententiā ius nō constituitur, sed si quod erat, declaratur, cùm sententia profertur. ff. *si seruit. vendicet. §. sed si quaeritur.* & hoc dicit littera ista, valeat retractari veritate comperta, sicut est in sententia lata per falsum procuratorem: quia falsitate probata iudicium nullum tunc primò apparet. s. *de procuratoribus. in nostra. &* C. *eod. tit. licet.*

c ¶*In diœcesi*] 16. q. 7. *omnes. &* 18. q. 2. *monasteria.*

Olim & infra] Qui propter exceptionem nō admissam appellat, coram iudice appellationis probare debet exceptionem esse veram. ita cōiter summatur. Sed secundum hanc summationem hæc decreta. est in dubio per c. *interposita* j. *de appellationibus* ideo potest summari aliter intelligendo, quòd hic scribitur executoribus illius sententiam, & sic excepta infra ad nullitatem sententię etiam coram executore auditur ad effectū, vt si veram esse cognouerit supersedeat. Et iste est notabilis intellectus. In prima ponitur appellantis querela. In secunda prouisio ibi, *Discretioni.* Et vt patet ex prædictis. habet iste textus duos intellectus. Secundùm primum, & magis cōe pone sic causam G. tractus corā iudice delegato opposuit quòd trahebatur vltra duas dietas, repellebatur vt in littera: demum pp exceptionem non admissam fuit appellatum: delegatus appellatione non obstante excommunicauit illum G. & fuerūt impetratæ litteræ ab aduersario super executione istius sententiæ ad istos, de quib. in suprascriptione: coram quibus G. proposuit exceptionem suam: & quia non audiebatur mandat eis Papa vt in littera patet. Secundùm alium intellectum pone casum, quòd G. appellauit, & impetrauit litteras ad istos iudices in suprascriptione contentos, quibus Papa mandauit, vt patet in littera: & iste intellectus est magis planus, & litteræ consonantius. Abbas Sicul. g. Vel sic, vt error quorundam conticeat. sic pone casum. Contra quendā G. litteræ obtentæ fuerunt ad Archiepiscopum Treueren. coram quo iste G. excepit, quòd extra suam diœcesim vltra duas dietas contra constitutionem concilij generalis vocabatur, & quia dictus Archiepiscopus super hoc eum nō audiuit, ad sedē Apostolicam appellauit: & sic iste G. obtinuit litteras ad istos Abbates intitulatos, quos Archiepūs priùs subdelegauit ex causa præmissa, petens coram eis pronunciari appellationem suam iustam,

sed aduersarius rñdit ipsum non esse audiendum: quia licèt Archiepūs distaret vltra duas dietas, ipse tñ infra duas dietas locum, & diem partibus assignauit. sed hoc nō fuit probatum: Papa consultus mandat, vt si iste G. poterit probare, quòd vocatus esset cōtra constitutionem concilij generalis, eius appellatio pronunciaretur legitima, & iudices non procedant: alioquin &c. & ita supersedere, id est, non procedere. taceant ergo, qui dicunt supersedere, id est, procedere: quia hoc nusquam inuenitur, sed primum dictum sic j *de rescrip. dilectus filius.* Io.

CAP. VII.

Olim [†]: *& infra.* ¶Nuper ex parte G. fuit propositum, quod litteris prædecessoris nostri Treueren. Archiepiscopo præsentatis, idem excipiēdo proposuit, quòd auctoritate ipsarum respondere minimè tenebatur, quia vltra duas dietas extra suam diœcesim trahebatur in causam: & quia dictus Archiepiscopus hanc exceptionem admittere recusabat, vocem ad nos appellationis emisit: *& infrà.* ¶Porrò procurator partis aduersę respondit, quòd idem G. vltrà duas dietas extra suam diœcesim minimè trahebatur, cùm ipse Archiepiscopus terminum in tali loco [d] statuerit, qui remotus ab illo non erat vltra quàm prouisum est per constitutionem Cōcilij generalis: *& infrà.* ¶Discretioni vestrę mandamus, quatenus si procurator dicti [†] G. probare potuerit [c] exceptionem,

† De materia huius decretalis, quatenus agit de dietis, v. Bar. in l. 1. ff. si quis cautio. Imolam in l. continuus. ff. de verb. ob. & Alexa. col. 2. in eq. cōsiderans verbis statuti. in 4. vol.

† prædicti

Casus. Nobilis vir V. conueniebatur per litteras Apostolicas corā Archiepiscopo Treueren. ex parte ipsius nobilis fuit propositum coram ipso, quòd auctoritate illarum litterarum rñdere non tenebatur: pro eo quòd vltra duas dietas extra suam diœcesim trahebatur in causam: & quia dictus Archiepiscopus hanc exceptionē non admisit, ad sedem Apostolicam appellauit: propter quod tam procurator ipsius, quàm partis aduersæ ad sedem Apostolicam accesserunt, coram qua procurator dicti nobilis prędicta proposuit: & procurator partis ad eius respondit, quòd dictus nobilis vltra duas dietas extra suam diœcesim non trahebatur. quia Archiepiscopus in tali loco sibi terminū statuit, qui non erat remotus ab illo, vltra quàm per concilium sit prouisum: vnde Papa mādat quibusdam iudicibus, quatenus si procurator dicti V. poterit probare exceptionem prædictam, videlicet se trahi in causam vltra duas dietas contra conciliū generale, appellationem ipsius legitimam fuisse pronuncient, & negotio supersedeant. Nota, quòd qui appellat à grauamine ante sententiam in causa appellationis, dēt probare causam appellationis veram fuisse. & hoc verum est, quando non obtulit illam se probaturum. Item nota, quod iudex potest remouere grauamen de duabus dietis.

d ¶*In tali loco statuerit.*] Ex eo quod dicitur, patet, quòd si aduersarius meus impetrauit literas vltra duas dietas extra diœcesim meam, & iudices volunt venire vsque ad locum illum, qui non distat vltra duas dietas, non possum propterea eorum iudiciū declinare: quia non trahunt me, vltra quàm prouisum est per cōcilium generale, & ita non faciunt contra concilium, vt hic littera probat, & j. vbi dicit se in causam trahi vltra duas dietas. & hoc idem dicit constitutio illa. s *de rescri. nonnulli* [b]. Sed nunquid iste reus procurabit illos veniendo ad locum. Non credo. De hoc dixi in constitutione illa, nonnulli.

¶*Glo. seq. obijcit. & soluit.*

e ¶*Probare potuerit.*] Nota, quòd ille qui appellat ante sententiam diffinitiuam à grauamine, quòd in causa appellationis necesse habeat probare corā iudice appellationis, causam suæ appellationis verum fuisse sic s. *de testi. ex parte. Ada.* Sed contra videtur, quod sufficit probare coram iudice appellationis, quòd iudex inferior exceptionem admittere noluit. s. *de offi. dele. cùm causa.* & infra de appellat. vt debitus. & melius *c. dilecto.* Illud contrarium, ex parte Adæ, soluitur in illa decreta. Alia verò contraria soluuntur per decreta. *infra de appellat. interposita* & *respon.* Cùm enim quis probabilem causam exponit, quam dicit se probaturum, & iudex ipsum repellit, & propter hoc appellatur: tunc in causa appellationis non est necesse probare causam veram esse, sed sufficit probare, quòd non fuit admissus. Si verò non obtulit se probaturum, sed illam tantum allegauit: tunc in causa appellationis probabit causam illam veram fuisse, alias ad priorem iudicem remittetur secundum tenorem illius decret. infra de appellat. interposita. & secundùm illam hodie procedendum est, & ideo in hac decret. debet probare, quòd trahebatur vltra duas dietas quia cum proposuit suam exceptionem, nō obtulit se illam probaturum, sed in decret. illa dilecto

b Hæc vera secūdū illa tempora hodie vero vt sæpius non solum locū conuētionis, sed etiam commissionis, j. de rescri. statuimus. § cum vero. & § seq. lib. 6. Jo. And.

lecto. ǰ. *de appel.* non obtulit se probaturũ, & tamẽ sufficit probare, quod no fuisset admissus ibi, nam constabat de exceptione per cõfessionem presbyteri factam corã auditore. Sed dubitabitur, an p[er] illam, vel alias legitimas fuerit appellatum, & ideo sufficit ponere, q[uod] p[ro]posuerat illas ei, & quod non fuisset admissas, & eode modo respondeas ad illã ǯ. *de offic. deleg. cum causam.* quia iudices ibi certi erant de exceptionibus: quia bene sciebant: verum habuissent iussdelegationem iudic[ẽ] & vel exequtionẽ ipsius, hodie eñ seruandam e[st], prout dicit illa *decr. interposita. de appellationibus.*

† *Lateran. sub Innocen. 3. c. 37.*

¶ *Glos. sequens recc. signandum contrarium decre. et debitum.*

a ¶ *Supersedere curetis.*] Supple. Abbatem sancti Lau. & eius conudices, ad quos G. litteras impetrauerat contra ipsius aduersariũ super prosecutione appellationis suæ procedere permittentes iuxta traditã sibi formam: alioquin isti procedent iuxta traditam sibi formã, nõ obstantibus litteris impetratis ad abbatem sancti Lau. & eius conudices. Si verò G. non probauerit se trahi vltra duas dietas extra diœcesim, Abbas iste sancti Huberti & eius conudices p[ro]cedere in negotio sibi commisso non omittant ad petitionem aduersarij, & iuxta mandatũ ad ipsos directum, non obstantibus litteris impetratis ad Abbatẽ sancti Lau. & eius conudices, sicut continetur in antiqua decr. aliàs esset manifeste contrarium n. a. ǰ *de appell. Ut debitus cum si.* Sed isti quibus scribitur, non erant iudic[es] appellationis, sed dati erant ad exequendum quasdam sententias suspensionis contra illum G. latas ab Archiepiscopo Treueren. [illegible] appellationem ab isto G. interpositam, & cognoscere d[e] b[e]n[e] de appellatione G. quia hoc eis mandatur per litteras illas. & si G. non probauerit exceptionem, procedent postea ad exequendas sententias suspensionis latas ab Archiepiscopo prædicto.

† *Vide Abbatem. & Doctores in c. penult. & vlt. de adulterijs. & Bart. in l. viro. atque vxore. ff. soluto matr. & in l. Papinian. §. Marcell. ff. de doli excep.*

† *Dictio, nobis, deest in multis antiquis.*

† *Aliàs ita: Gracacen. ecclesiæ.*

† *Hæc duo verba, exceptionis, & desunt in omnib. manuscriptis.*

a *Debitum contrary solutione vide hac plenius p Hostien. Ioan. And. & alios Doctores.*

quam coram Archiepiscopo p[ro]posuit sæpe dicto: videlicet se in causam trahi vltra duas dietas, contra constitutionem cõcilij † generalis: vos appellationem dicti G. legitimam decernẽtes, negotio supersedere [a] curetis.

¶Idem. Archidiacono Translig. & Officiali & I. Canonico Turonensi.

¶Pro defensione sua Ecclesiæ potest quis opponere exceptionem excommunicationis, periurij, vel aliam legitimam exceptionem: nec per replicationem excommunicationis, vel periurij repelli potest.

CAP. VIII.

Dilecti † filij S. & P. ac G. Canonici Ecclesiæ sanctæ Mariæ, transmissa nobis † petitione monstrauerunt, quod cũ M. Canonicus eiusdem Ecclesiæ ipsos corã delegatis à nobis traxisset in causam, super eo quòd se opponunt electioni a quibusdam Canonicis Gracen. † factæ de ipso in Priorem Ecclesiæ supradictæ: iidem proposuerunt, quòd dictus M. non debebat audiri, eo quòd excommunicatus erat, & periurij crimine irretitus. Cúmque dictus M. præfatis G. & P. periurium, & S. excommunicationem in modum [exceptionis, & †] replicationis obijciens, eorum exceptionem elidere niteretur, procurator eorum proposuit, quòd eius super hoc probatio recipi non debebat: quia etsi obiectum præfatis Canonicis periurium probaretur, non essent propter hoc à defensione [b] suæ Ecclesiæ repellendi. Adiecit etiam, quòd dũ contra excommunicationem, dicto M. in modum exceptionis obiectam, excommunicatio supradicti S. replicari non poterat, quia exceptio ipsi M. opposita, & probatã eũdem repelleret ab agẽdo: replicatio verò supradictum S. nequaquam à defendendo [c] repelleret, si etiam probaretur: & infrà. ¶Ipsi verò Iudices interlocuti [d] fuerunt, quòd priùs probationes reciperent super replicatione præmissa: propter quod ad nostram fuit audientiam appellatum. Quocirca mandamus, quatenus si res ita se habet [e], reuocato in irritum, &c.

¶Gregorius IX. I. & M. Canonicis Pragen.

¶Si per exceptionem suspensionis, contra quam replicatur de nullitate, ordinatio Ecclesiæ retardatur: fit absolutio ad cautelam.

CAP. IX.

Apostolicæ † sedis: & infrà. ¶Sanè vobis apud se-

Dilecti.] Per excommunicationis, & periurij exceptionem à sua, vel Ecclesiæ suæ defensione quis repelli non debet. Prima pars ponit petitionem appellantis. Secunda dat iudicem, ibi, *Quocirca.* Abb. Sic.

Casvs. Quidam canonicus Grand[ĩ] ñ. M. noĩe electus fuit in priorem eiusdem Ecclesiæ: S. P. & G. se opponebant electioni illius, vnde cõtra illos literas impetrauit: ipsi corã iudicibus constituti p[ro]posuerũt, quòd dictus M. nõ debebat audiri, pro eo quòd erat excommunicatus, & periurus. Sed dictus M. cõtra G. & P. in modũ replicationis obiecit periuriũ, & excõicationem cõtra S. Scilicet vt eorũ exceptionẽ eliderent: sed p[ro]curator illorũ respõdit, q[uod] probatio illius electi super hoc recipi nõ debebat: quia etsi illa etiã probaretur, nõ essent p[ro]pterea à defensione suæ Ecclesiæ repellendi: & si excõicatio contra dictum electum p[ro]bitetur, in modum exceptionis repelleretur ab agendo. Sed replicatio excommunicationis probata non repelleret à defendendo. Iudices interlocuti fuerunt, quòd priùs reciperent probationes super replicatione p[rae]missa, p[ro]pter quod ad sedem Apostolicam appellarunt: mandat Papa, quatenus si est ita, reuocetur in irritum, quicquid fuit factum post appellationem. Nota, quod excommunicati & periuri non repelluntur à defendendo. Item non d[e]bet admitti ad probandum, quo probato non prodest.

b ¶ *A defensione.*] Sic patet, q[uod] q[ui]libet admittitur ad defensionem Ecclesiæ suæ etiã periurus: quia etiam ad agẽdum, siue ad accusandum admitteretur prosequẽs suam, vel suor[um] iniuriam 3. q. 11. *remanda.* & 4. q. 1. *Ite. omnibus* ergo multò fortius ad defendendũ, cùm ad defendendum admittitur, qui alias ab agendo repellitur. ǯ. *eod. cùm inter.* & ǰ. *eo. c. dilecta.*

c ¶ *Defendendo.*] Et ex hoc patet, quòd excõmunicatus tam se, quam Ecclesiam suam defendere potest: agere verò nequaquam, vt hic & ǯ. *eo. cum inter* & ǰ. *eod. c. pron.*

d ¶ *Interlocuti fuerũt.*] Et malè: quia si hoc esset probatum, non repelleretur: quia excommunicato vel criminoso licitum est defendere tam se, q[uam] Ecclesiam suam. ǯ. *eod. cùm inter.* Et est *arg. quod non debet quis admitti ad probãdũ, quo probato non prodest. C. de probat. ad probationem supra de offic. deleg. cum contingat. in fi.* vbi de hoc.

¶ *Glo. sequẽs not. alle. & quãm contr. in contrarium alleg. §. iura, & solut.*

d ¶*Ius Episcopale.*] Hic manifestè patet quòd iura Epalia præscribũtur: vt ĵ *e. cũ olim.* de hoc dicitur 16. q. 3. *quicũque.* Sed videtur, quòd Abbas nõ potuerit pscribere hmõi exceptionẽ cõtra illud. ṡ. *e. cũ non liceat. & ṡ. de cõsue. cũ inter.* sed bene potuit pscribere illas Ecclesias, si legitimè eas illas possederit. vt ṡ. *e. de quarta.* & sic Abbas, illas habebat pleno iure, sed Abbas suã propriam libertatem præscribere non posset, sed alius, cuius nomine ipsam allegaret. ĵ *eo. cùm ex officij.* si super hoc haberet tale quale priuilegium. *ar. ṡ. de consue. cũ dilectus.* & ĵ. *de priui. cùm olim.* Item patet, quòd omnia iura, quæ Abbas potest possidere, potest præscribere. ĵ *eo. cùm olim* [c] sed non alia, quæ enumerantur 68. *d. quamuis Corepiscopus.* vnde ea, quæ ad vtramque legẽ spectãt, potest pscribere: vt hîc patet, cognitio enim causarũ matrimonialium iure communi spectat ad iurisdictionẽ Episcopi. ĵ. *de excess. prælat. accedentibus* quam præscribit Abbas, vt infrà sequitur. ius Episcopale genus est, & habet multas species sub se, quæ enumerãtur. ṡ. *de offi. ord. conquerente. & c. dilectus.* & ĵ. quædã enumerãtur, vt ibi dicit circa possessionem & cætera, quæ sequuntur.

e ¶*Præscripsisse.*] Sic ergo Abbas iste tuebatur se duplici iure: scilicet exemptionis, & iure præscriptionis, quæ iura sunt contraria. ĵ. *eo. veniens.* quia si tutus erat iure priuilegij, nõ potest pscribere: quia quod meũ est ex vna cã, ex alia meum fieri nõ potest, suprà de fide instr. inter dilectos. Sed dicas, quòd simul nõ pposuit ista duo, sed de vna exceptione trãsiuit ad aliam: quod fieri potest. *arg. 24. q. 1. quisquis. ff. de excep. nemo. C. de transact. interpositas* [d]. *suprà de causa poss. & propri. pastoralis. & ṡ. de testi. significauerũt. & ff. de acq. poss. naturaliter. §. nihil* & generaliter licitũ est de vna defensione transire ad aliam. *arg. bo. ṡ. de proba. licet, & ĵ. eod. cùm olim.* nisi vbi ius contrarium prohibet. *ff. de reg. iu. nemo. ex his.* vel sub distinctione simul proposita fuerant: vt si hoc, vel illud probauerit Abbas obtineat, & nisi fortè per tantum temporis spatium Ecclesia vacasset. Bernar.

¶*Glo. seq. obiicit, & duplicitèr soluit.*

f ¶*Si per illa.*] Cælestinus exemerat a iurisdictione Epi loca, quæ illi Reges donauerant libertati: cum autem per priuilegia Cęlestini nõ constaret, quòd vallis de Heuescam, in qua Episcopus petebat ius epale, esset de illis locis donatis libertati ab illis Regibus: mãdat Papa inspici priuilegia illorum Regum, & si per illa priuilegia constiterit, quòd vallis de Heuescã sit de illis locis, apparet, quòd Cælestinus exemit locum, scilicet vallem de Heuescam, & sic Abbas obtinebit: nec habet locum postea probatio vacantis Ecclesię: sic prius cognosci debet de hoc articulo tanquam præiudiciali.

g ¶*Subducto.*] Sic ṡ. *eo. c. 1. & c. de quarta. & c. cum vobis*: quia tunc defensore carebat. sic *C. quo. & quan. iud. si præses* [e]. sic & absenti adiiciuntur tot anni, quot fuit absens. *C. de præscr. long. temp. auth. quod si.*

¶ *Gloss. seq. obiicit, soluend. obiect. repetit.*

h ¶*Interruptionem.*] Sed contrarium videtur, quòd si interrũpit quoad quæ laim: ergo quoad omnia ex iure Episcopali promouentia: nam qui autem hominis tetigit, totum hominem tetigisse videtur. *de pœn. dist. 1. vulgaris. arg. C. de duo. re. l. vlt.* [f] hoc tamen vt sciens se habere ius Episcopale, vno tantum vtitur. *ar. ff. de ser. rust. præd. vna est via. & ff. quemad. serui. ami. si stillicidij. §. vlt. & ff. de ser. vt pomum. ad fi.* Sed non est ita: vt hic patet. & ĵ. *de capell. monac. cùm dilectus.* licèt enim præscribatur in vno capitulo, non præscribitur in alio: vel si fiat interruptio in vno, non prodest in alio.

i ¶*Sancti Petri.*] Fortè percipiebantur nomine Romanæ Ecclesiæ. *arg. ĵ. eo. diligenti.* sed Abbas allegabant ad se pertinere ministerium perceptionis. ĵ. *eo. ad audientiam.*

¶ *Glossa sequens signat contrarium, & ibi remittit, quærit, allegat pro, & contra, & soluit.*

k ¶*Imponentes.*] Sibi imputet Episcopus, qui tanto tempore gesta taciturnitate firmauit. *C. de his, qui à non domino manu. l. vlt. in fi.* & sic patet, quòd negligentia prælati nocet Ecclesiæ. *Argu. contra*: quia taciturnitas non videtur nocere successori. *supra eo. nihil.* vbi de hoc. *arg. ad hoc. ff. de pet. here. si quidem possessor. §. si quid autem.* Sed nunquid ei, qui non potest agere, currit præscriptio? Videtur, quod sic, sed restituitur. *ff. de itine. actuque priua. l. 1. si quis propter.* & *ff. de serui. rust. prædio. Attilicinus.* Sed contra videtur *arg. infra de appella. ex ratione.* & *C. de anna excep. l. 1. in fine.* quia vbi nulla petitio, nulla mora *ff. de verbo. oblig. ac l. si pupillus.* & *ff. si certum petatur. l. lecta.* Dicas ergo, quòd præscriptio semper currit: sed si læditur quis, restituitur ex iusta causa. *ff. ex quibus causis maiores. l. 1. in fine. & l. ait prætor. §. primo & secundo.* nisi lex impediat cursum præscriptionis: vt in *l. 1. C. de ann. excep. in fine.* & in casibus, qui notantur. *suprà eodem. cùm non liceat.* & *ff. de iudi. l. 1. §. penultimo.* in casu tamen non fit restitutio, quando currit præscriptio, cùm potest habere recursum contra impedientem, cuius dolo res perit. *ff. de dolo. arbitrio. §. dolo.* & hoc si soluendo est ille dolosus: alias fit restitutio contra aduersarium. *ff. de dol.*

a Et suprà de ma. & obe. inter quatuor & de hoc Ioan. And.

b Hæc glossa in manuscriptis desideratur, in quibusdam autem vetustis impressis habetur.

c Adde, quòd præscriptione quæritur quasi dominiũ. l. cùm postulassem. damni & ibi Bar. ff. dam. infe. & l. 3. ff. de vsur.

d Dico trãsactionẽ motam factam, vt cũ sermo. Ioan. And.

† Hodie v. concilii Trident. sess. 24. de reformatione c. 20.

e Non nocet adulto iudiciũ contra eum habitũ dum defensore, vt curatore carebat. Ioan. And.

f Si ex vno fonte vnus est cõtractus pluriũ creditorum: interpellatio vnius prodest aliis: & idem si plurium debit. quia vnius interpellatio prodest quoad alios. Ioa. And.

l. & elegante.§.si dolo. illud tamen scias, quòd vbi quis læditur in præscriptione, restitutionem petere debet infrà quadriennium. *C.de tempo. in integ.rest.l.vlt.* vbi verò non currit, semper seruatur illæsus, nec est aliqua restitutio ibi facienda. Laurentius tamen super hoc dixit, vt notatur *suprà de in integ.resti.auditis.* in notula secunda, illa Ecclesia, &c.

¶Idem Parisień Episcopo.

¶*Non potest subditus contra superiorem visitationem, aut procurationem ratione visitationis debitā, in seipso præscribere: quamuis alius in personam alterius præscribere posset vtramque.*

CAP. XVI.

CVm † ex officij sui debito Senoneń. prouinciam visitaret Archiepiscopus Senoń per Parisiensem diœcesim transitum faciens, ad Abbatis S. Maglorij, Prioris de Castres, & quorundam aliorum Ecclesias eiusdem diœcesis, necesse habuit declinare: à quibus cùm procurationem sibi debitam postularet, ipsi eam inhumaniter negauerunt [a]: ad suæ negationis defensionem hoc solum allegantes [b], quòd nō meminerint se procurationem huiusmodi prædecessoribus eiusdem Archiepiscopi exoluisse, nec ab eis aliquando fuisse petitam [c]: & infrà. ¶Nos igitur præmissam allegationē eorum nullam penitus [d] reputantes; cùm contra procurationem [e], quæ ratione [f] visitationis debetur, præscribi nequiuerit, quemadmodum nec contra visitationem [g] ipsam potest aliquo modo præscribi, etsi alius contra eum præscribere posset vtranque †: Mandamus †, quatenus sententiam, quam in huiusmodi contemptores, de antiqua metropolis consuetudine [h] tulit Archiepiscopus memoratus, vsque ad satisfactionem condignam facias obseruari, quia secundùm Apostolum: [Qui † spiritualia seminat, non est magnum si metat carnalia: cū nemo cogatur suis stipendiis militare.] Si quid enim aliud [i], quàm superiùs fuerit allegatum, contra intentionem Archiepiscopi obiicere voluerint, & probare: Nos eis faciemus iustitiam exhiberi.

CVm ex officij sui debito.] Procuratio, quæ debetur ordinario visitanti, præscribi non potest. hoc dicit secundum Io. An. Prima pars narrat factum, & allegationes eorum. Secūda ibi, *Nos igitur.* allegationem reprobat, & processum contra eos factum seruari præcipit. Tertia ibi. *Si quid* reseruat allegationes aliquas, si quas habent legitimas. Abbas Sicul.

CASVS. Archieps Senoń. dum visitaret prouinciam suam transitū fecit per diœcesim Parisień. descendit ad Ecclesias Abbatis sancti Maglorij Prioris de Castres: à quibus petiit procurationem: sed ipsi sibi eam denegauerunt, allegantes in suam defensionem, quod nunquam huiusmodi procurationem præstiterunt prædecessoribus ipsius Archiepiscopi: nec petita fuit ab eis, quod ipsi meminerint, propter quod Archiepiscopus tulit in eos sententiam suspensionis, significans hoc domino Papæ: sed ipse hanc allegationem friuolam reputauit, cùm contra procurationem, quæ ratione visitationis debetur, præscribi non possit: sicut nec contra ipsam visitationem potest aliquo modo præscribi, quamuis alius contra ipsum præscribere possit vtramque, vnde mandat Parisień. Episcopo, quod, nunc sententiam, quam tulit præfatus Archiepiscopus in huiusmodi contemptores, de antiqua metropolis consuetudine, vsque ad debitam satisfactionem faciat obseruari: quia vt dicit Apostolus, Qui spiritualia seminat, non est magnum, si carnalia metat: cùm nemo suis stipendiis militare cogatur. Si aliquid aliud voluerint allegare contra intentionem Archiepiscopi, ac probare, Papa faciet eis iustitiam exhiberi. Nota, quòd contra visitationem, & procurationem, quæ debetur propter visitationem, non currit præscriptio. Item Archiepiscopus iure metropolitico potest prouinciam suam visitare. Item nemo suis sumptibus cogitur seruire.

a ¶*Negauerunt*]Quia [a] tenebantur ad hospitalitatem. 42. *d.§. 2.& c quiescamus.*

¶*Glo. sequens ponit causam, contra quam vnam legem allegat.*

b ¶*Allegantes.*] Et malè: quia tempus non est modus tollendæ obligationis. *ff. de actio. & obli. obligationum.§.placet. Arg. contra.C. de agri. & censi.l.licibus.lib. 11.*

¶*Glo. seq. ponit opi. quam reprobat.*

c ¶*Petitam.*]Propter quod Archiepiscopus vos excōmunicauit.

d *Penitus.*]Quidam notauerunt in loco isto, quòd licet procuratio non possit præscribi, tamen si Episcopus visitat, quòd nullam recipiat procurationem, tunc potest præscribi procuratio. *arg. ad hoc ĩ. de censi. sopita.* cùm enim procuratio talis possit commutari, vt *10.q.3. relatum, ergo & remitti.* Sed non est verum, quia expressè non potest Episcopus procurationem illam remittere. *ĩ. de censi. cum Venerabilis. Arg. contra. infra de dona. pastoralis.* Item ratio legis obuiat eis, nam quamdiu quis habet haustum, & iter debet habere. *ff. de serui. rusti. prædio. l. 3. §. vlt.* & licèt ager sit sterilis, ita quòd nihil inde percipiat, tamen retineo vsumfructum in eo. *ff. de vsufru. arboribus § vlt.* Ioan.

e ¶*Procurationem.*]*ff. de offi. præsi. plebiscita. & ff. de offi. procon. solet. §. vlt. & l. obseruare.*

f ¶*Ratione visitationis.*]S in. ĩ. eo. c. *accedentes.* vbi de hoc.

g ¶*Visitationem.*]Illud esset præscribere obedientiam, quod esse non potest. ĩ. eo. c. *cùm non liceat. & ĩ. de consuet. cùm inter.* & sic patet, quòd idem iuris est in accessorio, quod in principali, vt si principale, scilicet visitatio non præscribitur, nec procuratio, quæ accedit visitationi. in. fin. ĩ. *de so. compe. si diligenti.* & ĩ. *de offi. deleg. prudentiam ad fin.* & contra correctionem non licet suffragium quærere. infra *de appel. ca. reprehensibilis. & ca. ad nostram.*

h ¶*Consuetudine.*] Præscripta. *9. q. 3. conquestus.* immò de iure communi. *ĩ. de censi. sopita.* cum de iure communi debuerit visitare: cum Episcopus est negligēs [b]. *9. qu. 3. cùm simus.* & de iure communi debet habere tunc procurationem, vt hic patet: quia nemo suis stipendiis cogitur militare, vt hîc dicit. & *10. q. 2. precariæ. & 13. q. 1. ca. Ecclesias. § hinc itaque. & 28. q. 1. iam nunc. in fin. & infrà de simon. cum sit Romana.*

i ¶*Aliud.*] Vt si haberent priuilegium. ĩ. *eo. accedentes*, vel si aliquando absoluti fuissent. *arg. ĩ. de censi. sopita.*

† *Vtrunque.*

† *Alias: idcoque mandamus.*

b *De hoc præter notata hic per Doctores dicitur in c. si. ĩ. de censi. li. 6. vbi plene. Io. And.*

† 1. ad Cor. c. 9. cuius verba sunt, *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus.*

† Cap. 6. eo. tit. in 3. cōp. *Et de materia visitationis, & procurationis, vi. concil. Later. sub Alex. iij. ca. 4 vbi plenè, & cōcil. Later. sub Inno. iij. c. 33. adde concil. Oxoniense ca. vt singul. & concil. Tri. sessio. 24. de reformatione c 3. & Bernardinū Diaz. reg. 396. inci. procuratio, seu visitatio.*

a *Hanc glo. in antiquis nō reperio.*

¶Idem Pisano Archiepiscopo.

¶*Qui alieno nomine possidet, non præscribit, & etiam is, qui proprio, nisi habeat bonam fidem, & iustum titulum, si præsumptio est contra eum. Hoc dicit secundùm Ioannē Andr. addita suppletione. Panor.*

CAP. XVII.

SI † diligenti: & infrà. Cùm Iudicatus Calaritanus ad ius, & proprietatem beati Petri

S*i diligenti.*] Not. pro intellectu ca. quòd titulus non requiritur in præscriptione quadragenaria contra Ecclesiam, nisi cùm ius commune, vel præsumptio est cōtra præscribentem: vt in *ca. 1. ĩ. eo. tit. lib. 6.* Diuiditur, nam primò inducit vnam rationem contra Archiepiscopū, & secundò reprobat excusationem ipsius per locum à diuisione. Secunda ibi, *Nos igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Archiepiscopus Pisanus fecit sibi præstari iuramentum fidelitatis nomine suo, & Ecclesiæ Pisanæ à Marchione Massæ iudice Calaritano pro illo iudicatum, cum tamen iudicatus pertineat ad Romanam Ecclesiam. Papa hoc intelligēs mādauit Archiep. Pisano, vt eū absolueret ab eo iuramento, vt illud postmodum exhiberet Ecclesiæ Romanæ, eo non obstante. vnde Archiepiscopus misit nuncios suos ad dominum Papam, vt super hoc se excusaret, respondens eidem, quòd postquam fuit in Archiepiscopum assumptus, iuramentum illud fidelitatis recepit ab illo iudice pro Ecclesia Romana, & hoc idem fecit antecessor suus: Papa verò audita responsione, & aliis, quæ nuncij sui proponere voluerunt, rescribit eidem Archiepiscopo in hūc modum dicens, quòd iudicatus Calaritanus ad ius, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinet, sicut tota Sardinia nullo mediante: vnde non licuit ei pro se, vel Ecclesia, prædictum exigere iuramentum: & intellectis, quæ nūtius ipsius proposuit coram Papa, non intellexit ipsum vel Ecclesiam suam alio iure iuuari, cū auctoritatem Apostolicæ sedis super hoc non ostendat, per quā iuramentum illud aliquando sit exactum, nec præscriptione aliqua muniatur: immò secundū confessionem Archiepiscopi non Ecclesia Pisana, vel ipse Archiepiscopus fuit in quasi possessione exigendi huiusmodi iuramentum, quod pro ipsis iudicibus pro sede Apostolica confitetur fuisse receptum, per quod constat, quod Ecclesia Romana semper fuit in quasi possessione: quia ministerio illius, & antecessorum suorum pro Romana Ecclesia exactum fuit, & præstitum huiusmodi iuramentum: ille enim possidet, cuius nomine possidetur. Si verò Archiepiscopus dicat, quòd nomine suo, & non nomine Romanæ Ecclesiæ iuramentum fuit exactum, posset ei inferri, quòd ipse violauit iuramentum præstitum pro conseruando iure, & honore Romanæ Ecclesiæ vnde licitè retinere non posset, quod contra huiusmodi iuramentū scienter fuit obtentum, cùm secundùm hoc præscriptio locum habere non posset: cùm in præscriptione rerum Ecclesiasticarum bona fides, & iustus titulus exigatur: & si præscriptio locum posset habere, non tamen posset centenariam præscriptionem probare, quæ sola currit contra Romanam Ecclesiam. Nota, quòd confessio præiudicat extra ius facta. Itē ille possidet, cuius nomine possidetur. Itē bona fides, & iustus titulus requiruntur in præ-

† Cap. 7. eo. tit. in 3 cōp. *Et de bona fide, & qualiter probetur, vi. Ium. & ima. in 6. si. ĩ. eo. Oldradum cō si. 244. & Pam. de Cast. cons. 153. adde Bal. in l. si. C. de edicto diui Hadr. tollen.*

c *Hic casum Bernardus ciuil & in antiquis codicibus habetur vsque ad illa verba in hunc modū dicens, nam casus Bernardi ea finit præscribit eidem Archiepiscopo, prout patet in littera.*

in præſcriptione rerum eccleſiaſticarum. Item ſola centenaria præſcriptio currit contra Romanam Eccleſiam.

a ¶*Tota Sardinia*] *Arg. quod eodem priuilegio cenſentur membra, & caput ſ.eo.cùm non liceat.12.diſt.de his.& c.non licet.&* j.*de cog. ſpi.ſup. eo.*

b ¶*Confeſſionem.*] Quæ ſibi præiudicauit in hoc. ſ. *de confeſ. cùm ſuper. & c.vlt.* vbi de hoc. vnde præſcribere non poterat, cùm ſciret rem ad litem pertinere, vt infrà dicitur.

b ¶*Confeſſionem.*] De qua habuiſti in parte decisâ.

c ¶*In quaſi.*]Hoc ideò dicit, quia incorporalia non poſſidentur, ſed quaſi poſſidẽtur, *ſup.de cau. poſſeſſ. cùm Eccleſia. & ff. de vſucap.l.ſequitur.§ ſi viam.*

d ¶*Nomine poſſidetur*] Et ita ille poſſidere intelligitur, cui⁹ nomine alius poſſidet, ſ. *de reſt. ſpo.cum venifſent & ff. de acquir. poſſeſ. quod meo. ff quemadmodum ſerui. amit. l. a vſu retinetur.*

e ¶*Nomine tuo.*] Hoc non poteſt habere locum, niſi quando ſciret, vel crederet hoc iuramentum pertinere ad Romanam Eccleſiam: & hoc ipſe Archiepiſcopus confitebatur, quòd anteceſſores ſui nomine Romanæ Eccleſiæ receperant huiuſmodi iuramentum: vnde ſequitur, quòd ſi dicat, quòd nomine ſuo recepit iuramentum, ſic fecit contra fidelitatem vſurpando ius Romanæ Eccleſiæ, Et ideò dicit, quòd præſcribere non poſſet, cùm non oſtendat titulum, & habeat malam fidem ᵇ: qui enim ſcit rem ad alium pertinere, vel credit, non poteſt præſcribere, nec habeat titulum cuius nomine præſcribat: ſed iſte non oſtendebat auctoritatem ſedis Apoſtolicæ, vnde non poterat præſcribere. Finem huius notulæ intellige prout *not.in glo.ſeq.ex hoc.*

pertineat, ſicut tota ᵃ Sardinia nullo pertinet mediãte, tibi non liquit pro te, vel Eccleſia tua, à Marchione Maſſæ Iudice Calaritano fidelitatis exigere iuramẽtum: *& infrà.* ¶Nos igitur, quæ nuncius tuus proponere voluit, pleniùs circunſpectis, non intelleximus te, vel Eccleſiam tuã ſuper hoc aliquo iure ſubnixam, cùm auctoritatem ſedis Apoſtolicę non oſtẽdas, per quam à iudicibus Calaritanis tu, & anteceſſores tui fidelitatis exegeritis iuramenta, nec pręſcriptione aliqua muniaris: cùm ſecundùm confeſſionem ᵇ tuam, non Eccleſia Piſana, vel tu fueris in quaſi ᶜ poſſeſſione iuris exigendi huiuſmodi iuramentum, quod † per ſedem Apoſtolicam ab ipſis iudicibus receptum fuiſſe fateris, per quod conſtat Eccleſiam Romanam, ſemper in quaſi poſſeſſione fuiſſe, cùm pro ea miniſterio tuo, & anteceſſorum tuorum exactũ fuerit, & præſtitum iuramentum: & is etiam poſſidere, dicatur cuius nomine ᵈ poſſidetur. Si verò dicatur, quòd nomine ᵉ tuo, & anteceſſorum tuorum, & non nomine noſtro, & Eccleſię Romanę fuerit iuramentum exactum, poſſet inferri, quòd iuramentum pręſtitum de conſeruando iure, & honore ſedis Apoſtolicæ fuerit violatum: vnde licitè retineri non poſſet, quòd contra iuramentum huiuſmodi fuerit ſcienter obtentum: quia etiam ſecundùm hoc locum pręſcriptio habere non poſſet: cùm in præſcriptione rerum Eccleſiaſticarum, bona ᶠ fides, & iuſtus titulus ᵍ exigantur †: & ſi etiam locum potuiſſet habere præſcriptio, nõ credimus centenariam præſcriptionem (quę ſola currit aduerſus Romanam Eccleſiam) poſſe probari.

¶Idem Epiſcopo Lucano.

¶*Abbas in capellis præſcribere poteſt iura Epiſcopalia, obtinet tamẽ in his ſolis, quæ præſcripſit. Hoc dicit quoad titulum.*

¶*Glo ſequens recitetur per q an præſumatur bona fides, & tenet quod ſic, niſi in quatuor caſibus; ponit demum caſum, quo ſci. mala res aliena &c. ſubdit, quod mala fides tradentis non nocet: alleg. contrarium, & ſoluit.*

f ¶*Bona fides.*]Illud generaliter verum eſt, quòd ſecundum canones bona fides pręſcribentis neceſſaria eſt, ſiue de re ſpirituali, ſiue ciuili. j. *eo. quoniam. & ſ. eo. vigilanti & 34 q. 2 ſi virgo.* & bona fides intelligitur, cum aliquis credit tradentem eſſe dominum, vel habere ius diſtrahendi, licèt erret in facto ᶜ *ff. de verb. ſignif. bona fidei.* & hæc bona fides ſemper pręſumitur ᵈ, niſi probetur contrarium, cũ lex dicat, præſumi ignorantiam, niſi probetur ſcientia: *ff. de proba. l verius.* Quandoq; præſum contrariũ pter denunciationis vigorem. *C. de rei vendi. l ſi fundum.* vel quia mercatur aliquid contra leges. *C. de agri. & cen. l. quemadmodum. lib. 11.* vel ſi emiſit à procuratore meo colluſionem, vel qui à emit à prodigo, vel luxurioſo, cui bonis interdictum eſt, cum ſciret protinus illum conſumpturum pecuniam. *ff pro emp. l qui fundum. § qui ſciens. & l. ſi quis.* Quandoque tamen quis habet cõſcientiã rei alienę, & tamen vſucapit, vt ſi decretum iudicis interuenit. *ff. de noxa. actione. & generaliter & 16 q. 3 placuit. & c quicunque & ſ. eo. c. 1.* Illud tñ ſcias, quod non obſtat accipienti mala fides tradentis. *ff de diuer. & tempo. præſcrip. an vitia. Arg. contra. C de præſcrip. long. temp. Auth. mala fides* S. d illud intelligitur de præſcriptionibus x. vel xx ann vbi bona fides ab vtraque parte exigitur, ſed in xxx. vel xl an. præſcriptione ſecundũ leges non nocet 16. q 3 *c. placuit § poteſt & §. quod ſi mala fide. C. de præſcr. xxx. ann ſi quis emptionis. ſ. eo. vigilanti* Item dicitur bona fides, licèt quis erret in iure. *arg. j de iure patro. cura.* ſed illud intelligitur aliter, vt ibi dicitur. & *ff. de pet. hære. ſed & ſi § ſcire.* licèt ſecus ſit in vſucapione *ff de vſucap. nunquam. 2.* Item & ſi habeat conſcientiam dubiam, bona fides dicitur. *c ff. de vſuc. l. qui ſcit. § bona fides.*

¶Glo ſeq. alleg. vnam c. nc. & vnum arg. obijcit per quatuor capita & per rationẽ, ſoluit primo rationem demum ponit opinionem quam reprobat ſoluens poſtea principalem obiectionem.

g ¶*Iuſtus titulus.*] Ex hoc videtur, quòd bona fides non ſufficiat ſine iuſto titulo. ſic j. *de dec. c. dudum.* quia ex ſolo curſu temporis ius non conſtituitur, ſicut nec tollitur. *ff. de actio. & obligat. l. obligationum. § placet.* ſed contra videtur, quòd bona fides tantùm ſufficiat in huiuſmod. præſcriptionibus. j. *eod. quoniam omne. & ſ eo. vigilanti. & c. de quarta & ſ. de cau. poſ. cum Eccleſia* in quibus tñ ſufficere videtur bona fides, cùm de titulo ibi nulla fiat mẽtio. immo videtur, quòd iſta contraria ſint. ſi enim aliquis habet iuſtum titulum, puta priuilegium, ſiue conceſſionem, iam ſecurus eſt. vñ poſtea non eſt ei neceſſaria præſcriptio: vel ſi iam præſcripſit, non eſt neceſſe impetrare priuilegiũ, immò impetrando vnum, alij renunciare videtur. j. *eo. veniens.* & quod ſemel meum eſt, ex alia cauſa meum fieri non poteſt. ſ. *de fide inſtr. inter dilectos & inſtit. de actio. ſic ita que. & ff. de acquir. poſ. l. poſſideri. §. ex pluribus* ᶠ Ad hoc poteſt dici, quod titulus pro tanto dicitur iuſtus, quia dat cauſam præſcribendi licèt in veritate non ſit iuſtus: quia tunc nulla eſt præſcriptio neceſſaria *ff. de vſucapio. l. ſequitur. §. ſi ex lana.* Vnde nunũ iuſtus titulus dat cauſam pręſcribendi, ſi adſit bona fides, vt ille credat talem titulum ſufficere. & credat tradentem eſſe dñm, & ſic põt intelligi, quod dicitur. ſ. *eo. de quarta & ſ. de conſue. c. dilectus. & j. de emp. & ven. peruenit. ff. pro empt. quod vulgo & ff. pro legato. l. 4 & vlt.* Sed cũ in caſu iſto non oſtẽderet aliquẽ titulum, & ſciret rẽ ad aliũ pertinere: vt patet p cõfeſſionem illius, nõ poterit pręſcribere: ideò dicit, quòd bona fides, & iuſtus titulus requirũtur in pręſcriptione rei Eccleſiaſticæ, Io. dixit, quòd circa incorporalia non eſt neceſſe allegare titulũ, vt notatur ſecundũ eũ. *ſupra de cau. poſ. cum Eccleſia.* Sed hoc exẽplum contradicit ei. Vt ergo ſcias, quando ſit neceſſarius iuſtus titulus, & quando ſufficiat bona fides, inſpiciendum eſt, an iura illa ſuper quibus allegatur præſcriptio, iure cõi valeant ab ipſo poſſideri, necne. Si enim iure cõi poſſint poſſideri, ſufficit bona fides ad præſcribendum. Et ſic intelligũtur quaſi omnia iura iſtius tituli. *& 16. q 3 & 4. per totum.* eo ſaluo, quod dictum eſt de limite. ſ. *eo. quia.* Si vero iure cõ poſſideri non poſſunt ab eo, qui obijcit præſcriptionem: quãtumcuque habeat bonã fidẽ, non præſcribit, quia præſcriptio ius creatum reuocat, nouum autem ius non creat. vt 100. *diſt. contra morem. 93. d. illud* Sic ius decimarũ non ᵍ cadit in laicum: & ideò nulla valet ibi præſcriptio. 16. q. 1 *c. vlt. & q. 3 c. placuit. §. poteſt. ver. quod ſi priuatus. & q. 7. c. 1. & ſupra eo. cauſam quæ.* vbi non prodeſt titulus. *& 1. q. 3. quæſitum.* ſic ius eligendi nõ cadit in laicũ *ſupra de elect. ſacroſancta. & c. Maſſana & j. de iure patrona. à nobis.* & ſic intellige, j. *de deci. dudum.* quia & illi hoſpitalarij de iure communi decimas poſſidere non poſſunt, vnde compelluntur titulum oſtendere, ex quo habuiſſent cauſam præſcribendi. ſic & in monaſterio, ſi monachi nollent ſubeſſe Epiſcopo, quia allegarent præſcriptionem: cum de iure communi ſubiectionem euitare non poſſint. & generaliter obtinet hoc in his, & alijs omnibus, quæ iure communi poſſideri non poſſunt ab his, qui ea detinent: & hoc patet ex eo, quòd talia impetrantur per priuilegiũ. ergo de iure communi non poſſidentur. 100. *diſtin. contra morem* Sic Epiſcopus in parochia alterius Epiſcopi non poteſt decimas. & Eccleſias poſſidere de iure communi, vnde ſi allegaret præſcriptionem in decimis, & Eccleſiis in diœceſi alterius, allegare debet titulum, & hunc probare: & hoc probatur in quadam *decr. noua. Gregor.* quæ incipit *Venerabilium.* ʰ & cauſa de hoc fuit inter Archiepiſcopum Rothomagen. & Epiſcopum Exomeñ. & idẽ eſt de alijs parochiis inferioribus, vt vna Eccleſia in parochia alterius non præſcribat ſine titulo: & ſic intelligitur ſupra eod. ad aures. niſi illa Eccleſia, qui præſcribit, habeat titulum. ſed videtur, quòd olim ſufficiebat bona fides. ⁱ *ſupra eo. ad aures.* Bern.

† *Alias ita: quod pro ipſis de Apoſtolica. cæterum omnes manuſcripti habent, vt eſt impreſſum.*

a *Vſu retento ſeru. tuo, tem vtendo per me, vel illum, qui meo nomine ſit in poſſeſſione Ioan. And.*

b *Concor. ex. in l. ſequitur §. ſi viã. & ibi Bart. ff. de vſucap.*

c *Dynus in reg. poſſeſſor. de re. gu. iur. l b. 6. circa ſi. tractat, an erroris in facto, in iure, vel in vtroque dicatur bona fides. Ioan. And.*

d *Vide, quod not. 16. qu. 3.*

d *Dictus in gl. ſi vbi no. Ioan. ſuper bona fide, & eo. ſtat integram eto. Ioan. And.*

e *Dicit Hoſt. illud verũ ſecundũ ll. ſecus ſecundũ canones. j. c. pe & vl. ſecundum quos ſequendum eſt, quod eſt verius ratione j. de ſpon. nuc. Ioan. And.*

f *Vide de cau. poſ. c. ſi ſ. pergit. Ioan. And.*

† *exigatur.*

g *Cur ius decimarum non cadat in laicos tradit S. To. 2. 2. q. 87. ar. 3. & Sotus lib. 9. de iuſt. & iure. q. 4. q. 3.*

h *Modo incipit: Epiſcopum & habetur in c. ii eod. tit. de præſcr. lib. 6.*

i *Dic vt j. eo. c. 1. lib. 6. & Vide, quod ibi no. in mag. gl. per quã decide prolixè no. hic per Inn. & Hoſt. Ioann. And.*

impediri, quò minùs omnes, qui in Simagien. parochia, vel Comitatu consistunt, de omnibus, quæ possident, decimas sibi soluant, sicut in priuilegiis Paschalis Papæ prædecessoris nostri, & sancti Regis [a] Stephani continetur; Prælatus verò episcopus postulauit [b], vt decimas Simagiensis Comitatus infra suæ diœcesis terminos constitutas, quas detinet idem Abbas, si resti tui faceremus, nisi aliquo iure speciali [c] se ipsis possidere monstraret: & infrà [d]. ¶Chrisma [e] verò, oleum sanctum, consecrationes altarium, seu Basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros ordines promouendi fuerint, Clerici Ecclesiarum, vel capellarum ipsius monasterij, quod est in Vesprimen. diœcesi constitutum, à Vesprimen. Episcopo postulabunt, si quidem catholicus fuerit, & gratiam [f] sedis Apostolicæ habuerit, & ea gratis sine prauitate aliqua voluerit exhibere: alioquin ab alio, quem maluerint, Præsule catholico suscipiendi ea liberam habeant facultatem: sicut in priuilegiis dictis Paschalis [g], & Alexandri Papæ prædecessorum nostrorum perspeximus contineri. Nō obstante priuilegio Clementis [h] Papæ, per quod priuilegiis suorum prædecessorum non extitit derogatum, cùm de ipsis nullam [i] fecerit mentionem: præsertim cùm & ipse Clemens priuilegium illud concesserit, saluis institutionibus non solùm Romanæ Ecclesiæ, sed ipsius etiam Legatorú. ¶Nec obstare poterat præscriptio, quam idem Abbas in suum subsidium opponebat [k]: quia consummata erat, quando ab Alexandro Papa priuilegium impetrauit, iuri præscriptionis renunciasse [l] videtur †: præsertim cùm coram nobis priuilegio illo sit vsus, quod suæ intentioni [m], quantùm ad hunc articulum, contradicit [n]. Si vero nondum consummata erat præscriptio, sed erat in præscribendo: post impetratum huiusmodi priuilegium, bonam fidem non habuit: & ideo secundùm canones non præscripsit.

¶Idem in concilio generali.

¶Nec in foro canonico, nec ciuili valet præscriptio cum mala fide.

CAP. XX.

QVoniam † omne, quod non est ex fide [o] peccatum est, Synodali iudicio diffinimus, vt nulla valeat absque

a ¶*Regis.*] *Arg. quòd reges possunt dare priuilegium decimarum, & de rebus spiritualibus. 96. dist. Constantinus imperator* [a]. Sed contrarium verum est. j. *de deci. tua nos. & c. dudum.*

b ¶*Postulauit.*] Super libellis istis non formatur sententia: sed super secunda parte libelli ipsius Abbatis, in qua petiit, vt clerici Ecclesiarum monasterij liberè possint recipere sacramenta, quæ enumerantur in ver. *chrisma, &c.* & ibi incipit formare sententiam. super aliis libellis nihil dicit in hac decr. quia non pertinet ad hunc titulum. Bernardus.

c ¶*Speciali.*] Sic argumentatur 100 *d. contra morem* sc. hic Abbas ostendebat libertatis priuilegium.

d ¶*Et infra.*] Hæc [b] non est nisi pars sententiæ: super isto, infrà, defalcata fuit pars sententiæ super decimis petitis vel sic: & infrà, supple etiam, quòd Episcopus petebat, quòd Abbas, & clerici reciperent ab eo, sicut à Diœcesano Ecclesiastica sacramenta, sed ad eludendam intentionem suam Abbas ostendit priuilegium Paschalis Papæ, & Alexand. Papæ, in quibus continebatur, quòd Abbas reciperet ecclesiastica sacramenta ab Episcopo, si esset catholicus, vel gratiam sedis Apostolicæ haberet, & ipse ea sine prauitate vellet conferre. Item ostendit aliud priuilegium Clementis Papæ, in quo distinctè fuerat monasterio indultum, vt à quocunque possent ecclesiastica recipere sacramenta: quod non valuit, quia de prædictis priuilegiis Paschalis, & Alexand. non faciebat aliquam mētionem: insuper præscriptionem legitimam allegauit, vnde Papa pronūciat, vt sequitur. Sed quid de decimis petitis: quia in sententia de ipsis mentio non est facta? sed quomodo de ipsis pronunciauit, non habemus: sed si Abbas probauit de iure suo super ipsis obtinuit, aliàs succubuit: quia actore non probante reus absoluitur, *suprà de iureiuran. c. vlt.*

e ¶*Chrisma.*] Hic incipit sententia.

f ¶*Gratiam sedis Apostolicæ habuerit.*] id est, q nō sit excōmunicatus, suspensus, aut interdictus. *c. quod sedem. j. de ordi. ordi.*

g ¶*Paschalis.*] Idem videtur de iure communi, quod ab alio posset petere: & si illa clausula non esset apposita [d], quia propter malitiam, siue desidiam iudicis delegati deuoluitur potestas ad eum, qui in causa illa iudex non est. j. *de offi. ordi. significauit. suprà de fo. compe. ex transmissa. & ca. ex tenore. & 65. dist. si fortè.*

h ¶*Clementis.*] Dixit super prædictis articulis, vt illa sacramenta reciperent, à quo vellent, quod non valuit.

¶*Gloss. seq. no. & remittit: ponit opi. contrariam, & respondet.*

i ¶*Nullam.*] Sic patet, expressè quòd secundum priuilegiū debet facere mentionem de primo, ad hoc vt reuocet illud. de hoc dictum est plenè j. *de præscri. c. 1.* Quidam tamen dicunt aliud esse in priuilegio, quam in rescripto, cum priuilegium sit lex priuata 3. *dist. priuilegia.* & vna lex non debet de alia facere mentionem, sed id non obtinet in legibus cōmunibus, quas princeps habeat in scrinio pectoris sui. *C. de testa. omnium.* secus in legibus priuatis quarum non habet memoriam. suprà de offic. deleg. ex parte. sicut nec habet memoriam rescriptorum.

k ¶*Opponebat.*] Super pmissis sacramentis recipiēdis ab alio Epo.

l ¶*Renūciasse.*] Nota q priuilegium, & præscriptio contraria sunt, ex quo simul haberi non possunt, vt dixi j. *eo. si diligenti. & cap. audiuimus* quia ingressus vnius, alterius operatur egressum. simile 32. q. 1. cū renūciatur. & 100. *d. cōtra morē. ff. de separa. l. 1. §. illud. secundum ff. de minor. in causa. 2. in prin. & ff. ad muni. l. 1. ff. de leg. 1. si quando. C. de thesau. l. vni. lib. 10* sicut econuerso vtendo iure communi renunciatur priuilegio. *suprà de consti. cùm accessissent. & j. de preb. pro illorum & j. de priuile. si de terra. & c. accedentib. & c. de inofficioso. testa. l. 2. & rem ra. hab. l. 3. §. falsus procurator.* Sed videtur, quòd iure communi, & priuilegio possit quis simul vti. j. *de consuetu. cùm dilectus.* nec renunciat quis iuri militari, licèt vtatur iure communi. *ff. de mili. testa. l. 3. & 23. d. quanquam. in princ. & ff. de priuil. cre. l. antepe.* sicut iuri communi, & consuetudini aliquis innititur. *95. dist. olim & j. de censi. sopita.* Potest dici, quod hic recessum fuit à iure communi, scilicet per præscriptionem: quia impetrauit Abbas priuilegiū donationis & ex diuersis causis non pōt habere dominium. j. *ac fid. instr. sacer dotes. & ff. de acquir. poss. l. 3. § ex pluribus.* sed si ipse impetrasset priuilegium confirmationis, illud non obstaret: quia confirmaret ius quo vtebatur, scilicet præscriptionem.

¶*Glo. seq. primò declarat, in quo erat contrarietas. & qualiter dicatur præsertim: secundo quærit, arguit, & soluit.*

m ¶*Intentioni.*] Dicebat Abbas, quod licebat clericis Ecclesiarū suarum recipere sacramenta ab Episcopo, à quo vellent iure præscriptionis, & priuilegium Alexandri dicebat, quòd primò à diœcesano suo postulare tenebantur: & ita priuilegium istud quantùm ad hunc articulum contradicit, & ita impetrando contrarium priuilegium renunciauit præscriptioni, & præcipuè quia vsus est in iudicio priuilegio Alexand. Et idem esset, si priuilegio non fuisset vsus: quia eo ipso q impetrauit priuilegium renunciabat præscriptioni, & ita habebat malam fidem, & ideo non poterat præscribere post impetratum priuilegium, si nondum erat completa præscriptio: vt littera dicit. Sed si nullum priuilegium allegasset sed solam præscriptionem, nunquid alter Episcopus posset præscribere collationem istorum sacramentorum? Ex hac littera videtur, quod sic. Contra videtur, *suprà eod. si diligenti.* quia in talibus quæ sunt contra ius commune, titulus necessarius videtur, vt ibi dicitur. *& infra de deci. dudum. & c. Venerabilem* [f].

n ¶*Contradicit.*] Simile j. *de conces. preben. ex tenore. & suprà de fide instr. imputari.*

QVoniam omne.] Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit. Ita communiter summatur: sed per hoc summarium nihil inducitur de nouo: quia textus cùm esset prouisum suprà c. vigilanti. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit constitutionis causā. In secunda constitutionem ibi, *Synodali.* In tertia infert ex causa ibi, *Cùm generaliter.* In quarta concludit ibi *Vnde.* Abbas.

CASVS. Quicunque facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam: & ideo statuit concilium q nulla valeat præscriptio absque bona fide, tam canonica, quam ciuilis: quia omni constitutioni, & consuetudini derogandum est, quæ sine mortali peccato seruari non potest: & ideo oportet, vt qui rem alterius præscribit, in nulla parte præscriptionis habeat malam fidem. Nota q qui facit contra conscientiam, peccat mortaliter. Item præscriptio sine bona fide non valet. Item per hanc constitutionem derogatur omni constitutioni ciuili, & canonicæ, quæ sine mortali peccato seruari non potest. Item in præscriptione exigitur bona fides continua.

o ¶*Ex fide.*] Id est, ex cōscientia. sic exponitur. *de pœ. d. 3. ad fi. §. illud.*

a *Dic quòd iste rex sāctus erat, & Apostolicæ sedis legatus. secūdum inno. Vel secundum Hos. Rex donauit temporalia, Paschalis spiritualia. j. eo. audito. Ioan. And.*

b *Hæc non est glo. Bernardi, nec habetur in Gemblacensi exemplarib.*

e *Neque hæc glossula apparet in vetustis Bernardi exemplaribus.*

d *Contra videtur dictū videtur per c. Romana de supplen. negli. prælat. lib. 6.*

e *Vbi hoc dic & plenè not. de reg. iu. nullus. lib. 6 s. ilic. quod hic tenores primo legū & præscriptionis erant cōtrarij & ibi. Videre potes quasd. ē opi. quas hic recitat Petr. Abb. & vide quod dicā de priui. cùm personæ. lib. 6. super glo. & sic. Ioann. And.*

† *Vide l. vnicā. C. de thesau. lib. 10.*

† *Innocentius 3. in cōcilio generali Literā. c. 41.*

† *Cap. 3. e. tit. in 4. cōpila. Vide Mathesilanum sing. 23. incip. omnes, o omnes leg. 1. & Antonium a Butrio & breslinum li. 5. commu. concl. tit. de præscriptio. concl. 3.*

f *Hodie habetur. c. 1. de præscr. lib. 6.*

illud, quasi ad medium. & j. de restit. spol. litteras. 28. q. 1. §. ex his.
¶ Glos. seq. signat contrarium, & remittit: quarit, arg. pro, & contra, & soluit iterum quarit, & remittit.

a ¶ *Bona fide.*] Arg. contra. j. de iure patr. cum a. Quãdo quis dicatur habere bonam fidem, dictum est. s. eo. si diligenti in notula, et illud generaliter. & quilibet præsumitur habere bonam fidem. Sed quid si aduersarius etiam vellet probare ipsum nullo titulo possedisse, sed potius per violentiam: & sic mala fide incœpit possidere? videtur, quod debeat audiri, ex quo vult probare originem præscriptionis vitiosam. C. de pig. Auth. ne creditores. & C. de præscrip. lon. temp. in Auth. mala fides. C. de distract. pig. & quæ sub imagine. & 16. q. 3. si sacerdotes. & c. se. & c. licet. & c. 1. in fi. & 93. dist. illud. C. de præscript. xxx. ann. si quis emptionis. §. sed hac. arg. contra. s. eo. ad aures. qa vt ibi dicitur, quadragenalis præscriptio omnem tollit actionem. & C. de præscri. xxx. ann. l. pen. & vlt. Ad hoc potest dici, quod benè debet audiri, qui vult probare malã fidem ab initio habuisse: quia postea præscribere non potuit. s. e. prox. in fi. & ca. vigilanti. & ca. si diligenti. & hic [a]. Sed nũquid hic tenetur docere de titulo, cum hic tantùm dicatur de fide? De hoc dictum est. s. eod. si diligenti. in notula, ex hoc videtur.

† lib. 2. Epist. 6. c. 45. regist. B. Gregorij.

a Cõcor. tex. in l. 1. cũ ibi not. Cod. de præscr. lõg. temp.

bona [a] fide præscriptio tam canonica, quàm ciuilis [b]: Cùm generaliter sit omni constitutioni, atque consuetudini derogandũ, quæ absque mortali peccato non potest obseruari. Vnde oportet, vt qui præscribit, in nulla temporis [c] parte rei habeat conscientiam alienæ.

TITVLVS XXVII.

De sententia, & re iudicata.

¶ Gregorius †.

¶ Sententia lata contra leges, vel canones non tenet, nec ab ea opus est appellare. Panormit.

¶ Glos. seq. po. ops. to. cuo oppo demum approbat illam, & dat sim. Fs. vers. per q.

b ¶ *Quam ciuilis.*] Ex eo quod dicit, tam canonica, quàm ciuilis, videtur, quod Papa voluit præiudicare præscriptioni laicorum, quæ præscriptio locum habet vbi etiam habent malam [b] fidẽ in præscriptione xxx. vel xl. annorum. s. eo. vigilanti. & 16. q. 3. c. placuit. §. potuit. & §. quod si mala. Dicebat Ioan. quod ratione peccati saltem indirectè pertinet ad Ecclesiam. s. de iud. nouit. & secundùm hoc omnia ciuilia iura, quæ tractant de præscriptione xxx. vel xl. ann. in malæ fidei possessoribus non tenent hodie. Sed hoc non credo, quod per istam constitutionem Papa voluerit præiudicare legibus. Sed quoad ius diuinum verum est illud, quod sine peccato mortali laicus malæ fidei præscribens alienam rem retinere non potest. 14. q. 6. c. 1. Et litera ista sic intelligitur tam canonica, id est tã de re spirituali, quàm ciuili. Et hoc vult dicere, stile, qui præscripsit, bonam fidem habere debet, siue res, quam præscribit spiritualis sit, vel ciuilis secundùm iura canonica, & sic nihil statuit contra leges. Vel dicas secũdum quod dicit Io. quod lex aliud considerauit, quàm canon: lex enim considerauit negligentiam non petentis rem suam. suprà eo. vigilanti. sed canon considerauit peccatum præscribẽtis mala fide, quod nõ excusat negligẽtiam non petentis rem suam: & ideò dicit hic, quod nulla valet præscriptio siue canonica, vel ciuilis, quæ sine peccato mortali conseruari nõ potest: vnde potiùs standum est canoni, quàm legi in hoc casu quia præscribens non excusatur à peccato per rationem legis: & ideò canon voluit propter periculum animarum in hoc leges corrigere, licèt non seruetur in iudicio sæculari: sicut dicitur de legibus permittentibus vsuras, quæ hodie non tenent: vt no. j. de vsur. quia in omnibus. Et constitutio ista tantùm respicit futura: cùm de præteritis nihil dicat. supra de consti. c. vlt. vbi de hoc. Sed [c] quid dices, vbi Ecclesia habet vtramque iurisdictionem: nunquid iudicabit super laicos secundùm canones de huiusmodi præscriptione? Videtur quod si auctoritate illius constitutionis, & quia non debet impugnare, quod statuit obseruandum, & quod aliàs prohibet. j. de mat. ex lib. ven. c. vni. Et quod exigitur in aliis, multò fortiùs in se exigere debet. ff. de neg. gest. si pupilli. §. fin. & ff. de admi. tu. quoties. §. item si temporalis.

b De materia huius glossa, vide per Dominum Sotũ. li. 4. de iust. & iure q. 5. arti. 4.

c Quæ sunt ab hoc loco vsque in fi. gloss. desiderantur in aliquot antiquis, sed ea habet codex Barbatia, & alij, & Bernardi esse credimus, vna cum paucis verbis, quæ consultò detrauimus.

¶ Glo. seq. format quatuor quæstio. quas soluit, & in vltima remittit.

c ¶ *Nulla temporis.*] Scilicet ipsius præscriptionis. Si enim post completam præscriptionem sciat rem alienam, non dicitur ideò mala fide possidere de hoc dicitur supra eo. vigilanti. Sed quid si tempore præscriptionis habuerit conscientiam læsam, postea incipiat habere non læsam: nunquid propter hoc est interrupta præscriptio? non videtur, quia erronea fuit, vnde eam deponere debet. j. de sim. per tuas. & 11. q. 3. cui est illata. Item quid si dubitat, an res sit sua, & habet iustam causam dubitationis: adhuc dicitur bonæ fidei possessor, & vtitur fructibus. ff. de vsur. quo sen. §. bona fides. & in hoc casu præscribit, licèt habeat conscientiam dubiam, non tamen læsam: quia nescit adhuc, an res sit aliena, debet inquirere ab aliis de re illa, vt sic perueniat ad veritatem. arg. 37. dist. §. vlt. 23. q. vlt. ecclesia. Itẽ quid si prælatus habeat læsam conscientiam alicuius rei, quam possidet, licèt Ecclesia habeat bonam fidem: nunquid tenetur dimittere illam? Respondeo, non: sed significabit illi, cuius est, vt petat: & sic purgabit conscientiam suam: nec in hoc videtur fraudem facere. ff. de neg. gest. atqui natura. §. cu me absente [d]. ff. man. quoniam. Sed si ille veniat, & petat in iudicio, & prælatus confiteatur, nunquid præiudicat Ecclesiæ, quæ habet bonam fidem? Si enim prælatus constitutus à collegio ad defendendum confitetur tanquã syndicus iudicio, bene præiudicabitur Ecclesiæ: quia tunc sustinet personam totius capituli: aliàs non credo, quòd confessio prælati præiudicet Ecclesiæ, nisi fortè confiteretur de eo, quod ipsemet fecisset. arg. 15. q. 2. post quã. De hac materia dixi. s. de elect. dudum. 2. in dec. vt ibi.

CAP. I.

Sententia † [d] contra leges [e], canonésve per lata, licèt non sit appellatione suspensa, nõ potest tamen subsistere ipso iure.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cõp. Et de materia v. laud per Bar. Ang. & doctores in l. cum prolatis. ff. de re iudi.

¶ Idem.

¶ Lites debent celeriter terminari.

CAP. II.

Vrgantium controuersias celeri [f] sententia terminare & æquitati conuenit, & rigori.

† Scilicet Gregor. io. Episcopo Ravennati. lib. 1. c. 28. eiusdem registri. Et c. 3. eo. t. t. in 1. compila. Et vide notata in ca. fin. de electio. lib. 6.

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

¶ Hæc rub. duobus modis secundum Ioa. And. post Gof. continuatur ad præcedentia. Primo sic: Viso quomodo res acquirũtur per præscriptionẽ, videndũ est, quomodo aliter acquiruntur ciuiliter, scilicet per sententiam iudicũ. Vel secundo sic: Expedito tractatu processus iudiciorum, ad sententias, quæ finem imponunt litibus, veniamus. Quia verò secundum Io. And. lata sententia, si nõ appellatur ab ipsa, sumit nomẽ rei iudicatæ, ideo & de re iudicata sũmitetit: docet tamẽ quod longè plus dicit res iudicata, licèt possit appellari. A.

De hac materia habetur 35. q. 11. & 5 q. 4. & 3 q. 9. per totum. & 11. q. 3. §. de his inquam. vsque ad §. hoc & si. ve dictum est. & 30. q. vlt. §. hac ita. vsque in fi.

Sententia.] Non valet sententia, quæ contra ius est lata expresso errore in sententia. Ita summat D. Anto. quia Io. And. non summat propter veritatem. hoc summarium est in se verum, sed non congruit literæ, in qua nulla fit mentio de expressione erroris in sententia. Abbas.

Casus. Dicitur in capitulo isto, quod sentẽtia lata cõtra leges, vel canones, nulla est ipso iure, licèt nõ sit suspẽsa per appellationẽ. Not. quod snia contra ius lata nulla est, licèt non appelletur ab ea.

d ¶ *Sententia.*] Decr. ista loquitur de materia illa 16. q. 1. si diser noster. & ex illa littera potest colligi casus huius decr.

d Facit, quod dicimus. & 14. q. 2. si virgo. caueat tamen prolatus, ne aliquo casu cõtra conscientiam faciat, vel fieri procuret, secundum Ioan. And.

¶ Glo. seq. ponit duo exempla, & dictum, cui signat contrarium, & soluit.

e ¶ *Contra leges.*] Quæ dicunt, quod sententia nõ in suo iudice lata, nõ tenet C. si à non compe. iu. l. 1. & 2. & vlt. & 2. q. 1. in primis. ver. de persona. 11. q. 3. c. pen. & s. de iudi. at si clerici. & 16. q. 1. frater noster vt hic patet. Item sententia lata cõtra leges, i. ius constitutionis, ita quòd hoc in sententia exprimatur, nulla est ipso iure [e]. citra appellationem rescinditur vt hic patet. & s. eo. cũ inter vos. in fi. & j. eo. inter cæteras. & 2. q. 6. c. et quis. §. diffinitiua. vers. i. é si sententia contra ius scriptum. & ff. de ap. expressum. Item si calculi error in sententia sit expressus, sententia non tenet. ff. quæ sen. sine ap. resc. l. 1. & j. de sen. exc. per tuas nec efficitur aliqua per appellationem. ff. rem rat. ha. l. 3. §. falsus. & ff. de iudi. licet [f]. sed non est ita: ibi n. sententia lata est in persona falsi procuratoris, vnde ab initio tenet sententia, quandiu cõstet de falso procuratore: & si dominus recurrat ad cõmune auxilium appellationis, intelligitur approbare factum falsi procuratoris, & ideò per appellationem efficitur aliqua, quæ per exceptionem poterat irritari. secus vbi ab initio nulla est, vbi est defectus in iurisdictione, ibi per appellationem non firmatur, vt hic, & in cõcor. ibi positis. Sed in §. falsus. & in l. licet verum, non fuit defectus in iurisdictione.

e Concor. l. si curator. C. de in integ. resti. & l. clar. ma. C. de au. præstan.

f Et hoc tenuit olim Tã. per hoc iura postea mutauit. Ioan. And.

Vrgantium.] Casus. Dicitur in capitulo isto, quod controuersiæ litigantium celeri debent sententia terminari. No. a, quod lites prorogari non debent.

¶ Glossa seq. alleg. 4. concor. signat vnum contra. & soluit, & determinat.

f ¶ *Celeri.*] Simile 2. q. 1. sicut. & C. de iudi. properandum in pr. & j. de dolo & cont. i. fine, & c. venerabilis. At contra 11. q. 3. apud. Illud intelligit, quã snia lata est ad mortẽ. & ibi differt executio ex causa

g Et C. de pœ. vindicari. sed de nõ tardatur sententia. sed executio. Ioan. And.

ex causa, vt ibi dicitur. nec tamē cū nimia festinatione ferēda est sententia, antequā iudex possit esse instructus. ī. de in inte. resti. cū ex lit teris. quia ipsū oportet cuncta rimari. 30. q. 5. c. vlt. aliter enim ad veritatē peruenire non posset. 23. q. vlt. occidit. sed moratoria cūctatione causā examinabit. ff. de adm. & peric. tut. tutor. q. §. 1

Scilic. Or e gorius lib. 2. c. 4. Epist. Reg. istri. & c. 4. eo. tit. in 1. compilat.

N*On potest.*] Dicitur hic, quòd sententia Episcoporum nō potest clericum deponere, nisi concors, & iusta fuerit. Nota quòd iudices, in sententiis ferendis concordes esse debent.

¶*Glo. seq. quarit, arg. & soluit.*

a ¶ *Sacerdotū*] i. Episcoporū triū in causa diaconi, in causa presbyteri sex ad minus. 11. q. 7. *si autem. & c. felix.* sed nūquid debent omnes cōcordare ad hoc, vt teneat sententia? Videtur quòd sic ex eo, quod dicit, concors. ī. *de trāsl. inter corporalia.* sed sufficit, quòd maior pars concordet in vnam sententiam, & satis dicetur tunc concors: quia quod maior facit pars, valet ff. *ad mu. quod maior* 65 *distin. cap.* 1. 2. & 3. Sed in causa Episcopi non tenet sententia, nisi omnes concordauerint iudices, quibus causa per Papam committitur. 6. q. 4. *si quis Episcopus criminaliter & ca.* 1. & est speciale in causa Episcopi. aliud speciale, vbi non tenet sententia plurium. no. ī. *de rescript. pastoralis in princ.*

Leo prim^o. Epist. 85. eo *tem* *inititum est*: cùm in ordinationibus. & c. 6. e. tit. in 1. comp.

a ¶ *Vide cōcil. Triden.* sess. 3. de reformatione c. 4. & *late per Albert.* in c. quoniam. de hę ret. lib. 6.

¶ Idem. †

¶*Sacerdos sine iusta causa non est deponendus.*

CAP. III.

NOn potest quenquam à Sacerdotali gradu, (nisi iustis ex causis) concors Sacerdotum [a] sententia submouere.

¶ Leo Papa. †

¶*Iustè quis petit sententiam à Papa confirmari, si iustè, & rationabiliter fuit lata.*

CAP. IV.

EA, quæ iuxta Ecclesiasticum morem [b] iustè, & rationabiliter fuerint diffinita, nostra quoque sententia roborentur. [c]

¶ Alexand. iij. Eboraceñ. Archiepiscopo.

¶*Iudex deputatus super executione sententiæ, admittit exceptionem fraudis, seu nullitatis sententiæ, nō ad effectum vt super eo pronūciet, sed vt negotium ad superiorem, qui iudicauit, transmittat, si illam probabilem repererit. Hoc dicit notabiliter.*

CAP. V.

DE † cætero noueris, quòd si sententiam à nobis latam præcipimus per aliquem execu-

¶ *Post cōcil. Lateran. sub Alex.* 3. p. 49. c. 12. & c. 7. eo. ti. in 1. cōpil. & *v. Romanum cōl.* 91.

b *Cōsule eandem Epistolam à me citatam, vt intelligas, quod fuerit.*

c ¶ *Conuicti.*] De plano etiam ordine iudiciario per omnia non seruato. ℈. de accusa. olim. quia regulares huiusmodi de facili possunt à suis administrationibus amoueri, & ex leuibus causis. ℈. de accusa. qualiter, & quando, in fi. & ℈. de simon. per tuas in fi.

¶ *Glossa sequens reci. per quæstio. de qua communis capitulo loquatur.*

d ¶ *In communi capitulo.*] Quod facere debent Abbates, & Priores de triennio in triennium. ℈. de statu regula. in singulis. & si sponte cedere noluerint, tunc præsidentes capitulo denuncient Episcopo diœcesano, qui ipsum remoueat. ℈. de stat. reg. in singulis. & c. seq. §. 1. & in tali casu non habet locum hæc appellatio contra huiusmodi correctionem, maximè cùm publicè sint infamati, vt per talem appellationem remaneat infamia. sim. ℈. eod. consuluit. & sic à pœna legis appellari non potest. ff. de verborum significa. l. antepenultima.

†Cap. 5. eo. ti. in 1. compil.

† *Verbum, sunt, deest in pluribus antiquis.*

† *Alias ita, & deinde, &c.*

†Cap. 6. eo. ti. in 1. cópi. *Vide eo gnosces apertè huius decretalis sensum.*

†Cap. 7. eo. ti. in 2. cópi. *Et vide Lanfranci. de Oriano in c. quoniá contra. supra de probatio.*

CAP. XXXII.

QVia nos: *& infrà.* ¶ Vt Abbates [a], qui de aliqua publica infamia [b] publicè respersi sunt †, aut conuicti [c], deinde † in communi Capitulo [d] commoniti, prælationi cedere noluerint, appellandi non habeant facultatem.

¶ Idem.

¶ *Iudex à quo, potest præfigere terminũ appellanti ad prosequendam appellationem: quo lapso reassumit Iudex iurisdictionem.*

CAP. XXXIII.

AD † aures nostras: *& infrà.* ¶ Appellanti ad prosecutionem appellationis, terminus [e] congruus præfigatur: infra quem si appellationem non fuerit prosecutus, extunc compellatur stare iudicio delegati.

¶ Idem Abulen. Episcopo.

¶ *Si præcedente grauamine qui submittit se protectioni superioris, habetur pro appellante, dummodo seruauerit ea, quæ in appellatione sunt necessaria.*

CAP. XXXIV.

AD † audientiam nostram noueris peruenisse, quòd cùm Zamorensis Episcopus G. Presbyterum Ecclesiæ [f] sancti Iacobi Zamoreñ. multipliciter molestaret, tandem idem Presbyter se, & Ecclesiam suam † nostræ protectioni subiecit: *& infrà.* ¶ Licet autem prædictus Presbyter ex simplicitate [g] forte verbum appellationis non expresserit: quia tamen postquam se, & sua nostræ [h] protectioni subiecerat, non debuit sine causæ cognitione [i], aliqua sententia condemnari: Mandamus, quatenus (si ita tibi constiterit) sententiam, quam præfatus Episcopus in eundem Presbyterum tulit, denuncies non tenere [k].

¶ Idem Archiepiscopo Terraconensi.

¶ *Causa non est ad Iudicem à quo remittenda, appellatione adhuc non iustificata, nisi de partium consensu.*

CAP. XXXV.

ACcepta † conquestione Canonicorum Pampiloñ. *& infrà.* ¶ Non debet ad eos [l] causa remitti, nisi partes [m] consenserint, à quibus noscitur appellatum.

¶ Lucius iij. Galtero † Lincolnien. Episcopo.

¶ *Delegatus etiã datus cum clausula, appellatione remota, recusari potest, si est consanguineus impetrantis, vel si fuit aduocatus eius in illa causa.*

CAP. XXXVII.

POstremò † fraternitati tuæ literis Præsentibus intimamus, quòd si causa alicui fuerit

AD aures.] Aduerte, quia istud c. non est ex toto superfluum. Nam loquitur in delegato, de quo non habebamus textum ita apertum. Abbas Sicul.

Casvs. Dicitur in c. isto, quod iudex debet appellanti competentem terminum præfigere ad appellationem suam prosequendam infra quem si non fuerit prosecutus appellationem, extunc debet iudex ipsum compellere stare iuri coram eo. Not. quòd tempus potest præfigi à iudice appellationi prosequendæ. Item qui non prosequitur appellationem, incidit in iurisdictionem iudicis, à quo appellauit.

e ¶ *Terminus.*] Hoc iã sæpius dictũ est [a]. ℈. e. personas. & c. seq. & ℈. eo. sæpe. & c. oblata. quia perinde est, ac si nõ esset appellatum.

a *Tamen hac decre. exprimes de iudice delegato. Ioann. And.*

AD audientiam.] Qui se, & sua protectioni Papæ submittit, licet verbum, appello, non exprimat, intelligitur appellasse. h. d. Primò narrat factum. In secundò dat iudicem ibi, *Licet autem.* Abbas. Siculus.

Casvs. Ecclesia sancti Iacobi Zamoreñ. subest Ecclesiæ Compostellanæ: Epũs Zamoreñ. multipliciter molestabat G. presbyterũ prædictæ Ecclesiæ sancti Iacobi Zamoreñ., propter quod idé presbyter se, & Ecclesiam suam sub protectione dñi Papæ supposuit: sed præfatus Episcopus nihilominus post inuocatũ sedis Apo. patrocinium, quia forte verbum appellationis nõ expressit, dictum presbyterũ excõmunicauit: propter quod idé presbyter dño Papæ fuit conquestus. Respondet Papa, licèt prædictus presbyter ex sim. licitate verbum appellationis non expresserit, tamen se, & sua sub protectione Apostolica subiecerat: vnde sine causæ cognitione non debuit aliqua sententia condemnari: vnde mandat, quatenus si constiterit ita esse sententiam, quam prædictus Episcopus tulit in eundem presbyterum, denunciet nullam esse. Nota, quod simplicitati parcendum est. Item idem est supponere se sub protectione Papæ, sicut appellare ad ipsum: vt hic patet. sed hoc intelligo extra iudicium. Item non refert, an aliquid ex æquipollentibus fiat. Item sine causæ cognitione non debet aliquis condemnari, nisi in notoriis, vbi ordo iuris non seruatur. Item nemo ius sibi dicere debet. Item sententia excommunicationis post appellationem lata, non tenet.

f ¶ *Ecclesiæ.*] Quæ est propria Compostellanæ Ecclesiæ.

g ¶ *Ex simplicitate.*] Inde ei parcendum fuit. 50. dist. causa. & ff. de iur. om. iud. si quis ad. §. dolo. & ff. si quis in ius voca. non ierit. l. 2. §. 1. C. de testam. l. vlt. & ℈. de præscrip. super quibus.

† *Dollius, deest in antiquis.*

h ¶ *Nostra protectioni.*] Arg. contra. ℈. de priuileg. ex parte, vbi non eximitur, licèt aliquis habeat literas protectionis domini Papæ, à iurisdictione sui iudicis. Solutio. ibi loquitur de generali protectione, hic specialis protectio fuit, quæ obtinuit vicem appellationis: & præterea ibi constat illos subesse suis prælatis: hic sacerdos iste non erat de iurisdictione Zamoreñ. Episcopi, immò dicebat se subesse Ecclesiæ sancti Iacobi Compostel. & erat in possessione libertatis, & allegabat super hoc priuilegium Compostellanæ Ecclesiæ: quare sententia Zamoren. non tenuit. vnde sine causæ cognitione ius sibi dicere non debuit in presbyterum illum: ipso enim facto appellauit. arg. ℈. eod. dilecti. & c. vlt. nostrum.

Litera protectionis Papa eximunt aliquem à iurisdict. sui iudicis.

† Cap. 2. de rescrip. in 1. compi. *Vnde multa leges hoc fragmento, & vide l. legatus. ff. de off. præs. & l. munerum. §. iudicum. h. cum ibi notatis. ff. de mune. & honor.*

† *Walteru.* † *Gualtero.*

† Ca. 41. eo. ti. in 1. cõp. & post cõcil. pat. 10. c. 18.

i ¶ *Cognitione.*] Delegata à Papa: quia ipse non posset cognoscere protectio, vel non, & an haberet [b] iurisdictionem in ipsum: quia nemo ius sibi dicere potest. C. ne quis in sua causa. l. vnica. Ber.

b *In hoc male ducit glo. nisi restringas hoc dictũ cum proximo, & hoc planum intelliges per not. infra eo. solicitudinem. in gloss. sed quære an si iuam.*

k ¶ *Denuncies non tenere.*] Et sic nulla fuit sententia tanquam à nouo suo iudice lata pro huiusmodi protectione, ac si verbum appellationis expressisset. sic infra de senten. excommu. per tuas.

ACcepta.] Diuiditur in duas partes. Secunda ibi, *Non debet.* Abbas.

Casvs. Dicitur in c. isto, quòd si contigerit ab audientia alicuius iudicis appellari, non debet causa ad ipsum remitti, nisi partes in hoc consentiant. No. quòd causa non debet ad eum remitti, à quo est appellatum, nisi in casibus.

l ¶ *Ad eos.*] Vt. 2. q. 6. § vlt. & c. si quis Episcopus accusatus. & C. de appel. eos qui. & ℈. de senten. excom. per tuas.

¶ *Glos. seq. rect. per obiect. resoluitur plurale in singulare.*

m ¶ *Nisi partes.*] i. pars appellans: quia non obstante contradictione alterius partis potest appellãs redire ad priorem iudicem, infra, eodem, interposita. §. 1. tamen condemnabitur appellans aduersario in expensis alteri parti, si contradicente aduersario reuertitur ad eum iudicem, vt ibi dicitur.

c *Et sic resoluitur plurale in singulare.*

POstremo.] Casvs. Dicitur hic, quòd si iudex delegatus sit consanguineus impetrantis, vel fuerit aduocatus in ea dem, vel alia iusta causa suspectus, potest legitime recusari, licèt sit ei causa, remota appellatione commissa. Nota, quòd si iudex fuerit consanguineus impetrantis, vel aduocatus in eadem causa, recusari potest, licèt appellatio in literis sit remota. Item ex qualibet iusta causa potest iudex recusari.

infra de prãi. vt præsidentia. ad si & sic etiã debet exponi infra. c. 1. li. 6. Ioã. And.

¶ *Glos. seq. quarit, arguit pro, & contra. & soluit. Secundo iterum quærit & soluit. Tertio ponit alia exempla suspectorum, & remouetur.*

a ¶ Consan-

a ¶De hac materia §. Hippolytũ de Marsilius singu. 131. incip. affinitas repellit.

a ¶Consanguineus.] Sed vsque a ad quem gradũ intelligimus istã consanguinitatem? Videtur, q̃ vsque ad infinitum, quia vsque ad illum gradum succederet illi, aliis deficientibus. 35. q. 5. ad sedem in 1. col. vnde cùm remaneat affectio, potest recusari vsque ad illum gradum, in quo posset ei succedere. arg. contra. quia hodie consanguinitas vltra quartum gradum non extenditur. ꝟ. de consang. & aff. non debet. ac. illius constitutionis. non debet. potest dici, q̃ vltra quartũ gradum non poss. recusari vt suspectus. sed certè honestius recusatur, quòd in superioribus adhuc repellatur: quia semper affectio, & dilectio prima remanet: & succederet ei, vt dictum est. modica enim causa repellit iudicem, puta familiaritas. ꝟ. de offi. deleg. insinuante. & periculosum est sub iudice litigare suspecto. 3. q. 5. quia suspecta. & ꝟ. de iud. apostolis. Quid si iudex æqualiter esset consanguineus et vtrique? Tunc pars affectionis causa suspicionem remouet b. ff. de ritu nup. non solũ. §. de lino. Item tunc mouetur index, si esset dominus impetrantis. ꝟ. de off. delegati. sanè quæ. vbi plures casus notantur. Item de hoc plures casus notantur. ꝟ. ve lit. non contest. ac cedens. Item si ab illo appellatur in alia causa. ꝟ. eo. ad hæc & e proposuit, de eo quod hic dicitur. & ꝟ. de offi. delegati. causam quæ & in decre. prædicta, accedens, planè inuenies de hoc. Bern.

† Nouerit. ff.

† Cap. 45. e. tit. in 1. cõp. Quomodo autem contrahatur, & differat interdictũ, & ex. immunicatio, tradit Io. Anania. in Rub. de cler. excom. min. & Gemin. in c. 1. de sẽ. exc. min. lib. 6. b Idem not. in tosse. 1. q. §. c. 1. & in Spec. de te. §. 1. ver. sed quid si testis tamé & hoc ipsa tecrem. an de tad. in fir. c. Ioan. And.

delegata, qui consanguineus a sit illius, qui litteras impetrauit, aut in eodem negotio Aduocati officio b, functus: vel ex alia iusta causa suspectus: huiusmodi delegatus non immeritò poterit recusari, quamuis appellatione remota fuerit ei negotiũ delegatum.

¶Idem Nõruicẽñ. † Episcopo.

¶Sententia interdicti nõ suspenditur per appellationem sequentem.

CAP. XXXVII.

AD † hæc. quoniam sub interdicto aliqui constituti appellant, & deinde illud seruare contemnunt, quid in hoc casu seruandum sit, consulere voluisti. Noueris igitur, quòd sicut post appellationem excõmunicari non possunt, sic interdictum c nequeunt, cui ante appellationem eos constat suppositos, declinare d.

¶Clemens iij.

¶Iudex appellationis remittit appellantem, & causam ad priorem iudicẽ, nisi sibi cõstiterit à grauamine, vel iniusta sententia fuisse appellatum.

b ¶Aduocati officio.] Qui enim fuit aduocatus in causa, postea in ea iudex esse non debet, vt assessor, ne affectionis suæ, vel aduocationis memor, incorrupti iudicis non possit nomen præferre. C. de off. assesso. nemo. in fine. & qui similem causam habet, remouetur. ꝟ. de iudiciis. causam quæ Bern.

v AD hæc] Communis diuisio. Secunda ibi, Noueris. Abbas.

CASVS. Aliqui clerici sunt interdicti, & appellant: & de appellatione confisi non seruant interdictum: quæritur, quid iuris? Respondet, sicut post appellationem legitimam nemo potest excommunicari, sic clerici non possunt declinare interdictum, cui ante appellationem suppositi fuerant. Nota, q̃ post appellationẽ nemo potest excommunicari. Item si excommunicatio, vel interdictum procedat, non releuatur per appellationem sequentẽ. *¶Glo. seq. primo æquiparat excommunicationem, & interdictũ. Secundo quærit: ponit duas opin. contrarias, dicens primã seruari, quam in parte declarat, & remittit, & in fi. sic loquitur, quod quid sentiat, non appareat.*

c ¶Interdictum.] Nota, q̃ excõicatio, & interdictum æquiparãtur in hoc, q̃ sicut excõicatio post appellationem non tenet. ꝟ. de sen. excom. per tuas. ita & interdictum emissum per appellationem subsequentem non suspenditur vt hic patet. & ecõuerso. ꝟ. eo. pastoralis. nisi sub conditione ponatur interdictum, sine sententia feratur medio tempore, potest appellari. ꝟ. eo. preterea. & ꝟ. eo. dilecti. §. quia. Sed quid si aliqua Ecclesia interdicta est, & Eps suspendat ad tempus interdictũ, vt in ea celebretur, si quis tunc appellat, nunquid valet appellatio? Videtur, q̃ non, licèt relaxetur interdictum ad tempus, vt in ea celebretur, interdictum tamen est, & interdicta Ecclesia bene celebratur. ꝟ. de priui. cùm & plantare. §. quod si. & c. Vt priuilegia. ꝟ. de offi. ordi. irrefragabili. & excommunicatus etiam potest præbendari. ꝟ. de sent. excõ. responso. & c. cùm voluntate. 1. resp. non enim est nouum interdictũ. licèt eius executio suspendatur. arg. ff. de preca. sed si manente. ff. de pecu. peculium. §. si ero. & ita appellatio non suspendit interdictum, & sic Episcopus potest suspendere suum interdictum, nec potest appellari medio tempore. & hoc dicunt Lau. & Vincen. & Tanc. ꝟ. eod. dilectus § quia. Et alij dixerunt sicut Gali. Naso, quòd Episcopus non nisi potest suspendere suum interdictum, quin tollat illud ex toto: vnde si tunc appelletur, & iusta sit appellatio, defenderetur per appellationem:

e Et lumen ẽ de cõsue. cùm insuper. Ioan. And.

& illud quod inducunt prædicti doctores ad hoc probandum, non probat hæc decre. cùm & plantare. quia illud fit auctoritate speciali domini Papæ: vnde alij ad consequentiam trahere non possunt, vt possint facere, quod celebretur in Ecclesia interdicta. de facto tamen seruatur opinio prædictorum doctorum. & quòd hoc possit fieri, probatur. ꝟ. eod. dilectis. §. quia. vbi de hoc. De appellatione facta dum suspẽditur interdictum, dic, vt not. in prædicto § quia dixit Tan. quòd si Ecclesia interdicatur, tale interdictum potest suspendi. sed si homo interdicatur, tale interdictũ nõ potest suspẽdi, quin tollatur in toto: quia non potest esse in Ecclesia, & extra eodem tempore. Sed non credo, quòd Episcopus possit dare alicui priuilegium celebrandi in Ecclesia interdicta: quia illud pertinet ad Papam. ADDITIO. & est arg. pro eis. ꝟ. de offi. ord. irrefragabili. & hoc est quasi expressum in tex. & in glo. infra eod. dilectis.

CAP. XXXVIII.

CVm † in Ecclesia: & infrà. ¶Accepimus, quòd quidam Clerici de Gual. occasione iudicij tui, quod velle obseruare se iactant, Linconiẽ. Episcopi iudicis ordinarij sine causa rationabili cognitionẽ euitant. ¶Vnde mandamus, quatenus si quã do cõtigerit, aliquẽ de Clericis, à præfato Episcopo ad tuam audientiam appellare, non ante appellationẽ admittas, quàm tibi constiterit eam, vel à grauamine f, vel iniusta g cõdemnatione porrectam †: alioquin h ipsum ad prædicti Episcopi audientiam remittas i, appellatione remota eius iudicio k pariturum l.

† Cap. 11. eo. tit. in 1. cõp. Et vide Io. Vincent. in præ alleg. vindonem Papæ.

† Vide l. q ad cinulta. C. de op. & l. vni. C. vt cau. post pu be. adhi. tut.

¶Idem.

¶Si appellans, qui non prosequitur redit ad iudicem à quo, & iterum grauatur: non obstante prima desertione, potest iterum appellare. Hoc dicit, & est casus notabilis. Panormitanus.

CAP. XXXIX.

DIrectæ † nobis tuæ litteræ demonstrarunt; quòd cùm in tua præsentia causa cuius-

† Cap. 12. eo. tit. in 5. cõp.

d ¶Declinare.] ꝟ. c. pastoralis.

CVm in Ecclesia] Primò narrat factũ. Secundò prouidet ibi, Vnde. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam clerici de Gallia Linconiensis Episcopi volentes ipsius iudicium declinare, vt sub Archiepiscopo litigarent, sine rationabili causa euitabant Episcopum suum, appellando ad Archiepiscopum. Significatum fuit hoc domino Papæ. Vnde mandat ipsi Archiepiscopo, quatenus si aliquando cõtigerit aliquem de clericis à prædicto Episcopo appellare ad ipsum, non priùs eorum appellationem admittat, quàm ei constiterit appellationem interpositam fuisse, vel ab iniusto grauamine, vel ab iniusta condemnatione: alioquin remittat illos ad Episcopum suum. Not. quòd Archiepiscopus non est iudex ordinarius subditorum suffraganeorum, nisi in certis casibus. Item nullus debet appellare, nisi grauetur: alioquin remittendus est ad eum, à quo appellauit.

e ¶Obseruare.] Quod de iure facere non possunt nisi per appellationem, & in aliis certis casibus, qui notantur suprà de offic. ordin. pastoralis. loquitur Papa Archiepiscopo Cantuarien.

f ¶A grauamine.] Expresso in appellatione, in quo casu tantùm tenet appellatio ante sententiam. ꝟ. eo. ut debitus. & c. cùm causam. in fine. & c. dilecto.

g ¶Iniusta condemnatione.] In casu isto. cùm appellatur à diffinitiua sententia, non est necesse causam exprimere, nisi quòd dicat, appello ab iniusta sententia d. & tunc debet superior cognoscere, vel alij committere secundùm arbitriũ suum.

¶Glo. seq. arguit, & remittit.

h ¶Alioquin.] Id est, si appellatio non sit legitima, remittitur ad illum, à quo appellauit e, vt procedat in causa, cùm appellauit à grauamine, vel quòd exequatur sententiam, quam ipse superior confirmauit. & sic est hic opt. arg. quod iudex appellationis, qui confirmat sententiam, quam alius tulit, non debeat ipsam mandare executioni, sed primus. De hac materia tractatur. ꝟ. de offi. dele. pastoralis. § preterea.

i ¶Remittas.] Alias causa ad eum, à quo appellatum est, remitti non debet, nisi de consensu appellantis. ꝟ. eo. accepta. & ꝟ. eo. interposita § 2.

k ¶Eius iudicio.] Ita quòd omne ius saluum sit ei, contra quẽ fuit appellatum, vt si tunc fuit minor, nunc autem factus maior: iure minoris vtetur. ff. de minor. l. in tra vtile. 1. responso.

l ¶Pariturum.] Nam f Archiepiscopi non habent iurisdictionẽ super subditis suffraganeorum suorum, nisi in certis casibus. ꝟ. de maio. offi. ordi. c. pastoralis & c. dum simul.

d Cõcor. tex. in l. minorib. & ibi Bald. C. de his quibus vt indig.

e Vide to hic Ioan. And.

f Hæc glossa Lo. m. Bernard. dit. nec in Gem. fuit, excelavitur repetitur.

DIrectæ.] Communis diuiso. Secunda ibi, Respondemus. Abbas.

CASVS. Quædam causa matrimonialis tractabatur coram ordinario

dinatio: coram quo vir impedimentum consanguinitatis opposuit: mulier ad sedem Apost. appellauit, iudex statuit terminum appellanti: mulier illa non fuit prosecuta appellationem in termino constituto, & ea renuncjante appellationi, iudex in causa procedens, recepit testes de consanguinitate. Tandem mulier iterum appellauit: petiit iudex, vtrum debeat ad sententiam procedere? Respondet Papa, quòd licèt in cōcilio Lateraň. sit statutum, vt si aliquis appellauit, & infrà terminum sibi præfixū appellationem suam non fuerit prosecutus, iudex auctoritate sua liberè possit vti: tamen quia iterū appellauit (quod sibi licuit in eadem causa) à iurisdictione illius fuit exépta, præsertim cùm hic ageretur ad separationé matrimonij, quod est res fauorabilis. No. quod si appellans appellationé suā in termino præfixo non prosequitur, iudex postea in cā procedet. Item in eadē causa potest bis appellari, super vno articulo. Item matrimonium res fauorabilis est.

dam matrimonij tractaretur in qua pars viri consanguinitatis vinculū opponebat, & pars mulieris ad sedem Apostolicam appellasset: nec appellationē suam præfixo termino fuerit prosecuta: postmodum ea renunciante[a] appellationi, quam fecerat, tu in causę cognitione procedens, de parentela testimonia recepisti; verùm quia mulieris pars iterum appellauit, postulas, vtrùm ad calculum sententię procedere valeas, edoceri.

¶Respondemus igitur, quòd licèt iuxta decretum Lateraň. concilij[b], postquam in termino prosequēdę appellationis statuto, appellans suam appellationē non fuerit prosecutus, auctoritate tua liberè possis vti: tamē quia iterum appellauit (cùm secūdùm iura ei † licuerit in eadem causa bis appellare[c]) à iurisdictione tua se fecit exemptam: præsertim cùm hic ad separationem matrimonij, quod est res fauorabilis[d], intentio viri procedat.

¶Cælestinus iij.

¶Sententia excommunicationis, suspēsionis, vel interdicti lata sub cōditione, suspēditur, si ante cōditionis euentum fuerit appellatū. h. d. inhærē. verbis litteræ, vt sic satisfaciat cuilibet lectura. Et est decisio subtilis, & multum allegab. los.

CAP. XL.

PRæterea † requisiti fuimus, si quis Iudex ita protulerit sententiam: Nisi Sempronio infra viginti dies satisfeceris[e], te excommunicatum, vel suspensum, aut interdictum esse cognoscas †: ille in quem fertur sententia, medio tempore appellans, ad diem statutum minimè satisfecerit, verum ille sententia tali † ligetur, aut interpositione appellationis tutus existat? ¶Videtur autem nobis, quòd huiusmodi sententiam appellationis obstaculum debeat impedire[f].

¶Idem.

¶Si per rescriptum committantur plures articuli connexi, & in vno remoueatur appellatio, intelligitur remota etiam in aliis. Hoc dicit.

CAP. XLI.

SEcundò † requisiti, cùm pluribus articulis in vna commissione positis, in vno tātùm contingit appellationē expresse vetari: vtrùm appellatio teneat, si super aliis fuerit appellatum. ¶In quo † tibi respondemus, quòd cùm secundùm Beatum Gregorium † verba intentionis[g] deseruiant † & hęc sit nostra intentio, vt de omnib. articulis, qui in commissione ponuntur, iustitia suum consequatur † effectum: in omnibus[h] appellatio intelligitur interdicta. Nihil.n. interest, vtrùm † inhibeatur primo, an secundò, medio, an in fine: cùm (sicut

a ¶*Renunciante.*] ĩ. *de offi. deleg. gratum.* ipso enim facto renunciauit appellationi testes producendo, sic *infra de iis quæ fi. a ma. part. cap. c. ex ore.* ĩ. *de priuile. si de terra. & c. accedentibus.*

b ¶*Lateranen. concilij*] ĩ. *eo. reprehensibilis. &* ĩ. *e. sæpe. sic C. de tempor. appell. l. vlt. §. vlt.*

¶*Glo. seq. allegat duas concor. reliquam recitetur per obiectionem, altera parte absente.*

c ¶*Appellare secundo.*] Sic 2. q. 6. c. *si autem.* §. *si quis in quacunque.* & *C. ne li. in vna, eadémq; causa. l. vnica.* & quod dicit, appellare secundò, intellige à diffinitiua sententia, à qua secundò appellare permissum est, & non vltra. ĩ. *eo. sua.* & vt dicunt iura prædicta. & hoc idem locum habet ante sententiam, si grauaretur quis pluries super vno articulo, secundò posset appellare etiam super illo, immò ante sententiam si grauaretur quis, posset appellare pluries, quam secundò, vel tertiò, vel quartò, quotiens super diuersis articulis grauaretur quia super vnoquoque articulo licitum est appellare, si grauaretur.

d ¶*Res fauorabilis.*] ĩ. *qui matri. accus. pos. videtur.* Bern.

PRæterea.] Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, *Videtur autem.* Abbas.

CASVS. Iudex ita protulit sententiam: Nisi infra viginti dies satisfeceris Titio, cognoscas te suspēsū, vel interdictum, vel excōmunicatum: ille contra quem sententia lata est, medio tempore appellauit: nec ad diē pfixū satisfecit: quæritur, vtrùm ille sit excōicatus, aut non, propter appellationem ante terminum interpositam? Respondet Papa, quòd appellatio huiusmodi sententiam impedit, & suspendit. Nota, quòd sñia excōmunicationis lata sub cōditione vel in diem non ligat, nisi adueniente die, vel cōditione: & ideò si medio tēpore appellet, suspēdit eius effect': vt hic patet.

e ¶*Satisfeceris.*] Quid sit satisfacere, habes *ff. qui satisda. cog. l. 1. & ff. de pig. act. si rem alienam. § omnis.* Lauren.

¶*Gl. seq. tria facit, primo notat, & signat cōtrariū: secūdò ponit differentiam inter sententiam excommunicationis, & alias sententias. Fiunt recit per. q. de excommunicato sub conditione, qui ea pendente mutat forum.*

f ¶*Impedire.*] Et ita suspēdit sententia, quæ nōdū tenet: nō enim tenebit nisi extante cōditione. ĩ. *de sent. excō. à nobis* 1. ex quo aūt teneret, nō suspēderet eius effectus per appellationē. ĩ. *eo. pastoralis. in §. Arg. cōtra.* quia vbicūque cōditio extiterit perinde habet, ac si ab initio purè cōtraluat. *ff. qui pot. in pig. hab. l. potior.* & ita sententia excōicationis sub cōditione pōt ferri, & statim currunt tēpora appellationis, vnde statim appellandū est ante diem cōditionis, vt hic patet sic & aliæ sententiæ sub cōditione possūt ferri sed ibi infra decē dies est appellandū: post decē dies nō audit appellās, licèt adhuc nō extet cōditio. 2. q. 6. *biduum.* & illud not. quòd si pendente conditione efficiatur de alieno foro, is in quem lata est huiusmodi sententia, putà quia transtulit domicilium alio loco, nihilominus ligatus erit existente cōditione, nisi ante conditionem appellauerit. *arg. C. de testa. manumis. statu liberis. arg. cp. ad hoc. sup. de foro competenti, cap. penult.* Lauren.

SEcundo.] Diuiditur principaliter in duas partes, sicut duo sunt dicta secund. in ibi, *Tertio.* Abb. Siculus. Vbi sint aliæ quæstiones, siue partes huius ca. dictum est ĩ. *de offi. dele. c. prudentiam.*

CASVS. In vna commissione plures articuli continentur, in vno tamùm articulo appellatio inhibetur: appellatur super aliis articulis, quæritur, an teneat appellatio? Respondet Papa, quòd secundum Gregorium verba deseruiunt intentioni, & hæc est intentio Papæ, vt de omnibus articulis, qui in commissione ponuntur, iustitia fiat, & ideò appellatio in omnibus articulis intelligitur interdicta: nec refert, vtrum appellatio inhibeatur in principio, medio, vel in fine: quia vt dicunt iura argumenta, ea quæ ponuntur in principio ad medium, & finem: & quę in medio, ad finem, atque principium sæpe referuntur. Tandem ponit aliam quæstionem: aliquis proponit se habere iudicem suspectum, quæritur, an causam suspicionis allegare teneatur, & probare? Respondet Papa, quòd causam suspicionis allegare teneatur: & partes eligere debent arbitros non multùm remotos, qui de suspicione cognoscant: quod si non fecerint, iudex partes ad hoc compellat: & si infra terminum competentem à iudice assignatum suspicio probata non fuerit: iudex ex tunc ex causa procedat: sed si suspicio fuerit probata, iudex vlterius in causa non procedat: quia suspecti, & inimici iudices esse non debent. Nota, quòd verba intentioni deseruiunt, & secundùm intentionem proferentis verbum prolatum intelligendum est. Item appellatio refertur ad omnia, quæ in commissione ponuntur. Item determinationes, quæ in principio ponuntur omnia sequentia determinant, & econuerso. Item causa suspicionis specificanda est coram iudice. Itē causa suspicionis non coram iudice suspecto, sed coram arbitris à partibus electis probari debet. Item iudex debet compellere partes, vt arbitros eligant, qui de causa suspicionis cognoscant. Itē si causa suspicionis infra terminum præfixum probata non fuerit, iudex in causa procedere debet. Item suspecti & inimici iudices esse non debent.

g ¶*Intentioni.*] 22. *quest. 3. humana &* ĩ. *de verb. signi. intelligentia.*

¶*Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

h ¶*In omnibus.*] ĩ. *eod. inquisitioni.* contra Solue: hoc cōtra quod dicit hic, locum habet. cùm est vnum negotium principale. sed plures articulos continet pendentes ex negotio principali exemplum pone ĩ. *de rescri. cùm dilecta &* ĩ. *de offi. deleg. venerabili.* Illud autem, quod dicitur ĩ. *eo. in decre. Greg. inquisitioni.* loquitur, cùm plura sunt negotia omnino diuersa in vna commissione contenta. Exēplum pone de hoc. 2. q. 1. *in primis.* tūc licet

sic

† *In omnib.* manifesta pro ista: et licuerit in eadē causa appellare secundo & hac lectionem agnouit gl. hic, verbo, appellare.

† In codice Barbatia, Clemens iij.

† Cap. 14. e. tit. in 2. cōp. Et in hac materia v. Bald. in repet. c. commissa. e. elect. lib. 6. & de intellectu Auten. But in c. licet de voto, & voti redem.

a *Eadē persona hoc dico pro tāto, quia si à sententia cōtra te, pro me lata appellasti secundo & iudex secūda app. cassat. 1. & 2. sententiā, ab illa potero appellare & hoc respectu appellatur quarto & de hoc* v. in Spec. de appel. §. quotiens per cōtum. §. lo. And.

† *Hic videtur deesse comma illud, & quia est in veteri cōp.* † *illa.*

† Cap. 3. tit. in 2. cōp. *Reliquas quæstiones seu partes huius decretalis habes* ĩ. c. prudentiā. ĩ. de offic. deleg. & c. prudentiā de mut. petit.

† *Alias ita. In quo taliter respōdem'. alias ita: inquisitioni tuæ taliter respondemus.*

† Lib. 26. in Iob. c. 7.

† *Vide* l. pater. § *sudi.* ff. de lega. 3. & in l. cum pater. § dulcissimis. & *vtrobique, per Bar.* & de lega. 3.

¶ *exequatur.*

† *Alias ita. Verùm inhibeatur primo, an secūdo, medio, an fine.*

sit prohibita in vno: non tamen est prohibita in alio, nisi hoc dicatur in decr. Greg. arg. ad hoc ff. de mino. etiam §. 1. C. de repud. l. Gaius. sed hodie ipso iure remota est appellatio. j. eo. Ut debitum.
a ¶ *Vtriusque iuris.*] Canonici. & ciuilis. 32. q. 7. *Apostolus ff. de pac. item quia. § Sic. & ff. de verbo. obl. Titia. §. 1. C. famil. ercis. quoties. C. de pact. petens. ff. si cer. pet. lecta est. de leg. 2. si seruus plurium. in fine.*
¶ *Glos. seq. instruit, coram quo, qualiter, & quando sit proponenda recusatio, & coram quo probanda, & quid agendum ea probata.*
b ¶ *Coram eodem allegare.*] Nota, quod hęc decre. loquitur de iudice delegato, sed j. eod. *cum speciali.* loquitur in ordinario. Vnde nota, quod qui iudicem recusare intendit, causam iustę recusationis debet allegare coram ipso, et hoc dicit: talem videlicet, quę si esset probata, deberet legitima reputari. j. eod. *cum specialis.* sic et in appellatione. j. eo. *Vt debitum.* & recusationi danda est in scriptis. s. *de probatio. quoniam.* & ante litem contest. debet proponi, cum sit dilatoria. 3. q. 3. *offeratur & s. de re iud. inter monasterium. & C. de iudic. apertissimi.* vel saltem infra terminum statutum à iudice ad dilatorias proponendas *ff. de except. pastoralis.* nisi ex noua causa superueniente post lit. cont. st. proponi nō potest. s. *de offi. dele. insinuante.*

Qua autē & quot sint causa iusta recusationis, tradit copiose Ho. in sum. tit. de recusa. §. quae sunt iustae causę & Io. And. in c. legitima. de appel. lib. 6.

vtriusque [a] iuris argumenta nos docent) ea, quę in principio, ad medium, & ad finem: illa verò quę in medio, ad finem, atque principium sæpe referri contingat.

¶ *Causa suspicionis proponenda est coram Iudice, qui recusatur, & probanda coram arbitris. h. d.*

¶ Tertio postulas edoceri: & infrà. ¶ Consultationi tuę taliter respondemus, quòd cùm aliquis Iudicem proponit se habere suspectum, suspicionis causam coram eodem allegare [b] tenetur: sed partes vt in aliquos [c] non valde remotos conueniant, per eundem Iudicem debent [d] cogi: coram quibus si causa suspicionis infra terminum [e] competentem probata non fuerit, tunc demum auctoritate sua iudex vtetur. Quòd si coram ipsis causa suspicionis probata fuerit, causę cognitioni supersedere [f] tenebitur recusatus. Ipsa namque ratio dictat, quòd suspecti, & inimici, iudices esse non debent. [g]

¶ Idem.

¶ *Nō tenetur Iudex, vel aduersarius deferre appellationi, cui non detulit appellans.*

Secundum leges pōt proponi vsque ad viginti dies, vt in prædicto §. *offeratur. & C. de sen. ex interlo. om. iud. Auth. & consequenter.* Causa verò suspicionis coram arbitris à partibus electis est probanda. s. *de offic. deleg. suspicionis. & infrà eod. cum specialis. & suprà de foro compe. licet 1.* Causa verò recusationis non probata delegatus in causa procedit. ea verò probata supersedere debet iudex, ne amplius se intromittat, cùm appareat ipsum non habere iurisdictionem post pronunciationem arbitrorum. In ordinario secus est: quia potest committere causam illam personę non suspectę, vel illam causam remittere ad superiorem. *infrà eod. cum specialis.* & ibi de hoc etiam inuitis partibus: quod non potest delegatus: vt ibi notatur.
c ¶ *In aliquos.*] Id est, arbitrorū, vel arbitros. An tales arbitri veri dicantur, dictum est. s. *de offi. delegati. suspicionis.*
¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*
d ¶ *Debent cogi.*] *Arg. contra. ff. de iudi. si quis ex aliena.* sed ibi dubitatur an iudex sit, hic autem non: cùm constat de iurisdictione, sed prætenditur recusati. h. Lauren.
e ¶ *Terminum competentem*] Terminum istum non iudex, sed arbitri statuere debent. s. *de of. deleg. suspicionis* Hodie verò debet iudex assignare terminum, vt in *decre. Innocen. iiij. in hoc eod. tit. cap. legitima.* [*lib. 6.*]
¶ *Glos. seq. signat contrarium & dupliciter soluit.*
f ¶ *Supersedere.*] Contradicit lex: quia licèt iudex delegatus recusetur, potest causam alij delegare. *C. de iud. cum specialis.* ibi non probatur causa suspicionis, sed allegata suspicione delegatur causa alij: & quia non grauatur in aliqua probatione, permittunt à lege, vt delegatus alij deleget: sed hic necesse habet probare causam suspicionis: & ideò quia in hoc grauatur, releuatur probata suspicione: vt amplius non committat inuito recusatore, & nos aliud seruamus secundùm canones. Certè lex illa non dicit, quòd committere possit causam, & sic non contradicit.
g ¶ *Suspecti, & inimici.*] sic. 3. q. 5. *quia suspecti. & C. de iudi. apertissimi.* Bernard.

h Ibi ergo cognoscat, hoc nō quia hic plus, quod ibi iudex afficitur. Vt dixi de offi. dele. suspicionis. & adde, quod no. infrà eod. sollicitudinē. in glos. sed quare. Io. And.

A *N sit.*] Habet duos intellectus: secundū primū potest summari sic: Appellationi suę renunciat, qui post eā aliquid in ipsius præiudicium innouauit. secundū alium intellectum: Non est deferendum appellationi illius, qui appellationi aduersarij non detulit. Secunda pars ibi, *Respondemus.* Abbas.

C A S V S. Aliquis paratus erat spoliare aliquem re sua: ille appellauit ne aliquam iniuriam sibi faceret, vel grauamen. non obstante illa appellatione spoliauit illum. Spoliatus traxit suum spoliatorem in causa, paratus probare incontinenti suā spoliationem: ille spoliator appellauit: quæritur, an eius appellationi sit deferendum? Respondet Papa, quòd cùm in eo sit puniendus, in quo peccauit, appellationi illius non est deferēdum. qui appellationi deferre neglexit. Not. quòd punitur quis in quo peccauit. Item qui appellationi ab alio interpositæ non defert, nec ei appellanti est deferendum: quia frustra legis auxilium implorat, qui committit in legem.
¶ *Glo. seq. quærit, ponit op. Lau. & soluit.*
h ¶ *Incontinenti.*] Sed qualiter intelligis illud incontinenti; an vsque ad triduum? C. *de erro. aduo. l. 1. Sic. an sine interuallo.* s. *de test. cogen. præterea. & s. de elec. quia propter. & s. de rest. spol. literas. & s. de test. venien. 2. an. quàm cito potest ff. de statu. libe. si peculium. § Sic. & ff. ad Tertul. l. 2. § confessum.* Sol. hoc potest committi arbitrio iudicis, vt dixit Alanus. Ego dico, quod hic supplendum est, maximè, quia idem esset, si congruo tempore hoc probaret: quia frustra auxilium legis implorat, qui committit in legem s. *eod. constitutus. & s. de elect. bona & ff. de mino. auxilium. in fi.* & hic expresse dicitur: nisi ipse se sponte obligaret, vt hoc probaret incontinenti. quia posset renunciare iuri suo. simile in *de restit. spo. c. 1.* [c]
¶ *Glo. seq. arguit pro. & soluit contrarium.*
i ¶ *Indignum*] Nunquid ille, qui non detulit appellationi in vna causa, repelli debet in alia à beneficio appellationis? *Arg. quod sic. s. de exce. cùm ecclesiastica. & s. de elect. bona. in fi & j. de vsu. quia frustra ff. quod quisque iuris l. 3. §. hæc pœna.* Respondeo, quòd debet in alia causa ab illo, vel alio repelli. & sufficit, quòd semel punitus est: *arg. s. de electio. cùm in cunctis. §. clerici. & c. cum Vinton.* [d] Et sic habes, quòd quis punitur in eo, in quo deliquit. sic j. *de iure patron. pastoralis. & supra de temp. ordi. literas.*

rius deferre appellationi, cui non detulit appellans.

CAP. XLII.

A N † sit deferendum appellationi illius, quem aduersarius de expoliatione post appellationē legitimè interpositā sibi factam †, paratus est incontinenti [h] conuincere, nos duxisti per tuos nuncios consulendos: ¶ Respōdemus, quòd cùm in eo quis † puniendus sit, in quo deliquit: qui appellationi deferre neglexit †, se beneficio reddit appellationis indignum. [i]

Innocentius iij. illustri Regi Francorū.

¶ *Habet duos intellectus: secundum primum hoc intendit: Merus executor non recusatur, nec ab eo appellatur, nisi modū excedat, maximè si est datus cum clausula, appellatione remota: secundum alium intellectū hoc dicit: A Iudice suspecto non receditur per appellationem, nisi modum excedat.*

CAP. XLIII.

N Ouit † ille, qui nihil ignorat: & infrà. ¶ Præterea interdicti sententiam Cardinalis non edidit [k], sed potiùs publicauit [l]: nec fuit dictator ipsius,

N *Ouit ille*] Diuiditur. Secunda pars ibi, *De suspicionis.* Abb.
C A S V S. Dominus Papa mādauit cuidam legato in Francia, vt terram Regis Franciæ supponeret interdicto, quod & fecit. Rex Franciæ conquerebatur de legato, quod perperam processerat contra ipsum; quia cum esset ei suspectus, appellauit ab ipso, & post appellationem, in terram suam tulit sententiam interdicti. Respondet Papa Regi dicens, quòd Cardinalis sententiam illam non edidit, sed potius publicauit: nec fuit dictator ipsius, sed potiùs executor: sed ab executore appellari non potest, nisi modum excedat. Et Papa in literis Cardinali directis, appellationem inhibuit: de suspicione dicit, quòd licèt non credat eum suspectum, etsi tamen fuisset, propter illam appellationem desistere non debuisset: quia non suo motu, sed de mandato Papæ processit. Nota, quòd ab executore appellari non debet, nisi modum excedat. Item licèt executor sit suspectus, ab eo tamen propter hoc appellari non debet: quod si fiat, nihilominus debet exequi, quod mandatur, cùm nullam habeat cognitionem.
k ¶ *Non edidit.*] Sed dominus Papa tulit sententiam illam.
¶ *Glos. seq. adducit similia.*
l ¶ *Publicauit.*] Sic & Achatius non fuit dictator noui erroris, sed veteris imitator. 24. q. 1. *Achatius & 11. d. præceptis & j. de fen. c. 2 simile j. de priuil. quia intentionis.* qui enim rem perducit in lucem potius rem declarat, quam aliquid noui faciat *ff. de acqu. rer. do. adeo quidem. §. si quis. in fi. ff. de test. hæredes. § 1. ff. si seruit. ven. sicuti. § distant alias. sed si quæratur.*

† Cap. 17. è. tit in 2. cōpi. Et vide Mathesilanum singul. 18. incip. Nota, quod si actor.

† Alias sentiam.

† vox, quis, deest in antiquioribus.

† neglexerit.

† Cap. 1. eo. tit in 1 cōpi. Et est pars c. nouit. s. de offi. leg. & de iud.

c *Concor. tex. in l. si vis in consen. cū concor. C. de pact.*

d *Et hæres, qui accommodauerit tacita voluntate contra leges, in eā fraudē cōmisit, admittitur facti. ff. de his qui. vt indi. l. hæres. & l. referi tum. Ioan. And.*

sed veriùs † executor: Vnde cùm secundùm [a] ius, ab executoribus [b] appellari non possit, nisi forsan modum [c] excederent in exequendo: Nos etiam in litteris super hoc directis ad ipsum, appellationis curauimus obstaculum inhibere: appellationi ab eo interpositæ non fuerat deferendum. ¶De suspicionis † autem obiectu, licèt eum meritò tibi suspectum non fuisse credamus: non tamen, & si fuisset, propter appellationem interpositā ab eo, desistere debuisset [d]: ad quod nō proprio motu, Sed nostro potiùs præcepto processit.

¶Idem.

¶Si appellatio recipitur à Iudice, vel approbatur à parte, terminus ad eam prosequendā præfixus obtinet vicē peremptorij, vt in absētem procedatur, ac si perēptoriè fuisset citatus: nec talis terminus præueniri poterit ab aliqua partium.

CAP. XLIV.

SÆpè † contingit, quòd cùm ad nostram audientiam appellatur, propter defectum partis alterius [e], neque per se, neque per responsalem idoneum appellationem interpositam prosequentis, vel forsitan ex malitia [subsequentis †] responsalis [f] mandatū procuratorium occultantis, lites quę de facili poterant terminari, remaneant indecisæ, cum frequenter iuris quæstiones [g] moueatur, cuius apud nos probationes necessariæ [in contrario †] non existunt, & interdum etiam facti [h] quæstio de leui posset partibus præsentibus comprobari. Vnde licèt in Lateranensi [i] † concilio fuerit constitutum, vt si in quocunque negotio aliquis appellauerit [k], ex eo qui appellatus fuerat veniente, qui appellauit venire neglexerit, competentem illi recompensationem faciat expensarum, vt hoc saltem timore deterritus †, in grauamen alterius non facilè quis appellet. ¶Quia tamen propter hoc quęstiones nihilominus prorogat, pręsenti decreto statuimus, vt si huiusmodi appellatio vel à Iudice recepta †, vel à parte fuerit approbata post terminū appellationi præfixum, edicti perēptorij vires obtineat [l], ita videlicet vt extunc in absentem [m] perinde procedatur, ac si peremptoriè [n] vocatus ad iudicium extitisset. ¶Quòd si forsitan interposita prouocatio malitiosè recepta, vel approbata non fuerit, cùm constiterit legitimè

a ¶*Secundùm ius.*] Tam canonicum, q̃ ciuile. *s. de re iudi. quod ad consultationem. & 2. q. 6. c. ei qui. § sunt quorum. ver. ab executore & C. quorum appellatio. non reci. l. ab executore.*

b ¶*Ab executoribus.*] Hoc intelligendum est de mero executore, qui nullam habet cognitionē, sed tm̄ executionem. *s. de off. deleg. pastoralis. §. quia verò.* vbi de hoc & *s. eo. tit. prox. de cætero. salu*o *iure isto.*

c ¶*Modū excederent.*] Sic *s. tit. prox. quod ad cōsultationē.* vbi de hoc. ¶*Glos. seq. dupliciter legitur.*

d ¶*Debuisset.*] Ex hoc videtur, quod sicut non posset appellari à mero executore, ita non potest recusari. *s. eod. super eo. & c. 2. §. 3.* sed si non esset merus executor, bene posset appellari ab ipso, & recusari. Ioā. [a] Sed videtur potius dicere littera ista, q̃ si quis appellat à suspecto, q̃ propterea non debet dimittere, quia procedat, quia primò recusatio est proponenda: & si iudex illam non admittat, si sit iusta, tunc est appellandum, quia tunc ipsum grauat. suspicio enim proponenda est secūdū formā illius decre. *s. e. tit. 2. requiris. & j. eod. cum speciali.* Bern.

SAepe.] Diuiditur. Primò ponit constitutionis cām. Secundò statuit ibi, *Quia tamen.* In qua sex facit. Primò statuit, vt appellatione recepta terminus habeat vicem perēptorij. Secundò ibi. *Quòd si forsitan,* quid si interposita prouocatio non fuerit recepta. Tertiò ibi, *Saluis.* saluat constitutiones disponentes super desertione appellationis. Quartò ibi. *Quicquid.* declarat primum dictum huius constitutionis. Quintò ibi: *Si quis.* punit præuenientem terminum hominis. Sextò ibi: *Hoc autem.* constitutionem determinat. Abb.

CASVS. Aliqui appellāt ad sedē Apostolicā, sed propter defectū alterius partis nō prosequētis appellationem interpositā nec per se, nec per alium, vel forsitan ex malitia procuratoris mandatum occultantis, litesq̃ de facili poterant terminari, remanent indecisę: quia si sit quæstio iuris, illa posset citiùs expediri cùm probatiões nō sint ibi necessariæ: & si esset qō facti, de leui posset partibus præsentibus cōprobari. Super hoc olim statutum fuit in concilio Lateran. vt si quis in quocunque negotio appellauerit, & ille, qui appellatus fuit, venerit appellante minime comparente, appellās debet appellato condēnari in expēsis. Sed quia propter hoc lites nihilominus prorogabantur, statuit Innoc. iij. vt si huiusmodi appellatio à iudice recepta, vel à parte fuerit approbata. iudex statuat terminum appellanti, vt si infrà terminum appellationem non fuerit prosecutus, eo elapso peremptorij edicti vires obtineat terminus assignatus, & extūc in absentem perinde procedatur, ac si peremptoriè vocatus fuisset ad iudicium: quòd si appellatio interposita malitiosè recepta, vel approbata non fuerit nihilominus vigorē suū obtineat, cū apparuerit legitimè prouocatum, saluis cōstitutionibus promulgatis de appellantibus post sententiam: quia tūc illis nō prosequentib. appellationes suas post terminū appellationi præfixum, rata manet sententia, quæ fuerat appellationi suspēsa: verumtamen quicquid posset proponi circa citationem perēptoriam ab absente ad sui defensionem. illud idem proponi possit aduersus huiusmodi appellationē. In fine dicit, si quis præuenerit terminum appellationis, & veritate tacita litteras impetrauit, careat impetratis, & in expensis alteri parti condemnabitur. Nota arg. quòd contumacia, siue dolus procuratoris nocet domino. Item quæstio iuris probationem non requirit. Item qui non prosequitur appellationem suam infra terminum sibi statutū, iudex eo elapso procedat tanquam citatus peremptoriè, non venisse. Nec citatus peremptoriè auditur iustam causam absentiæ allegās. Item si quis impetrat litteras ante terminum à iudice, vel ab appellante statutum, tacito de illo termino, litteræ non valent. & tanquam contumax punitur in expensis.

e ¶*Alterius.*] Scilicet appellantis. ¶*Glos. seq. notat & remittit.*

f ¶*Responsalis.*] Sic videtur, q̃ negligentia, siue dolus procuratoris noceat domino. De hoc dictum est s. *vt lit. non contest. c. 1.*

g ¶*Iuris quæstio.*] De hoc potes habere plura exempla, scilicet vtrùm laicus, vel aliquis in minoribus ordinibus constitutus eligi possit ad dignitatem, vel minor xxv. ann. vel aliquis possit habere plura beneficia de iure communi, de hoc nulla probatio apud Papam est necessaria, cùm ipse habeat ius in scrinio pectoris sui. *C. de testa. omnium.*

h ¶*Facti quæstio.*] Quæstio facti quandoque præsentibus partibus de leui posset probari, putà per confessionem partium, vel per instrumenta, quæ haberent, vel per testes præsentes.

i ¶*In Lateran. cōcilio.* *s. eo. reprehensibilis.*

k ¶*Appellauerit.*] Istud nota, q̃ qui appellat, si appellatio sua recipiatur à iudice, vel ab aduersario approbetur, tenetur illam prosequi sufficienter, quantum ad totum negotium. aliàs si nuncium mittat ad impetrandum tantùm, vel nullum mittat parte altera prosequente, condemnabitur in expensis alteri parti. *j. eo. Nicolao. & c. interposita. §. 1.* aliàs si non approbetur appellatio à iudice, aut ab aduersario, sufficit mittere procuratorem ad impetrandū: licèt altera pars sit præsens, vt *in decre. interposita. §. 1.* secus est de appellato. quia ei non imponitur prosequendi necessitas, nisi venire velit vel solus, vel cum aduersario *2. q. 6. ei qui. § appellatore.* & potest negligere causam, si vult, cùm sine ipsa possit causa appellationis tractari, si contumax fuerit. *C. de temp. app. l. vlt. §. illud.* eo priùs citato *j. eo. per tuas.* Et nota, q̃ qui appellat à grauamine, causam in scriptis assignare tenetur [b], & petere apostolos, in quibus iudex causam exprimat appellationis, & cur appellatio non sit admissa. Vel si forsitan appellationi sit delatum, postea statuat terminum appellāti: & si appellaut voluerit, partes debent per se, vel per procuratores instructos ad causam [c] tractandam accedere. quod si appellans non fecerit, reputabitur non appellans, & ad primum iudicem remittetur, & in expensis parti alteri condemnabitur: & si appellatus hoc contempserit. ipse in expensis condemnabitur: vt j. *eo. tit. in decre. Innoc. iiij. cordi nobis est j. eo tit. [lib. 6.]*

l ¶*Obtineat.*] Ipsa appellatio, siue terminus statutus à iudice ad ipsam prosequendam erit loco peremptorij: vt eo, elapso procedat iudex in causa, si non fuerit appellationem prosecutus.

m ¶*Absentem.*] Hoc potest intelligi de appellante, & appellato. ¶*Glo. seq. ponit duo conuenientia inter terminum appellationis, & citationem peremptoriam, & vnum in quo discrepant.*

n ¶*Ac si peremptoriè.*] Vt si lis non est contestata, excommunicetur reus absens, qui appellauit, vel mittatur actor in possessionem causa rei seruandæ, si lis est contestata, potest ferri diffinitiua sententia, si liqueat de causa: vel si non liqueat, constituatur verus possessor. *j. de do. & contu. prout.* supra *Vt lit. non contest. quoniam. §. in aliis.* si actor est absens, qui appellauit, procedatur contra ipsum ad testium receptionem, & ad diffinitiuam sententiam, vt *supra de do. causam quæ* prout no. in *decr. prout.* Item in alio habet appellatio similitudinē cum citatione perēptoria, vt sicut perēptoriè citatus, qui nō venit, nō auditur appellās. *34. q. 3. de illicita.* sicut nec appellās, qui nō prosequitur appellationem

† *Aliàs, verò.*

† *In recentioribus impressum ita, de suspicione autem obiecta.*

a ¶*Idē not. 2. q. 6. §. sunt quorū. ver. ab executore. Io. And. Et concord. à diuo Pio. & ibi B. §. si per reb. ff. de re. iu. & iu. l. miles. §. qui in dic. e. tit.*

† *Cap. 2. eo. tit. in 3. cōp.*

† *Dictio, subsequentis, deest in antiquis.*

† *Inclusa sunt in antiquis exemplaribus.*

† *Laterani si sub Alex. iij. c. 6.*

† *deterritus,*

† *suscepta*

b *Concor. tex. in l. eius §. si verò. cùm no. C. e. & in l. § libelli per Bart. eo. tit.*

c *Nō solùm ad causam appellationis, sed etiā ad causam principalē.*

tionē. ī. eo. personas & c. cùm sit Romana. In hoc tamē differūt, quia peremptoriè citato iudex pôt facere gratiā. ī. de offi. dele. consuluit. sed si quis nō prosequitur appellationē, statim tenet sniā: vt ī eo. cum sit. nec amplius audit appellās, vt ibi dicitur, & hic[a]. Ver. saluis, &c. & hoc intellige, cum notum est hoc iudici, ꝙ appellās non est prosecutus appellationem in termino constituto, & ipse non comparet in presentia iudicis in ipso termino. aliàs non pôt pcedere cōtra absētē.

a Secundū eundem. Hostiens. Ioan. And.

prouocatum, nihilominus eam vigorem volumus obtinere. Saluis[a] constitutionibus de prouocantibus post sententiam promulgatis: quibus appellationes suas prosequi non curantibus, post terminum appellationi prosequendæ præfixum, rata manet sententia[b], quę fuerat appellatione suspensa. Quicquid autem contra citationem peremptoriam possit ab absente[c] proponi, aduersùs appellationem huiusmodi valeat allegari. ¶Si quis autem terminum appellationis præueniens[d], tacita veritate[e] litteras impetrauit: & careat[f] impetratis, & pœnam contumaciæ[g] non euadat. Hoc autem in litibus[h], siue iudiciis exercendis volumus obseruari.

a ¶ Saluis cōstitutionib.] Hoc respicit, id quòd dixi ī. Ver. ex tunc in absentem procedatur, &c. sed hic post sniā statim rata manet sententiā, & procedit iudex ad executionem tantùm: sed tunc ante sniā alius est modus procedēdi, vt dictum est in notula illa vt si lis non est conte. &c. ¶Glo. seq. alle. concor. & rationē reddit, quaerit, arg. pro. & soluit. Iterū quaerit, & ponit opi. Vincen. item Tancre. quam approbat.

b ¶ Rata manet sententia] Sic ī eo. cum sit Romana & 2. q. 6. ei qui. §. appellatore. qui n. nō prosequit appellationē fingit nō appellasse. C. tem. appel. l. Vlt. §. Vlt. vnde ēt retrò notat infamia. ff. de iis qui no. infa. furti. Sed nūquid est idē in sententia excōicationis, vt si aliquis fuerit excōicatus post appellationē. & eā nō prosequit, an tunc rata maneat snia excōicationis, vt fingat nō appellasse? Videt ꝙ sic: quia retrò notatur infamia, qui cōdēnatur de furto, nec prosequit appellationē: vt in l. prædicta furti. Sed hoc nō est verū in snia excōicationis: quia aut appellatio tenuit, aut nō. si tenuit, excōicatio lata postea ipso iure nulla fuit. j. de sen. excom. per tuas. & ita siue psequit appellationē, siue nō nō efficit postea aliqua. ff. de re iud. quod ab initio. & 16. q. 3. c. placuit § potest Vltra vnā col. si appellatio non tenuit, ergo excōicatio postea facta statim tenuit. & aliud est[b] in snia excōicationis, q̄ in aliis: quia effect⁹ aliarū sniarū suspēdit, si appellet. ff. ad Turpil. l. 1. in fi. sed effectus excōicationis nō suspēdit per appellationē. j. eo. pastoralis. ex hoc sequeret absurditas, si aliquis retrò esset excōicatus: sequeretur enim, ꝙ aliquis canonicè electus esset. & tñ cassanda esset electio eius facta medio tēpore. Ioā. Sed pone aliquē Epm depositū, statim post sniam appellat, appellatione pendēte excōicat subditū suū, nūquid talis excōicatio tenet? Vinc. dixit, quòd si Eps nō appellauit, vel si appellauit, & non fuit appellationē prosecutus, excōicatio nō tenuit. Arg. l. prædi. ff. de iis qui no. infa. l. furti. quia fingit nō appellasse. C. de tēp. ap. l. Vlt si fuerit prosecutus siue cōfirmetur sentētia, siue nō, tenuit excōicatio. T. dixit & melius, ꝙ ex quo appellauit, remansit in officio suo: quia qui appellat, nō dicit cōdēnatus. ff. de pœn. l. 2. § Vl. & integer est status eius, vt interim fungat honorib. ff. de appel. interposita. ff nihil inno. l. Vnica. §. integer[c]. & ideo siue prosequatur, siue non prosequatur appellationem, excōicatio tenuit, & hoc secundùm prædictā rationē, quam Ioā. assignauit. si verò nō appellauit, acquieuit sentētię. & sic per sentētiā amisit omnē iurisdictionem: vnde si tulit postea sententiam, nulla fuit.

b Hoc quando sequitur appellatio, Vt statum dicit glos. quādo Vero procedit, est secundum. de hoc not. in præall. decre. licet. in glo. Ioan.

c ¶ Absente propone.] Hoc vult dicere littera ista: sicut absens perēptoriè vocatus, qui nō potuit venire iuste. de causa detētus, audit allegans impedimentū suū, ita ꝙ reuocatur, quod contra eum factum. ī. ut præx. cū Bertholdus & ff de iud. si prætor. & 4. q. 5. qui, quis. sic appellans[d] si nō potuit appellationē suam prosequi infra terminum constitutū, auditur volēs probare impedimentum ī. eod. cùm sit Romana. & c. cùm ex ratione. & C. de temp. app. l. Vlt. §. illud.

c Expressē probatur. ff. de inau. rup. & ir. test. l. si q̄s exheredato. §. hi autem. secundùm Host. Ioan. And.

d ¶ Præueniēs] Hoc intelligitur de termino statuto à iudice, vel ab appellante, secus est in termino statuto à lege, quē pôt quis præuenire. 2. q. 6. c. ei qui § appellatore dum tamen appellatus nimium non præcurrat, vt appelantem in commissione impetranda supplantet. j. eo. oblata

d Supple, Vel appellatus: quia terminus, de quo loquitur decret. peremptorius est vtrique. Io. And.

e ¶ Tacita Veritate.] Quia tacuit impetrando quòd terminus statutus fuisset à iudice[e], vel à seipso.

e Fortiùs secundum Host. si tacuisset ipsā app. j tit. 2. bonæ. ī. de rescr. ex parte L.

f ¶ Careat impetratis] Iste cui pręfigitur tēpus ab homine, nō pôt ante terminū illū impetrare. Nūquid illud tempus curris in anno appellationis? Nō videt: quia tūc nō est in mora: quia si vellet pcedere nō pôt, vt hic dicit: & ei qui agere nō pôt, non currit tēpus: vt dicit lex. C. de anna. except. l. 1. §. Vlt.

g ¶ Pœna contumaciæ] Quia punitur in expēsis. ī. eo. reprehēsibilis. & iudex cui sit commissio, illum condemnabit ad expensas. j. eo. Vt debitum.

¶Idem Lumouicen.† & Cantureen. †Episcopis.

¶Appellatione deserta per negligentiam appellantis, potest iudex ex officio proced. vt in casibus, in quibus eius officium exuberat. Et est casus valde notabilis.

CAP. XLV.

CONstitutus[i] † in præsentia nostra Archidiaconus Claremon. nobis exposuit, quòd Claremon. Decanatu vacante, quidam Canonici vota sua in Episcopum transtulerunt[k], & Episcopus cum quibusdam aliis expresse consentientibus in eundem Archidiaconum ei contulit Decenatum, vndecim Canonicis priùs appellantibus, ne quis assumeretur pręter assensum omnium[l] in

h ¶ In litibus]Et[f] vbi non seruatur iuris ordo, vt in notoriis ī. de ritur in accusatur. ad nostrum. & in causa inquisitionis. ī. vt lite non cont. qūi. & vbi crimina patent, & corriguntur. ī. eo. reprehensibilis. & c. cùm sit Romana. in fi.

COnstitutum.] Si appellās in causa electionis infra tempus legitimū non prosequitur, non per hoc preiudicat cognitioni faciēdæ officio iudicis sup impedimētis electi. h. d. Diuidit. Primo ponitur partis narratio. Secunda ibi, intellecto. Papę mortuū, & iudicū datio. Abb. Siculus. CASVS. Vacante decanatu Clarem. quidam canonici contulerunt potestatem eligēdi in Episcopum, & quidam non hoc acto in illa trāslatione, vel collatione, ꝙ Eps nō procederet ad electionē sine aliis. Dū essent in tractatu electionis, xj. canonici appellauerūt, ne aliquis eligeretur in Decanū sine assensu omnium requisito: Eps cū quibusdam aliis cōtulit decanatum Archidiacono illius Ecclesię. & pars alia aliū elegit. Quidā Cardinalis legatus sedis Apostolicę, examinationem electionis illius commisit duobus Abbatibus, vt causam instructam ad sedem Apostolicam remitteret, non vt appellationi interpositę derogaret: facta examinatione, Cardinalis transmisit illā ad sedem Apostolicam, partibus postmodum in præsentia Papę constitutis, Archidiaconus prędictus prędicta omnia allegauit, petens electionē de se factam confirmari. Ex parte aduersa responsum fuit, ꝙ non erat cōfirmāda, sed infirmādā: quia facta fuit post appellationem contra formam Episcopo traditā: & ꝙ Archidiaconus spōte renūciauit facto Episcopi. Ad hoc fuit p Archidiacono allegatū, quòd illi nō erant vlteriùs audiendi, cū appellationē suam infrà terminum non fuerant prosecuti: D. Papa his, & aliis auditis, intellexit per assertionem Cardinalis prædicti, quòd sub ea forma fuerat appellatū, ne sine assensu omnium procederet in electione Decani: & ꝙ appellationem infra annum non fuerant prosecuti, nec allegauerūt causam, pp quā esset eis bienniū cōcedēdū: quia sicut infra annum miserunt bis nūciū, ita potuerūt mittere procuratorē: veruntamen ne videatur D. Papa perēptorias exceptiones propositas sub silentio pterire, mādat iudicibus, quatenus si cōstiterit Archidiaconum spōte renūciasse facto Epi, ex quo facto nitit: vel si constiterit ipsū Epm processisse ad electionē ipsius Archidiaconi contemptis pręditis canonicis, sine quib. ad electionē procedere nō valebat secundùm sibi traditam potestatē, eidē Archidiacono super decanatu silentium imponāt: alioquin nominationem, seu electionē de alio factam, & quicquid fuerit secutū ex ipsa, denuncient irritū, & inane. Not. ꝙ ius eligēdi pōt transferri in vnum. Itē qui nō prosequitur appellationē infra annum, postea non admittitur ad eam prosequēdam, nisi iustā causam ostēderet, propter quam daretur ei bienniū. Item qui repellitur vna via, admittitur per aliam viam. Item licitum est cuilibet renunciare iuri suo. Item forma mandati seruanda est.

f Hæc glossula non reperitur in antiquis codicibus, nec credo Bernardi esse.

† aliàs, Lemonicen. & Canturien. Episcopis.

† Carnoten. † Carnoten. † Carnicen. † Caturricē. † Caturicē.

† Cap. 2. eo. t. in 3. cōp. cum ex hac decretali obseruabis multa singularia: quæ præ cæteris collegit Guido Papa hic.

i ¶ Constitutum est.]Hæc decr. loquitur de materia illius. ī. de test. Venientis secundo.

k ¶ Transtulerunt.]Et quidam alij retinuerunt penes se potestatem eligendi, hoc acto in ipsa translatione, ꝙ Episcop⁹ sine aliis ad electionem non procederet: vt j. dicitur.

¶Gl. seq. recitatur per obiectionem, & dat duas solutiones.

l ¶ Præter assensum omnium.]id est præter assensum omnium requisitorum. quia omnes sunt vocandi. ī. de elect. quod sicut. & c. quia propter. & cap. bona memoria. 2. Si velles intelligere pręter assensum omnium, scilicet habitum in electione, nō valuisset appellatio: quia non est necesse, quòd omnes consentiant in electione: quia sufficit consensus maioris partis, & sanioris capituli in electionib. ex quo vocati sunt omnes: vt dicit illa constitutio, quia propter & multa alia iura eius-

dem tit. & j. *de his quæ fiunt à maiori parte cap.* 1. *seruata forma* illius *cap. quia propter.*

a ¶ *Derogaret.*] Quia nec posset, si vellet, ex quo appellatum est ad superiorem, vel delegatum [a]. s. *de offic. leg. licet. & suprà de postu. bona memoria.*

¶ *Glos. seq. obscura, ponit duas opin. Io. & Tancre. & secundam approbat.*

b ¶ *Delegauit*] Sed qualiter potuit iste legatus delegare causam alij, cùm iam esset delata ad Papam per appellationem contra id. s. *de off. dele. studuisti. & c. licet.* Ioan. dicit [b], quod speciale est in causa, vbi appellatur ab electione, quòd alter cognoscere possit. Tancr. dixit & meliùs, quod hoc facere non potest, nisi de consensu partium, quem credebat hîc interuenisse, ad hoc vt causam magis instructam remitteret ad Papam per iura prædicta. *C. de rela. l.* 1. *&* 2. *& infrà eod. intimasti.*

c ¶ *Indulgendũ.*] Quia indulgeri non debet nisi ex iusta causa. *suprà eod. cùm sit. & c. ex ratione.*

d ¶ *Potuissent.*] Sic *suprà de elect. bona. & de do. & contu. cùm dilectis.*

e ¶ *Exceptiones.*] Duas videlicet, quas statim subiungit, quas iudex ex offic. suo decurso tẽpore appellationis admittit, & de eis mandat inquiri, ne per surreptionem promoueatur. *arg. suprà de elect. cùm dilectis. sic C. de tem. ap. l.* 2. *in fi.* In huiusmodi electionib. præcipuè valet officium iudicis. s. *de elect. cùm nobis olim* [e]. *& c. nihil est.*

f ¶ *Renunciasse.*] Quod ei licuit 7. *q.* 1. *quam periculosum. & C. de pact. si quis in conscribendo.* vnde amplius non est audiendus. *arg.* j. *de iust. cùm venissent.*

g ¶ *Processisse.*] Excedẽdo fines compromissi, & ita nihil egit. s. *de elect. cũ dilectis. & de cõfirmatione examinata. ff. de arbitris. Pedi* [a].

h ¶ *Prætermissis.*] Prædictis xj. canonicis, sine quibus procedere non debebat, prout expressum fuit in translatione voluntatum. vt dicit hæc littera.

i ¶ *Factam de alio.* Ab illis xj. pendente electione Decani, de qua & si dubitaretur, an teneret, non est alia facienda. *arg. C. qui da. tut. vel cu. pos. l.* 1. *seruus si notorium esset. ĩ. eo. constitutus. & j. de iure pa. c. illud.* Vin.

ij Constitutis.] Appellatio frustratoria possessionem confirmati non impedit. Ita communiter summatur. sed secundùm hanc summationem hæc decr. esset in dubio. Diuiditur. Primò narrat factum. Secundo diffinit ibi, *Nos ergo.* Tertio protestatur ibi, *Si quid.* Abbas Sic.

Casus. Vacante præpositura S. Saluatoris Meten. die statuta ad celebrandam electionem Episcopus Meten. adiurauit canonicos illos per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, vt secundũ Deũ vnũ eligerent de duobus, in quos partes videbãt conuenisse, quẽ magis vtilem, & idoneum Ecclesiæ reputarent: post hoc Decanus cum quibusdam nominauit in Præpositum Cantoré Meté. Cantor sancti Saluatoris cum quibusdam aliis concorditer Cãcellarium Meten. elegerũt in Præpositum: cuius electionem tanquam à maiori, & saniori parte capituli Meten. Episcopus confirmauit: & cum vellet ei dare inuestituram, Decanus appellauit ad sedem Apostolicã, cõtra ipsum, impotentiã allegando dicens: illum Cancellarium impotentem in partibus illis, in quibus bona præpositurę cõsistunt, addens quod alia sibi opponeret in presentia Papæ, quæ tunc in præsentia iudicis suspecti noluit explicare: demum causa ista ad sedem Apostolicam est delata. Decanus pro parte sua in præsentia Papæ hæc, & alia proposuit. D. Papa examinato negotio, quia ei constitit euidenter appellationis causam coram Epõ expressam, rationabilem non fuisse, & aliam non expressit, quamuis dixerit, quod exprimeret coram Papa; vnde ipse statuit, vt per ea quæ dicta fuerant, confirmationis effectus non debeat impediri. Postquã vero pacificã possessionẽ ipsius præpositurę habuerit, si quis contra ipsũ aliquid apponere voluerit, non in modum exceptionis, sed in modum denunciationis, vel accusationis, licentiam habeat apponendi. Not. quòd qui appellat etiam extra iudicium, causam iustæ appellationis debet exprimere. Item coram iudice appellationis potest quis exprimere aliã causã, quàm illam, quã in appellando expressit: quod locum habet in huiusmodi appellationibus electionum. Item qui non potest excipere, potest accusare, vel denunciare.

Decanum, cùm electioni eius xxv. tum per se, tum Episcopo medio consentirent. Cùmque sancti Marcelli Presbyter Cardinalis tũc Apostolicæ sedis Legatus, per partes illas transitum faceret, non vt appellationi interpositę derogaret [a], sed vt instructam transmitteret ad nos causam, sancti Egidij †, & sancti Andreæ Abbatibus examinationem delegauit [b] ipsius: & mandauit eisdem, vt partem cõtradicentem electioni Decani citarent ad ipsum, contradictionis suæ causam in eius pręsentia ostensuram: *& infrà.* ¶ Intellecto igitur per assertionem Cardinalis, quòd sub ea forma fuerat appellatum, ne sine assensu omnium procederetur in electione Decani: & quòd appellantes appellationem infra annum non fuerant prosecuti: nec erat, propter quod eis esset biennium indulgendum [c]: cùm sicvt bis infra tempus legitimum simplicem nũcium ad sedem Apostolicam destinarant †, sic potuissent [d] saltem semel procuratorem idoneum destinasse: Ne tamẽ perẽptorias exceptiones [e] ex eorũ parte propositas videamur sub silentio pręterire: Mandamus, quatenus si vobis cõstiterit Archidiaconum facto Episcopi, ex quo nititur, spõte renũciasse, [f] vel prędictũ Episcopum processisse [g] ad electionẽ ipsius, prætermissis [h] prędictis, sine quibus, ne procederet in illa translatione voluntatum, ex qua nititur Archidiaconus, proponitur esse actum, ei super Decanatu silentium imponatis: alioquin nominationem, seu electionem taliter factam [i] de alio, & quicquid fuerit secutum ex ipsa, denuncietis irritum & inane.

¶ Idem Cancellario Metensi.

¶ *Contra electum, vel confirmatũ, nullum aliud ius expectantem, non admittitur regulariter exceptio, vel appellatio, maximè frustratoria ad impediendum electionis, vel confirmationis effectum, sed possessione habita poterit accusari, vel denunciari. h. d. & secundùm hoc est casus notabilis.*

CAP. XLVI.

ij Constitutis † in pręsentia nostra Decano sancti Saluatoris, & Cantore Metẽ. *& infrà.* ¶ Metẽ. [k] Episcopus intimauit, quòd S. Saluatoris prępositura vacante, die electioni pręfixo, per Patrẽ, & Filiũ, & Spiritũ Sanctum in virtute obediẽtiæ, ac sub animæ periculo Canonicos adiurauit [l], vt secũdùm Deũ, & iuxta conscientiam suam, vnũ eligerẽt de duobus, in quos partes videbant oculos extendi se, quẽ Ecclesię magis vtilem [m], & idoneum reputarẽt. Decanis autem cum duobus Diaconis, & Subdiaconis tribus, dictũ Cantorem in Prępositum nominauit: Cantor [n] verò ipse, qui presbyterali officio fungit, & Custos cum Scholastico, & magistro B. Sacerdotibus leuitis duobus, & Subdiaconibus quinque tet cõcorditer elegerunt: cuius electionem tanquam à maiori [o], & saniori parte Capituli factã (cùm de personæ tuæ honestate cõstaret) pręd ictus Episcopus confirmauit: & cùm tibi vellet donum †, & inuestituram porrigere (vt est moris) Decanus ad sedem Apostolicam appellauit: contra te impotentiam [p] dun-

k ¶ *Metens.*] Ex vna parte.

l ¶ *Adiurauit.*] Talis adiuratio loco iuramenti habetur. 22. *q.* 5. *si quis presbyter.* j. *de pur. can. c.* 1.

m ¶ *Magis vtilem.*] Ad hoc quidem de iure tenentur: ille. n. qui est doctior, & sanctior, est eligendus. 8. *q.* 1. *licet ergo.* cuius cõparatione cæteri grex dicantur. 25. *d. c. vlt. oratorium.* §. *nũc autem. &* 1. *q.* 1. *vilissimus. &* 61. *d. in sacerdotib.* licèt talis sit eligẽdus, sufficit tñ si est idoneus: quia cõueniẽs scientia toleratur in prælato. s. *de ele. cùm nobis olim.* & sufficit, quod non sit malus 17. *q.* 4. *monasterium.* s. *de præsum. dudum.*

n ¶ *Cantor*] Sancti Saluatoris.

o ¶ *Maiori, & saniori.*] Quasi à duab. partib. electus: vnde meritò debuit pręualere, quod semper obtinet in electionibus. s. *de elect. quia propter.* & in aliis et negotiis Ecclesiæ, nisi à paucioribus aliquid rationabile ostendatur. j. *de iis, quæ fiunt à ma. par. ca. c.* 1.

¶ *Glo. seq. primo rois. per obic. & sol. secundo quærit, ar. pro, & contra, & soluit.*

p ¶ *Impotentiam.*] Impotentia ꝓueniens ex nimia senectute, vel corporis debilitate, bene nos repellit à ꝓmotione. 85. *dist. Archidiaconum* Sed hic non obiiciebatur talis impotentia: vt patet ex litteris. Sed nũquid est habẽda ratio potentiæ in electionib. siue diuitiarũ, siue nobilitatis, sicut habet ratio dignitatis [d]. *Arg. quod sic* 4. *q.* 3. *in testibus.* 50. *dist. hoc scripsimus.* 97. *dist. nobilissimum* 41. *dist. non cogantur.* 24. *q.* 1. *quæ contra pacẽ. in Auth. de defen.* §. 2. *coll.* 3 *&* j. *de prob. de multa. ff. de custo. & exhi. re. l.* 1. *& ff. fam. er. si quæ sunt. & ff. de his. instr. l. vlt. & C. qui bo. ce. pos. l. vlt.* Sed cõtra videt, vt paupertas pferat. 12. *q.* 2. *gloria Episcopi. & c. Socrates.* 1. 25. *q.* 1. *alia. in fi. ff. de va. & extr. cog. l.* 2. §. *est. in. rei qdẽ sãctissima.* Sol. si omnes.

a *Aliàs ita: Vel delatũ est negotiũ ad Papam.*

b *Reprobãs id, quod quidam dixerãt, quod summatim poterant examinare sicut metropolitanus.* j. eod. solicitudinem, nã *secundum hoc remitteret causam instructam. Ioan.*

† *Illedij.*

† *destinarunt.*

e *Vbi de hoc &* 28. dist. | eiusquam. *Ioan. And.*

† Cap. 4. eo. tit. in 3. cõp. *Et de præcipua huius decretalis quæstione, an videlicet sit necesse semper eligere magis idoneum, vi. B. Thom.* 2. 2. q. 63. ar. 2. ad 3. arg. *Sotum* li. 5. de iust. & iure. q. 6. art. 2. *& Caietan. in regula peccatum. de reg. iur. lib.* 6. *in* 2. *p. relec.* §. 7. & concil. Tr. sess. 4. de refor. c. 1. & 18. *vbi de gubernatoribus eligendum docet.*

† *Hoc est, Cancellarium Metensem, cui hæc scribit Papa.*

† *Denum, habent aliqui antiquiora exemplaria Gregorij: in aliis, donũ, vt in antiqua compilatione, & ibi exponit, donum scilicet præpositura.*

d *Adde ad hoc Bart. in* l. si plures. ff. de acc. & l. 3. §. in magis. ff. de testi.

c *Et* q. 2. c. clerici qui. vbi no. quãdo sit peccatum habere diuitias. *Ioan. And.*

ß omnes aliæ circunstātiæ partes essent hinc inde, satis potest recurri ad diuitias, seu potentiā: vt per eas subleuetur Ecclesia ß iura prædicta. Item patet hic, q non recurritur ad dignitatem, cū numerus est longè maior ab alia parte. ỹ. de elect. dudum. a ¶ Explicare.]ᵃ Aduertendum est, q hic deficit totus iste textus sequens, secūdum quod compertum est in registro, & incipit: Nec appellatio, quam post confirmationem obiecerat, confirmationis factum debuit impedire, qm à minori parte contra constitutionem maioris, & sanioris nulla rationabili causa obiecta, vel ostensa interposita fuerat: quia & Decanus opponens rationabilem causam suæ appellationis, nec opposuit, nec ostendit. Nos ergo, &c.

b ¶ Rationabilē nō fuisse.] Ex hoc patet, q Episcopus non tenebatur deferre appellationi præ dictæ: quia licèt alius sit potentior, non fuit iusta causa appellandi, dum tamen alter sit idoneus, & sic potentia hinc, vel nobilitas non præfertur: sed id detulit, quia dicebat se velle aliam proponere coram Papa.

¶ Glo. seq. arg. allig. contra, soluit, & opi. ponit.

c ¶ Aliā velles obiicere.] Ex hac littera satis colligitur, q alia exceptionem, siue aliam causam possum proponere coram iudice appellationis, quam expresserim coram illo, à quo appellaui. arg. ff. de ap. §. ...

taxat allegans, proponendo te in partibus illis, quasi penitus impotentem, in quibus Præpositure possessiones existunt, addens, quòd alia tibi obiiceret in præsentia nostra, que tūc in præsentia Iudicis suspecti noluit explicare ᵃ. † Nos ergo, quia constitit euidenter illam appellationis causam, quę fuit expressa, rationabilem ᵇ non fuisse: aliam autem tunc non expressit: etsi dixerit idē Decanus, quòd aliā ᶜ † vellet obiicere coram nobis: decernimus tuæ cōfirmationis effectum non debere per ea, quæ sunt proposita, impediri. Si quid tamen contra te non in modū ᵈ exceptionis ad impediendum electionis, & cōfirmationis effectum: sed in modum denunciationis, vel accusationis duxerit proponendum, postquam pacificam ipsius Præpositure possessionem fueris assecutus, proponendi licentia non negamus.

¶ Idem Vigornien. Episcopo.

¶ *Appellari potest, si locus nō tutus partibus assignatur, etiamsi sit scriptum appellationi remota.*

obiicitur. Arg. ỹ. de elect. cū dilectus. & ỹ. de testi. sp. litteras. immò videt, q cū in modū exceptionis obiicit crimen electo: nisi electus publicè sit infamatus de illo crimine, q differenda nō sit electio. ỹ. de acc. accedens. Arg. C. de edi. diui Hadri. sol. l. 2. C. de Falcid. l. 2. & sic videt, quòd iste sub cōditione recipiat dignitatē, si dixerit quis. Itē patet hic, quòd licet aliquis sit exclusus à iure excipiēdi: nō tñ à iure denunciādi, vel accusandi. Sic ỹ. de testi. quemadmodum. in fin. simile. ỹ. de concess. preb. post elect. in fi. Sed quare iste electi post confirmationē nō potest obiicere crimen in modū exceptionis: vt ỹ. de accu. super his. Resp. ratione præsumptionis oneratur deteriori modo agenti: quia de facili repellitur quis à denunciando: vt si fuerit inimicus, vel criminosus, qui denunciare non potest, eo te non correxerit, vel si non præmonuit: similiter est duru agere criminaliter propter pœnā talionis, sed excipere potest qui liber criminibus, & excommunicatus. ỹ. de exce. dilectis in fi. Io. Alia ratio verior est, quia vlterius non posset obiicere crimen in modum exceptionis per confirmationem, quam iste habuit, & possessionem corporalem, q mandat Papa dari huic, consequitur ius plenum iu, à quo repelli non potest, nisi per denunciationem, vel accusatio-

CAP. XLVII.

Ex † parte tua: & infra.

¶ Præsenti pagina respondemus, quod cum excusetur honeste, qui ad præsentiam delegatorum Iudicum non potest securè venire citatus: tu, vel tui, quotiens ad illos Iudices vos euocari contigerit, ad quorum præsentiam vobis periculosum est ire liberè poteritis appellare, etiā si in litteris commissionis, appellationis fuerit remedium interclusum: nisi Iudices ᶠ vobis assignent locum idoneum, & securum.

¶ Idem Episcopo, & Decano, & Præcentori Herforden.

¶ *Licitè appellat reus, si nō auditur excipiens procuratorem actoris nō habere sufficiēs mandatum: vel se, prius cōuentum per alias litteras, de quibus non fit mentio in secundis. Hoc dicit quoad titulum.*

CAP. XLVIII.

Significauit † nobis magister hospitalis Eboracen. & infra.

¶ Preterea Capitulum Eboracē.

tionem. Vnde exceptio īnō non habet, q na per exceptionem repelli r quis ab obtinendo, vt dicit illa dec. e. super his. & licèt ibi sit confirmatus, & habeat possessionē, non sum tamen plenum ius habet, vnde ius habet ibi locum exceptio: sed hic non est ita. In decr. accedens. erat ille iam institutus per Papam, & non decrat sibi nisi sola executio, quam Papa mandat fieri, nisi publicè infamatus esset: quia executio differri non debet præ textu exceptionis opposite, nisi opponeretur de falso. ỹ. re. prox. de cætero. & ỹ. de cri. fal. super eo.

Ex parte]Diuiditur quia primò ponitur decisa consultatio. Secundò responsio ibi, Præsenti. Abbas Sic.

Casvs. Si iudex citat aliquem ad locum ad quem non possit ire securè proposita exceptione de loco suspecto liberè poterit appellare. licet appellatio in litteris sit inhibita, nisi iudex locum securum ei dederit assignandum Not. exceptionem de loco suspecto admitten lam. Item quamuis in litteris Apostolicis appellatio sit inhibita: potest tamen de iusta causa appellari. Item iudices securum locum partibus assignare debent. Item no. arg. quod iudex potest reuocare grauamen, vt appellans cogatur cedere ab appellatione.

¶ Glo. seq. ponit quatuor, quæ requiruntur in loco.

e ¶ Periculosum est ire.] Nota, q ibi iudex diem præfigere debet, vbi partes sine periculo possint accedere, & oēs sui siue testes, siue ad so... 33. q. 2. sine de consang. & 3. q. 9. hortamur. 2. q. 2. c. Glo. & ff. de iud. si locus immò nec altera pars, quæ non potest venire honestè, tenetur ire ad locū inhonestū. ff. de arbi. si cum dies. §. si arbiter. Itē nō solū dicitur locus incommodus propter inimicitias, sed etiam si excedat duas dietas vt ỹ. de rescri. nonnulli ᵈ. Itē nec extra prouinciam terminos est facienda citatio 3. q. 6. nemo. nem nisi ex speciali iussione principis. de epi. & cler. Auth. sed hodie C. de ap. cum post in Auth. vt omnes obe. in §. 2. coll. 5. & vbi citatur quis ad locum periculosum, non sufficit præstare ducatum. ỹ. vt lite non contesta. c. accedens.

f ¶ Nisi iudices.]No. ar. iudicē posse reuocare grauamē, vt appellans cogatur recedere ab appellatione legitima. ỹ. eo. cū cessante.

Significauit]Prima pars ponit querelam appellantis. Secunda ibi ibi, Quocirca. Abbas Siculus.

Casvs. Defuncto magistro hospitalis Eboracen. fratres ipsius hospitalis elegerunt B. presbyterū in rectorē, siue magistrū ipsius hospitalis: Archiepiscopus Eboracē. ad quē, vt dicebat, ordinatio ipsius

quæsitum. & noua instrumenta, & allegationes possum inducere in causa appellationis. C. de tempo. ap. per hanc. Sed contra. ỹ. eo. dilecto. & c. vt debitus. quia non admittitur appellatio, nisi sit rationabilis causa expressa: vt ibi dicitur. ergo si illam non expressit, postea non pōt aliā exprimere, propter quā appellauit. In casu præsenti dico, q corā iudice appellationis possum opponere, quamcunque causam rationabilē volo sine illam expresserim in appellatione, siue non: vt ỹ. vt lit. non contest. accedens. & ỹ. de fi. instr. cum ioannes. & de hoc ỹ de excep. denique. & multò fortius si protestatus sum me velle aliam proponere, vt hic. & si Decanus aliam proposuisset, bene fuisset auditus: sed nullam proposuit: quia nō habebat, quid obiiceret: vel mutauit consilium suum, & superior tenet illa non admittere: quia si nihil opponeretur, ipse ex officio suo tenetur inquirere de ipsa electione, & meritis electi ỹ. de elect. cum nobis olim. & c. nihil est. & c. venerabilem. immo si aduersarius negligēs esset, superior debet inquirere de exceptionibus peremptoriis ỹ. eo. c. prox. per sirreptionem aliquis adipiscatur honores. ỹ. de elect. cum dilectus. & in c. cum nobis olim. Quid iuris sit in aliis casibus ab isto, diceturỹ. eo. dilecto. In hac sententia quantum ad casum præsentem erat T. Alan. vt Io. & Da. colligebat ex hac littera, quod in casu isto non potest opponi alia exceptio, quam fuisset expressa, cū succubuit in vna, nec licet variare, ne Ecclesia diu vacet. Vel hic non fuit admissa: quia cum succubuit in vna, præsumitur calumniosè aliam proponere. 3. q. 10. placuit. Quod prius dixi, teneas. Bern.

Additio Hodie opinio Ioan. & Da. est approbata per iura noua: vt patet in c. vt circa. de elect. [lib. 6.] & c. constitutionem. de elect. in clemen.

¶ Glo. seq. dupliciter obiicit, ponit opi. In utrumque obiicit, ponit opi. Io. & sol.

d ¶ In modū exceptionis.]Simile ỹ. de cōces. preb. post electionē. in fi. Sed cū ista dec. actio ad im pugnādū electionem, multò fortius exceptio debet dari ad impediēdū ỹ de testibus. quēadmodū. quia turpius eiicitur. & c vt ibi. & cui damus actionem, multò fortius & exceptionem. ff. de superfi. l. 1. §. at autem ff. de reg. iur. nemo. & cui damus ᵇ. Præterea qualiter potest iste electus pēdente lite recipere dignitatem, cōtra 3. q. 1. d. tantis ỹ. de acc. De eo autem expetens. & ỹ. de test. b. vlt. & ff. de re mili. qui statum ... ꝙ hoc ideo statuitur, quia ᵃ præsumitur ᶜ q calumniosè, & differendi cā

a Hæc glossa non est Bernardi, nec habetur in vetustis codicibus neque hoc fragmentū, etiam in mentis, immensis in veteri compil.

† Adde, quo dicatur rationabilis causa per Bart. in l. quod vero. ff. de le. & in l. si postulauerit. §. ratio. ff. de adult.

† alia.

b Et ỹ. de re. iud. qui ad agendū. lib. 6. Ioan. And.

c Decebat Host. quod tolleretur præsumptio per iuramentum per ... vt, qualia ... alle. gloss. Ioan. And.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. cōp' Et pro ista lectione decretalis præstat Phi. de Pergu. hic vide Barr. in l. ante sentētiam. ff. de appella. recipien.

† Cap. 6. e. tit. in 3. cōp. Et de materia sigilli vide Felinum in c. 2. ỹ. de fid. instr. & Dacium in c. 2. post cessionem. ỹ. de proba. & quæ citantur in c. 6. de fide instru.

d Hodie dic vt cod. tit. statutum. lib. 6. per quem etiam determinatur, quod hoc duxerat. Petr. scilicet delegatum posse committere causam extra prouinciam, dummodo subdelegatus non coret extra prouinciā, sed dic vt in. hr. §. in nul. lo. Io. And.

ipsius hospitalis pertinebat, dictum B. electum præfecit ibidem: postmodum vero Decanus & capitulum Eboracen. dicentes quod ad ipsos hospitalis ordinatio pertinebat, impetrauerunt litteras super hoc ad quosdam iudices: Iudices citabant tam Archiepiscopum, quàm dictum magistrum: in quorum præsentia comparuit procurator. capituli, cum litteris procurationis sigillatis sigillo capituli: in quo continetur, vel continebatur sigillum capituli ad citationes tantum, cum capitulum aliud sigillũ habere noscatur. Magister hospitalis excipiendo proposuit, quòd occasione illarum litterarum procurator taliter constitutus non debebat ad causam admitti: & insuper adiũxit, quòd auctoritate quarundam litterarum ad alios iudices obtentarum, prius conuentus fuerat super eodẽ negotio, de quib. in posterioribus litteris non fiebat mẽtio: quare corã eis nõ debebat, nec poterat per illas litteras cõueniri: Iudices hmõi exceptiones admittere noluerunt: quare sedem Apostolicã appellauit: vnde mãdat Papa, quatenus si constiterit per prædictas exceptiones vel alteram earũ fuisse ad sedem Apostolicam appellatum, quicquid factum fuerit post appellationẽ huiusmodi, debeat in irritum reuocari: & postmodum iudices in causa procedant. Nota, quod procurator debet esse legitimè constitutus: alias repelletur. vnde primò debes hoc videre, vtrum sit rectè constitutus. Item non debet quis pro eadem causa ad diuersos iudices trahi. Item secundæ litteræ non valent, nisi expressè de prioribus fecerint mentionem. Item aliquis proponit plures exceptiones, quarum quælibet per se sufficit, si alteram probet. Item quicquid fit post appellationem legitimam, debet in irritum reuocari.

† *attentatum.*

† Cap. 7. c. t. in 3. cõp.

¶*Glos. seq. dupliciter exponit, quod hic dicitur de sigillo.*

a ¶*Ad citationes.*] Faciendas scilicet, quando capitulum citabat aliquos, sigillabat litteras illo sigillo: sed per illud sigillum non debebant constituere actorem ad causam: immò cum sigillo noto, & authentico. Vel etiam cùm citabantur, mittebant nuncium cum sigillo illo a, nec tamen sufficiebat sigillum ad litem totam. Bern.

a *Hanc gl. dicit hic Abbas esse singularem. ad hoc quòd iudex potest quem citare per nuncium primo sine litteris, dare sibi aliquo signo. Ioan. And.*

¶*Glo. seq. recitetur per quæstionem.*

b ¶ *Constituebat actorem.*] Adhuc poterat obiici huic actori, quod non erat constitutus de auctoritate Archiepi. Eboracen. quia si capitulum conueniat aliquem, vel conueniatur, auctoritas prælati debet interuenire, & si prælatus similiter agat, vel conueniatur, debet habere consensum capituli. suprà de iud. causam. & 3. *de procu. c. 1.* vbi de hoc. sed si capitulum agat contra prælatum suum, vel conueniatur ab ipso, tunc dabitur capitulo actor ad litem auctoritate iudicis ad instar minoris: qui si vult litigare contra curatorem suum, dabit iudex minori actorem: vt *insti. de auth. tut. §. Vlt.* & *Insti. de curato §. Vlt.* cùm enim Ecclesia æquiparetur minori, & capitulum dicatur Ecclesia. j. *de resti. requisiti.* ergo & capitulum æquiparatur minori. sed hic agebat capitulum contra Archiepiscopum, & contra rectorem hospitalis, qui per Archiepiscopum fuerat institutus, qui dicebat ordinationem hospitalis ad se spectare, capitulum verò contrarium dicebat: vnde in casu isto Archiepiscopus non præstaret auctoritatem capitulo contra se, & sic iudicis auctoritate potest constitui per capitulum iste actor siue procurator, vt dictum est.

c ¶*Prius conuentus*] Hæc allegatio est efficax. s. *de rescript. ex tenore.* & 3. *de foro compe. c. penult.* & j. *eo. vt debitus.*

auctoritate quarundam litterarum, in quarum sigillo continebatur sigillum Capituli ad citationes a tantùm, cum aliud sigillum Capitulum illud noscatur habere, quendam constituebat actorem b. Sed licet idem magister allegauerit, quòd occasione litterarum illarum actor nõ deberet admitti: & insuper adiunxisset, quòd auctoritate litterarũ quarundã à nobis ad alios Iudices obtentarum, priùs c cõuentus, non debuit per litteras posteriores, in quibus nulla fiebat mentio de prioribus, conueniri, Iudices tamẽ exceptiones huiusmodi admittere noluerũt, propter quod vocẽ ad nos appellationis emisit. ¶Quocirca mãdamus, quatenus si vobis constiterit ob dictas causas, vel earũ aliquam d, ad nostram fuisse audientiam appellatum: reuocato in irritum, quicquid post appellationem huiusmodi noueritis esse factum †, partes, &c. e

¶Idem magistro G. Archidiacono, & Vvnormanno Canonicis Suessionen.

¶*Licitè appellat reus, si non auditur petens declarari rem petitam in libello.*

CAP. XLIX.

Significantibus f † T. & R. fratribus, nostro fuit Apostolatui declaratum, quòd cùm inter ipsos ex vna parte, & V. ex altera, super quadam terra corã Iudicibus delegatis quęstio verteretur, ipsi cum plures terras haberent, vt terra illa, super qua quæstio vertebatur, ostenderet eisdem, à iudicibus postularũt: quod cùm ipsi facere denegarent g, ad nostram audientiam prouocarunt. ¶Quocirca mandamus, quatenus si ita est, reuocato in statum debitum si quid post appellationem noueritis attentatum, &c.

¶Idem Eboracen. † Episcopo, & de Luc. & de Monte molli Abbatibus.

¶*Iudex à quo non potest statuere terminum ad finiendam appellationem: quod si fuerit, intelligitur statuisse ad se præsentandum.*

CAP. L.

EX † insinuatione Prioris, & Canonicorum sanctę Barbaræ nobis innotuit, quòd cùm inter ipsos ex vna parte, & V. Camerariũ de Targar. † ex altero, super quodam manerio † coram Iudice ordinario quæstio verteret: & idem Camerarius ad nostram audientiã terminum non præfigens dictus Iudex, qui causam illius videbatur fouere, pro eo quòd quidam Clericus commensalis suus, dicti Camerarij in eadem causa fuerat Aduocatus h, hunc terminũ appellationi præ-

¶*Glo. seq. arg. alleg. quinque contra. alleg. quatuor in contrarium, & remittit.*

d ¶*Aliquam.*] Arg. quod qui plura narrat in libello suo, quorum vnum per se sufficeret: sufficit vnum probare. j. *de prob. cùm tam dudum.* & j. *de accu. accedens.* & s. *de rescrip. inter. ff. de condi. & demon. falsa. §. 1.* & j. *de priuileg. vt priuilegia. Arg. contra. supra de rescript. ex parte.* vbi de hoc. *ff. de exc. rei iud.* ... & s. *de rescr. ...* & s. *de probat. licet.* sed ibi se obligauit ad probandum vtrumque, vt ibi dictum est. & sic vtraque illarum exceptionum legitima fuit ad appellandum.

b *Vide in c. licet. j. de leg. super glo. sic videtur. Ioan. And.*

c *Vide in c. olim. super. vlt. glo. Ioan. And.*

e ¶*&c.*] Id est, ad nostram præsentiam cõuocetis, & in causa procedatis.

Significantibus.] Diuiditur in duas partes. Secunda ibi, *Quocirca.* Abb. Sic.

† *Aliàs ita: Abracen. Episcopo, & de Lucem. & de Monmorel. Abbatibus.*

Casvs. Decretalem istam, & eius casum habes s. *de libel. obla. c. 2. de verbo ad verbum.*

f ¶*Significantib.*] Hæc decre. ponitur *supra de libel. ob.* & ibi exponitur d.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cõp.

Additio. Sed ad aliũ effectum. ergo non obstat. *argum. de superfluitate.*

† *Tangari.*

† *Tanger.*

¶*Glo. seq. recitatur per obiectionem, & remissionem.*

g ¶*Denegarent.*] Et ita pronunciandum est super incidẽti, siue emergenti. hæc quæstio non erat incidẽs, sed potius emergens. De hoc plenè dicitur *suprà de ord. cog. c. 1.* Bern.

† *Hoc perperam in vulgatis legitur, manerio.*

d *In quadã Vercello ... post verbum exponitur: sed ibi additur ... oblato libello, ... perseueret ...*

Ex insinuatione.] Summatur vt in rubro secundũ intellectum gloss. quæ communiter tenetur. Vel summa sic: Si iudex à quo præfigit terminum ad prosequendam appellationem, & ad redeundum à prosecutione, non valet terminus respectu redeundi, sed bene valet respectu prosecutionis, adeo quod neutra partium præueniri potest. Primò ponit querelam appellantis. Secundò dat iudicem ibi, *Quia verò.* Abbas Siculus.

e *Commor. L. 1. & de Bel. C. de ex. cu. & l. nõ ... per cũ. Cod qui ac cu. non poss sunt.*

Casvs. Inter Priorem, & canonicos sanctæ Barbaræ ex vna parte, & V. Camerarium ex altera, super quodam manerio coram ordinario quæstio vertebatur: dictus V. ad sedem Apostolicam appellauit: iudex qui causam eius videbatur fouere, pro eo quòd quidam clericus commensalis suus dicti Camerarij fuerat Aduocatus, talem terminum sibi statuit, vt vsque ad festum Purificationis beatæ Mariæ vtraque pars ab appellationis prosecutione esset reuersa. Interim verò clericus dicti Camerarij præueniens nuncium Prioris, nec expectauit vsque ad legitimum terminum, impetrauit litteras, & recessit. Prior hoc intelligens significauit hoc domino Papæ: super hoc rescribit Papa dicens, quod ille iudex non potuit ei legem imponere, vt causa teneretur intra prædictum tempus expedire, immò absque damno moræ intacta permaneat, quousque eam faciat expediri: quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debent: mandat Papa quatenus, si est ita, partibus conuocatis audiant causam. Nota, quod minor legem suo superiori imponere non potest. Item si per Principem stat, quò minùs appellans expediat causam suam, non imputatur appellanti. Et sic nota, quòd impedimentum iudicis non nocet causæ, nec partibus præiudicat. Item qui litteras impetrauit ante terminũ, litteræ non valent. Item fraus, & dolus alicui non debent patrocinium impertiri.

¶*Glo. seq. ponit opinionem, quam reprobat.*

h ¶*Aduocatus.*] Ex hoc sumebãt quidã arg. quod iudex possit recusari

sari, si aduocatus alterius partis est commensalis ipsius: sed non est sufficiens causa recusandi. s. de offi. iudic. c. 1. Sed si altera pars esset commensalis siue familiaris iudicis, tunc potest recusari. s. de offi. deleg. insinuante.

a ¶ *Reuersa*] Hoc facere non potuit: quia sic esset imponere legem domino Papæ: vt hic dicit, & 2. q. 6. *anteriorum*. § *ad hæc*.

b ¶ *Potuerit.*] Simile 21. dist. *inferior* & s. de elect. *innotuit*. ff. de mino. minor. ff. ad Trebel. *ille à quo*. §. *tempestiuum*. & supra de maio. & obed. *cum inferior*. Bernard.

¶ Gloss. seq. quærit, ponit opin. quam reprobat, & soluit.

c ¶ *Expectato*] De termino constituendo dictum est s. eo. *personas*. quia triplex est terminus: vt ibi dicitur. Sed de quo termino intelligitur, quod hic dicit? De anno appellationis non potest intelligi: quia terminus ille bene potest præueniri dummodo nimium aduersarius non præcurrat. j. eod. *oblata*. Ioan. intellige terminum istum de termino legali, sed de illo non potest intelligi: quia si non prosequitur aliquis appellationem vsque ad annum, postea non potest prosequi: quia rata manet sententia, vel iudex procedet in principali. s. eod. *cum sit Romana*. & sic necesse est, vt intelligatur de termino statuto à iudice: vt intelligamus, quòd vsque ad festum Purificationis altera pars expectare debeat, nec antea debeat literas impetrare: quod cum non fecerit, non valent literæ ante terminum illum impetratæ, vt hic dicit, & s. eod. *sæpe*. & sic terminus iste statutus fuit ad præsentandum se iudici, licèt alia fuisset intentio statuentis terminum ipsum: & sic quia non poterat statuere illum terminum, valeat quod statuere potuit: quia si nó valet, vt ag. valeat, vt valere potest: vt C. *plus valere, quod agi*. l. 1. & *per totum*. Et quód de tali termino intelligatur, patet ex litera, vbi dicit, interim autem &c. quasi ante terminum statutum ab ipso iudice vnde non valent literæ.

d ¶ *Audiatis causam.*] Vt si de his constiterit: literæ Camerarij non valebunt. vt s. c. *sæpe*. & iste procedet in causa secundùm iuris ordinem, alioquin remittentur partes ad iudices Camerarij, & punientur in expensis. s. *de rescrip. cæterum*. & s. *de do. & contu. ex literis*. Bern.

† Aliàs eam fam.

† Has habes in Auth. de appell. §. ad hæc sanci. mus. & C. de tempor. appellat. Authentica, sed & in.

† Rofensen. & Londonen. episcopis.

† Rondon.

† Londoni.

† Ca. 9. eo. ti. in 1. com pil. Et de intellectu Gode Philippum Francum in suis quæst. in materia petitorij q. 8.

† Sed cum pluries appellatur quæ appellatio sit sequenda, tradit Lanfrancus de O. riano, suprà in c. quoniam contra de appe.

fixit, vt ad festum Purificationis vtraque pars esset ab appellationis prosecutione reuersa a, licet nobis non potuerit b legem imponere, vt eá † teneremur infra dictum terminum expedire: cùm & secundùm legitimas † sanctiones, lis quæ in consistorio Principis speratur inferri, absque dámno moræ intacta permaneat, donec ipsam faciat introduci, & à proceribus dirimi iuxta morem. Interim autem nuncius Camerarij præueniens nuncium eorúdem, nec ipso vsque ad terminú legitimum expectato c: impetrauit literas, & recessit. ¶ Quia verò fraus, & dolus alicui patrocinari non debent, Mádamus, quatenus si est ita, partibus conuocatis audiatis causam d, &c.

¶ Idem Rofeñ. † & Londoñ. † Episcopis.

¶ *Qui extra iudicium appellat ex verisimilibus, & probabilibus causis, ne in possessione molestetur, si postea spolia ur, restituitur ante omnia in statum, in quo erat tempore appellationis emissæ. h. d. inhærendo verbis literæ: & vt mos geratur vnicuique lectura. Panor.*

CAP. LI.

Bonæ † memoriæ O. de Camera persona Ecclesiæ de Fan. viam vniuersæ carnis ingresso, Abbas sancti Augustini Cantuarieñ. eiusdem Ecclesiæ, quam ad se asserit pertinere, primò per quosdam Monachos, secundò per seipsum possessionem ingressus e, ad nos pluries † vocem appellationis emisit, ne quis eum super possessione ipsius ecclesiæ præsumeret molestare: cumque aliquandiu prædictam Ecclesiam pacificè possedisset: quidam laici Cantuarieñ. diœcesis, ipsum Abbatem & Monachos de possessione ipsius Ecclesiæ per violétiam eiecerunt: & *infrà*. Procurator verò Archidiaconi proposuit ex aduerso, quod defuncta persona Ecclesiæ, Archidiacono tantum datur eius custodia: immò Archidiaconi, qui fuerunt pro tempore, tam de iure communi f, quam de generali cósuetudine tam in ista Ecclesia, quam in alijs vniuersis eiusdem diœcesis, hoc iure semper vsi fuerunt. Præterea præfatus O. nomine g Archidiaconi Ecclesiam possedit eandem, vt pote qui ei vnam h procurationem, & quinque solidos † nomine Ecclesiæ annis singulis exoluebat: & *infrà*. ¶ Præmissis igitur diligenter inspectis, prædictos Abbatem, & Monachos in eum statum i, in quo tempore appellationis factæ ex verisimilibus k, & probabilibus causis ad nos legitimè interpositæ fuisse (noscuntur proprietatis parti vtrili et salo iure) decernimus reducendos: ac fructus medij temporis perceptos † censuimus pariter assignandos eisdem.

¶ Idem sancti Augustini, & sancti Gregorij Prioribus.

¶ *Temeris arreptio habet vim appellationis, si seruantur ea, quæ seruare debent in appellatione. Hoc dicit secundum vnum intellectum intrinsecum.*

verso, quòd defuncta persona illius Ecclesiæ, Archidiacono tantú datur eius custodia immò Archidiaconi tam de iure cõ, quam de consuetudine generali, tam in illa Ecclesia, quàm in alijs eiusdem diœcesis illo iure semper vsi fuerunt. & ille O. nomine ipsius Archidiaconi eandem Ecclesiam possidebat, qui ei vnam procurationem, & v. sol. annis singulis exhibebat: his, & alijs diligenter auditis dominus Papa prædictos Abbatem, & monachos in eum statum reducendos decreuit, in quo erant tempore appellationis factæ ex verisimilibus, & probabilibus causis, saluo iure proprietatis vtrique parti cum fructibus medij temporis assignandis eisdem. No. quòd extra iudicium potest appellari, & à futuro grauamine. Item ex veris, & probabilibus causis debet appellatio interponi. Item in causa possessionis fertur sententia saluo iure proprietatis. Item spoliati restitui debent cum omni sua causa, & fructibus in pristinum statum.

¶ Glo. seq. recitatur per obie.

e ¶ *Ingressus.*] Videtur, quod male. j. de pri. *pastoralis*. quod verú est, nisi specialiter hoc esset ei concessum, vt in decre. pastoral. s. vel nisi clericus præmortuus eorum nomine possedisset. s. de restit. spo. *cùm venissent*. Vin.

f ¶ *De iure communi.*] Hoc n. videtur spectare ad ipsum de iure. 85. di. *si in plebibus*. j. de insti. *cum venissét*. immo potiùs ad Archiepiscopum, vt ibi dicit: quia Archidiaconus hoc habebat ex donatione Archiepiscopi.

g ¶ *Nomine Archidiaconi.*] Et ita Archidiaconus intelligebatur possidere per alium: quia qui per alium possidet, possidere intelligitur: *Inst. de interdict. §. possidere*. & s. de præscrip. *si diligenti* & s. de restit. spol. *cùm venissent*. & s. de præscrip. *si diligenti*.

h ¶ *Vnam procurationem.*] Hæc ratio nó fuit sufficiens: quia solutio pensionis nec dominium, nec possessionem probat, nec priuatalium sua possessione. s. de fi. instr. *inter dilectos*. ad fi. & s. ei. prox. *cùm Bertholdus*. ff. de acqui. possess. *quamuis*. §. 1.

¶ Gloss. seq. obijcit, & tripliciter soluit.

i ¶ *In eum statum.*] Sed cum Abbas, & monachi spoliati fuissent per laicos illos, & non per Archidiaconum, quomodo competit eis interdictum vnde vi contra Archidiaconum, nec etiam videtur fecisse contra appellationem monachorum. Et sic est contra. s. *de rest. spo. cum ad sedem. in fine*. Potest dici, quòd monachi restituútur hic nó ex vi interdicti, sed iudicis offi. ar. 2. q. 1. *in primis*. vbi remouetur tertius, qui successerat iá defuncto. & fortisan constitit Papæ, q. Abbas possidebat, cú appellatio fuit ab ipso interposita. Vel forte hæc facta fuerit per laicos mádato Archidiacono, vel ratú habéte, vñ tenet' vñ vi. vt ff. *de vi. & vi ar. l. 1. §. deiecisse* & §. *sed & si quis*. & s. *de resti. spoliato. cú ad sede*. l. 1n. Vel quia sciéter Archidiaconus recepit ré, qua monachi fuerút spoliati, & ita successit in vitiú. s. *de rest. spo. sæpe*. & s. *de iudi.* quia V. & hoc verius puto. vnde tenetur ad ipsam ré restituédam cum fructibus medio tpe perceptis: vt hic dicit; & non solú perceptis, sed & qui percipi potuerút. s. *de rest. spo. grauis*. & quia post appellationem rem recepit ab illis laicis: vnde omnia restituuntur in pristinum statum tempore appellationis factæ.

k ¶ *Ex verisimilibus.*] Sufficit ergo, q. sit probabilis causa appellationis

† Vide not. ad nostras in c. 2. & 3. de arbitris. Vbi ago de solidis.

† Dictio, perceptos, deest in vetustioribus exéplaribus & in codice Barbara iuxta Vocil. fructum, in margine tamen hæc, perceptos, qui percipi potuerunt. supra de resti. spol. c. grauis.

a Et ecclesia licet plenè spectet ad monasterium, soluit tamen Episcopo cathedratiaum, & censum antiquum. de donat. pastoralis. secundum Innocentium, & clemen. de célibus. c. 1. Ioann. And.

Bona.] In prima parte ponit allegationes appellátis. In secunda appellati. In tertia pronunciat ibi, *Præmissis*. Abb. Siculus.

Casus. Mortuo O. de camera Rectore Ecclesiæ de Fañ. Abbas sancti Augustini Cantuar. primò per quosdam monachos, postmodum per se ipsum possessionem ipsius Ecclesiæ fuit ingressus, appellans ne aliquis eum super possessione ipsius Ecclesiæ molestaret: & cùm postmodum prædictam Ecclesiam pacificè possedisset, quidam laici ipsum Abbatem, & monachos de possessione ipsius Ecclesiæ per violentiam eiecerunt: quam Ecclesiam Archidiaconus Cantuar. cœpit postmodum possidere: vnde Abbas, & monachi dictam Ecclesiam petierunt sibi restitui cum fructibus inde perceptis: lite contestata inter monachos, & Archidiaconum testes fuerunt hinc inde producti. demum causa delata est ad dominú Papam, coram quo prædicta ex parte Abbatis fuerunt proposita: procurator Archidiaconi proposuit ex ad-

lationis licet non sit vera, vel necessaria, talis videlicet debet esse, quæ si esset probata, legitima esset: tunc valet appellatio. j. eod. *Vt debitæ*.

ij. D*ilecti filij*.] Si contra superiorē suū quis itinerat ad Papam, habetur pro appellante, ita quòd excómunicatio postea in eū lata nō tenet. Prima pars ponit querelā. Secūda dat iudicē sibi, *Cū autem*. Abbas Siculus.

† Cap. 2. eo. ti. in 1. cōp. *Vide Abbatem* consl. 223. *inci.* illud de iure quæritur. *&* *Iasonem in* l. de quibus. ff. de legibus, *Vbi facta fortiora esse dicunt, quàm verba, ad declarādam voluntatem.*

† *Lamecre.*

C A S V S. Inter Archiepiscopum Cantuarieñ. & Priorem, & monachos Cātuarieñ Ecclesiæ super capella de Lamede cōtrouersia vertebatur: monachi pro causa illa miserūt ad sedem Apostolicam duos monachos I. & H. quos duos dictus Archiepiscopus post iter arreptū excōicauit: illi cōquesti fuerunt domino Papæ: cùm autē plus sit facto, quàm verbo ad sedē Apo. appellare, & illi ad sed. Apo. propter causam illā venientes intelligūtur prouocasse ad eam: mandat Papa quibusdam, quatenus si ita est, dictos I. & H. denuncient excōicationis vinculo nō teneri. No. ꝙ plus est facto, quàm verbo appellare. Itē qui iter arripit ad se. Apo. veniendi, appellasse intelligitur. Item sententia excommunicationis lata post appellationem factam facto, vel verbo, non tenet. Item in causa sua quis iudex esse non debet.

CAP. LII.

ij D*ilecti* † filij I. & H. Prioris, & Monachorum Cantuarieñ. Ecclesiæ nuncij retulerunt, quod cùm pro causa, quæ inter dictos Priorem, & Monachos, & Cantuarieñ. Archiepiscopum, super capella de Lámede † vertebatur, ab ipsis ad sedem Apostolicam mitterentur, idem Archiepiscopus post iter arreptum, in eos excommunicationis sententiam promulgauit.

¶ Cùm autem plus sit ad sedem Apostolicam facto [a] prouocare, quàm verbo, & ipsis propter dictam causam ad Romanam Ecclesiam venientibus, intelligatur ad sedem Apostolicam prouocatum: Mandamus, quatenus si est ita, dictus I. & H. denuncietis excommunicationis vinculo non teneri.

† *Elieñ.*
† *Heli.*

¶ Idem Episcopo Heliñ. †

¶ *Glo. seq. ponit octo, quibus factū respicitur. demum vtri. per q. an iter arreptum ad Archiepiscopum habeatur pro appellatione. arg. quòd nō, vna ratione, addit aliam secundùm Ioan. quā reprobat. Demum obijcit quod etiam ad Papam iter arreptum non habeat vim appellationis, & soluit.*

a De hoc ænomate per Albertinū tract. de agnos. assertio. q. 8. & q. 34. & q. 36.

a ¶ *Facto prouocare*] Quoniā plus[a] est factis demōstrare, quàm verbis dicere *ff. de adi. edic. si tamē. §. ei qui. & ff. de leg. de quib[us] in fi. ĩ. eo. ad audiētiā. & j. eo. Vt nostrū.* & sic facto renūciat quis iuri suo *infra de eo qui a ma. par. cap. ex ore. & ĩ. de off. dele. gratū.* & etiā factis mētimur. 22. q. 5. *cauere.* & factis cōsētit quis. j. *de cōds. ap. per tuas* & ipso facto cōsentit quis malis. 43 *dist. sit rector. Vel quid aliud est*, quàm tacendo terga præbuisse, &c. & factis quis probatur incōtinens. 28. *di. presbyteri.* & 12. q. 2. *quatuor* factis etiā ratū habemus *ff. ri. ra. ha. l. 3 §. falsus.* & factis negam[us] Deū. 11 q. 3 *Christianus*. Et ita sicut nō tenet excōicatio post appellationē. j. *de sen. excō. per tuas* sic non tenet excōicatio post iter arreptū ad Papā. Sed nō est ita in Archiepō: quia Papa vocatus est in plenitudinē potestatis, alij in partē solicitudinis 2. q. 6. *qui se scit. & ĩ. de vsu pal. ad honorē.* Io. dixit aliā rationē, scilicet quia nō itur ad Archiepm per querimonia. sed hoc est falsū. j. *eod. solicitudinē & ĩ. de off. ordi. ad reprimēdū.* Sed vr̃ ꝙ iter arreptū nō sufficiat ꝓ appellatione in iudicio, nisi iusta causa allegetur talis, quæ si esset probata, &c. j. *eo. Vt debitæ.* cū aliter nō valeat appellatio: sed post sentētiā diffinitiuā nō sufficit iter arreptū: nisi viua voce appellaretur. quia ibi est opus facto. *arg. j. de sen. excom. à nobis.* vbi non prodest iter arreptum in parte decisa. & in scriptis etiam appellandum est. 2. q. 6. *forma.* [& j. eo. *cordi. lib. 6.*] & *ff. de ap. à sententia. § vlt.* aliàs iter arreptum nihil operatur, nisi incōtinenti quis appellet viua voce: &, aliud ante sentētiā, quàm post, quia excōicatur post iter arreptum: vt hic. & ita perinde habetur, ac si excōicaretur post appellationem: vt hic. & præterea Archiepš non poterat esse iudex in causa propria, cū inter ipsum, & capitulum Eboraceñ. esset cōtrouersia super capella ista. j. *de no. ope. nū. c. 2.* pro qua cōtrouersia monachi isti ibant ad curiā. vnde excōicatio non tenuit post iter arreptū: & sic nō obstat, quod dicitur, iter arreptū nō sufficit pro appellatione[b] in iudicio: quia hic nō erat iudex Archiepš, vt dixi. Et credo, idem esse, si capitulū habeat causam cū Epo, vt si capitulū mittat ad Archiepm pro causa illa: & Episcopus excommunicat nunciū post iter arreptū, quòd sententiam nō tenet cùm Archiepiscopus in hoc casu sit iudex Episcopi. Vel dic, quòd secus est in Archiepiscopo, vt dictū est. Bern.

b Sic nec sufficit pro Apostolorū petitione infrà c. ab eo. lib. 6. & est simile j. de ele. Ecclesia. 1. Io. And.

P*Astoralis*.] In isto principio primo ponitur consultatio. Secundò responsio ibi. *Nos igitur*. Abbas Siculus.

C A S V S. Dñs Papa mandat alicui, vt procedat in causa appellatione remota: quærebatur, vtrū appellatio frustratoria tm̃ intelligatur inhibita? Papa considerans quòd per appellationē frustratoriam negotium impediri nō debeat, etiam si non fuisset inhibita, respondet, quòd quælibet prouocatio intelligitur remoueri, quæ expressè non indulgetur à iure. Sed si appellans fuerit grauatus iniustè, grauamen per superiorem poterit emendari.

¶ *Per clausulam, appellatione remota, inhibetur omnis appellatio, quæ à iure non indulgetur expressè. h. d. vsque ad §. verum.*

¶ *Glo. seq. arg. & remittit. Secundo ponit quinque exēpla, quibus approbatur appellatio. Tertio dicit, quid de iure antiquo, & quid hodie.*

CAP. LIII.

P*Astoralis* † officij diligentia: *& infra.* ¶ Quæsiuisti, verū quando inhibetur appellatio in rescripto, frustratoria tātū inhibita videatur. Nos igitur attēdētes, quòd per appellationem frustratoriā, etiāsi nō fuisset inhibita, negotiū nō debeat impediri, respōdemus, quod quælibet prouocatio intelligitur remoueri, quæ à iure nō indulgetur expressè[b]: sed si appellās fuerit grauat[us] iniustè, grauamē huiusmodi per superiorem poterit emendari[c].

b ¶ *Expressè*.] Arg. ꝙ omnia intelligūtur ꝓhibita, quę nō inueniūtur in iure cōcessa. ĩ. de transla. inter corporalia. vbi de hoc. Expresse indulgetur appellatio, etiāsi remota sit appellatio in rescripto, si iudex denegat restitutionē spoliato. ĩ. de resti. spo. ex cōquæstione. Itē si nō vult admittere recusationē cōsanguinitatis ĩ. *eo. postremo.* Itē si non facit exprimi res petitas in libello. ĩ. *eo. significantibus.* Itē si citat partes ad locū nō tutū ĩ *eo. ex parte.* Itē si cogit partes litigare coram subdelegato suspecto. ĩ *de off. dele. super quæstionem. in fi.* Multa exempla posses assignare[c], in quibus

† Cap. 11. eo. ti. in 5. cōp. *Et de clausula. appellatione remota. Vide Baldum in* l. 3. C. de appella. *&* *Antonium* Bar. in c. vt debitus. infrà, hoc tit.

¶ *Licèt excommunicatus ab excōmunicatione appellet, nihilominus denunciari potest, & beneficij reddītibus spoliari. Hoc dicit.*

¶ Verùm † quia multotiēs quis

† *Vide, quid per hunc §. determinat Romanum*, consl. 482. *incip.* in casu præsupposito. in 2. dubio.

recipitur appellatio, licèt sit remota in rescripto. Vbicunque permittit ius appellare, secūdū antiqua iura bñ admittebatur appellatio, licèt causa in iure nō exprimeretur, dūmodo non esset manifestè frustratoria. de qua intellige, quod dicit *Ver. nos igitur attendentes.* vbi per appellationem frustratoriā etiāsi non esset manifeste, &c. i. manifestè frustratoria. aliàs si habebat qualecunque excusationem, poterat appellare, dummodo non constaret ipsam frustratoriam. 2. q. 6. *ad Romanam.* & pluribus aliis ibidem. & ĩ. *eo. personas. & c. peruenit. & c. cū sit Romana.* Hodie verò siue sit remota appellatio, siue non in rescripto, non pōt appellari, nisi probabilis causa fuerit allegata, talis, quæ si foret, &c[d]. Item siue sit expressa in iure, siue non, causa ꝓp quam appellatur, dūmodo sit probabilis, bene tenet appellatio. j. *eo. Vt debitæ.* & ita constitutio illa addit huic decr. hoc scilicet ꝙ si causa probabilis, propter quam appellatur, non sit expressa in iure, valet appellatio, secundùm hanc decretalem non valebat. Quid operetur remotio appellationis hodie, dicetur. j. *eod. Vt debitæ.* Ber.

c *Et quæ plura potes videre in* Spe. de appe. §. in quib. ver. sed quid dices. *Ioan. And.*

c ¶ *Emendari*] Non enim debuit appellanti obesse, ꝙ non fuit suæ appellationi delatum, cùm appellatio eius iusta fuerit. 2. q. 6. *c. qui. §. appellatore & ĩ. eo. sæpe.* hodie verò non stamus huic. sed ei, quod dr̃ j. *eo. Vt debitæ* vt videlicet appellatio teneat, siue grauamen in iure sit expressum, siue non, dum tamen sit probabile.

d *Concordat tex. in* l. his qui ad castella. *&* *de* Bart. C. eo. & in l. properandum. C. de iu. & c. significauit. supra de test. exhibita. de exe. dilecti & c. significauerunt supra eo. significauit. *Ioan. And.*

V E R V M Diuiditur. Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, *Nos itaque* Abbas.

V E R V M Q V I A. C A S V S. In isto §. sic pone casum. Aliquis appellauit à iudice suo in aliquo certo articulo, & sic ad tempus est exemptus à iudice suo ꝑ appellationē quantū ad causam illā: secūdū hoc ponitur talis quæstio. Iudex excōicauit aliquē, ille appellauit ab ea tanquā iniusta, & in eo casu appellauit, in quo valuisset appellatio, si ante excōicationem facta fuisset. quæritur, vtrū iudex possit ipsum denunciare excōicatum, non obstante illa appellatione, & vr̃, ꝙ non possit, eo quòd per appellationē interpositam videatur excōicantis iurisdictio dormiuisse, & sic exemptus est ab eo quantū ad causam illam. Item quæritur, vtrū excōicato possint ad tēpus subtrahi Ecclesiastica beneficia? Ad primā quæstionē respondet Papa, ꝙ excōicatio trahit secū suā executionē, & excōicatus amplius non ligatur per denunciationem: & ideo iudex potest ipsum excōicatum denunciare vt ab aliis euitetur. Ad secundā quæstionē rñdetur, ꝙ prouentus Ecclesiastici illi meritò subtrahuntur, cui cōio Ecclesiæ denegatur. Not. ꝙ cùm appellatio intelligitur remota, q̃ in iure scripta est ꝓ cōmunicatione appellationis. Et sic est arg. ꝙ omnia intelliguntur ꝓhibita, q̃ nō sūt cōcessa expressè. Itē ꝑ appellationem legitimā eximitur quis à iudice suo ad tēpus quātū ad eam illā. Itē excōicatio secū trahit executionē. Itē per denunciationē amplius nō ligat quis. Itē appellatio nō impedit denūciationē. Itē excōicati priuādi sunt beneficio Ecclesiæ, dum in excommunicatione persistunt. Et hic not. quòd qui extra Ecclesiam est, nihil nomine Ecclesiæ potest possidere.

a ¶ *Ad*

a ¶ *Ad tempus.*] Qui enim appellat à iudice ordinario super aliqua causa, ad tempus tñ exemptus est ab ipso quantum ad illum articulum, sed in aliis remanet iudex, & tamē pendente illa causa potest illū, si voluerit, in alia causa tāquā suspectū recusare. s.eo. ad hoc si in vna. *& c. proposuit. & c. cùm teneamur. & j. c. Romana. §. cùm vero* [*lib. 6.*] *in delegato secus.*

ad tempus [a] per appellationem legitimam, à iudicis sui, quoad aliquem certum articulum, eximitur potestate: cōsuluisti nos, vtrùm si quis excōmunicationis sententia innodatus, ante denunciationem ipsius ab ea tanquam minùs rationabiliter promulgata, in eo casu, [b] in quo ante sententiam appellatio vires obtinuisset, curauerit prouocare eo quòd per appellationem interpositam excommunicantis videtur iurisdictio dormitasse [c], ipse denunciare possit eundem, & ad tempus Ecclesiasticis beneficiis Clericum spoliare. Nos itaque respondemus, quòd cùm executionem [d] excommunicatio secum trahat [e], & excommunicatus per denūciationem ampliùs non ligetur, ipsum excommunicatum denunciare potes †, vt ab aliis euitetur. Et illi prouentus Ecclesiastici meritò subtrahuntur [f], cui Ecclesiæ communio denegatur.

¶ Idem Episcopo Parisień.

¶ Si appellans ad superiorem comparet coram Iudice inferiores super concernētib. ipsā appellationē ipse appellationi renūciare videtur. Si autē protestetur, quòd propter hoc non intendit renunciare appellationi, tanquam contraria allegans non est audiendus: nisi notorium sit actū illum esse iniustum, super cuius emendatione adiuit inferiorem. Hoc dicit, & est bonus casus.

CAP. LIV.

SOlicitudinem † pastoralis officij: *& infrà.* ¶ Sanè cùm sicut recepimus, duobus coram suo Episcopo litigantibus, alter eorum ad sedem Apostolicam appellasset, Episcopus appellantem reputans contumacem, ipsum excommunicationis vinculo innodauit: qui coram Metropolitano de Episcopo sibi petiit iustitiam exhiberi, asserens, quòd post appellationem legitimè ad nos interpositam, ipsum excommunicauerat: & petens se ad eum statum, in quo fuerat appellationis tempore, à Metropolitano reduci, denunciari videlicet absolutum: adiiciens etiam, quod appellationi non renunciabat ob-

b ¶ *Casu.*] Hoc dicit pp crimina notoria, in quibus non admittitur appellatio s. eo. *cum sit Romana & c. consuluit.*

c ¶ *Dormitasse.*] Scilicet ne vlteriùs sit procedendum: quia appellatione interposita extinguitur pronunciatum: vt *ff. ad Turpil. l. 1. in fine.*

¶ *Glos. seq. obiicit. ponit tres solutiones, scilicet Pet. Hisp. Lau. & l. iterum obiicit, & soluit.*

d ¶ *Cùm executionem.*] hæc ratio non est sufficiens: quia non appellatur à sententia excōicationis: nam cùm quis absoluitur ab impetitione alicuius, huiusmodi sñia secū trahit executionē [a], & tamē ab ea appellatur. s. *de except. significauerunt.* Ab executore appellatur, si modū excedat. 2. *q. 6. c. si quis. §. ab executore. & s. c. pro quod ad consultationem.* Item sententia furti trahit secū suam infamiā. *ff. de fur. non potest* [b]. *& ff. de iu. quis no. infa. furti.* Quæ est ergo causa? Pet. Hisp. dixit, quòd Deus ligat, & non homo. 11. *q. 3. nemo.* vbi de hoc. & à principe non appellatur. Illa videtur verior ratio, vt homo crescat per meritū parendo etiā iniquæ sententiæ. *Ar. 8. q. 1. secūdū. & 11. q. 3. quid ergo.* & vt magis timeatur disciplina Ecclesiastica. Lau. Io. dixit, quod cōstitutio Ecclesiæ hoc facit, vt magis timeatur, sicut cōstitutio hominum facit, quòd sñia, quæ citò ligat, quoad eius effectū tardiùs liget. 2. *q. 6. anteriorū.* & 11. *q. 3. cùm apud Io.* Sed vř, quòd nō sit differētia inter sentēt: ā excōicationis, & alias sñias: immò idē, verbi gratia, cum dico: excōico te, statim es excōicatus, ita quòd nihil aliud est necesse. Idem est, cum dico: condemno te, vt soluas illi decem, quia statim es condēnatus: & si appelletur ab ista sñia cōdēnatio non remouetur per appellationē, immò remanes cōdemnatus, quantumcunq; appelles: sicut ille remanet excōicatus, qui post excōicationē appellat: quòd patet per sñiā appellationis in qua dī: cōfirmo, vel casso primam sñiam. & sic sñia semper durat vtroq; casu. In aliis sñiis appellatio retardat id, quod nondū extat: scilicet solutionem, vel rei, de qua condēnatio facta est, traditionem: quia verum est istum condemnatum, sed non est verum istum adhuc soluisse: & si statim condemnatus solueret, & postea appellaret, nihil releuat talis appellatio: nisi in euētu causæ appellationis. *ff. de ap. cùm ex causa.* In excōicatione nihil est, quòd possit appellatio retardare. Verus effectus sñiæ est, quòd cōdenatus soluat: quia ad hoc agitur, & finis excōicationis est, vt sit excōicatus, & ipsa prolatione sñiæ statim peruenitur ad istum finē: sed in aliis sñiis cōdēnationis non statim per sñiam cōsequitur finem, id est iudicatum. & appellatio impedit solā executionem: quia ad hoc est opus facto, licèt condemnatio sit facta, sed in sententia excommunicationis non est ita opus facto quoad suum effectum, nisi vt publicetur.

¶ *Gl. seq. quærit. arg. pro & contra & soluit.*

e ¶ *Excōmunicatio secū trahat.*] Ex hoc patet, quòd sñia excōicationis vel statim ligat, vel statim nulla est. Sed quid si aliquis excōicatur post appellationē probabilē? aut iste est excōmunicatus, aut nō. probo, quod nō est excōicatus: quia excōicatus est post appellationem probabilem quæ legitima est: ergo non est excōmunicatus, j. *de sen. excom. per tuas & j. eo. dilecti.* Sed cōtra vř, quòd sic quia iudex appellationis pronūciat appellationē non tenere, ergo per cōsequēs pronūciat excōmunicationē tenuisse. Rūdeo, quod si quis dubitat, an talis excōicatio teneat, vel non, ex futuro pendet, an teneat: sicut ex futuro euentu pendet, an teneat matrimoniū, vel nō. j. *de frig. & malefi. fraternitatis. in fi.* Vñ hęc argumētatio nō valet, iste est excōmunicatus post appellationē probabilē, quæ si probata esset, &c. ergo excōicatio nulla est: immò est inferēdū: ergo pro excōmunicato nō est habēdus: & tñ veneta excōicatus est: quia statim ligat sñia excōicationis, vel statim nulla est. tñ si talis medio tēpore adeptus esset Ecclesiā non vř, quòd esset ea priuādus: quia ipsum probabilis [b] error excusat. j. *de sen. exc. sacro.* cùm interim licitè cōicetur ei in omnibus sacramentis. j. *c. dilectus.* & quicquid tunc facit, valet. 3. *q. 7. c. infamis. §. tria. Ver. Verum & C. de test. l. 1.* Item quia medio tēpore status eius integer est. *ff. nihil inno. appel. pende. l. vnica. §. integer.* nec damnatus dicitur, qui appellauit. *ff. de pœna. l. 2. §. 2.* Io.

¶ *Glo. seq. huius prin. & fi. rec. per q. & sol. Demum quærit, & soluit, & dubitatione distinguit. Itē quærit, & distinguendo soluit.*

f ¶ *Subtrahuntur.*] Qui enim extra Ecclesiā est nihil nomine Ecclesiæ potest possidere. 8. *dist. quo iure. & 23. q. 7. c. 1. & 3. & 32. di. eos. & c. præter hoc.* si tñ nō habet aliud vnde viuat dico ei interim prouidēdum de bonis Ecclesiæ, & quia deposito prouidetur 50. dist. studeat. habenda est enim ratio, ne egeat. *ff. de re iu. inter duos. in fi. ne cogatur in cleri. opprobrium mendicare.* 93. *dist. diacons.* licèt videatur, quòd malè meriti publica egestate debeant laborare. *ff. depo. bona fides.* item illud potest intelligi in eo casu, qñ in sententia hoc exprimitur, quòd bona Ecclesiæ subtrahantur ei: cùm enim excōmunicatum cōparemus relegato: & relegato ad tempus non subtrahantur bona, nisi hoc in sententia exprimatur. *C. de pœn. l. deportatorum.* & in excōmunicato idē videtur. Nam quandiu quis aliis rationibus potest constringi, non sunt ei subtrahenda stipendia. *C. de execu. rei iudi. stipendia.* 17. *q. 6. illud.* Qui autē excōmunicatus est in vna Ecclesia, excōmunicatus est quātùm ad alias. 11. *q. 3. c. 2. & 3. & 4. q. 5. quisquis. s. de offi. ordi. ad reprimendam.* Sed nunquid est idem in suspēso, vt si suspēsus est ab vno Episcopo, quòd suspēsus habeatur quātu ad alios? Sic si est suspēsus ab officio: quia sentētia facit ius quātùm ad omnes. 19. *q. 2. duæ sunt & 7. q. 1. si quis presbyter. ff. de interd. & rele. l. legatorum. §. interdicere. & §. se.* Posset fortè distingui, vtrùm suspensus esset pro crimine, quod irrogat infamiam: vt tūc vbiq; suspensus sit: si non irrogat infamiam, tunc non vbiq; est habendus pro suspenso. 21. *ff. de postu. ex ea.* sed prius dictum prævalet: quia suspensus ab officio nihil debet de officio ecclesiastico attrectare: aliàs est deponendus: & in hoc æquiparatur excōmunicato. j. *de cl. excō. vel suspen. mi. c. 2. & 3.* sed si suspēsus est à beneficio in vno loco, tūc dico, quòd in alio loco potest habere beneficium, vt 16. *di. placuit.* 58. *d. c. 2.* Sed nūquid absolutus potest recipere, vel petere fructus medij temporis sibi sublatos? Distingue, vtrùm iustè, an iniustè sit excōicatus. si iniustè potest. 2. *q. 5. super causis. & ff. de re mili. l. penult. & j. de cōcess. preb. quia diuersitatem.* si fuit iustè excommunicatus, nō potest. *C. de re mili. cum allegatis. lib. 12.* ad hanc distinctionem facit op. arg. j. *de sen. excom. sacro.* alioquin spe restitutionis faciliùs delinqueretur. 50. *di. c. 1.* quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. 23. *q. 4. est iniusta.* pœnæ enim non solent repeti. *ff. de cond. indeb. pœna. ff. de procu. quàm proprio. §. vt in cæteris.* Io. Ego credo, quicquid dixit Io. licet deposito prouideatur ne in cler. opprobrium mendicare cogatur, quòd excommunicato in nullo sit prouidendum, qui contemnit claues Ecclesiæ: cui participandum non est, nisi fortè fame periret: tunc debet ei subueniri: quia poterit adhuc ad Ecclesiam redire. Ber.

S*Olicitudinem.*] Si excōicatus ab Epō postquam appellauit ad Papā, hanc causā defert simpliciter ad metropolitanum, appellationi renūciat, & Archiepiscopus causam audiet: sed si protestetur contrariū, Archiepiscopus nō cognoscet: quod si fecerit, non potest Episcopus appellare, nisi notorium sit excōmunicationem nō tenere. Communis diuisio. Secunda ibi. *Nos igitur.* Ab Sicul. CASVS. Duo litigabāt corā Episcopo suo, alter eorum ad sedem Aposto-

a *Ab materiam vide, quod dicam de concess. præbē. cum nostris. in gl. multum ergo post prin. Ioan. And.*

† *potest. in antiquis.*

b *Supple. & tamen appellatur ab eo. Ioh. An.*

b *Vide Dominicum Socinum lib. 4. sent. dist. 21. q. 2. artic. 2. ver. quartus demum casus.*

†Ca. 12. eo. tit. in 3. cōp. *Vide Felinum in c. cū A Ferrariēsis, supra de constit. & Doctores recentiores in l. non solū. §. morte. ff. de oper. noui nunciatione.*

c *Vt s. non habeatur distinctio causa: & merito, quia celebrare diuina prouenit ex ordine, quo impedito per suspēsionem in nullo loco celebrare licet: sed postulare prouenit a peritia, quæ post interdictum perdurat in homine. non impeditur ergo extra iurisdict. interdicentis. nisi subsit infamia. quo casu lex impedit, & non homo. Ioan. And.*

iectæ: sed prosequi volebat eandem †: *& infra.* ¶ Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus [a], quòd sicut Metropolitanus de appellatione ad nos interposita cognoscere [b] omnino non valet: sic nec de his [c], quæ post appellationem fuerant innouata: dummodo de aliis † cognosci non possit, nisi de appellatione pariter cognoscatur: vel de iis, quæ appellationis causam contingere dignoscuntur. In quo [d] casu si Metropolitanus ad cognoscẽdum partes suas interponere fortè præsumeret, Episcopus posset [e] ad appellationis beneficium conuolare. Nam ad officium eius, qui de appellatione cogniturus est, pertinet, prudenter corrigere, quæ contra ipsam inuenerit attentata. ¶ Si verò [f] notorium [h] existeret, quòd mandatum Episcopi indiscretum fuerat, vel iniustum, cui non tenebatur subditus obedire: ac per consequentiam ei liqueat euidēter subditum legitimè prouocasse: potest Archiepiscopus auctoritate metropolitana declarare [h] subditum irrationabiliter extitisse anathematis mucrone percussum. Cùm autem [i] excommunicatus, qui appellauerat, iuxta præscriptam formam coràm Archiepiscopo deponit contra Episcopum quæstionem [k], Metropolitanus ad cognoscendum de causa potest interponere partes suas: cùm ille appellationis prosecutioni renunciare tacitè [l] videatur. Sed si verbo, vel facto appellationem se velle prosequi protestetur †: non est, tanquam [m] aduersa petens & sibi contrarius, audiendus.

¶ Idem Episcopo, & Cantori Trecẽsi.

¶ *Per appellationem legitimè interpositam: principale cum accessoriis ad Iudicem appellationis defertur, & sententia excommunicationis, & interdicti post appellationem lata non tenent.*

† *Vide l. si filius. ff ad Mace. & l. 1. C. de iure dot.*

† *In Vno Vetustissimo exemplari ita: dũmodo de aliis.*

† *protestatur.*

Apostolicã appellauit. Eps illũ reputãs contumacẽ excõmunicauit eũdẽ. Ille corã Archiepiscopo suo petit sibi iustitiã fieri de Episcopo, qui post appellationẽ legitimã excõmunicauit eundẽ, & petit se restitui in pristinũ statũ, in quo fuerat tempore appellationis, denũciari videlicet absolutum, protestãs quòd appellationi nõ renũciabat, sed psequi volebat eandẽ. Primò quæritur, vtrũ Metropolitanus cognoscere valeat de huiusmodi quæstione? Et si Archiepiscopus illũ legitimè appellasse inuenerit, iterum quæritur, vtrùm ipsum denunciare valeat absolutũ? Tertiò quæsitũ fuit, vtrũ si Episcopus appellauerit ab Archiepiscopo, ne illũ absoluat, appellationi sit huiusmodi deferẽdũ? Ad hoc respõdet Papa, quòd sicut Metropolitanus non valet cognoscere de appellatione facta ad Papam, ita non põt cognoscere de iis, quę post appellationem fuerũt innouata, dũmodo non possit cognosci de illis, nisi de appellatione cognoscatur, vel de iis, quæ causam ipsam cõtingunt: & tunc si Metropolitanus vellet de iis, quæ causã ipsam contingũt cognoscere, Episcopus posset appellare: & sic soluitur tertia quæstio, quia ad officiũ illius, qui de appellatione cognoscit, pertinet corrigere, quæ post appellationem fuerunt innouata. Soluit postmodum secundum articulum: si verò notorium esset, quòd mandatũ Episcopi fuit iniustum, cui non tenebatur subditus obedire, & ita per consequentiã appareat illum iustè appellasse, potest Archiepiscopus declarare subditũ irrationabiliter fuisse excõmunicatũ. Vltimò verò dat solutionẽ ad primã quæstionẽ dicens: cùm excommunicatus qui appellauerat, iuxta præscriptam formam corã Archiepiscopo contra Episcopum deponit quæstionem, Metropolitanus potest cognoscere de huiusmodi quæstione: cùm ipse per hoc renunciare appellationi tacitè videatur: sed si verbo, vel facto protestatur se velle prosequi appellationem, tanquam aduersa petens, & sibi contrarius, non est audiendus. No. quòd ad quem pertinet cognoscere de appellatione, ad eundem pertinet cognoscere de iis, quæ causam appellationis contingunt. Item ad quem pertinet principale, & accessorium. Item ille potest appellare, cuius interest: vnde appellat Episcopus, ne Archiepiscopus de hoc cognoscat. Item iniusto mandato non est obediendum. Item tacitè renunciat quis appellationi. Item qui contraria proponit non est audiendus.

a ¶ *Taliter respondemus.*] Respõsio primæ quæstionis, quæ fuit, vtrũ metropolitanus de huiusmodi quæstione valeat cognoscere.

¶ *Gl. se. vers per q. quæ fuerat, &c. soluit ar. & signat contrarium.*

b ¶ *Cognoscere.*] Dubitationis causa fuit hæc: quia fuit hæc noua iniuria: vnde opus erat noua querela. *ff. de exce. rei iud. si mater. § eandem.* [a] sed secus est: quia & si sit noua iniuria, tamen pendet ex præcedenti facto, nec posset de illa cognosci, nisi cognosceretur de appellatione. sim. *j. eo. cum teneamur.* & sic patet, quòd si suspenditur iurisdictio alicuius in principali: & in accessorio. *j. e. prox. §. præterea.* sicut delegato principali delegatur accessorium. *§ de offi. delegati, præterea. & c. prudentiam. § sexto.* Io. arg. *contra. § c. prox §. 1.*

c ¶ *De iis quæ.*] Sic nec de priuilegiis domini Papæ. *§ de iudi. cum Venissent.* nec de causa ad Papam delata. *§. de offi. deleg. licèt.* nec de causa specialiter commissa. *§. de offi. leg. studuisti & ff. de iudi. iudicium.* Vinc. Hic est ar. quòd idem iuris est in accessorio, quod in principali. simile *j eo. c. prox.*

d ¶ *In quo.*] Hic innuit solutionẽ tertiæ q̃stionis, quæ fuit, vtrùm si Episcopus appellauerit ab Archiepiscopo, an teneat appellatio.

¶ *Gl. s. q̃ est. & soluit. signat cõtrariũ, & soluit, obiicit, & soluit.*

e ¶ *Episcopus posset.*] Nec quare posset Eps appellare, cũ ipse dicat appellationem illius nullam, & excommunicauerit post illã appellationẽ? Sol. ideo appellat: quia si appellatio est aliqua, per superiorem, ad quẽ est appellatũ debet cognosci, & corrigi, quòd postea minus legitimè factum est & quia si Metropolitanus procederet, & inueniret Episcopum in culpa, puniret illum: & ideo auditur appellans, tanquam cuius interest. Vinc. Sed contra. *§. eod. quæ fronte. §. de hu.* vbi non auditur Episcopus appellans, ne absoluatur excommunicatus ab ipso, illud intelligitur de eo, qui petebat ab Archiepiscopo absolutionem offerẽdo cautionẽ, & ideo non tenet ibi appellatio Episcopi propter periculum, ne decederet in excommunicatione, & quia eius non interest, ne absoluatur. Hic verò appellat, ne cognoscat, vtrùm sit iustè excommunicatus, vel iniustè, & eius interest, ne Archiepiscopus de hoc cognoscat: sunt enim omnino diuersi casus. & quia iste non vult recedere ab appellatione, vnde non potest se intromittere Archiepiscopus: sed si vellet recedere ab appellatione bene potest Archiepiscopus interponere partes suas, & cognoscere de illa excommunicatione: & illum absoluet T. Sed quare iudex non potest cognoscere de appellatione ab ipso facta, sicut cognoscit, an sua sit iurisdictio. *ff. de iudic. si quis aliena. ff. si quis in ius. Voc. non ierit. l. 2. & §. eod. cum pararet* ideo non potest cognoscere de appellatione: quia cùm probabilis causa exposita est in appellatione, iam exemptus est à iurisdictione illius, & est illi suspectus: vt *§. eo. ad hæc si. & c. proposuit.* & præsumptio est pro ipso, quòd semper vellet iudicare pro sua iurisdictione. & eadem est causa, quare arbitri cognoscunt de suspicione, & non ipse iudex [b]. sed cùm dubitatur [c] de iurisdictione, secus est: quia de hoc ipso, an sit iudex, agitur: quia semper præsumitur pro iurisdictione, quandiu in contrarium ostẽdatur. ex quo apparet delegatio, vel ordinaria iurisdictio, vt *§. de rescr. super literis. in fi.* Ber.

b *Est etiam similis ratio quare cognoscit de restitu. contra suam sententiam, & non de appellatione, & de hoc in Spe. 2. parte. de resti. inte. §. videndũ post med.*

c *Inter iudicem, & partẽ: secus si inter diuersos delegatos: quia tunc interdum recurritur ad arbitros. supra de resc. cap. pastoralis. Ioann.*

f ¶ *Si verò.*] Qui enim aliàs non habet iurisdictionem, si crimen est notorium, habet *§. eo. peruenit.*

g ¶ *Notorium.*] Hic innuit solutionem secundæ quæstionis, quæ fuit, vtrùm Archiepiscopus denunciare debeat istum absolutum, si inuenerit eum legitimè appellasse?

ADDITIO. Et dicit, quòd si est notorium mandatum Episcopi fuisse indiscretum, vel iniustum, bene potest hoc facere.

h ¶ *Declarare.*] Sed nunquid potest pronunciare sententiam Episcopi iniustam, vel denunciare illum non ligatum? Videtur, quòd sic, cùm notum sit ei Episcopum deliquisse. sed non credo: quia sic pronunciaret appellationem fuisse iniustam, & sic vsurparet officium superioris. Si autem vellet renunciare appellationi suæ, tunc Archiepiscopus posset pronunciare sententiam iniustam, immò pronunciaret sententiam nullam fuisse, & denunciaret illum absolutum, si legitima appellatio præcessit. *§. de offi. dele. cùm contingat.*

i ¶ *Cùm autem.*] Modò dat veram solutionem, quæ perimit prædicta: & est solutio primæ quæstionis, quæ fuit, vtrùm Metropolitanus cognoscere valeat de huiusmodi quæstione, quam iste appellans coram Episcopo deposuit?

a *Agenti, ex noua causa non obstat exceptio rei iudicatæ. Ioann. And.*

k ¶ *Quæstione.*] Et ita magistratus põt facere iniuriã subdito. *ff. ad l. Aquil. quẽadmodũ §. magistratus. & ff. quod met. causa. l. 2.*

l ¶ *Renunciare tacitè.*] Simile *C. de iureiur. si quis. & § de of. dele gratum. & j. de iis quæ fiunt à ma. parte. ca. ex ore.* vbi de hoc *& j. de priuile. accedentibus & C. de iur. do. impe. l. 2.*

¶ *Glo. seq. not. alleg. & inca. alleg. 3. in contrarium.*

m ¶ *Tanquam aduersa.*] Nota, quòd non auditur [d] proponens contraria. *23. q. 7. quod autem & 13. q. 2. quam præposterum. & §. de præsum. literas. 74. di. gesta. C. de mu. patrimo. professio. lib. 10. arg. contra. j de regula. licet. ff de inof. test. Papinianus. § sed nec impuberis. §. de præscri. audita.* & est hic arg. quòd si aliquis contestatur litem, licèt dicat illa verba salua lite contestata, nihilominus facta est litis contestatio. *ar. § de confess. cùm M. Ferrariẽ. Ar. contra. 9. q. 3. saluo. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. si debitor. § si in venditione. ff ad Sylla. hæres. ff. de acq. hæred. pro hærede. 7. q. 1. pontifices. §. de elect. Cumana.* vbi de protestatione tractatur.

d *Concordat l. 1. C. de furtis, vbi latè Doctores.*

Dilectis.

D*ilectis*.] Primò ponitur partis narratio. Secundò diffinitio ibi, *Quia verò*. Abbas Siculus.

CASVS. Eps Altissiodorensis quendam presbyterum domus Dei faciebat in vinculis detineri, pro eo quod bona quædam ipsius Ecclesiæ, quæ furtiuè subtraxerat, restituere denegabat, propter quod fuerat excommunicatus: in qua Ecclesia Eps, vt dicebat, iurisdictioné plenariam obtinebat: Decanus Altissiodoren. dicens Ecclesiam ipsam, & dictum presbyterum ad suam iurisdictionem spectare, monuit Epm, vt ei dictum presbyterum restitueret: episcopus timens ne Decanus aliquid in suū præiudiciū attentaret, ad Metropolitanam sedem appellauit. Sed Decanus appellationi non deferens protulit interdictum, vt Episcopo in ciuitate præsente, à diuinis in Ecclesia Altissiodoré. cessaretur: post hæc in termino appellationis præfixo partes comparuerunt in præsentia officialis Archiepiscopi Senon. Decanus allegauit, quod appellationi Episcopi non duxerat deferendum, quia presbyter adhuc in vinculis tenebatur, qñ ad sedem Apostolicam appellauit: officialis nō obstante appellatione irritum nunciauit interdictum post appellationé Episcopi à Decano promulgatum: post hæc quia Decanus impediebat diuinum officium in Ecclesia celebrari, Eps ipsum excommunicauit, & per Archiepiscopum suum fecit excommunicatum nunciari: sed canonici Senon. Decanum non vitabant. Super his orta quæstione inter Episcopum, & Decanum, procuratores vtriusque partis ad sedem Apostolicam accesserunt: hæc, & alia coram domino Papa proposita fuerunt: Papa examinato negotio intellexit, quòd Episcopus diuersos modos expressit, secundùm quos paratus fuit iustitiam exhibere Decano super captione presbyteri, appellans ad Metropolitanum: Decanus postea nō potuit ferre sententiam interdicti: & ideo Papa sententiam illam decreuit irritam & inanem post appellationem legitimam promulgatam, non obstante, quòd Decanus quasi variando proposuit, quòd antequam Episcopus appellasset, tulit sententiam interdicti, cuius effectum ad tempus duxerat suspendendum: cùm & si hoc verum fuisset, appellatione interposita, procedere non debuit ad sententiam exequendam, & processum officialis pronunciauit temerarium: qui post appellationem à Decano interpositam decreuit sententiam interdicti irritam, & inanem, quia appellatione ad sedem Apostolicam interposita, nihil debuit innouari. Præterea sententia Episcopi promulgata in Decanum, prima facie videbatur rectè lata, cùm per officialem prohibitum esset, ne seruaretur in Ecclesia interdictum, & Decanus diuinum officium impediebat: sed quia per appellationem à Decano interpositam ad Papam, cui officialis duxerat deferendum, Apostolos concedendo, non solùm principale negotium, sed etiam accessoria deferebantur ad sedem Apostolicam, sententiam Epi latam post appellationem, decreuit Papa irritam, & inanem. In fine dicit, licèt Archieps Decanum denunciauerit euitandum: tamen canonicos Senon. qui saniori ducti consilio communicauerunt eidem inculpabiles iudicauit: qui potiùs voluerunt deferre appellationi factæ ad Papam, quam denunciationi factæ ab Archiepiscopo. Nota quòd sententia lata post appellationem legitimam non tenet. Item varie proponens non est audiendus. Item post appellationem non est sententia mandanda executioni. Item appellatione pendente nihil est innouandum. Item eo ipso quòd quis concedit Apostolos, defert appellationi. Item per appellationem legitimam, & principale, & accessorium ad superiorem deferuntur. Et sic nec super principali, nec super accessorio cognoscere potest. Item appellationi deferendum est potiùs, quàm denunciationi excommunicationis. Item excommunicatus post legitimam appellationem non est vitandus.

¶ *Gloss. seq. quærit. arg. pro, aliud contrarium.*

a ¶ *Faceret.*] In hoc enim non incidit in canonem latæ sententiæ. ĩ. *de depo. gratus.* ĩ. *de sen. excom. & fama.* Sed nunquid licet laico taliter detinere clericum habentem administrationem ipsius? *Arg. quod sic.* ĩ. *ne cleri. vel mona. c.* 2. *sed non credo*, & expone ibi, quidam deprehenduntur in fraudem verborum: scilicet reddendo rationem administrationis. Ecclesia tamen illis, qui taliter deprehenduntur in fraudem, non subuenit: quia post prohibitionem Ecclesiæ hoc fecerunt, vt ibi dicit, sicut volebant Iudæi capere Iesum in verbo *de pæ. dist.* 1. *ca.* 1. *Ver.* 1. *quis à Deo*, &c. simile *ff. de pignor. actio. l. vlt.*

¶ *Glo. seq. recitatur per contrarium.*

b ¶ *Interdictum huiusmodi*.] Hoc facere potest decanus ex speciali consuetudine, vt ciuitatem, vel Ecclesiam maiorem supponeret interdicto. Nam de iure communi secus est. ĩ. *de iu. qua fiunt à maio. par. qua fiunt.*

c ¶ *Tenebatur.*] Quandum quis manet in crimine, super quo appellat, non est audiendus, ĩ. *eod. consuluit.* & *c. cùm sit Romana. in fin.*

ADDITIO. Hoc verum est, si sit notorium.

CAP. LV.

Dilectis † filiis Decano Altissiodorensi, ac magistro A. Altissiodorensis Episcopi procuratore in nostra præsentia constitutis, idem magister proposuit quòd cùm dictus Episcopus Presbyterum domus Dei, in qua dispensationem † plenariam obtinere dignoscitur, detineri faceret[a] vinculis mancipatum, pro eo quòd bona quædam eiusdem domus, quæ furtiuè subtraxerat, restituere detrectabat: propter quod etiam ab eodem Episcopo fuerat excommunicationis vinculo innodatus: & supradictus Decanus Episcopum monuisset, vt ei restitueret vel saltem recrederet † Presbyterum memoratum †, quem ad iurisdictionem suam spectare firmiter asserebat: Episcopus metuens ne Decanus aliquid in suum præiudicium attentaret, se, ac suos, statum Ecclesiæ, ac ciuitatis, protectioni Metropolitani supponens, ad eius audientiam appellauit. Verum Decanus post modicum tempus interdictum[b] huiusmodi promulgauit: vt Episcopo in ciuitate præsente, à diuinis in Altissiodorensi Ecclesia cessaretur. Postmodum verò cùm die appellationi præfixo comparuissent partes coram Officiali curiæ Senon. Decanus allegans, quòd appellationi ab Episcopo interpositæ ideo non duxerat deferendum, quoniam Presbyter supradictus adhuc in vinculis tenebatur,[c] quando † ad nos vocem appellationis emisit: Officialis autem iudicauit irritum[d] interdictum à Decano post appellationem Episcopi promulgatum: *& infrà.* ¶ Quia verò idem Episcopus diuersos[e] modos expressit, secundùm quos Decano paratus fuit super captione Presbyteri iustitiam exhibere, ad metropolitanam sedē appellans, Decanus non potuit post hoc ferre sententiam interdicti: & ideo sententiam ipsam ab eo post appellationem legitimè[f] promulgatam, irritam decernimus, & inanem: non obstante quòd Decanus ad excusationem suam quasi variando[g] proposuit, quòd priusquam Episcopus appellasset, sententiam tulerat, cuius effectum ad tempus duxerat suspendendum[h]: cùm interim appellatione interposita, procedere

d ¶ *Iudicauit irritum.*] Quod facere nō debuit propter appellationem Decani, vt ĩ. sequitur. & tamen interdictum non tenebat propter appellationem Episcopi: quia qui facit, quod ad ipsum non pertinet, etiamsi bonum sit, improbatur. 96. *d. bene quidem* Tan.

¶ *Glo. ista in fine soluit contrarium.*

e ¶ *Diuersos modos.*] Qui fuerint illi, non dicitur hic. forsitan dixit episcopus, quòd paratus erat dimittere sacerdotem præstita cautione de restituendis rebus Ecclesiæ, vel de conseruando Ecclesiam indemnem, vel si Decanus ostenderet Ecclesiam illam, & sacerdotem ad se pertinere: & ita fuit appellatio iusta, vnde secundùm hos, vel consimiles modos[e] volebat ei facere iustitiam, & ideò non tenuit interdictum: quia non erat notorium captionem presbyteri iniuriosam esse, vnde non obstat. ĩ. *eod. consuluit.*

e *Vel si dicebat se paratum stare iudicio Archiepiscopi, vel amicorum communiter electorum, vel boni similia. Ioann. And.*

f ¶ *Legitimè.*] No. quòd vocat appellationem legitimā propter probabiles causas, quas expressit appellans: quod semper debet facere, qui appellat. ĩ. *eo. vt debitus.* & *c. cum specialis.* §. 1. & ĩ. *eo. bonæ.* & ĩ *eo. cordi. lib.* 6.]

g ¶ *Variando.*] Vnde nō debuit audiri ĩ. *c. prox. in fi.* 4. *q.* 3. *c. placuit* §. *item in criminali. Ver. quis fal.* 74. *d. gesta.* 23 *q.* 7. *quod autem* ĩ. *de pe. super his.* & ĩ. *vt eccle. benefi. Ver. nostrum.*

¶ *Glos. seq. obiicit, soluit, demum tractat an purum interdictum suspendi possit, & quid si interim appelletur.*

h ¶ *Suspendendum.*] Sed non videtur, quòd sententia interdicti possit suspendi: cùm enim interdictum, & excommunicatio pari passu ambulent. ĩ. *eod. ad hæc quoniam.* & excommunicatio non possit suspendi. ĩ. *eod. pastoralis.* ergo nec interdictum. sententia enim statim consequitur suum effectum. Nam facti quid in quæstio in arbitrio. & c. 2. 9. 3. *c. Euthemium* §. *notandum.* nec iudex potest efficere, quin damnatum furti sequatur infamia. vt *ff. de fur. non potest.* Ad hoc dicas quòd sententia interdicti, quam tulit Decanus, fuit sub conditione, vel in diem prolata: quia suspendit Ecclesiam, cùm in ea Eps esset præsens. simile *ff. de hære. insti. quotiens* §. *si quis ita.* & talis sententia bene pōt suspendi per appellationem. ĩ. *eod. præterea.* 2. & ideo cū appellatio interposita fuerit ante diē conditionis, immo cùm appellatio præcessit sententiā, non debuit postea, nec potuit ferē, nec exequi senten-

sententiam interdicti. Potiùs tñ dic, quòd quantùcunque purum sit interdictæ, pôt suspendi: & in hoc differt ab excommunicatione: sicut executio dignitatis alicuius suspenditur. 15. q. 8. *si quis presbyter.* sicut effectus acceptilationis suspenditur, licèt non ipsa acceptilatio, vt *ff. de do. inter vi. & vxo. cùm hic status. §. sine autem.* vnde relaxatum est interdictum ad tempus, ipsum tñ manet. *ff. de preca. sed si manente.* nec est opus, vt iterum renouetur. 26. *q. 6. qui recedunt. & C. de ep. & cle. cum aliis.* & in casu isto si appelletur, non suspenditur interdictum: vt dictũ est. *s. eod. ad hæc quoniam.* sed littera sequens cùm interim, &c. contradicit expressè. Vnde si tempore suspensionis appelletur, non debet postea exequi interdictũ, vt hic dicit. dummodo appellatio sit legitima. Contrarium tñ dixerũt Lau. Vin. & Tan. vt dictum est *s. eod. ad hæc. quõ.* sed ista littera obstat eis. Sed quòd hic dicit, intelligitur, quando interdictum positũ fuit in diem, vel sub cõditione: effectus verò excõmunicationis suspendi non potest, quia quã citò quis est excõmunicatus, est mẽbrum diaboli: & est priuatus sacramentis, & cõmunione fidelium. vnde ad hoc vt efficiatur membrũ Dei, necessaria est absolutio. 11. *q. 3. excellentissimus.* Papa tamẽ posset eius effectum suspendere. *j. de sen. excom. si verò.* quia de nulla sententia facit aliquam. 3. *q. 6. hæc quippe.* maius enim est de nihilo aliquid facere, quam de aliquo aliud, vel nihil. *de conse. dist. 2. de re vera. ver. si in ver. sermo igitur Christi, qui potuit facere ex nihilo, quod non erat, &c.* Ioãnes.

non debuerit ad sententiam exequendam[a], Officialis procedens, qui post appellationem huiusmodi sententiam interdicti irritam, & inanem decreuit, temerarium iudicantes: cùm appellatione ad nos interposita nihil debuerit innouari. ¶ Præterea licèt excommunicationis sententia in Decanum per Episcopum promulgata, ritè lata prima facie videretur, cùm per dictum Officialem esset prohibitum, ne seruaretur in Ecclesia interdictum, & Decanus ne celebraretur in Ecclesia prohibendo, diuinum videretur officium perturbare[b]: quia tamen per appellationem ad nos interpositam ex parte Decani, cui etiam Officialis duxerat deferendum[c], Apostolos concedendo, non solùm principale[d] negotium, sed accessoria etiam ad nostrum referebantur examen: eandem sentẽtiam post appellationem huiusmodi promulgatam decernimus viribus caruisse. ¶ Verùm licèt Archiepiscopus post appellationem[e] prædictam, de qua sibi per Officialis literas innotuerat, Decanum denunciauerit euitandum: Senoñ. tamen Canonicos (qui saniori ducti consilio communicauerunt eidem, vt appellationi ad nos interpositæ magis, quàm[f] denunciationi ab Archiepiscopo factæ deferrent) inculpabiles iudicamus.

¶ Idem Mediolaneñ. Archiepiscopo.

¶ Postquam Papa aliquã causam ad se reuocat, non valet processus postea per minorem iudicem factus, sicut non valeret, si fuisset ab eo legitimè appellatũ. h. d. vt cuilibet lectura satisfiat.

CAP. LVI.

VT † nostrum[g] prodeat de vultu Dei iudicium: & *infrà.* ¶ Iudicibus dedimus in mandatis, vt si post secundum mandatum, per quod totius cognitionem negotij ad nostrum iudicium reuocauimus[h], traditionem sigilli dicto H. à te cognoscerent esse factam, eam decernerent irritam, & inanem, inhibentes illi, ne quomodolibet eo vti præsumeret: Cùm plus[i] sit Romanum Pontificem ad se aliquod reuocare † negotium, quã quenquam ad eum super aliquo negotio prouocare.

¶ Idem Abbati sancti Felicis, & G. Canonico Bononieñ.

¶ Si terminum appellationis prosequendæ statutum ab homine altera pars præuenit, hoc tacito litteras impetrando, littera non valent: sed terminum iuris etiam appellatus præuenire potest, dummodo nimium non præcurrat: & vbi ex dilatione imminet periculum, etiam neutra parte prosequente, potest iudex ad quem supplere partes cõpellendo ad prosecutionem.

CAP. LVII.

OBlatæ † nobis vestræ litteræ continebant, quòd cùm quidam iudices, quibus causa, quæ inter Sambr. & Rinocor. plebes vertebatur, fuerat

legitimè appellare.

¶ *Glos. seq. recitetur per obiectionem, & solutionem.*

f ¶ *Quam denunciationi.*] Hic videtur, quod in dubio magis stetur appellationi, quàm denunciationi excõmunicationis. & quod ipsi sententiæ: cum tamen potius præsumendum sit pro sententia, quam pro appellatione, quia appellans tenetur probare sententiam iniustam. vt *s. eod. cum Ecclesia.* & est tex. *ff. de mino. minor xxv. ann. in fi.* Ioan. credo, quod cum dubitatur, an teneat appellatio, potius vitandus est, quàm in dubio ei communicandum. *arg. j. de cle. excom. illud.* Bern.

V*T nostrum.*] Primò ponit dictum: secundò rationem dicti ibi, *Cùm plus.* Abb.

Casvs. Casum istius decretalis habes *j. vt Ecclesiastica beneficia si dimi. conse. vt nostrũ.* ibi legitur ista cum illa.

g ¶ *Vt nostrum.*] Hęc decr. est pars illius quã habes *s. vt Eccl. benef. vt nostrum.* & per illã intellige istam.

h ¶ *Reuocauimus.*] Et ita quicquid postea factũ fuit, non tenuit. & ita traditio sigilli postea facta non valuit tanquam à non suo iudice simile. *s. vt lite pend. ecclesia sancta Maria. s. de offi. lega. licet. & s. de postu. bonæ memoriæ.*

i ¶ *Cum plus.*] Sic ipso facto negat aliquis clericatum. *j. de sen. excõ. contingit. & j. de vi. & hone. cleri. c. vlt.* & plus est reuocare negotium ad se, quàm sit appellare: sed post appellationem nihil est innouandum. *s. c. prox. & c. bona,* ergo multo fortiùs postquam superior ad se negotium reuocat, inferior nihil facere potest. 2. *q. 1. nemo* & si iudex dicat se velle referre negotium superiori, statim tenetur partibus tradere acta. *j. eod. intimauit.* si partes hoc approbauerint. *C. de rela. l. 1. similis. s. eod. dilecto.* vbi de hoc. Bern.

ADDITIO. De hac materia habes *s. eod. ad hæc quoniam sub interdicto.*

a ¶ *Exequendam.*] Quia appellatione interposita nihil est innouandum. 2. *q. 6. post appellationem. §. appellatione. ff. nihil innou. l. vnica.* ex hoc patet, quòd iudex post appellationem diffinitiuam sententiam non debet executioni mandare, alioquin restituetur possessio appellanti, antequam de appellatione cognoscatur. *s. de sentent. venientes.* & idem dicit hic inferiùs, quod appellatione interposita nihil debet innouari.

b ¶ *Perturbare.*] Qui perturbat diuinum officiũ, sine pœna excommunicationis potest eiici de Ecclesia[a] *j. de sent. excom. venientes & c. cum voluntate. §. si quis verò.*

c ¶ *Deferendum.*] Primò non detulit, sed denunciauit interdictũ nullum, vt *s.* dicitur. postea detulit quoad processum principalis causæ, & Apostolos concessit: vt hic dicit. Tan.

d ¶ *Principale.*] Captio presbyteri fuit negotium principale, accessoria fuerunt interdictum, & eius obseruatio: & sic patet, quòd idem iuris debet esse in accessorio, quod in principali. *s. de offic. dele. præterea & c. prudentiam ad fi. & ff. de iurisd. om. iud. l. 2. ff. de re iur. cùm principalis. s. c. prox. ver. nos igitur.*

¶ *Glos. seq. recitetur per obiectionem, & solutionem.*

e ¶ *Post appellationem.*] Huiusmodi appellationem dicit legitimam, & tamen factum Decani fuit minus legitimum. simile. *j. de conce. præben. constitutus* quantum ad partem decisam. & sic videtur, quod appellatio minus legitima[b] impedit effectum excommunicationis. hic satis potuit esse, vt factum Decani fuisset minus legitimum, & tamen Decanus ex alia causa postea potuit

O*Blatæ.*] Continuatur diuisio. Secunda pars ibi, *Licèt igitur.* Quæ distinguit, & secundum membrum distinctionis prosequitur ibi, *Si verò.* In tertia instruit iudicẽ ibi, *Superior.* In quarta concludit ad propositum ibi, *Ex his.* Abbas.

Casvs. Inter Ecclesiam de Sabr. ex vna parte, & Ecclesiam de Rinocor. ex alia, coram delegatis iudicibus quæstio vertebatur: lata fuit sententia pro Ecclesia de Sabr. à qua sententia fuit ad sedẽ Apost. appellatũ ex parte Ecclesiæ de Rinocur. nec ad prosecutionem appellationis fuit terminus assignatus. plebanus de Sabr. super obseruanda sententia, sicut rationabiliter lata erat, literas impetrauit: pars altera postmodum super sententia infirmanda ad alios iudices literas impetrauit, nulla de prioribus in posterioribus literis habita mentione. Dubitabatur, vtrum priores iudices, vel posteriores de quæstione illa cognoscere debeant. Consultus Papa respõdet: cuiuis appellanti legitimè à sententia indulgetur annus à lege, & ex iusta causa biennium, tñ hoc terminus pôt restringi nõ solũ à iudice, à quo appellatur, verũ etiam ab appellãte: cũ ideo cõstitutũ sit, nõ vt terminus ipse præueniri nõ possit, sed ne valeat prorogari. Disting. in Pa. a in hoc casu literæ impetrẽt. si terminus præfigitur ab appellãte, vel iudice appellationi prosequendæ, si appellatus tacito de illo termino literas impetrauit, huiusmodi literæ tanquam veritate tacita impetratæ nõ valent: si vero nõ est aliquis terminus ab appellãte, vel iudice præfixus, pars appellata infra terminũ cõstitutum à lege potest cõmissionis literas impetrare, dũmodo nimium

a Et secũdũ H. pœna est capitalis C. de his. qui ad eccl. cõfu. l. denunciamus. & in Auth. de sã. Epis. §. si quis cum. col. 9. secũdũ Ho. Ioan. And.

b Non dicit legitimam, nisi quoad abdicandũ iurisdic. iudicis, qui detulit, secundũ Host. Ioan. And.

c Si prius timore promissae mortis & curator hoc credens confessus, non tenetur, licèt ille sit minor. Ioã. And.

† Cap. 1. eo. tit. vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. in 3. cõpi. vide Archidiaconũ in c. nulli stapeo. 3. q. 6.

† reuocare.

Sane. Aliquis appellauit à grauamine coram iudice appellationis: paratus est probare grauamen, propter quod duxerat appellandum: pars aduersa citata contumaciter se absentat: quæritur, quid sit iudici faciendum? Respondet Papa, quòd iudex potest super hoc procedere lite non contestata, licèt litis contestatio nondum facta fuerit in articulo appellationis, vel in ipso negotio principali: quia cùm in casu illo iniquitas prioris iudicis arguatur principaliter, non est rigor iuris requirendus, ex quo causæ perplexitas posset sequi. Not in primo responso, quòd qui appellat à grauamine, semper adiiciat in assignatione causæ, quòd offerat se causam illam probaturum, & sic de veritate causæ, quam exposuit, non habebit necesse probare: quòd si non fecerit: causam veram probare debebit. Item secundo responso nota, quòd qui appellat, & eius appellatio à iudice, vel ab aduersario approbatur sufficienter, ad totam causam procuratorem mittere debet: alioquin alteri parti eam prosequenti personaliter condemnabitur in expensis. Item in tertio responso not. quod potest quis remitti ad eum, à quo appellauit contradicente parte aduersa: sed illi aduersario condemnabitur in expensis. Item in quarto responso not. quòd altera parte absente per contumaciam iudex appellationis potest cognoscere de grauamine. Item vtraque parte præsente, contestatio litis fieri debet in huiusmodi exceptionibus.

h ¶ *Lite nõ cõtestata.*] Hic habes nouũ casum, in quo põt procedi lite non cont. alium habes ĩ. de offi. iudi. c. 2. alij notantur. ĩ. vt lite non contest. quoniam frequenter. ratio redditur in litera: quia agitur de iniquitate iudicis, non de negotio principali vel de facto aduersarij.

alHost. dicit, quòd opposito gl. procederet, nisi contra expressam inhibitionem iudices elegisset: sed veniẽdo cõtra ipsam non prædicauit domino: vt in prin. gl. & adeo ipso iure sine restitu. beneficio fermatur illæsus: quia nõ est, quod sibi debeat imputari, remittitur supra ex ratione. Io. And.

† *De intellectu vide Rubeum Alexand.* in tract. de potestate procurat. p. 1. *adde notata per Innocentium, & Butriũ* in c. cũ inter canonicos, suprà de elect. & in c. ad dissoluendum. infrà de spons. impub.

b *Concord.* tex. in l. quicunque, cũ ibi no. §. 1. ff. de restit. in integ.

c *Appellationi: nam super principali non habet necesse mittere, si appellatum hoc ꝓtiterit: licèt recepta, vel approbata sit appellatio secundũ Innoc. & Host. vt infra eo. cordi §. 1. lib. 6. vide de hoc in glo. 2. Ioan. And.*

† *Vide Abbatem in c.* dilectus. li. 3. infra, de præbend. *& Angelũ* in l. si quis libellis. C. eod. tit.

† *Vide* l. si qs libellos C. eod. tit.

† *Hæc duo verba*, est tamẽ, *desunt in antiquis, & in recentioribus magis emendatis.*

aduersarij: vnde æquum fuit, vt de hoc cognosceretur non obstante absentia aduersarij.ᵃ Et ita colligitur ex hac litera à contrario sensu, si esset præsens, quòd super exceptione debet lis contestari, quod verum credo: vt not. s. de offi. deleg. prudentiam. §. sexta.

¶ Glos. seq. arguit, & declarat.

est rigor iuris[a] (ex quo sequi posset causæ perplexitas) requirẽdus.

¶ Idem.

¶ Clausula, appellatione remota, in medio literarum posita, respicit præmissa, quibus annectitur, non sequentia, nisi repetatur in fine literarum. Et hoc si negotia sunt separata.

CAP. LXXI.

INquisitioni † tuæ taliter respondemus, quòd quoties clausula, per quam tollitur appellationis remedium †, in medio literarum ponitur: si sunt plura negotia se minimè contingentia, præmissa [b] tantum complectitur: nisi fortè in fine literarum prædicta clausula iteretur.

¶ Idem.

¶ Breue est, sed per alia verba sic summatur. Appellatio vnius prodest alteri, si communi iure iuuentur, & idem sit negotium, & eadem defensionis causa, & sint eadem sententia condemnati: alias secus.

a ¶ *Rigor iuris.*] Argumentum, quòd in negotiis ecclesiasticis rigor iuris non sit seruandus, sed potiùs æquitas. sic *supra de dol. & cont. c. 1. & s. de rest. spo. sæpe. & s. de in. di. dilecti.* Rigor est, vt non procedatur lite non contest. talis rigor in hoc casu non est seruandus, cùm principaliter agatur de iniquitate iudicis, sed in aliis causis, vbi agitur principaliter de iniquitate aduersarij, propter ipsius cõtumaciã ponendus est actor in possessionem causa rei seruandæ, vel excommunicandus. hoc non debet fieri in hoc casu: quia de iniquitate iudicis agitur, sed propter hoc pars puniri non debet. vnde si non posset cognosci de hoc grauamine lit. non contest. esset quasi quædam perplexitas: quia cùm non constet adhuc vtrùm appellatio sit legitima, non potest se intromittere de principali quæstione. in quo casu tantum, & non ante, habet iurisdictionem super principali: quare non potest procedere in principali, nec pœnam imponere aduersario, cùm ipse non peccauerit: & si puniret illum, faceret contra conscientiam: sed propter contumaciam videtur puniendus. Et ideo vt hæc perplexitas euitetur, potest iudex cognoscere de hoc grauamine lite non contesta. s. de iniquitate iudicis, probato vero grauamine reuocabitur grauamen. & postea iudex citabit absentem: & si citatus non venerit, propter ipsius contumaciam procedetur contra ipsum [b]. & sic nulla perplexitas est. Si verò appellatio non valuit: remittitur ad illum, a quo appellauit.

I *Nquisitioni.*] Non diuiditur. Abb. Sic.

CASVS. Cum plura negotia in vna commissione ponantur, minimè se contingentia, & clausula illa, remota appellatione, ponitur in medio literarum, respicit tantum præcedentia, nisi in fine commissionis clausula illa reiteretur. No. hic argumentum, quod determinationes respiciunt tantùm præcedentia, & non sequentia.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & remittit. Secundò arguit, & allegat duo contraria.*

b ¶ *Præmissa*] *Arg. contra s. eo. secundò requiris. l. resp.* vbi dicitur, quòd non refert, an ponatur in medio, principio, vel fine, remotio appellationis: quia ad omnia refertur. Sol. est ibi, quia hîc sunt diuersa negotia non se tangentia: ibi vnum negotium licèt habeat plures articulos [c]. Item est argumentum, quòd determinationes respiciunt tantùm præcedentia, & non sequentia. *arg. contra ff. de lega. 1. si seruum plurium. §. vlt. 32. q. 7. Apostolus.* Ber.

V *Na sententia.*] CASVS. Plures super aliqua causa communi conuenti sunt: condemnati sunt omnes: vnus illorum appellauit, & obtinuit: quæritur, an victoria ipsius cæteris prosit? Respondet Papa, quòd victoria vnius iure communi cæteris prodest, si communi iure iuuentur, & idem sit negotium, & eadem sit causa defensionis. Not. quod res inter alios acta aliis prodest, & sententia vnius prodest aliis.

¶ *Glo. seq. distinguit inter corporalem, & incorporalem. In primo membro subdistinguit, an iure communi, an speciali iuuetur.*

c ¶ *Vna sententia.*] Sententiã huius decre habes 2. q. 6. c. ei qui. §. *sunt quidã & §. quandoque. & C. si vnus ex pluribus appel. l. 1. &* 2. Vnde vt intelligas, quod hic dr. nota, quòd si res communis sit pluribus, & corporalis, nec diuersitas facti separationem recipit, vt in duobus correis debendi: si omnes condemnati sint, & vnus appellauit, victoria vnius omnibus prodest: vt hic dicit. & 2. q. 6. c. ei qui §. quandoque. C. si vnus ex pluribus ap. l. 2. & sint tales, qui non iuuentur beneficio restitutionis. Si verò vnus fauore minoris ætatis impetraret contra sententiam beneficium restitutionis, hoc non prodest aliis: vt in *l. prædicta. C. si vnus ex pluribus. l. 2. & 2. q. 6. §. quod & si ætatis.* & ideo dicit, si hic iure cõmuni iuuentur. Si verò res sit incorporalis, & cõis, & indiuidua, tunc victoria minoris prodest maiori. *ff. quemadmodũ ser. amit. si cõmunem.* 1. *vnsu.* vt seruitus indiuidua sit, tamẽ vsusfructus, licèt seruitus sit, diuidi potest. *ff. ad l. Falci. l. 1. §. si vsusfructus.*

a Concor. Authen. e[...] qui. & Bart. C. de tep. appel.

† *Vide, tradita per Iasonem, & alios in* l. si idem. §. fin. ff. de iur. om iud. & in l. 1. C. de lib. præter. & *per Paulum de Castr. & Socinum in* l. penul. ff. de reb. dub.

† *Adde quòd hac clausula, appel. re. solum est principis.* l. 1. § 1. ff. à qui. ap. non li.

b *Vt no. supra. c. sæpe.* in gl. ve[rbo] *lis. ideo. An.*

c *Quasi concatenatos. pone exemplũ* supra de referi. cum dilecta. *secundùm Host. qui dicit de vtroque mẽbro. patens exempla.* ff. de ne. gest. cùm actũ. ff. de admi. tu. l. tutoré. ff. de tu. & ratio. di. l. 1. §. nunc tractemus. & §. in tutela. & l. si tutor reip. §. 1. & 2. l. si tutor. & ff. eo. tit. l. si qui. §. pen. & vlt. *Ioan. And.*

CAP. LXXII.

VNa sententia † [c] pluribus condemnatis, si vnus solus ad appellationis beneficium conuolauerit, illius victoria iure communi cæteris suffragatur, si communi iure iuuentur, idemque negotium, & eadem causa [d] defensionis existat.

¶ Idem.

¶ Iustus metus excusat, adeò quòd non appellans habetur pro appellãte, si fuerit protestatus, & appellationis causas duxerit exprimendas.

CAP. LXXIII.

SI † iustus metus, quò minùs appellaueris, te excusat [e], Ad appellationis reputaris beneficium conuolasse: Dummodo infra tempus, quo licitè prouocatur, coram Iudice à quo [f] appellâsse volueras: vel si habere ipsius copiam nequiuisti, in præsentiã bonorum virorum protestatione † super hoc proposita, causas appellationis duxeris exprimendas [g].

d ¶ *Eadem causa.*] Pone exemplum: tres erant tutores habentes administrationem indiuisam gerentes: condẽnati sunt: vnus appellauit, & obtinuit, cæteris prodest: quia idem est negotium commune, & eadem causa defensionis. Si autem vnus gessit, & alter nõ, si ille, qui non gessit, appellauit, iniquum esset, vt eius appellatio prodesset ei, qui gessit, vt *ff. de app. si quis. §. pen* ex quo §. sumitur versiculus iste. & *C. si vnus ex plu. ap. l. 1. & 2. q. 6 § quandoque.* & idem est, si habent diuersas administrationes: quia tunc non prodest vnius appellatio alteri. *ar. ad hoc. C. de diuer. rescri. l. 2.*

S *I iustus.*] Primo ponitur thema. Secundò decisio ibi, *Ad appellationis.* Tertiò moderatio ibi, *Dummodo.* Abb. Sic.

CASVS. Aliquis condemnatus est per sententiam diffinitiuam, vel etiam interlocutoria contra eum lata est, ante sententiam ille non audet appellare: quæritur, quid sit ei faciendum? Respondet Papa, si iustus metus excusat illum, ita quòd appellare non possit, hoc ipso ad appellationis beneficium conuolasse reputatur, dummodo infra decem dies exprimat causas appellationis coram iudice, à quo appellare volebat: vel si eius copiam habere non potest, in præsentia bonorum virorum idem faciat, super hoc protestatione præmissa, quòd iusto metu appellare non audet: & sic non currunt tempora, infra quæ debuit appellare. Not. quòd iustus metus excusat, ne tempus currat, infra quod quilibet appellare tenetur protestatione super hoc facta. aliàs sine protestatione non sufficeret metus. Item arg. si per me non stat, quò minùs faciam, quod debeo, mihi non imputatur præmissa protestatione. Item per protestationem interrumpitur præscriptio decem dierum in hoc casu.

e ¶ *Excusat.*] Ar. quòd ea, quæ per metum fiunt, non obligant. de hoc dixi s. *quod met. cau.* Abbas. Et ita pro appellante habetur: sed illud non sufficit, nisi & illud protestetur. *C. de iis qui per met. iud. non app. l. 2. ff. de app. cum quidam.* de quibus legibus sumpta est hæc decret. & ita currit tempus ei, qui agere non potest, nisi istud protestetur. sim. s. *de offi. ord. pastoralis. in fin & 16. q. 3. c. placuit. § pe. vers. is autem. & s. de ele. c. vlt & C. de an. exce. vt perfectius. & C. de epis. aud. l. vlt.* & ita interrumpitur præscriptio per protestationem.

¶ *Glos. seq. tria notat, & de prima remittit.*

f ¶ *Coram iudice à quo.*] Nota, quòd si potest habere copiam iudicis, à quo debet prouocare, non debet coram alio protestari, sed tunc demum cùm iudicem illum habere non potest: vt hic dicit: & sic ex ordine verborum argumentandum est. *arg. 43. dis. si rector. in fine.*

¶ *Glo. seq. obiiciendo quærit, & tripliciter respondet.*

g ¶ *Exprimendas*] Sed quare compellitur exprimere causas appellationis, cùm sufficiat dicere, appello. 2. q. 6. c. *post appellationem. §. forma?* Hoc intelligo, quando appellatur ante sententiam ab aliquo grauamine, quia tunc causa appellationis debet exprimi. *supra. eod. vt debitus. & c. cùm causam.* vbi dicitur, quando sit exprimenda causa appellationis, & quando non. Vel dic, quod idem est in diffinitiua. *C. de eis, qui per me. iudi. non appella. l. 2.* [d] & supple, maximè. quia non est necesse causas appellationis exprimere, nisi velit. *ff. de appella. scio quæsitum.* Vel quòd dicit, causas, intellige in genere sic: iniqua sententia lata est contra me, nec audeo appellare, & hoc protestor coram vobis. Bernar.

† *Vide quæ copiose scribit Socinus* consi. 135. *incip.* insignis doctor in l. p[...]

† *Qualis metum esse debeat tradit Aretinus in* §. quadrupl. Inst. de acti. *Paulus de Castro, & Iaso. in* l. cũ aliquis. C. de iure deliberan. & in l. interpositas. C. de trans. *adde Felinum in* c. ecclesia S. Mariæ. supra de cõsti.

† *cõtestatione, legitur in omnibus antiquis.*

d *Lex illa dicit, infra dies legitimos. s. quibus appellare licet cum app. eadem tria affirmat vnde distinguatur* Ioann. And.

DE CLERICIS PEREGRINANTIBVS.

¶ *Suprà visum est de appellationibus: sed quia peregrinantes in multis gaudent priuilegio appellantium, meritò subijcitur hæc rubrica de clericis peregrinantibus. Abbas Siculus.*

De hac materia habetur 24. q. 3. si quis Romipetas. & c. paternarum. de pœn. di. 6. sacerdos, de consi. dist. 5. non oportet.

TITVLVS XXIX.

De Clericis † peregrinantibus.

¶ Cælestinus iij. Ambian. † Episcopo.

¶ *Contra peregrinantem, seu proficiscentem ad sedem Apostolicam non est aliquid innouandum.*

CAP. I.

Conquerente † I. Presbytero intelleximus: *& infrà.* ¶ Licet Presbyter idem res suas, & Ecclesiæ suæ, in protectione nostra non posuerit [a], quando ad nos accessit: tamen cùm hi, qui accedunt ad præsentiam [b] nostram, cum rebus eorum debeant esse sub Apostolica protectione securi: Mandamus, quatenus quicquid eidem Presbytero post iter arreptum ad nos veniendi subtractum est, vel ablatum, sibi restitui faciatis [c] †.

Conquerente.] Hoc dicit in summa. Peregrinantes ad Papam, maximè clerici cum omnibus rebus suis debent esse sub protectione Apostolica securi. Vel sic, & meliùs, comprehendendo vtrumque intellectum, vt in rubro. Primò ponitur querela. Secundò prouisio ibi, *Licet.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam presbyter I. nomine, dum vellet ire ad curiam domini Papæ causa peregrinationis, res suas, & Ecclesiæ suæ non posuit sub protectione domini Papæ. Post iter arreptum, quidam aduersarij sui res suas sibi, & Ecclesiæ abstulerunt: vnde ille conquestus fuit domino Papæ: dicit Papa, licet presbyter ille non posuerit res suas, & Ecclesiæ sub protectione ipsius: tamen hi, qui ad ipsum accedũt, cum rebus suis sub Apostolica protectione debent esse securi: vnde mandat quibusdã, quatenus quicquid eidem presbytero post iter arreptum ad Papam, subtractum est, vel ablatum, faciant sibi restitui. Nota, quòd plus est facto exprimere, quàm verbo. Item qui ad Papam accedunt causa peregrinationis, sub eius protectione consistunt. Item argumentum, quòd possessio absentis turbata restitui debet.

a ¶ *Non posuerit.*] Expressa voce, sed expressit ipso facto: quod plus est s. *eo. prox. dilecti. & c. ve nostrum. & c. audientiam.*

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem, de quo accessu, &c.*

b ¶ *Ad præsentiam nostram.*] Causa peregrinationis supple, vt faciat ad hunc titulum: quia interim sub Apostolica protectione consistunt. 24. q. 3. *si quis Romipetas* paternarum, illi canones, qui ad hunc titulum pertinent. *§. si per vim, vel alio modo, absentis pos. turbata est l. 1. & C. de emanc. liber. l. liberos. ff. de tutor. & cura. da. ab his. l. vlt.*

c ¶ *Faciatis.*] In hoc casu quando possessio absentis taliter turbatur, seruus, amicus, proximus, colonus, petere possunt, vt possessio restituatur: vt in *l. prædict. Cod. si per vim, vel alio modo. l. 1.* Bern.

† *In codicibus manuscriptis ita: De peregrinantibus. In vno solo vt aditum est, in alio ita. De peregrinationibus.*

† *Alban. Episcopo, & alij.*

† *Abbauil.*

† *Albien.*

† *Aldorn.*

† *Ylen episcopo, & caput ulo.*

† *Auren. episcopo. & R.*

† *Vide ca. 1. eod. tit. in 1. compil.*

† *faciatis, legitur in omnibus manuscriptis, vnde constat vno solo episcopo Ambian. directam hanc decretalem, ed aliis, ve varia lectio nos ostendunt.*

DE CONFIRMATIONE VTILI, vel inutili.

¶ *Suprà visum est de suspensione sententiæ seu iurisdictionis iudicis, quæ fit remedio appellationis, seu peregrinationis. Sed quia sententia seu processus iudicialis quandoque confirmatur per superiorem, & posset dubitari de validitate, vel inualiditate confirmationis, meritò subiicitur hæc rubrica de confirmatione vtili. Abbas.*

Si quis.] Secunda pars ibi, *Sed si.*

CASVS. Aliquis mouit quæstionem contra aliquem super re aliqua: reus lite pendente impetrauit à sede Apostolica confirmationem rei litigiosæ: quæsitum fuit, an super hoc iudex supersedere debeat causæ cognitioni? Et respondet, quòd ea non obstante, de causa cognoscere debet, & eam fine debito terminare: sed si rem pacificè possidebat, quando confirmationem obtinuit: non licet iudici postea de quæstione suborta cognoscere, vel diffinire sine mandato Apostolicæ sedis. Nota, quod lite pendente non valet confirmatio, vel priuilegium obtentum super re litigiosa, tacito quòd res fuerit in iudicium deducta.

¶ *Glo. seq. recitetur per q. quæ res dicatur litigiosa.*

d ¶ *Litigiosæ.*] Res litigiosa est, de cuius dñio causa mouetur inter petitorem, & possessorem iudiciaria conuentione, vt tradit *C. de lit. Auth. litigiosa res.* Et sic controuersia super possessione orta non facit rem litigiosam: quod verum est: & super res litigiosas nouum priuilegium impetrari non potest. s. *de testi. causam, quæ. & s. vt lit. penden. c. 1. & vlt. & j. eod. bona.* Nec ad aliam potest transferri personam 11. q. 1 *quia res & s. vt lit. pendẽ. ecclesia sancta. & in Auth. in medio li. facta insitio non fieri. §. si vero nondum coll. 8.* a & non obstante priuilegio tali, siue indulgentia iudex procedere debet.

TITVLVS XXX.

De confirmatione vtili, vel inutili.

¶ Alexander iij. Exonien. episcopo.

¶ *De re scienter confirmata per Papam inferior Iudex cognoscere non potest, nisi confirmatio non tenuerit, vt quia surreptitia, vel de re litigiosa. Hoc dicit cum c. sequenti.*

CAP. I.

Si † quis rei litigiosæ [d] confirmationem [e] impetrauit ab Apostolica sede, non minùs potest iudex de causa cognoscere, & eã fine debito terminare.

¶ Sed si rem tunc pacificè possidebat, cùm inde cõfirmationem obtinuit, non est licitum Iudici de quæstione posteà exorta [f] decernere, aut eam diffinire, absque sedis Apostolicæ mandato.

¶ Idem Vigorien. † Episcopo.

¶ *Idem dicit.*

CAP. II.

De † confirmationibus autẽ Romani Pontificis, vo-

¶ *Glo. se tractat de confirmatione in forma communi, obiicit, quæris, & soluit.*

e ¶ *Confirmationem.*] Nota, quòd confirmatio impetrata sub forma communi, siue etiam innouatio nihil noui iuris tribuit. sed solummodo vetus conseruat. 22. *dist. præceptis. arg. 11. q. 3. c. vlt. & j. eo. cum dilecta. & c. sequentibus. & j. de priuil. quia intentionis.* vnde per talem confirmationem, vel innouationem non impeditur petitio alterius, vel iudicis cognitio. *j. de conces. praben. quia diuersitatem. j. eo. bona arg. 9. q. 3. conquestus. nunc verò & s. de offic. ordin. licet. & ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. si quis à principe.* quia hoc facit Papa sine præiudicio alicuius: vt patet per iura prædicta. Quid ergo valent huiusmodi confirmationes? parum valent, nisi quia solet plus timeri, quod specialiter, & c. 23. *dist. quanquam.*

¶ *Gl. se. ver. per q. quomodo intelligatur, quòd hic dicitur, iudicem inferiorem, &c. ponit tres opi. Vin. Lau. & Tan. & hãc approbat.*

d ¶ *De quæstione postea exorta.*] Quia dicit hic non esse licitum iudici cognoscere de quæstione exorta sine mandato Papæ, dicit Vin. quòd si post cõfirmationẽ moueatur ei quæstio, an licitè obtineat beneficium, an non, non est licitum iudici de hoc cognoscere sine mandato Papæ sed si ei obiicitur crimen, non impeditur propter confirmationem iudicis cognitio. Sed certè non est verũ [b], si cõfirmatio sit facta in forma cõmuni sine causæ cognitione: si autẽ cũ causæ cognitione confirmatio sit facta, tunc verum est, quod dicit Vin. & ratione dicit, quòd Tã. & Lau. dicit, quòd si moueatur quæstio, an talis cõfirmatio valeat, vel nõ, de hoc non potest cognoscere iudex inferior, quòd verũ est. T. distinguit, & melius. Aut enim cõfirmatio facta fuit sine causæ cognitione in forma cõmuni, & tunc non impeditur petitio alicuius, vel cognitio: in quo casu loquuntur iura superius assignata. Si verò confirmatio fiat de beneficio alicuius, vel de aliqua sententia cum causæ cognitione, & hoc cognito Papa ex certa scientia cõfirmat tibi beneficium tuum, vel sententiã latã de quæstione illa, si postmodum quæstio suboriatur, nullus poterit iudicare sine speciali mandato Papæ. Et hoc intelligitur ex ipsa confirmatione, quia tunc simpliciter cõfirmat nulla cõditione apposita. De tali confirmatione habes s. *de offi. dele. quoniam abbas. & s. de transla. c. 1. & s. de pac. quotiens. & s. de testi. veniens. & s. de offi. dele. coram. in fi. & j. de testa. Raynutius. & c. Raynaldus. & j. de instit. ex frequentibus. & j. eo. c. penul.* & in alijs confirmationibus cum dicitur, Confirmamus, sicut iustè possidetis, sicut exponitur. s. *si. j. de conces. prabend. quia diuersitatem.* Et istas duas decret. intelligebat Tanc. de confirmatione, quæ fit cum causæ cognitione ex certa scientia Papæ: tamen si certum esset, quòd per falsi suggestionem confirmatio sit obtenta, nõ valeret huiusmodi cõfirmatio. *j. c. pro.* & sic possunt intelligi istæ duæ decret. Ber.

De confirmationibus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd de confirma-

a *Vide vlt. pen. c. si super 1. glo. loan.*

† *Post concilium Lateran. sub Alexan. 3. p. 44. c. 10. & c. 1. eo. ti. in 1. comp.*

† *Vigorn.*

† *Vuigoren.*

† *Can. 1. eo. ti. in 1. cõp. & post concilium. p. 50. c. 16.*

b *Respicit primũ membrum opinionem secundum, super q...de, q... ipsi ... pero ... T. ...*

confirmationibus sedis Apostolicæ non licet alicui iudicare, nisi ad hoc habeat mandatum: aut certũ sit, quòd per falsã suggestionẽ sint elicitæ. Nota, quòd de confirmationibus Papæ sine eius mandato nullus dẽt iudicare nisi per falsã suggestionẽ fuerint obtẽtæ.
a ¶ *Iudicandum.*] Nisi per eum, qui concessit, vel successorem, vt notatum est in glossa præcedentis decretalis.

lumus te tenere, quòd contra illas (nisi nouum Apostolicæ sedis procedat mandatum, aut certum sit, quòd sint per falsi suggestionem elicitæ †) non est aliquatenus iudicandum[a].

¶ Cælestinus iij.

¶ *Litera confirmationis super sententia, à qua erat appellatum, non valent, si appellatus malitiosè præuenit appellantem: aliàs pendent, donec de appellatione cognoscatur.*

CAP. III.

BOnæ † memoriæ A. Canonicus vester proposuit sententiam à delegatis Iudicibus prolatam fuisse: & infra decem dies ille, contra quem sententiatum fuerat, ab illa sententia appellauit, Iudices tamen nihilominus sententiam executioni mandarunt[b]. Cæterùm appellans itinere statim ad Apostolicam sedem arrepto, literas de retractando sententiam impetrauit: aduersarius autem ipsum cautè[c] præueniens, confirmationis promulgatæ sententiæ rescriptum fuerat assecutus, in quo nulla de facta appellatione mentio habebatur[d]: Ideoque requisiuit, quæ quibus literis præiudicium faciant: Respondemus igitur, quòd posteriores debent prioribus præiudicium generare[e]. ¶ Verùm si dicatur[f], nullis literis[g] veritati, & iustitiæ præiudicantibus: vel sub alia forma[h] verborũ, dummodo nihil diceretur[i] de literis confirmationis, expressè dicimus, quòd primæ tandiu[k] suum debent habere vigorem, donec de iniqua sententia cognitio plenior habeatur.

BOnæ memoria.] Potest legi multis modis, sed hic non est insistendum: quia non continet vtilitatem magnam. Et primò ponitur e nsultatio. Secundò sũio bimembris ibi *Respondemus.* Secundum membrum ibi, *Verùm* Abb. Sic.

CASVS. Lata fuit sententia diffinitiua pro Ecclesia contra aduersarium Ecclesiæ, ille infra decem dies appellauit: iudices nihilominus mandauerunt sententiam executioni: appellans literas impetrauit de reuocanda sententia. Ecclesia pro qua lata erat sententia, cautè præueniens appellantem literas confirmationis sententiæ in forma cõmuni impetrauit, nulla de appellatione habita mentione: quæsitum fuit, quæ literæ præualerent? Rñdet Papa, quòd literæ posteriores debent prioribus præiudiciũ generare, & iudices debent cognoscere de appellatione non obstante cõfirmatione obtenta veritate tacita super re litigiosa: sed si diceretur in literis appellationis secundò impetratis, nullis veritati, & iustitiæ præiudicãtibus: vel etiam sub alia forma verborum, dummodo de literis confirmationis nihil expressè diceretur. respõdet Papa, quòd tunc tandiu literæ confirmationis suum debent habere vigorẽ, donec de iniqua sententia pleniùs cognoscatur per secundas literas, & in suspenso confirmatio remanebit. Not. quòd lit. pendẽ. de re litigiosa confirmatio impetrata non valet, siue sit obtenta in principali causa, siue in causa appellationis. Item confirmatio est in pendẽti, donec confirmetur, vel infirmetur sententia. Item literæ generales non reuocant speciales. Bern.

b ¶ *Mandarunt.*] Quod facere non debuerunt: quia appellatione interposita nihil est innouandum. 2. q. 6. *appellatione. & ff. nihil inno. appellatione pendente l. vnica.* immò reuocari debet executio antequam de appellatione cognoscatur[a]. ✠ *de sueciur. Gemensis & ✠. de appellationibus. dilecti.*

c ¶ *Cautè præueniens.*] Quod facere præmaturè non debet, vt appellantem in commissione impetrata supplantet. ✠ *de appella. oblata.* Secus si non præueniat diligentiam appellantis. ✠. *eod. c. §. Verùm.* quia tunc valent primæ, vt ibi.

d ¶ *Mentio habebatur.*] Et ideo non valuerunt. ✠. *de restit. ex parte. qui a tacita veritate.* sim. ✠. *de app sæpe. in fin.* Et ita patet, quòd si quis non faciat mentionem de appellatione aduersæ partis, non valẽt literæ: quod est notabile. *s. ✠. de rescrip. ex parte.* vbi de hoc

e ¶ *Generare.*] In hoc scilicet, quòd non obstantibus primis literis confirmationis iudices dati ad appellationem, cognoscent de ea. ✠. *eo. cap. 1. arg. ✠. c. prox. ad fi. Arg. ✠. de testi. ex parte A. da. & ex causam quæ & ✠. de priuil. dudum.* Bern.

f ¶ *Si dicatur.*] In secundis literis impetratis ab appellante & quid dicit, si dicatur, supple, maximè.

g ¶ *Nullis literis.*] Per hãc generalitatem nihil reuocatur ✠ *de do. & contu. ex literis. & ff. ad l. Corn. de fal. diuus.* nec valet legatum, vel stipulatio fundi in genere facta nullo fundo demonstrato *ff. de iu. do. cũ post diuortiũ. § genere à socero. & ff. de iure fisci.* ita fidei. expressam enim debẽt facere mẽtionẽ de primis, ad hoc vt primæ reuocentur. ✠. *de offi. deleg. ex literis.*

h ¶ *Forma.*] id est, in forma communi.

i ¶ *Nihil diceretur.*] Quod e. eas reuocaret.

k ¶ *Glos. seq. obiicit, & dupliciter soluit.*

k ¶ *Tandiu.*] Ista litera multũ vĩ cõtradicere priori, quæ dicit, quòd posteriores debent præiudicare prioribus. & hic innuitur, quòd valent literæ cõfirmationis primæ, ergo non est opus, vt in prioribus fiat mentio de appellatione, & ita non refert, verum in secundis fiat mentio de primis, vel non. vnde debet intelligi. §. iste in eo casu, *cùm primæ valent,* cum appellatus non præuenit diligentiam appellãtis, sed expectauit legitimo tempore, & sunt literæ sine aliquo vitio, & sic procedent primi iudices ad confirmandam, vel infirmãdam sententiam: vt ✠. *de appel. oblata. ad fi.* quia per talem generalitatem non reuocantur primæ legitimè impetratæ, vt dicitur in proxima notula. In primo casu non valent primæ literæ: quia appellatus præuenit diligentiam appellantis, nec fecit mẽtionem de appellatione: vt patet ex ipsa litera. Vel dic, quod iudices dati super appellatione, debent cognoscere de iniquitate sententiæ: & literæ confirmationis tandiu valebunt, quousque cõstet de iniqua sententia: & si sententia confirmetur, remanebit cõfirmatio in statu suo. Si verò cassetur, cõfirmatio non valebit. *arg. ✠. de fid. instr. accepimus §. interim. & ✠. c. prox. in fi.* arg. ad hunc sensum litera ista competentius adaptatur. Et ista fuit simplex confirmatio sententiæ, quam fecit Papa in forma communi commissa impetranti aliàs quare fuisset posita hæc dec. in tit. isto? potiùs debuisset poni in tit. de app. si deberet intelligi secundùm illam decret. oblatæ. Et ex litera vtriusque decre. patet intellectus iste. In illa, oblatæ dicitur, quòd Plebanus de Sambro super obseruatione sententiæ literas ad iudices impetrauit commissionis, sicut rationabiliter lata erat: & hic dicitur, quod rescriptũ cõfirmationis fuerat assecutus. quia Papa eã confirmauit in forma communi. & sic non intelligitur ista secundum illam. & literæ confirmationis non mittuntur hic iudicibus, sed illis, qui confirmationẽ impetrant. Bern.

¶ Innocentius iij. Decano Padeburcñ. †

¶ *Innouatio priuilegij nouũ ius nõ tribuit, nec antiquũ confirmat: sed si quod competebat, conseruat.* Breuius sic potest summari: *Innouatio priuilegij non inducit confirmationem iuris in eo contenti.*

CAP. IV.

CVm † dilecta in Christo filia Abbatissa, & sorores Ecclesiæ de Cardeueñ † sua cuperent priuilegia innouari: propter † viarum discrimina, quatuor Episcopis, & Abbatibus totidem, vt ea inspicerent diligenter, & tenorem ipsorum fideliter transcribentes sub sigillis suis nobis remitterent, duximus iniungendum: *& infrà.* ¶ Nos autem tam Legato, qui sub sigillo proprio ea nostro fecit conspectui præsentari, quàm inquisitoribus ipsis fi-

CVm dilecta.] Diuiditur in septẽ partes. Primò ponitur sororũ petitio, & Papæ cõmissio. In secũda ibi, *Nos autẽ.* Inquisitorũ relatio, & canonicorũ obiectio. In tertia ibi, *Vnde.* iudicum datio, & ab ipsis appellatio. In quarta ibi, *Nuper autẽ.* sororũ iterata petitio, & earum cõtradictio. In quinta ibi, *Nos igitur.* Papæ interlocutio, & priuilegij innouatio. In sexta ibi, *Quia verò.* Papa Abbatissam constituit procuratricem. In septima ibi, *Nolentes.* committit principale definiendum. Abb. Sic.

CASVS. Abbatissa & moniales cuiusdam monasterij volebant priuilegia sua innouare: vnde cum propter viarum discrimina nõ possent illa præsentare domino Papæ supplicauerũt eidem, quatenus aliquibus personis discretis mãdaret, vt eorũ tenorẽ inspicerent diligẽter & ipsum sub sigillis suis ad sedẽ Apostolicã destinarent: vnde Papa scripsit in bullam Episcopis & Abbatibus, vt illa priuilegia inspicerent diligenter, & tenorem ipsorum sub sigillis suis fideliter destinarent. quòd & factum fuit: Papa viso priuilegiorum tenore, dum vellet illa priuilegia facere innouari, quidam canonici proposuerunt id fieri non debere, cum Hildeseimeñ. Ecclesia in possessione subiectionis ipsius monasterij per centũ annos, & ampliùs extitisset: vnde ipse tunc priuilegia noluit innouare, sed mandauit quibusdam, vt ad locum idoneum accedentes vocatis qui fuerunt euocandi inquirerẽt veritatem, à quibus pars Hildesemeñ. Ecclesiæ sedẽ Apostolicã appellauit: vñ postmodum

† *Vide l. in b. mus. ad fi. & de B. d. C. de testa. & in l. pen. C. de transact.*

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cõp.

a *Et quicquid postea factum est etiam ante appell. & post sententiam, infra de appell. non solum. lib. 6. Ioann. And.*

b *Hæ duæ glossæ not sunt Bernardi, nec habentur in Glossa ordinaria.*

† *Brod.*

† *Padebornen.*

† Cap. 1. eo. tit. in 3. com.

† *Gadem.*

† *Gardemen.*

† *Aliàs not propter viarum distantiam & discrimina.*

postmodum Abbatissa prædicta petiit iteratò dicta priuilegia innouari. Ex aduerso fuit petitum, vt causam ipsam dominus Papa committeret aliquibus, qui test s reciperent, quos pr ducere intendebant contra priuilegia, & ad probandam præscriptionem legitimam: dominus Papa considerans, quòd iure ciuili cautum est, vt qñ periculũ testium timetur, etiam lite n n contestata testes valetudinarij, & alij, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, recipiantur, eadem æquitate prouocatus priuilegia illa quæ nimia vetustate con umpta fecit innouari, ita tñ q per talem innouati nẽ nullum ius de nouo monasterio acquiratur, sed antiquum conseruetur. Sed quia prædictum monasterium ad ius, & proprietatẽ Ecclesiæ Romanæ per priuilegium prædecessorum suorum noscitur pertinere, Abbatissam prædictã nomine Romanæ Ecclesiæ constituit procuratricem: vt cum aduersùs iura Romanæ Eccle. non nisi centenaria currat præscriptio, super his, & alijs procuret, quæ in iudicio fuerint procuranda. Ne ergo de statu monasterij diutius dubitetur mandat iudici, quatenus recipiat testes, qu s Hildesemeñ. Ecclesia ind xerit ad probandam interruptionem: & si præscriptio legitima probata fuerit, vt iudicet subiectionem ipsius monasterij p dicto, cum constet ipsum in sua diœcesi constitutum, corrumpendo priuilegium innouatum, nisi ex aduerso probata f erit interruptio: quæ si probata fuerit, Ep s super hoc silentium imponat: & pronunciet monasterium perpetua libertate gaudere, priuilegio innouato cidẽ. No. q priuileg um, & instrumenta, q̃ sunt vetustate quasi cõ'umpta debent innouari. I tẽ sicut testes ex cã lite non contest. recipiuntur, sic & priuileg a, & instrumenta ex eadem causa innouantur. Item vbi est eadem ratio, & idem ius debet esse. Item per innouationem nullum ius acquiritur sed antiquum conseruatur. Item mulier potest esse procuratrix. Item contra Romanam Ecclesiam non currit præscriptio nisi centum annorum. Item ad officium iudicis pertinet tutum locum partibus assignare. Item in eo ipso quòd Ecclesia sita est in diœcesi alicuius, præsumitur sibi subesse. Item priuilegium no uatum in pendenti est in hoc casu, sicut confirmatio s. eod. bona.

dem debitam adhibentes: licèt non videremus[a], quare non deberet eadem priuilegia innouari †: quia tñ C. maioris Ecclesiæ, & s. sãctæ Crucis Canonici proposuerunt Hildesemeñ. Ecclesiã in possessione subiectionis ipsius monasterij per centum annos, & amplius extitisse, priuilegia ipsa tunc non duximus innouanda. Vnde iudic bus dedimus in mãdatis, vt ad locum idoneum accedẽtes, (citatis qui fuerint euocandi) inquirerent super his diligentiùs veritatem: à quibus pars Hildesemeñ. Ecclesiæ ad Apostolicam sedem appellauit. Nuper autem iteratò prædicta petiit Abbatissa, quatenus deberemus priuilegia suæ Ecclesiæ renouare. Ex aduerso verò fuit postulatum, vt causam ipsam discretis viris committere dignaremur, qui testes reciperent, quos contra priuilegia monasterij, & ad probandum † præscriptionem legitimam, inducere proponebant. ¶ Nos igitur attendentes, quòd iure sit ciuili[b] statutum, vt quando periculum testium formidatur, ne veritas occultetur, & probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite non contestata testes valetudinarij, & alij, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, ad testimonium admittãtur: eiusdem æquitatis similitudine prouocati[c], prædicta priuilegia quasi iam nimia vetustate consumpta, cùm fuerint non in pergameno, sed in papyro conscripta †, duximus innouanda[d]: nolentes quòd ex innouatione huiusmodi nouum ius[e] monasterio acquiratur, sed antiquum (si quod habet) per innouationẽ priuilegij cõseruetur. ¶ Quia verò præfatũ monasterium ad ius, & proprietatem Apostolicæ sedis per priuilegium prædecessoris nostri pertinere monstratur: ne ius Ecclesiæ Romanæ remaneat indefensum, eandem Abbatissam procuratricem[f] ipsius duximus statuendam: vt cum aduersùs Romanæ Ecclesiæ possessiones, & iura, non nisi centenaria currat præscriptio, ipsa super hoc, & alijs vice nostra procuret, quæ coram te in iuditio fuerint procuranda. ¶ Nolẽtes igitur quòd de statu eiusdem monasterij diutius dubitetur, Mandamus, quatenus locum tutum, & commodum eligens, recipias testes, quos ad prædictam interruptionem probandam Hildesemeñ. Ecclesia, vel ad interruptionem[g] ostendendam cœnobium duxerit producendos: & si legitimam[h] præscriptionem probauerit, vt intendit: nisi probata fuerit interruptio ex aduerso subiectionẽ ipsius monasterij ad iudices Episcopo memorato, cũ constet ipsum in sua diœcesi[i] constitutum, priuilegium quod monasterio innouari fecimus corrumpendo: alioquin eidem super hoc perpetuum imponens silentium, monasterium pronuncies perpetua libertate gaudere, nostro sibi priuilegio resignato.

¶ Idem Episcopo, & Præposito Vticeñ.

¶ Non valet confirmatio, quam religiosus impetrauit à Papa super tẽporali administratiõe, seu priorato, si tacuit se regularẽ: si verò expressit, rescriptum præsumitur falsum: quia Papa non consueuit concedere. h. d. cum seq.

CAP. V.

AD † nostram audientiam Præposito Nemaneñ. † Ecclesiæ significante peruenit, quòd quidam Canonici Nemaneñ. †

& s. de testibus significauit. & c. cùm olim.

c ¶ *Similitudine prouocati.*] Similis est æquitatis ratio, similia iura suadere videtur. *arg. s. de constitutionibus. nam concupiscentiam. & C. ad l. Falcid. l. vl. ff. ad l. Aquil. illud. & s. de translationibus, inter corporalia. & C. de constituta pecunia. l. vlt.* item *arg. eandem esse rationem in testibus. & instrumentis. C. de fide instrumentorum, in exercẽdis. & supra de testibus cogẽdis c. peruenit.* ¶ *Gl. se signat contrarium. & soluit.*

d ¶ *Duximus innouanda.*] Ne si vetustate consumantur, nulla fides eis adhibeatur. *arg. s. de fi. instr. inter dilectos ar. contra. quod instrumentum vetustate consumptum, vel a muribus rosis, sit adhibenda fides. ff. de bonor. secundum tab. l. i. § si rosa. & s. de fide instru. c. vlt.*

e ¶ *Nouũ ius.*] Simile *11. dist. c. praeceptis.* ¶ *Glo. seq. dat tria similia. dat. tria vitra in contrarium, & tripliciter soluit. Deinde quarit, & soluit tripliciter.*

f ¶ *Procuratricem*] Sic[d] ergo fœmina potest esse procuratrix, sic & arbiter. *s. de arbitr. dilecti.* similiter & iudex. *11. q. 2. cùm deuotissimam.* Nam & monachus de mandato[e] Abbatis potest esse procurator. *10. q. 1. monachi.* Vel dic, quod ratione administrationis potest esse procuratrix, sicut & Abbas. *s. de transac. constitutus. & j. de censi. sopita.* Vel ideo potuit esse procuratrix Ecclesiæ suæ, ticut mulier in causa coniuncti sui. *ff. de procura. filius. amil. §. veteranus.* Vel dic, quod verius est, quod Papa ex certa[f] scientia constituit eam procuratricem, vnde de hoc nõ est disputandum. *16. q. 4. §. qui autem. & C. de cris. sacri. l. 1. & ff. de re iudic.* quidam c nsulco. *pe. & s. de offi. deleg. cùm vigesimum.* aliàs fœmina non potest esse procuratrix. *3. q. 7. c. infamis §. tria. & C. de procu. alienam. ff. de regul. iur. l. 2.* Sed si Papa in sua persona vellet agere, coram quo agere debet? Debet sibi, et hoc arbitros eligere, vel d legare causam alij. *arg. ff. de iur. om. iu. qui iurisdictioni.*[e] Vel potest esse iudex in causa Ecclesiæ suæ: De hoc dictum est *s. de iudiciis, cùm venissent.*

g ¶ *Ad interruptionem.*] Sic *s. de rescri. illud. & c. auditis.* vbi d. h. c.

h ¶ *Legitimam*] Scilicet centum annorum, quæ sola currit contra Romanam ecclesiam. *s. de praescrip. cum nobis.*

i ¶ *Diœcesi.*] Vt *6. q. 7. omnes basilicæ. & 18. q. 2. monasteria. & j. de religiosis domibus constitutus.*

AD *nostram*] Continuatio diuisio. Secunda pars ibi, *Cùm agitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidã canonici regulares impetrabãt literas cõfirmationis super administrationibus suis, tacito quòd essent regulares. Significatũ fuit hoc domino Papæ ex parte Præpositi illorum regularium: et Papa, quod regularib. a persona Apostolica sedes aliqua non consueuit confirmare: vnde mandat Papa quibusdam quatenus cum

a ¶ *Non videremus*] Nec poterat videri, quodnam erat vt 35. q. 9. *ad sedem vltra vnam columnam ver. hic ergo emergebant,* &c. & hoc ideo non poterant videre: quia innouatio nihil noui iuris tribuit *j. de priuileg ex parte. & c. quia intentiones.* Et sic originale cassatur, similiter & innouatio, siue confirmatio: vt s. de fide instrumentorum, inter dilect. *c. 3. s. de re iudic. cùm inter vos.*

b ¶ *Iure sit ciuili.*] In *Auth. de testibus. § quoniam multa. & § hoc verb. coll. 7. & ff. ad l. Aquil. in l. Aquilia. & ff. de rei vēdit. in integrum dicimus. & C. de viceris pupillari. l. vltim.*[c] *& iure canonico, supra vt lite non contestata. quoniam. 1. responso*

† Adde. q instrumentum, vel solemniter trãscribantur. Col. 1. rum instrumenti. de testi.

† probãdã.

† Vide l. a. C. de diuer. rescrip.

a Vide de testa signifi cauit. super gl. 1. Ioann. And.

b Vide de cri fal. c. pe. super 1. glo.

c Vide de test. signifi-cauit. super 2. gl. Ioann. And.

d De màteria huius gl. vide laedè per Decũ. & Capuolã in l. a. ff. de reg. iur.

e Et sine mãdato pro consorte, sicut in cie. de procur. vel glossa. Ioann. And.

f Et de virtute clausulæ ex certa scientia, vide plenè per Anton Gabriel. l. 5. cõ. concluſi. tit. de clausulis conclu. 1.

† Cap. 2. contin. cõm.

† Neamdẽsẽ.

† Nemáñ. sed egò Nemansem scriberem, cui lectionẽ aliquot veteres códices adstipulantur.

g Vide de e. cl. quere la. super gl. Ioan. And.

nes confirmationes à prædictis regularibus taliter impetratas, denunciet irritas,& inanes. Not. quòd regularibus sua beneficia, siue administrationes non confirmantur personaliter. Item confirmatio tacita veritate impetrata non valet.

a ¶ *Personaliter.*] Scilicet, tacita veritate, quòd sit regularis: & si ex parte impetrentur, sunt falsæ literæ: quia in talib[9] personis administratio non confirmatur. j. c. *prox.* Secus esset, si realiter aliqua concedantur, seu confirmentur, quia tunc valent. a Fauore enim religionis multa eis conceduntur j. *de priuilegijs, ex parte. & c. pastoralis. & c. Audium.* & summa est ratio, quæ pro religione facit. *ff. de religiosis, & sumptibus funerum. l. sunt personæ.*

a *Simile in fra de priuil. ne aliqui lib. 6. Ioan. And.*

Ecclesiæ à nobis literas confirmationis, super administrationibus suis obtinere laborat, religionis suæ conditione suppressa. ¶ Cùm igitur regularibus personis nō cōsueuerit Apostolica sedes aliqua personaliter a confirmare. Mandamus, quatenus cōfirmationes, quas ab ipsis Canonicis (cùm regulares existāt) noueritis taliter impetratas, denuncietis irritas, & inanes.

¶ Idem.

¶ *Idē dicit, quod suprà c. proximo.*

CAP. VI.

Porrectæ nobis.] Cōmunis diuisio. Secūda pars ibi, *Cùm igitur.* Abb. Sic.

Casvs. Quidam regulares, qui prioratibus suis præsunt, impetrabant literas confirmationis super prioratibus suis quoad vixerint possidendis: peruenit hoc ad Papam: dicit Papa, quòd non credit huiusmodi literas à cancellaria sua emanasse: vnde mandat illos, qui huiusmodi literas ostenderunt, in quibus administrationes prioratuum confirmantur, puniri tanquam falsarios. Si verò non fiat mentio de religione ipsorum, illas denunciet non valere tanquā veritate tacita impetratas. Not. quòd monachis prioratus, & administrationes non confirmātur. Item rescriptum, vel confirmatio veritate tacita impetrata, non valet.

† Cap. 1. ti. de rescr. in 3. compil. & quatenus ex hoc textu colligitur ob præsumptionē puniri aliquē de crimine falsi. Vide Ioann. Anan. in Rubr. de crim. fal. & Alex. cōsil. 77. incip. in causa accusationis. vol. 1.

† Assertes.

Porrecta † nobis ex parte tua petitio continebat, quòd plures ex religiosis, qui Prioratibus, vel aliis administrationibus præsunt, à nobis super ipsis, quoad vixerint, possidendis, cōfirmationis literas se asserunt impetrâsse b: *& infrà.* ¶ Cùm igitur à cancellaria nostra huiusmodi literas emanasse non credamus c: Mandamus, quatenus illos, qui tales literas exhibuerint, in quibus prioratus, vel administrationes tanquam religiosis confirmantur d, eosdem punias tanquam falsitatis e auctores†. Si verò in eis nō fit mētio religionis ipsorum, illas tanquam tacita veritate subreptas, denuncies non valere.

b ¶ *Impetrasse.*] Tacita veritate: quia tales prioratus non confirmantur. s. *c. prox.*

c ¶ *Non credamus.*] Quia omnium habere memoriā, & in nullo peccare, potius est diuinitatis, quàm humanitatis. *C. de vete. iure enu. l. 2. § si quid autem.*

d ¶ *Confirmantur*] Licèt enim prioratus aliquando perpetui sint. j. *de statu reg. monachi.* nec possunt remoueri sine ordine iuris, vt ibi, non tamen confirmatur, vt hic, & s. *c. prox* similiter nec episcopatus confirmari consueuerunt, licèt sint perpetui. Est enim ratio, quare non confirmantur: quia regulariter verum est, quòd non sunt perpetui. j. *de statu regu. cùm ad monasterium. § tales.* vnde remouentur pro voluntate Abbatis: vt ibi dicitur: quia de facili huiusmodi regulares, etiamsi sint perpetui, remouentur. j. *de simonia. per tuas. in fine.* Sed si administratio ex certa scientia, & cum causæ cognitione esset alicui confirmata, non posset inde remoueri sine mandato Papæ, vt s. *eo. c. 1. & 2. & 16. q. 1. peruenit.* Sed si confirmentur, & in literis fiat mentio de ipsis prioratibus, non valent literæ, immò sunt falsæ vt hic dicit, & sunt puniendi tanquam falsarij, nisi euidenter appareat, quòd ex certa scientia domini Papæ hoc processerit. si verò non fiat mentio de prioratibus, tacita veritate sunt impetratæ, & ita vtroque casu non prosunt: & hic patet.

e ¶ *Falsitatis*] Qualiter falsarij puniendi sunt, habebis j. *de falsariis, ad falsariorum.*

Examinata] Primò ponit causam decreti. Secundò decernit ibi, *Vnde.* Abb. Sic.

Casvs. Inter nobilem virum Matthæum de Riuaria, & quosdam alios milites de Campania vertebatur quæstio super iure patronatus Ecclesiæ sancti Angeli: de qua sub certa forma compromissum fuit in vicedominum Sabineñ. qui tulit arbitrium super quæstione prædicta, quod ab vtraque parte fuit approbatum: & confirmatio obtenta fuit in forma communi à C. Papa. Tandem orta quæstione super ipso arbitrio, delata est causa ad dominum Papam. Inno. ipse diligenter examinato negotio, inuenit arbitrium promulgatum fuisse contra formam iuris, & compromissi. vnde ipse arbitrium decernit irritum, & inane, non obstante confirmatione C. Papæ, qui confirmauerat illud, sicut prouidè latum erat, & ab vtraque parte receptum. No. quòd non tenet sententia arbitri lata contra formam iuris. Item nec contra formam mandati. Item fines mandati diligenter seruandi sunt. Item sententia, quæ non tenet, confirmari non potest per cōfirmationem in forma communi obtentam. Item quod non est, vel non tenet, ratum non potest haberi per consensum partium.

¶ Idem nobili viro Matthæo de Riuarius†.

† *Riuaria.*

¶ *Sententia, seu laudum contra formam iuris, vel compromissi latum per arbitros, licèt per Papam in forma communi fuerit confirmatum, non tenet.*

CAP. VII.

Examinata † causa, quæ vertitur inter te, & milites Cāpanicos super Ecclesia sancti Angeli: perpēdimus arbitrium, quod vicedominus Sabineñ. dicebatur super eodem negotio promulgâsse, contra formam iuris, & compromissi f fuisse dictatum. Vnde non obstante confirmatione g C. Papæ prædecessoris nostri, qui confirmauerat illud, sicut prouidè h latum fuerat, & ab vtraque parte receptum, decernimus ipsum irritum & inane.

† Cap. 3. eo. ti. in 3. com. Et regulam hanc accentialem, quod arbiter debeat sequi formam iuris, limita, nisi arbitro sit data potestas iudicandi secundum conscientiam. adde dicta in l. certum C. vnde cogn. & Lanfr. de Or. in tract. de arbi. p. 7. q. 14.

f ¶ *Iuris, & compromissi.*] Duplici ergo ratione non valuit arbitrium. Primò quia cōtra ius fuit latum arbitrium, fortè per sordes, vel per gratiam, & ideo nullum. *C. de arbi. l. 3.* b c etiam obtinet in aliis iudiciis, si ferant sententiam contra ius scriptum, non tenet. *2. q. 6. et. quo. § diffinitiua. ver. item si contrarius.* sed contra ius litigatoris lata bene tenet sententia, à qua non est appellatum: vt ibidem dicitur. & s. *de re iud. cum inter vos. in fi.* Et idem intellige in arbitrio: quia contra formam compromissi nihil potest facere arbiter. s. *de arbi. cù dilectus. ff de arb. l. pedius. in fi. & l. non distinguemus. § de officio.*

b *Vide infrà tit. 1. cum ab nonnullis. gl. Ioã. And.*

g ¶ *Non obstante confirmatione.*] Et ita patet, quod confirmatio nihil vel modicum operatur, quia si aliquid inuenit, confirmat illud: alias nihil operatur. j. *de conces. praben. quia diuersitatem.* c & hic patet, quod confirmatio sub forma communi non impedit petitionem alterius, nec cognitionem iudicis. De hoc dictum est. s. *eo. c. 1. arg. quod si principale cassatur, & accessorium.* s. *de fide instr. & supra de re iud. cum inter vos.*

c *Vbi de hoc in fine & infra de reg. iur. acc. sorium lib. 6. Ioann. And.*

¶ *Gl. sseq. resistetur per duplex contrarium scilicet infra c. prox. & infra de verb. signif. abbate.*

h ¶ *Sicut prouidè.*] Hæc enim verba, sicut prouidè in cōfirmationibus posita, cōditionaliter intelliguntur: vt hic patet. & j. *de conces. praben.* quia diuersitatem. *Arg. contra* j. *c. prox.* Secus si ponitur in priuilegio: quia cùm priuilegium sit lex priuata, & certum debet ibi poni, vt aliquid concedat priuilegium. j. *de ver sig. abbate.* aliàs esset inutile. j. *de priuileg. in hu. arg.* s. *de offic. deleg. quoniam abbas. &* s. *de electio. cum monasterium.* Ioan.

¶ Honorius iij. illustri Regi, Baronibus, & militibus, & aliis hominibus Cypri.

¶ *In cōfirmatione ex certa scientia, dictio, sicut, ponitur causatiuè: nec nocet, si verbum confirmationis præcedit tenorem confirmati.*

CAP. VIII.

Venerabiles frater N. Archiepiscopus Nicholień. &

Venerabilis.] Cōis diuisio. Secūda ibi, *Mandamus.* Ab. Sic.

Casvs. Inter Archiepiscopū Nicholień. & suffraganeos eius ex vna parte, & Regem Barones, & alios nobiles regni Cypri super quibusdam decimis quæstio exorta fuit: sed mediante Alb. n. E. piscopo tunc legato, inter eos amicabilis compositio interuenit, hoc adiecto in cōpositione, quod quam cito per sedē Apostolicam fuerit confirmata, statim debeat executioni mādari. Postmodum Papa illā cōfirmauit: & ad maiorem securitatem tenor cōpositionis insertus fuit in ipsa cōfirmatione: ipsi tamē nobiles ipsam compositionem seruare nolebant, sumentes occasionem ex eo videlicet, quòd verbum confirmationis secundùm stylum Ecclesiæ Romanæ præcedit tenorem compositionis, id est, in literis confirmationis præmisit Papa verba illa: cōpositionem per legatū factam confirmationis: sicut sine prauitate facta est: & ex eo videlicet eā seruare nolebant quia clausula illa consueta: sicut sine prauitate facta est, in literis confirmationis continetur: cū per hoc nō videbatur simpliciter cōfirmata, sed sub cōditione, videlicet si iustè esset lata: propter quod Archiepiscopus & suffraganei eius significauerūt hoc domino Papæ. vnde ipse mādat prędictis nobilibus quatenus si prædicta vera sunt, compositionem illam adimplere procurent. No. quòd compositio amicabilis potest fieri inter Ecclesiā, & laicos super decimis, dū tamen auctoritas Papæ interueniat, vt hic patet. aliàs non credo, quòd valeat

cura

citra confirmationem Papæ, inter Ecclesiam, & laicos: sed hoc actum fuit inter partes, aliàs non valeret, nisi Papa confirmaret compositionem. Not. quòd ex quo Papa, ex certa scientia compositionem, vel transactionem confirmat, tenet, & valet, etiamsi aliàs non valeret.

Suffraganei eius transmissa nobis petitione monstrauit, quòd inter ipsos, & vos super quibusdam decimis, mediante † Albanen. Episcopo tunc Apostolicæ sedis Legato, amicabilis compositio [a] interuenit: expressè adiecto, quòd quantocyus † eam authoritate Apostolica confirmari contingeret statim deberet executioni mandari: verum licet sit per nos confirmata, & ad maiorem rei euidentiam literis confirmationis tenor compositionis insertus[b], ipsam tamen renuistis obseruare: occasionem friuolam prætendentes, tum ex eo quòd in literis verbum, confirmationis, [tenorem † compositionis] iuxta stylũ Ecclesiæ Romanæ præcedit: tum quia clausula consueta, scilicet, [sicut sine prauitate [c] prouidè facta est,] in eisdem literis continetur: *& infrà.* Mandamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur[d], compositionem eandem adimplere curetis.

† *In codice Barbatia tamen, mediante Albanẽ. episcopo tunc legato.*

† *quantocitius.*

† *Hæc duo verba (tenorem compositionis) in omnibus impressis codicibus, quos viderim, vna cum veteri excepto, desiderantur, & maiẽ, quia sine illis nullus constat sensus, ea tamen non ex omnibus manuscriptis suppleuim⁹.*

a ¶ *Amicabilis compositio.*] Bene dicit, amicabilis cõpositio: quia transactio super decimis, vt aliquid temporale detur pro decimis, non valet j. *de rerum permut. c. Vlt. nec super aliis spũalib.* s. *de transact. constitutus.* sed cõpositio bene interuenit in decimis, & aliis spiritualibus. s. *de trãsact. statuimus. & c. de cætero. & j. de decimis. ex multiplici.*

¶ *Glos. seq. quærit, arg. pro, & soluit.*

b ¶ *Tenor compositionis insertus.*] Vt per hoc appareat, quòd cõpositio legitima fuerit, & non: sit de ea dubitari. arg. s. eod. c. 1. & 2. vnde non esset alius iudex vlterius de quæstione subor ta cognoscere, vbi dicitur: quia Papa ex certa scientia, cum eam viderit, cõfirmauit: immo si compositio aliàs non valeret: ex quo Papa ex certa [a] scientia confirmat, valet. s. *de transact. c. 1. & c. Veniens.* Si vero tenor compositionis non esset ibi insertus, nec ipse vidisset compositionem, & eam confirmasset, sicut prouidè facta est, nihil operaretur. vt s. *c. prox.* & vt dictum est. s. eod. c. 1. Sed nunquid necessarium erit de cætero ostendere instrumentum compositionis, postquam ostenditur confirmatio Papæ, in qua continetur tenor compositionis? *arg. quod sic.* s. *de fide instrum. c. 1. C. de edend. Auth. si quis in aliquo.* sed non credo, quod de cætero expediat ostendere instrumentum compositionis de necessitate, cum authoritate Papæ transcriptum sit, & redactum in publicam confirmationem *C. de test. publicatis* & j. *de priuileg. cum olim essemus.* & arg. s. *de fide instrum. c. vlt.* De hoc no. j. *de verb. sign. Abbate.*

a De virtute clausulæ, certa scientia vide late per Ant. Gabrielum li. 6. com cõclusi. in tit. de clausulis conclusione 2.

¶ *Glos. seq. recitatur per obiectionem, & solutionem.*

c ¶ *Sicut sine prauitate.*] Per ista verba, quæ in confirmationibus conditionaliter intelliguntur, vt dictum est s. e. *prox.* dubitabatur, an teneret compositio: quia non videbatur eam confirmasse simpliciter, vnde eam seruare timebant: sed errabant: quia illud intelligitur, cùm Papa confirmat ea quæ non videt: & ideo dicit in confirmationibus: sicut sine prauitate. sed quando cognoscit de compositione, & videt ea, quæ confirmat tunc licet ista verba ponantur in confirmatione, non intelliguntur conditionaliter, sed causaliter, & sic intelligitur, sicut sine prauitate facta fuit cõpositio, id est quia sine prauitate. Bern.

d ¶ *Si præmissis veritas suffragatur.*] Id est, si compositio taliter fuit facta, & confirmata tenore compositionis inserto: quia per hoc apparet, quod ipsam approbauit: vnde mandat eam seruari.

¶ Idem vniuersis Abbatibus, & Prælatis, ac Conuentibus, & Clericis, in Constantinopolitana diœcesi constitutis.

¶ *Collatio Ecclesiæ alteri facta per Legatum, & per Papam confirmata, ius diœcesani non lædit.*

CAP. IX.

SVa † nobis Patriarcha Constantinopolitanus conquestione monstrauit, quod cùm quidam vestrum sumentes occasionem ex eo quod I. Presbyter Cardinalis tunc Apostolicæ sedis Legatus, quibusdam aliis Ecclesiis, & Clericis in spiritualibus, & temporalibus contulit monasteria eorundem †, i. si Patriarchæ obedire recusant, & ei de iuribus patriarchalibus respondere: in suæ præsumptionis adiutorium inducentes, confirmationes huiusmodi collationum à sede Apostolica impetratas. ¶ Cùm igitur nolumus † iura, quæ diœcesanis debentur per collationes, seu confirmationes prædictas minui [e], seu lædi: Mandamus, quatenus occasione huiusmodi non obstante, ipsi Patriarchæ reuerentiam, & obedientiam exhibere curetis, eique de iustitiis suis integrè respondere.

† *Vide Archid. in cons. in c. de ecclesiasticis. 25. q. 2.*

† *Aliàs, eorundem.*

† *nolimus.*

S*Va nobis.*] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Cùm igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam Cardinalis legatus Apostolicæ sedis in partibus Constantinopolitanis, contulit quædam monasteria quibusdam aliis Ecclesiis in temporalibus, & spiritualibus: super illis collationibus confirmatio Apostolicæ sedis obtenta fuit in forma communi. Isti prælati; quorum Ecclesiæ aliis collatæ fuerant, sumentes occasionem ex collationibus prædicti legati, & confirmationibus, Patriarchæ Constantinopolitano obedire recusant, & ei de iuribus patriarchalibus respondere. Vnde patriarcha Constantinopolitanus conquestus fuit domino Papæ: super hoc scribit Papa vniuersis prælatis diœcesis Constantinopolitanæ dicens, quòd ipse non vult iura, quæ diœcesanis debentur, per huiusmodi collationes, seu etiam confirmationes minui, siue lædi: vnde mandat prædictis prælatis, quatenus huiusmodi friuola occasione non obstante, ipsi Patriarchæ obedientiam, & reuerentiam exhibere procurent; & ei de suis iustitiis semper respondere. Nota, quòd Legatus non potest subiicere vnam Ecclesiam alteri in præiudicium diœcesani Episcopi: nec Papa per huiusmodi confirmationes super hoc obtentas intelligit iuribus episcopalibus præiudicium generare. Item per confirmationem ius alterius non tollitur.

e ¶ *Minui.*] Quia non debet inde procedere iniuriarum occasio, vnde iura nascuntur. C. *vnde vi. meminerint, infra de accusa. qualiter, & quando.* & quia si sua iura vnicuique Episcopo non seruantur, quid aliud est, quam vt ordo ecclesiasticus confundatur? vt 11. q. 1. *pervenit.* nec fuit intentio domini Papæ, per confirmationem huiusmodi aliquid subtrahere Episcopo diœcesano, nec etiam per collationem Cardinalis, immo remanet ius saluum diœcesano Episcopo. *infrà de relig. dom. c. 2.* & dicit Papa, nec honorem meum reputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. vt 99. *dist. ecce.* Et sic patet, quòd per confirmationem huiusmodi ius alterius non tollitur. Sic etiam licet Papa recipiat aliquem sub sua protectione, non propterea eximitur à iurisdictione sui Episcopi. *infra de priuileg. ex parte.* sic licèt illi qui assumantur in confraternitatem Hospitalariorum, siue Templariorum, non eximuntur à iurisdictione suorum Episcoporum. j. *de priuil. cùm & plantare. §. penult. & c. ex tenore. & c penult.* Ber.

LIBER

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS. DE VITA, ET HONESTATE CLERICORVM.

¶ *Quia suprà visum est de iudiciis, & iudices maximè Clerici non debent esse in peccato, maximè cùm iudicant. 3. q. 7. iudicet. ideo post tractatũ iudiciorũ subijcitur, qualiter clerici debeãt se habere in vita, & honestate, vt sic vitent omnẽ maculam peccati. Itẽ potest cõtinuari vt suprà in proœmio cõtinuatur. Nã in primo libro dixit de personis, & officiis earũ. in secundo de actibus hominũ in iudicio: restat videre de actibus hominum extra iudiciũ tam respectu clericorũ, quã laicorũ. Et quia clerici sunt digniores laicis, primò hic tractat in tertio de actibus clericorũ. In quarto verò de actibus laicorũ. Tractaturus igitur auctor in hoc tertio libro de actibus clericorum, voluit praemittere istã rubricã de vita, & honestate clericorũ: quia prae omnibus debent clerici vita, & honestate fulgere. Et dic, quòd verbum, vita, cõcernit cõuersationẽ necessaria ad victũ clericorũ: verbum autẽ, honestate cõcernit ipsos respectu morum, & sic nihil superfluum.*

† Cap. 13. & refert Burchard. lib. 3. decre. c. 102. & I. uo par. 3. ca. 137. sed Antonius Augustinus in notis antiquae compi. c. 1. ad. tit. ait hoc c. in epeliis esse ex concilio Turonẽsi 2. c. 4. & vide l. nemo Apostolorũ, & ibi gl. & Doctores. C. de sac. san. eccle.

† Alias ita: qua à cancellis.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

De vita, & honestate Clericorum.

¶ Ex concilio Maguntino †.

¶ *Cùm celebratur, diuisus esse debet Clerus à populo.*

CAP. I.

VT Laici[a] secus altare[b], quando sacra mysteria celebrantur, stare, vel sedere inter Clericos non praesumant: Sed pars illa[c], quae † cancellis ab altari diuiditur, tantùm psallentibus pateat Clericis. Ad orandum verò, & communicandum Laicis, & foeminis (sicut mos est[d]) pateant sancta sanctorum[e].

De hac materia habetur. 12. q. 1. & 21. q. 4. & 23. dist. clerici comam. *vsque ad finem dist.* & c. his bene ergo. & 35. & 41. & 43 & 44. & 86. & 91. dist. per totum *& de consecratione*, dist. 5. nunquam, *vsque ad c. de spiritu.*

VT *laici*] Laici prope altare, vel in choro, dum officia celebrantur, stare non debent, sed causa orandi ire, vel accedere possunt, hoc dicit. Tria sunt dicta. Secundum ibi, *Sed pars.* Tertium ibi, *Ad orandum.* Abb.

CASVS. Dicitur in hoc c. quòd laici non debent sedere in choro inter clericos, quando cantantur diuina officia, sed in sancta sanctorum. Nota, quod laici inter clericos sedere non debent. Item Ecclesia debet habere duas partes, s. chorum, qui per cancellos diuiditur ab altari, & sancta sanctorum, id est, partem inferiorem Ecclesiae, quae vulgariter dicitur, nauis Ecclesiae.

a ¶ *Vt laici.*] Supple, statuimus.

¶ *Glo. seq. reddit causam & textum fortificat.*

b ¶ *Secus altare.*] Laici enim ibi stare non debent, sed tantùm clerici vt liberiùs intendant diuinis officiis [a] vt de consec. dist. 2. sacerdotum. consecratae etiam mulieres incensum circa altare portare non debent. 23. *dist.* sacratas. *& in c.* non liceat, *& de consecr. dist. 1. in sancta. & j. eo. prox. c. 1 in fin.*

a *Pro laicis qui cantãt in Ecclesia non in pulpito, arguit Ioan. 92. di.* non liceat. *Ioan. And.*

¶ *Glo. seq. cùm seq. ponit quadruplex nomen loci inter cancellos: sed in quarto aliqui variant.*

c ¶ *Sed pars illa.*] Id est, chorus in quo morantur clerici ad cantandum, qui diuiditur ab altari per cancellos: vt patet, per exemplum in Ecclesia Bonon. & locus infra cancellos appellatur sacrarium. vnde insacrati homines ibi sacrata vasa contingere non debent. *de conse. dist. 1. in sancta.* & appellatur sacrarium diaconium, eo quòd diaconus ministrat ibi altari 23. *dist. non oportet.* dicitur etiam presbyterium. *de conse dist. 2. sacerdotum.*

d ¶ *Sicut mos est.*] Et ita est hic arg. pro consuetudine.

e ¶ *Sancta sanctorum*] In qua summus sacerdos intrabat: sed hodie laici, & foeminae ad orandum, & communicandum tantùm possunt intrare. Alij exponunt, sancta, id est, maior pars Ecclesiae, siue corpus.

ADDITIO. Quae etiam dicitur nauis Ecclesiae à vulgaribus.

CLerici.] Pro summario nota, quod arma portare delatio clericis est inhibita, in tantum quòd contrà facientes grauiter peccant. hoc colligitur ex eo, quòd tale delictum est excommunicatione dignum, vt hic; sed excommunicatio non infertur nisi pro graui crimine, vt in c. nullus. & c. nemo. 11. q. 3. Abbas.

CASVS. Patet. Nota, quòd clerici arma portare non debent: nec vsurarij esse debent.

f ¶ *Clerici arma*] Clerici arma portare non debent. 23. q. 8. *clerici. & c. quicunque. sine iusta causa* [b]. Iustam causam intellige, si per loca periculosa transitum faciant, tunc possunt portare arma ad terrorem latronum, licèt percutere non debeant. *arg.* 23. q. 3. *Maximianus.* aliter portare non debent: & si tertiò admoniti non destiterint, perdant priuilegium illius canonis 17. q. 4. *si quis suadente. & j. de sent. excom. in audientia. & c. contingit.*

b *Conc. ten. in Aut. statuimus. cõ. no. de epi. & cleric. & Bal. in 10. col. de pace. c. 1. clericus.*

¶ Ex concilio Pictauien. †

† *Pictauien.*

† Cap. 2. ca. ut. in 1. cõpil. *Vide in* Clemen. de excessibus prçlato. *ad. de not.* ... c.

CAP. II.

CLerici † arma[f] portantes, & vsurarij[g] excommunicentur.

¶ *Glo. sequens differentiam ponit, a qua in fine recedit.*

g ¶ *Vsurarij.*] Hoc intellige de laicis, qui sunt excommunicandi, nisi restituant vsuras. j. de vsu. praeterea & clerici ab officio, & beneficio suspendendi. vt ibi dicitur, & repellendi sunt etiam à dignitatibus j. de excess. praela. inter dilectos & etiam deponi debent, si de hoc commoneantur. 47. dist. quoniam multi. & nihil minus excommunicandi sunt, si eas non restituant.

¶ Ex concilio Matiscen. †

† *Matiscen.*

¶ *Presbyter habens populum, debet habere Clericum, qui secum cantet, & in aliis hic expressis, cum iunet.*

CAP. III.

VT † quisque Presbyter, qui plebem[h] regit, Clericum habeat[i], qui secum cantet, & epistolam[k], & lectionem legat: & qui possit scholas[l] tenere, & admonere suos parochianos, vt filios suos ad fidem[m] discendant mittat ad Ecclesiam: quos ipse cum omni castitate erudiat.

† *Burchar.* lib. 2. decr. c. 56. *Iuo p. 6.* c. 132. & c. 7. cap. in 1. compil. *Et vide notam nostram in hanc decretalem.* c *Secundum Tanc. & Vincen. Ioa. And.*

¶ Gregorius nonus. †

† *In pluribus antiquis deest Gregorius nonus.*

CAP. IV.

SI quis † ex Clericis[n] comam relaxauerit[o], anathema sit[p].

† Cap. 4. eo. tit. in 1. cõp. *Et vide notam nostram in hanc decretalem.*

VT quisque. CASVS. Statutum fuit in concilio Matiscẽ. quod quilibet rector Ecclesiae habeat clericum, qui secum cantet, & epistolam, & lectionem legat & qui possit docere pueros, & parochianos suos monere, vt mittant filios suos ad discendam fidem catholicam, id est, Credo in Deum: quos ipse doceat diligenter. Nota ex hac decre. quòd duo ad minus debent esse in Ecclesiis. Item nota, quod solus presbyter non debet diuina officia celebrare. Item nota, quod sacerdotis interest docere parochianos suos symbolum, & eos inuitare ad fidem.

h ¶ *Plebem*] Id est, populum quaecunque sit Ecclesia, siue plebs, siue capella: vt j. de filiis presbyterorum propositum.

¶ *Glossa sequens arguit.*

i ¶ *Clericum habeat*] Ar. quòd Ecclesia dedicari non debet, nisi dos pro duobus ad minus sufficiat clericis. 1. q. 2. placuit. & de consec. dist. 1. nemo.

ADDITIO. De hoc dic, vt j. de consec. eccle. vel alta. c. cùm sit. in glo. nec etiam.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit: demum quaerit, & soluit.*

k ¶ *Epistolam*] Sic Acolythus debet legere epistolam. contra. 34 di. si subdiaconus. hoc intellige in necessitate, in Ecclesiis illis, vbi non sunt subdiaconi: aliter intellige secundum illud 49. di. quoniam videmus. Nec Diaconus etiam epistolam legere debet, quia videretur ab ordine suo recedere [d] 93. di. si qui clerici. arg. de consecr. dist. 1. c. 1. & 2. in fi. & 93. di. in sancta. Sed pone, quod ibi non sit subdiaconus, sed presbyter, diaconus, & Acolythus: quis dicet epistolam? Acolythus. & Diaconus dicat Euangelium, quod est eius officium: sed Acolythus dixit prophetiam. Diaconus dicat epist. Lau. Vinc.

d *Hic non probat contra seq. non approbat coniecturam, secundum Ho. Si presbyter dicat Euangeliũ, nunquid vetetur Hola ve diaconum, scilicet super frontẽ honorũ tantùm, vt 25. dist. virum nos. & di. ecclesiastici. Ioan. And.*

l ¶ *Scholas.*] Docendo pueros Psalterium, & cantare.

m ¶ *Ad fidem*] Id est, Symbolum, id est, Credo in Deum patrem, quod antiquitus ante baptismum didicerant baptizandi de consec. dist. 4. ante viginti & 30. q. 1. placuit.

SI *quis ex clericis.*] CASVS. Dicit in hoc c. quòd si aliquis ex clericis comã relaxauerit, scilicet in contẽptu Ecclesiae, anathema sit. Nota, quod clericus, qui comã nutrit, excõmunicãdus est.

n ¶ *Si quis ex clericis.* Illud c. habetur. 23 di. si quis ex clericis.

¶ *Glo. seq. casum excipit, & ponit versum.*

o ¶ *Relaxauerit.* Habitum semel susceptum non debet dimittere. 20. q. 3. praesens. nisi ex iusta causa. j. eo. clerici. vnde cum quidam reprehenderetur a Papa, ei dixit:

Tutius vt possem latere sub imagine Romam,
Fas fuit, vt fictam nutriret coma Bernae.

p ¶ *Anathema sit.*] Id est, sit, non enim est excommunicatus ipso iure. 50. di. quasi per totum.

Cl ... sem

Clericus. Casus. patet. Nota, quòd clericus comam, nec barbam nutrire debet, nisi ex iusta causa, scil. ex timore. a ¶ *Nutriat*] Nisi ex iusta causa, vt dictum est in *prox. c. & j. eod. clerici.* immo detonso capite, & patentibus auribus incedere debet [a]. *23. dist. non liceat. 2.*

† Concilium Carthaginense. 4. c. 44. Adde notas nostras hic. *a Et quod si gnificet rasio capitis, habes 11. q. 1.* duo sūt. *secundum Phil. & Gof. & dicam secundū Host.* j. eo. clerici. ver. coronam. *Ioan. And.*

† Burchardus lib. 8. decret. c. 97. *Ivo p 7.* c. 115. & c. 6. eo tit. in 1. compil. *Et videto notas nostras supra c.*

Clericus.] Legi potest hoc c. sic, quod principiū, & finis ponat vnum casum, medium verò ponat aliū, & secundū hunc intellectum h. d. Si clericus nō in sacris contrahat matrimonium, vxorem non dimittat. & si professus contrahat, separabitur ab vxore, & iterum tōdebitur. Abbas. Casus. Aliquis clericus, q non est in sacro ordine, nec est pfessus aliquā religionem, accepit vxorem, & dimisit tonsuram: quęsitum est in concilio Triburieñ. quid sit de isto clerico faciendū? statuit cōciliū, q vxorem retineat: & iterum tondeatur, nec in vita sua eam dimittat. Nota, q clericus cōiugatus debet portare coronam. b ¶ *Sine gradu*] S. cōiu. sunt. *32. dist. si qui eorum.* c ¶ *Traditus.*] Si enim traditus fuisset, ita q monachus esset, non posset habere vxorem, quam postmodū accepisset. alias non prohibet [b] redire ad sęculum. *j. de reg. & transf. ad relig. cum simus. & 20. q. 1. quam progenitores. & 32. dist. placuit. & c. seriatim. & c. si quis verò.*

¶ *Glo. seq. signat cōtrarium, & remittit.*

d ¶ *Tondeatur.*] *Arg.* est hic, *quod clericus cōiugatus debet portare coronam. arg. ad hoc. 20. q. 3. eas qui. & c. proclium.* sed *arg. contra. j. de cleri. coniu. Ioannes.* vbi de hoc.

† Cap. 6. t. ne clerici, vel monachi in 1. comp. *Et videto breues notas nostras.*

† Hac duo verba, & barbam, desunt in omnibus manuscriptis.

† Concilium Lateran. sub Alex. iij c. 11. & c. 8. e. tit. in 1. cōp.

¶ Ex concilio Carthaginensi. †

CAP. V.

Clericus neque comam nutriat [a], neque barbam.

¶ Ex concilio Triburieñ.

¶ *Clericus non professus, nec in sacris existens potest vxorem ducere, sed iterum tondebitur, si vult gaudere priuilegio Clericali, vel dispensatiuè tenere beneficiū. h. d. secundum modum, qui est magis cōsonans literæ, secundum quem ponit vnum casum duntaxat.*

CAP. VI.

ij Clericus † si tonsura dimissa vxorem acceperit, qui quidem sit sine gradu [b], nec monasterio à parentibus traditus [c]: vxorem permittatur habere, & iterum tōdeatur [d]: nec in vita sua vxorem dimittere audeat.

¶ Alexan. iij. Cantuarieñ. Archiepiscopo.

¶ *Clericus debet tōsuram deferre: & si non vult, potest inuitus à suo superiore tonderi.*

CAP. VII.

Clericus †: *& infrà.* ¶ Clerici, qui comam nutriunt, [& barbam †] etiam inuiti à suis Archidiaconis tondeantur.

¶ Idem in concilio Lateraneñ †

¶ *Frequentans monasteria Monialium, & monitus nō desistens, si Clericus est, deponitur: si Laicus, excommunicatur.*

CAP. VIII.

Monasteria Sanctimonialium si quisquam Clericus sine manifesta, & rationabili [f] causa frequentare [g] præsumpserit, per Episcopum † arceatur: & si non destiterit [h], ab officio Ecclesiastico reddatur immunis. Si Laici, excommunicationi subdantur †, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni

† Aliàs ità: ab Episcopo arceatur.

† Vide l. nemo. C. de epis. aud. & l. 1. cū glo. §. Iulianus. ff. de iti. actu. priuā.

¶ Gregorius septimus †.

¶ *Episcopus potest statuere in Ecclesia certum numerum Clericorum, secundum ipsius facultates, qui viuant in communi, & cōtradictores ad hoc compellere: & istos in communi viuentes potest absoluere ab excommunicatione incursa, propter iniectionē manuum in socium.*

† nonus. *† octauus.* *† quartus.* *† tertius. Sed vt plurimum legitur, ectau', tam in vet. quàm in recentioribus.*

CAP. IX.

Quoniam † (vt ait scriptura) *& infrà.* ¶ Statuimus, vt facultatibus Ecclesiarum vestrarum, prouentibus †, & expensis [i] diligenter inspectis, certum in eis valeatis ponere numerum Clericorum: & statuere, vt bona eorum veniant in cōmune: in vna domo [k] vescantur, atque sub vno tecto dormiant, & quiescant.

¶ Si qui verò contradictores extiterint, licitum vobis sit per suspensionem officij, & beneficij, aut grauiori etiam pœna, si opus fuerit, ad hanc obseruantiam eos appellatione compellere non obstante. ¶ Indulgemus etiam, vt si quisquam eorum, qui simul viuunt [l], pro

† Cap. 10 e. t. in 1 cōp. confert concilium Toletanum 4. c. 23. refert Gratianus 12. q. 1. c. 1.

† Alias ita, neq. prouētibus, &c.

Clericus.] Capitulū istud ponitur 23. *dist. clerici.* & est pars illius *j. ne cleri. vel mo. clericus.* Bern.

Casus. Dicitur in hoc c. quod clerici, qui comā nutrierint, tondeantur ab Archidiaconib. suis etiam inuiti. Nota, quòd clerici tonsuram portare debent.

¶ *Glo. seq. duo elicit argumenta.*

e ¶ *Inuiti.*] *Arg. quod aliquis cogēdus est ad bonum.* & ad id pcipuè q iam suscepit. *45. dist. de Iudæis. in fi. & j. de bap. & eius effect. maiores.* versus finem. aliàs nemo debet compelli ad bonum: vt ibi dicitur. & *23. q. 5. ad fidem.* Item *arg. quod beneficia conferuntur in inuitos. 45. dist. & qui emendat. & 23. q. 5 non vos, circa me. & q. 4. displicet & 74. dist placuit. & c. consuluit.*

Monasteria.] Casus. Quidam clerici monasteria monialium nimis frequentabant: statuit Lateraneñ. conciliū, q sine manifesta, & rationabili causa vlterius frequētare nō præsumant: quod si fecerint, per Epm arceantur: & si nō destiterint, ab officio suspendantur: si laici fuerint, excōmunicētur. Nota, q cùm aliquis facit contra phibitionem canonis, non sufficit ad hoc, q excusetur, causa rationabili, nisi sit manifesta. Item hoc verbum, frequentare, in vitium sonat. Item crimen propter quod excommunicat laicus, deponit clericū. f ¶ *Rationabili.*] *18. q. 2. perniciosam & c. diffinimus. & 91. dist. clerici*. nec suffic t cā rōnabilis, nisi sit manifesta: vt hic videt.

Additio. Et *arg. 11. q. 3. non sunt. & 12. q. 1. nolo.*

¶ *Glo. seq recitetur per quæstionem.*

g ¶ *Frequētare.*] Solā frequētiā reprobare vr: sed frequētia vr ex duab. vicib *23. q. 2. ita nos. arg. opt 16. di.* vna tm nec repetita: quia remissionē veniæ crimina nisi semel cōmissa nō habēt. *C. de epis. aud. l. 3.* sic ergo vltra vnā vicē sine manifesta, & rationabili cā, nullus illuc ire debet: quia statim malū psumit. h ¶ *Non destiterit.*] *Arg. quod admonitio semper præcedere debet vindictam, vt se corrigat quis, antequā puniatur. 12. q. 2. indignè.*

Quoniam.] Tria sunt dicta. Secūdum ibi, *Si qui.* Tertiū ibi, *Indulgemus.* Abbas.

Casus. Quia tot clerici instituebantur in Ecclesiis: q honestè de bonis ipsorū nō poterant cōmodè sustentari: statuit Gr. vij. vt secundū facultates Ecclesiarum, consideratis expensis, certus numerus clericorū statuatur in eis, & bona clericorum veniant in cōi, & in vna domo comedant, & dormiant sub vno tecto. & si qui cōtra hoc statutū facere psumpserint, p suspēsionē officij, & beneficij ad hoc compellātur, & etiā si opus fuerit, grauiùs puniant. Secūdo dicit, q si aliqs eorū, qui simul viuūt, manus violētas in socium miserit, indulget Papa prælatis eorū potestatē absoluēdi eos, & pœnitentiam imponēdi: nisi forte atrocitas facti grauiorē pœnā exigat. No. ex hac decretali, q secundum facultates Ecclesiarum clerici sunt instituēdi in eis. Itē canonici regulares de iure cōi debent cōiter viuere. Itē cum regularis verberat regularem, prælat' eius pōt eū absoluere, nisi delictū sit enorme.

¶ *Gl. seq. no. triplicē expensā rationē habēdam, & de residuo numerum taxandum. alleg. 5. concordan.*

i ¶ *Et expensis.*] Istud notabile est, q in facultatibus æstimandis habēda est rō expēsarū, quę sunt in hospitalitate, ad q̄ tenentur Ecclesiæ. Itē in epalibus psoluēdis. *j. de præb. de monachis.* & recipere nūcios, & legatos Apostolicę sedis. *j. de cens. cùm instantiam.* & arg. ad hoc. *2 q. 5. nobilis.* Illi .n. fructus æstimandi sunt, qui supersunt deductis expensis. *C. de fru. & li. expen. l. 1.* [d] & ita tot sunt ponendi in Ecclesiis, quot ex fructib. illis possint honeste sustētari. vt hic euidēter patet, & *j. de insti. c. 1. & c. auctoritate.* & *j. de conces. præb. ex parte. in fi. & j. de cōs. cum M. Ferrarieñ.* & *j. de verb. sign. c. vlt.* & hæc exceptio legitima est: cum facultates nō sufficiūt, siue [e] sint distinctæ præbendæ in Ecclesia, siue non.

¶ *Gl. seq. alleg tres canones pro, & duo cōtra, quos dupliciter soluit.*

k ¶ *In vna domo.*] Sic *32. dist præter hoc.* & *de cons dist. 5. in omnibus.* & *12. q. 1. necessaria. arg. cōtra 12. q. 1. quia tua.* & *32. dist si quis verò.* Sol. q dicit hic, & in concor. signatis, ius cōe est, & honestum esse, vt seruaret: sed derogatur huic iuri p cōtrariā consuetudinem q̄ Papa scit, & tolerat. Capitula contraria loquūt secundū antiqua tēpora de quibusdam clericis cōiugatis, quib. dabantur beneficia extra consortium aliorum, potiùs de gratia, q̄ de iure: quia de nouo conuersi fuerant, & loquūt in vtroq; c. de Epo Anglorum. sic *3. 5. q. 3. quædam lex. & c. quod scripsi.* Si vis intelligere c. istud de regularibus, planū esset: quia nō dicit hic, de quibus loquatur. & hoc videtur ex eo, quod dicit *j. indulgemus*, vt si quisquam eorum qui simul, &c. qui simul in eodem refectorio comedere, & dormitorio dormire debent. *j. de sta. reg. cùm ad monasterium.*

¶ *Glo seq. reci. per q. de quibus clericis hoc intelligatur.*

l ¶ *Qui simul viuūt.*] Ex hoc videt, q loquat hoc c. de regularibus, qui simul viuūt, & dormiūt, quib. tn concessum est, vt à suis platis absolui possint. *j. de sen. exc. monachi. & c. cum illorū.* & hoc idē priuilegiū cōcessū est Hospitalariis Hierosolymitanis;

e Cōtra. tex. in l. 4. cum glo. ff. vbi pup. edu: deb.

d Hoc fructuum nomine continetur, quòd in suis sumptibus deductis superest. Ioan.

e Aliàs ita: siue sit distinctus numerus canonicorum, siue non.

lymitanis, vt p suũ Priorem, qui sacerdos est, absoluantur. j. de sen. exc. c. canonica. Alij verò plati sæcularium Ecclesiarum hoc priuilegium nõ habent: quia cũ regularibus tñ cum c. datur, vt patet p iura pdicta, aliis denegat 25. dist. qualis & arg. j. de præsump. c. nuc. & ff. de iud. cum prætor. non. n. quod vni psonç per priuilegiũ sigillatim conceditur, aliis cõuenit denegari 16. q. 1. hinc est etiam. in fi. & 7. q. 1. petisti. Omnibus enim illud beneficium est prohibitum, nisi specialiter sit concessum: & sic intelligitur hoc c. tantùm de regularibus. Bern.

a ¶ *Atrocitas*] Hoc sẽper excipitur. j. de sen. ex. c. cum illorum.

¶ *Vnde*] Primò reprehendit aua. itiam iudic. m. Secudò ponit reprehensionis causam. Tertiò cõcludit iustitiam. Partes patent. Abbas.

Casvs. Quidam iudices a sede Apostolica delegati faciebant pactum cum litigantibus sup decima parte litis, vel etiam alia, secũdũ consuetudinem loci, more secularium recipientes de hoc pignora pro salario ppter expensas victualiũ. nõ considerantes quod Ecclesiastici reditus ad hoc sint eis deputati, vt inde honeste viuant: per uenit hoc ad notitiam dñi Papç, vnde mãdat, quod de cętero ab his indebitis exactionibus debeant abstinere, & gratis iudicium suum litigãtibus debeãt impertiri, eo nõ obstante quod quidam dicebant, quod illud faciebãt nomine assessorũ: cùm non liceat iustũ iudiciũ vendere, & venales sententię secularib. legib. improbentur. Nota ex hac decretali, quod non solùm à malo, sed ab omni specie mali abstinendũ est. Item expensæ possunt peti à delegatis, & hoc intellige, cùm proficiscuntur extra domiciliũ suũ, cũ expẽsç hic nõ reprobent. Itẽ delegati, quib. beneficia sua sufficiunt, salarium accipere non debent. & multo minus ordinarij, sed gratis reddere debẽt iudiciũ. Itẽ venales sententię nõ valẽt, ita quod appellare nõ est necesse.

¶ Glo. seq. casum excipit, quẽ determinat, & signat contrarium.

b ¶ *Abstinere.* Nisi vbi quis redemit ius suũ. vt 1. q. 3. quæsitum. Arg. j. de simo. dilectus. vbi de hoc. semper tamen pręsumitur esse malum: vt 1. q. 1. nullus 2. nisi manifestè probetur contrarium. videtur enim corrumpere iudicem, licet sit arg. contra 4. q. 5. non sane Vincen.

¶ Glo. seq. recit. per q. an secundum l. &c. soluit, quod non. allegat contrarium, & soluit.

c ¶ *More sæcularium.*] Mos iste de decima parte litis exigenda contra leges est, vt in Auth. de iud. § ne autem. coll. 6. Vbi delegatus etiam à Principe non habet nisi duos aureos in principio litis, & duos in fi. & hoc ex causa excedit cẽtũ aureos: aliàs nihil: vt ibi dicit. arg. C. de testament. l. consulta. ordinarius autem nõ debet habere nisi sportulas. 3. q. 3 c. induciæ. §. offeratur. ar. C. de epi. & cle. Auth. generaliter. sed ibi decima pars datur aduersario, sed non iudici: vnde non cõtradicit. Ad uocatus etiam super certa parte litis cum clientulo pacisci non debet. C. de postulan. l. si quis aduocatorum.

¶ Glo. seq. recitetur per q. an debeãtur expẽsæ iudici: & distinguit inter delegatum Papæ, & ordinarium, vel delegatum ordinarij.

d ¶ *Præter expensas*] Delegati. n. iudices debent habere expensas, quã proficiscuntur extra domicilium suũ sicut testis. 4. q. 3. c. si testes. §. Sextum. quia nemo cogit suis sumptib. militare. j. de simo. cùm sit Romana. & j. de prescr. cum ex officij. & 23. q. 1. iam nunc. & de suo non tenetur quis facere beneficiũ. 10. q. 2. precaria. Munera. n. non sunt res proh bentur. 1. q. 1. sed dices, & modica xenia recipere possunt. ff. de offic. præsi. l. plebiscito. xenia enim non sunt lucra. ff. de off. procons. solemus.

manus † iniectione in socium, à communione meruerit fieri alienus, reconciliandi, & pœnitentiam imponendi potestatem plenariam habeatis, nisi fortè atrocitas a facti pœnam grauiorem expectet †.

Innocentius iij.

¶ *Ecclesiastici Iudices, & delegati gratis iudicare debent, nec exigere possunt decimam, vel aliam quotam litis, etiamsi hoc habeat consuetudo.*

CAP. X.

Cvm † ab omni specie mali pręcipiat Apostolus abstinere b: & infra. ¶ Sane ad audientiam Apostolatus nostri peruenit, quod cùm ex delegatione nostra causas suscepitis pertractandas: more † sæcularium c super decima litis, vel parte alia, pro diuersa terrarum consuetudine præter expensas d victualium cum litigantibus receptis pignoribus pro salario conuenitis. ¶ Nos attendentes, quòd ad hoc vobis, & aliis Clericis sint Ecclesiastici reditus deputati, vt ex ipsis honestè viuere debeatis: & infra. Ideoque mandamus, quatenus ab huiusmodi exactionibus de cætero abstinentes †, vigorem iudicia-rium gratis studeatis c litigantibus impertiri: non obstante quod in fraudem à quibusdam proponitur, quòd id exigatur nomine assessorum f: cùm nec iustum iudicium Iudici vendere liceat: venales sententiæ † ab ipsis etiam sæcularibus legibus reprobantur g.

¶ Idem Liuonien. Episcopo, & eis, qui cum ipso sunt, fratribus.

¶ *Ad euitandum scandalum, possunt religiosi diuersi habitus missi ad prædicandum de nouo conuersis, se in vnum superiorẽ habitum, & propositum conformare.*

CAP. XI.

Devs †, qui Ecclesiam suam noua semper prole fœcundat: & infra. ¶ Ne igitur, si dispar in vobis obseruantia fuerit, & dissimilis habitus, apud eos, quibus vnum Euangelium prædicatis, scandalum suscitetur: ¶ Mandamus, quatenus eo non obstante, quòd inter vos Monachi sunt, & Canonici regulares, vel alij etiam regularem vitam sub alia districtione † professi h: omnes pariter in vnum regulare propositum, & honestum habitum, quantum ad hoc spectat officium, conformetis †.

§ tñ: ea tñ moderatione, ne perducantur ad nimiam quantitatem: vt ibi. & ne litigatoribus enorme damnum infligant. arg. 10. q. 3. illud immo si pauperes sunt litigantes, debẽt etiã à sumptib. abstinere, quia tũc nec ordinarius habet sportulas: in Auth. de man. prin. § si tibi quoque. coll. 3. Ordinarius autem nũquã debet habere expensas, nã ideo stipendia sunt ei constituta. 23. q. 1. militare. immò & cùm de mandato principis ad aliã prouinciã pficiscitur, debet expedere illa, quę domi expenderet. in Auth. de man. pr. § illud tñ coll. 3. q. si. q. t. nẽ ordinarius recipit expensas, cũ Ecclesiã consecrat. j. de simo. cùm sit Romana, & cùm visitat puinciam suam. j. de cens. cum Apostolus. & c. ipsa. & c. cum non per. Item si ordinarius dat delegatũ, tunc ordinarius debet ei facere expensas. s. de off. or. inter cætera. licet quidam cõtrarium faciant, quod tamẽ facere non debet, vnde posset ab eis repeti tanquam indebitũ. arg. j. de ma gist. prohibeas. & j. de procuratores. & 8. dist. quis & c. seq. & ¶ Gratis simulatur.] Gratis ergo dẽt iudex iudiciariũ ordinẽ impertiri, nõ tamẽ ppter ea reprobantur expẽsç: testis enim gratis debet ferre testimonium, & tamen recipit expensas. 4. q. 4. c. si testes. §. Sextum. Sic & procuratori non prohibentur sumptus, sed pacisci de certa parte litis prohibetur. ff. de pact. l. sumptus. & fideiussori prohibetur de certa parte pacisci, qui fideiusserat iudicatum solui. ff. mãdat. l. si remunerandi. § maritus. Bern.

f ¶ *Nomine assessorum.*] Assessor enim bene potest petere mercedem: quia suis sumptib. ad hoc non cogitur. 28. q. 1. iam nũc. nemo enim de suo beneficium facere cogitur. 10. q. 2. precaria. & s. de præscr. cum ex officij. & merces sibi pro labore suo cõstitui debet. 12. q. 2. charitatem & iurisconsultus bene potest vendere rectum consilium. 11. q. 3. non licet. & 14. q. 5. non sane & dicit lex, quòd spe præmiorum inuitandus est assessor. C. de assess. l. 1.

g ¶ *Reprobentur.*] Ita quod non sit opus appellare. 2. q. 6. §. Venales. & C. quando prouoca. non est necesse. l. Venales. Si autem fuerit sententia arbitri, tenet: sed agens ex ea repellitur doli exceptione. C. de arbitr. l. 3 Bern.

Devs qui] Primò ponit exordium. Secũdò causam mãdati ibi Ne igitur. Tertiò mãdatum ibi, Mãdamus. Abbas Sic.

Casvs. Liuonienses de nouo conuersi erant ad fidẽ: dat. fuit. eis Eps. & quidam alij fratres ad prędicandum Euangelium: quia isti prędicatores dissimilem habitum habebãt, murmurabant, scandalum inter Liuoñ. suscitabatur ex tali diuersitate: scribit Papa Epo Liuoñ. & aliis fratribus dicẽs, ne propter dissimilem habitum scandalum suscitetur inter illos, quibus vnum Euangelium prędicant, mandat eisdem, quod omnes debeant se conformare in vnum regulare propositum, & honestum habitum, quantum spectat ad hoc officiũ non obstante eo quod quidã illorũ sunt monachi, quidam verò canonici regulares. Ex hac decr. nota, quod propter scandalum receditur à iure, & ab habitu regulari: sed illud fit ad tempus ex causa. Item in iis quæ spectant ad professiones, auctoritas Papæ intelligitur excepta, sicut dicitur de iuramento.

¶ Glo. seq. arg. & illud determinat.

h ¶ *Professi.*] Arg. quod sicut in quolibet iuramẽto auctoritas Papæ intelligitur excepta: vt s. de elec. constitut. a contrario sensu. & s. de iureiur. Venientes. ita & in professione. ar. j. de re. & trãs. ad releg. q. in insulis. hoc verũ intellige quantũ ad solennitates: sec. tñ est in iis, q. sunt de substantia ordinis: vt j. de stat. re. cum ad monasterium.

† immunis.

† expostulat.

† C. ip. a. c. ... de regularibus. Bern. tit. in 3. cõp.

Et quib. ipso iure sint c. au ex. omnium illorum.

† In eodem Barbatia c. ... in Extrauagan. ... dicum.

† Videl. j. ... & quod cuiusq; ... de optio. legata.

a Host. dicit, quod redimere vexationem non est malũ, nec species mali. 12. q. 4. quod pecc. causa ... quia ... professi. ... de, quod ibi not. & 11. q. 3. qui rectè Ioan. And.

b Cumulo ... quia in Ecclesiastico ... quo Vide quod no. de plus peti. c. vnico, super gl. pen. Ioan. And. Adde omni no Romanũ singul. 113. incip. Tusc. sis, quæ di xi lib. 3. cõ mẽt. in Directorium Inquisitorũ. Schol. 148.

c In ... tantũ ... quod dic. vt j. de rescr. statutũ in sap. lib. 6. Ioan. And.

† Aliàs ita: & venales sententiæ ab ipsis etiam sæcularibus legibus reprobantur.

† Cap. 2. e. tit. in 3. cõp. Et de matrim. ... decretales Vide omnino extrauagã. tem. ... ancti cũ horam intertã ... Directoriũ inquisitor. inter litteras Apostolicas.

† desumptum.

† Hũc tamẽ dicit hic Abbas esse sing. ad hoc quod licet differentia habitus oritur scandalum, aut ex varietate obseruãtia, possunt se conformare in vnum honestũ habitum, & propositum.

d De hoc ex ... Spec. tit. de sola. § ... in dem habes pleraque alia hoc spectantia.

e Concord. tex. cũ glo. & Bar. in l. 1. ff. de vent. & extraor. cogni.

monasterium in fi. Cùm aût isti sint diuersarũ professionũ, simul nõ possent esse in vna Ecclesia: quia dicit canõ: Homines diuersæ professionis nõ sociabis in vno, eodéque officio. 16. q. 7. *in nsme* qu aqui hoec se cõformare debet morib. eorũ, inter quos viuit. vt 41. dist. quisque. nam ex diuersitate habitus generatur scandalum. 33. q. 5. *quod Deo pare.* Confirmabũtur aût isti se in superiori habitu: sed interius ferant vestes congruentes suæ religioni. Et est hic ar. pro opinione Hug. quod canonic' regularis possit fieri canonicus in Ecclesia sæculari *arg.* 74. *dist. quorundam. &* 58. *dist. c. 2.* sicut monachus potest esse Episcopus in Ecclesia sęculari. 18. q. 1. c. 1. Ioan.

¶ Idem.[1]

¶ *Ludi theatrales etiam prætextu consuetudinis in Ecclesiis, vel per Clericos fieri non debent.*

CAP. XII.

CVm † decorem domus Dei: *& infrà.* ¶ Interdum ludi fiũt in Ecclesiis theatrales, & non solùm ad ludibriorum spectacula introducuntur in eis monstra laruarum [a], verùm etiam in aliquibus festiuitatibus [b] Diaconi, Presbyteri, ac Subdiaconi insaniæ suæ ludibria exercere præsumunt: *& infrà.* ¶ Fraternitati vestræ mandamus, quatenus, ne per huiusmodi turpitudinem, Ecclesiæ inquinetur honestas, prælibatam ludibriorum consuetudinẽ, vel potiùs corruptelam [c], curetis à vestris Ecclesiis extirpare.

¶ Idem in concilio generali †.

¶ *Clerici debent continere, & castè viuere: contra facientes puniri: & seuerius puniuntur illi, qui possunt legitimo matrimonio vti.*

CAP. XIII.

VT Clericorum mores, & actus in melius reformentur, continenter, & castè viuere studeant vniuersi, præsertim in sacris ordinibus constituti: ab omni libidinis vitio præcauentes, maximè illo, propter quod venit ira Dei [d] in filios diffidentiæ, quatenus in conspectu omnipotentis Dei, puro corde, ac mundo corpore, valeant ministrare. ¶ Ne verò facilitas [c] veniæ, incentiuum tribuat delinquendi, statuimus, vt qui comprehensi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis †, aut minus peccauerint, puniantur † secundùm canonicas sanctiones, quas efficacius: & districtiùs præcipimus obseruari: vt quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis saltem pœna [f] cohibeat à peccato. ¶ Si quis igitur hac de causa suspensus præsumpserit celebrare diuina: non solùm Ecclesiasticis beneficiis spolietur: verùm etiã pro duplici culpa perpetuò deponatur [g]. ¶ Prælati verò qui tales præsumpserint in suis iniquitatib' sustinere, maximè obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, pari subiaceãt vltioni. ¶ Qui autem † secundùm regionis [h] suæ morem non abdicarunt copulam coniugalem, si lapsi fuerint, grauiùs puniantur: cum legitimo matrimonio vti possint.

¶ Idem in eodem †.

¶ *Clericus crapulosus, vel ebriosus, monitus non desistens, ab officio, vel beneficio suspenditur.*

CAP. XIV.

A Crapula [i], & ebrietate omnes Clerici diligenter abstineãt: vnde vinum sibi temperent, & se vino: Nec ad bibendum quispiam incitetur: cum ebrietas, & mentis inducat exiliũ, & libidinis prouocet incentiuum. ¶ Vnde illum abusum penitus decernimus abolendum,

CVm decorem.] Primo ponit factum reprehensibile. Secundò illud præcipit emẽdari. ibi, *Fraternitati.* Abb. Sicul.

CASVS. Quidam ludi, qui dicũtur theathrales, fiebant in Ecclesiis in quibus introducebãtur mõstra laruarum: propter quos ludos honestas Ecclesiæ deformabatur: & presbyteri, & diaconi, in quibusdam festiuitatibus. s. sancti Stephani, sancti Ioannis, & Innocentiũ, ludibria sua exercebãt: mãdat Papa prædictam cõsuetudinem, ludibriorum, immo potiùs corruptelã de prędictis Ecclesiis penitus extirpari: ne propter huiusmodi turpitudinem honestas Ecclesiæ inquinetur. Nota, quòd consuetudo inhonesta, & turpis debet ab Ecclesia aboleri. ¶ *Glo. seq. distinguit inter ludos lasciuia, & cõpunctiones.*

a ¶ *Monstra laruarum.*] Prohibitũ est etiã causa ludibrij vel habitu monachali, vel alio religioso. & grauiter punitur, qui hoc facit. in *Auth. de san epis. §. vlt. coll. 9. & arg. C. de epis. audien. l. minimũ.* Non tamen hic prohibetur repræsentare pręsepe Domini, Herodem, Magos, & qualiter Rachel plorabat filios suos, & cætera, quę tangunt festiuitates illas, de quibus hic fit mentio, cùm talia potius inducant homines ad compunctionem, quàm ad lasciuiã, vel voluptatem: sicut in pascha, sepulchrum domini, & alia repræsentantur ad deuotionem excitandam. Et quòd hoc possit fieri, est *arg. de conse. dist. 2. semel. & dist. 4. quarto. Versu si.* Et quodlibet festum est signum, & repræsentatio præteritarum rerum. *74. dist. quod die dominico.*

b ¶ *Festiuitatibus.*] Scilicet sancti Stephani, sancti Ioannis, & Innocentum.

c ¶ *Corruptelam.*] Turpis consuetudo potiùs dicitur corruptela, quàm consuetudo: quæ citiùs est extirpanda. 8. dist. mala consuetudo. & *s. de consue. cum inter vos. & c. cum venerabilis. & j. de excess. prała. c. inter dilectos.*

VT clericorum.] Quinque sunt dicta. Primò indicit clericis honestatem, & castitatem. Secundò imponit pœnam. Tertiò aggrauat. Quartò punit prælatos negligentes, & corruptibiles. Quintò punit Græcos incõtinẽtes. Secũda ibi, *Ne vero.* Tertia ibi, *Si quis igitur.* Quarta ibi, *Prælati.* Quinta ibi, *Qui autẽ.* Abbas.

CASVS. In prima parte huius c. statuit conciliũ Lateranen. quòd clerici mores, & actus suos reforment in melius, & viuant castè, & præcipuè in sacris ordinibus constituti, ab illo vitio præcauentes propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ. Secundò dicitur, ne facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi, statuit, vt qui deprehensi fuerint vitio incontinentiæ laborare, puniatur secundùm canonicas sanctiones, prout plus, vel minus peccauerint: vt quos timor diuinus à malo non reuocat, pœna temporalis compescat: & si quis propter hoc suspensus diuina præsumpserit celebrare, ecclesiasticis beneficiis spolietur, & etiam pro duplici culpa perpetuò deponatur: prælati verò qui tales sustinuerint in suis iniquitatibus, & præcipuè obtentu pecuniæ, vel alterius cõmodi temporalis pari pœna puniuntur. Illi verò qui matrimonio possunt vti secundùm morem regionis suæ, si lapsi fuerint, grauiùs puniãtur. Nota, quòd aliqui puniũtur, vt cæteri similia facere pertimescãt. Item qui plus peccat, plus debet puniri. Item quos timor Dei à malo non reuocat, pœna tẽporali puniantur. Item qui suspensus ab homine celebrat diuina, debet deponi. Item agentes, & consentientes pari pœna puniri debent.

d ¶ *Ira Dei.*] Vt *j. de excess. præla. clericos. &* 32. q. 7. *flagitia. & in Auth. vt non lu. con. na. coll. 6. §* & tales vltimò supplicio puniuntur. *C. de adul. cum vir.*

e ¶ *Facilitas.*] 23. q. 4. *est iniusta.* Et si ea, quæ malè vsurpantur, omittimus, excessus viam aliis aperimus. 55. q. 9. *loci. & 93. dist. peruenit.*

f ¶ *Pœna.*] Simile dicit lex: quos ad vitæ decora domesticæ laudis exempla non reuocant, correctionis saltem medicina compellat. *C. de emenda. propin. vnic. & s. de elect. cùm in cunctis. in fin. & 62. dist. docendus. est populus.* & necesse est, vt ferro abscindantur vulnera, quæ, &c. 82. *dist. plurimos. in fi.* & ferrum quippe nostræ mentis, & c. 7. q. 1. *c. aduersitas. § cum autem.*

g ¶ *Deponatur.*] Ecce quanta est pœna illius, qui celebrat suspensus. *j. de cleri. excom. min. clerici. & c. latores.*

ADDITIO. Nisi probabili ignorantia excusetur. eo. ti. Apostolicæ.

h ¶ *Regionis.*] Hoc dicitur propter Orientales, qui vtuntur matrimonio iam contracto, etiam in sacris ordinibus. *j. de cler. coniug. cùm olim. 31. dist. aliter.* Ber.

A *Crapula.*] Primo prohibet crapulam, & ebrietatem. Secundò abusum se obligantium ad potum ibi, *Vnde illum.* Tertiò pœnas statuit ibi, *Si quis.* Abbas.

CASVS. Primò dicitur, quòd clerici abstinere debent à crapula, & ebrietate, & vinum sibi temperare, & se vino. Secundò dicitur, quòd non incitent se ad inuicem ad bibendum: quia ebrietas vitium libidinis est, & mentis exilium. Tertiò dicitur, quod non inuitent se ad æquales potus, vt qui plus bibit, laudetur. Quarto dicitur, quod tales, nisi cessauerint, suspendantur ab officio, & beneficio. Nota, quod clerici sobrij debent esse. Item ebrietas parit vitium libidinis, & mentis exilium inducit. Item æquales potus sub pœna officij, & beneficij prohiberi debent.

i ¶ *A crapula.*] 4. *dist. denique.* Crapula dicitur quantùm ad superfluitatem ciborum: & dicitur crapula quasi cruda epula b. Ebrietas quantùm ad potum. & dicitur ebrietas, ab e. quod est sine, & bria, quod est mensura. Vnde ebrius est, qui sine mensura bibit vnde Horatius:

Fœcundi calices, quem non fecere disertum?

† Cl. 4. eo. ti. in 1 cõpi. concil. Tri. sess. 24 de refor. c. 11. §. vestitu insuper. *Vide Nauarrum in manuali* cõfessariorum. c. 19. *adde notas nostras in hunc decretalem.*

† *Concilium generale Lateranen. sub Innocẽtio iij. c. 14. & c. 2. eo. ti. in 4. compi. Iã de continentia clericorum, & de pœna incontinentium vide, quod nouissimè statuerit concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 14.*

† *Alias ita: prout magis, vel minus peccauerint, &c.*

† *Vide l. ex diuersis. §. 1. cum pot. ff. de re mil. ven. & Instit. de pu. iud. §. itẽ l. Iulia.*

a *Huic, & seq. vide in præ. c. clerici. super 1. & vlt. gloss. Ioan. And.*

† *Hoc dicitur propter Græcos.*

† *Eodem cõcilio Lateranẽ. sub Innocentio iij. c. 15. & c. 3. eo. ti. in 4. com. Adde concil. Tri. sess. 22. de refor. c. 1. & de materia vide plenè per Gerum, atque Thomã 2. 2. q. 148. per totum. Vbi de gula. & Nauarrum in manuali cõfessariorum. c. 23.*

b *Vide ad hoc de cõsecra. dist. 5. ne tales. & Ecclesiastici c. 17. Vide Hieronymũ ad Rusticũ 2. c. & ad Titum c. 1.*

¶ *Glo. seq. quarit, & remittit.*

a ¶ *Vel beneficio.*] Hoc relinquitur arbitrio superioris, vt delinquentem suspendat ab officio, vel beneficio. Quid si dicat iudex, suspendo te ab officio, vel beneficio? Dic super hoc, vt no. j. *de cler. excom. latores in titulo*, quae incipit *etiam*. Bernardus.

C *Lerici.*] A iuncte ad vnum verbum Innocentij diligenter: dicit enim, quod hoc c. loquitur de honestate. Petrus verò dicebat, quòd quaedam sunt honestatis, & quaedam praecepti. Abbas.

Casvs. In hac constitutione ponuntur quatuordecim articuli. s. quòd clerici officia saecularia nõ exerceãt, nec sint ioculatores, nec intrent tabernas, nisi ex iusta causa, nec ludant ad talos, nec huiusmodi ludis intersint, coronam habeant congruentem, clausa deferant desuper indumenta in longitudine, & breuitate decentia, pannis rubeis & viridibus non vtantur, sotulares, & manicas non habeant consuticias, fraenis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis non vtantur, cappas manicatas ad diuinum officium non gerant, nec alibi nisi ex iusta causa, s. timoris. sacerdotes, & personae fibulas omnino nõ ferãt, neque corrigias auri, vel argenti ornatum habentes: vel annulos, nisi quibus competit ex dignitate. Secundò dicitur, quòd pontifices habeant in publico superindumenta linea, nisi sint monachi, qui habitum semper habebunt monachalẽ, palliis dissibulatis non vtantur in publico, nisi post collum, vel ante pectus connexis. Quicquid in ista constitutione continetur, notabile est.

† *In concilio ita: beneficio, vel officio suspendatur.*

† *In eodem concilio Lateranen. sub Innocentio iij. c. 16. & c. 4. eo. tit. in 4. comp. Idem confirmat concilium Trid. sess. 14. de reform. c. 6. & sess. 22. de reform. c. 1. & vide notas nostras in hac constitutioné.*

† *Quibus ludis possunt clerici interesse, & ludere, vide per Bal. in l. fin. ff. quae. re. act. non da. & C. de episc. & cler. Auth. interdicimus.*

CASVS. Quidam clerici in minoribus ordinibus constituti accipiebant vxores dicentes quod non poterant continere: quaeritur, vtrum debeant beneficia retinere? Respondet Papa, quod sunt beneficiis ecclesiasticis spoliandi: quia carnalibus desideriis, & diuinis officiis seruire non possunt, propter indignitatem ipsorum: veruntamen si Ecclesiis illis, in quibus intitulati fuerant, aliquid de bonis suis contulerint: cùm ab Ecclesiis illis fuerint sequestrati, bona illa restituantur eisdem. No. quòd clerici coniugati beneficia Ecclesiastica retinere non debent. Item cùm quis recedit ab Ecclesia, quod secum attulit, ei dandum est. quod verum est, quando auctoritate iudicis recedit, & non sua culpa.

c ¶ *Non valentes.*] Propter consuetudinem: quia difficilè continentiam seruat, qui illicito concubitu se maculare non desinit. 34. *dist.* § *quod verò.*

¶ *Glos. seq. reci per contrarium de c. Nicena. & soluit.*

d ¶ *Immunditiam*] Quia tamen castitas est cum propria vxore. 31. dist. Nicaena. sed hic appellatur immunditia quoad obsequium Ecclesiae. vnde illi, quibus licitum erat habere vxores, tempore vicis suae non discedebant de templo, vt non iungerentur vxoribus. 31. *dist. tenere.* sed hodie semper est abstinendum: vt *ea dist. c. ante triennium,* §. *causa.* & *c. seq.* & *c. cos.*

e ¶ *Priuandi.*] ĩ. eo. c. 1. & 2. & ĩ. *eod. diuersis.*

¶ *Glo. seq. alleg. sex concor. alleg. in contrarium. 4. infra ponit opi. qua distinguit, an sponte &c. cui opponit demum aliam opinio. qua distinguit inter ingressum. & non tertio aliam. quarto soluit distinguendo inter tacitum, & expressum.*

f ¶ *Redire.*] Simile 16. *q.* 6. *de lapsis.* cognouimus. & *c. illud.* ĩ. *de renun. ex transmissa.* 17. *q.* 4. *c. vlt. ff. de coll. illicitis. l.* 1. *in fin. arg. contra quod nõ debeãt ad eã redire.* 11. *q.* 2. *nulli liceat.* 17. *q.* 4. *sunt qui opes de cond. ap. verum in Auth. de mona.* §. *si vero relinquit.* col. 1. Super hoc diuersae solutiones recitari consueuerunt. Aliud est, cũ quis sua sponte recedit, & tunc nihil ei restituitur: in quo casu loquuntur cõtraria. Aliud cũ iudicis auctoritate: in quo casu intelligitur hoc c. & concordantiae hic assignatae. Sed huic solutioni opponitur[a]: ille culpa sua ad hunc casum peruenit: ergo debet sibi imputari ĩ. *de ara.* & *quali c.* 1. Propter hoc dicunt quidam, quòd omnis donatio facta Ecclesiae, vel monasterio tempore ingressus, tacitã habet conditionem, vt duret, eo ibidem perseuerante, ad instar dotis. *C. de rei vxo. act. l. vnica.* §. *cum autem.* & ĩ. *de do. post. diuor. re. nuper.* & sic clerico recedente quocunque modo restituuntur ei sua, & idem in monacho, vt illa transferat secundo monasterio, ad quod transiit: secus est, vbi aliquis donat Ecclesiae ad illas non transiens: quia tunc non reuocatur donatio: quia perfecta donatio amplius non reuocatur. 31. *q.* 1. *non enim. C. de reuo. dona. l.* 2. & 3. & *l. generaliter.* & *C. de do. quae sub modo, vel conditio. perfecta.* nisi aliqua conditio in donatione expressa fuisset. ĩ. *de condi. app. verum.* Verius videtur, quòd istud dictum sit de benignitate: & caetera contraria de iure stricto. Vel potest dici, quòd si expressae res donatae sunt tempore ingressus, nunquam sunt postea restituendae. *arg. C. si pen. app. mors interuenerit. l.* 3. & *C. si re. vel accu. mort. fue. l. vlt.* nisi gratiam vellet facere clericis. Si vero tacite, tunc sequuntur personam. & sic potest intelligi, quod hic dicitur: quia bona sũt accessoria, & ideo principale sequuntur.

ADDITIO. Istam solutionem posuit Azo. *C. de sa. rosan. eccl. super Auth. ingressi.*

Marginal notes (left): † Vetan. † Verulen. † Verulanẽ. † Vetan. — † Cap. 5. eo. titu. in 1. cõp. & *post eundem La teran. sub Alex.* 24. 50. *c.* 7. *Et de materia vide Iasonem,* & *alios in Auth.* ingressi. C. de sacrosan. eccles. — *ut titulati.* — a *Haec obiectio nõ procedit: quia videtur lucrata sibi data ab Apostol.* 18. dist. de his. vnde puniri non debet. C. ad l. In. de adul. l. Gracchus. *praeterea si eccle. posset retinere illius bona, iam indirectè cogeret illũ continere, quod esse non debet:* vt 32. q. 1. integritas. & *facit op.* ff. de cond. inst. quae sub conditione. §. qui sub iurisiurandi *secundũ Gof.* & *Ph. Ioann. And.*

¶ Idem.

¶ *Peracta poenitentia dispensant Episcopi cum Sacerdotibus qui in matrimonium de facto contraxerunt.*

CAP. IV.

SAnè † Sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quae non nuptiae, sed contubernia[g] sunt potiùs nuncupanda: † ¶ Post longam poenitentiam, & vitam laudabilem continentes, officio[h] suo restitui poterunt †, & ex indulgentia[i] sui Episcopi eius executionem habere.

¶ Innocentius iij. Noruiceñ. Episcopo.

¶ *Auferenda sunt Clerico beneficia, quae habebat tempore contractus matrimonij: collata verò postmodum scienter per Episcopum, per eundem auferri non possunt, sed per superiorem. Hoc dicit.*

CAP. V.

DIuersis † fallaciis: *& infrà.* ¶ Accepimus autem quòd quidam Clerici tuae dioecesis, qui matrimonium contraxerunt a Ecclesiastica beneficia

SAnè.] CASVS. Quidam sacerdotes contraxerunt nuptias, quae potius contubernia sunt dicenda. propter quod fuerunt suis Ecclesiis spoliati: quaeritur vtrum possit Episcopus cum talibus dispensare? Respondet Papa, quod post longam poenitentiam, & vitam laudabilem, possunt per Episcopum dispensatiuè ad officium suum restitui, & eius executionem habere. Not. quod Episcopus potest dispensare cum sacerdotibus qui contrahunt nuptias, dummodo vxor illa virgo fuerit.

g ¶ *Contubernia.*] Impropriè. inter seruos propriè dicuntur contubernia. *C. de incest. nupt. cum ancilla.* [b] de poena filiorum talium habes. 15. *q. vlt. cum multa.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

h ¶ *Officio.*] *Ar. contra* 28. *di. presbyter.* Sol. illud de rigore, & ante poenitentiam, & hoc de gratia, & post poenitentiam peractam.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

i ¶ *Ex indulgentia.*] Et sic Episcopi possunt cũ talib. sacerdotib. dispensare, qui contrahunt in sacerdotio. ar. cõtra ĩ. *de big. nuper.* Sed illud intellige de eo, qui primo in laicali habitu habuerit vxorem, & postea sacerdos contraxit, ille tanquam bigamus reputatur propter intentionem cum opere subsecuto. Vnde non possunt ibi Episcopi dispensare. hic vero de his tantum qui contrahunt post ordinem sacrum & cum virgine.

DIuersis.] Clerici in minoribus beneficiati, qui matrimonium contraxerunt, beneficiis spoliantur. Diuiditur nã primò narrat factum quod secundò improbat ibi, *Cum ergo.* duas rationes reddens: & illud per dioecesanum corrigi mandat, vnum casum excipiens ibi, *Nisi.* Abbas.

CASVS. Quidam clerici contraxerunt matrimonia: nihilominus beneficia Ecclesiastica retinere cõtẽdũt: quaeritur, quod iuris sit? Dicit Papa, cũ ergo vir cogitet, quomodo placere possit vxori, & ideo circa ea, quae Dei sunt, minus valeat cogitare, quia quasi in duos diuisus plenam sui nõ habet potestatẽ, mandat Episcopo Noruiceñ quòd huiusmodi clericos Ecclesiasticis beneficiis debeat spoliare, cũ ecclesiasticarũ rerũ substantias per tales soleat deperire, nisi ipse scientèr contulerit beneficia: & tunc non per ipsũ, sed per suũ superiorẽ spoliẽtur beneficiis illis. No. quòd iura ad ea adaptãtur, quae frequentiùs accidunt. Item coniugati de iure beneficia ecclesiastica habere nõ debent. Itẽ substantia ecclesiasticarum rerũ saepe deperit per tales: vnde ad administrationẽ earũ admitti non debẽt. Item quis nõ potest cõtra factum suũ venire.

Marginal notes (right): † Cap. 2. cõ. ti in 1. cõpi. & *vide Felinum in c. ita nos, supra de iureiurand.* † *dicenda.* † *Aduerte tamẽ, quod ex tali facto contrahẽdi matrimonium, postquã sunt in sacris, suspecti fiunt de haeresi vt notatur supra hoc titu.* 1. — † Cap. 1. cõ. ti. in 3. cõp. — b *Sequitur tamen potest esse connubium; quia ex huiusmodi cõtubernio serui nascuntur. Ioann. And.*

a ¶ *Cithara.*] Per citharam intellige vitam actiuam, seu laicalem: per psalterium intellige vitam contemplatiuam siue clericalem: sed aliquis non posset esse simul contemplatiuus, & actiuus. & sic coniugatus Ecclesiam habere non debet, quia non bene conueniunt. 3. q. *quod a te.* Contra. 3. *de renun. nisi cum pridem.* vbi quis potest esse contemplatiuus pariter, & actiuus. Sed de alia contemplatione dicitur hic.

b ¶ *Diuisus.*] Quia *pluribus intentus minor est ad singula sensus: & cum ad vtrumque* festinat neutrum bene perficit. 16. q. 1. *presbyteros. C. de assess. l. nemo.*

ADDITIO. Vnde versus.

Qui binos lepores vna sectabitur hora,

Vno quandoque, quandoque carebit vtroque.

c ¶ *Deperire.*] 28. *dist. de Siracusana.*

d ¶ *Scienter.*] Secus si ignoranter: quia tunc posset eos priuare. 3. de electio. cum Vintoniensi.

¶ *Gl. se. arg. alleg. quatuor iura, in contrarium alle. sex. ponit duas opi. scilicet Ioan. & Lau.*

e ¶ *Non per te.*] *Arg. quod nemo potest venire contra factum suum, simile de fil. presb. Vesniens. 1. q. 2. monemus. ff. de adoptio. post mortem. & ff. de ser. ru. pradi. per fundum. arg. contra, 3. de elect. nosti. 3. de prab. cum non ignores. 3. de re. eccle. non alie. si quis presbyterorum. 55. dist. penitens. & 35. q. 9. quod quis commisit. & C. de agri. & censi. quemadmodum lib. 11.* Ad hoc dicit Ioan. quod vbi agitur de reuocatione rei male alienatae, idem qui alienauit, pot. repetere: quoniam quilibet in alienatione rei Ecclesiasticae auditur, volens contradicere 12. q. 2. *non liceat Papae,* tum in fauorem Ecclesiae, tum in odium illius, qui recipit rem Ecclesiae minus legitime. Vbi vero agitur de repetitione beneficij, secus est: & hoc ideo, ne detur via male volentibus reuocare liberalitates suas, vt 16. q. 1. *visis. & C. de do. si quis argentum. §. fi.* & quia hic est tantum fauor, & non odium. Laurent. dixit, quod vbi factum reprobatur a iure, ille idem, qui fecit, potest venire contra factum suum, nisi in poenam ei interdicatur. vt hic. in verecundiam Episcopi hoc fit, qui scienter, talibus contulit beneficia, vbi autem factum non tenet ex alia causa, puta in re communi, ibi qui concessit, non potest venire contra: vt in *l. per fundum.* quia quod suum proprium erat, concessit. *Cap. illud, Veniens.* loquitur dispensatiue. & illud soluitur ibi. *Cap. monemus.* intelligitur, postquam iam depositus est alienator: nec fit contra c. *illud, quod quis commisit.*

¶ *Glossa sequens quarit, & soluit.*

f ¶ *Spoliandos*] Sed quis conferet illa beneficia post spoliationem? Credo, quod conferri debeant secundum dist. illius 3. *de ele. cum in cunctis in fi. & c. nihil est.* vt si canonici consenserunt Episcopo, per Archiepiscopum conferantur, si non consenserunt, per capitulum conferantur. & hoc in illis beneficiis, in quibus deuoluitur potestas a capitulo ad Episcopum, & econuerso, in aliis per Archiepiscopum, per quem isti remouentur.

CVm olim] Cois diuisio. Secunda ibi, *Nos igitur.* Abb. Siculus.

CASVS. Vacante Anglorien. Ecclesia, canonici eiusdem, cantorem Tricarien. in Epm elegerunt: Archiepiscopus Acherontinus electionem illius examinans, & personam, inuenit, quod pater eius sacerdos, & Graecus fuit, & iuxta morem Graecorum in minoribus ordinibus constitutus vxorem duxit, & ex illa in sacerdotio susceperat eundem: dubitauit Archiepiscopus, vtrum electionem illius debe- ret confirmare? Consuluit Papam consulendum, quod orientalis Ecclesia non admittit votum continentiae, immo in minoribus ordinibus contrahere possunt, & in superioribus matrimonio vti contracto: mandat, quod si aliud non obstat, illum confirmet, nisi consuetudo regionis repugnet, pro eo quod inter Latinos Graeci huiusmodi conuersantur. No. quod occidentales clerici tenentur ex voto ad continentiam: licet quidam dicant, quod ex constitutione Ecclesiae tantum. Item Graeci possunt contrahere in minoribus ordinibus constituti, & in superioribus vti matrimonio. Item consuetudo regionis eum facit ineligibilem, qui alias est eligibilis.

detinere contendunt: in quorum conuersatione cithara [a] cum psalterio male concordat. ¶ Cum ergo vir cogitet, quomodo placere possit vxori: & ideo minus, quae Dei sunt, valeat cogitare, cum quasi diuisus [b] in duo †, plenam sui non habeat potestatem, vt ei, a quo stipendium recipit, plenius famuletur: Mandamus, quatenus huiusmodi Clericos beneficiis Ecclesiasticis, quae in tua dioecesi sunt adepti prius appellatione remota: praesertim cum rerum Ecclesiasticarum substantia per tales soleat deperire [c]. Nisi fortè tu talibus scienter [d] contuleris Ecclesiastica beneficia, quibus eos non per [e] te, sed † per superiorem decernimus spoliandos [f].

¶ Acherontino Archiepiscopo.

¶ *Filius sacerdotis Graci ex vxore genitus, licitè inter Latinos promouetur, si scandalum non obsistat. Hoc dicit. Et est casus notabilis.*

CAP. VI.

CVm † olim ad nostram audientiam peruenisset, quòd Canonici Anglorien. † Cantorem Tricaricen. † sibi elegerant in pastorem, *& infrà.* ¶ Licèt tibi de forma electionis canonicae, ac idoneitate personae in † aliis constitisset, monuit te tamè, quòd cum pater eius Graecus fuerit †, & iuxta ritum Graecorum vxorem duxerit in minoribus † ordinibus constitutus, Cantorem ipsum ex vxore legitima in sacerdotio suscepisset.

¶ Nos igitur attendentes, quòd Orientalis Ecclesia votum [h] continentiae non admisit, quoniam Orientales in minoribus [g] ordinibus † contrahunt, & in superioribus vtuntur matrimonio iam contracto. Mandamus, quatenus nisi pro eo quòd inter Latinos Graeci huiusmodi conuersantur, regionis consuetudo repugnet [i], si aliud (canonicum †) non obsistat, ad confirmationem, & consecrationem eiusdem, sine dubitatione procedas.

¶ Idem Episcopo Pictauien.

¶ *Clericus coniugatus non beneficiatus, non cogitur deferre tonsuram.*

CAP. VII.

IOannes † nobis conquerendo monstrauit, quòd tu eum

g ¶ *In minoribus.*] Vt 32. dist. si quis eorum.

¶ *Glo. seq. arg. quod clerici occidentales, &c. & ponit duas opiniones & suam solutionem.*

h ¶ *Votum continentia.*] 31. *dist. Nicaena, &c. quoniam. & c. aliter.* Et sic est arg. ex hoc, quod occidentales clerici ex voto ad continentiam tenentur, quod quidam negant dicentes, quod tantum ex constitutione Ecclesiae, hoc fit. *ar. 84. dist. cum in praeterito.* vnde dicunt, quod Papa potest dispensare: vt aliquis contraheret in sacro ordine, etiamsi consecraretur, quod contra votum dispensare non posset. Vin. dixit, quod vbi clericus in ordinum promotione exprimit votum, tenetur ad id: & si Papa dispensaret in hoc, contra votum dispensaret. Si vero non exprimit, si promouendus est in superius: eodem modo teneretur. Si vero est iuris inscius non tenetur ex voto, sed ex constitutione. Et si Papa dispensat cum tali, non intelligitur dispensare contra votum, sed contra constitutionem Ecclesiae. tamen non dispensat, quod aliquis in sacro ordine contrahat. Illud verum est, quòd ex constitutione Ecclesiae introductum est, vt qui ad sacros ordines vult promoueri, prius continentiam debeat profiteri expresse. 28. *dist. c. nullum.* aut etiam tacitè, vt *ea. dist. diaconi. arg.* Eo enim ipso quòd quis promouetur ad sacrum ordinem, tacitè intelligitur vouere continentiam, & si nulla fiat mentio de voto continentiae.

i ¶ *Repugnet.*] Sic ergo consuetudo facit aliquem ineligibilem, qui alias eligibilis est [d] sic & qui legitimus est ad matrimonium contrahendum, per consuetudinem fit illegitimus. *infra de cogna. spiri. c. super eo. & 32. dist. placuit.* & sic consuetudo arctat, & ampliat iurisdictionem. *supra de offic. deleg. quod translationem §. quod si, aut etiam. l. 3. §. non tantum.* Et sic consuetudo in electione praecipuè consideratur. *supra de can. pos. cum Ecclesia. & supra de consuet. cum dilectus. & 24. quaest. 1. pudenda. arg. ff. de decu. l. non tantum. arg. contra, supra de consue. cum Venerabilis.* Ioan. And.

IOannes.] Primò ponitur quaestio, Secundò Papae diffinitio ibi, *Quoniam igitur.* Abbas.

CASVS. Quidam nomine Ioannes in acolythatus ordine constitutus contraxit matrimonium cum quadam muliere dimissa tonsura: Episcopus loci compellebat eum tonsuram clericalem portare, propter quod vxor eius scandalizabatur: de consuetudine tamen loci clerici non compellebantur inuiti portare coronam: vnde iste Ioannes conquestus est domino Papae: super hoc scribit Papa Episcopo dicens, quod idem clericus etiam tonsuratus non potest priuilegio clericali gaudere: vnde mandat, quatenus dictum Ioannem super tonsura huiusmodi non molestet, dummodo nullum beneficium Ecclesiasticum recipiat, ratione cuius debeat portare tonsuram: quia huiusmodi tonsura redundaret in opprobrium ordinis clericalis, cum ipsum oporteat negotiis saecularibus immisceri. Nota, quod clericus coniugatus etiam tonsuratus non gaudet priuilegio clericali. Item clerici coniugati non debent compelli ad portandum tonsuram clericalem si scandalum vxorum, dummodo beneficium ecclesiasticum non percipiant.

¶ *Glo. seq. obscura, & soluit distinguendo duplex priuilegium.*

a ¶ *Nam*

† *Videl. 1. & plures. Vbi gl. & doctor. ff. de pactis.*

a *Hac glos. nec est Bernardi, nec habetur in antiquis exemplaribus.*

† *In codice Barbatiae: sed per superiorem tuum, &c.*

† Cap. 2. eo. tit. in 3. comp.

† *Anglon.*

† *Tricaric.*

b *Ioannes Monachus in decre. si tibi absen. de praeb. in 6. dicit, quod praelatus non aliquo nomine suo, sed alieno, sicut procurator, non dominus 3. de dona. c. 2. de dil. literae. & ob hoc male agit alienando, de quo non habet mandatum, agere potest de reuocando, de quo habet mandatum. ad hoc ff. de proc. qui dum & l. sequen. Ioa. And.*

† *Aliàs inter & in aliis &c.*

† *fuerat.*

† *duxerat.*

c *De materia huius glo. grauis est concertatio inter doctores, sed vide B. Tho. & ibi Caietanum 2. 2. q. 88. art. 11. & Turrecremata in c. de illo clerico. dist. 32.*

† *Aliàs ita in minoribus ordinib. constituti contrahunt.*

† *Vox, canonicum, deest in antiquis codicibus.*

† *De materia huius decretalis, an scilicet clericus coniugatus gaudeat priuilegio clericali, vide Gomesium in c. 1. de tit. lib. 6. & Lap. in alleg. 40.*

d *Et econuerso 11. di. nos consuetudinem. & dist. c. per tot. super rub. de consue. quod tamen scripsit c. 2. d. 6. sequitur post glo. & quam post prim. dixit quod hoc scandalum facit istum ineligibilem potius, quam consuetudo, sic econuerso in c. nos consuetudinem. fuit dispensatio propter scandalum potius quam consuetudinem. idem H. de temp. cum secundum. Vbi vide super ver. Extrani ad fi. Ioan.*

quanquam iamdudum vxorem l gitimam duxerit, pro eo quòd priùs in Acolythum fuerat ordinatus, compellere niteris, vt tonsuram deferat clericalem, ex qua inter ipsum, & vxorem suã posset scandalum generari: cùm de consuetudine terræ tuæ Clerici vxorati non cogãtur inuiti portare tonsuram. ¶ Quoniã igitur idem etiam tonsuratus nõ põt a priuilegio clericali gaudere: Mandamus, quatenus ipsum sub per tonsuratione huiusmodi nõ molestes: dummodo nullũ Percipiat beneficiũ Ecclesiasticũ b, cuius ratione teneatur clericalem deferre tonsuram: quia cùm eum oporteat sæcularibus negotiis immisceri, tonsura ipsius sæcularia exercentis videretur profectò in ministerij nostri vituperium redundare.

¶ Idem.

¶ *Vxorati non admittuntur ad Ecclesiasticas dignitates, & coguntur dimittere, quas habent.*

CAP. VIII.

CVm † decorem: *& infrà.* ¶ Eos, qui sunt publicè vxorati, non admittatis c de cætero ad Ecclesiasticas dignitates: dimissis d ab eis, quas nõ possunt sine prauo exemplo, & graui scandalo e retinere.

¶ Hon. iij. H. quondam Regina Anglorum.

¶ *Clerici coniugati in rebus suis non gaudent priuilegio clericali.*

CAP. IX.

EX † parte tua fuit propositum, quòd nonnulli literati terræ tuæ (habitu, & tonsura clericali relictis †) publicè ducunt † vxores: *& infrà.* ¶ Vt tamen consuetis iustitiis f, & debitis obsequiis g te defraudent, tonsuram resumunt † abiectam: *& infrà.* Quidam etiam accepta primò tonsura similiter contrahunt, & eandem tonsuram deferunt, vt eodem † prætextu excusari valeant à prædictis: *& infrà.* ¶ Cùm igitur reddenda sint, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo h; æquanimiter duximus tolerandum, si † à talibus i iustitias debitas velut ab aliis vxoratis exigas, & seruitia consueta.

¶ Idem.

¶ *Si Clericus in minoribus militet, non est cogendus deferre tonsuram, vel habitum clericalem.*

CAP. X.

VT † consultationi tuæ breuiter satisfiat, Respondemus, quòd R. miles tuæ diœcesis, qui olim in minori esset constitutus k ætate, tonsuram tantùm, & coronam clericalem assumpsit, non est cogendus l deferre habitum clericalem.

TITVLVS IIII.

De Clericis non residentibus † in Ecclesia †, vel præbenda.

¶ Ex concilio Sardicensi †

¶ *Episcopo non licet sine licentia Papæ transire ad alium Episcopatum, ipsum acceptando: aliàs priuatur habito, & ambito: & hoc intendit cum glossa.*

a ¶ *Non potest.*] Arg. contra, quòd clericus etiam non tonsuratus gaudet priuileg o clericali vsque ad trinam admonitionem. *j. de sent. excom. si vero aliquis. & c. in audientia. & c. contingit.* immò nec posset renunciare: vt *c. contingit. & s. de foro compe. si diligenti.* ergo multò fortius tonsuratus retinet priuilegium, & clericus vxoratus tenetur portare coronam. *s. de vi. & hone. cle. clericus.* De quo ergo priuilegio intelligitur? Dicas, quòd non loquitur de illo priuilegio 17. q. 4. *si quis suadente.* quia clericus tonsuratus volens vti priuilegio clericali, etiam vxoratus habens intentionem redeũdi ad clericatum illi priuilegio non potest renunciare, a præcipuè si recipiat beneficium Ecclesiasticum: vt patet per intra prædicta: & talis tenetur portare tonsuram. *supra de vi. & hone. cle. clericus.* cùm clericus etiam depositus teneatur viuere secundum regulam ecclesiasticam 81. *dist. dictum.* Vbi clericus coniugatus nullum percipit beneficium ecclesiasticum, & qui nullam spem habet redeundi ad clericatum, nullo priuilegio clericali gaudere debet, nec est compellendus aliquid de clerico ostendere: vt ille qui contrahit cum vidua 84. *dis. quisquis.* b vnde iste non erat compellendus ad tonsuram: cùm nullum beneficium ecclesiasticum habuit. *j eo. c. vlt.* Quod ergo dicit, etiam tonsuratus priuilegio non potest clericali gaudere, intellige de priuilegio, quod clerici habent, ne vexentur aliquibus exactionibus in persona, vel rebus propriis. & *C. de epis. & cler. l.* 2. hoc priuilegium perdit clericus post trinam admonitionem. *supra de vi. & hone. cle. c. vlt. infrà eodem ex parte.* ergo multò fortiùs coniugatus, & tonsuratus, qui exercet negotia sæcularia, isto priuilegio gaudere non potest, sicut iste, de quo loquitur decre. Priuilegium clericorum in multis consistit, & licèt in vno amittatur, in alio adhuc retinetur.

ADDITIO. Vide *c. 1. eod. tit.* [*lib. 6*] quod est singulare pro materia ista.

b ¶ *Beneficium Ecclesiasticum.*] Clericus c coniugatus ex dispẽsatione Papæ potest beneficiũ habere. Vel secundũ Host. intelligitur de clerico coniugato habente stipendium ab Ecclesia, non tamen in titulum: nam si consuetudo est, tonsuram ferre debet.

CVm decorem.] CASVS. Dicitur hic, quod clerici vxorati nõ debent admitti ad ecclesiasticas dignitates: & si quas habent, illas amittant: quia sine scandalo, & malo exemplo eas retinere nõ possunt. Nota, quòd clerici vxorati non debent admitti ad ecclesiasticas dignitates, & habitas amittere debent.

c ¶ *Non admittatis*] Sic *s. eo. c. sanè.*

d ¶ *Dimissis*] Quia coniugati simplicia beneficia possidere non possunt, vide ... sunt priuandi. *s. eo. c. 1. & c. aduersis & c. quod ad te. & c. sanè* Bern.

e ¶ *Scandalo*] Ob hoc solùm quandoque repellitur quis à beneficio. *j. de preb. cùm teneamur.* quia nihil cum scandalo faciendum est *s. de praesc. nihil prodest. s. de tem ord. ad aures.*

EX parte.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Cùm igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam literati de terra, & regione Anglorum habitu, & tonsura dimissi, ducunt vxores: tamen ad hoc vt declinent iurisdictionem Reginæ, & eam defraudent debitis obsequiis, tonsuram resumunt. Insuper quidam alij prima tonsura recepta similiter contrahunt, & eam deferunt, vt excusari valeant a prædictis: significauit hoc Regina domino Papæ, & ipse respondet, cum ergo reddenda sint Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & Deo quæ sunt Dei, patienter sustinebit, si a talibus clericis iustitias suas exegerit, sicut ab aliis coniugatis. Not. quòd cuilibet ius suum seruandum est; Item clerici vxorati amittunt priuilegium clericale.

f ¶ *Consuetis iustitiis.*] Prætextu huiusmodi clericatus declinãt subire iudicium Reginæ, nec volunt sibi respondere alicui conquerenti.

g ¶ *Obsequiis*] Id est, angariis, & perangariis, à quibus clerici debent esse immunes. *j. de immu. eccle. non minus.* & *C. de epi. & cler. l. 2.* & 16. *q.* 1 *§. numerum.*

h ¶ *Quæ sunt Dei Deo.*] Verba ista sunt 23. *q.* 8. *c. conuenior, in fi. & c. seq.* vnde Ecclesia de agris suis tributum soluit Imperatori: 11 *q.* 1. *si tributum. & c. magnum.* & 23. *q. vlt. tributum. & c. conuenior.*

ADDITIO. Vnde versus.
Reddite (Christus ait) ea quæ sunt Cæsaris, illi:
Reddat quisque Deo, quæ legit esse Dei.

¶ *Gl. se signat contrarium & remittit.*

i ¶ *A talibus*] & sic patet, quod clericus coniugatus, & tonsuratus non gaudet priuilegio clericali: vt *s. eo. Ioannes.* De hac materia dic, vt ibi a, immò & clerici non coniugati perdunt hoc priuilegium post trinam admonitionem, dum se immiscent negotiis sæcularibus: vt *s. de vi. & ho. cle. c. vlt. Item arg. contra. de sent. excommunic. contingit.* Solue vt ibi.

VT consultationi.] CASVS. Quidam constitutus in minori ætate, tonsuram, & coronam clericalem accepit, postea factus fuit miles: quærebatur, an deberet compelli portare habitum clericalem? Et respondet, quòd non debet compelli. Nota, quòd si tonsuratus ad militiam se transfert, non est compellendus deferre tonsuram.

¶ *Glo. seq. ponit opinionem, quam reprobat.*

k ¶ *Constitutus.*] Ob hoc sumunt quidam arg. quòd propter minorem ætatem excusetur, ne portet coronam. sed hoc non est verum, vnde dicas maximè vt *s. eo. Ioannes.* vbi de hoc.

l ¶ *Non est cogendus.*] Quia licitum est ei renunciare huic priuilegio clericali: cùm nullum recipiat beneficium ecclesiasticum, vt dicit decre. Ioannes.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS, &c.

¶ *Quia clerici non solum inhonestè viuunt sectando mulierum consortia, sed etiam in beneficiis eorum non residendo, & fructus eorum capiendo merito subiicitur hæc rubrica. Abbas.*

De hac materia tractatur. 7. q. 1. per totum. & principaliter. c. quia frater. §. ambitionis.

a *Adde tex. in l. pe. §. ad crimen. & ibi Bart. ff. de pub. iud. Spe. in tit. de sta. mo. ver. 36.*

a *Adde & j. de big. altercatio nis. lib 6. Ioan. And.*

† *Cap 4. c. tit. de vita, & hone. cler. in §. comp.*

† *De materia vide Ieronimum, Glossam. & alios in c. 1. eod. tit. lib. 6. & Baldũ in margarita, Verbo: clericus.*

c *Hac glossula, vt patet, non est Bernardi, nec habetur in antiquis codicibus.*

† *dimissis.* † *duxerit.*

† *vniuersimoue.*

† *Id. Matt. 22. Mar 12. Luc. 23.*

† *Aliàs & ita. vt à talibus, &c. sed in antiquis legitur vt est ibi prossimus.*

† *Vide tibi tas nostras in hanc decretalem.*

d *Dicebat hic Abbas, quòd in his quæ pertinent ad res subsunt domino temporali in his vero quibus vrgetur persona, secus. dic vt infra eo. c. vm. li. 6. Ioã. And.*

† *De materia huius tit. Vide, quod nouissimè cauetur conc. Trid. sess. 6. de refor. c. 1. & 2. & sess. 23. de refor. c. 1.*

† *Aliàs in ecclesia præbendaria.*

† *Concilium Sardicense. c. 2. Burchardus lib. 1. decret. c. 79. Ivo p. 5. c. 185. hic spectat canon Apostolorum. 14. vbi Vide Theodorum Balsamonem sed lege notas hunc c.*

N*On liceat Episcopo.*] Primò ponitur dictum. Secundo ratio ibi, *Manifesta.* Tertiò rationis ratio ibi, *Cum nullus.* Abbas.

Casvs. Statuit concilium Sardicense, quòd nullus Episcopus transeat ad aliam ciuitatem de sua ciuitate, cū causa, quare hoc fiat, videatur manifesta, scilicet ambitio: quia nullus reperitur, qui de maiori ciuitate transire velit ad minorem. Nota hîc dubia in peiorem partem interpretari. Item qui crescit, de minori ad mai' crescere debet.

a ¶ *Transire.*] Sine licentia domini Papæ, vt 1. q. 1. *si quis.* aliàs perderet habitam, & ambitam. ī. *de transla. inter corporalia.* & c. *quanto.* nec alij inferiores sine licentia sui Episcopi. ī *de renunciatione, admonet.*

b ¶ *Manifesta est enim causa*] Scilicet ambitio maioris dignitatis. Et est hîc arg. dubia in peiorem partem esse interpretanda. *supra de elect. c. 2. Arg. contra.* ĵ. *de regul. iur. estote.* & *ff. de reb. dub. quotiens 2.*

† Cap. 2. eo. ti. in 1. cōp. *Et Videtur notat no vas in hāc decretalem.*

† *statuta.*

Additio. Sed istud est propter talem præsumptionem.

† *Concilium Later. sub Alexā. iij. c. 13. nam cū aliud non dicitur intelligendū est Later. sub Alex. iij. & habetur. c. 3. eo. tit. in 1. compil.*

c ¶ *Ad minorem.*] Nec tamen illud est faciendum: quia qui crescit de minori ad maius crescere debet. 93. *dist. legimus. in fi.* & ī. *de translatio. c. 1.* & 74 *di. c. gesta.* arg. Faciliùs enim dispensatur, vt quis transeat ad maiorem, quàm ad parem, vel ad minorem, propter maiorem vtilitatem. ī. *de translatio. licèt* Bern.

CAP. I.

NOn liceat Episcopo de ciuitate sua transire [a] ad aliam: Manifesta est enim causa [b], pro qua facere hoc attentat: Cum nullus sit inuentus Episcopus, qui ad minorem [c] de maiori ciuitate transiret.

¶ Leo iij.

¶ *Deponitur Cardinalis, qui in suo titulo non residet. h. d. Et est iste textus multùm notabilis.*

CAP. II.

EX † gestis: *& infrà.* ¶ In synodo Anastasius Presbyter Cardinalis tituli Beati Marcelli, ab omnibus [d] canonicè est depositus [e]: Eo quòd parochiam suam per annos quinque, contra canonum instituta † deseruit: & in alienis vsque hodie demoratur.

¶ Ex concilio Lateran. †

¶ *Vni plures dignitates, vel Ecclesiæ conferri non debent, & Ecclesia est conferenda illi qui residere, & regere valeat per seipsum: aliàs perdit Ecclesiam, & donans conferendi potestate priuatur.*

CAP. III.

QVia nonnulli modum auaritiæ non imponentes, dignitates [f] diuersas Ecclesiasticas, & plures Ecclesias parochiales, contra sacrorum canonum instituta [g] nituntur accipere, vt cùm vnum officium vix [h] implere sufficiant, stipendia sibi vendicent plurimorum: ne id † de cætero fiat, districtiùs inhibemus. ¶ Cùm igitur Ecclesia, vel Ecclesiasticum ministerium † committi debuerit, talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco, & curam eius per seipsam [i] valeat exercere. Quòd si aliter actum fuerit: & qui receperit, quod contra sacros canones accepit †, amittat, & qui dederit, largiendi potestate priuetur [k].

† *Aliàs item vt id de cætero no fiat.*

† *officium.*

† *receperit.*

¶ Alex. Eboracen. Archiepiscopo.

¶ *Præsentatus ad Ecclesiā nō confirmatus, si apparet, quòd nolit residere, non debet institui per superiorem confirm. ius autem, & ex non iusta causa non residens, priuatur appellatione remota.*

CAP. IV.

RElatum † est nobis, quòd cùm in Lateranen. concilio [l] statutum sit, vt personæ tali Ecclesia, vel beneficium Ecclesiasticum conferantur, quæ residere in loco, & curam eius per se valeat exercere, nonnulli ad Ecclesias præsentari hoc se posse affirmant, sed efficere contradicunt [m]: *& infrà.* ¶ Cùm igitur verba accipienda sint cum effectu [n], tales si † præ-

b *Vide concilium Tri. sel. 6. de re. c. 2.*

† Cap. 4. eo. ti. in 1. com. *Et post concilium Later. sub Alex. iij. p. iij. c. 1.*

† *In codice Barbatiano ta: tales si præsentati fuerint non admittantur, sed admissi pereant amoueri.*

E*X gestis.*] Primò narrat depositionem Cardinalis. Secundò eius causam ibi. *Eo quod.* Abbas.

Casvs. Quidam presbyter Cardinalis tituli sancti Marcelli, per quinque annos deseruit parochiam suam cōtra canones: & quia admonitus redire noluit, in synodo priuatus fuit dignitate sua. Nota, quòd prælatus non debet Ecclesiā suam derelinquere, quod qui fecerit, priuari debet per sententiam.

d ¶ *Ab omnibus*] Id est, omnibus approbantibus suam depositionem: quoniam solus Papa ipsum deposuit.

e ¶ *Depositus.*] Id est, à dignitate sua remotus [a], eo primò monito legitimè vt rediret. ĵ. *eo. c. ante quatuor.* & *c. vlt.* & aliàs non debet priuari, quantumcunque vagabundus discurrat. *infrà eod. ex tua.*

a *Et plures testes requiruntur ad eū conuincendum. 2. q. 4. præsul. & c. seq. Ioan. And.*

Q*Via nonnulli.*] Tria facit: primò ponit vitium. Secundò adhibet remediū ibi. *Cùm igitur.* Tertio imponit pœnam ibi, *Quòd si.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam cupiditate ducti diuersas dignitates, & plures parochiales Ecclesias contra canones recipiunt, quibus deseruire non possunt, cùm etiam vni Ecclesiæ vix sufficere possunt: statuit Lateran. concilium, quod istud de cætero non fiat: sed cùm beneficium Ecclesiasticum committi debuerit, tali committatur personæ, quæ residere in loco possit, & per seipsum officium suum exercere: & qui contra hoc fecerit, quod accipit, amittat: & ille qui dedit, conferendi potestate illa vice priuetur. Nota, quod nullus potest habere plures dignitates, vel plures parochiales Ecclesias. Item per seipsum debet quis residere & non per vicarium. Item qui indigno confert beneficium, debet priuari potestate conferendi beneficium illud, & vt indignus debet remoueri.

¶ *Glos. f. q. ponit quinque modos, quibus accipitur dignitas.*

f ¶ *Dignitates.*] Dignitas dicitur quandoque quædā prærogatiua in ecclesia, quæ alio nomine personatus appellatur: vt hîc, & ī. *de rescr. ad aures.* & ĵ. *de pb. de multa* quandoque cū accipitur pro sæculari prærogatiua. 23. q. 5. *administratores.* & 43. *dist. c. 1.* interdū pro potestate accipitur. *ff. de offi. quæst. l. vnica. in princ.* Interdū pro ordine. 4. *dist. denique.* Quandoque pro conditione accipitur. vestire enim debet fructuarius seruos secundum dignitatem eorum, id est, conditionem. *ff. de vsufru. & quemadmodum quis vtatur. sed & si quid.* §. 1. De pœna istorum, qui retinent plures dignitates, habes ĵ. *de praben. de multa.* & ī. *de electione, dudum* 2. & ĵ. *eo conquerente.* Vin.

g ¶ *Instituta.* Vt 21. q. 1. *per totum.* & 10. q. 3. *vnio.* & 16. q. *vlt. per laicos.* & 19. *di. singula.* & ī. *de ætate. & qualitate cum in* & ĵ. *eo. conquerente.*

h ¶ *Vix.*] 16. q. 1. *presbyteros.* & *C. de assesso. l. nemo.*

i ¶ *Per seipsam.*] Hoc quidem ius commune est, vt in ea Ecclesia, in qua intitulatus est, debeat deseruire. 21. q. 1. c. 1. & 60. *dist. sanctorum.* & 71. *dist. c. clericus.* & 91. *dist. Eleutherius.* Quandoque tamen [b] in casu potest quis seruire per vicarium: vt cū parochialis Ecclesia annexa est dignitati, vel præbendæ. ĵ. *de præbendis extirpanda.* §. *qui verò.* & *c. exposuisti.* Sunt autem quædam, quæ per alios fieri non possunt de iure, vt officium in Ecclesia, nisi in casibus vt dixi: vt hîc patet. *ff. de solutionibus inter artifices.* & ī. *de officio delegati, quoniam Apostolica.* §. 2. arg. 2. q. 3. c. *si quem.* §. *abolitio.* Quædam verò sunt, quæ per alios fieri possunt. *C. de caduc. tol. l. vnica.* §. *sin autem.*

k ¶ *Priuetur.*] ĵ *de praben. de multa.* & ī. *de electio. cum in cunctis.* & ibi augetur pœna, & dic. priuetur ea vice. Ber.

R*Elatum.*] Primò ponitur excessus. Secundò prouisio ibi, *Cùm igitur.* Abbas.

Casvs. Dictum est in prædicto concilio, quòd Ecclesia, vel beneficium ecclesiasticum tali personæ debet committi, quæ per se curam ipsius valet exercere: sed quidam affirmant se hoc facere velle, sed illud efficere contradicunt: peruenit hoc ad Papam: vnde mandat Papa Archiepiscopo Eboracen. quod cùm verba cum effectu sint accipienda, si tales præsentati fuerint, ipsos non admittat, & qui recepti sunt, remoueantur: nisi de licentia suorum prælatorum fuerint absentes, putà studio literarum, vel aliis honestis causis: & si contra hoc appellauerint, eorum appellatio non valebit. Nota, quòd ex promissione sua quis obligatur. Item verba cum effectu sunt accipienda. Item non debet quis se absentare ab Ecclesia sua sine licentia sui prælati, quantumcunque causam habeat honestam. Item si aliquis appellet ne faciat residentiam, non valet appellatio, sed hoc intellige de eo, qui promisit residentiam.

l ¶ *Lateranen. concilio.*] ī. c. prox.

m ¶ *Contradicunt.*] Ipso facto, recedendo scilicet.

n ¶ *Cum effectu.*] Nota, quod verba cum effectu sunt accipienda. *de pœn. dist. 1. c. hæc autem verba.* & *ff. ne quis eum, qui in ius voca. est. l. si per alium.* §. *docere. ff. quod quisque iu. l. 1.* §. *hoc autem. C. communia. de leg. l. 2.* & 17. q. 4. *si quis suadente.* & 23. *dist. psalmista.* & 16. q. 1. *in canonibus. ver. custodes chartarum.* & 19 *quæst. 2. instituta.* ex quo enim intitulati sunt, debent ibi perpetuò permanere. 90. *dist. sanctorum.* & 71 *dist. c. clericus.* & 22. q. 1. c. 1.

a ¶ *Amo-*

a ¶ *Amoueri.*] j. de præbend. quia in tantum. & c. cùm non ignores. præmissa tamen admonitione j *eod. inter. & c. Vlt. & cap. ex tuæ.*

c ¶ *Glos. seq. signat contrarium & soluit.*

b ¶ *Prælatorum.*] Clericus enim sine licentia sui prælati abesse non debet, etiam ex iusta causa, siue causa studiorum, vt hic patet: siue aliis iustis causis, puta causa peregrinationis. s. de consec. dist. 5. non oportet. vel pro negotiis suis. 7. q. *præsentium.* ergo multò minus abesse debet ex non iusta causa.

sentati fuerint, non debent admitti: & admissi poterunt amoueri[a]: nisi forte de licentia suorum Prælatorum[b], vel studio Literarum, vel pro aliis honestis causis contigerit eos abesse: nec patrocinari debet eis appellationis diffugium[c], si contra huiusmodi intentionem decreti[d] fuerit interdictum.

† *Vide* l. si qua pœna, *cum concor.* ff. de verb. significat.

c ¶ *Diffugium.*] Ar. contra s. *de appellat. peruenit* b. Sol. hic loquitur de eo, qui habet curam animarũ, & qui expressè promisit residere: ibi de simplici beneficio, & de eo qui expressè non promiserat residere. ibi tantum pendente appellatione per alium deseruitur in Ecclesia de beneficio illius.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cõp. *Et vide Abbatem in c.* cùm ivanda dum. infrà de præben.

† *Alias ita. Apostolica sedis. &c.*

d ¶ *Decreti.*] De hoc no. *suprà eod. cap. prox.* Bern.

¶ Idem.

CAP. V.

FRaternitati † tuæ: *& infrà.* ¶ Præterea Clericum alterius diœcesis, absque commendatitiis[e] literis sui Episcopi non debes recipere: nisi pro eo receperis ab Apostolica † sede mandatum.

FRaternitati.] CASVS. Dicitur, quod clerici alterius diœcesis, non recipiantur sine literis cõmendatitiis suorũ Episcoporum, nisi super hoc Apostolicum habeant mandatum. Not. quod creditur literis Episcoporum.

† Cap. 2. eo. tit. in 2. cõp.

e ¶ *Commendatitiis.*] Literæ commendatitiæ, siue dimissoriæ dicuntur, quibus dimittitur, & absoluitur à potestate sui Episcopi, in quibus perhibetur testimonium a de vita, & ordinibus illius. De istis literis satis habes. 71. *dist. c. primatus. & c. Extraneo.* & *duob. c. seq.* & sine istis literis Episcopus non debet recipere clericum alterius Episcopi, vt ibi dicitur, nec ordinare, nec retinere: vt 72. *dist.* per totum. & clericus sine licentia sui Episcopi Ecclesiam suam dimittere non debet. suprà de renun. admonet. Item dicuntur dimissoriæ, quæ dantur appellantibus, quæ vulgò Apostoli dicuntur. *ff. de verb. significatione, dimissoria.*

a *Et hoc respectu dicũtur commẽdatitiæ: ad hoc infrà ti. 1. in Lateranensi. in fi. dicuntur etiã formatæ, quia dãtur sub certa forma, vt patet. 73. dist. per totum. Vbi ponitur earũ tenor. Si tamen essent amissa, poterunt probari per testes.* de cleri. per. tuæ *secundũ Vin. Goff. & Ho. Ioann. And.*

¶ Idem.

¶ *Qui non residet in beneficio etiã modicæ æstimationis, illo priuatur.*

CAP. VI.

COnquerente † nobis R. Presbytero, accepimus, quòd G. Clericus ab eo, pro quo Ecclesia sua, de qua vitæ[f] necessaria[g] vix potest percipere[h], annuatim viginti solidos extorquere conatur, asserens beneficium illud in eadem Ecclesia sibi fuisse collatum: *& infrà.* ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd dictus G. habeat Ecclesiastica beneficia sibi sufficientia[i]: vel quòd eidem Ecclesiæ non deseruiat[k], sibi super præscripto beneficio silentium, sublato † impedimento appellationis, imponas.

COnquerente.] Primò ponitur impetranti, querela Secundò cõmissionis forma ibi, *Fraternitati.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam presbyter R. conquestus est domino Papæ, quod G. clericus requirebat ab ipso xx. solidos annuatim pro Ecclesia sua, de qua idem presbyter vix necessaria percipere poterat, dicens beneficium in eadem Ecclesia sibi fuisse collatum, cum alia beneficia sibi sufficientia obtineret, nec eidem Ecclesiæ deseruiret: mandat Papa, si constiterit, quod dictus clericus habeat alia beneficia sufficientia, vel quod ipsi Ecclesiæ non deseruiat, dicto G. super beneficio ipso silentium imponatur. Not. quod qui beneficium sufficiens habet, super alio non est audiendus. Item si non deseruiat, nihil percipere debet.

f ¶ *Vitæ.*] Verbo victus, vestis etiam continetur. *ff. de verborum significatione.* verbo *victus.*

g ¶ *Necessaria.*] Vnde potiùs fuit sibi subueniendum. *arg.* j. *de censibus.* licet & *C. noua. Vectl. l. 1. & 10. q. 3. Vnio.*

h ¶ *Percipere.*] Ad[b] hanc non se refert Papa in sequentibus, & hoc ideo quia tempore collationis potest illud opponi, non postea. 8. *q. 1. dilectissimi.* ex quo consensit in eum, licet paupertate laboret, non potest diffinire. 91. *dist. alericus.* Vin.

b *Hãc glossulam non habent vetustiores codices.*

i ¶ *Sufficientia.*] In hac sufficientia considerantur plura: nobilitas scientiæ quia tales personæ in maioribus redditibus sunt honorandæ. j *eo. prox. de multa* in fi. Dignitas consideranda est. *ff. de vsufru. sed & si quid.* §. 1. quod possit sufficere sibi, & suis, & hospitalitatẽ seruare, & iura episcopalia soluere j. *eo. prox. de monachis.*

k ¶ *Deseruiat.*] Quodcunque istorum constiterit, sufficit ad repulsionem ipsius. *arg. s. de rescript. inter cætera.* & sic patet, quod clericus residentiam facere debet in Ecclesia sua: alias potest ea de iure communi priuari. s. *de ap. peruenit.* 2. & j. *eod. inter. & c. Vlt.* & præcipuè, cùm habet in Ecclesia aliquam dignitatem. j. *eo. ex parte.* nec in absentia aliquid percipere debet. j. *c. prox. arg. nisi consuetudo in contrarium se habeat.* s. *suprà de consti. cùm omnes. & j. eo. ad audientiam. arg. quia ibi ius commune fuit iuramento firmatum. Et est arg. quod de iure communi nullus potest habere plura beneficia, quorum alterum sufficiat.* j. *eo. praxcùm tenéamur. & suprà de rescript. cùm adeo.*

† *Aliàs sublato appellationis obstaculo.*

e *Dic hodie, prout diffiniuit concilium Trid.* sessio. 6. de refor. c. 2. & sess. 23. de refor. c. 1.

¶ Idem.

¶ *Qui est in seruitio Episcopi, Percipit fructus beneficij tanquam residens, præter distributiones quotidianas. Abbas.*

CAP. VII.

DE cætero † *& infrà.* ¶ Statuimus, ne Canonicis, donec in seruitio[l] tuo fuerint, quicquam subtrahi debeat, vel auferri, quòd de communitatis sibi beneficio debetur. Nisi forte sint victualia[m], quæ non consueuerunt absentibus exhiberi.

† Cap. 4. ti. de præben. in 1 comp.

DE cætero.] Ponit dictum, à quo excipit ibi, *Nisi.* Et hoc dicit. Qui est in seruitio prælati, fingitur residere.

CASVS. Quidam Episcopus quandoque ducebat secum aliquos de canonicis Ecclesiæ suæ: alij subtrahebant illis, qui cum Episcopo erant, quod consueuerant percipere de communitate: statuit Papa, ne canonicis illis, qui in seruitio Episcopi fuerint, aliquid subtrahi debeat, vel auferri, nisi forte sint victualia, quæ absentibus dari non consueuerunt. Not. quod dum quis est in seruitio Episcopi pro præsente, & deseruiente debet haberi: & sic Ecclesiæ deseruire intelligitur.

† *Clement.*

l ¶ *In seruitio.*] Not. quod qui est in seruitio Episcopi, pro præsente reputatur quoad perceptionem beneficii. & Ecclesiæ seruire intelligitur. *arg. 7. q. 1. scire. & 16. q. 1. & similiter. & 12. q. 2. hac huius placito. & infra eod. ad audientiam arg. ff. de excu. tuto. in isseritur. & C. de excus. tut. l. Vlt.* & qui est in seruitio Papæ pro præsente habetur. j. *eod. cùm dilectus.*

m ¶ *Victualia.*] Huiusmodi victualia, siue distributiones non dantur studentibus in Theologia. j. *de præben. licet.*

† Cap. 8. eo. tit. in 2. cõp. *Et vide Felinum in c.* 2. s. de rescr. *& Oldradũ* consil. 125. articuli domini ... Arnoldi.

¶ Celestinus † iij.

¶ *Priuandus est Prælatus, vel Clericus non residens, qui citatus non reuertitur in termino sibi præfixo, nisi habeat iustum impedimentum, h. d. cum duobus sequentibus.*

CAP. VIII.

EX † parte vestra nostro fuit Apostolatui reseratum, quòd Ecclesiæ vestræ Decanus, qui in partibus Gallicanis sibi potiùs habitationem elegit, iam † per decem annorum[n] spatium Ecclesia vestra, ipsius præsentiam habere nequiuit. ¶ Quia igitur nolumus, vt eadem Ecclesia Decani officio[o] defraudetur: Mandamus, quatenus scribatis ei-

† *Aliàs iã iam per decem annorum*

EX parte] Cõis diuisio. Secũda ibi. *Quia ergo.* Abbas Siculus.

CASVS. Decanus cuiusdam Ecclesiæ transtulit se ad partes Gallicanas & ibi per x. annos moram fecit, ita quod non fuit reuersus ad Ecclesiam suam: capitulum ipsius Ecclesiæ significauit hoc domino Papæ: Respondet Papa, quod non vult, quod ipsa Ecclesia decani officio defraudetur: mandat capitulo, vt scribant ei, quod ad suam Ecclesiam reuertatur, & ibi exerceat officium Decani: quòd si venire noluerit ad terminum sibi datum, dat eis licentiam Decanum alium eligendi. Not. quod licet aliquis longo tempore absens fuerit ab Ecclesia sua, semper tamen citandus est, vt redeat, antequam ipse beneficio suo priuetur.

n ¶ *Per decem annorum*] Et ita videtur Ecclesiam habere pro derelicto: per minus spatium priuari potuit. s. *eo. c. 2. & 7. q. 1. præsentium.* in primò debet moneri: vt redeat. j. *eo c. prox. & c. inter. & c. Vlt.* aliàs non debet priuari iure suo non citatus, nec conuictus, vel confessus, vel per contumaciam absens. s. *de maio. & obed. c. inter quatuor.* nimo & si esset vagabundus, primo ad Ecclesiam suam citari debet. j. *eo. ex tua.* Et sic patet, quod quantocunque tpe aliquis sit absens ab Ecclesia sua, semper est monendus,[d] vt redeat. Tamen si alibi se intitulari permisit: secundum beneficium recipiendo, ipso iure videtur vacare primum. potestque priuari ipso iure quantum ad possessionem. j. *de concess. præben. licet. & c. cum nostrum.*

d *Nisi lectitatus fuisset ad certũ tempus, quo casu si vltra illud tẽpus abfuerit, priuari põt nisi iustã causam habeat. 7. q. 1. præsentia. Et sic dies interpellet.* j. de loc. c. potuit. *secũdũ Gof. istud procederet, si in patiẽte licentia monitus fuisset redire in termino Et etiã dixi vt hic nem. concitata. quoniam §.* porrò super gloss. *de hac. Ioann. And.*

o ¶ *Officio.*] Qd sit officiũ Decani, ex cõsuetudine potiꝰ colligit: & sic Decanꝰ ad residẽtiã tenet: aliàs priuatur decanatu, vt hic patet.

a ¶ *Ex tunc*

a ¶ *Ex tunc.*] Id est, nisi redierit ad terminum sibi præfixum, ex tunc id est, post terminum eligant.

b ¶ *Concedimus.*] Nisi iustam causam ostenderit, quare venire non possit. j. eo. c. *inter.* & c. *vlt.*

q. 1. *monachi.* Et hoc ideo est, ne obedientiæ contemnatur: quia propter obedientiā eius bonū debet inte- mitti. 11. q. 3. *quid ergo.*

g ¶ *Deserunt.*] Huiusmodi clerici, quia ita deserunt Ecclesias suas, desertores appellantur in canone 21. q. 2. *placuit*, & capi possunt ab his, quorū cōsortiū, declinare nituntur. ar. 18. q. 2. Abbates.

QValiter.] Con diuisio. Secunda ibi, *Discernimus.* Abbas Sicul.

CASVS. Archiep. Ragusinus ab Ecclesia sua recessit, iam per quadriennium expectatus, & reuocatus etiā per literas domini Papæ, nec redire voluit: mandat Papa capitulo Ragusino, vt post mensem a receptione literarum, aliam personam idoneam sibi eligant in pastorem, nisi forsitan reuersus sit. Not. quod citandus, & expectandus est quis, antequā priuetur Ecclesia sua, & de gratia datur huic vnus mensis post primam citationem. Item not. quod nō eo ipso quod clericus recedit ab Ecclesia sua, habet ipsam pro derelicta, sed cum vocatus non redit.

c ¶ *Quadriennium.*] Immò vltra annum abesse non debet, nisi studio imperialis eum detineat. in *Auth. quomodo oporteat Episcopos ad ordi.* §. & *illud etiam disponimus.* coll. 1. & in *Auth. de san. epis.* §. *interdicimus* coll. ex tamē quandiu non renunciat, clericus sēper est: & licèt vagetur, non habet Ecclesiam pro derelicta, nisi contrahat contrariam negotiationē, vt si fiat miles, vel si cōtrahat matrimonium, vt s. *de cle. coniu.* c. 1. vel nisi admonitus non redierit: vt j. eo. tit. c. *prox.* & c. *vlt.* & 7. q. 1. *peruenit.*

¶ *Glos. seq. notat tempus receptionis, & c. signat contrarium.*

dem, quòd suum ibidē officium vt Decanus debeat exercere. Quòd si vocatus venire noluerit, eligendi alium qui præesse Ecclesiæ vestræ valeat, & prodesse, vobis ex tunc [a] concedimus [b] liberam facultatem.

¶ Innocentius iij. Capitulo Ragusino.

¶ *Summatum est in c. præcedenti.*

CAP. IX.

QValiter † Archiepiscopus esset temeritate propria recessit ab Ecclesia Ragusinensi, nec iam vltra quadriennium [c] expectatus redierit [d], per literas etiam vestras reuocatus: & *infrà.* ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus (nisi forsitan iam redierit) vos post mensem [e] à receptione præsentium, personam vobis idoneam in Archiepiscopum eligatis.

¶ Idem Constantinopolitano Patriarchæ.

¶ *Summa vt in c. ex parte. suprà eodem.*

CAP. X.

INter † quatuor animalia: & *infrà.* ¶ De Clericis, qui Ecclesias, vel præbendas sibi concessas, sine iusta [f], & necessaria causa deserunt [g], tuo præsertim non accedente consensu, hoc tibi duximus respondendum: quòd postquam congruo tempore [h] fuerint expectati, nisi redierint ad illas, possunt eis iustè priuari [i]: dummodo non sint iusto impedimento [k] detenti.

¶ Idē Archiepiscopo Panormitano †.

¶ *Si nescitur, vbi sit Clericus, tribus pub. icis edictis citabitur in Ecclesia sua: & si infra sex menses nō reuertatur, priuabitur Ecclesia sua. h. d. vsque ad ver. contra eos.*

CAP. XI.

EX † tuæ deuotionis †: & *infrà.* ¶ In Ecclesiis eorum, qui se fraudulenter absentant †, nec ad ipsos valet citatio peruenire, trinæ citationis edictum facias publicari [l]: & si nec sic curauerint obedire, & vltra sex menses [m] suas deseruerint Ecclesias, (iuxta † sanctiones canonicas) eis debent meritò spoliari [n].

¶ *Iste versiculus nō summatur propter varietatem lecturarum, & quia secundum vnum intellectum non facit ad rubricam.*

¶ Contra eos etiam procedatur, vt ipsos [o] per suspensionis, & excommunicationis sententiam, ad tuam obedientiam venire compellas. Quod si nec sic eorum † malitia poterit emolliri, eos B. tituli sanctæ Susannæ presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis Legatus à spiritualium [p] administratione

h ¶ *Congruo tempore.*] Hoc ad arbitrium Episcopi refertur considerantis circunstantias viarum, & distantiæ. s. *de appellatio. cum sit Romana.*

i ¶ *Iustè priuari.*] Nisi redierint in termino eis constituto post admonitionem. j. eod. ca. vlt. & s. c. prox. in fin. *iusto impedimento cessante*, vt dicit litera seq.

k ¶ *Impedimento.*] Quo probato sunt restituendi. 7. q. 1. *præsentium.* & j. eo. tit. c. *vlt.* fictum.

EX tua.] Duo sunt dicta. Secundum ibi, *Contra.* Abbas.

CASVS. Quidā prælati Ecclesiarū, subdit. Archiepiscopi Panor. absentarunt se ab Ecclesiis suis, ita quòd citari nō poterant: quæsiuit Archiepiscopus a Papa, qualiter cum illis esset agendum? Respondet Papa, quod edictum trinæ citationis faciat proponi apud Ecclesias ipsorum: & si non venerint, & vltra sex mēses Ecclesias deseruerint, debent Ecclesiis spoliari, sed prius procedatur cōtra eos per sentētias suspēsionis. & excommunicationis, vt ad obedientiam ipsius Archiepiscopi redeant: & si eorum malitia sic compesci non poterit, Cardinalis Apostolicæ sedis legatus remoueat eos ab administratione suarum Ecclesiarū, & Ecclesiis illis de personis idoneis faciat prouideri. sed eos non deponat, vt cum eis, si expedierit, misericorditer agi possit. Not. quod qui non apparet, apud domicilium suum debet citari tertiis edictis: & antequam procedatur contra eum, debet expectari per sex menses. Item arg. quòd eum deposito non sit dispensandum.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cōp. & quàliter hodie procedatur contra prælatos non residentes. præscribit concil. Trid. sess. 6. de reform. c. 1. & sess. 23. de refor. c. 1. quod vide eo.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cōp. pars huius decre. infrà. de renū. dō. nū. inter quatuor. supra de maiori. & obedien. inter quatuor & de cleri. peregrinis inter qua tuor.

† Panormit. † Panorm. † Panorm. † Panormit. vt planum.

† Cap. eo. tit. in 3. cōp. Et Vincent. Tradit. ratio j. eo. c. qualiter.

† deinde om.

† Vide. § heres eum. ff. de cond. & dem. & l. in fraudem. ff. de iure fisci.

† Patrimonio si inclusa desunt in antiqua. & in omnibus manuscrip. post.

† illorum. † aliorum.

d ¶ *Redierit.*] Sufficit, si reuersus fuerit tempore receptionis literarum, vel vsque ad mensem reuertatur post receptionem: quod est notabile, vt tempus receptionis consideretur. *arg. j. de foro compet. licet.* & s. *de appel. super eo.* & j. *tit. prox. dilectus.* a vbi de hoc. s. *de rescript. cum te.* & j. *de vsu.* quia frustrà in literis contra vsurarios consideratur tempus subsequens non tempus datæ. [a] *Arg. contra. suprà de rescrip. cum te.* & c. *constitutus.*

ADDITIO. Quod soluetur. j. *tit. prox. dilectus.*

e ¶ *Post mensem.*] Adhuc indulget ei vnum mensem post receptionem literarum, si non sit reuersus.

INter quatuor.] Primò ponitur dictum: Secundò exceptio ibi, *Dummodo.* Abbas.

CASVS. Quidam clerici Patriarchæ Constantinopolitani, sine licentia ipsius absentabant se ab Ecclesiis suis, sine iusta, & necessaria causa: quæsiuit Patriarcha, qualiter cum illis esset agendum? Respondet Papa, quod spectet illos congruo tempore, secundum quod ei videbitur: & nisi redierint ad terminum eis præfixum, possunt priuari Ecclesiis suis, dummodo non sint iusto impedimento detenti. Not. quòd sine licentia sui prælati clerici ab Ecclesiis suis se absentare non debent. Item clerici absentantes se citandi sunt, & expectandi congruo tempore, antequam priuentur beneficiis suis. Item iusto impedimento detenti non debent in beneficiis spoliari.

¶ *Glo. seq. dicit arg. à contrario cessare, & arg. quod bonum est.*

f ¶ *Sine iusta causa.*] Quod facere non debent: immò si iusta causa subsit, debet petere licentiā ab Epo suo. s. eo. c. *relatum.* & *de cons. dist. 5. non oportet.* & sic nō est arg. à cōtrario sensu, vt iusta cā possint esse absentes sine licentia prælati. Vnde est *arg. quod bonum non est faciendum sine licentia prælati.* s. eo. *relatū.* & 16.

a *Vt si impetrans extra post datam exigit vsuras, non audiatur per scriptū. nisi prius illas restituat. Ioan. And. Item concor. tex. in l. cum quidam. §. diuus. ff. de vsur. Bal. in l. aduersus. C. eod. & in l. meminisses, cū glos. ff. eod.*

l ¶ *Publicari.*] Sic s. *de dolo & contum. causam quæ.* & c. *vlt.* ff. *de damn. infe. l. 4. §. prætor.* ff. *de libe. agn. l. 1. §. vt possum nec ob.* ff. *quæ sen. sine ap. rescin. l. 1. §. item cum ex edicto* [b]. quia ibi non solemniter positum est edictum.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit: contra solutionem allegat duo iura.*

m ¶ *Sex menses.*] *Arg. contra.* s. *eodem. c. 2.* & c. *qualiter.* & *in Authen. de san. episc.* §. *interdicimus.* coll. ix. *Arg. contra sol.* hoc tempus statutum ab homine interpellat, & loco admonitionis habetur. *infra de loca. potuit.* 16. q. 3. *placuit.* vnde in casu isto mora non purgatur. *arg.* 20. q. 2. *puella.* nisi iustum impedimentum ostenderit, quare venire non potuit, vt 7. q. 1. *præsentium.* & j. ea. c. *vlt.* *Arg. contra. quod mora purgetur.* 100. *dis. quoniam.* & *arg.* 81. *dist. per laicum.*

n ¶ *Spoliari.*] Id est, suspendi iuxta canonicas sanctiones ab administratione temporalium, procedendo postea contra eos, prout sequitur in litera.

o ¶ *Vt ipsos.*] Scilicet vagabundos prælatos, quia hic loquitur litera de prælatis tantùm, ex eo quòd dicit, ab administratione remoueat, & quibus præsunt Ecclesiis. Qualiter sit procedendum contra istos, & alios absentes, plenè dictum est s. *vt lite non contest. quoniam frequenter.* §. *porrò.*

p ¶ *A spiritualium.*] [c] Aliàs à spiritualium, aliàs ab Episcopali: vel melius ab Episcopatuum. & ita est in registro, vt dicit Innocentius.

b *Dicit Hos. cū latitat, sufficit edictum publicari in Ecclesia, vel in prima vice, sed si infra ... praesenti ... faciant ... procedi non possit ... ex edicto non solemniter proposito. & sic loquitur contrarium. Ioan. And.*

c *Hæc gloss. non est Bernardi, nec habetur in Gerardo. la.*

a ¶ *Remoueat.*

a ¶ *Remoueat.*] Ex isto mandato speciali si sunt Epi, aliàs non possit legatus ex generali mandato. ʒ. *de offi. legat.* quod translationem quoad alios prælatos potest ex generali mandato etiam lite non contesta. priuantur Ecclesiis suis. ʒ. *Vt lit. non contest.* quoniam frequenter. secus si de crimine ageretur: vt no. ʒ. *de dolo, & contu. Veritatis. in nouula magna.* Ber.

remoueat a †: & quibus præsunt Ecclesiis, de personis idoneis faciat prouideri. Sed in eos degradationis sententia non permulget, vt cum eis misericorditer (si expediat) facilius agi possit b.

¶ Idem Altissiodorensi †. Episcopo.

¶ *Priuilegiatus vt absens in studio fructus Præbendæ recipiat. existens in villa, vel castello, vbi nullum est, vel minus competens studium, priuilegio non vtitur.*

CAP XII.

TVæ † fraternitatis discretio postulauit: *& infrà.* ¶ Quæsiuisti præterea, vt cum interdum Canonici, quibus studiorum gratia est indultum c, vt in absentia sua fructus percipiant Præbendarum suarum, accepta licentia se ad villas d transferunt, vel castella, in quibus nullum est, vel minùs competens studiorum e exercitium: vtrùm Præbendarum suarum fructus sint talibus conferendi? ¶ Ad quod † breuiter respondemus, eis, qui huiusmodi fraudem cõmittunt f (cùm fraus, & dolus nemini debeat † patrocinium impertiri) præfatam indulgentiam competere non debere.

¶ Honorius iii. Præposito de Valeriis.

¶ *Qui iurauit in Ecclesia residere, pro seruitiis Ecclesiæ licitè se absentat.*

CAP. XIII.

EX † parte tua fuit proposi-

¶ *Gloss. seq quærit, & soluit.* Item arg alleg 3. iura. & duo alleg. in contrarium.

b ¶ *Agi possit.*] Sed nunquid surrogati remouerentur? Non credo, sed dispensabitur cum eis, si necesse fuerit, vt in ordinibus tolerentur. Arg. est hic, quod ille, qui deposuit non possit restituere: *arg. de pæ. dist. 6 placuit. in fi. & ff. de pæn. diui fratres Arg. contra. 11 q. 3. Episcopus 46. dist. c. clericum* B ro.

T*Væ fraternitatis.*] Primo ponitur quæstio. Secundo responsio ibi, *Ad quod.* Abbas Sicul.

CASVS. Quidam clerici habentes indulgentiam, vt causa studendi beneficia sua perciperent in absentia sua, & sic recepta licentia à suo prælato transferunt se ad villas, vel castella in quibus modicum est studium, cùm deberent venire Bonon. quærebatur vtrum deberet habere beneficia sua in huiusmodi studio? Dicit Papa, quod ex præfata indulgentia fructũ habere non debent, cùm fraus, & dolus eis patrocinium non debeant impertiri Nota, quod non intẽ studij de meliori, vel saltem de bono intelligendum est. Item indulgentia intelligi debet, secundùm quòd ille qui eam concessit, intelligit. Item fraus, & dolus nemini prodesse debet, sed obesse.

c ¶ *Indultum*] Ab Epõ suo ʒ. eo. relatũ. Vel dic, indultũ à Papa.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & arg.*

d ¶ *Ad villas*] in regiis enim ciuitatibus, & non in paruis villis. siue in castris iura docenda sunt, vt in proœmio digestorum. *Arg contra. 12. q. 2. gloria Episcopi & ff. de offi. præsid. sed licet.*

e ¶ *Studiorum.*] Licet † indeterminatè dixeris studium, de meliori intelligendum est. *arg. de iureiur. quanto. Arg. contra.* ʒ. *de elect. cùm nobis olim.* ǰ. *de censib. ex parte. ff. de reg. iur. semper in stipulationibus.* Item arg quòd idem est esse minus competens, & esse nullum *arg* ʒ. *de transla. inter corporalia. sic ff. de autho. tut. l. 2. & ff. qui satisd. cog. quotiens & ff ad Velle. l quamuis. §. si conuenerit.* Sed sufficit, si sit studium conueniens, siue mediocre. *ff de adil. edicto sciendum. § illud. & l si quid §. Venditor.*

f ¶ *Committunt.*] ʒ *de sur. si aque fullo. §. sed nemo. & ff. de arbi. ita demum* ʒ. *de re, crt. fides.*

E*X parte.*] Communis diuisio. Secunda ibi, *Postulationi.* Abbas.

CASVS. Quidam electus fuit in Præpositum de Valeriis, in recepti one ipsius præpositura præstitit iuramentum, quod faceret residentiam in eadem: postmodum verò quandoque absentabat se pro iuribus, & rationibus ipsius præpositura prosequendis, siue procurandis: dubitabat idem Præpositus, vtrum per huiusmodi absentiam periurium incurrisset, consultus Papa respondet eidem, quod si non absentet se in fraudem, dum ipse prosequitur iura Ecclesiæ suæ, non debet dici absens sed residens: & ita periurium non incurrit Nota, quòd qui absens est pro vtilitate Ecclesiæ suæ præsens reputatur, & iuramentum illud extenditur ad hoc quòd qui vtilitaté Ecclesiæ suæ procurat, præsens esse dicitur. Item fraus non admittitur in iuramento.

¶ *Gloss. seq. alleg. duas concordantias, & ponit tria similia.*

g ¶ *Residens.*] Quandoque censetur residẽs, qui non est, vt hic. & ǰ. c. prox. *sic ff. de capti. & po. li. reuel. retro dicitur.* quandoque dr̃ presẽs, qui in hortis est. *ff. de procur. plenis.* & qui est in eadẽ prouincia, p præsente reputatur. *de prascr. long. tẽp. l. vl.* sic quandoque fingitur monachus, qui non est a *arg.* ǰ. *de regula vidua. & 27. dist. quod interrogasti.*

tum, quod tempore quo recepisti præposituram de Valeriis, præstitisti de facienda residentia iuramentum: *& infrà.* ¶ Postulationi tuæ taliter respondemus, quod si te non absentando in fraudem, præpositurę tuę iura fideliter prosequeris †, cùm ex hoc censeri debeas residẽs g, periurium b non incurris.

¶ Idem Capitulo Meteñ. †

¶ *Familiaris Papa (non obstante constitutione contraria) Præbenda sua fructus percipit in absentia.*

CAP. XIV.

CVm † dilectus filius magister Otto: *& infrà.* ¶ Mandamus, quatenus non obstante constitutione i, quæ contra absentes Canonicos inter vos dicitur emanasse, fructus k præbendę suę assignetis eidem, in nostro seruitio commoranti: Cùm familiares l nostri, qui circa nos se obsequiales m exhibent vniuersis minori non debeant prærogatiua gaudere †, quàm vestrum singuli, quorum negotia per ipsos sæpius promouentur.

¶ Idem Meldeñ. Episcopo.

¶ *Duo Canonici absentes cum Episcopo, seu in eius seruitio, fructus præbendarum suarum percipiunt in absentia, constitutione Ecclesiæ contraria non obstante.*

¶ *Gloss. seq. allegat duas concordantias, ponit tres casus similes, interserit argumentum, cui assignat contrarium.*

h ¶ *Periurium.*] Vide qualiter benigne interpretatur iuramentum, ne de periurio notetur, sic. ʒ. *de testibus cum in.* ita tamen quòd fraudulenter se non absentet: quia tunc periurium incurreret *si.* ǰ. *de sent. excomm. relatum.* & si esset in seruitio Episcopi periurium non incurrit. ʒ *eo. de catero.* quia pro præsente censetur, quia Ecclesiæ tunc seruire intelligitur. *7. q. 1 scire.* & idem esset, si reuocaretur a Papa: quia eius auctoritas in iuramento illo intelligitur excepta. ǰ *c. prox. &* ʒ. *de sureiu. Venientes. & 2. q. 3 per principalem* Item habes hic arg. quod iuramentum extenditur ad ea de quibus dictum non fuit, vel cogitatum. *Arg. contra.* ʒ. *de iureiur c. pen*b. Item quod pro negotio proprio potest esse absens, nec incurrit periurium. ʒ *de iureiur. petro & 2. q.* ǰ. *prohibentur.* vbi milites propter iuramentum accusare prohibentur: tamen non obstante iuramento causam suam, vel suorum prosequi possunt. In hoc enim iuramento exceptum intelligitur proprium factum: quia in generali sermone persona loquens intelligitur excepta. *C. de solu. inquisitio. & ff. de condit. & demon. qui hared. §. Lautum.* quia ordinata charitas a seipso incipit. *23. q. 5. si non licet. & de pæn. dist. 3. qui Vult.*

C*Vm dilectus.*] Primò ponit dictũ. Secundò eius ratio ibi, *Cũ.*

CASVS. Canonici Meteñ. talem fecerunt constitutionem in Ecclesia sua, quòd in absentia sua nihil perciperẽt; magister O. eiusdem Ecclesiæ canonicus existens in curia Romana in seruitio domini Papæ, petebat ab eis beneficium suum: sed ipsi occasione dictæ constitutionis illud denegabant: mandat Papa canonicis Meteñ. quatenus non obstante illa constitutione quæ facta est contra absentes, debeant eidem magistro assignare fructus præbendæ suæ, existenti in seruitio domini Papæ quia illi, qui in seruitio domini Papæ cõmorãtur, non debent gaudere minori prærogatiua, quàm illi, qui in Ecclesia cõmorãtur: quia per ipsos presentium negotia sæpius promouẽtur, istud intelligo de gratia, quod mãdat dari beneficiũ non obstante illa constitutione. Nota, quòd qui est in seruitio domini Papæ Ecclesiæ suæ deseruire dicitur.

i ¶ *Constitutione.*] Nisi hoc dictum fuisset, non valuisset rescriptum c. ʒ. *de rescrip. constitutus. supra de offi. deleg. ex parte.* & ǰ. *de decimis: ex multiplici.*

¶ *Glo seq. quærit, & soluit.*

k ¶ *Fructus.*] Nunquid victualia, quæ tm̃ præsentibus consueuerũt dari, debẽt habere nota. ʒ. *eo. de catero. &* ǰ. *si pro. non licet.* nam si de illis Papa intellexisset, mãdasset, vt tanquam vni ex residentibus prouideret eis. ǰ *de Verb. sig. olim ar.* ʒ. *de trãslatio. inter corporalia* ǰ *de dece ad audientiam & C. de cadu. tol. l. vnica. §. si vero nemo. in fi. arg. C. de rei vxo actio. l. vnica §. secundum,*

l ¶ *Cùm familiares.*] Nam & ipsi pars corporis eius esse intelliguntur. *6. q. 1. c. si quis cum militibus. Ver. nam & ipsi C. ad l. Iul. maiest. quisquis.*

m ¶ *Obsequiales.*] Ideo enim eorum conditio deterior esse non debet.

a *Vt talibus* no. 50. dist. ferrum. & infrà de spon. is qui. secundum Ho. Io. And.

† exequaris.

† Melden.
† Num.

† Qui dicit inter familiares, quatenus hoc spectat, tradit Lud. Romanus Cons. in reg la de impetr. bene. vacãt per obitum familiaris. Cardinalis q. 12. satis latissime.
† Vide l. sed & reprobari. §. pen. & ibi Bal. ff. de excus. tut.

b *Dixit* hic: nõ extenditur ad talia. Vt in cõtrario: nisi sint connexa, vel inclusa. Vt hic salua pace. glo. & Ho. hic nõ colligitur arg. Ioann. And.

c *Idem* Ho. sed dic contra. si constitutio simpliciter contineat ius commune, per decr. supra de rescr. & per ea, qua not. de cõst. c 1. lib. 6. Ioã. And.

† *remouear.*
† *Altissiod.*
† *Cap. 4. eo. ti. eo. lib. 3. & de materia vide plenè per Henricum Bosch. in tract. de priui. Scholarium. perad. 98. & conc. Trid. sess. 5. de refor. in c. 1. in fine.*
† *transferunt.*
† *Glo. ita: Ad quod ita breu. respondemus: quod eos qui, & c.*
† *debeat.*
† *Et de materia iuramenti huc spectãtis vo de Iasonem in l. 6. pecuniam ff. de condit. ob caus.*
† *Hac glo. non est Bernardo, nec est in Veteribus libris.*

debet, immò tūc gaudēt priuilegio, quia excusatur à tutela. *ff. de excu. tutor. sed et eos & C. eo. tit. l. Vlt.* Et sic dicūtur pręsentes, qui in seruitio Papę sūt, sicut qui etiā in seruitio Epi sūt. *s. e. de caetero.*

AD *audientiā.*] Duæ sunt partes. Secūda ibi, *Decernimus.* Ab.

Casus. Canonici Meldēn. quandam constitutionem fecerunt iuramento interposito confirmatam, q canonici nihil perciperent, nisi cùm in Ecclesia residerent illis exceptis, qui propter infirmitatem excusarētur, & qui essent in seruitio Apostolicæ sedis: Eps qn̄ habebat aliquos in seruitio suo de canonicis, & capitulū occasione illius constitutionis subtrahebat illis fructus præbendarum suarum, & ita Eps non poterat eos habere, qñ volebat, vel sibi expediebat: peruenit hoc ad notitiam domini Papæ: & super hoc statuit Papa, vt duo de canonicis existentes in seruitio Episcopi integrè percipiant fructus præbendarum suarum, quia absentes dici non debent, qui in seruitio Episcopi commorantur. Nota, quod qui infirmus est, quasi deseruire intelligitur, vt integre percipiat præbēdam. Item non dicitur absens, qui in seruitio Episcopi, vel Ecclesiæ commoratur.

CAP. XV.

AD audientiam nostrā peruenit, quòd cum in Meldēn. Ecclesia, quædam sit constitutio [a] vallata iuramento, & auctoritate sedis Apostolicæ confirmata: vt Canonici, qui non resident, in eadem suarum priuentur fructibus præbendarum, illis exceptis, quos infirmitas [b] excusaret, siue in Apostolicæ [c] sedis seruitio contingeret detineri: *& infrà.* Decernimus, vt duo [d] ex Canonicis Ecclesiæ memoratæ, in tuo seruitio existentes, suarum fructus integrè [e] percipiant Præbendarum: cùm absentes dici non debeant, sed præsentes, qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesiæ seruitio commorantur [f].

¶ Gregorius ix. Patriarchæ Antiochiæ Apostolicæ sedis Legato.

¶ *Si Ecclesia patitur ministrorum defectum, priuilegiati super absentia per subtractionem prouentuum redire coguntur. h. d. Et est bonus textus: & potest multū practicari.*

CAP. XVI.

CVm † ad hoc sint Ecclesiastica beneficia deputata: *& infrà.* ¶ Sanè nobis innotuit, quòd Ecclesia Antiochena †, multis ex seruitoribus eius absentibus, est fere destituta [g] ministris: Vnde mandamus, quatenus non obstantibus [h] Apostolicis indulgentiis [i] †, & prædecessorum tuorum licentia [k], absentes Canonicos, & assisios [l] reuoces ad residendum † in Ecclesia supradicta: & si non venerint [m], tu de ipsorum beneficiis, dum absentes fuerint, ipsi Ecclesiæ facias congruè deseruiri †, in vtilitatem eiusdem, quod ex præfatis beneficiis superfuerit, conuertendo.

¶ Idem.

¶ *Priuatur beneficio Clericus non residens, si monitus non redeat, nec iustam excusationem alleget. h. d. & est casus notabilis.*

CAP. XVII.

CLericos † in Ecclesiis tuæ iurisdictionis beneficia, quæ residentiā exigunt assecutos, si ad alterius diœcesim absque licentia [n] tua morandi causa transierint, liceat tibi, si moniti non redierint, [o] dictis beneficiis (nisi excusationem [p] rationabilem ostenderint) spoliare.

a ¶ *Constitutio.*] Isti constituerunt, quod ius cōmune statuit, & iurauerunt seruare ius cōmune, absentes enim nihil percipere debent, nisi sit de consuetudine approbata. *s. de consti. cum omnes.*

¶ *Glo. seq. cum seq. iustificat duos casus exceptos.*

b ¶ *Infirmitas*] Hoc ipso satis puniuntur, quia non debet addi afflictis afflictio. *7. q. 1. cùm percussio. & j. de cler. agro. c. 1. & c. ex parte.* non enim debet ei pœna in culpam verti. *dist. 5. c. 1. in fi. & c. ad eius vero.* immò potius est miserandum, & compatiendum *3. q. 9. iudicas & j. de consti. licet.* nec duplici damno debet aliquis affici. *ff. de iur. dot. l. iure succursum est & ff. de condi. ob cau. si pecuniam §. sed si acceperit.* vnde prælatus infirmus nō repellitur, sed datur ei coadiutor. *7. q. 1. quamuis.* & famuli ægri, quos curamus, nobis seruire intelligūtur. *ff. de sta. lib. l. 3. §. Stichus.* & tempore infirmitatis pascendi sunt. *ff. commo. in rebus. § possunt.*

c ¶ *In Apostolica.*] Etsi hoc non fuisset appositum, nihilominus intelligeretur, quia præsēs cēsetur. *s. c. prox. & s. eo. ex parte.* vbi absens præsens cēsetur, nec periurium incurrit: vt j. vbi dicit, *cum absentes dici. &c.* & eius auctoritas semper intelligitur excepta. *s. de iureiu. Venientes ff. ad munici. Imperatores. & s. eo. ex parte 2.*

¶ *Glos. seq. recitetur per q. an plures, quam duo.*

d ¶ *Vt duo.*] Per hoc intellige *s. eo. de caetero.* vt duo ex canonicis possint esse in seruitio Epi, ita quod non priuentur beneficio suo interim: si verò plures essent, priuarentur, ex eo quod conceditur de duobus, intelligitur prohibere de pluribus *arg. 25. dist. qualis. & s. de præsum. nonne.* & crede hoc statutum fuisse, ne in fraudē hoc aliqui procurent: & Ecclesiæ seruitium diminueretur propter illorum absentiam: & ex hoc videtur, quod vltra duos non posset cogere Episcopus, vt in seruitio suo essent.

e ¶ *Integre*] Non tamen, excipiunt victualia, quæ tantùm præsentibus dantur. *s. eo. de caetero.* vbi de hoc & *j. tit. prox. licet.*

f ¶ *Commorantur.*] Et ita qui est in seruitio Episcopi, seruire Ecclesiæ intelligitur. vt *s. eod. de caetero.* vbi de hoc.

CVm *ad.*] Primo narrat factum. Secundo prouidet ibi, *Vnde mandamus.* Abbas Siculus.

Casus. Antiochena Ecclesia propter absentiam illorū, qui seruire debebāt in Ecclesia, destituta erat ministris, occasione quarundam indulgentiarum, quas super hoc se habere dicebat: petiit Patriarcha super hoc Ecclesiæ suæ prouideri: vnde mādat Papa Patriarchæ, quatenus non obstante, siue, obstantibus Apostolicis indulgentiis, & prædecessorum ipsius patriarchæ silentio, reuocent canonicos, absentes & quosdā alios, qui appellātur assisij, i. continuè residentes: & si non venerint, de beneficiis ipsorum faciat ecclesiæ deseruiri, dum sunt absentes: & quod superfuerit, in vtilitatem Ecclesiæ conuertatur: de iure tamen poterant priuari, sed Papa, voluit in hoc eis facere gratiā. Nota, quòd clerici absētes possunt reuocari à prælatis suis, q̄uis indulgētia Papæ sint muniti: licet ex cā cessat, siue perditur priuilegiū.

g ¶ *Destituta ministris.*] Hæc est iusta cā reuocādi eos. vt *21. q. 2. placuit.* & quia in eo manere deberēt, in quo vocati sūt. *ea. causa. q. 1. c. 1. & 70. dist. sanctorum.*

¶ *Glo. se. vsq. per q̄nam.*

h ¶ *Nō obstantib.*] Nisi hoc diceretur, non posset illos prætextu istarū literarum reuocare, cùm de indulgētia cōcessa nō facerent mentionem. *s. de præscri. Veniens.*

i ¶ *Indulgentiis.*] Similis reuocatio est. *j. de deci. suggestum.*

k ¶ *Et prædecessorū tuorum licētia.*] Etsi de hoc non fuisset facta mentio, nihilominus valuissent literæ: quia indulgentia non extendebatur post mortē illorum, vnde statim expirauit, cùm in præiudicium Ecclesię nihil facere possit. quod si fecerit, successor poterit reuocare. *j. de de. c. 1. & pen.*

l ¶ *Assisios.*] Vocat assisios beneficiatos, qui nō sunt canonici, qui seruire debent ecclesiæ, nec vocātur ad cōmunes tractatus cū canonicis, & dicūt assisij, quasi assidui in multis Ecclesiis sunt plures tales, qui mansionarij dicantur.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

m ¶ *Venerint.*] *Ar. cōtra. s. e. inter quatuor. & c. ex tua & de ap. peruenit. 2. & 7. q. 1. præsentiū* vbi ex toto priuātur, si nō redeant ad terminū sibi præfixū. Hic Papa mitius voluit agere cum eis pp indulgētiā, vnde non priuantur statim: sicut illi, qui non habent indulgentiam. *j. c. prox.* & satis puniuntur, quia beneficia eis subtrahūtur ex toto: vt sic indirectè fiant volentes per amissionē beneficiorū. sic *s. de ata. & quali. quærn.* tū si diu perdurarent in sua cōtumacia, poterit illos ex toto priuare per iura prædicta. *j. c. pro.*

C*Lericos.*] Non diuiditur. Abbas Sic.

Casus. Quidā clerici assecuti sunt beneficia, quæ requirunt residētiā in Ecclesiis dioc. tuæ. Isti clerici transiērūt ad aliam diœcesim cā morādi sine licētia sui Episcopi: cōsultus Papa, quid de talibus sit agēdū, Respondet, quòd si moniti non redierint ad terminum sibi datum spoliādi sunt Ecclesiis illis, nisi ostenderint rationabilem causam quare nō possint redire. Nota, quod qualitercunq; clerici sint absentes de licētia, vel sine licētia prælati sui, semper vocandi sunt, antequàm procedatur contra eos. sic si eam rationabilem ostendant, quare venire non possunt, nō puniūtur.

n ¶ *Licentia.*] Sine licentia Episcopi clericus se absentare non debet. *s. eo. inter quatuor.* etiam de iusta causa. *s. eo. relatum. & de consec. dist. 5. non oportet.* 2. Bernardus.

¶ *Glo seq. distinguit, an pro delicto. &c. & remittit.*

o ¶ *Redierint.*] Nota, quod clericus siue de licentia sui Episcopi, siue sine licētia sit absens, prius est monendus, vt redeat, quàm priuetur beneficio suo, vt hic patet. & *s. eo. inter. & c. ex tua.* Super hoc tamen distingue: quia aut habet Ecclesiā pro derelicto, aut non. Si habet eam pro derelicto, puta quia contraxit matrimoniū, vel factus est miles, vel ioculator cum de hoc constiterit, episcopus statim potest ecclesiam illius alij cōferre. *s. de cle. coniu. c. 1. & 63. dist. si quis.* Vel si recepit aliā Ecclesiam habentem curam animarum, cum prius talem haberet. *j. ti. prox. de multa.* Si verò non hēt eam pro derelicto, monēdus est si compareat, tunc fiat, prout hic dicitur: si non compareat, quia vagabundus discurrit, tūc fiat, quod dicitur. *s. eo. ex tua.* De hac materia plenius dictum est *supra de lit. non conte. qm̄ frequenter. §. porro. Ver. si vero.*

p ¶ *Excusationem rationabilē.*] Puta, quia erat infirmus, quare venire

† *Et quamuis hic videatur indicare beneficia etiam simplicia residentiam postulare, vide Cardinalem clemēt. 1.* de foro compe. q. 12. & 13. *& Felinum in c.* dilect. filius. suprà de rescrip. a *Cancer. l.* diuus Marcus. impera. ff. de offic. præsid. & l. si idem. ff. de iurisd. om. iud. *Ioann. And.*

† *Antiochia.*

† *Vide l. 2. & ibi Bal. ff. ne quid in loco pu.*

† *residentia.*

† *deseruiri.*

b *Putat Ego hoc verū, quando tēpore indulgētiæ ecclesia non patiebatur ministrorū defectū, sed patiebatur, & de hoc fuerat expressum in indulgētia non valuisse a principio. dicam in præambulo eiusdem dum cultatis.* supra de cōsti. ex parte. *Abb. And.*

† *Vide Ancharanum* consil. 1. & *l. 4. pare.* allegat. nō. *4. de Rot. decisionum l. 1.* d c. et. 15. c. 74. 75. & seq.

nire non potuit. 7. q. 1. *præsentium* vel quia habet ibi capitales inimicitias, ita quod illuc venire non audet. ē. *de elec. bona* 2. vel alia quacunque iusta causa, ita quod venire nō possit: tūc si procederetur contra ipsum, nō præiudicaret ei. *arg.* ē. *de rest. in nomine Domini. Et arg. est hic semper ratio nem esse reddendam de omnibus. sic supra de rescrip. cap. si quando.*

a *Paulò ante* ... *supra de rescrip.* ... quorundam ... de re ... nan ... *vel* ... *habet* ... *si quis* ... *Papalis* ... *secundum* ...

TITVLVS V.

DE PRÆBENDIS, & dignitatibus.

¶ Quæ clerici non possunt beneficia tenere, nisi habeant præbendas, vnde vita necessaria percipiant, notatio post rubricas præcedentes subiecta est ista. Abbas Sic.

De hac materia tractatur 11. q. 1. & q. 2. per totum. 79. dist. sanctorum. 16. q. 7. nullus.

Et nullus.] CASVS. Dicitur hic, quod nullus debet ecclesiastica bona quærere iure consanguinitatis. Nota, quod hereditaria successio non habet locum in spiritualibus.

a *Et nullus.*] Supple, si tenetur.

¶ Gloss. seq. distinguit inter ecclesiastica, & patrimonialia bona.

b *Iure consanguinitatis.*] Hoc intellige de bonis ecclesiasticis, vt dicit littera, vel de his quæ intuitu ecclesiæ quæsita sunt: illa enim neque ex testamento, nec ab intestato transeunt ad cōsanguineos, siue sint bona mobilia, siue non, sed ecclesiæ remanent. Alia vero bona, quæ intuitu personæ, vel de hereditate alicuius peruenerūt ad eos, transeunt ad cōsanguineos ab intestato, vel ex testamento, secundum dispositionem clericorū. ē. *de testa. c.* 1. & *c. cum in officiis.* & *ca. ad hæc.* & *c. relatum* 2. & ... hereditaria successio in ecclesia locū non habet. 8. q. 1. *apostolica* & ē. *de fil. presbyt. præsentium.* & *c. conquerente* & *c. ex transmissa* & ē. *de dec. ad hoc.* & ē. *de iure pa. consuluit.* & ē. *de resti. ad decorem.*

DE Præbendis, Dignitatibus.

¶ Ex concilio Pictauiensi. †

¶ In bonis Ecclesiæ non succeditur iure consanguinitatis.

CAP. I.

Et † nullus [a] de Clero, siue de populo, Ecclesiastica bona † iure consanguinitatis [b] sibi requirat habenda.

¶ In corpore canonum.

¶ Non licet Episcopo aliquem ordinare sine titulo.

CAP. II.

NOn † liceat vlli Episcopo ordinare Clericos [c], & eis nullas alimonias præstare: sed duorum alterum eligat: vel non faciat Clericos, vel si fecerit, det illis, vnde viuere [d] possint.

¶ Greg. † Anthemio Subdiacono.

¶ Bona Ecclesiæ, quæ communia sunt, nec debet quisquam tanquam propria sibi vindicare.

CAP. III.

RAtio nulla permittit, vt quod pro communi vtilitate datū esse cognoscitur, propriis cuiusquā vsibus applicetur.

NOn liceat.] CASVS. Dicit hic, quod Eps ant non faciat clericos, aut si fecerit, debet illis prouidere, vnde possint viuere. Nota, quod episcopus debet prouidere ordinatis ab ipso. *¶ Glo. seq. recitatur per q. an etiam in minoribus, &c.*

c *¶ Clericos.*] indistinctè dicit de omnibus, & ideo videtur quod omnibus teneantur in quibuscunque ordinibus. ē. de filiis pres. by. proposuit & 18. *dist. de his.* Appellatione enim clericorū omnes in minoribus ordinib. & maioribus constituti continentur. 11. q. 1. *c. de persona.* 21 *dist. a clericis.* & *clerici* nisi habeat de suo, vnde viuere possit. ē. *eod. Episcopus.* & *c. cum* Ecclesia tamen Romana non cōsueuit cogere Episcopos, nisi pro his qui sunt in sacris ordinibus. ē. *eo. cum secundum Apostolum.*

¶ Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

d *¶ Viuere.*] *Arg. contra.* 70. d. c. 1. & 2. illud corrigitur in odiū [e] Episcoporum ē. *eod. cum secundum Apostolum.*

R*Atio.*] CASVS. Dicitur hic, quod nulla ratio sinit, quòd aliquis propriis applicet vsibus, quod pro communi vtilitate est datum. Nota, quod nullus rem ecclesiæ ita sibi appropriare debet, vt ita suam reputet, & dicet quod possit eam alienare.

e *¶ Applicetur.*] appropriretur sc. vt tanquā propriū reputet, quod est ecclesiæ. & sic non obuiat, quod hic dicit, diuisioni ecclesiarum, sic exponitur 25. q. 1. *quæ ad perpetuam.* 12. q. 3. *mulit. §. ergo.*

E*Piscopus.*] Primò ponit dictum. Secundò eius exceptionem ibi. *Nisi, &c.* Abbas.

CASVS. Statuit Lateranens. concilium quod Episcopi nullū debeant ordinare sine certo titulo in diaconū, vel presbyterū. & idē intellige de subdiacono: quod si fecerint, tandiu ministrent illi necessaria, donec in aliqua Ecclesia sibi conueniēs beneficium assignēt, nisi de sua, vel paterna hæreditate subsidiū vitæ possit habere.

¶ Alex. iij. in concilio Lateranēs. †

¶ Qui ordinatur aliquem ad sacros ordines sine titulo, non habentem de suo vnde viuat, prouidere tenetur ei de suo, donec aliquem titulum fuerit consecutus.

CAP. IV.

EPiscopus, si aliquā sine certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in Diaconum, vel Presbyterum ordinauerit: tandiu ei necessaria [g] subministret, donec in aliqua Ecclesia ei conuenientia stipendia militiæ clericalis assignet: Nisi talis ordinatus de † sua, vel paterna hæreditate subsidium [h] vitæ possit habere.

¶ Idem in eodem †.

¶ Non debent Episcopi permittere quemplures Ecclesias obtinere.

CAP. V.

QVia in tantum quorundam processit audacia, vt non duas, vel tres, sed plures [i] Ecclesias perhibeantur habere, cùm nec duabus [k] possint ebitam prouisionem impendere: Per fratres, & coepiscopos nostros hoc † emendari præcipimus: & de multitudine [Præbendarum †] canonibus [l] inimica, quæ dissolutionis materiam, & euagationis inducit, certum que cōtinet periculum animarum [m], eorum qui Ecclesiis deseruire valeant, indigentiam volumus subleuari.

re. Nota, quod nullus debet ordinari sine certo titulo: & si ordinatus fuerit, debet ei ordinator prouidere. Item ad titulū sui patrimonij potest quis ordinari.

f *¶ Diaconum.*] Idē est de subdiacono. ē. *eod. cūm secundum.* & idem videtur de minoribus ordinibus. *supra eod. c. non liceat.*

g *¶ Necessaria.*] Congruentia facultatib. ecclesiæ, & dignitate ipsius clerici. *arg. ff. de alimen. lega. cum alimenta* & *ff. de in dot. quare* & *supra de vit. & hon. cle. quoniam.* & *ff. de usu. & fruct.* ... *quid.* ... & ē. *eod. de monial.*

h *¶ Subsidium.*] Innuitur hic, quod aliquis sine titulo ecclesiastico possit ordinari, ex quo habet de suo, vnde viuere possit. & verum ē. *eod. tuis.* & facit ad hoc 12. q. 1. *illi qui.* & 16. q. 1. *vlt.* & 1. q. 2. *clericos.* & c. *seq.* quia intelligit ordinari ad titulū sui patrimonij: & talis censetur in persona, & rebus gaudere priuilegio clericali. 12. q. 2. *ecclesiarum seruos.* & 16. q. 1. *sunt*. quia de foro ecclesiæ factus est, licēt non habeat ecclesiam.

Q*Via in tantum.*] Primo ponitur excessus. Secundo prouisio ibi, *Per fratres.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam ambitione ducti nolunt esse cōtenti vna, vel duab. Ecclesiis, aut etiā tribus, sed quotcunque possunt, acquirunt, cū etiā duabus seruire non possunt: præcipit Lateranen. concliū, quod ambitio illorum corrigatur & Eps in quorū iurisdictione clerici cōsistūt, & de beneficiis illorū quæ obtinēt cōtra canones, & periculum animarū inducūt, prouideatur pauperibus clericis, qui Ecclesiis valeat deseruire. No. quod nemo potest habere duas ecclesias sine periculo animæ, nisi dispensatiue per Papam. Item indigentibus, & deseruire volentib. debent ecclesiæ cōferri. *¶ Glo. seq. quæret, & soluit.*

i *¶ Plures.*] Quid iuris sit de hoc, plenè dicitur. ē. *de elec. dudum* 2. Sed quid si aliquis habeat plura beneficia per dispēsatione, nūquid vocabit ad capitulam vtriusq. Ecclesiæ pro negotiis, siue electionibus? Credo quod sic, si est in tali loco, vnde commode vocari possit, nisi consuetudo ecclesiæ approbata faceret in cōtrariū quia ex quo cum eo dispensat in ecclesiis, per consequēs in omnib. accessoriis dispensatur. & sic seruatur ē. *de elec. c. an Genesi.* & coram vno Episcopo conueniet tantum de his, quæ ad vnam pertinent ecclesiam: sicut conuenitur quis ratione possessionis, vbicunque res sit, rei vendicatione, Licet non habeat domicilium C. *Vbi in rem act. l. vlt.* & *supra de fo. compe. fin.* & *c. fi.* Et sic qui habet duas ecclesias in diuersis Episcopatibus, vtrobique intelligitur habere domicilium. *arg. supra de rescrip. dilecto filius* 2.

k *¶ Nec duabus.*] Sic ē. *eo. prox. c. quia nonnulli.* & 16. q. 1. *cap. presbyteri.*

l *¶ Canonibus.*] Quos habet 70. d. c. *sanctorum.* & 21. q. 1. c. 1. per totam quæstionem.

m *¶ Animarum.*] Nisi per dispensationem obtineant illas: vt ē. *de elect. dudum* 2.

† Cap. 5. & ca. 5. eo. tit. in 1. comp. & Vide conc. Trid. ... c. ... liceat.

† Alias ita: de sua paterna hereditate, &c. quod non probo.

† Cap. 14. & c. 6 eo. tit. in 1 cōp. & cō cordat concil. Tri. ... hac ... seß. ... de ref. ca. 2. & 3 & seß. 14. de refor. c. 17.

† *Vox, præbendarum, non est in antiquis, nec in compil.* d. *Cōcor. tex.* in l. 1. Cod. de Episc. & cler.

† Cap. 1. co. ... in 1. comp. ... † Cap. 2. c. ... in 1. comp. ... Et de ... † Cap. 2. ... Cap. 3. ... Alde, quod ... Trid. ... de ref. c. ... vide ... Lateran. ... *Vel dicas* ... e *Id est, in pœnam,* ...

C*Vm teneamur.*] Non recipit congruam diuisionem. Abb.

CASVS. Aliquis habens sufficiens beneficium, impetrauit litteras pro alio beneficio in alia Ecclesia obtinendo, nec fecit mentionem de beneficio, quod habebat: quæsitum fuit à Papa, vtrum teneretur ille, cui litteræ diriguntur, prouidere illi auctoritate illarum litterarum? Respondet Papa, si mandatum nostrum receperis super prouisione illius, qui habet aliud sufficiens beneficium, patienter sustinebimus, si nō feceris, quod mandamus, nisi de beneficio suo in litteris nostris fiat mentio, vel si non potes ei prouidere sine scandalo. Nota, quod oportet mādatū D. Papæ adimplere, nisi subficiatur nō adimplendi. Item si quis habens beneficiū cōpetēs, litteras impetrauerit ad aliud obtinendum nisi fecerit mentionem de alio beneficio, nō valēt. Itē propter scandalum multa sunt dimittenda, quæ alias fieri deberent.

a ¶*Aliud beneficium.*] Et ita si quis habeat aliud beneficiū pōt excipi contra eū. s. *de rescrip. cum adeo.* & *c. si proponente.* vbi de hac materia plenè tractat, nisi excipiēs similiter habeat plura beneficia. s. *de exceptio. cum Ecclesiastica.*

¶*Glo. seq. arg. à contrario & illud determinat.*

b ¶*Commodè sustentari.*] Ergo videtur, quod si non potest commodè sustentari, non oportet fieri mentionem quod satis videt æquū. Sed tutius est, quod de ipso faciat mētionē, quantumcunque sit modicū: quia videt dolose tacuisse, vt citius obtineret litteras, quia simpliciter se clericū appellauit. Si verò dixisset se nullū beneficiū assecutū, cū habuerit tenue, nō valent litteræ. s. de rescr. si proponēte aliquo. ADDITIO. Vide *c. si motu proprio eod. tit. [lib. 6]*

¶*Glos. seq. cum sequenti elicit duo argumenta.*

c ¶*Si non potest*] Intelligitur ad solū fieri posse, quod cōmodè vel iure fieri sine scandalo. *ff. de verb. sig. l. nepos. ff. de vsu & hab. l. non aliter* [a] *22. q. 2. faciat homo.* Et sic propter scandalū quandoque receditur à iure *arg. s. de cler. coniu. cum olim.*

d ¶*Aequanimiter*] Arg. quod mandatum satisfactionis nō est necesse adimpleri, vbi ratio non adimplendi potest reddi: *arg. s. de rescrip. si quando. arg. s. eo. tit. prox. c. ult.*

† Cap. 8. e. ti. in 1. cōp. & *post concil. Lat. p. 30. c. 2. Et vide l. imperator per Bar. ff. ad Trebel.*

† *In omnibus manuscriptis sic, aut si non potes ei sine graui scandalo prouidere, æquanimiter, sustinebimus, &c. in Vnu sustinebimus.*

† Cap. 9. e. ti. in 3. cōp. & *post conc. Later. sub Alex. iij. p. 50. c. 3.*

a *Sequitur modo* & *beneficium recipere potest, quod si est fi. qui beneficium cum ea, quæ G. habeat, habiturum sit. Ioan. And.*

¶Idem.

Ad mandatum Papæ non tenetur quis prouidere illi, qui beneficium in litteris tacuit, vel cui sine scandalo prouideri non potest. h. d. Et in vltimo est iste textus semper mente tenendus.

CAP. VI.

C*Vm* † teneamur: *& infrà.* ¶Si mandatum nostrum pro alicuius prouisione receperis, qui aliud beneficium [a] habeat, vnde quo valeat commodè sustentari [b]: nisi fortè in litteris ipsis de hoc mentio habeatur, † si non potest [c] ei sine scandalo prouideri, æquanimiter [d] sustinemus, si pro eo mandatum nostrum non duxeris exequendum.

¶Idem.

¶Habens plures Ecclesias, alteram eligere, & alteram dimittere compellitur.

CAP. VII.

R*Eferente* † I. presbytero accepimus, quòd cùm duas haberet Ecclesias, Archidiaconus tuus ipsum altera spoliauit, & cuidam Presbytero G. nomine assignauit [e] eandem: prædictus autem I. sentiēs se in hac parte grauari [f] ad Metropolitanum, videlicet Remen. Archiepiscopum appellauit [f]. Cúmque de mādato eiusdem Archiepiscopi, in prædicta Ecclesia restitutus fuisset, præfatus Archidiaconus eundem I. eo quòd ad præsentiam suam vocatus venire contempsit, vinculo excommunicationis astrinxit [g]. ¶Nos † autem ipsum à sententia, qua tenebatur, facientes absolui, tibi mandamus, quatenus præscripto I. de prædictis † Ecclesiis, vnam, quam voluerit [h], relicta, alteram præfato G. si Ecclesiam non habet †, non differas assignare: alioquin ipsam alteri personæ idoneæ beneficio Ecclesiastico carenti [i], incunctanter assignes.

¶Idem in concilio Turonen. †

¶Prebendæ, & Dignitates nō debent diuidi, nec etiam permutari.

CAP. VIII.

M*Aioribus* † Ecclesiæ beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis videtur, vt minorum Clericorum Præbēdæ patiantur sectionem. Idcirco vt sicut in magnis, ita quoque in minimis [k] membris suis firmatam Ecclesia habeat vniuersitatē †: diuisionem [l]

R*Eferente.*] In prima ponit impetrātis cōquestio. In secūda ipsius absolutio, & causæ cognitio ibi. *Nos autem.* Ab.

CASVS. Quidā presbyter in Archidiaconatu cuiusdā Archidiaconi habebat duas Ecclesias, Archidiacon⁹ spoliauit illū altera illarū, & assignauit illā cuidā alij presbytero G. nomine propter quod presbyter ille appellauit ad metropolitanum suum. s. Remensē Archiepm. & sic Archieps restituit illi Ecclesiā post hoc Archidiaconus vocauit illū presbyterum ad præsentiā suā: & quia ille nō venit, Archidiaconus excōicauit eundem: presbyter cōquestus est D. Papæ, vnde Papa fecit illum absolui à sententia, qua tenebatur. Mādat Epō diœcesano, vt ille presbyter vnā de prædictis ecclesiis eligat, quā voluerit, alteram assignet prædicto G. cui Archidiacon⁹ eā contulerat, si nō habet aliud beneficiū. alioquin concedat illā alij personæ idoneæ beneficiū non habenti. Nota quod hic appellatur ad metropolitanū omisso medio, quod est contra ius. Sed consuetudo est, vt ad aliquem metropolitanum appelletur omisso medio. Item nota, quod Archidiacon⁹ pōt excommunicare, quod patet per hoc, quod à tali sniā absoluit iste hic. Itē nota, quod olim secūdum hāc decretalē, qui habebat plures Ecclesias, eligere poterat quam volebat, altera relicta: sed hoc hodie non habet locū: quia recipiēdo secundam, vacat prima. Item nemo pōt habere duas Ecclesias vt hic patet. Item beneficiū non habenti est dandū.

e ¶*Assignauit.*] Quod hoc dicit, videt de iure cōi spectare ad Epm 16. q. 7. c. *nullus.* & j. *de off. Archi. cùm satis.* nisi hoc habeat Archidiaconus de cōsuetudine præscripta. *arg. j. de excess. prælat. c. 2.* & s. *de officio. Archidiac. c. vlt.*

ADDITIO.] De hac materia quære s. *de off. ordi. pastoralis.*

¶*Glo. seq. alleg. cōcordantiā. signat contrarium, & ibi remittit, opponit Lauren. quam reprobat.*

f ¶*Archiepiscopum appellauit.*] Et sic omittitur medius. sic j. *de nouo. ope. nun. significauit.* Ar. contra s. *de appell. dilecti filij Prior.* Dic, vt ibi Lau. dixit, quod ibi quia omisit mediū, nō tenuit appellatio: vnde postea tenuit sententia excōicationis lata ab Archidiacono in presbyterū. sed hoc nō est verū, quia appellatio illa finita erat, postquā fuit restitut⁹ sacerdos in pristinū statū: & de cōsuetudine appellatur ab Archidiacono ad Archiepm. sed Archidiacon⁹ post illā restitutionē iterū vocauit presbyterū ad se: & quia nō venit, ipsū excōicauit: & sic tenuit sententia nō obstante appellatione, quæ diu terminata erat, & finita.

g ¶*Astrinxit.*] Sic patet quod Archidiaconi possunt excōicare. j. *de eo qui furt. ord. recep. c. 1.*

¶*Glo. seq. obiicit, ponit opi. Alani, quam ipse reprobat.*

h ¶*Quā voluerit.*] Iste volebat vtrāque tenere, sed videtur quod vtraque debuit spoliari 7. q. 1. *si quis Eps.* quod cōcedebat Alanus, & dispēsatiuè reseruabat ei alterā: quod non credo, quia illud decretū specialiter loquit in Epo, & licet non debuerit iste recipere secundā, tamen nō debebat propterea pdere vtramque: secundùm illā epā, sed alterā tantum: vt j. *c. præterea.* hodie verò illud verū est, quod qui recipit secundam habētem curam animarum, cùm prius talē haberet, ipso iure vacat prima: & si vtrāque retinere contenderit, spolietur vtraque. *c. j. eo. de multa.* alias nihil adiiceret constitutio illa.

i ¶*Ecclesiastico carēti.*] Arg. quod qui habet vnū beneficiū, nō pōt obtinere secundū, vel litteras impetrare, nisi de primo faceret mentionem. s. *c. prox. & s. de rescrip. cùm adeo. & c. si proponente.* quia habenti dare, nihil aliud est, quàm perdere vt 1. q. 2. *pastor.* nisi per dispensationem. s. *de elect. dudum* [b]. & qui vnum beneficium habet, nō reputat idoneus ad aliud j. *eo. super.*

M*Aioribus.*] Prohibetur diuisio præbendarū, & permutatio dignitatum. In prima ponit causa prohibitionis. In secunda prohibitio ibi. *Idcirco.* Abb.

CASVS. Quidam prælati beneficia minorū clericorū diuidebant in plura beneficia, maiorib. beneficiis in sua integritate manētibus: concilium Turon. videns quod hoc erat iniquū, statuit quod Ecclesia seruet vnitatē sine aliqua sectione in minorib. beneficiis, sicut in maioribus, vt de cætero nulla fiat diuisio præbendarū, aut etiā dignitatum permutatio. Not. quod ad vnā præbendā plures eligi nō possunt: & si fiat, nō valet. Itē idē iuris est in minoribus, sicut in maiorib. Itē præbēda diuidi nō dēt. Itē permutatio dignitatū fieri nō dēt: quod verū est sine auctoritate superioris.

¶*Glo. seq. arguit ad duo.*

k ¶*In minimis.*] *Arg. quod idem iuris est in paruis, quod in magnis 14. q. 1. c. 1. s. de appel. c. de appellatione bene.* & ita magnis iudicabis, vt paruū. s. *de iudi. nouit.* Itē est arg. quod idem est iuris in parte, quod in toto *arg. 1. q. 1. si quis Episcopus* Bern.

l ¶*Diuisionē.*] Sine iusta causa j. *eo. cum causa.* Ex iusta causa pōt vna præbenda diuidi in duas, cum vacat, si facultates sufficiant. j. *eo. c. vacante. arg. j. eo. significatum & j. de Eccl. adi. ad audientiam* & sic erunt duo iura, sed duo ad vnam præbendam eligi nō possunt, vt vnus vnā medietatem habeat, & alter alteram, vel quod vnus expectet, quousque alia vacabit. immo talis electio est cassanda. *j. eo. tua fraternitatis. & c. dilecto.* Bern.

† *Abbas in c. Nos autem à sententia, qua detinebatur, eum facientes, &c.*

† *præscripto.*

† *habeat.*

† *Vide Antonium Augustinum in notis ante quæ collectiones, in antiquis conciliis 1. comp.*

† Cap. 10. eo. ti. in 1. cōp. & *post concil. Later. p. 30. c. 4. Et demum vide Io. Andream in c. audiuimus. j. de collu. & plene per Bellamerā tract. de permutatione beneficiorum.*

† *Vide L. cui pater. per Bart. ff. de sec. tabul.*

b *Hoc placet Host. qui dicit se scire, quod Archiepiscopus Remen. tolerabat consuetudine. Gratur allegat de app. Romana. li. 6. Ioan. And.*

a ¶Digni-

¶ *Dignitatū permutationē.*] Permutatio dignitatū, aut etiā præbēdarū, sine auctoritate superioris fieri nō pōt: qđ si fecerint, eisdē sunt spoliandi ĩ. *de re. permutatio.* cùm olim. nisi dispēsatū fuerit cum illis. ĩ. *eo. tit. c. cùm vniuersorum.* superior vero si viderit expedire, hoc facere potest: vt ĩ. *eo. tit. quæsitum* Ber.

RElatū.] Præmittit, & submittit causas mandati, ipsum mandatum inferendo. Abbas.

Casvs. Archieps Cantuarieñ. instituit in Ecclesia sua magistrum Iacobum in canonicū, & in fratrem, & promisit eidem conferre primam præbendam, quæ in ipsa ecclesia vacaret: & assignauit eidē aliquam portionem, quousque præbendam integram conferret eidem: sed cum postmodū in ecclesia ipsa præbēdæ vacassent, archieps non adimpleuit suam promissionē: vnde iste Iacob accessit ad Papā, & exposuit ei, qualiter archiepiscop⁹ se habuerat erga eum. Scribit Papa archiepiscopo dicens, quod postquā dictus Iacobus est institutus canonicus in ipsa ecclesia, & pmisit ei dare præbendam primo vacaturā, dignum est, vt integrā debeat habere præbendam. vnde mandat ipsi archiepō, quatenus si dictus Iacobus fuerit in Ecclesia canonicè institut⁹, & in choro, & capitulo, & aliis, quorū communis est vsus, habet sicut canonicus potestatem, ei præbendam, si qua vacat, vel quam primo vacare contigerit, assignet, secundùm quod ipse pmisit: quia incōueniens est, vt præbenda careat, qui in canonicū est receptus. Nota. quod aliquis potest recipi in canonicum, & vacaturam expectare præbēdam, ita tamē quod aliquid pcipiet, vt hic percipiebat. Item promissum adimplendum est. Item qui est canonicus receptus, non debet carere præbenda.

† Cap. n. e. ti. in 1. cōp. *Et more in hoc fit corre ctio hoc decretalis per c. 2. de cōcessio. præben. lib. 9. vide ibi Fer. per glossam. adde Decianum in ca. ex parte. 1. ĩ. de of de leg. & Felinum in cap. nonnulli. ĩ. de rescr.*

Præbendarum, aut Dignitatum permutationem [a] fieri prohibemus.

¶ Idem Cantuarieñ. Archiepiscopo.

¶ *Receptus in Canonicum ex promissione Capituli, debet, quando facultas se obtulerit, habere Præbendam. vide c. 2. de cōcessio. præben. in 6. cum glossa.*

CAP IX.

REIatum † est: *& infrà.* ¶ Quoniam igitur dignum est, vt postquam magister I. in Ecclesia tua Canonicus est institutus, & à te habuit in promissis [b] de conferenda sibi prima Præbenda, cùm in ecclesia ipsa vacaret, vt debeat præbendæ integritate gaudere: Mandamus, quatenus si eidem I. in Ecclesia tua est canonicè institutus, & in choro, & Capitulo, & in aliis, quorum vsus est communis, potestatem sicut Canonicus habet: ei Præbendam, si qua nunc vacat, vel cùm ibi primò vacauerit [c], secundùm promissionem tuam, concedas liberaliter [d], & assignes: quia non est congruū, vt Præbenda careat, qui in Canonicum noscitur esse receptus.

¶ Idem Canonic⁹ regularibus, & Monachis Eboraceñ. diœcesis †.

¶ *Religiosi red itus Ecclesiarū suarū diminuere nō pssunt, respectu* *portion is, quæ debetur Rectoribus, seu Vicarius, nec parochias diuidere.*

¶ *Vel, diœcesis, deest in quibusdā antiquis.*

b ¶ *Non extitit.*] Ideo tibi non nocet. *C. de probat. cum precibus.* sed nocet ipsis confitentibus. *C. de fide instru. l. 3.* vnde puniri possunt tanquam confessi. s. de confessis. cùm super. Ber.

¶ *Gl. se. coadiuuat tex. per tres rationes. Contra duas primas allegat iura contra tertiā vero demum obiicit, & soluit contrarium.*

c ¶ *Posse.* Quia frustra legis auxiliū inuocat, qui cōmittit in legē. j. *de vsur. quia frustra.* & mutua delicta pari compensatione tolluntur. j. *de adul. c. pe. & c. vl. & ff. de dona. l. si duo. ff. sol. mat. viro. s. de exce. cùm Ecclesiastica. arg. contra.* j. *de sim. veniens. & j. eo. ex tenore.* [a] vbi de hoc præterea turpitudinem suam allegabant. vnde non debuerunt audiri. j. *de dona. inter dilectos.* Et sic obstat alicui proprium factum, licèt sit iniustum. sic s. *de cle. coniug. diuersis fallaciis. & de fi. presby. veniens. 28. dist. diaconi. ff. de adop. post mortem. ff. de seru. ru. præd. per fundum. arg. contra 55. dist. pœnitens. 35. q. 9. quod quis.* s. *de præb. cum non ignores.* Sed nonne in pari causa turpitudinis potior est conditio excipientis. *ff. de condi. ob turp. cau. vbi autem.* s. *de præb. relatum. & c. dilecti.* Item contra. s. *eo. ex tenore.* Sol. hic clericus ille iam erat receptus in canonicum, & ideo potior fuit eius conditio: [b] secus si promissionem solum habuisset: vel receptus fuisset ad proximam vacaturam: quæ non tenet. j. *eo. ex tenore.* & s. eo. c. 2. & 3. & quia probatum non fuit, quòd contra concilium receptus fuisset, hoc potiùs soluit contrarium.

¶ *Gloss. seq. obiicit & soluit.*

d ¶ *Carere Præbenda.*] Nota, φ qui receptus est in canonicū, diu prębēda carere nō debet. sic s. *de præb. & dign. relatū. & c. dilectus.* sed illa, dilectus, cōtradicere videtur, ibi enim mandat Papa, quòd distributiones quotidianæ cōferātur, & hic expectet, quousque vacauerit beneficium: quare non mandat hic dari distributiones? Respondeo, hic fuit receptus simpliciter in fratrem, & socium nulla mentione habita de aliqua vacatura. & sic debet expectare vacaturam, vt hic dicitur. & in c. dilectus: fuit receptus in fratrē, ita quod nihil perciperet nisi loco proximè vacaturæ, quod non licuit, & ideo fuit illud cassatum. vnde Papa noluit, quòd illi darentur distributiones propter vitium expressum, quod credo fuisse factum ex gratia. hic noluit facere hanc gratiam, antequam iste C. fuit receptus in fratrem vacauit præbenda, & alius eam habuit, vt habetur in integra. Bernardus.

L*itteras.*] Primo ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, *Cum igitur.* Prima subdiuiditur. Nam primò ponit formam mandati pro actore directi. Secundò allegationem actoris ibi, *De facto.* Tertiò defensionē rei ibi, *Sed præpositus.* Quartò elicit dubia ex prædictis ibi, *Vnde.* Abb.

C a s v s. Significatum fuit dño Papæ: quod in Ecclesia S. Vuiscardi Bremensis quadā præbenda vacauerat tanto tēpore, quòd ipsius donatio secundum concilium, Laterañ. ad ipsum fuerat deuoluta: vnde Papa mandauit quibusdam, quatenus D. clericum inuestirent de ipsa: coram istis executoribus ex parte illius D. fuit propositum, quòd H. præpositus quōdā simplex canonicus illius Ecclesiæ fuit electus in canonicū maioris Ecclesię, & postmodum anno elapso electus fuit in præpositum sancti Vuiscardi: nihilominus retinens priorem præbendam, quam in ipsa Ecclesia tunc habebat: vnde petebat illam præbendam sibi conferri, quæ de iure vacabat: sed præpositus allegauit è contra, quod erat de consuetudine generali, quod vnus in eadem Ecclesia plures præbendas haberet: & quando Archiepiscopus Bremen. ipsum de præpositura inuestiuit, tam præposituram, quàm præbendam illam de consensu capituli, ei confirmauit, dubitabant isti executores, cum aliquis de vna præbenda eligitur ad aliam, vtrum statim prima vacare intelligatur, an per sententiam debeat abiudicari eidem: & an propter confirmationem prædictam, præbenda illa debeat dici non vacare: super hoc consuluerunt dominum Papam: & ipse respondet, quod si est ita, præbenda illa, etsi de iure vacet, de facto tamen non vacat: vnde mandat, quatenus dictum præpositum compellant, vt illam resignet: & cùm de facto vacauerit, illam prædicto clerico assignare procurent. Nota, quòd prębenda dicitur vacare de iure, & non de facto: & sic de ipso facto facienda est mentio in litteris domini Papæ super illo beneficio obtentis.

† *Vobis legitur in Antiquis. & ita & habet in antiqua comp.*
c *Magistro meo dicebas, quod hic nō erāt quotidianæ distributiones. Abbas.*
Vide quod post hu. dicit de consti. cū M. super gl. hic posit. Ioan. In. monbene antiquos ita: de ipsa in maioris Ecclesia canonicū est electus.
† *In codex Barbatia ita: priorem etiam præbendam nihilominus detinens.*
† *De sui communi.*
docet in re contrarium, quam habla haberes sic plurimum.
† *alias nec ro. legitur in antiqu. manuscriptis & ponitur pro conferri, quod & fieri indicas: vnde colliges per peram in aliquot vulgatis legi, adiudicari in aliis, abdicari, quod est formæ.*

e ¶ *Propositum.*] Ab ipso D. clerico.

f ¶ *Electus.*] Nihilominus retinuit præbendam: & canoniam minoris Ecclesiæ, prout sequitur.

g ¶ *Ex cōsuetudine.*] Hæc cōsuetudo potiùs fuit cēsēda corruptela. s. *de cōsue. ad nostrā.* & duobus c. seq. quia quot præbēdæ, vel personatus sūt in Ecclesia, tot canonici debēt cōstitui. ar. s. *eo. nulla.* & s. *de instit. in Ecclesia. & 89. dist. singula. & s. de præb. de multa.*

h ¶ *Confirmauit.*] Quod facere non potuit s. de elect. dudum. ¶ *Gl. se. tex. per quæst. an episcopus possit eidē cōfirmare plura beneficia in vna, vel diuersis Ecclesiis. dic quod nō, subdit illud verū in prohibitis per decr. de multa. vel in beneficiis eccl. ail, a iure, & remittit. Dominum tenet etiam in vna dispensari posse ex causa.*

a ¶ *Vacare.*

presſa, Præbenda illa dici debeat non vacare: nos consulere voluistis. ¶ Cùm igitur, si ita est, Præbenda illa, etsi non de facto, de iure tamen vacare noscatur[a]: Mādamus, quatenus dictum Præpositum, vt illam sine difficultate resignet, appellatione remota cogatis: quam, cùm de facto vacauerit, Clerico memorato conferre curetis.

¶ Idem Episcopo, & Archipresbytero Papieñ.

¶ In Ecclesiis non numeratis, vacatio præbendarum, seu Canonicatuũ possibilis non est: nec fit ibi deuolutio ad superiorem ex negligentia semestri in non prouidendo Ecclesia de ministris. Hoc dicit: & est casus notabilis.

CAP. X.

EX † parte Astensis Ecclesiæ nostris est auribus intimatum, quod cùm quædam Præbendæ in ipsa per quatuor annos, & ampliùs vacauissent, Astēsis Episcopus quosdam ibidem instituit †: credens sibi hoc ex Lateraneñ. concilio licere. Instituti autem scientes non esse firmam institutionem huiusmodi, ad Mediolaneñ. Archiepiscopum recurrerunt; qui eosdem in Canonicos Astensis Ecclesiæ ordinauit, & in corporalem possessionem Præbendarum induxit, Capitulo eiusdem Ecclesiæ præbente assensum †, tribus tantùm exceptis, qui se institutioni huiusmodi opponere[b] curauerunt: *& infrà*. Tandem vtraque pars[c] concorditer est confessa, quòd in prædicta Ecclesia non erant distinctæ[d] Prabendæ, nec Canonicorum numerus erat certus. ¶ Nos igitur intelleximus euidenter, statutum Lateraneñ. † concilij de beneficiis vltra sex menses vacantibus, locum in hoc articulo nullatenus habuisse: & fortè Asteñ. Ecclesia Canonicorum pateretur defectum: vnde institutio per Archiepiscopum, vel Episcopum facta, occasione concilij memorati, carere debet robore firmitatis. ¶ Quia verò totum Capitulum[e], tribus exceptis, prædictorum receptionem affectat, nec ab illis tribus aliquid rationabile contra ipsos obiectum est, & ostensum: Mandamus, quatenus si Asteñ. Ecclesiæ suppetant[f] facultates, secundùm consuetudinem[g] hactenus obseruatam, prædictos clericos pro Canonicis faciatis haberi.

¶ Idem Ep̄o, & Capitulo Landuneñ. †

¶ Habens potestatem conferendi potest de iure alteri tradere potestatem conferendi primum beneficium, quod vacabit.

CAP. XI.

COnstitutus † in præsentia nostra H. Ecclesiæ vestræ Canonicus humiliter intima-

a ¶ *Vacare noscatur.*] Per hoc videtur quod Episcopus nō potest alicui conferre plura beneficia. s. *de præbendis de multa.* quia nō potest dispensare, quòd aliquis habeat plures Ecclesias, vel præbendas intitulatas. 70. *dist. sanctorum.* item eo ipso quòd transiuit ad secundā ecclesiam, vacauit prima. 21. *q.* 2. *si quis iam trāslatus.* & s. *de elect. cùm in cunctis. & s. de præb. de multa* & est si. *ff. de re iu. l.* 4. §. *si quis ex cōuentione. ff. de diuor. l. vlt. in fin.* Et hæc, quæ dicta sunt, locum habent, qn̄ recipit secundam Ecclesiam tanquam intitulatam cum cura animarum: secus si recipiat simplex beneficium, quia per constitutionem illam, supra de præbendis, de multa. non vr̄ Episcopis adempta dispensandi facultas, circa beneficia simplicia, vel circa beneficium, & ecclesiam, sed in personatib. & beneficiis curam animarum habentibus. Sed vt in eadem ecclesia habeat quis plura beneficia, episcopus dispensare non potest, vt hic colligitur, cū dicatur, q̄ tali præbēda de iure vacet, non obstante confirmatione Archiepiscopi prædicti: præterea simile habes s. *eo. cum nostris. ff. ad municipa. l. municeps.* 2. *& C. de pac. dotalibus. si mulier.* 26. *di. acutius. in fi. Arg. contra. ff. de actionibus, & obligat. quotiens.* [a] *& C. de rei vxo. actio. l. vnica* § *sciēdum.* Ioan. de hac dispensatione dixi s. *de præben. de multa.* sed meliùs s. *de electio. dudum.* 2. *in glo. nota ergo. in glo.* Vel dic, quòd ideo confirmatio non valuit, quia per talem confirmationem non intendebat dispensare cum illo, quia semper est necessarium, vt dispensatio exprimatur. j. *de schismaticis. c.* 1. & ita confirmatio non valuit, cùm iam vacaret de iure, licèt non de facto, nec Archiepiscopus intendebat dispensare cum ipso: & si causa fuisset, poterat dispensare cum ipso, vt s. *eod. cum nostris.* Bern.

EX *parte.*] Concilium Lateranense locum non habet, vbi nō sunt distinctæ præbendæ, nec certus canonicorum numerus. hoc dicit. Prima pars ponit facti narrationem. Secunda partium confessionem ibi, *Tandem.* Tertia sententiam ibi, *Nos igitur.* Quarta gratiam ibi, *Quia verò.* Abbas Siculus.

CASVS. In Ecclesia Asteñ. quædam præbendæ per quatuor annos, & ampliùs vacauerant: Episcopus Asten. quosdam instituit in eis, credens sibi hoc licere auctoritate concilij Laterañ. instituti, sentientes institutionem illam firmam non esse, ad Mediolañ. Archiepiscopū accesserunt, qui eos ordinauit, & in corporalem possessionē præbendarum ipsarum de consensu capituli induxit, exceptis tribus, qui se opponere curauerunt: propter quod vtraq; pars ad sedem Apostolicam accessit: & dum causa tractabatur ibidem, vtraque pars confessa fuit, quod præbendæ non erāt ibi distinctæ, nec certus canonicorum numerus constitutus: vnde Papa euidenter cōsiderans, q̄ Laterañ. conciliū in hoc casu locum nō habebat, quamuis Ecclesia canonicorum pateretur defectum, & institutio per episcopū, vel archiepiscopū facta occasione Lateraneñ. concilij non valebat: veruntamē quia totum capitulū tribus tantùm exceptis, prædictorum receptionem affectat, nec ab illis tribus aliquid rationabile obiectum est, & ostensum, mandat Papa, quòd si facultates Ecclesiæ suppetunt, secūdū consuetudinē hactenus obseruatam, prædicti clerici pro canonicis habeantur. Not. quòd vbi certus numerus canonicorum statutus non est, nō habet locū cano. Laterañ. concilij, nec dr̄ ibi propriè vacare præbenda. Item minor pars, etiam vnus potest se opponere maiori, dummodo iustā causam ostēdat. Itē secundū facultates Ecclesiæ canonici sunt instituendi secundùm consuetudinem obseruatam. ¶ *Glo. seq. in prin. & fi. arg. collegium, vel ecclesiam per vnum posse defendi: dummodo, &c. arg. idem in agendo etiam sine cautione, sed tenet contrarium.*

b ¶ *Opponere.*] Videtur ergo quod duo, vel tres de collegio defendere possunt ipsū collegium inuitis aliis, sicut & agere. 12. *q.* 2. *c. non liceat. ver. liceat. ff. de li. cau. l.* 2. *&* 3. sed tamen isti reportauerunt contrariam sententiam[b], quia nihil rationabile ostenderunt, quare possent cæteris obuiare. & est arg. quod si vnus canonicus velit agere pro Ecclesia, quod non sit necesse ostendere literas de rato. sed hoc non est verum. s. *de mu. de causam. & s. de offi. dele. coram.* & est hic notandum, quod vnus, vel duo possunt se opponere pro defensione Ecclesiæ si rationabilem causam ostendant. j. *de iis quæ fi. à maio. par. cap. cùm in cunctis.* & hoc.

¶ *Glo. seq. no. de suppletione. & remittit.*

c ¶ *Vtraque pars.*] No. quod d. minus Pa. supplet hic de facto, de hoc dictum est s. *de elect. cum nobis. & s. de postu. prælato. bona* 2.

d ¶ *Distincta.*] Et ita vbi præbendæ distinctæ non sunt, nec certus canonicorum numerus definitus, nō dicitur vacare præbenda: nec locum habet illa constitutio. s. *eod. nulla.* vt hîc patet: sic etiam dicit d. cōmuniter viuētibus, quod non debent facere portiones inter se *ar.* 12. *q.* 1. *quia tua*: ibi ergo non dicitur vacare præbēda, sed vbi certū quid datur quotidie cuilibet personæ per se viuēti, & vbi est certus numerus clericorum constitutus. Lau.

¶ *Glos. seq. arg. ad idem, & signat contrarium.*

e ¶ *Totum capitulū.*] Arg. q̄ si aliqua ratio allegatur, & alia ratio mouet iudicē, quæ non allegatur, iudex ex officio suo potest eam supplere, & secundum illam procedere. s. *de elect. cum nobis. ff. de pecul. quæsitum.* §. *pen. & ff. depositi. l.* 1. § *si apud. & ff. de pets. hære. l. vl.* Sed arg. contra s. de iudi. c. examinata c.

f ¶ *Suppetant.*] Hoc semper considerandum est. s. *de insti. c.* 1. *& c. auctor. C. de sacrosan. Eccle. l. in Ecclesiis & s. de vi. & hone. cle. c. quoniam vt ait.* Et ita obtinet hic pars ista: non ex illa causa quam allegauit per se, s. institutionem Episcopi, & Archiepiscopi, sed quia Papa inuenit eos institutos per episcopum de consensu capituli: & si certus numerus esset constitutus, adhuc non valebat institutio archiepiscopi, vel episcopi, cum potestas conferendi præbendas illis translata fuisset ad Papam, cum iam per quatuor annos vacauissent. s. *eo. nulla.*

¶ *Glo. seq. not. secundùm consuetudinem, &c.*

g ¶ *Consuetudinē.*] Not. quòd cū dominus Papa scribit pro aliquo eligendo, semper facienda est interpretatio secundum cōsuetudinem Ecclesiæ illius. s. *de consue. cum olim.*[d] nec enim minuendi sunt reditus consueti. j. *de censi. prohibemus.* & quilibet eum gradum, & honorem retineat, quem ex consuetudine pristinæ conditionis meruit. *C. de offi. præfe. vrb. l. vlt.* Et ita licèt non sit numerus constitutus, tamen tot sunt ibi constituendi, quot consueuerunt ibi esse. dum tamen sufficiant facultates: aliàs si non sufficerent, deberet reduci numerus ille ad eum numerum, quod possunt congruè sustentari, in *Auth. vt determ. sit nu. cle. in vlt. col.* 1. *§. inuestigantes* Ber.

COnstitutus.] Diuiditur, quia in prima ponitur gratiæ petitio. In secunda exauditio ipsius ibi, *Quo circa.* In tertia fu-

†Cap. 7. eo. tit. in 3. cōp.

† assensu it.

a *Non est sic verus suo iniicum habere duas actiones ex eadem re, sicut haberē duas prabendas in eadē ecclesia, quæ non sic effectiuè concedūt in vnum sicut actiones, & in §. sciendum, quis sequitur: maritus habet dotem, & legatum: quia maritus hoc vobis, quia in his nulla est absurditas: sed in casu decr. secus. Ioann. And.*

† *cōsensum.*

b *Immò habuerunt pro se sententiā, licet Papa illis receptis postea fecerit gratiā. Ioann. And.*

† *Lateranē. concily sub Ale. vigil. 3.*

† *Laudeñ. Laupeñ.*

† Cap. 8. eo. tit. in 3. cōp.

c *Dic vt ibi, & suprà de postu. c. 3. in 1. gloss. adde hoc. Ioā. An.*

d *Adde concor. in l. fin. cum not. ff. de re. di. Bal. in præl. feu. in c. de fe. cog. Io. And.*

e *Per episcopum, supra de vita: & h. ne. cleri. quoniam. Vbi de hoc Ioann. And.*

turæ fraudis prouiſio ibi, *Quia verò*. Abbas.

C a s v s. Epiſcopus Laudun. cõtulit H. canonico ſuo poteſtatem cõferendi præbendã ſacerdotalẽ, quæ primò in ipſa Eccleſia vacaret, & Archiepiſcopus Remeñ. Apoſtolicæ ſedis legatus præcepit capitulo Laudun. vt cũ præbẽda vacaret, perſonam illã reciperent ad eã, cui dictus H. illam duceret conferẽdam. Iſte H. adhuc dubitans de iure ſuo, acceſſit ad dominam Papam, vt quod ſuper collatione dictæ præbendæ factum fuerat, ratum haberet: mandat Papa Epiſcopo, & capitulo, quatenus perſonã illã cui dictus H. præbẽdã illã, cũ vacare cõtigerit, duxerit cõferẽdã, ſine contradictione recipiãt, & Eps interim præbendam illam contra formam conceſſionis ſuæ alicui non cõferat. In fine dicit Papa, ſi conceſſiones huiuſmodi ad conſequentiam traherentur, fieri poſſent in fraudem Lateran. cõcilij, per quod beneficia, antequam vacent, conferri prohibentur, vnde præcipit Papa, quod occaſione huius mandati, quod continet gratiam ſpecialem, fraudem adhibere volentibus licentia nullatenus tribuatur. Not. quod Epiſcopus ex cauſa poteſt delegare præbendarum collationes, quia hoc eſt iuriſdictionis. Item conceſſiones, vel donationes factæ in fraudem iuris, non valent. Item priuilegium perſonale ad ius commune trahi non debet.

† *Aliàs ita: quæ primò eſſet in veſtra Eccleſia vacatura.*

† *capitulũ.*

† *illam.*

† *In concilio Lateran. ſub Alex. iij. c. 8. & c. 2. ĩ. eo. adde concilium Trid. ſeſſio. 24. de refor. c. 16.*

† *tribuatur.*

... uit, quòd tu, frater Epiſcope, poteſtatem ei dediſti ſacerdotalem conferendi Præbendam, quæ † primò in Eccleſia veſtra eſſet vacatura: & Remeñ. Archiepiſcopus tunc Apoſtolicæ ſedis Legatus vobis, filij, Capituli † auctoritate noſtra præcepit, vt cũ Præbenda ipſa vacaret, perſonam illam, cui vellet idem H. eam conferre, ſine interpoſitione alterius perſonæ reciperetis ad ipſam: *& infrà.* ¶ Quocirca mandamus, quatenus perſonã illam, cui memoratus H. ſacerdotalem Præbendam, cum contigerit eam † vacare, duxerit canonicè[a] conferendam, ſine contradictione qualibet admittatis: & tu interim, frater Epiſcope, Præbendam huiuſmodi contra formam conceſſionis[b] tuæ, conferre alicui non præſumas: *& infrà.* ¶ Quia verò conceſſiones tales (ſi ad conſequentiam traherentur) fieri poſſent in fraudem[c] canonicæ † ſanctionis, per quam prohibentur Eccleſiaſtica bñficia cõcedi, ſiue promitti, antequam vacent, nolumus, quòd huiuſmodi occaſione mandati, quod gratiam cõtinet perſonalem, fraudem adhibere volentibus, licentia concedatur †.

¶ Idem.

¶ *Lateranen. conciliũ de beneficiis vltra ſex menſes vacantibus, ad Epiſcopatus non extenditur.*

CAP. XII.

Dilectus † filius magiſter G. Canonicus veſter nobis ſuggeſſit, quòd Epiſcopo veſtro viam vniuerſæ carnis ingreſſo, Archiepiſcopus ſanctæ Seuerinæ aſſerens, quòd propter negligentiam veſtram ad ipſum erat eligendi auctoritas deuoluta, in Epiſcopum veſtrum elegit eũdẽ. ¶ Nos igitur attendentes, quòd canon, Lateranẽ. concilij ab Alexandro † Papa contra negligentes editus, ad † Archiepiſcopatum, vel Epiſcopatum non ſolet extendi[d], ſed ad perſonatus alios, & minora Eccleſiaſtica beneficia coarctari, electionem huiuſmodi iuſtitia caſſauimus exigente.

¶ Idem Priori † Hoſtieñ. & Superiori ſancti Fridã.

¶ *Non valet promiſſio beneficij vacaturi.*

CAP. XIII.

Ex † tenore literarum veſtrarum accepimus, quòd cùm cauſa, quæ inter I. Clericum ex vna parte, & Abbatem, & Cõuentum de Bello ex altera, ſuper prouiſione ipſius vertebatur: *& infra.* ¶ Dictus Clericus poſt litem conteſtatam, chartam quandam[e] Monachorum

¶ *Gloſ. ſeq. ſoluit tres quæſtiones ſolutas iure nouo, vlt. adhuc quærit, & ſoluit.*

a ¶ *Canonicè.*] Hoc n. intelligebatur in illa conceſſione, vt perſonæ idoneæ, & modo canonico illam conferret. ĩ. de elec. cauſam quæ. *arg. ĩ. vt Eccle. bene. vt noſtrum. ff. de ſerui. ſi cui. ff. de minor. quanquam.* Sed quid ſi ille conferat indigno, nũquid iterum poſſet dare? Certe non. ĩ. *de elec. cum in cunctis.* Idem credo, ſi electus ille non vult conſentire, quia ius redit ad priſtinum ſtatum. ĩ. *de elect. cauſam vintonien.* Sed nunquid Epiſcopus, & capitulum eam dare poſſunt? Ita: quia dolus procuratoris non obeſt domino *ff. de dolo. & eleganter. § pen. ſuprà de reſti. in inte. c. 2. & ſuprà vt lit. non con. c. 1.* vbi de hoc. Vin. Sed pone, quòd Eps ante collationem ipſius H. conferat eam, nunquid valet collatio ſic, ſed clauſula illa: ſi contra fecerit, decernimus irritum, & inane, ſi adiecta fuiſſet, tunc non poſſet conferre. ſupra de præben. inter cætera, aliàs ſi Epiſcopus conferret, credo, quod collatio teneret. ſuprà de præben. dilectus filius G. Bernar.

a *Vide c. ſi cõpromiſſarius. de elect. lib. 6. vbi de hoc omnibus.*

¶ *Gloſ ſeq. primò allegat vnam concor. rationem reddit, dubium ſoluit, & arg. ſecundò quærit ſol. & contra ſolutionem alleg.*

b ¶ *Contra formam conceſſionis.*] Sic ĩ. *de præb. relatum.* Non enim reuocatur perfecta donatio. 12. q. 2. *non enim. & C. de vſur. pro donato. l. vlt. & C. de condi. ob cauſam da. cum ancillam.* niſi ob culpã donatarij. 16. *q. 7. inuentum. 56. diſt. ſatis peruerſum, & ĩ. de do. c. vlt. C. de reuo. dona. l. vlt. & Inſti. de dona. §. ſi ſciendum.* Sed ſi ante iſtud mãdatũ illã cõtuliſſet Eps, & capitulũ, & qua præbenda vacaſſet, valeret collatio: quia talis donatio, vel cõceſſio nõ tenuit, vt hic patet: & ſi. ĩ. *eo. relatum. & ĩ. eo. c. vlt.* Item hic habes quod conceſſio, quæ nulla eſt, efficitur valida per conceſſum Papæ. ſimile 3. *q. 6. hoc quippe.* Sed nũquid Epiſcopus poteſt iſtud ius delegare alij, cũ illud ſibi cõpetat? *Arg. quod ſic. ĩ. de elec. ſuffraganeis. de conſe. diſt. 1. miſſarum. & c. nullus. 2.* maximè cũ inſtituere ſit iuriſdictionis, nõ Epiſcopalis officij ĩ. *de elec. noſtro. & c. trãſmiſſã.* Rñ ideo, in genere[b] põt Eps ex cauſa delegare eã inſtitutionẽ, quã adminiſtrationem rerũ ſuarũ. 16. q. 1. *ſtatuimus. & ſuprà de inſti. ex frequentibus.* ſed non in ſpecie per hanc decre. & ĩ. eo. c. vlt. quia illud poſſet fieri in fraudem conſtitutionis. & ĩ. *eo. nulla.* veruntñ ius inſtituendi in aliqua Eccleſia donare poſſet. ĩ. *de donation. paſtoralis. arg. contra ĩ. de iure patrona. cum dilectus.* vbi legatus reſeruat ſibi donationem primæ vacaturæ. Ioan.

b *De hoc articulo præter tradita hoc loco à Panormitano, & alios adde Oldradum conſil. 77.*

c ¶ *In fraudem.*] Not. hic arg. quod ſi aliquid prohibetur vna via, nõ cõceditur alia via, quia fraus fit legi. ſic ĩ. *de procuratoribus tua fraternitati.* vbi de hoc & optime habes hoc *ff. de tutoribus. & cura toribus. ſi rem. §. 1. & ff. de condi. inſtit. qua ſub conditione. §. ſi quis. & ff. de bo. liber. quæritur. & C. ſi mancipium ita venierit. nec proſti. l. vlt. ff. ad Mace. l. 3. § is autem. in fi. & ff. de ſpon. l. oratio. & ĩ. de priuil. quanto.* vbi de hoc.

Dilectus.] Cõis diuiſio. Primò petitio. Secundò repulſio ibi: *Nos.* Abbas.

C a s v s, Magiſter G. canonicus cuiuſdã Eccleſiæ cathedralis acceſſit ad Papã exponẽs eidẽ, quod Epiſcopo ſuo viã vniuerſæ carnis ingreſſo, archiepiſcopus ſanctæ Seuerinæ credens, quod per negligentiã canonicorum, qui non elegerunt infra ſex mẽſes, ad ipſum eſſet eligendi auctoritas deuoluta, dictũ G. elegit in epiſcopum. Papa videns, quòd canon Lateran. concilij contra negligentes editus ad epiſcopatus, vel archiepiſcopatus non ſolet extendi, ſed ad perſonatus alios, & ad minora beneficia, electionem huiuſmodi, exigente iuſtitia, caſſauit. Per hanc decre. declaratur illa decretalis, *nulla.* de quibus beneficiis intelligatur, nec corrigitur iſta per illã conſtitutionem, *ne pro defectu.* No. quod canon Lateraũ. concilij contra negligentes editus, ad epiſcopatus, vel archiepiſcopatus non extẽditur, ſed ad perſonatus alios, & minora beneficia.

¶ *Gloſ. ſeq. ponit quomodo Lateranen. concilium in deuolutione concordat concilio generali: ſed diſcordat in tempore.*

d ¶ *Extendi.*] Hodie verò ſi cathedralis Eccleſia, vel regularis per tres menſes vacauerit, eligendi poteſtas deuoluitur ad proximũ ſuperiorem. ĩ. *de elec. ne pro defectu.* & ita hodie valeret talis electio facta poſt tres menſes. conſtitutio illa. ĩ. *eo. nulla* loquitur de minoribus dignitatibus, & beneficiis. vnde non extenditur ad epiſcopatus, vel Archiepiſcopatus, ſed poterat conferre eos auctoritate illius canonis 50. *diſt. poſtquam. & 93. di. obeuntibus.* vnde non valuit hic electio facta auctoritate iſtius: illa, *ne pro defectu*, locum habet tantùm in epiſcopatibus, archiepiſcopatibus & Abbatiis. Ber.

† *Cap. 9. eo. ti. in 3. ebp. & de maiorita. vide Rom. conſ. 358. & Gomeſium in c. nuſi tiæ. de elec. lib. 6. adde Felinum ſupra, in Rubrica de maio. & obedient.*

† *Alex. 3. in concil. Lateran. c. 8.*

† *In codice Barbatiana: ad Archiepiſcopatum, vel Epiſcopatum, &c.*

† *Priori Hoſtien. & ſub priori ſancti Frida. Aliàs verò: Priori de Olen. & ſubpriori ſanctæ Fridemunda.*

† *Cap. 11. e. ti. in 3. cõ.*

c *Conſule antiquam decretalem inſtitut. interatam, vide facilius percipies facti ſpeciẽ.*

Ex tenore.] Cõis diuiſio. Secunda pars ibi, *Nos igitur.* Abbas.

C a s v s. Inter clericum ex parte vna, & Abbatem, & conuentum de Bello ex altera, vertebatur quæſtio ſuper prouiſione ipſius I. impetrauit cauſam committi ſuper hoc quibuſdam iudicibus, coram quibus petebat dictum abbatem, & monachos compelli ad prouiſionem ipſius, ſecundum quod ſibi promiſerant: lite conteſtata dictus I. exhibuit quandam chartam, continentem, quòd monach. promiſerant ei dare primam Eccleſiam, ad donationem ſuam pertinentem: Monachi dicebant ſe ad hoc non teneri, cum talis promiſſio fuerit contra Lateraũ. concilium. dubitauerunt iudices, quid iuris eſſet? Papa conſultus reſpondet, quòd promiſſio prædicta non tenet facta contra concilium Lateraũ. vnde mandat, quòd prædicto clerico ſuper hoc ſilentium imponatur. No. quod hic auditur allegans turpitudinem ſuam, & contra factum ſuum excipiendo. Item promiſſio contra concilium Lateraneñ. non tenet, nec obligationem inducit.

e ¶ *Chartam quandã.*] Sibi imputet, qui chartam huiuſmodi cõtra ſe

tra se exhibuit, quia potuit præuidere, an ei prodesset, vel obesset. sic ſ. de fide instr. imputari. & ſ. de prascri. c. pen. quasi ad finẽ.
¶ Glo. seq. recitatur obiectiõ, quod turpitudinem suam allegans, &c. soluit, ponit quatuor casus, in quibus auditur, signat etiã cõtrarium, remittit, & soluit.

exhibuit, continentem quòd primam Ecclesiam ad donationem suam spectantem assignarant eidem: & infrà. ¶ Nos igitur attendentes, quòd promissio prædicta non tenet, vt pote contra statuta [a] Lateraneñ. † concilij attentata: Mandamus, quatenus memorato Clerico super hoc silentium imponentes, ab impetitione ipsius dictos Abbatem, & Monachos absoluatis.

¶ Idem.

¶ *Obligatur Prælatus, qui promittit prouidere, cùm poterit.*

CAP. XIV.

ACcedens † ad Apostolicam sedem R. Clericus, sua nobis insinuatione monstrauit, quòd cum promiseritis vos prouisuros eidem in Ecclesiastico beneficio, cùm possetis: sicut per litteras Iudicum delegatorum inde confectas liquidò apparebat: & infrà. ¶ Nos autem considerantes, quòd aliud est Prælatum promittere beneficij collationem, cùm poterit; aliud, cùm vacabit: cùm in multis casibus [b] se facultas offerre posset, in quibus collatio non esset, in expectatione vacaturi beneficij differenda: Mandamus, quatenus memorato R. (cùm poteritis) Ecclesiasticum beneficium assignetis.

a ¶ *Statuta.*] ſ. eo. nulla. & c. relatum. Hic auditi fuerunt monachi isti turpitudinem suam allegantes, in odium illius recipientis turpem promissionem. 28. dist. diaconi. sic auditur quis, vbi vertitur periculum animæ. ſ. de re iud. later. & contrà gunt, imo generaliter in excipiendo bene potest quis allegare turpitudinem suam. ff. de condi. ob turpẽ causam. per totum. & etiã in agendo, cùm eam allegat contra eum, qui eam exegit. C. de iureiu. l. 1. & 2. Arg. contra. ſ. eo. cum super quæstione. sed ibi loquitur. plus fuit ibi processum, quia receptus fuit in canonicum: hic sola promissio interuenit, quia ibi non fuit probatum, quod contra concilium sic receptus fuisset, alioquin bene fuisset repulsus Ber.

a Adde quo lucre, & quando audiatur allegans turpitudinẽ suã in Lanfrãdũ quod ex commentione. §. si. ff. de iure iu. & ibi Doc. Ioan. And.

† sub Alex. 3. c. 8. & nunc contra concilium Trid. sess. 24. de refor. c. 9.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cõpil. Num autem hac decretalis sit correcta per c. 2. eo. tit. lib. 6. vide ibi glos. finali. Adde c. detestanda. eod. tit. lib. 6.

ACcedens.] Prima pars factum narrat. Secunda approbat ibi, Nos. Et hodie propter abusiones prælatorum, qui in fraudẽ concilij Lateran. promittebant beneficia, cum facultas se obtulerit, est correctum hoc c. per c. 2. ſ. eod. tit. lib. 7. nam nullo modo hodie valet promissio, siue fiat de vacatura, siue in genere, cum facultas se obtulerit. Abbas.

CAsvs. Quidam monachi promiserunt cuidam clerico R. nomine prouidere in Ecclesiastico beneficio, quando possent: siue cum obtulerit se facultas: sed quia non prouidebant eidem, impetrauit litteras contra ipsos ad quosdam iudices delegatos, corã quibus petebat monachos compelli, vt prouiderent eidem secũdum quod promiserant. Respõdebãt monachi, quod nõ tenebantur ei prouidere per illã promissionẽ, cũ sit facta cõtra cõcilium Lateranen. Iudices super hoc dubitantes, significauerunt hoc domino Papæ: & ipse super hoc rescribit monachis illis dicẽs, quòd aliud est prælatũ promittere collationẽ beneficij, cũ poterit, & aliud cũ vacabit: cum in multis casibus facultas se possit, siue posset offerre, in quibus collatio non esset sub expectatione vacaturi beneficij differẽda: vnde mãdat illis, vt præfato clerico, cũ potuerint beneficium Ecclesiasticum debeant assignare. Nota, quòd promissio de nõ vacãte nõ valet. Itẽ aliud est promittere beneficium, cum vacauerit (quod non licet) & aliud cum facultas se obtulerit: quòd licet. vnde patet promissionẽ nõ vacãtis factã in genere, nõ valere.

b ¶ *Casibus.*] Generalior est enim ista concessio: cũ potero, quam ista, cum vacabit: nec etiam in ea contingit expectare mortẽ alterius, sicut in alia: nam possunt aliqui priuari Ecclesiis. ſ. de præb. referente. Item quandoque aliqui renunciant. Item quia possunt aliqui adiungi aliis tanquam socij in Ecclesia. Item possunt fieri de vna præbenda duæ. ſ. de præb. Vacante. Item quia possunt augeri facultates ex testamento alicuius, vel donatione: & sic non semper timetur, quod aliquis desideret mortem alterius, quæ fuit causa huius prohibitionis: vt ſ. eo. c. 2. sæpe enim permittitur aliquid in genere, quòd non permittitur in specie. 13. q. 2. non æstimemus. 23. q. 4. non potest. ff. de quæstionibus l. 1. §. quæstionem. & ſ. de officio ordinarij si sacerdos. Et eodem modo videtur, quòd huiusmodi promissio valeat, promitto tibi beneficium Ecclesiasticum: cùm sit generalis.

POstulastis.] In prima ponitur consultatio. In secunda respõsio ibi, Ad quod. à quo vnum casum excipit ibi, Nisi. quem determinat ibi. Et in hoc, Abbas.

CAsvs. In quadam archiepiscopali Ecclesia collatio præbẽdarũ siue beneficiorum pertinet communiter ad Archiepm̃, & capitulum: quærebatur, si infra sex menses præbendam vacantẽ neglexerint ordinare, vtrum collatio ipsius præbẽdæ penes archiepm̃ remaneat? Rñdet Papa, si capitulũ, & archiepiscopus infra præd. ctũ tẽpus circa hoc fuerint negligentes, nec ab archiepõ ad capitulũ, nec a capitulo ad archiepiscopum potestas deuoluitur conferendi: sed ad superiorẽ secundũ Lateran. cõcilium trãsit collatio: nisi forsè archiepiscopus nõ tãquam prælatus, sed tãquã canonicus cũ capitulo ius habet cõferẽdi: in eo casu si archiepiscopus dolosè impedierit collationem, dolus ei prodesse nõ debet. Nota casum, in quo Metropolitanus non potest purgare negligentiam capituli. Itẽ illud est ius commune, quod collatio beneficiorum simul ad capitulũ, & Episcopum pertinet: & tunc per negligentiã transfertur ad superiorem proximum. Item quandoque archiepiscopus residet in capitulo vt prælatus: quandoque vt simplex canonicus. Item dolus nemini debet suffragari.

¶ Idem.

¶ *Si ad Capitulum, & Prælatũ, vt Prælatum, potestas conferendi pertinet, de vno ad alterum lapsu temporis non transit: secus si Prælatus interfit vt Canonicus: quia tũc de Capitulo transit ad Prælatum, nisi dolum committat. Hoc dicit, & est textus multum allegabilis.*

CAP. XV.

POstulastis † per sedem Apostolica edoceri, vt cùm ad vos, & Archiepiscopum vestrum simul donatio Præbendarum Ecclesiæ vestræ pertineat, vtrum Præbendæ vacantis donatio penes Archiepiscopum ipsum remaneat, si eam infra semestre tempus neglexeris ordinare. ¶ Ad quod breuiter respondemus, quod si vos, & idem Archiepiscopus intra tempus præscriptum circa hoc negligentes extiteritis: sicut nec ab illo, ad vos, ita nec à vobis ad illum potestas deuoluitur conferendi: sed secundum statuta Lateraň. concilij † ad superiorem transit donatio: Nisi [c] forsè Archiepiscopus non vt Prælatus, sed vt Canonicus [d] †, vobiscum ius habeat conferendi. Et in hoc casu cum dolosè impedierit [e], dolus [f] ei suffragari non debet.

¶ Honorius iij. Episcopo, & Præposito Capituli † Cameraceñ.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cõp.

† sub Alex. 3. c. 8.

c ¶ *Nisi.*] Mutat casum, quando scilicet non pertinet simul ad episcopum, & ad capitulum ius eligendi. sim. ſ. de offi. deleg. consultationibus.
¶ *Glo. seq. quærit obiiciendo. & solu. Iterum obiicit, ponit dictum Io. & soluit.*

† Vide, quod per hunc textũ scribit hic Panormitanus, de muneribus, quæ dantur legatis.

† Aliàs ita: & capituli Camerace. Aliàs ita & canonicis Cameracẽ.

d ¶ *Sed vt canonicus.*] Hic patet, quòd vbi eligẽdi ius cõiter pertinet ad Archiepiscopũ, & capitulũ, huiusmodi ius eligẽdi nõ deuoluitur de vno ad alium: de hoc etiam dictum fuit ſ. de offi. or. irrefragabili. Sed qualiter episcopus potest stare in capitulo quasi canonicus: quia quam cito fuit consecratus in episcopum vacãt priora beneficia sua. ſ. de ele. cùm in cunctis. & municeps esse desiit senatoriam dignitatem adeptus. ff. ad municip. l. municeps. nec potest dici, quod eligi possit postea in canonicum, quia secundum hoc oporteret ipsum confirmare suã propriam electionem: quod esse non debet. ſ. de instit. cum ad nostram. Potest dici, quòd licèt dignitates priores perdat, ius tamen canonici retinet: non quod prius habebat [b], sed quod episcopus prius consueuit habere per vicarium, eo ipso quòd quis eligitur in episcopum, eligitur ad tale ius canonici de consuetudine loci, & ex causa intelligo hanc consuetudinem introductam fuisse. arg. ſ. eod. cũ nostris. Sed obiicio fortius: si Episcopus eligitur quasi canonicus de nouo electus, ergo in eligendo non habet primã vocẽ: quia sic eligeret seipsum, quod esse non debet. ſ. de instit. cum ad nostram. Dixit Ioan. quòd illud ius canonici, ad quod electus est episcopus, est priuilegiatũ, & excedit alia iura, & hoc ideo, quia illud ius annexũ episcopali est dignitati, & ratione cõnexitatis sæpe sortitur aliquis priuilegiũ, vt 18. q. 4. §. quia contumax. ff. de rei vẽd. qua religiosis. & ſ. de iudi. quãto. Quod prius dictũ est, verius est: quia simul eligitur ad vtrumque, eo ipso quod eligitur in episcopum, eligitur in canonicum. & de speciali consuetudine hoc obtinet.

b Facit Clem. de præb. si iuxta. Ioã. And.

e ¶ *Cum dolosè impedierit.*] Vt [c] quia fecit, quod Præpositus, qui habet congregare capitulum, differret ei promittens quod ad placitum suum conferret. Et expone, cum, pro si.
¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas, & secundam approbat.*

c Hæc glossula non est Bernardi, nec habetur in vetustis examp.

f ¶ *Dolus.*] Si ergo capitulũ nõ eligat ĩ. tẽpus statutũ procurãte Episcopo, nõ deuoluitur propter hoc eligẽdi potestas ad episcopũ: & dolus eius nõ oberit capitulo: quia illud tẽpus restituẽdum est capitulo ff. ex qui. cau. ma. ait prætor. § vl. & l. sed & si. §. hoc quoque. & ſ. de in integ. resti. ex litteris. Secus si dolo alterius factum

ctum esset: quia tunc ageretur contra illum, qui dolum fecit. *ff. de dolo. l. arbitrio. §. penult. si esset soluendo.* Sed in casu isto dolosus non est soluendo, & ideo restituitur capitulo pristinum ius. *ff. de eo per quem factum erit. l. vlt. & ff. de dolo.* & eleganter. §. pen.

a Procon erdia hanum opinionum, vide pra cateris hoc loco. Io. And.

Io contrarium credo, & imputent sibi, qui non elegerunt infra tempus: sic enim alias, vbi eligere non possunt tamen currit tempus: *s. de elect. c. vlt.* & potestas eligendi nō deuoluitur ad Epm pp dolū suum, sed ad superiorē: vt in littera dicit. Bern.

¶ *Sicut non potest patronus promittere se præsentaturum aliquem ad beneficium vacaturum, ita nec dare potestatem præsentandi, antequam beneficium vacet.*

† Dematerta quod mulier possit habere ius patronatus, vide Car. in clemen. 2. de iure pat.

Cum dilecta.] Directa, vel indirecta promissio facta à patrono de beneficio vacaturo, non tenet. Primò narrat factum. quòd secundo irritat, & fieri prohibet ibi, *Mandamus*. Abbas.

† Flandrorum.

† Aliàs ita: Vt simil a de cætero attentare non præsumat.

Casus. Comitissa Flādreñ. habet ius patronatus in quibusdam Ecclesijs, in quibus habet præsentationē: quasdam promissiones fecit de non vacantibus beneficijs, & donationes illorum beneficiorum posuit in manib⁹ quorundam, vt cōferrēt illa, cum vacauerint: pertinent hoc ad notitiam dñi Papæ: vnde mandat quibusdam, quatenus hmōi donationes denūciēt irritas, & inanes, præcipiendo illi comitissæ ne de cætero simi ia attentare præsumat. Nota, quòd promissiæ, vel collatio de beneficio non vacante, non tenet.

CAP. XVI.

Cum † dilecta in Christo filia Comitissa Flandreñ. † fecerit promissiones [a] de non vacantibus beneficiis Ecclesiarum, in quibus ius obtinet patronatus, & donationes [b] eorum in manibus posuerit alienis: Mandamus, quatenus id irritum decernentes, inhibeatis eidem, ne † similia de cætero attentare præsumat.

TITVLVS IX.

Ne sede vacante aliquid innouetur.

† Glastonia
¶ Glastemē.
† Glastoniensi.
† Glastien.

¶ Innocentius iij. Priori, & Conuentui Glast. ñ †

a ¶ *Promissiones*] Huiusmodi promissiones irritæ sunt. *s. eo. nulla. & c. relatum. & c. ex tenore. & c. constitutus.*

¶ *Glos. seq. abscisa, & dupliciter soluit.*

b ¶ *Donationes.*] Talis donatio nō tenuit facta de re nō vacāte, vnde ea nō obstāte potuit Comitissa præsentare vacātibus ecclesijs illis. *j. de iure patro. illud.* & præterea talis donatio fieret in fraudem canonicæ sanctionis. *s. e. c. statutus* vnde nō teneret, nisi cōfirmaretur à Papa: vt ibi. Sed videtur, qd Comitissa nō poterat hoc allegare: quia turpitudinē suā in hoc pponebat. *s. e. cū super quæstione & j. de donatio. inter dilectos & C. de trāsact. l. trāsactione finita & C. de remo. dona. cū profitearis.* & quia in legē cōmisit, frustrà legis implorat auxilium. *j. de vsu. quia frustra. ff. de mino. l. auxiliū.* Sed dicas, qd in casu isto bene audiret Comitissa, cū nullū ius adhuc sit acquisitū donatarijs: vt *s. eo. ex tenore.* De hoc dictū est. *s. e. cū super quæstione* vel fortè Comitissa hic non agebat, sed factū ipsius, quod erat contrà ius, innotuit domino Papæ, vnde Papa illud decernit irritum. & mandat, vt de cætero talia non debeat attentare cum illud sit contrarium iuri. Ber.

NE SEDE VACANTE &c.

¶ *Suprà visū est de institutionibus, & collationib⁹ beneficiorū sed quia posset dubitari, nūquid sede vacāte capitulū succedat in ipsorū collatione, meritò hic sūpta occasione subijcitur hæc rubrica generalis,* Ne sede vacāte. *Et pōdera quia rubrica loquitur negatiuè, & ponit orationē perfectā, & ex ea potest argui, qp nihil potest innouari sede vacāte in præiudiciū ipsi⁹ sedis, nisi iure expressè caueatur. Valet enim ar. ex rubro iuxta no. s. in proœmio. & C.* etiā ob chiro. pecu. pig. te. pos. sup rubr. & in l. 1. eodē tit. *Abb. Sic. De hac materia habes 12. q. 2. hac huius placuit, & in multis c. seq.*

Nouit.] In prima ponitur petitio cū facti narratione. In secunda petitionis repulsio cum quadam protestatione. Secunda ibi, *Attendentes* Abbas.

Casus. Cælestin⁹ Papa monasteriū Glastoniesi erexit in Ecclesiam cathedralem, vniēdo illud Ecclesiæ Bathonieñ. vt idē esset Eps vtriusq; post hęc monachi conquerebātur domino Innocētio dicētes, qp illa vnio vergebat in graue præiudiciū monasterij sui, cū p illā vnionē solueret religio, eleemosyna fraudaretur, hospitalitas tolleretur: vnde petebant sibi, & monasterio prouideri super his: propter qp mādauit Papa quibusdam, vt monasteriu ipsum sub Prioris regimine faceret gubernari, & Eps certis redditibus esset cōtētus vnione manēte, & quod Eps res monasterij nō expēderet: & ad petitionē Bathonien. Epi confirmauit Innocentius hāc prouisionē suo priuilegio. Mortuo Bathonien. Epo petebāt monachi à dño Papa, vt statu monasterij sui de cetero in melius releuare quia tēpus aduenerat, in quo illud fieri poterat sine scandalo: & hoc idem petebat Bathonieñ. Eccle-

sia, & dñs Rex, & alij plures magnates, & Epi, & Abbates: vt vnione penitus dissoluta, monasteriū reduceret in statū antiquum. dñs Papa cōsiderans, quod sede vacante non debet aliquid innouari, cùm nō sit, qui ius ępale defendat, nec Papa visus sit plus prouidisse personæ, quàm Ecclesiæ, si mortuo illo episcopo mutaret subito id, quod eo viuente cōcessit, id o petitionē illorum nō potuit exaudire: verumtamen concedit illis, vt cum Ecclesia Bathonieñ. de pastore fuerit ordinata, ius suū prosequēdi liberā habeant facultatem, interim tamē monasteriu regatur sub cura Prioris. Nota, quod sede vacāte nihil est innouandum. Item tunc Ecclesia caret defensore, & sic non est, qui agat, vel conueniat. Item quæ cum deliberatione facta sunt, non debent subito immutari.

¶ *Vacante sede, statum eius mutari non debet.*

CAP. I.

Nouit † ille, qui scrutator [c] est cordium, quòd licet C. † prędecessor noster, Ecclesiam vestram erexerit cathedralem, ipsam Bathonieñ. Ecclesiæ vniendo [d], vt idem esset Episcopus vtriusque: quia tamen hæc vnio † asserebatur à vobis in graue præiudicium Glaston. Ecclesiæ redundare, cùm per ipsam dissolueretur religio [e], & fraudaretur eleemosyna, & hospitalitas [f] tolleretur: Nos ad releuandum Ecclesiæ vestræ statum cœpimus [g] intendere diligenter: *& infrà.* ¶ Vos autem post obitum Bathonieñ. Episcopi [h] humiliter postulastis, vt quia tempus aduenerat, quo sine scandalo

† Cap. vnic. eo. tit. in 3. compil.

† Psalm. 7. Sapien. 1. Hier. 17.

† Aliàs ita: C. Papa prędecessor, &c.

† De materia vnionis vide, quod salubriter ordinauit concilium Trid. sess. 7. de refor. c. 6. & 7. & sess. 14. de refor. c. 9. & sess. 24. de refor. c. 13. & 15.

c ¶ *Scrutator.*] 32. *dist. erubescant. & 24. q. 3. Deus qui. & 2. q. 5. consuluisti. & 32. q. 5. Christiana.*

¶ *Glos. seq. tractat de triplici vnione.*

d ¶ *Vniendo*] Nota, qp tribus modis [b] fit vnio ecclesiarum: vno modo sic, vt vna subijciatur alteri, & secundū hoc erit sedes apud illā, cui subijcitur. Vel sic possunt vniri, vt ex duabus dignitatibus fiat vna, & secūdū hoc illi, qui sunt in vna Ecclesia canonici, sunt in alia, & tam illi, quàm illi intererunt in electione prælati, & in alijs negotijs: sed in hac vnione distinguitur: quia aut vna Ecclesia vnitur alteri, aut illæ duæ vniuntur inuicem. quæ duo diuersa sunt sed si vna vnitur alteri, secundùm hoc illius naturā, & cōsuetudinē, & priuilegia assumit, cui vnitur. *j. de statu mon. ecclesiæ. §. vl.* si autem simul vniuntur, tunc consuetudines, & priuilegia, quæ meliora sunt, & humaniora, in altera eorum debent vniri, vel retineri in vnitate. *arg. de pœn. dist. 1. medicamentum. 32. q. 1. non est culpandus.* Sicut cùm imperator vnit actiōnē bonæ fidei, & stricti iuris, illud vnitum retinet ea, quæ meliora fuerūt in altera actione. vt *C. de rei vxor. actio. l. vnic. in prin.* Similiter cum legata, & fideicōmissa vniuntur, id quod humanius erat tā in vna, quā in alia, retinuit illud vnitum *C. eo de. l. 2. circa fi.* Tertiò nō possūt vniri, ita quod vtraq; remanea ępalis, & secūdū hoc sunt duo ępatus licèt idē sit eps vtriusque ecclesiæ. *v. 16. q. 1. C. ępus qualiter.* & secundū hoc si illæ Ecclesiæ diuersis suberāt Metropolitanis propter illam vnionem neuter Metropolitanus perdit ius suum. [e] *j. de relig. domi. quia monasterium.* Io.

b Hostiensis hic quinque modis posse vniones dicit, quos & explicat, cum Vedeta.

¶ *Glo. seq. addit tres rationes, textus addit duas.*

e ¶ *Dissolueretur religio.*] Quia Eps erat Abbas: vnd nō posset cōuenienter seruari religio, cū essent diuersę professionis quia nō debēt promiscuè actib. turbari officia. *ar. C. de testa. cōsuita.* diualia *& 89. di. singula.* Itē quia cōia materiā discordiæ creare solent. *ff. de leg. 1. cum pater. §. dulcissimis.* & naturale vitiū est negligi, quod cōiter possidetur. *C. quādo, & quibus quarta pars debetur. l. 1. lib. 10.* ex huiusmodi causis videbatur vnio damnosa. Io.

e Detrahit Innocentius, quæ dicta sunt, non sunt perpetua: & ideo trajiciendus est tenor per melegorum. de præsidie. parte eius Hostallele offerord duo simul. Ioann. And.

f ¶ *Hospitalitas.*] Ad qua præcipuè clerici, & monachi tenentur. *8. de præb. de monachis & 16. q. 1.* cūm quicquid eps enim reditus illos percipiebat, de quibus eleemosyna fieri consueuit.

g ¶ *Cœpimus.*] Mandauit Innocentius quibusdā, vt monasterium ipsum sub Prioris regimine faceret gubernari, & episcopus certis redditibus esset contentus vnione manente, & quod episcopus res monasterij non expenderet, nec episcopus bona Ecclesiæ vacantis sibi subiectæ alienare posset: ideo dicit, ad releuandum Ecclesiæ vestræ statum cœpimus intendere, &c. & hoc Inn. ad petitionem Bathon. Episcopi suo priuilegio confirmauit. ideo dicit, infra: quòd eo viuente concessimus, &c.

Additio. Hoc intelligas, quod dicit in principio, nouit ille qui scrutator est cordiū, quod licet, &c. & nota, quod ante vacationem istam dominus Inno. præcepit quibusdam iudicibus, vt deberent instituere Priorem in illo monasterio, per quem illud monasterium regeretur, & ita factum fuit, & ita postea vacante Ecclesia hæc petierunt à domino Papa, vt ipse solueret vnionem.

h ¶ *Bathonien. Episcopi*] De isto episcopo nomine Sauarico dixit quibusdam versificator.

Hospes erat mundo, per mundum semper eundo.

Sic

Sic suprema dies sit sibi prima quies.

Item dum describerentur debita sua, dixit quidam alius: Domine, me pone creditorem in legione [a].

a *Id est, in societate multorum creditorũ, quos moriẽs relinquit Episcopus.*

¶*Glo. seq. recit. per quam propter necessitatẽ vacãte Ecclesia possint clerici, &c. ponit opi. Hug. quam respicit ecclesiã cathedralẽ. Demũ circa contractus factos sede vacante ponit opi. Ioan. quam reprobat.*

lo Ecclesiæ vestræ ruina poterat releuari †, cũ & Bathonieñ. Ecclesia id ipsum pariter postularet: Rex quoq; cum regni magnatibus, & quidam Episcopi cum multis Abbatibus deposcerent illud idem, vt vnione penitus dissoluta, monasterium vestrum reduceremus in statum antiquũ, sub Abbatis regimine gubernandum. ¶ Attendentes igitur, quòd Episcopali sede vacante [a] non debet aliquid innouari: cùm nõ sit, qui Episcopale ius tueatur: maximè ne plus fauisse personæ, quàm ecclesiæ [b] videremur, si quod eo viuente concessimus, post obitum eius subito mutaremus, petitionem vestram nequiuimus [c] exaudire, auctoritate † prædicta indulgentes [d] vt cùm Bathonieñ. Ecclesia de Præsule fuerit ordinata, ius vestrũ apud sedem Apostolicam prosequendi, facultatem liberam habeatis: interim autem sub cura Prioris idem monasterium gubernetur.

¶Honorius iij. Epo † Calmeñ. & magistris V. & S. Canonicis Suessaneñ. †

¶*Beneficia spectantia ad collationẽ Prælati, non possunt conferri per Capitulum sede vacante.*

CAP. II.

ILla † deuotionis synceritas:

† *Vide l. æquissimũ* cum notatis ibi ff. de vsufruct.

a ¶*Sede vacãte.*] Vacãte enim Ecclesia clerici non possunt disponere aliquid de rebus ecclesię. 12. q. 2. *si qua de rebus.* vbi de hoc. Nec Eps bona ecclesię vacantis sibi subiectæ alienare potest. 10. q. 2. *si quis epi.* & 75. d. *quoniam.* Hug. tamen dicebat, quod si sit magna necessitas, clerici possunt aliqua alienare. & inducebat ad hoc 71. d. *fraternitatem.* quod potius contradicit [b]. & 12. q. 2. *precaria.* dum tamen adsit auctoritas metropolitani. sed non est ille casus, in quo metropolitan[us] debeat se intromittere de clericis suffraganeorũ suorum. & est arg. ad hoc quod iudex pstat auctoritatem facto minoris, eo tempore quo nõ habet curatorem. *C. de admi. t. ad bo. pos. l. bonorum.* Item in minoribus ecclesiis potest eps alienare pp necessitatem, mortuo sacerdote 10. q. 2. *si quis Eps.* Item si canonici faciãt aliquẽ cõtractũ mortuo episcopo, dicit Io. quod tenet cõtractus: licèt debeat rescĩdi, si lęsa est ecclesia, 12. qu. 2. *si qua de rebus.* sicut in cõtractu minoris, qui nõ habet curatorẽ. *C. de in integ. restit. mino. si curatorem.* hoc ego non credo. immò talis cõtract[us] null[us] est, & sine aliqua restitutione reuocat, quatenus de facto pcessit. idẽ etiã si haberet prelatũ: & hoc et dico p d. c *si qua de reb.* quia dat optio episcopo, vtrũ velit stare cõtractui, vel nõ circa aliq restitutionẽ: & hoc in fauorẽ ecclesiæ: & sic intelligit Hug. illud c. *si qua de reb.* & incipit tũc tenere talis cõtract[us], si episcop[us] ratũ habeat. & quod sit verũ hoc, patet j. c. *vlt.* vbi attestatiões receptę vacãte ecclesia, nõ valẽt. j. *eo. c. prox. arg. & hic ẽt.* quia sede vacãte nihil est innouandũ. Item nec valet sententia contra ecclesiam lata, sicut nec contra minorem, qui non habet tutorem, vel curatorẽ *ff. de re iud. l. acta. § vlt. C. qui da. tu. pos. vniuersis.*

b *Quia ibi clericus ecclesia vacãte potestas fuit à Papa. Ioan. And.*

† *Aliàs, auctoritate præsentiũ.*

† *Aliàs ita: Episcop. Cal. & magistris I. & P.*

† *Calinen.*

† *Suessionẽ.*

† *Vide Host. in c. ad abolendam. j. de hære. & Gemmianum in c. presbyteri. 12. dist. vbi plenè de materia huius decretalis. adde Felinum in ca. cum olim. de maio. & obed.*

b ¶*Quã Ecclesiæ.*] Pl[us] cũ vtilitas ecclesię q̃ psonę fuit attendẽda *arg. 12. q. 5. quia to.* nec aliqs debet inuenire viam adimpugnandum, vel reuocandũ iudicia sua. *arg. ff. de mi. test. l. 3.*

c ¶*Nequiuimus*] Et ideo potiùs damnum vestrum, q̃ nostram infamiam pręelegimus. j. *de auct. & vsu pal. nisi spe. salu.*

d ¶ *Personæ.*] Et ita depositũ factum personæ non obligat Ecclesiam: quia delictũ personæ in damnũ, & c. s. de insti. tu. cùm venissent. 16. q. 6. si epus. & c. epo non licet. s. de exce. cum venerabilis. Sed qualiter dr̃ commẽdata esse ecclesiæ? Rñdet ex eo quod defertur in thesaurum ecclesię sicut eo ipso quod res missæ sunt in naue, tenetur nauta, & debet habere custodiam omnium, quę sunt inuecta, & illata. ff. nau. cau. sta. l. parui refert §. si recepit. & ignoran. teneri dicit. C. de his qui latro. occul. l. 1. & ff. de furt. aduersus nautas. l. vnica. quod tamẽ nõ credo, nisi si depositio facta sit in præsentia prælati, & capituli: vt hîc. Vinc.

e ¶ *Actionem.*] Id est, petitionem: vt s. de iud. dilecti. vbi de hoc.

f ¶ *Loculos habet.*] Et Dominus loculos habuit, vt indigentibus subueniret. 12. q. 2. habebat.

g ¶ *Quæstionibus.*] Nota, quòd suspecti sunt torquẽdi, & in vinculis detinendi, & verberibus afficiendi, vel subiiciendi. 14. q. 6 si res. & 12. q. 2. fraternitas. & 23. q. 5. c. 2. & 5. q. 5. illi qui. & j. de rapto. in archiepiscopatu. [f] T.

h ¶ *Reddere.*] Cum nota infamiæ. actio enim depositi infamat. C. depo. l. qui depositum.

d Qui dat nummum servo, si versum est in rem domini habet actionem de in rem verso. Ioann. And.

† Hinc colliges clericos, & religiosos posse ex causa torqueri, de quo articulo vide plenè per Bernardũ Diaz. in pra. crimi. cano. c. 117. & Summam in catho. insti. ti. 65. adde, quæ dixi super Decretalis l. 3. schol. 118.

† Vide textum, & de plenè per Doctores in §. præterea & §. last. qui more cõtrah. obl. & Antonium Gomezium to. 2. variar. resol. c. 7.

¶ Gregorius IX.

¶ *Dicit, ad quid tenetur depositarius, & quomodo repetatur depositum.*

CAP. II.

BOna † fides abesse præsumitur, si rebus tuis saluis [i]

BOna fides.] CASVS. Deposui penes te res meas: illæ res amissæ sunt, de rebus tuis nihil amisisti: quæritur, an teneatis mihi ad eas restituendas actione depositi? Respondetur. si res tuæ saluæ sunt, & res depositas amisisti, hoc ipso præsumitur, quod bona fides abest circa res depositas, & ita dolus adest, & ideo tenetur ad restituendum depositum: & de culpa etiam tenetur depositarius, si obtulit se deposito, vel si aliquid accepit pro custodia: sed de casu fortuito non tenetur, nisi pactum interuenerit, vel nisi culpa, vel mora præcesserit casum. Secundò quæritur, vtrum depositori liceat reuocare depositum, quandocunque voluerit? Respondet, quòd sic: sed si depositarius opponeret compensationem vel in toto, vel in parte, compensatio non est admittenda: ne contractus qui ex bona fide oritur, ad perfidiam referatur: sed in aliis contractibus bene admittitur compensatio, si causa ex qua compensatio postulatur, liquida sit, & facilem exitum credatur habere. Nota, quod ille, qui recipit depositũ de solo dolo tenetur: de culpa etiam tenetur, si obtulit se deposito, vel aliquid recepit pro custodia. Item depositarius de casu fortuito non tenetur, nisi pactum interuenerit, vel nisi culpa, vel mora præcesserit casum. Item depositum potest reuocari, quãcunque voluerit depositor. Item contra depositum non admittitur compensatio. Item contractus depositi ex bona fide oritur.

¶ *Glo. seq. reci. per q. an præsumptio sufficiat ad sententiam.*

i ¶ *Rebus tuis saluis.*] Ex hac præsumptione condemnabitur. sic C. locati. l. & ff. eo. tit. quod Nerua. quia non minorem diligentiã, quam in suis rebus præstare debet, vt in l. quod Nerua. sic ff. commo. si vt certo. §. quod vero senectute. & ita si bona fides abest, dolus abesse præsumitur: nam contraria sunt. C. de rescind. venditio. si dol. & est sim. 31. q. 1. cum renunciatur. & præsumptio sufficit ad condemnationem in casu isto. 32. q. 1. dixit Dominus. & 54. d. c. fraternitatem. j. de Iudæis. c. vlt. Ber.

e Quis enim Latronem suscepit vel offerre audeat, super fide pro qua litate persona ponetur corporale supplicium, vel rerum dispendium. Ioann. And.

f Concor. l. ob carmen. aliàs ob crimen. & ignoti. ff. de test. no in l. 1. C. de naufra. lib. 11.

g Cautè dicit: quia interdum maiorem præstare debet, vt Latius hic prosequitur. Ioann. And. & alij.

a ¶ *De culpa.*] Nota, quod depositarius tenetur de solo dolo, si dolose versatus est in deposito. *ff. eo. l. 1. §. in conducto.* & *§. Vlt.* & *ff. commo. si vt certo. §. 2.* & *ff. de reg. iu. l. contractus.* & de lata culpa, quam Nerua dixit esse dolum *ff. eo. quod Nerua.* quod Azo intelligit dolum præsumptum. *ff. mand. si fideiussor. 2. resp.* Ideo sic expone: quia in ea lege dicitur ipsam latam culpam propter dolum esse. *ff. de leg. 2. cum res. §. Vlt.* & *ff. de actio. & oblig. l. 1. §. 11 quoque apud quem.* & alibi dicitur latam culpam dolo comparari. *ff. si mensor. fals. mo. dixe. rit. l. 1. §. lata est.* & ita non dolus est: quia nihil est id, cui ipsum est simile. Quandoque tamen in casibus præstat culpam depositarius, si ipse se obtulerit deposito: vt hic, & *ff. eo. l. 1. §. sæpe.* idem si mercedem accipiat pro custodia: vt hic. & *ff. eo. l. 1. § si quis seruum.* Item & in tertio casu, si conueniat inter eos. *ff. eo. l. 1. § si conuenerit.* & *ff. commo. si vt certo. §. nunc videndum.* Sed si conueniat, ne dolus præstetur, hæc conuentio non valet: quia contra bonos mores est. *ff. eo. l. 1. § si conueniat.* & *ff. de pactis si vnus. §. illud.* Item & in alio, si causa depositarij res penes ipsum deposita sit. *ff. eo. l. 1 §. si pecuniam* & *ff si cer. pet. l. si quis neque.* & tunc venit leuissima culpa: & si moram facit in restituendo *ff. eo. si in Asia §. Vlt.* Præsumitur autem lata culpa, vel dolus, si non adhibeat diligentiam, qualem in reb. suis. *ff. eo. quod Nerua.* vel quia res suæ saluæ sunt: & depositæ non apparent, vt hic dicitur. & hoc exemplum pone: Res suas ponebat in arca secura, & res depositas dimittebat in domo super banchas. Casus tamen fortuitus non imputatur: sicut nec in commodato. *s. tit. prox. c. vnico.* & *ff. commoda. in rebus.* nisi in casib. hic contentis: vt si pactum interueniat, vt præstetur. *C. eo. l. 1.* contractus enim ex conuentione legem accipiunt, & seruari debent, nisi improbatum sit à iure, *ff. eo. l. 1. §. si conuenerit. ff. de re iu. contractus.* ita tamen quod casus nominetur in pacto, sicut dixi in commodato. sic *s. c. prox.* propter culpam, vel dolum casus imputatur: vt hic dicitur. si enim rem depositam vendidit, & postea eam redimat, vt eam habeat in causa depositi, etiamsi sine dolo malo illius periit, tenetur: quia sufficit semel dolum commisisse. *ff. eo. l. 1. § si rem.* Item propter moram præcedentem casus imputatur, etiamsi apud deponentem periisset: sufficit enim, quod res potuit non perire. *ff. de leg. 1. cum res §. Vlt. ff. eod. si in Asia §. Vlt. ff. de consti. pecu. qui autem. §. 2.* & ex eisdem causis imputatur casus in commodato. *s. tit. prox. c. Vlt.* Item res deposita non deteriorata debet reddi: alias reddita non videtur *ff. eo. l. 1. § si res deposita.* sic in commod. *ff. com. sed mihi. § 1.* Consistit autem depositum in rebus mobilibus, & se mouentibus tantùm, nisi fortè vbi apud sequestrum deponitur, cùm res aliqua inter plures in controuersia deducitur. *s. de iud. examinata.* & talis depositio non pòt fieri nisi à pluribus. *ff. eod licet 1. resp.* Item & rei depositæ, sicut & commodatæ proprietatem retinemus, & etiam possessionem. *ff. eo. licet §.* & *ff. commod. l. res commodata.*

b ¶ *Reuocare.*] Quandocunque potest reuocare depositum: vt hic dicit, & *ff. eo. l. 1 §. est autem.* & *§. pen.* & si non restituit condemnatus suo nomine infamis efficitur. *C. deposi. qui depositi.* *ff. de his qui not. infa. l. furti. §. illud.* sicut & precarium quandocunque reuocetur *s. de preca. c. Vlt.* secus in commodato quod non reuocatur, nisi post vsum expletum. *s. de commo. c. vnico. ff. eo. in commodato § sicut.* Bern.

c ¶ *Contra quod.*] No. quod contra depositum non admittitur compensatio. *C. eo. tit si quis vel pecuniam*, vnde sumitur §. iste, nec etiam depositum cum deposito compensatur. sed qui primo deposuit, primo recipiat: vt ibi dicitur, & *C. de compensa. l. Vlt.* & quod dicit, compensationem, in toto scilicet, deductionem, scilicet pro parte. & ita nec in toto, nec in parte admittitur compensatio contra depositum, & in hoc priuilegiata est actio depositi, & quia prædoni restitui debet depositum *ff. eo. l. 1. § si prædoni.* tamen si dominus cum fure simul petat, domino restitui debet de æquitate. *ff. eo. bona fides.* & sic non erit perfidia, cum sit contractus bonæ fidei. Quare dicantur bonæ fidei, dixi *s. de exce. cum venerabilis.*

† reducatur.

existentibus, depositas esse sisti. De culpa[a] quoque teneris, si teipsum deposito obtulisti: vel si aliquid pro custodia recepisses. Pacto verò, culpa, vel mora præcedentibus, casus etiam fortuitus imputatur. ¶Sanè depositori licuit pro voluntate sua depositum reuocare [b], contra quod [c] compensationi, vel deductioni locus non fuit: vt contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minimè referatur †, licèt compensatio admittatur in aliis [d], si causa, ex qua postulatur, sit liquida, ita quod facilem exitum credatur habere.

TITVLVS XVII.

De emptione, & venditione.

¶Ex concilio apud Valen. †

† Aluim. † Arueruñ. † Alueruum. † Alu. en.

¶ *Cogit Episcopus, ne carius vendatur transeuntibus, quàm in mercato venderetur.*

CAP. I.

Placuit †, vt presbyteri plebes suas admoneant, vt & ipsi hospitales [e] sint, & non carius vendant transeuntibus, quàm † in mercato vendere possunt. Alioquin ad Presbyterum [f] transeuntes hoc referant, vt illius iussu cum humanitate sibi vendant.

¶Ex concilio Maguntin. †

¶ *Fraudans mensuras, & pondera, xxx. diebus in pane, & aqua pœnitere debet.*

CAP. II.

Vt mensuræ [g] & pondera iusta fiant & *infrà.* ¶ Si quis iustas mensuras, & iusta pondera [h], causa lucri mutare præsumpserit, triginta dies in pane, & aqua pœniteat [i].

¶Alexand. iij Attrebaten. Episc.

¶ *Tenet venditio, licèt venditor sit deceptus vltra dimidiam iusti pretij: potest tamen venditor agere, vt restituatur res, vel iustum pretium suppleatur: & si alterum præcisè petat, succumbit.*

d ¶ *In aliis.*] Scil. contractibus, siue in realibus, siue in personalibus actionibus, si causa sit liquida. *C. de compensa. l. si. in prin.* etiam si non liqueat incontinenti, dum tamen possit liquere intra duos menses. *s. ff. de iure fisc. auferetur. § quis compensationem.* & nota, quod compensatio fit in pecunia, & in pondere, & in quantitate. *C. de compen. si constat* & non in speciebus ad pecuniam *ff. de pig. ac. si conuenerit. ff. de con. dict. indeb. si non sortem. §. si centum. C. de re ven. si ea pecunia.* absurdum est enim diminutionem rerum fieri propter pecuniam. *ff. de impen. in re. do. fa. quod dicitur. 1. resp.* Contra tamen videtur *C. de compen. l. Vlt. in prin.* vbi dicitur: tam in rem, quam in personam: illud intelligitur, si agatur in rem, & restitui non possit, potest admitti compensatio cum æstimatione in pecunia. & in delictis fit etiam compensatio. 32. q. 6. *nihil iniquius.* & *j de adult. c. penult.* & *Vlt.* & *ff. solut. matr. viro. atque vxori.* & in pœnis fit compensatio. *j de pœnis, constitutione.* Bern.

† Burchardus lib. 8. decr. c. 168. Iuo. p. 6. c. 159. Et c. 2. eo. tit. in 1. compil. Et de materia vid plenè per B. Thomam, & ibi Caietanum. 2. 2. q. 77. ar. 1. Vide omnino Couarruuiam l. 3. c 14. var. resol.

† In pluribus antiquis ita: quàm mercato vendere possint.

† Rectè est Autun. Augustinus se in concilio hoc inuenisse refert Burchardus l. 19. decret. c. 148. Iuo p. 15. c. 158. & c. 3. eo. tit. in 1. compil.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

¶ *Visum est s. de contractibus, qui fiunt gratia dantis vel recipientis: restabat videre de contractibus, qui fiunt gratia vtriusque, inter quos est contractus emptionis & venditionis, qui præ cæteris magis frequentatur: facit, quod habetur in l. 1. ff. de contrahen. emptio. ideo de ipsa post ciuiles præcedentes, & ante sequentes voluit tractare. facit l. singularia ff. si cer. peta. & pro tanto fuit hic posita ista rub. Item de Imo. Vel sic: Suprà visum est de contractibus, in quibus res commoditas, vel simplex custodia in alium transfertur. Restat merito videre de aliis contractibus, in quibus transfertur dominium, & etiam possessio, si venditor erat dominus: vel vsucapiendi conditio, si alienus erat dominus: ideo subijcitur rubrica de emptione, & venditione.*

De hac materia habetur de pœn. dist. 5 *qualitas.* 1. q. 1. eos. & q. 2. & 3 *in multis c.*

a *Nec ex hoc tēporis spatio, si de tertio contractu repetentes debitum, de quo constat, cum & vsque ad quatuor mēses non debeat distringi ad solutionem.* C. de excep. rei iud. l. 2. & 3. & no. de eis, de quærenti, secundum Host. Ioan. And.

P *Lacuit.*] Non potest commodè summari secundum Io. And. sed pulchrè summatur: vt in rubrica secundùm Card. & Abbatem Siculum. Potest diuidi in duas partes. Nam primò ponit modum venditionis. Secundo modum denunciationis. Secunda ibi, *Alioquin.* Abbas.

Casvs. Dicitur in hoc c. quod presbyteri debent admonere plebes suas, vt cum humanitate vendant res suas transeuntibus: ad quod si opus fuerit, compellantur. Nota, quod transeuntibus nihil carius vendendum est, quàm in mercato.

e ¶ *Hospitales.*] Possunt enim ad hoc compelli per excommunicationem. 42. *dist. c. si quis despicit.* § *hinc etiam.* Ala.

f ¶ *Ad presbyterum.*] Id est, Episcopum. 95 *dist. olim* qui forte per hoc e. de hoc cognoscere potest, sed fortè consuetudo non est in hoc. Tan.

V *T mensura.*] Sunt duæ partes, sicut duo dicta. Secunda ibi, *Si quis.* Abbas Siculus.

Casvs. Dicitur in hoc c. quòd qui iustas mensuras, & iusta pondera causa lucri mutauerit, per xxx. dies in pane, & aqua pœnitere debet. Nota, quòd iustæ, & legitimæ debent esse mensuræ. Item qui iustas mensuras, & iusta pondera causa lucri mutauerit, xxx. diebus pœniteat.

b *Per quæ vera probatur, quod etiam in iuris dictis vbi debent esse ista literæ: ad idem de re iu. cum æterni. li. 6. Ioan. And.*

g ¶ *Vt mensura.*] Supple, statuimus.

h ¶ *Pōdera.*] 14. q. 1. *non afferamus* & q. 3 *si quis Pompeius.* 46. *dist. omnis qui. ff. de pœnis, in dardanarios.* & *j ne cle. vel mon. c multa.*

i ¶ *Pœniteat.*] Et insuper l. *Cornel. de falsi.* puniri debet. *ff. de extraor. cri. annonam.* in fi.

CVm dilecti.] Cùm res véditur minùs dimidia iusti pretij, in arbitrio emptoris est, vtrum rem restituat recuperato pretio, vel iustum pretium suppleat. h. d. Primò ponit factũ. Secundo diffinit. Secunda ibi, *Quia verò*. Abbas.

CASVS. Abbas, & monachi Cariloci emerunt quandã syluã, quę Nigrauallis appellatur à quibusdam canonicis Beluacen. ignorante capitulo Beluacen. pro decem libris, quę tunc valebat quadraginta marchas. Ad petitionem capituli Beluacen. causa fuit cõmissa super hoc Epo Morin. & Decano Remen. cũ clausula illa. Vt si vterq; interesse non posset alter in eodem negotio procedere nõ differret: & cũ Epus causę interesse nõ posset, decanus in causa processit: & qa cõstitit ei, quod prędicti fratres prędictã syluã minùs dimidia iusti pretij cõparassent, pronũciauit prędictã venditionẽ non tenere, & syluam illam adiudicauit canonicis Beluacen. & eos in possessionẽ ipsius syluæ induxit: cã ista per appellationẽ ad sedem Apostolicã est delata: dñs Papa auditis rationibus, & allegationibus vtriusque partis, sniam prioris iudicis cassauit tãquam iuri contrariã: & præcepit syluã prędictã monachis esse restituendam: quia cùm res minùs dimidia iusti pretij comparatur, in arbitrio emptoris est, an velit cõtractum rescindere, an iustum pretiũ supplere. salua qõne canonicis Beluacen. super receptione pretij, vel consensu capituli in vẽditione nõ habito, seu alia causa rationabili, quã canonici contra monachos duxerint proponendam. Nota, quod sententia iuri contraria non valet. Item cum res minùs dimidia iusti pretij comparatur, in optione emptoris est supplere iustum pretiũ, vel recedere à cõtractu, & recipere pretium, quod dedit. Itẽ alienatio sine consensu capituli nulla est, & citra aliquã appellationem rescinditur. Item si quis ex vna causa petat rẽ aliquã, & succumbat, nihilominus potest eam petere ex alia causa. & hoc per illam litteram, alia rationabili causa.

† Cap. 4. e. t. in 1. cõp.

† Karolilocr.

† Morinen.

† Hæ duo verba, per testes, desũt in omnibus manuscriptis & alijs antiquis exemplarib.

† Verbum, pronunciauit, deest in antiquis: quod tamẽ adesse debere postulat series contextus.

† Vide l. 2. C. de resc. vend. & ibi latissimè p Pinellum, & alios.

CAP. III.

CVm † dilecti filij Beluacen. Canonici, contra Abbatẽ, & fratres Cariloci † proponerẽt querimoniam, quòd syluã, quæ Nigrauallis dicitur, à quibusdã eorum ignorante Capitulo [a], pro decem libris, quadraginta marchas tunc valentem [b], comparassent: causam ipsam Morin. † Episcopo, & Decano Remen. commisimus terminandã: adijcientes, quòd si vterque causæ cognitioni interesse nequiret, alter in eodem negotio procedere non differret: *& infra*. ¶ Tandem Decanus in illius causæ cognitione processit: & cùm ei [per testes †] constitisset, quòd prędicti fratres syluam minus dimidia iusti pretij comparassent, pronunciauit † venditionem non tenere: & syluã Beluacen. Ecclesiæ adiudicans, Canonicos in possessionẽ induxit: *& infrà*. ¶ Quia verò in arbitrio [c] emptoris est, si velit, supplere iustum pretium, aut venditionem rescindere, cùm res minùs dimidia iusti † pretij cõparatur: sententiam ipsam tanquã iuri contrariam irritantes, possessionem Monachis iudicauimus esse reddendam [d]: salua quæstione [e] Canonicis super deceptione [f] pretij, vel consensu Capituli in venditione nõ habito, & alia causa rationabili, quam Canonici contra Monachos duxerint proponendam.

¶Cælestinus iij.

¶*Si vir habeat alia bona, vnde uxor possit sibi consulere: & cõsentiente vxore rẽ propter nuptias donatã vxori, vendiderit, emptorem, qui spatio triginta annorũ rẽ possederit, nõ potest vxor inquietare super ea, maximè si pretium fuit conuersum in communem vsum viri, & vxoris. Hoc dicit secũdum intellectum, quẽ tenet Panormitanus. Et est casus notabilis limitans ius ciuile, secũdum Ioan. And. nõ oportet adijcere maximè, sed omnia illa tria necessariò requiruntur.*

a ¶ *Capitulo.*] Vnde nõ tenuit vẽditio ipso iure, etiã vbi deceptio nõ fuisset in pretio. 12. *q. 2. sine. & s. de his quæ fi. à præl. c.* 1. 10 *q. 2. hoc ius*. vñ in fine reseruat capitulo hæc exceptio. T. ¶*Glo. seq. quærit & soluit.*

b ¶ *Tunc valentem.*] Scilicet tempore contractus. Sed pone, quod tempore venditionis valeret decem, tempore litis cõtestatæ valeret triginta sine studio monachorũ, vel alio modo, nũquid modo reuocabitur venditio? Non. quia tẽpus venditionis spectandũ est. *ff. de euic. ex mille. §* 1. *C. de resc. ven. si volũtate* [a]. *s. de ele. dudum.* & si deterior facta esset, non peteret: & ita cùm petituri non essent contrarium, meliorationem petere non debent. *C. de sol. l. pe. ff. de dam. infec. qui bona. § si quis*. Vin.

a *Ibi deceptus in pretio non agit, nisi deceptus fuerit vltra dimidium contractus tẽpore.*

c ¶*In arbitrio.*] Sic *j. eo. cùm causam. & C. de rescin. ven. l. 2.* ¶*Glossa sequens obijcit, & soluit.*

d ¶ *Reddendam.*] Sed cùm vẽditio nulla fuerit, qa facta fuerit ignorante capitulo, & vltra dimidiã decepta est ecclesia, nullum ius acquisitũ fuerit monasterio: quare fit restitutio monasterio? Rñdeo, si ad hoc actum fuisset, nõ fuisset restitutio facta: sed quia per iniquã sententiã spoliati fuerũt monachi, restituũtur, nec fuit venditio iudicata nulla: qa nec agebatur ad hoc. Vnde dr hîc quod in arbitrio sit emptoris, &c, nõ fit cõdemnatio, nisi agatur ad hoc *s. de ord. cog. cùm dilectus*. Ianc.

e ¶ *Quæstione.*] Hoc ideo dicit: qa qui rẽ petit ex vna causa expressa, & succũbit, eandem rẽ ex alia causa petere non prohibetur. *ff. de excep. rei iud. & an eandem. s. de causa poss. c. vlt.* De hac materia dicitur. *s. de lib. obla. c. 2.*

¶*Glo. seq. distinguit cõtractus bonæ fidei, & stricti iuris: & an dolus contrahẽtis, vel alterius det causam contractui, an incidat, an sine dolo decipiatur in pretio, & tunc aut vltra dimidiã, aut non vltra.*

f ¶ *Deceptione.*] Cum dolus dat causam cõtractui, putà, dolo induxi te ad vendendam rem, aliàs non venditurus, non tenet cõtractus. *ff. de dolo. & eleganter. ar. 12. q. 2. quisquis Episcopus. & j. de re. permuta. cum vniuersorũ.* Si verò incidit in contractũ, qa vẽditurus erã, sed p dolum tuum minus vendidi, vel per dolum meum plus emisti: tenet quidẽ contractus, sed agitur ad supplementũ residui. *ff. de actio. empt. & vend. Iulianus. § sed si venditor.* Si verò dolus nõ dat causam cõtractui, nec incidit in cõtractũ, sed deceptus sum vltra dimidiã iusti pretij in venditione, obtinet quod hîc dicitur, & *j. eo. cum causa. & C. de rescin. vendit. l. 2.* Si autem sum deceptus minùs dimidia iusti pretij, nõ possum agere ad aliquid: quia licitum est cõtrahentibus sese inuicem decipere [b] vsque ad dimidiam iusti pretij. *ff. de minor. in causa. § in pretio.* & hoc habet locum in cõtractibus bonæ fidei. In cõtractibus stricti iuris, etiamsi dolus dat causam cõtractui, tenet contractus, sed agens ex eo elidit ope exceptionis. *ff. de verb. obl. si quis cum aliter. C. de pactis. cum postea.* Et nota, quod in contractibus bonę fidei, si dolus dat causam contractui, nõ per contrahentes, sed per intermediam personam, tenet contractus, sed datur actio de dolo contra mediatorem. *ff. de dolo. & eleganter. §. 1.* in quolibet tamen contractu bona fides exigitur, *C. de act. & oblig. bonam.* Et nota, quòd quandoque nõ tenet contractus, & tamẽ ex eo agitur. *ff. de act. emp. & ven. Iulianus. § si quis colludente.* Lau.

† Cap. 2. e. t. in 2. cõp. Et de materia huius decretalis vide etiam Palatiũ Rubium in repetitio. rub. de donatio. inter virũ. & vxorem. § 57.

† Vide Auth. sine a me. C. ad Velleianum.

† Alias ita: quod per triginta annos cõsortes, &c.

b *Hæc tamen fori induta sunt: nam in foro conscientiæ non licet. & de hoc articulo vide in terminis per S. Thomam. 2. 2. q. 77 ar. 1. ad 1. argumentum.*

CAP. IV.

PEruenit † ad nos, quod P. miles, A. vxori suæ quandam domũ in donationem propter nuptias assignatam, muliere ipsa expressum dante consensum, B. mulieri vendidit pro certa pecuniæ quãtitate: *& infrà.* ¶ Prænominato verò milite viam vniuersæ carnis ingresso, relicta eius venire contra hoc præsumit: allegãs dictam domum titulo donationis propter nuptias sibi concessam, alienari non potuisse, licèt eius consensus ipsi noscatur contractui accessisse †. Præfata verò B. ex eo nititur se tueri, quòd † triginta annis constante illorũ matrimonio, domum ipsam bona fide, titulóque iusto possedit: & qa in cõmunes vsus viri, & vxoris, illius pretiũ est cõuersum: ac factę vẽditiõis tẽpore, vnde sibi præfata mulier cõsulere potuisset, in viri facultatibus consistebat. ¶ Quia igitur super his nos consulere curasti: Respõdemus, prædictam emptricem (si vera sunt, quæ præmisimus) præscriptis occasionibus super ipsa do-

PEruenit.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Quia igitur*. Ab. CASVS. Quidam miles P. nomine, quandam domum assignauit vxori suę in donationem propter nuptias: postmodũ de consensu vxoris suę vendidit domũ illam cuidam mulieri B. nomine pro certa quantitate pecuniæ: quo defuncto, relicta illius contra illam vẽditionem venire psumpsit, allegãs, quòd domus illa sibi donationis titulo assignata non potuit alienari, quamuis ipsa consenserit. Prædicta B. respondebat, quòd xxx. annis constante illorum matrimonio, bona fide, & iusto titulo domum illam quietè possedit, & in communes vsus pretium domus est conuersum: & tempore venditionis tãtùm habebat in bonis maritus mulieris, quod sibi cõsulere poterat. iudex qui de hoc cognoscebat, cõsuluit dominũ Papam, quid iuris esset: & respondet, si prędicta vera sunt, dicta B. super domo prędicta non debet vlteriùs fatigari. Nota, quod in te

mo, non debere vlteriùs fatigari [a].

¶Innocentius iij. Epo Pallien. †

¶Si in venditione apponitur pactũ de recuperanda re post certum tempus, modico constituto pretio: præsumitur pignus, & non venditio.

CAP. V.

AD † nostram noueris audientiam peruenisse, quòd cùm R. laicus [lator præsentium †] ab M. mutuum recipere voluisset, creditor ne per canonem [b] contra vsurarios editum † posset in posterum conueniri, domos, & oliuas recepit ab eodem titulo emptionis [c], cùm reuera cõtractus vsurarius ageretur †: quòd patet [d] ex eo, quòd creditor debitori promisit, quòd quandocunque à septennio vsque ad nouennium daret quadraginta † vncias tarenorum. quæ vix dimidiam [e] † iusti pretij contingebant, domos eius restitueret, & oliuas. ¶Quia igitur fraus, & dolus cuiquam patrocinari non debent †, Mandamus, quatenus si res ita se habet, instrumento venditionis confecto in fraudem canonis promulgati contra vsurarios non obstante, prædictum M. ad restituendas domos, & oliuas ei, ad quem debent hæreditario iure deuolui (cùm debitor sit viam vniuersæ carnis ingressus †) per pœnam in Lateran. † concilio [f] contra vsurarios promulgatam, appellatione remota compellas.

¶Idem Episcopo, & Archidiacono Vrbinacen. †

¶Vẽditor deceptus vltra dimidiã iusti pretij, agere potest, vt res sibi reddenti pretium acceptũ restituatur, vel iustũ pretium suppleatur, & in hoc electio est emptoris. Hoc dicit secundum Antonium.

CAP. VI.

CVm † causa, quæ inter œconomũ † monasterij sancti Martini de monte ex parte vna, ac ciues Viterbienses super casamentis ex altera vertebatur, fuisset aliquandiu ventilata: cum constitisset nobis monasterium in venditione vltra dimidiam [g] iusti pretij fuisse deceptum, sententiando decreuimus †, vt præfati ciues aut recepto pretio possessiones

in re empta potest allegari præscriptio. Itẽ nota, ꝙ si res donata in donatione ꝑꝑ nuptias cõstãte matrimonio alienet' de consensu vxoris, soluto matrimonio tenet alienatio, cùm donatio ꝑꝑ nuptias soluto matrimonio ad virũ, vel eius hęredes debeat redire, nisi cõsuetudo, vel pactum aliud inducat. j. *de dona. inter virum, & vxor. c. vlt.*

¶*Glo. seq. obijcit, & dupliciter soluit.*

a ¶*Fatigari.*] Videtur, ꝙ dñs Papa minùs bñ pronũciauerit hîc, qm̃ res donatæ vxori ꝑꝑ nuptias alienari non possunt, & consentiẽte vxore, nec currit ei ꝑscriptio in rebus dotalibus. *C. de iure dot. in rebus.* nisi soluto matrimonio: vt ibi dr̃. & *C. de ann. excep. l. 1. §. vlt. & C. de præsc. xxx. anno. cùm notissimi. §. illud.* nec sufficit, quòd in cõmunes vsus pretium versum est: quia ꝓ parte mariti nõ potuit obligari. *C. ad Velleia. Auth. si qua mulier.* Sol. si vis, vt omnis obiectio conquiescat, dicas, ꝙ mulier illa donationẽ istam ꝑꝑ nuptias lucrari non debuit: qa sicut dos soluto matrimonio dẽt redire ad vxorẽ, vel eius hęredes, ita donatio ꝑꝑ nuptias ad maritũ, vel eius hęredes. *C. de pact. conuen. sup. do. l. penul. & vlt. & Auth. æqualitas.* nisi ex pacto de lucranda dote, vel donatione, vel de cõsuetudine secus obtineat. j. *de do. inter vir. & vxor. c. vlt. C. de rei vxor. action. l. 1. §. illo procul dubio.* in quo casu intelligitur illa *Auth. C. ad Velleian. siue à me.* scil. illo casu, qñ ex pacto, vel ex cõsuetudine debet donationẽ lucrari: vñ bene respõdet Papa, ꝙ similiter debeat lucrari hanc donationem, intellige decr. hîc secundum Auth. ꝙ tantum erat in bonis mariti: ꝙ potuit sibi cõsulere, & post biennium secũdo alienationi tacitè vel expressè ꝑsumit' cõsensisse ratione tanti tẽporis. *arg. ff. de tut. pat. cura. C. de pe. hære. si filius.* Illa verò ratio non est multùm efficax, ꝙ in communes vsus pretiũ est cõuersum, nisi velis dicere, ꝙ vir, & vxor habebant omnia damna, & lucra communia. *arg. j. de do. inter vir. & vxor. c. 2.* immò quia soluto matrimonio vel cedit in substantiam viri, vel communib. liberis applicatur donatio propter nuptias. in *Auth. vt immobilia ante nup. do. § & hoc dicimus. col. 5.* & ideo non intererat mulieris petere matrimonio soluto, ex quo non habebat liberos, aut etiamsi haberet. Bern.

AD *nostram.*] Fictus emptor, q verus est creditor, cogit' restituere rem in veritate pignoratã, sed fictè venditam, si satisfactum est sibi sorte fructib. computatis. Ita cõiter summatur; sed hæc summatio est de in dubio. Ideo summo iuxta litterã notabiliùs sic vt in rubro, & est casus singularis. Prima pars narrat factum. Secũda dat iudicem ibi, *Quia igitur.* Abb. CASVS. Quidam laicus R. nomine, quandam quantitatẽ pecuniæ mutuo accepit à quodam vsurario M. nomine: creditor ille, ne posset, vel posset ꝑ canonem contra vsurarios editũ in posterũ conueniri, recepit ab illo domos quasdã, & oliuas titulo emptionis, cũ in veritate cõtract' vsurari' esset: ꝙ contract' vsurarius esset, patet ex eo, ꝙ est in instrumento venditionis expressum, vt quãdocũq; à septẽnio vsq; ad nouẽniũ debitor solueret creditori quadraginta vncias tarenorũ, q vix dimidiã iusti pretij contingebant, creditor domos, & oliuas restitueret debitori: cõsultus Papa an creditor cõpelli debeat ad restituẽdas domos, & oliuas: Rñdet, quia fraus, & dol' alicui patrocinari non debent: Mãdam', quatenus non obstãte prędicto instrumẽto confecto in fraudẽ canonis promulgati cõtra vsurarios, cõpellat ꝑdictũ creditorem per pœnam in concilio Lateran. statutã contra vsurarios ad restituẽdas domos, & oliuas ei ad quem debent de iure restitui. Ex hac decretali no. ꝙ ex forma contract' apparet quãque, an cõtract' sit vsurarius, & ex pretio apparet, an cõtractus sit vsurarius, an vera sit venditio. Item fraus, & dolus nemini debent patrocinari. Item potiùs consideratur, quòd agitur, quã quod dissimulatè concipitur. Item sicut ille, qui dedit vsuras, potest repetere, & agere contra vsurarium, ita & eius hęredes.

b ¶*Canonem.*] j. *de vsur. quia in omnibus.*

c ¶*Emptionis.*] Emptione pignoris causa facta, non ꝙ scriptum est, sed ꝙ suggestũ est, inspicitur. *C. plus valere, quod agitur. l. 3. j. qui filij sint legit. per tuas.*

d ¶*Patet.*] Id est, pręsumitur. j. *de pe. illo vos.* si autẽ nõ ageret in fraudem, secus esset, & haberet emptor fructus, licet venditio rescinderetur, & res esset vendita iusto pretio. *C. de pact. inter emp. & ven. l. 2.* Et ita potiùs cõsiderandum est, quod agitur inter contrahentes. *arg. 18. q. 2. Eleutherium ff. de verb. obli. cum qui calendis. j. de cond. ap. c. verum.* Lau.

¶*Glo. seq. alleg. 3. iura in contrarium.*

e ¶*Dimidiam.*] Et ita quantitas [a] pretij est *arg. dolo. ff. de transac. cum his. §. modus.* sic *arg. s. de deposi. bona fides.* & cõcessio simulata præsumit' ꝑꝑ modicum pretiũ. *C. mãda.* per diuersas *ar. contra. j. de simo. & si quæstiones. C. de resc. ven. l. de lucro & ff. de iure dot. l. si vsumfructum.* Lau.

¶*Glo seq. recs per qõnẽ.*

f ¶*Lateran. concilio.*] De vsur. quia in omnibus. & maiorẽ ẽt imponere potest. j. *de vsur. conquestus. per tuas. & c. dudum.* sc. per excommunicationem s. *de iureiur. ad nostram.* Et ideo in omnib. cõmissionibus fit mentio de pœna illius cõcilij: vt ab ea iudex incipiat, si viderit expedire: ad alteram postmodũ ꝓcessur', si hoc meruerit, &c. s. *vt li. nõ cõt. qm̃ frequẽter. §. vlt.*

CVm causa.] Idẽ dicit in sũma, ꝙ *c. cũ dilecti, s. e.* Diuiditur. In prima recitat factum In secũda diffinit. Io. de Imola. CASVS. Monachi sancti Martini de mõte vendiderũt quædã casamẽta F. & R. ciuibus Viterbieñ. in qua venditione dicebãt monachi', ꝙ monasteriũ deceptũ erat vltra dimidiã iusti pretij: causa sup hoc delata est ad dñm Papã: quia constitit dño Papę monasteriũ deceptum fuisse in illa vẽditione vltra dimidiã iusti pretij, sentẽtiando decreuit, vt prędicti ciues aut recepto pretio restituãt possessiones, aut supplcãt quãtùm cõstiterit iusto pretio defuisse tẽpore venditionis. Nota, ꝙ in optione emptoris est aut pretiũ recipere, & rẽ restituere, aut supplere iustũ pretiũ. Itẽ in contractib. initiũ est spectandũ.

¶*Glo. seq. recs. per q. ponit 2. solutiones, approbat secundam.*

g ¶*Dimidiam.*] Illud sic est intelligendum: ecce, res valet decem, vendidisti illã pro quatuor: patet, ꝙ tu es decept' in sex: sed sunt plus, q̃ dimidia iusti pretij, quod est quinque, & ita es deceptus in dimidia, quę est quinque, & plus, scil. vno: sufficit si illud plus valet vnũ bologninũ tm̃. & hoc intellige in venditore, q decipitur in pretio [c]. Et sic etiam in emptore decepto, pone ꝙ res valeat decem, & emptor soluit sexdecim, põt agere ad pretiũ recipiendũ, ꝙ pl' dedit, vel in totũ recedere à cõtractu: quia sic patet, ꝙ est deceptus vltra dimidiam iusti pretij. soluit. n. sex vltra dimidiã iusti pretij, quod fuit decẽ. Si. n. deciperet' in quinq; tm̃, non ageretur: quia quinq; sunt dimidia decem. & ita non est deceptus emptor in aliquo vltra dimidiam iusti pretij, sed quia sex dedit, vltra dimidiam decept' est, adeo aget. Azo. intelligit ista verba ita. Alij dicunt, ꝙ necessariũ est, vt duplũ iusti pretij, & vltra dederit emptor: vt ecce, res valet decem, & ego emi ꝓ viginti vnum, quod nulla lex dicit & nihil est, quod dicũt: quia hîc decipit' emptor in plus, quàm sit totũ iustũ pretium. sed primum verius est. Et dom. Iacobus dicit eodem modo cum Azone.

¶*Glo. seq. recs per q. an idem sit in transactione. Secundò quærit, quo iure agatur: ponit tres opi. & tertiam approbat. Tertio quærit de iuramento, & soluit.*

† *Pallien.* † *Alias, Capitulo Palliam.*

† Cap. 1. tit. de emptore. in 3 cõp. † *Hæc duo verba, lator præsentium desunt in omnib. antiquis codicibus.* † *Alias, edictum.* † *extitisset.*

† *sexaginta.* † *dimidiũ.*

† *debet.* Vide l. si in fraudem. C. de leg. & l. 1. & l. ex dolo. ff. de dolo. *Intellectum* Authen. siue à me. C. ad Velleianũ.

† *Concilium Lateranen. sub Alex. iij. c. 25.*

† *Vrbeuet.*

† Cap. 2. e. ti. in 3. cõp. *Et de materia huius decretalis vide plenissime per Antonium Pinellum in* l. 2. C. de resc. ven. *& per Antonium* [illegible] tom 2. varia. resolu. cap. 2. de emp. & vend.

a *Vide Bartholomæum Cepollam,* trac. de simulat. contract. in 6. casu principali.

b *Vbi dicitur: dolum emptoris qualitate, non facto quantitate pretij æstimatur: sed hic etiã fuit qualitas facti: quia infra certum tempus restituere tenebatur. Adde hic Ioan. And. & Inn. c. & iterum. Io. And. c. illo vos. §. de pigno.*

c *Cunge.* l. 2. & l. si quis cum alter. *& ibi Bar.* ff. de verb. oblig.

restituerent [a] memoratas, aut supplerent, quantum constaret legitimæ venditionis tempore iusto pretio defuisse.

¶ Gregorius ix.

¶ Ponit tres casus, in quib. re euicta non tenetur vēditor emptori de euictione.

CAP. VII.

SI † venditori, post institutū [b] contra se iudiciū, quis omiserit, vt rem venditam sibi defenderet, nunciare: vel contumaciter [c] abfuit † tempore sententiæ promulgatæ: seu per iniuriam [d] sententia lata fuit †, de euictione iuxta legitimas sanctiones [e] agere non valebit.

TITVLVS XVIII.

De locato, & conducto.

¶ Clemens iij.

¶ Excōmunicati sunt magistri, & scholares Bononenses, qui ante tēpus conductionis conducunt hospitia aliorum magistrorū, vel scholarium, sine eorum consensu.

CAP. I.

EX † rescripto litterarum [f] Tuscul. Episcopi nobis innotuit, q cùm ciuitatem Bonon. tempore suę legationis intrasset: & infrà. ¶ Constitutionem factam ab Episcopo Portuen. Apostolicæ sedis Legato, & à prædicto Tusculan. Episcopo postmodum confirmatam, videlicet vt nullus magistrorū †, siue scholarium [g], super conducendis aliorum hospitiis in læsionem, vel præiudicium habitantium, audeat hospitē cōuenire, nisi priùs constiterit tēpus cōductionis elapsum: vel inquilini in hoc suum fauorē præstiterint, & consensum: cùm idem

a ¶ *Restituerent.*] Ita agebat hic ad rescissionem cōtractus, nisi emptor vellet supplere iustū pretium. ī. *eo. cùm dilecti.* & hic. *C. de rescin. ven. l. 2.* secus [a] est in transactionibus, secundum quosdam. tenet etiam trāsactio, licèt quis decipiat vltra dimidiā iusti pretij. *arg. ī. de relig. domi. constitutam.* vbi Ep̄s omnia iura dimisit, solū octo denariis pro pensione retentis, &c. & est expressum, q si post trāsactionem inueniunt publica instrumenta, per quæ appareat, q deceptus sit transigēs in quadruplum, nō tñ rescinditur trāsactio. *ff. ad Treb. l. Lucius. §. vlt.* Et est ratio in trāsactione: quia eo ipso q à lite receditur, magnū commodū est: vnde indebitum solutū ob transactionē nō repetitur. *C. de transf. l. 2. ff. de cond. inde. in summa.* Vin. Et hoc verū, nisi aliquis velit agere iudicis officio, vt minor, vel Ecclesia: q si lędat in trāsactione, restituit: sicut si lęsus est in snīa, vel in aliquo cōtractu. *C. si adver. transa. l. 1.* sed si directè velit agere cōtra transactionē, secus esset. Io. Sed quo iure agitur hic ad rescindendum contractum? Dicunt quidam, q iudicis officio. *C. de rescin. ven. l. 2. C. de ac. empt. l. 4.* Sed secundum hoc ageret tantum ad quadrienniū: quia vsque ad tempus illud competit in inte. rest. *C. de temp. in inte. rest. l. vlt.* Hæc fuit opi. Pla. Alij dicūt, q cōdictione ex illa lege *C. de resc. ven. l. 2.* & secundū hoc vsque ad xxx. annos, quia omnes condictiones, cū sint personales, perpetuæ sunt. Credit Vin. q agatur condictione ex eo cōtractu ex vēdito alternatiuè, vel ad supplendum iustum pretiū, vel ad rescindendam venditionem [b]. Nec est mirum, si per actionem ex eo contractu agitur, vt recedatur à cōtractu. *ff. de act. emp. l. ex emp. §. si quis virginem.* Vin. quia in contractib. bonę fidei multa veniunt, de quib. nec est dictum, nec cogitatum: vt *ff. de contrah. emp. quotiens. & l. seq. & l. sed & si quid. C. de ac. emp. l. 1.* Io. hæc fuit opi. Ia. But. Sed qd dices, si maior iurauerit se nō venire contra vēditionē: nunquid audietur, quia deceptus est vltra dimidiā iusti pretij? Non credo, quòd audiatur, secus de minore: quia per iuramentum nō excluditur nisi per beneficium ętatis, non tamen renunciat iuri communi: [d] & ita potest agere vel ad supplementū pretij, vel ad rescindendum cōtractum, sed restitutionem in integrū petere non potest: quia iuramentum representat eum maiorem, nisi iuraret non repetere rem ex eo, q deceptus esset vltra dimidiam: tūc vtraq; via esset ei preclusa preter iuramentum. Bern.

SI *venditori.*] Euicta re tenetur venditor de euictione, nisi in casibus hic expressis. Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis vendidit rem suam Titio, mouet Titio quæstio de re illa sibi vendita: dicit hic, quòd si Titius nō denūciauerit venditori, iudicio instituto contra ipsum, vt rē sibi venditam defendat: vel si Titius contumaciter se absentauerit tēpore sententię: vel per iniuriam iudicis sententia lata fuerit contra ipsum: contra suum venditorem de euictione agere non valebit. Nota, hic tres casus, in quibus venditor nō tenetur de euictione, scil. si non denunciauerit emptor venditori, vt rem sibi venditam defendat: vel si contumaciter se absentauerit tempore sententię: vel si per iniuriam iudicis sententia lata fuerit contra ipsum.

¶ Glo. seq. tract. de denunciationis necessitate, & cui, & quo tempore fiat, & quid si per venditorem fiat: sinis addit duos casus, reliqui rect. in textu.

b ¶ *Institutum.*] Nota ergo, q emptor ad hoc vt vēditor teneatur ei de euictione, debet ei denunciare vt ipsum defendat, super re ab ipso sibi vēdita, de qua q̄stio ei mouet, alioquin non tenet. vt *C. de euictione. emptor fundi* & *l. auctore.* nec fideiussores tenentur, quos p euictione recepit: vt ibi dicit [e]. & si auctor sit absens, denunciet fideiussori, vt ex prędictis legib. tenetur. Quidam tamen dicunt, q non tenetur denunciare fideiussori. Et hęc denunciatio potest fieri quolibet tēpore, dummodo non nimis iuxta sententiam. *ff. de euic. l. si rem § quolibet.* Et illud scias, q si p venditorē steterit, quò minùs sit ei denunciatū, putà quia latitat, vel quia impedit, ne possit ad eum citatio peruenire, nihilominus tenetur de euictione. *ff. de eui. si ideo. §. præsenti.* & *l. si dictum. § si præsente.* & idem est, si denunciet fideiussori pręsente vēditore, vt in *d. § si præsente. ar. ī. vt lit. non con. qūi. §. porrò.* Item si emptor compromittit in arbitrum, & contrariam sentētiam reportauerit, vēditor nō tenetur [d]. *ff. de eui. si dictum. §. si compromisero.* Item si emptor potuit vsucapere, & non vsucepit, imputatur ei: quia & vēditor nō tenet ei, si res euincatur ab eo: vt in *l. si dictū. §. sicut pōt.* Bern.

c ¶ *Contumaciter.*] Si contumax fuerit emptor, quia citat non venit ad snīam, sibi imputetur, si lata fuerit contra ipsum: quia tūc venditor nō tenetur ei de euictione: quia vr̄ potiùs condēnatus pp suam contumaciam, q pp aliam causam. *ff. de eui. si ideo. 1. resp. C. eo. tit. emptor fundi.* nec pōt appellare tanquam contumax. 24. q 3. *de illicita.* 2. q. 6. c. *ei qui. §. sunt etiam quorum.* Bern.

d ¶ *Iniuriā.*] *C. de eui. emptor fundi.* vnde sumpta est hęc decr. & hoc ideo, quia iniuria, quę fit emptori, non contingit venditorem. ff. de qui. si per imprudentiam. si iudex per iniuriam pronunciat contra hęredem, non nocet legatariis. *ff. de lega. 1. si seruum plurium. §. 1.*

e ¶ *Legitimas sanctiones.*] De quibus iam præmissum est in l. emptor fundi, & *l. si per imprudentiam.* Et sic in tribus casib. hic contentis non tenet venditor emptori, si nō denūciauit, si contumax fuit, super iniuriam iudicis condemnatur: tunc enim iudex facit litē suam: & ipse tenetur. *ff. de iud. filius familias. & G. de pe. iu. qui. ma. iud. l. 1.* & 12. q. 2. c. 1. & 2. Bern.

DE LOCATO, ET CONDVCTO.

¶ Suprà visum est de emp. & ven. sed quia locatio habet magnā similitudinem, & vicinitatem cum venditione, adeo quòd in quibusdam casib. probabiliter dubitatur, an sit locatio, vel emptio. vt l. 1. ff. eo. meritò post præcedentem rubricam subijcitur illa. Et ad modum clarè discernendi contractum locationis à venditione, vide Bar. in l. cotem. §. qui maximos de publica. & in l. cum in plures. ff. loca. Abb. Sicul.

De hac materia habetur 10. q. 2. c. ea enim. §. perpetua. & seq.

EX *rescripto.*] Primò ponit decisa relatio legati. Secundò constitutio, quam confirmat ibi. *Constitutionem.* Tertiò publicari mandat ibi, *Statuentes.* Abbas.

CASVS. Dicitur hic, quòd nullus scholaris, nullus magister conducat hospitium aliorum infra tempus cōductionis, sine licentia inquilini: nisi priùs tempus conductionis elapsum fuerit: qui contra fecerit, excommunicationem incurret. Nota, q transcripto creditur sine originali. Item nota contra superbiam, & elationem scholarium, qui volunt apparere potentes in pecunia. Item vnus legatus potest statutum alterius confirmare. Item statutum legati perpetuum est, licèt eius iurisdictio sit temporalis. Item nota contra fraudes, & deceptiones mercatorum.

f ¶ *Litterarum.*] Huic dominus Papa fidem adhibuit, eius assertionem pro rato habens, quod Portuen. Episcopus sic primò statuerat; aliàs prima constitutio, de qua fit hic mentio, exhibenda esset. suprà de fide instrum. c. 1. C. *de eden. Auth. si quis in aliquo* [e]. nisi aliter de illa constare possit. ī. *de cle. pere. tua fraternitate.*

¶ Glossa sequens recit. per quæstionē, an scriptores, &c. arg. quòd non ponit opi. l. au. fol.

g ¶ *Scholarium.*] Soli ergo magistri, & scholares prohibentur conducere hospitia aliorū scholarium: sed alij nō prohibēt conducere hospitia scholarium: & propter potentiores cōstitutio ista emanauit: & per hanc litteram videtur, quod scriptores, qui scholares non sunt, sed vxorati, non ligentur hac constitutione, quia de illis non fit mētio. Lau. dixit hāc pœnā extēdi ad eos, qui gaudēt priuilegio scholastico, largè sūpto vocabulo

a *De hoc articulo præter Pinell. paulo antè citatum vide Alexan. cōs. 86. vol. 2. & Franciscum Curtium cons. 66.*

† *De materia huius c. vide plenè, & luculēter per Antoniū Gomezium* tom. 1. variis. resolu. c. 2 de ēpt. & vendit.

† *absuerit.*

† *fuerit.*

b *Et sic non obstat propter alternatiuam legem, quæ dicit, quod vēditi actio non datur ad rescindendum.* C. de act. ēpt. l. venditi. 2. *per quam P. hanc opi. reprobat.* Itē *illa lex dicit, quod nō facilè datur, quasi quandoque detur, vt ibi no. Io. And.*

c ¶ *Sufficit autem denūciasse auctori vt ibi. & si.* ff. de ver. obl. mora. *Ioan. And.*

d *Hac ratione videtur, quod compromitto possit in venditorem: de quo in Spec.* de arb. §. 2. ver. sed nūquid in venditorem. & ver. seq. *Ioan. And.*

† Cap. vnico eo. tit. in 2. comp. *Vide Horatiū Lucium trac. de priui. Scho. priuilegio.* 39. 40. & seq.

† *Adde, q appellatione magistrorum comprehendūtur doctores vtriusque iuris.* l. milite & l. his qui. & *de Doct.* ff. ex qui. cau. ma.

e *Vide in prad. c. 1. super glo. 2. Ioan. And.*

vocabulo scholarium, & gratia scholarium ibi sunt, dūmodo non sint meretrices, quę non sunt dignę laqueis legum. *C. de adul. quae adulterium.* nec obiicias, q pœna nō dēt extēdi, q2 odia, & pœna qñq; ampliant. *ff. de his qui no. infa. l. 2. §. exercitum & arg. ad hoc. j. de verb. sig. cum in partibus.* Lau. Sed non credo, q ad scriptores vxoratos extendat ista cōstitutio, licēt sint ibi gg scholares. eadem ratione extenderetur ad chartarios, & chartarum rasores. Bern.

¶ *Glo. seq. princ. rect. per q. Secundo quaerit, & duplicater soluit.*]

a ¶ *Sub excōicatione.*] Ex hoc verbo colligit, q fuerat constitutio latę sententię, & facit ad hoc 63. *dist. Salomitana j. de eo qui fur. or. re. c. 1.* ita etiam obseruamus, & tenemus, q sit canon latæ sētæ, & Tusculanus sub pœna anathematis hoc obseruandum decreuit, vt sequitur in littera. Sed quare nō imposuit legē locatorib⁹? Rñdeo, q2 non habebat iurisdictionem in eis, sed scholaribus, qui clerici sunt p maiori parte. simile 89. *dist. indicatū.* Itē q2 noluit legi derogare. *C. loca. ne cui.*

¶ *Glo seq. rect. per obiect. & solutionem.*

b ¶ *Audiētia*] Hoc fieri dēt pp illos, q constitutionem ignorant: sed quoad alios nō, q2 sufficit, qualitercūque sciant, etiam sine aliqua contestatione. *ff. de admi. tu. quidā. §. ex quo* & qui scit. certiorari non dēt. *ff. de act. emp. & ven. l. in fi.* Immò certè videt q omnes tenentur, ex quo constitutio fuit semel publicata. 16. *d. §. quod decreuit.* vnde potius ad cautelam fit huiusmodi recitatio, ne quis falsem de facto dicat se ignorasse. *si. ff. de susp. sed & si pupil. lus. §. 1. & 2. ī de si. anstr. pastoralis.*

† *Aliàs sub pœna excōmunicationis.*
† *ratum.*
† *Lexonien.*
† *Londen.*
† *Hoc est, ad affictum, siue pensionē. est autem firma vox Anglica, & quando prop'riè dicitur dari ad firmam, declarat hic Host. hocum contract⁹ exēplum extat in c. querelam. j. ne prælati vices suas.*

Portueñ. sub † excōmunicatione [a] hoc prohibuerit, & alter sub pœna anathematis idem decreuerit obseruandum: ratam † esse decernimus: & auctoritate Apostolica confirmamus: Statuentes, vt à te frater Episcope, & tuo quolibet successore, hoc singulis annis in communi audientia [b] magistrorum, atque scholarium recitetur.

¶ Innocentius iij. Abbati, & Cōuentui sancti Petri de Pratel. London. † diœces.

¶ *Persona Ecclesiastica locare possunt prouentus decimarū his, cū quibus cōditio Ecclesiæ fit melior, statuto diœcesani cōtrario non obstante: & eadē ratio est de alijs rebus Ecclesiæ.*

CAP. II.

VEstra nobis relatio declarauit, quòd cùm ad firmam † fructus vestratum dare cōsueueritis decimarum: & infra.

¶ Diœcesanorum Episcoporum statuto [c] contrario non obstante, vestrarum decimarum prouentus illis liberè locare potestis, cum quibus Ecclesiæ vestræ conditionē poteritis facere meliorem: ita tamen, quòd huius-

V*Estra*] Primo ponitur dec io, & monachorum querela. Secundò prouidet cum determinatione ibi, *Dioe. esanorum.* Abbas.

Casvs. Quidam Epi statuerunt q nullus deberet locare fructus decimarū suarū ad firmam, nisi parochialib. presbyteris: pp illud statutum Ecclesię non modicum lædebantur: vnde monachi isti petierunt à domino Papa super hoc sibi prouideri: scribit Papa monachis illis, q non obstante contrario statuto Episcoporū, possint locare fructus decimarū suarū personis illis, cum quib. conditionē ecclesię poterūt facere meliorem, ita tñ q ista locatio non extendat ad feudum, vel alienationem. Nota q fructus decimarum, & aliarum rerū spiritualium possunt locari, & vendi, & obligari, licet res ex quib. prouentus tales percipiuntur, alienari non possunt. Item isti prouentus non possunt dari in feudum, vel alienari perpetuò.

c ¶ *Statuto.*] Statuerūt epi, q huiusmodi decimæ parochiales presbyteris solummodo locarent. per quod vtilitas ecclesiarum non modicum impediebat: petierunt isti monachi sibi super hoc prouideri: quia enim bene possunt facere [a] statutum. *de consec. dist. 3. c. 1. & ī. de max. & obe. si quis venerit. & j. de sen. excom. à nobis sunt.* Sed quia illud vertebat in detrimentū, vel præiudicium ecclesiarum: & quia non est contra ius: vt hic patet expressè, quod fructus decimarum taliter ad tēpus locent, ideo Papa tollit statutum illud, licet ius decimarum taliter vendi, vel locari non possit: cum spirituale sit *j. de iure pa. c. 1. & c. de iure. j. de simo. querelam.* Bern.

d ¶ *Ad feudum.*] Et ita patet, quod prælati Ecclesiarum infeudare non possunt de nouo. *j de feu. c. 2.*

e ¶ *Alienationem.*] Perpetuam scilicet, secundùm quod dicit: alienatio est cōtractus, per quem dominium transfertur. *C. de fun. do. l. 1.* Quandoque verbum, alienationis, largè accipitur. *ī. de reb. eccl. non alie. nulli liceat C. de reb. eccle. alie. vel non, iubemus. & in Auth. de reb. eccl. non alie. §. nos igitur. coll. 2.* & eodem modo hic largè accipitur, vt in *c. nulla.*

a De hoc articulo præter Innoc. Host. & Ioan. And. hic vide glossam. Geminianum. & doctores in c. 2. de cōsti. lib. 6.

P*Ropter.*] Diuiditur in duas partes istud *c. principales.* Nam primò loquit in prædio rustico. Secundò in prędio vrbano. Secunda ibi, in *§. Verùm.* Abbas.

Casvs. Ecce, locaui alicui prędium meum pro certa pensione annuatim reddēda: sterilitas magna cōtigit, & sic magnū damnum dedit conductori sine culpa sua, vitio tñ ipsius rei, seu casu fortuito: quęritur, vtrum colonus totam teneat soluere pensionem? Rñdet Papa, q pensio remittenda est p rata, nisi sterilitas possit cōpensari cū vbertate pcedentis, vel subsequētis anni. Secundò quęritur, vtrum locator possit expellere inquilinum de domo sua inuitum? Rñdetur: Si modo immineat necessitas, quæ non imminebat tempore locationis, locator inuito inquilino poterit domū inhabitare, & inquilinum expellere: vel si refectione indiget, q nō imminebat tēpore locatiōis, remissa sibi pēsione p residuo tempore. Item si inquilinus peruersè moratur ibidē, potest inde amoueri: vel si nō soluit canonem p bienium, nec sibi celeri satisfactione pudit, potest expelli. Nota, q pensio aliqñ remittēda est. Item sterilitas pōt cōpensari cū vbertate. Item nota, q in quatuor casib. pōt inquilinus expelli: scil. si immineat necessitas, quæ non imminebat tempore locationis, vel si refectione indigeat domus, vel si inquilinus peruersè moratur ibidem, vel si non soluit canonem per biennium.

modi locatio ad feudum [d], vel alienationem [e] nō videatur extendi.

¶ Gregorius ix.

¶ *Propter sterilitatē grauem conductori sine culpa sua contingentē remittitur pēsio pro rata, nisi possit cum vbertate præcedentis, vel sequentis temporis compensari. Hoc dicit vsque ad §. verum.*

CAP. III.

PRopter † sterilitatem afficientem magno incommodo [f] conductores, vitio rei [g] † sine culpa coloni, seu casu fortuito contengentem †, colonis Ecclesiæ tuæ pro rata est pensionis remissio facienda: nisi cū vbertate præcedentis, vel subsequentis † anni, valeat sterilitas compensari.

¶ *Ponuntur hic quatuor casus, in quib. inquilinus potest ante tempus conductionis finita lite expelli. Abbas.*

¶ Verùm inuito [h] inquilino domum inhabitare, vel reficere poteris, si necessitas (quæ tamen nō imminebat locationis tē.) [i] id exposcat, remissa sibi p residuo tēporis pēsione: qui etiā inde rationabiliter amouetur, si

† *De materia huius c. quæ frequēs est, vide Antonium Gemmæ cō. 10. 2. variar. resol. c. 3. Antonium Pinhelum in l. 2. C. de rescin. vē. p. 1. c. 3. Parisien. cōsi. 88. l. 3. Adde etiam Guidonem Papa, decisio. 630.*
† *& sine culpa.*
† *contingēte.*
† *sequentis.*

¶ *Glo. seq. tractat, quod sit magnum damnū, & quod de modico: interserit casum exceptū, & de quo colono loquitur hæc littera.*

f ¶ *Magno incommodo.*] Quando magno incommodo afficitur conductor, tunc fit remissio pensionis. *ff. eo. ex conducto. §. vbi* dicit si omnem fructum tulerit, & fructus etiam seminis non superfit. *& l. si vno. §. vbicumque. & C. eo. l. licèt certis. & l. excepto.* nisi aliud in locatione sit actum: vt in l. licèt alioquin si tale damnū nō interuenerit, secus est. *ff. eo. si merces. §. vis maior.* quod modicū damnum debet sustinere, vt ibi dicit. & l. habitatores. Intellige, quod hic dicit de eo colono, qui certā pecuniā annuatim debet, vel certas corbes: & nō de partiario, qui cū dño lucrum, & damnum partit, vt dicit in §. vis maior. quia pro modico damno nō dat restitutio: vt *ff. de in integ. rest. scio. & ī. de in inte. resti. c. 1. & ī. de re. ec. non alie. ad nostram.* & modicum damnum ecclesia sustinere debet. 12. *q. 2. bona rei.* nec pro modico retractatur venditio. *ff. de contrah. empt. l. res bona.* nec pro modico datur actio de dolo. *ff. de dolo. si oleum. in fine.*

¶ *Glossa sequens signat contrarium & soluit.*

g ¶ *Vitio rei.*] Quia forsitan non potuit pati multam pluuiā nec multā siccitatem. nec potuit colon⁹ occurrere, qn suffocaret semen. Sed cōtra videt. *ff. eod. ex conducto. §. 1.* vbi dicit, q si vitia ex re oriunt, damnū esse coloni, vt si vinū coacuerit, vel si herbis segetes corruptæ sunt. Sol. ibi potuit colonus occurrere, hic non: q patet ex eo, q dicit hic, sine culpa coloni, casus & fortuitus domino nocet [b], & non colono, vt nō habeat pensionem nisi pro rata, & si nihil perceperit, nihil soluat, ita q remissio facienda est in totū, vel in partem, nisi vbertate pcedentis anni, vel sequentis possit compensari sterilitas. *C. eo. l. licet.* & hoc etiam si dominus remisit pensionem propter sterilitatem, si anno sequenti contingat vbertas, petere potest pensionem integram: vt *ff. eo. si vno.* Bern.

h ¶ *Verùm inuito.*] Hoc sūptū est ex illa lege *C. eo. ædē quam.*

i ¶ *Nō imminebat locationis tēpore.*] Hęc potuit esse necessitas, q postea superuenit, si domus corruat, vel minat ruinā, qua ædificare vult: vel forsitā vxorē duxerit, & indiget domo illa: vel si qua cōsimilis necessitas, q tūc nō imminebat. *arg. ff. de in*

b Adde, quia dicatur casus fortuitus, in l. fortuitus. & ibi Bal. C. de pi. act. & glossa in §. Thesauros. in ver. fortuito casu. Inst. de rer. diui.

a *Vide de mer. c. cateram super gloss. 2. Ioa. And.*

possess. l. si is à quo. §. planè a. aliàs est lex. & *ff. de inter. ac. de aetate. § ex causa.* & *s. de of. dele. insinuāte.* Et est hic ar. principiū cōsiderandū. *s. ei. prox. cū dilectis* & *s. de ele. dudū.* vbi de hoc. B.

¶ *Glo. seq. ponit opinionem, quam reprobat.*

a ¶ *Peruerse.*] In isto casu dicūt quidā nihil remittēdum esse qu . . cōpensando: sed non est verum, quia pōt dñs agere contra inquilinum pro damno dato actione legis Aquiliæ, & ex locato.

† *prauidere.*

b ¶ *Canonem.*] Hoc intellige, quādo ad longum tēpus conduxit, putà ad decem annos, vel plùs, vel minùs etiam 6. vel 5. *ff. eod. quaero. §. inter* Bern.

c ¶ *Celeri.*] Sic suprà de reb. Ecc. ali. vel non. si quis presbyterorum. & *j. eo. c. prox.* vbi dicit, qualiter hoc verbū sit intelligendum. Et ita in quatuor [b] casibus expellitur inquilinus.

peruersè [a] ibi fuerit cōuersatus, vel cum canonē [b] per biennium non soluisset, si sibi satisfactione celeri [c] non prouidit. †

¶ Idem.

¶ *Emphyteuta Ecclesiæ meliorationes suas vēdere nō potest, nisi seruatis his, de quibus hic. Et si cōtra fecerit, vel canonē per bienniū non soluerit, nec moram postea celeriter purgauerit, iustè potest expelli.*

CAP. IIII.

POtuit † Emphyteuta [d] (Ecclesia primitus requisita [e], eique nunciato, quantùm sibi ab aliis offertur, si nolle se emere dixerit: vel denunciationis tempore duorum mensium spatium sit elapsum) meliorationes, & ius sibi competens aliis vendere [f], qui ab emptione huiusmodi minimè prohibetur [g]. ¶ Emphyteuta quoq; secus præsumēdo, vel cessando in solutione canonis per bienniū [h] (nisi celeri [i] satisfactione postmodū sibi cōsulere studuisset) iustè potuisset expelli [k]. Non obstante, quod ei, vt

† *Huius decretalis materia valdè vtilis, & frequens est, de qua vide latè per Iasonem, & doctores in l. 2. C. de iure emphy. Cagnolum in Authen. qui rem. C. de sacro. Eccl. & plenissimè per Iulium Clarū l. 4. recep. sent. §. emphyteusis. & de intellectu per Couarruuiā l. 3. varia. resol. c. 17*

POtuit.] Primo ponit requisita, vt ius emphyteuticū possit vendi. Secundo contra facientem punit ibi, *Emphyteuta.* Tertiò soluit obstaculum ibi, *Non obstante.* Abb. sic.

CASVS. Ecclesia dedit rē aliquam alicui in emphyteusim: iste Emphyteuta meliorauit rem illam. quæritur, vtrum possit vēdere meliorationes suas? Rñdet, quod emphyteuta debet primò requirere Ecclesiā si velit emere ius suu. & debet denunciare illi, quātùm potest habere ab aliis: & si dixerit se nolle emere, tunc potest ius suū vendere: vel si nihil dixerit, debet expectare Ecclesiam per duos mēses: quib. elapsis poterit emphyteuta vēdere aliis suas meliorationes, qui ab huiusmodi emptione nō prohibentur: & si cōtra hoc fecerit, vel per bienniū in solutione pēsionis cessauerit, licitè pōt expelli, nisi celeriter post bienniū satisfecerit, nō obstante quod ei nō fuit denunciatum: quia tempus in hoc casu ipsum interpellat. Nota, quod emphyteuta semper debet denūciare domino, si vult vēdere ius suum, aliàs cadit à iure suo. Item si per biennium non soluit canonem, potest expelli. Item in solutione canonis potest mora purgari. Item tempus est hic pro admonitione.

¶ *Glossa seq. rec. per q. an emphyteusis sit locatio.*

b *Hos casus explicat Antonius Gomezius in prajecitato loco, quem videto.*

d ¶ *Emphyteuta*] Videt, quod emphyteusis sit locatio, ex eo quod ponitur in tit. de locato, sed non est verum. *Inst. locati §. adeo.* Locatio enim potest fieri tam de rebus mobilibus, quàm immobilibus, & se mouentibus: emphyteusis verò tm̄ de immobilibus. Contractus autem emphyteuticus medius est inter vēditionem, & locationem: in hoc autē accedit ad venditionē, quia qñ talis contractus celebrat, aliquid dat, sicut in venditione datur pretium, sed tñ differunt quia per venditionem transfert dominium, sed hic retinet dominus dominiū: sed magis videt accedere ad naturā locationis: quia sicut locator retinet dominium, & singulis annis aliquid recipit, ita & hic: quia emphyteuta singulis annis soluit canonem constitutū, & ideo potiùs ponit hæc decr. in isto tit. quàm in præcedēti Bern.

c *Itē in emphyteusi requiritur scriptura. C. eod. l. 1. & locatione non item cū duller, nec vendit, nec vēdicat: emphyteuta sic, C. eod. l. 1. ff. si ager. vec. l. 2. Ioan. And.*

e ¶ *Requisita.*] Hoc sumptum est C. de iure emphy. l. vlt. Primò requiri debet dominus ab emphyteuta, an emere meliorationes ipsius velit, secundùm quod hic dicitur, aliàs caderet à iure suo: vt in l. prædicta. Bern.

ADDITIO. Vnde versus: *Qui sine consensu templorū res alienat:*

Vel censum bino qui soluere negligit anno:

Re careat tota, qui sic facit emphyteuta.

¶ *Glo. seq. quærit, & ponit duas opiniones contrarias.*

d *Vin. feslic. pro quibus de do. inter vir. & vx. nuper. & in lib. feu. de feu. non aliē. sine cō. ma. do. l. imperialē. Dicit etiam Vinc. quod de alienatione firmē tio in l. & & donatio est alienatio. Io. And.*

f ¶ *Aliis vendere.*] Sed nūquid possunt donare? Videt, quod non, quod quidam [d] concedunt. Alij dicunt, quod donare potest etiā sine consensu domini. *C. de fun. patri. l. 1. lib. 11. & pignori dare. ff. de pign. l. lex vectigali. & ff. de pigno. actio. tutor. §. vlt.* Bern.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

g ¶ *Prohibentur.*] Sed quę personę prohibentur ab huiusmodi emptione? Potest dici, quod serui Ecclesię, capitanei, & omnes personę maiores, quæ non sunt idonei facilitate conueniendi, vnde posset dominus prȩiudicium pati. *ff. qui satisd. cog. l. 2.*

¶ *Glo. seq. quærit, & respondet.*

h ¶ *Per bienniū.*] Vt 10. q. 2. hoc ius. § qui rem. in priuato triēnium requiritur. *C. de iure emphy. l. 2.* Sed si promisit soluere pœnam, rato manente pacto si non soluat pensionem, & petat pœnam, nihilominus vult eum expellere: nunquid potest? Dicas, quod sic. arg. *ff. de transact. qui fidem. & l. pacto & C. de pact. cùm proponas.* in fauorem domini dictum est hoc. & facit ad hoc. *ff. de reg. iur. cùm par* Bern.

¶ *Glossa sequens quærit ponit quatuor opiniones, & soluit.*

i ¶ *Cele . .*] Et ita patet, quod Emphyteuta pōt purgare morā offerēdo canonē post bieniū. Sic *s. c. prox. sicut alienatur. s. de rebus Eccl. alienan. vel non. c. si quis presbyterorum. & arg. s. de elect. quod sicut. in fine. & ff. de verb. obl. interdū. §. vlt.* Sed quātum tēpus dabit ad purgandū istam morā? Videt, quod ante sententiam: vt *ff. de inof. test. Papinianus. §. meminisse.* & *C. quibus, vt indig. alia est.* Vel etiam vsque ad litem cont. *ff. rē rat. habe. amplius hoc.* & *C. de plus pet. l. vnica. & s. eo. ti. vnico.* Vel modicum tēpus dabit forsan decem dierū. *ff. de consti. pecu. promissor. §. 1. & ff. ex quibus cau. maio. in integ. rest. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. & ff. si quis cau. l. & si post tres.* vel quàm citò potuit. *ff. ad Tertul. l. 2. §. cōfestim.* & *s. de elec. quia propter.* vbi plura argumenta de hoc inuenies. Quidam dicūt, quod vsque ad litem cōtestatā pōt emphyteuta vitare pœnā huius constitutionis, offerendo canonem per iura prædicta. Sed non credo, quod vsq; ad litis cōtestationē possit purgare morā: quia hoc posset differre vsq; ad duos annos, vel vnum, vel tres, vel plures post tempus statuti biēnij, & ita non esset celeriter: & propterea hoc videtur potiùs facere timore pœnæ, quàm voluntar., & interpellat coram iudice: sed tempus statutū ipsum interpellat, vt dicit in fine, & vltrò se debet offerre: vt *C. de iure emphyt. l. 2.* Dabo ei modicum tēpus post biennium elapsum. Talis enim celeritas ad modicum tempus refertur post biennium respectu ipsius biennij, sicut hęc adiectio plus ad modicam quantitatem respectu quantitatis nominatæ. *ff. de verb. sig. hac adiectio.* & illud, modicum, considerabitur arbitrio iudicis, ex quo non est determinatum in iure. *s. de offi. dele. de causis. & ff. de in. deli. 1. §. ait prætor.* & quòd appellatur arbitrium boni viri. *ff. de verb. oblig. continuus actus. §. 2.* Bern.

¶ *Glo. seq. format sex quæstiones. Primam soluit, & eius cōtrariū consulit. Secundo quærit, & soluit distinguendo inter priuatum, & prælatum Ecclesiæ collegiatæ, vel non. Tertiò quærit de protestante, & soluit. Quartò quærit, & ponit duas opiniones, & secūdam approbat, signat contrariū, & soluit. Quintò quærit de sterilitate, & soluit. Sexto quærit de pluribus cohæredibus, & soluit.*

k ¶ *Expelli.*] Sed [e] nūquid auctoritate sua propria potest dominus expellere emphyteutam, si canonē debito tēpore nō persoluat? Videtur, quod sic. *C. de iure emph. l. 2.* satis potest dici, quod sic auctoritate huius decre. & prędictę legis. 10. q. 2. hoc ius porrectum. §. *qui rem huiusmodi.* dicit enim, lex pertimescat crimen, cùm sibi arbitriū suę vltionis sciat concessum. *C. de meta. deuotum. lib. 12.* & *arg. ff. de pig. l. lex vectigali. & arg. C. de seruis expor. l. 1 & 2.* Sed melius faciet, si auctoritate iudicis hoc fecerit. *C. de pignor. l. 3. & de priuileg. pastoralis.* Sed si alij tradidit possessionem, vel alio expellat, non deiiciet possessorem auctoritate sua *arg. ff. de vi. & vi arma. l. cel. . .* Item si emphyteuta cessauit per biennium, & tantū amplius quod non potest purgare moram, si dominus postea receperit pensionē: nūquid dominus postea poterit expellere emphyteutam? Respōdeo, in priuato planū est: quia recipiendo pensionem iuri suo renūciauit. *ff. de lege com. l. post diem.* & *l. prace. §. fi.* ipso enim facto renunciauit iuri suo, *s. de his quæ fi. à maiori. pa. c. ex ore.* cū suis cōcor. Sed quid dices de Ecclesia? Respondeo, si prælatus de cōsensu capituli recipiat pensionem, expellere nō poterit postea emphyteutam, cùm liberū sit Ecclesię vel emphyteutā expellere, vel pensionem petere. in *Auth. de ali. & emphyte. cōtract. §. si quis vero locator coll. 9.* & eligendo vnū, alteri renūciasse videtur, vt in prædictis legib. *post diem.* & *l. præced. §. vlt.* Sed si solus prȩlatus sine consensu capituli recipit pensionem. nō credo, quod obsit Ecclesiæ, quominus possit expellere emphyteutam, nisi postea capitulum consensisset. *arg. j. de his quæ fi. à præl. sine consensu. cap. pastoralis.* cum suis similib. Et si vnus sit sacerdos siue rector solus in Ecclesia, siue in capella, & recipiat pēsionē, idem credo, quod amodo non poterit emphyteutam expellere, vt dictū est. Itē quid si dicat dominus: recipio pensionem [f] saluo iure meo: vt per hoc nō fiat mihi prȩiudiciū, quominus possim te appellere? Credo, quod valeat protestatio. nec per hoc prȩiudicatur ei: quia & si ipsū vellet expellere, nihilominus posset petere possessionem. 10. q. 2. *hoc ius porrectum. §. qui rem & arg. ad hoc. ff. si quis cau. l. 2. 1. resp. & ff. de eo quod cert. lo. l. vlt.* Item si fundus emphyteuticus clade, vel casmate perierit vltra medietatem, vel plùs, vel minùs: nunquid debet pensio diminui? Dicūt quidā, quod si vltra medietatem perit, non tenetur emphyteuta soluere integrā pēsionē. *C. de iure emphy. l. 1. ex eo.* quod

e *De materia huius gl. vide Iasonem & Iulium Clarum supra citatos in principio huius decretalis.*

f *Temporis præteriti secundum Ioan. Host. & Ian. vt not. in Spe. de acti. §. 1. licet quod idem dixerint de futuro vt ibi not. Ioann. And.*

quod ibi dicitur, si verò particulare damnū, &c. quia nomine partis medietas intelligitur. *ff. de verb. sign. nomen filiarū §. 1. ff. de vsufruct. etiam partis.* Alij dicūt & melius, quòd totam pensionem soluere debet, adhęrentes litterę illius legis, vbi dicitur: ex qua nō ipsa re penit⁹ substantia lædatur. *Inst. loca. §. adeo. in fi.* Secundum hoc signatur contra. *C. de alla. l. 2.* sed illud speciale est in tributo. Sed nunquid ꝑꝑ sterilitatem rei emphyteuticarię debet pēsio diminui? Et certè nō, licèt aliud sit in locatione. *ī. c. prox.* Item si sunt plures cohęredes, & vnus nō soluit pensionem, nunquid propter hoc fit præiudicium alijs? Non credo, si soluant pensionē totam, & postea contra cohęredē agāt iudicio fam. hæ. erciscundæ *ff. famil. ercisc. hæredes. § si vnus.* Et quod dicit, expelli, respicit alteram partem disiunctiuæ s. cum canonem nō soluit: quā in altero casu, s. quā alienetur domino requisito, emptor non potest expelli sine auctoritate iudicis sui. Bern.

a ¶ *Statuta.*] Non est ergo requirendus emphyteuta: quia tempus ipsum admonet *C. de contrahenda stipulatio. l. magnam. & C. de iure emphyt. l. 2.* vnde sumuntur ista verba. *sic & creditor ad petitionem vrgeri non potest. vt C. de pignor. credi. t. r. ff. de administra. tione tutor. quidam. §. vlt. & C. si propter publicas functiones ven. fu. cele. l. vlt. in p.* Bern.

† *Interpellat.*

† *Desumptū ex* Auth. seu nouella 7. de nō alie. reb. ecc. c. 2. *Burchard⁹* l. 3. decret. c. 165. *Ivo* p. 3. c. 184. & c. 1. eo. tit. in 1. comp.

† *Refertur in concilio Meldensi c. 23. cūquam ex concilio apud Beluacum. Burchardus* l. 3. decr. c. 171. *Ivo* p. 3. cap. 232. & c. 2. eo. tit. in 2. comp.

canonem solueret, non extitit nunciatum: cùm in hoc casu dies statuta [a] pro domino interpellet †.

TITVLVS XIX.

De rerum permutatione.

¶ Ex concilio apud Siluañ. †

¶ *Princeps potest rem Ecclesiæ immobilē per permutationem acquirere, data re meliori, vel æquali. h. d. Et in hoc quod dicit, vel æquali, est casus notabilis.*

CAP. I.

SI princeps voluerit rem immobilem sanctis locis præstare, & accipere ab eis aliā immobilem, eòque modo de communi voluntate [b] permutationem contrahere: Liceat [c] ei hoc facere, si causa rationabilis [d] id exposcat, & res, quā præstiterit, maior fuerit, vel æqualis: pragmatica [e] sanctione super hoc promulgata.

¶ Ex concilio Beluaceñ †

¶ *Permutatio rerū Ecclesiasticarū facta in casu non concesso, seu non seruata solemnitate iuris, est reuocanda per successorem.*

DE RERVM PERMVTATIONE.

¶ *Visum est supra de emptione, & venditione. Item de quodam contractu emptioni vicino, vt de locato, merito subiicit aliū contractum emptioni proximū, vt est permutatio. Et hoc nomē permutationis, est multùm generale. Nam conuenit omnibus rebus, quæ inter hominum manus versantur, & propter hoc non habet nomen speciale, sed remāsit in suo genere: quia plura sūt negotia, seu res, quàm vocabula l. natura. ff. de præscrip. ver. Abb. Sicul.*

De hac materia tractatur 10. q. 3. c. ea enim §. sed & permutare & 12. q. 2. in multis. c.

SI *princeps.*] Primò ponit quęstio. Secūdò solutio ibi, *Liceat.* Abbas Sic.

CASVS. Quęsitū fuit in concilio isto, vtrùm Ecclesia posset rē immobilem permutare cū Principe? statuit conciliū, quod si Princeps voluerit permutare rem immobilem cum sanctis locis, & ab eis rem aliam accipere, & de communi voluntate permutationē facere, hoc licitum sit, dūmodo causa rōbilis hoc exposcat, & res, quam Princeps præstiterit, maior fuerit, vel saltem æqualis, & super hac pmutatione principis sanctio promulgetur. Nota, quòd princeps potest rem suam immobilem cum re ecclesię immobili permutare, dummodo ecclesia non lędatur. Item pragmatica sanctio est confirmatio ab Imperatore facta.

b ¶ *Voluntate.*] Aliàs certè nō posset, sicut cum communi cōsensu emptio contrahitur, & etiam dissoluitur. *C. de actio. & oblig. sicut ab initio.* Bern.

c ¶ *Liceat.*] Sic 10. q. 2. *hoc ius porrectum. §. sed permutare.*

d ¶ *Rationabilis*] Puta, ꝙ vtilitas Ecclesię in hac permutatione ꝓcuret: aliàs nō debet fieri. *ī. c. prox.* sicut nec alienatio fieri debet, nisi vt meliora prospiciat. *12. q. 2. sine exceptione & ī. de his quæ fiunt à præla. cum Apostolica.* Bern.

e ¶ *Pragmatica.*] Pragma, idē est ꝙ causa: vnde pragmatica sanctio, est constitutio super aliqua re ꝓmulgata, hic tamen ponitur pro confirmatione, siue scriptura facta ab Imperatore cum causę cognitione super tali permutatione. Ala.

a *Videto, qd de hoc dicto sentiat hoc loco. Ioan. And.*

b *Pragmaticam dispositio est, quā princeps ad locorum suggestione mittit, vt colligitur ex l. fi. C. de ꝓximis sacr.* scrinio.

VT *commutationes.*] CASVS. Dicitur in hoc c. quod cōcessiones factæ ab antecessore in damnum Ecclesię, poterunt renouari à successore. Nota, quod res ecclesiæ commutari debent. Item successor potest reuocare res malè alienatas à prędecessore.

CAP. II.

VT commutationes [f] rerum Ecclesiasticarum, quæ ab antecessore inconsultè [g] factæ sunt, ab eo, qui successor est, emendentur.

¶ Ex concilio apud Siluanectum †.

¶ *Mancipia Ecclesiæ non debent permutare nisi ad libertatem, vel nisi sint fugitiua. Hoc dicit cū c. seq.*

CAP. III

MAncipia Ecclesiastica, nisi ad libertatem, non conuenit commutari [h]: videlicet vt mancipia, quæ pro Ecclesiastico hōine dabuntur, in Ecclesiæ seruitute permaneant, & Ecclesiasticus homo, qui commutatur, fruatur perpetua libertate. Quod enim semel Deo consecratū [i] est, ad humanos [k] vsus transferri non decet.

¶ Ex eodem †.

¶ *Serui Ecclesiæ cum profanis permutari non possunt, nec alienari, nisi sint fugitiui.*

CAP. IIII.

INiustum videtur, & impium, vt mancipia, quæ fideles, Deo, & Sanctis eius, pro ani-

f ¶ *Vt commutationes.*] Supple, statuimus.

g ¶ *Inconsultè*] Id est, in damnum Ecclesiæ: quod esse non debet: immo rationabilis causa debet subesse ad hoc, vt fiat commutatio. *ī. eo. c. prox.* vnde successor reuocauit incōsultam permutationē. simile *ī. de preca. ca. 2.* immo & illa, quæ fecit, successor reuocare potest, quod in damnum ecclesiæ datum est, siue alienatum. *35. q. 9. quod quis commiserit. ī. de rebus ecclesiæ non alienandis. si quis presbyterorum. & 12. q. 2. monemus.* dum tamen toleretur in administratione. Bern.

MAncipia.] Breue est, & tolle principium c. pro summario: quod autem sequitur hic, & in c. seq. est eius expositio. Abbas Siculus.

CASVS. Quęsitum fuit in concilio isto, vtrum mancipia ecclesiarum possint permutari cum mancipijs laicorum: statuit conciliū, quod mancipia ecclesiastica permutari nō debeant nisi ad libertatem, ita videlicet quòd mancipia, quæ dantur pro mancipio ecclesię, permaneant in seruitute ecclesię, & mancipium ecclesię in libertate perpetua maneat: quia quod semel Deo dedicatum fuit, ad humanos vsus nō debet redire. Nota, ꝙ res ecclesiarum ad humanos vsus redire non debent.

h ¶ *Commutari.*] *10. q. 2. precaria. in fi. Arg. contra.* sed hic determinat illud, & fauore libertatis hoc fit.

¶ *Glo. seq. signat contrarium. & soluit. alle. quatuor concor. signat vnum contrarium, & soluit.*

i ¶ *Semel Deo consecratum.*] *12. q. 2. episcopus qui. & c. nulli licet. 19. q. 3. quæ semel. & ī. de religio. domi. ad hæc. Arg. contra. 54. dist. ex antiquis.* Sol. illud est præter regulam statutam cōtra eos, qui ordinati sunt sine cōsensu dominorum suorum, cum in hoc ipso delinquunt, & maximè ad terrorem, ne alij hac occasione subtrahant se dominis suis. *arg. 2. q. 7. quapropter & ff. de pe. l. capitalium. § famosos.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, ponit duas solutiones, vnam Ala. & aliam Lauren. Tertiò soluit.*

k ¶ *Ad humanos.*] Id est, sęculares. *de consecr. dist. 1. ligna. vestimenta.* Sed contra videt̃ *12. q. 2. ecclesiasticis,* vbi seruus ecclesię sęculari personę datur. ergo multò fortiùs permutare potest. dicit. Alan. ꝙ loquitur hoc cap. & sequens de seruo ecclesiæ dato, & conuerso facto, qui cùm sit religiosa persona, sæculari personę seruire non debet. Lau. dicit, ꝙ ex causa ꝓhibitum fuit, quia ad laicorum suggestionem sępe inutilia mancipia pro vilibus permutabantur; quod ne fiat, statutū est, vt non nisi ad libertatē commutentur, sed cessante causa cessabit constitutio *61. dist. § his omnibus, & ff. de pac. quod dictum* T. Vel dic, factum principis non est trahendum in consequentiam: ipse enim non subiicitur [c] legibus. & sic loquitur contrarium in principe. Bern.

INiustum] Breue est, & idē dicit, quòd supra prox. c. Et tres dici possunt partes, sicut tria sunt dicta. Secunda ibi, *Et ideo.* Tertia ibi, *Et est.* Ioan. de Imola.

CASVS. Idem dicitur in c. isto, quod in primo, scilicet, quod mancipia q̃ fideles, Deo, & sanctis ecclesiis pro remedio animarum suarū contulerunt, occasione alicuius cōmutationis

† *Siluanecten. Burchardus* l. 3. dec c. 173. *Ivo* p. 3. c. 234. *quibus locis scriptū est: Ex concilio apud Carisiacum. &* c. 3. eo. tit. in 1. cōp.

† Burchardus lib. 3. c. 174. *Ivo* p. 3. cap. 235. habent. *Ex eodem, scil. concilio apud Carisiacum* c. 3. id nondū vidimus. & c. 4. eo. tit. in 1. comp. *refert etiam Gratianus* 12. q. 2. c. 54. *quamuis in multis sit* Palea.

c *Quoad vim coactiuam, vt notant ī. de consti. c. 1. super glo. in verbo: ab omnibus.*

in seruitutem sæcularium iterũ non redigũtur, quia vt canon dicit, Serui fugitiui solũmodo distrahi possunt: eleemosyna enim vnius, peccatũ alteri⁹ fieri non debet, nec ad humanos vsus seru⁹ Ecclesię redire debet. Nota, q mácipia Ecclesiastica in seruitutẽ sæcularium redigi nõ debẽt. Item serui fugitiui distrahi possunt. Item vnius eleemosyna, alterius peccatum esse non debet.

a ¶ *Fugitiuos.*] 12. q. 2. *fugitiuus*, *Arg. contra. C. ad l. Fla. de plagi. in fuga.* Solu. dum est in fuga, non debet vendi: sed cùm fuerit reuersus, & patefacto vitio emptori ᵃ, ne postea fiat redhibitio. ff. de contrahenda emptio. quod sępe. §. *si quis amica* & §. *Vlt* R.

b ¶ *Humana.*] Sic ꝫ. *c. prox.* cum suis concor. ibi positis.

c ¶ *Seruituti.*] Est & alia ratio, quę assignatur in seruis minorum. *C. de administratio. tuto. l. lex qua tutores. ff. de fideicommiss. liber. cum quasi. §. in furiosi.* Laur.

a *Adde, q̃ vendens animal non patefaciens vitium latẽs, tenetur redhibitoria* ff. de æd. edic. l. redhibere. & l. si is qui hæres. ff. de except. rei iud. *an aũt, & quando venditor teneatur manifestare vitium rei vendita ipsi emptori, v. per S. Thomam* 2. 2. q. 77 ar. 3. & *Sotum* de iust. & iure l. 6. q. 3. art. 2.

mæ suæ remedio consecrarunt, cuiuscunque numeris mancipio, vel commutationis commercio iterum in seruitutem sæcularium redigantur: cùm canonica auctoritas seruos tantummodo permittat distrahi fugitiuos ᵃ. Et ideo Ecclesiarum rectores summopere caueant, ne eleemosyna vnius, alterius peccatum fiat. Et est absurdum, vt ab Ecclesiastica dignitate seruus discedens, humanæ ᵇ sit obnoxius seruituti ᶜ.

†Vrbanus iij.

¶ *Prebendæ pacto præcedente permutari non possunt: Episcopus tamen potest de loco ad locũ permutare personas.*

CAP. V.

QVæsitũ † est ex parte tua, si commutationes fieri valeant Præbendarum, cùm commutatio Dignitatum ᵈ in Turoñ. concilio fuerit interdicta: *& infrà.* ¶ Generaliter itaque † teneas, quòd commutationes Prębendarum de iure fieri non possunt ᵉ: pręsertim pactione pręmissa, quę circa spiritualia, vel connexa spiritualibus, labem semper continet simonię ᶠ.

¶ Si autem Episcopus ᵍ causam inspexerit necessariam, licitè poterit de vno loco ad aliũ trãsferre personas: vt quę vni loco ʰ minùs sunt vtiles, alibi se valeant vtiliùs exercere.

¶Clemens iij.

¶ *Ecclesia iure proprietatis possũt*

QVæsitum.] Primò ponitur quæstio. Secundo solutio ibi, *Generaliter.* & ibi duo dicta. Secundum ibi. *Si autem.* Abbas Siculus.

C a s v s. In concilio Turoñ. statutum fuit, quod commutatio dignitatum fieri non debet: quęsitum fuit à Papa, vtrùm commutatio prębendarum fieri possit, cùm hoc in concilio non fuerit prohibitum, vnde videbatur permissum: Respondet Papa, generaliter verum est, quod cõmutatio præbendarum fieri nõ potest, pręcipuè aliqua pactione pręmissa quę in spiritualibus, vel eis annexis simoniacam continetur prauitatẽ: si verò Episcopus causam viderit necessariam, poterit de loco ad locũ trãsferre personas. Nota, quod permutatio tam in p̃bendis, quàm in dignitatibus est prohibita. Item in spiritualib. omnis pactio illicita reprobatur. Item non solùm in spiritualibus, sed etiam in eis annexis committitur simonia. Item Episcopus propter causam necessariam potest facere commutationes prębendarum, & translationes personarum: quod intellige, nõ pręmissa aliqua pactione.

† Cap. 1. eo. ti. in 2. cõp. *Vide notata* in c. maioribus. ꝫ de pręb. & *de materia plenè per Ægidiũ Bellameram.* tract. de permutatione beneficiorum.

† *agitur.*

d ¶ *Dignitatum.*] Et etiam diuisio prębendarum ᵇ. ꝫ. *de præb. maioribus*, quod est concilium Turoñ. de quo fit hic mentio. & 12 q. 2. *alienationes.*

e ¶ *Non possunt.*] ĩ. eo. *cum vniuersorum* & c. *cùm olim.* nisi hoc fieret auctoritate superioris. ꝫ. *de præb. inter cætera.* & hic, prout sequitur. Bern.

f ¶ *Simonia.*] Quia in spiritualibus, vel spiritualibus annexis, nulla pactio, vel conuentio debet interuenire. 1. q. 2. *quàm pio.* & ꝫ *de pact. cùm pridem.* & *c. Vlt.* in spiritualibus annexis, vt est iuspatronatus. ꝫ. *de iudi. quanto.* & ĩ. *de præb. significasti.* dic vt ibi.

g ¶ *Episcopus.*] Innocentius quartus dicit, q hoc verũ est, qñ isti commutare volentes habent præbendas in diuersis Ecclesiis, vel in eadem: si enim est prębendę onus annexũ, intelligitur hoc c. si sunt in diuersis Ecclesiis: si autem in eadem, & sine onere, tunc possunt permutare auctoritate propria, & potest esse ratio, licèt ipse non assignet, quæ sequitur in 70. dist. c. sanctorum. & 74. *dist. quorundam.* Bern.

h ¶ *Vni loco*] 7. q. 1. *mutationes.* & *a. scias.* & omnis qui. & valet interdum mutatio loci. 81. *dist. Valet.* Bern.

b *Cur ita loquatur hic glossa, vide-to hoc ipso loco per Io. And.*

ad inuicem permutari: & possessiones earũ etiam permutari possunt, & pro minùs valentibus pretium suppleri.

CAP. VI.

AD † questiones soluendas: *& infrà.* ¶ Intelleximus ex literis tuis, quòd duæ conuentuales Ecclesiæ sunt in tua diœcesi constitutæ, quarum vtraque parochialem habet Ecclesiam cum possessionibus, magis alteri, quàm sibi vicinam. Illis autem eas desiderantibus permutare, cùm illarum altera respectu meliorum prouentuum ⁱ plùs abundet, & ideo sibi postulet adiici certam summam pecuniæ numeratæ, vt sic ad ęqualitatem permutationis † valeant peruenire: vtrùm possit id licitè fieri, extitit dubitatum: *& infrà.* ¶ Respondemus, quòd cùm de dictis † parochialibus Ecclesiis per se queat ᵏ commutatio celebrari, & in permutatione possessionum per se non sit inhibitum ˡ: si altera ratione possessionum alteri præponderet, pecuniam posse refundi de ipsarum possessionibus ad inuicem, prout visum fuerit expedire, refusa certa pecuniæ quantitate, poterit contractus ᵐ permutationis interesse: sic tamen †, quòd illi contractus nequaquam sibi inuicem misceantur.

¶Innocentius iij. Sononeñ. † Archiepiscopo.

¶ *Beneficia sua perdunt, qui ea, propria permutant auctoritate.*

AD *quæstiones.*] Communis diuisio: secunda ibi, *Respondemus.* Abb. Sic.

C a s v s. Duæ conuentuales Ecclesiæ constitutæ erant in diœcesi istius Episcopi, vtraque illarum habebat Ecclesiam parochialem cum possessionibus suis, & vtraque parochialis Ecclesia magis erat vicina alteri, quàm illi, cui erat subiecta. Illæ conuentuales Ecclesiæ volebant ad inuicem permutare illas parochiales Ecclesias, sed altera parochialis Ecclesia pluribus possessionibus abundabat: & ideo conuentualis Ecclesia, cui subest, postulat sibi adiici certam pecuniæ quantitatem, vt sic contractus permutationis possit ad æqualitatem perduci: quærebatur, vtrùm hoc licitè fieri posset? Respõdet Papa, quod vnus contractus fiat de parochialibus Ecclesiis per se, & alius contractus de possessionibus fiat per se: & si ratione possessionum vna Ecclesia præfertur alteri, ab alia Ecclesia certa sibi pecuniæ quantitas adiiciatur, ita quod cõtractus sibi inuicẽ nullatenus misceãtur. Nota, quòd monasteria possunt habere Ecclesias parochiales. Item permutatio tẽporaliũ, & spiritualium ad inuicem fieri non possunt: sed spiritualia inter se, & temporalia inter se rectè permutari possunt. Item commutatio Ecclesiæ fieri potest, licèt venditio sit interdicta.

i ¶ *Prouentuum.*] Scilicet temporalium c, vnde admittitur cum temporalibus mutatio, quod aliter non fieret. ĩ. eo. c. *Vlt.* & hic prout sequitur.

† Cap. 2. eo. ti. in 2. cõp. *Et de intellectu vide omnino Couarruuiam* Li. variarum resol. c. 5. & *de materia Bellameram.* in trac. de permut. beneficiorum.

† *permutationes.*

† *de prædiis.*

† *Aliàs ita: sic tamen quod contractus nequaquam sibi ad inuicem misceantur.*

† Scñ.

c *Est enim necesse, quod vtraque habeat temporalia, quorũ possit fieri hoc separatio. Ioann. And.*

¶ *Glossa sequens tria dicit, & primum determinat. De secundo, & tertio rationem reddit.*

k ¶ *Per se queat*] Et ita spirituale cum spirituali põt cõmutari, sicut temporale cũ temporali. De hoc dixi ꝫ. *de trãsa. super eo. arg. 16. q. Vlt. nemini.* & hoc auctoritate superioris. *arg. ff. de his qui not. infam. furti. §. qui iussu.* & cum indemnitate vtriusque. 10. q. 2. *hoc ius.* aliàs non liceret. ꝫ. *de præb. maioribus.* 12. q. 2. *diacons.* & *c. fine.* aliàs, non. ĩ *eo. c. Vlt.* Item nota, quod ad hoc quod aliquid habeatur tanquam beneficium, non potest ex permutatione prouenire, quia esset munus à manu, sicut nec transactione. ꝫ. *de transact. super eo.* Item licèt permutatio locum habeat in spiritualibus, non tenet emptio, & venditio, & est ratio, quia nulla est emptio sine pretio, vt *Inst. de empt. §. item pretium.* quod in quantitate, & in numerata pecunia consistit. *C. de contrahen. empt. & vend. empti fides.* quod non est in permutatione. *ff. de re. per. l. 1.* Sed vterque est quasi emptor, & venditor. *ff. de ædil. edi. sciendum. §. emptorem.* Lau.

l ¶ *Inhibitum.*] Vnde videtur concessum. *arg. 30. q. 4. qui spiritualem.* & ĩ. *de spon. cùm apud. ff. de procu. mutus. §. 1.* De hoc dicitur. ꝫ. *de transa. inter corporalia.*

¶ *Gl. seq. vers. per q. an permutata vna, & c.*

m ¶ *Contractus.*] Duo enim erunt contractus non se aliquo modo tangentes: tamen si vna villa, computaretur cum alia, ita quòd vtraque Ecclesia esset accessoria ad villas, benè permutaretur cum vniuersitate *arg. ĩ. de iure patro. ex litteris. c. cùm seculum.* ad instar fundi dotalis. *ff. de fun. do. l. 1. C. eod. tit. l. 2.* nec aliquid intelligitur esse pretium Ecclesiæ, sicut nec pretium peculij est, cùm seruus venditur cum peculio. *ff. de pecul. si ex duobus. §. Vlt. l. & seq.* Laur.

Cum

CVm olim.] In prima parte narrat processum. In secunda diffiniuit ibi, *Cum ergo*. Abbas Siculus.

Casvs. magister S. Archidiaconus, & B. Præpositus adinuicem suas dignitates permutarunt propria temeritate: orta fuit postmodum super ipsa permutatione quæstio inter eos, propter quòd partes accesserunt ad dominum Papam, in cuius præsentia magister S. sponte fuit confessus de permutatione, sed B. præpositus eã inficiebatur omnino, dicens, quòd ipse præposituram suam sine aliqua cõditione resignauit. & post resignationẽ prædicti magistri archidiaconatũ fuerat assecutus: Papa auditis, hinc & inde propositis cõstitit ei, quod dictus B. permutationi cõsensit, & prædictus magister publicè fuit errorẽ suũ confessus vnde vtrumque sua dignitate per sententiam diffini tiuã priuauit. Not. quòd qui dignitates, vel beneficia auctoritate propria cõmutant illis dignitatib. & præbendis sunt priuandi. Itẽ confessus in iure pro con uicto habetur. Item cũ sponte confesso, mitiùs agitur, quàm cum conuicto, sed hoc fortitan fit propter connexitatem.

† Cap. vni co eo. tit. in 1. comp.

† Aliàs ita: præstiterit permutationi assensum.

CAP. VII.

CVm † olim magister S. & B. Archidiaconatum, & Præposituram adinuicem commutassent: *& infrà.* ¶ Licèt prædictus magister ab initio sponte fuerit de permutatione confessus [a], idem tamen B. eam inficiebatur omnino, proponens quod ipse Præposituram sine cõditione qualibet resignauit, & post resignationem prædicti magistri Archidiaconatum fuerat assecutus: *& infrà.* ¶ Cùm ergo nobis constaret, quòd ipse B. suum præstiterit † permutationi consensum [b], prędictus autẽ magister suum publicè fateretur errore: & hunc prępositura, & illum Archidiaconatu curauimus spoliare: super hoc diffinitiuam [c] contra eos sententiã proferentes.

¶ Idem Archiepiscopo, & Præposito sancti Andreæ Colonien.

¶ Si permutatio beneficiorum completa est ex vna parte, & per alteram stat, quò minùs impleatur, restituitur pars ad suum beneficium, & secundum hoc continet ius.

CAP. VIII.

CVm † vniuersorum: *& infrà* ¶ Intelleximus G. Canonico referente, quòd cùm ipse, & L. Clericus, de permutatione Prębendarum suarum inter se tractare [d] cœpissent, quam vtilitati vtriusque [e] imminere credebant, tanquam idem L. Præbenda eiusdem G. cuidam consanguineo suo assignata, Præbendam suam ei, sicut promiserat, noluit resignare [f]: *& infrà.* ¶ Cum igitur deceptis [g], & non decipientibus iura subueniant, licèt ipsi per se de iure non possent Ecclesiastica beneficia permutare, vt tamen simplicitati [h] venia tribuatur †: Mandamus, quatenus si constiterit prætaxatum G. taliter fuisse deceptum, amoto à Præbenda sua cõsanguineo ipsius L. vel quolibet alio illicito detentore [i] ea restitui faciatis eidem.

¶ Gregorius ix. Beton. † & Fungin. Abbatibus.

¶ Spirituale cum temporali permutari non potest.

CAP. IX.

EXhibita nobis Abbatis, & Conuentus sancti Martini de Pannonia petitio continebat, quòd cum super causa, quæ inter ipsos, ex vna parte, & Præpositum Albañ. † ex altera super quibusdam decimationibus vertebatur, ad C. † Capellanum nostrum tunc in Hungaria commorantem, nostras litteras impetrassent: ipse, ac magister M. in quos vtrinque tanquam in arbitros extitit compromissum [k], arbitrati [l] fuerunt, quòd si dicto G. ...

† Cap. 2. ti. de præbendis in 3. cõpil. *Et de intellectu vide Quarruuiam* 1. 1. varia. reso. c. 5.

a ¶ *Confessus.*] Quæ confessio ei præiudicauit. ĩ. *de confes. c. 1. & 3.* Sed aduersario non debet præiudicari. ĩ. *de adul. significasti. & 2. q. 5. interrogatum.*

b ¶ *Consensum.*] Et sic fuit particeps simoniæ, vnde debuit priuari dignitate illa. ĩ. *eod. quæsitum.*

¶ *Glos. seq. mo. & soluit contrarium ponit rationem quare beneficia non permutantur.*

c ¶ *Diffinitiuam.*] Ergo in ciuili causa aliquæ sunt partes iudicis in confitentem, similiter & in criminali. *2. q. 1. nos in quemquã. nec obstat ff. ad l. Aquil. l. perinde.* Nam nullæ sunt partes in cognoscendo, sed aliquæ sunt in pronunciando. Io. Sic ergo patet ex eo c. & ĩ. eo *quæsitum.* quòd nulli possunt de iure sua auctoritate adinuicem sua beneficia permutare: v. ĩ. c. *prox.* Et illa potest esse ratio, quia non contrahit permutationem, qui rem alienam tradidit. *ff. eod. l. 1. §. Vlt. Et arg. ad hoc. ff. de cond. cau. da. l. Vlt.* Sed beneficium non potest possideri tanquam proprietas, quia nullus dominium dicitur habere sui beneficij. cum quasi vsufruario clerici comparentur: sed Ecclesia bene potest possideri ab alia Ecclesia tanquam proprietas, vnde possunt bene adinuicem permutari. ĩ. *eod. ad quæstiones.* Item permutatio vicina est emptioni. *ff. eo. l. Vlt.* & quasi successit permutationi. *ff. eod. l. 1.* sed spiritualia emi, vel vendi non possunt. ĩ. *de simonia. querelam. & 1. q. 1. quis studet.* Ber.

a *Adde pro hoc textum & ibi bonã rationem in gloss. in l. 1. C. de confessis.*

CVm vniuersorum.] Dicit Ioannes And. quod gratiam continet: & potest summari secundum eum in ea parte, quæ continet ius, hoc modo. Clerici per se sua beneficia non permutant. In prima parte ponitur narratio. In secunda gratiosa prouisio ibi, *Cum igitur.* Abbas.

Casvs. G. canonicus Leodieñ. & L. clericus cœperunt inter se tractare de permutatione præbendarum suarum, quam permutationem credebant sibi expedire. G. canonicus præbendã suã isti L. resignauit: dictus L. contulit eã cuidã consanguineo suo. sed suam præbendã (sicut promisit) noluit resignare: & sic dictus G. spe sua frustratus remansit. & super hoc coram Leodieñ. Epo fuit diutius litigatũ: tandẽ dictus L. appellauit ad Papam. sed dictus G. ad sedem Apostolicam accessit: dictus L. nec iuit, nec misit: dictus G. prędicta exposuit dño Papæ: vnde super hoc scribit Papa quibusdã dicens. Cũ igit deceptis, & nõ decipientib. iura subueniant, quibus ipsi non possent de iure beneficia Ecclesiastica permutare, vt tñ simplicitati venia tribuatur, mandat Papa, quatenus si cõstiterit prædictum G. taliter fuisse deceptum consanguineus illius L. ab ipsa remoueatur præbenda, & quilibet alius illicitus detentor, & eam restitui faciant dicto G. Not. hic duas regulas, quòd deceptis, & non decipientibus iura subueniunt. Item fraus, & dolus nemini debet patrocinari. Itẽ permutatio præbendarum nõ potest fieri à possessoribus præbendarũ sine auctoritate superioris. Item simplicitati parcendum est.

d ¶ *Tractare.*] Quod non licet à possessore præbendæ, vel dignitatis. ĩ. *de praben. maioribus.* sed superior hoc facere potest, ĩ. eo. quæsitum. Ber.

e ¶ *Vtilitate vtriusque.*] Quia altera alteri vicina erat: vel alia causa, & nuentiens causa. ĩ. *eo. ad quæstiones. & 10. q. 2. hoc ius. §. sed & permutare. & ĩ. eod. c. 1. T.*

† *Vide l. 1. ff. de do. & l. tutor. ff. de suspect. tut.*

f ¶ *Resignare.*] Et sic decepit eum, vnde ei iura non subueniunt, vt infra dicitur.

† *De Beton. & Sungien. abbatibus.*

g ¶ *Deceptis.*] Sic ĩ. *de rescrip. super litteris. ff. ad Velleia. l. 2. §. Verba.* C. *eod. tit. si sine.* quia stultis nõ cõsueuit succurri, sed errantibus. *ff. de iur. & fac. ignorant. l. pe. §. si quis ius. & C. si mi. se ma. dixe. si n. & ĩ. de dona. inter dilectos.* Lau.

† *Beton. & Simugien.* † *De Beconen. & Sinugien. abbatibus.* † *De Becam. & Simugien.*

† *Alben.* † *Albanen.*

h ¶ *Simplicitati.*] Cui parcẽdum est. *supra de rescrip. super litteris. & in. tuth. de instru. fin. caute §. hac autem omnia. ff. si quis in ius vo. ca. non ierit, l. 2. ff. de eden. l. 1. §. Vlt. & ff. de iurisd. om. iu. si quis id. §. dolo. 86. dist. tanta.*

† *G.*

... nequitia. *& supra de transla. inter corporalia.* sed de iure debet vterque amittere suam præbendam. ĩ. *c. prox. & c. quæsitum* Sed non est verum, quod alter renunciauerit. Videtur tamen quod iste G. de iure possit repetere suam præbendam, tum quia contractus talis reprobatus est. supra de præben. maioribus. & ĩ. *eod. quæsitum.* ergo potest venire contra. C. *de agricol. & censis quemadmodum. lib. 11.* tum quia non fuit res secuta, propter quam data est. C. *eod. tit. rebus.* Lau. sed T. dicit, quod non potest eam per se repetere. [b] *ar. ĩ. de renunciatio. quod in dubiis.* Ber.

i ¶ *Detentore.*[Sic ĩ. de concessione præbendæ, proposuit.

b *Idẽ Innoc. Hosti. Pet. & Abbas hunc gratia causam dedit, ne alter ex suo dolo commodum reportaret: sed hodie per cõst. cle. si beneficia permutare nis causa resignat a conferatur, alius, quam permutare volentibus, non tenet collatio: vt eo. ti. ne cõst. festione. Ioann. And.*

EXhibita.] In prima ponitur facti narratio. In secunda diffinitionis commissio ibi, *Quocirca* Abbas Siculus.

Casvs. Inter Abbatem, & conuentum sancti Martini de Pannonia ex vna parte: & Præpositum Albaneñ. ex altera, super quibusdam decimis quæstio vertebatur: causa super hoc commissa fuit cuidam capellano domini Papæ in Hungaria cõmoranti: cidem super quæstione illa compromissum fuit vtrinque in dictũ capellanũ, & magistrum M. tanquam in arbitros: qui taliter arbitrati sunt, quòd si dictus præpositus obtinere posset à Rege Hungariæ decem millia solidorum concedi monasterio prędicto, monachi cessarent à petitione decimarum, monachi dubitantes an forsan talis permutatio valeret, significauerunt hoc domino Papæ: vnde mandat Papa quibusdam, quatenus si constiterit de præmissis, tale arbitrium decernant irritum & inane, & quicquid secutum est ex eo, vel ob id, cùm permutatio de spiritualibus ad temporalia sit inhibita. Not. quod temporalia cum spiritualibus permutari non debent. Item si principale non tenet, nec accessorium, vel quod ex eo est secutum.

k ¶ *Compromissum.*] Et sic patet, quòd de re spirituali potest in arbitros compromitti. sic ĩ. *de arbit. cum olim. & c. contingit & c. penult.*

l ¶ *Arbitrati.*] Et malè, prout sequitur.

ctus Præpositus obtinere decem millia solidorum † regalium à Rege Hungariæ conceat monasterio memorato, ipsi ab earundem decimationū petitione cessarent: & infrà. ¶ Quocirca mādamus, quatenus si vobis constiterit de præmissis (cùm permutatio de spiritualibus ad temporalia [a] improbetur) prædictum arbitriū, & quicquid secutum[b] est ex eo, vel ob id, irritū decernatis.

TITVLVS XX.

De feudis.

¶ Innocentius iij. Marieñ. † Episcopo.

¶ Si dominus à vasallo recepit feudum in pignus, abstinendo ab eius seruitio, nō tenetur computare fructus in sortem. Hoc dicit secundùm intellectum communem & est casus singularis, qui alibi non legitur.

CAP. II.

INsinuatione † præsentium declaramus, quòd gageria [c], quam de feudo Ecclesiæ tuæ ab M. dignosceris recepisse †, à te potest liberè detineri †, fructibus non cōputatis in sortem: Ita videlicet, vt quandiu fructus illos perceperis in sortem minimè computādos, idem M. à seruitio, in quo tibi, & Ecclesię tuæ pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis[d].

¶ Idem Mediolañ. Archiepiscopo.

¶ Ponit tres casus, in quibus non obstante iuramento de non infeudando, potest Episcopus antiquum feudum ad Ecclesiam reuersum nouo vasallo concedere. h. d. Et est casus notabilis interpretans iuramentum de non alienando.

CAP. II.

EX † parte tua nostro est Apostolatui reseratum, quòd sæpius dubitasti, vtrum cum contingit vasallum tuum decedere, & ad te feudum [e] ipsius redire, feudum eius alij liceat tibi dare, quamuis iuramento tenearis astrictus non infeudare de nouo, Romano Pontifice inconsulto? Ad hæc † si vasallum tuum feudum alienare [f] contingat, an ipsius filium, vel consanguineum † eiusdem feudi consortem [g] de ipso valeas inuestire[h]; Alia quoque dubitatio continebat, vt cùm feudum alienatum repereris, quod per te facilè recuperare non potes: vtrùm possis alicui Laico in feudum illud concedere, qui & illud recuperet, & in feudo per Ecclesiam recognoscat: & infrà. ¶ In primo ergo casu feudum decedentis, liberè (si videris expedire) concedas: atque in secundo filium, [i] vel consanguineum alienan-

a ¶ *Temporalia.*] Ergo temporalia cū spiritualibus commutari non possunt. *s. eo. ad quæstiones*, quia nec vendi, nec redimi possunt. *j. de simo. querelam*[a]. & ita non permutari: sed cū alio spirituali benè: vt in c. ad quæstiones. & *s. de trāslat. statuimus.* sic & transactio non valet, dummodo spirituale detur pro spūali. sic & permutatio, sed fructus decimarum bene possunt vendi, & locari. *s. tit. prox. c. 2.* sed ipsum ius nequaquam. Ber.

¶ Glo. seq. notat signat contrarium, & remittit: vltimo quæstionem soluit.

b ¶ *Secutū.*] Et sic patet, quòd arbitriū nullum fuit ipso iure: quia cōtra formā iuris prolatū fuit de re spirituali ad tēporalē. sic *s. de confirm. vtili, vel inutili. examinata.* & sic si principale nō tenet, nec accessorium. *s. de electio. qualiter. s. de foro competen. si diligenti.* etiāsi iuram. nō interuenisset, vt ibi. *C. de legi. non dubium. & s. de fide instru. inter dilectos &* 16 *q. 7. & hoc decimas.* Sic patet, quod tēporale non potest dari loco decimarum *arg. contra s. de rebus Eccle. non alienan. vt super.* vbi videtur, quod temporale possit dari pro decimis: sed ibi soluitur. Ex hac decr.[b] soluitur quæstio, quæ multùm occurrit de facto: quādoque aliqui volunt certas possessiones tradere quoad proprietatē, vel vsumfructū Ecclesijs, quibus tenentur soluere decimas possessionum suarum, vt sic aliæ possessiones liberæ remaneant ab exactione decimarum: patet, quòd hoc fieri non potest: & hoc idē habuimus in antiqua compilatione de decimis intelleximus, quæ non debuit remoueri.

DE FEVDIS.

¶ Visum est suprà de quibusdam contractibus, quibus rerum dominia transferuntur sed quia per infeudationem transfertur vtile in vasallum, directo remanente apud dominum, & sic est species cuiusdam alienationis, ideo post rubricas præcedentes subijcitur ista. Abb. Siculus.

De hac materia tractatur 12. q. vlt de forma.

INsinuatione.] Primò ponitur dictum. Secundò limitatio ibi, *Ita videlicet.* Abbas Siculus.

CASVS. Episcopus Marieñ. recepit in pignus quasdam possessiones ab M. pro quadam pecuniæ quantitate, quam mutuauit eidem: quas dictus M. ab Ecclesia Marien tenebat in feudum quærebatur, vtrùm Episcopus deberet computare fructus in sortem? Respondetur, quod Episcopus potest licitè retinere gageriam prædictam fructibus non computatis in sortem, quandiu sortem restituerit totam: ita tamen quòd quādiu fructus illos receperit non computandos in sortem, dictus M. à seruitio, quo Ecclesiæ illi pro feudo ipso tenetur, interim sit immunis. Not. hic casum, in quo fructus non computantur in sortem, nec tamen committitur vsura. Item fructus succedunt loco seruitij. Item proprietas fructuum, siue possessio penes feudatarium est, & non penes dominum feudi.

c ¶ *Gageria*] Id est [c], pignus, siue feudum, & est vulgare Theutonicorum.

¶ G*los. seq. reddit ratione, & dat simile: demū quærit, & soluit.*

d ¶ *Immunis.*] In hoc casu committitur Ecclesiæ fructus non cōputari in sortem, vt res illa citiùs perueniat ad Ecclesiā. simile. *j. de vsur. c. 1. & c. conquestus.* & in alio casu non cōputatur fructus in sortem, vt *j. eod. tit. de vsur. salubriter.* Sed quid si vellet seruire Ecclesiæ ad hoc, vt computaret fructus in sortem? Dico, quod in hoc casu non est audiendus. Io.

EX parte.] Cōis diuisi. Secūda ibi, *In primo.* Abbas Siculus.

Constitutus † in præsentia nostra magister S. sua nobis assertione monstrauit, quòd pro Cancellario tuo, tempore Lateraneñ. concilij, in quadam summa pecuniæ intercessit, quam quoniam vsque modo debitor non persoluit, se asserit plurimas à creditoribus Bononieñ. molestias pertulisse, & debitum augmentatum: ¶ Ideoque mandamus, quatenus si legitimè tibi de huiusmodi assertione constiterit, præfatum debitorem, vt eū à prædicta intercessione, sine dilatione prorsus absoluat [h], Ecclesiastica † censura compellas. Præsentium quoque auctoritate iniungimus, vt si debitum, vel accessiones [i]

¶ *Gl. seq. quarit obiiciendo, & soluit.*

g ¶ *Religionem fidei & iuramenti.*] Puniri enim debēt: quia periuri sūt, & infames, secundùm canones. *6. q. 1. quicunque. 22. q. 5. si quis. & suprà de iureiur. querelam, C. de trans. si quis maior.* & idem est venire contra fidem promissam, sicut contra iuramentum: vt hic patet. & *ī. quod met. cau. ad aures.* quia inter simplicem loquelam & iuramentum non facit Deus differentiam. *22. q. 5 iuramenti.* Sed quare mandat eos suspendi, cùm ad hoc non sit actum. Potest dici, quòd hoc facit ex officio suo: cùm per denunciationem ad Papam peruenerit: quia vndecunq; crimina claruerint, punienda sunt. *24. q. 3. ecce.*

Constitutus] Cōis diuisio. Secūda ibi, *Ideoque*. Ab. Siculus.

Casus. Cancellarius Cantuarien. tēpore Lateran. concilij recepit mutuo quādā quātitatē pecuniæ à creditoribus Boñ. pro qua pecunia magister Simon fideiussit: & quia Cācellarius pecuniā nō soluebat, molestias plures pdictus magister à creditoribus sustinebat, & debitū fuit augmentatū: vnde dictus magister conquestus fuit domino Papæ: vnde mādat Archiepiscopo Cantuarieñ. quatenus si legitimè sibi de huiusmodi assertione constiterit, præfatum Cācellarium moneat, & compellat Ecclesiastica censura, vt prædictum magistrū ab intercessione, & obligatione absoluat: & si debitum, vel accessiones fortè negauerit, iuramentū calumniæ subire cogatur, non obstante contraria consuetudine & quia difficile foret dicto magistro testes in Angliā ducere, mandat iudicibus Boñ. vt testes, quos idem magister inducere voluerit, vice ipsius Archiepiscopi recipiant, & examinēt diligenter, & depositiones eorum transmittant sub sigillis eorum inclusas, significantes quanta fides testibus, & instrumentis possit apponi: ipsi cancellario prius iniuncto, vt ad testes videndos vadat, vel mittat. Nota, quod debitor tenetur liberare fideiussorem ab obligatione, in qua diu stetit. Item debitum & accessiones, si eas soluit, potest fideiussor petere à debitore. Item non obstante loci cōsuetudiné clericus debet iurare de calumnia. Itē si testes remoti sunt, debent eorum testimonia recipi, & mitti iudicibus qui de causa cognoscant. Item iudex, qui testes recipit vice alterius, ei debet significare, quanta fides illis sit exhibenda. Item testes recipi non debent in absentia eius, contra quem inducuntur, vel eius procuratoris.

h ¶ *Absoluat*] Et ita potest fideiussor agere contra principalem debitorem, vt eum liberet, si diu steterit in obligatione sic *ī. eo. c. vlt.* vbi de hoc.

i ¶ *Accessiones.*] Sic est *ar. fideiussorem teneri ad vsuras. ar. contra. C. eo. ti. si fideiussor.* Distingue, vtrū fideiusserit in omnem causam, & sic tenetur: aliàs nō. *ff. loca quaro, an fideiussor. & ff. eo. tit.*

a *Et infrà de cle. cum nó deceat. lib. 6. contra. 7. q. 1. constitutū. vbi de hoc. Ioann. And.*

b *Adde, q illi creditur. l. Lucius. & ibi Bart. ff. de fi. instru. & in l. quæ doris. ff. sol. mat.*

c *Dicit G. quod licèt teneatur excipere, nō tenetur agere prætereà, quia talis petitio quasi inhonestatē inducit, excusare debet fideiussor. ff. ma. l. idem. §. generaliter. Vbi fideiussor inhonestam exceptionē ex sui persona competentem omittere potest. Ioann. And.*

† *Cantuarien.*

† Cap. 5. eo. ti. in 1. cōp. *Et quibus casibus eximatur fideiussor à fideiussione, tradit Antonius Gomez. in to. 2. varia. reso. c. 13. & Guido Papa* decisio. 117.

† *Aliàs ita ecclesiastica disciplina.*

d' *Gratian: tamen peccatur veniendo contra iuramentum.*

eod. tit. fideiussores magistratuum. Vincen. Contrarium tamen est verum secundum canones. *3. de iureiuran. debitores. Vt 3. ti. prox. dixi.*

a ¶ *Legi.*] *C. de de iureiu. per calumniam l. 1. & 2.* & iuri canonico contraria est quantum ad causas ciuiles. *3. de iura. calum. c. 1. & c. Vlt. & c. in pertractandis. & c. seq.* cōcordat tamen canonibus. 2. q. 5. c. 1. & 2.

b ¶ *Intercessori.*] Id est, fideiussori.

c ¶ *Satisdatione.*] Hoc si voluerit, aliàs non cōpellitꝰ, sed sufficit, ꝙ ei denuncietur, vt mittat, vel vadat ad ipsos vidēdos, aliàs reciperētur in terminō cōstitutō *3. de testi. in nomine dñi.* & quod dicit, audiendos, id est, videndos iurare. Vel fortè ideo cautionem præstare debet a: quia præsumptio erat cōtra Cancellarium, ne in fraudem malitiosè debitū ei negaret, vt aduersarium fatigaret laboribus, & expensis: vt si ea præstare nollet, hoc ipso tanquā suspectꝰ cōpelleretur ad satisfaciēdum, sed hoc non vř: quia siue vadat, siue nō, nihilominus tenetur aduersario in expēsis, immò debet cōpelli, vt vadat, vel mittat, vt ipse magis puniatur: quia tunc grauatur in suis propriis expensis, & etiam aduersarij.

¶ *Glos. seq. recte per cōtrariū, quod dupliciter soluit: cōtra secundam solutionē alleg. & respondet.*

a *Secundū Io. quia ꝙ sequitur, fuit additio Io. And. Sunt tamē hæc in omnibus Vetustis codicibus.*

† Cap. 59. Et c. vnico. eo tit. in 4. compil.

ille negauerit, consuetudine, quæ est legi a contraria, non obstante, iuramentum calumniæ subire cogatur. ¶ Præterea quia difficile foret intercessori b, suos testes in Angliam ducere, Iudicibus Bonoñ. (satisdatione c idonea à Cancellario ipso accepta, quòd ad testes audiendos vadat, vel mittat infra terminum competentem) litteris tuis significes, vt eos vice tua recipiant, & examinent diligenter, & depositiones eorum transmittētes d inclusas, significent, quanta fides e possit instrumentis, vel testibus adhiberi.

¶ Innocētius iij. in cōcilio generali †.

¶ *Si sine licentia Prælati, & maioris partis Capituli Religiosus fideiusserit, vel mutuum acceperit, non tenetur Ecclesia: & ipse recipiens punitur, nisi mutuum sit versum in vtilitatem Ecclesiæ.*

CAP. IV.

QVod quibusdam Religiosis à sede Apostolica est prohibitum, volumus, & mandamus ad vniuersos extendi: ne quis videlicet Religiosus absque maioris partis Capituli, & Abbatis sui licentia, pro aliquo fideiubeat f: vel ab aliquo pecuniam mutuam accipiat vltra summam communi prouidentia constitutam: alioquin non teneatur Conuentus pro his aliquatenus respondere: Nisi forte in vtilitatem g † domus ipsius manifestè constiterit redundásse. Et qui contra illud statutum venire præsumpserit, grauiori h disciplinæ subdatur.

d ¶ *Trāsmittētes.*] Hoc fieri pōt in causis ciuilibus, secꝰ in criminalibus, in quibus testes in præsentia iudicis suum testimonium dicere debent b. *C. de fide instr. iudices. & Auth. apud eloquentissimū.* T.

e ¶ *Quāta fides.*] Hoc ideo dicit: quia ille, qui testes examinat, meliùs scire potest, quanta fides sit eis adhibenda. *ff. de testi. testium. 3. resp.* Bernardus.

ADDITIO. Non dēt ipse scribere, quod testibus sit fides adhibenda, sed scribat de honestate, & qualitate personarū testium, vt per hoc appareat, quantum eis sit credendum.

b *Nec hoc debet subdelegari. & idem vide tur in matrimonialibus infrà, e e. cōling. & ass. c. 1. talia tamē ratione de consuetudine subdelegamus, ad quod facit de offi. deleg. super questionū, §. inutilis. secundum Innocentiū. Ioann. And.*

QVod quibusdam] Primò ponitur dictum. Secundò exceptio ibi, *Nisi.* Tertiò pœna ibi, *Et qui.* Abbas.

CASVS. Quibusdā religiosis fuit prohibitū, ne fideiubeāt ꝓ aliquo sine licētia Abbatis, & cōuētus, vel maioris partis, hāc ꝓhibitionē extēdit cōciliū generale ad omnes religiosos & ꝓhibet, ne aliquis pecuniā mutuo accipiat vltra summā à capitulo constitutā: alioquin non teneatur cōuētus pro talibus rñdere, nisi pecunia illa in vtilitatē monasterij sit cōuersa, & de hoc legitimè cōstet: & q cōtra hoc fecerit, grauiori disciplinæ subiiciatur. Nota, quod monachꝰ nō pōt fideiubere, vel mutuū accipere sine licētia abbatis & cōuētus. Itē generaliter tenetur Ecclesia de his, quæ in vtilitatē eius sunt conuersa.

¶ *Glos. seq. ponit regulam de fideiussione clericorum, & monachorum, & tres casus exceptos, in fin. æquiparat curialem.*

f ¶ *Fideiubeat.*] Nec clericus, nec monachus fideiubere debet. *3. e. ti. c. 1. & 11. q. 1.* te quidē nisi necessitas sit: & tūc tenetur ex pietate subuenire aliis. *86. dist. non satis.* Sed ꝓ Ecclesiis suis possunt fideiubere: vt hic dicitur, & in *Auth. de sanct. epis. §. aliud autem. col. 9.* Et hoc de licentia capituli, vel maioris partis, vt hic dicit: aliàs monachus nihil ageret, nisi in vtilitatem monasterij pecunia fuerit conuersa: quia tūc etiam perinde est, ac si capitulum obligaretur. Item clerici inter se possunt fideiubere, cum conueniuntur. *C. de epis. & cleri. oēs. §. in hac.* Itē nec adstrictus curiæ potest fideiubere. *C. locati curialis.* Io.

c *Vbi de hoc & de deposi. c. 1. Vbi Vide ibi Ioann. And. super 1. gloss.*

¶ *Glos. seq. no secundo sol. quæstionem tertio arguit à contrario.*

g ¶ *In Vtilitatē.*] Istud bene notabile est, ꝙ creditor ꝓbet in vtilitatē Eccl'æ credidisse. 12. q. 2. *§ hoc ius. Ver. si credito.* c. Sed nec tūc aget ex illo cōtractu, cū ille nullꝰ sit credēdo monacho sine cōsensu capituli, sed agitur actione de in rē verso: vt hic patet, & *ff. de in rē Verso. l. 1. & l. si pro patre.* A cōtrario sensu videtur, quod vsque ad summā à capitulo constitutam non tenetur creditor probare in vtilitatem Ecclesiæ processisse, ex eo quod de alia probare tenetur, vt hic dicit. Bernardus.

h ¶ *Grauiori.*] Sed etiā ad arbitrium iudicis, cùm hic non sit certa pœna statuta. *3. de offic. deleg. de causis.*

¶ Gregorius ix.

¶ *Ponit tres casus, in quibus fideiussor cōtra debitorē agit, antequā soluat, vt à fideiussione liberetur.*

CAP. V.

EVm, † pro quo te fideiussorem obligasti, si diu i in debiti solutione cessauit: aut dissipare k bona sua cœpit: seu super hoc condemnatus fuisti: iure poteris conuenire, vt te à fideiussione debeat liberare.

EVm pro quo.] CASVS. Obligasti te pro aliquo fideiussorio nomine, quæritur, vtrū possis agere cōtra principalem debitorem, vt te liberet ab obligatione? Respondet Papa, ꝙ si debitor diu cessauit in solutione debiti, vel si dissipare incipit bona sua, aut si condemnatus fuisti, rectè agere poteris contra ipsū, vt te liberet à fideiussione. Nota, ꝙ in trib. casibus, pōt fideiussor agere contra debitorē, antequam soluāt, scilicet si debitor diu cessauit in solutione debiti, vel si dissipare incipit bona sua, aut si condemnatus sit fideiussor.

† *Vide Bald. & in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. Vbi de hoc.*

† *De materia, & intellectu huius decretalis, elegāter Guido Papa decis. 117. incip.* fideiussor potest.

¶ *Glos. seq. tres casus litteræ repetit, alleg. concor. & addit quartum, dicēs, ꝙ aliàs ante solutionē non agit, & dicit, quare. in fi. exponit istud, diu.*

i ¶ *Si diu.*] Nota hic tres casus, quibus fideiussor potest agere cōtra principalem debitorem, vt eum liberet à fideiussione: Primus est, si diu steterit in obligatione. *ff. man. si Lucius Titius.* Secundus, si reus incipit vergere ad inopiam: vt *l. Lucius Titius. & C. man. si pro ea contra quam.* Tertius, si fideiussor condemnatus sit: vt in *l. si pro ea contra quam.* & istos tres casus habes hic. Quartus est, si hoc ab initio conuenit: vt in *l. prædicta. si pro ea. & ff. de fideius. fideiussor pro venditore.* Et ita in casibus ante solutionem potest agere fideiussor, vt liberetur *ar. ff. mandati. si mandato. §. quatiens. & ff. commod. si Vt certo loco. §. rem tibi dedi.* aliàs non potest: quia & hoc ipsum videtur ei mandatum, vt soluat: & hoc promisit: & sunt quasi duo mandata, vt se obliget, & vt soluat: vnde ad vtrunque tenetur *ar. ff. de condi. indebitam.* & est si. *3. de do. & contu. cum dilecti.* vbi duo intelligūtur madata. *ff. de arbit. Celsus.* & quia intempestiuè non debet reuocare beneficiū suū, ne omnino inutile fuisset: quia adiuuari nos beneficiis oportet, & nō decipi. *3. de cōmo. c. Vnico. ff. co. in commodato. § sicut.* secus est in precario. *3. de prec. c. Vlt.* Et quod dicit, diu, referendum est ad arbitrium iudicis, sicut illud celeriter. *3. de locato. & conduct. c. potuit.* Ber.

† *Cap. 1. eo. ti. in 1. cōp. Et post concilium Lateran. sub Alex. p. 15. c. 9. Vbi ex integra l. cuiusda intelliges hoc fragmentum.*

k ¶ *Dissipare.*] In isto casu potest mulier petere dotem constante matrimonio. *C. de iure dot. l. Vbi.* d aliàs non potest. *C. si constante matri. dos solu. sol. Vnica.* Ber.

d *Et suprà de pig. ex litteris. Ioann. And.*

TITVLVS XXIII.

De solutionibus.

¶ Alex. iij. Decano, & Capitulo Monñ. †

¶ *Successor in beneficio tenetur soluere debita prædecessoris pro necessitate Ecclesiæ contracta.*

CAP. I.

ADt hoc in Apostolicæ: & infrà.

† *Norman.*

DE SOLVTIONIBVS.

¶ *Visum est supra de obligationib. quæ tolluntur ex solutionib. (nam solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio. Inst. quib. mod. tol. obli. in prin.) merito post rub. præcedentes subiicitur ista de solutionibus. Ab. Sic.*

De hac materia habetur de pœn. dist. 1. medicina. & dist. 4. *in tribus primis capitulis.*

AD hoc in Apostolica.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd sicut filius debita patris, cuius est hæres, tenetur soluere, ita prælatus debita antecessoris sui ꝓ vtilitate Ecclesię cōtracta. Nota, ꝙ filius tenetur soluere debita patris ex cōtractu, vel quasi, ex delicto nō tenetur, nisi inquātū ad ipsum peruenit. vt *C. ne ex facto alterius. l. 1.* vt quidā dicunt. secūdū canones verò tenetur ex delicto insolidū & hoc intellige de filio, qui est hæres. si enim hæreditatē nō haberet, in nullo teneretur. Itē nota, quòd prælatus

latus prędecessoris sui debita soluere tenetur, si pro vtilitate Ecclesię contracta fuerint.

a ¶*Filius.*] Hoc verum est, si est hęres.

¶*Glo. seq. dist. an fecerit hæres inuentarium, & an obligatio sit ex delicto, vel contractu.*

¶Sicut filius [a] debita [b] patris soluere tenetur: ita prælatus sui prædecessoris [c] pro Ecclesię necessitate [d] contracta.

¶Gregorius ix. † vniuersis Ecclesiarum Prælatis.

¶Si Prælatus obligat Ecclesiã pro alienis debitis, est suspensus ipso facto ab administratione spiritualium, & temporalium, & Ecclesia non tenetur.

CAP. II.

SIquorundam: *& infrà.* ¶Firmiter inhibemus, ne quis presumat Ecclesiam sibi commissam, pro alienis grauare [e] debitis: aut litteras [f] alicui, seu sigilla [g] concedere, quibus possent Ecclesię obligari †: Decernentes si secus fuerit attentatum ad solutionem talium debitorum Ecclesias non teneri [h]. ¶Si quis † autem contra pręmissa de cętero venire pręsumpserit, ab administratione spiritualium, & temporalium nouerit se suspensum [i].

¶Idē Decano, & I. Canonico. Tulleñ.

b ¶*Debita.*] Omnia, si non fecerit inuẽtariũ: si fecit, tunc non tenetur, nisi quantùm vires hęreditatis se extẽdũt. *C. de iure deliber. scimus iam duas.* & hoc in debitis ex cõtractu descẽdẽtibus, vel quasi: sed in debitis, quæ ex delicto, vel quasi procedunt, nõ tenetur, nisi inquantum ad eũ peruenit, vel nisi cum defuncto lis fuerit cõtestata. *C. ne ex delic. defunct. l. vni.* Ala. Secundum canones tamen videtur quòd hęres tenetur ex delicto defunct. *j. de sepul. c. vlt. & j. de rap. in litteris.* Tanc.

c ¶*Prædecessoris.*] Est enim quasi hęres ipsius 23. q. 8. *conuenior.* 12. q. 2. c. *vlt.* Ala.

d ¶*Necessitate.*] Aliàs nõ tenetur ecclesia. 10. q. 2. *hoc ius.* §. *& si creditor & j. titu. prox. quod quibusdam. & j. de deposit. grauis.* & sic successor ad id tenetur, quod prędecessor facere debuit [b] 12. q. 5. *quia io. & 16. q. 6 illud.* Bern.

† *Aliàs, Greg. ix. & illa verba, Vniuersis ecclesiarũ prælatis. omittit Contius, & alij: sunt tamen in vetustioribus.*

a *Vbi plenè de hoc. & 12 q. 1. Epist. qui filios. Io. And.*

† *Vide l. quod dotis. ff. solu. matr. & inl. Luc.* & *Strobigij Bart. ff. de fid. instr.*

† *Inferior Episcopo, quia hic prælato non habet locum in Episcopus. c. quia periculosum. de senten. excom. lib. 6.*

b *Cum effectu, & nomine ecclesiæ secũdum Ala. Ioan. And.*

c *Hæ duæ glossulæ non sunt Bernardi, nec habentur in vetustis exemplarib.*

d *Hoc non concedo, licèt sit hoc commissum supernis arbitrio: cũ nec Papa sibi hoc reseruet. Ioan. And.*

SIquorundam.] Ita facit. Primò prohibet. Secũdò decernit. Tertio pœnam imponit. Secunda ibi, *Decernentes.* Tertia ibi, *Si quis* Abbas.

Casus. Quidam pręlati ecclesiarum obligabant Ecclesiam suam pro debitis alienis: concedebant etiam litteras, vel sigilla, vt pecuniã reciperent cum sigillis ipsorum prælatorũ: Præcepit Papa, quòd de cætero ista nõ fiant, decernens ecclesias non teneri (si secus fuerit attentatum) ad solutionem talium debitorum: & si aliquis prælatus contra hoc venire præsumpserit, ab administratione temporalium, & spiritualiũ nouerit se suspensũ. Nota, quòd ex cõtractu prælati non tenetur ecclesia, nisi versũ sit in vtilitatem ipsius. Item prælatus qui obligat ecclesiam pro alienis debitis, suspensus est ipso facto ab administratione spiritualium, & temporalium.

e ¶*Grauare.*] Mutuum accipiendo, & alij tradendo: vel pro contrahente fideiubendo vltra penul. *j. tit. 1.*

f ¶*Litteras.*] [e] Per quas concedunt prælati, quòd aliquis possit recipere pecuniã mutuo nomine suo, & ecclesiæ suæ. Vel tradunt sigilla, vt inde sigilletur instrumentũ, sicut creditor voluerit dictare. Vel dic. litteras, seu sigilla, id est, litteras sigillatas.

¶*Glossa seq. arg. alleg. 5. iura, & vnam decret. in contrarium: secundam obiicit quærendo, & soluit.*

g ¶*Litteras, seu sigilla.*] Arg. quòd litteris pręlatorum credatur. suprà de proba. post cessionem. *& 11. q. 3. cura. & j. de fide instru. c. 2. & j. de cler. pere. c. 11. & sigillo ecclesiæ creditur. 73. dist. in nomine Patris in fi. arg. contra. j. de proba. quoniam contra.* Sed quare dicit hic, pro alienis, cùm hic creditor intelligatur, & c. 10. *q. 2. cap. ea enim. §. hoc ius. versi. & hic creditur. & j. tit. prox. quod quibusdam. & j. de deposi. grauis.* & sic nec nomine suo, nec nomine alieno tenetur ecclesia. Ad factum referas hoc: quia sic fatigatur ecclesia de facto, & non de iure. Bern.

h ¶*Non teneri.*] Nisi quatenus versum est in vtilitatem ecclesiæ. *j. tit. prox. c. quod quibusdam.*

¶*Glo. seq. exponit. supplet, arg. & remittit, finis citetur per quæstionem, alleg. 3 cano. contrarium soluit.*

i ¶*Suspensum.*] Ipso iure. & insuper Ecclesiã ipsam reddere debet indemnem, si in aliquo grauata est. *j. de re. eccl. alie. si quis presbyterorum.* Et est arg. optimum, quòd si aliquis dilapidauerit ecclesiam, quod licèt velit eam reddere indemnẽ, nihilominus remouendus est [d]. De hoc dixi *suprà de elect. quòd sicut. in fin.* Et sicut ipso iure suspensus est, ita ipso iure videtur restitutus, cùm ecclesiam reddiderit indemnem. *arg. 81. dist. si qui sunt. 14. q. 7. si quis de*cept. & 15. q. 6. *nos sanctorum.* Sed non credo, quòd propter hoc sit restitutus: quia iam suspectus est: & satisdatio nõ immittat maleuolum animum tutoris. *Insti. de suspect. tut. §. nouissimè. & ff. eodem. tit. suspectum. & l. seq.* imò remouẽdus est de facto, si administrationẽ nõ dimisit. *ff. de suspect. tut. suspectus* De hoc dixi *suprà de offic. deleg. Venerabili.* Bernardus.

¶Si Clericus non habeat, vnde satisfaciat suis creditoribus, nõ debet excõmunicari, nec aliter molestari: præstabit tamen cautionem saltem iuratoriã de soluendo, cùm venerit ad pinguiorem fortunam.

CAP. III.

ODoardus † Clericus proposuit, quòd cùm P. Clericus, D. Laicus, & quidam alij ipsum coram Officiali [k] Archidiaconi Remeñ super quibusdã debitis conuenissent, idem in eum recognoscentem [l] huiusmodi debita, sed propter rerum inopiã soluere non valentem [m], excommunicationis sententiam promulgauit: *& infrà.* ¶Mãdamus, quatenus si cõstiterit, quòd prędictus O. in totum, vel pro parte, non possit soluere debita supradicta, sententiam ipsam sine difficultate qualibet relaxetis: recepta prius ab † eo idonea [n] cautione, vt si ad pinguiorem [o] fortunam deuenerit, debita prędicta † persoluat.

ODoardus.] Debitor qui non est soluendo, excommunicatus, quia non soluit, absoluitur cũ cautione de soluendo, cũ ad pinguiorem fortunam peruenerit. hoc dicit. Et est casus singularis iudicio Panormitani, cum nullam faciat mentionem alius textus de cessione bonorum, licèt glossa, & Doctores aliter sentiant. Et diuiditur in duas partes. Nã primò ponit querelam impetrantis. Secundò dat iudices ibi, *Mandam⁹.* Abbas.

Casus. Odoardus clericus obligatus erat P. Clerico, & D. laico, & quibusdam alijs in quadam quantitate pecuniæ: ipsi conuenerunt ipsum Odoardũ coram officiali archidiaconi Remeñ. ipse confessus fuit debita illa, sed propter inopiã soluere non valebat: officialis nihilominus excommunicauit eundem: propter quod conquestus fuit D. Papę: Mandat Papa quibusdã, quòd si cõstiterit, quòd idem O. non possit soluere debita prædicta in totũ, vel in partem, sententiã ipsam debeãt relaxare sine aliqua difficultate, recepta priùs ab eo idonea cautione, quòd si ad meliorem statum peruenerit, debita ipsa persoluat. Nota, quòd qui soluere, vel satisfacere non potest, non est excommunicandus, sed præstet idoneam cautionem, quòd soluat, quàm citò poterit.

k ¶*Officiali.*] Officialis dicitur ille, cui Episcopus vices suas committit. *j. de testi. ex frequentibus querelis* Bern.

l ¶*Recognoscentem.*] Id est, confitẽtem debita. Qui enim cedit bonis, antequam recognoscat debitũ, vel antequam cõdemnetur, aut in iure confiteatur debitum, audiri non [e] debet. *ff. de cessi. bo. l. pen.*

Additio. Quod est verum, si placet creditori, aliàs statim probauit debitum suum, secundum quòd illa lex potest legi cum *non*, & sine *non*, vt ibi notatum est.

¶*Glossa sequens voci. per obiec. quòd sententiam tenere non debuerit & soluit.*

m ¶*Non valentem.*] Et ideo inanis est actio, quã inopia debitoris excludit. *ff. de dolo. nam lu. & j. de rest. spol. olim.* quia qui nihil habet, nihil dare potest: vt 1. *qu. 6 Dabertum.* & eius periculo nihil est. *ff. de fur. itaque fullo. in princ.* vnde videtur, quòd non tenuit excommunicatio, sed debuit eũ expectare, quousque soluere posset. *arg. decr. prædicta, illam.* & impossibile pręceptum non obligat. *ff. quæ sent. sine app. rescin. l. Paulus. 2.* & impossibilium nulla est obligatio. *ff. de regul. iur. impossibiliũ.* sed hic tenuit sententia fortè propter dubium: quia nõ plenè constabat, an in totum, vel in partem posset soluere: & ideo cùm de hoc constiterit, relaxatur, vt hic dicitur. sed si certus esset iudex, quia nihil soluere posset, vel si cessisset bonis, sententia non tenuisset: vel si tenuisset, iniusta tamen fuit: & ideo sine difficultate debet absolui: & iudex tenetur sibi ad interesse. *j. de senten. excom. sacro. hoc tutius est.*

n ¶*Idonea.*] Et ita videtur, quòd per pignora, vel fideiussores. *ff. man. si mandato ff. vlt. sic j. de pign. cum contra.* & hoc intelligo, si potest: aliàs pręstet, quam poterit, sc. iuratoriam [f] *j. de depo. si de re. per vestras.* vbi de hoc. & *j. de ver sig. ex parte*, vbi de hoc.

¶*Glo. seq. not. quòd cessio non liberat. & c. in fin. signat cõtrariũ, & soluit dupliciter.*

o ¶*Ad pinguiorẽ.*] Et ita patet, quòd licèt quis cedat bonis nõ ideo liberat⁹ est, sed obligatio remanet inefficax propter inopiã, sed in hoc prodest ei, quòd nõ detruditur in carcerẽ. *C. qui bo. ce. pos. l. 1.*

† *Odoard⁹, habent antiqua exẽplaria. Et de materia vide latè Bal. in §. h. Inst. de act. adde Ludou. Gomezium in reg. Cancellariæ de annali possessore. q. 53. & latius in tract. signaturæ. regula 88.*

† *Aliàs: ab ipso.*

† *præscripta.*

e ¶*In quibusdam exemplarib. deest dictio, non, vt notat Accurs. in d. l. pe. ff. de cessio. bono. cæterum in Pãdectis Flor. habetur dictio, non.*

f *Hostiensis hic indicat, quòd indistinctè hoc casu intelligitur idonea iuratoria: quia in quo bonis cedit, notũ est, quòd aliam præstare non potest: faciat ergo, quod potest 2. q. 1. faciat. Io. And.*

sed si postea perueniat ad pinguiorem fortunam (vt hîc dicit) soluere debet. *ff. de cessio. bo. l. si quis.* sed non in totũ nisi in quãtum facere potest. vt dicit in illa *l. si quis.* habita ratione ne egeat: sed nõ est fraudand⁹ alimẽtis quotidianis. *ff. eo. qui bonis. insti. de act. §. Sic. & ff. de reg. iur. in condemnatione.* Sed cõtra videtur. 3. *de fide instr. peruenit.* vbi de reditibus Ecclesiæ satisfit creditoribus: quare non hîc eo modo? Fortè quia periuri erant: ideo reditus assignantur creditorib⁹: dignũ est enim, vt malè merẽti egestate laborent. *ff. deposit. bona fides & 86. d. non satis.* vel hîc non fuit actum ad hoc. *86. d. non satis. ante medium.*

† *De materia huiꝰ decretalis vide latè per Aretinum. Portium, & alios. §. si quoque. In sti. qui. mo. re. cõtrah. obl.*

Is qui.] Primò ponit factum. Secundò exceptio. Secunda ibi, *Nisi.* Abbas Sic.

CASVS. Aliquis credẽs se teneri alicui creditori, soluit ei pecuniam: videns postea, quòd nõ tenebat. quia plenè satisfecerat ei, repetebat pecuniam indebitè solutam: quęritur, quis debeat probare, quòd indebita fuerit illa pecunia? Respondet, quòd ille, qui dicit, quòd indebitè est soluta, debet

† Lib. 12. in dict. 7. epist. 17 Asclepidato patricio Gallorum. *sed Raymũdus solum scripsit.*

¶ Idem.

¶ Conquerẽs se indebitè soluisse, hoc probare debet, nisi in casu hîc posito.

CAP. IV.

IS †, qui conqueritur indebitam [a] pecuniam se soluisse, probare tenetur [b], quòd indebitè sit soluta: Nisi eius aduersarius solutionem inficians, exinde conuincatur [c]: tunc enim insistenti onus incumbit probãdi [d], quòd debitum recepisset.

TITVLVS XXIV.

De donationibus.

¶ Gregorius † A. Patricio Gallorum.

¶ Potest intelligi duobus modis, & secundum primum intellectum, hoc dicit: Liberalis in do. ado existimat se debere, quod donat. Vel sic secundum alium intellectum: Promittentes aliquid donare, illud tanquam debitum adimplere tenentur.

hoc probare, nisi ille negaret solutionem sibi factã: tunc si ei probetur solutionem factam, ipse, qui conuincit, debet probare, quòd pecuniam debitam recepisset. Nota, quòd qui repetit indebitum solutum, illud debet probare. Item qui negat solutionem sibi factam, si de hoc cõuincatur, & in eũ transfert onus probandi, quòd debitam pecuniam recepit.

¶ *Glo. seq. distinguit quadruplex indebitum.*

a ¶ *Indebitam.*] Nota, quòd indebitũ aliud dicitur iure ciuili tm̃: aliud iure naturali tantùm: aliud iure naturali, & ciuili. Qui soluit indebitum iure ciuili tantùm, per ignorantiam facti, repetere põt illud, quia est id quod põt retineri per *l. Fal. C. de iur. & fac. ign. cùm quis & C. ad l. Fal. error.* quia credebat se plꝰ habere in hęreditate, quàm haberet: sed si per ignorantiã iuris, non repetit: vt in legib. prædict. fallit, cùm persona facit. l. cum repetitioni. *ff. ad Velleia. l. quis. §. interdũ & de condict. indeb. l. interdum. C. si aduersus ven. l. fi.* Indebitum iure naturali tantùm, vt est illud quo per chirographũ obligamur spe futuræ numerationis, qui tale indebitũ soluit, repetit: vt hîc, & 1. q. 4. *c. turbatur. § notandum.* vbi de hoc. & *ff. de prob. cùm de indebito. 1. resp.* vnde sumpta fuit hæc decr. & *ff. de condi. indeb. indebita. & ff. de consti. pec. quod si maritum §. & insti. quib. mo. re contra. ob. §. is quoque.* Et hoc verum est ante biennium, non post: quia tunc etiam posset peti cum effectu: vt *inst. de litterarum ob. in fi. C. de non nume. pec. l. 1. §. in contractibus. in princ.* Solutum verò indebitum vtroque iure, quacunque ignorãtia repetit: vt *C. de condi. indeb. l. 1.* Quod dictum est hîc & in præcedenti membro, fallit in casibus, quos habemus *insti. de oblig. quæ ex contra. na. §. ex quibusdam.* & in text. & in glo. ibi signata. Si sciens se non debere soluit, nõ repetit, quia donare videt. *ff. de condi. indeb. l. 1. & ff. de reg. iur. cuius per errorem.* Aliud verò dicitur indebitum per exceptionem, sed debitũ iure naturali, siue ciuili, siue vtroq; hęc exceptio, aut est temporalis, aut perpetua: si est temporalis, cessat repetitio *ff. de cond. indeb. quod in diem & l. nam & si maritum. & l. nam si cùm moriar.* Si verò exceptio perpetua est, distinguit, aut est fauorabilis, aut odiosa. Si est fauorabilis, per errorem solutum repetit. *C. ad Velleia. quamuis. & ff. de condi. indeb. qui exceptionem* Si est odiosa, vt Macedoniani, quæ datur in odium creditoris, solutum non repetit, siue ignorantia iuris, vel facti. *ff. de conc. indeb. qui exceptionem: & l. si is qui.* Aliud est indebitũ ad iuris rigorem seruandum hoc sciens si soluit, nõ repetit. *ff. de condi. indeb. iudex & l. Iulianus.* quia sententia de iure ciuili est, ideo ea quæ iuris naturalis sũt, tollere nõ põt: quare si soluat, non repetit, vt *l. Iulianus.* Si verò incertum sit, an exceptio sit tẽporalis an perpetua: procedatur, ac si esset perpetua. *ff. de cond. inde. iusticie.* Ciuilis tantùm dicit obligatio, quãdo spe futuræ numerationis me chirographo obligaui. *Insti. de litterarũ ob. in prin.* Naturalis tantùm, quæ re ipsa tollit, vt puta numeratione pecunię & iusto pacto, & iuramento tollit, sicut & numeratione pecunię *ff. de sol. Stichum. §. naturalis.* Bern.

De indebito, eiúsque materia, accurata disputatio.

b ¶ *Probare tenetur.*] Quia pręsumitur eum debitum soluisse, nisi probet contrarium: quia nõ est verisimile, quòd aliquis diligens pecuniam suam iactet. *ff. de probat. cùm de indebito. 1. rñ.* & hoc intelligo de eo, qui maior est vigintiquinq; ann. secus in priuilegiatis personis, vt sunt pupilli, siue minor, mulier, miles, agricultor, & simplicitate gaudens: illę enim personę nõ tenentur probare pecuniam indebitam, sed ille qui recepit, debet probare pecuniam debitam fuisse. *ff. de probat. cùm de indebito. §. sin autem.*

c ¶ *Conuincatur.*] Legitimis probationibus: vt *ff. de probat. cùm de indebito. § sin autem. in prin.*

d ¶ *Probandi.* Nota, quòd onus probandi reo incũbit propter delictũ inficiationis [a], sic etiã actio legis Aq. quæ propter inficiationẽ crescit in duplũ *ff. ad l. Aquil. inde Neratius. §. hæc actio* & alibi punitur inficiator. *C. de non numera. pecu. Authent. contra qui propriam. & in Authen. de tri. & semis. §. illud quoque coll.* 3. Item cùm est pręsumptio contra reum, trasfertur probatio in ipsum. *C. de proba. sine possidentem.* De hac materia dictum est s. vt *Ecclesia in beneficia, vt nostrum.*

† Cap. 1. eo. ti. in 1. cõp.

† *ponit.*

† *existimet.*

† *nec.*

a *Contra. l. eius qui. ff. de iureiu. & Authen. contra qui propriã. C. de non nu. pe.*

† Cap. 2. eo. ti. in 1. cõp.

CAP. I.

PRudentes [a] †: *& infrà.* ¶ Hanc sibi quodammodo nobilitas legẽ imponit †: vt debere [f] se, quod sponte tribuit, existimet †: Et nisi in beneficiis suis creuerit [g], nihil † se præstitisse putet.

¶ Alexander tertius Parisiensi Episcopo.

¶ Non valet donatio, quam facit Prælatus inconsulto Capitulo, & in damnum Ecclesiæ.

CAP. II.

FRaternitatem † tuam credimus non latere, quòd cùm Episcopus, & quilibet Prælatus Ecclesiasticarum rerum sit pro-

DE DONATIONIBVS.

¶ *Supra visum est de contractib. non gratuitis, restabat videre de gratuitis: ideo meritò subiicit hæc rubrica de donationib. Abb. De hac materia habetur 86. dist. nõ satis. & in aliis c. ibidem.* 16. q. 3. placuit. & q. 6. illud. & q. 1. possessiones. 12. q. 2. Ecclesiasticis. si quis bonæ & religiosam.

PRudentes.] Duo sunt dicta, quę patent. Secundum ibi, *Et nisi.* Abbas.

CASVS. Si nobilis homo sponte donet aliquid alicui, æstimare debet se ad hoc teneri, & hãc legẽ sibi debet imponere, vt nisi ampliùs fecerit, & creuerit in beneficio, nihil se credat fecisse. Nota, quòd si aliquis nobilis tribuit, tanquam debitum peti potest. Item parum est dare, nisi datum augeatur. Item apud mentes nobilium semiplenum donum videtur, quod sine adiectione relinquitur.

e ¶ *Prudentes.*] Hunc [b] casum in hoc c. per decre. quam habes s. *de consec. eccl. vel altaris. cùm sicut.*

f ¶ *Vt debere.*] Vnde dixit Dominus: *Beatius est dare, quàm accipere. 16. q. 1. prædicat v. & s. de celeb. miss. cùm Martha.* Vnde Martialis coquus reprehendebat quendam, qui tota die discurrebat per hospitia aliorum:

Scæuola tu comedis apud omnes, nullus apud te:
Alterum siccas pocula, nemo tua.
Aut tu redde vices, aut desine velle vocari.
Dedecus est semper sumere, nilque dare. Vinc.

g ¶ *Creuerit.*] Saltem per bonam voluntatem, quia hilarem datorem diligit Deus & qui dat propter præsentem pudorẽ, & rem, & meritum perdit, 23. q. 6. *c. iam vero. §. ex his omnibus.* Tanc. vnde versus:

De facie læta: sine lætitia faciei
Si dederis, perdis rem meritúmque rei.

FRaternitatem.] Tres sunt partes. In prima ponitur exordium. In secunda narratio ibi, *Accepimus.* In tertia conclusio ibi, *Vnde.* Abbas.

CASVS. Episcopus Parisien. prędecessor istius, graues fecit donationes de rebus Episcopatus in detrimentum Ecclesię, inconsultis canonicis suis: petebat iste successor à Papa, vtrũ posset eas reuocare: scribit ei Papa dicens quòd Episcopus, & quilibet prælatus Ecclesię procurator est, & non dominus: & ideo conditionẽ Ecclesię meliorem facere potest, deteriorem verò facere non debet: vnde donationes illę iure non tenẽt, quare indulget, vt donationes illas tam à clericis, quàm à laicis debeat reuocare. Nota, quòd prælatus non est dominꝰ, sed procurator rerum Ecclesiæ. Item conditionem Ecclesiæ meliorare potest, deteriorare non. Item donatio Episcopi facta sine consensu capituli non valet.

b *Hæc glossula non est Bernardi, nec est in vetustis libris.*

c *Antiqui hic & de fine & si quæ stenes. dabãt versum: In poscẽte nouem, sex in donante notanda: Cã, fides, modus, & locus, & penuria, tempus. Ætas, debilitas cũ conditione petentis. Mens hilaris, sestina manus sit, sitque facultas: Vultus affatus, discretio dantis, & ordo. Io. And.*

a ¶ Pruden-

a ¶*Procurator.*]Prælatus enim ecclesię procurator est, non dominus.12.*q.1.c.Vlt.& q.2.sine exceptione.& 10.q.2. casella.*
b ¶*Deteriorem.*]Sic *ī.de in integ. resti.c.1.fin. ff. pro emp. qui fundum.§.sed si tutor.& ff.de procu.ignorantis.*
¶*Glo.seq.recitetur per obiectionem.*
c ¶*Non debet.*] In faciendo:sed omittēdo tamen potest. 16.*q.3. placuit.& ī.de prascr. c.2. in faciendo etiam modicè.* nam modicum donare potest, si est consuetudo.*j.ca.prox.* & in hoc differt à ꝓcuratore: quia procurator nihil donare potest,etiam generalissimam habens administrationem. *ff. de procu. procurator tutorū.* Ala.
¶*Glo.seq.quarit,& argu.pro.& soluit, & allegat contrarium.*

curator[a], non dominus: conditionem † Ecclesiæ meliorare potest,facere verò deteriorem[b] non † debet[c]. ¶ Accepimus autem, quòd prædecessor tuus graues[d] donationes in rebus Episcopatus fecit in detrimentum Ecclesiæ, suis Canonicis inconsultis[e]. Vnde quoniam donationes huiusmodi de iure non tenent, indulgemus[f] † tibi, vt liceat donationes huiusmodi, tam à Clericis, quàm à Laicis legitimè reuocare.

† *In codice Barbatia ita: cōditionem ecclesia meliorē potest facere verò deteriorem nō debet.*
† *Aliàs: non potest.*
† *Aliàs ita: indulgem°, vt tibi liceat.*

d ¶*Graues.*] ergo à contrario sensu si nō sunt graues, nō reuocantur. quod verū est. *j.c.prox.* T. Sed quid si per minutas, vel paruas donationes ecclesiam lędat,vel modicum excedat? Videt, ꝙ totum debeat reuocari *ff. de iure pat. si libertus. §. si quis plures.* immò quòd vltrà licitum est,reuocatur. *arg. C. de dona.si quis argentum. §. in seruis autem 22. q. 2. si quas de seruis.* immò videtur, quòd nō sit attēdēda coacceruatio, sed singularis quantitas. *arg. ff.de iurisd.ō. om. iud.si idem. arg.cōtra. ff. de appella. si quis separatim.§. si quis cum Vna. ff de pact si plures.*Lauten.

† *Vvigor.*
† *Vvigorū.*

†Cap.3.eo. ti.in 1.cōp. & c.2.tit.de cōsue. in 1. cōp. & *post concilium Lateran.* p. 29.c.3.*integram clausulam quarito post dictum concilium* p. 6. cap 9. & p. 21.c.3.

¶Idem Vigorieñ. †Episcopo.

¶*In considerādo an valeat donatio facta per Prælatum, debet attendi quantitas rei donata,& loci consuetudo.Hoc dicit inharendo littera.*

CAP. III.

CÆterùm † si Abbatem, donationem cum Priore, & quibusdam de Conuentu, vel solum Abbatem facere contigerit, & postea Conuentus pars reclamauerit: Datæ rei quantitas, & illius terræ consuetudo[g] (quæ tamen sacris canonibus nō obuiet) est diligentiùs attendenda: & secundùm hoc est donum ratum[h], vel irritum iudicandum.

¶Idem Abbati S.Alberti.

¶*Ecclesia non vacans in beneficiū*

e ¶*Inconsultis.*]Maximè cùm nec eorum consilio potest facere donationem damnosam ecclesię. 10. *q. 2. hoc ius. §. qui res. 12.q.2.sine exceptione.* Tanc.
¶*Glo.seq.recit. per obiectionem.*
f ¶*Indulgemus.*]i. indultum esse ostendimus:quia de iure communi hoc facere poterat, vt 35.*q.9. quod quis commisit.ī. de reb. eccl.non alie.si quis presbyterorum.* & *ī. de præb. c. 2.* Similem indulgentiam habes. *ī. de iureiur. & si Christus. in fi. ī. de vsu pal.ex tuarum.*Bern.

CÆterùm.] Pręlatus modicam rem ecclesię donare potest, vbi hoc habet cōsuetudo.Ita communiter summatur: sed hæc summatio multùm restringit litteram.Abb.Sicu. Et potest dici,quòd primo ponit factum,ex quo tacita resultat quęstio. In secunda responsio ibi,*Data res.*

Casvs.Abbas fecit donationem cum Priore, & quibusdā de conuentu, vel solus Abbas: postea pars cōuentus reclamat, & contradicit: quęrit, quid iuris sit? Respondetur,ꝙ quantitas rei donatę, & consuetudo loci debet considerari in tali donatione:ita tamen quòd consuetudo nō sit contra canones:& secūdùm hoc donum ratum debet esse, vel irritum. Nota,ꝙ consuetudo in donationibus debet obseruari. Item quantitas rei facit donum licitum,vel illicitum.

g ¶*Consuetudo.*] 12. *dist.in his & c.catholica. ī. de his qua fi. à prala.si.cons.ca. cū nosciitur & 9.q.3.cunquestus.* quę tamen non sit canonibus inimica:vt hic dicit,& *ī.de re.iud cum causa. 12.d.sit sancta & ff.de sepul.Vio.l.3.§ diuus.*
¶*Glo. seq. obijcit,& dupliciter soluit. prima fuit Alani, secunda Laurē.*

h ¶*Ratum.*]Et ita videt,ꝙ Abbas possit facere donationē. Sed cōtra videt,quia nihil habet:ergo nihil dare potest... *q.7. Dalbertū.54.d.abbati.& 12.q.2 quisquis.& j. de iure patro. quod autem.in fi.& j. de statu mona.cū ad monasterium.in fi.* Item ꝓcurator est,non dominus. 12.*q.1. si priuatum.*ergo donare non potest.*C.de admi.tut.non omnis.* & *ī.tit.prox.*Dicit Ala. quòd

a *Tutor non omni titulo alienat res pupilli: sed administrationis tantùm causa. Ioan.And.*

istud potest intelligi de pauperum derogatione ꝙ pōt facere quilibet pręlatus Ecclesię,ita tamen ꝙ nō ꝓcedat ad nimiā quantitatem:vt hîc innuitur.*arg. 85.d. non satis. ff. de offi. procons.solent.§.Vlt.*cōsiderata cōsuetudine & facultate Ecclesiæ.*j.de censi.cū Apostolus in fi.*Vel ēt potest intelligi de vera donatione,quam potest facere prælatus[b]. si cōsuetudo loci habet hoc: nam consuetudo loci dat iurisdictionem, & liberiorē tribuit administrationem *ff. quod vi, aut clam prohibere. §. non tantum. ver.hoc ita.* & *ī. de his qua fi. a præl. sine consen. cap.cū nosciitur.* Ita tamen vt ecclesia enormiter non grauet. *ī.c.prox.*Bern.

concedi nō potest, sed in proprietatē sic: de auctoritate tamen Episcopi, & sine præiudicio Prælati.

De monachis notatur 12.q. 1. non dicatis. & 16.q 1 alia: & vide in Cle.de vi. & ho. cle. quoniam. ver.cæteri. in 1. glos. Ioan And.
† Cap. 23. tit. de iure pat.in 1.cōpil. & *post concilium Lateranen.* p.5.c.20.

CAP. IV.

COnsultationibus †: *& infrà.* ¶Donationes verò,vel concessiones Ecclesiarū,si quę fiant priuatis personis, viuentibus[i] illis,qui ipsas Ecclesias possidēt, nullius debent esse momenti. ¶Si religiosis fiant locis ab Episcopo, vel eius auctoritate[k], ratæ debēt haberi:Ita quòd personæ,quæ iam dictas Ecclesias possident, sine ipsorum assensu, eis in vita sua nō debeāt †spoliari[l].

† *debent.*

COnsultationibus.] Pōt diuidi: quia distinguit duo mēbra. Secundum ibi,*Si religiosis.* qđ determinat in ver.*Ita quod.* Vel secundùm Ioan.And.In prima ponitur cōsultatio decisa.In secūda distinguens respōsio ibi,*Donationes.*Imola.

Casvs. Aliquis patronus, vel ꝑlatus cōcessit Ecclesiam alicui clerico, viuēte Rectore illius ecclesię: quęritur,an talis concessio valeat? Respondet,ꝙ nullius est momēti: si autem cōcessio fiat religiosis locis ab Epō, vel ipsius auctoritate, tenet: sed persona, quæ ecclesiā tenet sine assensu ipsius remoueri nō debet. Nota,quòd ecclesia nō vacās priuatę personę cōcedi non pōt.Item ecclesia concedi potest locis religiosis, viuentibus ꝑsonis earum: quod verum est auctoritate episcopi. Item nullus sine culpa iure suo priuari debet.

¶Innocentius iij Episcopo Floreñ.

¶*Non obstante iuramento de non infeudando de nouo,Prælatus integrare potest feudū,si appareat vasallū in mensura fuisse deceptum.*

CAP. V.

PEr † tuas litteras proponere procurâsti, quòd cùm quidam nobiles Florentini tempore schismatis † Episcopum Florentinum in domo sua tenuerint: idem Episcopus sedata schismatis tempestate, de mandato Alexandri Papæ quatuor modios terræ in feudum concessit[m] eisdem: & successor ipsius (prout est moris[n])

†Cap.2.eo. ti.in 3.cōp.

† *Schismate, quo Varijs tēporib. Ecclesiam Dei infestarunt, enumerat Turrecremata in summa* de eccl. li. 4 p.1.ca. 9. *id Vero, cuius hic fit mentio,contigit circa an. Domini* 160. *inter Alexan. iij. & Octauianum, & alios. Vide Turrecrematam pra citato loco in schismate 19.*

i ¶*Viuentibus.*] *ī.de concessione præbenda.c.1.2.& 3.* & *c.Vlt.*
¶*Glo. seq.signat contrarium,ponit opinionem, & remittit.*
k *Auctoritate.*]Aliter non valeret. *j.de iure patr. quod autem. in fi.& c.nullus.contra.j.de iure patr.illud.* Quidamdicunt[c],ꝙ patronus sine consensu Episcopi iuspatronatus potest donare loco religioso: & sic loquit contrarium,ecclesiam verò nō, vt in primis concor.vt hic.De hoc dicetur *in c.illud.*Bern.
l ¶*Spoliari.*] Quia sine culpa sua non est aliquis beneficio suo spoliandus.*ī.de consti.cognoscētes.* & 56.*d. satis peruersum. & 16.q.Vlt.inuentum.*[d] Bern.

PEr tuas.]In prima consultatio. In secunda responsio ibi. *Nos igitur.*Abbas.

Casvs. Quidam nobiles Florentini tempore schismatis tenuerunt Episcopū Florentinū in domo sua:sedato schismate episcopus de mādato Alexandri Papę dedit in feudum ꝑdictis nobilib.quatuor modios terræ: & successor ipsius præfatos nobiles de certo feudo inuestiuit:sed cùm ipsi terrā illā mensurari fecissent,non inuenerunt nisi duos modios: vnde petebant feudū illud sibi redintegrari: dubitabat episcopus, an posset, cùm non essent in possessione illius, ne de nouo videret conferre:Consultus Papa respondet,ꝙ Ecclesię in factib.suis non debet fraudē adhibere, vel dolum,vnde securè poterit feudum integrare,cùm terra quatuor modiorum illis fuerit assignata. Nota, ꝙ episcopus ratione seruitij personæ suæ præstiti potest rem ecclesiæ infeudare.Item ex inuestitura nanciscitur quis possessionē.Item ecclesia in factis suis nō debet fraudem,vel dolum adhibere.Item beneficium promissum redintegrari debet,non minui.

c *Et bene: Vt j.* de iure patro. c. vnico.li. 6. *Ioan. And.*
d *Facit ad hoc text.* in l. si quis à se fundum. iuncta gl. magna. & par.C.ad L. Iul.de vi.

m ¶*Concessit.*]Sicut & Papa quandoq; cōcedit priuilegiū ob gratiam pręstiti obsequij.25.*q.1.c.Vlt.circa fi.*Laur.
n ¶*Moris.*]Et etiam iuris: vt *in constitu. Frideric.imperialem. §. praterea.*

de certo [a] feudo præfatos nobiles inuestiuit: verùm cùm ipsi assignatam terram mensurari fecissent, non nisi duos modios inuenerunt [b], feudum integrari cum instantia postulantes: super quo dubitas, eo quòd non sunt in possessione [c] ipsius, ne de nouo [d] videaris illud conferre. *& infrà.* ¶ Nos igitur attendentes, quòd Ecclesia in actibus suis fraudem [e] non debet aliquam adhibere: Respondemus, quòd feudum ipsum secure poteris integrare [f]: cùm terra illa quatuor modiorum ipsis fuerit assignata [g].

¶ Idem R. † de Burg. & G. Berbur. Abbatibus.

¶ In donationibus plenissima sit interpretatio: & ob hoc clausula onerosa post multas donationes apposita, proximã donationẽ tantum respicit, h. d. & est casus singularis.

CAP. VI.

CVm † dilecti filij Abbas, & Monachi de Meltos proposuerint coram nobis, quòd nobilis vir Alanus quasdam terras à parte [illegible] sius, eorum Ecclesiæ in eleemosynam † assignatas, violenter redigere cupiat in forestam [h]: *& in*[illegible].

¶ Mandamus, quatenus ad sententiam pro i[illegible] monasterio proferendam, appellatione postposita procedatis: cum ex tenore instrumenti euidenter appareat †, quòd hæc fuit mens, & intentio [i] donatoris, vt clausula, de foresta †, quæ in fine ponitur instrumenti, non ad superiorem [k] donationem, quæ tam libera, & pura fuit, vt immunis esset à † vexatione, & consuetudine sæculari: sed ad inferiorem concessionem, quæ pensionem, & determinationem habet insertam, iuxta sanum referri debeat intellectum: quia in contractibus plena [l], † in testamentis plenior [m], in beneficiis quoque plenissima [n] est interpretatio adhibenda.

¶ Idem Episcopo Heliensi †.

¶ Si Episcopus in Ecclesia, quã de consensu Capituli pio loco concessit, percipiebat certos prouẽtus, illos donâsse videtur: alioquin õnes prouẽtus præter cathedraticũ, cedunt pio loco. Et si Episcopus cõcessit de cõsẽsu p[illegible]ni, intelligitur patronus donâsse iuspatronatus.

CAP. VII.

PAstoralis † officij: *& infrà.* ¶ Tua nos duxit discretio † cõsulẽdos, si Episcopus cõsentiẽte patrono, viris religiosis aliquã Ecclesiam concedendo, hac vtatur simplicitate verborum: Concedimus vobis illam Ecclesiam: vtrùm eo ipso videatur in eorũ vsus fuisse concessa, vel ius tantummodo patronatus. ¶ Nos autẽ inquisitioni tuę duximus respondendum, quòd si Episcopus Ecclesiam illis conferat de consensu patroni, profectò patro-

a ¶ *De certo.*] Id est de terra terra nõ mẽsurata: vt ĩ. dicit. B.
¶ Glossa sequens distinguit, an quis decipiatur in quantitate rei, aut in quantitate pretij.

b ¶ *Inuenerunt.*] Not. q̃ vbi quis decipit in quantitate rei, agitur ad supplementũ, etiamsi deceptio fuerit circa dimidiã rei quod verũ est, nisi fuisset terminus appositus ad mensurandum rem illam: quia tunc vltra terminũ nõ audiret: & nisi qui tẽ acceperit, renunciauerit de quantitate. ff. de contrahen. empt. qui fundum. secus si decipiatur in pretio: quia toleratur [a] vsque ad dimidiam iusti pretij. ꝫ. *de emptio. & vendit. cùm dilecti. & cap. cum causa. C. de rescin. vend. l. 2.*

c ¶ *In possessione.*] Ergo non adipiscitur quis possessionem ex inuestitura. ꝫ. *de his quæ fiunt à maio. par. ca. ex ore.*
¶ Glo. seq. recitetur per obiectionem.

d ¶ *De nouo.*] Quia fortè iurauerat nõ infeudare de nouo: sed hoc non obstaret. ꝫ. *de feu. ex parte. & ĩ. de censi. cùm Venerabilis.* quia non dicit nouũ, quod ab alio fuit factũ. Itẽ alia ratione, quia licitè potuit pficere donationẽ, licet eam nõ potuerit inchoare. ĩ. *de Iudæis. consuluit. & ff. de noui ope. nunciat. l. 1. §. opus nouum. ff. de dona. inter virum, & vxorem, si donata. §. si sponsus.* nihil. n. nunc dat, sed datum declarat: vt ibi dicit. *ff. de testa. hæredes palam.* §. 1. Item quia multa permittuntur fieri ex prioris actus consequentia. *C. ad Velleia. si mulier [b] & ff. de minoribus. l. 3. § scio.* quia de mandato Papæ hoc factum fuit ab initio. Ioan.

e ¶ *Fraudem.*] Sic 20. q. 3. *constituit. & ꝫ. de his, quæ vi, metúsve causa fiunt. cùm dilecti. arg. nec Ecclesia debet alienis inijcere laqueum. 27. q. 2. de viduis.*

f ¶ *Integrare.*] Sim. ꝫ. *de sol. c. 1. & ꝫ de preben. vacante. c. cùm causam.* quia adiuuari beneficiis nos oportet, non decipi. ꝫ *de commo. c. vnico. & ff. eo. in commodato. §. sicut in fine. &* 25 *q. 2. quacunque.* Ioan.

g ¶ *Assignata*] Licẽt non tanta inuenta. Bern.

C*Vm dilectis.*] Clausula onerosa post duas, vel plures donationes posita, pximã tm̃ respicit, nõ superiorẽ quę habet suã clausulã. h. d. & est hęc lectura etiã notabilis: tñ nõ est hoc speciale in donatiõe, sed idẽ est in qualibet clausula apposita in fine cuiuscũq; dispositiõis. In prima ponit iudicũ decisa consultatio. In secunda Papæ responsio ibi, *Mandamus.* Abb.

CASVS. Quidam nobilis contulit quasdã terras purè, & simpliciter sine aliqua conditione p remedio animæ suę in eleemosynã monasterio de Meltos. Item aliã terram dedit eidẽ monasterio sub cõditione pẽsionis, vt si fortè pẽsio debita nõ solueret, redigere posset terrã illã in forestã. Alanus dicti nobilis filius donationes illas volebat per violentiam redigere in forestam: super hoc causa fuit commissa iudicibus: Iudices examinato negotio dubitauerũt, pro qua parte deberent ferre sententiam: remiserunt causã instructam cũ instrumento donationis ad Papam Rescribit Papa eisdem iudicibus, mandans, quatenus p monasterio ferãt sentẽtiã appellatione remota: quia ex tenore instrumẽti apparet. q̃ ista fuit intẽtio donatoris, vt clausula illa, de foresta, q̃ ponit in fine instrumẽti, nõ debeat referri ad primam donationem, q̃ libera, & pura fuit ab omni consuetudine sæculari, sed respiciat inferiorẽ concessionem, q̃ habet pensionem insertam secũdũ rectum intellectũ: quia in contractib. plena debet interpretatio adhiberi, in testamẽtis plenior, in beneficiis plenissima. Nota: q̃ donationẽ à patre factã filius non potest reuocare. Itẽ qñ dubitat de intẽtione testatoris, vel donatoris, & ipse decessit, recurrendũ est ad superiorem, & eius interpretatio tenẽda est super hoc. Item in donationib. ad intẽtionem donatoris recurrendum est. Itẽ determinatio q̃nq; respicit proximè posita, q̃doq; alia. Itẽ nota regulã, q̃ in cõtractib. plena, in testamentis plenior, in beneficiis plenissima debet interpretatio adhiberi.

h ¶ *Forestã.*] Foresta est loc⁹ in quo feræ includũt, & habet quis vsum venandi. Vinc.

i ¶ *Intẽtio.*] Et sic sẽp recurrẽdũ est ad intẽtionem donantis, siue scribẽtis. ꝫ. *de rescrip. ad aures. & ꝫ. de præbẽ. c. vlt. & c. cùm causã. & ff. de verb. obliga. in conuentionibus.*
¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

p ¶ *Elogio.*] i. testamento. *C. de testa. l. iubemus.*

q ¶ *Protrahitur.*] Id est, differtur.

r ¶ *Infra annum.*] Infra annum debet mandari executioni voluntas testatoris. *C. de fideic. Auth. amplius.* & hic. & *Aut. de ecc. tit. §. si quis ædificatione. coll. 6.*

¶ *Glo. seq. vers. per q. scilicet quod si locus non fuit designatus: potest dictum Lau. & secundum opi. Tan.*

s ¶ *In loco.*] Demonstrato, vel comprehenso à defuncto. si enim de loco incertus sit, nõ videtur obligatus ad faciendum, sicut in promissore liquidum est. *ff. de eo quod cer. lo. l. 3. §. si quis insulam. & ff. de verb. obli. qui insulam.* nisi aliud quid dicatur, tum causa religionis, tũ extremæ volũtatis fauore. Io. & Laur. Alij dicũt quòd si incertus est locus, vbi debuit ædificari, ad hãc causam relictũ, fieret caducum. *C. de cad. tol. l. vnica. §. si vero. ff. de donat. l. 2. §. vlt.* Et ideo dicitur hic, in loco quo constitutum fuerat. T. dicit, quod non erat caducum quia testamenta sunt interpretanda largissimè. ĩ. *de do. cùm dilecti. in fi.* & res ad pias causas relictæ, liberæ sunt à lucratiuorum inscriptionibus. 23. q. 8. *c. tributum. §. quamuis & in l. sancimus.*

t ¶ *Leges.*] *C. de epi. & cle.* nullibi habes, quòd episcopus debet illud facere.

† *Scilicet Gregorius Ianuario Episcopo Caralitano. l. 3. epist. x. registri. Et c. 1. e. tit. in 1. comp. Et vide præ aliis Couarruuiã in hac decretali.*

† *elogio.*

† *Hoc spectat, quod nouissimè constituit concilium Trident. sess. 22. de refor. c. 8. & sess. 25. in decret. de purgatorio.*

PResbyter.]Casus. Dicitur in hoc c. ꝙ si presbyter, qui tenet parochiam, aliqua emerit, ad nomen Ecclesiæ conficiat instrumentum: & qui cõtra fecerit, ab eius ordinatione remoueat᷑. Not. ꝙ cùm presbyter aliquid emit, debet facere instrumentum, in quo cõtineat᷑ illud esse Ecclesię: qđ verum est, cùm emit de rebus Ecclesiæ: sec⁹ est, si de patrimonio suo emit.

a ¶Presbyter.] Hoc c. habetur 12.q.4.ca. vlt.

b ¶Superemerit.] De rebus Ecclesiæ: quia si de suis, & Ecclesię rebus emisset, pro rata pretij res diuideret᷑ inter Ecclesiam, & hæredes presbyteri, si de hoc constaret. 12. q.4. c.1. Et ita ꝓ ea parte faciat instrumentũ ꝓ se: quia tutius est, ꝙ non faciat instrumẽtum commune, sed separatim T. aut nõ datur ei optio, sed cõminatio est. Bern.

VT vnusquisque.] Iste textus potest intelligi de Episcopo, & tũc verbum, consecrationis stat ꝓpriè: & verbum, presbyter, debet exponi id est, Eṕs, pea q̃ dixi in c. præcedenti. Secundò põt intelligi in quolibet rectore Ecclesię, & tũc verbũ, presbyter, stat ꝓpriè, & verbum, consecrationis, debet exponi, i. ordinationis, seu promotionis: quia ꝓpriè Eṕs consecratur, & ṕsbyter ordinatur: vt in c.1. de sac. vnct. Abbas.

Casus. Dicitur in hoc ca. ꝙ quicquid presbyter acquisiuit à tẽpore ꝓmotionis suæ, post mortem eius remaneat Ecclesiæ. Nota, quòd quicquid prælatus acquirit post institutionem suam de rebus Ecclesiæ, vel eius occasione, Ecclesię est.

¶Ex eodem †.

¶De emptis per Prælatũ de bonis Ecclesiæ, debet instrumentũ confici nõine Ecclesiæ: aliàs debet Prælatus ab administratione remoueri.

CAP. II.

PResbyter a, cùm diœcesim tenet, de eis †, quæ superemerit b ad ipsius Ecclesiæ nomen, scripturam faciat: aut ab eius ordinatione discedat.

¶Ex epistola Pij Papæ †.

¶Quæsita per Episcopum post consecrationem suam, Ecclesiæ relinquenda sunt.

CAP. III.

VT vnusquisque c presbyter res, quas post dies consecrationis acquisierit d, proprię Ecclesiæ relinquat.

¶Ex consilio Remeñ.

¶Empta per Prælatum ex emolumẽtis Ecclesiæ, efficiuntur Ecclesiæ, licèt Prælat⁹ emerit nomine alieno.

CAP. IV.

INquirendum e est, si † quis Presbyterorum de reditibus Ecclesiæ, vel oblationibus, vel votis fidelium. alieno nomine res comparauit f †: quia sicut nec suo, ita nec alieno nomine g Presbyter fraudem facere de facultatibus Ecclesiasticis † debet: quoniam hoc sacrilegium h † est, & par crimini Iudę furis, qui sacras oblationes asportabat i, & furabatur.

c Vt vnusquisque.] Supple, statuimus.

¶Glo. seq. arg. alleg. quatuor iura.

d ¶Acquisierit.] Occasione Ecclesię. j. tit. prox. quia nos. & c. requisiuit. & est arg. quòd teneor a tibi restituere, quod occasione rei tuæ ad me peruenit. arg. s. de iureiuran. ad nostram. & ff. manda. ex mandato. & l. idémque §.1 & 2. ff. de procu. qui procu. §. procurator. vers. in cæteris. Bern.

INquirendum est.] Casus. Statuit concilium Remeñ ꝙ si aliquis presbyterorum de reditib. Ecclesię, vel oblationibus Ecclesię, vel votis fidelium res aliquas comparauerit, non nomine Ecclesiæ, sed alieno, Ecclesia poterit res illas petere, si constiterit, ꝙ de bonis Ecclesię fuerint cõparatæ: & ipse q hoc fecit, debet puniri: quia sicut nõ suo nomine, ita nec alieno de suis facultatib. Ecclesię fraudẽ facere debet: hoc enim sacrilegiũ est, & par crimini Iudæ, qui sacras oblationes furabatur. Nota, ꝙ de rebus Ecclesię non potest prælatus aliquid alicui acquirere, vel emere, nisi Ecclesię. Item qui de rebus Ecclesię fraudẽ facit, sacrilegium committit, & furtum.

e ¶Inquirendum.] Scilicet à prælatis Ecclesiæ. Bern.

f ¶Comparauit.[Supple, si hoc fecerit, puniẽdus est, & Ecclesia poterit eas vendicare b, licèt suæ non sint, & est speciale in Ecclesia, sic & miles. C. de rei vendi. l. si vt proponis & pupillus. C. arbitrium tute. l.3. in aliis verò secus est de iure communi. C. de rei vendi. si ex ea. C. de dona. inter vir. & vxor. & si de tua. C. communia vtriusque iudi. si patruum tuus.

g ¶Alieno nomine.] Simile 46. dist. sicut non suo.

h ¶Sacrilegium.] Large sumpto vocabulo sacrileg. j. 7. q. 7. prædia. & c. gloria Episcopi. & s. de fo compe. conquestus.

i ¶Asportabat.] Simile 23. q. 4. quid ergo. 17. q. 4. si fortè. Bern.

† *Desumptũ ex concilio Agathẽsi. c. 44. vt rectè ait Iuo. p. 3. c. 95. refertur à Burchardo. l. 3. decr. ca. 119. & in 1. comp. eo. tit. c. 1. vbi ut aliis conciliis desumptum dicitur sed minus bene.*

† *de his.*

† *Videtur sumptum ex concil. Carthaginẽ. 3. c. 49. refert Burchardus.* li. 3. decr. ca. 121. Iuo. p. 3. c. 96. Gratianus. 12. q. 3 ca. 1. & c. 3. eo. tit. in 1. comp.

† *In cõcilio impresso nõdũ inuenitur, ei tamẽ tribuunt Burchardus* li. 3. decre. c. 123. & Iuo. p. 3. c. 96. & *habetur* in c. 6. eo. tit. in 1. comp.

† *si aliquis presbyter.*

† *comparauerit.*

† *Ecclesia.*

† *sacrilegũ.*

† *Concilium Toletanum* 2. c. 4. & c. 7. eo. tit. in 1. comp. *Et de materia textus, & glossarũ plenè Couarruuias in c. a. & in c. cũ* in officiis de testam.

a *Et maximè in subsidium. ar.* ff. de eo. per quem fac. est l. fi. Io. *Andr.*

b *Vide hic Host. & Io. Andr. & Doct.* in l. minimè. ff. de leg. *ad-* de Io. *Andr.* in c. 1. j. de voto. & s. de offic. de legati.

S*I quis.*] Varij intellect⁹ põt colligi ex hoc c. vt dicit Panor. Casus. Statuit conciliũ Toletanũ, ꝙ si aliquis clericus pro sua sustentatione in terra Ecclesię vineolas, aut agella fecerit, meliorãdo terram Ecclesiæ, possideat ea vsq; ad mortẽ: & tũc Ecclesię restituat, nec iure testamẽti, aut iure successionis alicui relinquat: nisi forsan Eṕs velit eã assignare alicui ad eṕs ꝓ seruitiis Ecclesię ꝓstitis. Not. nec ꝓlat⁹, nec cleric⁹ bona Ecclesiæ potest alicui post mortẽ suã relinquere. Item Eṕs põt cõferre alicui terram Ecclesię ꝓ seruitio Ecclesię præstito.

k ¶In terra.] Quę sterilis erat: prius enim æquũ est illis relinq. quorum labore ad fertilitatem redacta est, vt s. de reb. Eccl. alie. vel non. ad aures. & C. de alluuio. l. vl. vel loquitur de terra prius culta, & clerico ꝓ beneficio assignata. 16. q. 1. possessiones. & q. 3. clerici. Tan.

l ¶Obitus] Arg. quòd beneficiati ab Ecclesiis vsufructuariis cõparantur: nã & morte finit᷑ vsusfructus. Insti. de vsufru. §. finitur. Similiter morte clerici: vt hic & s. de pign. c. vlt. sed non per omnia comparantur clerici vsufructuario, qa de terra aratoria põt hic facere vineam, qđ illi non licet. ff. de vsufr. quamuis. & l. vsufructuarium. Itẽ vsufructuarius percipiendo fructus facit suos, & inde potest testari: qđ non potest clericus. j. tit. prox. quia nos. 12. q. 5. quia Ioannes. nisi cum quodam moderamine. quod habetur j. tit. prox. ad hoc. & c. relatum. §. licèt. immò potiùs clerici possunt comparari vsuariis, quibus tantùm ad vsum quotidianum vti licèt. Institu. de vsu. & habita. §. 1. R.

¶Ex concilio Toletano †.

¶Meliorationes factæ per Prælatum in rebus Ecclesiæ sunt sua in vita, etiamsi dimittat beneficium: sed de his testari non potest. Hoc dicit secundum intellectum satis notabilem.

CAP. V.

SI quis sanè Clericorũ agella, vel vineolas, in terra k Ecclesiæ sibi fecisse probabitur, sustentandę vitę casu, vsque ad diem obitus l sui possideat: verùm post suum decessũ Ecclesiæ restituat: nec testamẽtario, aut successorio iure cuiquam hęredum, prohęredúmve m relinquat: nisi forsan cui Episcopus pro seruitiis, ac pręstatione n Ecclesię largiri voluerit.

TITVLVS XXVI.

De testamentis †, & vltimis voluntatibus.

¶Gregorius nonus † Antonio Subdiacono.

¶Episcopus de rebus patrimonialibus testari potest: de rebus verò Ecclesiæ, seu intuitu Ecclesiæ quæsitis testari non valet.

CAP. I.

QVorundam ad nos relatione peruenit quod I. Atellanæ ciuitatis Episcopus condito testa-

m ¶Prohæredúmve.] Prohęres est, qui putat se hæredem esse, cùm non sit. ff. de peti. hære. pro hærede. & Insti. de interdic. §. adipiscendæ. vel potest appellari hic pro quolibet descẽdenti post primum hæredem: siue pro quolibet descendente, cui relinquitur aliquid.

n ¶Pro seruitiis, ac præstatione.] i. ꝓseruitiis pręstitis Ecclesię. j. tit. prox. relatum. 2. §. licèt c, quia fortè poterit possessionem illam assignare alicui clerico pro beneficio vsque ad temp⁹ vitę suæ. 16. q. 1. possessiones. & q. 3. clerici. Bern.

DE TESTAMENTIS, ET VLTIMIS voluntatibus.

¶Suprà visum est de dispositione inter viuos, restabat videre de vltimis voluntatib. Vel sic, suprà visum est de peculio clericorũ, sed quia dubitari potest, nunquid de omni peculio valeant clerici condere testamenta, ideo subiecit hanc rubricam. Abbas Sic.

De hac materia tractatur. 12. q. 5. & q. 3. & 18 q. 4. per totum. & 19 q. vlt. c. quia. *vsque ad finem. &* 13. q. 2. §. si aliud. & c. sequenti. 12. q. 2. & laicis. 4. q. 3. ver. ob causam. 16. q. 1. commouere & c. seq. 23. q. 8. §. quamuis.

QVorundam.] Primò ponitur factum. Secũdò decisio ibi, *Hortamur*. Abb. Sic.

Casus. Ioannes Attellanæ ciuitatis Episcopus, fecit testamentum, & nurum suam in octo vnciis substantię suę sibi hęredem instituit, & Ecclesiam suam in residuis quatuor. Mandat Papa Antonio subdiacono, vt hoc diligẽter inquirat, & quicquid de bonis Ecclesię ipsum cõstiteritę

† *In hunc titulum eruditus scripsit Couarruuias commentarios.*

† *In vetustioribus strc Gregorius A. subdiacono. aliàs Greg. reg.* epi. *Continuo in margine adde stanno primo* lib. 7. indict. 12. epist. 52. *Et habetur* c. 1. eo. tit. in 1. comp.

c *Et* s. tit. 1. per tuas. *Ioan. Andr.*

cerit, habuisse, ad ius Ecclesiæ à qualibet persona debeat reuocare, nisi illud solũ quod ante suã promotionẽ noscitur habuisse: & quicquid acquisiuit post sui cõsecrationẽ, in dominio Ecclesiæ conseruetur. Not. ꝙ prælatus de bonis Ecclesiæ testari non potest. Item quicquid acquirit prælatus post suã cõsecrationem, remanere debet Ecclesiæ.

mento, in octo vnciis[a] substantiæ suæ nurum hæredem instituit, Ecclesiam suam in residuis quatuor. ¶ Hortamur[b] ergo, vt solicitè hoc[c] discutias: & quicquid ipsum habuisse patuerit, à qualibet persona detineri nullatenus patiaris[d]: nisi † hoc solum, quod eum ante[e] Episcopatus ordinem, proprium habuisse[f] constiterit. Quicquid verò Ecclesiæ ante ipsius consecrationem fuisse cognoueris, vel in Episcopatus ordine prędictũ Episcopum acquisiuisse[g] †, in eiusdem Ecclesię dominio conseruetur.

¶ Idem †.

¶ Abbatissa testari non potest, etiãsi nunquam induisset habitum monachalem.

CAP. II.

QVia ingredientibus: *& infrà.* ¶ Gabina † Abbatissa conquesta † est, S. quondam Abbatissam monasterij sui, postquam regendi suscepit officium, condito testamento[h] legata[i] quibusdam reliquisse, dicens eam vsque in diem obitus sui non induisse habitum monachalem, sed in vestibus, quibus vtuntur loci illius † Presbyteri permansisse, sicut, & illa, quę ante ipsam fuerat Abbatissa, & hoc penè † ex consuetudine[k] licuisse: *& infrà.* ¶ Necessarium ergo visum est, postquam Abbatissa ordinata[l] est, & in monasterio

a ¶ *Octo Vnciis.*] Id est in duabus partib⁹ hęreditatis, quæ dicitur as, & in 12. vncias diuiditur. *Instit. de hære. inst. §. hæreditas.* T.

b ¶ *Hortamur.*] Id est præcipimus.

c ¶ *Hoc.*] Id est, testamentum suum. Tanc.

d ¶ *Patiaris.*] Hoc nõ habebit locum in rebus ab Episcopo alienatis: si Ecclesia agnoscat hæreditatẽ illius, tenetur tunc ratũ habere, quod fecit, ꝓ ea parte pro qua est hæres. 12. q. 2. *episcopus qui filios. ff. de reg. iur. ex qua persona. C. de rebus alienis non alienan. Vendetrice.* nisi fecerit Ecclesia inuentariũ. tunc enim non tenetur, nisi inquãtũ vires hæreditatis se extendunt. *C. de iure deliberãdi. l. sancimus. §. sin autem locum.*

e ¶ *Antè.*] Simile 28. *dist. de Syracusiana.* 12. *q. 5. nulli. C. de epis. & cler. Auth. licentiam & Auth. prohibitum.*

f ¶ *Habuisse.*] Hoc ideo dicit: quia renunciauit propriis: vel quicquid postea habuit, totũ fuit cõtẽplatione ecclesiæ, & non personæ acquisitũ. Alanus.

g ¶ *Acquisiuisse.*] Intuitu Ecclesiæ, vel de rebus eius. secus est de aliis. 12. q. 3. c. 2. & *q. 5. fixum. & ĩ. eo. quia nos.* Ber.

QVia ingredientibus.] Primò ponit quæstionẽ. Secũdò solutionẽ ibi, *Necessariũ.* Abb. CASVS. Quædã Abbatissa cuiusdã monasterij S. nomine, fecit testamentũ, in quo plura quibusdã legauit: quę vsque ad mortem non induit habitum monachalem, sed stetit in vestibus, quibus presbyteri illius loci vtuntur: sicut & illa quæ ipsam præcesserat, dicens hoc sibi licere ex consuetudine: Gabina abbatissa eiusdẽ monasterij, quæ successit, conquesta est domino Papæ, quòd illa taliter legata relinqueret. Respondet Papa, postquam illa abbatissa ordinata est, & in monasterio morata, ad culpam Episcopi pertinuit, qui illam in sæcularibus vestibus stare permisit: non tamen propter hoc monasterio præiudicare potuit, sed postquam monasterium intrauit, se, & sua ei monasterio dedicauit. Not. quòd delictum subditorum ad culpam prælatorum pertinet. Item delictum personæ in damnum Ecclesiæ redundare non debet. Item intrando monasterium, se, & sua intelligitur quis contulisse, nec ampliùs potest inde testari.

h ¶ *Testamento.*] Testamentum est testatio mentis, qua disponitur, quid de rebus suis aliquis velit fieri post suum decessum. 3. q. 2. *c. placuit. §. sed aliud. ĩ. de celebra. missa. cum Martha. Institut. de testament. ordi. in princ.*[b] Tan.

i ¶ *Legata.*] Legatum est donatio quædam à testatore relicta ab hærede præstanda. *instit. de §. 1.*

k ¶ *Ex consuetudine.*] Hic consuetudo non prodest, quia non quid fiat, sed quid fieri debeat, considerandum est. 12. q. 2. *gloria episcopi & ĩ. de electione causam. & ff. de off. præsi. sed licet.* & factum vsurpatum præscriptionem non inducit. 91. *di. illud.* 16. q. 3. *licet.* & in talibus nullus numerus defendit annorum. 33. q. 5. *quod Deo.*

a *Vt glo. & textum intelligas, vide libellum Volusij Meciani de assis distributione, & Viglium Zuichemũ in §. hæreditas. Insti. de hæred. insti.*

† *Vide B. Thomam 2. 2. q. 185. art. 6. & 7. & ibidem Caietanum, & concilium Trid.* sess. 25. de refor. c. 2.

† *acquisiuisse antequam.*

† *Idem scribit Gregorius Ianuario Caralitano* epis. 7. eiusdem. l. 7. registri. *refert Anselmus Luce.* l. 7. c. 182. *Gratianus* c. 2. C. 19. q. 3. c. 7. tit. in 2. compil.

† *Sabina.*

† *questa.*

† *ipsi* ...

† *Hic in Vulgatis legitur, plenè: sed in manuscriptis, & registro B. Gregorij, pene, legitur: vnde est restitutum, sed in Vno Veronensi exemplari habetur ita: & hoc pene ex loci consuetudine licuisset.*

b *Concord. text.* in §. legati. & §. facto. Inst. de leg.

l ¶ *Ordinata.*] Id est, benedicta, vel consecrata: quia abbatissa vel monialis non recipit ordinem propter vilitatem sexus. *ar. ĩ. de pœn. & remissio. noua.*

m ¶ *Fortè.*] Nõ est nota dubitationis, sed assertionis. 13. q. *Vlt. habẽt forsitan illi.* & in Euangelio. *Si cognouissetis me, forsitã & patrem meum.* &c. *ff. de rei Ven. item si. §. 1. & ff. de arbit. si duo. & ff. de procurat. si filiusfamilias. de pœnitent. dist. 1. quamobrem.* 13. q. 2. *admonere. ĩ. de procurato. sua.* Vinc.

per annos plurimos vsque ad obitum præfuit, vestis qualitatem ad culpam fortè[m] episcopi pertinere, qui eam sic esse permisit: non tamen potuisse præiudiciũ[n] monasterio irrogare, sed res ipsius eidem loco, ex quo illic ingressa, & Abbatissa constituta est, de iure competere.

¶ Idem †.

¶ Si infra annum à die monitionis non fit executio testamenti per debentem ex quo deuoluitur executio ad Episcopum.

CAP. III.

NOs quidem: *& infrà.* ¶ Peruenit ad nos S. de hac luce migrante supremæ voluntatis elogio[p] † monasterium præcepisse fundari: cuius desiderium à T. religiosa fœmina eius hærede protrahitur[q]. ¶ Quamobrem te hortamur, vt eam commoneas †, quatenus infra annum[r], monasterium, quod iussum est, debeat ordinare: & cuncta secundum voluntatem defuncti sine altercatione construere. ¶ Quod si infra prædictum tempus, siue in loco[s], quo constitutum fuerat, seu si ibi non potest, & alibi placet ordinari, tecum implere neglexerit: tunc per te ædificetur, & omnia per te loco ipsi sine diminutione qualibet assignentur. Sic enim secundùm piissimas leges[t], dilatas defunctorum pias voluntates, Episcopali decens est studio adimpleri.

n ¶ *Præiudicium.*] Votum enim præscriptione non tollitur: vt 33. q. 5. *quod Deo pari.*

o ¶ *Competere.*] Ipso enim ingressu se, & sua dedicauit Deo 19. q. *Vlt. quia ingredientibus.* & est pars huius[d]. & *Auth. si qua mulier.* & C. *de sacrosan. ecc. Auth. ingressi.* 12. q. 1. *nolo.* & c. *non dicatis.* Bernar.

NOs.] Propter negligentiam hæredis Episcopus exequitur piam voluntatem defuncti. h. d. Primo ponitur narratio. In secũda prouisio ibi, *Quamobrem.* vbi primò moneri mandat: secundo suppleri ibi, *Quod si.* tertiò reddit rationem ibi. *Sic enim.* Abbas.

CASVS. Quidam S. nomine fecit testamẽtum, & T. mulierem sibi hæredem instituit, præcipiens monasterium de bonis suis debere fundari: cuius desiderium ab illa muliere ipsius hærede protrahitur: peruenit hoc ad dominum Papam: vnde mandat Epo loci, quòd mulierem illam moneat, vt infra annũ, monasterium quod testator fieri præcepit, debeat constituere in loco, vbi fuit constitutum: quod si hoc non fecerit, episcopus illud faciat fieri, & omnia per episcopum designentur illi loco sine aliqua diminutione: quia etiam secundùm leges voluntates defunctorum per Episcopos adimpleri debent. Nota, quòd voluntas defuncti ad pias causas adimpleri debet ab hærede infra annum. Item si hæres negligens est, episcopus loci hoc faciat: quia secundùm leges voluntates defunctorum per episcopos adimpleri debent.

c *Si quis res necessitate distraxit, fortassis hunc officio iudicis, succurretur, dum tamen pretium restituat.* Io. And.

d *Et ibi habetur pars de prin. decisa.* Io. An.

† *Scilicet Gregorius Ianuario Episcopo Caralitano.* l. 3. epist. x. registri. *Et* c. 1. .. e. tit. in 1. comp. *Et vide pra alios Couarruuiã in hac decretali.*

† *elogio.*

† *Hæc spectat, quod nouissimè constituit concilium Tridens.* sess. 22. de refor., c. 8. & sess. 25. in decret. de purgatorio.

p ¶ *Elogio.*] i. testamento. *C. de testa. l. iubemus.*

q ¶ *Protrahitur.*] Id est, differtur.

r ¶ *Infra annum.*] Infra annum debet mandari executioni voluntas testatoris. *C. de fideic. Auth. amplius.* & hîc. & *Aut. de eccle. tit. §. si quis ædificatione, coll. 6.*

¶ *Glo. seq. rect. per q. scilicet quod si locus non fuit designatus: potest dicinum Lau. & secundum ops.* Tan.

s ¶ *In loco.*] Demonstrato, vel comprehenso à defuncto. si enim de loco incertus sit, nõ videtur obligatus ad faciendum, sicut in promissore liquidum est. *ff. de eo quod cer. lo. l. 3. §. si quis insulam. & ff. de Verb. obli. qui insulam.* nisi aliud quid dicatur, tum causa religionis, tũ extremæ volũtatis fauore. Io. & Laur. Alij dicũt ꝙ si incertus est locus, vbi debuit ædificari, ad hãc causam relictũ, fieret caducum. *C. de cad. tol. l. Vnica. §. si vero. ff. de donat. l. 2. § Vlt.* Et ideo dicitur hîc, in loco quod constitutũ fuerat. T. dicit, quod non erat caducum quia testamenta sunt interpretanda largissimè. *ĩ. de do. cũm dilecti. in fi.* & res ad pias causas relictæ, liberæ sunt à lucratiuorum inscriptionibus. 23. *q. 8. c. tributum. §. quamuis & in l. sancimus.*

t ¶ *Leges.*] *C. de eps. & cle.* nulli. ibi habes, quòd episcopus debet illud facere.

I*Ndicante.*] Primò narrat factũ. Secundò prouidet ibi, *In quibus*. Abb. Casvs. Mulier quædã vxor Redẽpti moriens, cõcha argẽti iussit venundari, & dari libertis suis, & quãdam scutellam argenteam reliquit cuidã monasterio: mandat Papa, quòd voluntas illius per omnia debet adimpleri. Not. ꝙ vxor potest testari viuente marito. Itẽ voluntas testatoris per oĩa adimpleri debet.

¶ *Glos. seq. arg. allegat tria iura.*

a ¶ *Nudis verbis.*] Tale legatum etiam valet secundùm leges. C. *de fideicom. l. vlt.* & est *arg. quod per nuda verba quis obligatur. arg. 12. q. 2. quicunque. 22. q. 5. c. quacunque. c. iuramenti. & C. de sus. l. vnica.*

¶ *Glo. se. quærit, & soluit. Secũdo quærit. arg. pro legatario: soluit pro hærede, respondẽs ad cõtraria. Tertio quærit: arg. contra legatariũ, soluit contra hæredem.*

b ¶ *Monasterio.*] Pone, ꝙ reliquit monasterio sanctæ Mariæ, sed nõ determinauit cui, cum sint plura monasteria sanctæ Mariæ, dabitur pauperiori. in *Auth. de ecc. tit. §. si quis in nomine, coll. 9.* Itẽ pone, quòd plures habeat scutellas; sed vna est melior alia: cuius erit optio? potest dici, ꝙ legatarij *ff. de legat. 2. si dom⁹.* & melius *l. quo duos.* Sed cõtra *ff. eo. tit. l. si quis à filio. §. si quis. §. quod hæredis est electio & C. de condit. indeb. l. si quis seruum ff. de leg. 1. legato. & ff. de seruit. rustic. præd. l. si via, quibus statur.* Contraria loquuntur, qñ hæres in mora est[b]. Item pone, quod legauit seruum in fuga cõstitutum: cuius expensis quæritur? videtur, quòd legatarij, quia ad ipsum spectat emolumentum: ergo & onus. *C. de cadu. tollen. l. 1. §. pro secundo. in fine.* immò hæredis. *ff. de legat. 1. cum seruus. & l. seq.* Laur.

Additio. Si seruus legatus est in fuga tẽpore testamẽti: quæret eũ hæres sua impẽsa. *ff. de leg. 1. seruo legato. § fi.* Sed post testamẽtũ, ante mortẽ quæret eum hæres sumptu legatarij *ff. eo. tit. si seruus legatus.* Si post aditã hæreditatẽ si culpa hæredis soluat æstimationẽ, aliàs nõ cauebit. *ff. e. l. cum res. §. itaq;.*

¶ Idem † Petro Subdiacono.

¶ *Debetur legatum, quamuis nudis verbis à testatore sit relictum.*

CAP. IV.

INdicante: *& infrà.* ¶ Cognouimus R. referente, quod moriens vxor Redempti †, conchã argenteam nudis verbis[a] iussit venundari, & suis dari libertis, & scutellam argenteam cuidam monasterio[b] reliquisse †: In quibus voluntatem eius, per omnia volumus adimpleri.

¶ Idem † T. Episcopo.

¶ *Non debetur legatum: cùm testator rem nõ suam, sed Ecclesiæ legauit. Hoc dicit simpliciter inhærendo litteræ.*

CAP. V.

FIlius †. noster[c] E. conquestus est, quòd quondam P. pater suus aliqua Ecclesiæ vestræ, sepulturæ suæ gratia, iuris alieni[d] reliquit. Et quidem leges sæculi hoc habent, vt hæres ad soluendum cogatur, si actor eius, rem legauerit alienam[e]: sed quia lege Dei, non autem lege huius sæculi viuimus †, valdo mihi videtur iniustum, vt res tibi legatæ, quæ cuiusdam Ecclesiæ esse per-

† *Scilicet* Gregorius *in registro* l. 12. Epistola 12. & c. 2. c. 1. in 1. compil.

† *Recepit. puto autem esse propriũ viri nomen,*

† *Aliàs reliquisset: sed reliquisse, ut nostris antiquis.*

† *Idem scribit Gregorius Demetrio Episcopo Messanensi.* l. 7. registri indic. 1. epi. 4. & c. 4 e. tit. in 10. compil.

† *De intellectu præter Couarruuiam hic vide Ferdinandum Vasquium* l. 3. de succes. creatio. §. 21. *Romanum in repetitio. Auth. similiter* C. ad l. Falcidiã, & *Eucrardum in loco a libertate ad piã causam.*

a *De arte huius glossa vide hic præ alijs Couarruuiam, ad de nota. in l. hæredes. §. si in certo. & ibi glossam. ff. fam. erciscundæ.*

b *In antiquis exemplaribus non reperio hanc glossã, vt impressa est, & desinit ibi, Laurentius, ideo cætera addita menta putans.*

c *Putà, vxoris, vel alteri, cui de suo tantum reliquisset,* Ioann. And.

F*Ilius noster.*] Hoc c. habet multos intellect⁹: vt dicit Pan. Primò ponit cõquæstio. Secundò prouisio ibi, *Et quidẽ*. Ab. Casvs. Quidã P. nomine, fecit testamẽtum, & in testamento illo quædã, quæ ad ipsum non pertinebant, causa suæ sepulturæ reliquit cuidã Episcopo. filius eius petebat bona illa, vt ea restitueret illi, cuius fuerãt, sed Episcop⁹ hoc facere nolebat: vnde cõquestus est domino Papę: scribit Papa illi Epõ dicens, ꝙ leges sæculi habent, vt hæres soluere cõpellatur. si testator rẽ legauerit alienã: sed quia Epũs viuere debet lege Dei, non autẽ lege sæcularium, iniustum est, vt res, quæ dicuntur esse cuiusdã Ecclesiæ, teneantur ab ipso, qui aliena restituere, debuit. Not. quod si testator scienter rem alienam legauerit, quòd hæres tenetur rem legatam dare legatario, vel æstimationem eius: sed secundùm legem Dei non compellitur.

¶ *Glo. seq. quærit opponendo, & soluit.*

c ¶ *Filius noster.*] Sed quid ad eum, cùm res essent alienæ? fortè intererat ipsius, quia res ipsæ depositæ fuerunt penes patrem suum, vel pignori obligatæ. Alanus.

¶ *Glos. seq. distinguit an scienter, vel ignoranter legetur alienum.*

d ¶ *Alieni.*] Cùm quis sciẽter legat alienum, tunc hæres tenetur res redimere, vel legatario pretium dare, si res sit talis, quę vẽdi possit, aliàs nõ. Inst. de leg. §. non solum. & § quod autẽ. Si ignorãter legat rẽ alienã, non valet legatum nisi cum legatur coniunctę personæ[c] *C. de leg. cũ alienã.* & legatarius debet probare scientiam: vt in *§. quod autem. & ff. de proba. verius.* Tan.

e ¶ *Alienam.*] Scienter.

f ¶ *Restituere.*] De benignitate canonica. sic 17. q. 4. quicũq; de iure stricto nõ tenebatur reddere iuxta præmissam distinctionem. T. immò reddere tenebatur, sed poterat agere contra hæredem, si scienter res illas li passet. Ber.

hibentur, à te teneantur, qui aliena restituere[f] debuisti.

¶ Ex concilio Maguntino †.

¶ *Hæredi non adimplenti iussa testatoris, ab Episcopo interdicitur res à testatore relicta. Hoc dicit inhærendo litteræ.*

CAP. VI.

SI hæredes iussa testatoris non adimpleuerint[g]: Ab Episcopo[h] loci illius, omnis res, quę eis relicta est, canonicè interdicatur[i] cum fructibus, & cæteris emolumentis: Vt vota defuncti adimpleantur †.

¶ Ex concilio Lateran †.

¶ *De bonis per Ecclesiam acquisitis Clerici testari non possunt.*

CAP. VII.

CVm † in officiis charitatis primo loco illis teneamur[k] obnoxij, à quibus beneficium nos cognoscimus recepisse: ecõtra quidam Clerici cum ab Ecclesiis suis multa beneficia perceperint, bona per eas acquisita[l], in alios transferre præsumunt. ¶ Hoc igitur quia antiquis canonibus[m] constat inhibitum, nos indemnitati Eccle-

S*I hæredes.*] Vario modo potest intelligi: vt dicit Pan. primò ponit excessus. Secũdo prouisio ibi, *Ab episcopo.* Tertiò ratio ibi, *Vbi nota.* Abb.

Casvs. Dicitur in hoc c. ꝙ si hæredes non impleuerint iussa testatoris, per epm loci interdicatur illis omnia relicta cũ fructibus inde perceptis, vt vota defũcti impleantur. Not. quòd hęres tenetur adimplere volũtatem testatoris. Itẽ episcopus potest cõpellere hæredem, & ei interdicere res sibi relictas cum fructibus, à testatore, donec fecerit, quod sibi iussum est à testatore.

g ¶ *Adimpleuerint.*] Intra annum. C. *de fideicom. Auth. hoc amplius. j. eod. nos quidem.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

h ¶ *Ab episcopo.*] C. *de testa. consulta diualia*[a]. *contra* S. l. publicatio testamenti non pertinet ad episcopum, vt ibi dicitur: pertinet tamen ad eum testamenti defensio, siue executio testamenti vt volũtas defuncti seruetur. ff. de petitio. hæredi. l. hæreditas. *§. si defuncto. arg. j. eod. nos quidem. & j. eo. Ioannes.* & hoc præcipuè in his, quæ ad pias causas relinquuntur. *j. eod. tua.*

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem, an filius non adimplens, &c. & ponit concord. iuris canonici, & ciuilis.*

i ¶ *Interdicatur.*] Secũdùm legẽ antiquã, hæres qui nõ adimplebat voluntatẽ defuncti, priuabatur omni successione. *C. de fideicom. l. vlt.* 11. *q. 3. Syluestr.* Hodie autẽ tenet hoc in extraneo hærede, sed filius institutus hæres nõ adimplẽs volũtatẽ defũcti, priuatur successione, relicta tãtũ sibi legitima. *C. de fideico. Auth hoc amplius.* & præualet lex in hoc casu canoni. In hoc tñ vr̃ cõcordare prædicto canoni, Syluester. & huic decr. *j. de voto. licet in fi.* vbi de hoc. Sed illud ideo contingit, quia regnũ diuidi nõ potest, sicut nec aliæ dignitates. *j. de præb. maioribus.* in *consti. Frederici de feudis. § præterea.* Ber. Et hic nõ dr̃ exprelse, ꝙ priuẽtur hæredes, sed interdicaẽ eis, quę relictum est, vt sic inducte cõpellantur adimplere voluntatẽ defuncti, vel reducitur ad auctoritatẽ: vt saltẽ reseruetur heredibus legitima: vt in *Auth. de hære. & fal. § primũ & §. si quis non impleu. coll. 1.* alia Aut. videt dicere ꝙ *hæres, qui relicta ad pias causas conferre distulerit, totũ admittere debet in Auth. de eccle. tit. § si qs autẽ pro redẽptione. Ver. si autẽ. quæ col. 6.* Et in isto casu põt intelligi hæc dec. & hoc intellige in extraneo hærede. B.

C*Vm in officiis.*] Primò ponitur excessus. Secundo prouisio ibi, *Hoc igitur.* Abbas.

Casvs. Inter alia opera charitatis primò ideo id seruãdũ est, vt illis teneamur obnoxij, à quibus beneficia recipimus: sed quidã clerici contrarium faciunt: cum enim multa beneficia percipiant ab Ecclesiis, ipsi bona illa per Ecclesiã acquisita in alios transferre præsumunt, sed quia hoc inhibitũ est per canones, statuit cõcilium Lateranẽ. ꝙ clerici siue testati, siue intestati decesserint, siue alij cõferre voluerint, bona illa penes Ecclesiam debeãt remanere. No. ꝙ qui ab illo beneficiũ percipit, obligatus est ei. Item clerici de rebus Ecclesiæ testari nõ põt.

k ¶ *Teneamur.*] Donatari⁹ enim donatori naturaliter est obligatus ad antidota. *ff. de pe. ha. sen. & si lege. §. cõsuluit. 8. q. 1. illud.* Ala.

l ¶ *Acquisita.*] Quod enim acquirit sacerdos, vel quilibet alius clericus intuitu ecclesiæ, ad ecclesiã pertinet. *s. eod. quorũdã. & j. eod. ad hæc. & c. quia nos & ff. de castren. pecu. l. castrense.* & 12. q. 3. c. 1. & 2. de quibus canonibus hic loquitur. Tan.

m ¶ *Canonibus.*] 12. *q. 2. placuit. & c. quicunque & q. 5. obitum.* & quasi per totum.

† *In vulgatis conciliis non reperio. habetur post concilium Lateran. sub Alex. 3. p. 43. c. 5. & c. 11. e. tit. in 1. comp. Vide Synodum Maguntinam celebratã multis sæculis post Raymundum ann. 1549. c. 97. & Lapum. allegat. 87.*

† *impleantur.*

† *Sub Alex. 3. c. 15. & c. 4. eo. tit. in 1. comp.*

† *Præter Couarruuiam hic, vide B. Thom. 2. 2. q. 85. art. 6. & 7. & Dominicum Sotum. l. 10. de Iust. & iure q. 4. art. 3. adde, quæ dixi l. 3. super Directorio inquisitorũ schol. 154.*

d *Hodie episcopi executores sunt piarum voluntatum tanquam sedis Apostolicæ delegati. concilium Trident. sess. 22. de ref. c. 8.*

a ¶ *Penes Ecclesias.*] Sic ī.c.seq.

AD *hæc præsentibus.*] Distinguit, & secundum membrum ibi, *Viuentes.* Abbas.

CASVS. Clerici de bonis Ecclesiæ testari non possunt, tamen viuētes, & sui compotes, possunt aliqua de bonis ipsis intuitu eleemosynæ erogare in ęgritudine cōstituti. Not. quòd de rebus mobilibus per Ecclesiā acquisitis nō potest clericus testari, potest tñ intuitu eleemosynæ aliqua de bonis ecclesię erogare

siarum prouidere volentes, siue intestati decesserint, siue aliis † conferre voluerint, penes Ecclesias[a] eadem bona præcipimus remanere.

¶ Alexander iij.

¶ *Moderatam Eleemosynam de bonis per Ecclesiam acquisitis Clerici facere possunt, etiam in ægritudine constituti.*

CAP. VIII.

AD † hæc præsentibus innotescat, quòd Clerici de mobilibus[b], quæ per Ecclesiam sunt adepti, de iure testari non possunt[c]: Viuentes tamen, & sui compotes, moderate valent aliqua de bonis ipsis, non ratione testamenti, sed eleemosynæ intuitu erogare[d], in ægritudine constituti.

¶ Idem Vigilensi † Episcopo.

¶ *De bonis propriis, vel acquisitis intuitu personæ Clerici testari possunt, de acquisitis intuitu Ecclesiæ non.*

CAP. IX.

QVia † nos: *& infrà.* ¶ Cōsultationi tuæ taliter respondemus, quòd licèt Clerici de his, quæ paternæ successionis, vel † cognationis intuitu, aut de artificio sunt adepti, seu dono consanguineorum, aut amicorum, non habito respectu ad Ecclesiam, peruenerunt ad ipsos, liberè disponere[e] valeant: de his tamen, quę consideratione Ecclesię perceperunt, nullum

b ¶ *De mobilibus.*] Multò fortiùs. Nec de immobilibus. Ala.

c ¶ *Non possunt.*] In morte tñ possunt largiri ea cōsanguineis quā aliis extraneis intuitu seruitij recepti, de mobilibus. ī.eo. relatū. §. licet. & 12. q. 2. sub ecclesiasticis. Tanc.

¶ *Glos. seq. arg. alle. 2. iura, & tria in contrarium, & remittit.*

d ¶ *Erogare.*] Arg. ꝙ admittitur quis vna via quāuis alia repellatur. 1. q. 1. c. 3. ff. de inof. f. testa. Papinianus. §. siquis. Arg. contra. ī. de proce. tua. vbi de hoc & ff. de admi. tuto. sciro. & ff. de bo. lib. quæritur.

QVia nos.] In prima ponitur decisa quæstio. In secunda distinguens rāsio ibi, *Cōsultationi.* Ab. Si.

CASVS. Dicitur in hoc c. quòd licèt clerici de his, quæ paterna cognatione, vel successione, vel artificio, vel dono amicorū sunt adepti, nō habito respectu ad Ecclesiam, possint cōdere testamētū: de his tñ quæ cōsideratiōe Ecclesiæ pceperunt, de iure testari nō possūt. Not. ꝙ clerici de bonis paternis, vel de his, quę intuitu personæ acquisiuerunt, possunt liberè testari. Item de bonis ratione Ecclesiæ acquisitis testari non possunt. Ber.

e ¶ *Disponere.*] 12. q. 3. c. 1. & 2. & ī. eo. relatum. §. cæterùm. & c. requisiti. §. illud Ber.

f ¶ *Testamentum.*] Clerici enim de rebus Ecclesiæ nullū possunt facere testamentum, cū eorum proprietas non sit sua, cū solū vsum habeant, sed tm̄ victu, & vestitu contenti esse debent. 12. q. 1. clericus qui. & c. duo & 10. q. 2. episcopus. & totum superfluum erogandum est pauperibus. 12. q. 1. c. vlt. moderatā tamen donationem causa seruitij recepti facere possunt. ī. eo. relatum. §. licèt. cū n quasi filiofamilias comparetur, qui non potest facere testamentum, nisi de castrensi peculio. C. de assess. l. vlt. & C. de aduo. diuer. iud. l. fori. Ber.

CVm esses.] Hoc legit variis modis. Cōmunis diuisio. Primò narrat factū. Secūdò prouidet ibi, *Quia verò.* Abbas.

CASVS. In episcopatu Hostień talis erat consuetudo, ꝙ testamenta, quæ non habebant subscriptionem septem testiū, secundùm ꝙ leges statuunt, rescindebantur. Hostień. Episcopus hoc pposuit in præsentia Papæ: qa talis cōsuetudo aliena est à diuina lege, & patrum sanctorū institutionibus. & à generali cōsuetudine Ecclesiæ, cū scriptum sit, *In ore duorū, vel triū testium stet omne verbū.* Papa præscriptā cōsuetudinē reprobauit, & testamenta, quæ parochiani fecerunt coram presbytero suo, & tribus, vel duabus idoneis personis in extrema voluntate, firma decreuit permanere: & præcepit sub pœna excōmunicationis, ne aliquis rescindere audeat huiusmodi testaméta & idé dicitur in sequenti c. in quo scribit Papa iudicibus Velletrēsibus, & intelligunt ista duo c. super relictis Ecclesiæ, vel ad pias causas: vt ibi sufficiant duo, vel tres testes. No. quòd vbi ius legale cōtradicit iuri canonico, pręualet ius canonicum. Itē generalis consuetudo Ecclesiæ pro lege habēda est. Itē in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum. Itē secundùm canones duorum testimonium sufficit in testamento.

† Post concilium Lateran. sub Alex. 3. p. 19. c. 5. cod. tit. in 1. compil. Et de intellectu vide Conarrunam in c. cum in officiis. de testamen.

† Vigilonen. habent antiqui.

† Post concilium Lateran. sub Alex. 3. p. 19. c. 5. & c. 6. eo. tit. in 1. comp. Et de intellectu vide Ferdinandum Vasquium l. 1. de success. resolu. §. 9.

† &. pro. vel, in antiquis.

Vnde dixit Innoc. ꝙ etsi tradere possit, non potest dimittere post mortē tradendum, 12. q. 2. bonæ. sed post mortem erogandum disponere non potest. 2. q. 5. Ioan. vbi de hoc dixit etiam, quòd non credit, quòd generalis cōsuetudo excusaset clericos dantes in morte omnia mobilia parentibus. Ioann. And.

de iure possunt facere testamentum[f].

¶ Idem Hostień. † Episcopo.

¶ *Valet testamentum, quod parochianus facit corā Presbytero parochiali, & duobus testibus: nec valet contraria consuetudo. Hoc dicit inhærendo verbis literæ.*

CAP. X.

CVm † esses in nostra præsentia constitutus, proposuisti talem in tuo Episcopatu consuetudinē obtinere, quòd testamēta, quæ fiūt in vltima volūtate, penitus rescinduntur, nisi cum subscriptione septē, vel quinque testium fiant, secūdùm quòd leges humanæ decernunt. ¶ Quia vero à diuina lege, & sanctorum patrum institutis, & à generali Ecclesiæ consuetudine, id esse noscitur alienum, cū scriptum[h] sit: In ore duorum, vel trium testium stet omne verbum: præscriptam cōsuetudinem improbamus: & testamenta, quæ parochiani coram Presbytero suo, & tribus, vel duabus aliis personis idoneis, in extrema fecerint volūtate, firma decernimus permanere: sub interminatione[k] anathematis prohibentes, ne quis huiusmodi audeat rescindere testamenta.

¶ Idem Iudicibus Velletreń. †

¶ *Valet vltima voluntas ad pias causas coram duobus testibus: & est casus singularis.*

CAP. XI.

REIatum † est, quòd cùm ad vestrum examen super

g ¶ *Leges.*] C. de testa. l. vnus. l. vlt. & l. hac consultissima. Ber.

h ¶ *Scriptum.*] In lege Mosaica, & in Euangelio, 2. q. 4. c. 1. b & s. de testa. licet vniuersi. Ber.

¶ Glo. seq. recc. per q. an etiā circa non pias causas valeat testamentum non habens debitum numerum testium: ponit opi. quod non: & hanc approbat, ponit opi. contrariam, quòd valeat, quam reprobat: demum subdit duas alias opiniones.

i ¶ *Improbamus.*] Super relictis Ecclesiæ. Decretalis ista intelligitur per sequētem, quia de eodē facto, & eiusdem loci loquuntur: nam in his quæ pietatis causa relinquuntur, minùs solemnis voluntas sufficit, sicut & inter liberos. C. de testa. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. famil. ercisciun. l. vlt & C. de fideicom. l. vlt. In his enim cessat Falcidia. C. ad l. Fal. Authen. similiter. & in Auth. de eccl. tit. §. sin autem. coll. 9. in his canonica portio non deducitur. ī. eo. ti. c. vlt. Quidam tamen dicūt, quod per hoc c. quod generaliter loquitur, derogatur omnibus legibus, quæ dicunt minùs solemnē voluntatem non valere, quod nō credo: quia nō est verisimile, quòd dominus Papa voluerit vnico verbo legibus derogare. arg. C. de inoffic. testa. l. si quando. & ī. de elect. ecclesia vestra. nec fortè posset tollere leges quantū ad eos, qui non sunt de sua temporali iurisdictione[c]. arg. ī. de appellat. si duobus & ī. de iudic. nouit. quæ leges, ne quid falsitatis in testamento cōmitteretur, voluerūt, quòd certus numerus testium adhiberetur. C. de fideicom. l. vlt. Ita etiā credo, quòd istud locū habeat super relictis Ecclesiæ, siue ad pias causas fauore religionis. ī. c. pro. sic nō derogabitur legibus. Vel dic, ꝙ Papa statuit hoc tātum in his obseruandū, in quibus habet temporalē iurisdictionem, quia quantùm ad illos potuit legibus derogare. Ciuitas ista Velletrēsis pertinet ad Papam quoad vtranque iurisdictionem. Sed verius videtur, quod primò dixi. Alij volūt dicere, quòd si agatur in foro sæculari, seruanda est legalis solemnitas: si in ecclesiastico, stabitur istis decre. sed prius dictum magis placet.

¶ *Glo. seq. argumentatur, signat contrarium, & soluit.*

k ¶ *Sub interminatione.*] Et ita videtur, quòd qui contra facit, sit excommunicatus. ī. de locato. c. 1. quam decre. tenemus canonem latæ sententiæ: & sunt ibi quasi eadē verba, quæ & in c. 63. di. Salonitana. Arg. contra. ī. de iure patro. relatū. in fi. vbi de hoc[d]. Non credo, quòd sit canon latæ sententiæ, sed ferendæ. per c. relatum. Ber.

REIatum.] Primò ponitur factum reprehensibile: quod secundò corrigi mandat ibi, *Mandamus:* & mandatum tertiò probat ibi, *Quoniam.* Abb. Sic.

¶ Ex hac decreta. nota, ꝙ cùm de testamētis agitur: nō secūdùm leges, sed secūdū canones iudicandū est. Itē causa testamētaria ad iudicē Ecclesiasticū pertinet: ꝙ verū est in relictis Ecclesię, & ad pias causas. Itē duorū testimoniū valet in causa testamen-

† Ostień.

b Nec obst. ea. q. pręsu. & c. nulli. ve in §. ibi seq. Ioann. And.

† Post concilium Laterā. sub Alex 3. p. 50. c. 20. & c. 9. e. tit. in 1. comp.

Et multa quæ requiruntur, vt dispositio valeat, habeat locum tradit Guido Papa decisione 545. adde Alexā cōsi. 41 vol. 1. & 47. vol. 2.

Deut. 17.

† Vellene.

† Cap. 10. e. tit. in 1 cōp. & post concilium Lateran sub Alex. 3. p. 50. c. 8. Vide Antoniū in c. quod clericus. supra de foro cōpet. Salicetū in Auth. Cassa. C. de sacrosan. Eccles.

c De hoc 10. dist. cōstitutiones. & infra de re iu. in 2. te. lib. 6. Ioann. And.

d Et infra de sagit. c. vnico. Io. And.

testamentaria. Item in ore duorum, vel etium testium stat omne verbum.

a ¶ *Relictis Ecclesiæ.*] Ad hunc casum restringe *c. prox. s. eo.* in quo fauore Ecclesiæ sufficiunt duo, vel tres testes. F.

b ¶ *Decretorũ.*] Quæ dicit, quod in ore duorũ, vel triũ testium stat omne verbum. 2. q. 4. §. 1. *& c. 1. & 48. di quoniam multa.* Sic nota causas vltimæ voluntatis defunctorũ ad Ecclesiasticum iudicem pertinere, quod verum est in relictis Ecclesiæ, & pauperibus. 13. *q. 2. clerici. & c. qui oblationẽ. C. de Episcopis, & cleric. l. nulli licere* [a]. per quæ c. confirmatur, quod dixi *s. in prox. c.* quod tantũ de relictis ad pias causas intelligendum est, quod hic, & ibi dicitur. Ber.

a *Legatum pro redemptione captiuorum nõ designata persona, qua distribuat, distribuet Episcopus origi nis, vel habitationis, si origo est incerta.*

Deut. 17. Matt. 18.

R *Elatum est.*] Quinque sunt partes. secũda ibi *Nomine.* tertia ibi, *Licet.* quarta ibi, *Cæterum.* quinta ibi, *Quia vero.* Et venit hoc c. ad declarationem c. cũ in officiis. *s. eo* Abb. Sic.

Casvs. In c. s. cũ cum in officiis dicitur: Bona per Ecclesiã acquisita ad eam deuoluantur in obitu clericorũ: quæsitũ est à Papa, verũ de immobilibus tm̃, vel de mobilibus sit intelligẽdum? Rñdetur generaliter: bona quælibet per Ecclesias acquisita eis debent iuxta Lateranẽ. conciliũ post acquirentis obitũ remanere: sed per hoc vocabulum, Ecclesia, non intelligitur Episcopus, vel successor clerici morientis in Ecclesia collegiata, sed ipsum collegiũ intelligitur. Vbi autẽ in locũ defuncti vnus tãtũ

† Cap. 2. e. tit. in 2. cõpil & vide pra aliis hoc Hostiensem, & Couarruuiam.

† Cap. 45.

† *Vide Antonium Pinellum in Rubrica. C. de bonis mater. in 1. p.*

† *Codex Barbatia: autem debeãt &c. conueniant antiqua co. d.*

relictis Ecclesiæ [a], causa deduci-tur, vos nisi septem, vel quinque idonei testes interuenerint, inde postponitis iudicare: *& infrà.* ¶ Mandamus, quatenus cùm aliqua causa talis ad vestrum fuerit examen deducta, eam non secundùm leges, sed secundùm decretorum [b] statuta tractetis, tribus aut duobus legitimis testibus requisitis: Quoniam scriptum est: In ore duorum, vel triũ testium stat omne verbum.

¶ Idem Electo, & Capitulo Cassaneñ.

¶ *De propriis potest testari Clericus: in acquisitis per Ecclesiam eis ãsi sunt mobilia, succedit Ecclesia, vel successor: potest tamen aliqua seruitoribus, vel pauperibus elargiri: si autem defunctus habet plures Ecclesias, vel beneficia, fiet aque diuisio inter illa.*

CAP. XII.

RElatum † est auribus nostris, quòd quia statuimus in Lateraneñ. concilio [c] †, vt bona per Ecclesiam acquisita, ad eam in Clericorum obitu deuoluantur: dubitatis, an hoc sit de immobilibus tantùm, vel de mobilibus sentiendum: *& infrà.* ¶ Respondemus, quòd generaliter bona [d] † quælibet per Ecclesiam acquisita, ei † debent iuxta Lateraneñ. concilium post acquirentis obitum remanere [e]. ¶ Nomine autem Ecclesiæ non Episcopus [f], vel successor Clerici morientis, vbi est collegium Clericorum, sed communis congregatio [g] intelligitur, quæ rerum illarum debet canonicam distributionem, & curam habere. Vbi autem in loco defuncti tantum vnus est [h] ordinandus, is ea bona (sicut & alia ipsius Ecclesiæ) in † Dei timore dispenset ¶ Licet autem mobilia per Ecclesiam acquisita de iure in alio pro morientis arbitrio transferri nõ possunt †: cõsuetudinis tamen est non improbandæ, vt de his, pauperibus & religiosis locis, & illis, qui viuenti seruierant, siue consanguinei sint, siue alij, aliqua iuxta seruitij meritum cõferantur [i]. Cæterũ quæ ex hæreditate, vel arti ficio, aut doctrina prouenerunt, distribuantur pro arbitrio [k] decedentis. ¶ Quia vero nonnulli in diuersis Ecclesiis beneficia possident, diuidantur, quæ habuerant per æstimationem congruam [l] inter ipsos †.

¶ Innocentius [Altissiodoreñ. Episcopo.]

¶ *Tenet testamentũ, si quis extremam voluntatẽ suam alterius dispositioni cõmittit, & dicitur testatus ad pias causas. Hoc dicit secũdum intellectum notabiliorem.*

CAP. XIII.

CVm † tibi de benignitate *& infrà.* ¶ In secunda [m] quæstione dicimus, quòd qui extremam voluntatem in alterius dispositionem [n] † committit, non videtur decedere intestatus.

h ¶ *Vnus est.*] Sed nunquid bona Episcopi debent deuolui ad collegiũ maioris Ecclesiæ moriẽte episcopo? Dicas, quod non, immo reseruanda sunt successori. 12. q. 2. *hac bonus placuit. & c. de laicis. & c. illud.* Nũquid est idem in bonis Archidiaconi? Dicunt quidam, quod non. sed collegio Ecclesiæ deuoluũtur. Alij dicunt, & melius, si bona archidiaconatus distincta sunt, & diuisa à rebus canonicorum, tunc successori seruari debent. *arg. de rescript. edocere.* si verò communia sunt omnia bona archidiaconi, & canonicorum, tunc ad capitulum deuoluuntur. *arg. 12. q. 2. quia cognouimus. & j. de decі. cum in tua. & 8. dist. quæ contra mores.* Tanc.

i ¶ *Conferantur.*] Sic s. eo. adhuc. non ita amare istud prohibitum est: sicut dicit lex *de donatione inter virum. & vxo. ff. de dona. inter virum, & vxo. si id quod. §. si quis seruo operas.* Lau.

k ¶ *Pro arbitrio.*] s. eo. *quia nos.*

l ¶ *Congruam.*] Vt ei plus detur, à qua plus percepit [d], videtur tamen attendendum, vtrùm vni etiam plus seruierit, quàm alteri. *arg. si de fen. c. 1. & arg. s. de prabẽ. cùm secundum Apostolum.* vbi dicit, *Qui altari seruit, viuere debet de altari.* ergo si non seruiunt, vel si parum seruiunt, plus ei tenetur restituere. Laurẽn.

† Et reuocata sunt, contraria priuilegia, & consuetudines, & statuta infrà de cle. quia sæpe. li. 6. & Clemen. cod. ti. statutum. Io. And.

† Cum Dei &c.

† possunt.

d Vt sit Bonon. & Parisien. cano. dimisit 3. & x habebat à Bon. & xx. à Pari. Bon. habebat quia: & Parisien. habebit duo. Ioan. And.

† ipsas.

† inclusa desunt in nostris antiquis.

† Ca. 1. e. ti. in 3. comp. Et de materia vide planè per Antonium Gomezium, & Palacium Rubium in 1. Tauro. nam.

† dispositione.

C *Vm tibi.*] Vario modo legitur. Primò ponitur accisa consultatio. Secundo rñsio ibi, *In secunda.* Et aduerte, quod isto textus est multùm allegabilis, & frequentatur tam per canonistas, quam per legistas, & est breuis decisio: sed aliquantulum obscura, ideo nota bene ipsum, & tene menti, quia quotidianus. Abb. Sic.

Casvs. Aliquis commisit extremam voluntatem suam in dispositionem alicuius amici sui, & sic mortuus est: quæritur, an ille dicatur decedere intestatus: Respondet Papa, quod non videtur decedere intestatus. Nota, quod qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit: non videtur decedere intestatus.

m ¶ *In secunda.*] Primam habes *j. de verb. signi. cùm tibi.*

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem, an iste vere sit testatus, & soluit, & distinctionem ponit.*

n ¶ *Dispositionem.*] Licet de benignitate canonica videatur testamentum fecisse, re vera non est testatus, quia nullũ est testamentũ, vbi nomen hæredis non exprimitur. *C. de testa. l. iubemus. §. quod si non fuerit obseruatum. circa fi. & ff. de his, quæ in testa. delen. l. proxime.* & institutio hæredis, totius testamenti est fundamentum *vt Inst. de leg. §. ante hæredis.* sed sicut nutu possunt aliqua relinqui. *C. de fideic. & in epistola ff. de le. 3. nutu.* & sicut nutu deprehẽditur voluntas obmutescẽtis. 26. q. 6. qui recedunt. sic nutu de æquitate canonica fit testamẽtũ, sicut & sufficit ad locutionẽ alterius, quod qui annuat testibus præsẽtibus, & dicitur decedere testatus [a]. & tale testamentum dicitur nũcupatiuũ. *C. qui testa. fac. poss. hac consultissima.* Licitè ergo ponit quis voluntati alterius cõmittere factionẽ testamenti sui. an quis sit ei hæres. Distinguitur tamen: quia aut in volũtatẽ hæredis committo factionẽ testamenti, aut in voluntatẽ alterius: si in volũtatẽ hæredis, licitè possum, sed nõ expresse eius voluntati cõmittam. *ff. de cond. insti. verba hac.* sed si confero in expressam voluntatẽ alterius, nõ valet, vt si dicã: Instituo hæredem

Hanc glossam dicit Baldus esse singularem in l. 1. C. de sacrosan. ece.

sepulturā cū ista clausula: salua debita iustitia illarū Ecclesiarū, à quib⁹ mortuorū corpora assumūtur: quæsitū fuit à Papa, qualiter clausula ista, salua debita iustitia, &c. sit intelligēda, & exponēda? Rñdet Papa, quod super hoc articulo diuersa antecessorū suorū cōstituta emanarūt: Leo Papa qñq; appellauit illā iustitiā tertiā partē, quādoq; mediam. Vrbanus. & Lucius qñq; appellāt illam canonicam iustitiam, quartam partē: vnde Papa rñdet, secūdū quod beat⁹ Hieronym⁹ inquit: Vnaquæq; prouincia in suo sensu abūdet, & ita sēm rationabilē cōsuetudinem loci, illa iustitia erit aliquando medietas, aliquando tertia, vel quarta pro diuersitate locorum. Nota, quod nihilominus in mortuarijs consuetudo loci seruatur.

† Hieronymus ad Lucinium.

a ¶ *Salua iustitia.*] Quę exhiberi debet illis Ecclesijs, à qbus dum viuebant, percipiebant Ecclesiastica sacramēta, de bonis illis, quæ in testamēto reliquit Ecclesiæ, vbi eligit sepeliri.

† Vide l. Labeo. ff. de sup. leg. & l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. inst.

b ¶ *Tertiā.*] ī. eo. c. 1.

† dictio, partē, deest in antiquioribus.

c ¶ *Mediā.*] ī. eod. relatum.

d ¶ *Quartā.*] Capitulū Vrbani non habemus, sed Lucij iij ī. e. c. prox. Ber.

e ¶ *Hieronymus.*] c. Hieronymi habes. 16. dist. Sitmam Ber.

¶ *Glo. sequens notat, & soluit.*

f ¶ *Consuetudinem.*] Quid si de cōsuetudine dubitet, vel variæ sint consuetudines in vicinis Ecclesijs? De minori summa erit intelligenda: quia in illa omnes concordant. *ff. de arbi. diem proferre. §. si plures* a. Ber.

† Ca. 1. eo. tit. in 3. cōpil.

† Montis Ferrati.

† De ordine Hospitaleriorū vide Cassaneū in catalogo gloriæ mundi p. 4 consideratione 65.

a Si tres sūt arbitri, & vnus condēnat in 25. alter in 5. valet sententia in 5. Io. And.

in priuilegiis solet apponi: salua iustitia [a] illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur, intelligi debeat, & exponi. Cum autem super hoc articulo diuersa antecessorum nostrorum manauerint instituta: Leone iustitiam illam quandoque tertiam [b] partem, quandoque mediam [c], & Vrbano quartam [d] fore censentibus: Nos tale præbemus in hac varietate responsum, vt sicut beatus Hieronymus [e] † inquit, vnaquæque prouincia in suo sensu abundet, secundum rationabilem consuetudinem [f] regionis † illa iustitia circa medietatem, vel tertiam, aut quartam partem † pro locorum diuersitatibus attendatur.

¶ Innocentius iij. Episcopo Claremōteñ. & Abbati Mautieñ.

¶ *Priuilegiati super iure funerandi sepelire possunt illos, qui apud eos eligunt sepulturam, soluendo tamen canonicam portionem Ecclesiæ parochiali. Si verò alios sepeliunt, tenentur restituere, quicquid occasione funeris receperunt.*

CAP. X.

IN nostra † præsentia constitutis Priore Ecclesiæ Montis Ferrandi †, & procuratore Hospitalariorum Claremonteñ. diœcesis, idem Prior proposuit, quod prædicti Hospitalarij † quosdam parochianos [g] suos, quorū duo erāt infra annos legitimos [h], receperūt ad Ecclesiasticam sepulturam

IN *nostra.*] Diuiditur in tres partes principales. Primo actoris petitio. Secundo ibi, *E contra.* reorum defensio. Tertio ibi, *Talem.* causæ diffinitio, Abbas.

CASVS. Prior Ecclesiæ Mōtis Ferrādi, & Hospitalarij Claremonteñ. diœcesis habebāt inter se qōnē super iure funerando, vel funerandi. Hospitalarij recipiebant ad Ecclesiasticā sepulturā parochianos dicti Prioris. causa super his cōmissa fuit iudicibus, corā quibus petiit dictus Prior satisfieri sibi de dāno, quod sustinuerat ab illis Hospitalarijs, quia parochianos suos receperūt ad sepulturā: & quod de cætero nō reciperēt ad Ecclesiasticā sepulturā parochianos ipsius: Ad probandū suam intentionem testes induxit: Tandem causa ad sedē Apostolicā est delata. in præsentia Papæ Prior prædictus proposuit prędicta: ex parte Hospitalariorū fuit ppositū, quod ex priuilegijs sibi cōcessis licitū est eis omnes, pter excōmunicatos, & interdictos, ad Ecclesiasticā recipere sepulturā, qui apud eos elegerint sepeliri: & fideicōmissa in vltima volūtate sibi relicta recipere, soluta tātūmodo quarta parochiali Ecclesię, de cuius parochia mortuorū corpora assumūtur, præterquā de equis, & armis, de quibus quartā deducere nō tenētur: Papa auditis rationibus vtriusq; partis, talē protulit sñiam: quod prædicti Hospitalarij de cætero non recipiāt parochianos dicti Prioris ad Ecclesiasticā sepulturā, nisi apud eos elegerit sepeliri, & tūc parochialis Ecclesia recipiat quartam partē de oblationib⁹, lectis, & alijs, quæ defunct⁹ pro anima sua ibidē reliquit, pręterquam de equis, & armis: Hospitalarij residuū habeant, nisi dolo, vel fraude Hospitalariorū defunctus inductus fuerit ad huiusmodi electionē, vel dispositionē faciēdam. Insuper iniūxit eisdē Hospitalarijs, vt eidē Priori satisfaciant de quarta parte triū millium solidorū, quos cōstat eos à parochianis illius recepisse, cū probatū nō fuerit, quod eorū oblati, vel cōuersi fuissent, præterea præcepit eisdē, vt satisfaciant Priori de omnibus, quæ habuerunt à quodā, qui fuit interfectus in campis, nisi probauerint, quod apud eos elegerit sepulturam, alioquin ei restituāt quartam partem. Itē restituant omnia, quæ habuerūt pro quibusdam alijs, occasione sepulturæ ipsorum, quos constat infra annos legitimos decessisse. Nota, quod monachi possunt haberē populum. Itē cum dolo inducitur quis, vt aliā eligat sepulturam, non pręiudicat talis electio parochiali Ecclesiæ. Itē quod occasione rei meæ per alium quæritur, mihi de iure restituendum est.

E contra prædictus proposuit procurator, quod tā ex priuilegio, quam ex indulgētia speciali, licēt Hospitalarijs omnes passim, præter excōmunicatos, & interdictos, ad Ecclesiasticā sepulturam recipere, qui apud illos elegerint sepeliri, eiq; commissa in vltima voluntate relicta, possunt licenter accipere, soluta tantummodo quarta parochiali Ecclesiæ, de cuius parochia [i] mortuorū corpora assumuntur, præterquā de equis, & armis [k], quæ indulta sunt ipsis in † subsidiu terræ sanctæ, de quibus quartā deducere nō tenētur: & infra. Talē super his duximus sñiam proferendā, quod prædicti Hospitalarij de cętero [l] non recipiāt [m] parochianos Ecclesię † supradictę ad Ecclesiasticā sepulturam, nisi apud eos [n] † elegerint sepeliri: & tunc parochialis Ecclesia de oblationibus, lectis, & alijs quæ defunctus pro anima sua in vltima dispositione reliquit [o]: præter quam de equis, & armis, recipiat quartam partem, & Hospitalarij residuum habeant, nisi dolo [p], vel fraude eorum defunctus inductus fuerit ad dispositionem huiusmodi faciendam. Nihilominus ipsis Hospitalarijs iniungentes, vt de quarta trium millium solidorum Priori satisfaciant memorato: cùm constet eos à paro-

g ¶ *Parochianos.*] Nam & monachi habēt populū. 16. q. 1. *Agapitus.*

h ¶ *Annos legitimos.*] Vnde nō potuerūt sibi eligere sepulturā: quia nec testamētum facere † potuissent. vt ī. *de prob. in præsentia.* & 2. q. 6. *c. ei qui. §. diffinitiua.* Sed pater pōt eligere filio sepulturam, vt dictum est. ī. *eo. de vxore.* quia potest ei facere testamentum. *Inst. de pu. sub. §. igitur.* quòd verū est, si ipse faciat sibi: aliàs si non fecerit sibi, nec filio impuberi facere potest. *Insti. de pupi. subst. § liberis.* & *ff. de inoffi. test. Papinianus. §. sed nec impuberis.* T.

† alias

† prædictæ Ecclesiæ.

† illos.

i ¶ *Parochia.*] Sic ī. c. prox. Ber.

k ¶ *De equis, & armis.*] Hoc inductum fuit fauore terræ sanctæ b. sic de his, quæ relinquuntur in ornamentis Ecclesiæ siue ad cultum diuinum, nihil deducitur. ī. *de te. c. vlt.*

b Ad cuius acquisitionem, & defensionem sunt Hospitalarij, & Templarij specialiter deputati. Vnde talem non recipiēt diuisionem. Ioann. And.

¶ *Glo. seq. notat tractum futuri temporis, & c. determinat, signat contrarium, & soluit.*

l ¶ *De cætero.*] Et ita tractus futuri temporis hic ad iudicem spectat. simile ī. *eo. cū liberum in fine.* Et sic est contra illud. *ff. de vsur. l. 1.* quod obtinet in his iuribus, & seruitutibus, & in annuis pręstationibus: quia in talibus actio pertinet ad futurum. *ff. si ser. vendice. harum:* & *l. ego.* & *l. Labeo.* & *l. illa. de vsur.* non contradicit: quia ibi, non constabat adhuc de vsuris futuri temporis.

m ¶ *Recipiant.*] Immò debēt cauere neq; per se neque per successores eorū hoc facturos. & hæc est executio iudicis quoad futurum tempus. *ar. ff. si seruus. vendi. harum:* & à iudice posset iniungi sub pœna excommunicationis, ne hoc facerent.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit, & opinionem soluit.*

n ¶ *Apud eos.*] Et ita videtur, quod quis possit eligere sepulturā apud locū minùs religiosum, quia Hospitalarij minus religiosi sunt, quā monachi. arg. 12. q. 1. *bona. ar. contra. ī. eo. fraternitatē.* dic, vt ibi notatū est. De hac materia cum quis vult eligere sepulturā, illum ordinem seruabit, qui traditur. 13. q. 2. *Vbicunque.* quod c. quidam intelligunt de peregrinis, qui non habēt propriam sepulturā, qui debēt sepeliri apud Ecclesiam maiorem. Hugo intelligit illud c. de ciuibus, qui habent propriam sepulturam in Ecclesia maiori, qui quandoque morantur extra ciuitatē per villas, vel castra: qui si ibi decedant, non debent suas sepulturas dimittere sine iusta causa, vt ibi dicitur: aliàs præsumitur illectus vel ex contemptu, vel ex temeritate transire: vt plenā dixi ī. *eo. fraternitatem.*

o ¶ *Reliquit.*] Hospitalarijs iure legati.

p ¶ *Nisi dolo.*] Et ita dolus superueniēs in spiritualibus rescindit contractum; quod est contra id. ī. *quod met. cau. cum dilecti filij.* vbi de hoc dicitur de rebus suis nihil deberēt habere Hospitalarij. *ar. 10. q. 3. constituit. ff. si quis cūm si duo. arg. ī. de testi. requisitis.* & *c. officij.* & *ff. de arbi. si duo.* & sic propter dolum cessat priuilegium.

q ¶ *A pro-*

a ¶ *A parochianis*.] Qui elegerunt sepulturam apud Hospitalarios, & ideo quartam debent restituere parochiali Ecclesiæ.
b ¶ *Annos*.] Isti non elegerant sepulturam: nec eligere potuerunt, vnde restituere debēt Hospitalarij prædicti, quicquid ipsorum occasione receperunt. Bernardus.

certum esset, sepelleretur. Itē vtile nō vitiatur per inutile. Itē nec pretiosa sepultura prodest defuncto, nec vilis nocet.
c ¶ *Non communicemus*.] Sic 24. q. 1. c. 1 & 2. nisi viuentes reconciliationē petierint. nec per eos stetisset: quia tūc absoluendi sunt post mortem, ꝟ. *de sen. excom. à nobis*. & 26. q. 6. *qui recedunt*. Ber.

EX *parte*.] Cōis diuisio. Secūda ibi, *Quocirca*. Abb. Sicul.
Casvs. Quidam nobilis sollicitauit sæpe quādā puellā de stupro, & cū nō consentiret eidē, posuit ei insidias super quodā pōte: & dum fugeret, casu cecidit de ponte, & mortua est: quæritur, vtrū debeat in cœmeterio sepeliri? mādat Papa, ꝙ cùm illa non sponte præcipitauerit se de ponte, sed casu ceciderit, corpus eius debet in cœmeterio sepeliri: maximè cum ex honesta causa fugisse noscatur: & cui communicabatur viuenti, cōmunicādū sit iam defunctæ. Nota, quod qui casu, & non spōte submergitur, vel moritur, nō priuatur Ecclesiastica sepultura. Item nota regulā *Cui viuis communicamus, & mortuo communicare debemus*.
¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem, & soluit distinguendo*.
e ¶ *Non sponte*.] Quia si sponte, non esset sepeliēda in cœmeterio Ecclesiæ. 23. q. 5. *placuit*. sed si sic[b] credebat euadere posse, non imputaretur ei, etiāsi sponte se præcipitasset de pōte, vbi videbatur, ꝙ euadere posset. *arg. 13. dist. nerui*. cū ꝓ bono, aut licito hoc facere posset: vnde si quid contrariū eueniat, nō imputat. 23. q. 5. *de occidendis*.
¶ *Gloss. seq. ponit 7. vel 8. casus, quibus fallit regula*.

chianis[a] eius illos solidos recepisse: nec † sit sufficienter ostensum, quòd corū Oblati, vel Cōuersi fuissent. ¶ Eisdem præterea duximus iniungendum, quòd nisi probauerint, quòd G. † parochianus Prioris, qui fuit interfectus in campis, apud ipsos elegerit sepulturā, vniuersa, quæ ipsius intuitu receperunt †, Priori restituant memorato †: alioquin quartam partem solummodo restituere teneantur. Pro illis verò, quos constat infra annos[b] legitimos decessisse, quæ sepulturæ eorum gratia receperunt, restituant vniuersa.

¶ Idem Archiepiscopo Turonensi.

¶ *Casualiter mortuus, priuari non debet Ecclesiastica sepultura.*

CAP. XI.

EX † parte parentum M. nobis est intimatum, quod cùm nobilis vir dominus I. de Insula Butardi † eidem posuisset insidias, quam sollicitauerat sæpe de stupro, & ipsa Gartionibus †, qui eam rapere nitebantur, super quendam pontem occurreret, tandem fugiens manus illorum, in amnem de ponte cadēs fuit casu submersa. ¶ Quocirca mandamus, quatenus cùm illa non † sponte[c] præcipitauerit se de sponte, sed (sicut superiùs est expressum) casu ceciderit, corpus eius tradi facias Ecclesiasticæ sepulturæ: præsertim cùm ex honesta causa fugisse noscatur: & cui communicabatur[d] viuenti, communicandum sit iam defunctæ.

¶ Idem Nidrosien. † Archiepiscopo.

¶ *Si ossa excommunicatorum sunt sepulta in Ecclesiastico cœmeterio, & discerni possunt: debent exhumari, & proiici: aliàs secus.*

CAP. XII.

SAcris † est canonibus institutum, vt quibus non cōmunicauimus viuis, non communicemus[e] defunctis: & vt careāt Ecclesiastica sepultura, qui prius erāt ab Ecclesiastica vnitate præcisi †, nec in articulo mortis Ecclesiæ recōciliati fuerint. ¶ Vnde si cōtingat interdū, ꝙ vel excōmunicatorū corpora, per violētiā aliquorū, vel alio casu in cœmeterio[f] Ecclesiastico tumulentur, si ab aliorū corporibus discerni potuerunt, exhumari[g] debent, & procul ab Ecclesiastica sepultura iactari. Quod si discerni non poterūt, expedire nō credimus, vt cū excōmunicatorum[h] ossibus corpora exhumalētur fideliū: cū liceāt non † obiit iustis sepultura nulla, vel vilis, impiis tamē celebris, vel speciosa[i] † non prosit.

¶ Innocentius iij. Episcopo Magalon. †

¶ *Terra cœmeteriata pro sepultura fodienda, vendi non debet.*

CAP. XIII.

ABolendæ cōsuetudinis peruersitas apud Montem Pessulanum (vt dicitur) inoleuit, vt decedentibus non priùs permittatur effodi sepultura[k], quam pro terra, in qua sepeliendi sunt, certum pretium Ecclesiæ persoluatur: *& infrà*. ¶ Mandamus, quatenus cum loci dioe-

f ¶ *In cœmeterio*.] Cœmeterium[f] dicitur à cemē Græcè, ꝙ est aurum latinè, & teron, ꝙ est terra, inde cœmeterium quasi aurea terra, quia est cęteris pretiosior.
g ¶ *Exhumari*.] Immò forte nec religiosum locum facit cadauer excommunicati, si per ignorantiam sacerdotis, vel eo inuito inferatur. *arg. ff. de rel. & sum. fu. sunt personæ*. Lau. & ossa inde proiicienda sunt, antequā consecretur. *de conse. dist. 1. Ecclesiam*. Bernardus.
¶ *Gl. seq. ar. propter dubium, &c. dat similia de connexitate, & difficili separatione, alle. etia in contrarium*.
h ¶ *Excommunicatorū*.] Nota ar. ꝙ ratione dubietatis aliquid admittitur, ꝙ aliter non admitteretur. 11. q. 3. *nolite* 7. & 13. q. 2. *non æstimemus*. & *ff. de adimen. leg. l. 3. §. si duobus*. Item contingit ratione connexitatis. 14. q. 5. *denique*. & 81. d. *cum omnibus*. *ff. de sol. si alieni nummi*. & *ff. de mi. etiam*. Item ratione difficultatis separationis. ff. de neg. gest. cùm cum actum. *ff. de admi. tut. licitorem qui tutelam. Arg. contra. de pæn. dist. sunt qui*. & c. 2. & *ff. ad l. Aquil. ita vulneratus*. *ff. de testa. tut. duo sunt Titij*. *ff. de manu. testa. cum ex pluribus*. Io.
i ¶ *Speciosa*.] 13. q. 2. *anima defunctorum*.

d ¶ *Communicabatur*.] Vel communicare debuimus, quoniā tunc post mortem absolueretur excommunicatus, & ei postea communicaretur. *de sen. excom à nobis simile* 24. q. 2. c. 1. & c. *sanè*. fallit hæc regula in furibus, & latronibus. ꝟ. *de fur. fures*. Item in his, qui moriuntur in torneamentis[c], infrà de tornea. c. 1. Item in raptoribus. *infrà de rap. super eos*. Item in his, qui seipsos interficiunt, vel pro suis sceleribus[d] interficiuntur. 23 q. 5. *placuit*. Item in his, qui presbyteros instituunt in testamentis tutores filiis suis. 88. *dist. neque apud*. Item in quolibet, quem constat in mortali peccato decessisse, 13. q. 2. *non æstimemus*. & c. *pro obeuntibus*. Item in his, qui post mortem conuincuntur de hæresi[e]. 24. q. 2. *sanè profertur*.

SAcris.] Diuiditur: nam præmittit exordium ad probationē dicendorum. Secundò soluendo distinguit ibi, *Vnde*. Et secundum membrum distinctionis ibi, *Quod si*. Abbas.
Casvs. Aliquando contingit, quod corpora excōmunicatorum per violentiā aliquorum, vel aliquo casu in cœmeterio sepeliuntur, quæritur, an debeant exhumari? Respondet Papa: si ab aliorum corporibus discerni possunt, exhumari debent, & longè ab Ecclesiastica sepultura iactari: si verò discerni nō poterunt, non debent corpora illorum excommunicatorum cum aliorum corporibus exhumari, cùm sicut sepultura pretiosa illis non prodest, sic nulla, vel vilis non obest iustis. Nota, quòd cui non communicamus viuo, non est communicandum defuncto. Itē ratione dubietatis aliqd admittitur, quod si

ABolenda.] Primò præmittit abusum, quem secundo tolli mandat ibi, *Mandamus*. Abbas.
Casvs. Apud Montem Pessulanū erat cōsuetudo, quòd clerici non permittebant effodi sepulturā, nisi prius eis certū pretiū persoluatur: præcipit Papa istam consuetudinem aboleri, & clerici nihil audeāt exigere hac de causa. Nota, quod pro terra, in qua sepeliendi sunt defuncti, nihil est exigendum.
¶ *Glo. seq. dicit sepulturam dupliciter sumi pro loco, & pro officio, & locus dupliciter, scilicet priuatus, religiosus, & sacer. in primo procedit venditio, in reliquis non*.
k ¶ *Sepultura*.] Sepultura dicit locus, siue terra, in qua fit sepultura. Si in tali terra nullus vnquam fuit sepultus, nec aliàs est locus sacer, vt cœmeteriū, licitè potest vendi. & ex ea pretium recipi: quia nemo cōpellēdus est de suo beneficiū facere. 10. q. 2. precariæ. & quilibet suæ rei moderator, & arbiter est. C. mand. in re mādata. & iustū est vnicuique sua committere. G. de Iudæ. nemo cæterus. pōt ergo talis terra vendi, cum non sit religiosa, vel sacra. sed purus dicitur talis locus. *ff. de reli. l. 2. §. purus autem*. & C. eod. tit. l. locum. & 12. q. 2. *aurum*. si enim in tali terra aliquis sepultus fuerit, & de voluntate eius, cuius erat locus, amodo sacer factus est. C. *de religio l. 2. ff. eo. l. 1. § sed & si alius*. quare vendi nō potest, vel obligari: vt in l. prædicta. C. *de reli. l. 2*. & *ff. de re. diui. sacra loca. in fi*. & 1. q. 1. dictum est. De tali terra potest hoc intelligi, vel de terra cœmeterij, quæ religiosa, & sacra dicitur, licèt in ea nullus sepultus sit. *arg. ff. de rei vendi. qua religiosa*. & 17. q. 4. *quisquis*.

a *Nec parentes eas elegerant. Vel si elegerunt, non habebant consuetudo loci*. ꝟ. eo. licet. li. 6 Io. And.
† *Hic in vulgatis erat dictio, nisi. cū tamen legendum sit, nec sit, &c. Vt in omnibus manuscriptis, & in veteri com pil.*
† *Vn.*
† *receperint.*
† *Vide l. 1.* cum no. C. de insti. & subst. & l. quæ sub cō ditione. §. quotiēs cū ver. seq. ff. de condi. insti.
† Cap. 2. e. ti. in 3. cōpil.
† *Dictio*, Butradi, *deest in omnibus antiquis exemplaribus.*
† *Vox*, Gartionū, *vulgaris est Italorū, qua iuniores famulos significant.*
† *Rectè, dicit non spōte: nā etiā ob castitatē seruandam non licuisset eī sponte se interficere.* B. *Thomas.* 2. 2. q. 64. ar. 5. ad 3. argumentum. & *Archidiaconus in c. nō est nostrū* 23. q. 5.
b *Vide* S. *Thom. & Archidiaconum supra citatos.*
c *Idem concilium Tridētinū* sess. 25. de refor. c. 19.
d *Vide Antonium Gomezium* to. 3. varia. resol. c. vlt. nu. 7.
e *Vide*. c. 2. de hæret. lib. 6. & *ibidem glossam, & doctores.*

f *Hæc glossula nec est Bernardi, nec habetur in vetustis codici. Est autem Cœmeterium dictum à verbo* κοιμάω, *quod est sopio, quasi dormitoriū mortuorū.*
† *Vtrosien. episcopo.*
† Cap. 3. e. ti. in 3. cōp. *Et vide Alfonsum Castrum* l. 2. c. 18. de iusta hære. punit.
† *Vide Bar.* in l. 1. ff. de cadauere punito.
† *Hæc sunt* B. *Augustini in l. de cura pro mortuis gerenda. c. 2.*
† *præstetur.*
† *Magalon. Et in aliquot Vetustis pro Innocentio iij. Honorius iij. habetur.*
Et facit ad ea, quæ ibi no. & 44. di. quiescamus. de quo vide quod dicam de hom. significasti. ver. quod si discerni. Ioann. And.

quisquis. & c. sicut antiquitus. & talis terra vendi non potest. 13. q. 2. *questa est, & c. præcipiendum.* Item dicitur sepultura officium sepulturæ, quod similiter vendi nõ potest, si clerici ad hoc teneantur, cũ habeat beneficiũ ab ipsa Ecclesia. immò simoniã cõmittunt. j. *de simo. non satis. & c. cum in Ecclesia corpore. & 13. q. 2. in Ecclesiastico. & c. questa est.*

cesanus existas, inhibeas Clericis, ne quicquam omnino præsumãt exigere[a] hac de causa.

¶ Gregorius ix. Episcopo N.

¶ *Excommunicatus, qui per suum Presbyterum fuit absolutus in morte, in cœmeterio sepeliri debet, & ad satisfaciendũ coguntur hæredes.*

CAP. XIII.

PArochiano tuo, qui excommunicatus pro manifestis excessibus, videlicet homicidio, incendio[b], violenta manuum iniectione in personas Ecclesiasticas[c], Ecclesiarum violatione[d], vel incestu fuit, dum ageret in extremis †, per Presbyterum suum iuxta formam[e] Ecclesiæ absolutus, non † debent cœmeterium, & alia Ecclesiæ suffragia denegari[f]: Sed eius hæredes[g], & † propinqui, ad quos bona peruenerunt ipsius, vt pro eodem satisfaciant, censura sunt Ecclesiastica compellendi.

TITVLVS XXIX.

De parochiis &, alienis parochianis.

¶ Ex concilio Africano †.

Si verò non teneantur ad hoc ratione beneficij, possunt inde accipere[a] pretium: quia de suo hoc facere non tenentur. 12. q. 2. *charitatẽ. & j. de præscr. cum officij.*

a ¶ *Exigere.*] Licèt clerici exigere non possint, laici tamẽ cõpelli possunt pias, & laudabiles consuetudines obseruare, si quæ super hoc erunt. j. *de simo. ad Apostolicã.* multa, n. inhoneste petuntur quæ honeste recipi possũt. 18. *di. de eulogiis.* 13. q. 2. *questa est.* 1. q. 2. *placuit. & c. quã pio. ff. de vsur. & extra. ee. l. 1. § est quidẽ.* 11. q. 3. *non sanè.*

PArochiano.] Diuiditur: quia duæ sunt partes. Secunda ibi, *Sed eius.* Abbas.

CASVS. Quidam parochianus fuit excõicatus pro manifestis excessibus, homicidio, incendio, & pro violẽta manuũ iniectione in personas Ecclesiasticas, & pro violatione Ecclesiarum, & incestu: & dũ ageret in extremis fuit absolutus per presbyterũ suum iuxta formã Ecclesiæ: quæsitũ fuit vtrũ deberet in cœmeterio sepeliri? Respõdet quod non debẽt ei cœmeterium, & alia suffragia Ecclesiæ denegari, sed hæredes eius, & propinqui, ad quos bona peruenerunt ipsius, compellẽdi sunt, vt satisfaciãt pro eodem. Not. quod Cui vnum sacramentum conceditur, omnia alia, quæ sunt eiusdem censuræ, sunt concedenda. Itẽ sacerdos in necessitate potest absoluere à qualibet excommunicatione. Item hæredes tenentur ex maleficio defuncti, licèt ad eos nihil ex illo maleficio peruenerit.

b ¶ *Incendio.*] Incendiarij verum sint ipso iure excommunicati, dicetur. j. de sent. excom. tua nos.

c ¶ *Ecclesiasticas.*] Isti ipso iure sunt excommunicati. 17. q. 4. *si quis suadente.*

d ¶ *Violatione.*] Violatores Ecclesiarũ non sunt ipso iure excõicati, sed tãquã sacrilegi excõicãdi. 17. q. 4. *sicut antiquitus. & c. si quis domũ. & c. sẽs.* Idẽ est, si quis res Ecclesiæ inuadat, tãquã sacrilegus excõicetur. j. *de foro competenti. conquestus.*

e ¶ *Iuxta formam.*] De qua habes. j. *de sent. excom. ex tenore. & c. cum desideres, i. resp. & c. à nobis.*

¶ *Glo. seq. arg. alleg. 3. iura, duo alleg. in contrarium, & soluit.*

f ¶ *Denegari.*] Quia ex quo cõmunicauimus ei viuo, & mortuo cõmunicare debemus. j. *eo. ex parte. & 24. q. 2. sanè.* Itẽ est hic *arg. cui vnum sacramentum conceditur, vel negatur, & alia intelliguntur concessa, vel negata. 5. dist. ad eius 95. dist. illud. & 11. q. 3. c. vlt.* Cõtra j. *de tornea. c. 1. & j. de rap. super eo.* vbi cõceditur pœnitentia, & eucharistia, & tamen denegatur Ecclesiastica sepultura, sed illud fit ad terrorem aliorum[b].

¶ *Glo. seq. rect. per contrarium, & soluit.*

g ¶ *Sed eius hæredes.*] Similẽ casum habes. j. *de rap. in litteris.* Et ita ex hoc cap. & illo patet, quod hæredes cõueniũtur ex maleficio defuncti: licèt nihil inde peruenerit ad eos, quãuis lis contestata non fuerit cũ defuncto, cùm ad eos bona defuncti peruenerint vt hic dicit. & 16. q. 6. *si episcopum. j. de vsu. tua nos.* & intellige hæredem esse hæredis hæredem. *ff. de verb. sig. hæredis,* sic hæres hæredis testatoris est hæres. *C. de hære. instit. l. vlt.* nã & secundùm leges hæres tenetur condictione furtiua *ff. de cond. fur. si pro fure § si condictio.* In casu etiã tenetur filius pro patre, licet non sit hæres. *C. de promisso, cùm ex sola,* *lib. 12.* quælibet enim ãctio ad hæredem, & aduersùs hæredem transmittitur. *C. de contrahen. & commit. stipul. veterum.* & *l. vlt. C. vt actiones ab hæredibus, & contra hære. inci. l. vnica.* & in delictis, licet ad hæredẽ nihil peruenerit. *arg. 1. q. 4. c. Ecclesia. § atom peccato Israelitarum. ver. maxime.* cum ex eo vtilitas deferatur ignorãti. Tamen secundum leges non tenetur hæres ex delicto defuncti, nisi in quantum ad ipsum peruenerit, vel nisi lis contestata fuerit cum defuncto. *C. si ex delic. defun. l. 1.* Sed ex contractu, vel quasi, defuncti hæres indistinctè tenetur. C. *de act. & obli. ex deposito. & ff. de re. iu. ad ea. § in contractibus.* nisi in duobus casibus. vnus est. *ff. si mensor. fal. mo. dixe. l. si duobus. § vlt.* alius est. *ff. de tributo. il-lud. § vlt.* Ber.

¶ *Inter Episcopum substitutum Episcopo hæretico, & ipsum Episcopum hæreticũ reuersum, & ex dispensatione receptum, diuiditur Episcopatus modo hic expresso.*

CAP. I.

I† Episcopus[h] ex Donatistis[i] ad catholicam est vnitatem conuersus[k], æqualiter inter se diuidãt[l] eas: quę sic inuẽtæ fuerint, vbi ambę partes[m] fuerint, id est, vt alia loca ad illũ, alia ad aliũ pertineãt, ita vt ille diuidat, qui amplius tẽporis in Episcopatu habet, & minor[n] eligat. Quod si fortè vnus fuerit locus, ad eũ pertineat, quẽ plebs elegerit[o]. Sed si antiqui catholici suũ voluerint, & illi suũ, qui ex Donatistis conuersi sunt, plurimorum[p] voluntas paucioribus præferatur †. Si autem pares æquales sunt, maioris temporis[q] Episcopo deputetur[r] †

¶ Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerint †, vt non possint æqualiter diuidi, velut † si in impari numero fuerint, distributis locis, qui parem habent

DE PAROCHIIS, & alienis parochianis.

¶ *Suprà visum est de quodam iure parochiali, quod consistit in funerando: Sed quia poteras dubitare de aliis iuribus parochialibus ideo subiicitur ista rubrica. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 10. q. 2. & 16. q. 5. & 13. q. 1. per totum.

I *Episcopus.*] Habet quinque dicta ad idẽ tendentia, quæ patent in textu. Abbas Siculus.

CASVS. Sic potest poni. Episcopus alicuius ciuitatis cum magna parte plebis incidit in hæresim Donatistarum. Vnde sunt præcisi ab Ecclesia: in plebe residua cõstitutus est nouus episcopus, priore reuertente ad fidem, cũ pro multitudine sequẽtium eum, tum pro vtilitate dispensatur cũ eo, vt dignitatem recipiat: sed quia alter canonicè ordinatus est, nõ debet ex toto deponi, sed inter se diuidũt omnia, vt patet in littera. Hodie vero non fieret talis dispensatio. & non est nec ius hoc c. Ber. Not. hic habes vnum casum, in quo duo episcopi possunt esse in eodem episcopatu: scilicet quando alter labitur in hæresim, & alter canonicè eligitur. Item melior est conditio minoris: quia maior diuidet, & minor eliget. Item voluntas plurium præferenda est paucioribus: quod est verum, nisi à paucioribus opponatur aliquid rationabile & probetur, vt s. *de his, quæ fiũt à maio. par. cap. cum in cunctis.*

h ¶ *Episcopus.*] Id est, episcopatus, & sic ponitur contentum pro continente, vel econuerso continens pro contento. *de cons. dist. 2. cum omne.* R.

i ¶ *Ex Donatistis.*] Quod dicitur in hoc c. dispensatiuè dictum est[d] 13. q. 4. *ipsa pietas.* Ber.

k ¶ *Conuersus.*] Cum alius Episcopus in illo Episcopatu iam erat creatus. Lauren.

l ¶ *Diuidant.*] Scilicet villas vel parochias, vel plebes.

m ¶ *Partes.*] Id est, æquales, nomine enim partis dimidia intelligitur *ff. de verb. sign. nomen. ff. de vsur. etiam partis.* Ber.

n ¶ *Minor.*] Not. meliorem conditionem minoris. Ber.

o ¶ *Elegerit.*] Vt si pares sint competitores mulieris, moribus, & generis, is potior existimetur, quem sibi consulens mulier approbauerit. *C. de nuptiis vidua.*

p ¶ *Plurimorum.*] 65. *dist. c. 1. 2.* & 3. & j. *de his quæ fiunt à maioris parte. cap. c. 1. & s. de electio. licèt, in fi.*

q ¶ *Maioris temporis.*] Hoc ideo dicit, quia præsumitur citius moti. 13. q. 2. *illud.* & in hoc est melioris conditionis.

¶ *Glo. seq. quæris. & soluit.*

r ¶ *Deputetur.*] Quid si non conueniant inter se? Alternis annis percipient reditus *ff. de communi. diui. l. communi diuidendo § cum de vsufruct.* Vinc.

a *Non ex pacto secundum Host. alias esset simonia secundũ eum. infra de simo. in tantum. & c. non satis. Ioann. And.*

† *Adde quod dicatur confitentes in extremis.* facit l. 3. cũ le. se. ff. de do. cau. mort. *Bart.* in l. 1. C. de sac. san. eccle.

† *Abbas ita: non debet cœmeterium, sed alia, &c.*

† *Vel.*

† Cap. 8c. in conciliis latinis.

b *Concor.* l. cũ prætor. ff. de iur. & l. si maritus. in 6. ff. de procurat.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cõpi. *Et ad verũ intellectum h ius c. videto notas nostras in hunc locum.*

† *Vnde* l. & suum hęredem § 6. cũ l. se. ff. de pact.

† *deputentur.*

† *fuerunt.*

† *Velut sub impari.*

c *Hic casus Bernardi est, & in antiquis exemplaribus reperitur.*

d *Et loquitur de his qui erant in partib. Africæ, vbi prævalebãt Donatistæ, secundum Innoc. Ioan. And.*

VT *Dominicis.*] CASVS. Dicitur hoc c. quòd sacerdotes in diebus Dominicis, & in aliis diebus festiuis debẽt proponere in Ecclesia, vt si est ibi aliquis, qui ex contẽptu dimisit suũ presbyterũ statim recedat. Not. quod null⁹ presbyter alteri⁹ parochianũ recipere debet ad diuina. quod verũ est: si cõtẽptu proprię sacerdote suo audire velit ibi diuina: absens enim de iusta causa potest audire diuina in Ecclesia, ad quam venerit.

a ¶ *Si alterius.*] Alienus parochianus dr̃, licèt ibi cõparauerit domũ, nõ causa habitãdi, solã enim habitatioñe cõparare in aliena ciuitate nõ facit domiciliũ. *ff. ad mani. libertus. §. sola.* Secus si in vtraque causa inhabitandi. *ff. eo. assumptio. §. iuris prudentibus.* Vincen.

b ¶ *Contempto.*] Bene dixit contempto, quia ex iusta causa absens bene potest audire diuina in Ecclesia, ad quam venerit. *arg. 7. q. 1. Episcopi, vel presbyteri. II. dist. c. vlt.* & est simile *de pæ. dist. 6 placuit. 93 dist. primates.* & *9. q. 2.* per totum Bern.

N*Vllus.*] CASVS. Dicitur, quod nullus Eps̃ alienũ parochianũ iudicet: quia qui eum ordinare nõ põt, nec iudicare. No. quod nullus potest iudicare parochianũ alteri⁹: quia ad quem spectat ordinatio alicuius, & eius iudicatio: ergo qui nõ potest ordinare, non potest iudicare. hoc tamen intellige de Episcopo: de aliis enim non, quia licèt Archidiaconus nõ possit ordinare, potest tamen iudicare, sicut & alij iudices.

c ¶ *Præsumat.*] Nisi eò domiciliũ trãstulerit. *C. de inco. &* vbi *quis de his si in patria.* *li. 10. &* ĩ. *eo. significauit.* & nisi ibi deliquerit. ĩ. *de rap. c. 1.*

† Venaten. † Naneten. sed legẽdũ, Nanneteñ. ėdque hoc decretum ibi c. 2. non c. 419. vt refert Burchardus l. 2. decr. c. 92. nec c. 39. vt refert Iuo. 3. c. 122. habetur. c. 2. eo. tit. in 1. comp. concordat concil. Trul. c. 22. in decreto de obseruãdis in celebratione Missæ. §. moneãt. † Burchar. l. 2. decr. c. 39. Iuo. p. 6. c. 140. & c. 3. eod. tit. in 1. comp. & videto notas in hunc locum. † post cõcil. Lateran. sub Alexa. 3. p. 1. c. vl. & c. 5. eo. tit. in 1. comp. Vide Felinum in c. quia iudicante. suprà de præscript. & Oldrãdum cõnsil. 253.

numerum, quicunque locus remãserit, hoc in eo seruetur, quod dictum est, cùm de vno loco superius tractaretur.

¶ Ex concilio Maneteñ †

¶ *Presbyteri parochiales Dominicis diebus, & festiuis, parochianos alienos ad Missam admittere non debent, si ex contemptu ad eorum Ecclesiam accedunt.*

CAP. II.

VT Dominicis, vel festiuis diebus Presbyteri, antequam Missam celebrent, plebem interrogent, si alterius [a] parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contempto [b] Presbytero ibi velit Missam audire: quem si inuenerint, statim ab Ecclesia abiiciant.

¶ Hadrianus Papa †.

¶ *Episcopus parochianum alterius sine ipsius licentia ordinare non potest, nec eum alter iudicare.*

CAP. III.

NVllus Episcopus alterius parochianum iudicare præsumat [c]: & infrà. ¶ Nam qui eum ordinare [d] non potuit, nec iudicare potest.

¶ Vrbanus iij.

¶ *Fines parochiarum, de quibus constat, vel finibus coherentia, præscribi non possunt.*

CAP. IV.

SVper † eo verò, quod apud vos intellexi mus dubitatum, an quod de finibus, & † his, qui finibus cohærent [e], non præscribendis, statutum per canones [f] esse dignoscitur, sit in parochiarum limitibus † sicut in prouincialibus admittendum: Respondemus, quòd bene videtur in vtroque [g] seruandum, si fines legitima probatione, vel aliàs indubitata fide constiterit Ecclesiastica ordinatione statutos.

¶ Cælestinus † iij.

¶ *Si parochianus, seu diœcesanus domicilium transfert, primus Prælatus in eo iura Episcopalia, seu diœcesana sibi non vendicat: decimæ tamen prædiales illius parochiæ sibi debentur, nisi alteri debeantur ex consuetudine.*

CAP. V.

SIgnificauit † nobis Acoñ. Episcopus, quod cùm post recuperationem Aconeñ. † ciuitatis, ad habitandum in ea, se quàmplurimi contulissent, qui ante generalem occupationem terræ sanctæ, in aliis ciuitatibus regni Hierosolymitani elegerant mansio nem: & infrà. ¶ Fraternitati tuæ † mandamus, quatenus prædictorum locorum prælatos, vt sibi nullã in prædictos Aconeñ. † habitatores [h] iurisdictionem vsurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia non ministrant, districtione, qua conuenit, compellatis: et ita quòd si de agris in eorum parochia cõstitutis, fructus percipiunt, & in vltra marinis partibus ratione prædiorum [i] decimæ persoluuntur, deinceps eis ipsas cum integritate persoluant: dicto vero Acoñ. † tanquam diœcesano suo cogãtur de cæteris respondere.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit. Secundo arg. & remittit.*

d ¶ *Ordinare.*] Sic. 9. q. 2. *per totum. Arg. contra 25 dist. perlectis.* vbi dicitur, quod Archidiaconus potest iudicare[a], sed nõ ordinare, illud sic expone: sicut Eps̃ non potest alienum parochianũ ordinare, sic nec iudicare: Secus est de inferioribus iudicib⁹, sicut sunt Archidiaconi, & cæteri prælati, qui possunt iudicare, sed non ordinare. Et ita arg. habes hic, quod sententia à non suo iudice lata non tenet. ĩ. *de iudi. at si clerici.* vbi de hoc. & *C. si à non compet. iud. l. 2. &* ĩ. *de consue. ad nostram,* nisi in casibus, qui notantur. ĩ. *de foro compet. cùm sit generale.*

S*Vper eo.*] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Respondemus.* Abbas Siculus.

CASVS. In canonibus reperitur, quod limites prouinciarum, siue diœcesum, & ea quæ limitibus adhærẽt, nõ præscribũtur: quęsitum fuit, vtrum idem sit iudicium in limitibus parochiarũ? Respondet, quod idem seruandum est in vtroque, dummodo cõstiterit limites canonica ordinatione fuisse distinctos. Not. quòd limites legitime distincti, & ea quæ limitibus adhærẽt, prouinciarum, siue diœcesim, & parochiarum, non præscribũtur. Item idem iuris est in minori, quod in maiori.

e ¶ *Cohærent.*] Principaliter sicut intelligitur illud: Quæ religiosis adhærent, religiosa sunt: vt *C. de rei vend. quæ religiosis. & ff. de contrahen. emptio. in modicis.* Vin.

f ¶ *Per canones.*] [b] Qui dicũt, quod limes præscribi non potest, ne prouinciarũ termini cõfundãtur. *16. q. 3. quicunque. & c. licet in regulis. & c. inter memoratos.* Quod dicit, parochiarum, exponit quidam, id est, episcopatuũ: nã canon prædictus, quicũque de prouincialibus limitibus tãtũ loqui videtur, sed secundũ hoc nõ trahitur hic aliqd de capellis. Sed verius videtur, quęstionẽ fuisse propositã de parochiis: nã canones prædicti loquũtur de diœcesibus, i. episcopatibus: & quod dicit, sicut in prouincialibus, potest exponi, id est, epãtibus. sed idẽ intelligo in limitib. episcopatuum, & parochiarũ, & prouinciarum. ex quo ibi distincti sunt fines, præscribi non possunt per iura prædicta, cùm eadem ratio sit in omnibus, & quòd idẽ sit in omnibus patet satis ex hac decr.

¶ *Glo. se. elicit tria arg.*

g ¶ *In vtroque.*] Arg. quod idẽ iuris est in minoribus, quòd in maiorib⁹. *arg.* ĩ. *de præben. maioribus.* & ĩ. *de app. c. de appellationibus.* Item arg. quod de similibus simile debet esse iudicium. ĩ. *de rescript. inter cæteras* ĩ. *de transla. inter corporalia. ff. de leg. non* possunt. Item arg. quòd vbi est eadem ratio, idem debet esse ius. ĩ. *de confir. vti. cum dilecta. &* ĩ *de consec. translato. & c. nam concupiscentiam.*

ADDITIO. *arg. ff. ad l. Aquil. illud. §* C. *ad l. Aquil. l. fi.* Bern.

S*ignificauit nobis.*] Duę sunt partes. Secunda ibi. *Fraternitati.* Abbas Sic.

CASVS. Postquam ciuitas Aconẽsis recuperata fuit à Christianis, multi se transtulerunt ad habitandum illuc, qui ante generalẽ occupationem terræ sanctæ, in aliis ciuitatibus regni Hierosolymitani morabantur: prælati prędictarum ciuitatum volebant exercere iurisdictionem in prædictis habitatoribus Aconensibus, & alia spiritualia & temporalia exigebant ab eis, quibus non ministrabat spiritualia. Episcopus Aconeñ. cõquestus est domino Papę, vnde mandat iudicibus, quatenus cõpellant pręlatos prędictorum locorum, vt nullã iurisdictionẽ vsurpent in prædictos Acoñ. habitatores, nec ab eis temporalia exigant, quibus spiritualia nõ ministrãt. verumtñ si de agris in eorũ parochiis constitutis fructus percipiũt, & in partibus vltramarinis ratione prædiorum decimæ soluuntur, decimas illas de cætero integre percipiant, & dicti Acoñ. tanquam suo diœcesano de cætero respondere cogantur. Not. quod licitum est alicui domicilium mutare. Item nota contra episcopos, & archidiaconos, & alios prælatos, quòd reditus suos percipere non debent, nisi officium suum in verbo prædicationis, & aliis exerceant. Item decimæ prædiales illi Ecclesiæ sunt dandæ, in cuius territorio prædia sunt constituta.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

h ¶ *Habitatores iurisdictionẽ.*] Quia trãslato domicilio subtracti sunt eorum iurisdictioni. ĩ. *de fo. compe. proposuisti. 13. q. 1. ecclesias. §. quia ergo.* & ibi dicitur quis habere domicilium, vbi habitat. *ff. ad municip. municeps. § miles.* Sed videtur contradicere quidam lex. *ff. de sena. senatores.* vbi dicitur, quod licèt senatores domicilium habeant in vrbe, retinent tamen ius in prouinciis, vnde sunt oriundi. Sed illud verum est, quoad honores, non quoad onera. ff. ad municipa. municeps. l. 2.

¶ *Glo. seq. notat, quærit & soluit.*

i ¶ *Prædiorũ.*] No. quod decimæ prædiales regulariter illi Ecclesiæ debent

† Sal. † limitib⁹. a Quod hodie prohibeãtur Archidiacons iudicare, vide concilium Trid. sess. 24. de refor. c. 20. §. ad hæc. sess. 25. de refor. c. 14. b Qualiter, & quando facta fuerit diuisio prouinciarum, & episcopatuum, vide 80. dist. c. 1. & 99 dist. c. 1. & 13. q. 1. c. 1.

† Clement. † Ca. vnico eo. ti. in 1. compil. † Ancon. † Ancon. † Fraternitate. Aquil. illud. C. ad l. Aquil. ... † Ancon. † Ancon.

c De Materia huius glo. Vide Oldradum consil. 168. & glossam 13. q. 1. in summa, facimus, tradita per Albericum trac. de statu. p. 2. q. 17.

debent dari, in cuius parochia prædia sunt sita. *arg. 16. q. 1. si quis laicus. & j. de deci. quũ. & c. cum contingat.* sic & ciuitati tributũ soluendũ est, vbi sunt agri ff. de censi. forma. *§. si verò.* personales verò decimæ Ecclesiæ debent dari, in qua diuina audiũt officia. 16. q. 1. *quæsit.* & hic in fi. idẽ dicit. Sed q̃d de illis, q inhabitãt ciuitatẽ, & habẽt prædia, & vineas extra, quæ nõ sunt in parochia alicuius, sed sita in terminis ciuitatis? Vr̃ esse hoc in epi potestate, arg. j. *de deci. quũ* qa non possunt negari, quin sint in parochia eius: nõ tamẽ à ratione extraneũ est vt ratione domicilij decimæ psoluãtur. si consuetudo ita se habet. in talibus enim cõsuetudo præiudicat. *j. de decimis. ad Apostolica. & c. in aliquibus. in fi.* Bernard.

† *De materia huius titulo, Vide plenè per B. Thomã, & Caietanum, 2. 2. q. 86. & 87. & per Dominicum Sotũ l. 4. de iustitia & iure, q. 3. & 4. per totum.*

† *Cap. 45. Et c. 1. eod tit. in 2. cõpil. Et de materia vide Nauarrum in manuali, c. 21. tit. de tertio præcepto Ecclesiæ, & plenè per Couarruuiam l. 1 variã resol. c. 17. & Vide notas harum c.*

† *Dictis, &c. deest in aliquot antiquis.*

DE DECIMIS, primitiis, & oblationibus.

¶ *Quia decimæ, & primitiæ, & oblationes sũt de iure parochiali, ideo post rubricam præcedẽtem merito subiicitur ista. Abb. ss.*

De hac materia tractatur 16. q. 1. c. cũctis. §. de his verò, vsq; ad fi. & q. 7. p totũ. 14. q. 1. p totũ. de cõsecrat. d. 1. §. quadragesima. De oblationib. tractatur 10. q. 1. & 2. & 25. q. 1. p totũ & 13. q. 2. §. nunc vsq; ad §. ité quærit.

TITVLVS XXX.

De decimis †, primitiis, & oblationibus.

¶ Hieronymus super Ezechielem †.

¶ *Exprimit quatuor genera decimarum, quæ ex veteri lege debebantur.*

CAP. I.

DEcimam partẽ omnium frugum Leuiticæ tribui populus ex lege debebat. Rursus ex ipsis decimis Leuitæ, hoc est inferiorum ministrorum gradus, decimas dabant Sacerdotibus. Erant quoque & † aliæ decimæ, quas vnusquisque de populo Israel in suis horreis separabat, vt comederet eas, cum iret in templum in Vrbe Hierusalem, & in vestibulo templi Sacerdotes, & Leuitas ad conuiuium [a] inuitaret. Erant autem & aliæ, quas pauperibus recondebant.

¶ At verò primitiæ, quas de frugibus offerebant, non erant speciali nomine diffinitæ [b], sed offerentium arbitrio derelictæ. Traditionem quoque accepimus Hebræorum, non lege præceptã, sed arbitrio magistrorum [c] inolitam, quod qui plurimùm quadragesimam partem dabant Sacerdotibus: qui minimùm sexagesimã: inter quadragesimã, & sexagesimã licebat [d], quodcũque voluissent, offerre. Quod igitur in Pentateucho [e] dubiũ derelictum est, hic † specialiter diffinitur propter Sacerdotum auaritiam, ne ampliùs à populo exigant in primitiis [f] offerendis.

DEcimam.] Diuiditur, qm̃, primò agit de quãtitate decimarũ, exprimẽs quatuor genera ipsarum. Secũdo de quantitate primitiarũ ibi, *At verò.* Abbas. Siculus.

CASVS. Primò ponit tria genera, decimarũ, secundũ quod olim in veteri testamẽto soluebãtur. Secũdò dicit, quod primitiæ, quas de frugibus offerebãt, nõ erant aliquo speciali nomine designatæ, sed pro volũtate sua quilibet offerebat: postea traditio Hebræorum inoleuit arbitrio magistrorũ, quod qui plurimum dabant, quadragesimam partem offerebant sacerdotibus: qui minimum, sexagesimam partem, & sic inter quadragesimam & sexagesimam licebat offerre, quod volebant. & ita quod prius dubium erat, postea diffinitum fuit propter auaritiam sacerdotum.

a ¶ *Ad conuiuium.*] 13. q. 1. *Ecclesias. §. his itaque.* Ber.

b ¶ *Diffinitæ.*] In qua quantitate dari deberent. Ber.

¶ *Glos. sequitur. opin. magistrorum.*

c ¶ *Magistrorum.*] Nota hic arg. quòd opiniones magistrorum sunt fouendæ. vnde Inno. opinionibus magistrorum non vult derogare. *s. de rest. spolia. litteras. & j. de sen. excom officij.* Et dicit lex, quod ius constare non potest, nisi sit aliquis iurisperitus, per quem possit in melius perduci. *ff. de ori. iur. l. 2. § post originem.* Laur.

ADDITIO. Ex hoc textu nota, quod licèt magistri possint glossare, sicut placet quoad primitias, non tamen quoad decimas.

a Id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, & Deuteronomium. Concilium Tridẽt. sessio. 4. in decreto de canonicis scripturis.

d ¶ *Licebat.*] Non licentia dispensationis, sed iuris cõmunis.

e ¶ *Pentateucho.*] Liber est sic dictus à penta, quod est quinque, & teuchos, quod est volumen, quia in vno volumine quinque libri [a] Moysis continentur. Ala.

¶ *Glos. seq. quærit. opin. ponit, ex qua iterum quærit, & soluit.*

f ¶ *In primitiis.*] Primitiæ enim tanquam debitæ exigũtur, sicut & decimæ. *ar. 16. q. 1. reuertimini. 32. dist. præter hoc. & j. e. quã sit graue.* Sed nũqd in pecudib' dat primogenitũ? Hug. dicit de ducẽtis vnũ dãdũ loco primitiarum. Sed quid si tot nõ habeat capita? tũc soluat æstimationẽ secundùm quãtitatem illius numeri. Durũ videtur dare primogenitũ, si fortè nõ haberet vltra duo capita, vel tria, aliàs minimum esset, si haberet quadringenta, vel quingenta, siue mille. Laurentius.

¶ Paschalis ij.

¶ *Non potest congruè summari propter varietatem lecturarum.*

CAP. II.

NOuum † genus exactionis est, vt Clerici à Clericis [g] decimas exigant, cùm nusquam in lege Domini hoc legamus: nõ enim Leuitæ à Leuitis [h] decimas accepisse leguntur. Illi profectò Clerici, qui à Clericis spiritualiũ ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent [i].

¶ Hadrianus † Vigor. & Herfordeñ. Episcopis.

¶ *Compositio super decimis non tollitur per priuilegium sequens, si de illa mentionem non facit.*

CAP. III.

EX † multiplici conquestione V. presbyteri accepimus, quod cùm inter Abbatem de Brudeia, de consensu totius Conuentus, & prædictum Presbyterum talis intercesserit † conuentio, scripto Monachorum authentico roborata: quod Monachi dicto presbytero, & Ecclesiæ suæ, de blado, & vniuersis leguminibus, quandiu viueret [k],

NOuum genus.] CASVS. Quæsitũ fuit à Papa, vtrũ clerici à clericis decimas exigere possint? Respõdet, quod hoc esset nouum genus exactionis, vt clerici à clericis decimas petant, cum in lege Domini non legatur: Leuitæ enĩ à Leuitis decimas non accipiebant. illi vero clerici, qui ab aliis clericis spiritualia recipiunt, de laboribus suis eis debent decimas dare. Not. clericos clericis dare decimas non debere.

† *Aliàs, hoc.*

¶ *Glo. seq. rec. per obiect.*

g ¶ *A clericis.*] Hoc intellige de dote Ecclesiæ de qua clerici non debẽt dare decimas. vt 16. q. 1. *quæsit.* Sed de prædiis propriis, siue patrimonialibus, clerici debent soluere decimas. vt 16. q. 1. *si quis laicus.* & hoc siue prædia sint in propria parochia clericorum, siue in aliena. B.

h ¶ *A Leuitis.*] Scilicet paribus, quoniã summis sacerdotib inferiores, decimas soluebant *s. eo. c. prox.* Vel non accipiebant Leuitæ à Leuitis, quibus spiritualia non ministrabant. Tan.

¶ *Glo. seq. rec. per obiect. quam dupliciter soluit.*

i ¶ *Debent.*] Vr̃ contradicere principio: sed intellige principium c. de dote Ecclesiæ, vt dicit, quod hic dicit, intellige de patrimonialibus. Vel posses intelligere, quòd hic dicit de clericis coniugatis, qui ab aliis clericis spiritualia recipiunt [b], & hoc innuit littera, & ita planum est. B.

Post concilium Lateran. sub Alex. iij. p. 14. c. 16. & c. 7. eo. tit. in 1. comp. Et hanc decretalẽ intelligẽ, prout declarat eam B. Thomas, & ibi Caietanus. 2. 2. q. 87. ar. 4.

† *Credo hũc esse Hadrianum iiij qui proximè præcessit Alexan. iij.*

† *Cap. 17. e. ti. in 1. cõp. Et post concilium Lateran. sub Alex. iij. p. 13. c. 1.*

† *interuenerit.*

EX multiplici.] Primò ponitur querela. Secundò iudicum datio ibi, *Vnde.* Abbas.

CASVS Inter Abbatẽ, & conuentum de Brudeia ex vna parte, & quẽdam presbyterum pro Ecclesia sua ex altera, talis compositio intercessit scripto authentico monachorũ roborata, quod monachi deberent soluere annuatim dictò presbytero, dũ viueret, decimas de blado, & vniuersis leguminib' exceptis minutis decimis, quas eis remisit: postea Abbas impetrauit priuilegiũ, vt de laboribus suis, quos propriis sumptibus excolunt, decimas soluere non teneantur, nulla de cõpositione prædicta mẽtione facta. statim cœperũt excolere suis sumptibus possessiones super quibus cõpositio facta erat, & ea occasione subtrahebant decimas: vnde presbyter cõquestus est domino Papæ super hoc, dicit Papa, quod nõ fuit suæ intentionis per priuilegium prædictæ cõpositioni derogare: quare mandat, quatenus Abbas, & monachi compellantur prædictã cõpositionem seruare, vel cũ ipso presbytero amicabiliter cõuenire, nisi de ipsa cõpositione in priuilegio contineatur expressè. Nota, quod Papa per priuilegium suum non intendit reuocare compositionem, de qua in priuilegio mentio nõ habetur. Item priuilegium veritate tacita impetratum non valet.

b In his enim coniugatis. etiam tonsuratis non gaudet priuilegio. infra de cle. coniu. c. vnico. in fin. *Ioann. And.*

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem.*

k ¶ *Quandiu viueret.*] Hic simpliciter, & purè facta fuit compositio super decimis: ergo de omnibus præsentibus: & futuris intelligendum est: vnde si postea alias possessiones monachi acquisierunt, sub eadem compositione intelliguntur. *j. de priuil. quia circa.*

l ¶ Quie-

a ¶ *Quietas a clamauit*] Arg. rebus nondũ habitis, possit quis renunciare. *ff. de a. quir. hæred. is qui. Arg. contra ff de reg. iur. quis potest.* Solu. non potest quis renunciare iuri, antequam sibi cõpetat, vt ibi dicitur, paeisci tamen potest: vt *ff. de pactis. l. & hæredi* † *si filiusfamilias.* & C. de pact. l. 1. & hic R.

a *Mod° dicende vulgaris talorum, hæc est le chi nuo franche.*

† *Quietas, i. ex antiquis; non quietas, vt in nonnullis recentioribus.*

b *Vide tex. in l. non dubium. & ibi Bar. & glos.* C. de legibus.

¶ *Gloss. seq. arg. in contrarium, & soluit.*

b ¶ *Intentionis.*] Nota secũdũ intẽtionẽ dñi Papæ priuilegiũ fore intelligendũ b, sic etiã rescriptum, quo conceditur beneficium. *s. de præb. c. vlt. & s. de rescrip. mandatum.* Itẽ *arg. quòd Papa per suũ priuilegium, siue rescriptum, non vult facere alicui præiudicium s. de off. ord. licet. & s. de vsu. pal. ex tuarum. & s. de offi. deleg. eo.* & hoc ideo est hic, quia priuilegium illud fuit tacita veritate impetratum: vnde non valuit: quod si dixisset, priuilegium non fuisset cõcessum. *s. de rescrip. super litteris.*

c ¶ *Eadẽ conuẽtionẽ.*] Et ita patet, q̃ conuẽtio põt interuenire in spiritualibus, saltẽ inter Ecclesiasticas personas. *j. eo suggestũ. & c. nuper abbates. & s. de transac. c. 2.* Sed ad ad hoc vt compositio sit perpetua, debet auctoritas Epi interuenire. vt *s. de transf. de cætero. & c. 2.* aliàs erit personalis: vt *s. de transac. veniens.* & hic fuit compositio personalis: quia auctoritas superioris non interuenit: vt patet ex eo, quod dicit *s. quamdiu vixeret.* & sic in vita sacerdotis tantum durauit compositio.

† *Hunc existimo esse B. Thomam Cãtuarieñ. Archiepiscopum, qui circa annũ Christi 1171. pro libertate Ecclesiæ asserenda martyrio traditur sub Ale. iij.*

† Cap. 3. e. tit. in 1. cõpil. *Et post* concil. pa. 33. c. 12.

d ¶ *Contineatur.*] Nã si de cõpositione facta fuisset mẽtio in priuilegiis, & ex certa c sciẽtia, Papa derogasset huic compositioni. *ar. s. de rescript. nonnulli. & j. de capel. mo. ex parte.* Bernardus.

c *Quid operetur clausula, ex certa scientia, tradit latè Antonius Gabrielius li. 6. com mu. conclus. tit. de clausulis. cõclusio. 2.*

Commissum.] Primò ponitur querela. Secũdo iudicis datio ibi, *Et pp̃ter.* Abb.

decimas persoluerent, exceptis minutis decimis, quas idem Presbyter quietas † clamauit a: idem Abbas à nobis priuilegium obtinuit, vt de laboribus, quos propriis manibus, aut sumptibus excolunt, nulli decimas soluere tenerentur: *& infrà.*

¶ Vnde quia non fuit nostræ intentionis b per priuilegium nostrum conuentioni derogare prædictæ: Mandamus, quatenus Abbatem, & Monachos, vt eandem conuentionem c (non obstante dicto priuilegio, nisi de ipsa contineatur d in eo) inuiolabiliter teneant, & obseruent: vel exinde secum pacificè conueniant, appellatione postposita compellatis.

¶ Idem Thomæ Cãtuarien. † Archiepiscopo.

¶ *Monachi tenentur soluere decimas prædiales de prædiis nouiter cultis, de quibus decima prius soluebantur.*

CAP. IV.

Commissum † nobis: *& infrà.* ¶ Peruenit ad nos, quòd Monachi e de Bosse, Ecclesiæ sanctæ Mariæ, in cuius parochia commorantur, decimas ex integro non persoluunt. ¶ Eapropter mandamus, quatenus eos, vt decimas de terris cultis, in quibus olim domus constructæ fuerant, præfatę Ecclesię cum ea integritate f persoluant, qua priusquam in eadem parochia morarentur soluebant persolui, compellas. Et sicut etiam de pascuis g olim decimę persoluebantur, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus absque diminutione persolui.

Casvs. Monachi de Bosse, Ecclesiæ sanctæ Mariæ, in cuius parochia cõmorantur, decimas integrè non soluebant: conquestus est Rector illius Ecclesiæ dño Papæ: vnde mãdat Archiepo Cantuarieñ. quatenus monachos compellat, vt decimas de terris cultis, in quibus olim domus constructæ fuerãt, Ecclesiæ prædictæ cum ea integritate persoluant, quæ prius solui consueuerant, antequam in eadem parochia morarentur: & sicut decimæ olim soluebantur de pascuis, ita & nũc soluantur de eisdem, ad frugum fertilitatem translatis absque diminutione. Nota decimas integrè persoluendas.

¶ *Glos. seq. recotetur per quæstionem.*

e ¶ *Monachi.*] Non dicit hic, de quibus monachis: vnde si intelligis c. de Cisterciẽn. loquitur de possessionib⁹, quas non excolũt suis sumptibus, & laboribus, de quibus soluere debẽt decimas. *j. eo. ex parte.* Vel fortè per subtractionem illarum decimarum parochialis Ecclesia enormiter lædebatur, quod esse non debet. *j. de verb. sign. quid per nouale. arg. C. de prec. impe. offer. quotiens rescripta* d. Si vis intelligere de aliis monachis, planum est, qui decimas soluunt, nisi de noualibus cultis suis sumptibus, & de nutrimentis animalium. *j. eo. ex parte.*

d *Vide de testi. causã 2. super vl. gloss. Ioan. And.*

f ¶ *Integritate.*] Sic *j. eo. c. pr.* & *c. nõ est* & *c. cũ homines.* & *c. tua nobis.* & 10. p. 1. *si quis laicus. ff. de pu. & vect. imperatores.* Ber.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

g ¶ *Pascuis.*] Quæ ergo dicũtur noualia, à quibus oẽs religiosi sunt exẽpti. Dicas, quod illa dicuntur noualia, quorũ nõ erat memoria, quod culta fuissent. *j. de verb. sig. quid per nouale.* & quæ prius erant quasi inutilia, vt mõtana, paludes: vñ parochialis Ecclesia nihil ante percipiebat, vel ita modicum q̃ sine læsione poterat amittere illud. & ita illa pascua non erãt prius inutilia, vel area, siue domus, vnde non deberent dici noualia per c. quid per nouale.

¶ Alexander. iij. Cantuarieñ. Archiepiscopo, & eius Suffraganeis.

¶ *Per excommunicationem cõpellitur quis ad soluendas decimas de molendinis, & aliis hic contentis. c. seq. hoc dicit cum seq.*

CAP. V.

Peruenit † ad nos: *& infrà.* Mandamus, quatenus parochianos vestros monere curetis, & si opus fuerit sub excommunicationis districtione compellere, vt de prouentibus molendinorum h †, piscariarum, fœno i, & lana k, decimas Ecclesiis, quibus debentur, cum integritate persoluant.

¶ Idem Vintonieñ. † Episcopo.

¶ *Summarium est cum præcedenti, & declara, vt in præcedenti dictum est.*

CAP. VI.

Nuncios † : *& infrà.* ¶ Mandamus, quatenus parochianos tuos de apibus l, & de omni fructu decimas persoluere Ecclesiastica districtione compellas.

¶ Idem Exonieñ. † Episcopo.

¶ *Decima fructuum, statim cum collecti, solui debet, non deductis expensis.*

CAP. VII.

Cum † homines de Hortona de frugibus nouem partibus sibi retentis, decimam Ecclesiæ: cuius parochiani m sunt, sine diminutione soluere tenẽtur: & antequam id faciant, seruientibus, & mercenariis suis, de frugibus non decimatis n, debita totius anni pro seruitio suo impendant, tunc demum de residuo decimam persoluentes: Mandamus, quatenus eos cogatis, vt decimam statim † fructibus collectis o persoluant,

Peruenit.] Capitulum istud, & sequens per se patent.

h ¶ *Molendinorũ.*] Etiãsi sit ad ventum. *j. eo. ex transmissa.* Ber.

i ¶ *Fœno.*] De omnibus enim, quę iustis homo acquirit, debet soluere decimas. *j. eo. ex transmissa.* & de venatione, & de militia 16. q. 1. *decimas.* & q. 7. *quicunq.* B.

k ¶ *Lana.*] In pecudũ fructu lac lanaq; fœtus habetur. *ff. de vsur. l. in pecudum. & instit. de re. diui. §. in pecudum.*

Nuncios.] l ¶ *De apibus.*] Et omni fructu licitè acquisito. *j. eod. ex transmissa.* siue de animalibus. *s. c. prox.* siue intuitu prædiorum, siue intuitu personæ. *s. de paroch. c. vlt.* & *j. eod. pastoralis.* Ber.

Cum homines.] Primò ponit factum reprehensibile. Secundo corrigi mandat ibi, *Mandamus.* Ab.

Casvs. Homines de Hortona tenẽtur soluere decimas parochiali Ecclesię: sed antequam id faciant, de fructibus non decimatis, satisfaciunt seruientibus, & mercenariis suis p debito totius anni, & de residuo decimas persoluunt, mandat Papa, vt statim collectis fructibus ante aliquam deductionem decimam soluere compellantur, & de subtractis satisfaciant competenter. Nota decimas persoluendas ante aliquam deductionem.

† Cap. 2. eo. ti. in 1. cõp. *Et post concilium* p. 4. c. 2. *Vide B. Thomam,* 2. 2. q. 86. ar. 2. *concilium Trident.* sess. 25. de refor. c. 12.

† *Vide, quod dicit Bar. in* l. si manifestè. C. de serui. & aqua. & in l. 1. ff. de aqua plu. arcen.

† *Vitoriẽn.*

† *Vuintonien.*

† Cap. 18. e. ti. in 1. cõpi. *Et post concilium* p. 4. c. 3 *vbi integra clausula. adde B. Thom. superiorib. citatum.*

† Cap. 2. eo. ti. in 1. cõp. *Et post concilium* p. 4. c. 4 *& vide* B. *Tho.* 2. 2. q. 87. art. 2. ad 4. *argumentum.* *& Guidonẽ Papa decisio. 383.*

† *statim de fructibus, &c.*

m ¶ *Parochiani.*] *Ar. decimas esse dandas illi Ecclesiæ*, vbi quis accipit Ecclesiastica sacramenta, etiam prædiales: tamen contrarium est verum, quod prædiales potius dari debent illi Ecclesiæ, in quibus territorio sita sunt prædia. *s. e. prox. c. vlt.* nisi consuetudo in contrarium esset, *j. eo. cum sint homines.* Bern.

n ¶ *Non decimatis.*] De omnibus enim satis. & plantatis, & de omnibus fructibus possessionum, & animalium, & omnibus fructibus ratione prædiorum prouenientibus, nullis expensis deductis decimæ sunt soluendæ. *j. eo. non est in potestate & c. tua nobis.* De his vero, quæ proueniunt ex negotiatione, & artificio, deducendæ sunt expensæ, & de residuo persoluenda decima. *j. eo. pastoralis.*

¶ *Glo. seq. quærit & soluit.*

o ¶ *Fructibus collectis.*] Id est, quã citius, & competentius solui possunt: quia tardiùs dare peccatũ est. 16. q. 1. *decimas.* & qui nõ facit statim, in mora intelligitur. vnde periculũ decimarũ ad ipsam spectat. *ff. de lega. 1. cum res. §. vlt.* & *s. de commo. c. vnico.*

Sed

† *Debemus si obtulit illa creditoribus, quae recusant sine iusta causa de recipere, si perdet illa sine culpa dolo malo exceptio, natum est, tamen si aliquando interpellatus non solvisset. Ioan. And.*

Sed quid si sacerdos tunc recipere noluerit? non est periculū illius. *ff. de solu. qui decem*[a]. si tamen postea sacerdos voluerit recipere, tutus incipit esse rusticus in mora. *ff. de actio. emp. & vendi. si per emptorem §. quod si. cod. ff. de usu. oper. num. prætor. §. penult. ff. quar. leg. l. 2 § ulti.* semper enim posterior mora nocet ei, per quem fit. *ff. de peri. & commo. rei. vendi. illud. ff. de usur. debitor.* Alt.

a ¶ *Dignam satisfactionē.* S. c. 16. q. 7. *quicumque. & c. omnes decimæ. & q. 1. si monachorum.*

D*ilecti.*] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Unde.* Abbas Sicul.

Casus. Monachi de Neuclen. habebant priuilegiū de non dādis decimis de terris, quas colunt suis sumptibus: ipsi conducebant prędia aliorū in parochia monachorū sanctæ Crucis, de quibus prędiis monachi sanctæ Crucis percipere decimas consueuerunt, de quibus in magna parte sustentationem habebant: & occasione priuilegij prædicti decimas non soluebant monachis sanctæ Crucis, de prędiis conductis: unde cū ipsi monachi enormiter grauarētur, conquesti sunt dño Papę: unde scribit eisdem monachis de Neuc en. dicens, quod non fuit intentio prædecessorum suorum, ut de possessionibus, quas conducunt, decimas nō persoluant: quare mandat eisdem, ut de prędijs conductis, monachis prędictis integrè decimas persoluant, vel cum eis amicabiliter conueniant. Nota priuilegia sic intelligenda, ut intellexit auctor ipsorum. Item priuilegia non sunt amplianda, quia sunt odiosa.

† *Neuolo.*
† *Neruolo.*
† *Neuolo.*
† *Neuolo.*
† *Neuclesia.*
† Cap. 6. com. in 1. cōp. *& post compilationem* p. 13. c. 2.
† *ad firmam, id est, ad certam pensionem, sicut in locatione, ut notatur in c. vestra.* S. de locato.
† *conduxeritis*
† *Dolon.*
† Cap. 9. com. in 1 cōp. *& post compilationem Lateran. sub Alex.* 19. p. 13. c. 34.

atque de subtractis, & retentis dignam satisfactionem[a] exhibere procurent.

¶ Idem Monachis de Neucleñ. †

¶ *Priuilegiati super decimis nō soluendis de his prædiis, quæ ab aliis conducūt, decimā soluere tenentur.*

CAP. VIII.

Dilecti † filij Abbas, & fratres sanctę Crucis, sua nobis conquestione monstrarunt, quòd prędia, unde decimas, & in magna parte sustentationem consueuerunt habere, à plerisq; Laicis conduxistis[b], & recepistis ad † firmam. Unde quoniam iidem fratres ex hoc grauantur enormiter[c], néc fuit intentionis[d] nostrę, aut antecessorum nostrorum, ut de possessionibus, quas conduxistis †, decimas non soluatis: Mandamus, quatenus de prędiis, quę conduxistis in parochiis suis, de quibus consueuerunt decimas percipere, plenariè soluatis eisdem, vel cum ipsis amicabiliter componatis[e].

¶ Idem Abbati, & fratribus Doloñ. †

¶ *Reuocatur priuilegiū, si ex postfacto incipit enormiter nociuū esse.*

CAP. IX.

Suggestum † est ex parte vestra, quod Abbas, & fratres monasterij de Vrsiñ decimas à vobis auferre conantur: *& infrà.* ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus cum prædicto Abbate, & fratribus, super ipsis decimis componatis: nam quando Romana Ecclesia ordini vestro priuilegia[f] de decimis dederat, ita erant raræ Abbatiæ vestri ordinis, quòd exinde nulli poterat de iure scandalum suboriri: sed nūc in tātum augmētatæ sunt, ac possessionibus ditatæ, quòd multi viri Ecclesiastici de vobis apud nos querelam † sæpe proponunt[g].

¶ Idem Terraconeñ. † Archiepō.

¶ *Cistercienses, Templarij, & Hospitalarij decimā prædiorū suorum, quæ proprijs manibus, aut sūptibus excolūt, soluere nō tenētur: alij verò religiosi non soluunt decimas de hortis, & nutrimentis animalium, nec de nouali[b]us, quæ proprijs manibus, ac sumptibus excolunt.*

CAP. X.

Ex † parte tua ad nos noueris peruenisse, quòd albi Monachi, & nigri, & quidam † alij religiosi, Ecclesias tuæ iurisdictionis reditibus decimarū occasione priuilegiorum, quæ sibi Romana indulsit Ecclesia, spoliare præsumunt. ¶ Sanè nolumus te latere, quod prędecessores[h] nostri ferè omnibus religiosis, decimas laborū suorū[i] concesserant †. Sed prædecessor noster Hadrianus, solis fratribus Cisterciensis † ordinis, & Tēplariis, & Hospitalariis deci-

¶ *Glos. seq. recte per obiectionem, & solutionem.*

b ¶ *Conduxistis.*] Si propria non sufficiunt, licitum est clericis conducere aliena prędia, ut hic patet: & in *Auth. de san. epi. §. aliud. coll. 9.* & sic non obstant, quę consueuerunt signari pro contrarius. *j. ne cleri. vel mo. c. 1. 2. & 3. & 86. dist. peruenit.* Bern.

c ¶ *Enormiter.*] In hoc casu perditur priuilegium. *j. c. prox. & j. de verb. sign. quid per nouale.*

d ¶ *Nec fuit intentionis.*] Fortè habebant isti etiam monachi priuilegium, ut de laboribus suis decimas non darent: sed istud priuilegiū Papa non vult extendi ad conductitias possessiones: & sic debet considerari scribentis intentio. *s. de rescriptis. mandatum. & c. ad aures. & s. de prabend. ca. ult. & c. cùm causam. 35. q. 5. quod scripsi.* & *s. c. 3.*

e ¶ *Componatis.*] Et sic compositio bene potest fieri super decimis. De hoc dixi. *s. eo. ex multiplici.*

S*uggestum.*] Communis diuisio, consultatio, & responsio. Secunda pars ibi, *Discretioni.* Abbas Siculus.

Casus. Abbas, & fratres Doloñ. monasterij conquesti sunt Dño Papæ, quod cùm ipsi habeant priuilegia de non dandis decimis, monachi de Vrsiñ. decimas auferre conātur ab eis cōtra tenorē priuilegiorum suorum. Unde mandat Abbati, & fratribus, ut super decimis illis componant: quia qñ Romana Ecclesia ordini illorū priuilegia de nō dandis decimis cōcessit, ita erant rarę abbatię illius ordinis, quod nulli poterat de iure scandalū suboriri: sed modò intantum sunt augmētatæ, & possessionibus ditatę, quod multi viri ecclesiastici de ipsis proponunt querelam. Nota, quod super decimis cōpositio fieri pōt inter ecclesiasticas personas. Item si priuilegiū ex prece factum incipiat enorme detrimentum inferre reuocandum est priuilegium.

¶ *Glo. seq. arg. alleg. 3. aura. & duo alleg. in contrarium, & soluit dans regulam, & quinque casus.*

f ¶ *Priuilegia.*] *Arg. quod secundùm diuersitatem temporum, & varietatem rerum priuilegia sunt varianda. arg. 63. dist. cap. quia sancta. §. verum. & j. de consan. & affi. non debet. 12. q. 1. videntes.* Sed cōtra: quia priuilegia perpetua firmitate cōstare debēt. *25. q. 2. c. 1. & 2.* Sol. quod ibi dicitur, verū est, & generale, quod perpetua sunt, & immutabilia: sed quod ibi dicitur, casuale est: & causa noua superueniente bene perditur[b] priuilegium: putà si quis abutatur priuilegio. *11. q. 3. priuilegium. & 74. dist.* ubi illa didicisti. Item propter delictum ciuium perditur priuilegium. *25. q. 2. ita nos.* Item per negligentiam spatij x. anno. *ff. de nundi. l. 1.* Item per contrariū factum. *s. de praben. pro illorum. & s. de consti. cùm accessissent. & j. de priuil. si de terra.* Item cùm enorme præiudicium alij inducit: ut hîc. & *j. de verb. sign. quid per nouale. & supra c. prox.*

Additio. Unde versus:

Indultum tollit contēptus, crimen, abusus:
Oppositum factum, dānum, tempus variatum.

g ¶ *Querelam sæpe proponunt.*] Ubi enim priuilegium ex postfacto recidit ad iniquum compendium, principis est æstimatio. *ff. de reg. iuris* Neratius in fi. quia beneficia principalia ipsi principes solent interpretari. *ff. de vul. sub. ex facto.* simile *63. dist. c. quia sancta. §. verùm.*

E*X parte.*] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Sanè.* Abbas Siculus.

Casus. Quidam monachi albi, & nigri, occasione priuilegiorū, quæ super non dandis decimis sibi concessit Romana Ecclesia, spoliare prçsumebant ecclesias iurisdictionis Terracoñ. Archiepiscopi, unde ipse significauit hoc domino Papę. & ipse rescribit ei dicens, quod prædecessores Alexādri ferè omnibus religiosis concesserunt decimas de laborib. suis, sed Hadrianus postmodum fratrib. Cisterciensis ordinis, Templariis, & Hospitalariis decimas laborum, quas propriis manibus, & sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum & de hortis, & de nouatibus suis, quas propriis manibus, & sumptib excolunt, & aliis, concessit, ut decimas non persoluant: & Alexander super hoc imitatus est Hadrianum: unde pręcipit, quòd illi quib. hoc indultū est, occasione decimarum, de aliis reb. ecclesiarum suarum decimas subtrahere non præsumāt, vel sibi aliquid ulterius vendicare. Nota, quòd priuilegium non debet ad aliud extendi, quàm ad ea, quæ continentur in ipso.

h ¶ *Prædecessores.*] Scilicet Paschalis ij & Gregorius. *16. q. 1. de decimas. 12. q. 1. quia tua.*

¶ *Glo. seq. tractat tria tempora circa decimas monachorum primitiuorum, Paschalis, & Hadriani, & ultimò 4. casus excipit.*

i ¶ *Laborū suorū*] Hoc intellige de propriis possessionibus, & nō de cōductis ad firmā. *s. eod. dilecti.* Quia vero de decimis monachorū variè loquūt iura, ideo nota, quod monachi in primitiua ecclesia decimas dabāt de prædiis, & laborib. suis, tāq laici. *ar. 16. q. 1. alia causa. & c. generaliter. & 12. q. 2. duo in fi.* usque ad tempus

† *querimoniam.*

b *Adde, quod rescindat priuilegium per Oldradum cons. 96 adde Iasonem in l. fin. de cōstit. prin. & Felinum in c. cùm accessissēt. s. de cōstit.*

† *Turon.*
† *Terrascō.*
† Cap. 10. com. in 1. cōp. *& post compilationem* p. 13. c. 5. *& de intellectu vide Cranettam. in l. 1. ff. de leg. 1.*
† *quidam alij viri religiosi, &c.*
† *concesserunt.*
† *De cisterciensibus & aliis hic nominatis vide plenè per Cassaneum in catalogo gloria mūdi p. 4. co. 1. vid. 58. & 65. & p. 9. consid. 4.*

c *Quidam reprehēdūt vt Gu. hanc concor. & 2. seq. decretes, quod non faciunt. tamen dic, quod bene faciunt. prima enim probat exponendo: vt ibi no. monacho 3. decimam. secunda probat monachos laicos teneri ad decimas. Ioan. And.*

ad tempus Paschalis ij Posteaverò idem Paschalis, & cōciliū Mogontinum statuerūt, ꝙ nec monachi, nec religiosi, nec aliqui cōmuniter viuentes, decimas de suis laborib. soluerent. 16 *q. 1. quæst. & c. decimas.* Tempore verò procedente Hadrianus Papa solis Cisterciēñ. Hospitalitatis, Hierosolymitanis, seu Teplariis cōcessit hoc priuilegiū, vt de laborib. suis, quos ꝓpriis manib. excolunt, decimas soluere non tenerent. Aliis verò monachis cōcessit decimas tantum de noualibus, q̄ colunt suis manibus, & de hortis, & nutrimentis animalium suorum, vt hic dicitur, & sic modò seruatur. Et ita est tenendum, ꝙ Cister. Téplarij, & Hospitalarij decimas de suis possessionibus, quas suis laboribus excolū, soluere non tenentur: vt hic dicitur, & in duobus prox. c. seq. nisi pacto ad hoc teneantur. *s. eo. ex multiplici.* vel nisi parochialis Ecclesia enormiter lędetur. *s. eo. dilecti. & c. suggestum & j. de verb. sig. quid per nouale.* vel nisi soluendo renunciauerint priuilegio suo. *j. de priu. accedentibus. & c. si de terra.* Et hæc, quæ dicta sunt, vera sunt de monachis, qui populum non regunt, sed si monachi habēt populum, bene possunt recipere decimas ꝑsonales, & prędiales. *16. q. 1. moderamine.* Hodie verò Abbates Cisterciēñ. & alij, qui simili gaudēt priuilegio, de possessionibus, quas acquisierūt post concilium generale, vel de cætero acquirent, soluere tenentur decimas. *j. eod. nuper.* Tanc.

† Cap. 11. e. ti. in 1. cōp. & *post concil. p. 13. c. 6.*

† Cap. 13. e. ti. in 1. cōp. & *post concil. Laterā. sub Alex. 19. p. 13. c. 8. Et Couarruuiam* l. 1. varia. resol. c. 17. nu. 3.

mas laborum suorū, quos propriis manibus, vel sumptibus colunt, indulsit: cæteris verò, vt de noualibus [a] suis, quæ propriis manibus, vel sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis decimas non persoluant: quem sumus super his imitati. Quare hi, quibus hoc indultum est, hac occasione decimas de aliis rebus Ecclesiæ suæ nō possunt subtrahere, vel sibi aliquid vlterius vendicare.

¶ Idem.

¶ Priuilegiū super decimis laborū non extenditur ad terras, quæ alijs traduntur excolenda.

CAP. XI.

Licèt † de benignitate sedis Apostolicæ sit vobis indultum, vt de laboribus, quos propriis manibus [b], vel sumptibus colitis, nemini decimas soluere teneamini: propter hoc tamen non est licitum vobis, decimas de terris vestris subtrahere, quas aliis traditis [c] excolendas.

¶ Idem.

¶ Priuilegium super decimis laborum, etiam ea, quæ non sunt noualia, comprehendit.

CAP. XII.

AD † audientiam nostram: *& infrà.* ¶ Illud priuilegij capitulum, praua quidam interpretatione [d] peruertentes, quo Cisterciensibus indulgetur, ne de laboribus, quos propriis manibus, aut sumptibus excolant, aliquis decimas ab eis exigat: asserunt [e], quòd pro laboribus noualia intelligi debent: *& infrà.* ¶ Mandamus, quatenus non permittatis hoc fieri: nam si intelligeremus [f] tantummodo de noualibus, vbi ponimus † de laboribus, de noualibus poneremus.

¶ Idem Brixieñ. Episcopo.

¶ Decimæ noualium debentur Ecclesiæ, in cuius parochia surgunt: si verò non sunt in certa parochia, debentur diœcesano qui potest sibi retinere, vel alteri Ecclesiæ concedere.

CAP. XIII.

QVoniam † à nobis solicitudo tua requirit, quid de decimis noualium tuæ diœcesis tibi sit statuendum: Respondemus, vt si terræ, quæ arabiles sunt, infra certam alicuius Ecclesiæ parochiam [g] fuerint, decimas earum (tua parte [h] retenta) eidem Ecclesiæ [i] facias assignari: Alioquin ipsas secundum discretionem à Deo tibi datam, alij † Ecclesiæ deputare, vel ad opus tuum poteris retinere.

¶ Idem Remensi † Archiep̄o.

¶ Decimæ possunt exigi.

CAP. XIV.

PArochianos: *& infrà.* ¶ Cùm decimæ non ab homine, sed ab ipso Domino [k] sint institutæ: quasi debitum [l] exigi possunt.

¶ Idem Ambianeñ. † Ep̄o.

¶ Decima Laico, iure hæreditario concedi non potest.

a ¶ *De noualibus.*] Quid sit nouale, dicitur *j. de verb. sig. quid per nouale. & j. de priuileg. c. vlt.*

Licet.] Casus. Religiosi, quibus concessum est, vt de laborib. suis, quos propriis manibus, aut sumptib. excolūt, decimas non persoluant, si possessiones suas aliis tradunt excolendas, decimas de illis soluere tenentur Ecclesiis parochialibus, in quibus priuilegium locum non habet.

b ¶ *Proprijs manib.*] Et sic loquitur de Cisterciēñ. Templariis, & Hospitalariis, quibus hoc priuilegium concessum est [a]. *s. eod. c. prox.* Bern.

a *Idem tamen in quibuscunque alijs, etiam nō religiosis, quib. idē competeret ex speciali priuilegio, licèt non in corpore iuris clauso. Ioan. And.*

c ¶ *Traditis.*] Ad hoc enim non extenditur priuilegium, nec ad illas, quas conducunt ab aliis ad firmam, *s. eo. dilecti.* Et sic priuilegium intelligitur de propriis possessionibus, quas colunt propriis sumptibus.

AD *audientiam*] Primò ponit prauam interpretationem, quam secundò reprobat ibi, *Mandamus.* Illud c. emanauit ad declarationem *c. ex parte s. eo.*

Casus. In priuilegiis Cisterciensium cōtinet. ꝙ de laboribus, quos propriis manibus, aut sumptibus excolunt, decimas non persoluāt: quidam malitiosè interpretantes verbū illud, de laboribus, dicūt, de laboribus, id est, de noualibus: verbum illud ad noualia restringētes: peruenit hoc ad notitiā domini Papę: vnde mādat, quatenus prælati hoc de cętero fieri non permittant. si enim Papa intellexisset de noualibus, vbi posuit de laboribus, posuisset, de noualibus. Nota, ꝙ priuilegium principis malitiosè non est interpretandum. Item non est recedendum à forma verborum

d ¶ *Interpretatione*] Et malè. quia priuilegiū principis largissimè interpretandū est. *j. de verb. sig. olim. s. de do. cùm dilectis, & C. de ben. qualiber. cum multa in fi. ff. de consti. prin. l. vlt. & ff. de re iud.* quidam consulebant & infamiam iuris incurrit, q priuilegium principis strictè interpretatur. *C. de leg. l. 2.* & verba calumnianda non sunt. *ff. ad exhi. l. penult.*

e ¶ *Asserunt.*] Et malè: quia si verbum esset ambiguum, latissima esset interpretatio facienda. *ff. de consti. prin. beneficium.* vel ipse idē princeps deberet suum priuilegium interpretari. *C. de leg. l. vlt. & j. de sen. excom. inter alia. & s. de iudi. cum venissent. 11. q. 3. q. §. ex his.* & priuilegium aliquid debet concedere: aliàs inutile esset. *j. de priuilegiis. in his.*

† *possumus.*

† *Vide* l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. causis. ma. & l. 3. de offic. pręsid.

f ¶ *Intelligeremus.*] Arg. quod à forma verborum sine certa scientia non est recedendum. *31. dist. omnino. ff. de legat. 3. non aliter. & 31. q. 1. §. quomodo virginibus. C. de cad. toll. l. vnica. §. si verò. & de consec. dist. 4. quis presbyter. & supra de transla. inter corporalia. & C. de proc. eius qui libertatē meruit l. vnica 18. q. 1.* sic enim. ver. cū verò dicit, *ego dico, non dominum.*

† Cap. 25. e. ti. in 1. cōp. & *post concilium Lateran. sub Alex. lij. p. 50. c. 40.*

QVoniam.] Primò ponitur consultatio. Secundò respōsio ibi, *Respondemus.* in qua distinguit. Secundum membrum prosequitur ibi, *alioquin.* Abbas.

† *alij Ecclesiæ, &c.*

Casus. Episcopus Brixieñ. quęsiuit à domino Papa, quid de decimis noualium suę diœcesis sit statuendum? Respondet Papa, quod si noualia illa sunt infra certā parochiam alicuius Ecclesiæ, decimas illas faciat assignari illi Ecclesiæ, sua parte sibi retenta: si verò non sunt infra certam parochiam, de illis disponat, prout sibi placuerit. Nota, ꝙ decimę noualium illi Ecclesię dari debent, in cuius parochia surgunt noualia, alioquin in dispositione sunt Episcopi.

† *post concilium* p. 26. c. 21. *deest inscriptio.* c. 26. in eo. tit. in 1. cōp. *Vide beatū Thom. 2. 2. q. 87. ar. 2. & omnino concilium Trid.* sess. 25. de refor. c. 12.

† *Abienen.*

† *Ambianen.*

¶ Glo. seq. quærit, & soluit.

g ¶ *Parochiam.*] Quid si sint insulę? Cōsiderandum est, cui prouincię adhęreant, & de illa prouincia sunt, & ibi debent decimas, & ibi iudicentur. *ff. de iudi. insula.*

¶ Glo. seq. signat contrarium, & remittit.

h ¶ *Tua parte.*] Eandem quam de antiquis percipis, & nō maiorē: quia nō debent in his duplici iure censeri. *12. q. 2. cognouimus. & j. eo. cùm in tua. & j. de censi. Ecclesiæ.* hęc est quarta. *10. q. 3. vno.* Vel intellige secundū diuersam cōsuetudinē locorum. *s. de sepul. certificari. Arg. contra j. eo. cum contingat.* vbi dicitur, ꝙ de iure communi ad parochiales Ecclesias pertinet perceptio decimarum, & ibi soluitur.

¶ Glo. seq. obijcit, & soluit.

i ¶ *Eidem Ecclesiæ.*] Sed nonne dabuntur, vbi coloni recipiūt spiritualia. *16. q. 1. quæst.* Rńdeo, non: quia decimæ, & tributa dantur ratione prędiorum, & non personarum. *ff. de publ. & vectig. imperatores. 16. q. 1. si quis laicus,* & *c. decimæ.* & *ff. de cēsi. forma censualis §. si verò quis.*

PArochianos.] Littera per se patet.

k ¶ *Domino*] Vt *16. q. 1. reuertimini. & c. decimæ sunt 16. q. 7. omnes decimæ.*

l ¶ *Quasi debitum.*] Istud, quasi, non est similitudinarium, sed expressiuum veritatis, sicut illud: quasi vnigeniti à patre. & ex debito requiruntur. *j. eo. tua nobis. & 16. q. 1. decimas. & c. statuimus. & 13. q. 2. qui oblationes.*

a ¶ *Ad*

Ad hac.] Primò recitat factum, quod secundò reuocari mandat ibi, *Quoniam*. Abbas.

Casvs. Quidam Abbas fecit donationem de quadā decima cuidā laico, & hęredibus eius: quęritur, an talis donatio teneat? Rndet Papa, quia sanctuariū Dei hęreditario iure possideri non debet, mādat Epo diœcesano, quatenus donationē viribus carere decernat: & nisi laicus ille decimā ipsam ipsi Ecclesię liberè resignauerit, ipsum excommunicet. Not. quòd in spiritualibus successio locum habere non debet.

a ¶ *Santuarium.*] 8. q. 1. *Apostolica.* & j. *de iure par. consuluit.* Bern.

b ¶ *Resignauerit.*] Et ita laicus decimas possidere non potest. 16. q. 7. c. 1. & s. *de prascr. causam qua.* & sic in feudum dari non possunt de nouo. De hoc dicitur. j. *eo. quamuis.* & ideo si nō restituat, debet excōmunicari.

De terris.] Casvs. Quęrebat, vtrum Iudęi cōpellendi sint ad decimas persoluendas? Rndet Papa, quod compellendi sunt ad decimas persoluēdas, vel possessiones penitus dimittēdas, n. hac occasione iure suo ecclesię valeant defraudari.

c ¶ *Persoluendas.*] Is enim, ad quē spectat fructuum perceptio, fructuum onera subire compellitur. *ff. de vsu. fru. si pendentes.* §. *pen.* & *l. hactenus.* & *ff. de pac. inter debitorem.* & *ff. de censi. forma.* §. *si verò quis.* & ita ratione prędiorum soluere debent decimas, & non ratione personarum: quia non sunt de corpore ecclesię, vnde personales decimas non persoluunt.

d ¶ *Compellas.*] Prout traditur. j. *de vsu. post miserabilem.* & c. *quanto.*

Quamuis] Primò ponit factum reprehensibile. Secundò pœnam ibi, *Statuimus*. Abbas.

Casvs. Quidam laici vsurpant sibi in rebus ecclesiasticis, quę ad sacerdotes noscitur pertinere, quod quidem graue nimis est, & dignum pœna diuini iudicij: & maiorem etiam incurrunt formidinem, quia ipsi fomitem sui erroris in clero inueniūt, ex eo quod quidā prelati cōcedūt decimas ecclesiasticas laicis disponendas, vnde impellunt eos in promptū periculū: cū potius eos ad viam virę debeant perducere: & ideò statuit Papa, vt si quis prelatus alicui remanēti in sęculo concesserit decimā, vel ecclesiam, vel obligationem, à statu suo remoueatur, sicut arbor, quę est inutilis, donec emendet, & satisfaciat. Nota, quod laico nulla spiritualis administratio concedi debet.

e ¶ *Disponere.*] Quod omnino eis nō licet: quia de reb. ecclesiasticis nulla est laicis attributa potestas. 96. *dist. bene quidem.* 16. q. 7. *laicis.* & s. *de instit. ecclesia.* & s. *de reb. eccl. non alie. cum laicis.* & 80. *dist. quoniam in quibusdam.* & c. *indicatum.* & tales laici excommunicandi sunt *16. q. vlt. nullum laicorum.*

¶ *Glo. seq. quarit, & soluit, quatuor rationes inducēs, & vnā simile demū solutionē declarat, & antiquā permissionis causā reddit.*

f ¶ *Concesserit.*] Laici enim decimas sine peccato nō possunt retinere 1. q. 3. *peruenit.* & j. *eo. prohibemus.* Sed nunquid possunt dari laicis in feudū? Dicendū est, quod non: quia decimę sunt cibus in domo domini, 16. q. 1. *reuertimini.* & q. 7. *decimas.* debēt eis dari, à quib. spiritualia recipiūtur, 13. q. 1. *ecclesias.* §. *his ita.* & prętereà feudum transit ad hęredes, sed decimę non. s. *eo. ad hac.* & ita laicis cōcedi non possunt in feudum: quia eas possidere non possunt. s. *de prascr. causam qua.* & 16. q. 7. c. 1. & 8. q. 3. §. *potest in ver. Item decima Deo mandante, &c.* & hoc ideo, quia dant intuitu diuini obsequij. 13. q. 1. c. *ecclesias.* §. *his ita.* & 16. q. 1. *quast.* & s. *eo. nouum* & j. *eo. tua nobis.* vnde in laicum cadere nō possunt, sicut nec ius eligendi. s. *de elect. sacrosancta.* & c. *Massana.* Fructus verò decimarum bène possunt concedi laico ex causa ad tēpus vitę suę: sed nō in feudum. s. *de loc.* c. 1. quia etiam possent vēdi ad tēpus. j. *ne prala. vices suas.* c. *vlt.* Sed ius percipiēdi quod est merè spirituale, non potest eis in feudū dari, vel etiā ad tēpus concedi, in omnibus prędictis. Et est simile, cū diximus vitulum, fructum vaccę demonstramus, non ius sed corpus. *ff. de euict. vacca.* & sic hodie decimę in feudum dari non possunt, sicut nec alia feuda. s. *de feud.* c. 1. Et ea fuit causa, quare olim anti quis tēporibus dabant in feudum laicis, & et alia feuda. vt videlicet defenderent ecclesias ab hęreticis, & ab aliis oppressoribus: postea verò cū ea cessauit, nō fuerunt cōcessę, immo expressè sunt prohibitę, quia sine peccato laici non possunt eas retinere. s. *de his, qua fiūt prala. sine consen. cap. c. cum Apostolica.* & j. *eo. prohibemus.* Et decimas ab antiquo concessas adhuc possident laici, & eorū successores: & nō si aliqua noualia cōsurgunt, in decimatione nō meretur eis. j. *eo. tua nobis.* per rationem, quę ibi redditur in fi. Ber.

g ¶ *Succidatur.*] i. suspēdatur, vt innuit litera sequēs: donec, &c. vel succidatur; id est, deponatur. & hęc expositio probatur 23. q. 4. *ipsa pietas.* sed primum verius videtur.

Cap. XV.

Ad † hęc donationem decimę, quam Abbas sancti S. de Monstrali[a] cuidam Laico concessit per successionem tenendam: (Quoniam sanctuarium[a] Dei iure hęreditario possideri non debet) viribus carere decernas: & Laicum (nisi decimam ipsam ipsi Ecclesię liberè resignauerit[b]) vinculo excommunicationis astringas.

¶ Idem Marsilien. † Episcopo.

¶ *Iudai cogūtur pro talibus decimas soluere, aut pradia dimittere.*

Cap. XVI.

De † terris, quas Iudęi colunt, tuę prudentię respondemus, vt eos ad decimas persoluendas[c], vel possessiones penitus renunciandas, cum omni districtione compellas[d]: ne fortè occasione illa Ecclesię valeāt suo iure fraudari.

¶ Idem.

¶ *Decima, vel oblationes Ecclesia, Laicis cōcedi nō possunt, & Pralatus contra faciens est puniendus.*

Cap. XVII.

Quamuis † sit † graue nimis, & diuini dignum animaduersione iudicij habeatur, quòd Laici quidam, quod Sacerdotum est, in Ecclesiasticis reb. vsurpant: maiorem tamen incurrunt formidinē, quod fomitem sui erroris dicuntur in ipso clero aliquotiens inuenire, dum quidam Prelatorum Ecclesię decimas, & Ecclesias disponere[e] eis indulgent, & eos in deuia mortis impellunt, qui prędicatione eorum ad viam vitę fuerant reuocandi: *& infrà.* ¶ Statuimus, vt si quis alicui Laico in sęculo remanenti, Ecclesiam, decimam, oblationémque concesserit[f], à statu suo, sicut arbor, quę inutiliter terram occupat, succidatur[g], & donec emendet, dolore suę iaceat ruinę prostratus.

¶ Idem.

¶ *Statur consuetudini, an colonus soluat decimam Ecclesia, in cuius parochia sita sunt pradia; an ecclesia, vbi audit diuina, & percipit Ecclesiastica sacramenta.*

Cap. XVIII.

Cvm † sint homines in parochia vnius Ecclesię (sicut asseris) qui terras in alia parochia excolunt, tua discretio nos consuluit, cui Ecclesię de terris illis decimas soluere debeant: *& infrà.* ¶ Sanè non est nobis facile[h] super hoc certū † dare respōsum: cùm auctoritates sanctorum Patrū etiam sint diuersę[i]. Et ideo in huiusmodi dubitatione ad consuetudinē[k]

Cvm sint.] Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, *Sanè.* Abbas.

Casvs. Aliqñ cōtingit, quod morantes in vna parochia, excolūt terras in alia, quęritur, cui Ecclesię decimę sint reddendę? Respōdet Papa, quod super hoc non est facile dare responsum, cū auctoritates sanctorum Patrum sint in hoc diuersę: vnde in talib. recurrendum est ad cōsuetudinem, & videndum, vtrum illę ecclesię in vno sint epatu, vel diuersis epatib. cōstitutę: quia graue, & difficile foret, si vna ecclesia in alio epatu reci peret decimas, cùm ex hoc fines epatuum viderētur cōfundi. Not. quod in decimis cōsideratur cōsuetudo. Item decimę in parochia alterius prescribi nō possunt, vt colligitur hic: ne fines episcopatuum, vel parochiarum confundantur.

h ¶ *Non est nobis facile.*] Quia quod à sanctis Patribus nō est diffinitum, nec nos diffinire debemus. 1. q. 5. *consuluisti.* & quod Apostolus non diffiniuit, nec nos diffinire debemus. 13. q. 1. *quod si dormierit.*

¶ *Glo. seq. recitatur per quastionem, qualis erat ista diuersitas.*

i ¶ *Diuersa.*] Nō tamē aduersę. sic. s. *de his qua fiunt à prala. sine cōsensu cap. c. cùm Apostolica.* Quidam enim ibi dicunt dādas esse decimas, vbi recipiunt ecclesiastica sacramenta. s. *eo. nuntios genim.* & 16. q. 1. *quast.* Alij dicunt, quod ibi debent dari, vbi prędia sita sunt. s. *eo. quoniam.* & s. *de paro.* c. *vlt.* & 16. q. 1. *si quis laicus.* Sed facile est soluere[b] hanc diuersitatē: ibi debēt dari personales decimę, vbi quis recipit ecclesiastica sacramenta: & si habet prędia in alia parochia, ibi debet dare decimas illorum prędiorum: vt s. *eo. prox.* c. *vlt.* & j. *eo. ad Apostolica.* Si habet prędia in eadem parochia, vbi audit diuina, ibi debet dare decimas prędiales, & personales: & sic diuersitas illa potest intelligi, nisi consuetudo prescripta sit contraria: vt dicit hic. Bern.

k ¶ *Ad consuetudinē.*] Nota, quod in decimis psoluendis cōsuetudo attenditur. sic j. *eo. ad Apostolica* & *cum aliquib.* in fi. Et intelligo, quod illa cōsuetudo sit prscripta, per quam iuri communi pręiudicatur, quę est optima legum interpres, alias non credo locū habere consuetudinem, vt s. *de censib. cum dilectus*

Margin notes (left):

† Cap. 27. e. ti. in 1. cōp. & post concilium p. 30. c.

† *Marsilien.*

† Cap. 28. e. ti. in 1. cōp. Vide pro aliquibus hic Panormitanū, adde Felinum in c. causam. s. de prescr. & omnino vide Anchaxanum in c. quanto. j. de vsur. in 7 notab.

† Cap. 2. e. ti. in 2. cōp. Cur autem solis sacerdotibus non laicis decima debeantur, docet egregiè B. Thomas 2. 2 q. 87. ar. 3.

† Verbū, sit, deest in aliquot antiquis.

a Licèt soluat astimationem ei, quod perceptura erat ecclesia à catholico parochiano, qd dic vt j. de vsur. quanto. in fi. Ioan. And.

Margin notes (right):

† Cap. 3. e. ti. in 2. cōp.

† certum responsum re- hic dare.

b Sed Ioannes And. hic difficile hoc putat, & qualiter hac diuersitas conciliāda, vide latius hic per eū.

¶*Glossa seq. ponit duas lectiones.*

a ¶*Difficile*]Non tamen impossibile:quia quod vix fit,tamen fit.sim *ff.de iudi.§.ex certo.*quia si decimæ illæ sint infra limites alterius Episcopat⁹ nõ adhærentes limiti, bene possunt tũc pscribi:dũmodo habuerint titulũ,ex quo causam habeant præscribendi *j.eo. dudum.§. de præscrip. ad aures.* q̃ sic intelligitur. Si vis intelligere difficile.i.impossibile, quasi nõ possit percipere decimas in alieno Episcopatu : tunc intellige de decimis i limite positis,&limiti adhærẽtibus:quia illę pscribi non possunt, quia sic p consequens & limes pręscribi posset : quod fieri nõ potest,ne fines Episcopatuum confundãt : vt hic dicit. & 16. q. 3. *quicunque. & c. licet in regulis. & c. inter memoratos.* & idem est in parochiis limitatis.*§.de parochiis super eo.*& sic intellige, qđ hic dicit.Bern.

† Vide l. minimè. & l. inde interpretatione. ff. de legib.

duximus recurrendum † : & attendendum etiã si illæ Ecclesiæ in vno sint , vel in diuersis Episcopatibus constitutę:quia difficile [a] nimis videtur , vt vna Ecclesia in Episcopatu alterius recipiat decimas:cùm ex hoc Episcopatuum fines confundi non immeritò viderentur.

¶Ex concilio Lateranẽ. †

¶Non potest Laicus trãsferre decimam in alium Laicũ, etiamsi cũ titulo illam possideat.h.d.cum glo.

†Concilium Lateran. sub Alex. iij. c. 16.§. prohibem⁹ etiam. & c. 23.eo.cit.in 1. cõp. Iam quàm sit periculosum detinere decimas, tradit Gui do Papa decis. 283.

CAP. XIX.

PRohibemus , ne Laici decimas cum animarum suarum periculo [b] detinentes , in alios Laicos [c] possint aliquo modo transferre. Si quis verò receperit , & Ecclesiæ non reddiderit, Christiana sepultura [d] priuetur.

¶Lucius iij Strigoniensi Archiepo.

¶Decima personalis debetur Ecclesiæ,vbi quis percipit sacramẽta, licet alibi lucrũ contigerit. In prædiali verò statur cõsuetudini,si in alia parochia colonus prædium coluit.

CAP. XX.

AD † Apostolicæ sedis regimen:*& infrà.* ¶ Intelleximus, quòd quædam consuetudo in Hungaria inoleuit , vt multitudo populi plerunque de parochia vni⁹ Episcopi in diœcesim alterius transferatur [e]:in qua licèt per multa tempora moram traxerit , vterque tamen Episcoporum tam is , cuius parochiam reliquerunt , quàm is, cuius parochiani sunt facti , decimationem requirit : Ideoque tua nos duxit fraternitas consulẽdos, cui potius decimæ sint reddendæ. ¶Noueris igitur , quòd æquum est , vt illi Ecclesiæ decimæ personales [f] reddantur ab eis ,in qua Ecclesiastica percipiunt sacramenta. Decimas † verò messiũ, vel fructuum arborum, si coluerint in alia parochia,quàm in ea, in qua habitant (quoniam à diuersis diuersa consuetudo [g] tenet) tu eligas in hoc casu , quod per consuetudinem diu obtentã ibidem noueris obseruatum.

¶Clemens † iij.

¶De omni fructu prædiorum soluendæ sunt decimæ.

CAP. XXI.

EX † parte Canonicorũ Ecclesiæ tuæ nobis est querela proposita, quod quidam agricultores , cùm simul , vel diuersis tẽporibus anni , in eodem horto, vel agro diuersa semina sparserint,non nisi de vnius [h] illorum seminum fructibus decimas illi † persoluunt : *& infrà.* ¶Mandamus,quatenus si rem noueris taliter se habere , agricultores illos, vt de omnibus prædiorum [i] † fructibus decimas absque diminutione [k] persoluant , Ecclesiastica censura compellas.

¶Cælestinus iij.

¶Decimæ prædiales soluendæ sũt, expensis non deductis.

CAP. XXII.

NOn † est in potestate hominum, cum plantant ar-

P*Rohibemus.*] Primò ponitur prohibitio. Secundo pœna ibi,*Si quis.*Abbas.

Casus.Quia laici sine periculo animarũ decimas detinere non possunt, prohibet Lateranẽ.concilium, q̃ ipsi in alios laicos decimas ipsas transferre non pręsumãt aliquo modo:& si quis eas receperit,& nõ restituerit Ecclesiæ, ad quam pertinent, Christiana careat sepultura Nota, q̃ laici sine periculo animæ decimas retinere non possunt.

†Cap.19.c. ti.in 1. cõp. & post concil. Laterã. sub Alex iij. c.39. & pro intellectu textus , & glossarum vide Nauarrum in manuali confessariorum c.21. tit. de tertio præcepto Ecclesiæ.

b ¶*Periculo.*] Sic 16 *q. 2. c. vlt. & §.de his, quæ fi.à præla sine consensu.cap.c.cum Apostolica.*

¶*Glo. seq. prorogat, quærit, & soluit distinguendo.*

c ¶ *Laicos.*] Nec etiam clericos sine auctoritate Epi. 16.q 1. *c.vlt.& §. de his , quæ fi. à præla. c. cum Apostolica.*& *j.de iure patr. nullus.*Sed nunquid de consensu Episcopi possunt trãsferri in alios laicos,si laici illi habent decimas in feudũ ab antiquo?Satis videtur , q̃ illas possunt dare in alios laicos de consensu Epi in feudum,sicut ipsi habent:nec dicitur Epi tunc illas dare in feudum.sic *§.de feudis c.2.*sed si aliàs de facto possident illas,nec laico , nec clerico possunt transferre, etiam de consensu Episcopi,vt dicit prędicta *decre. cum Apostolica.in fi.* Bern.

d ¶*Sepultura.*]Sic ergo qui decimas,quas iniustè possidet,detinet,& non restituit Ecclesię,ad quam spectant, Christiana sepultura priuari debet:sicut in vsuris [a]. *j. de vsur. quia in omnibus.* Bern.

a Et in aliis casibus quos not. & quos dixi §. de sepul. ex parte.*Ioan. And.*

A*D Apostolica.*] Decimæ personales debentur Ecclesiæ parochiali,prædiales prędiali.nisi aliud habeat consuetudo.Sic communiter summant doctores.sed hęc summatio non congruit textui in versi. *Super.* qui ponit casum *c. cùm sint homines.supra eo.Communis diuisio.*Secunda pars ibi , *Noueris.*Abbas.

Casus.Consuetudo quędam inoleuit in Hungaria,vt plerunque populi de parochia vnius Epi transferatur in parochiam alterius Epi,& tamen vterq; Eps decimam ab eis requirit:quęsitum fuit,cui Epo potius decimæ sint reddendæ: Respondet Papa,q̃ decimæ personales illi Ecclesię sunt reddendę,in qua populi Ecclesiastica perceperunt sacramenta: decimę verò pdiorum , vel fructuum arborũ , si coluerint in alia parochia,quàm in ea,in qua habitãt,quia in casu isto de diuersis diuersa cõsuetudo seruat,Archiepiscopus iste id eligat in hoc casu,& obseruet,quod p legitimã , & præscriptam consuetudinem nouerit obseruatum.Nota, quod de iure decimę personales dãdę sunt,vbi quis audit diuina, prædiales, vbi sita sunt prædia:nisi consuetudo præscripta repugnet.

e ¶*Transferatur.*]13.*q.per totum.*& *§.de parochiis.c.vlt.*

¶*Glo.se. præmittit tria circa decimas personales:secũdo quærit de animalibus,& soluit.Illi dist & soluit:per quam solutionẽ duas alias expedit quæstiones.*

f ¶*Personales.*] Hic ergo patet, q̃ decimæ personales semper dãdæ sunt, vbi quis percipit Ecclesiastica sacramenta. sic *§. de parochiis.c.vlt.* Et dicuntur psonales decimæ, quę potius contemplatione personæ soluuntur:vt putà de negotiatione,artificio,& de militia. 16. *q. 1. decimas.* & *j. eod. non est. & c.pastoralis.* de quibus expensæ ante solutionem decimarum deducendę sunt. vt in c.pastoralis. Sed decimę animalium an inter personales , an inter prędiales sint,quęritur : & potest dici, quòd inter prædiales: vbi ergo pascuntur cõtinue,ibi decimæ solui debent. *arg. §.eod. commissum. & ff. de seru. rust. prædiorum. pecoris pascendi. C. de verb. sig. l. 2.* Sed quid si per medietatem anni in territorio vnius Ecclesię , & per aliam medietatem in territorio alterius Ecclesię pascuntur ? Æquũ est, vt diuidantur. *arg. §. de testi relatum.in fi.*& *1. q. 2. c.2.* & *vlt.*& *12. q.2. Vulterana.* eodem modo si continuè iaceant hic,& continuè pascantur ibi.*arg.ff.ad muni.assumptio.*idem esset,si aliqui iacerẽt in vna parochia, & larem haberent in alia,debent diuidere decimas personales,& oblationes.

† In vulgatis libris legitur itas Super decimis verò, &c. sed in omnib. manuscriptis codicibus habetur, vt est impressum.

† Cælestin⁹.

†Cap.5.eo. ti.in 2.cõp. Et de materia, & pro declaratione huius decretalis videto omnino B. Thomam.& ibi Caietanum. 2. 2. q. 87. art.2.

† illis.

† prædiorum.

†Cãp.4.eo. ti.in 2.cõp. Vide beatũ Tho præsenti loco. & omnino concilium Trident.sess de refor. c. 12. vbi grauiter coercet non soluẽtes decimas.

g ¶*Consuetudo.*]Ius tamen commune in promptu est,quòd illi Ecclesię debent dari,in cuius territorio sunt prędia : *vt §. de parochia.c.vlt. & §.eo.* quoniam tamen statur cõsuetudini loci,si est pręscripta:vt dixi *supra eod. cùm sint homines.* Nam & mulier ibi subit munera patrimonialia,vbi habet patrimonium siue prędia [b]:personalia verò vbi habet domicilium.*C. de mulieribus*,in quo loco munera sexui congruentia, & honores agnoscant.*l.1.lib.*1.Lauren.

b Concor.l.si vxorem & ibi Cynus. C. de cõdi. in infer. & in l.vlt.C de incolis. lib. 10.

E*X parte.*]Prima pars ponit querelã. Secunda dat iudicem ibi,*Mandamus.*Abb. Sic.

Casus.Quidam agricultores in eodem agro simul in anno, vel diuerso tempore seminant diuersa semina , nec decimas persoluunt nisi de vno semine: Mandat Papa , quod de omnibus fructibus prædiorum sine aliqua diminutione decimas persoluant.

h ¶*Vnius.*]Et malè.quia qua ratione soluunt de vno semine, & de alio [c] soluere tenentur,siue eodem tempore,siue diuerso eiusdem anni .quia vna,& eadem res diuerso iure censeri non debet 12.*q.2.cognoscimus.*& *j.eod.cùm in tua. & de consec. dist.2.comperimus.*

c Rationem inuenies apud B.Thomam loco proximè citato.

i ¶*De omnibus prædiorum.*]Et etiam arborum.*§.c.prox & de fœno.& de lana.§.eo peruenit. j. eo.c.prox.*

k ¶*Diminutione.*]i.nullis expensis deductis *supra eod. cùm homines.*& *j.eod.c.prox.& j.eod.c.tua.* Bern.

N*On est.*] Primò ponitur exordium. Secundò narratio ibi, *Reuera.* Tertiò conclusio ibi , *Volumus.* Abbas Siculus.

Casus.

Casvs. Quidam ante solutionem decimarum deducebãt expẽsas Rñde: Papa, ꝙ sancti Patres statuerũt, ꝙ de omnib. bonis, q̃ fidelis homo acquirit, decimas soluere debet: ad ꝙ etiam compellendus est. vnde pcipit: quatenus antequam deducãt expensas de bonis prędictis, persoluãt Ecclesiis, quib. debẽtur, cũ debita integritate. Nota. ꝙ decimæ tam personales, q̃ prædiales de omnib. bonis solui debent integraliter.

bores, vel aliqua semina terræ mandant: *& infrà.* ¶ Reuersũ sicut sancti patres in suis tradiderunt scripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipsa etiam militia, de venatione, & de omnibus [a] bonis, decimæ sunt ministris Ecclesiæ tribuendæ, ita vt qui de his eas soluere neglexerint, Ecclesiastica districtione debeant percelli: *& infrà.* ¶ Volumus ergo, & districtè præcipimus, quatenus antequam vllas † deducatis de bonis prædictis expẽsas [c], decimas Ecclesiis, ad quas pertinent, cum integritate debita persoluatis.

¶ Idem.

¶ De reditibus molẽdini ad vẽtum soluendæ sunt decimæ.

CAP. XXIII.

Ex † transmissa querela Rectoris Ecclesiæ de N. intelleximus: *& infrà* ¶ Quia fidelis homo de omnibus, quæ licitè [d] potest acquirere, decimas erogare tenetur: Mandamus, quatenus H. militem ad solutionem

a ¶ *De omnibus.*] Sic 16. q. 1. *decima.* & q. 7. *quicunque.* & c. *omnes decimæ.* Bern.

b ¶ *Percelli.*] Et potest ẽt ecclesiastica sepultura priuari, qui decimas non restituit. ĩ. c. *prohibemus.* & qui decimam non soluit, ad decimam partem (vt dicit Aug.) reuocari meretur. 19. q. 1. *decimæ.* & in fame, & in penuria maledict[a] erit: vt ea. causa q. 1. *reuertimini.*

† *Dictio, vlla. deest in omnibus antiquis codicibus.*

c ¶ *Antequã deducatis expensas.*] Hoc verum est in prędialibus decimis: vt ĩ. c. *prox.* & j. *eod. c. suam obis.* Secus in personalibus. j. *eo. c. pastoralis.*

† Cap. 7. e. ti. in 2. cõp. *Vide concil. Trid. sess. 25. de refor. c. 12. & concil. Matiscomens. 2. c. 5. adde D. Th. 2. 2. q. 87. 21. 2.*

Ex *trãsmissa.*] Primo ponit decisam querelam. Secũdò dat iud cem ibi, *Quia.* vbi prẽmittit generalem rationem, ex qua infert conclusioné ibi, *Mandamus.*

¶ Casus de se patet. Et potuit esse ratio dubitãdi in isto textu, quia venti nõ nascuntur in loco, nec vidẽtur moueri ex Dei beneficio, ideo videbat, ꝙ decima ex tali molẽdino ad ventum nõ esse soluenda. Sed contrarium dicitur, quia & mare, & venti obediunt Deo, Matth. 8. c. Item quia terra, in qua est tale molendinum, subiacet oneri decimarum: vnde sicut ecclesia ex tali terra perciperet fructus, si coleret, ita debet cõsequi de reditib. ædificij ibi cõstructi, per hoc c. *& c. commissum.* ĩ eo. Abbas Sicul.

¶ Glo. seq. vsq. per q. an de illicitè acquisitis soluenda sit decima. arg. quod non, à contrario huius litteræ alleg. etiam an. tres authoritates & vnam legem ad contrarium alleg. tres leges, & vnã authoritatem. ponit ops. Demum soluit distinguendo.

e ¶ *Professio.*] Quæ hic intercessit, ex eo quod dicit, iunctis manibus tibi se reddidit in monachum, & in fratrem, saltem tacitè, licè: fortè nõ expressit nomen professionis quam habes. 20. *q. 1. vidua.* & perinde fuit, ac si formam illam seruasset. Sed littera sequens videtur cõtradicere huic, vbi dicit, talis vt fiat monachus, & reddat Domino, quæ promisit, &c. Sed tu expone, [c] fiat monachus, id est, stet, & viuat vt monachus. Vel intellige, quod votum fecit solummodo vt fiat monachus, tradendo se in manus Abbatis: vt ȷ. *de voto. & voti red. per tuas.* vbi fuit similis promissio & hoc probat littera illa, ex quo à conuertendo votum emittitur: vt scilicet fiat monachus. talis ergo, qui sic promisit, & vouit, quòd intrabit religionem, cõpellendus est, vt fiat monachus, & reddat Dño promissum, & votũ suũ: & sic planè sonat littera. Et ita collige ex hoc ꝙ qui promittit se intraturum aliquam religionem, tenetur complere promissum, & potest, & debet cõpelli. [d] ȷ. *de vo. & vo. redẽptio. per tuas.* Quod prius dixit, verius puto, quia reddendo se in manib. Abbatis in monachum, & fratrem, statim fuit monachus.

† *Clemens 3.*

† *Cap. 5. eo. ti. in 2. cõp. Et de intellectu vide Ferdinandum Vasquium l. 1. controuer. illustriũ c. 37.*

c *Eodẽ modo exponũt Tancredus, Innocẽtius, Hostiensis, & alij antiqui.*

† *Alias ità nõ est ad hoc vllatenus, &c.*

† *Gargilleñ.*

† *Targin.*

† *Argen.*

d *Si tamen profitetur aliam religionem etiam laxiorem, tenet professio. quia secundum votum solemne derogat primo simplici, infra c. quam post votũ. lib. 6. Ioan. And.*

PORrectum.] Monachum facit professio, non habitus tantum. Communis diuisio. Secunda ibi, *Inquisitioni.* Abbas Sicul.

CASVS. Quidam canonicus Acherõtinus I. nomine, votũ emisit, vt fieret monachus, in infirmitate cõstitutus. ipse vero timẽs, ne voto incõpleto decederet, iunctis manibus tradidit se Abbati in monachũ, & in fratrẽ. quæritur, an talis sit cõpellẽdus promissum adimplere? Rñdet Papa. ꝙ cũ monachũ nõ faciat habitus, sed professio regularis, talis compellendus est, vt fiat monachus, & reddat Domino, quod vouit, & quod promisit, ex quo votũ emisit, & Abbas ipsum recepit. Nota, ꝙ sola professio sine habitu monachũ facit. Item qui votũ facit, vt fiat monachus, cõpellendus est reddere Domino, ꝙ promisit.

¶ *Glo seq. alleg. tres concor. & tria iura in contrarium, & soluit.*

d ¶ *Non faciat habitus.*] Hic euidenter apparet, quod habitus nõ facit monachum, sed sola professio regularis. sic ȷ. *qui cle. vel vouen. consuluit, & ȷ. eo. ex parte. &* ȷ̄ *eo. vt clerici.* Sed contra videtur 28 *dist. quod interrogasti. &* ȷ̄. *eo. vidua. & c. super eo.* Sol. illud verum est, quod habitus sine professione non facit monachum. sola enim professio vera. vel pręsumpta monachũ facit: & solẽnizat votum Dicas ergo, ꝙ quicunq; facit professionẽ in manu Abbatis, seu etiã alicuius monachi, & vbicunque, dummodo recipiatur eius professio ab abbate, & fratribus. monachus est, & solẽnizatum est votum illius. ȷ. *qui cle. vel vouen. insinuante* & h. c. Et illa *cap. quod interrogasti, & c. vidua* intelliguntur de præsumpta professione: ex quo enim morantur inter alias moniales & gerunt se tanquam monachas, monachæ sunt censendæ. 20 *q. 1 quam progenitores.* & quia ab initio eo proposito, & eo animo intrauerunt, vt monachæ essent tacitè, ex quo nullam protestationẽ fecerunt, & multo tempore ibi fuerunt saltem per annum in habitu professorum. ȷ. *eo. ex parte.* vnde postea nõ audiuntur, etiãsi velint

b *Adde, quod eodem dicit Bal. in l. interdum. §. dinus quoq. ff. de publicanis.*

CVm simus.] Cõis diuisio. Secũda ibi, *Discretioni.* Ab. Sicul.

CASVS. Quidam miles B. nominẽ, se cum filio suo ȷ. decimum quartum annũ constituto, ad quoddam monasterium cum bonis suis transtulit, & dictum filium suum fecit habitum suscipere monachalem: sed cum ipsi puero displiceret monastica disciplina, ȷ. modicum tempus à monasterio recessit, & bona paterna cœpit cum instantia postulare: sed Abbas dicebat, quòd non erat audiendus, cùm tẽpore suæ oblationis extiterit maior xiiij. annis: Cõsultus Papa respondet dicẽs, ꝙ si dictus puer ad annos discretionis iã peruenerit, & habitum retinere noluerit monachalẽ, non est ad hoc vllatenus compellendus: quia tunc liberũ sibi erit habitum ipsum dimittere, & paterna bona, quæ ipsum ex successione cõtingunt, poterit postulare. Nota, quod intrans religionem ante decimum quartum annum, cùm venerit ad annos discretionis, habitum dimittere potest, & paterna bona postulare.

f ¶ *Discretionis.*] Dic de hoc, vt dictum est ȷ̄ *eo. cùm virum.*

g ¶ *Ad annos discretionis.*] xiiij. scilicet annorum, quia tunc liberum est ei stare, si voluerit remanere, vel recedere, si ei non placet. 20. *q. 1. illud. & q. 2. si in qualibet.*

h ¶ *Et bona paterna.*] Quibus priuari nõ potuit legitima iure naturæ, reliqua parte monasterio competente, quæ in ipso ingressu competit 19. *q. 3. si qua mulier.* quę erit tertia illius partis, quæ sibi ab intestato debetur. vel medietas secundum numerum filiorum *C. de inoff. testamen. in Auth. nouissima.*

i ¶ *Prouenerũt.*] ȷ̄. *de test. Raynutius & c. Raynaldus.* vbi de hoc.

SIcut tenor.] Primò ponitur decisa consultatio. Secundo responsio ibi, *Consultationi.*

¶ *Glo. seq. ponit casum.*

k ¶ *Sicut.*] CASVS. Sacerdos iste infirmitate grauissima laborabat, ita ꝙ extra se positus desperabat de vita pñti, & in tali

† *Cap. 1. eo. ti. in 3. cõp. vbi est integra clausula. Et de materia vide latè per Barbatiã, cõsil. 60.*

k *Hic casus Bernardi est, & in vetustis codicib. reperitur.*

articulo

articulo cõstitutus indutus fuit habitu monachali, & ad monasteriũ deportatus, tandẽ cõualuit: & habitum dimisit, & de Abbatis licentia monasterium dereliquit: consuluit sacerdos dnm Papã, quid esset ei faciẽdũ: & ipse rñdet, secundũ quod sequitur in littera Bernardus. Not. ꝙ cõtraria allegans auditur. Item nota, ꝙ mente alienatus non obligatur, cùm nec consentire valeat, nec dissentire, tãquam dormiens. Item quod ab initio non valet, ex post facto conualescit.

ista duo inter se repugnantia[a] videantur, vt quisquam scilicet sit extra se positus, & de præsenti vita desperet: si tamen eo tempore, quo P. Sacerdos lator præsentium, positus † extra mentem[b] asseritur, indutus fuit habitu[c] monachali: cùm alienatus non sentiat, ac per hoc non valeat consentire, cum denuncietis ab obseruatione monastici ordinis absolutum[d]: nisi postquam mentis suæ factus est compos, spontanea voluntate professionem fecerit monachalem.

† *Aliàs ita: positus extra mentẽ. Vt asseritur, &c.*

a ¶ *Repugnantia.*] Vnde non videbatur audiendus. ꝭ. *de app. sollicitudinem* 23. q. 7. *quod autem C. de liberali causa cùm precum.*

¶ *Glos. seq. rect. per q. quam soluit, & solutionem obiicit.*

b ¶ *Extra mentem.*] Si autem integrum haberet iudicium, licet grauissimam, pateretur infirmitatem bene obligaretur, si voueret: *ar. Instit. qui. nõ est permis. facere testa.* §. *præterea*[a]. tenetur autem hoc probare, scilicet se tũc tẽporis extra mentẽ fuisse, ꝭ. *de successi. ab intesta. cum dilectus. Arg. contra.* 3. q. 9. *indicas.* Lau.

a *Furiosus tẽpore, quo furor declinauit, testari potest. lo. And.*

† *Ca.* 2. *eo. tit. in* 3. *cõpil. Vbi est integra clausula. Et vide conci. Trid. sess.* 25. *tit. de regularibus. c.* 15. *ex quo cessant dubia textus, & glossarũ.*

c ¶ *Habitu monachali.*] Item ꝙ votũ fecisset: quia solus habitus nõ facit monachum, sed professio. ꝭ. *eo. porrectũ. & j. eo. ex parte.*

d ¶ *Absolutum.*] Et ita nullum est votum, siue obligatio, quæ fit mente alienata. sic 17. q. 2. *Gonsaldus.*

¶ Idem Pisano Archiepiscopo.

¶ *Professio nec fieri, nec recipi debet infra tempus probationis: sed facta & recepta, tenet. Hoc dicit, & est casus notabilis, & quotidie allegatur.*

CAP. XVI.

AD † Apostolicam sedem: *& infrà.* ¶ Cum Monachum fieri ante vnius anni[e] probationem regularis institutio interdicat: *& infrà.* ¶ Quæstionibus tuis taliter respondemus, quod licèt tempus probationis à sanctis Patribus sit indultum, non solùm in fauorem conuersi, sed etiam monasterij[f]: vt & ille asperitates istius, & istud mores illius valeat experiri: (quod vtrũque diligenter est obseruandum, præsertim cum ab vtroque de reliquo facta certa notitia non habetur) si tamen ante tempus probationis regulariter præfinitum, is qui conuerti desiderat, habitũ recipit, & professionem emittit, Abbate per se, vel per alium, professionẽ recipiente monasticam, & monachalẽ habitũ concedente: vterque renunciare videtur ei, quod pro se noscitur introductũ: Ideoque obligatur † per professionẽ emissam pariter, & acceptã, ad obseruantiam regularem, & verè Monachus est censendus: quia multa fieri prohibẽtur, quæ si facta fuerint, obtinent[g] roboris † firmitatem. ¶ Prohibendũ[h] est autem † Abbatibus, ne passim ante tempus probationis, quoslibet ad professionẽ recipiãt: & si cõtra formam præscriptã quoslibet indiscretè receperint, animaduersione sunt debita corrigendi[i]: cùm in subsidium fragilitatis humanæ, spatium probationis sit regulariter institutum.

† *Dictio, facta, deest in omnib[us] antiquis exẽplaribus.*

AD *Apostolicam.*] In prima parte ponitur duplex consultatio decisa. In secunda responsio ibi, *Quæstionibus.* Primò respõdet ad primam. Secundò ad secundam ibi, *Prohibendum* Abb.

Casvs. Regularis institutio prohibet monachũ fieri ante vnius anni probationẽ: verũtamẽ quidã ante tẽpus illud, aut etiã statim faciunt professionem, quæ recipitur ab Abbate: quæritur, vtrùm tales monachi sint censendi? Rñdet Papa, licet tempus probationis vnius anni, à sanctis Patribus sit institutum, tam in fauorem conuersi, quã monasterij tamen si ante tẽpus probationis ille, qui conuerti desiderat, habitũ recepit, & professionem faciat, Abbate per se, vel per alium, habitum cõcedente, & professionem recipiente, vterque iuri suo renũciare videtur, ꝙ pro se noscitur introductũ, & ideo monach[us] est cẽsendus quia multa fieri prohibẽtur, facta tamen tenent. In fine prohibet abbatibus, ne passim ante tẽpus probationis quoslibet ad professionem recipiant: & si contra fecerint, puniãtur. Nota, quod regulare est, vt nullus ante vnius anni probationem in monachum, vel regularem canonicũ recipiatur. Item nota hic rationes, quare tempus probationis fuit inuẽtũ. Item receptio, & professio monachi potest delegari. Item quilibet renunciare potest iuri quod pro se noscitur introductum. Item multa fieri prohibentur, facta tamen tenent. Hæc regula locum habet in his, quæ non habent perpetuam prohibitionem, quia non cauetur in prohibitione: quod si factũ fuerit, non valebit. Item tempus probationis est institutum in subsidium fragilitatis humanæ.

¶ *Glo. seq recitetur per obiectionem, quam dupliciter soluit, sed primam approbat.*

e ¶ *Anni*] Vt 17. q. 2. *Gonsaldus.* quãq; tñ statuitur biẽniũ. 19. q. 2. *monasterium.* qñque triennũ. 18. q. 2. *si quis incognitus*: quia diuersa tpa statuũtur, videtur esse arbitrariũ, ꝙ satis potest cõcedi: qa etiã statim posset recipi, & renũciare beneficio huius probationis: vt j. *eo. c. dicitur. & c. statuimus.* dici consueuit, ꝙ clericus ignotus, & laicus notus probãtur per biẽniũ: sed clericus notus per annũ, laicus ignotus, per triẽniũ, & sic intelligi cõsueuerũt c. prædicta. Sed nõ credo, quòd hodie seruetur illa diuersitas: immo q[ui]l[i]bet statim potest admitti, vt dictũ est. Ber.

¶ *Gl seq. recitari potest per contrariũ, quod alter solus renunciet l. quod fauore. Secundo quod etiam vterque non renunciet, per c. si diligenti.*

f ¶ *Monasterij.*] Ergo alter altero inuito huic beneficio renunciare nõ potest: quod est verum, quia communiter in fauorẽ vtriusq;[b] introductũ fuit: & quod fauore alicuius introductum est, in odium eius non debet retorqueri. C. *de leg. quod fauore.* & in re cõi potior est cõditio prohibentis. vt *arg. ff. de seruit. rust. prædi. per fundũ. & ff. de cõmuni, diuis. Sabinus.* T. de cõi tñ cõsensu potest vterque renunciare iuri suo, vt hic dicit: cùm sit personale, & singulare beneficium. ꝭ. *de offi. deleg. gratum. C. de pact. si quis in conscribendo. ff. de min. si index. & 7. q. 1. quam periculosum.* secus si esset cõe beneficiũ, & fauore omnium introductum. ꝭ. *de foro competen. si diligenti.* vbi de hoc. & 4. q. 3 c. *si testes.* §. *item parentes.*

b *De hoc articulo vide to latius hic per Ioã. And. & per Panormitanum decentes, quando quis possit iuri suo renunciare.*

† *Concilium Trid. sess.* 25. *ca. de re. c.* 15. *oppositum diffiniuit, quod videto.*

† *Dictio, roboris, deest in antiquis, & in emendatioribus codicibus.*

† *Item deest dictio, autẽ, quam habet codex Barbatia.*

† *Ancon.*

† *Adenen.*

† *Acomen.*

g ¶ *Obtinent roboris firmitatem.*] Vt 17. q. 1. c. *mos nonnunus. & 27. dist. si vir & 2. q. 6. c. biduum.* Ber.

h ¶ *Prohibẽdũ.*] Quia graue est inexpertos Dei seruitio applicare. 19. q. 3. *monasterium. C. de re milit. contra publicam. lib.* 12. *& ff. hos. de vac. mune prætor.* §. *vlt.* & tenetur quis de mala ẽlectione. *arg.* 23. *dist. tales. ff. nau. caupo. stabu. l. vlt.* §. 2 C. *de colo. illy. l. vnica. lib.* 11. vbi tenetur quis eo ipso, quòd admisit ignotum.

† *Cap.* 3. *eo. tit. in* 3. *cõp. De materia vide Spec. ti. de statu monachor. Host. in sum. ti. de regula.* §. *& qualiter.*

i ¶ *Corrigendi.*] Arbitrio iudicis. ex quo pœna non adiicitur. ꝭ. *de offi. deleg. de causis ff. de iure de liberan. l.* 1. *in fine.*

¶ Idem Anconeñ. † Episcopo.

¶ *Qui pfessionẽ fecit, licèt in claustro nũquã permanserit, sed in seculo, & suis bonis vsus fuerit, ad obseruantiã regularẽ compellitur.*

CAP. XVII.

SIcut † nobis fuit propositum quidã Clericus cũ ægritudine nimia laboraret, quasi de morte[k] securus, & † de recuperãda sanitate desperãs, habitũ Canonicorũ regulariũ petiit, & accepit: sed nec ad Ecclesiã transiuit, nec bonis suis[l] vti cessauit, videnti-

† *Aliàs ita: de recuperanda sanitate desperans.*

SIcut nobis.] Diuiditur: quia primo ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, *Fraternitati.* Abbas.

Casvs. Quidam clericus nimia ægritudine laborans, quasi de morte securus, & de recuperãda sanitate desperans, habitum canonicorũ regulariũ petiit, & accepit sed ad Ecclesiam non trãsiuit, nec bonis suis vti postposuit, vidẽtibus, & sciẽtibus Epo, & canonicis Ecclesiæ Nazareth à qbus habitũ susceperat regularẽ: & p multa tẽpora sæculariter se habuit: eps, q̃rit vtrũ esset cõpellẽdus habitũ resumere regularẽ? Rñdet Papa, quòd si regularem habitum petiit, & accepit, & professionem fecit, compellendus est, vt habitum regularem assumat: nec prodest illi, quòd tanto tẽpore extra canonicã mãsit: immò in augmẽtũ maioris transgressionis ipsius, potest merito allegari. Nota, ꝙ monachi compellendi sunt habitum depositum reassumere, & ad claustrum redire. Item contra votum non præscribitur. Item diuturnitas temporis peccata non minuit, sed auget.

¶ *Glo. seq. quærit obiiciendo, & soluit.*

k ¶ *De morte securus.*] Si tamen sanæ mentis fuit: aliàs nõ obligaretur. ꝭ. *eo. sicut tenor.* 17. q. 2. *Gonsaldus.* 32. q. 7. c. *ne quis furiosus.* & C. *de transact. l. sana mente.* Sed quæritur, quare aliàs timor mortis impedit monachari. ꝭ. *quod me. cau. perlatum.* & non hic? Respondeo, monachatur ibi, vt euadat mortem corporis: hic non monachatur, vt euadat mortem corporis, sed potius mortem animæ. Io.

l ¶ *Bonis suis.*] Quondam si tenuit monachatus. sic. 27. q. 1. *si quis rapuerit. & j. qui cleri vel vouen. c. vlt.*

a ¶ *Et*

a ¶ *Et scientib.*] Vnde tenebantur eum reuocare. ĩ. e. c. *Vlt.* sed ad bona ipsius, si mortuus esset, & ipsum nõ reuocauerũt, aspirare non deberẽt: quia quem viuũ contempserunt, non possunt mortuum suum dicere. *C. de Latin. liber. tollen. l. vnica. §. sed scimus.* & ĩ. *de infan & lang. expo. c. vnico.* Bern. ptus. Itẽ petita licẽtia à p̃lato licẽt nõ sit cõcessa, põt quis ad arctiorẽ religionẽ trãsire, quasi ab ipsi⁹ lege solut⁹. Itẽ priuilegiũ meret̃ amittere, qui pmissa sibi abutit̃ potestate. Itẽ sicut subdit⁹ tenet̃ p̃lato, ita p̃latus tenet̃ subdito in hoc casu. Itẽ Eps sine licentia Papę nõ põt episcopatum dimittere. Itẽ maius bonum minori bono præfertur. Item communis vtilitas p̃fertur priuatæ.

bus, & scientibus [a] Episcopo, & Canonicis Ecclesiæ Nazareñ † à quibus habitum susceperat regularem: *& infrà.* ¶ Fraternitati tuę taliter r̃ndemus, quòd si regularem habitum se postulante suscepit, & ad obseruationem religionis canonicæ, sua se professione [b] ligauit, ad resumendum habitum Ecclesiastica est districtione cogendus: cùm quòd tanto tempore [c] extra canoniam † mansit †, non in excusationem eius, sed in maioris transgressionis augmentum, merito valeat allegari.

¶ I de Priori, & Cõuẽtui Dimolieñ †.

§ Potest religiosus Zelo sanctioris vitæ, ad religionẽ trãsire strictiorẽ, petita prius licẽtia Prælati sui, licet non obtenta: etiãsi primum monasteriũ sit priuilegiatum, quod de illo ad aliud etiam arctius trãsire nõ possit. h. d. Et est casus notabilis, & quotidie allegatur.

CAP. XVIII.

Licèt † quibusdã Monachis [d] & Canonicis, [e] nec non & Hospitalariis, & Templariis à sede Apostolica sit induitum, ne postquã aliquis professus fuerit apud eos, ad alium locum possit ipsis inuitis actioris etiam religionis obtẽtu transire, vt vnusquisque secundum Apostolum in ea vocatione [f] permaneat, in qua dignoscitur esse vocatus: Quia tñ vbi spiritus Dei est, ibi libertas: & qui Dei spiritu aguntur, non sunt sub lege [g], quia lex non est posita † iusto, ea ratione videtur hoc illis fuisse concessum, ne quis ex temeritate [h], vel leuitate, in iacturam, vel iniuriam sui ordinis, sub prætextu maioris religionis ad alium ordinem transuolaret: sicut frequenter à multis constat esse præsumptum: non quidem vt ei transeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate, ac puritate duxerit postulandam, vt nõ fictè, sed verè, ad frugem melioris vitæ valeat transmigrare. ¶ Talis ergo postquam à Prælato suo transeundi licentiam postulauerit [i], ex lege priuata [k] (quæ publicæ legi præiudicat) absolutus [l], libere potest sanctioris vitæ propositum adimplere: non obstante proterua, indiscreti contradictione Prælati: quia priuilegium meretur amittere [m], qui concessa sibi abutitur potestate: Cùm etiam Romanus Pontifex, qui supremam in Ecclesia obtinet potestatem, Archiepiscopis, & Episcopis † cedendi licentiam [*] ex iusta causa petentibus, sine difficultate concedat [n]. ¶ Quocirca nouerint vniuersi, quibus huiusmodi priuilegium est concessum, se ad concedendam licentiam transeundi taliter postulantibus de iure teneri: quia sicut subditus à Prælato cũ humilitate, & puritate, debet transeundi licentiam postulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur: sic profectò Prælatus subdito, sine difficultate, & prauitate qualibet, debet trãseundi licentiam indulgere, ne

b ¶ *Sua se professione.*] Aliàs solus habitus nõ facit eũ monachum. § *eo. porrectum.*

c ¶ *Tanto tempore.*] Nullus annorum numerus ipsum excusat. 33. q. 5. *quod Deo patri.* immò tantò grauiùs delinquit. s. *de consue. c. Vlt.* & ĩ. *de simo. non satis.* & ridiculum esset (vt dicit lex) meliorẽ esse furis conditionẽ propter continuationem furti. ff. de furtis, inficiando §. *infans.* Io. Simile huic habes. s. *de testa. quia ingredientibus.*

Licèt.] [*] Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponitur exordium: ex quo secundo, factum diffinit ibi, *Cum ergo.* Prima facit quinque. Nam primo ponit formam priuilegij. Secũdo ipsi⁹ interpretationem, & interp̃tationis causam ibi, *Quia tamẽ.* Tertiò illam fortificat ibi, *Cum etiam.* Quartò illam reassumẽdo specificat ibi, *Quocirca.* Quinto specificationem determinat ibi, *Ille.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam monach⁹ sine licẽtia Prioris sui trãsiuit ad ordinem Cistercieñ. Prior, & fratres molestabant eũ dicẽdo, q̃ sine licẽtia non potuit propriũ monasteriũ deserere: puenit hoc ad notitiã domini Papæ: vnde ipse super ipso negotio scribit Priori, & fratrib. Dimoliensi. à quib. monachus prędictus recessit, dicens. licèt quibusdã regularib. à sede Apostolica sit concessum, vt postquã aliquis apud eos p̃fessus fuerit, ad aliũ locũ ipsis inuitis, ẽt cã maioris religionis trãsire nõ possit: sed hoc ea ratione fuit illis cõcessũ, ne quis ex temeritate, vel leuitate, in iniuriam sui ordinis, sub p̃textu maioris religionis, ad aliũ se possit ordinem transferre, non q̃ ei debeat licentia denegari q cũ humilitate ac puritate, eã duxerit postulandã: q ergo taliter à suo p̃lato licẽtiã postulauerit, ex lege priuata, q̃ legi communi p̃iudicat, absolut⁹, ad arctiorẽ religionẽ liberè poterit se transferre, non obstãte pterua indiscreti contradictione p̃lati: quia priuilegiũ meret̃ amittere, q pmissa sibi abutit̃ potestate: vñ nouerit vniuersi, quib. hoc priuilegiũ fuerit cõcessũ, se de iure teneri taliter postulantib. trãseundi licẽtiã impertiri: qa sicut subdit⁹ licentiã à suo p̃lato cũ humilitate, & puritate postulare tenet̃: sic p̃latus sine difficultate tenetur subdito licentiam indulgere, ne videatur p̃positum impedire diuinitus inspiratũ. Si verò p̃babiliter dubitat, verũ quis velit ad ordinẽ arctiorẽ, aut laxiorẽ ex charitate, aut ex temeritate transire, superioris est iudiciũ requirendũ, ne fortè Angelus Satanæ, in lucis Angelum se transformet. Illud tamẽ regulariter est obseruandum, vt nullus Eps sine licentia Romani Pontificis p̃sumat deserere p̃sulatũ: quia sicut maius bonũ, minori bono p̃fert̃: ita cõis vtilitas priuatę præfertur. Mandat igitur Papa p̃dictis fratribus, quatenus p̃dictum monachum, qui de puro corde, & cõscientia bona ad ordinẽ Cistercieñ trãsiuit, vlteri⁹ nõ molestẽt. Not. q̃ q lege priuata ducit̃, à lege cõi est exẽ-

d ¶ *Monachis.*] [a] s. eo. *non est.*

e ¶ *Canonicis*] 19. q. 3. *statuimus & c. mandamus.* Bern.

f ¶ *In ea Vocatione.*] 21. q. 1. c. 1. & q. 2. *placuit.* & 7. q. 1. *non oportet.*

g ¶ *Sub lege.*] 19. q. 2. *duæ sunt* Bern.

h ¶ *Ex temeritate.*] Ad uerte, qualiter interp̃tat̃ priuilegiũ istorũ, s. q̃ nullus taliũ possit transire ad strictiorem religionẽ, hoc est verũ (vt dicit) temeritatis cã. sic enim cum p̃hibetur iuramentum temerarium tantũ intelligitur prohibitũ. 22. q. 1. *ita ergo.* Ioan.

¶ *Glossa seq. alle. tres cõtra. & vnũ contrariũ: quarit, & soluit solutione dupliciter opponit. Demum obijcit ad sex. & soluit.*

i ¶ *Licentiam postulauerit.*] Sufficit ergo petere licentiam, licẽt non obtineat. sic s. *de arbitr. cum olim.* & s. *de loca. & condu. potuit.* C. *de iur. emp. l. Vlt.* Argu. cõtra. s. *de electio cũ in veteri* & ad idẽ ẽt posset induci circa pr. Sed quid si aliquis non petita licẽtia recesserit ad strictiorem vitã: nũquid est reuocandus? Cõsueuit dici, q̃ non, dummodo leuitatis causa non trãseat, vt hic in fi. innuitur. Sed obstat 19. q. 1. *mandamus.* & illud põt intelligi, qñ leuitatis cã transit, adhuc videt̃ contra s. *de aeta. & quali. intelleximus.* vbi trãsiuit quidã sine licẽtia ad aliud monasteriũ, nec inde punitus videt̃ Sed qualiter potest quis inuito p̃lato ad personã suam alienare, cùm rem alienare non possit, & maior sit alienatio p̃sonæ, quàm rei. 12. q. 1 *præcipimus* & 17. q. 1. c. 2. [b] cùm forte clericus teneatur iuramento obedire. 8. q. 1. *secundum.* & s. *de maio. & obed. cum in ecclesia.* nec etiam potest peregrinari sine licẽtia sui Epi. *de cõse. dist. 5. non oportet.* & sępe propter obedientiam bonũ intermittitur. 11. q. 3. *quid ergo* cum obediendum sit, vbicunque non est contra præceptu Domini, vel dubium sit, q̃ non contra pręceptum Domini sit. 23. q. 1. *quid culpatur in fi.* Sed illud auctoritate canonis fit instinctu Spiritus sancti, & ita non cõstringitur per legem 19. q. 2. *duæ. arg.* ĩ *de diuor. gaudemus.*

k ¶ *Ex lege priuata.*] Quę est amor Dei, siue Charitas, de qua dicitur: Habe charitatem, & fac quicquid vis. *de pen. dist. 2. c. dicata.* Lau.

¶ *Glo. sequens, quinque personas excipit.*

l ¶ *Absolutus.*] Ab hac vniuersitate excipitur vxor carnaliter cognita, impubes, & seruus. ĩ. *de conuer. coniu. quidã intrauit.* 20. q. 2. c. 1 & 2. 54. *dist. si seruus.* Item excipitur Episcopus. ĩ. eo. c. *Ver. illa semper regula.* & curię addictus. 53. *dist. legem.*

m ¶ *Meretur amittere.*] 11. q. 3. *priuilegium.* 74. *dist.* vbi illa. C. *de Iuda. l. 3. & l. Iudæi* c. Bern.

n ¶ *Ex iusta causa petentibus, sine difficultate concedat.*] Quæ sit iusta causa, & quę non, ostenditur supra de renun. nisi cum pridem. Ioan.

Nazaren.

Canonicã, habet omnes antiquus codices.

Religiosus contra bonum obedientia non potest præferre. facit l. 2. C. de ser. fug.

Dimolesnem.

de Moléd.

Dubrole.

Dumolean.

Cap. 4. c. 11. in 3. cõp. *Et de materia huius decretalis vide omnino B. Th. 2. 2. q. 189. ar. 8. Et Hostien. in sũ. tit. de regularibus §. & qualiter.*

1. Cor. 7.

2. Cor. 3.

impositã.

a *Hæc clarius patent in decretali incip.* si qua libera. *quæ est in 2. cõp.* tit. de statu regula. *quã omisit Raymundus in hac collectione.*

Vide B. Th. 2. 2. q. 185. art. 4.

b *Facit ad hoc bonum ar. in l.* sed & si §. si ipse seruus. ff. de pecu.

c *Si Iudæi crimen ... renso, vel aliàs fidem offendunt, perdent hactenus sibi permissa.* Ioan.

a ¶*Superiori.*]Simile.11. q. 1.*peruenit.* j. *de iure patro.nullus* in *Auth.de sanctiss.episco.*§.*si à clero.coll.*9. Vinc.
b ¶ *in lucis.*]26.q.5.*nec mirum.*& 29.q.1.§.1.
¶*Glo.seq.recit.per obiectionem,& sol.per remissionem.* Ioan.
c ¶*Communis vtilitas.*]Simile.7.q.1.*scias.*& in *Auth. de rebus eccle. non alien.* §. *ea qua par.* §. *licet.col.*5. & s. *de postu. prælat.* c.3.hoc intellige, cũ p publicã non impedit priuata: quia ordinata charitas incipit à se.23. q. 5. *si non licet.* & *de pæ. dist.* 3. *qui vult.*& 19.q.2.*duæ.* 14. *dist. quod ait.* ff. *de iud.si longi*[a]. *in fi.* ff. *de præscri.Ver. qui seruandarum.* sic non debet prelatus sua negotia præponere negotiis Ecclesię 12.q 4.*quicunque.* De hoc etiam dicitur.s.*de postu.prælato.*c.3.
d ¶*Solicitudo contemplationi.*]i.vita actiua, quæ in hoc casu præponitur contẽplatiuę.
e ¶*De Rachele.*] Rachel significat vitam contẽplatiuam, q̃ est formosa, sicut illa fuit. Lia significat vitam actiuam, qua fœcunda est in sobole, & ideo prefertur pulchritudini Rachelis s. *de renunciat. nisi cùm pridem.* Bern.
f ¶*Corde puro.*] Quia pręsumitur prima facie ex ipso facto, quod habet speciẽ boni, nisi probetur contrarium. s.*de sern.c. vnico.* & s. *de præsumptioni. dudum.*
g ¶*Non cõmunicat alienus.*]s. à charitate, *de pe. dist.* 1. *c.resuscitatus* §. *item vt Christus.* Bern.

VEniens.] Prima pars ponit petitionem mulieris. Secunda prouidet, & iudicem dat ibi, *Nos igitur.* Abbas.

Casus. Quædam mulier contraxit matrimonium cum quodam viro in facie Ecclesiæ, & diutius cohabitauit eidem. Tãdem orta fuit discordia inter eos, ex eo quod vir dicebat quãdam amitam ipsius mulieris, antequã eam duceret, cognouisse: sed de hoc non fuit Ecclesię facta fides, vnde contigit, quod vterq; illorum iurauit, quod deinceps alterum non requireret: & postmodum ad secunda vota transiuit vterque: viro secundo de medio sublato, mulier viro priore viuente, ad agendũ pœnitentiã, quoddam monasteriũ intrauit pstulãs sibi consilium salutare impendi: Papa verò cõsiderans, quod iuramentũ illud illicitum fuit, mandat quibusdã, quatenus pręfatum virũ moneant, & compellant, vt illam, quam superinduxit, dimittat, & vxorem suam recipiat, audituri postmodũ, si quid fuerit quæstionis: & si contra matrimoniũ nihil fuerit probatum, si vir ad religionem transire voluerit, ei licentiã tribuat transeundi, vt & illa mulier in suo possit proposito remanere. Nota, quod iuramentum contra matrimoniũ, illicitum est, & non seruandum. Item si vir adulterium cõmittit, mulier tamẽ non potest intrare religionem ipso in sæculo remanente.

h ¶*Amitã cognouisset.*]Si hoc verũ fuit, nõ fuit matrimonium quoad Deum, Vnde si probaretur, separarentur. j. *de eo qui cog. consan. vxo. suæ. super eo.* aliàs non separarentur: vt j. eo. tit. *de illo.*
¶*Glo.seq.quærit, arg.pro,& ponit*]*duas opiniones.*
i ¶*Illicitum iuramentum.*] Et ideò non seruandum. sic s.*de iureiu. tua.*2.Sed nunquid aliqui possunt licitè se abiurare, & promittere perpetuã cõtinentiã? Vĩ, q̃ sic: quia talia matrimonia sanctiora sũt aliis. 33. q.5. *quod Deo pari.* Ad hoc dicunt quidam, quod tali modo non possũt se abiurare, vt remaneant in sæculo, nisi trãseant ad religionẽ. Arg. j. tit.prox.*ex parte* 2.*ad fi.*Io.cõtrarium dixit, & isti nõ abiurauerãt se pp perpetuã cõtinẽtiam, sed vt possent adulterari, & quod neuter illorum alterũ accusaret: talis abiuratio prohibet hic. & s. *de iureiur.sua.*2. immò sine aliquo iuramẽto se possent obligare ad perpetuam continentiam arg.prædict. c. *quod Deo pari.* nullũ enim iuramentum obstat, quin alter crimẽ alterius denunciare saltẽ possit. s. *de iureiur. quemadmodum.*
¶*Glo.seq.signat contrarium, & soluit.*
k ¶*Præfatã mulierẽ recipiat.*] Arg.cõtra.j.*de diuor. significasti.* sed hic locum habet: *Nil mihi tu, vel ego tibi, nil Catilina Cethego.* 32.q. 6. *per to.* & s. *de iureiu. tua* 2. & j. *de adul. c.pe.*& *Vle.* Ioan. & ff. *soluto.matrim. viro atque vxore.* Bern.
l ¶*Audituri postmodum.*] Et ita quæstio restitutionis præcedere debet. s *de rest. spol. ex conquestione.* & s. *de ordine cognitionum, super spoliatione.*
m ¶*Possit in suo proposito.*] Et compellenda esset in proposito[b] remanere, si maritus vellet ratum habere, vel obseruare propositũ. Arg. j. ti.prox.*quidam intrauit.* & 33. q. 5. *quod Deo.* Ioan.

videatur propositum impedire diuinitus inspiratum. ¶Si verò probabiliter dubitetur, vtrum quis velit ad ordinem arctiorem, aut laxiorem ex charitate, an ex temeritate transire, superioris[a] est iudicium requirendum, ne fortè Angelus sathanæ in lucis[b] Angelum se transformet. Illa semper regula inuiolabiliter obseruata, vt nullus absque licentia Romani Põtificis præsumat occasione quacunque deserere prælatum, quoniam sicut maius bonum minori bono præponitur: ita communis vtilitas[c] speciali vtilitati præfertur †. Et in hoc casu rectè præponitur doctrina silẽtio, solicitudo contemplationi[d], & labor quieti. Ad quod vtique designandum vnigenitus Dei filius Iesus Christus non de Rachele[e] secundùm carnem natus est, sed de Lia †: nec legitur eũ in domum suam Maria recepisse, sed Martha. Vnde quando potest Episcopus pręesse pariter, & prodesse, non debet cedendi licentiam postulare, aut etiam obtinere. ¶Cum ergo R. Monachus vester, ad fratres Cisterciẽsis ordinis transmigrauerit, non vt ordini vestro aliquatenus derogaret, sed vt apud eos vitam duceret arctiorem: Mandamus, quatenus super eo quod de corde puro[f], & conscientia bona, & fide nõ ficta fecisse dignoscitur, eum nullatenus molestetis: quia charitas est fons proprius, cui nõ communicat alienus[g].

¶Idem Pręposito, & Decano, & Scholastico Demereñ. † Coloñ. diœcesis.

¶Coniuges religionẽ profitendo ad inuicem diuertere possunt: aliter si se abiurant, & non continent, illicitum est iuramentum.

CAP. XIX.

VEniens † ad Apostolicam sedem G. mulier supplici nobis insinuatione monstrauit, quod cùm matrimonium cum E. in facie Ecclesiæ contraxisset, & diutius cohabitasset eidem, orta est dissentio inter ipsos, in tãtũ, vt quod † deinceps alter non requireret alterum, vterque corporaliter præstitit iuramentum: hanc vir ipse diuortij causam assignans, quòd quandam ipsius mulieris amitam[h] cognouisset, antequam eam duceret in vxorem: quod licèt assererent quàm plurimi, non fuit super hoc Ecclesiæ facta fides. Cùm autem postmodum ad secunda vota conuolasset vterque, secundo viro viam vniuersæ carnis ingresso, priore superstite dicta mulier se fecit arcto loco ad pœnitẽtiam agendã includi, postulans vt ei dignaremur impẽdere consilium salutare. ¶Nos igitur attendentes, quòd illud fuit illicitum iuramentum[i]: Mandamus, quatenus præfatum virum monitione præuia † compellatis †, vt ea, quam superduxit, exclusa præfatam mulierem recipiat[k]: audituri postmodum[l] si quid fuerit quæstionis. Si verò contra matrimoniũ nihil fuerit ostensum, & vir sæculo derelicto maluerit ad regularem vitam migrare, vos ei super hoc licentiã tribuatis, vt & illa possit in suo proposito[m] permanere.

¶Idem Abbati de Affligeñ. & magistro R. & G. Canonicis Traiecteñ.

¶Qui ad monasteriũ conuertitur sumendo habitum nouitij, potest infra tẽpus probationis redire ad sæculum, nisi appareat eum vitam voluisse mutare omnino.

CAP. XX.

COnsulti † sumus frequẽter à multis, vtrùm is qui mo-

COnsulti sumus. Communis diuisio. Secunda ibi, *Licèt.* In qua distinguit duo membra. Secundum ibi, *An conditionaliter.* Abbas Siculus.

Casus. Aliquis intrauit monasteriũ, habitum sumẽdo nouitij, quęritur, vtrùm infra tẽpus probationis, ante factam pfessionẽ licitè possit ad sęculum redire? super hoc diuersi diuersa dixerunt: Innocentius tamẽ distinguit: vtrum ille, qui conuertitur, proposuerit absolute vitam mutare, vt in habitu regulari de cętero Deo famulet, vel regularem obseruãtiam experiri, vt si sibi displicuerit, ad sæculũ reuertatur. In primo casu saltẽ ad laxiorẽ regulam transire tenetur, vt regulariter viuat. In secundò verò casu potest ad sæculum redire. Vt ergo appareat, quę fuerit eius intẽtio, ab initio ppositũ, & intentionem suam protestet hanc intellige secundùm illam. j.cap.penult. Not. q eadem est substantia religionis apud omnes religiosos, sed in qualitatibus differunt. Item nota vtilem distinctionem, quam ponit littera circa conuertẽdos. Itẽ protesta-

a Vide j. de vo. quod super his. per 3. glo. Ioan. And.
† Vide l. 2. actione. §. Labeo. in vers. eo. tẽpore ff. pro socio. gl. in l. 1. & ibi Bart. ff. sol. matri.
† Hoc ita patet: Iacob genuit Iudã ex Lia. Gen c.29. in fine. Iudas genuit Phares, & Zaram de Thamar: de hoc semine descendit Dauid, & Christus secundũ carnem. Matt. c.1. sic ergo de Lia natus est Christus, id est, de genere suo.
† de Miren.
† de Meren. sed vt plurimum in antiquis legitur ita: de Miren.
† Cap. 6. eo. ti. in 3. cõp. Et de materia præter doctores hic, vide Turrecrematam in c. quod Deo pari. 33. q. 5. & Sotum l. 4. sent. dist. 27. q.1. art. 4.
† quòd vt.
† præmissa.
† cogatis.
b Hoc verũ, si se voto astrinxisset. Ioan. And.
† Cap. 7. eo. ti. in 3. cõp. Et vide omnino concil. Trid. sess. 25. tit. de regularibus c. 5. per quod cessat distinctio huius decret. alio.

protestatio in omni contractu debet fieri, vt sciatur contrahentium voluntas.

a ¶*Nouitij.*] Scilicet causa probationis habitus nouitiorum debet differre ab habitu professorum ј. *eo. statuimus.*

b ¶*Vel noxa.*] Nota versum *Noxa delictum, delinquens noxa vocatur.* quandoq; tñ vnū ponitur pro alio, vt hic, vnde melius dixisset, noxa. *Inst. de noxa. circa prin.*

c ¶*Distinguendum.*] Distinctio ista hodie non vr habere locum per decre. ј. *eo. statuimus.* ex quo em̄ simpliciter assumit habitū nouitiorum, liberè ante annum potest redire ad sęculum, nisi euidenter appareat cōtrarium, vt ibi Lau.

d ¶*Absolutè.*] Ita quod euidenter appareat. ј. *eo. c. pro.*

e ¶*In primo casu.*] Sic intelligitur. s. *eo. super eo.* eo enim ipso quod absolutè religionem intrauit licet non fecerit ꝓfessionē, intelligitur renunciasse sęculo, cum nullam pręmiserit protestationē. Vnde vel ibi remanere debet: vel ad laxiorem transire. vt dictū est in c. *super eo. Arg. contra* ј. *eo. statuimus.* vbi de hoc.

f ¶*Singulariter.* Id est, dissolute. *arg. 81. dist. dilectum.* Bern.

¶*Glo. seq. quærit, opi. ponit & soluit.*

g ¶*Remeare.*] Nunqd licebit tali contrahere matrimonium, ex quo licet ei redire ad sęculum? Dicunt quidam, quod nō, cum sit simpliciter vouens. 17. q. *secundā* ј. *c. nos nouimus.* Si autem cōtraxerit, tenet. 27. *dist. si vir.* 27. q. 1. *nuptiarum.* & ј. *qui cler. vel vo. rursus.* quod non est verū: quia nec fuit expressum votum, nec intendit continere, qui tantùm sub conditione vouet: sicut nec obligat, qui sub conditione contrahit matrimonium, conditione deficiente. ј. *de cond. appo. de illis.*

¶*Glo. seq. quærit, allé. proponit opi. Io. in fi. soluit: contrariū interserit, arg. de protestatione, alleg. 4. iura & duo in contrarium.*

h ¶*Protestetur.*] Quid si nō protestetur: nūquid præsumitur pro religióe? Videtur, quod sic: quia summa est ratio, quę pro religione facit. *ff. de relig. & sum. fun. sunt personæ.* dixit Ioan. quod pręsumi debet, quod potiùs voluerit absolutè mutare sæculum, quàm conditionaliter: nisi protestatio præcedat. Et sic est hic *arg. quod protestatio necessaria est.* s. *de his, quæ vi, metusve caus. fi. perlatū* 31. q. 2. *Lotharius.* 7. q. 1. *Pontifices.* & s. *de electio.* Cumana. *arg. contra* s. *de consti.* cùm M. & s. *de appel.* solicitudinem. vbi non valet protestatio illi, qui contra illā facit, & ita pſumitur hic in dubio in securiorē partem: quia religio securior est. ј. *de reg. iur. estote. ff. eo. tit.* semper in obscuris sicut cum dubitatur, an aliquis sit excōicatus, pſumitur ipsum excōicatum, vt absoluat saltem ad cautelam, & tunc postea debet abstinere ratione dubij. ј. *de cle. exc. mini. illud* & ј. *de sen. exc. per tuas.* Sed cōtra videt, ex quo assumit habitum nouitij, nec facit professionem, nec renūciat sæculo expresse, quòd non intēdit se obligare simpliciter. ј *e statuimus.* vbi de hoc dicit, nisi euidenter appareat, quod tales, &c. quod verum est: & sic intellige istam decre. secūdùm illam.

POstulasti.] Cōmunis diuisio. Secūda pars ibi, *Nos.* Abb. Sic.

CASVS. Aliqui infra xiiij. annum assumpserunt habitum nouitiorū, postmodū infra annum ante factam professionem ad suas Ecclesias sunt reuersi, quætur, vtrum debeant tolerari? Rńdet Papa, quod propter hoc non sunt à suis ecclesiis amouendi. No. q qui habitum nouitiorum assumūt, infra annum probationis possunt redire ad pristinum statum: nisi fecerint professionem.

¶*Gloss. seq. dupliciter legit, quod hic dicitur de minore, & secundùm alterum declarat, quale fuit dubium, & ponit opi. Hug. Inn.*

nasterium ingressus est, habitum sumendo nouitij [a], si ante professionem emissam infra tempus probationis exire voluerit, licitè possit absq; apostasię nota, vel noxa [b] †, præsertim cum debita morum correctione ad sæculum remeare. ¶Licet autem super hoc sēserint diuersi diuersa, nos tamen credimus distinguendū [c], vtrùm is, qui cōuertitur, proposuerit absolutè [d] vitam mutare, vt sub habitu regulari omnipotenti Deo de cętero famuletur: an conditionaliter experiri obseruantiam regularem: vt ita demum si [infra annum †] sibi placuerit, profiteatur ordinis disciplinam, aut si fortè non placuerit, moribus emendatus † ad statum pristinum reuertat. In primo casu [e] debet, vt regulariter viuat, ad laxiorem saltem regulam pertransire. In secundo potest ad sęculum, non tamen vt viuat sęculariter [f], remeare [g]. Vt ergo quę sit eius intentio, plenius agnoscatur, propositū suū in principio protestetur.

¶Idem.

¶Qui infra annū probationis non facta professione redit ad sæculū, licitè potest ad ordines, & beneficia promoueri.

CAP. XXI.

POstulâsti †: *& infrà*: ¶Tertiò quæsiuisti, vtrùm illi, qui in annis minoribus [i] constituti nouitiorum habitum susceperunt, & infra annum postmodum nō facta professione, ad sæculum sunt reuersi, & Episcopis suis hoc scientibus, ad sacros ordines sunt promoti, sustineri debeāt in illis Ecclesiis ministrare, in quibus sunt ab eisdē Episcopis instituti. ¶Nos fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd propter hoc non sunt ab Ecclesiis ipsis amouendi, sed in eis possunt liberè ministrare.

¶Honorius iij. Venetēn. † Episcopo.

¶Qui vltra annum portat habitū monachalem in monasterio, vbi sunt habitus indistincti, censetur professus.

CAP. XXII.

EX † parte tua fuit propositum, quòd nonnulli sunt, qui licèt pluribus annis gestauerint habitum monachalem, professionem tamen monasticam non fecerunt: vnde cùm super eo quòd habent propriū, & aliàs irregulariter viuunt, à te, vel ab aliis arguuntur: non erubescunt dicere, se ad carentiam proprij, & continentiam, ac alias regulares obseruantias non teneri: cùm habitus [k] non faciat Monachum, sed professio regularis: *& infrà.* ¶Ideoque fraternitati tuæ mandamus, quatenus quoslibet tibi lege diœcesana [l] subiectos, qui prædicto modo terrā duabus viis [m] ingredi non verentur: vt post-

i ¶*Minoribus.*] Hęc qō [c] non habet dubitationem: quia si erant infra xiv. annum, non tenuit ingressus, & ita possunt liberè exire. s. eo. ad nostrā. significatum. & c. cùm simus & 20. q. 1. illud. sed tamē verbum istud dubium est: quia pōt intelligi, quòd fuerūt infra xiv. annum, & sic vt qō, & quòd fuerint minores xxv. & maiores xiiij. s. de prob. in præsentia. & tūc dicas, q nō constabat euidēter, q seculum vellēt mutare: qui habitum susceperunt: quare possunt redire ad pristinum statum ј. *eo. statuimus.* Si vis intelligere, q essent infra xiiij. annos, hęc potuit esse dubitatio: q forte erant doli capaces. & sic videbat, q malitia suppleret ætatem, sicut in matrimonio carnali. ј. *de despō. imp. a nobis. & c. tua.* quia & poterant se obligare diabolo, sic & Deo. ј. *de dele. pue. pueris?* Sed Papa rńdet, q liberè possunt ministrare in ecclesiis postea receptis: & sic non obligantur ante xiiij. annū. H. g. vero dicebat, q bene obligat̄ur doli capax, & tenebat monachat̄: quia poterat se obligare diabolo, p illud c. pueris. & Innocētius fuit in eadē opinione, q in decre. ista rńdet, q ingressus tenuit, si malicia supplebat ætatem: vt in antiqua decretali patet. [d] sed hodie non prodest. Bern.

EX parte.] Cōmunis diuisio. Secūda pars ibi, *Ideoque.* Abb.

CASVS. Quidam sunt, qui pluribus annis portauerunt habitum monachalem, tamen professionem monasticam non fecerūt. Cum isti postmodū arguunt super eo q proprium habent, & alias irregulariter viuunt, dicūt se nō teneri ad carentiam proprij, nec cōtinentiam, cùm habitus nō faciat monachū, sed professio regularis: significatū fuit hoc dño Papę: mandat Episcopo loci, quatenus quoslibet sibi subiectos, qui prędicto modo terram duabus viis ingredi nitunt, cōpellat per censuram ecclesiasticam, vt postquā per annum gestauerint habitum monachalem, regulam secūdùm formā ordinis profiteant, & seruent. Nota quòd nemo debet terram duab. viis ingredi. Item qui per annū gerit habitum monachalem, pręsumitur monachus: vnde compelli debet, vt profiteatur regulam illius ordinis.

k ¶*Habit*⁹.] ј. *eo. porrectū.* vbi de hoc & ј *qui cle. vel vo. consuluit.*

l ¶*Diœcesana.*] Id est, lege iurisdictionis: nā regulares nō subsunt Epō quantùm ad legem diœcesanam. 16. q. 1. *cùm pro vtilitate.* sed lege iurisdictionis. Quæ differentia sit inter legē diœcesanam, & legem iurisdictionis, dicitur s. *de offi. ordi. cō querente & c. dilectus.* Bern.

¶*Glo. seq. inducit tria simil. & arg. alleg. duo iura. Ioan.*

m ¶*Duab. vijs.*] Et merito quia in vno, eodēq; officio nō debet esse dispar professio. 16. q. 7. *in vna actione. & sic* s. *de cleri. cū ca.* & est simile, quod dr̄, vsquequo claudicatis in duas partes? 49 *dist. c. vlt.* & nemo potest duobus dominis seruire. vt 16. *dist. Acutius. & de pœnit. dist. 1. c. suscitatus §. item vt Christus ait.* Item ar. est, quod allegās contraria non est audiendus. s. *de app. solicitudinē.* 23. q. 7. *quod autem.* & ideo isti non fuerūt aud*ien*di.

† *Vnde Alciatum* l. 4. de verb. sig. *Cor. Fronto.* l. de differentiis *ait: noxa pœna est, noxia culpa.*

† *Hæc duo verba, infra annum, quæ sunt in recentioribus, desunt in omnib. manuscriptis, & in impressis paulo antiquioribus.*

† *emendatus.*

† *Ca. vnico. eod. tit. in 4. comp. Primā[?] quæstionem habes.* s. de foro comp. *postulasti.* s. *secundā* ј. de homic. *postulasti.* & *vide concilium Trid. Continuatio præcedentis c. citatum.*

a *Sed disputatur de eo de[?]* q̄ne, *prout Theologi, vt late refert Dominicus Sotus* l. 4. se. dis. 29. q. 2. art. 1. 2. & 3. & *Sylvester in sū. verbo, matrimoniū* 3.

b *Sed hodie sine protestatione, sine non, ante annum probationis nō tenet professio, vt definiuit concilium Tridentinum c. relatum: & sic cessat q̄tio glossæ.*

c *Quæstio etiam huius glossæ cessat hodie per concilium Trident.* s. *citatum omnino præcedentis c.*

† *Venetēn.* † *Venen.* † *Vertenen.*

† *Pro intellectu huius c. vide omnino S. Th. in 4. sent. dist. 18. q. 1. art. 3.*

d *Verba aūt antiqua decretalis in 4. compil. hoc tit. c. 1. ita habent: Nisi prudētia forte suppleuisset ætatē in illis, vt transire debeant ad regulam laxiorē: quia cùm ipsi absque protestatione religionis habitum assumant, vt etiam præsumuntur professi, ... hæc ibi. quæ correxit Raymundus.*

¶*Glo. seq. declarat præsumptionem, quæ insurgit ex lapsu anni: ad.. contr. dicens locum id habere, cùm est habitus indistinctus.*

a ¶*Per annum.*]Hoc ideo dicit, quia per annũ debet quis esse in probatione, antequam fiat monachus 17. q. 2. *Consuldim.* & š *eo. ad Apostolicam*, nisi renũciet illi beneficio: vt ibi dicitur, & j̃. *c. prox.* Qui ergo post annũ remanet in habitu monachali, & non reclamat, intelligitur tunc ipso facto tacitè vouere, vñ postea exire nõ põt: vt hic patet: immò compellitur expresse profiteri. nisi protestatio præcessisset. š. *quod met. cau. prælatum.* & hæc est præsumptio iuris, & de iure, ita non admittitur probatio in cõtrarium, ex quo nulla protestatio præcessit, 27. *d. quod interrogasti.* š *eod. Vidua* 20. q. 1. *quem progenitores.* similis præsumptio est j̃. *de spon. ad id quod* & c. *si quis.* & j̃. *de iudæ. c. Vlt.* & 54. *d. fraternitatem.* Et qd dicit per annum, posset suppleri, maximè si intelligatur de habitu monachali, qui dari profitentibus consueuit: vt j̃. *c. prox.* aliàs locum habet, quod dicitur de anno, vbi nõ est distinctus habitus nouitiorũ ab habitu professorum. Bern.

quam per annum [a] gestauerint habitum monachalem, regulam secundùm formam ordinis profiteantur, & seruent, Ecclesiastica censura compellas.

¶Gregorius ix.

¶*Infra probationis annum liberè quis redit ad sæculũ: nisi professionem fecerit tacitè, vel expressè, vel appareat eum vitam mutare voluisse. Hoc primò. Secundò dicit, quòd ad hoc vt dignoscantur Nouitij à Professis, debet habitus Professorum benedici in locis, vbi habitus non est distinctus.*

CAP. XXIII.

STatuimus † Nouitios in probatione positos, ante susceptum religionis habitum, qui dari profitentibus [b] consueuit, vel ante professionem emissam, ad priorem statum redire posse liberè infra annum, Nisi euidenter appareat [c], quòd tales absolutè voluerint vitam mutare, & in † religione perpetuò Domino deseruire: Cùm quilibet renunciare valeat ei, quod pro se noscitur introductum † ¶ Nihilominus statuentes, ad omnem ambiguitatem penitus amouendam, quod cùm in quibusdam locis religiosis, Nouitiorum habitus nõ distinguatur ab habitu Professorum, professionis tempore benedicantur vestes, quæ Profitentibus conceduntur, vt Nouitiorum habitus † a Professorum habitu discernatur [d].

† *Hanc referam cocilio Trid. sæpe citatũ sess. 25. tit.* de regularibus c. 15. & *Vide præ aliis hic Henricũ Bosch. & Panormitanum.* š. ca. ex parte.

† *Aliàs ita: & in religione perpetua.*

STatuimus.]Duo sunt dicta Secũdum ibi. *Nihilominus.* Primum subdiuidit. Primò statuit. Secundò excipit ibi, *Nisi.* Tertiò rationem subdit ibi. *Cum* Abbas.

CASVS. Statuimus in c. isto, q̃ nouitij in probatione positi, liberè possunt ad priorem statũ redire infra annũ, antequã suscipiãt habitũ, q dari profitẽtib. cõsueuit, vel ante professionẽ emissam, nisi appareat euidẽter, q̃ tales voluerint vitã mutare, & in religione perpetuò Dño deseruire: qa licitũ est cuilibet renunciare iuri suo. Statuit insuper ad omnẽ ambiguitatem tollendã, q̃ cũ in quibusdã locis religiosis habitus nouitiorũ non distinguat ab habitu professorũ, tẽpore professionis benedicant vestes, q̃ profitentib. cõceduntur: vt per hoc habit⁹ professorum discernatur ab habitu nouitiorũ. Not. q̃ nouitij in probatione positi infra annum liberè possunt redire ad sæculum, nisi euidenter appareat, quòd voluerint vitam mutare. Item differentia debet esse inter habitum nouitiorum, & professorum, quæ in benedictione vestium consideratur.

¶*Glo. sequens distinguit duplicem habitum: deinum quærit ponit tres opiniones, & soluit.*

b ¶*Qui dari profitentib.*]Not. q̃ est habit⁹ [a] professionis, qui votum habet annexum, & eo ipso q̃ quis talem habitũ recipit, monach⁹ efficit, & per talem habitum intrando religionem solemnizat votũ: quare postea reclamare non potest, ex quo cœpit cũ aliis canere. & de tali habitu loquitur hic. & sic potest intelligi š. *eo. Vidua.* & 27. *d. quod interrogasti.* & 27. q. 1. *Vidua.* & 20. q. 2. *quem progenitores.* & talis habitus impedit, & dirimit matrimonium. 27. q. 1. c. 1. Item est habitus probationis, qui differt ab habitu professorum: vt hic in fi. dicitur. & talis habit⁹ nõ obstat, quò minus nõ possit redire ad sæculũ infra annũ ante factam professionem, vt hic dicitur: & š. *eo. consultis.* nisi euidẽter appareat, q̃ voluit sæculum mutare, vt statim dicit. Sed pone, cleric⁹ est in probatione: nũquid expectabit Eps vsq; ad tempus probationis, vt conferat [b] beneficiũ: cùm Ecclesia vacare nõ debeat vltra sex mẽses. š *de concess. praben. nulla.* Dicit Io. q̃ si auctoritate Episcopi recessit, videt ei dedisse licentiam vsque ad tẽpus probationis: si verò sine licẽtia recessit, tũc poterit cũ legitimo tẽpore elapso, priuare. Vel dicas, q̃ si euidẽter appareat, q̃ voluit absolutè mutare sæculũ, statim põt beneficiũ illius Episcopus cõferre: si verò nõ constet de hoc, tũc vr̃. q̃ Eps teneat ipsum expectare, vsq; ad tẽpus probationis: cùm habeat illud tẽpus à iure illo cõuertendus. š. *eo. ad Apostolicam.* & dicit decretũ, q̃ licentiam ab Apostolo datã nemini auferre possumus. 18. dist. de his. si iudex minus tempus dederit, quàm sit statutũ à lege, suppleretur à iure. *ff. de re iudi. l. 4. š. si quis.* quia videt iusta de causa abesse. vnde nõ debet priuari š. *de cleri. nõ resi. inter quatuor.* &c. *Vlt.* Verius tamen videt, q̃ si Eps nõ vult eũ tantùm expectare, & Ecclesia pp hmõi absẽtiã dãnũ incurrat, debet eũ citare, vt redeat, vel vt profiteat: & si ad terminũ non redierit, põt ordinare Ecclesiã p iura proxi. allegata: nec credo illã esse iustam cãm expectãdi, qa priuata vtilitas nõ dẽt præferri cõi vtilitati. š. eo. licet. š. *de postul. prælat. ca.* 3. Idẽ credo seruandũ. si alter sponsus intret religionẽ, & infra certũ tempus profiteat, alioquin cõpellitur redire ad spõsam: quia & ibi periculum imminet fornicationis j̃. *de conuer. coniu. ex publico. arg.* š. *Vt lit. non contest. quoniam frequenter.* §. 1. satis posset dici, q̃ Eps nõ posset illũ priuare vsq; ad tẽpus statutũ, & interim faciat deseruiri in Ecclesia p aliũ, cui prouideat de bonis Ecclesiæ. *ar.* š. *de appe. peruenit* 2. & š. *de cler. non resi. c. pen.* secus in muliere, cui consuli interim nõ potest. hoc æquius videtur fauore religionis, summa enim est ratio, q̃ pro religione facit. *ff. de relig. & sump. fune. sunt personæ.* Bart.

a *De duobus habitibus generibus quib. religiosi distinguuntur, Vide hic præ aliis Henricum Bosch.*

b *Hæc quæstio iam est hodie declarata per decisionem Pontificiã in c. beneficium. de regularib⁹, lib. 6.*

† *Vide l. si quis in conscribendo. C. de pact. Bar. in l. 2. &a. ff. de re iudi.*

† *Dictio habitus, decet hic in pluribus ante quas exemplaribus.*

¶Idem.

¶*Religiosi fugitiui annuatim sunt requirendi, & cogẽdi, vt ad monasterium reuertantur.*

CAP. XXIIII.

NE † religiosi vagandi occasionem habentes, salutis propriæ detrimentum incurrãt, & sanguis eorum de Prælatorum manibus requiratur [e]: Statuimus, vt præsidẽtes Capitulis celebrãdis, secundũ statutum cõci-

† *De materia præter Doctores hic, Vide Anchar. in c. cum in ecclesiis de maioris & obedien.*

¶*Gl. se. quærit, & soluit.*

c ¶*Nisi euidẽter appareat.*]Et hoc videt, q̃ qui simpliciter intrat religionem, dum tamẽ nõ faciat professionem, vel nõ recipiat vestes, q̃ profitentib. cõcedunt, licèt nullã faciat protestationem, quod semper possit redire ad pristinũ statum infra annũ: & sic præsumit, q̃ cõditionaliter voluit experiri obseruãtiam regularẽ: nisi appareat euidẽter, q̃ sæculũ mutare voluerit. Sed qualiter appareat, q̃ hoc voluit? Dico, qd si renũciauerit sæculo expresse, vel si aliud dicat, vel faciat, p qd volũtas eius appareat: vel si statim recipiat vestes, q̃ tñ dãt profitẽtibus, sed nihil dicat, vel faciat, nõ apparet euidẽter [c], qd voluerit mutare. j̃. *qui cle. vel vouen. cõsuluit.* optimè facit: & sic põt intelligi. š. *e. consultis.* & sic non præsumitur pro religione, si voluerit redire ad pristinũ statũ: quia non est verisimile, quod sit immemor suæ salutis 1. q. 7. *sancimus.* & qd ei sit credendũ, est *ar. de rap. cũ causa.* & ita nõ præsumit pro religiõe, vbi simpliciter intrauit, ex quo vult ante annũ exire: immo præsumim⁹, q̃ cõditionaliter habitũ assumpsit. sic ergo debet apparere, q̃ voluerit sæculũ mutare, qd patet ex eo, qd dicit: cũ quilibet valeat renũciare ei, qd pro se, &c. & ex eo qd dicit. š. *eo. consultis. in fine:* propositũ suũ in principio protestet, sic. q̃ vult sæculũ mutare, hoc expresse dicẽdo: in cõtrariũ tamẽ consueuit ibi dici, prout dixit ibi Io. & sic intelligimus hodie illam decretalem secundùm istam.

c *Quæ sint euidentia signa, quib. appareat, quod sæculũ mutare voluerit. plenius prosequitur hoc Ioan. And.*

d ¶*A professorũ habitu discernatur.*]Et sic patet, qd ali⁹ est habit⁹ professionis: & alius habit⁹ probationis siue nouitiorum. & dicit s. vt p hoc appareat, qui sint professi, & qui non [d]. Bern.

d *Aliàs difficile discernerentur sicut difficile, discernitur liber à seruo. ff. de cõtra. emp. quia difficile. secundum Vin. Ioan. And.*

NE religiosi.]Diuidit. Primò cõstitutionis causa ponitur. Secundo constitutio submittitur ibi, *Statuimus.* q̃ duo facit. Primò prouidet circa eiectos, & fugitiuos. Secundo circa inobedientes ibi, *Si vero* Abbas.

CASVS. Cũ prælati corrigere teneãt subditorũ excess⁹, & oues vagabũdas reducere ad ouile, ne sanguis eorũ de suis manib. requirat: statuit Papa Gregorius, vt præsidentes capitulis celebrandis secundũ statutũ concilij generalis, siue Abbates, aut Priores, requirant fugitiuos suos, & eiectos de ordine suo, sollicitè annuatim, reducẽdo eos ad claustrũ, ne vagabũdi discurrãt in animarum suarum periculum: & si in monasteriis suis recipi possunt, cõpellantur Abbates, seu Priores eorum, vt eos recipiãt salua ordinis disciplina. Si aũt regularis ordo hoc nõ patit, prouideant, vt apud eadẽ monasteria in locis cõpetentibus, vitæ necessaria talib. ministrent, si absq. graui scandalo fieri potest. alioquin in aliis domib. eiusdem ordinis prouideat eisdem. si autẽ ibi fugitiui inobediẽtes extiterint, excommunicent. & tamdiu ab ecclesiarum prælatis excommunicati publice nuncient, donec ad mãdatum suorum prælatorum humiliter reuertant. Not. q̃ monachi vagabundi reducẽdi sunt ad monasteriũ suũ, ne damnabiliter euagentur.

e ¶*De prælatorũ manib. requiratur.*] Et ita prælatus tenetur de

facto

facto subditi, nisi eum correxerit. ȝ. de offi. ordi. irrefragabili. ꝭ ỹ. de statu regularium, cùm ad monasterium. ad fin. & 43. dist. Ephesin.

a ¶ Concilij generalis.] Quod habes ỹ. de statu monac. in singulis.

b ¶ Qui.] scilicet, præsidentes, vel abbates.

ADDITIO. Vel dic & melius: qui, scilicet fugitiui, & electi.

c ¶ Salua ordinis disciplina.] Hoc est dicere, imposita eis pœnitētia secundùm quòd regula illius ordinis requirit, & præcipit.

d ¶ Si absque scandalo.] Nihil omnino cum scandalo faciendū est. ȝ. de temp. ord. ad aures. ȝ. de præscri. nihil prodest. & væ homini illi, per quem scandalum venit. ỹ. de no. oper. nunc. cum ex iniuncto. Bern.

¶ Glo. seq. quærit, & soluit.

e ¶ Vita necessaria ministretur.] Et quis ministrabit ei necessaria? Abbas prioris monasterij[a], vt si aliquid habeat de suo, prouideat ei de illo. 16. q. 6. de lapsis. & etiam si nō habuisset aliquid, prouidebit monacho suo tempore pœnitentiæ, alias monasterium illud secundum quare grauaretur.

† Lateranē. sub Innocentio iij. c. 12.

† Quis dicatur fugitiuus, vide ff. de ædil. edi. l. si quis fugitiuus.

† Dictio, suos, deest in antiquis codicibus: & redundare docēt sequentia, videlicet illa: de ordine suo.

† præmissa.

† Vide l. æquissimum. ff. de vsufr. & in l. oleū. cū notatis. ff. de dona.

a Argumentum eius probes in l. tertius. C. de quæstioni.

lij generalis[a] †, seu patres Abbates, seu Priores, fugitiuos † suos † & eiectos de ordine suo, requirant solicitè annuatim Qui[b], si in monasterijs suis recepi possunt, secundùm ordinem regularem, Abbates, seu Priores eorum, monitione præuia † per censuram Ecclesiasticam compellantur ad receptionem ipsorum, salua ordinis disciplina[c]. Quod si hoc rugularis ordo non patitur, auctoritate nostra prouideant, vt apud eadem monasteria in locis competentibus, si absque graui scandalo[d] fieri poterit †, alioquin in aliis religiosis domibus eiusdem ordinis, ad agendam ibi [pœnitentiam], talibus vitæ necessaria ministrentur[e]. ¶ Si verò huiusmodi fugitiuos, vel eiectos inobedientes inuenerint, eos excommunicent: & tandiu faciant ab Ecclesiarum Prælatis excommunicatos publicè nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur.

DE CONVERSIONE coniugatorum.

¶ Suprà visum est de regularibus in genere, sed quia coniugati quandoque intrant monasterium, & dubites posset de eorum ingressu, ideò ad clariorem doctrinam auctor posuit specialem rubricam.

De hac materia habetur 33. q. 5. & 27. q. 2. c. sunt qui cum duob. cap. sequen. & cōmenit infrà de rapt. c. pen. Abbas.

TITVLVS XXXII.

De conuersione coniugatorum.

¶ Alexander iij. Vbergen.† Epo.

† Vrbergen.
† Helsen.
† Vercellen.

¶ *Si vir de vxoris licētia profitetur, & vxor ipsa suspecta nec continentiam vouet, nec religionem ingreditur, Episcopus vxori virum restituet. Hoc dicit iuxta litterā.*

CAP. I.

PRæterea[f] † vtrum Laicus vxoratus, qui præsentibus Sacerdotibus, & Monachis ignorante Episcopo, de licentia, & permissione vxoris, monasteriū ingressus professionē fecit, vxore in seculari habitu remanente, nec transeunte ad religionem, aut perpetuam continētiam vouente, ab Episcopo suo possit ad totum reuocari vxoris, an illa compellenda sit continentiam obseruare: Dicimus, quòd nisi vxor ad religionem transierit[g], aut perpetuo castitatem seruare promiserit[h]: vir potest, & debet de monasterio reuocari[i].

† Cap. 1. e. ti. in 1. cōp. & post concilium Later. sub Alex. 3. p. 5. c. 4. Et de materia vide Turrecrematam in c. quòd Deo. 33. q. 5. & Dominicum Sotū l. 4. sent. dist. 27. q. 2. art. 4.

PRæterea.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Dicimus. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam laicus præsentibus sacerdotibus, & monachis, ignorāte Epo, de licentia, & pmissione vxoris monasteriū intrauit, & pfessionē fecit, vxore in seculo remanente, nec trāseunte ad religionē, aut continētiam vouēte: quęrit, verùm laicus ille possit ab episcopo suo ad torū vxoris de monasterio reuocari, an illa debeat cōpelli ad cōtinentiam obseruandam? Respōdet Papa, ꝙ vir potest, & debet de monasterio reuocari, nisi vxor ad religionē trāsierit, aut castitatē perpetuò seruare promiserit: cū sit illi[a] ætatis ꝙ sine suspicione nō possit in sæculo remanere. Nota, quòd alter coniugum non potest ad religionem transire altero in sæculo remanente, nisi castit atem seruare promiserit.

f ¶ Præterea.] Supple, quæsiuisti.

g ¶ Transierit.] Cùm non possit esse in sæculo sine suspiciōe turpitudinis. 27. q. 2. scripsit. ꝭ c. sunt, qui dicunt.

h ¶ Promiserit.] Manēdo in domo ꝓpria, si est senex. ỹ. eo. cùm sis. & c. ad Apostolicam.

¶ Glo. seq. alleg. 3 iura pro concor. & duo pro cōtrarijs, & sol. distinguendo. ponit opi. Iterū signat aliud contrarium, & soluit.

i ¶ Reuocari.] Sic patet[b], ꝙ non sufficit vxoris licentia, vt vir possit intrare monasterium. sic ỹ. eo. ex parte 1. 33. q. 5. notificasti. ỹ. eod. coniugatus. Sed contra. 33. q. 5. quis vxorem. 27. q. 2. Agathosa. Sol. Dicas, quòd si talis est vxor, quæ non possit esse in sæculo sine suspicione fornicationis, non sufficit sola licentia vxoris, nisi & ipsa similiter conuertatur: quo casu hæc decretalis potest intelligi, & omnia similia. Si verò senex est, sufficit sola licentia, interueniēte auctoritate episcopi, & ipsa voueat, & remaneat in sęculo. infrà eod. cùm sis. & c. ad Apostolicam. & c. veraram. & in casu illo intellige illa iura, quæ videntur dicere, quòd alter coniugum potest ad religionem trāsire de consensu vxoris, ea in sæculo remanente. Alij volunt dicere, quòd sufficit vxoris licentia. ỹ. eod. ex parte. & c. consuluit. & in hoc c. loquitur de licentia, extorta, vel quia fuit iuris ignara. sed tene primum. Tāc.

Item signatur contra. ỹ. eod. veniens. Sol. illa fuit fornicata, & ita obstabat ei exceptio fornicationis: sic 27. q. 2. Agathosa. Bernar.

b De materia huius glossa vide, quos paulo antè citauit.

¶ Idem Salernitano Archiepiscopo.

¶ *Ante matrimonium consummatum potest alter coniugum, etiam altero inuito religionem ingredi: sed remanens in sæculo potest ad secunda vota transire.*

CAP. II.

VErum † post consen sum legitimum de præsenti, licitum est alteri, altero etiam repugnante, eligere monasterium[k], (sicut sancti quidam[l] de nuptiis vocati fuerunt) dummodo carnalis commistio non interuenerit inter eos: & alteri remanenti (si continentiam seruare noluerit) licitum est ad secunda vota transire. Quia cùm non fuissent vna caro simul effecti, satis potest vnus ad Deum transire, & alter in sęculo remanere[m].

† Cap. 2. eo. ti. in 1. cōp. Et post concilium Later. p. 5. c. 1. Decisionem huius decretalis vt ad'de tuetur Sotus ab impugnatione hæreticorū. l. 4. se. dist. 27. q. 1. a. 4. adde Turrecrematā in c. scriptū. 32. dist.

VErum.] Primò ponit dictum. Secūdò ipsius rationē ibi, Quia. Abbas.

CASVS. Dicitur hic quòd si aliqui per cōsensum mutuū de pręsenti matrimonium contraxerint, antequam sint carnaliter coniuncti, potest alter religionem intrare altero inuito, sicut quidam sancti de nuptiis vocati fuerunt: & ille qui remansit in sæculo, potest matrimonium contrahere, cùm nondum sint vna caro effecti. Nota, quòd ante carnalem copulam potest alter coniugum altero inuito intrare religionem.

¶ Idem Pisano Archiepiscopo.

¶ *Qui inuita vxore professionem fecit, & ei postea restituitur, non compellitur mortua vxore, ad monasterium redire: matrimonium tamen contrahere non debet.*

CAP. III.

QVidam † intrauit monasterium inuita vxore: qua

¶ Glossa sequens signat contrarium, & remittit.

† Cap. 3. e. ti. in 1. cōp. Et post concilium p. 5. c. 2. vide gl. in c. mulier. 33. q. 5. & ibi Doctores.

k ¶ Monasterium.] 27. q. 2. desponsatam. ỹ. eo. ex publico. arg. contra. ỹ. de spon. commissū. ibi soluitur. Bern.

l ¶ Sicut sancti quidam.] Sicut beatus Macharius, & Alexius. 27. q. 2. c. scripsit. §. ecce.

¶ Glo. seq. ponit opi. quam reprobat. Ioan.

m ¶ Remanere.] Et cum alia contrahere. ỹ. eo. ex publico. Et dicūt quidam, ꝙ nihilominus remanet vinculum prioris matrimonij, sed prorsus inefficax propter ingressum: & sic habebit duas vxores: sed nō obest tale vinculū. arg. de consecr. dist. 4. c. 2. Sed contra eos facit 31. q. 1. quomodo virginibus. & ỹ. de diuor. gaudemus. Vnde primi matrimonij vinculum soluitur per ingressum religionis: vt in Auth. de sanc. episc. §. si verò constante adhuc matrimonio. coll. 9.

QVidam.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, Consultationi Abbas Siculus.

CASVS. Quidā intrauit monasteriū vxore inuita, coact[9] est ad eā redire: tādē mortua est illa: quęrit, vtrū debeat cōpelli ad monasteriū reuerti, an possit aliā accipere vxorē? Rūdet Papa,

quòd votũ non tenuit: vnde ratione voti ad monasteriũ non tenetur redire: tamẽ vlteriùs non poterit vxorem accipere, quia ꝓmisit se nõ exigere debitũ carnis: quod fuit in ei⁹ potestate, & quantũ ad hoc tenuit votũ: sed nõ reddere, nõ erat in potestate viri, sed vxoris: vnde dicit Apostolus: *Vir nõ habet potestatem sui corporis, sed mulier*, & econuerso. Nota, ꝙ alter coniugum altero inuito ad religionem transire non potest. Item votũ pro parte tenet, & pro parte non tenet. Item votum meum obligat me ad id, quod in me est. Item mutuam seruitutem sibi debẽt vir, & mulier, ex quo sunt vna caro effecti.

¶*Glo. seq. signat cõtrarium, & remittit.*

a ¶*Votum non tenuit.*] Plenè, tenuit tñ quoad ea, quę erãt in eius potestate, sc. non exigere debitũ carnis: quod in ipsius fuit potestate, sic ĩ. *eo. placet.* vnde compellitur continere, sed non cõpellitur ad monasterium redire: vt ĩ. *eo. placet. Arg. contra* ĩ. *eo. ex parte. & c. consuluit.* vbi cõpellitur ad monasteriũ redire, sed ibi soluitur.

1. Cor. 7.

b ¶*Non tenetur.*] Id est, non debet ab Ecclesia compelli, ipse tamen peccat, si non perficit, quod vouit, ex quo impedimentũ cessauit. *ar. 17. q. 2. nos nouimus.* Bern.

¶*Glo. seq obiicit, & soluit. Secũdo quærit: ponit opi. Tan cõtrariã, quam approbat, & alternatiuè reuertitur ad primam. Tertiò quærit, soluit distinguendo, soluit, opponit, & respondet.*

† Cap. 4 e. ti. in 1. cõp. *Et post concilium Lateran.* p. 5. c. 2. *Et de articul. huius c. vide Turrecrematã* in c. sunt qui dicunt. 27. q. 2. in fine.

† *fin.*

ipsum repetente, coactus est ad eam redire: ea mortua, quæris, an ipse cogatur reuerti ad monasterium, an aliam possit ducere in vxorem? Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd votum non tenuit [a], vnde ratione voti ad monasterium nõ tenetur [b] redire, vlteriùs verò nõ poterit vxorem accipere: promisit enim se non exigere [c] debitum, quod in eius potestate erat: & ideo quoad hoc votũ tenuit: non reddere autem, non erat in eius, sed mulieris potestate. Vnde Apostolus [Vir nõ habet potestatẽ sui corporis, sed mulier.]

¶Idem Exonen. † Episcopo.

Vxoratus religionem intrare nõ potest, nisi etiam vxor ingrediatur: vel nisi suspecta non sit, & cõtinentiam promittat. Hoc dicit. Et est vnum c. de principalioribus tituli.

CAP. IV.

CVm † sis prædictus scientia litterarum, ignorare non debes sanctorum Patrum constitutioni [d] esse contrarium, vt vir vxore sua, aut vxor viro eius † non assumente religionis habitum, debeat ad religionem transire: & infrà. ¶Inde est, quod auctoritate Apostolica prohibemus, ne in Episcopatu tuo virum, vel vxorẽ (nisi vterque ad religionem migrauerit) transire permittas. Verum si ita vxor senex est, & sterilis [e], quòd sine suspicione [f] possit esse in sæculo, dissimulare [g] poteris: vt ea in sæculo remanente, & castitatem promittente, ad religionẽ transeat vir eiusdem.

c ¶*Nõ exigere*] Hic ĩ. *eo placet.* Sed hæc ratio nõ videt bona: sic enim B. Maria* contrahere nõ debuit, cùm proposuerit se non exigere. 27 *q. 2. B. Maria* & tamen legitimè contraxit, vt ibi dicit. Respondeo, immo bona est hęc ratio, quia post tale votũ contrahere non debuit, propter pronitatem, quã habet exigendi debitum & quod dicit de B Maria, hoc fecit ex reuelatione diuina Sed pone, ꝙ contrahat, quid erit? Tãcredus dicit, ꝙ tenet matrimoniũ: quia votũ nõ fuit solẽne. *ar. ĩ. qui cleri. vel vo. rursus.* Alij dicũt, ꝙ non tenet matrimoniũ, & debent separari. *ĩ. eo. ex parte & c. consuluit.* & hoc veriùs videt: quia quantũ ad continentiã seruandã, satis solẽnizauit ipsũ votũ p sui ꝓfessionẽ. Vel si vis dicere, quod matrimoniũ teneat, ipse tñ debitũ ab vxore exigere non dẽt: qq; reddere debet exact⁹: qa faceret cõtra cõsciẽtiã *arg. s. de restit. spo. litteras & ĩ. de sen. excõ. inquisitioni.* Itẽ quærit, vtrũ mulier possit intrare monasteriũ in casu isto inuito viro. Hic potest distingui, an sit recõciliat⁹ ei, & educt⁹ de monasterio, & tũc nõ põt eo inuito intrare. *arg. 33. q. 5. quod Deo pari.* si verò non est recõciliatus ei, põt trãsire ad religionẽ eo inuito. 17. *qu. 2. Agathosa.* 32. *q. 5. qui vxorem.* Sed videtur, ꝙ nõ obstante eo ꝙ est recõciliatus, ꝙ ipsa possit intrare religionẽ eo inuito: quia ipse tã nõ potest ab ea exigere debitũ: & sicut ille ea inuita renunciauit exactioni debiti coniugalis, ita & ipsa eo inuito potest renũciare seruituti, quam habet in ipsum. Hoc verũ est quantum ad huiusmodi seruitutem: quia & ipse debet ad monasterium redire, vbi fecit ꝓfessionẽ. ĩ. *eo. placet.* quoad alia tñ. q vir debet vxori, & econuerso, nõ videt, ꝙ viro inuito possit trãsire, postquã illa eduxit eũ de monasterio, & ei est reconciliatus: quia non solum tenent coniugati ad debitum carnale reddendum, sed ad mutuũ auxilium, & obsequium. quia in quibusdã matrimoniũ est legis obsequium 27. *q. 1. nuptiarũ.* Ber.

a *De hoc articul. vide B. Aug.* l. 4. contra Faustũ Manichæum. c. 8. & 9. & magistrum sen. lib. 4. dist. 30. §. præmissis aliquid addẽdum, & *ibi Sotum.* q. 2. ar. 1. & 2. *vbi late de matrimonio B. Virginis.*

CVm sis. Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Inde est.* vbi ex genere pręmisso infert speciem. Abbas Siculus.

CASVS. Pręcipit Papa Epo Exonen. ne in Epatu suo pmittat virũ, vel vxorẽ ad religionem trãsire, nisi vterq; ad religionẽ migrauerit: tñ si vxor est senex, q̃ sine suspiciõe possit in sęculo remanere, dissimulare poterit, vt in sęculo remaneat castitate ꝓmissa, & vir poterit ad religionẽ trãsire. Not. ꝙ alter coniugum non debet ad religionẽ trãsire sine reliquo. Itẽ si mulier sic senex, & castitatem ꝓmiserit, põt vir ad religionẽ transire. Item nota hic argumentum pro senibus. quòd sint cõtinẽtes.

d ¶*Constitutioni*] 27 *q. 2. sunt, qui dicunt. & c. Agathosa.* quia Agatho. & ca. scripsit nobis in istis cõstitutionibus dicitur, quòd vir, & vxor postquam copulatione coniugij vna caro effecti sunt, non potest alter ad religionem transire altero in sæculo remanente.

e ¶*Sterilis.*] Ratione ætatis, & non naturæ: quoniam multę sunt steriles, & iuuenes, q̃ cõtinere nõ possunt [b], nec volunt.

f ¶*Sine suspicione.*] Sic ĩ *c. vxoratus. & cap. ad Apostolicam.*

g ¶*Dissimulare.*] Dissimulatiõe approbationis. qa talis trãsit⁹ bñ approbatur, si cõsentit mulier. ĩ. *eo. vxoratus. & ca. ad Apostolicam.*

b *Sano modo hoc dictũ accipias: ideo enim cõtinere non possũt, quia reuera ad continentiã non se disponunt, neque ea faciunt, quæ pro continentia dono à Deo impetrando fieri oportet.*

† *Strigonien.*
† *Colonien.*
† *Colocen.*

¶Idem Strigõ. † & Colon. † Archiepiscopis.

Coniugatus non est ordinandus ad sacros ordines, nisi vxor continentiam promittat.

CAP. V.

COniugatus †: & infrà. Nullus coniugatorum est ad sacros [h] ordines promouendus: nisi ab vxore cõtinentiam profitente [i] fuerit absolutus.

¶Idem eisdem.

Vxoratus in Episcopum promoueri non potest, nisi vxor religionẽ profiteatur.

CAP. VI.

SAnè † si coniugati consenserint ordinari, vxoris volũtas priùs requirenda est: & infra.

COniugatus.] Diuiditur: quia primo ponitur dictum. Secundo exceptio ibi, *Nisi.* Abb.

CASVS. Dicitur hic ꝙ nullus coniugatus ad sacros ordines recipiatur, nisi prius cõtinentiam vouerit, & ab vxore fuerit absolutus. Nota, ꝙ nõ sufficit viro licentia mulieris, vt ad ordines ꝓmoueatur, immò exigitur, ꝙ continentiam voueat.

† Cap. 5. e. ti. in 1. cõp. *Et post concilium* p. 5. c. 5. *Et de vero intellectu vide Durãdum* l. 4. sẽ. dist. 27. q. 2. *& ibidem Palud.* q. 3. *& latiùs ibi Sotum.* q. 1. art. 4. ver. prætereà contra eãdem primam conclusionem.

¶*Glo. seq. recit. per qua. arg. pro, & soluit contrarium. Io.*

h ¶*Ad sacros*] Ex eo ꝙ prohibet, ꝙ coniugatus non promoueatur ad sacros ordines, dat intelligi, ꝙ possit ad minores: qa quod de vno negat, de alio consequens intellect⁹ patet. 25. *d. qualis.* sed non est verum: quia coniugati ꝓmoueri nõ debent. s. de cleri. coniuga. diuersis fallacijs. imo si clerici sunt in minoribus ordinibus, beneficijs debent priuari, *eo. tit. c. 1.*

¶*Gloss. seq. quærit. ponit. opi. Ala ponit contrariam, & reuertitur ad primam.*

i ¶*Ab vxore continentiam profitente*] Sed nũquid sufficit hoc? Videt, quòd sic. 32. *d. sertatim.* & 77. *d. Episcop⁹ benedictionẽ, quæ potius contradicit.* sed ibi exponit, religionẽ, id est, castitatẽ. sic *s. de cleri. coniuga sanè.* quod cõcedebat Ala. si vir remaneat in sæculo Alij dicunt, ꝙ ordinari nõ debet, nisi ad religionẽ cõuertat vterque. Quod dicit hic, intellige in eo casu, in quo esset senex, & sterilis: ita quòd nulla est suspicio de vxoris incõtinẽtia. sic intelligit illa *decre. sanè. de cleri. coniug.* nã qui promouet ad sacros ordines, eo ipso intelligit continentiam profiteri & si iuuenis esset vxor, ꝑsumptio esset cõtra vtrũq;. *ar. s c. prox. in fi.* vnde non debet promoueri talis, nisi ambo trãsierint ad religionẽ. sec⁹ si sit senex, & sine suspicione. vel dicas, vt dixit Alan. quòd aliud est in eo, qui promouetur ad sacros ordines remanẽdo in sęculo: quia ibi sufficit, ꝙ cõmuni consensu cõtinentiã promittant, vt dicũt iura primò inducta: quia etiã cõmuni consensu, sine susceptione ordinum possunt continentiam profiteri remanendo in sæculo. 33. *q. 5. quod Deo pari.* & aliud est in his, qui conuertuntur: quia locũ ibi habet, quod dicitur s *c. prox. & ĩ. eo. ad Apostolicam.*

† Cap. 6. e. ti. in 1. cõp. *Et post concilium Lateran.* p. 5. c. 7. *Et de materia, & intellectu, vide quos citauit paulò ante in c. cõiugatus. ad. de Dominicum* in c. si se cuidam. 28. dist.

SAnè.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Fraternitati.* Abbas Siculus.

CASVS. Dicit hic, ꝙ si coniugati ordinari voluerint, volũtas vxoris priùs debet requiri, & obtineri, vt ibi dicit in ꝑcedẽti c. prohibet etiam, ne vxoratus possit in Episcopum promoueri, nisi vxor sua continentiam profiteatur, & intret religionem, sacram vestem assumendo. Nota, ꝙ vxoratus non debet promoueri sine licentia vxoris. Item nota speciale in vxore Episcopi, quod debet continentiam profiteri, & intrare religionem, antequam vir eius promoueatur in Episcopum.

¶*Glo. seq. recitatur per quæstionem.*

a ¶*Vxora-*

a ¶ *Vxoratum.*] Si de fraude nō sit suspectus, ratione vxoris, & filiorum à prælatura, & ab administratione non repellitur: in quo casu intelligitur hoc. 31. *dist. omnino.* secus si suspectus: quia sæpe per tales substantia ecclesiastica deperire solet. 28. *dist. de Syracusana. & 3. cleri. coniu. diuersis. 61. d. Cathanensis.*
¶ *Glos. sequens quærit, & soluit.*

b ¶ *Sacrum velamen.*] Sed quid si esset vetula, nunquid sufficit, si continentiā profiteatur. j. eo. *Vxoratus.* & j. eo. *ad Apostolicā?* Respōdeo, non sufficit, nisi conuertatur, & est speciale in vxore episcopi: aliàs contradiceret c. præced.

ADDITIO.* Quidam dicunt, quòd non sufficit, & est speciale in Epo. credo, quod sufficeret. & hoc intelligitur de iouene, arg. ex fine huius cap.

† In aliquos impressis exemplaribus ita: & religiosam vestē, vel vestam assumat.

Fra. ¶ Fraternitati vestræ auctoritate Apostolica prohibemus, ne vxoratum [a] præsumatis in Episcopum ordinare: nisi vxor priùs professa continentiam, sacrum sibi velamen [b] imponat, & religiosam vestem † assumat.

¶ Idem Brixien. Episcopo.

¶ *Sponsa de præsenti non cognita, quæ dicit se velle religionem ingredi, compellitur infra certum tēpus profiteri, vel adhærere marito.*

CAP. VII.

EX † publico instrumento nobis innotuit, quod cum Veronen. Episcopus causam matrimonij, quæ inter A. virum, & M. mulierem vertebatur, suscepisset terminandum, iudiciali sententia matrimonium approbauit, & eidem mulieri præcepit, vt ad virum rediens, exhiberet eidem coniugalem affectum: quod cùm renueret †, fuit vinculo excommunicationis astricta. ¶ Cæterùm quia licèt à præfato viro desponsata fuerit: adhuc tamen (sicut asserit) ab ipso est incognita: Mandamus, quatenus si prædictus vir ipsam carnaliter non cognouerit †, & eadem ad religionem [c] transire voluerit, recepta ab ea sufficienti [d] cautione, quòd vel ad religionē transire, vel ad virum suum redire infra duorum [e] mensium spatium debeat, ipsam à sententia, qua tenetur, absoluas: ita quòd si ad religionem transierit, vterq; restit. [f] alter, quod ab eo noscitur recepisse: & infra. ¶ Sane quòd Dominus in Euangelio dicit, nō licere viro † nisi ob causam fornicationis vxorē suam dimittere, intelligendum est, secundum interpretationem sacri eloquij, de his quorum matrimonium carnali copula est consummatum [g], sine qua consummari † non potest.

EX *publico*] Prima pars narrat factū. Secunda ibi, *Cæterum.* mulieri petēti dat iudicē. Tertia soluit obstaculū ibi, *Sane.* Abb.

CASVS. Inter A. virū, & M. mulierē quō matrimonij vertebatur, quæ fuit cōmissa Epo Veronen. qui pro matrimonio sententiā promulgauit, præcipiens mulieri, vt ad virum rediret, & ei coniugalē exhiberet affectū: quod cum facere noluit, fuit excōmunicata: sed illa se virginē asserens, dicebat se velle religioné intrare. significauit hoc D. Papæ, vnde mādat Episcopo Brixien. quatenus si prædictus vir eam carnaliter non cognouerit, & illa ad religionē transire voluerit, absoluatur à sententia excōmunicationis, recepta prius sufficiēti cautione ab ipsa, quod debeat ad religionē trāsire, vel ad virum suū redire infra duos menses: & si ad religionem transierit, vterque restituat alteri, quod ab eo recepit. In fine respōdet tacitæ quæstioni, quæ posset fieri de auctoritate Euāgelij, qua dicitur: Nō liceat alicui dimittere vxorē suā excepta causa fornicationis: quia illud intelligēdū est de his, quorū matrimoniū est carnali copula consummatū. Not. quod ante carnalem copulam, potest alter coniugum religionē intrare altero in sæculo remanente. Item cùm dissoluitur matrimonium iusta de causa, vterq; debet alteri restituere, quicquid ab eo habuit. Item priuatur quis iure suo sine culpa sua. Item per carnalem copulam matrimonium consummatur.
¶ *Glos. seq. quærit, & soluit.*

† Ca. 7. eo. tit. in 1. cōpil. *Et post immediatē* p. 5. c. 8. *Vide Turrecrematam in c. sunt qui dicunt.* 27. q. 2. & *antiquam Dominicum Sotū* 4. sen. dis. 27. q. 1. ar. 4. *vbi egregiè defendit decisionē huius Decretalis.*
† *renueret.* in *antiquis.*
† *cognouerit.*

c ¶ *Religionem*] Quid si vellet remanere in domo propria, & seruare religionē? Nō est audiēda. j. eo. *ex parte.* 2. in fi. quia ad bonum, & malum se posset habere. & ideo quod certius est, tenendum est vt j. *de spon. iuuenis.* & *de pœnit. d.* 7. §. 1. Ber.

d ¶ *Sufficienti.*] Nomine sufficientis cautionis intelligimus pignora, vel fideiussores. ff. *man. mandato.* §. *vlt.* satis putarē in casu isto dari cautionem ad arbitrium iudicis. 24. *d. quanquam.*

e ¶ *infra duorum.*] Nunquid istud tempus est ordinariū, & regulare, vt semper tantum tempus indulgeatur, & non minus, licet dicatur de duobus mensibus. Credo, quod istud cōmitteretur arbitrio iudicis, vtrū plus, vel minus tēpus indulgeat ad profitendum dicenti se velle etiam intrare religionem: & currit à tempore illo, quo iudex statuit terminum. Sed pone, quod elapsum est tempus statutum, nunquid adhuc potest intrare religionem? Dico, quòd sic semper ante carnalem copulam: iudex tamen debet præfigere terminum peremptorium, infra quē profiteatur, vel conuertatur ad virum: alioquin illam excommunicet, nec dabit ei tempus probationis Episcopus, nisi maritus consentiat. De hoc dic vt s. tit. prox. *statuimus.*

f ¶ *Restituat.*] Quod obtinet, vbicūq; matrimoniū dissoluitur ex iusta causa. j. *de do. post diuor. restit. c.* 1. & j. *de coniug. ser. proposuit.* C. *de spon. l. vlt.* C. *de Episcop. & cleri. Deo nobis.*

g ¶ *Consummatum.*] Sed contra videtur [a], quia matrimonium mandato Dei perficitur. 26. d. deinde opponitur. Sol. Est cōsummatio, quæ fit quoad matrimonij essentiā, quæ fuit facta in paradiso ab ipso Domino per cōiunctionem animorum: quæ designat conformitatē fidelis animæ ad Christum, vt ibi. Et est quędā consummatio, quoad sacramentum Christi ad Ecclesiam, per incarnationem verbi Dei in vtero virginali, quod designatū per illud matrimoniū, quod est carnali copula consummatum: & hic. & s. de pign. debitum. 27. q. 1. in omni, vel saltem quoad hoc quod impedire possit propositum religionis. Laur. Notauit hic Alanus, quòd matrimonium non consummatum sortitur naturā ex constitutione Ecclesiæ, ideò circa illud faciliùs patet Papæ potestas. Vincētius dixit, quod Papa per dispēsationem posset dissoluere tale matrimoniū: posset etiam statuere, quod secundū matrimonium rumperetur primum. secus de cōsummato, quòd ab ipso Domino naturam suā sortitur: & ideo sol. interpretatio circa illud pertinet ad Papam, non dispensatio, vel cōtraria constitutio. Contra tamen arg. j. *de spon. duorum. c. vlt.* B.

a *De matèria huius glossa, quæ valde est controuersa inter canonistas, & Theologos, Vide Turrecrematam in c. sunt qui dicūt.* 27. q. 2. vers. ad tertium sic procedi tur. & *latius per Sotum* l. 4. dist. 27. q. 1. ar. 4. ver. A. *lia verò argumenta.* Matth. 5. & 19.
† *Vide conc. Trid.* sess. 24. tit. de sacramento matrimonij. c. 6. & se. j. *confirmari.*

¶ Idem Priori, & fratribus sancti Ioannis.

¶ *Summa vt suprà eod. cap. cū sis.*

CAP. VIII.

VXoratus † sine licentia vxoris inter vos nullatenus recipiatur [h]: quæ integræ opinionis ita existat †, quòd nulla marito suspicio habeatur, eam ad secunda vota velle migrare: vel quòd minùs continenter [i] debeat viuere, quæ si talis extiterit, marito eius in consortio vestro recepto, ipsa publicè in conspectu Ecclesiæ continentiam professa, in domo propria

† Cap. 8. eo. ti. in 3. cōp. *Et post concilium* [illegible] c. 6. *Ibi etiam quos citauit* supra c. coniugatus.
† *extiterit ita.*

VXoratum.] Diuiditur principaliter in duas partes. Primo prohibet per hospitalarios S. Ioannis, vxoratū recipi sine vxoris licentia. Secundò prohibet per ipsos recipi mulieres. Secunda ibi, *Nullam.* prima pars subdiuiditur, secundūm quod distinguit qualitatem vxoris licentiā dantis. Abb.

CASVS. Primò dicitur, quod cū vxoratus nō recipiatur ad religionē, nisi vxor primò promiserit cōtinētiā, si est talis, quod sine suspicione possit in sęculo remanere, in domo propria cū sua stare familia poterit. Secūdò dicitur, quod si est iuuenis, cōpellatur recedere à conuersatione sæcularium hominum & intrare religionē. Tertiò dicitur, quòd nullus clericus, vel monachus cōdeat mulierē, vel secū teneat. No. quod vxoratus nō pōt transire ad religionē, nisi vxor priùs vouerit castitatē. Item votum publicè factum, videtur esse solēne. Item si mulier non caret suspicione, non sufficit viro eius licentia cōuertendi, nisi ipsa intret religionē. Itē moniales nō debent habitare cū monachis.
¶ *Glo. seq. quærit, & soluit.*

h ¶ *Nullatenus recipiatur.*] Sed pone, quod de licētia vxoris recipiat, & professionē faciat solēniter, & habitū recipiat, sed vxor nō promittit cōtinētiā, nec promisit trāsire ad religionē, siue sit senex, siue iuuenis, nūquid tenet monachatus, cū nō sit seruata forma huius c. s. e. cū sis. & j. e. *ad Apostolicā.* Ego credo, quod monachus sit, & votū solēnizauit omnino quoad se. & ita quod non possit exire monasteriū, nec vxor pōt eū repetere iure seruitutis, quia renūciauit illi seruituti dādo ei licētiā. Epūs tñ per officiū suū [b] pōt virū de monasterio reuocare, & reddere vxori, ne illa incidat in fornicationē cū hoc ad ipsum pertineat, si suspecta est. 63. d. *diaconi* & ita intelligūtur iura de hac materia loquētia, sed ea mortua cōpellitur redire ad monasteriū. & sic intelligitur. s. eo. c. 1. & j. eod. *ex parte, consuluit.* & s. *qui matri. accu. c.* 1. & licet dicatur hic, & s. eo. *cūm sis.* & j. eo. *ad Apostolicam.* quod alter coniugum non recipiatur, nisi alter trāseat ad religionem, vel promittat continētiā, verū est hoc, quòd non debet recipi, nec ille etiā debet trāsire: sed si recipiatur prædicto modo tenet monachatus vt dictū est, quia multa fieri nō debēt: facta tñ manēt. De hoc no. j. e. c. *pro.* nec dicitur in aliqua istarū decre. quod monachatus nō teneat, sed quod ita fieri debeat. B.

b *Idem notatur infra* c. prox. ad fi. vlt. glo. & *idem Innocentius* supra eo. quidam.
Ioan. Andr.

i ¶ *Minùs continenter.*] Sic s. eod. cū sis. & j. eo. *ad Apostolicam.*

a ¶ *Cum filiis suis, & familia.*] Sic 10. q. 1. *Vidua*, 27. q. 1. *mulieres arg. contra.* 33. *causa.* q. 2. *scripsit.*
b ¶ *Tonsurare.*] 30. *dist. si qua mulier.*
c ¶ *Ad habitandum.*] Quia huiusmodi duplicitas reprobatur. 18. q. 2. *diffinimus.* & 32. *dist. interdixit.* 7. q. 2. *cognouimus.* Ber.

EX *parte*]. Professus religionem de cõsensu vxoris in sæculo remanentis, licèt vxori fuerit restitutus, ea mortua ad monasteriũ redire cõpellitur. Ita cõmuniter sũmatur, textus tñ iste nihil dicit de restitutione. Prima pars ponit querelam. Secũda dat iudicem ibi, *Quia verò.* Abbas.

CASVS: Quidam D. nomine in infirmitate positus, vxore sua cõsentiẽte votũ castitatis emittens suscepit habitũ monachalem, & postmodũ liberatus vxorẽ suam retinuit, & ea defuncta aliã superinduxit: quæritur, vtrũ cũ ea valeat remanere? Rñdet Papa, licèt ille D. ad religionẽ de iure nequiuerit proficisci vxore in sæculo remanẽte, ea tamẽ sublata de medio, votũ suũ violare non potuit: vnde mandat, quatenus si verũ est, q asseritur, prædictus D. cõpellatur per excommunicationẽ, vt mulierẽ suam dimittat, & ad suũ monasteriũ reuertatur, de cætero in habitu regulari moraturus. Nota, q vir nec intrare religionẽ, nec votum vouere potest sine cõsensu vxoris. Item nõ sufficit viro intrãti religionẽ licentia vxoris in sæculo remanentis. Itẽ vouẽtes compellendi sunt per sententiam excommunicationis, votum suum seruare.

† Ca. 1. eo. ti. in 2. cõp.

cum filiis suis, & familia [a] poterit permanere. ¶ Si autem talis fuerit, quæ suspicione non careat: voto continentiæ celebrato, à secularium hominum se conuersatione remoueat, & in loco religioso, vbi Deo seruiat, perpetuò commoretur. ¶ Nullus vestrum mulierem aliquam tonsurare [b], vel ad habitandum [c] secum præsumat assumere.

¶ Vrbanus iij. Priori sanctæ Crucis.

¶ *Coniugatus faciens professionem vxore consentiente, licèt nunquam intrauit monasterium: si mortua coniuge cum alia contrahat, non valet matrimonium & monasterium intrare compellitur.*

CAP. IX.

EX † parte Abbatis sancti Petri ad audientiam nostram peruenit, quòd cum D in infirmitate positus, consentiente vxore [d] votum vouens castitatis, monachalem habitum suscepisset, postmodum liberatus vxorẽ retinuit, & aliam, ea defuncta, sibi temerè copulauit.

¶ Quia verò licèt prædictus D. vxore sua remanente in sæculo, de iure ad religionem [e] nequiuerit proficisci, ea tamen sublata de medio, votum sine salutis suæ periculo non potuit violare: Mandamus, quatenus si verum est, quod asseritur, prædictum D. per excommunicationem compellas, vt muliere dimissa ad suum monasterium reuertatur, sub regulari habitu de cætero Domino seruiturus.

¶ Gl. seq. quærit, ponit opinionem Lauren. & remittit.

d ¶ *Consentiente vxore.*] Sed esto, q sit iuuenis, nunquid vouet dãdo licẽtiã: nã nõ potest in sæculo remanere. s. eo. *cum sis.* Lau. dicit, q si scit ius, vel ei dicatur, intelligitur vouere, aliàs non [a]. & dic consentiente, & permittente intrare religionẽ. 27. q. 2. *Agathosa.* arg. Vel dic, vt in notula seq. dicitur.

a *Ad hoc* j. eo. *veniẽs.* *Ioan. And.*

¶ *Gloss. seq. ar. alleg. duo iura, in contrarium alle. alia duo. ponit tres opin. & tertiam impugnat ponens dictum Hug. & soluens decre.* ... *suprà eo.*

e ¶ *De iure ad religionem.*] Colligitur [b] hic *arg. quod vxoris licẽtia.* nõ sufficit ad hoc, vt ad monasteriũ possit trãsire vir eius. sim. s. eo. ti. c. 1. & 33. q. 5. *notificasti.* Sed cõtra videtur, 27. q. 2. *Agathosa.* & 33. q. 5. *qui vxore.* Quidã dicũt, licẽtia vxoris non sufficit, nisi & ipsa cõuertatur. & c. qui vxorẽ. loquitur de cõsilio. & c. *Agathosa.* exponitur ita, q huic dicto concordat. Alij dicũt, q sufficit licẽtia vxoris, & dãdo ei licẽtiã intelligitur solẽnizare votũ. *ar.* 32. *di. seruatum.* 28. *di. diacon.* & c. *si qua vidua* & hoc c. & similia loquuntur de licentia extorta. Tan. & quidã alij dicũt, q hoc intelligi debet secundũ distinctionẽ illius c. s. eo. *cũ sis.* & j. eo. *ad Apostolicã.* Sed hæc distinctio nõ vĩ hic habere locũ: qa si fuit iuuenis, nõ sufficiebat dare licentiã, nisi ipsa cõuerteret, vt ibi dr̃, vir non tenuit votũ, nec dẽt cõpelli redire ad monasteriũ: vt s. eo *quidã.* si erat senex, bñ potuit trãsire de licẽtia vxoris, vt ea iura dicũt. vt hic dicit, q de iure trãsire nõ debuit. Hugo dicebat, q illa decr. qdã intrauit. nõ tenebat: qa bñ debebat ille cõpelli ad monasteriũ redire: qa votũ tenuit: & hoc idẽ põt dici, secũdũ eũ de illa. j. eo. *placet.* ppe si vbi nõ cogit redire ad monasteriũ, & sic stabit huic: & j. eo. c. *gr. hoc fatu* vĩ. Sed dicat, q in decr. illa, qdã intrauit, tenet, q ille nõ cõpellit redire ad monasteriũ: qa votũ nõ fuit solẽne: qa inuita vxore hoc fecit: nec fecit ibi professionẽ: hic vero cõsẽtiẽte vxore, pfessionẽ fecit. j. c. *prox.* & sic omni modo, quo potuit, votũ solemnizauit: vnde quàuis non debuerit vir transire, vxore in sæculo remanẽte, tamẽ tenuit votum, & monachus fuit: quia multa fieri nõ debent, facta tamen remanent, s. *eo. prox. ad Apostolicam.* vnde compellitur redire ad monasterium vxore mortua. Sed contradicere videtur s. c. 1. vbi mulier dedit licentiam viro, & tamen de monasterio reuocatur, & restituitur vxori, nisi vxor castitatem promiserit, aut ad religionem transierit. Sed nõ dicitur, q monachatus nõ tenuerit, vnde mortua vxore compelli debuit ad monasterium redire: & ita concordat cum ista, & hoc probatur s. *quod met. causa. cap.* 1. Hug. dixit, q decreta. illa nõ tenet: quia consensit marito, & debebat cõpelli ad castitatẽ, vel monasteriũ intrare, si iuuenis esset. & ptereà non dicitur ibi, q mulier posset se uocare maritũ, sed Eps ex officio suo: tamẽ compellitur illa redire pp ea quæ dixi j. c. *placet.* ibi similiter nõ fuit solemne votum: quia nõ habuit licentiam viri. vnde nec illa compellitur redire ad monasterium. Bern.

b *De materia huius glossã vide plenissimè per Henricũ Boich.* s. eod. c. *vxoratus.*

† *Cælestinus* j.

† Cap. 1. eo. ti. in 2. cõp.

ADDITIO. Vel promisit vitam mutare. 27. q. 2. *Agathosa.*

¶ Clemens † iij.

¶ *Professus religionẽ vxore sciente, & dissimulante, ea mortua ad sæculum redire non potest. Hoc dicit secundum intellectum veriorẽ, & singularem in materia.*

CAP. X.

COnsuluit † nos G Sacerdos, vtrùm vir ad religionem transiens [f], & in ea per annum, & amplius moram faciens vxore sua postquam ad domum trãsierat regularem [g], de præsenti vita sublata, sæcularem habitum resumere valeat, & aliam ducere in vxorem, vel si ductam ei liceat retinere. ¶ Consultationi huiusmodi taliter respõdemus, quod prædictus vir nec habitum potest abiicere, quem assumpsit. nec aliquam sibi matrimonio † copulare. Quod si contraxerit, matrimonium ipsum decernimus dirimendum [h].

† *Aliàs ita: in matrimonium copulare. aliàs ita: in matrimonio copulare.*

¶ Cælestinus iij.

¶ *Coniunx, quæ continentiam vouit, tenetur reddere debitum coniugi, licèt ad tempus voto consenserit.*

CAP. XI.

CHarissimus †: *& infrà* ¶ Fraternitati vestræ mandamus, quatenus si inueneritis vxorem Regis Sueuiæ, graui infirmitate depressam, continentiã vouisse, & virum eius ad tempus præ-

CO*nsuluit.*] Legitur variis modis, & secundùm primum intellectum hoc dicit: si cõiuges profitentur religionẽ, altero mortuo alter ad sæculum redire non potest, & iste intellectus elicitur ex textu, intelligendo quòd vxor etiam intrauit religionẽ. Legitur & secundo quòd solus maritus intrauit: & hoc intendit: Professus religionem consensu vxoris in sæculo remanentis, ea mortua ad sæculum redire non potest. sic communiter formant doctores. sed iste textus non patitur aliquem istorum intellectuum. Communis diuisio. Secunda ibi, *Consultationi.* Abbas.

† Cap. 1. eo. ti. in 2. cõp. *Vbi integram habes facti huc truncati narrationem, quam & Contius affert.*

CASVS. Quidã cõsẽtiẽte vxore sua trãsiuit ad religionẽ. tãdem vxor illa mortua est: quæsitũ fuit, vtrùm possit habitũ sæcularẽ reassumere, & aliã ducere in vxorẽ, vel si ductã sibi liceat retinere? Respondet Papa, q prædictus vir nec habitũ quẽ assumpsit, abiicere potest, nec aliquã sibi in matrimoniũ copulare. & si contraxerit, matrimoniũ ipsum est dirimẽdũ. No. quòd sufficit vxoris licentia, ad hoc, vt votũ viri teneat. vt hic colligit.

f ¶ *Trãsiens.*] De cõsensu [c] vxoris, q senex erat, vel promisit vitam mutare, 27. q. 2. *Agathosa.* vel ipse post mortẽ vxoris ratum habuit, quod prius fecit. sim. s. *quod met. causa perlatum.* Bar.

g ¶ *Transierat regularẽ.*] ipse maritus, & ita idẽ est in canonico regulari, q in monacho, cum parua sit differẽtia inter eos. 20. q. 3. *præsens clericus.* j. *de statu monacho. quod Dei timorem.*

c *Vt dixi suprà c. pro. Petrus & Abbas intelligunt hoc c. quando sciente, & tacente cõiuge, religioni profitetur: quia si priùs moriatur quàm reuocet, ille manet monachus. Ioann. And.*

¶ *Gloss. seq. soluit contrarium.*

h ¶ *Dirimendum.*] Ergo votum eius fuit solemne ex quo separat matrimonium. j. *qui cleri. vel vouen. rursus.* quod verum puto: quia de licentia vxoris intrauit, & ita tenuit ingressus: aliàs esset contra j. eo *placet. in fine.* Ber.

C*Harissimus* [a].] Cõis diuisio. Secũda pars ibi, *Fraternitati.* Ab. CASVS. Vxor Regis Sueuiæ graui infirmitate depressa cõtinentiã vouit, vir suus ad tẽpus voto cõtinentiæ consensit: ipsa postmodũ liberata, viro suo adhærere matrimonialiter recusabat: vnde Rex petiit à Papa sibi sup hoc puideri, & cõpelli vxorem

vxorem sibi matrimoniali adhærere affectu, mãdat Papa quibusdam, quatenus si inuenerint vxorem Regis prædicti graui infirmitate detentam cõtinentiam vouisse & virum suum ad tẽpus præbuisse consensum: maxime si idẽ vir non vouit perpetuam continentiam, prædictam dominam viro suo faciant adhærere, & vtrunq; adinuicem matrimoniali effectu tractare. Not. q vir, & vxor pari cõsensu possunt cõtinẽtiã vouere: sed alter sine altero vouere nõ potest. Item votũ ad tẽpus emissum non obligat vouentem.

¶ Gloss. seq. arg. & remittit. iterum arg. & approbat.

a ¶ Præbuisse cõsẽsũ.] Arg. quod sufficit alterius cõsensus ad hoc, vt alter possit intrare religionem. De hoc dic, vt dictum est s. eo. c. 1. & ex eo quod dicit, ad tempus, videtur, si simpliciter licentiam dedisset, q sufficeret, & ex eo quod dicit, maximè si vir eius cõtinẽtiã vouisset, quod verum est: quia vir, & vxor communi cõsensu possunt cõtinentiã vouere perpetuò remanendo in domo sua. 33. q. 5. quod Deo patri. & ad tempus, 33. q. 4. Apostolus.

b ¶ Maximè.] Id est, tantum, secundum quosdam s. Ber.

buisse consensum[a], maximè[b] si non idem vir continentiam vouit perpetuam, eandem viro cohabitare faciatis, & vtrumque inuicé maritali affectione tractare.

¶ Idem.

¶ Si alter coniugum altero ignorante religionem profitetur, & propter hoc de monasterio educitur, illo mortuo ad monasterium redire non cogitur.

CAP. XII.

PLacet † nobis: *& infrà.* Solicitudo tua consuluit, vtrum mulier, quæ credens mortuum maritum, habitum religionis assumpsit, & eo reuerso de monasterio educta fuit, post obitum viri sit ad regularem obseruantiam compellenda. ¶ Super quo respondemus, quod licèt votum eius vsquequaque non tenuerit[c], eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus se poterat obligare: promisit enim intrando monasterium, se non exacturam carnis debitum †, quod erat in potestate ipsius[d]: redire verò ad sæculum, in eius potestate non erat[e], sed in potestate mariti: & ideo quantum ad ipsam tenuit[f] votum, quod post viri obitum tenere non desiit: cùm ad eum casum, à quo poterat[g] efficax habere principium, peruenisse noscatur: Con-

† Ca. 4. eo. tit. in 2. cõpil. *Vide Turrecrematam in c. seriatim.* 32. dist. *& latè hic Henric. Boich. Vide magistrum* sent. l. 4. dist. 38. §. hic quæritur.

† *Vide Sotũ* l. 4. sent. dist. 32. q. 1. & 2. & 3.

a *Scilicet Gof. ibid. & Inno. quod placet Hostiensi per id quod dixit glossa prox. Ioan. And.*

PLacet] Cõmunis diuisio. Secunda pars ibi, *Super quo.* Abbas.

CASVS. Quædã mulier credens maritum suum esse mortuũ habitum religionis assũpsit: tandem eo reuerso, de monasterio educta fuit: viro suo postmodũ defuncto, quæritur, vtrùm compellenda sit ad monasteriũ redire? Rñdet Papa, q votũ suũ non tenuit omnino, tñ in tãtũ tenuit, quatenus se potuit obligare: intrando enim monasterium promisit se nõ exacturã vlteriùs debitũ carnis quod erat in eius potestate: redire verò ad seculũ non erat in potestate ipsius, sed mariti, & ideo quoad se votum tenuit, & post obitũ viri tenere nõ desiit, cùm ad eũ casum deuenerit, in quo efficax potuit habere principiũ: tñ saluti suæ melius prouideret, si ad monasteriũ rediret: si verò ad hoc induci nõ poterit, nõ est cõpellẽda. Not. quod votũ pro parte tenet, & pro parte nõ tenet. Itẽ iuri suo licitũ est cuilibet renunciare, sed iuri alterius nemo renunciare potest. Itẽ si res venit ad eũ statũ, à quo incipere potuit, tenet, etiãmsi ab initio nõ tenuit.

c ¶ *Vsquequaque non tenuerit.*] Quia remansit obligata viro ad debitum reddendum. 33. q. 5. *si dicat.*

d ¶ *In potestate ipsius.*] Sic. s. *eo. quidam intrauit.* Ber.

¶ *Gloss. seq. quærit, & soluit.*

e ¶ *In eius potestate non erat.*] Et sic auctoritate propria exire nõ poterat. Quid si exiuisset de facto, nunquid esset compellenda redire? videtur, quòd non, per id quod dicit in fine.

ADDITIO. Et 27. q. 2. *si vir.* Sed contra s. *eo. quidam. in fi.*

Gloss. seq. arg. ponit duas leges, & vnum canonem, & soluit.

f ¶ *Quantum ad ipsam tenuit.*] *Arg. quod sentẽtia pro parte tenet, & pro parte non tenet ff. de re. iud. de vno quoque. ff. de mino. ætã. §. 1. ar contra. C. de repu. l. vnica. ff. fami. erc. l. in hoc iudicio de conse. dist. 2. cõperimus.* Dic, quòd si sententia cõtinet plures articulos, siue plura capitula[b], id est, diuersa, potest pro parte valere, & pro parte non valere. & sic põt pro parte confirmari, & pro parte infirmari. exempla patent. s. *de testa. Raynutius. & c. Raynaldus. & l. prædicta, etiam.* aliàs aut tota confirmatur, aut tota cassatur *de conse. dist. 2. comperimus.*

g ¶ *A quo poterat.*] Sic ecõtra soluitur iudicium, quod firmum erat, si ad eum statum deuenit, à quo incipere nõ potuit. *ff. de*

b *Vel vnum solum separabile: de hoc quære de regul. iur. ea. q. lib. 6. Ioan. And.*

iudic. si à me. & l. si alter[e]. secus in matrimonio. 32. q. 7. *illi qui sunt. & c. neque sur vosim.* s. *de eo. qui cog. consan. vxo. sua. discretionem.*

¶ *Glo. seq. quærit, & remittit.*

CASVS. Dicitur hic, quòd ſi aliqui per cōſenſum mutuū de pręſenti matrimonium contraxerint, antequam ſint carnaliter coniuncti, poteſt alter religionem intrare altero inuito, ſicut quidam ſancti de nuptiis vocati fuerunt: & ille qui remanſit in ſæculo, poterit matrimonium contrahere, cùm nondum ſint vna caro effecti. Nota, quòd ante carnalem copulam poteſt alter coniugum altero inuito intrare religionem.

† *Cap. 1. eo. ti. in 1. cōp. Et poſt concilium Later. p. 5. c. 1. Deciſionem huius decretalis vide inſtitur Soto a b impugnatione hæreticorū.* l. 4. ſē. diſt. 27. q. 1. ar. 4. *adde Turrecrematā* in c. ſeptatim. 32. diſt.

¶ Idem Piſano Archiepiſcopo.

¶ *Qui inuita vxore profeſſionem fecit, & ei poſtea reſtituitur, non compellitur mortua vxore, ad monaſterium redire: matrimonium tamen contrahere non debet.*

CAP. III.

QVidam † intrauit monaſterium inuita vxore: qua

¶ *Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & remittit.*

k ¶ *Monaſterium.*] 27. q. 2. *deſponſatam.* ī. *eo. ex publico. arg. contra.* ī. *de ſpon. commiſſū.* ibi ſoluitur. Bern.

l ¶ *Sicut ſancti quidam.*] Sicut beatus Macharius, & Alexius. 27. q. 2 *c. ſcripſit. §. ecce.*

¶ *Glo. ſeq. ponit opi. quam reprobat. Ioan.*

m ¶ *Remanere.*] Et cum alia contrahere. ī. *eo. ex publico.* Et dicūt quidam, φ nihilominus remanet vinculum prioris matrimonij, ſed prorſus inefficax propter ingreſſum: & ſic habebit duas vxores: ſed nō obeſt tale vinculū. *arg. de conſecr. diſt.* 4. *c.* 2. Sed contra eos facit 31. q. 1. *quamodo Virgen bus.* & ī. *de diuor. gaudemus.* Vnde primi matrimonij vinculum ſoluitur per ingreſſum religionis: vt *in Auth. de ſanc. epiſc. §. ſi verò conſtante adhuc matrimonio. coll.* 9.

† *Cap. 3. e. ti. in 1. cōp. Et poſt concilium p. 5. c. 2. vide gl. in c. mulier. 33. q. 5. & ibi Doctores.*

QVidam.] Communis diuiſio. Secunda pars ibi, *Conſultationi.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidā intrauit monaſteriū vxore inuita, coact⁹ eſt ad eā redire: tādē mortua eſt illa: quęrit, vtrū debeat cōpelli ad monaſteriū reuerti, an poſſit aliā accipere vxorē? Rñdet Papa,

quòd votũ non tenuit: vnde ratione voti ad monasteriũ non tenetur redire: tamẽ vlteriùs non poterit vxorem accipere, quia ꝓmisit se nõ exigere debitũ carnis: quod fuit in eius potestate, & quantũ ad hoc tenuit votũ: sed nõ reddere, nõ erat in potestate viri, sed vxoris: vnde dicit Apostolus: *Vir nõ habet potestatem sui corporis, sed mulier*, & econuerso. Nota, quòd alter coniugum altero inuito ad religionem transire non potest. Item votũ pro parte tenet, & pro parte non tenet. Item votum meum obligat me ad id, quod in me est. Item mutuam seruitutem sibi debẽt vir, & mulier, ex quo sunt vna caro effecti.

¶*Glo. seq. signat cõtrarium, & remittit.*

a ¶*Votum non tenuit.*] Plenè, tenuit tñ quoad ea, quę erãt in eius potestate, sc. non exigere debitũ carnis: quod in ipsius fuit potestate, sic ĩ. *eo. placet.* vnde compellitur continere, sed non cõpellitur ad monasterium redire: vt ĩ. *eo. placet. Arg. contra* ĩ. *eo. ex parte. &* c. *consuluit.* vbi cõpellitur ad monasteriũ redire, sed ibi soluitur.

b ¶*Non tenetur.*] Id est, non debet ab Ecclesia compelli, ipse tamen peccat, si non perficit, quod vouit, ex quo impedimentũ cessauit. *ar.* 17. q. 2. *nos nouimus.* Bern.

¶*Glo. seq. obiicit, & soluit. Secũdo quærit: ponit opi. Tan cõtrariã, quam approbat, & alternatiuè reuertitur ad primam. Tertiò quærit, soluit distinguendo, soluit, opponit, & respondet.*

c ¶*Nõ exigere*] Hic ĩ. *eo. placet.* Sed hæc ratio nõ videt̃ bona: sic enim B. Maria contrahere nõ debuit, cùm proposuerit se non exigere. 27 q. 2. *B. Maria* & tamen legitimè contraxit, vt ibi dicit̃. Respondeo, immo bona est hęc ratio, quia post tale votũ contrahere non debuit, propter pronitatem, quã habet exigendi debitum & quod dicit̃ de B. Maria, hoc fecit ex reuelatione diuina Sed pone, quòd contrahat, quid erit? Tãcredus dicit, quòd tenet matrimoniũ: quia votũ nõ fuit solẽne. *ar.* ĩ. *qui clerici vel vo. rursum.* Alij dicũt, quòd non tenet matrimoniũ, & debent separari. ĩ *eo. ex parte* & c. *consuluit* & hoc veriùs videt̃: quia quantũ ad continentiã seruandã, satis solẽnizauit ipsũ votũ p sui ꝓfessionẽ. Vel si vis dicere, quod matrimoniũ teneat, ipse tñ debitũ ab vxore exigere non dẽ: quãquã reddere debet exact⁹: q̃a faceret cõtra cõsciẽtiã *arg.* s. *de regul. sp̃s litteras & ĩ. de sen. excõ. inquisitioni.* Itẽ quærit̃, vtrũ mulier possit intrare monasteriũ in casu isto inuito viro. Hæc potest dist inguere, an sit recõciliat⁹ ei, & educt⁹ de monasterio, & tũc nõ põt eo inuito intrare *arg.* 33 q 5 *quod Deo pari.* si verò non est recõciliatus ei, põt trãsire ad religionẽ eo inuito. 27. qu. 2. *Agathosa.* 32. q. 5. *qui vxorem.* Sed videtur, quòd nõ obstante eo quòd est recõciliatus, quòd ipsa possit intrare religionẽ eo inuito: quia ipse tã nõ potest ab ea exigere debitũ: & sicut ille ea inuita renunciauit exactioni debiti coniugalis, ita & ipsa eo inuito potest renũciare seruituti, quam habet in ipsum. Hoc verũ est quantum ad huiusmodi seruitutem: quia & ipse debet ad monasterium redire, vbi fecit ꝓfessionẽ. ĩ. *eo. placet.* quoad alia tñ vir debet vxori, & econuerso, nõ videt̃, quòd viro inuito possit trãsire, postquã illa eduxit eũ de monasterio, & ei est reconciliatus: quia non solum tenent̃ coniugati ad debitum carnale reddendum, sed ad mutuũ auxilium, & obsequium. quia in quibusdã matrimoniũ est legis obsequium 27. q. 1. *nuptiarũ.* Ber.

CVm *sis.* Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Inde est.* vbi ex genere præmisso infert speciem. Abbas Siculus.

CASVS. Pręcipit Papa Epõ Exoneñ. ne in Epatu suo pmittat virũ, vel vxorẽ ad religionem trãsire, nisi vterq; ad religionẽ migrauerit: tñ si vxor est senex, q̃ sine suspiciõe possit in sęculo remanere, dissimulare poterit, vt in sęculo remaneat castitate ꝓmissa, & vir poterit ad religionẽ trãsire. Not. quòd alter cõiugum non debet ad religionẽ trãsire sine reliquo. Itẽ si mulier sit senex, & castitatem ꝓmiserit, põt vir ad religionẽ transire. Item nota hic argumentum pro senibus, quòd sint cõtinẽtes.

d ¶*Constitutioni*] 27. q. 2. *sunt, qui dicunt. &* c. *Agathosa.* quia Agatho, & ea. scripsit nobis in istis cõstitutionibus dicitur, quod vir, & vxor postquam copulatione coniugij vna caro effecti sunt, non potest alter ad religionem transire altero in sæculo remanente.

e ¶*Sterilis.*] Ratione ætatis, & non naturæ: quoniam multę sunt steriles, & iuuenes, q̃ cõtinere nõ possunt, nec volunt.

f ¶*Sine suspicione.*] Sic ĩ c. *Vxoratus, & cap. ad Apostolicam.*

g ¶*Dissimulare.*] Dissimulatiõe approbationis. q̃a talis trãsit⁹ bñ approbatur, si cõsentit mulier. ĩ. *eo. Vxoratus. & ca. ad Apostolicam.*

¶Glo. seq. ...

(main text, left:) ipsum repetente, coactus est ad eam redire: ea mortua, quæris, an ipse cogatur reuerti ad monasterium, an aliam possit ducere in vxorem? Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd votum non tenuit [a], vnde ratione voti ad monasterium nõ tenetur [b] redire, vlteriùs verò nõ poterit vxorem accipere: promisit enim se non exigere [c] debitum, quod in eius potestate erat: & ideo quoad hoc votũ tenuit: non reddere autem, non erat in eius, sed mulieris potestate. Vnde Apostolus [Vir nõ habet potestatẽ sui corporis, sed mulier.]

¶Idem Exoneñ. † Episcopo.

¶*Vxoratus religionem intrare nõ potest, nisi etiam vxor ingrediatur: vel nisi suspecta non sit, & cõtinentiam promittat. Hoc dicit. Et est vnum c. de principalioribus tituli.*

CAP. IV.

CVm † sis prædictus scientia litterarum, ignorare non debes sanctorum Patrum constitutioni [d] esse contrarium, vt vir vxore sua, aut vxor viro eius † non assumente religionis habitum, debeat ad religionem transire: & infrà. ¶Inde est, quod auctoritate Apostolica prohibemus, ne in Episcopatu tuo virum, vel vxorẽ (nisi vterque ad religionem migrauerit) trãsire permittas. Verùm si ita vxor senex est, & sterilis [e], quòd sine suspicione [f] possit esse in sæculo, dissimulare [g] poteris: vt ea in sæculo remanente, & castitatem promittente, ad religionẽ transeat vir eiusdem.

¶Idem Strigõ. † & Coloñ. † Archiepiscopis.

¶*Coniugatus non est ordinandus ad sacros ordines, nisi vxor continentiam promittat.*

CAP. V.

COniugatus †: & *infrà.* Nullus coniugatorum est ad sacros [h] ordines promouendus: nisi ab vxore cõtinentiam profitente [i] fuerit absolutus.

¶Idem eisdem.

¶*Vxoratus in Episcopum promoueri non potest, nisi vxor religionẽ profiteatur.*

CAP. VI.

SAnè † si coniugati consenserint ordinari, vxoris volũtas priùs requirenda est: & *infrà.*

¶*Glo. seq. reci. per qua. arg. pro, & soluit contrarium. Io.*

h ¶*Ad sacros*] Ex eo quòd prohibet, quòd coniugatus non promoueatur ad sacros ordines, dat̃ intelligi, quòd possit ad minores: q̃a quod de vno neg. de alio consequens intellect⁹ patet. 25. *d. qualis.* sed non est verum quia coniugati ꝓmoueri nõ debent. s. *de cleri. coniuga.* diuersis fallaciis. imò si clerici sunt in minoribus ordinibus, beneficiis debent priuari, *eo. tit. c.* 1.

¶*Glo. seq. quærit, ponit opi. Ala ponit contrariam, & reuertitur ad primam.*

i ¶*Ab vxore continentiam profitente*] Sed nũquid sufficit hoc? Videt̃, quod sic. 32. *d. sciatis* & 77. *d. Episcop⁹ benedictionẽ. qua potius contradicit.* sed ibi exponit̃, religionẽ, id est, castitatẽ. sic s. *de cleri. coniuga. sanè.* quod cõcedebat Ala. si vir remaneat in sæculo. Alij dicunt, quòd ordinari nõ debet, nisi ad religionẽ cõuertat̃ vterque. Quod dicit̃ hic, intellige in eo casu, in quo esset senex, & sterilis. ita quòd nulla est suspicio de vxoris incõtinẽtia. sic intelligit̃ illa *decre. sanè. de cleri. coniug.* nã qui promouet̃ ad sacros ordines, eo ipso intelligit̃ continentiam profiteri & si iuuenis esset vxor, ꝓsumptio esset cõtra vtrunq;. *ar.* s. c. *prox. in fi.* vnde non debet promoueri talis, nisi ambo trãsierint ad religionẽ. sec⁹ si sit senex, & sine suspicione. vel dicas, vt dixit Alan. quòd aliud est in eo, qui promouetur ad sacros ordines remanẽdo in sęculo: quia ibi sufficit, quòd cõmuni consensu cõtinentiã promittant, vt dicũt iura primò inducta: quia etiã cõmuni consensu, sine susceptione ordinum possunt continentiam profiteri remanendo in sæculo. 33. q. 5. *quod Deo pari.* & aliud est in his, qui conuertuntur: quia locũ ibi habet, quod dicitur s. c. *prox. &* ĩ. *eo. ad Apostolicam.*

CVm *sis.*...

SAnè.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Fraternitati.* Abbas Siculus.

CASVS. Dicit̃ hic, quòd si coniugati ordinari voluerint, volũtas vxoris priùs debet requiri, & obtineri, vt ibi dicit̃ in pcedẽti c. prohibet etiam, ne vxoratus possit in Episcopum promoueri, nisi vxor sua continentiam profiteatur, & intret religionem, sacram vestem assumendo. Nota, quòd vxoratus non debet promoueri sine licentia vxoris. Item nota speciale in vxore Episcopi, quod debet continentiam profiteri, & intrare religionem, antequàm vir eius promoueatur in Episcopum.

¶*Glo. seq. recitatur per quæstionem.*

CONiugatus.] Diuiditur, quia primo ponitur dictum. Secundo exceptio ibi, *Nisi.* Abb.

CASVS. Dicitur hic quòd nullus coniugatus ad sacros ordines recipiatur, nisi prius cõtinentiam vouerit, & ab vxore fuerit absolutus. Nota, quòd nõ sufficit viro licentia mulieris, vt ad ordines ꝓmoueatur, immo exigitur, quòd continentiam voueat.

a ¶*Vxora-*

Marginal notes:

1. Cor. 7.

† Cap. 4. c. 1. in 1. cõp. *Et post concilium Lateran. p.* 5. c. 2. *Et de articul. huius* c. *vide Turrecrematã* in c. sunt qui dicunt. 27. q. 2. in fine.

† *sua.*

a *De hoc articul. vide B. Aug.* l. 4. contra Faustũ Manichæum. c. 8. & 9. & magistrum sen. lib. 4. dist. 30. §. præmissis aliquid addẽdum, & *ibi Sotum.* q. 1. ar. 1. & 2. *Vbi late de matrimo. B. Virginis.*

b *Sato modo de hoc dictũ accipias: ideo enim cõtinere non possũt, quia reuera ad continentiã non se disponunt, neque ea facimus, qua pro continentia dono à Deo impetrando fieri oportet.*

† *Strigoniẽ.*
† *Coloniem.*
† *Colocen.*

† Cap. 5. e. ti. in 1. cõp. *Et post concilium* p. 5. c. 3. *Et de Gero intellectu vide Durãdum* l. 4. sẽ. dist. 27. q. 2. & *ibidem Palud.* q. 3. & *latiùs ibi Sotum.* q. 1. art. 4. ver. prætereà contra eãdem primam conclusionem.

† Cap. 6. e. ti. in 1. cõp. *Et post concilium Lateran.* p. 5. c. 7. *Et de materia, & intellectu, vide quos citaui paulò ante in c. cõiugatum. ad. de Domine cum in c. si se cuidam.* 28. dist.

a ¶ *Vxoratum.*] Si de fraude nõ sit suspectus, ratione vxoris, & filiorum à prælatura, & ab administratione non repellitur: in quo casu intelligitur hoc. 31. *dist. omnino.* secus si suspectus: quia sæpe per tales substantia ecclesiastica deperire solet. 28. *dist. de Syracusana.* & 3. *cleri. coniu. diuersis.* 61. *d. Cathinensis.*

...*frà.* ¶ Fraternitati vestræ auctoritate Apostolica prohibemus, ne vxoratum [a] præsumatis in Episcopum ordinare: nisi vxor priùs professa continentiam, sacrum sibi velamen [b] imponat, & religiosam vestem † assumat.

¶ Idem Brixien. Episcopo.

¶ Sponsa de præsenti non cognita, quæ dicit se velle religionem ingredi, compellitur infra certum tẽpus profiteri, vel adhærere marito.

CAP. VII.

EX † publico instrumento nobis innotuit, quod cùm Veronen. Episcopus causam matrimonij, quæ inter A. virum, & M. mulierem vertebatur, suscepisset terminandum, iudiciali sententia matrimonium approbauit, & eidem mulieri præcepit, vt ad virum rediens, exhiberet eidem coniugalem affectum: quod cùm renueret †, fuit vinculo excommunicationis astricta. ¶ Cæterùm quia licèt à præfato viro desponsata fuerit: adhuc tamen (sicut asserit) ab ipso est incognita: Mandamus, quatenus si prædictus vir ipsam carnaliter non cognouerit †, & eadem ad religionem [c] transire voluerit, recepta ab ea sufficienti [d] cautione, quòd vel ad religionẽ transire, vel ad virum suum redire infra duorum [e] mensium spatium debeat, ipsam à sententia, qua tenetur, absoluas: ita quòd si ad religionem transierit, vterque restituat [f] alter, quod ab eo noscitur recepisse: & *infra.* ¶ Sane quòd Dominus in Euangelio dicit, nõ licere viro † nisi ob causam fornicationis vxorẽ suam dimittere, intelligendum est, secundùm interpretationem sacri eloquij, de his quorum matrimonium carnali copula est consummatum [g], sine qua consummari † non potest.

¶ Idem Priori, & fratribus sancti Ioannis.

¶ Summa vt suprà eod. cap. cũ sis.

CAP. VIII.

VXoratus † sine licentia vxoris inter vos nullatenus recipiatur [h]: quæ integræ opinionis ita existat †, quòd nulla marito suspicio habeatur, eam ad secunda vota velle migrare: vel quòd minùs continenter [i] debeat viuere, quæ si talis extiterit, marito eius in consortio vestro recepto, ipsa publicè in conspectu Ecclesiæ continentiam professa, in domo propria

¶ Glos. sequens quærit, & soluit.

b ¶ *Sacrum velamen.*] Sed quid si esset vetula, nunquid sufficit, si continentiã profiteatur ǰ. *eo. Vxoratus.* & ǰ. *eo. ad Apostolicã?* Respõdeo, non sufficit, nisi conuertatur, & est speciale in vxore episcopi: aliàs contradiceret c. præced.

ADDITIO. [*] Quidam dicunt, quòd non sufficit, & est speciale in Epõ. credo, quod sufficeret. & hoc intelligitur de iuuene, arg. ex fine huius cap.

EX *publico*] Prima pars narrat factũ. Secunda ibi, *Cæterùm.* mulieri petẽti dat iudicẽ. Tertia soluit obstaculũ ibi, *Sane.* Abb. CASVS. Inter A. virũ, & M. mulierẽ quõ matrimonij vertebatur, quæ fuit cõmissa Epo Veronẽ. qui pro matrimonio sententiã promulgauit, præcipiens mulieri, vt ad virum rediret, & ei coniugalẽ exhiberet affectũ: quod cum facere nollet, fuit excõmunicata: sed illa se virginẽ asserens, dicebat se velle religionẽ intrare: significatũ fuit hoc D. Papæ, vnde mãdat Episcopo Brixiẽ. quatenus si prædictus vir eam carnaliter non cognouerit, & illa ad religionẽ transire voluerit, absoluatur à sententia excõmunicationis, recepta prius sufficiẽti cautione ab ipsa, quòd debeat ad religionẽ trãsire, vel ad virum suũ redire infra duos menses: & si ad religionem transierit, vterque restituat alteri, quod ab eo recepit. In fine respõdet tacitæ quæstioni, quæ posset fieri de auctoritate Euãgelij, quo dicitur: Nõ liceat alicui dimittere vxorẽ suã excepta causa fornicationis: quia illud intelligẽdũ est de his, quorũ matrimoniũ est carnali copula consummatũ. Not. quòd ante carnalem copulam potest alter coniugum religionẽ intrare altero in sæculo remanente. Item cùm dissoluitur matrimonium iusta de causa, vterq; debet alteri restituere, quicquid ab eo habuit. Item priuatur quis iure suo sine culpa sua. Item per carnalem copulam matrimonium consummatur.

¶ Glos. seq. quærit, & soluit.

c ¶ *Religionem*] Quid si vellet remanere in domo propria, & seruare religionẽ? Nõ est audiẽda. ǰ. *eo. ex parte.* 2. *in fi.* quia ad bonum, & malum se posset habere. & ideo quod certius est, tenendum est vt ǰ *de spon. iuuenis.* & *de proba. d.* 7. §. 1. Ber.

d ¶ *Sufficienti.*] Nomine sufficientis cautionis intelliguntur pignora, vel fideiussores, *ff man. mandato. §. vlt.* satis putarẽ in casu isto dari cautionem ad arbitrium iudicis. 24. *d. quamquam.*

e ¶ *Infra duorum*] Nunquid istud tempus est ordinariũ, & regulare, vt semper tantum tempus indulgeatur, & non minus, licèt dicatur de duobus mensibus. Credo, quòd istud cõmitteretur arbitrio iudicis, verũ plus, vel minus tẽpus indulgeat ad profitendum dicentis se velle etiam intrare religionem: & currit à tempore illo, quo iudex statuit terminum. Sed pone, quòd elapsum est tempus statutum, nunquid adhuc potest intrare religionem? Dico, quòd sic semper ante carnalem copulam: iudex tamen debet præfigere terminum perẽptorium, infra quẽ profiteatur, vel conuertatur ad virum: alioquin illam excommunicet, nec dabit ei tempus probationis Episcopus, nisi maritus consentiat. De hoc dic vt ʒ. tit. prox. statuimus.

f ¶ *Restituat.*] Quod obtinet, vbicũq; matrimoniũ dissoluitur ex iusta causa. ǰ. *de do. post diuor. resti. c.* 1. & ǰ *de coniug. ser. proposuit. C. de spon. l. vlt. C. de Episcop. & cleri. Deo nobis.*

g ¶ *Consummatum.*] Sed contra videtur [a], quia matrimonium mandato Dei perficitur. 26. di. deinde opponitur. Sol. Est cõsummatio, quæ fit quoad matrimonij essentiã, quæ fuit facta in paradiso ab ipso Domino per cõiunctionem animorum: quæ designat conformitatẽ fidelis animæ ad Christum, vt ibi. Et est quędã consummatio quoad sacramentum Christi ad Ecclesiam, per incarnationem verbi Dei in vtero virginali; quod designatũr per illud matrimoniũ, quod est carnali copula consummatum: vt hîc, & ʒ. de pign. debitum. 27 q. 2. in omni, vel saltem quoad hoc quòd impedire possit propositum religionis. Laur. Notauit hic Alanus, quòd matrimonium non consummatum sortitur naturã ex constitutione Ecclesiæ, ideo circa illud latissimè patet Papæ potestas. Vincẽtius dixit, quòd Papa per dispẽsationem posset dissoluere tale matrimoniũ. posset etiam statuere quòd per secundũ matrimonium rumperetur primum. secus de cõsummato, quòd ab ipso Do. nuno naturam suã sortitur: & ideo sola interpretatio circa illud pertinet ad Papam, non dispensatio, vel cõtraria constitutio. Contra tamen *arg.* ǰ. *de spon. duorum. c. vlt.* B.

a *De matrimonio humano glossa, quæ valde est controuersa inter Canonistas, & Theologos, Vide l'Arrecremutam in c. sunt qui dicũt 27. q. 2. vers. ad tertium sic proceditur. & latissimè per Sotum l. 4. dist. 27. q. 1. ar. 4. ver. Alia verò argumenta.*

Matth. 5. & 19.

† *Vide concil. Trid.* sess. 24. tit. de sacramento matrimonij. c. 5. & se.

† *confirmari.*

† Cap. 8. coniu. in 3. cõp. *Et post communem sententiam* 5. c. *Vide, quæ dicuntur supra* eo. in c. coniugatus.

† *existat* ita.

† Ca. 7. eo. cap. in 1. cõpil. *Et post communem* p. 5. c. 8. *Vide Turrecrematam in* c. *sunt qui dicunt.* 27. q. 2. & *commune Dominicum Sotum* l. 4 sen. dis. 27. q. 1. ar. 4. *vbi egregie defendit decisionem huius Decretalis.*

† *renueret.*

† *maneret.*

† *cognouit.*

† *In aliquos impressis exemplaribus ita: & religionem velle, vel virum assumat.*

VXoratum.] Diuiditur principaliter in duas partes. Primo prohibet per hospitalarios S. Ioannis, vxoratũ recipi sine vxoris licentia. Secundò prohibet per ipsos recipi mulieres. Secunda ibi, *Nullus.* prima pars subdiuiditur, secundùm quod distinguit qualitatem vxoris licentiã dantis. Abb. CASVS. Primò dicitur, quòd cũ vxoratus nõ recipiatur ad religionẽ, nisi vxor primò promiserit cõtinẽtiã. si est talis, quòd sine suspicione possit in sæculo remanere, in domo propria cũ sua stare familia poterit. Secũdò dicitur, quòd si est iuuenis, cõpellatur recedere à conuersatione sæcularium hominum, & intrare religionẽ. Tertiò dicitur, quòd nullus clericus, vel monachus cõdeat mulierẽ, vel secũ teneat. No. quod vxoratus nõ põt trãsire ad religionẽ, nisi vxor prius vouerit castitatẽ. Item votum publicè factum, videtur esse solẽne. Item si mulier non caret suspicione, non sufficit viro eius licentia cõuertendi, nisi ipsa intret religionẽ. Itẽ moniales nõ debent habitare cũ monachis.

¶ Glo. seq. quærit, & soluit.

h ¶ *Nullatenus recipiatur.*] Sed pone, quòd de licẽtia vxoris recipiat, & professionẽ faciat solẽniter, & habitũ recipiat, sed vxor nõ promittit cõtinẽtiã, nec promisit trãsire ad religionẽ, siue sit senex, siue iuuenis, nũquid tenet monachatus, cũ nõ sit seruata forma huius c. ʒ. e. cũ sis. & ǰ. e. ad Apostolicã? Ego credo, quòd monachus sit, & votũ solẽnizauit omnino quoad se, & ita quòd non possit exire monasteriũ, nec vxor põt eũ repetere iure seruitutis, quia renũciauit illi seruituti dãdo ei licẽtiã. Eps tñ potest eũ suũ [b] põt virũ de monasterio reuocare, & reddere vxori, ne illa incidat in fornicationẽ cũ hoc ad ipsum pertineat, si suspecta est. 63. *d. diacon.* & ita intelligũtur iura de hac materia loquẽtia. sed ea mortua cõpellitur redire ad monasteriũ. & sic intelligitur. ʒ. eo. c. 1. & ǰ. *eod. ex parte. consuluit.* & ʒ. *quod met. cau. c.* 1. & licet dicatur hic, & ʒ. *eo. cũm sis.* & ǰ. *eo. ad Apostolicam.* quod alter coniugum non recipiatur, nisi alter trãseat ad religionem, vel promittat continẽtiã. verũ est hoc, quòd non debet recipi, nec ille etiã debet trãsire: sed si recipiatur prædicto modo tenet monachatus, vt dictũ est: quia multa fieri nõ debent: facta tñ manẽt. De hoc no. ǰ. *e. c. pro.* nec dicitur in aliqua istarũ decre. quòd monachatus nõ teneat, sed quòd ita fieri debeat. B.

i ¶ *Minùs continenter.*] Sic ʒ. *eod. cũ sis.* & ǰ. *eo. ad Apostolicam.*

b *Idem notatur infra* c. prox. ad fi. vlt. glo. & *etiam Innocentius supra eo* quidam. *Ioan. Andr.*

a ¶ *Cum filiis suis, & familia.*] Sic 20. q. 1. *Viduas.* 27. q. 1. *mulieres.* arg. contra. c. 11. *causa.* q. 2. *scripsit.*
b ¶ *Tonsurare.*] 30 *dist. si qua mulier.*
c ¶ *Ad habitandum.*] Quia huiusmodi duplicitas reprobatur. 18 q. 2. *diffinimus. &* 32. *dist. interdixit.* 7. q. 2. *cognouimus.* Ber.

cum filiis suis, & familia [a] poterit permanere. ¶ Si autem talis fuerit, quæ suspicione non careat: voto continentiæ celebrato, à secularium hominum se conuersatione remoueat, & in loco religioso, vbi Deo seruiat, perpetuò commoretur. ¶ Nullus vestrum mulierem aliquam tonsurare [b], vel ad habitandum [c] secum præsumat assumere.

¶ Vrbanus iij. Priori sanctæ Crucis.

¶ *Coniugatus faciens professionem vxore consentiente, licèt nunquam intrauit monasterium: si mortua coniuge cum alia contrahat, non valet matrimonium & monasterium intrare compellitur.*

CAP. IX.

EX † parte Abbatis sancti Petri ad audientiam nostram peruenit, quòd cùm D in infirmitate positus, consentiente vxore [d] votum vouens castitatis, monachalem habitum suscepisset, postmodum liberatus vxorē retinuit, & aliam, ea defuncta, sibi temerè copulauit. ¶ Quia verò licèt prædictus D. vxore sua remanente in sæculo, de iure ad religionem [e] nequiuerit proficisci, ea tamen sublata de medio, votum sine salutis suæ periculo non potuit violare: Mandamus, quatenus si verum est, quod asseritur, prædictum D. per excommunicationem compellas, vt muliere dimissa ad suum monasterium

EX *parte*.] Professus religionem de cōsensu vxoris in sæculo remanentis, licèt vxori fuerit restitutus, ea mortua ad monasteriū redire cōpellitur. Ita cōmuniter summatur, textus tñ iste nihil dicit de restitutione. Prima pars ponit querelam. Secūda dat iudicem ibi, *Quia verò.* Abbas.

Casvs. Quidam D. nomine in infirmitate positus, vxore sua cōsentiēte votū castitatis emittens suscepit habitū monachalem, & postmodū liberatus vxoré suam retinuit, & ea defuncta aliā superinduxit: quæritur, vtrū cū ea valeat remanere? Rñdet Papa, licèt ille D. ad religionē de iure nequiuerit proficisci vxore in sæculo remanēte, ea tamē sublata de medio, votū suū violare non potuit: vnde mandat, quatenus si verū est, quod asseritur, prædictus D. cōpellatur per excommunicationē, vt mulieré suam dimittat, & ad suū monasteriū reuertatur, de cætero in habitu regulari moraturus. Nota, quod vir nec intrare religionē, nec votum vouere potest sine cōsensu vxoris. Item nō sufficit viro intrāti religionē licentia vxoris in sæculo remanentis. Itē vouētes compellendi sunt per sententiam excommunicationis, votum suum seruare.

† Ca. 1. eo. ti. in 2. cōp.

¶ *Glo. seq. quærit, ponit opinionem Lauren. & remittit.*
d ¶ *Consentiente vxore.*] Sed esto, quod sit iuuenis, nunquid vouet dādo licētiā: nā nō potest in sæculo remanere. s. *eo. cum sit.* Lau. dicit, quod si scit ius, vel ei dicatur, intelligitur vouere, aliàs non [a]. & dic consentiente, & permittente intrare religionē. 27 q. 2. *Agathosa.* arg. Vel dic, vt in notula seq. dicitur.
¶ *Gloss. seq. ar alleg. duo iura, in contrarium alle. alia duo. ponit tres opin. & tertiam impugnat ponens dictum Hug. & soluens* decret. s. suprà. eo.
e ¶ *De iure ad religionem.*] Colligitur [b] hic *arg. quod vxoris licētia.* nō sufficit ad hoc, vt ad monasteriū possit trāsire vir eius. sim. s. *eo. ti. c. 2. &* 33 q. 5 *notificasti.* Sed cōtra videtur, 27. q. 2. *Agathosa. &* 33. q. 5. *qui vxore.* Quidā dicūt, licētia vxoris non sufficere, nisi & ipsa cōuertatur. & c. qui vxoré. loquitur de cōsilio. & c. *Agathosa.* exponitur ita. quod huic dicto concordat. Alij dicūt, quod sufficit licētia vxoris, & dādo ei licētiā intelligitur solēnizare votū. *ar.* 32. *di. seruatum.* 28. *di. diaconi. & c. si qua vidua* & hoc c. & similia loquuntur de licentia extorta. Tan. & quidā alij dicūt, quod hoc intelligi debet secundū distinctionē illius c. s. *eo. cū sis. &* j. *eo. ad Apostolicā.* Sed hæc distinctio nō vī hic habere locū: qa si fuit iuuenis, nō sufficiebat dare licentiā, nisi ipsa cōuerteret, vt ibi dī, vñ non tenuit votū, nec dēt cōpelli redire ad monasteriū: vt s. *eo. quidā.* si erat senex, bñ potuit trāsire de licētia vxoris, vt ea iura dicūt vt hic dicit, quod de iure trāsire nō debuit. Hugo dicebat, quod illa decr. qdā intrauit nō tenebat: qa bñ debebat ille cōpelli ad monasteriū redire: qa votū tenuit: & hoc idē pōt dici, secūdū eū de illa. j. *eo. placet.* ppe si vbi nō cogit redire ad monasteriū, & sic stabit huic: & j. *eo. c. px. hoc satis vī.* Sed dicas, quod in decr. illa, qdā intrauit, tenet, quod ille nō cōpellit redire ad monasteriū: qa votū nō fuit solēne: qa inuita vxore hoc fecit: nec fecit ibi professioné: hic vero cōsētiēte vxore, pfessioné fecit. j. *c. prox.* & sic omni modo, quo potuit, votū solemnizauit: vnde quāuis non debuerit vir transire, vxore in sæculo remanēte, tamē tenuit votum, & monachus fuit: quia multa fieri nō debent, facta tamen remanent. s. *eo. prox. ad Apostolicam.* vnde compellitur redire ad monasterium vxore mortua. Sed contradicere videtur s. c. 1. vbi mulier dedit licentiam viro, & tamen de monasterio reuocatur, & restituitur vxori, nisi vxor castitatem promiserit, aut ad religionem transierit. Sed nō dicitur, quod monachatus nō tenuerit, vnde mortua vxore compelli debuit ad monasterium redire: & ita concordat cum ista, & hoc probatur s. *quod met. causa. cap.* 1. Hug. dixit, quod decreta. illa nō tenet: quia consensit marito, & debebat cōpelli ad castitatē, vel monasteriū intrare, si iuuenis esset. & ptere a non dicitur ibi, quod mulier posset reuocare maritu, sed Eps ex officio suo: tamē compellitur illa redire pp ea quæ dicit j. *c. placet.* ibi similiter nō fuit solemne votum: quia nō habuit licentiam viri. vnde nec illa compellitur redire ad monasterium. Bern.
Additio. Vel promisit vitam mutare. 27. q. 2. *Agathosa.*

a *Ad hoc* j. eo. veniēs. *Ioan. Andr.*

b *De materia huius glossæ vide plenissime per Henricū Bosch.* s. eod. c. vxoratus.

reuertatur, sub regulari habitu de cætero Domino seruiturus.

¶ Clemens † iij.

¶ *Professus religionē vxore sciente, & dissimulante, ea mortua ad sæculum redire non potest. Hoc dicit secundum intellectum veriorē, & singularem in materia.*

† *Cælestinus* j.

CAP. X.

COnsuluit † nos G. Sacerdos, vtrùm vir ad religionem transiens [f], & in ea per annum, & amplius moram faciens vxore sua postquam ad domum trāsierat regularem [g], de præsenti vita sublata, sæcularem habitum resumere valeat, & aliam ducere in vxorem, vel si ductam ei liceat retinere. ¶ Consultationi huiusmodi taliter respōdemus, quod prædictus vir nec habitum potest abiicere, quem assumpsit. nec aliquam sibi matrimonio † copulare. Quod si contraxerit, matrimonium ipsum decernimus dirimendum [h].

† Cap. 2. eo. ti. in 2. cōp.

† *Aliàs ita: in matrimonium copulare. aliàs ita: in matrimonio copulare.*

¶ Cælestinus iij.

¶ *Coniunx, quæ continentiam vouit, tenetur reddere debitum coniugi, licèt ad tempus voto consenserit.*

CAP. XI.

CHarissimus †: & *infrà* ¶ Fraternitati vestræ mandamus, quatenus si inueneritis vxorem Regis Sueuiæ, graui infirmitate depressam, continentiā vouisse, & virum eius ad tempus præ-

† Cap. 2. eo. ti. in 2. cōp. *Vbi integrùm habes facti hic truncati narrationem, quam & Contius affert.*

COnsuluit.] Legitur varijs modis, & secundùm primum intellectum hoc dicit: si cōiuges profitentur religionē, altero mortuo alter ad sæculum redire non potest. & iste intellectus elicitur ex textu, intelligendo quòd vxor etiam intrauit religionē. Legitur & secundo quòd solus maritus intrauit: & hoc intendit: Professus religionem consensu vxoris in sæculo remanentis, ea mortua ad sæculum redire non potest. sic communiter summant doctores. sed iste textus non patitur aliquem istorum intellectuum. Communis diuisio. Secunda ibi, *Consultationi.* Abbas.

Casvs. Quidā cōsētiēte vxore sua trāsiuit ad religionē: tādem vxor illa mortua est: quæsitū fuit, vtrùm possit habitū sęcularé reassumere, & aliā ducere in vxoré, vel si ductā sibi liceat retinere? Respondet Papa, quod prædictus vir nec habitū qué assumpsit, abiicere potest, nec aliquā sibi in matrimoniū copulare & si contraxerit, matrimoniū ipsum est dirimēdū. No. quòd sufficit vxoris licentia, ad hoc, vt votū viri teneat: vt hic colligit.
f ¶ *Trāsiens.*] De cōsensu [c] vxoris, quæ senex erat, vel promisit vitam mutare. 27. q. 2. *Agathosa.* vel ipse post morté vxoris ratum habuit, quod prius fecit sim. s. *quod met. causa perlatum.* Bar.
g ¶ *Transierat regularē.*] ipse maritus, & ita idē est in canonico regulari, quod in monacho, cum parua sit differētia inter eos. 20. q. 3. *præsens clericus.* j. *de statu monacho. quod Dei timorem.*
¶ *Gloss. seq. soluit contrarium.*
h ¶ *Dirimendum.*] Ergo votum eius fuit solemne ex quo separat matrimonium j. *qui clerici. vel vouen. rursus.* quod verum puto: quia de licentia vxoris intrauit, & ita tenuit ingressus: aliàs esset contra j. *eo placet. in fine.* Ber.

c *Vt dixi suprà c. pro. Petrus & Abbas intelligunt hoc c. quando sciente, & tacente coniuge, religioni profitetur: qua si priùs moriatur quàm reuocet, ille manet monachus. Ioann. Andr.*

CHarissimus.] Cōis diuisio Secūda pars ibi. *Fraternitati.* Ab.
Casvs. Vxor Regis Sueuiæ graui infirmitate depressa cōtinentiā vouit, vir suus ad tēpus voto cōtinētiæ consensit: ipsa postmodū liberata, viro suo adhęrere matrimonialiter recusabat, vnde Rex petijt à Papa sibi sup hoc puideri, & cōpelli vxorem

vxorem sibi matrimoniali adhærere affectu, mādat Papa quibusdam, quatenus si inuenerint vxorem Regis prædicti graui infirmitate detentam cōtinentiam vouisse, & virum suum ad tēpus præbuisse consensum: maximè si idē vir non vouit perpetuam continentiam, prædictam dominam viro suo faciant adhærere, & vtrunq; adinuicem matrimoniali effectu tractare. Not. q vir, & vxor pari cōsensu possunt cōtinētiā vouere: sed alter sine altero vouere nō potest. Item votū ad tēpus emissum non obligat voventem.

¶ *Glos. seq. arg. & remittit. uterum ar. & approbat.*

a ¶ *Præbuisse cōsēsū.*] *Arg. quod sufficit alterius cōsensus ad hoc, vt alter possit intrare religionem.* De hoc dic, vt dictum est s. eo. c. 1. & ex eo quod dicit, ad tempus, videtur, si simpliciter licentiam dedisset, q sufficeret, & ex eo quod dicit, maximè si vir eius cōtinētiā vouisset, quod verum est, quia vir, & vxor communi cōsensu possunt cōtinentiā vouere perpetuo remanedo in domo sua. 33. q. 5. *quod Deo pares.* ad tempus. 33. q. 4. *Apostolus.*

b ¶ *Maximè.*] Id est, tantum, secundum quosdam a. Ber.

buisse consensum [a], maximè [b] si non idem vir continentiam vouit perpetuam, eandem viro cohabitare faciatis, & vtrumque inuicē maritali affectione tractare.

¶ Idem.

¶ Si alter coniugum altero ignorante religionem profitetur, & propter hoc de monasterio educitur, illo mortuo ad monasterium redire non cogitur.

CAP. XII.

PLacet † nobis: *& infrà.* Solicitudo tua consuluit, vtrum mulier, quæ credens mortuum maritum, habitum religionis assumpsit, & eo reuerso de monasterio educta fuit, post obitum viri sit ad regularem obseruantiam compellenda. ¶ Super quo respondemus, quod licet votum eius vsquequaque non tenuerit [c], extenus tamen fuit obligatorium, quatenus se poterat obligare: promisit enim intrando monasterium, se non exacturam carnis debitum †, quod erat in potestate ipsius [d]: redire verò ad sæculum, in eius potestate non erat [e], sed in potestate mariti: & ideo, quantum ad ipsam tenuit [f] votum, quod post viri obitum tenere non desiit: cùm ad eum casum, à quo poterat [g] efficax habere principium, peruenisse noscatur: Consultius itáque dicimus, & ei congruentius ad salutem, vt ad monasterium redeat, vbi bona ducta intentione professionem fecit, & habitum religionis accepit. Si verò ad hoc induci non poterit, ipsam inuitam credimus non cogendam [b].

† Ca. 4. eo. tit. in 1. cōpil. *Vide Turrecrematam in c. feriatim.* 32. dist. *& latè hic Henric. Boich. Vide magistrum* sent. l. 4. dist. 38. §. hic quæritur.

† *Vide Scotū* l. 4. sent. dist. 32. q. 1. & 2. & 3.

PLacet] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Super quo.* Abbas.

CASVS. Quædā mulier credens maritum suum esse mortuū, habitum religionis assūpsit: tandem eo reuerso, de monasterio educta fuit, viro suo postmodū defuncto, quæritur, vtrùm compellenda sit ad monasteriū redire. Rñdet Papa, q votū suū non tenuit omnino, tñ in tātū tenuit, quatenus se potuit obligare: intrando enim monasterium promisit se nō exacturā vlterius debitū carnis quod erat in eius potestate: redire verò ad sæculū non erat in potestate ipsius, sed mariti. & ideo quoad se votum tenuit, & post obitū viri tenere nō desiit, cùm ad eū casum deuenerit, in quo efficax potuit habere principiū: tñ saluti suæ melius prouideret, si ad monasteriū rediret. si verò ad hoc induci nō poterit, nō est cōpellēda. Not. quod votū pro parte tenet, & pro parte nō tenet. Itē iuri suo licitū est cuilibet renunciare, sed iuri alterius nemo renunciare potest. Itē si res venit ad eū statū, à quo incipere potuit, tenet, etiamsi ab initio nō tenuit.

a *Scilicet Gof. Vbal. & Inno. quod placet Hostiensi per id quod dixit glossa prox. Ioan. And.*

c ¶ *Vsquequaque non tenuerit.*] Quia remansit obligata viro ad debitum reddendum. 33. q. 5. *si dicat.*

d ¶ *In potestate ipsius.*] Sic. s. eo. *quidam intrauit.* Ber.

¶ *Glos. seq. quærit, & soluit.*

e ¶ *In eius potestate non erat.*] Et sic auctoritate propria exire nō poterat. Quid si exiuisset de facto, nunquid esset compellenda redire? videtur, quòd non, per id quod dicit in fine.

ADDITIO. Et 27. q. 2. *si vir.* Sed contra s. eo. *quidam. in fi.*

Glos. seq. arg. ponit duas leges, & vnum canonem, & soluit.

f ¶ *Quantum ad ipsam tenuit.*] *Arg. quod sententia pro parte tenet, & pro parte non tenet ff. de re iud. de vna quoque. ff. de mino. etiā. §. 1. ar. contra. C. de repu. l. vnica. ff. fami. erc. l. in hoc iudicio de conse. dist. 2. cōperimus* Dic, quòd si sententia cōtinet plures articulos, siue plura capitula [b], id est, diuersa, potest pro parte valere, & pro parte non valere. & sic pōt pro parte confirmari, & pro parte infirmari. exempla patent. s. *de testa. Raynutius, & c. Raynaldus. & l. prædicta, etiam.* aliàs aut tota confirmatur, aut tota cassatur *de conse. dist. 2. comperimus.*

b *Vel vnum solum separabile: de hoc quære de regul. iur. ca. q. lib. 6. Ioan. And.*

g ¶ *A quo poterat.*] Sic ecōtra soluitur iudicium, quod firmum erat, si ad eum statum deuenit, à quo incipere nō potuit. *ff. de iudic. si à me. & l. si alter* [c]. secus in matrimonio. 32. q. 7. *illi qui sani. & c. neque furiosus.* s. *de eo. qui cog. consan. vxo. sua. discretionem.*

d *Communiter incipit Iulianus 2. vide de elect. querelam super t. gloss. Ioan. And.*

¶ *Glo. seq. quærit, & remittit.*

b ¶ *Non cogendam.*] Sed nunquid tenet matrimoniū, si mulier ista cōtraheret? Dic, vt dictum est s. eod. quidam intrauit. hic non fuit votum solēne: quia nec habuit licentiam viri: vnde non cōpellitur redire ad monasterium. sic s. eo. *quidam.* ADDITIO. Vel dic verius, quòd non habuit viri consensum in suo ingressu, sed de professione emissa constat per responsionem Domini Papæ.

¶ Innocentius iij. Pisano Archiepiscopo.

¶ Summa vt supra eod. c. cùm sis.

CAP. XIII.

AD † Apostolicam sedem: *& infrà.* ¶ Cùm autem vir, & vxor vna caro fiant per copulam coniugalem effecti: nec vna pars conuerti possit ad Dominum, & altera in sæculo remanere: profectò non est alter coniugum recipiendus ad obseruantiam regularem: Nisi reliquus perpetuam continentiam repromittat: sed & vitam debet mutare: nisi fortè sit eius ætatis, vt sine suspicione [i] incontinentiæ, valeat in sæculo remanere.

AD *Apostolicam sedem*] Istud c. est pars c. ad Apostolicam. s. eo. pro. Primò ponitur dictū. Secundò exceptio ibi, *Nisi.* Abbas.

CASVS. Dicitur hic, q cùm vir, & vxor sint vna caro, non potest vir ad religionem intrare, nisi mulier similiter castitatem voueat & religionem ingrediatur: nisi fortè sine suspicione incontinentiæ possit in sæculo remanere. No. q vir, & vxor per carnis commistionem fiunt vna caro. Item vir non debet conuerti, nisi vxor conuertatur. Item nota hic argumentum pro senibus, quòd sint continentes.

†Cap 2. tit. de regularibus in 3. compil. *vide Turrecrematam* in c. sunt, qui dicunt. 27. q. 1. in fi. *adde Ancharanum* in c. tua nos. de iuretiuran.

i ¶ *Vt sine suspicione.*] Sic s. eo. *cùm sis. & c. Verum.* Ber.

¶ Idem Lugduneñ. † Archiepiscopo.

† *Ludun.*

¶ Per religionis professionem, non per propositum castitatis seruandæ in sæculo, dissoluuntur sponsalia de præsenti.

CAP. XIIII.

ij EX † parte tua est intimatū, quod cùm quędam mulier

ij EX *parte.*] Communis diuisio Secunda ibi, *Nos autem.* quæ tria facit. Primo contra solutionem allegat Secundò soluit ibi, *Nos tamen.* Tertio solutionē determinat ibi, *Porrò.* Ab. Sic. CASVS. Quædā mulier corā duobus Abbatibus velum viduitatis assumpsit, cū celebratione Missę, ac litania, sicut moris est: post hæc quidā nobilis proponebat se mulierem illā mediantibus internuncijs per verba de præsenti desponsasse: mulier illa cōfitebatur se cōsēsisse in illū, sed quia audiuerat illū lepra percussum, nolebat sibi vlterius adhærere: quærebatur, vtrùm huiusmodi veli susceptio matrimonium impediat inter eos? Rñdet Papa, licèt videatur, q ex quo matrimoniū contractum est inter legitimas personas, per verba de præsenti, in nullo casu possit illis viuentibus dissolui, vt altero viuente alter possit ad secunda vota trāsire, etiāsi vnus fidelium fieret hæreticus, nisi fortè secus fieret ex reuelatione diuina, sicut de quibusdā sanctis legitur esse factū: tñ Papa nō vult declinare à vestigijs antecessorum suorū, qui dixerunt, antequam matrimoniū sit per carnalem copulam cōsummatum, licitū est alteri coniugum reliquo incōsulto ad religionem transire, & alter potest se alij copulare & hoc idem Papa consuluit obseruandū in casu præmisso, quāuis causa sit falsa, per quā mulier prędicta ad veli susceptionē fuit inducta, quia & sine tali qualibet causa, mulier propter religionē id facere potuisset: veruntñ licèt mulier illa videatur religionis habitū assūpsisse in veli susceptione, tñ si velit in domo propria permanere, quasi seruatura propositū religionis, compelli debet ad matrimoniū cōsummandum, nisi voto solemni se adstrinxerit ad obseruantiā regularē: in quo casu cōpellēda est religionis propositū adimplere. No. quod matrimoniū potest cōtrahi per nūcios, & ita possunt pallium conferre. Itē antequā matrimoniū carnali sit copula consummatū, alter coniugum potest altero inuito ad religionem transire, aliàs cōpelli debent insimul permanere. Itē falsa causa nō impedit susceptionē religionis. Itē velū viduitatis non impedit matrimonium contractū, si religionē certam non intrat mulier. Item votum

† Cap. 1. eo. ti. in 3. cōp. *De materia vide, quos citaui supra eod. c. verum, & c. ex publico.*

velum viduitatis[a] coram duobus Abbatibus assumpsisset, benedictione solemni cum celebratione missæ, ac litania † (sicut debuit) accedente, quidam nobilis proponebat se prius mulierem ipsam, mediantibus internunciis[b] †, per verba de præsenti, arrha[c] etiam interposita, desponsasse: *& infrà.* ¶ At illa se in illum consensisse confessa, dixit, quod audierat eum esse lepra † percussum, & ob hoc eius fuerat abominata complexus[d]: *& infrà.* ¶ Nos autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd etsi possit non inconsultè videri, quòd ex quo matrimoniū inter legitimas personas, per verba de præsenti cōtrahitur, illis viuētibus in nullo casu possit dissolui, vt viuente reliquo alter ad secūda vota trāsmigret †: etiamsi vnus fidelium, inter quos est ratum coniugiū[e], fieret hæreticus †, & nollet permanere cū altero sine contumelia creatoris: nisi fortè secus fieret ex reuelatione diuina, quæ superat omnem legem[f]: sicut à quibusdam sanctis[g] legitur esse factum. ¶ Nos tamen nolentes à prædecessorum † nostrorum vestigiis declinare, qui responderе consulti, antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri coniugum reliquo inconsulto, ad religionem transire, ita quod reliquus ex tunc legitimè poterit alteri copulari: hoc ipsum tibi consulimus obseruandum in articulo prænotato: quamuis falsa sit causa[h], per quam ad susceptionem veli, prædicta mulier est inducta: cum sine qualibet tali causa id ipsum religionis obtentu facere potuisset. ¶ Porrò licèt prædicta mulier videatur in veli susceptione[i] religionis habitum assumpsisse, si tamen velit in domo propria remanere, quasi propositum castitatis[k] in sæculo seruatura, nihilominus consummandum est matrimonium iam contractum: nisi se voto[l] adstrinxerit ad obseruantiam regularem: in quo casu compelli potest, vt relicto sæculo, religionis propositum exequatur.

¶ Idem Rudinen. † Episcopo.

¶ *Maritus factus Monachus à cōiuge adulterata reuocari nō potest.*

CAP. XV.

Constitutus † in præsentia nostra H. sua nobis confessione monstrauit, quod in Acolithatus ordine constitutus, quādam puellam R. nomine in facie Ecclesiæ duxit vxorem: quā cùm carnaliter cognouisset, orta discordia inter eum, & amicos puellæ, ipsa fuit cuidam alij V. nomine copulata: & tum memoratum H. vsque ad grad.[m] sacerdotij ordinatti. Cum autem eum sua conscientia remorderet, habitum ordinis Cistercien. assumpsit: *& infra.*

¶ Ideoque mandamus, quatenus si res ita se habet, prędictam mulierem, vt à dicto V. recedat, cui per adulterium est coniuncta, nec prædictum Monachum impetat †, quò minùs regulare votum valeat adimplere, per censuram Ecclesiasticam cogere[n] non omittas.

¶ Idē Pictauien. Episcopo, & Abbati de Boribarden. † Pictauien. diœcesis.

¶ *Vxor non potest repetere maritū de cuius licentia religionem intrauit si post ingressum non continuit: licet ad consentiendum, seu ad dādam licentiam dolo fuerit inducta.*

---

solēne impedit matrimoniū cōtrahēdū, & dirimit iā cōtractū.
a ¶ *Viduitatis.*] Id est, velum quod datur viduis. *arg. 27. q. 1. Viduas quoque,* nec dicit hic, quòd votū emiserit. vnde postea distinguit circa finē: nec dicit velū ꝓfessionis: licet enim assumat habitū, siue velū religionis, præsumitur tamē, quòd vouerit, sed nō est sufficiēs præsūptio, nisi deuoueat se alicui religioni, vt dicitur in fine. Lau.
b ¶ *Internuncius.*] Not. quòd matrimoniū potest contrahi per nuncios inter absentes, vt hic videtur. 32. q. 2. *honorantur.* ff. *de spon. sufficit. & l. vl. ff. de ritu nuptiarum. mulierem.*
c ¶ *Arrha.*] Licet arrha possit apponi in cōtractu matrimonij, nō tamen pœna *C. de spon. l. vlt. ff. de verb. obl. Titia.* j. *de spon. Gemma mulier.* & hæc arrha postquā mulier intrauit monasteriū, potest repeti à viro, & exigi. s. *eod. ex publico. Cod. de Episc. & cleri. Deo nobis.* olim non poterat, vt ibi dicitur.
d ¶ *Cōplexus.*] Quærebatur, verū veli susceptio impediret matrimonium inter eos.
e ¶ *Ratum coniugiū.*] Quia cōtumelia creatoris nō soluit ius matrimonij inter fideles, licèt alter labatur in hæresim: quia matrimoniū ratū est inter eos. Sed si duorū cōiugum infideliū alter cōuertatur ad fidē, tūc contumelia creatoris soluit ius matrimonij, secūdū quòd dicitur. j. *de diuor. quanto.*
f ¶ *Omnem legem.*] 19. q. 2. *duæ sunt.* s. *de reg. licèt.* j. *de diuor. gaudemus.*
g ¶ *Sanctis.*] s. *eod. verū.* 27. q. 2. c. *scripsit.* §. *ecce. ver. item beatus.*
¶ *Glo. seq. allegat cōtra, & demū contraria tria.*
h ¶ *Falsa sit causa.*] Falsa enī demōstratio vel causa legatū non perimit. *C. de fal. cau. adie. le. l. 2. ff. de condi. & demon.* falsa demōstratio, nec mēdaciū obligātis impedit obligationē. *arg.* j. *eod. venient. ff. de pigno. act. l. 1. & l. si rem alienam.* nec vitiat dispēsationē. j. *de consan. quia circa* & ita non cōsideratur, quæ fuerit causa impulsiua. *arg.* s. *de iureiu. quemadmodum.* §. *vlt. Arg. contra* j. *de voto, & vo. redem. magnæ in fine*[a]. Nam in huiusmodi spiritualibus etiam dolus aduersarij non vitiat contractum. s. *de his, quæ vi, metusue cau. fi. c. cum dilectus. &* j. *eo. dudum & c. accedens.* nec consideratur causa, vel intentio contrahentis. *C. de condi. ob cau. da. si repetendo. &* s. *de reg. & trans. ad religio. vidua 27 dist. quod interrogasti.* Tan.
i ¶ *In veli susceptione.*] Sic j. *qui cle. vel vouen. consuluit.* 33. q. 5. quod Dei pari. tamen solus habitus non facit monachum, *sed professio* s. *tit. prox. porrectum.* nisi feratur per annum. s. *de reg. ex parte tua.* vel nisi sit habitus professionis, qui datur profitentibus. s. *tit. prox. statuimus. & c. vidua. &* 20. q. 1. *quem progenitores.* & est hic *arg. quod susceptio veli, sine habitu non facit monachum.*
¶ *Glo. seq. tect. per quæstionem, an clericatus, vel vita eremitica, &c. in fi. quærit, & soluit.*
k ¶ *Propositū castitatis.*] Bene dicit, propositū: quia si verè castitatis votum deuoueret alicui religioni, scilicet sancti Augustini, vel Benedicti, in propria domo manēdo, bene solemnizaretur votum. 27 *q. 1. de viduis.* & c. *mulieres.* 20. q. 1. *vidua.* j. *qui clerici. vel vouen. insinuante.* Vel dic, quod talis religio non soluit sponsalia de præsenti, sicut nec dissoluerentur, si vir fieret clericus. 27. q. 2. *si vir.* De vita eremitica dicunt quidā, quòd soluit spōsalia de præsenti. *ar. 27. q. 2. c. scripsit. §. ecce.* Alij dicunt, quod nō. vnde si Eremita contraheret matrimonium, teneret: quia potest habere proprium. 19. q. 3. c. *perlatum. §. econtra.* Io. Sed quid si in veritate leprosus fuisset? Si sic sponsa de futuro soluuntur spōsalia propter lepram: vnde nō tenetur contrahere. s. *de iureiu.* quemadmodum si essent sponsalia de præsenti, bene compelleretur consummare matrimoniū, nisi vellet intrare religionem, sicut hic innuitur.
l ¶ *Voto.*] Id est, professione.

Constitutus.] Prima pars narrat factum. Secunda dat iudicem ibi, *Ideoque.* Abb.

Casvs. Quidam acolythus H. nomine, quādam puellam duxit in facie Ecclesiæ in vxorem, & eam carnaliter cognouit: tandem orta est discordia inter illum, & amicos puellæ: quare fuit alij copulata: & dictus acolythus fuit ad sacros ordinatus, & tandem habitum Cisterciēn. assumpsit. Dubitauit ipse H. an licitè posset in suo proposito remanere: accessit ad Papam exponens sibi prædicta: vnde mandat diœcesano Episcopo, quatenus si res ita se habet, prædictam mulierem compellat, vt ab illo recedat, cui per adulterium fuit copulata, nec prædictum monachum impediat, quò minus votum suum valeat adimplere. Not. quod si vxor alicuius publicè adulteratur, vir licitè potest pōstmodum promoueri ad ordines, & intrare religionem. hoc intellige, si post adulterium commissum eam non cognouit.
m ¶ *Ad gradum sacerdotij.*] Quod bene fieri potuit[b], cùm illa vxor sua publicè fuit adulterata: vnde amisit ius, quod habebat in eum. j. *de diuor. significasti.* Item si fuisset vidua, vel ab alio cognita, promoueri non debuit. 34. *dist. curandum si cuius.*
¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*
n ¶ *Cogere.*] Sed videtur, quòd talis coactio ei obesse nō debet, quo minùs repetat virū: quia in facie Ecclesiæ nupsit tolerāte Ecclesia, quamdiu saltē appareat, an fuerit matrimoniū inter illos. *Argumen. infra de fri. & malef. fraternitatis. c.* j. *de diuor. gaudemus. in fine.* Resp. non excusatur propter hoc: immo magis puniri debet: quia taliter nupsit, nulla sētētia separationis præmissa: vnde illa debet separari ab eo, cui iuncta fuit per adulteriū: quia viuente viro priori, alteri non potuit copulari, licèt perdiderit ius, quod habebat in illū: quia manent cōiuges etiā separati propter adulterium. 32. q. 7. c. 1. & 2. & sic obstat ei

† *Litania quid, tradit Amalarius Moguntinē sub Carolo Magno anno 813. c. 32. & 33.*
† *Vide Sotū l. 4. sent. dist. 27. q. 1. art. 3. vers. sed alia hic nascitur. & Turrecrematam.* in c. nec illud 30. q. 5. & in c. honorantur. 32. q. 2.
in pueriliª ætate constitutus, Hierosolymam dispositᵇ proficisci: cuidam quoque, qui sepulchrum Dominicum proposuerat visitare, fidem dedit, & suam recepit ab eo, quòd sibi inuicem in via socij fidelesᶜ existerent: *& infrà.* ¶ Nos autem ipsum à voto, quod in ætate tenera, facilitateᵈ potiùs quàm ex arbitrio discretionis promisit, absoluimus: ita tamen quòd idem votum eleemosynis redimat: & iuxta concilium nostrū†, toto vitæ suæ tempore, vni pauperum Christi (dummodo ad hoc suæ facultates sufficiantᵉ) debeat prouidere.

¶ Idem magistro A. de Mandeforde.

¶ *Ex sola conceptione boni explicandi, non obligatur quis ad bonum conceptum exequendum.*

CAP. III.

Litteraturam† tuam: *& infrà.* ¶ Cùm ex quadam minutione, nimio fuisses mortis pauore perterritus, hæc verba protulisti: Non diu hic morabor, proponensᶠ in animo, quòd religionis habitum esses aliquando suscepturus: *& infrà.* ¶ Tibi igitur respondemus, quod si plus nōn est in voto processum, transgressor iudicari non poteris, si non impleas, quod dixistiᵍ.

† Ca. 1. eo. tit. in 2. cōpil. *Et præter Doctores hic Vide Nauarrum in manuali confessariorum c.* 12. *n.* 26. & 52. *in Latino nuper impresso.*

e ¶ *Sufficiant.*] Nā possibilitas semper subauditur. 3. *de iureiu. querelā.* & c. *breui.* ar. 4. At. *certe autē.* & *ff. de statu. lib. l. cùm hæredes.* §. *Stich°.* & 47. *di. quod ad nos* Sic impossibile præceptū nō obligat *ff. qua senten. sine appellatio. rescind. l. Paulus* 2. Lau.

Litterarum.] Hoc c. continet notabilem, & singularē decisionē: & potest sic summari: Simpliciter proponens religionem ingredi, licèt non ingrediatur, non est reus voti. Primò ponitur consultatio. Secundo responsio ibi, *Igitur.* Ab. Sic. Casvs. Magister A. fecit sibi minui in brachio, brachiū eius intumuit ex illa minutione, ita q perterrit° fuit ad mortē: dū esset in tali statu, protulit hæc verba: nō diu hic morabor proponens in animo religionem intrare: dubitauit, an ex tali facto teneretur religionem intrare: respondet ei Papa, quòd si plus non est in voto processum, non debet dici transgressor, si non adimpleat, quod dixit. Nota, quòd per simplicia verba non obligatur quis, nisi habeat animum adimplendi votum. Item nota hic *ar. quòd ex nuda promissione non oritur obligatio.*

¶ *Glos. seq. recitetur per obiectionem.*

f ¶ *Proponēs.*] Nō tamē animo obligādi, nec firmiter hoc ppōnēdo, seu eligēdo: qa tūc mortaliter peccasset, si nōn impleuisset ppositū. 17. *q.* 1. *qui bona.* & §. 1. & 3. *e. c. prox.* vbi dicit, *dispositit proficisci.* & ideò dicit 3 *si plus nō est in voto processū*: qa nō dicit hoc animo se obligādi, vnde nō fuit mēdaciū. 22. *q.* 2. *quod autē ait.* & nemo se obligat, nisi q animū habet se obligādi. *ff. de actio. & obligatio. l. obligationū. ar. ff. si cert. p. ta. si ego.*

¶ *Glo. seq. signat contrariū. Itē arg. & in contrariū aliæ.* 4. *sur a.*

g ¶ *Quod dixisti.*] *Ar. contra.* 22. *q.* 5. *iuramentū.* Item *arg. a* q ex *nuda pactio non oritur actio, licèt sit ar. contra* 22. *q.* 2. *quicumque suffragio.* & *q.* 5. *quia Ioannes* & 27. *q.* 1. *ha Vere. in fine.* Laur.

a *Illud ar. vō sumitur hic, cum nec pactum fecerit, nec Verbū emiserit secundū Hostiensem.*

b *Vbi de hoc* & 1. *q.* 7. *quotiens.* & de pac. c. 1. lo. And.

Scriptura.] Per ingressū religionis soluit votū religioni nō consonū. h. d. Et est notabilis decisio, intelligendo q hoc fiat sine auctoritate superioris. Pro declaratione textus pone casū litteralē. Quidā vouerat visitare sepulchrū sācti ū, demum intrauit religionē voto nō cōpleto: dubitabat, an ille esset reus fracti voti: & respōdetur, q non, per rationē, quæ habetur in littera. Ab. Sic. Nota, q nō frāgit votū, qui illud in melius cōmutat, sic magis seruire videtur, qui tēporale seruitiū in perpetuum commutat.

¶ *Glo. seq. arg. dat simile, & reddit causam.*

¶ Idem.

¶ *Omne votum mutabile est in votum religionis.*

CAP. IV.

Scripturæ†: *& infra.* ¶ Reus fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequiumʰ in perpetuum noscitur religionis obseruantiam commutare.

¶ Innocētiᵒ iij Strigoneñ. Archiepo.

¶ *Executio voti vltramarini auctoritate Papa potest ex causa differri.*

CAP. V.

Non est voti dicēdus transgressor, qui quod vouit auctoritateⁱ sedis Apostolicæ distulit adimpleʳᵉᵏ. Sane significauit nobis Rex Hūgariæ, quòd cùm in regni perturbatione† conciliū, & auxilium tuum sibi senserit hactenus profuisse, vtilitati eius non modicum derogaret, si Hierosolymam (sicut ex voto teneris) regno pergeres impacato: *& infra.* ¶ Ideóque mandamus, quatenus non priùs iter arripias Hierosolymam adeundi quàm regnum ipsumˡ fuerit trāquillitati pristinæ restitutum: vel super hoc receperis ab Apostolica sede mandatum.

¶ Idem Andreæ Duci.

¶ *Ecclesia compellit hæredem laicum per excommunicationem, & bonorum subtractionem, ad executionem voti vltramarini, ad quod se obligauit pro defuncto.*

h ¶ *Temporale obsequium.*] Non enim est illi necessaria certa delicti satisfactio, cuius totum vitæ tempus obedientiæ impenditur sui cōditoris, *de pæ. dis.* 3. *c. qui aliqñ.* §. *his autoribus.* sic non frangit propositū, qui illud in melius cōmutat. 3. *de iureiur. peruenit.* Et ita est *ar. quod intranti monasterium, non est imponenda*ᶜ *pœnitentia pro peccato ante commisso.* Sic enim remittitur Astulpho pœnitētia publica si monasteriū voluerit ingredi. 33. *q.* 2. *admonere.* & hoc pp continuationē pœnitentiæ, & exercitij, in quo semper debent esse monachi, *ar.* 16. *q.* 1. *Vos antē.* si vero postquā monasteriū ingressi fuerint, delinquunt: bene subiiciuntur pœnitētiæ, & disciplinæ Abbatis, secūdūm regulā illius loci. 3. *de regu. c.* 1. & 3. *de sen. ex. com. cùm illorum.*

Non est.] Tria facit. Primò præmittit exordium. Secūdò submittit narrationem ibi, *Sane.* Tertiò conclusionem ibi, *Ideóque.* Abbas.

Casvs. Archiepus Strigonieñ. votū emiserat Hierosolymam visitādi, Rex Hūgariæ significauit dño Papæ, q cùm regnū Hūgariæ in pturbatione esset, cōciliū, & auxiliū Archiepi erat sibi multū necessariū: vnde petiit à dño Papa, quatenᵒ mādaret archiepo, vt Hierosoly. nō accederet, donec regnū ad trāquillitatē perueniret: vñ mādat Papa archiepo, quatenus iter nō arripiat Hierosolymā adeūdi, priusquā regnū trāquillitati pristinæ fuerit restitutū, vel super hoc ab Apostolica sede recipiat mādatū & ideo trāsgressor voti nō habebitur, qui de mādato Papæ votum distulit adimplere. Nota, quòd non dicitur transgressor voti, qui ipsum differt adimplere: quia quod differtur, non aufertur: sic ex causa potest differri executio voti.

¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*

i ¶ *Auctoritate sedis Apostolica.*] *Ar. quod Papa potest dispensare in Voto.* & *Epi etiā.* 3. *eo. c.* 1. Sed cū vota ex necessitate sint soluēda 17. *q.* 1. *c.* 1. & de iure naturali nō videtur, quòd ibi habeat locū dispensatio: quia dictum est, *Vouete, & reddite Domino Vota vestra.* 3. *e. magna.* & *c. prox.* vnde in his votis nō dispensat, sed declarat. cum enim quis vouet peregrinari, sub intelligitur, si cōmodè fieri potest: vt 3. *de iureiur. quanto.* vbi de hoc. & de voto, & iuramēto dic, vt ibi: sicut nec frangit votum, qui illud in melius commutat. 3. *e. c. prox.* & *de hoc dictum est* 3. *e. c.* 1.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem.*

k ¶ *Adimplere.*] Si iusta causa subest. 3. *eo. c.* 1. aliàs nō est securus, quoad Deū, cum quo Papa dispensat, nisi subsit causa dispensandi: sicut nec dicitur absolutus, qui causam excōmunicationis supprimit. 3. *de offi. ord. ex parte.* & 3. *de sen. exc.* cum pro causa habebit tñ exceptionē quoad ecclesiā ille, cū quo sine causa dispensatum est *arg. ff. de ... inter omnes.* §. *pen.* quoad Deum sibi allegatio nō valebit, vbi iudic. tur eo teste, quo iudice. 9. *q.* 3. *aliorum hominum.* & 11. *q.* 3. *audi.*

¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*

l ¶ *Regnum ipsum.*] Sic ergo Papa præfert vtilitatē priuatæ cōi vtili-

† Cap. 2. eo. ti. in 2. cōp. *Et pro intellectu Vide B. Tho.* 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. *ad* 1. *arg.* & l. 4. sen. dist. 39. *q.* 1. ar. 4. in corpore articuli.

† Cap. 1. eo. ti. in 3. cōp. Vide B. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 12.

† *turbatione.*

c *Hoc non est, quia tales à satisfactione absoluntur, sed quia eo ipso quod suam voluntatem etiā in seruitutē redigit propter Deum, plenariè satis pro omni peccato facit, quam charitatem habet omnibus rebus maiorem. Vide B. Thomas in 4. sen. di. 4. q. 3. ar. 3. quæstiuncula. 3. ad 3. arg.*

d *De materia huius glossa, Vide B. Thomam loco proximè citato.*

vtilitati, cõtra id ꝙ habes. ī. de post. c. 3. & 7. q. 1. sciat. & 8. q. 1. in scripturis. & ī. de reg. licet. Nõ sũt cõtraria, qa hic nõ pfert, sed differt: & ꝙ differt, nõ aufert. 31. q. 2. ancillã. de pæ. di. 6. nemo.

Licèt.] Primò ponit exordium. Secũdò ibi, *Accepimus*. narrat factum. Tertiò ibi, *Mandamus*. concludit. Quartò cõminatur ibi, *Ne si onus*. Abbas Siculus.

a Quam Vocat hic Voluntatem priuatam, & quam communẽ, tradit Ioann. And. quem Videto.

† Ca. 2. co. tit. in 3. cõ. *De intellectu Commutationis* in c. si hæredes. suprà de test. & de magna voti obligatione S. *Thomas*. 2. 2. q. 88. art. 3.

† *propriè.*

† *cõmisit.*

CASVS. Rex Hungariæ votum emiserat Hierosolymam adeundi, tandem voto non cõpleto agens in extremis, filio suo Andreæ duci sub interminatione maledictionis paternæ iniũxit exequẽdũ, & ille signo crucis asũpto pmisit votũ patris sine dilatione adimplere: patre sublato de medio, collecta multitudine quã plurima bellatorum, Hierosolymam adire simulauit, & cãdẽ aciẽ bellatorũ contra fratrem suum regẽ Hungariæ conuertit: Papa hoc intelligens mandauit eidẽ, quatenus omnibus aliis postpositis, vsque ad festum exaltationis sanctæ crucis iter arripiat Hierosolymam adeũdi, sibi onus iniũctũ, & sponte receptum exequendo, ne successione paterna se reddat indignũ: quod si non fecerit, ex tunc se nouerit excommunicatum, & priuabitur iure, quod sibi cõpetebat ordine geniture, si dictus Rex frater eius sine prole decederet, & regnum ad minorem fratrem ipsius deuoluet. Not. ꝙ vouere est voluntarium, sed adimplere est necessariũ. Item aliquis votum suum potest exequi per alium. Itẽ qui non adimplet voluntatem defuncti, priuari debet successione illius.

† Defunctorum Vota quando hæredes persoluere teneantur, Vide Hostiensẽ in sum. de voto. §. & verũ. adde Nauarrum in manuali confessariorũ. c. 12. nu. 56. & 57.

CAP. VI.

Licèt † vniuersis liberum sit arbitriũ [a] in vouendo, vsque adeo tamen solutio † necessaria est post votum, vt sine proprio † salutis dispendio alicui nõ liceat resilire [b]. Accepimus siquidem, quod cùm Rex Hungariæ pater tuus agens in extremis, votum quod vouerat Domino, Hierosolymitanam prouinciam in forti manu, humili corde visitare, sub interminatione maledictionis paternæ commiserit † tuæ fidei exequendũ [c], & tu assumpto crucis signaculo, te id impleturum sine dilatione qualibet promisisti: *& infrà*.

¶ Mandamus, quatenus postpositis cæteris solicitudinibus, vsque ad festum exaltationis sanctæ crucis, debitum acceptæ crucis exoluens, propositum iter arripias, & humiliter prosequaris: Ne si onus † tibi à patre iniunctum, & à te sponte susceptum, occasione qualibet [d] detrectaueris, paterna te reddas successione indignum, & hæreditatis emolumento priueris, cuius recusaueris onera supportare: sciturus & tunc anathematis te vinculo subiacere: & iure, quod tibi, si dictus Rex [e] sine prole decederet, in regno Hungariæ competebat, ordine geniture †, priuandum [f], & regnum ipsum ad minorem fratrem tuũ, appellatione postposita, deuoluendum.

a ¶ *Liberum sit arbitrium.*] Vnde dicit Aug. *Quæ non cœpit, deliberet. quæ egressa est, perseueret.* 27. q. 1. *nuptiarum.* & ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ cùm liceret nobis ea non impẽdere, causa tamen dilectionis impendimus. 28. q. 1. *iam nunc.*

b ¶ *Resilire.*] In aliud tamen potest commutari de auctoritate superioris, & iusta de causa: vt ī. eod. c. 1. & 2. & infrà eod. c. *magna.*

¶ *Glossa seq. arg. quem posse pro alio, &c.*

c ¶ *Commiserit tuæ fidei exequendum.*] Arg. quòd aliquis potest ieiunare pro alio, & votum alterius adimplere, quia mortuus soluit votum suum per superstitem. *arg.* 13. q. 2. *anima defunctorum.* & 16. q. 6. *aliquis fuerit.*

d ¶ *Occasione qualibet.*] Supple minus idonea, quòd in generali verbo subintelligitur: *arg.* ī. *de elect. causam quæ.* & ī. *de offi. deleg. ex parte.* 2. ff. *de ritu. nuptia. quanquam* [b]: & *de iureiur. Veniens.* & c. *Quintauallis.*

b Vide ī. de verb. sign. c. Abbate. in glos. penult. Ioan. And.

e ¶ *Si dictus rex.*] Frater ipsius ducis, contra quem dux ipse conuerterat aciem bellatorum, quam contra inimicos crucis dirigere simulauit.

¶ *Gloss. sequens signat contrarium, & dupliciter soluit.*

f ¶ *Priuandum.*] Dicit hic Vincẽtius, quòd qui nõ adimplet voluntatẽ defuncti, sit ei auferẽda tota hæreditas, & idẽ dicit canon. 11. q. 1. *Siluester.* & hoc concordat legi antiquæ. *C. de fideicommiss. l. Vlt. in fine.* attamen illud obseruatur in extraneo hærede. Sed licèt filius institutus hæres non adimpleat volũtatẽ defuncti, nõ ideo totũ perdit, sed reseruatur ei legitima. *C. de fideicommiss. Auth. hoc amplius.* Et satis põt dici, ꝙ lex in hoc casu præiudicet canoni ratione æquitatis. Vel hic auxit pœnã legis ob fauorẽ terræ sanctæ. Vel melius dic, ꝙ id quod dicit lex de legitima relinquenda, non potest habere locũ in huiusmodi dignitatibus, cùm diuidi nõ possint: quia regnum vnicum debet esse: & si cõtingeret, ꝙ aliter diminueretur, citò destrueretur, sed aliæ hæreditates bene diuidũtur inter hæredes, sed hic vnus tantum debet esse Rex: & ideo dicit, quòd totum regnum deuoluetur ad alium fratrem [c].

c De hoc Videto hic copiosius per Hostiensem, Ioann. And. & alios.

† Adde an ordine geniture, vel electione succedi debeat in regno. Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur.

¶ Idem Treceñ Episcopo.

¶ *Commutat Papa votum vltramarinum in vigilias, orationes, & ieiunia: tunc maximè, cùm cessat causa, quæ induxit ad vouendum: ita etiam quòd expensæ fiendæ in eundo, morando, & redeundo integraliter mittantur in terræ sanctæ subsidium.*

CAP. VII.

Magnæ † deuotionis: *& infra.* ¶ Cùm Treceñ. Ecclesia contra libertatem Ecclesiasticam grauaretur, nec per alium, quam per Campaniæ Comitem in vltramarinis partibus constitutum, eidem Ecclesiæ crederes posse de facili subueniri, ad ipsum proposuisti accedere: ac in signum peregrinationis, & deuotionis terræ Orientalis, crucem Dominicam assumpsisti: *& infrà.* ¶ Quamuis autem audita morte ipsius, intentionem tuam conspiceres iam frustratã, noluisti tamen sine consilio [g] Apostolicæ sedis ad propria remeare: sed ingressus vrbem †, intentionis tuæ propositum, ac statum

Magnæ.] Diuiditur principaliter in tres partes. Primò ponitur facti narratio. Secundò allegatur pro, & contra ibi, *Et quidem.* Tertiò diffinitio ibi, *Cùm igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Dũ Comes Cãpaniæ in vltramarinis partibus morã faceret, & Ecclesia Treceñ cõtra Ecclesiasticã libertatẽ plurimũ grauaretur: Treceñ. Episcopus cõsiderãs ꝙ per aliũ eidẽ ecclesiæ non posset de facili subueniri, ad ipsũ pposuit accedere: & in signũ peregrinatiõis, & deuotionis terræ Orientalis, signũ crucis asũpsit, & sic arripuit iter peregrinationis: dũ esset in via, intellexit, ꝙ dictus comes mortuus erat, & licèt intẽtionẽ suam cõspiceret iã frustratã, noluit tamẽ redire sine cõsilio domini Papæ, & sic ad vrbẽ accessit, & intẽtionẽ suã, & statũ ecclesiæ suæ domino Papæ exposuit: dominus Papa cõsiderãs hæc dicit, ꝙ in hoc negotio tria sunt cõsiderãda: qd liceat secũdũ æquitatẽ, quid deceat secundum honestatẽ, quid expediat secundum vtilitatẽ, ostendẽs quòd ipse votum suum debeat pficere auctoritate Prophetæ dicentis, *Vouete & reddite*: & hoc est quod dicit: ꝙ liceat. Itẽ auctoritate Euangelij dicẽs: *Nemo mittens manũ ad aratrũ, & respiciens retrò, aptus est regno Dei*: & hoc est, quod dixit: quid deceat. Item non expediebat propter exẽplum aliorum: quia quod agitur à prælatis, facilè trahitur in exemplum ab aliis: & hoc est, quod dixit, quod expediat. Postmodum allegat in contrarium, quòd votum perficere non debeat propter ætatem, cum vix posset sustinere labores propter necessitatem Treceñ. ecclesiæ, cui est obligatus. Ipsum etiam votum, quod licèt ex sui natura sanctum esset, non tamen sine licentia sedis Apostolicæ vouere potuit: postea ostẽdit, quòd votum commutari possit auctoritate veteris testamenti: vnde cõsiderauit, quòd votum possit commutari in aliud opus pietatis, non curando quid homines iniquè loquantur, exemplo Domini dicentis: *Sinite illos, quia cæci sunt*, concedit episcopo licentiam votum peregrinationis taliter cõmutare, vt expensas, quas esset facturus eundo, & morando, & redeundo, transmittat in subsidium terræ sanctæ, laborem orationibus, & ieiuniis recompensans: & quia episcopus specialiter pro libertate Treceñ. ecclesiæ per dictum comitem assequẽda votum peregrinationis emisit, eo sublato de medio causa cessauit, & ideo cessare potuit & effectus: & hac causa inspecta Papa hãc indulgentiam sibi fecit. Nota, quòd ecclesia potest implorare auxilium, & brachium sæculare, cùm iniustè aggrauatur. Item in quolibet voto tria considerãda sunt, quid liceat, quid deceat, quid expediat. Item factum prælatorum de facili trahitur ab aliis in exemplum, & ideò valdè cauere debent, quid eis liceat, quid deceat; & quid expediat. Item clericus, vel episcopus sine licentia sui superioris votum peregrinationis non debet emittere. Item votum iusta de causa potest commutari. Item veritas propter scandalum non est dimittenda. Item in voto locum habet recompensatio. Item causa voti in ipso commutando consideranda est. Item cessante causa cessat effectus.

† Ca. 5. eo. tit. in 3. cõpil. Et præter Hostiensem, & alios Videto hic Henricum Boich. & quatenus agitur de cruce dominica in signum deuotionis terræ sanctæ, Vide notata in c. si. § si. de offic. iudi. dele.

† Scilicet Romam per excellentiã, §. sed ius. Insti. de iure natur.

g ¶ *Noluisti tamen sine consilio.*] Et bene: quoniam nemo iuramentum suum, vel votum debet interpretari [d]. ī. *de ele. Venerabilem.* & ī. eo. *ex multa.* nisi certus esset, quòd non esset obligatus. *arg.* ī. *de sen. excom. inquisitioni.* Tan.

d Facit ad hoc tex. in l. 1. ff. de auctor. tut.

tum Treceñ. Ecclesiæ, nobis humiliter expressisti: *& infrà.* ¶ Et quidem tria præcipuè diximus † in hoc negotio attendenda, quid liceat [a] secundum æquitatem, quid deceat secundùm honestatem, & quid expediat secundum vtilitatem. Sane non [b] videbatur contra votum licitum, vt venires [c], cùm vox clamet prophetica [d] [Vouete, & reddite Domino Deo vestro] vt primum [e] ad consilium, secundum [f] ad imperium referatur. Sed nec decens videbatur [g], cum sit scriptum in Euangelio [Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro [h], aptus est regno Dei. ¶ Præterea non videbatur expedire, cum ex absolutione tua scandalum posset Laicorum mentibus generari dicentium. Vbi est Deus Clericorum? & hoc exemplo credentium se ad voti obseruantiam non teneri. Quod enim agitur à Prælatis [i] †, facilè trahitur à subditis in exemplum: iuxta quod Dominus inquit ad Moysem in Leuitico [Si Sacerdos, qui est vnctus, peccauerit, faciet delinquere populum.] Verum ætatis [k] vitæ senescentis defectus, atque canicies, quæ vix labores, & dolores suos tolerare possunt, in contrarium allegabant, & Ecclesiæ Treceñ. suspiria, cui vinculo pastoralis solicitudinis es ligatus, scilicet ne cuius assensu votum peregrinationis emittere forsitan non debueras [l]: *& infrà.* ¶ Ipsum etiam votum, quod ex sui forma sanctum, & honestum erat, ex persona vouentis minùs licitum videbatur. Cùm enim † iuxta canonica instituta, Clericus absque sui Episcopi licentia peregrinari [m] non debeat, & Episcopus non minùs, immò potius sedi Apostolicæ sit astrictus [n], videri meritò poterat, quòd absque generali, vel speciali licentia votum peregrinationis, quo te tandiu absentares, emittere non deberes: *& infrà.* ¶ Igitur [o] in lege veteri, in qua non minùs præceptum Domini obligabat, quàm votum hodie obliget in Ecclesia, primogenita, quæ Domino mandabantur offerri, quædam Domino redderentur, vt primogenita Leuitarum: quædam redimerentur, vt aliarum tribuum: quædam commutarentur in aliud, sicut primogenitum asini, qui † pro oue commutabatur: ex hoc attendentes, quòd votum commutari posit [p] in opus aliud pietatis: non † curantes quòd os loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus à tramite veritatis: de illius auctoritate securi, qui cum audisset à discipulis [Scis † quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt?] Respondit [Sinite illos [q], cæci sunt, & duces cæcorum] tibi pro te, & famulis tuis licentiam concedimus votum peregrinationis taliter commutare, vt expensas, quas fueras in eundo, morando, & redeundo facturus [r], alicui Religioso committas, in necessarios vsus terræ illius, sine diminutione [s] qualibet transferendas: *& infrà.* ¶ Laborem etiam laboribus recompenses, solicitiùs instando vigiliis, deuotiùs vacans orationibus, & in ieiuniis fortiùs te exercens. Ad hanc autem indulgentiam tibi faciendam specialiter nos induxit, quòd cùm pro libertate Trecensis Ecclesiæ per dictum Comitem assequenda præcipuè votum peregrinationis emiseris: eo sublato remedio, quia cessauere causæ [t], faciliùs cessare potuit & effectus.

¶ Idem Cantuariensi Episcopo.

¶ *Impedito ad tempus exequi votũ vltramarinum, conceditur dilatio: perpetuò verò impedito, indicitur redemptio in eo, quod magis expediat terræ sanctæ.*

CAP. VIII.

QVòd † super his: *& infrà.* ¶ Quæsiuisti de his, qui pro succursu terræ sanctæ, signo crucis assumpto, propter infirmitatem, vel paupertatem, vel etiam iustam causam, votum non possunt vtiliter adimplere, cùm sine distinctione receperis in mandatis, vt eos qui signum crucis assumptum abiecerunt, ad resumptionem ipsius, & executionem voti compellas. ¶ Nos † autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd debiles, & inopes magis illuc in defectum, quàm ad profectum accedunt, cùm [u] isti pu-

a ¶ *Liceat.*] Hæc tria semper consideranda sunt. *arg. 11. q. 1. aliud & 4. dist. denique. in fine.*

b ¶ *Sane non.*] Hic incipit ostendere, quòd votum suum perficere teneatur.

c ¶ *Vt venires.*] Nõ obstãte q̃ cã voti cessat, cùm etiam si sine causa vouisset, nihilominus teneretur ĩ. *de conuer. coniu. ex parte.* Faciliùs enim dispẽsari potest cessãte cã: vt dicit in fi. causa eñ nõ impedit, nisi exprimatur. *C. de condic. ob tur. cau. da. si repetẽdi.* nisi à iure subintelligatur. *ff. de iure do. stipulationem.* Io.

d ¶ *Prophetica.*] Scilicet, Dauid.

e ¶ *Primũ.*] Scilicet, *vouete.* Bern.

f ¶ *Secundum.*] Scilicet *reddite.*

g ¶ *Sed nec decens videbatur.*] Vt venires contra votum.

h ¶ *Retro.*] Apostatãdo, simile ĩ. *de aposta. quidam.* Nam apostata dicitur retrò stans. *26. q. vlt. non obseruetis. & 3. q. 4. beatus de pœn. dist. 2. pennata.*

i ¶ *Agitur à prælatis.*] Iuxta illud, *cõponitur orbis regis ad exẽplũ* [a] *11. q. 3. præcipuè.* Nã prælati sũt tãquã signum positi ad sagittã, vnde inferiores vitã eorum respiciunt. ĩ. *de accu. qualiter, & quando.*

k ¶ *Verũ ætatis.*] Hic allegat, q̃ nõ tenetur perficere votũ suum.

l ¶ *Forsitan nõ debueras.*] Maximè ad loca remota. *arg. 7. q. 1. præsentium. & ff. de offic. præsi. illud obseruandũ. 7. q. 1. si quid in clero. & de conse. dis. 3. non oportet.* nec istud forsitan est debitariuũ. sic *33. q. 2. admonere.* ĩ. *de procu. cum fraternitatis.* Io.

m ¶ *Peregrinari.*] *De conse. dist. 5. non oportet 1.*

n ¶ *Astrictus.*] Quia sicut clericus sinel iectis Epi sui nõ debet ab Ecclesia abesse, vel recedere ab eadem. *7. q. 1. præsentiũ.* & ĩ. *de renun. admonet.* & sic Eps sine licentia Papæ. ĩ. *de transla. inter corporalia.*

o ¶ *Igitur.*] Hic incipit ostendere, quòd votũ commutari possit.

p ¶ *Cõmutari posit.*] Cùm igitur mandatũ Dñi, & votũ pari passu ambulẽt, vt hic dicit: & mandatum Dñi potest adimpleri p aliud æquipollens, vt *22. q. 4. innocens. ergo & votum.* sic argumẽtatur hic Inn. & Io.

q ¶ *Sinite illos.*] Vt *11. q. 3. inter verba.*

r ¶ *Eundo, morando, & redeũdo facturus.*] Hæc tria ẽpa cõsiderantur, cùm aliquis cõdemnatur alij in expẽsis factis, in prosequenda appellatione. ĩ. *de appellat. reprehensibilis. C. qui accu. non pos. quo crimen. simile* ĩ. *de concessio. præben. quia diuersitatem. in fin.*

s ¶ *Sine diminutione.*] Præter illã diminutionẽ, quæ fieret in pecunia trãsferẽda. q̃a ille, quia cã portabit, suis expẽsis nõ militabit. ĩ. *de præscript. cùm ex officij. & 12. q. 2. charitatem.* Vel intellige, q̃ hæc pecunia mitti debet per aliquẽ religiosum, qui aliàs esset illucituru s. Vinc.

t ¶ *Cessauere causæ.*] Arg. q̃ cessante causa cessat priuilegium. ĩ. *de verb. sign. abbate. in fi. & 16. q. 1. generaliter. & 25. q. 2. §. vlt. & Insti. de aucto. tut. & cura. §. fi. & C. de test. mili. l. vlt. &* ĩ. *de deci. suggestũ.* Ioan. & ĩ. *de renun. post translationem.* vbi de hoc. ĩ. *de iureiurando, & si Christus. in fi.* Ber.

QVod super.] Cõis diuisio. Secũda ibi, *Nos autẽ.* quæ tria facit. Primò ponit generalem doctrinã. Secũdò duplicẽ distinctionem. Prima ibi, *Vnde credimus.* Secũda ibi, *Rursus.* Tertiò soluit consultationẽ indecisam ibi, *De mulieribus.* Abb.

CASVS. Quidam assumpserant signũ crucis in subsidium terræ sanctæ, & quia isti votũ suum nõ adimplebant, mandauit Papa Cãtuariẽ. Archiepo, vt eos compelleret ad executionẽ voti. Quidam pp infirmitatem, quidam pp paupertatem, vel aliã iustã causam vtiliter nõ poterant votum suũ adimplere: quæsiuit archieps à Papa, quid de his esset agendũ? & ipse respondet, q̃ debiles, & inopes, magis in defectũ, quã ad pfectũ illuc accedunt. q̃a debiles purgare nõ possunt, & pauperes mẽdicare coguntur: nisi fortè sint nobiles, & magnates, vt suis expensis secum possint ducere bellatores: vel artifices, vel agricolæ, qui de laboribus suis sibi victum quærere possũt: vnde Papa distinguit inter illos, qui temporalem causam habere noscuntur, & inter illos, qui perpetuam: primis dãda est dilatio, secũdis est redemptio indulgenda: ita tamen q̃ expẽsas, quas essent facturi, transmittant in subsidium terræ sanctæ.

u ¶ *Cum isti.*] sc. debiles.

a ¶ *Re*

† *diximus.*

Psal. 75.

Luc. 9.

† *Vide omnino Alfonsum Castr. l. 2. c. 8. de iusta hæret. punit.*

Leuit. 4.

a *Vt ibi sequitur: Nec sic inflectere sensus humanos edicta valent, vt vita regentis, &* Eccles. 10. Qualis est rector, ciuitatis, ales & habitantes in ea. *Ioã. And.*

† *Hæc spectant tradita per beatũ Thomam 2. 2. q. 88. ar. 8.*

Exo. 8. & 22. Num. 3. & 8. Deut. 15.

Luc. 2.

Leuit. 25

Exod. 36.

† *In codice Barbatia ita: quod in ouem commutabatur. aliàs ita: qui oue cõmutabatur.*

† *nec.*

† *In antiquis ita: Nonne scis, quia, &c.*

Matth. 15.

† Cap. 4. e. tit. in 3. cõpil. *Et quamtenus Innocentius, & alij sequuti hic de potestate Papæ seu ecclesiæ in gerendo bello contra infideles, & de Eymerico in Directorio inquisitoru m p. 2. q. 46. & Franciscum Victoriam in relectione de iure belli. adde B. Thomam. 2. 2. q. 10. ar. 8.*

† *Aliàs ita. Nos inquisitioni tuæ respõdemus.*

gnare non possint, & illi [a] mẽdicare cogãtur: nisi forte sint nobiles, & magnates qui suis secum expensis bellatores abducãt: vel artifices, & agricolæ; qui de laborib. suis sibi possint acquirere necessaria, & terræ subsidia ministrare: quãuis nõ multi talium, propter breuitatem possessionum, & paucitatẽ inhabitãtium ibi sint opportuni. ¶ Vnde credimus distinguẽdũ inter illos, qui tẽporalem [b], & eos qui perpetuã impedimenti causam creduntur habere: ꝙ primis indulgenda est dilatio [c], secundis autem est redẽptio iniungenda, ac rerum facultate pẽsata, quas possunt, aut quas facturi essent expensas, personarum præterea compensato † labore [d] in subsidium terræ sanctæ transmittant, exequentes per alios, quod per se nequeunt adimplere. ¶ Rursus inter illos, qui pro defensione terræ sanctæ, votum peregrinationis emittunt, & eos, quib⁹ pro satisfactione suorum criminũ, iter peregrinationis iniungitur, credimus distinguendum: quòd circa primos [e], plus terræ sanctæ succursus: & circa secundos [f], plus labor itineris secundùm intentionem vouentis, vel pœnitentis debet attendi. Vnde si quis hoc modo vouentium [g] est inutilis ad pugnandum, quãuis habilis [h] sit ad eundum, melius est redimere votum, quàm expensas consumere: quod & de pœnitente, qui propter debilitatem non potest iter iniũctæ peregrinationis implere, sanè valet intelligi: non autẽ de illo, qui quamuis sit impotens ad bellãdum, potens tamen [i] est ad eundum †: & infrà. ¶ De mulieribus [k] autem hoc credimus obseruandum, vt quæ remanere noluerint, viros suos [l] sequantur [m]: cæteræ verò [n] (nisi fortè sint diuites, quæ secũ in suis expensis possint deducere bellatores) votum redimant, quod vouerunt.

¶ Idem eidem.

¶ *Votum vltramarinũ certis casibus redimi, & cõmutari potest: nõn tamẽ per aliũ, quàm per Papã, vel cũ ipsum speciali mãdato. Hoc dicit, vsque ad § secundò quæsiuisti.*

CAP. IX.

Ex † multa tuæ solicitudinis prouidentia: & infrà. ¶ Ex consultatione, quam ad inquisitionẽ tuam, super negotio Cruce signatorum olim edidimus, viam inuenisti ad alias quæstiones: & vtrùm quod in ea dicitur, ius constituat generale, vt passim Prælatis quibuslibet, illos secundùm formam expressam [o] absoluere liceat, qui eorum sunt iurisdictioni commissi, solicitè requisisti. Ad hoc igitur respondemus, quòd in consultatione nostra ius editur, & licèt ad quales [p], ad quos tamen † specialiter spectet eius executio, nullatenus explicatur: illis autem solummodo ius hoc exequendũ incumbit [q], qui super hoc mandatum receperint à sede Apostolica speciale. Sic ergo illi est inquisitioni responsum, qua cõsequenter tua fraternitas requisiuit, de quibus religiosis intelligendum hoc esset: Vtrùm scilicet ibi Religiosi [r] † vocentur hi tantùm, qui religionis habitum susceperunt, quorũ plures idiotę sunt, & iuris ignari: an Episcopi, qui sicut dignitate præcellũt, sic & religione [s] debent aliis præeminere: nam ad neutros [t] illius executio iuris spectat, nisi per Apostolicam sedem eis specialiter delegetur.

a ¶ *Et illi.*] s. inopes.

b ¶ *Qui temporalem.*] Eandem distinctionẽ facit lex in iudice, vt si non potest interesse ꝑꝑ temporalem impotentiam, expectandus est: & si habeat perpetuum impedimentum, remouendus est *ff. de vaca. mune. l. vlt. & ff. de iudiciis. si longius*. *arg. ad idem* s. *de rescript. sciscitatus. Io.*

c ¶ *Dilatio.*] Expectandi enim sunt, quousque causa impedimẽti cessauerit. simile j. *de sent. excom. de cætero. & c. quamuis. insi.* Idem est, si per fortuitos casus impeditur, nihilominus cùm põt, adimplere tenetur. *ff. de verb. obl. inter stipulantem. §. sacram.* nisi certa res esset promissa, non in genere. *C. si cer. peta. incendiũ. Io.*

d ¶ *Compensato labore.*] Ieiuniis, & orationibus: vt s. *c. pro. circa fi. Lau.* Vel videtur, quod tãtùm mittere teneãtur, pro quanto nollẽt sustinere laborẽ hũc, sed vix potest æstimari. prima expositio melior est.

Rvrsvs. In isto §. distinguitur inter illos, q pro defensione terræ sanctæ votũ peregrinationis emittũt, & illos, quibus pro satisfactione suorũ peccatorum iter peregrinationis iniũgitur. Circa primos plus consideratur succursus terræ sanctæ. Circa secũdos labor itineris, secundum intentionem vouẽtis, vel pœnitentis. & ideo si aliquis de vouentibus est inutilis ad pugnandũ; melius est votum redimere, quàm expensas cõsumere. Et de pœnitẽte, qui non potest ꝑꝑ debilitatem iter peregrinationis implere, idem est dicendum, scilicet vt redimat votum: sed non de illo, qui potest ire, licèt nõ possit pugnare: quia principalis causa cõsideranda est. Mulieres verò, quę nõ vouerunt, si remanere noluerint, viros suos sequantur: illæ vero, quæ vouerunt, nisi sint diuites, vt possint secum ducere bellatores, redimant votum. Nota, quod votum pro terræ sanctæ subsidio factum, ex iusta causa potest redimi, vel differri. Item in voto peregrinationis causa subsidij terræ sanctę, & commutatio potest interuenire: non autem cùm causa laboris, & pœnitẽtiæ tãtùm imponitur. Item principalis causa voti considerãda est, & secundùm illam dispensari debet.

e ¶ *Circa primos.*] Scilicet, qui pro succursu terræ sanctæ votum emiserunt.

f ¶ *Circa secundos.*] Scilicet, quibus pro satisfactione suorum criminum labor peregrinationis est iniunctus.

g ¶ *Vouentium.*] s. sponte, & non per pœnitentiam iniunctam.

h ¶ *Quamuis sit habilis.*] Hic formatur secunda quæstio seq. c. *§. secundò quæsiuisti.*

i ¶ *Potens tamen.*] Vndè non subest causa, cur debeat immutare: aliàs qui iniunxit, vel quilibet maior eo eã posset immutare iure communi, sed immutationem huiusmodi pœnitẽtiæ videtur reseruare sibi, & illis, quib. specialiter à sede Apostolica iniungitur. & est speciale j. *eo. c. prox.* Vinc.

k ¶ *De mulieribus.*] Non vouentibus scilicet.

l ¶ *Viros suos.*] Et hic formauit Archieṗs tertiam quæstionem. j. *c. prox. §. quod autem.*

m ¶ *Sequantur.*] Quæ de vxorum licentia vouerunt: vel ex causa concedit Papa; quod viri possunt vouere, se ituros in subsidium terræ sanctæ inuitis vxoribus. j. *c. prox. ver. in tanta quoque.*

n ¶ *Cæteræ verò.*] Scilicet vouentes.

Ex multa.] Quinque sunt dicta. Secundum ibi, *Secundò*; Tertium ibi, *Quod autem*, Quartum ibi, *In tanta*. Quintum ibi, *De clericis*. Abbas Siculus.

Casvs. In c. præcedenti dicitur, ꝙ circa crucesignatos dispensatur, vt illi votum redimant, qui perpetuo impedimento detinẽtur: quæsiuit Archiepiscopus ille Cantuariẽ. vtrùm id quod in decretali prædicta dicitur, ius generale cõstituat, vt licitum sit prælatis absoluere sibi subiectos secundũ formam sibi expressam. Præterea in dicta decretali in parte decisa dicitur: per viros religiosos poterit dispensari: quæsiuit idem archiepiscopus: de quibus religiosis intelligatur? Respondet Papa ad primã quæstionem, quod in consultatione prædicta ius constituitur generale, & licet dicatur ibi, ad quales, scilicet viros religiosos: non tamen explicatur ibi, ad quos eius executio specialiter spectet: dicit Papa, executio illius iuris ad illos tantũ pertinet, quibus à sede Apostolica fuerit iniunctum: per hanc responsionem soluta est secunda quæstio, de quibus religiosis sit illud intelligendum; sc. vtrùm de regularibus, an de Episcopis: ad neutros istorum executio illius iuris spectat, sed ad illos tãtũ, quib. à sede Apostolica specialiter indulget.

o ¶ *Expressam.*] s. *c. prox.*

p ¶ *Ad quales.*] Seil. viros religiosos, de quibus fiebat mẽtio in *c. prox. quod super.* sed illa clausula remota fuit, quæ posita erat sub illo. & j. *ante §. illum de mulieribus.*

q ¶ *Incumbit.*] Ecce hic vnũ mirabile, ꝙ est ius commune, vt dispensetur in voto cum debilibus, & huiusmodi. arg. s. *eo. c. 1.* & tñ eius executio non ꝑmittitur alicui, nisi cui Papa specialiter committit. quod tamen restringendum est circa votum huiusmodi, sc. pro succursu terræ sanctæ emissum: ergo cùm hic Papa sibi dispensationem reseruet, in aliis votis episcopis dispensationem indulget, *arg.* s. *c. 1. de sent. excom.*

r ¶ *Religiosi.*] Religiosi dicuntur non solùm monachi, & regulares: sed & clerici, vt 1. q. 1. nullus. & etiã laici dicuntur religiosi. 28. *dist. si qua vidua.*

s ¶ *Religione.*] 1. q. 1. *vilissimus.* 8. q. 1. *qualis erit.*

t ¶ *Ad neutros.*] Arg. generaliter dictum, nulli esse dictum, s. *de offi. deleg. ex parte 2. arg. C. de pig. 2. lo.*

a ¶ *Hac l. loquitur etiã cum subest longa protractio, licet nõ perpetua infirmitas, necessaria professio, vel rei familiaris periculum. Ioan. And.*

† *vt recompẽsato.*

† *Cæterum, eodem, addit in margine, duas considerationes, verum quæ præter fidem veterum exemplarium.*

† Cap. 5. eod. tit. in 3. comp. *Et quatenus hic agitur de Crucesignatis pro terra sancta subsidio, vide post concilium Lateranen. sub Innocentio iij. in expeditione pro recuperãdã terra sancta: adde tractatum de forma procedendi contra inquisitos de hæresi tit.* de officio crucesignati *Doctores in c. excommunicamus. §.* catholici. infrà de hæret. *& plenè Campegium apud Zanchinum* c. 37

† *tantùm, in vno vetustissimo exemplari.*

† *religiosi, qui, & quot modis dicãtur, vide per Archidiaconum Ioan. And. & alios.* in c. vt officiũ. §. verũ quia. de hæret. li. 6. *tradit plenè Albertinus. in c.* quoniam. de hæret. lib. 6. q. 2. *per totam quæstionem.*

Secundo. tñ præcedēti decretali dicitur, quod si quis vouentium est inutilis ad pugnādum, quamuis sit habilis ad eūdum melius est redimere votum, quā expēsas consumere, quæsiuit Archiēps, vtrum sit generaliter intelligendū tā de nobilibus, qui secū possunt ducere bellatores, an de minoribus tantum? Respondet Papa, si diligenter considerasset, quæstionem istam, solutā inuenisset in decretali prædicta, vbi dicitur, quòd debiles, & inopes magis in defectum, quā profectū accedunt, &c. Quod autem dicitur in fine præcedentis c. mulieres quæ remanere voluerint, de illis intelligitur, quæ p votū non sunt astrictæ. Item in voto isto viri vouere possunt sine consensu vxorum, pp necessitatem populi Christiani. Clerici vero, qui vouerunt ire ad subsidiū terræ sanctæ, cùm clericatus officiū eos reddat inhabiles ad pugnandum, votum redimant, nisi vel consilio sint strenui, vel officio prædicationis instructi, aut sint magnatum obsequio deputati, vel sint adeo diuites, vt secum possint ducere bellatores: hoc autem de vouentibus intelligendum est, non de illis, quibus labor peregrinationis in pœnitentia est iniunctus. Nota hic ab initio vnū mirabile, quòd ius cōmune est, vt dispensetur in voto terræ sanctæ: & tamen eius executio nulli permittit, nisi cui Papa specialiter committat. Item q generaliter dictū est, generaliter est intelligendum. Item nota casum, vbi vir potest sine vxoris consensu vouere, & in eius præiudicium. Item clerici pugnare non debent.

a ¶ *Maturitate tamen consilij.*] Idem dicit lex in aduocatis, qui non minùs prouidēt generi humano, quàm si patriam armis defenderent. *C. de aduo. diuer. iud. l. aduo. ats.* Et lex dicit, q omnibus æquè postliminiū est, non solùm his, q pugnare possunt, sed omnibus, qui eius naturæ sunt, vt cōsilio, vel auxilio, vel aliis modis vsui esse possint: vt *ff. de ca. & postli. reuer. l. postliminium. §. Vlt.* & Consilio pollet, cui vim natura negauit [a]. & est *si. ff. de vac. munerum l. 2 §. qui. ita. & §. seq.*

b ¶ *Superius ponitur.*] *s. c. prox. in fi.* & hoc statim sequitur.

c ¶ *Viri præter vxorum.*] Specialissimus casus est isto, quod vir potest emittere votum præter licentiam vxoris, cōtra illa iura 33. q. 5. *quod Deo. & 27. q. 2. si tu abstines.* & per hoc videtur, quòd aliquod votum sit maius voto [b] continentiæ: nam propter continentiam etiam ad tempus non liceret hoc fieri: vt 33. q. 5. *cap.* i. sed in voto abstinentiæ secus videtur, dum tamen per talo votum neutri fiat præiudicium. 33. q. 5. *nolo. Io.*

† *aliàs ita: Vt nobiles & tidmagnates.*

† *Dictio, istā deest in aliquot Vetustis exēplaribus.*

† *Quamuis possit, & aliter.*

a *Et iterum:* Gaudior in tauro virtus, sed par in a vulpe. Plenius an custa sub breuitate sapit. *secundum Goff. Et Ouidius:* Parua necat morsu spatiosum vipera taurū: A cane non magno sæpe tenetur aper. *Ioan. And.*

† *Valeant.*

b *Circa hoc dictum vide B. Thomam* 2. 2 q 88. ar. 11. & *Sotū* l. 7. de iust. & iure. q. 4. ar. 2

¶ *Habiles ad eundum, sed inhabiles ad pugnandum, si sunt strenui consilio, vel milites bellatores possūt secū ducere, votum vltramarinum nō redimunt. Hoc dicit Abb. Sicul.*

¶ Secundò quæsiuisti, vtrùm quod dicitur [Si quis vouentium est inutilis ad pugnandum, quāuis sit habilis ad eundum, melius est, vt redimat votum, quàm consumat expensas] generaliter accipi debeat, vt † nobiles, & magnates, qui sunt consilio strenui, & multos secū possunt trahere bellatores, an minores tantummodo verbum huiusmodi comprehendat? Verùm si ad superiora oculum tuæ considerationis extendas, quæstionem istam † inuenies in serie consultationis nostræ solutam, vbi dicitur, quòd debiles, & inopes, magis in defectum terræ sanctæ, quàm ad eius profectum accedunt, &c. Quamuis † possit aliter responderi, quòd non sunt inutiles ad pugnandum, qui etsi per se pugnare non possunt, maturitate tamen consilij [a] adesse valent pugnantibus, & personæ defectum per alios releuare: & *infrà.*

¶ *Vxores possunt sequi viros vltra mare, si volunt, sed nō tenentur, nisi & ipsæ vouerint. Hoc dicit Abbas.*

¶ Quod autem superiùs ponitur [b] [Mulieres, quæ remanere noluerint, &c.] de illis intelligēdum esse videtur, quæ se ad peregrinationis propositum, nullius voti vinculo astrinxerunt: & *infrà.*

¶ *Viri sine consensu vxorum emittere possunt votum vltramarinū. Hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶ In tanta quoque necessitate populi Christiani, ne terræ sanctæ impediatur subsidium, viri præter vxorum [c] assensum huius peregrinationis propositum vouere libere valent †, & quod vouerint, liberè adimplere. Vt autem consentiant, sunt attentiùs commonendæ.

¶ *Clerici tanquā inhabiles ad pugnādum redimūt votum vltramarinū, nisi in certis casibus. Hoc dicit Abbas Siculus.*

¶ De Clericis † vero duximus respondendum, quòd cum Clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnandum [d], nisi vel consilio strenui, vel officio prædicationis instructi, aut magnatū sint obsequio deputati [e], aut vsque adeo diuites fuerint, & potentes, vt in expensis suis aliquos secum ducere valeant bellatores, magis ab eis expedit redemptionem accipere, quam ad votum illos cogere prosequendum, si necessitas exigit, vel vtilitas persuadet. Hæc autem de vouentibus dicimus, nō de his, quibus labor peregrinationis, in pœnitentia est iniunctus [f].

¶ Idem.

Qui vouit religionem ingredi, si voto non completo fiat Episcopus, renunciare debet, & votum implere. Sic communiter summatur.

CAP. X.

PEr tuas nobis litteras intimasti, te in Gratianopolitana † Ecclesia suscipiendi habitum regularem, votum solemniter emisisse, & postea promisisse in manibus Prælati eiusdē Ecclesiæ, te infra duos menses [g], postquam ab Apostolica sede rediisses, votum, quod emiseras, impleturum. Cúmque termino ipso transacto nō curasses, quod voueras, adimplere, tandem existens voti transgressor, vocatus fuisti ad regimen Ecclesiæ Gebennensis: & *infrà.* ¶ Nos igitur tuæ discretioni consulimus, vt si tuam sanare desideras conscientiam, regimen resignes Ecclesiæ memoratæ, ac reddas Altissimo vota [h] † tua. Quòd si capitulum eiusdem Gebennēsis Ecclesiæ, te postmodū canonicè duxerit eligendum [i], electionem recipere poteris de te factam.

d ¶ *Inhabiles ad pugnandum.*] Clerici verò pugnare nō debēt. Arma enim clericorum sunt lachrymæ. 23. q. 8. *clerici qui in quacunque. c. quicunque. & c. conuenior.* licet non minus pugnet, qui consilio pugnat, vt dictum est in notula. idem dicit lex.

e ¶ *Obsequio deputati.*] Qui ex debito officij eos sequi teneretur. *j. de sent. excom. inter alia.*

¶ *Gl. seq. arguit, & signat contrarium.*

f ¶ *In pœnitentia est iniunctus.*] Videtur ergo, quod mutatio voti non posset fieri in his pœnitentiis imponendis. *ar. contra 82. dist. presbyter si fornicationem.*

PEr tuas.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Nos igitur.* Abb. Casvs. Quidam emisit votum solemniter suscipiendi habitū regularem in Gratianopolitana Ecclesia: & postea promisit, quod infra certum tempus votum, qd emiserat, adimpleret: tandē termino transacto, votum suum non adimpleuit: postmodum vocatus fuit ad regimen Ecclesiæ Gebeñ. iste considerans q votum emiserat, nec fecerat quod promisit, petiit consilium à domino Papa, & ipse consulit ei, vt si suam sanare desiderat conscientiā, resignet regimen Ecclesiæ Gebeñ. & reddat Domino votum suum: si postmodum capitulū Ecclesiæ prędictæ ipsum duxerit eligendum, electionē poterit recipere de se factam. Nota, q qui promittit solemniter religionem intrare, omnino intrare tenetur.

¶ *Glossa sequēs quærit, & soluit.*

g ¶ *Duos menses.*] Si hoc non apposuisset, nihilominus tenebaē suscipere habitum regularem, & deberet ad hoc compelli, cùm ad hoc voto solenni se astrinxerit. *s. de conuersione coniugatorum, ex parte. in fi. s. de reg. porrectum* [c]. Sed quid si prælatus, & fratres pdicti loci nollent ipsum postea recipere? Tunc non diceretur transgressor voti, si per eum non stetit infra tempus statutum. *s. j. de spon. sicut.* sed ipsi possunt compelli, vt eum recipiant, ex quo promiserunt illum recipere: quia qua ratione ille compellitur ad votum reddendum per decretalem prædictā, porrectam eadem ratione & illi, ex quo votum suum emittit, & recipitur ab abbate, *arg. s. de reg. c. Vlt.* nisi aliud rationabile obsistat.

h ¶ *Reddas Altissimo vota.*] Sic *s. eo. magna.* cùm hoc sit præceptum vt ibi: quia Dñs exigit oblatum, quod non exigeret offerendum 27. q. 1 *nuptiarum. in fine.*

¶ *Gl. notat regularem eligi posse. &c.* arg. contrarium.

i ¶ *Eligendū.*] Et sic patet [d], q canonicus regularis pōt eligi ad regimen

† *De mutatione votorum huius §. exercetur clericos & Episcopos pugnare non liceat, vide omnino B. Thomam 2. 2. q. 40. art. 2.*

† *Gratianopolitana.*

† *Granopolitana. sed Gratianopolitana legitur. in Ecclesia Episcopo ordinis sanctī Augustinī canonici regulares obediunt. & hi etiam Gebennensis suffraganei sunt Archiepiscopi Viennensis, omnes in Burgūdia.*

c *Et infrà de litig. fraternitatis & optime facit ff. de verb. oblig. cum qui colendis §. quotiens.*

Vide concil. Trid. sess. 24. ci. de regularibus c. 1.

d *Hæc glossa deprauata erat restituimus ex fide Veterum exemplarium.*

regimẽ Ecclesię secularis: quia hęc Gebeñ. ecclesia sæcularis est: aliàs quare diceret: *redde Domino vota tua*? & de iure communi ex quo dicit. *duxit eligẽdum.* & ad idem facit ĩ *est. prox.* ℘ *Dei timorem.* vbi de hoc, tamẽ ibi contra potest sumi *ar.* ℘ *me de iure communi*, vbi dicit: *sicut annuendũ duximus postulationi*, &c. sed tamen aliud videtur hic: quia ecclesia Gebeñ. cathedralis est, & monachi regulares de iure cõi possunt eligi in ep̃os 18. q. 1. c. 1. & sic non probatur per hanc decretalem, ℘ de iure communi eligi possint ad inferiores dignitates curam animarum habentes: & iste monachus fieri non poterat existendo ep̃s, nisi resignaret ep̃atum, cũ ecclesia Geben. sæcularis esset.

Postulastis.] Diuiditur. Primò ponitur cõsultatio. Secundo responsio ibi, *Discretioni.* & pro casu præmitte, ℘ habetur in *gl. Abb. Siculus.* Casus. Duo priores regulares quorũ vnus erat Crucesignatus, & alter signo crucis desiderabat insigniri, petierunt à domino Papa, vt liceret eis secum deferre vicesimã prouentuum ecclesiarum suarũ, deputatã succursui terræ sanctæ. Respondet eis Papa: Si Ecclesiæ suæ pro ipsorum absentia enormiter non lædantur, & ipsi vtiles fuerint terræ sanctæ verbo, & exemplo (quod tamen committit illorũ conscientiæ) dimissis procuratoribus idoneis in Ecclesiis suis, tenentur votum suum explere: & sic poterunt vicesimam ecclesiarum suarum, deputatam subsidio terę sanctę, secum portare. Nota, ℘ cum prælatus se absẽtat ab ecclesia sua tenetur dimittere procuratorem, qui vice sua procuret negotia ecclesiæ suæ, tam in iudicio, quàm extra iudicium, & istud tenent omnes.

a ¶ *Vicesimam.*] Quam soluere tenebantur omnes, tã clerici sæculares, q̃ regulares ad subsidium terrę sanctę, secundum ℘ fuerat cõstitutũ in cõcilio generali in decretali illa, ad liberandam, quæ non est in hac compilatione: sed qui erãt crucesignati, vel qui etiam vellent signari, non tenebantur ad hoc, immo sibi poterant retinere, vt hic dicit.

¶ *Glo. seq. arguit, signat contrarium, & remittit.*

b ¶ *Enormiter.*] Et ita non vult Papa pp succursum terræ sanctæ ecclesias istas enormiter aggrauari in absẽtia istorum, in quo casu cassat priuilegium. ĩ. *de decimis, suggestum.* & ĩ *de verb. sig. quid per nouale.* & si non potest alteri subueniri, quin alter lædatur, commodius est neutrum iuuare, q̃ alterum lædere. 14. q. 5. *denique.* 22. q. 2. *primum. ff. de con. inde. nam hoc natura.* Itẽ nota, ℘ hic nõ præfertur publica vtilitas priuatę[a]. *arg. ad hoc* ĩ. *eo. non est* & *est arg. contra id.* 7. q. 1. *scias.* & ĩ. *de postu. c. 3. de hoc.*

c ¶ *Verbo.*] Scilicet prædicationis: quia licet per officium suũ inhabiles sint ad pugnãdum, possunt tamẽ in aliis se vtiliter habere. ĩ. *eo. ex multa.*

d ¶ *Exemplo.*] Bono, vitę scil. quia verbo, & exemplo dicimur prædicare. 43. *dist. sit rector.*

e ¶ *Conscientiæ vestræ.*] Ecce quòd relinquitur aliquis propriæ conscientiæ suæ sic supra *c. prox.* & 33. q. 4. *vir cum propria.* ĩ. *de renun. nisi cum pridem. in fi.* & 33. *dist. habuisse.* & 4. *dist. denique.* & 15. q. 8. c. 1. & *supra de cohabit. cleri. & mulieri.* quia de nemine præsumendum est, quod sit immemor suæ salutis. 1. q. 7. *sancimus.*

† *Harebeñ.* & *Beregaden. Præpositus.* † *Haresteñ.* & *Feregandon.* † *Habenẽ.* & *Beregaben.* † *Verùm.* † *Quo ordine recipiantur, qui cruce charactere desiderãt insigniri, tradit Campegius in fine tractatus Zanchini de hæreticis, in instructione de modo crucę signandi.* † *De materia terrę vide concilium Trid. sess. 25. cap. de regularib. & quomodo differant mona chi, & canonici regulares, tradit Lafon in Authen. ingress. C. de sacros. eccle.* † *Hic in quibusdam recentioribus legitur, Gregorius ij. sm alios, sed rectè ait Contius, primum l. 7. in dict. c. 2. c. 13. Et c. 1. eod. t. in 1. cõpil.* a *Dixit V. hoc contingere: quia priuata communi cõsideratur: & publica non minuitur iñ etiam his Gofre ideo, quia priuata nõ includebatur sub cõmuni, idem Host. Ioan. And.*

¶ Honorius iij. Harebeñ. † & Bẽgad. Præpositis.

¶ Prælatus etiã professus potest votum vltramarinum emittere, & in suos vsus vicesimam prouentuũ Ecclesiæ conuertere.

CAP. XI.

Postulastis à nobis, an † vobis professis ordinem regularem, quorum alter Crucesignatus est, & reliquus charactere crucis desiderat † insigniri, liceat vicesimam [a] prouentuum Ecclesiarum vestrarum deputatam succursui terræ sanctæ, deferre vobiscum: *& infra.*

¶ Discretioni vestræ taliter respondemus, quòd si Ecclesię vestrę per absentiam vestrã enormiter [b] non lædantur, & vos vtiles fueritis terræ sanctæ, verbo [c] pariter, & exẽplo [d], (quod conscientiæ [e] vestræ duximus relinquendum) dimissis procuratoribus [f] idoneis in Ecclesiis vestris, potestis, & tenemini [g] votum peregrinationis implere: & sic potest in vsus vestros transire vicesima Ecclesiarũ vestrarum, terræ sanctæ subsidio deputata.

TITVLVS. XXXV.

De statu † Monachorum, & Canonicorum regularium.

¶ Gregorius † Archiep̃o Neapolis.

¶ *Glossa sequens arguit.*

f ¶ *Procuratoribus.*] Nota ar. ℘ prælatus[b], quando se absentat ab ecclesia iusta de causa, & de licentia superioris, dimittere debet procuratorẽ in loco sui, qui procuret vtilitatẽ ecclesiæ.

¶ *Glossa sequens obijcit, & soluit.*

g ¶ *Tenemini.*] Sed quare dicit, tenemini, cùm alter istorũ nondum fecerit votũ, sed dicat tantum desiderat insigniri? Sed dic, ℘ iste, licèt votũ adhuc non emiserit, tñ tam in animo suo plene deliberauerat, & propositum suum in hoc fixerat: vnde sine peccato contrauenire non poterat. 17. q. 1. *quis bona sic* ĩ *eod. c. 2.* aliàs non diceretur transgressor. ĩ. *eo litteraturam.*

b *Prælati enim erant isti, & præpositi: vt patet in super scriptione decretalis.* † *Theodorus.* † *Aliàs: clericorum.*

¶ Diœcesanus non debet molestare monasteria, præterquam pro causa correctionis eis oblata sibi vẽdicare.

CAP. I.

Theodosius † : *& infra.* ¶ Alicui monasterio nec tu, nec Presbyteri tui, præter diligentiam disciplinæ [h], aliquid molestiæ inferatis [i]: Aut si quid illic pro diuersorum † deuotione accesserit [k], vobis vendicare æstimetis: Cùm monachis ibi seruientibus debeat proficere, quicquid à fidelibus taliter offerri contingit.

¶ Ex concilio Lateraneñ. †

¶ Monachi non debent poni singuli per parochias. Hoc primò. Si pro monachatu aliquid detur, receptus à sacris ordinibus prohibetur: & recipiens ab officio suspenditur. Hoc secundò. Monachus habens peculiũ sine licentia Abbatis, ab altaris cõmunione remouetur: & sic decedens, sepultura, & fratrum communione priuatur. Hoc tertiò. Si pecunia confertur pro habendo aliquod officiũ in monasterio: dans, & recipiens deponuntur. Hoc quarto. In prioratibus conuentualibus per electionem instituti non sunt remouendi sine causa rationabili, & de causa rationabili: ria ponit exẽpla. Hoc dicit cõprehẽdẽdo substantiã.

CAP. II.

Monachi non præ-

DE STATV MOnachorum, & Canonicorum regularium.

¶ *Suprà visum est de conuer. coniug. Item de voto, sed quia conuersi ad religionem, vel votẽtes ingredi, efficiũtur vt plurimùm monachi, vel canonici regulares, ideo post rubricas præcedentes subijcitur ista. Abbas.*

De hac materia tractatur 5. 8. dist. & 17 q. 1. 18. q. 1. & q. 2. per totum & generaliter à 16. causa vsque ad 21.

† *Concilium Lateranen. sub Alex. 3. c. 10. Et c. 2. eo. tit. in 1. cõpil.*

Theodosius[a].] Monasteria sunt exempta à lege diœcesana non à lege iurisdictionis. Sic cõmuniter sic datur: sed hęc vocabula sunt potius magistralia, quàm iuris: & ponit duas prohibitiones: & tertio rationẽ subiicit. Secunda ibi, *Aut.* Tertia ibi. *Cùm.* Abbas Siculus.

Casus. Archiepiscopus Neapolitanus monasteria sua grauabat: & ea quæ offerebantur, ibidẽ sibi vendicare volebat: vnde Papa mandat eidem quatenus nec ipse, nec presbyteri sui alicui monasterio aliquid molestiæ inferant præter solã disciplinã: & si aliquid illic à fidelibus accesserit, nihil sibi debeant vẽdicare, sed totũ monachis ibi seruientibus proficiat. Not. quòd Episcopus nihil iuris habet in monachos, nisi causa disciplinæ. Itẽ de eo ℘ monachis offertur, nihil debet episcopus vendicare.

¶ *Glo. seq. reci. per obiectionem, quam soluit, & remittit.*

h ¶ *Disciplina.*] Hoc intellig. e, cùm monachi populum non habent: quia tunc solam disciplinam debent 16. q. 1. *cùm pro vtilitate.* nisi sit honestum seruitium debitũ ex constitutione, vel consuetudine. 18. q. 2. *seruitium.* & 1. q. 3. *quæsitum.* Si enim haberent populum, tunc monastẽria subiunt Episcopo ratione populi, quoad legem diœcesanam. *arg.* 18 q. 2. *Eleutherius.* de hoc dictum est *suprà de offi. ord. dilectus filius.*

i ¶ *Inferatis.*] Nisi hoc solum, quod canones iubent. 18. q. 2. *hoc tantum* & c *quàm sit.* & *c. luminoso.*

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem.*

k ¶ *Accesserit.*] In vita: quoniam si in morte causa sepulturę aliquid relinqueretur, inde ep̃s debet habere canonicã portionẽ ĩ. *de sepultu. de his.* & *c. cum super.* & ĩ. *de testa. requisisti* [c]. nisi consuetudo repugnet.

Monachi.] In hoc c. quod cõiter non summatur, quinque sunt dicta. Secundum ibi. *Si quis.* Tertium ibi. *Qui vero.* Quartum ibi. *Prioratus.* Quintum ibi. *Fratres.* Abbas.

Casus. Statuit Lateranẽ. conciliũ, ℘ monachi nõ recipiãtur pro pretio in monasteriis, nec peculiũ habeãt, nec soli p parochias habitent.

c *Vel loquitur in ecclesia priuilegiata co. c. fin. Gof. vel prohibet totum vendicari: sed non partem canonicam, & sic cessant contraria. secundũ Hostien. semi Ioan. And.*

bitēt: quia *Væ soli, quia non est, qui subleuet eū, si ceciderit*: & qui dederit, & qui receperit, puniatur. Qui verò pecuniā habuerit, nisi fortè ab Abbate fuerit ei ꝓ iniuncta administratione ꝑmissum, à cōione remoueat altaris: & qui cum peculio in extremis inuētus fuerit, & non restituerit, nec oblatio ꝓ eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturam ꝙ intelligēdū est de oībus religiosis. Abbas autē, qui ista diligēter non cauerit, officij sui iacturā se nouerit incursurū. Item nullum officium pretio alicui cōcedatur: aliogn dātes, & accipientes à ministerio fiāt Ecclesiastico alieni. In fi. dicit, ꝙ Priores q ꝑ electionē canonicā capituli sui fuerint instituti, non mutentur, nec remoueantur nisi pro manifesta causa. Nota, quod monachus pro sua receptione in monachū, nihil debet dare. Item non debet habere peculium. Item solus habitare non debet. Item pœna dantis pecuniā pro sua receptione, est ꝙ non potest ad sacros ordines ꝓmoueri. Itē in casu monachus pōt habere peculium, scil. causa administratiōis. Item pœna habentis peculium est penitus in morte carēre sepultura. Item Prioratus, vel officia pro pretio alicui dari non debēt. Item nota hic differētiam inter Priorē conuentualem, & aliū: qa Prior cōuentualis deponi non potest nisi pro manifesta, & rationabili causa, putà, si sit dilapidator, vel viuat incontinenter.

tio [a] recipiantur in monasterio, nec peculium [b] † permittantur habere: nec singuli per villas, & oppida, per quascunque parochiales [c] ponantur Ecclesias: sed in maiori Cōuentu, aut cum aliquib' fratribus maneāt: nec soli inter sęculares homines spiritualium hostium conflictum expectent, Salomone† dicente [Væ soli [d]: quia cum † ceciderit, non est, qui subleuet eum.] ¶ Si quis autem exactus pro sua receptione aliquid dederit, ad sacros ordines [e] non ascendat: is verò, qui eum receperit †, officij suspensione mulctetur. ¶ Qui † verò peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro iniuncta administratione permissum [f], à communione remoueatur altaris: & qui in extremis cum peculio inuentus fuerit, & dignè non pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres † accipiat sepulturam [g]: quod etiam de vniuersis Religiosis præcipimus obseruari. Abbas autem, qui diligēter ista non cauerit †, officij sui iacturam se nouerit incursurum. Prioratus quoque, seu Obedientiæ, pretij donatione nulli tradantur [h], alioquin dantes, & accipiētes, à monasterio fiant Ecclesiastico alieni. ¶ Priores autem cùm in Ecclesiis, conuētualibus per electionem Capitulorum suorum canonicè fuerint instituti, nisi pro manifesta & rationabili causa non mutentur [i] videlicet † si fuerint dilapidatores [k], si incontinenter vixerint, aut tale aliquid † egerint, pro quo amouendi meritò videātur, aut si etiam pro necessitate maioris officij, de consilio fratrum fuerint transferendi.

¶ Alexander iij. Abbatibus, & Conuentibus Cistercieñ. ordinis.

Monet Cistercienses, vt seruēt regulam secundum primæua institutionem. Hoc dicit primò. Et domus religiosa aggregata Cisterciensibus, eorum mores seruare tenetur. Hoc dicit secundò.

CAP. III.

Recolentes † qualiter hæc sancta plantatio: *& infra:* ¶ Dolentes dicimus, quòd etsi non ab omnibus, neque in omnibus, à plerisque tamen, & in pluribus, ab illa sācta institutione dicitur declinatum, intantum vt aliqui ex vobis primę institutionis obliti [l], contra ordinis vestri regulam villas, Ecclesias [m], & altaria [n] possideat, fidelitates † & hominia [o] benignè suscipiāt, iustitiarias [p], & tributarias [q] teneant: *& infr.* ¶ Ideoque precibus, & monitis exhortamur, quatenus domus illæ, quæ à prima sui origine, in ipso ordine sunt fundatæ, constitutis [r] ter-

a ¶ *Pretio*] j. de simo. quoniam simoniaca.

b ¶ *Peculium.*] Nisi ꝓ iniuncta administratione: vt j. sequitur. ¶ *Gl. seq. reci. per obiectionem de canonibus.* 16. q. 1. *& c.*

c ¶ *Parochiales.*] Et sic patet, ꝙ monachi singuli in parochialibus Ecclesiis esse non debent. Et istud quidem ius commune est, quod hic dicitur ex dispensatione: tamen videtur, ꝙ monachus potest præfici in parochiali Ecclesia. 16. q. 1. *in parochia. & c. cùm pro vtilitate, & c. doctos. & c. si monachus. & c. si quis monachus.* in collegiata verò Ecclesia videtur, ꝙ de iure communi possunt eligi. j. *eo. quod Dei timorem. & arg.* s. *tit. prox. per tuas.* T.

d ¶ *Væ soli.*] 7. q. 1. *illud.* 82. *dist. in omnibus.*

e ¶ *Ad sacros ordines.*] Et insuper de monasterio expellatur [a], secundum ꝙ traditur j. *de simo. quoniam simoniaca.* Vel debet sibi pecunia restitui. & intret aliud monasterium. *eo. si venies.* ¶ *Gloss. seq. signat contrariū. opi. ponit, cum signat contrariū. & ponit opinio. Hug. quam approbat, cum signat contrariū de decre. dudū.*

f ¶ *Administratione permissum.*] Alias proprium habere nō potest. 12. q. 1. *non dicatis.* 27. q. 1. c. 1. *monachi.* 18. q. 1. c. 1. *&* j. *eo. cùm ad monasterium. Arg. contra* 27. q. 1. *de viduis.* Illud planum est, quod monachus proprium habere non potest [b], immò & si sub ea conditione fieret monachus, vt habeat proprium, conditio frangitur, & remanebit monachus. *arg.* j. *de conditio. appo. quicunque.* vbi tenet matrimonium, & conditio frangitur. *arg. ad hoc. ff. si vsusfr. peta. l.* 1. §. 1. ff. *de vsu, & habi. sed neque & C. de institutio. sub condit. repr. hendenda Arg. contra manifestum.* j. *de conditio. apposi. c. vlt.* vbi dicitur, ꝙ si conditio, quæ fit contra substantiam matrimonij, apponitur in matrimonio, matrimonium nullum est: sed hæc conditio de ꝓprio retinendo, est contra substantiam monachatus, vt videt: quia dominus Papa in eo dispensare non potest, sicut nec in cōtinentia [c]. j. *eo. cùm ad monasterium. in fi.* & *est arg. ad hoc* 32. q. 2. *solet.* In hac opinione fuit Hu. & idem credo, quod non sit monachus: quia proprietatis abdicatio, & cōtinētia castitatis sunt de substātia monachatus, sicut in matrimonio carnali. *Arg. contra* s. *de conuer. coniu. dudum.*

g ¶ *Sepulturam.*] Sic j. *eo. cùm ad monasterium. & c. super quodam.* & hoc idem locum habet in quolibet, quem constat decessisse in mortali peccato. 81. *dist. neque apud* 13. q. 2. *pro obeuntibus. &* 13. q. 2. *placuit.* Ala.

h ¶ *Nulli tradantur.*] Vt fiat ibi custos, vel procurator ibi constituatur. 1. q. 1. *si quis Episcopus. &* q. 3. *salvator.* ¶ *Gloss. sequens recitatur per contrarium* d. §. tales.

i ¶ *Non mutentur.*] Hoc intelligitur de illis, qui instituuntur perpetuò per canonicam electionem capituli, & confirmationē superioris. Isti sine certa causa remoueri non debent: quia sine culpa nemo priuari debet iure suo. 56. *dist. satis peruersum. &* 16. q. *vlt. mouemur.* s. *de iudi.* c. 1. Alij Priores, qui ꝑ electionem canonicā non creantur, ad voluntatem abbatum suorum remouentur j. *eo. cum ad monasterium.* s. *tales.* & huiusmodi regularibus nō confirmātur Priora tus. s. *de confirmatio. porrecta.* Tanc.

k ¶ *Dilapidatores*] Propter hoc bene remouentur. 3. q. 2. *quia ea qua. &* s. *de simo.* licèt Hely. & *c. per tuas, & suprà de offi. deleg. venerabilis.* & hoc si probet. & ꝓp incontinentiam remouet Abbas. 18. q. 2. *si quis.* Abbas.

Recolentes.] Diuiditur in quatuor partes. Primò Cistercieñ. ordo secundum antiqua tempora multipliciter commēdatur. Secundò modernis temporibus consideratis reprehēditur. Tertiò vt Cistercienses suis terminis sint contenti, monētur. Quartò, ꝙ domus eis aggregatæ debeant se moribus istis conformare, instruuntur. Secunda ibi, *Dolentes.* Tertia ibi, *Ideoque.* Quarta ibi, *Cæterùm.* Abbas Sic.

Casus. Abbates, & conuentus Cistercieñ. ordinis in multis recesserunt à sua prima institutione in tantum, vt multi ex illis contra regulam ordinis sibi vēdicent villas, ecclesias, & fidelitates, & alia, quæ ab honestate regulari discrepant, de quibus Papa dicit se condolere: vnde mandat eis, quatenus domus illorum suis terminis sint contentæ, secundum quod à prima sui origine fūdatæ sunt. Si enim suas institutiones reliquerint, & conuerti ad communia iura aliorum monasteriorū voluerint, oportebit eos iure cōmuni censeri, quia dignum est, vt qui similem cum aliis suscipiunt vitam, similem sentiant in legib. disciplinam. In fine dicit, ꝙ domus aliæ, quæ ad istorum ordinem sunt translatæ, vel se transtulerunt, institutionibus istorū se conformēt. Nota ꝙ qui similem vitam ducunt, simili debent foro conueniri, vel priuilegio gaudere. Item quod alij aggregatur, eius naturam debet imitari.

l ¶ *Obliti.*] Qui eam sciuerunt.

m ¶ *Ecclesias.*] Quas possunt habere nigri monachi.

n ¶ *Altaria.*] 1. q. 3. *quæsitum.* vbi ecclesiæ vulgari vocabulo altaria nuncupantur, sed hic restringitur ad decimas [d], ꝓp verbum ecclesias.

o ¶ *Hominia.*] A vasallis, feudum ab eisdem tenentibus.

p ¶ *Iustitiarias.*] Id est, officio iudicum sæcularium, qui iustitiarij in aliquibus locis appellantur.

q ¶ *Tributarias.*] Id est, officia colligentium tributa: qui enim deseruiunt Deo, talibus se implicare nō debēt 21. q. 3. c. 1. & 2.

r ¶ *Constitutis terminis.*] Quia quilibet debet esse cōtentus ter-

minis

Marginal notes (left): † *peculium id est proprium.* Vide l. cogi. ff. ad Trebell. — † *Ecclesiastes, c.* 4. — † *si.* — † *recipit.* — † *Vide concilium Trid. sess.* 25. *tit. de regularib. c.* 2. — † *Qui dicuntur fratres, & qui monachi, & quo differat à canonicis regularibus, tradit Iason in Auth. ingressi.* C. de sac. san. eccl. — † *curauerit, in concilio.* — *e Nec obst.* 20. q. 3. *constitutum, quod loquitur de dilectis, qui non sunt simoniaci, secundum Tan. Vincen. & Gof. Ioan.* — *b De hoc vide concilium Tridentinum paulò antè citatum.* — *c De hoc articulo vide, quæ citantur sup. hoc. ti. c. fi. in vltimis verbis illius c.*

Marginal notes (right): † *Aliàs ita: vt vidilicet, sed in antiquis, & in concilio, vt est impressum.* — † *aliud.* — † *Cap.* 2. *eo. tit. in* 2. *cōp. Et de ordine Cisterciensiū, eorumque origine, vide Antoninum p.* 2. *historiali, tit.* 15. §. 18. *& plenè Cassanei in catalogo gloriæ mundi p.* 4. *cōsid.* 58. — † *In vno vetustissimo exemplari ita: fidelitates, hominia, & omnia suscipiūt, & c. in alio paulo recentiori ita: fidelitates, & homagia susceperunt, & c. ita dicitur benignè, deest in omnibus. & quid sit hominia, latè explicat hoc Hostiensis, quē vide.* — *d Vel aliter videtur, quo propter altaria promittunt. Ioa. And.*

minis suis.13. q.2. & ĩ. de sepul.c.1.

a ¶ *Communi iure censeri.*] Quia per hoc, priuilegio suo renūciare videntur, ex quo abutuntur eo.11.q.3. *priuilegium. sic ĩ. de vita, & honest.cler.c.Vlt. & ĩ. de cle.coniug.ex parte* 4. quia dupliciter iure censeri non debent:12. *q.2.cognouimus. in fi.& ĩ. de deci.cùm in tua.*

a Contra l. Iudæos.C. de Iudæ.& l. qui fine. ff. de neg. ge.& de pecu.l.liberti.

b ¶ *Vel etiam commutatis.*] Datis villis pro agris: quia villas habere non debent: vt ĩ. dicitur.

c ¶ *Coaptentur.*] Et ita id, quod aggregatur alij, ipsius naturā imitari debet, 16.q.1. *temporis qualitas.& c.seq. ĩ.ne sede vacante.c.1.* Vbi notatur de hac vnione.

Super.] Communis diuisio. Secūda ibi, *Inquisitioni*, quā prorogat ibi, *Hoc autem*, Abbas.

Casus. Quicunque regularis in morte cū peculio inuentus fuerit, inter fratres nō debet sepeliri: & si sepultus fuerit, debet inde eiici, dummodo sine scandalo fieri possit. Nota, quòd monachus habens proprium, in morte non debet cum fratribus sepeliri. Item in similibus idem est iudicium.

† recepit.

d ¶ *Proprium, quod contra.*] Cum talibus non dignatur Dominus fieri pars calicis eorum.12. q.1. *clericum. & c.nolo.*

c ¶ *Sepultura.*] Pro eo quòd in mortali peccato mortuus est. sic §.*eod. monacho. §. quis verò. & ĩ.eod.c.2.* pro talibus enim sancta non erat ecclesia b. 13.q.2. *pro obeuntibus. & 23.q. 5.placuit.* Ber.

† Cap.6.eo. tit.in c.cōpul.

b Et sic notã secundū Innocentiū propter scādalum non exhumari, qui aliàs exhumandus esset.Io. And.

f ¶ *Maximo scandalo.*] Pro quo vitando multa fiunt, & omittūtur, dummodo sine peccato mortali possunt fieri, vel omitti ĩ. *de noui operis nunciatione, cùm ex iniuncto.*

g ¶ *Proiici.*] Si ossa illius possūt discerni ab aliis.ĩ. *de sepult.sacris.*

† potuerit, habens securiores, quod & fortius posslat.

h ¶ *In similibus.*] Sic ĩ. *de rescrip.* inter caeteras. & ita de similibus ad similia procedendum est, *ff. de legatis non possunt.* Ber.

minis sint contentæ: & infrà.

¶ Si enim relictis originalibus ordinis institutis, ad communia volueritis aliorū monasteriorū iura diuertere, oportebit vos cōmuni iure censeri a: quia dignū est, vt qui similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam. ¶ Cæterum domus illæ, quæ de aliis institutionibus ad vestrum ordinē se transtulerint, vestris omnino se satagant vsibus conformare: & relictis possessionibus, vel etiam commutatis b, quas institutio vestra non recipit †, sic se in omnibus religioni vestræ coaptent: c, vt quem admodum gaudent se in societatem ordinis, & habitus indemnitatē assumptas, sic etiam in paupertate sæcularium rerum se lætentur vestris institutionibus conformatas.

¶ Clemens iij.

Regularis Canonicus, qui non resignauit propriū in morte, nō debet in cœmeterio sepeliri: & si de facto sepultus fuit: inde debet exhumari, si sine scandalo fieri potest.

CAP. IV.

SVper † quodam Canonico regulari, qui in articulo mortis agens, licet à Priore suo commonitus, proprium, quod contra d regulā latēter habuerat, noluit resignare, & sic diē clausit extremum, & fuit inter alios fratres traditus sepulturæ: & infrà. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respōdemus quòd ille Canonicus, nō tantum fuit Christiana sepultura c priuandus, verùm etiam si sine maximo scandalo f potuit † fieri, de ipsa proiici g dignus est Ecclesia. Hoc autem cùm forte contigerit, in similibus h est agendum.

QVod Dei.] Diuiditur in tres partes. Primò ponit exordiū. Secūdò facti narratio, & supplicatio. Tertiò supplicationis admissio cum duplici motiuo. Secunda ibi, *Sanè*. Tertia ibi, *Licet*. Abbas.

Casus. Quidam plebanus sancti Gauinij desiderans ad frugem melioris vitæ transire, coram fratribus sancti Victoris renunciauit officio plebani, promissionē faciens de sua conuersione, professionem tamen solemnem non fecit, nec habitum assumpsit: parochiani illius considerantes laudabilē administrationē ipsius, impetrauerunt à Florentino Episcopo, vt adhuc administraret ibidem: & hoc idem obtinuerunt à quodam legato Apostolicæ sedis postmodum petierunt à Papa, quòd hoc ratum haberet, præcipuè cùm illud fecisset de licentia Prioris sancti Victoris. Super hoc rescribit Papa eidē plebano dicens quòd licet in cōcilio Lateranē. de monachis caueatur, ne soli per villas, & oppida esse debeāt: de regularibus tamen hoc nō cauetur, qui etsi nō putentur seiuncti à monachis, regulæ tamē

inseruiunt laxiori, & monachi per canones antiquos ad curā parochialiū ecclesiarum ordinantur, ex quo debent prædicationis officium exercere, quod priuilegiatum est: sic ergo annuit postulationibus prædictorum parochianorū, vt ibi exerceat plebani officium, ita quod vnum canonicū regularem (si fieri potest) habeat secum.

¶ Innocentius iij. V. Plebano sancti Gauinij †.

¶ *Canonicus regularis pōt præfici Ecclesiæ parochiali, etiā sæculari: sed debet habere socium secum, sui ordinis, si commodè fieri potest.*

CAP. V.

QVòd † Dei timorem præ oculis habeas, ex fructibus tuis colligitur euidenter, cùm opera, quæ facis, testimonium perhibeant veritati. ¶ Sanè quōdam desiderans ad frugem melioris vitæ trāsire, officium Plebani resignans, coram fratribus sancti Victoris Bononieñ. promissionem i de tua conuersione fecisti, neque professionem solemnem emittens, neque habitum religionis assumens: sed parochiani plebis eiusdem attendentes te laudabiliter præfuisse, à Florentino Episcopo impetrauerunt, vt ministrares ibidem k: hoc etiam P. Presbyter Cardinalis tunc Apostolicæ sedis legatus proponitur annuisse, quod iam dicti parochiani à nobis ratum haberi, suppliciter † postularunt, præsertim cùm de licentia Prioris sancti Victoris noscaris hactenus id fecisse. ¶ Licet autem in Lateran. † concilio l Monachis caueatur, ne singuli per villas, & oppida, per quascunque parochiales ponantur Ecclesias, &c. quia tamen istud de Canonicis regularibus specialiter non cauetur: qui etsi à sanctorum Monachorū consortio non putentur seiuncti, regulæ tamen inseruiunt laxiori m: & per antiquos canones n etiam Monachi possunt ad Ecclesiarum parochialium regimen in Presbyteros o ordinari, ex quo debent prædicationis † officium

Nota, quod qui promittit regularē vitam assumere, tenetur religionem intrare: & posset ad hoc compelli. Item monachi soli habitare non debent. Item licèt eadem sit substantia ordinis canonicorum regulariū, & monachorum: est tamen differentia in qualitatibus. Itē monachi possunt habere populum. Item officiū presbyterorū est prædicare. Item officium prædicationis priuilegiatum est.

† Gauini. † Gramini.

i ¶ *Promissionem.*] Ex qua obligatus fuit ad obseruantiam regularem seruandam: licèt non fecerit professionem, vnde posset cōpelli ex sua promissione, si nollet. *suprà de reg. porrectum. & suprà tit.prox.per tuas.*

† Cap.1.eo. ti.in 3.cōp. Et vide præ aliis hoc ipso loco Henricum Bosch. & an religiosi promoti in prælatos teneantur ad obseruantias regulares, tradit latè lenter B. Thomas 2. 2.q.185.art. 8.

k ¶ *Ministrares ibidē.*] Aliter non poterat ibi ministrare, nisi de licentia episcopi, cùm iam renunciasset officio plebaniæ, quātùm in se fuit. ĩ. *de renun. quod in dubiis.* tamen intelligo, quòd renunciatio tenuit.

† simpliciter.

l ¶ *Lateranen.concilio.*] ĩ.eo.monachis.

m ¶ *Laxiori.*] Aliàs æquiparantur monachi, & canonici regulares in multis, 20. q.3. *præsens clericus. & ĩ. ne cler. vel mon.super specula.& supra de postula.ex parte.*

† Concilium Lateranē sub Alexā. iij.c.10.

n ¶ *Canones.*] 16. q.1. *doctos. & 55. dist. priscis.*

¶ *Gloss.seq.quarit, ponit duas opi.& solu.Secūdo obiicit de decr.per tuas, & salute.*

o ¶ *Regimen in presbyteros.*] Verùm monachi de iure communi vel dispensatione possint ad regimen animarum assumi, dubitari consueuit. Dicunt quidam, quod hodie possunt de iure communi, olim tamen ex dispensatione: vt 55. *dist.priscis.* Alij dicunt, quod nec hodie possūt nisi ex dispensatione, cum Lateranēn.concilium hoc prohibeat, ĩ.*eod.c.2.* Satis potest dici, quod olim monachi non poterant præfici ecclesiis, nisi ex necessitate, vt 55. *dist. priscis.* hodie possunt etiam vtilitate suadente. Sed regulares, vt dicit hic, licitè possunt eligi ad regimē ecclesiarum vtilitatis causa, & de iure communi, vt vid.cur. *arg.ĩ.tit.prox. per tuas.* Sed in hoc est differentia inter monachos, & canonicos regulares e, quòd monachus tenetur habere socios secum sui ordinis ĩ *eod.tit.c.2.& ĩ. de capel.mona. c. penult.& vltim.* Sed regulares ad hoc non tenentur, nisi commodè possint, vt hic dicitur: sed littera sequens contrarium innuit, vt ibi dicit: sic annuendum, &c. & hoc tutius est dicendum. Præterea dicitur hic circa principium, quod plebanus iste promissionem fecerat solummodo de sua conuersione, nec professionem fecit, nec habitum religionis assumpsit, & ita non fuit canonicus regularis, nec ampliùs in voto

† Vide concilium Trident. sess. 5. de refor. c.2. & sess.24. c.4. vbi multa valde vtilia de officio prædicationis.

e Vide aliàs differentias per Iasonem in Auth. ingressi.C. de sacr.eccle. adde Felinum in c. in præsentia.de probat.

fuit processum: quod patet per hanc literã: Quare ergo Papa non mandat, quod votum suum Domino reddat, ne dicat voti transgressor: propter quod signatur contrariũ. *s. ti. prox. perpetuas.* vbi dicit Papa, quod resignet regimen Ecclesiæ Gebeñ. & reddat Domino vota sua, & postea si electus fuerit, poterit electionẽ recipere de se factam. Potest responderi, ibi necesse habebat resignare Episcopatum, aliter nõ poterat fieri monachus, aut regularis canonicus, cùm Ecclesia Geben. esset sæcularis, & postmodũ sine aliqua dispensatione potest eligi in Episcopũ: siue cathedralis Ecclesia sit regularis, siue sæcularis, propter excellentiã Episcopalis dignitatis: sicut clericus secularis potest eligi in Episcopum: siue Ecclesia sit secularis, siue regularis. Hic verò etiam si esset iam canonicus regularis, nihilominus poterit dispensatiuè assumi in plebanũ: ergo multo fortius poterat ibi remanere de licentia Episcopi, & Prioris dispẽsatiuè: sed contra promissionem non poterat dispensare, cum renuntiatio sua non tenuisset simpliciter: & ideo dispẽsat Papa cũ ipso propter promissionẽ, vt remaneat in officio plebani propter maius bonum, non facta aliqua professione, & ex hac promissione debet viuere regulariter tãquam professus, vt dicit in fi. Quidam tamen dicunt, quod fecerat professionem: sed ex littera hoc non colligitur. sed in illa decre. per tuas, non petebatur dispensatio, vt ibi remaneret tãquam monachus: sed petebat consilium, quid ei faciendum esset super voto, quod fecerat. Papa respõdet sibi de iure, quod reddat Domino vota sua, & sic non contradicit huic: & si idem fuisset petitum, idẽ fuisset respõsum. Bern.

† *Alias ita: Abbati Sublacẽ.*

† Cap. 2. eo ti. in 3. cõp. *Vide concilium Trid.* sess. 25. ti. de regularib᷑. c. 1. & 2. *&* *de intellectu horum decretalium circa verba vltima, vide Albertinum* tract. de agnoscendis assertio. catho. & hæret. q. 13.

† *In codice Barbatiæ ita: in oratorio, necnon refectorio, & dormitorio, &c.*

(quod priuilegiatum [a] est) exercere: sic annuendum duximus postulatis, vt exercens Plebani officium (si commodè fieri poterit) vnum Canonicum regularem tecum habeas ad cautelam: cuius in his, quæ Dei sunt, & regularis [b] obseruantiæ, tam consortio, quàm solatio perfruaris.

¶ Idẽ Abbati †, & Cõuentui Sublaceñ.

¶ Primò tractat de vestib᷑ Monachorum. Secũdo de abdicatione proprietatis. Tertio de silentio. Quartò de cibis. Quinto de officiis in genere & in specie.

CAP. VI.

CVm † ad monasterium Sublaceñ. *& infrà.* ¶ Firmiter inhibuimus, ne quis de cætero Monachorum, lineis camisiis vteretur: *& infrà.* ¶ Prohibemus quoque districtè in virtute obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicij, ne quis Monachorum proprium [c] aliquo modo possideat: sed si quis aliquid habeat proprij, totum incontinenti resignet. [d] Si verò post hoc, proprietatẽ aliquam fuerit, deprehensus habere, regulari monitione præmissa, de monasterio expellatur [e], nec recipiatur vlterius, nisi pœniteat secundùm monasticam disciplinam. Quod si proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte [f], ipsa cum eo in signum perditionis, extra monasterium in sterquilinio [g] subterretur: secundum quod beatus Gregorius narrat in dialogo se fecisse. Vnde si quicquam alicui fuerit specialiter destinatum, non præsumat illud accipere, sed Abbati, vel Priori, vel Cellerario assignetur. ¶ In † oratorio verò, refectorio, & dormitorio continuum semper silentium obseruetur. In claustro quoque certis horis, & locis, secundùm antiquam consuetudinem monasterij, laudabiliter obseruatam. ¶ In refectorio verò † nullus omninò carne vescatur [h]. Nec in quibusdam solemnitatibus (sicut aliquando fieri consueuit) Conuentus exeat cum Abbate paucis ibi relictis, vt extra refectorium edant carnes: cùm illis diebus præcipuè, regularis disciplina sit studiosius obseruanda. Sed nec extra refectoriũ: nisi in infirmitorio esum carnium credãt sibi licere. Quamquam ex indulgentia [i] posit Abbas interdum aliquos fratrum, nunc hos, nunc illos (prout necessitas postulauerit) aduocare, ipsósque secum in camera sua melius, & plenius exhibere. Porrò debiles, & infirmi, qui minutione indigent, vel aliqua medicina, non seorsum in cameris, sed omnes in infirmitorio, quæ necessaria fuerint sibi tam in carnibus, quàm aliis, recipiãt cõpetenter. Quòd si quis eorum debilis fuerit, aut etiã delicatus [k], vt nõ possit cõmunibus cibis esse cõtentus: sic ei prouideatur sine scãdalo aliorũ, vt si Abbas, vel Prior voluerit in refectorio misericordiam facere specialem, cibũ aliquẽ competentem non ante illũ, sed ante se faciat apportari, de quo ipse illi faciat pitantiam, pro sustentatione naturæ. ¶ Tales autem ad agenda officia monasterij deputentur, qui fideles fuerint †, & discreti. Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuò [l] possidenda, tanquam in sua sibi vita locetur, sed cùm oportuerit amoueri [m], sine contradictione qualibet reuocetur.

† *Dictio, verò, deest in antiquis.*

† *fine.*

a ¶ *Priuilegiatum.*] In hoc est priuilegiatũ officium prædicandi: quia nemo debet prædicare, nisi ei sit commissum ab Episcopo loci, vel ab Apostolica sede. infra, de hæret. excommunicamus. *§. quia verò.* & illi, qui per electionem ad hoc eliguntur.

¶ Glossa sequens quærit, & soluit.

b ¶ *Et regularis.*] Sed nunquid tenetur regulam obseruare per illam promissionẽ? Dico, quod sic: vt dixi. *s. eo. c. in princ.* & ita patet, quod per solam promissionẽ obligatur quis ad obseruantiam regularem. Bern.

a *Credo, quod iste postea plenè processit solemnẽ professionem emittẽdo, secundũ Lau. Io. And.*

CVm.] Non potest cõgruè summari propter multitudinem dictorum, sed cape diuisionem pro summario. Diuiditur enim principaliter in quinque partes. Secunda ibi. *Prohibemus.* Tertia ibi, *In oratorio.* Quarta ibi, *In refectorio.* Quinta ibi, *Tales.* Et primo ibi tractat de officiis in genere. Secundò de claustrali Priore ibi, *Prior.* Tertio de Abbate ibi, *Abbas.* Et confirmatur hæc decret. in Clemen. ne in agro. *eod. titul.* Abbas

Casvs. In c. isto traditur, qualiter monachi viuere debeant, & qualiter etiã in aliis officiis tam prælati, quàm alij debeant se habere. In fine dicit, quod Abbas cum aliquo monacho dispensare non potest, vt proprium habeat: quia abdicatio proprietatis, & custodia castitatis ita sũt annexa regulæ monachi, vt contra ea summus Pontifex non possit licentiã indulgere.

Nota, quod monachus lineis camisiis vti non debet. Item monachus proprium habere non debet. Item monach᷑ habens proprium, in sterquilinio sepeliri debet. Itẽ in oratorio, dormitorio, refectorio, & claustro silentium seruari debet. Itẽ monachus in refectorio carnes comedere non debet. Item nihil est cum scandalo faciendum. Item nullũ officium alicui monacho concedi debet in perpetuum. Item Prior conuentualis sub Abbate existens, potest monachos corrigere. Item tota cura monasterij ad Abbatem pertinet. Itẽ propter negligentiam põt prælatus deponi. Item cum monacho, vt habeat proprium, non solùm Abbas non potest dispẽsare, sed nec etiam Papa.

c ¶ *Proprium.*] Sic s. *eodem. c. 2. & c. super quodam.*

d ¶ *Resignet.*] s. *eo. monachi.*

e ¶ *Expellatur.*] Etiam ab altaris ministerio remouendus est in vita. *s. eo. monachi. & c. super quodam.* vel potest mitti in arctius monasterium, ne euagetur, vt sic pœniteat, & restituat illud. *ar. 16. q. 6. de lapsis. & 27. q. 1. si quis rapuerit.*

f ¶ *In morte.*] Secus si in vita, quia tunc debet cõuerti in vtilitatem Ecclesiæ. *s. de offi. ordi. quanto. & 18. q. 2.* Abbates.

¶ *Glo. seq. signat cõtrarium, & soluit.*

g ¶ *In sterquilinio.*] Sic s. eo. monachi. & c. super quodam. quia in mortali peccato decessit, vt ibi dicitur. *arg. contra 23. q. vlt. quicunque.* sed illud intelligitur de pœnitente. sed ad terrorem aliorum non erat pro eo Ecclesia, sicut contingit de his, qui moriuntur in torneamentis. *j. de tornea. c. 1.* [b] *& j. de raptoribus. c. 2.*

h ¶ *Carne vescatur.*] *De consec. dist. 5. carnem.*

¶ Glossa sequens ponit quatuor casus, in quibus Abbas dispensat.

i ¶ *Indulgentia.*] Sic ergo Ab bas põt dispensare in regula monachali quantùm ad esum carnium, vt hic [c], & *arg. de consec. dist. 5. carnem* Item in cella speciali constituenda. 20. q. vlt. monachũ. Item dispensat in ordine. *j. de eo qui fur. or. recepit.* cum H. Item dispensat cum eo, qui excõmunicatus ordines suscepit *j. de senten. excom. cum illorum.* Io.

k ¶ *Delicatus.*] *Arg. ad hoc 41. di. non cogantur. ff. ad l. Fla. de plagia. l. fi.*

l ¶ *Perpetuò.*] Hoc verum est, quando non eligitur canonicè à capitulo, sed Abbas committit ei administrationem. De hoc habes. s. *eo. c. 2.*

m ¶ *Amoueri.*] Isti etiam regulares canonicè electi ex leuibus causis remouentur, *de simonia. per tuas.*

b *Concordat conci. Trid. sess. 25. de refor. c. 19.*

c *Hoc non probatur hic, cùm hoc de carnibus dicat: facit tamen ad hoc finis c. secũdùm Pet. & Abbatem quia si prohibetur dispensare in illo, permittitur in aliis. Ioan. And.*

a ¶ *In omnibus.*] Quia tota potestas monasterij ad Abbatem pertinet. 8. *q. 2. nullam.* etiamsi durum esset mandatum, ei parendum est 23. *q. 1. quid culpatur.*

b ¶ *Negligens.*] Quoniã negligẽtia pôt remoueri. 18. *q. 2. si quis abbas.* & 82. *dist. dictũ.* & 16. *dist. c. 1.* & 11. *q. 3. placuit.* & 100. *dist. quoniam.* & 1. *q. 1. c. si quis episcopi. §. ecce cum honorem.* & *C. de offic. praefec. vrsen. si quis.* ff. *de custod.* & *exhib. reo. carceri.* & *l. milites.* quod verũ est, si ex magna negligentia. *ff. de verb. sign. magna.* Ioan.

¶ Prior autem præ cæteris post Abbatẽ, potẽs sit in opere, & sermone, vt exemplo † vitæ, verbóque doctrinæ fratres suos & instruere possit in bono, & à malo etiam reuocare: zelum religionis habens secundũ cõscientiã vt delinquentes corripiat, & castiget; obedientes foueat, & conforcet. ¶ Abbas vero (cui omnes in omnibus[a] reuerenter obediant) quãto frequentiùs poterit, sit cũ fratribus in conuentu: vigilẽ curã, & diligentẽ solicitudinẽ gerens de omnibus: vt de officio sibi commisso dignam Deo possit reddere rationem. Quòd si prçuaricator ordinis fuerit, aut contẽptor, seu negligens[b], aut remissus, pro certo se nouerit nõ solum ab officio deponendum †, sed & alio modo secundum regulam castigãdũ: cùm offensa non solũ propria, verùm etiam aliena, de suis manibus[c] requiratur. ¶ Nec æstimet † Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare: quia † abdicatio proprietatis[d], sicut & custodia castitatis, adeò est annexa regulæ monachali, vt contra eã nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.

c ¶ *De suis manibus.*] Sic *s. de offi. ordi. irrefragabili.* vbi inuenies concor. de hoc.

¶ *Glo. seq. ponit quosdam casus in quib. Papa non dispensat. Ponit de muneris epi. Vin. & Ioan. Item ipsi contrariam. & sol. nit. In fi. ponit quãtuor, quibus monachatio praeiudicat.*

d ¶ *Abdicatio proprietatis.*][b] Et ita habet hic, quod Papa in multis præter articulos fidei dispẽsare nõ pôt, scilicet vt monachus propriũ habeat, & in voto cõtinentiæ. Itẽ in secundo gradu cõsanguinitatis. *s. de restit. spol. litteras.* Item nec cõtra Apostolũ. 25. *q. 1. sunt quidam.* Item nec cõtra quatuor concilia. 15. *dist. sicut.* ꝙ vsquequaque verũ nõ est, quoniam Papa dispensat cõtra multa statuta quatuor conciliorum: quãuis cõcilia nõ audeat reprobare: & tñ ꝙ hic dicit, verum est, ꝙ Papa nõ potest in his dispẽsare: quoniam abdicatio proprietatis, & custodia castitatis sũt de substantia monachatus. Vin. & Ioan. dixerunt, ꝙ Papa non pôt dispẽsare, vt monachus habeat ꝓpriũ existendo monachus: sed de monacho pôt facere nõ monachum. Alij dicunt, ꝙ potest dispensare propter plenitudinem potestatis, quòd monachus habeat proprium: quoniam potest auferre substãtiam rei. *arg. C. de rei vxo. act. l. 1. in princ.* & *de nihilo[d] potest aliquid facere.* 3. *q. 6. hoc quippe. arg. de conse. dist. 2. reuera.* Et exponunt, quod hic dicit, non potest licentiam indulgere, i. nõn congruit potestati illius. simile 32. *q. 5. si Paulus.* Puto verum esse, quod Papa in his duobus licentiam indulgere non potest, vt littera ista dicit, etiamsi vellet: nam contra votum castitatis dispensare nõ potest: quia nullum inuenitur æquè bonum, in quo possit cõmutatio fieri: quia nihil est melius continentia: quia virginitas replet paradisum. 32. *q. 1. nuptiæ.* & castitas sola est, quæ cũ fiducia potest Deo animas præsentare. *in Authen. de lenonib. §. sancimus. coll. 3.* & nullam commutationem potest dare homo pro anima sua, cum sit pretiosior omnibus rebus. 24. *q. 3. si habes. arg. 12. c. 1. præcipimus.* Item not. quòd monachatio præiudicat omnibus votis: voto scilicet peregrinationis. *s. de vo. scriptura.* Item præiudicat etiam iuramento. *j. de spon. commissum.* Item maior est quam pœnitentiæ impositio. 33. *q. 2. admonere.* Item præiudicat matrimonio ante carnalem copulam, *s. de conuersio. coniuga.* ex publico. & *c. verum.* & *c. ex parte.* Bern.

a *Hic deber esse concor.* & 81. *di. dictum.* & *bene est de gl.* & *adde ibi hanc glo.* & *s. de of archid. c. 2. q. 10.*

† *Alias itaque exemplo vita, verbis doctrina fratres, &c.*

b *Vide glossam de similis materia in c. proposuit. 4. s.* de concessione præbend. & *quas ibi citant, & notas nostras* in d. c. proposuit. *vbi illa,* & *hac glossa declaratur.*

† *Vide* l. carceri. & l. milites. ff. de cust. reo.

† *exutimet.*

† *De hoc articulo, qui valde est controuersus vide B. Tho. & Caietanũ* 2. 2. q. 88. art. 11. *Laiè per Turrecrematam* in c. de illo clerico 32. dist. *adde Ferdinãdũ Vasquium* l. 1. controuer. illust. c. 11. & *Albertinũ initio c. citatũ.*

† *Conciliũ generale Latera. sub Innocentio* 3. c. 12. & c. 2. de statu religiosorum, in 4. compil. *Et vide concilium Tridenti.* sessio. 25. tit. de regularib. c. 8. *vbi hoc renouatur.*

c *Vide B. Thomã.* & *Caietanum in fine huius decretales citatos.*

d *Intellige hoc dictum, prout declaratur in c.* quanto. *s.* de translatione epi.

¶ Idem in concilio generali †.

¶ *Primò statuit de concilijs regularium prouincialibus celebrandis singulis triennijs. Secundò moderatur numerum euectionum, & personarum venientium. Tertiò disponit de instructoribus, & præsidẽtibus Capitulo. Quartò de tẽpore, quo duret Capitulum, & quid ibi fiet. Quintò quod obseruetur, quod ibi fiet. Sextò de capitulo sequenti. Septimò de communi vita ducenda. Octauò de visitatoribus eligendis, & ipsorum officio. Nonò extẽdit ad Canonicos regulares. Decimò prouidet super discordia visitatorum. Vndecimò hortatur diœcesanos ad monasteriorũ reformationem. Duodecimò præ ipsis proteruos, & similes compesci ab offensis monasteriorum. Et hac diuisio sufficit pro summario.*

I*N singulis*] Diuidit in duodecim partes. Secũda ibi, *Hoc adhibito.* Tertia ibi. *Aduocẽt.* Quarta ibi, *Huiusmodi.* Quinta ibi, *Et quod.* Sexta ibi, *Prouisio.* Septima ibi, *Et qui.* Octaua ibi. *Ordinentur.*] Nona ibi, *Nec ipsum.* Decima ibi, *Si vero.* Vndecima ibi, *Porro.* Duodecima ibi, *Ad hoc.* Abbas Siculus.

Casvs. Innocentius Papa volẽs intendere circa reformationẽ, & statum monachorũ, in generali concilio residens statuit, ꝙ in singulis prouincijs, siue regnis, fiat de triẽnio in triennium commune Capitulum Abbatum, & Priorum Abbates proprios non habentium, & qui non consueuerunt tale capitulum celebrare, saluo iure diœcesanorum, Episcoporum, ad quod vniuersi conueniant, nisi fuerint legitimè impediti, apud vnum de monasterijs ad hoc aptũ, ita ꝙ nullus plusquam sex equitaturas, & octo personas adducat: & in hac nouitate aduocent duos abbates vicinos Cistercieñ. ordinis ad præstandũ sibi concilium, & auxilium opportunum: cùm in huiusmodi Capitulis melius sint instructi, & illi duo aduocent duos Abbates de ipsis, quos viderint expedire, & ipsi iiij. prę sint ipsi Capitulo: ita tñ quod per hoc nullus corũ auctoritatẽ prælationis sibi assumat: vnde possunt mutari, cum visum fuerit expedire: In quo Capitulo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, & obseruantia regulari: & quód statutũ fuerit illis quatuor approbantibus, irrefragabiliter obseruetur: & in eodem Capitulo constituantur certæ personæ, quæ singulas abbatias eiusdẽ regni, siue prouinciæ monachorũ & monialium debeant visitare, corrigentes, & reformantes, quæ correctionis, & reformationis officio viderint indigere, ita ꝙ si rector aliquis fuerit remouendus, denunciens hoc Episcopo diœcesano, vt illũ remoueat: quod si non fecerit, visitatores hoc referant ad Apostolicã sedem: Et hoc, quod dictum est de monachis de canonicis regularibus præcipit obseruari. Itẽ diœcesanus Episcopus monasteria sibi subiecta studeat reformare, vt cum visitatores illuc accesserint, plus inueniant ibi cõmẽdatione, quã reformatione dignum. In fine prçcipit Papa ẽpis & personis, quæ præerunt capitulis celebrandis, vt cõpescãt per censuram Ecclesiasticã aduocatos, patronos, rectores, cõsules, & magnates, ne monasteria prçsumãt offẽdere in personis, vel rebus. Not. hic arg. pro antiquioribus, ꝙ sint sapientiores. Item aliquis potest esse delegatus ex constitutione. Item dominus Papa sic vult iura superiorum seruare, vt inferiorum iniurias nolit sustinere. Item ad iudicem sæcularem pertinet tueri Ecclesias: ad quod, si non fecerit, poterit compelli.

CAP. VII.

IN singulis regnis, siue prouincijs, fiat de triennio in triennium (saluo iure diœcesanorum [e] Pontificum) commune Capitulum Abbatũ, atque Priorum Abbates proprios non habentium, qui non consueuerunt[f] tale Capitulum celebrare: ad quod vniuersi conueniant præpeditionem canonicam non habentes, apud vnum de monasterijs ad hoc aptum[g]: Hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum plusquam sex euectiones, & octo † personas adducat †. ¶ Aduocent autem in huiusmodi nouitatis primordijs, duos Cistercieñ. ordinis vicinos Abbates, ad præstãdum sibi concilũ, & auxiliũ opportunũ: cum sint in huiusmodi Capitulis celebrandis ex longa cõsuetudine plenius informati: qui absque contradictione duos sibi de ipsis associent, quos viderint expedire: ac ipsi quatuor præsint Capitulo vniuerso, ita quod ex hoc nullus eorum sibi auctoritatem prælationis assumat, vnde cùm expedierit, prouida possit deliberatione mutari. ¶ Huiusmodi verò Capitulum aliquot certis diebus continuè, iuxta morem Cistercieñ. or-

¶ *Glo. seq. arg. alleg. duo iura.*

e ¶ *Saluo iure diœcesanorum.*] In visitationibus, procurationibus, & correctionibus[e], & est *arg. quòd procuratio necessaria est*: simile 9. *q. 3. saluo.* & 7. *q. 1. pontifices.*

f ¶ *Non consueuerunt.*] Per hoc videtur, quòd Abbates exempti, teneantur venire ad tale capitulum. quod verum est *j. in c. prox. §. si vero.* & *§. quod si.* Abbas.

g ¶ *Ad hoc aptum.*] Habita ratione distantiæ quoad omnes. 63. *dist. cum longè.*

super glos. in verbo: veri Dei vicẽ.

† *Aliàs, monorum. sed in concilio, octo, legitur.*

† *De hoc articulo vide quæ etiam in c. cùm ex officij. supra de præscriptionibus.*

e *Vel quia per hoc in nullo euerntatur iurisdictio episcopi. Vt infra c. §. ordinetur.* Ioann. And.

dinis celebretur: in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, & obseruantia regulari. Et quod statutum fuerit illis quatuor[a] approbātibus, inuiolabiliter obseruetur, oĩ excusatione, contradictione & appellatione remotis[b]: Prouiso nihilominus, vbi sequēti termino debeat Capitulū celebrari. ¶ Et qui conuenerint, vitam ducāt cōem, & faciant proportionabiliter[c] simul omnes cōes expēsas, ita quòd si nō omnes poterunt in eisdem, saltem plures simul in diuersis domibus commorentur.

¶ Ordinentur etiam in eodē Capitulo religiosæ, ac circunspectę personæ, quæ singulas Abbatias[d] eiusdē regni, seu prouinciæ non solū Monachorū, sed etiā Monialium, secundū formam sibi præfixam, vice nostra[e] studeant visitare, corrigentes, & reformantes, quæ correctionis, & reformationis officio viderint indigere, ita quòd si rectorem loci cognouerint ab administratione penitus amouendū, denuncient[f] Episcopo proprio, vt illum amouere procuret. Quòd si non fecerit, visitatores hoc referant ad Apostolicæ sedis examen. Hoc † ipsum regulares Canonicos secundùm ordinem suum volumus, & pręcipimus obseruare. ¶ Si verò in hac nouitate quicquam difficultatis emerserit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostolicæ sedis iudicium absque scandalo referatur cæteris irrefragabiliter obseruatis, quæ concordi fuerint deliberatione prouisa. ¶ Porrò diœcesani Episcopi monasteria sibi subiecta ita studeant reformare, vt cum ad ea prędicti visitatores accesserint[g], plus in illis inueniāt, quòd commēdatione, quā quòd correctione sit dignū, attētissimè præcauētes, ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggrauentur: quia † sicut volumus superiorum iura obseruari, ita inferiores nolumus iniurias sustinere[h]. ¶ Ad hoc districtè pręcipimus ita diœcesanis Episcopis, quā in personis, quę præerūt Capitulis celebrādis, vt per cēsurā Ecclesiasticā appellatione remota compescāt Aduocatos, Patronos, Vicedominos, Rectores, & Cōsules, magnates, & milites, seu quoslibet alios, ne monasteria præsumāt offēdere in personis, aut rebus: & si forsitā offenderint, eos ad satisfactionē † cōpellere non omittant, vt liberiùs, & quietiùs Deo valeant famulari.

¶ Honorius iij. Abbatibus, Monachis in Lombardia, & Marchia Teruisina constitutis.

¶ *Primò tractat de correctione Monachorū. Secundò de correctione Abbatum. Tertiò visitatorum. Quartò de sæcularibus in monasterus benefitiatis. Quintò constitutionem extendit ad Moniales. Hoc sufficiat pro summario.*

CAP. VIII.

EA quæ pro religionis honestate: *& infrà.* ¶ Porrò cùm visitatores secundùm statutum generalis concilij †, ordinati à generali Abbatum Capitulo, processerint ad visitationis officium exequendum, de statu Monachorum, & obseruantiis regularibus diligentèr inquirāt: & tam in spiritualibus, quàm in temporalibus corrigant, & reforment, quæ viderint corrigenda: ita tamen quòd Monachos delinquētes, per Abbatem loci[i] corrigi faciant, eisque iniungi pœnitentiam salutarem, iuxta beati Benedicti regulam †, & Apostolica instituta, non secundum normam prauæ consuetudinis: quæ quasi pro lege in quibusdam Ecclesiis inoleuit. Ipsi etiam visitatores, Mona-

a ¶ *Illis quatuor.*] Quid iuris sit, quādo plures sunt iudices, & in pari, vel impari numero discordant, dĩ ĩ. *de re iud. c. vlt.* sed isti nō videntur delegati, sed potius ordinati auctoritate huius constitutionis à sede Apostolica, vnde secūdū hoc si dissentiūt in numero pari: tenet sentētia eorū, qui absoluūt. *ff. de re iudi. inter, ares. & ĩ. de re iud. c. vlt.*

b ¶ *Et appellatione remota.*] Inquisitio ista fit causa correctionis, & reformationis, quare locum non habet appellatio. ĩ. *de appel. reprehensibilis. & c. cū specials. in fi. & ĩ. de offi. ordi. irrefragabili,* nisi forsitan modum excederent: vt ibi, vbi de hoc: nec etiam recusare possunt, quia cū eos elegerint, eorū personas approbauerunt. *3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur. & ĩ. de cā. pos. cum olim.* nisi ex noua causa superueniēte. ĩ. *de offi. deleg. insinuante.* quia iusta recusatio nulli est deneganda[a] *3. q. 5. quod suspectis. & C de sen. & interlo om. iudi. l. vlt. arg.*

c ¶ *Proportionabiliter.*] Id est, pro numero personarum[b], & secundū facultates cuiuslibet, sicut in naui fit collatio secundū proportionem, & æstimationem rerum. *ff. ad l. Rhod. de iact. l. 2. §. cum in eadem.*

d ¶ *Singulas abbatias.*] Et sic exēptas. *ĩ. c. prox. §. quod si ab. bat. ver. hac eadem.*

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit, & etiam soluit duas quæstiones.*

e ¶ *Vice nostra.*] Tanquā delegatus auctoritate huius constitutionis. simile ĩ. *de offi. ord. irrefragabili.* Nunquid per hoc fit præiudiciū Epo loci? Videtur, φ nō, per hoc φ dicit *in prin. saluo iure. &c.* vnde satis pōt dici, φ isti tūc demū corrigent, cūm Episcopus est negligens: quia aliàs nulla visitatio, vel correctio necessaria est, immò grauarentur monasteria ex eorum accessu; & aliorum iurisdictionē vsurparēt, cum sua iurisdictio Episcopo nō seruatur: vnde ordo Epōrum confunditur. *11. q. 1. peruenit.* Videtur etiam, φ si Episcopus esset negligens, φ primo debeat admoneri. *arg. ĩ. de officio de ordina. quanto & 9. q. 5. nunc verò.* Sed verius videtur, qd̃ sine aliqua admonitione possint visitare, & quia melius sciūt hoc, quā Episcopi: nec Episcopo, fit præiudicium, quia si inueniant aliquē amouendū denunciant Episcopo, vt illū amoueat, & ita saluo iure Episcopi hoc officiū exercēt. Tamē si Episcopus vellet visitare locū ipsi præponerētur Episcopo, quia videretur, φ Episcopus hoc faceret malitiosè causa impediēdi eos[c]. Monasteria verò exēpta sine aliqua distinctione visitabūt. *ĩ. eo. c. prox.* immò nō obstāte visitatione Episcoporū, ipsi exercent officium suum, vt dicit inferius *ĩ. eo. c. §. porro.*

f ¶ *Denuncient Episcopo proprio.*] Sic *ĩ. c. prox. §. si verò.*

g ¶ *Vt cū prædicti visitatores accesserint.*] Hic patet, φ visitatores, isti possunt visitare, etiāsi episcopi nō fuerint negligētes.

h ¶ *Iniurias sustinere.*] Ne inde nascatur iniuria, vnde iura nascūtur. ĩ. *de acc. qualiter & quādo. & C. vnde vi. meminerint.* Ber.

EA quæ.] Huius c. quinque sunt partes. Secunda ibi, *Si verò.* Tertia ibi, *Sequentes.* Quarta ibi, *Præcipimus.* Quinta ibi, *Hæc autem.* Abbas Sic:

CASVS. In præcedenti c. cōcilij generalis statuitur, qualiter cōmune capitulum de triennio in triennium debent Abbates, & priores celebrare: dicit Honorius in c. isto, φ visitatores ordinati secundū concilium prędictum, cum processerint ad visitandum, de statu Monachorum, & obseruantiis regularibus diligēter inquirant, & tam in spiritualibus, quàm temporalibus corrigāt. & reforment, quæ fuerint reformanda secūdum regulam Beati Benedicti, & puniant delinquētes iuxta modum culpæ sine personarum acceptione. Si verò abbates fuerint negligentes in corrigendis monachis, aut in ipsus: iuxta mandatum visitatorum, ita publicè puniantur in capitulo generali, quod pœna illorum sit exteris in exemplum. Si verò Abbas nō exemptus à visitatoribus inuentus fuerit negligens, vel remissus, denuncient hoc diœcesano Epo, & per episcopum detur ei fidelis, & prouidus coadiutor, vsque ad capitulum generale: Si verò dilapidator inuētus fuerit, vel aliàs inemto remouendus, per diœcesanum epm remoueatur, postquā sibi à visitatoribus fuerit denunciatum, à regimine Abbatiæ: quòd si eps hoc non fecerit, Apostolicæ sedi visitatores isti ipsi studeant nunciare, sequentes visitatores diligenter perquirāt vestigia priorum visitatorum, & eorum negligentiam referāt capitulo generali, vt ipsi inde puniātur: & idem faciendum est de præsidentib. capitulo generali: Item præcipit, φ Abbates, & monachi de cætero non recipiant ad præbendas clericos sæculares, & hi qui recepti sunt, in capitulo locum, vel vocem sibi nō audeant vendicare, sed beneficiis suis sint contenti: & si qui de prædictis clericis inuenti fuerint criminosi, per epm diœcesanū puniantur. Si verò sint exempti, per visitatores, vel præsidentes puniantur. Hæc omnia in monasteriis, quæ non habent abbates proprios, sed Priores, & in monasteriis monialium quoad articulos congruentes abbatissis, & monialibus præcipit obseruari. Not. quòd correctio monachi primo loco spectat ad abbatem. Item pœna non debet excedere culpam: sed secundum modum culpæ puniendi sunt delinquentes. Item pœna vnius debet esse metus aliorum. Item clerici sæculares in ecclesiis regularibus præbendari non debent.

i ¶ *Per abbatē loci.*] Correctio monachi primo loco spectat ad abbatem.

a Secundū Io. secundū quem videtur, quod si quis capitulo à principio cōtradiceret, & iustam causam ostenderet, esset audiendus: & hoc innuitur ibi, qui absque contradictione idem Vin. & Ph. Ioann. And.

b Et equitaturarum, & hoc tenet Vin. non enim esset bene proportionatū, si tantum soluerer, qui ducit tres equos, sicut qui ducit sex, secundū Hostiensem. Ioann. And.

† In codice Barbatiæ est: hoc ipsū circa regulares canonicos, &c.

c Videto hic Hostiensem, & Io. And.

† In codice Barbatiæ est: Quia sic volumus superiorum iura seruari, vt inferiores volumus iniurias sustinere. In aliis nonnullis item vetustis ita: quia sic volumus superiorum iura seruari, vt inferiorum nolumus iniurias sustinere: quia tamen lectio impressa recta est, licet in paucis reperiatur, non fuit mutata.

† satisfaciendum.

† Scilicet Latera. sub Innocentio iij. c. 12. quod est relatum supra c. prox. & statutum cuius hic meminit, habetur ibi. §. ordinentur etiam.

† Vide Hostiensem supra in eo. c. cum ad monasterium. §. 1. super verbo: monasticam disciplinā. *& plenius eundem* supra de regularibus. c. vlt. §. 1. in fi.

Abbatem. ī. *de off. pro. quanto.* qui si negligens fuerit, deuoluitur potestas ad superiorem: vt ibi. & alias punietur de negligentia, vt sequitur j. §. *prox.*

a ¶ *Iuxta modū culpæ.*] Vt in quo maior fuerit culpa, maior exerceatur vindicta. 4. 5. *dist. quia sancti ar tua. & 24. q. 1. non auferamus in fi.* & si stultus fuerit in culpa, sapiens sit in pœna. 34. *dist. quia ea:* nec pœna amplius extendatur, quam delictum fuerit repertum. ī. *de his, quæ fiunt à maio. part e cap. quasi nit. & C. de pæn. sancimus.*

¶ *Glos. seq. alleg. duas rōces in cōtrariū alleg. 5. ura. soluit. & solutionis signat contrariū.*

b ¶ *Absque personarū delectu.*] Simile ī. *de mod. nouit. & ī. de præ. c. penul. arg. cotra.* quia plus punitur quãdoque vnus, quàm alter. *24. q. 1. que contra pacē 40. dist. homo Christianus. 11 q. 3. præcipuè, 15. q. 1. nulli & c. de modo mod. ess. in fi.* hic ergo non habet locum distinctio personarum, cum omnes sunt æquales, nec aliquis censetur ammodo nobilis, vel potens: quia iam non habet propriam voluntatem. 12. *q. 1. non dicatis. 10. q. 3. præsens clericus. & 27. q. 2. sumpsit.* & ideò sine delectu personarū sunt perceliendi, qui ibi delinquunt [b]. *arg. tamen contra.* ī *eod. c. cum ad monasterium.*

c ¶ *Rebellibus.*] Quia in contumacia persistentibus non conuenit esse seueros b 2. q. 5. *quanto.* ī. *de postula. c. 1.* si verò sine scãdalo hoc fieri nõ posset, referatur ad Apostolicę sedis iudiciū. *arg.* ī. *eod. c. prox. Ver. si vero in hac monetate.*

d ¶ *Ouem morbidam.*] Quia resecandæ sunt putridæ carnes [c], 24. *q. 3. resecanda.* quia vna ouis morbida totum gregem inficit. 45. *dist. sed illud.*

Additio. vñ versus.

Morbida sola pecus inficit omne pecus.

e ¶ *Seipsis, seu monachis.*] Primo enim debent seipsos corrigere Abbates, demum monachos. 42. *dist. §. 1. & 47. dis. c. sicut. §. necesse.* simile ff. *de negot. gest. pupilli. §. Vlt. ff. de pall. cum in eod. ff. de fideiuss. rure.* & à quo debet suos monachos prohibere, multo fortius & seipsum. ff. *si ser. Ven. alterius.* nec potest alios corrigere, cum tacitus respondet eadem, quæ corrigit commisisse. 25. *dist. primum & 26 dist. Vna tantum.* quia primo debet eiicere trabem de oculo suo, quam festucam de oculo fratris. 3. *q. 7. fames. §. porro. in fin. & 1. q. 1. multi* [d].

Additio. Vnde versus.

Extersis oculis aliorum festa videmus: Ad discernendum propria sensus hebes.

f ¶ *Publicè in Capitulo.*] Quia publicè deliquerũt, & quia admoniti fuerunt negligentes. *ar. 2. q. 1. si peccauerit.*

g ¶ *In exemplum.*] Vt 2. *q. 7. quapropter. & C. ad l. Iul. repetun. l. 1. ff. de pænis l. capitalium. §. famosos* [e]. *ff. depositi bona fides 3. resp. in fine.*

¶ *Glos. se. primo reddit rationē, subdit duo dicta, quorū primū recitetur per quæst. secundum per obiectionem.*

a *Nisi ex causa fiat contrarium vt in Vxoricida, qui grauius punitur, quã matricida propter refrænandam maritorum sæuitiam, vt no. 1. q. 1. cito turpem. in gl. & qi. Ioann. And.*

† *Vide concilium Triden. sessio. 25. tit. de regularib[o] c. 14.*

† *Qualiter hæc verba sint accipienda, vide in clem. sæpe, contingit. de ver. sig. & Eymericum in* Directorio Inquisito. p. 3. q. 55.

b *Ad hoc de* consu. ser. c. 1. *Ioann. And.*

† *Vide concilium Tridens.* sessio. 24. de reform c. 5.

c *Hieronymus ad Amandum: putrida carnes ferro indigent, & cauterio.*

d *Adde: q̄* no. ī. de cle. dudum. c. circa prin. *Ioann. And.*

chor, quos contumaces inuenerint, & rebelles, & iuxta modum culpæ [a] vice nostra, regulari censura percellant absque personarum delectu [b], non parcendo rebellibus [c] ob suam pertinaciam vel potentiam amicorum, quin ouem morbidam [d] eiiciant ab ouili, ne inficiat sanas oues. ¶ Si † verò Abbates in corrigendis, iuxta visitatorum mandatum, & regularia instituta, in seipsis [e], seu Monachis, inuẽti fuerint negligentes, proclamentur, & corripiantur, & ita puniantur publicè in Capitulo [f] generali, quòd pœna ipsorum sit aliis in exemplũ[g]. ¶ Quòd si Abbas nõn exemptus fuerit à visitatoribus nimis negligens, & remissus inuentus: id loci Diœcesano denuncient sine mora: & per illũ detur ei fidelis, & prouidus coadiutor vsque ad Capitulum generale. Si autem dilapidator inuentus fuerit, vel aliàs meritò amouendus per diœcesanum, postquam hoc sibi à visitatoribus denũciatum fuerit, amoueatur absque iudiciorum † strepitu [h] à regimine Abbatiæ, ac monasterio prouideatur interim administrator idoneus, qui temporalium curam gerat, donec ipsi monasterio fuerit de Abbate prouisum. Quòd si forsan Episcopus hoc adimplere noluerit, vel neglexerit, visitatores, vel præsidentes Capitulo generali, defectum Episcopi Apostolicæ sedi non differant intimare. Hæc eadem circa exemptos Abbates fieri præcipim[us] per visitatores, vel præsidentes Capitulo generali: depositione† ipsorum sedi Apostolicæ reseruata: ita vt Abbate, qui amouendus videbitur, interim per visitatores, vel in Capitulo præsidentes, ab administratione suspenso, administrator idoneus monasterio deputetur. Illorum autẽ excessus, & alia, quę visa fuerint intimãda, Capitulo pręsidẽtes nobis denuncient per fideles nuncios, & prudentes: quibus de cõmuni contributione[i] Abbatũ, iuxta cuiuslibet facultatem sufficienter ministrentur expensæ. Sequentes autem visitatores, perquirant priorum visitatorum vestigia diligenter, & eorum negligentias [k], & excessus referãt sequẽti Capitulo generali, vt iuxta culpã publicè debitam pœnam portent. Idem etiam de Abbatibus præsidentibus generali Capitulo, præcipimus obseruari.

¶ Præcipimus † quoque, vt in nullo monasterio ad præbendas recipiant de cętero Abbates, & Monachi, Clericos sæculares [l]: nec hi, qui iam recepti sunt, locum, vel vocem in Capitulo, dormitorio, vel refectorio, seu claustro sibi vendicare contendant, seu Monachorum cœtibus importunè se præsumant miscere: sed beneficiis sibi cõcessis côtenti conuersentur honestè, opportuna obsequia in monasteriis fideliter impendentes: nihilque vltra in spiritualibus, aut temporalibus exigant in ipsis monasteriis, vel vsurpent. Si qui verò talium à visitatoribus inuẽti fuerint criminosi, per diœcesanum Episcopum † in non exemptis, & per visitatores, vel præsidentes generali Capitulo in exemptis beneficiis priuentur eisdem. ¶ Hæc autem omnia etiam in monasteriis, quę non habẽt Abbates proprios, sed Priores, necnon in monasteriis Monialium, quoad articulos Abbatissis, & Monialibus congruentes, præcipimus obseruari.

TITVLVS XXXVI.

De religiosis domibus, vt Episcopo† sint subiectæ.

¶ Gregorius Victori Archiepiscopo Neopol[i] †.

¶ *Si dubitatur, in cuius diœcesi sit basilica consecranda, ille Episcopus consecrabit, qui prius in illo loco Episcopalia exercebat.*

dum per obiectionem.

h ¶ *Absque iudiciorum strepitu.*] Quia de plano, & sine iudiciorum strepitu. j. *de accusat. olim*, & hoc ideò quia huiusmodi regulares de facili remouentur à suis administrationib[us]. j. *de simo. per tuas.* non est ordo iudiciarius vsquequaque seruandus in huiusmodi inquisitionibus regularium. ī. *de accus. qualiter. & quando, in fi.* & in casu isto non est amplius quærendum de talibus cum iam constet per inquisitionem visitatorum, quia de delicto vnius hominis sæpius non est quærendum. ff. *in manta canpo. stabu. l. licet in fi.* Item habes hic, quod iudex potest de causa cognoscere, non tamen potest sententiam ferre [f]. simile in causa episcoporum. 3. *q. 6. quamuis. & c. dudum.* sed hoc ideo fit, ne præiudicetur episcopo diœcesano: & in hoc casu saluum est ius eorum. ī. *eod. c. prox. in princ.* idem est etiam in exemptis quorum depositio sedi Apostolicę reseruatur: vt j. *dicitur.* Ber.

i ¶ *De communi contributione.*] Simile ff. *ad l. Rhod. de iactu. l. nauis. in prin. & §. cum autem iactus. & l. 2. & 2 in prin.*

¶ *Glossa seq. ponit duo similia.*

k ¶ *Et eorum negligentias.*] Et sic aliquis post depositum officiũ tenetur reddere rationem de his, quæ malè gessit, vel quæ malè administrauit [g]. sic curator tenetur de sua administratione, & conuenitur post depositum officium. *C. de transact. l. 3.* sic etiam magistratus reipublicæ de lata negligencia tenetur. ff. *de administra. rerum ad ciuita. pertinen. magistratus.*

l ¶ *Clericos sæculares.*] Quia in vno, eodemque officio dispar non debet esse professio, nec est arandum in boue, & asino 16. *q. 6. in nona.* ī. *de elect. cum causam.* Ber.

e *Vide de calum. c. 2. super* vl. gl. *Ioann. And.*

† *Vide quod per hunc §. determinat Ludouicus Romanus* singu. 663. *incip.* An simplex capellanus.

f *Adde idem sentire Bar. in l. &* an eadem. §. 2. ctiones ff. de excep. rei iud.

† *Dictio, e*piscopum, *deest in antiquis, & in recentioribus magis emendatis.*

† *Episcopis.*

† *Neapolitan.*

g *Ad hoc infra de immunita.* ecc. aduersus. in glo. seq. Ioã. An[d].

Item adde pro hoc tex. in l. magistratus. ff. de admini. re. ad ciuit. perti.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

¶ *Supra visum est de statu religiosorum, & quibus subiiciantur nunc de eorum domibus, & Ecclesiis, & quibus sint subiecta, est videndum. ideo, &c.*

De hac materia habetur 11. q. 1. per totum. & 16. q. 7. omnes basilicæ. *cum sequent.* 18. q. 2. quidam. *cum sequent.* Abbas.

Nemo

NVnc autem.] Continet vnum constructum, in quo approbat vnum modum cognoscendi, ad quem Episcopum pertinet consecratio Ecclesiæ, & alium modum improbat ibi, *Non enim*. Abbas Siculus.

CASVS. Quædam Ecclesia constructa fuit circa confines duorum episcopatuũ populus petebat illam consecrari: contentio erat inter Episcopos, qs eorũ deberet eã cõsecrare: quæsitũ fuit à Papa, quid iuris sit. Respõdet Papa: debet inquiri, cui⁹ ciuitatis Episcopus baptizauerit incolas illius loci, antequã Ecclesia fundaretur, & ad cuius cõsignationẽ annuatim cõcurrerint: nõ enim hic diffinitur terminus aut locus: Sic ergo ille vocãdus est ad cõsecrationem, qui prædicta contulit sacramenta. Not. ꝙ per collationẽ spiritualiũ ꝓbatur, cui subsit Ecclesia, siue populus, & non per terminos, vel loca.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. compil. à quo hæc sumpta sint, nondũ inueni.

† *Agabito.* † *Agapeto,* tamen legitur in antiquis, & in registro B. Greg. l. 9. Epist. 67. & c. 3. eo. tit. in 1. compil. abscissa refert Antonius Augustinus in notis primæ collectionis loco proximè citato.

CAP. I.

NVnc † autem ad basilicam, quæ dedicanda [a] est, debet disquiri, cuius ciuitatis Episcopus, antequã fundaretur, baptizauerit incolas, & ad cuius consignationem [b] sub annua deuotione concurrerint. Nõ enim terminis [c] hæc, aut locis [d] conuenit diffiniri: sed ille ad cõsecrationem vocetur [e], cui per hunc modum, quem scripsimus, constat debere permitti.

¶ Idem Agapito † Abbati.

¶ *Nihil iuris deperit Episcopo, in cuius diœcesi sita est Ecclesia, quam Papa vnit Ecclesiæ alterius diœcesis, & est casus quotidianus.*

CAP. II.

QVia monasterium, quod in fundo Martiano situm est, hostilitate faciente, dicitur desolatum: illud tuo monasterio, cum omnibus rebus suis vel quæ ei competunt actionibus, perspeximus vniendum [f]: & *infrà*.

¶ Ipsum autem monasterium, sic tuæ nos ordinationi commisisse cognoscas, vt tamen iurisdictionem illic non Episcopus Surrentinus, in cuius ciuitate monasterium tuum est situm: sed Nucerinus, cuius [g] † est diœcesis, habeat. ¶ Nam sic huius † loci ordinationem disponimus, vt tamen iura sua singulis Episcopis inuiolata seruemus.

† *In codice Barbaria* tamen *cuius est diœcesi, habeat.*

† *huiusmodi.*

a ¶ *Dedicãda.*] Id est, consecrãda. tũc enim appellatur Ecclesia, sicut electus in consecratione nomen assumit Episc. sic monachus nunc dedicatur Deo, cũ facit professionẽ. 27. q. 1. *Virginibus* & c. *si quis sacro.* Ber.

b ¶ *Ad cuius consignationem.*] Ex istis duobus, scilicet quod dicit, baptizauerit, & ad cuius consignationem sub annua deuotione concurrerint, apparebit, ad cuius iurisdictionem debeat pertinere. 16. q. 3 *licet in regulis.* & q. 5. *possessio territorij.* Et hoc videtur habere locum, vbi limes certas parochias non distinguit. Sed si limes distinctus esset, non videtur esse dubitatio, quis eam consecraret: nisi alter præscripsisset populum.

c ¶ *Terminis.*] Distinctis inter ciuitates per ciues. 10. *dist. lege.* & 3. q. 6. hæc quippe, vel terminis nouis, scilicet quoniam antiquis bene diffinitur. *arg.* ĩ. *de paro. super. eo.* [a] & 16. q. 3. *inter memoratos.* & c. *dilectio.* Io.

d ¶ *Locis.*] Id est, proprietate locorum: quia proprietas loci non facit diœcesim. 16. q. *licet.* & q. 5. *possessio.* & c. *si quis Episcoporum.* Eius ergo auctoritate consecrabitur Ecclesia, qui populo hæc duo sacramenta sub annua consignatione contulit. Bernard.

e ¶ *Vocetur.*] Et si ei quæstio moueatur, interim in possessione defenditur [b]. 8. 4. q. 4. *nemine.* & ĩ. *Vt lite pendente, à memoria,* & c. *sequenti.*

a *Vide, quod ibi dixi post Hos. in princ. quod facit ad propositum, & de voto, quod super, ad finem magna gl. Io. And.*

b *Posset tamen postea apparere locus de alterius dominio, secundũ Vin. Ioãnes And.*

c *Et de materia vnionis, vide quæ sanciuit concil. Trident. quod citans ĩ. ne sede vacan. c. 1.*

QVia.] Primo ponit vnionem, & eius causam. Secũdo ibi, *Ipsum autem.* Vnam determinationem, cuius subdit generalem determinationem, ibi, *Nam.* Abbas.

CASVS. Quoddam monasterium situm erat in fundo Martiano, quod fuit hostilitate desolatum: Papa vniuit illud monasterio Agapiti Abbatis cum omnibus rebus suis, iuribus & actionibus, tamen quod Episcopus Surrentinus, in cuius ciuitate est monasterium huiusmodi abbatis Agapiti, nõ habeat ibi iurisdictionem, sed Episcopus Nucerinus, in cuius diœcesi est illud monasterium, vt tamen iura sua singulis Episcopis inuiolata seruentur. Not. quòd per hanc vnionem non fit præiudicium Episcopo, in cuius diœcesi est illud monasteriũ. Item Papa iura sua cuilibet conseruare intendit. Item priuilegium, seu indulgentia sine præiudicio alterius dari debet.

¶ *Glo. seq. remittit.*

f ¶ *Vniendum.*] De hac vnione c dic vt ĩ. *ne sede vacãte, c. 1.*

¶ *Gloss. sequens arguit.*

g ¶ *Cuius est diœcesis.*] Per hanc vnionem nõ fit præiudiciũ Episcopo in cuius territorio est. Et sic arg. quod Papa nõ intẽdit iuri alterius derogare per suũ priuilegium *supra de consue. cum olim.* & *supra de vsu pal. ex tenarum.* & ĩ. *de offi. ordina. licet.* & ff. *ne quid in loco publ. l. 2. §. si quis à principe.* & §. *merito.* & *supra de maio.* & *obedien. cùm inferior.* quia si vnicuique episcoporum sua iurisdictio non seruatur, ecclesiasticus ordo confunditur. 11. q. 1 *peruenit sim.* ĩ. *de do. inter delectos.* Bern.

† *Hoc reperies in 1. cõp. eo. ti. c. 2. & hic, non alibi.*

¶ Ex decretis Eugenij Papæ. †

¶ *Episcopo subsũt omnia loca pia, & ad eius solicitudinem debent ordinari ad vsum destinatum.*

CAP. III.

DE † xenodochiis, & aliis similibus locis [h], per solicitudinem Episcoporum, in quorum diœcesi [i] existunt, ad easdem [k] vtilitates, quibus constituta sunt, ordinentur [l].

† Vrbanus iii j. Ariminensi Episcopo.

¶ *Locus auctoritate Episcopi ad vsum hospitalitatis deputatus, est religiosus, & ad mundanos vsus redire non debet.*

CAP. IV.

AD † hæc: & *infrà*. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod si locus ad hospitalitatis vsum, & pauperum prouisionem fuerit (sicut moris est) auctoritate Pontificis [m] destinatus, cum sit religiosus, non debet mundanis vsibus [n] deputari: sicut de vestibus, & ligneis vasis, & aliis vtensilibus ad cultum religionis per Pontificem deputatis, antiqua consuetudo indubitanter obseruat, venerabilium patrum edocẽt sanctiones.

DE Xenodochiis.] CASVS. Ordinatio, & dispositio xenodochiorũ, & monasteriorum, aliorumque locorum, similium pertinet ad episcopum, in cuius diœcesi sunt constituta. Not. quod omnia monasteria, & loca religiosa subsunt episcopo, in cuius diœcesi sunt constituta ipso iure, nisi aliud in contrarium ostendatur.

† *Xenodochium Alciatus, l. 1. prætermissorum. Verbo, Nosocomium, recte interpretatur hospitale. De materia vide concilium Trid. sess. 25. de refor. c. 8. adde notas nostras in hanc decretalem.*

h ¶ *Locis.*] Supple, statuimus.

i ¶ *In quorum diœcesi.*] Hic manifeste patet, quòd monasteria, & alia loca religiosa pertinẽt ad episcopum loci de iure communi 16. q. 5 *si quis episcoporum.* & q. 7. *omnes basilicæ.* & 18. q. 2. *monasteria.* nisi ostendant exemptionem. 18. q. 2. *Abbatibus.* ĩ. *de prescrip. cum non liceat.*

† *Ca. 4. eo. ti. in 1. cõp. Vide Archidiaconum in c. nemo. de consec. dist. 5. & Calderinum consil. 5. & 6. ti. de religiosis domibus.*

k ¶ *Ad easdem.*] Id est [d] ad eandem, censum qui fuit impositus in fundatione, debeant dare. ĩ. *de censi. prohibemus.* 18. q. 2. *Eleutherius.* vel ex præscriptione. 18. q. 2. *seruitium.* vel ex visitatione. ĩ. *de præscriptio. cum ex officij.*

l ¶ *Ordinentur.*] [d] Id est, ordinatè exponantur, vel regantur.

d *Ha duæ glossulæ non sunt Bernardi, nec habentur in antiquis exemplaribus.*

AD hæc.] Primò ponitur decita consultatio. Secunda responsio ibi, *Inquisitioni.*

CASVS. Quæsitum fuit a Papa: vtrum locus deputatus ad hospitalitatem possit in sæculare habitaculũ cõmutari: Rñdet, q si locus ille ad vsum hospitalitatis, & prouisionem pauperum auctoritate pontificis deputatus fuerit, nõ debet amplius mũdanis vsibus deputari, cũ sit religiosus: sicut de vestibus, & vasis ligneis, & aliis ad diuinum cultum per episcopũ deputatis antiqua indubitanter obseruat consuetudo, & sacri canones edocent. Not. quòd ad hoc vt locus sit sacer, necesse est, quòd accedat auctoritas pontificis. Item quæ semel diuino cultui deputata sunt, ad humanos vsus amplius redire non debent.

m ¶ *Auctoritate Pontificis.*] Hoc ideo dicit, quia priuatus locum non facit sacrum. ff *de rerum diuisione, in tantum. § sacra.* ff. *de sepul. vio. viola. l. 3. §. si quis in sepulchro dolo malo.* & §. *si quis in sepulchro.*

¶ *Glo. seq allegat septem concor. in contrariũ duo iura, & soluit.*

n ¶ *Mundanis vsibus.*] Quod enim semel deo dedicatũ est, ad humanos vsus amplius redire non debet. 12 q. 2. *nulli liceat.* & ĩ. *de re. permuta. mancipia.* & c. *seq.* & *de consecr. dist. 1 signa.* & *cap. vestimenta.* & 19. q. 3. *quæ semel.* & ff. *de relig.* & *sump. fu. si quis sepulchrum.* §. 1. [e] *Arg. contra.* 54. *dist. ex antiquis.* & c. *frequens.* Prima rubrica vera est Regulariter. Contraria loquuntur de seruis, quia eo ipso quod promoti sunt dominis eorum ignorantibus, peccauerunt & ideo in eo puniuntur, quia reuocantur in seruitutẽ, excepto sacerdote, diacono, & subdiacono, qui redimẽt se, diaconus dabit vicarium, vt in c. *ex antiquis* & subdiaconus eodem priuilegio gaudet cum diacono. *supra de seruis non ordinandis, miramur.* Secus est in

e *Senatus prohibet sepulchrum permutari, id est, alterius commercij fieri, & inuitum sũ accipere. Io. an. And.*

est in Ecclesiasticis possessionibus, quæ spirituales non sunt: quia & illę possunt alienari, si expedit. 12. q. 2. *sine exceptione.* & 10. q. 2. § *hoc ius.* Ber.

INter quatuor.] Distinguit duo membra. Secundum prosequitur ibi, *Sed si.* Abbas.

CASVS. Quærebatur à domino Papa, verũ Ecclesię regulares possint fieri sæculares? Ad quod respõdet, quod Ecclesiæ regulares nõ debẽt fieri sæculares, nisi deficientibus regularibus: & ita necessitas subiicitur legi. Nota, ꝙ Ecclesia debet semper reformari per homines eiusdem ꝓfessionis. Itẽ necessitas nõ subiicit legi.

a ¶ *Per regulares.*] In Ecclesia regulari non potest Eps ponere canonicos[a] sæculares, vt hic patet, & 19. q. 3. *quæ semel.* & 18. q. 2. *peruenit* & ī. *de re. ecc. alie. possessiones.* ī. *de sta. mon. ea quæ.* sed homines districtioris vitæ sunt ibi ponendi, vel alterius religionis. ĵ. *ne clerici, vel mona.* relatum dũ tamen haberi possint: aliàs ponerentur sęculares, vt hic dr̃ quia necessitas legẽ nõ habet. ī. *de consue. quanto.* & ĵ. *de regu. iur. quod non est.* & *de conse. dist. 1. discipulos* [b]. sicut & de sæculari Ecclesia põt fieri monasterium. ĵ. *de eccle. ædifi. ad audientiam.* Ber.

¶ Innocentius iij. Constantinopolitano Patriarchæ.

¶ *Locus religiosus debet reformari de religiosis dũtaxat, nõ de sæcularibus, nisi in defectu religiosorũ.*

CAP. V.

INter † quatuor: & *infrà.* ¶ Quandiu monasteria per regulares[a] remanere potuerint ordinata, non sunt ad sæculares Clericos transferenda. Sed si regulares defuerint propter eorum defectum, in eis sæculares Clerici poterunt ordinari.

¶ Idem Abbati, & fratribus Cryptæ ferratæ.

¶ *Ecclesia sita in diœcesi Episcopi, tenetur sibi in Episcopalibus respondere, nisi appareant remissa legitimè: & potest Episcopus remittendo Episcopalia censum sibi retinere.*

CAP. VI.

COnstitutus † in præsentia nostra Episcopus Albañ. † in Ecclesia Castri, quod Pauli dicitur, in qua iuspatronatus monasterio vestro recognoscebat[b], à vobis ius[c] Episcopale petebat quoniam sita erat in diœcesi Albañ & ideo de iure communi[d] ei tenebatur in Episcopalibus respõdere: & *infrà.* ¶ Verùm œconom⁹ vester proposuit ex aduerso, quod etsi Ecclesia sita esset in diœcesi Albañ.[e] ei tamen non tenebatur in aliquo respondere, cum Dominicus Lauitanus, † Episcopus, qui fuerat Episcopus Albañ. vniuersas Ecclesias ad vestrum monasterium pertinentes[f], in diœcesi eius sitas: & quicquid iuris tã in monasterio vestro, quàm in eis habebat, in emphyteusim sub annua octo denariorum vsualium pensione[g] monasterio vestro cõcessit: ita videlicet vt liceret Abbati, & fratribus, à quocunque[h] vellent Episcopo, tam ordinationem Clericorum, quàm consecrationem altarium, in monasterio ipso, & prædictis Ecclesiis obtinere, in quibus etiam vobis tertiam[i] partem † mortuariorum indulsit, & C. † Papa præ. n. quod ab eo factum fuerat, confirmauit[k]. Verum etsi Ecclesia ipsa fuisset aliquando Ecclesiæ Albañ. † subiecta, monasterium † vestrum nihilominus legitima se poterat præscriptione tueri, cum per quadraginta annos ipsam pacificè possedisset. Cæterùm œconomus[l] Episcopi, concessionem Episcopi Lauitani non tenere dicebat, vtpote continentem simoniacam prauitatem, cum enim tertiam partem † mortuariorum monasterio concessisset, & tam in ordinationibus Clericorum, quàm altarium consecrationibus, indulsisset ei plenariam libertatem, non est dubium, quin cum spiritualia hæc existant, eo ipso quod super his

CONstitutus.] Primò ponitur facti, seu causæ narratio. Secundo ipsius diffinitio ibi, *Cum autem.* Prima subdiuiditur in tres partes. In prima actoris petitio. In secũda reorum defensio ibi, *Verũ.* In tertia actorum replicatio ibi, *Cæterum.* Abb. Sicul.

CASVS. Eps Albañ. in præsentia domini Papæ cõstitutus petebat ius epale in Ecclesia Castri, ꝙ Pauli dicitur, ab Abbate, & fratribus monasterij Cryptæ ferratæ, in qua monasterium ius patronatus habebat ex eo ꝙ erat sita in diœcesi Alban. & ideò de iure cõmuni debebat sibi de iurib. episcopalibus rñdere: si verò contrarium apparet, petens cõpelli monasterium ad soluendam pensionem pro prædicta ecclesia, & restitutionẽ pẽsionis subtractæ à xl. annis & citra: Sed œconom⁹ monasterij ex aduerso rñdit, ꝙ licèt Ecclesia illa sita esset in diœcesi Albañ. nõ tamẽ ei tenebatur rñdere in aliquo, ex eo ꝙ Dominicus Lauitañ Eps, q fuerat eps Alban. oẽs Ecclesias sitas in diœcesi Alban. pertinẽtes ad monasteriũ istud, & quicqd iuris habebat tã in monasterio, quã in ecclesiis illis, concessit monasterio in emphyteusim sub annua pẽsione 8. denariorũ: ita ꝙ licitũ esset Abbati, & fratribus omnia sacramẽta recipere, à quocũq; vellẽt episcopo, tã in monasterio, quã in aliis Ecclesiis, in quib⁹ etiã Ecclesiis cõcessit eis tertiã mortuariorũ, & C. Papa quod factũ fuerat ab illo epõ cõfirmauit: Insuper ꝓposuit, quòd etsi Ecclesia illa aliqñ fuisset subiecta Ecclesiæ Alban. monasteriũ per xl annos & ampliùs in pace possedit eãdẽ. Ad hoc respõdet ꝓcurator episcopi, concessionẽ Lauitan. episcopi nõ tenere, vt putà cõtinentẽ simoniacã prauitatẽ, ex eo ꝙ episcopus spiritualia cõcessit, recipiẽdo ꝓ eis annuã pẽsionẽ, & sic cõmisit vitiũ simonię: vnde cõcessio illa nõ tenuit: & cõfirmatio Papæ fuit obtẽta p surreptionẽ, cũ in cõfirmatione illa nõ fuerit mẽtio facta de illa pensione: Ad hoc fuit ex parte monasterij respõsũ, ꝙ nõ est insolitũ, nec nouũ, vt cũ episcopi cõcedũt Ecclesias piis locis, aliqd sibi reseruẽt in eis nomine pẽsionis: & Papa cũ priuilegiu libertatis, vel protectionis præsidiũ aliquibus Ecclesiis cõcedit, aliquẽ censũ sibi reseruat in eis. & in litteris concessionis census exprimitur ad perpetuã memoriã: His, & aliis auditis, dñs Papa cõdemnauit œconomũ monasterij œconomo epi in solutionem prædictæ pensionis de cętero faciendã, iuxta ratam, quę contingit prædictam Ecclesiã, & in restitutionem pensionis subtractæ à xl. annis secundum ratam eandem: Super omnibus aliis absoluit œconomum monasterij ab impetitione œconomi ipsius epi: eidem perpetuum silentium imponendo. Not. quod eo ipso ꝙ Ecclesia sita est in diœcesi alicuius epi, probatur sibi esse subiecta, nisi aliud ostendatur. Item episcopus potest remittere iura epalia pro annua pensione, vt hic colligitur: nec est simonia. & pręcipuè cum accedit cõfirmatio Papæ. Itẽ sententia concipienda est in persona procuratoris, siue ab initio, siue post litem contes. interueniat: vt hic colligitur. Item not. hic arg. quòd licet quis cesset in solutione pensionis vltra biennium, non ideo cadit à iure suo.

b ¶ *Recognoscebat.*] Id est, cõfessus fuerat iuspatronatus ad vestram Ecclesiam pertinere.

c ¶ *Ius episcopale.*] Quid sit ius episcopale, & in quibus consistat, habes ī. *de offic. ord. conquerente.* & *cap. dilectus.* in *glo.*

d ¶ *De iure communi.*] 16. q. 7. *omnes basilicæ.* & 18. q. 2. *monasteria.* & ī. *eo. de xenodochiis.*

e ¶ *Alban.*] Fortè diuersis temporibus, vel vno tempore potuit habere per dispensationem domini Papæ 21. q. 1. *relatio.*

f ¶ *Pertinentes.*] Sed non pleno iure. tunc verbum, pertinere, latissimam habet significationem. ff. *de verb. sign.* verbum, *pertinere.*

g ¶ *Pensione.*] id est, censu.

¶ *Glo. seq. arg. reprobat & remittit. ponit opinio. Ioan. & contrariam Hu. quam approbat.*

h ¶ *A quocunque.*] Hic videtur, ꝙ eps possit aliquã Ecclesiã eximere in totum à iure epali. ĵ. *de censi. cum venerabilis.* arg. *quod non est verum,* vt ibi not. & *arg. ad hoc* ī. *de dona. pastoralis.* Tñ eps potest cõferre priuilegia. ī. de his, quæ fi. à prela. sine consen. c. quanto. & ī. *de re iud. cũ inter.* sed in pręiudicium aliorũ priuileg.ũ cõferre nõ põt, vt vr̃: quia solus princeps potest auferre vni, & dare alteri. 9. *q. 3. nũc vero.* & *c. per principalẽ* & *C. de quadrien præscrip. bene à Zenone.* nam episcopus rem vnius Ecclesiæ alteri Ecclesię dare nõ potest. ī. *de reb. eccl. non alie. c. 1.* & episcopus in pręiudiciũ archidiaconi aliquẽ priuilegiare non põt. ĵ. *de exces. præla. ad hæc.* arg. *ad hoc.* ī. *de his quæ fi. à præla. si consen. cap. cum Apostolica.* Io. dixit[c], ꝙ eps bene põt dare priuilegiũ vni ecclesiæ in præiudiciũ alterius: & inducebat 16. q. 1. *statuimus,* vbi dicitur, quod nullus præter cõscientiã epi dẽt dare decimas extra baptismalẽ Ecclesiã: inde argumentatur à cõtrario sensu, ꝙ de cõsensu epi potest. & Gratianus sic argumentatur in seq. §. Hu. tñ dicit contra, quod hoc nõ potest episcopus, & intelligit c. *statuimus. de decimis ad episcopum pertinentibus.* Verius credo, quod dicit Hu. quòd episcopus non possit dare res vnius Ecclesiæ, clericis inuitis, alteri ecclesiæ per iura præmissa: nisi certa, & rationabilis causa ostenderetur: quia licet princeps hoc possit, epi tamen hoc nõ possunt.

i ¶ *Vobis tertiam.*] Secundum consuetudinem illius loci. ī. *de te. requisisti.* & ī. *de sepult. c. 1.*

k ¶ *Confirmauit.*] Ex certa scientia, supple.

l ¶ *Oeconomus.*] In pricipio fuit Episcop⁹ Albañ. in causa, vt dicitur

† Ca. 1. eo. tit. in 3. cõpil. *reliquæ partes quorũda supra sub verbis tenoris in c. incip.* inter quatuor. *Et vide concilium. Trid.* sess. 14. de refor. c. 16.

a *immo nec prabendarios. de hoc* ī. tit. 1. c. vl. §. pen. *Ioã. And.*

† Ca. 2. eo. in 3. comp.

† *Albanen.*

† *Alben.*

b *Concor.* l. 2. ff. de offi. consu. & l. non solùm. cum vulg. §. fin. ff. de excus. tut.

† *Lauitanus.*

† *Laucan.*

† *Lucan. sed in omnibus manuscriptis legitur Lauitanus.*

† *Dilibus partem, deest in antiquis.*

† *Id est, Cælestinus Papa prædecessor noster.*

† *Alben.*

† *Alias, monasterium tamen vestrum.*

† *Hic etiam vox partem deest in antiquis, & recentiorib. magis emẽdatis.*

c *Et Gof. & Vin. hic. quæ opinio vera secundum Host. quando episcopus facit id de cõsensu capituli, & ex causa rationabil. his duobus deficientibus. Vel ipsorum altero, vera est opi. Hug. secundum eum. Io. An.*

citur in principio, postea curauit œconomũ: vt hic innuitur.
¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*
a ¶ *Recompensationẽ.*] Videtur, ꝙ simoniacus fuerit talis contractus & præcipue si pactum interuenit: quia temporale pro spirituali dari nõ põt. *s. de re. permu. ad quæstiones. & c. vlt.* Sed sine pacto est *arg.* ꝙ possit, *s. vt eccle. benefi. c. vnico.* Quare ergo in dubio potius interpretatur cõtractũ esse non simoniacum, nisi quia in dubio accipiendum est id, qđ vitio caret. *ff. de leg. in ambigua.* Dico, ꝙ non committitur hic, aut in consimilibus exẽptionibus simonia, qa plus percipiebat Eps tẽporalis cõmodi ab illa Ecclesia, quã erãt isti denarij, & ita potuit remittere totum retẽtis sibi octo denariis, & istud non dicitur percipere propter aliquam recompẽsationem: sed potius in signum subiectionis. *j. de censi. c. 1. Io.*

b ¶ *Aliquid.*] Quod potest, quia etiã patronus hoc facere potest. *j. de iure patro. præterea. & j. de censi. cũ venerabilis. & 16. q. 2. visis. & s. de donationibus pastoralis.*

c ¶ *Pensionis.*] Id est, census.

d ¶ *Oeconomo.*] Et ita formatur hæc sentẽtia in personã œconomi Epi. & monasterij: & in principio fuit Eps in causa: vt patet in principio c. & sic est cõtra sententiã M. de hac materia dic, vt dixi *s. de elec. querelã.* sententia tamen mandabitur executioni in personam dñi. *ff. de re iud. l. 4. §. 1.*

e ¶ *Pensionis.*] Id est, census.

a *Ext. d transact. c. præterea. 2. Ioann. And.*
† *Faciunt ad hoc, quæ notat Bar. in l. Titio centum. ff. de condi. & demon.*
† *eadem.*
† *Farfen.*
b *De hoc articulo vide omnino, quæ citantur de locato. & cõdu. c. potuit empi vreuta.*
c *Cõtract' censualis qualis sit, & in dubio an præsumatur contractus censualis, vel emphyteuticus, tradit plenè Conarruuias l. 3. c. 7. varia. resol. & qualiter sit census celebrandus, vide in extrauagante Pij V. Pontificis Max. in c. cum onus Apostolicæ.*
d *Facit ad hoc l. solemus, & l. si qui intentione. cum not. ff. de iudi.*

recompensationem[a] certæ pensionis accepit, commiserit vitium simoniæ †: vnde contractus huiusmodi nullam obtinet firmitatem: confirmatio autẽ Apostolicæ sedis fuerat per subreptionem obtenta, cùm in ea † de pẽsione nulla mentio habeatur: *& infra.* ¶ Cum autem nec insolitum sit, nec nouum, vt cum Episcopi Ecclesias concesserint piis locis, aliquid[b] sibi reseruent in eis nomine pensionis[c]: nos quoque cum libertatis priuilegium, vel protectionis præsidium aliquibus Ecclesiis indulgemus, gratis accipiamus censum, gratis oblatum, & in litteris nostris ad successorum nostrorum memoriam, census exprimamus etiã quantitatem: auditis propositis œconomum monasterij vestri, œconomo[d] eiusdem Episcopi, Ecclesiæ nomine, in solutionem pensionis[e] prædictæ, iuxta ratam[f], quæ contingit Ecclesiam prædictã, & restitutionem subtractæ à quadraginta annis, secundum ratam eandem, per diffinitiuam sententiam condemnamus, & eundem œconomum vestrum ab impetitione œconomi eiusdem Episcopi, super aliis reddimus[g] absolutum, perpetuum illi silentium imponentes.

¶ Idẽ Abbati, & Conuentui Farbeñ. †

¶ *Episcopus petens Ecclesiam ad temporalia, & spiritualia, obtinet in spiritualibus eo ipso, quod probat esse in sua diœcesi, si non appareat exempta: sed in temporalibus succumbit, nisi alter doceat de iure suo: & in hoc vltimo est casus notabilis.*

CAP. VII.

CVm † venerabilis frater noster I. Sabineñ. Episcopus Ecclesiam[h] sancti Angeli de Cauceia † cum suis pertinentiis, & possessionibus petiisset, asserens eam ad se tam in spiritualibus, quàm in temporalibus pertinere: allegauit ante omnia ius commune: quia cum cõstituta sit in diœcesi Sabineñ. sub ipsius debebat cõsistere potestate. In temporalibus quoque ad se dictã Ecclesia pertinere nitebatur ostendere per publicum instrumentum, in quo cõtinebatur expressè I. Sabineñ. Episcopũ H. Farbeñ. † Abbati, & duabus personis ipsum, dictam Ecclesiã cum suis pertinentiis[i] locauisse[k], pro annua quatuor solidorum Papiensium pensione. Sed pars vestra proposuit instrumẽto prædicto nullam fidem penitus adhibẽdam, propter superlineareũ scripturam, & rasuram † loco suspecto factam, vbi videlicet annotatio[l] temporis recensetur: *& infra.* ¶ Quia igitur nobis constitit Ecclesiam supradictam, constitutam in diœ-

¶ *Glos. seq. reci. per obiectionem & soluit, cui solutioni opponit, & propter id aliter soluit.*

f ¶ *Iuxta ratam.*] Hoc ideo dicit: quia pẽsio ista pro pluribus Ecclesiis soluebat. Itẽ est hic arg. ꝙ si quis steterit vltra biennium, quod nõ soluerit canonem, nõ cadit à iure suo, quia isti condemnantur ad restitutionẽ pensionis subtractæ à xl. annis & citra: sed hoc ideo cõtingit, quia nõ fuit actũ illo iure, id est, ad reuocationem rei emphyteuticariæ, immo satis videt actũ ad hoc petẽdo iura Epalia, quæ Eps cõcesserat monasterio, sed nõ expressè: ꝙ patet ex petitione epi. Vel dic, ꝙ vere priuare debuit monasteriũ, iure quod habebat in prædicta cõcessione: si vere cõtractus ille fuisset emphyteuticus, & ex eo ꝙ non soluerit pensionem debito tẽpore. *s. de loca. & cõdu. potuit.* & si actũ fuisset ad hoc, quia secũdũ modũ agendi, &c. *j. de accu. qualiter, & qñ. 2. & j. de simo. licet Hely, versu si.* Sed reuerã, hic nõ fuit cõtractus emphyteuticus, in quo cõtractu nõ trãsfertur dominiũ directũ in emphyteutã, sed vtile: sed fuit cẽsualis cõtractus, in quo directũ, & vtile dominiũ trãsiuit in monasteriũ: & hoc apparet ex illa littera, vbi dicit, & quicquid iuris tã in mõasterio, quã in Ecclesiis in diœcesi eius sitis, &c. vnde quãtocũq; tẽpore steterit, ꝙ cẽsum nõ soluerit, non perdit propter hoc res donatas, sed cẽsum totius tẽporis tenetur restituere: & bene fuit cẽsus petitus petẽdo ius Epale, vt patet in principio, & ideo cõdẽnatũ fuit monasteriũ ad integrã pensionẽ, id est, ad cẽsum totius tẽporis, scilicet xl. annis subtractũ: nã sub hac petitione, Peto ius Episcopale: nõ solũ cõprehenditur ius episcopale, ꝙ ipso iure cõmuni debetur: sed & qđ constitutũ est pacto, vel consuetudine[d] *s. de præscript. auditis. arg.* & vbicũq; inueneris in hac decretali pensionẽ, expone, i. censum: & hæc expositio probatur per illud, quòd Papa dicit, gratis censum accipiamus. & vbi dicit, census, exprimimus quantitatem. & ita plena est decre. Ber.

g ¶ *Aliis reddimus.*] Episcopalibus scilicet. & ita pensio ista comprehendebatur in petitione episcopi. Ber.

CVm venerabilis.] Sũt duę partes. Prima factũ narrat. Secũda diffinit ibi, *Quia igitur.* Et vtraque subdiuiditur, vt per se patet. Abbas.

CASVS. Epũs Sabineñ. petebat Ecclesiam sancti Angeli de Cauceia à monasterio Farbeñ. cum pertinentiis suis, & possessionibus, dicens illam ad se pertinere tam in spiritualibus, quàm in temporalibus iure communi, eo quòd erat sita in diœcesi Sabineñ. Quod in temporalibus ad se spectaret, nitebatur ostendere per publicum instrumentum, in quo continebatur expressè, quod I. Sabineñ. Eps, H. Farbeñ. Abbati, & duobus aliis abbatibus post illum, dictam Ecclesiam cum pertinentiis suis locauit, pro annua pensione quatuor solidorum Papieñ. Contra instrumentum illud ex parte monasterij fuit propositum, quod nulla fides est ei adhibenda, propter superlinearem scripturam, & rasuram in loco suspecto in annotatione indictionis. His, & aliis intellectis, quia constitit domino Papæ Ecclesiam prædictam sitam esse in diœcesi Sabineñ. adiudicauit episcopo ius episcopale in omnibus spiritualibus in eadem Ecclesia, exceptis quibusdam capitulis, quæ per authentica scripta ei subtracta esse noscuntur. Sed quia instrumentum prædictum insufficiens fuit ad probandum, quod Ecclesia ipsa ei subesset quoad temporalia, vt puta de iure propter prædicta suspectum, absoluit monasterium ab impetitione episcopi, quoad temporalia. Not. eo ipso quòd Ecclesia sita est in diœcesi episcopi, de iure cõmuni subest ei quoad spiritualia. Item instrumentum suspectum est propter superlinearem scripturam, & rasuram in indictione, id est, in annis Domini, & in aliis locis suspectis. Itẽ illa duntaxat, quæ continentur in priuilegiis sunt obseruãda.

¶ *Glos. seq. arg. & remittit, alleg. in contrarium quatuor iura, & vltimum soluit.*

h ¶ *Ecclesiam sancti.*] Hic videtur, quòd si vna Ecclesia agat de subiectione alterius, quòd non sit agendum contra ipsam Ecclesiam, sed potius contra ipsam, quæ est in possessione illius *supra de electio. querelam. & 16. q. 3. inter memoratos. & supra de præscrip. auditis.* vbi de hoc *ff. de libe. exhi. l. vlt. ff. de serui. l. vlt. 2. resp. & ff. si ser. vend. si communis familia. arg. contra. s. de appellatio. ad audientiam. & s. vt lite non contestata. quoniam frequenter. §. quod si. 12. q. 2. quicunque militum. & s. de electio. querelam.* Sed ibi conuenitur subditus suo nomine, & non nomine Ecclesiæ.

i ¶ *Pertinentiis.*] Petitio ista nimis larga videtur, sic *supra de restitutione spoliatorum, cum ad sedem.* quia verbum, *pertinere,* latè patet. *ff. de verb. sig. verbum, pertinere.* Quid iuris sit, de hoc dictum est *supra de libelli oblatione c. 2. & supra de donationibus, inter dilectos.*

k ¶ *Locauisse.*] Sed hoc non sufficit. *s. de fide instrument. inter dilectos. & c. locato ad probationem.*

l ¶ *Annotatio temporis.*] Id est, in annis Domini, idem esset in indictione, in qua citius comprehenditur falsitas. *s. de fide instrumentorum, inter dilectos. Io.*

† *Cap. 1. cõti. in 4. cõ.*
† *Caucea.*
† *Cantia.*
† *Farfen.*
† *De hac materia vide plenè per Iasonẽ, & Decianum in l. fi. C. de edict. diui Hadri. tollen. & Alex. consil. 59. incip. viso processu in 2. vol. adde Felinũ in c. ex litteris. supra de fide instru.*
e *Et intelligas hoc, vt obiter notabiliter dicebat Abbas, quod non erat superflua hac probatio: quia licet nõ sufficiat cõtra extraneum, sufficit contra contrahentẽ, Ioann. And.*

a ¶ In

a ¶ *In diœcesi Sabinen.*] Vnde iure communi ad eum spectabat. 3. cod. de Xenodochiis. & 18. q. 2. monasteria. & 16. q. 7. omnes basilicæ. 100. dist. contra morem. Ber.

b ¶ *Episcopale ius.*] Hoc in multis consistit. 3. de officio ordina. conquerente.

¶ *Glo. seq. exponit, & successiue de duobus quærit, in vtroque arguit & soluit.*

c ¶ *Propter prædicta.*] Scilicet propter rasuram in loco suspecto, & interlinearum scripturam, sic supra de fide instrument. inter dilectos. ad hoc enim vt credatur instrumento, oportet, quod sit sine omni suspicione. *arg. supra de rescriptis. cum adeo. & c. ad audientiam. & C. de edicto diui Hadriani tollendo. l. vlt.* Sed quid si rasura reposita fuerit de eadem manu? Non vi. quod obstet. arg. infra de priuilegiis. cum olim, *C. de fide instrumentorum, comparationes.* Si constet, quod eadem manu, & in loco non suspecto, non obest. Item quid si rasura sit in vno loco, & tamen per alia quæ posita sunt in instrumento, probetur bene propositum? Videtur, quod sufficit ad probandum. *arg. bonum. 3. de renunciata. cum ioannes. & A. &* G. si ex falsis instrumentis, vel testimon. *l. 3.* a & hoc fatis potest concedi: quia non est præsumptio quod in fraudem factum sit: quia & hoc illa rasura constabat. Item hoc ipso quod instrumentum falsatum fuit, sufficiebat ad imponendum ei silentium. *supra de rescriptis, olim.* Ber.

† Ca. 1. eo. tit. in 4. cõp. *Videto hic pra aliqu. Host. & Henricum Bosch. Adde concilium Trid.* sess. 25. ci. de regularibus. c. 11.

a *Et melius secundum Host.* ff. de leg. 1. si seruus pluriũ. §. si numeres. & supra de fide instru. pastoralis. *Ioann. Andr.*

cesi Sabinen. a Episcopale b ius in omnibus spiritualibus eidem Episcopo adiudicauimus in eadem: illis tantum exceptis, quæ per authentica scripta ei dignoscuntur esse subtracta: *& infra.* ¶ Quia verò instrumentum prædictum, per quod Episcopus Ecclesiam intendebat quoad temporalia vendicare, ad faciendam super hoc fidem, inualidum esse cognouimus, vtpote propter Prædicta c de iure suspectum: vos ab impetitione ipsius quoad temporalia eiusdem Ecclesiæ duximus absoluendos.

¶ Idem.

¶ *Monasterium subiectum est Episcopo, in cuius diœcesi situm est, nisi probetur exemptum. Hoc dicit quoad titulum.*

CAP. VIII.

Cum † dilectus filius, *& infra.* ¶ Quia causa non poterat in nostra præsentia terminari, cum nuncius monasterij super procuratione, vel ratihabitione d litteras non haberet, eam vestro duximus examini committendam: Mandantes, quatenus si constiterit Abbatem, ad sedem Apostolicam antequam Episcopus in eum suspensionis, vel excommunicationis, & in monasterium interdicti sententias tulerit, legitimè appellâsse, vel monasterium à iurisdictione Episcopi eiusdem exemptum: eo non obstãte quòd Abbas ab eo circumuentus, præter fratrum suorum assensum, ei obedientiam repromisit e (cùm fraus, & dolus ei patrocinari non debeant) iudicetis illas sententias non tenere †. ¶ Quòd si Abbas in exemptionis probatione defecerit, nec legitima se poterit præscriptione f tueri: licèt probet se ante prædictas sententias appellâsse, nihilominus tamen monasterium iudicetis Aurien. Ecclesiæ subiacere, in cuius est diœcesi fundatum †. ¶ Similiter eo in probatione appellationis deficiente, si vobis constiterit de exemptione, vel legitima præscriptione, tam Abbatem, quàm monasterium, ab impetitione Episcopi absoluatis.

¶ Idem in concilio generali †.

¶ *Nouam religionem non licet cõstituere sine auctoritate Romani Pontificis: Nec in diuersis monasteriis potest quis esse Abbas, vel Monachus. Sic principaliter summatur, licèt plura dicta habeat.*

CAP. IX.

Ne nimia religionum † diuersitas grauẽ in Ecclesiam Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de-

Cum dilecl.] In prima instituitur delegatus, qualiter super sententiis pronunciet. In secunda, & tertia, qualiter super subiectione pronunciare debeat. Secunda ibi, *Quòd si.* Tertia ibi, *Similiter.* Ab.

Casus. Eps Aurien. per circumuentionem fecit sibi præstari obedientiam ab Abbate cuiusdã monasterij, quod situm erat in sua diœcesi præter fratrum suorum assensum, cũ monasterium ipsum diceretur liberum & exemptum, & sic orta fuit quæstio inter episcopum, & monasteriũ super subiectione ipsius monasterij: Abbas timẽs se per episcopũ aggrauari, ad sedem Apostolicã appellauit: Episcopus non obstante appellatione tulit sententiam suspensionis, & excõmunicationis in Abbatẽ, & monasteriũ interdixit, propter quòd nũcius monasterij, & nuncius episcopi ad sedẽ Apostolicam accesserunt. Corã Papa proposuit nuncius monasterij prædictas sẽtẽtias non tenere, cũ monasterium exemptum esset, vel saltẽ tutum erat legitima præscriptione Sed quia nũcius monasterij mãdatum procuratoriũ non habebat, causa nõ potuit in præsentia Papæ terminari: vnde cõmittit causam quibusdam sub hac forma. Quatenus si constiterit iudicibus, abbatẽ ad sedem Apost. antequã episcopus tulisset sententias prædictas in abbatẽ, & in monasteriũ, legitime appellasse, vel si constiterit monasterium prædictum exemptũ esse à iurisdictione episcopi, iudicẽt prædictas sentẽtias nõ tenere, nõ obstãte quòd abbas ab epo circumuentus præter fratrũ assensum ei obedientiam promisit, cum fraus, & dolus ei patrocinari non debeant: sed si Abbas defecerit in probatione exẽptionis, nec legitima præscriptione poterit se tueri, adiudicẽt monasteriũ Aurien. Ecclesiæ subiacere, quamuis probet se appellasse ante sententias supradictas, cum monasterium sit in eius diœcesi constitutum. Item & si Abbas defecerit in probatione appellationis, si constiterit de exẽptione, vel legitima præscriptione: tã Abbatẽ, quàm monasteriũ absoluant ab epi impetitione. No. quòd sine mãdato non admittitur quis ad agendum. Itẽ excõicatio, vel interdictum post appellationem legitimam promulgata, nulla est. Itẽ delictũ, siue factũ prælati nõ præiudicat Ecclesiæ. Itẽ fraus, & dol⁹ nulli prodesse dẽt. Itẽ potest quis se tueri priuilegio, vel præscriptiõe sub alternatione, sed simul cõiũctiuẽ nõ potest: quia cõtraria sunt priuilegiũ, & præscriptio. Ber.

¶ *Gl. se. ponit differẽtiã quã demum improbat.*

d ¶ *Ratihabitione.*] Notare vult differentiam inter litteras procuratorias, & litteras de rato. nam vbi quis simpliciter constituitur procurator, licet generaliter constituatur, tñ transigere, siue componere non potest: vt 3. *de arb. per tuas. & C. de transact. l. transactionis.* & sic intelligitur *ff. de procu. mandato* b. Sed si adiiciatur clausula illa: & quicquid aliud etiam super hoc fecerit, ratum habebit. tunc poterit trãsigere, siue componere: aliàs nihil operaretur illa adiectio, & sic videntur differre ista duo. *ar. ff. ind. sol. l. 3. §. procuratorem.* simile habes 3. *de offic. deleg. coram.* Vel dic, quòd nõ est differentia inter mandatum procuratorium, & litteras de rato: Mãdatum procuratorium appellat hic litteras de rato, & sic intellige 3. *de officio deleg. coram.* 3. *de transact. contingit.* & ideo dicuntur litteræ de rato: quia in mãdato procuratorio, cõstituẽs semper adiicit in fine, quod ratum habebit, quicquid procurator fecerit super causa illa, ad quam datus est ff. de procu. l. si procuratorem. Et cautio rati danda est, quando de mandato dubitauit. *C. de procura. l. 1.* Ber.

† *Hinc pater sententias censurarum post appellationem latas non tenere, de quo vide Panormitanum in c.* considerauimus. supra de electio.

† *situm.*

b *Et infra* de procu. qui ad agẽdum. lib. 6. *Ioann. Andr.*

† *Concilium generale Lateran. sub Innocẽtio iij.* c. 1. & c. 3. c. ti. in 4. comp.

† *religionis Idem Gul. in Spec.* do procur. §. 1. ver. in præmissis. *Ioan. Andr.*

e ¶ *Repromisit.*] Non enim potuit propter hoc renunciare priuilegio suo. 3. *de arbi. cum tempore.* & quia nõ habuit assensum fratrum suorum, non obfuit, quia delictum personæ, &c. & 16. *q. 6. si episcopum. &* 3. *de exceptionibus. cum venerabilis.*

f ¶ *Præscriptione tueri.*] Hic de vna defensione, siue exceptione transit ad contraria, ar. 3. *de præsc. audiuit. ff. de excep. nemo* similiter de vna actione transit ad contrariam *ar.* 3. *de iud. examinata. C. de inof. tes. contra maiores. arg. contra* 3. *de appellationibus. sollicitudinem. ff. de tribu. quod in heredem.* §. *eligere. C. de non nu. pecu. Auth. contra qui propriam* d. Sed quid si debuit proponere omnes exceptiones infra certum terminum? Non videtur, quod postea sit audiendus. 3. *de excep. pastoralis.* Et qui in vna exceptione succumbit, volens aliam statim proponere nõ auditur, nisi hoc faciat infra terminũ præfixum. *insti. de execu. tut.* §. *qui autem.* Dicas, quòd si alicui competunt plures exceptiones, quæ non sunt contrariæ, in eo casu si non proponit omnes scilicet infra terminũ, postea non auditur, & sic intelligitur. §. *insti. de excu. tuto.* §. *qui autem.* nisi secundùm tenorem illius *decre. pastoralis* Si autem sunt contrariæ, putà, quia primo dixit se exemptum, & succũbit postea potest aliã proponere, putà præscriptionem e: vt hic, & *c. audiuit.* & *l. prædicta. contra maiores.* Contrarium tamen est in actionibus: quia tunc ab initio debet eligere, aliàs postea non auditur volens aliam intentare contrariam: vt *l. prædicta, quod in heredem* §. *eligere.*

d *Sol. casus est specialis & facit.* ff. de reg. iu. l. nemo ex his & quod ... *Ioan.*

e *Etiam simul posset hoc proponi, cum non sint contraria.* de priui. cùm personæ. lib. 6. *Ioan. Andr.*

Ne nimia.] Diuiditur. Primò nouam religionem prohibet in personis, & locis. Secundo pluralitatem locorum monachis & abbatibus ibi, *Nud.* Abbas.

Casus. Prohibet hic cõciliũ, ne aliquis de cætero nouam religionem inueniat, sed qui vult ad religionem transire, vnã de approbatis assumat. Itẽ qui voluerit nouã domum fundare, & regulã, & institutionẽ accipiat de approbatis: in fine prohibet ne in plurib⁹ monasteriis monach⁹ existat, nec vnus Abbas præsit plu-

fit pluribus monasteriis. Not. ꝙ diuersitas religionum reprobatur. Item qui fundat Ecclesiam, non nouam religionem dēt constituere, sed vnam de approbatis dēt assumere. Item vnus monachus non debet habere locum in diuersis monasteriis, nec vnus Abbas præesse debet pluribus abbatiis.

a ¶ *Nouam religionem.*] Nã nouum collegium nõ potest constitui inconsulto principe. *ff. de colleg. illi. l. 3.* sic nec noua dignitas sine auctoritate Papæ a. *s. de consue. cùm olim.* & 12. *dist. c. 1.*
¶ *Glo. seq. inducit duo similia.*
b ¶ *De approbatis.*] Sic qui nouam dignitatem instituit in Ecclesia, cõstituet eam secundùm consuetudinem aliarũ dignitatum. *s. de consue. cum olim.* similiter noua Ecclesia dēt regi secundùm consuetudinem aliarum. *i. de censib. super eo.*
¶ *Glo. seq. inducit alia duo similia.*
c ¶ *Pluribus monasteriis.*] Sic, patet, ꝙ nullus potest esse monachus, vel Abbas in pluribus monasteriis: sic etiam de iure nullus potest pfici in diuersis Ecclesiis sæcularibus. *s. de preb. de multa.* nec simul præbendam, & dignitatem habere. *s. de concess. preben. cum nostris.* & *c. litteras.* nec Abbas cum fratribus posset dispensare, vt monachus haberet locũ in diuersis monasteriis. *ar. s. de elect. constitutus.*

cætero nouam † religionem [a] inueniat: sed quicunque ad religionẽ conuerti voluerit, vnam de approbatis[b] assumat. Similiter qui voluerit religiosam domũ de nouo fundare, regulam, & institutionem accipiat de approbatis. ¶ Illud etiam prohibemus, ne quis in diuersis monasteriis locum Monachi habere præsumat, nec vnus Abbas pluribus [c] monasteriis præsidere.

TITVLVS XXXVII.

De Capellis Monachorum, & aliorum Religiosorum.

Vrbanus iij.

¶ *Ad Curam monasterio subiectã nõ Monachi, sed sæculares Clerici præficiũtur, & Episcopis subsũt.*

CAP. I.

IN † Ecclesiis, vbi Monachi habitant, populus per Monachum non regatur: sed Capellanus, qui populum regat, ab Episcopo per concilium Monachorum [d] instituatur: Ita vt ex solius [e] Episcopi arbitrio, tam ordinatio eius, quàm depositio, & totius vitæ pendeat conuersatio.

¶ Innocentius iij. Archipresbytero, & Clericis sanctæ Cæciliæ.

¶ *Si Ecclesia nõ cathedralis vẽdicat sibi ius in alia Ecclesia, obtinebit solũ quoad ea, quæ probabit sibi deberi præscriptione, vel alio legitimo modo. Hoc dicit secundùm communẽ, & verum intellectum.*

CAP. II.

DIlectus † filius M. syndicus Ecclesiæ vestræ, ab œconomo sancti Laurentij de Piscinula, in scrutiniis [f], baptismate, & Capitulis [g], & similibus subiectionem postulans, possessoriũ, & petitorium [h] intentabat. Cùm enim Ecclesia sancti Laurentij sit in parochia vestra sita, debet de iure communi [i] Ecclesiæ vestræ, in prædictis omnibus subiacere, quia nec priuilegium exemptionis habet, nec præscriptionem [k] pro se poterat allegare, cũ illa Ecclesia sanctæ Cæciliæ præscripsisset, sicut per testes dicebat legitimè cõproba-

DE CAPELLIS MONACHORVM, ET aliorum Religiosorum.

¶ *Supra visum est de religiosis, item de domibus religiosorũ in genere: nunc autem subiicit in specie de domibus religiosis, seu capellis monachorum. Abbas Sicul.*

De hac materia tractatur. 16 q. 2. & q. 1. *peruenit.* & in aliis c.

IN *Ecclesiis.*] Primo ponit dictum. Secundo ampliat ibi, *Ita vt.* Abbas.

Casvs. Statuit Vrbanus Papa, quòd monasteria quæ populum habent, habeant capellanum suũ institutum ab Episcopo de consilio monachorum, qui populum regat, & visitet, cùm necesse fuerit: cuius ordinatio, & dispositio ad Episcopum pertinet. Not. quòd monachi curam populi habere non debent. Item ordinatio, & dispositio presbyterorum ad Episcopum pertinet.

¶ *Glo. se. alleg. vnam concor. in contrarium alleg. 4. cano. & soluit.*

d ¶ *Monachorum.*] Hoc ius commune videtur: vt *s. de sta. mo. monachi.* vbi prohibentur poni per parochias. Signãtur cõtraria 16. *q. 1. dictos.* & *c. vos autem.* & *c. in parochia.* Sol. quod hic dicitur, intellige de monacho claustrali, qui non est à populo electus, nec ab Episcopo institutus: monachi debent habere capellanũ, qui ministret populo sacramẽta, ab Episcopo institutum de concilio monachorum, vt hic dicit: qui circumeat parochiã, cũ necesse fuerit: quod monachi facere nõ debent. Ibi de illis, qui præficiũtur parochialibus Ecclesiis per Episcopũ, hic nõ. & hoc c. loquitur. vbi est cõgregatio monachorum.

¶ *Glo. seq. recitetur per contrarium* de cano. 15. q. 7. &c.

e ¶ *Solius.*] Hoc ideo dicit: quia monachi non possunt remouere eum, sed si delinqueret, per Episcopum debet remoueri ordine iudiciario, & ita excluduntur monachi quantum ad hoc: sed si deberet deponi, tunc necessarij sunt alij Episcopi. 15. *q. 7. felix.* & *c. si quis tumidus.*

DIlectus.] Tria facit. Primò ponit petitionem actoris. Secundo defensionem rei. Tertio Papæ diffinitionem. Secunda ibi, *Ad hac.* Tertia ibi, *Nos.* Abb. Sicul.

Casvs. Syndicus Ecclesiæ sãctę Cęciliæ, nomine ipsius Ecclesię petebat ab œconomo sãcti Laurẽtij de Piscinula subiectionem in scrutiniis, baptismate, capitulis, & similibus, possessorium, & petitoriũ intentando, dicens, quòd cũ Ecclesia sancti Laurentij sit in parochia sanctæ Cæciliæ sita, de iure cõmuni debet ei in prædictis omnibus subiacere: cũ priuilegiũ exemptionis nõ habeat, nec pręscriptionẽ pro se poterat allegare, cũ Ecclesia sanctæ Cæciliæ præscripsisset prædicta, sicut per testes dicebat esse probatũ: prætérea cum inter prædictas Ecclesias coram C. Papa super prædictis quæstio verteretur, M. presbyter Ecclesiæ sancti Laurentij fuit sponte cõfessus, ꝙ Ecclesię sãctæ Cæciliæ debebat scrutiniũ, & baptisma: Et cũ Ecclesia sanctæ Cæciliæ vellet producere testes ad probãdũ ꝙ ille presbyter diuersis temporibus vocatus fuerat ad capitulũ, & ꝙ ad ipsũ venerat, dictus pbyter confessus fuit se vocatũ ad capitulum venisse: vnde C. restituit Ecclesiã sanctæ Cæciliæ quoad capitulum, quo conquesta fuerat se spoliatam, saluo iure proprietatis Ecclesiæ sancti Laurẽtij: per hoc ergo syndicus sãctæ Cæciliæ probare volebat proprietatem quoad scrutinium & baptisma, & possessionem quoad capitulũ: Ad hoc œconomus sancti Laurentij ex aduerso respondit, quod Ecclesia ipsa nullo medio pertinet ad Romanã Ecclesiam: prætérea ipsa Ecclesia fuit monasteriũ monialiũ, & generaliter seruatur in vrbe, vt nullũ monasteriũ titulo sit subiectũ: quare incõgruũ videbatur, vt regulares sæcularibus supponãtur: & dñs Papa in ipsa Ecclesia institutionẽ liberã exercebat, & destitutionẽ: Dñ. Papa his, & aliis intellectis, cõdẽnauit œconomũ sancti Laurentij syndico Ecclesiæ sãctæ Cæciliæ in scrutinio, & baptismo, ita tñ ꝙ p hoc nullũ pręiudiciũ generetur Romanę Ecclesiæ, si quã ius suũ fortè duxerit prosequẽdũ. In institutione verò, & destitutione, & capitulo œconomũ sancti Laurẽtij ab impetitione syndici sanctę Cęcilię prorsus absoluit, sibi super hoc perpetuũ silentiũ imponẽdo. Not. ꝙ in eodẽ libello pōt quis intẽtare possessoriũ, & petitoriũ super diuersis articulis, & etiã super eodẽ. Itẽ cõfessio syndici, vel procuratoris pręiudicat Ecclesiæ. Itẽ obediẽtia probatur per hoc, ꝙ quis vocatur, & venit ad capitulũ, vel consilium. Itẽ protestatio facienda est, ne factum proprium suæ Ecclesiæ noceat. Item in persona syndici formanda est sententia: & ideo condemnationis, & absolutionis sententia potest in procuratorem, vel syndicum proferri.

f ¶ *In scrutiniis.*] Sic *s. de ma. & obed.* his quæ Scrutiniũ hic, & ibi appellantur chatechismi, siue exorcismi, qui fiunt baptizandis per xx. dies ante baptismũ. de quibus legitur de conse. dist. 4. ante baptismum. & c. ante xx. & 10. *q. 1. peruenit.* Et est *scrutinium* vulgare Romanorum. aliter accipitur scrutinium. *s. de scruti. c. vnico.* & aliter accipitur in concilio Lug. *s. de elect. in electionibus.* & *c. quia propter.*

g ¶ *Capitulis.*] Id est, synodo, siue cõuẽtu, vbi vitia corrigũtur.

¶ *Gl. se. no. in eodẽ libello, & c. inducit duo similia, & subdit cãm.*

h ¶ *Et petitoriũ.*] Super diuersis c. scilicet petitoriũ quoad scrutiniũ, & baptisma, possessoriũ quoad capitulũ: & sic duę actiones simul in eodẽ libello possũt proponi, sicut & de possessione soli interdicto, vñ vi. pōt experiri, & de rebus vi ablatis ad exhibendum, vel vi bo. ra. ff. de vi, & vi ar. *l. 1. § si fundus.* de quo, & pro eadem re possunt ista duo simul intentari, & ab eadem parte: vt hic, & *s. de caus. pos. c. 2. 3.* & 4. & *cũ dilectus.* vbi materia ista expeditur, & *c. pastoralis.* Item & vnum iudicium sufficit ad plures societates. & *ff. pro soc. cum duob. § si plures.* aliàs incipit, lex ista, sub qua est iste. *§ si inter fratres ar. ff fa. ercis. heredes. § de plurib.* & *§ fi.* & hoc fit cã dirimẽdarũ litium. *ar. ff. de act. emp. l. non est nouum.* & *s. de cau. pos. c. ad Vestmum.*

i ¶ *De iure communi.*] *s. tit. prox. c. constitutus.*

k ¶ *Præscriptionẽ.*] Immò & si allegasset eã, nõ iuuaretur, nisi allega-

Vide Cardinalem cõsil. 39. *incip.* in aliquibus locis. & *Felinum* in c. Ecclesia sanctę Mariæ. supra de const. *adde* c. vnicum eo. tit. lib. 6.

a *Nec nouus sanctus vel noua reliquia* infra de reli. c. 1. & 2. *nec monasteria repentina.* C. de feriis à nullo iudice, *secũdum Host. Io. An.*

† Cap. 1. eo. ti. in 1. cõp. *Et vide concil. Trid.* sess. 25. tit. de regularibus c. 11. *adde glossam, & Archidiaconũ.* 16 q. 1. in summa.

† Cap. vnico eo. ti. in 3. com. *Vadete pro alio Henricũ Boich. hoc ipso c.*

† *Aliàs illam, & sic expone, scilicet: Ecclesiam sancti Laurentij, quia possidebatur ab Ecclesia sancta Cæciliæ, cùm sita esset infra parochiam suam, non è contra. Aliàs illa, scilicet iura quæ petebantur, quibus vsa erat Ecclesia sancta Cæcilia, non Ecclesia sancti Laurentij ita not. Hostiensis, quem sequor.*

b *Hæc scrutinia in septimana sancta fieri consueuerunt circa pueros postea in magno sabbato baptizandos, vt refert Hostiensis, & Io. And. hic ex Goffredo, & vide Archidiaconũ, & Io. And. in 2. de ele. lib. 6.*

e *Concor. suprà do test. significauerunt de cã pos. cum sub. Ioann. And.*

allegaret ei ex alterius persona. ī. de præscr. cùm ex officij.

a ¶ *Verteretur.*]Super diuersis articulis, scil. petitorio quantum ad scrutinium, & baptismo, & possessorio quoad capitulum, vt patet ex ipsa littera. Sed modò corā Innocentio agebatur possessorio, & petitorio, & quia non fuit modò probatum de proprietate quoad capitulum, absoluitur ecclesia sancti Laurentij quoad capitulum, vt in fine dicitur, dū Ecclesia Romana habuit ibi institutionē, & destitutionem, & ecclesia sanctæ Cæciliæ illa solummodo habebit postea, quę presbyter cō fessus fuit quantum ad proprietatē corā Cælestino Papa, cùm in omnibus aliis ecclesia sancti Laurentij pertineat ad ecclesiam Romanā vt in ne[illegible] atet.

a Et tamen super possessorio nō pronunciat, secundùm Innocentium: sed pōt dici quod pronunciauit in decisa secundùm Petrū. & Abbat., Ioan. And.

b ¶ *Sponte confessus.*] Et sic cōfessio procuratoris præiudicat dño: iste presbyter procurator erat ecclesiæ sancti Laurentij. De hoc notatur suprà, vt lite non contestata. c. 1. Et sponte, dicit: quia secus si coactus *infra de accus. c. si confiteatur.* Et confessus in vno iudicio facta corā Cælestino, valet hic in alio corā Innocentio, vt patet. Bern.

† ad hoc.

† ipsa.

¶ *Gloss. seq. alleg. vnam contra. & signat vnam contrariam.*

c ¶ *Vocatum.*] Per hoc igitur probatur possessio [b] obedientiæ, q[illegible] aliqs vocat[illegible] ad synodū venit. *arg.* ī. *de his quæ fiūt à maiori par te capituli. c. ex ore. arg. contra.* ī. *de rest. spoliat.*

b Sed non propriet.

d ¶ *Curauit.*] Eodem iure debuit pnūciare diffinitiuè super prædictis duobus articulis, sed noluit. Bern.

e ¶ *Scrutinium, & baptisma.*] In his duobus obtinuit, in omnibus aliis succubuit. vt ī. *sequitur.*

tum. Præterea cum corā C. Papa prædecessore nostro super prædictis inter vestram prædictam Ecclesiā, quæstio verteretur [a], M. Presbyter eiusdem Ecclesiæ fuit sponte cōfessus [b], quod Ecclesiæ sanctæ Cæciliæ scrutiniū, & baptisma debebat. Cū iure pars vestra testes, qui se illum diuersis temporibus ad Capitulū vocasse, ipsū que venisse asserebant, in mediū produxisset, eis iurare paratis, prædictus Presbyter se vocatum [c] iuisse ad Capitulum est cōfessus: vnde prædict[illegible] prędecessor noster Ecclesiā vestrā Capitulo, quo se conquesta fuerat spoliatā, saluo iure proprietatis Ecclesiæ sancti Laurentij restitui curauit [d], sicut in eius litteris continetur: per hoc ergo proprietatem quoad scrutinium, & baptisma [e], & possessionē quòad Capitulum, vester voluit syndicus cōprobare. Ad hęc † sancti Laurentij œconom[illegible] ex aduerso respondit, q Ecclesia illa † nullo medio ad Romanam Ecclesiam pertinebat. Cum enim monasteriu n Montalium fuerit, & generaliter seruetur in vrbe, vt nullū monasterium titulo [f] sit subiectum, incongruum videbatur, vt regulares sæcularibus supponātur: præterea vsque hodie nos in ea institutionē, & destitutionē liberam exercemus: & *infra*.

¶ Nos igitur auditis propositis, œconomum sancti Laurentij [g] syndico vestro in baptismo, & scrutinio condemnamus: ita vt per hoc Ecclesiæ Romanæ nullum præiudicium generetur [h], si

quando forte ius suum duxerit prosequendum. In institutione [i] autem, & destitutione, & Capitulo, œconomum ipsum ab impetitione syndici vestri prorsus absoluimus, syndico vestro super hoc perpetuum silentium imponentes.

¶ Honorius iij Epō Venetensi.

¶ *In prioratibus Monachorū non possunt singuli Monachi commorari, etiamsi super hoc habeāt rescriptum Apostolicum, nisi in illo fiat mentio de Lateranensi concilio.*

CAP. III.

Ex parte tua fuit propositum: *& infrà.* ¶ Abbas, & Cōuentus Riuen. † Veneten † diœcesis occasione litterarū [k] Apostolicæ sedis asserunt [l] sibi esse concessum, vt in singulis ipsorū Prioratib. singuli Monachi cōmorentur, si pluribus non suppetunt facultates eorundem.

¶ Cùm autem id obuiet Lateranen. concilio †, de quo nulla mētio [m] est in litteris antedictis: Fraternitati tuæ breuiter respōdemus, quod huiusmodi litteras ab Apostolica sede nō credimus emanasse. Quod si per occupationem [n] forsitan emanauerint, nolumus [o] per hoc derogari concilio supradicto.

¶ Idem Burdegalen. Archiepo.

¶ *Ordinarius compellit Abbatē, vt Monachos à Prioratib. reuocet ad claustrū, vel eis socios adiūgat.*

CAP. IV.

Ad audientiam nostrā peruenit, quod nonnulli Mo-

Apostolicas ad quosdā iudices impetrauerūt, ne Epūs diœcesis eos cōpelleret plures monachos ponere in quibusdā prioratibus suis, vbi singuli monachi esse consueuerunt, cū pluribus facultates non sufficerent eorundē, inquisita prius veritate de facultatibus prioratuum: occasione illarum litterarū dicebant sibi esse cōcessum, vt in singulis prioratibus suis singuli monachi cōmorentur, dummodo pluribus facultates non suppetant eorundem. Eps Venetēsis significauit hoc domino Papæ: & ipse rescribit ei dicēs, cùm illud obuiet concilio Lateranensi, de quo nulla fit mentio in litteris prædictis, respondet, q non credit huiusmodi litteras à sede Apostolica emanasse: quod si forsitan per occupationē emanauerint, non vult per hoc derogari concilio antedicto. Not. quod monachi in ecclesiis soli commorari non debent. Item si quis litteras impetrat contra aliquod ius, siue concilium, de ipso iure, siue concilio mentionem facere debet, aliter non valent.

† Riuensis. Rinen.

† Nanetan.

¶ *Gloss. seq. incipit casum.*

k ¶ *Litterarum.*] Litteræ istæ tales fuerūt. Impetrauerunt monachi illi litteras ad quosdam iudices [d], ne Episcopus diœcesanus cōpelleret eos, plures monachos instituere in quibusdam prioratibus suis, vbi singuli monachi esse consueuerunt, cū pluribus non sufficerent facultates eorundem: inquisita prius veritate de facultatib. prioratuum, occasione talium litterarum, dicebant, secundùm quod inferiùs continetur.

† Lateranensi concilio sub Alexandro iij. c. 10. refertur suprà de statu monachorum. c. monachi.

d Host. dicit istos fuisse coniudices contra diœcesanū. Io. And.

l ¶ *Asserunt.*] Et malè: quia licèt in ecclesiis illis nō possent es-

¶ *Gloss. seq. obijcit, & dupliciter soluit.*

f ¶ *Titulo.*]Id est, plebi sæculari 18. q. *Vlt. peruenit.* & *c. dudum.* Sed nōne subijcietur epō, qui est sæcularis? Sed illud est, vt dicit Vin. propter excellentiā dignitatis, immò verius videtur, vt Tit. dicitur, de iure cōmuni monachi possunt subesse titulo, i. plebi sæculari. 16. q. 1. *alia.* & *c. ecclesia habet. & c. alleg. arg.* 63. *dist. à subdiacono.*

c Facit quod no. de elec. nul. lib. 6. in vlt. gl. Ioan. And.

g ¶ *Oeconomū sancti Laurentij.*]Hic formatur sententia in psona procuratoris siue œconomi, nō tñ ipse conuenietur, vel cōuenitur actione iudicati, nisi esset defensor tantùm, vel dictus in rem suam ff. de procurat. Plautius. Arg. contra, q in persona domini ī. *de preb. licet.* De hoc traditur ī. *de elect. querelam.*

h ¶ *Generetur.*]Et sic Papa iudicat, q ei non obsit exceptio rei iudicatæ, simile ī. *de re iud. c. subiecta.* vnde bene præscribitur contra monasterium exemptum spatio legitimo xl. ann. licèt non contra Papam 16. q. 4. *vldumus.*

i ¶ *In institutione.*]Hic patet, q in quibusdam iuribus epalibus pōt præscribi, & non pphibe in alij, & ita fallit regula illa, q per paraméta termitus [illegible] vt ff. *de seru. ru præd.* [illegible] Vna. de hoc dicitur ī. *de præscr. auditis.* & hoc ideo est, quia ius epale est g[illegible] ius multa habens [illegible] sub se, quarum multæ enumerantur ī. *de off. ar. conquerente. & c. dilectus. in gloss.*

Ex parte.]Diuiditur. Primo ponitur cōsultatio. Secundo responsio ibi. *Cūm autem.* Abbas.

Casvs. Abbas, & conuentus Riuen. Veneten. diœcesis litteras

se plures monachi, non tamen Papa cōcederet, quod soli monachi in singulis prioratibus singulariter ponerētur: quia illud esset contra concilium Lateran. ī. *de sta. mo. c.* 2. & est expressum ī. *c. prox.* vnde litteræ illæ de conscientia Papæ non emanauerunt. Bern.

m ¶ *Nulla mētio.*]Et sic patet, q si quis litteras impetrat cōtra aliquod ius, siue concilium, nō valent, nisi fiat mentio de illo iure. ī. *de rescrip. nonnulli.* & ī. *de eta. & quali. cum te.*

n ¶ *Occupationem.*]Sic ī. *de sen. excom. si aliquando. C. de lib. cau. iubemus.* idem esset, si per importunitatem petentis. *C. de pe. bo. sublatis. l.* 1. *lib.* 10. *arg.* ī. *de rescr. si quando.*

o ¶ *Nolumus.*]Tamen si vellet, bene posset dispensare contra concilium: quia auctor illius concilij parem non habuit potestatem ī. *de elect. innotuit.* & Papa maior est, quàm concilium. ī. *de elect. significasti.*

e Sed hoc nō debet velle, propter periculū peccati carnalis concupiscētiæ, quod imminet sic existere: & sequentia solitaria vita religiosa inter homines conuersantes: & hoc considerauit concilium Lateran. vt ibi patet. Io. And. & Hostien.

Ad audientiam.] Primò ponit transgressionem concilij: quam secundo mandat corrigi ibi. *Ideoque.* Abbas.

Casvs. Significatum fuit dño Papæ, q quidam subiecti Archiepō Burdegalen. solitarij habitabāt in quibusdā Prioratibus contra statutū Lateran. concilij vñ mandat Papa eidē Archiepō, quatenus Abbates, seu Priores ipsorum, vt vel ipsos reuocent ad claustrum, facientes per clericos sæculares in eisdem ecclesiis deseruiri, vel associent illis alios monachos cum quibus vitam regularem obseruent, per censuram ecclesiasticā monitione præmissa cōpellat. Not. quòd monachi in ecclesiis soli sine

aliis monachis habitare non debent contra concilium Lateranen. Item Epi possunt compellere Abbates, ne monachos solos per villas dimittant.

a ¶ *Diœcesana.* i. iurisdictiõis. De hac lege no. s. de off. or. dilect.

b ¶ *Generalis concilij.*]Hic vocat Papa Lateranẽ. conciliũ generale, quod habes s. *de sta. mona. c. 2.* sed concilium Innocentij semper sic appellatur.

¶ *Gl. seq. ponit differentiam, quam improbat.*

† *Quod cita supra c. præcedẽti.*

c ¶ *Eisdem associent.*] Et ita Epi compellere debent Abbates, ne monachos per villas solos dimittant, secus in canonicis regularibus: si eligerentur ad regimẽ animarũ, nam illi non compelluntur alios secũ habere, nisi id cõmode facere possint. s. *de sta. mo. quod Dei timorem* sed ibi est collegium vñ idem videt de regularibus, scilicet qđ non debent esse soli in capellis.

† *claustra.*

nachi, lege tibi diœcesana[a] subiecti, in quibusdam Prioratibus habitant solitarij, contra statutum generalis concilij[b] †. Ideoque mandamus, quatenus ipsorum Abbates, seu Priores, vt vel ipsos ad claustrum † reuocent, facientes in ipsis Ecclesiis deseruiri per Clericos sæculares: vel alios Monachos eisdem associent[c] cum quibus vitam possint ducere regularem, monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam compellas.

TITVLVS XXXVIII.

De iure † patronatus.

¶ Ex concilio Mediolanensi. †

¶ Si propter discordiam patronorũ Ecclesia caret administratore, cessetur in Ecclesia à diuinis, tollũtur reliquiæ, & ostia clauduntur, si aliter sine scãdalo Ecclesiæ puideri nõ potest. Hoc dicit cum c. sequenti.

DE IVRE PATRONATVS.

¶ Supra dictũ est de præben. & dignit. item de relig. d. mo. item de capel. mona. sed quia ad istas sit institutio, nõnunquã per præsentationem patroni, & sic posset dubitari de iure patronatus, & de modo præstãdi: meritò post rubricas præcedentes subiicitur ista. Abb. Sicul.

De hac materia tractatur 16. q. 5. pręmẽtis. s. cũ ergo. vsque ad fi. q. 16. q. 5. si quis Eporũ.

† *De materia totius tit. vide latè per I. Abertinum in librum de iure patronatus.* adde conci. Trid. infra suo loco citandum.

† *In omnibus antiquis codicibus ex concilio Mediomatricen. Idem Burch. l. 3. decr. c. 42. & in 1. compil. eo. tit. in c. 1. Iuo. p. 3. c. 46 habet ex concilio Mediomatricensi c. 10. extat tamẽ hoc decretũ in conciliis vulgatis in synodo Cabilonensi sequnda habita sub imperatore Carolo Magno. c. 26.*

CAP. I.

PErlatum est: & infra. ¶ Nobis visum est, quod Ecclesia inter hæredes patroni diuidi non debeat[d]. Et si simultates[e] inter eos surrexerint, propter quas Sacerdos suo ibi offi-

PErlatũ est.] Duo facit concilium. Primò prohibet Ecclesiam inter patronos diuidi. Secũdò ponit, quid facere debeat Eps. cum patroni non ordinant Ecclesiã. Secunda ibi. *Et si.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliquando contingit, quòd vnus patronus Ecclesiæ relinquit plures hęredes: quilibet hęredum vult pro suo arbitrio Ecclesiam ordinare, cùm vacat: statuit conciliũ, quod inter hæredes patroni Ecclesia diuidi nõ debeat: & si discordia fuerit inter eos, propter quam sacerdos ibi ordinari nõ possit, Episcopus præcipiat, vt nullo modo Missarum solemnia celebrentur ibidem, donec ad concordiam redeant, & canonicè prouideant Ecclesiæ. Not. quod Ecclesiæ diuidi non debent. Item Episcopus potest compellere patronos Ecclesiarum discordantes per subtractionem diuinorum, vt ad concordiam redeant.

¶ Gl. seq. fortificat text. per rationem, ad quam inducit 4. iura. Secundo tractat, an iuspatronatus cuique patrono competat in solidum. In si quærit, & arg.

d ¶ *Non debeat.*]Quia ad mutabilitatem mundanarum necessitatum Ecclesia turbari non debet 10. *dist. lege. & 3. q. 6. hæc quippe. & 100. dist. 1. & j. eo. querimoniam.* Et nota, quod iuspatronatus apud vnumquemque hæredum est insolidum quoad omnem eius effectum *ff. de bo. li. si libertus. in fi.* præter sacerdotis præsentationem, quæ est apud omnes[a], ita quod apud nullum: vt hic patet, & j. *e. prox. sicut electio*: quia res simplex est, & indiuisibilis, & sic ad quemlibet hæredẽ in solidum transit. etiamsi ex diuersis, & inæqualibus partibus sint hæredes *arg. ff. de ser. vrb. C. de relig. si sepulchrum. & ff. eo. l. quod si locus. & ff. ad l. Falc. §. si vsusfructus & ff. de vsu, & hab. vsu.* quia incorporalia diuidi non possunt. *arg. 7. q. 1. nihil.* Quid si conueniant, possentne pacisci adinuicem, vt alternis vicibus præsentarent? *arg. quod sic ff. de vsusf. quotiens. ff. de seruis. vrb. in fine.*

aDe hoc articulo quod sit tenendũ, vide clementinam plures, de iure patronatus.

ADDITIO Et ff. commu. diui. l. communi diuidundo §. si de vsufructu anno contra, cum sit res spiritualis. vide cle. plures, eod. tit. eod.

e ¶ *Simultates.*]Id est, latentia odia, siue discordiæ.

f ¶ *Celebrentur.*] Sic 16. q. 7. *considerandum. & c. si plures.* sed hoc hodie seruari nõ debet, si aliquo modo sine scãdalo possit Ecclesia ordinari j. *eo. quoniam.* Ber.

QVæcunque.] CASVS. Si patroni Ecclesiæ discordes fuerint, vt eam nolint de vno pr̃sbytero ordinare, si Eps aliter Ecclesiæ consulere non poterit, tollat inde reliquias, & claudat ostia ecclesiæ, nec diuinum ibi celebretur officiũ, donec canonicè vnum elegerint presbyterũ. Ista duo c. reducenda sunt ad c. sequẽs. Not. quod Episcopus põt cõpellere patronos discordantes ad ordinãdam Ecclesiam de vno presbytero.

cio canonicè fungi non possit: si aliter prouideri nõ poterit, pręcipiatur ab Episcopo, vt nullo modo ibi Missarum solẽnia celebrentur[f], donec ad concordiam redeant, & Ecclesia Sacerdotem canonicè habeat, qui libere suum ministerium valeat exercere.

¶ Ex concilio Tiburieñ. †

¶ Summatum est in c. prox.

CAP. II.

QVæcunque Ecclesia: & infra. ¶ Si contingat pro Ecclesia dissidere patronos, vt eam nolint sub vno Presbytero procurari †, Episcopus (si aliter non poterit ipsi cõsulere) tollat inde reliquias[g], atque eiusdem Ecclesiæ claudat ostia, vt sacrum mysterium † nullus in ea celebret antequam vnum eligant Presbyterum, qui sacrosancta sit idoneus procurare.

¶ Gl. seq. ponit triplicẽ lecturam. Melen. Ioan. Fauen. & Alani.

g ¶ *Reliquias.* Quidã dicunt, sicut Melẽdus, quod hoc c. nõ tenet, & illa c. similiter non tenẽt. 16. q. 7. considerandũ & c. seq. quoniam. & c. eã te, nisi forsitã ex facto Episcopi magnũ scandalũ oriretur, tunc posset seruari hoc, qđ hic dicit ad tẽpus, qđ satis videt. Ioan. Fauen. dicebat: tollat reliquias, i. non ponat. Alanus intelligit de reliquiis, quæ sunt in capsis extra altare, qđ est verum, quia de illis, quę sunt in altari non intelligitur.

† *Concilium Triburiense c. 32.* Burch. l. 3. decr. c. 224. Iuo. p. 3. c. 283. & c. 2. eo. tit. in 1. comp.

† *in vno vetere codice alterum manu erat scriptum, ordinari.*

† *Aliàs ministerium, quod agnoscit hic Hostiensis.*

¶ Ex concilio Laterañ. †

¶ Si patroni in præsentãdo discordant, præfertur præsentatus à maiori parte, si est idoneus: & si hoc sine scandalo fieri nõ potest, vel patroni infra tempus debitum non præsentant, Episcopus ordinabit Ecclesiã.

CAP. III.

QVoniam † in quibusdam locis fundatores[h] Ecclesiarum, vel eorum hæredes, abutuntur potestate sibi ab Ecclesia cõcessa: quia cum vna Ecclesia vnius debeat esse rectoris, ipsi in discordia plurimos præsentant: vnde statuit Lateraneñ conciliũ, vt si forte vota patronorũ in plures partes se diuiserint, ille præficiatur Ecclesiæ, qui plurimorum eligitur, & approbatur assensu, & aliàs idoneus fuerit.

QVoniã.] Primò ponit abusũ patronorum. Secundò constitutionem ibi, *Præsentis.* Abb.

CASVS. In quibusdam locis patroni Ecclesiarum, vel eorum hæredes, abutuntur potestate sibi ab Ecclesia cõcessa: quia cum vna Ecclesia vnius debeat esse rectoris, ipsi in discordia plurimos præsentant: vnde statuit Lateraneñ concilium, vt si forte vota patronorũ in plures partes se diuiserint, ille præficiatur Ecclesiæ, qui plurimorum eligitur, & approbatur assensu, & aliàs idoneus fuerit. Si autem hoc sine scandalo fieri non poterit, Episcopus ordinet Ecclesiam, secundum quod melius sibi visum fuerit: In fine dicit. si de iure patronatus quæstio emerserit inter aliquos, & illa infra quatuor menses non fuerit diffinita, ex tunc superior ordinet Ecclesiam. No. quod ex fundatione Ecclesiarum acquiritur iuspatronatus. Itẽ plures Rectores non debent institui in vna Ecclesia. Item electio maioris partis tenet, dummodo electus sit idoneus. Item propter scandalum aliquando receditur à iure. Itẽ si quæstio iuspatronatus infra quatuor menses non finiatur, Eps postea ordinare potest Ecclesiam.

¶ Gloss. seq. recitatur per q. an refectione, &c. & ponit opi. Lau. quam determinat, secundo quærit. arg. pro, & cõtra. & tenet vltimum.

h ¶ *Fundatores.*] Not. quod ex fundatione[b] Ecclesiæ acquiritur iuspatronatus, vt hic, & 16. q. 7. *filiis. & j. eo. nobis.* sed ex refectione, vel reparatione non acquiritur: vt dicebat Lau. *arg. ff. ne quid in loco publ. l. prætor. §. viciniales.* ea videlicet ratione, quia quod humani iuris esse desijt, seruitutem non recipit. *ff. commu. prædi. tam vr. quàm ru. l. cauere.* quod intelligo, cum omnino non est destructũ monasterium, vel Ecclesia: sed si funditus destructum sit, & de consensu Epi aliquis vellet reædificare Ecclesiã, credo quod acquirat iuspatronatus, quia perinde est, ac si ab initio Ecclesiam construxisset. j. *de fons consecr. In dicta consuluit. arg.* Item quid si reædificata est Ecclesia de eadẽ materia nunquid prior patronus remanet patronus? Videtur, quod sic. quia eadem Ecclesia intelligitur. *ff. de iud. proponebatur. 19. 7. q. 1. denique. & arg. ff. de vsusf. si in area. & ff. de seruitute. vrb. prædi. seruitutes. §. si sublatum.* & hæc Ecclesia loco prioris succedit, vnde eadem intelligitur. *arg. ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. & ff. ... ff. de vsus. ... in prin.*

adde Lapũ alleg. 77. adde Baldum in l. 1. ff. de senator. & Lambertinum de iure patro. l. 1. p. 2. ar. 8. q. 2.

† *De intellectu, & materia, vide Hostiensem in summa eo. tit.* §. quid iuris.

b *Vide concilium Trid.* sess. 14. de refor. c. 12. & sess. 25. de refor. c. 9.

c *Per hanc l. dixit vsum. infrà c. significasti. quod si aliquis construxit Ecclesiã, & eam dotando probatur; ff. de crematũ sibi non possit acquirere.* Ioan. And.

ff. de

ff. de ser. ru. prædi. Attilicinus. arg. contra quia desinit esse patronus, & obligatio semel extincta, & c. de solu. quæ res. §. aream. & de consecra. dist. 4. quarto, quod verius videtur.

a ¶ *Abutuntur.*] Et ita perdere debent priuilegium. 11. q. 3 *priuilegium. & 74. dist.* vbi ista didicisti.

b ¶ *Qui maioribus.*] Simile. 63. *dist. si fortè.* Sed nunquid requiritur, quòd maioris sit meriti, & quòd plures cum præsentent? hoc videtur velle hæc littera, sed videtur sufficere, si sit idoneus, dum tamen habeat maiorē partē, licèt alius sit melior. De hac materia dicit. s. de elec. ecclesia vestra.

c ¶ *Sine scandalo.*] *Arg. quod propter scandalum receditur à iure. s. de preb. cùm teneamur. & j. de no. ope. nun. cum ex iniuncto & s. de tem. or. ad aures.* vbi de hoc.

d ¶ *Ordinet antistes*] ponendo ibi rectorē, ita quòd ipsū postea repræsentet, si voluerit. *arg. j. eo. si verò.*

e ¶ *Infra quatuor.*] *j. eo. cùm pp.* contra. *j. c. eam te* vbi soluitur.

Præterea]Duo sunt dicta. Secundū ibi, *Clericum.* Abb. Siculus.

CASVS. Quidam laici patroni in tantam audaciam prorumpūt, vt sine auctoritate Episcoporū clericos instituāt in ecclesiis, & destituāt: & possessiones, & alia bona ecclesiarū pro sua voluntate distribuant: ppter quod Laterañ. conciliū decernit illos anathemate feriēdos. Clerici verò, qui ecclesias de manibus recipiūt laicoru sine auctoritate episcopi sui, communione priuentur: & si eas non dimiserint, à ministerio ecclesiæ, & ordine deponātur. No. qd laici etiam patroni de rebus ecclesiarum spiritualibus, vel temporalibus, sine auctoritate episcopi sui nihil disponere debent. Itē sine auctoritate episcopi clerici non debent institui in ecclesiis. Itē pœna clerici recipiētis beneficium de manu laici est, vt communione priuetur. Item pœna clerici nō dimittentis beneficiū receptum à laico est, quod deponi debet.

f ¶ *Instituant.*] 16 *q. 7. laici. & c. per laicos.*

g ¶ *Ecclesiastica.*] 16. *q. 7. decimas.*

h ¶ *Per laicos.*] *j. de priuileg. cùm & plantare.*

¶ *Gl. sequens opp. signat littera contrarium, & remittit.*

i ¶ *Communione priuetur.*] Et ita non est ipso iure suspēsus, qui recipit ecclesiā à laico, & per hoc intellige illos canones. 16. q. 7. *si quis deinceps* c. cum aliis c. seq. quæ hoc dicere videntur. Item alia pœna etiam imponitur ei, qui per abusum laicorū cōsentit suæ electioni, quia fit inelegibilis. *s. de elect. quisquis. ar. contra j. eo cura.* q sic. ecclesia possit haberi per laicum. ibi soluitur.

Quod autē.] Duo sunt dicta. Secūdum ibi, *De cætero.* Abb. Sicul.

CASVS. Patronus Ecclesiæ ad vacantem ecclesiam præsentauit prælato (ad quem pertinet institutio) clericū idoneum: clericus ille non fuit à prælato admissus: postmodum patronus volūtate mutata aliū idoneū præsentauit, qui fuit ab Epo institutus, & in possessionem inductus: quæritur quis istorū alteri præferri debeat? Rūdet, q in casu isto melior est conditio possidentis, qa antequā præsentatio per Epm approbetur, ratum nō est, quod à patrono fuit inchoatum. Not. q licitum est laico patrono variare ante institutionē præsentati. Item nota casum, in quo melior est conditio possidentis, scilicet quando laicus patronus præsētat primò vnum, nec recipitur, & præsentat secūdò alium, & recipitur: secus est in clerico patrono.

ecclesiarum, aut hæredes eorum, potestate, in qua eos Ecclesia hucusque sustinuit, abutūtur [a]: & cùm vna Ecclesia vnius debeat esse rectoris, pro sua dissensione † plurimos repræsentant: Præsenti decreto statuimus, vt si forte in plures partes † fundatorum se vota diuiserint, ille præficiatur Ecclesiæ, qui maioribus [b] iuuatur meritis, & plurimorum eligitur, & approbatur assensu. Si † autem hoc sine scandalo [c] esse nequiuerit, ordinet [d] Antistes Ecclesiā, sicut meliùs eam secundùm Deum viderit ordinandam. Et id ipsum etiā faciat, si de iure patronatus quæstio emerserit inter aliquos, & cui competat infra quatuor [e] menses non fuerit diffinitum.

¶ Ex eodem †.

¶ *Excommunicantur patroni Laici, qui clericos instituunt, & destituunt in Ecclesiis eri ā patronatis, vel bona ipsarū aliter administrāt. Et Clerici, qui institutionem Laicorum recipiunt, communione priuentur.*

CAP. IV.

PRæterea quia in tātum quorundam Laicorum processit audacia, vt Episcoporum auctoritate neglecta, Clericos instituāt [f] in Ecclesiis, & remoueant, cùm voluerint: possessionē quoque, atque alia Ecclesiastica [g] bona, pro sua voluntate plerunque distribuant, ipsos anathemate decernimus feriendos. Clericus autem, qui Ecclesiam per laicos [h] sine proprij Episcopi auctoritate receperit, communione priuetur [i]: & si perstiterit, à ministerio Ecclesiastico, & † ordine deponatur.

¶ Alexander iij. Eboracen. Archiepiscopo.

¶ *Si patronus laicus successiuè præsentat duos, & secūdus instituitur ab Episcopo, valet institutio. Hoc dicit primò. Patron.* nō potest *Clerico, vel alteri Ecclesiæ cōferre Ecclesiam patronatam, vel aliter donare.*

CAP. V.

QVòd † autem consulis, si Clericus idoneus ad vacātem Ecclesiam præsentatus, non fuerit ab Episcopo diœcesano admissus, & postmodum alius idoneus præsentatus, & institutus ab Episcopo possessionem tenuerit corporalem: an primo Clerico ecclesiam petente, debeat posterior remoueri, vel posterior priori præferri: Dubium non est, quin in casu isto melior sit conditio possidentis [k]: quoniam antequam præsentatio per diœcesanum Episcopum approbetur, ratum non est, quod à patrono fuerat inchoatum. ¶ De cætero tuæ prudentiæ respondemus, quòd si Laici Clericis, vel collegiis, de concessionibus, vel donationibus instrumenta confecerint † in hæc verba, vel similia: Concessi, vel dedi Ecclesiam, præsenti charta firmaui: si consensus [l] Episcopi non accesserit, nihil agi videtur: quia pro nō dato [m] habetur, quod ab illo datur, qui nō potest de iure donare.

¶ Idem Exonien. † Epo.

¶ *Comparans, vel emens iuspatronatus, eo spoliari debet. Vel sic: Qui emit iuspatronatus, vt possit præsentare filium, vel nepotem, seu quem vult, eo priuari debet, h. d. Et vtraque lectura potest sustentari.*

CAP. V.

QVia † Clerici quidā aduo-

k ¶ *Possidentis.*] Sic *j. eo. pastoralis.* hoc intellige, cū laicus præsentat: secus si ecclesiastica persona, cui taliter variare non licet. *j. eod. cum autem* sed episcopus punit, vt in *c. pastoralis.* & est simile *s. de præscr. ad aures.* & ita ille potior est in iure, qui prior possessionē fuerit adeptus.

ADDITIO. De hac materia tractatur. *s. de off. ordi. cum Vos. & melius s. de offi. leg. dilectus.*

DE CÆTERO. Aliquis laicus patronus concessit ecclesiā, & instrumentum fecit sub hac forma: Ego talis concedo, & do ecclesiam talibus clericis, siue collegiis, & præsenti charta cōfirmo: quæritur, an talis concessio teneat? Respondet Papa, si consensus Episcopi nō accedat, nihil agitur: qa pro non dato habetur, quod datur ab illo, qui donare non potest. Not. quòd laicus ecclesiam nemini dare pōt sine consensu episcopi. Itē pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui de iure donare non potest.

¶ *Glossa sequens quærit, ponit solu. Lau.*

l ¶ *Si consensus.*] Et ita si cōsensus Episcopi accesserit, valet talis donatio, vel cōcessio. *j. eod. c. illud. & c. nullus.* Sed quid intelligitur dare patronus ecclesiam dare non potest: quia ad eum nō pertinet: immò ad epm Lau. dixit, qd iuspatronatus solūmodo intelligitur donare, quod suū est, de consensu tñ epi. *s. de dona. pastoralis.* ne delusoria intelligatur donatio: vt res potiùs valeat, q pereat. & ar. *ff. de leg. 1 si domus. §. Vlt.* & hoc probatur ex eo, qd dicit, pro non dato habetur, &c.

¶ *Glossa sequens signat contrarium.*

m ¶ *Pro non dato.*] Sic ergo pro nō dato habetur, qd ab illo datur, qui de iure dare non pōt *ff. de acqui. re. domi. traditio. & C. de pæ. l. 2. ff. eo l. 2. §. Vlt & j. de do. post diuor. rest. nuper & C. qui & sua iurisd. dare dare Ve pos. l. Vnica. & 1. q. 7. Dasbertum. Arg. cōtra. j. eo. cura.* & melius *c. cōsultationib.* Supple hic, nec est in possessione, vel quasi: aliàs si esset in quasi possessione nō vi, nō clā, nō precario, nulla quæstione sibi mota: quia tūc ius acquiritur psentato, & obtinet. *j. eo. ex litteris. & c. consultationibus.* sed isti laici erāt in possessiōe saltē de facto: & nisi cōsensus epi accesserit, non valet donatio, & ita cōcordat cū illa. *j. eo. cura*

Quia clerici.] Primò ponitur excessus. Secundò pœna ibi, *Eosdem.* Abb.

a *De hoc articulo vide, quæ scitaus supra in cōstitutis. 46. de appellatio.*

† *Defensione, legit in concilio. alias dispensatione.*

† *Aliàs, personas.*

† *De intellectu huius §. vide Lābertinum tract. de iure patr. art. 9. q. 1. 2. p. 1. 2.*

† *Scilicet concilio Lateran. sub Alex. iij. c. 14 §* præterea & c. 5. eo. tit. in 1. compil.

† *Vel.*

b *Quod credo. Tanc. & Vin. idem Hostiensis.*

cùm nec laici sine excōmunicari supra proximo responso. Ioan. And.

c *Vbi de hoc & suprà de renun.* q in dubiis. *& habēt locum hac iura, vbi Laicus dat ecclesiā in titulum. secus si in propria tatē, secūdum Vin. Ioan. And.*

† *Post concilium Lateran. sub. Alex. iij. p. 25. c. 1. §.* qa autem. & c. 7. eo. tit. in 1. compil.

d *Si verò laicus præsentās non variasset præsētat' ab eo remoueret quemlibet institutum. de re su. cùm Bertholdus. Io. And.*

† *Aliàs, confecerint.*

† *Exon.*

† Cap. 8. eo. ti. in 1. cōp. *Et post concilium Lateran. p. 15. c. 4. Et de intellectu Lābertinus* de iurepatro. ar. 2. q. 5. p. 2. d. 1.

CAsvs. Quidam clerici comparant ius patronatus Ecclesiarũ, vel alio modo, quo possunt, acquirunt, vt postmodũ cũ vacauerint, eo. a fil. j. vel nepotes præsententur ad eas: pcipit Papa Epo Exonien. vt hoc districtè prohibeat, & eosdẽ clericos aduocationib. aliter acquisitis appellatione remota spoliet. No. quod q iuspatronatus emit, eo debet priuari.

a ¶ *Aduocatias.*] i. ius patronatus. a, q qñq; uĩ aduocatio, vt hic: qñq; vicedominatus, vel custodia, siue guardia: vt j. eo. *præterea.* Itẽ dĩ ius frequẽtationis, vel processionis. 16. q. 7. *piamẽtu.* & c. *Frigẽtius.* qñq; *gratia.* 16. q. 1. *si quis Episcoporũ.* Tan. ¶ *Gl. seq. reci. per cõtrariũ de decr.* j. ca. prox.

b ¶ *Comparant.* Per se tantũ: qd esse nõ põt, cum sit spirituali annexũ. j. *eo de iure.* sed cũ vniuersitate potest obligari. j. *eo. c. prox.* & *Vendo.* j. *eo. c. cum saeculum* b. ad instar fundi dotalis. ff. *de fun. do. l. 1.* ff. *de acquir. rerum dom. l. quadam.* ¶ *Gloss. seq. recitetur per quæstionẽ, quam soluit, signat contrarium, & ibi remittit.*

c ¶ *Filij.*] Licèt aliquis sit patronus, se præsentare non põt. j. *eo per nostras.* filios autẽ satis credo, q possit præsẽtare c. ff. *quod cuiusque. Vni. l. illud.* Ar. cõtra. j. *eo. cõsulut.* vb de hoc. ¶ *Glo seq. quærit, & soluit, refert aliam quæstionem, arg. negatiuè, & illud tenet.*

d ¶ *Spoliando.*] Sed cui applicabitur? Potest dici, q Ecclesiæ, cui per huiusmodi emptionem facta est simoniaca iniuria. *arg.* j. *de simo. de hoc.* & 17. q. 4. *si quis in atrio* d. & sic Ecclesia erit patrona sui ipsius. Sed quid si ipsa eadẽ Ecclesia emisset iuspatronatus à suo patrono, nunquid amittit patronus iuspatronatus, vt sic remaneat apud ipsam Ecclesiam? *arg. quòd non:* j. *eod. illud.* quia venditio nõ tenuit: quia spirituale, vel spirituali annexum vẽdi non potest. j. *de simo. querelam.* & j. *eo. de iure.* & sic remanebit penes patronum restituta pecunia. Ar. cõtra posset hic colligi, quia hîc dicitur, quod emptor spolietur, & non vẽditor: vnde eo ipso q imponitur pœna emptori, & non venditori, videt remanere penes ipsum patronum iuspatronatus: quia si voluisset priuari, hoc dixisset sicut de alio. Vel dic, quod prius dixi. Bern.

catiis a † Ecclesiarum comparant b, vel quocũque modo possunt, acquirunt, vt postmodum, eorum filij c, vel nepotes ad easdem Ecclesias præsentẽtur: Præcipimus, vt id arctius inhibere procures: eosdem ad uocationibus taliter acquisitis, appellatione postposita spoliando d.

¶ Idem Herforden. † Episcopo, & Abbati de Fordo.

¶ Iuspatronatus consistẽs in aliqua vniuersitate temporaliũ, transit cũ ipsa vniuersitate, etiãsi vniuersitas transeat tantùm quoad vtile dominium, nisi iuspatronat' specificè sit exceptũ. Hoc dicit. Et est notabilis casus & quotidie allegatur.

CAP. VII.

EX † litteris I. Salabrien. † Episcopi accepim' quòd defũcta persona Ecclesiæ de Laton. G. miles, qui villam, in qua Ecclesia sita est, à monasterio de Vinton. ad firmam e tenebat, ad eandem vacantem G. † Clericũ prædicto Episcopo præsentauit: postmodum Abbatissa prædicti monasterij alium præsentauit f eidem, ad Ecclesiam suprascriptam †: quo nolente præsentatum ab ea recipere, apud Cantuariensem g Archiepiscopum, grauem de Episcopo deposuit, quæstionem: & *infrà.* ¶ Mandamus, quatenus si vobis constiterit, quòd prefato militi præscripta villa fuerit, nõ excepto h iure patronatus, ad firmam cõcessa: vel i antequam de iure patronatus inter Abbatissam, & militem controuersia esset suborta, præfatus G. † in præscripta Ecclesia per Episcopum, ad præsentationem militis institutus fuisset: ei (dummodo alias sit idoneus) adiudicetis Ecclesiam, ita quod si Abbatissa obtineat aduersùs militem, illi de temporalibus debeat respondere.

¶ Idem Vintonien. † Epo.

¶ Si Laicus Clerico, vel Religioso loco concedit Ecclesiam sine cõsensu Episcopi: nõ obstãte tali cõcessione, quæ non valet, ad ipsam Ecclesiam, cum vacauerit, poterit præsentare, & eam alteri Ecclesiæ de consẽsu Episcopi poterit cõcedere. Hoc dicit cum c. cùm Laici. & c. suggestum, infrà. eo.

EX *litteris.*] Diuiditur in duas partes. Primò ponitur querela Episcopi. Secundò dantur sibi iudices, & instruunt, quomodo debeant diffinire ibi, *Mandamus.* Abb. Sic.

CAsvs. Abbatissa, & moniales monasterij de Vinton. quondã villam suam, in qua sita erat Ecclesia de Laton. pertinens ad monasterium ipsum locauerũt ad firmam G. militi. miles ille ad Ecclesiã ipsam postmodũ vacantẽ præsẽtauit Episcopo V. clericũ, quẽ Eps instituit: postmodũ abbatissa prædicta Episcopo aliũ præsentauit: sed Eps admittere noluit præsentatũ ab ipsa: vnde abbatissa apud Archiepiscopũ Cantuarien. de Epo deposuit quæstionẽ: q primũ præsentatũ fecit remoueri, & secundum sibi præsentatum fecit institui, vnde orta fuit cõtentio inter eos: Salabrien. Episcopus qui primum instituerat, significauit hoc domino Papæ: vnde mandat iudicibus, quatenus si constiterit, q prædicto militi prædicta villa fuerit concessa, non excepto iure patronatus, vel etiam si constiterit, q antequã de iure patronatus inter abbatissam, & militẽ controuersia orta esset, præfatus V. institutus fuisset per Episcopum ad præsentationẽ militis, Ecclesiã eidem adiudicent, dummodo idoneus sit: ita q si abbatissa obtineat aduersùs militẽ, prædictus V. illi de temporalibus debeat rñdere: & sic in vtroque casu obtinebit. Not. q iuspatronatus transit cum vniuersitate, nisi specialiter excipiatur. Itẽ lite mota super iure præsentãdi, vel eligẽdi, præsentatio postea fieri nõ debet, vel electio: & si fieret, non debet confirmari, vel infirmari pẽdente quæstione iurispatronatus, vel electionis. Item præsentatio facta ab illo, qui in possessione iurispatronatus est, valet.

¶ *Gloss. seq. ponit opinionem.*

e ¶ *Ad firmã.*] Dicũt qdã q talẽ cõtractũ celebrauerũt inter se, q vtile dñiũ transiret in conductorem, & sic in ipsum trãsiuit iuspatronatus: secus in creditore s. *de re iud. cum Bertholdus* B.

f ¶ *Præsentauit.*] Supple, & Episcopus ipsum recepit.

g ¶ *Apud Cantuariensem.*] Qui fecit primũ remoueri, & institui præsentatum per abbatissam, vnde orta fuit contentio inter eos.

h ¶ *Non excepto.*] Arg. cõcessum videri, quod nõ est nominatim exceptum. j. *de spon. cùm apud* e. Item *arg. quòd idẽ iuris est in toto, & in parte. arg.* ff. *de offi. præ. Vr. in l. 1. §. 3.* & 12. q. 2. *cognouimus* f. De hoc tractat s. *de transla. inter corporalia.* ¶ *Gl. seq. reci. per quã iã cõmota est quæstio, &c. arg. negatiuè per hoc c. ponit opi. cõtrariã, soluit dupliciter, & respondet ad cõtraria. Iterũ reassumit opi. contrariam in si. obijcit, & soluit.*

Casus. Patroni Ecclesiarum iuspatronatus titulo donationis, vel emptionis, vel alijs contractibus pro arbitrio suo, in alios transferre præsumunt, & alias exceptiones ab eis exigunt, tãquam à proprijs rusticis: vnde statuit concilium, quod ab huiusmodi grauaminibus cessare debeãt, & nihil aliud exigant præter antiquos reditus ab Episcopis institutos, & si aliud exegerint, excommunicentur. Contractus huiusmodi, si quos fecerint, statuit Papa non tenere. Not. quod patroni Ecclesiarum id solum ab Ecclesia debent habere, quod à canonibus reperitur concessum. Item contrafaciens excommunicari debet. Item iuspatronatus vendi, vel emi non potest.

b ¶ *Aduocati.*] Id est, patroni.

c ¶ *Ius aduocationis.*] i. iuspatronat[us], vel potius ius aduocationis: nã alij dicũtur patroni, & alij aduocati[c], vt j. eod. c. patet.

d ¶ *Emptionis.*] Qualiter iuspatronatus trãsferatur vẽditione, seu alijs modis, dictum est s. eo. cum sæculum.

e ¶ *Fodrum.*] Fodru est collecta quam imponebant isti patroni Ecclesijs, & est vulgare Lombardorum.

f ¶ *Albergarias.*] Id est, pactiones quæ debentur pro comestionibus.

g ¶ *Regium.*] Quod regi debetur siue tributũ regi debitum. 11. q. 1. si tributum. & 23. q. 8. conuenior.

¶ Glo. seq. recitatur per quæstionem, an cẽsus possit patrono constitui.

h ¶ *A locorum Episcopis institutos.*] Statui ergo possunt reditus patrono vice tributi, siue pẽsionis: vt hic patet, & 23. q. 8. tributum. & ar. 18. q. 2. Eleutherius. & hoc ante consecrationem Ecclesiæ & non post[ea]. ar. C. de dona. quæ sub mod. l. perfecta. & 16. q. 1. finis. potest etiã statui vice beneficij, & ante, & post 16. q. 6. illud, & q. 1. possessiones. & q. 5. clerici. & c. si Episcopus. amplius vero habere nõ debent, quam reperiatur in iure permissum. j. de pœnis in quibusdã. quod si præsumpserint, puniantur, vt hic dicitur, & in c. in quibusdam. & s. de statu mona. in singulis. in fi.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & remittit.

i ¶ *Contractus quoque huiusmodi.*] i. e quibus præmissum est, i. donationis, venditionis, & alijs: & sic patet, quod iuspatronatus vẽdi nõ potest. s. eo. quia clerici. & c. de iure. vel donari sine cõsensu Episcopi, s. eo. nullus arg. cõtra. s. eo. illud. ibi soluitur.

CVm autem.] Laicus patronus vno præsentato potest alium præsentare, secus in patrono clerico. Et secunda pars ibi, *Verum.* Abb. Sicul.

Casus. Patronus ad vacantẽ ecclesiã clericum idoneum præsentauit Epo. & eo non reprobato postmodũ aliũ præsentauit idoneũ. quæritur, quis præferri debeat? Respõdet Papa iudicio epi est relinquẽdũ. Et hoc verũ est, si laicus fuerit præsentator. sed si collegiũ, vel Ecclesiastica persona præsentationem habuerit, qui prior est tẽpore, potior est iure. Not. quod laicus patronus variare potest in præsentando, antequam præsentatus sit admissus: collegium, vel ecclesiastica persona non potest variare. Item qui prior est tempore, potior est iure.

k ¶ *Alium.*] Dando secundum videtur recedere a priori: sicut ille qui plures constituit procuratores diuersis temporibus ff. de procurato. si quis cum procuratorio § vlt. & s. de procuratoribus, non iniuste.

¶ Glo. sequ. de gratificatione. alle. iura in cõtrarium. alle. 3. & sol.

l ¶ *Iudicio Episcopi.*] Et sic locus est gratificationi ff. loca. in naue. in fi. s. de of. dele. de causis. 21. 26. q. 7. tẽpora ff. de relig. l. vl. ff. qui satisd. cog. de die. Sed contra est j. eo. c. in fi. C. de dila. q̃m plerumque. ff. de fideicom. libert. generaliter. § quid ergo. Sol. cum dubitatur, quis potior sit in iure, locus est gratificationi[f], vel cum aliquis non potest subuenire vtrique. ff. ad Sillania. si quis in grau. § si cum omnes.

m ¶ *Ecclesiastica persona.*] Quia clerici patroni pingui[us] ius habẽt, quã laici arg. 16 q. 5 si quis episcoporum. vel quia clerici variare non debent, in pœnam eorum hoc statutum est. Ala.

n ¶ *Qui prior est tempore.*] Sic j. eo. pastoralis & ita habes hic, quod qui prior est tempore, potior est iure. s. de maio. & obe. c. 1. vbi de hoc g.

† Cap. 5. sub. de ætate. in 3. compil. Et de intellectu Lambertinus de iure patro. art. 9. q. 1. p. 2. l. 1.

† Vox, cõtrouersiæ deest in omnibus antiquis exemplaribus.

† Cap. 29. e. tit. in 1. cõpil. extat integra clausula in c. 15. tit. de haere. in 1. compil. est in parte c. ad abolendam. Sic obseruat Contius & pro intellectu videndus tata per Geminianũ in c. non in ecclesia. de præben. li. 6.

† in codice Barbat. ita notatur si aliud exegerint, excommunicabuntur.

a Scilicet Petrus Hispanus hoc.

b Facit, quod not. de offi. archi. ad hoc. Ioã. And.

c Ad hoc infra de ele. generali. lib. 6. Ioann. And.

d Hæc glossula non est Bernardi: quid autem sit Albergarias, vtilius tradit hic Hostiensis.

† Ca. 30. eo. tit. in 1. com. & post concilium Later. p. 15. c. 8: Et de intellectu Lambertinus de iure patro. ar. 19. q. 7. p. 2. l. 1. & ar. 15. q. 6. p. 11. l. 2.

† De hoc dictamate vide, quæ latè scribit Cassaneus in catalogo gloriæ mũdi. p. 12. consideratione 99. adde Dynum, & Ioann. And. in regula: qui prior. de re. iur. lib. 6.

e Vide, quod dicam de tradente dictam primo collatam de ele. genera: lib. 6 super. glo. fundãs. Ioann. Andr.

f Vide de reso: e pen lib. 6. Ioann. And.

g Concor. l. si famnum. & l. generaliter. cum multis alijs. C. quib. por. in poss. habe.

CAP. XXV.

NObis † fuit: *& infrà.* ¶ Inquisitioni tuæ tale † damus responsum, quod si quis Ecclesiam cum assensu diœcesani[a] cõstruxit[b] †, ex eo iuspatronatus acquirit ¶ Cæterum in conuẽtuali[c] Ecclesia, non electioni Prælati faciendæ, sed iam factæ honestius[d] patroni postulatur assensus: nisi aliter de sua[e] iurisdictione obtineat, vt partes suas interponere debeat electioni tractandæ. Secus tamen est in Capella[f]: in qua vnus Presbyter, patrono eligitur, & pro institutione habẽda, loci Episcopo pręsentatur. ¶ Pro fundatione quoque Ecclesię † honor processionis fundatori seruatur: & si ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modestè[g] † succurritur, sicut in sacris est canonibus[h] institutum.

† *Cap. 1. eo. co. in 2. compil. Et vide conc. Trid. sess. 14. de refor. & sess. 25. de refor. c. 9.*
† *Aliàs, taliter respondemus.*
† *construxerit.*
† *Vox, Ecclesię, deest in antiquis.*
† *moderatè.*

NObis.] Tria sunt dicta. Secundum ibi, *Cæterum* Tertium ibi, *Pro fundatione.* Abbas Sicul.

Casvs. Quæsitum fuit à Papa, vtrũ aliquis efficiatur patronus ex sola constructione Ecclesiæ? Itẽ quæritur, vtrũ patronus sit ad electionẽ plebani cũ clericis admittẽdus, vel repellẽdus, quàuis allegauerit se ex lõga cõsuetudine interesse debere: taliter rñdet Papa, quòd si aliquis de assensu Epi Ecclesiã cõstruxerit, ex hoc ipso iuspatronatus acquirit. Ad secũdam quæstionẽ rñdet, quòd in Ecclesia cõuẽtuali cõsensus patroni ad electionẽ faciendam nõ est requirẽdus, sed electioni iã factæ eius dem requiri debet cõsensus, nisi aliter de sua iurisdictione obtineat. Sed in capella, vbi vnus presbyter eligitur, patronus ipsum Episcopo præsentare põt. & debet de iure. Itẽ patrono honor processionis seruatur: & si ad inopiã vergat, ab Ecclesia illi secũdũ facultates ipsius succurritur, sicut est in canonibus cõstitutũ. Nota, quòd ex sola cõstructione Ecclesiæ acquiritur iuspatronatus. Itẽ in collegiata Ecclesia ius Electionis nõ cedit in laicũ patronum: secus in capella: vnus tãtum eligitur. Item patrono debetur honor processionis. Item si patronus ad inopiam vergat, Ecclesia illi succurrere debet.

a ¶ *Assensu diœcesani.*] Aliàs non potest. de consec. dist. 1. nemo & in Auth. de mona. §. illud. col. 1.

b ¶ *Construxit.*] Et ita ex constructione acquiritur iuspatronatus. 16. q. 7. Frigentius. & c. piæ mentis. & c. filiis.

c ¶ *In conuentuali.*] Conuẽtualis dicitur, ex quo duo, vel tres in collegio sunt. ĩ. de elect. c. 1. Sed videtur, quòd tres ad min[us] debeant esse. ff. de verb. sig. Neratius. tamen in vno retinetur ius collegij[a]. ff. quod cuiusque vniuersita. sicut. §. vlt.

Additio. Quidam dicunt contrarium.

d ¶ *Honestius.*] Immò necesse est, quòd requirat, vt vr̃ s̃. de ele. cũ terra. & melius c. 1. sacrosãcta. quia posset excipere cõtra ipsũ, si non esset idoneus, etiã post confirmationẽ, si malè versatur, tenetur denũciare Epo. 16. q. 7. filiis. arg. opt. 18. q. 2. abbatem.

¶ *Glo. seq. obijcit, & dupliciter soluit.*

e ¶ *Nisi aliter de sua iurisdictione.*] Non videt, quòd istud stare possit: quia si intelligas hoc generaliter de quocũq; patrono, obstat manifestũ cõtrariũ. s̃. de elect. sacrosãct. 1. & c. Massana. vbi habes, quòd ius eligẽdi nõ cadit in laicũ in collegiata Ecclesia, nec valet aliqua cõsuetudo, vt laicus intersit cũ clericis in electione prælati, vt hic videtur permitti: qualiter ergo respõdebimus cõtrariis? Potest dici secũdũ quòd notauit hic Tãcre. quòd hoc intelligi debet, cũ Ecclesiastica persona ius obtinet patronat[us]: putà Abbas, vel alia Ecclesiastica persona: quia huiusmodi personæ bene possũt interesse electioni faciẽdæ cũ clericis. ex quo cõsueuerũt ibi interesse electioni faciẽdæ vel quia in fundatiõe reseruauerũt sibi istud ius de cõsensu Epi, & sic de iurisdictione sua interesse pñt. arg. 18. q. 2. Eleutherius. & sic nõ cõtradicit. vt not. in c. sacrosãcta. vel potes hoc intelligere generaliter etiã de laico. Vel expone de sua iurisdictiõe sibi specialiter cõcessa in sua fundatiõe, quã cõcessionẽ ostẽdere debet. ar. 100. dis. cõtra morẽ. & ab eo qui hoc cõcedere potuit, scilicet à Dño Papa, quia Episcop[us] nõ posset hoc cõcedere: sicut credo[b] ar. prædictę decr. Eleutherius. & hoc bñ pbatur 16. q. 1. hinc etiã vbi datum fuit tale priuilegiũ, quòd Rex simul cũ monachis eligat Abbatẽ aliter verò patronus in electione esse non debet. & sic vtroque modo cessant prædicta contraria. consuetudo enim hic non prodest.

¶ *Glo. seq. quærit, alle. pro, & contra. dat vnã solutionẽ, cui opponit, & oppositioni adhæret finis rect. per q. an perdat patronus ius præsentandi, & c. soluit respondens ad contrarium.*

f ¶ *In capella.*] Sed nũqd inuito patrono posset fieri hæc capella collegiata Ecclesi[a]? cũ sic amitteret pñtationẽ? Non videt ar. ad hoc ff. si seruit. vẽd. is cui[us] familia. in fi. & ff. de vsu, & habita. l. vl. & 10. q. 1. c. 1. arg. contra 10. q. 2. decretũ. vbi ordinatio Ecclesię pertinet ad epm. & c. nouerint. & ff. de vsu. & hab. l. vl. in fi. Satis posset cõcedi, quòd posset in fauorẽ ecclesiæ. & sic punietur patron[us] sine culpa, sed nõ sine causa s̃. vt lite cõt. qñ. §. si vero, in fi. & 22. dist. renouãtes. in aliis omnibus remanet patronus præterquã in electione prælati. In ipsa enim fũdatione hoc euenire posse patronus pspicere debuit, & sibi cauere p superiorẽ. ff. loca. si quis domũ. §. 1. & 23. dist. in nomine dñi. & ĩ. de electi. licet. Sed his nõ obstãtib[us] videtur, quòd inuito patrono capella in pręiudiciũ patroni non possit fieri collegiata Ecclesia, vt videt bñ pbari 16. q. 7. monasteriũ. & c. se. vbi dicit expressè, quòd Eps nõ põt auferre Ecclesiã à dispositione patroni: & ita eo inuito collegiata fieri nõ potest: sicut eo inuito nõ potest ei auferre directè ius præsẽtãdi. 16. q. 7. decernimus & ĩ. eo. tit. cum dilectus. vbi de hoc. ergo nec indirectè. & vbi aliquid ei vna via prohibetur, alia via nõ cõceditur, ĩ. de proc. c. tuæ. cũ suis cõc. ibi positis. Itẽ & alia ratione nõ debet fieri collegiata inuito patrono. Cùm enim Ecclesia teneatur prouidere patrono, si ad inopiã vergat: si hoc fieret, non posset sibi postea prouidere, sicut prius poterat, ergo sua interest, ne fiat collegiata: quòd pbatur. 16. q. 7. quicũque. directè ergo nõ potest priuari iure præsentãdi, vt dictũ est: ergo nec indirectè faciendo ecclesiã collegiatã. Hoc credo verum, quod æquũ, & honestũ, vt per hoc laici inuitẽtur ad constructionẽ ecclesiarũ: sicut per contrariũ à prouisione Ecclesiarũ reuocarentur, & ita patrono inuito capella nõ potest fieri collegiata, sicut dñs rei non potest vsum rei immutare etiam in melius inuito vsufructuario, vt dicit lex prædicta ff. de vsu. & habi. l. vlt. in fi. Sed dato secũdũ dictũ alicuius, quòd capella possit fieri collegiata ecclesia inuito patrono, nõ perdit propterea ius præsentãdi rectorẽ. Si verò cõsentiat, vt possit fieri collegiata sine protestatione iuris sui, in eo casu dicerẽ electionem rectoris ad collegiũ tñ pertinere: & hoc etiã tẽpore fundationis fieri potuit ar. s̃. eo. præterea. 2. & 18. q. 2. Eleutherius. vtroque tñ casu remanet patronus quantũ ad alia. & hoc c. & alia iura, quæ dicũt, quòd in ecclesia collegiata patronus in electione esse nõ dẽt, intelligitur de illis ecclesiis, quę ab initio de voluntate patroni factæ sunt collegiatæ. B.

g ¶ *Modestè.*] Habito respectu ad facultates Ecclesię, & ad qualitatẽ personæ. 10. q. 3. c. vlt. & ff. de vsufruct. sed & si quid. §. 1.

Additio. Vnde versus: *Patrono debetur honor, on[us], vtilitásque. Præsens, vt præsit, defendat, alatur egenus.*

h ¶ *Canonibus.*] 16. q. 7. quicunque.

a De hoc supra de postul. c. 1. & 63. dis. si forte. Dixit hic Vin. quòd plura litras facit collegium cum ad hoc sint instituti, vt corpus faciant, & tenuit ad mo. per eum de elect. sacrosãcta. Ioann. And.
b Idem Ho. Nec obst. in Auth. de Ecclesi tit. §. si quis ædificationem. col. 9. quia eum in stando in talibus. 10. dist. c. 1. secundum eũ super Ver. tractanda. Ioann. And.
c De hoc vide notata in c. dilecta. de excessi. præla. adde Hostiensem supra eo. suggestũ. & Ioann. And. hic.

¶ *Patronus Ecclesiæ vacantis quanquam sit Clericus, ad eam se præsentare non potest.*

CAP. XXVI.

PEr † nostras postulasti litteras edoceri, vtrum Clericus ad vacantem Ecclesiam, in qua ius obtinet patronatus, seipsum (si est idoneus) valeat præsentare. Cùm igitur nullus se ingerere[i] debeat Ecclesiasticæ prælationis officiis: Respondemus, quod nullus se potest ad personatum alicuius Ecclesiæ præsentare[k], quantumcunque idoneus sit, & quibuscunque studiis, & meritis adiuuetur.

† *Cap. 1. eo. tit. in 3. comp.*

PEr nostras.] Aliàs, per tuas. Consultatio ponitur, & responsio. Secunda pars ibi *Cum igitur.* Abbas.

Casvs. Clericus habet iuspatronatus in aliqua Ecclesia: quærit, vtrũ possit ad eã vacãtẽ præsentare seipsum: & respõdet, quòd nõ quãtũcũque sit idoneus: quia nullus seipsum eligere debet. Nota, quòd nullus dẽt seipsũ ingerere alicuius prelatiõis officio. Itẽ nullus põt seipsum præsentare, quãtũcunque sit idoneus.

¶ *Glo. seq. contrarium signat.*

i ¶ *Ingerere.*] Hoc ipso tanquã ambitiosus debet repelli. 8. q. 1. in scripturis. & 1. q. 6. si is qui. fin. C. de ep. & cle si quẽquã. & ff. de procur. quę omnia[d]: quia nõ ambitione: sed labore vnũquẽq; ad honorẽ cõuenit peruenire. C. de re mi. l. cõtra publicã lib. 12. & 61. dist. miramur. ad fi. 21. contra. s̃. de elect. cpm in tute.

k ¶ *Præsentare.*] Quia differentia debet esse inter præsentatũ, & præsentantem dantem, & recipientẽ. s̃. de insti. cum ad nostram. & inter baptizatum, & baptizantem. ĩ. de baptis. & eius effe. debitũ. & ff. de tuto. & cura. da. ab his. prætor. & ff. de offi. prætor. l. vlt.[e] & hæc est ratio, quare persona electa nõ videtur computanda inter eligentes, vt augeat numerum eligentium: quia à seipso oriri non debet. 14. q. 2. dicimus. & intus ortus occidit. 1. q. 1. quibusdam.

d Vide de procur. mãdato. in fi. 2. gl. Ioã. And.
e Est enim natura correlatiuorũ, quod vnum non sit relogatum ff. de præsc. verb. l. tum præm.

¶ Idem Conuentren. Episcopo.

¶ *Si quæstio iurispatronatus inter patronos non diffinitur infra quatuor mẽses, Episcopus ordinabit Ecclesiam sine præiudicio eorundem.*

CAP. XXVII.

CVm † propter discordias Laicorũ: *& infra.* ¶ Fraternitati

† *Cap. 2. eo. tit. in 3. cõp. Vide Gemmanum in c. 1. §. verũ. de iure patr. lib. 6. ad de Lapam alleg. 75. & 95.*

CVm propter.] Diuiditur, quia primò dictum ponit. Secundò protestationem subdit ibi: *ita quod.* Abbas.

Casvs.

Casvs. Dicitur hic, ꝙ si quæstio emerserit inter patronos de iure patronatus, & infra quatuor menses nõ fuerit diffinita, liceat ex tunc Episcopo ecclesias ordinare, ita tamen quòd nõ fiat in posterum præiudicium illi, q̃ ius euicerit patronatus. Nota, ꝙ quæstio iurispatronatus infra quatuor menses terminari debet. Itẽ propter discordias patronorum nõ debet Ecclesia priuari diuino officio. Itẽ ordinatio Episcopi facit præiudicium patrono euincenti iuspatronatus.

¶ *Glo. seq. allegat vnam concordan. signat vnũ contrarium, & vtrobique remittit.*

a ¶ *Quatuor.*]ĩ. eo. q̃m. ar. cõtra. ĩ. eo. cam te. ibi soluitur. Quod dicitur hic intellige per id ꝙ dicitur ĩ eo. quoniam. & c. eam tẽ.

Cvm dilectus] Diuiditur. Nam primò ponitur petitio. Secũdò diffinitio ibi, *Nos igitur.* Abb. Sicul.

Casvs. Episcopus Hostieñ. Apostolicę sedis legatus mandauit Archidiacono Carnoteñ. vt Ecclesiam, quæ primo vacaret in archidiaconatu suo, donationi suæ reseruaret, ꝓhibẽdo eidẽ ne alicui cõferret eãdem de qua V. clerico suo prouidere volebat. Tãdẽ vacauit Ecclesia de Berouilla: Archidiaconus cõtra mãdatũ legati G. subdiaconum prę̨sentauit ad ipsam diœcesano Episcopo, q tamẽ nõ fuit admissus: legatus hoc audiẽs cassauit, ꝙ Archidiacon⁹ fecerat, & Ecclesiã illã præfato V. cõcessit sic vacantem: post hoc vacauit quędã præbẽda in Ecclesia S. Martini Carnoteñ. quæ assignari debebat de iure H. clerico: diœcesan⁹. Ep̃s cõsiderãs ꝙ præbẽda S. Martini magis cõgruebat V. præfato, quã ecclesia de Berouilla, & ecclesia de Berouilla magis cõgruebat H. clerico, præbẽdã S. Martini assignauit V. clerico legati, & Ecclesiã de Berouilla post assignationẽ ipsius V. ad præsentationẽ ipsius Archidiaconi prædicto H. clerico cõcessit: vnde orta fuit cõtrouersia inter H. clericũ, & G subdiaconũ, cui archidiaconus Ecclesiã de Berouilla cõtulerat: vnde dictus H. & præfatus G. subdiaconus ad curiam accesserũt, diu sup ipsa Ecclesia litigãdo. Dñs Papa auditis hinc, & inde ꝓpositis, cõsiderans ꝙ etsi Archidiaconus Carnoteñ. prædictus prę̨fatũ G. subdiaconũ tanquã laicus præsentauit, & ipse nõ fuit per diœcesanũ admissus, sed dictus H. ab archidiacono præsẽtat⁹, & ab Ep̃o institutus, secundũ decr. Alex. nõ primus, sed secũdus debet ecclesiã obtinere. Si vero archidiaconus prædictũ G. subdiaconũ tãquã clericus præsẽtauit: in eo ꝙ tãquã clericus faciebat, subeat iurisdictioni legati: vnde nõ cõtra ꝓbationẽ, sed cõtra ꝓhibitionẽ, legati, q donationi suæ collationem ipsius Ecclesiæ decernebat reseruandã, ad eã nõ potuit aliũ postmodũ præsentare: vñ Papa præsentationẽ ipsius G. minus canonice factã decreuit, & ea nõ obstante pronunciauit cõcessionẽ ipsius ecclesiæ H. clerico factam, canonicam extitisse, adiudicando eidẽ ecclesiam ipsam cum fructibus medio tẽpore perceptis, aduersario perpetuũ silẽtium imponẽdo. Nota, quòd legatus potest sibi reseruare collationẽ vacaturi beneficij. Itẽ laicus patronus, siue clericus patronus ratiõe patrimonij quãtũ ad præsentationẽ nõ subest legato, vnde eo inuito ecclesiã cõcedere nõ potest: quod est valde notãdũ. Item clericus patronus ratione patrimonij sui variare potest: q̃a in hoc nõ reputat̃ clericus, sed laicus. Itẽ præsẽtatus, quousq; nõ fuerit institutus, nõ dicit̃ habere plenum ius. Itẽ qui canonicẽ nõ habet ecclesiam, fructus, quos medio tempore percepit, restituere debet.

b ¶ *Præsẽtauit.*]Ep̃o diœcesano, sed nõ fuit admiss⁹, vt ĩ. seq.

¶ *Glo. seq. ponit partem casus.*

c ¶ *Ecclesiã*]De Berouilla, scilicet in qua legatus instituerat prædictũ C. sed diœcesanus Ep̃s fecit ibi quãdã commutationem de consensu partium: præbenda illa quæ vacabat in Ecclesia Sãcti Martini Carnoteñ. debebat assignari H. clerico: vnde G. a renunciauit illi Ecclesiæ de Berouilla, quam habuit à legato, & ep̃s ei contulit illam præbendam in Ecclesia Sãcti Martini, quã debuit habere H. & illam Ecclesiam de Berouilla sic vacantem ad prę̨sentationem prædicti Archidiaconi contulit H. clerico: vnde orta fuit contentio inter istum H. & prædictum G., quem primo præsentauit Archidiaconus contra mandatum legati.

d ¶ *Tanquam laicus.*] Ratione patrimonij: & Papa argumẽtatur duobus modis, & vtroque modo ducitur ille ad inconueniens. Primo sic: si præsentat eũ tanquã laicus, melior est conditio possidentis. ĩ. eod. quod autem. i. resp. Si tanquam clericus, ergo præsentatio non tenuit: quia erat interdicta per legatum, & ita pro nõ dato habetur. ĩ. e. quòd autem. 1. resp.

e ¶ *Statutum.*] Alexandri. ĩ. eo. quod autem. 1. resp.

¶ *Glo. seq. quærit, & sol.*

f ¶ *Decreuerat reseruandam.*] Sed quid si exiret prouinciam b, & vacaret? Credo, ꝙ Archidiaconus tũc illam posset conferre: quia egrediendo prouinciã finitur legatio. ĩ. de offi. le. nouit. & c. vlt. sed si reseruasset donationi Papæ, tũc non credo, ꝙ posset illã conferre: secus si in negotiis iam cœptis, antequam egrediatur prouinciam. ĩ. de offi. leg. a. c. vlt.

g ¶ *Clericus.*] Secus si tanquam laicus. quia tunc posset, non obstante reseruatione legati.

¶ *Gl. se. obiicit de decr. dilectus. & soluit. Secundò obiicit de fraude vacatura per decret. cõstitutus. & soluit. Tertio obiicit de absurditate, & soluit, quærit alleg. pro, soluit contra.*

h ¶ *Quempiã præsentare.*]Et ita patet hic, ꝙ legatus potest reseruare suæ donationi primam vacaturam c: & si contra fiat non valet. sed videtur, quod talis prohibitio non valeat. ar. supra de præbend. dilectus. quia concessio de prima vacatura facta à legato non tenuit ibi. Sed non est contra. quia hic non dedit, sed reseruauit suæ donationi, sed ibi dedit. Præterea istud videtur fieri in fraudem canonis, vnde non deberet valere. supra de conces. præben. constitutus. aliud est de episcopo: quia non habet tantum potestatem sicut legatus, vnde episcopus non posset d sibi reseruare primam vacaturam, cùm talem potestatem non habeat. immò si vacaret, cùm ad eum non pertineret, conferre non posset. Item videtur, quod liberam electionem posset legatus auferre capitulo: quia qua ratione potest reseruare sibi primam vacaturam, & secundam, & tertiam: & si non eligeretur e. Dicas, quòd liberam electionem non potest auferre: quia si sic esset, priuaret eos in totum, quod non posset, licèt tempore suæ legationis posset interdicere & reseruare sibi electiones. Sed nũquid legatus posset dãre Ecclesiam inuito patrono laico? Quod videtur: quia plus iuris habet in concessione prælatus, quam in præsentatione patronus. supra de offi. dilectus. quia quilibet patronus, vndecunque habeat patronatum, subest legato quantùm ad iuspatronatus, id est, quantùm ad cognitionem iuspatronatus. arg. ĩ. de iudi.

---

tuæ mandamus, quatenus si de iure patronatus quæstio emerserit inter aliquos, & [ab † eo] cui competit, infra quatuor a menses non fuerit diffinitum: extunc Ecclesiam ipsam de persona non differas idonea ordinare: Ita quod illi ex hoc non debeat in posterum præiudicium generari, qui ius euicerit patronatus.

¶ Idem Archidiacono. & Cancellario Altissiodoreñ.

¶ *Legatus de latere Ecclesiã, cuius alia Ecclesia est patrona, collationi sua reseruare potest, licèt non vacet, & conferre, cùm vacat. Hoc primò. Ex duobus præsentatis à patrono laico potest superior instituere secundum. Hoc secundò. Et sic quoad intellectum iste textus habet duo dicta diuersa: licèt quoad litteram ambo commisceantur.*

CAP. XXVIII.

Cvm † dilectus filius: *& infrà.* ¶ Cùm Hostiensis Episcopus tũc Apostolicæ sedis Legatus Archidiacono Carnoteñ. mandauerit, vt Ecclesiam, quam in Archidiaconatu suo primo vacare contingeret, donationi suæ seruaret, inhibens, ne al. cui conferret eandem: de qua G. † Clerico disposuerat prouidere: cum Ecclesia de Berouilla ibi vacãsset, idem Archidiaconus contra mandatum eiusdem Legati, ad ipsam G. Subdiaconum præsentauit b: cuius facto ab eodem Legato cassato, ipse præfato G. † concessit Ecclesiam c sic vacantem: *& infrà.*

¶ Vacante verò quadam Præbẽda in Ecclesia sancti Martini Carnoteñ. diœces. Episcopus dictam Ecclesiã, ad præsentationẽ Archidiaconi H. clerico: Præbẽdam verò præfato G. † assignari curauit: vnde ipse H. supplicabat eadẽ sibi Ecclesiam confirmari, vtpote quã ad præsentationem Archidiaconi veri patroni se dicebat adeptũ: *& infra.* ¶ Nos igitur attẽdẽtes, quòd etsi præfatus Archidiaconus memoratũ G. tãquã Laicus d, ad illam ecclesiam præsentasset, quia † tamen per diœcesanum Episcopũ admissus nõ fuit, sed dictus H. ab eodem Archidiacono prę̨sẽtatus, à diœcesano Episcopo institutus, iuxta statutũ e Alexandri Papæ, non primus, sed secundus ius est assecutus in Ecclesia memorata, etsi Archidiaconus præfatum G. tanquam Clericus præsentauit: Clericus faciebat, suberat iurisdictioni Legati: vnde postquam idem Legatus donationem illius Ecclesiæ sibi decreuerat reseruandam f, ad eam tanquam Clericus g non potuit quempiam præsentare h: præsentationem ipsius minius

---

† Hæc duo verba, ab eo, desunt in codice Barbatiano, in antiqua compilatione & in omnibus manuscriptis Vaticanis, & fortè antiqua compilationis indicat omnino abesse oportere.

† Cap. 3. eo. titu. in 3. compil. Vide concilium Tridentinum sess. 24. de refor. c. 19. vbi huiusmodi reseruationes videntur prohiberi.

† V.

† V.

a V.

† V.

† Infero, quod clericus in patrimonialibus censetur vt laicus, moueat Albericus de Rosate in l. si c. si contra ius, vel vt pub.

† Alias ita: quia tamen per dictum diœcesanum admissus, &c. & vox, episcopum, deest in antiquis & in recentioribus magis emendatis.

b Expeditũ est infra de offi. deleg. c. penul. i. res. li. 6.

c Vide concilium Trid. sess. 24. de refor. c. 19. vbi huiusmodi reseruationes prohibentur.

d Quod posses legatus de latere. infra de off. leg. c. 2. li. 6. Ioann. And.

e Vox [illegible] est, quia in vna ecclesia collegiata pendente vna reseruatione non potest facere aliam, infra de officio leg. præsenti. 2. res. lib. 6. Io. An.

de iudi. quãto. sed hoc vr̃ speciale in legato dñi Papæ: q̃a Eps̃ inuito patrono nõ posset Ecclesiã dare. 16. q. 7. decernim⁹. Sed certè quãuis patronus subsit legato quãtũ ad iuspatronatus, id est, quãtũ ad cognitionẽ iurispatronat⁹: nõ tñ vr̃, ꝙ ei possit auferre præsentationẽ prouenientẽ ratione patrimonij, sicut posset ꝓuenientẽ ratione Ecclesiæ: & hoc innuit hic ex hac distinctione: aliàs quare distingueretur inter præsẽtatũ à laico, vel clerico? Licèt enim Papa cõcederet, ꝙ legat⁹ cõcederet Ecclesias inuitis patronis, nõ tñ sequit̃, ꝙ cõcesserit inuitis patronis habẽtibus iuspatronatus ratiõe patrimonij, arg. ff. ne q̃d in lo. publ. l. 1. §. si quis à principe. Quidã præferũt primũ dictũ[a]. Sed istud maiori nititur æquitate, vt patron⁹ ratione patrimonij, quo dotauit Ecclesiã, non priuetur iure suo: nec fiat ei hæc iniuria, & ꝓpter hoc subtraheretur & ipse, & alij à fundatione Ecclesiarum, & hoc est verum. Ioann. And.

a ¶ *Cum fructibus inde perceptis.*] Quia malæ fidei possessor fuit, ex quo præcessit mãdatũ, nec fuit ꝑ Epm admissus, vt hic dr̃, & ita nullam habet excusationẽ. C. de rei. ẽdica. certũ. immò & quos percipere potuisset legitimè institutus: q̃a est violentus possessor. ꝟ. de restit. spolia. grauis, vbi de hoc. B.

† *decernimus.*

† *Vox, irritum, deest in omnibus antiquis exemplaribus.*

a *Videtur placuisse Gul. in specul. delegato. §. nunc tractemus. Versi. sed nunquid legatus, & G. Na. in decret. dilecti⁹, Ioann. And.*

† *Cap. 4. eo. tit. in 3. compil. & pro intellectu vide Archidiaconum. in c. decernimus. 16. q. 7. adde Geminianũ tũ, per sistentiam. 20. dist. & Hostiensem in summa. tit. de iure patr. §. in quibus.*

† *institutus.*

canonicè factam decernimus † irritã †, & ea non obstante, concessionem eiusdem Ecclesiæ factã prænominato H. pronunciauimus canonicam extitisse, adiudicantes eidem præfatam Ecclesiam, cum fructibus medio tempore perceptis[a] ex ea, plenè, ac pacificè possidendam, prædicto G. super hoc perpetuum silentium imponendo.

¶ Idem Elieñ. Episcopo.

¶ *Si laicus patronus duos successiuè præsentet, valet institutio de secundo, non obstante appellatione prius facta per primum: Episcopus tamen qui malitiosè primum repulit, eidem in competenti beneficio prouidere compellitur: & in vltimo est casus singularis.*

CAP. XXIX.

PAstoralis † officij: & *infrà.* ¶ Postulasti edoceri, an Clericus ad aliquam Ecclesiam à patrono laico præsentatus, si diœcesanus Episcopus ipsum non duxerit admittendum, ex huiusmodi præsentatione aliquid iuris assequatur in illa: Et si fortè idem ad sedem Apostolicam appellauerit[b], & post appellationem ab ipso interpositam, idem patronus alium curauerit præsentare, ac secundum instituit † Episcopus præsentatum, idem ab ipsa Ecclesia debeat amoueri. ¶ Nos igitur Alexandri † Papæ vestigiis inhærentes, qui inter præsentatos à Clerico, & laico patronis distinguens[c], inter præsentatos à laico conditionem possidẽtis censuit[d] meliorem: Dicimus, quòd institutio præsentati secundo loco à laico patrono, robur[e] obtinet firmitatis. Veruntamẽ cõstituimus, vt Episcopus, qui præsentatum idoneum malitiose[f] recusauit admittere, ad prouidendum eidem in competenti beneficio compellatur: quatenus puniatur in eo, in quo[g] ipsũ non est dubium deliquisse.

¶ Idem Aurieñ. † Episcopo.

¶ *Si ad præsentationẽ Rectoris ad titulum Ecclesiæ aliquis fuerit ordinatus: patronus, qui non consensit, ad ipsam cum vacabit, poterit præsentare.*

CAP. XXX.

POstulasti † per sedẽ Apostolicam edoceri, vt cum Rectores parochialium Ecclesiarum quosdam præsentent ad suarum Ecclesiarum titulos ordinandos, vtrum electio[h] talium ad ipsos rectores pertineat, vel etiam ad patronos: & si in his patronorum non est requirendus assensus, vtrum ius illis sal-

f ¶ *Malitiosè.*] Sed quis probabit, ꝙ malitiosè non admiserit? Eps̃ nõ, quia pro ipsius facto præsumitur ꝟ. de elect. bonæ. 1. & ꝟ. de proba. possessionem. Itẽ nullo aliquid obiiciẽte, ipse põt eũ repellere. ꝟ. de ele. venerab. lẽ. & c. cũ nobis olim. ar. 26. di. priusquã. & 39. dist. Petrus, sed potius contrarium est verum[d]: quia qui malitiã obiicit, eam probare dẽt. ff. de proba. quotiens. §. qui dolo. & 6. q. 1. placuit. c. si tãtũ. Dicendũ est hic, ꝙ Eps̃ dẽt ostẽdere, ꝙ ille nõ sit idoneus, quia quilibet præsumitur bonus, nisi probetur malus. ꝟ. de scru. in ord. fac. c. vni. & ꝟ. de præsump. dudum. aliàs ꝓsumitur malitia Epi. arg. ff. de rei ven. is qui dolo. & fuit hoc nouum ius. & exquisitũ, vt Eps̃ propter dolum suum teneatur ei prouidere. arg. prædictæ l. is qui dolo, & in hoc præiudicat successori, sicut si ordinaret illũ sine titulo. ꝟ. de præb. cũ secundũ Apostolum. & est simile. qui enim recusat idoneum fideiussorem, tenetur actione iniuriarũ. ff. qui satisda. cogan. si verò. in fine, ꝙ eo ipso probatur malitia, quòd cum repellit nulla examinatione facta de ipso.

g ¶ *In quo.*] Sic ergo punitur aliquis in eo, in quo deliquit. ꝟ. de transa. quanto. c. inter corporalia. & ꝟ. de immunit. Eccle. c. vlt. 17. q. 4. frater, & coepiscopus.

d *Hoc reprobandus hoc. Ioann. And. ex aliorum sententia, quẽ vide. Abbas, Lu- cij quam varietatem notat etiam Hostiensis hic, & lucu- lenter declarat, quem vide.*

† *Aureñ.*

† *Cap. 5. eo. tit. in 3. cõp. Vide hic inter alios Henricum Boic. & de intellectu Libertinũ de iure patron. ar. 8. q. 5. p. 3. l. 2. & ar. 6. q. 5. l. 3.*

POstulasti.] Nullum præiudicium generatur patrono, qui non consensit præsentationi factæ per rectorẽ, de ordinãdo ad titulũ Ecclesiæ suæ. Primò ponitur cõsultatio. Secũdo responsio ibi, *Ad quod breuiter.* Ab.

CASVS. Primò formatur talis q̃õ. Vtrũ sacerdos parochialis Ecclesiæ possit aliquẽ præsentare ad ordines ad titulũ Ecclesiæ suæ irrequisito patrono: & si possit intitulari irrequisito patrono, quæritur, vtrum per talẽ intitulationem fiat præiudiciũ patrono, quo minus possit præsentare, quẽ voluerit, cum Ecclesia vacauerit illo intitulato excluso? Ad primam q̃õnẽ videtur Papa respondere: sed ad secundã respõdet, ꝙ per talẽ intitulationẽ nullum præiudicium generatur patronis in posterum, quin possint ad illas Ecclesias, cum vacauerint, quos voluerint præsentare nisi illi de assensu patronorũ intitulati fuissent. Nota, ꝙ ꝑ factũ prælati non præiudicatur patrono in præsentatione futura: nisi patronus cõsentiat facto rectoris.

¶ *Glo. seq. primo obiicit, & soluit. Secundo quærit, arg. pro, sol. &c. Tertio ponit lecturam Ioãnis obiicit, subdens rationem ipsius Io. quam approbat.*

h ¶ *Vtrum electio.*] Duæ proponũtur hic quæstiones. Vna est, si sacerdos parochialis possit aliquem ordinandũ præsentare ad titulum Ecclesiæ suæ, irrequisito patrono? Secunda, si vacante Ecclesia ille sic intitulatus sit alij præferẽdus, quem patronus præsentauerit. Ad primam quæstionem non vr̃ respondere. Ad secundam respondet, ꝙ non fit præiudiciũ patrono, quin possit præsentare, quem velit. Per hoc potest dici, ꝙ vtrique quæstioni respõsum est, vt sic illi intitulati maneãt in Ecclesia, patronus tñ potest præsentare, quẽ velit, qui erit prælatus Ecclesiæ: & isti intitulati ius nõ habẽt in Ecclesia: quia nec sũt ibi, vt collegium, sed simplicẽ sustentationem habent: nec eorũ cõsensus requiritur in electione sacerdotis, sed solus patronus eliget: & ita non fit præiudicium patrono per talẽ intitulationem quantũm ad præsentationẽ, cùm eo inuito possint intitulari: sed si consentiat intitulationi, tũc fit ei præiudiciũ: quia postea tenetur illũ præsentare, vt dic. in fi. Et quod hoc fieri possit inuito patrono, est arg. ꝟ. de fil. presbyt. propositũ. & 7. q. 1. illud videtur in patrono Epo. 16. q. 7. si quis episcoporum. Sed quid si præsente, & non contradicente patrono intitulatur,

PAstoralis.] In prĩa ponit̃ cõsultatio. In secũda respõsio ibi. *Nos.* Et vtraque pars subdiuiditur, vt patet in textu. Abbas.

CASVS. Aliquis est præsentatus Epõ à patrono laico ad aliquã Ecclesiã vacantẽ: sed Eps̃ ipsum nõ admisit: quæritur, vtrũ ex tali præsentatione ius sit illi acquisitũ in illa Ecclesia, & si ille appellauerit, vel alius instituatur, & post appellationẽ patron⁹ aliũ præsẽtauerit, & Episcop⁹ secũdũ præsẽtatũ instituerit, quærit̃ vtrũ ille ab Ecclesia debeat remoueri: Innocentius verò volẽs inhærere vestigiis Alexãdri, q̃ distinguẽs inter præsẽtatos à laico, & clerico patronis, possidẽtis cõditionẽ cẽsuit meliorẽ, respõdet, ꝙ institutio secũdo loco præsentati à laico patrono, robur obtinet firmitatis: Sed q̃a Episcop⁹ idoneũ clericũ sibi præsentatũ malitiosè recusauit, statuit, vt ad ꝓuidẽdũ eidẽ in cõpetẽti beneficio cõpellatur, quatenus puniatur in eo, in quo peccauit. Nota, ꝙ laicus patronus põt variare ante institutionẽ. Itẽ inter præsentatos à laico, & clerico, melior est conditio possidentis. Item aliquis punitur in eo, in quo peccauit, & merito, quia iniuriam fecit primo præsentato.

¶ *Glo. seq. dat vnam concordan. qua argumentatur pro, & soluit.*

b ¶ *Appellauerit.*] Similis appellatio est. ꝟ. e. c. vl. Sed nũquid tali appellationi erit deferẽdum? Videtur, ꝙ sic: quia ex sola præsentatione facta à vero patrono acquiritur ius præsentato: ita ꝙ si alium nõ præsentauerit, obtinere debet aduersùs alium institutum. ꝟ. de re iudic. cũ Bartholdus. & 16. q. 7. decernimus. & ita tenet appellatio, cùm nullus alius sit adhuc præsentatus. Potest dici, quòd appellatio ab initio tenet: sed si patronus postea aliũ præsentauerit, & Episcopus instituerit ipsũ, iã nõ obstat appellatio, cũ ei permissũ sit à iure variare[b]. ꝟ. eo. quod autẽ. & c. cum autẽ. Episcopus verò punitur, qui illum primum præsentatum non admisit, vt hic dicitur: sed non ex vi appellationis, sed quia malitiosè ipsum repulit.

c ¶ *Distinguens.*] ꝟ. eo. cum autem.

d ¶ *Censuit.*] ꝟ. eo. quod autem.

e ¶ *Robur obtinet.*] Ecce vna differẽtia inter præsẽtatos à laico, & inter præsẽtatos à clerico: q̃a laicus variare põt, clericus nõ. ꝟ. eo. cum autẽ. vnde vr̃, ꝙ si laicus præsentet indignum, non perdit ius eligendi. ar. ꝟ. de offi. ord. cum vos. vbi de hoc.

b *Et multa impediunt faciendum, quæ non cassant iã factum, secũdum Inno. Ioann. And. Quilibet plures differẽtias recensent Panormitanus in c. cum propter. 3. eod. tit.*

tulatur? Vr̃ cõsentire, ex quo nõ protestatur ius suum. arg. 54. dist. si seruus. a. ff. de exerc. l. 1. §. magistrum. & ff. ad municip. l. 2. sed hoc non est verum: quia non nocet ei taciturnitas, si eo inuito possunt fieri talia. Vel posset intelligi aliter, quod dicit inferius, vt nullũ patronis præiudiciũ generetur. dixit Ioãnes, nõ præiudicatur, quin possint remoueri ab ipsis patronis post mortẽ sacerdotis. Sed cõtra vr̃, quod successor tenetur nihilominus illis prouidere. suprà de præben. cũ secundum Apostolũ. & H. dicit, quia ad patronum videtur spectare nõ tñ præsentatio sacerdotis, sed aliorum clericorũ. 63. dist. principali. & 18. q. 2. Eleutheri & 16. q. 5. si quis episcoporũ. in Auth. de sanctiss. episc. §. si quis oratorij domum. coll. 9. dũ tamen adsit consensus prælati. arg. supra de inst. presby. proposuit. nã patroni iudicium multum est sequẽdũ, qui ita dixerit Ecclesiam, vt ei sua conferret. arg. ff. de constit. tuto. si patronus. Cõtrarium tamen notauit Ioan. in c. principali. quod electio clerici non pertineat ad patronum, sed ad prælatũ. Credo potiùs standum (vt hic notatur) vbi sunt tantùm duo in Ecclesia, scilicet rector, & clericus, quod patronus præsentet vtrũque, cũ ecclesia nõ dicatur collegiata[a], vt no. s. de ele. c. 1. sed in collegiata Ecclesia nullum potest præsentare. B.

...tum maneat eligendi: vt cum ipsas Ecclesias vacare contigerit, intitulati huiusmodi non sint aliis præferendi? Ad quod breuiter respondemus, quòd per intitulationem huiusmodi, nullum patronis præiudiciũ generatur †, quin possint alios ad illas Ecclesias, cùm vacauerint, præsentare: nisi de patronorum processisset assensu.

¶ Gregorius ix. Archiepiscopo Eboraceñ.

¶ Patronus etiam Clericus Ecclesiam vacantem conferre non potest: & si contulit, potest nihilominus ad illam præsentare.

CAP. XXXI.

TRansmissæ ad nos tuæ litteræ continebant, quòd cùm Capitulum Eboraceñ. Ecclesiam de Gameforde vacantem, in qua ius obtinent patronatus, R. clerico concessissent †, ipsi postmodum L. Clericum tibi ad eandem Ecclesiam præsentârunt post appellationem [a] ab eodem R. ad sedem Apostolicam interiectam: *& infra.* ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm ex vi [b] iuris patronatus, non concessio, sed præsentatio pertineat ad patronum, præsentatum (si et aliquid non obsistat canonicum) instituere in ipsa Ecclesia poteris, vtpote potiorem[c].

T*Ransmissæ.*] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Consultationi.* Abbas.

CASVS. Capitulũ Eboraceñ. Ecclesiæ, ecclesiam quandã in qua ius obtinẽt patronatus, cõcesserũt R. clerico, postmodũ voluntate mutata L. clericum præsentauerũt Archiepiscopo ad cãdẽ Ecclesiã post appellationẽ à dicto R. ad sedẽ Apostolicam interpositam: quæsiuit Archiepiscopus, verũ clericũ illũ sibi præsentatũ deberet instituere, nõ obstãte appellatione prædicti R. tñdet, Papa, quod illũ præsentatum instituere poterit in Ecclesia illa, ad quã extitit præsentatus, tãquã potiorẽ, dummodo aliquid aliud canonicum nõ obsistat, cũ ex vi iuris patronatus, sola præsentatio pertineat ad patronũ, & nõ cõcessio Ecclesiæ. Nota, quod aliud est cõcedere Ecclesiã, & aliud præsentare. Ille dicitur cõcedere Ecclesiã, ad quẽ ordinatio ipsi[b] Ecclesiæ, & collatio pertinet: hoc nõ potest facere patronus.

¶ *Glossa seq. rect. per q. an valuerit appellatio.*

a ¶ *Post appellationẽ.*] Quæ appellatio nõ tenuit, cũ nullũ ius haberet, cũ ad ipsũ nõ pertineat cõcessio, sed præsentatio, vt j. sequitur: qa quod nõ dato habet. &c. s. eo. quod autẽ in fi. & ita nõ intererat ei appellare, qa nõ solẽt audiri &c. 2. q. 6. nõ solẽt. s. de elect. cũ inter R. & s. de his, q̃ fiũt à maio. parte. cap. ex ore,

¶ *Glo. seq. arg. item obiicit & soluit.*

b ¶ *Ex vi iurispatronatus.*] Nota ergo vim, & potestatẽ, quã habet patronus, quia patronus in eo quod patronus, Ecclesiã donare nõ potest[b]. s. eo. quod autẽ & c. illud. sed solã præsentationẽ, vt hic patet. vnde nihil aliud sibi vendicare debet. s. eo. cum sæculum. & ita concessio ista nulla fuit. vnde non præstitit impedimentum secundæ præsentationi, quã idẽ capitulũ postea fecit sic s. eo. illud. & c. cũ laici. & est arg. hic, quod nõ præstat impedimentũ, quod de iure non sortitur effectũ. Sed videtur, quod capitulũ Eboraceñ. faciendo quod non licet, concedendo ecclesiã priuari debuit potestate, saltẽ ea vice, præsentãdi, quia dixit sibi ius, & vt puniatur in eo, in quo deliquit. s. eo. pastoralis, s. de transla. quãto, & arg. 16. q. 6. placuit. Propter hoc non puniuntur: quia & ipsi iidem correxerũt factum suũ præsentando, prout debebãt, nec est iste casus in quo priuetur quis potestate eligẽdi, quia cùm sit illud pœna, nõ debet imponi, nisi exprimatur, quod sit imponẽda. Præterea nõ peccauerũt eligẽdo: quia nõ elegerũt, ergo puniri nõ debẽt in eo, in quo non peccauerunt.

c ¶ *Potiorem.*] Et verè potior est, quia nullum ius habuit alter[c]: vt dictum est.

TITVLVS XXXIX.

De censibus†, exactionibus, & procurationibus.

DE CENSIBVS.

¶ Visum est supra de vno onere Ecclesiarum, vt est ius patronatus, restabat videre de aliis oneribus, ideo subiicitur hæc rubrica.

De hac materia habetur 10. q. 2. & 3. per totum. & 23. q. vlt. §. ecce, vsque ad §. hinc datur. 11. q. 1. si tributum. & c. seq.

¶ Ex concilio apud Guarmaciam †.

¶ Ecclesia fundãda debet pro dote tribus mansus liber à quolibet seruitio temporali: ad Ecclesiasticum tamẽ tenetur: sed si aliquid confertur Ecclesiæ vltra mansum, tenetur Ecclesia ex eo soluere onera consueta. Hoc dicit inbarẽdo littera.

CAP. I.

SAncitum[d] † est, vt vnicuique Ecclesiæ vnus mansus[e] integer absque vllo [f] seruitio tribuatur. Et Presbyteri in eis constituti, non de decimis, neque de oblationibus fidelium, non † de domibus, neque de areis †, vel de hortis iuxta Ecclesiam positis, neque de prædicto manso aliquod seruitium faciant præter Ecclesiasticum [g]. Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus [h] debitum seruitium [i] impendant.

¶ August. † super epistola ad Romanos.

¶ Solutio tributi arguit subiectionẽ.

S*Ancitum.*] Vario modo intelligitur: ideo vario modo summari potest. Tria sunt dicta. Secundum ibi, *Et presbyteri.* Tertium ibi, *Et si.* Abbas Siculus.

CASVS. Statutum fuit in concilio Guarmaceñ. vt vnicuique Ecclesiæ vnus mansus integer tribuatur absque vllo seruitio, & presbyteri in eis constituti nullum seruitiũ faciant, neque de decimis, neque de oblationibus fidelium, nec de domibus, nec de areis, vel hortis iuxta Ecclesiam positis, neque de mãso prædicto, præter Ecclesiasticum: Si autẽ amplius habuerint, senioribus suis debitum seruitium impendant. No. quòd dos Ecclesiæ immunis debet esse ab omni tributo. Item res transit cum onere suo.

d ¶ *Sancitum*] Istud c. habes 23. q. vlt. sancitum.

e ¶ *Mansum.*] Mansus dicitur in vulgari Italicorum quantitas terræ, quæ sufficit duobus bobus in anno ad laborandum.

¶ *Glo. seq. quærit, ponit opinionem Ala. contrarium soluit.*

f ¶ *Vllo seruitio.*] Sed quid dices, si mãsus ille primo fuit tributarius alterius Ecclesiæ: quia ecclesia alia parochialis decimas inde percipiebat? Ala. dicit, quod mansus iste in fauorẽ Ecclesiæ à tributo liberatur: sicut seruus factus presbyter à seruitute liberabatur: ad hoc induxit 23. q. 8. secũdũ canonicã. Alia autem prædia collata Ecclesiæ à tributo nõ liberãtur, vt hic in fi. quia res transit cum onere suo. s. de pigno. ex litteris. & de deci. cũ nõ sit. & C. sine cen. vel reliq. l. 1. 2 & 3. ff. de act. sane. & l. seq. §. si fundus. & 23 q. vlt. tributum & 11. q. 1. ff. tributum. & C. de epis. & cleri. l. 3. in fi. nisi forsitã quid speciale dicatur in dote Ecclesiæ. arg. s. de dec. nouum genus. Sed verius credo, quod mansus ille, qui datur Ecclesiæ etiã in ipsa fundatione, si primò erat tributarius, vel soluebantur decimæ de ipso Ecclesiæ parochiali, nõ debet Ecclesia propter hoc iure suo priuari. 16. q. 1. Ecclesiæ antiquitus. 23. q. 8. tributum. nisi fortassis modicũ læderetur, quod de facili pati posset: sed si ex hoc læderetur, non debet iure suo priuari: quia tunc etiam priuilegium perditur, propter enorme detrimentum. j. de verb. sig. quid per nouale. & hoc bene licitum est, quod tale seruitium tributum Ecclesiasticum appellari potest, ad quod tenetur Ecclesia: vt infra sequitur.

g ¶ *Præter Ecclesiasticum.*] Ecce, quod Ecclesia põt soluere tributũ Ecclesiasticum. arg. 18. q. 2. seruitium & 12. q. 2. Ecclesiarum 11. q. 1. si tributum. & 23. q. vlt. tributum. vt dictum est.

h ¶ *Senioribus.*] Id est, dominis. & est arg. quod res transit cum onere suo. 16. q. 1. si quis laicus. & 100. dist. c. rationis. Ber.

i ¶ *Seruitium.*] Id est, censum.

† generetur. † Nõ repræsentando quod facere potuerunt, sed conferendo quod facere nõ possunt.

a Qua dicatur Ecclesia collegiata, & quibus signis cognoscatur esse collegiata, & alia plura huc spectantia tradit hic late Henricus Bosch.

b Nõ potest vti patronus his verbis, concedo, do, trado, dono Ecclesiam: potest tamẽ dicere, concedo, vt habeas hanc Ecclesiã, & tunc ponatur cõcedere pro consentire: ponitur tamen Ecclesia quandoque pro iure patronatus 16. q. vlt. c. si plures. & domeniũ ponitur pro cura. cad. q. monasteriũ. secundum Vin. & Gof. Ioann. And.

c Propter quod ponitur electiũ non comparatiuè, secundũ Hostiensem. Ioann. And. † Vide Turrecrematã in c. quasi. tũ. 1. q. 3. & Couarruuiã l. 3. varia. resolut. c. 7. & Socium l. 6. de inst. & iure. q. 5. art. 1. † Garmaceam. † Garmaceam. sed vt plurimum habent antiqui codices, vt est impressum. † Burchar. l. 3. de Ecc. c. 52. Ivo p. 3. c. 55. & c. 1. eod. tit. in 1. comp. sed in concilio edito extat in cõcilio Vormaciensi c. 50. † neque. † Aliàs, atriis, sed omnes Vaticani, vt est impressum. † In codice Barbatiana: Eugenius Papa. Sed mendosè vt credo, inueniuntur autem hæc in scholiis veteribus sacrorum librorum, quæ glossa dicuntur ordinaria, & inter limen. c. 13. illius epistolæ Pauli, ita, Antonius Augustinus. d Etiã temporalibus, quod intelligas quatenus ad fundationem, & seruitia reb. annexa. supra c. 1. de maior. 10. & obed. solita. Ioann. And.

OMnis.] Casvs. Dicitur hic, ꝙ omnis anima Regibus subdita debet esse, & in signum subiectionis dat tributum. Nota, quòd tributi præstatio signum est subiectionis.

¶ Gl. se. retorquetur p quæstionē, quib⁹ loquatur, & tripliciter soluit.

a ¶ Vos subditi.] Hoc dictū fuit laicis, sicut illud 11. q. 1. magnū. & s. de maio. & obedi. solitæ. & potest extēdi ad clericos circa exteriora. 23. q. vlt. tributum. Vel quia obedire debent prælatis suis. 23. dist. quanquā. s. de elect. significasti. Vin.

b ¶ Probatio.] 10. q. 3. illud. C. de Episc. & cleri. nulli.

SCientes.] Casvs. a Quidā Abbas conquest⁹ est dño Papę, ꝙ Eps Massæ nouas cōsuetudines, siue possessiones monasterio suo volebat imponere. vnde mādat cuidā cātori, quatenus super hoc veritatē inquirat, & si ab initio hęc imposita nō fuerint, de cætero nouiter imponi nō permittat. Nota, quod initium spectādū est. Item nouus census, siue consuetudines nouæ, Ecclesiis imponi non debeant.

c ¶ Presbyterū.] Id est, Epm. 95. dist. legimus. & 95. dist. ecce. & 18. q. 2. hoc tantum.

¶ Glo. seq. ponit Brocar. de initio spectando allega. iura pro si. alleg.

CAP. II.

OMnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit: & infrà. ¶ Et vos subditi a esse debetis. Ideo enim tributa præstatis: quia hæc est probatio b subiectionis.

¶ Gregorius Stephano Cantori †.

¶ *Non potest Episcopus nouum censum monasterio imponere.*

CAP. III.

SCientes †: & *infrà.* ¶ Asseruit prædictus Abbas Presbyterū c Massæ nouas monasterio consuetudines velle imponere: & *infrà.* ¶ Mandamus, quatenus si ab initio d hoc non fuerit etiam labentibus temporibus aliquid nouiter non permittas imponi.

¶ Idem Constantino Episcopo †.

¶ *Cæcus, & pauper ad collectas non teneantur.*

CAP. IV.

LIcèt † multum: & *infrà.* ¶ Dixit quoque prædictus cæcus, quòd ad collectas inter alios pariter compellatur, quod

7. pro medio, sed contra medium, & vnum soluit, & remittit.

d ¶ Ab initio.] Sic ergo ab initio potest imponi cēsus ab ipso patrono de cōsensu Episcopi. j. tit. prox. præterea 2. & 18. q. 2. Eleutherius. j. eod. quanto. postea vero imponi non potest, nec impositus augeri. j. eod. prohibemus. & ita est hic arg. initiū esse spectandū. C. de bo. quæ liber. cum oportet. in fi. ff. de pœn. si quis. §. qui abortionis. 1. q. 1. quibusdā. C. cōmunia de vsucap. l. 1. & vlt. de consecr. dist. 1. placuit: & ff. commo. l. 1. in fi. & 6 dist. testamentum. & s. de loca. & conduct. propter sterilitatem. §. 1. & ff. de neg. gest. sed an vltro. §. 1. in fi. ff. de verb. oblig. continuus §. cum quis. ff. de contra. & vtili. act. tute. quid ergo. § sufficit. arg. contra, scilicet finem esse spectandum. j. qui sint fil. leg. tanta. in Auth. de nup. §. quia vero. coll. 4. 22. q. 2. quod autem ait. ff. qui satisd. cog. si antequā. de pœnit. dist. 3. § 7. in fi. q. 1. suggestum. & s. de renun. c. 1. arg. contra, scilicet medium esse spectandum: vnde illud:

Cū media sēper gaudebā ludere forma: Maior enim mediis gratia rebus inest. s. de testi. cum tu. & 45. dist. disciplina. & c. sunt namque. & s. de offi. deleg. quærenti. & 23. q. 4. quidam est bonorum. in fi. & ff. de pœ. respiciendum. C. de custo. & exhi. reo. si quis. arg. contra. quod medium non sit inspiciendum, C. de hære. insti. sed & si. §. solemus. Sol. medium spectandum est in dissensione opinionum, & opinio media magis est amplectēda. s. de offi. deleg. quærenti b. Quod dicitur initium esse spectandum, & finem esse spectandum, soluitur s. de elect. dudū. vbi de hoc inuenies alias concordantias.

LIcet multum.] Hæc est pars illius. s. de restit. spolia. licet. Abbas Siculus.

Casvs. Quidam cæcus conquestus est domino Papæ, ꝙ ipse cōpellebatur ad soluendas collectas pariter cū aliis, nō habito respectu ad cæcitatem suam: mandat Papa Episcopo loci, quod hoc fieri nō permittat: quia iniquum est eum, qui taliter afflictus est, in collecta affligere, cum ei debeat potius ex collecta, si esset necessitas, subueniri. Nota, ꝙ miserabiles personę ab Ecclesia debēt defendi. Itē afflictis non est addēda afflictio.

¶ *Glo. seq. allegat duo: quærit obiiciendo, & soluit.*

EX EO AVTEM. Antequam respōdeat ad quæstionem, dicit Papa, quod ex verbo illo, de quo quæsitū fuit videlicet *mysteriū fidei,* sumunt quidā munimentū erroris, dicētes in sacramento altaris nō esse corporis Christi, & sanguinis veritatem, sed imaginem tantùm, & speciem, & figurā: pro eo quod quandoque scriptura cōmemorat id, quod in altari suscipitur esse sacramentum, & mysterium, & exemplum: sed qui hoc dicunt errant. quia non intelligunt auctoritates scripturæ, nec sacramenta suscipiunt reuerenter: Si sacramentum altaris veritas esse negatur, quia est figura, ergo nec mors, nec resurrectio Christi vera fuit, cum figura sit. Sed Apostolus dixit, quod mors & resurrectio Christi, fuit similitudo, & imago, dum dixit: *Christus mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit propter nostram iustificationem:* & hoc etiam dixit Petrus in Epistola sua: & ita mors Christi & resurrectio, est exemplum: quæritur, si non est veritas, quia fuit exemplū: ergo nec fuit mortuus, nec resurrexit: Sed absit error iste à fideliū mentibus: tamen dicitur, mysterium fidei. quia aliud creditur quàm cernatur, & aliud cernitur, quàm credatur: videtur species panis, & vini: creditur veritas carnis, & sanguinis & veritas vnitatis, & charitatis: & ita inter ista tria distinguendum est, quæ sunt in hoc sacramento discreta, & sub istā forma panis, & vini, quam videmus, est veritas carnis, & sanguinis, & virtus charitatis & vnitatis: ista non videmus, sed credimus: primum, s. forma, quam videmus, sacramentum est, & non res: secundum est sacramentū, & res designata per formam panis, & vini: tertium est res, & non sacramentum: sed primū, s. forma, est sacramentum geminæ rei: secundum est sacramentum vnius, & res alterius existit: tertium est res duorum sacramentorum. his præmissis respondet Papa ad quæstionem, credens, quòd formā verborum, prout in canone reperitur, Apostoli receperunt à Christo & ab illis Apostolis eorum successores.

e ¶ *Dicentes.*] *De conse. dist. 2. ego Berengarius.*

f ¶ *Sanguinis veritatē.*] De corpore Christi tres sunt opiniones, Vna dicit, quòd illa substātia, quæ prius fuit panis, & vinum, postea fit[b] corpus, & sanguis Christi, *de conse. dist. 2. panis in altari. & c. quia corpus.* Secūda tenet, quod substantia panis, & vini desinit[c] esse, & tantum accidentia ipsorum remanent, scilicet sapor, & pondus, & sub illis accidentibus est corpus Christi, & hoc approbatur. *℞. de summa trinitate, & fide cath. c. 1.* Tertia[d] dicit, quod remanet substantia panis, & vini, & sub eadem specie est corpus Christi. Ioan.

g ¶ *Exemplum.*] *De consecr. dis. 2. non oportet. & c. nos. enim, & c. fortè dicis: & c. in quibus. & cap. semel mortuus est.*

h ¶ *Sacramentum.*] *1. q. 1. multi sæcularium. de consec. dist. 2. sacrificium.*

i ¶ *Veritas.*] Sicut ipsi hæretici dicunt.

k ¶ *Mysterium fidei*] *De consecra. dist. 2. fortè dicis. & c. in quibus. & c. semel mortuus.* & hic ostendit, quare dicatur mysterium.

l ¶ *Sacramentum.*] Idest, sacræ rei signum *c. de consecr. dis. 2. sacrificium.*

m ¶ *Secundum est sacramentum.*] *De consecr. dist. 2. hoc est, quod dicimus. & c. dupliciter.*

n ¶ *Sed primum*] Scilicet forma panis, & vini, est sacramentum geminæ rei, id est, corporis Christi, & vnitatis. & ita est figurans tantum.

o ¶ *Secūdum.*] Id est, corpus Christi est sacramētū. scilicet vnitatis

† *reuocabat.*

† *B. Thom.* 3. p. q. 83. ar. 3. ad 2. arg.

† *Qualiter hoc sit intelligendum, pulchrè explicat B. Thom.* 1. 2. q. 99. ar. 6. *& Dominicus Soto* l. 2. de iust. & iure. q. 2. art. 3.

a *Aliàs, sed Iulianus.*

† *approbatur.*

Hebr. 9.

† *Hic post vocem, testamentū, in quibusdam est dictio,* morte, *quæ deest in omnibus antiquis: nec esse debet vt indicant sequentia.*

Heb. 11.

† *Hunc errorem nouissimè etiā condemnauit concilium Trid.* sess. 13. de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. c. 4. & c. 2. *Vide quoque B. Thomam.* 3. p. q. 75. ar. 8.

Rom. 6.

1. Cor. 15.

1. Pet. 2.

Esaias. c. 53.

b *Scilicet per transsubstantiationem, & hæc est propositio catholica quā nouissimè diffinit concilium Tri.* sess. 13 de Eucharistiæ sacramento c. 4. & c. 2. *& vide B. Thomam* 3. p. q. 75. ar. 8.

c *De hac vide B. Thomam* 3. p. q. 75. art. 3.

d *Hæc est hæresis damnatum in cōcilio Tri. damnata.* sess. 3. de sacramento Eucharistiæ. c. 4. & c. 2.

e B. *Thō.* 3. p. q. 60. art. 2.

tatis. & est res sacramenti, & specierum panis, & vini: & ita est signans, & signatum.

a ¶ *Tertium.*] Scilicet vnitas est res, siue signatũ gemini sacramenti, id est, duorũ sacramentorum præcedentium, i. corporis Christi, quod est sacramentũ vnitatis, & specierum panis, & vini, quæ sunt sacramentũ corporis Christi: & ita illud tertium, est tm̃ signatum per illa duo sacraméta: species panis, & vini, & corpus Christi. Primum vero est tm̃ sc̃m signũ. Secundum est signans & signatum. Tertium est signatum tantùm.

b ¶ *Credimus.*] Cõcludit ex præmissis solutionem principali s quæstionis: Eõde hoc habes 11. *dist. Ecclesiasticorum.*

† *Hunc articulũ pulchrè explicat B. Thomas 3. p. q. 74. art. 8. & Dominicus Sotus l. 5. sent. dist. 9. q. 3. ar. 6.*

a *Impropriè loquitur, sed apertius hæc dicuntur in ipso contextu decretalis.*

QVÆSIVISTI ETIAM. Secunda q̃ō fuit vtrũ aqua cum vino in sanguiné conuertatur? sup ista q̃ōne variæ sunt opiniones apud scholasticos: quidam dicunt, quod cùm duo sacramenta profluxerint de latere Christi, scil. sanguis[a], & aqua, in illa duo sacramenta vinũ, & aqua commixta in calice, diuina virtute mutãtur, vt in hoc sacraméto sit veritas, & figura. Alij dicunt, quod aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem, præterea dici posset, quod aqua nõ transit in sanguiné, sed remanet prioris vini accidentibus circũfusa: ita quod vini saporé assumit: quod inde pbatur, si post calicis consecrationé aliud vinum mittat in calicé illud nõ transit in sãguiné, nec sanguini cõmiscetur, sed accidétibus prioris vini cõmixtũ circũfunditur corpori, quod sub illis accidétibus latet, nõ madidãs circũfusũ: & sic cõtingit accidétia permutare subiectũ, & hic cedit natura miraculo. Verũtñ inter prædictas opiniones illa pbabilior iudicat, quæ asserit aquã cũ vino in sãguiné trãsmutari, vt expressiùs eluceseat proprietas sacraméti: & ideo vino aqua vnitur, vt Christo popul° adunet: q hoc enim quòd ipse accepit de nostro, & nos accepimus de suo, indissolubili vinculo cõiungimur: vt ille qui est vnũ cũ patre per vnitaté ineffabilem, fiat vnum nobiscum per admirabilé vnionem, & eo mediante efficiamur vnum cum patre. Not. quòd accidentia mutant subiectum, & econtra. Item natura cedit miraculo. Item virtus supra consuetudinem operatur.

c ¶ *Illa duo.*] Sacramenta, quæ fluxerunt de latere Christi, scilicet aquam, & sanguinem. j. eo. in quadam.

d ¶ *Veritas.*] Id est, caro, & sanguis.

ADDITIO. Vel dic, veritas transsubstãtiationis istius aquæ in illam veram aquam Christi, & illius vini in sanguinem.

e ¶ *Et figura.*] Id est, species panis, & vini.

ADDITIO. Vel dic & figura, quia per aquam figuratur regeneratio, & per vinum redemptio.

f ¶ *Trãssubstantiatur.*] Ita quod desinit ibi esse aqua, & vinũ.

g ¶ *Physici.*] Qui dicũt, quod aqua, & vinũ non cõmiscentur per minima id est, non ita quòd inseparabilia sint, sed talis separatio impossibilis, vel difficilis videtur: postquam bene admixta sunt. arg. *ff. de acquir. re. do. adeo. §. cum quis. & de consec. dist. 2. cum omnem. Versus finem.*

h ¶ *Præterea potest dici.*] Hæc est tertia opinio.

Tertium[a] est res gemini sacramenti. Credimus[b] igitur quòd formã verborũ sicut in canone reperitur, & à Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores.

¶ *In sacraméto altaris, aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem. Hoc dicit vsque ad §. Tertio loco. Abb. Siculus.*

¶ Quæsiuisti etiã, vtrũ aqua cũ vino in sanguiné cõuertatur? Super hoc autem opiniones apud scholasticos variãtur. Aliquibus enim videtur, quòd cũ de latere Christi duo præcipua fluxerint sacraméta, redẽptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua: in illa duo[c], vinũ, & aqua, quæ cõmiscẽtur in calice, diuina virtute mutantur: vt in hoc sacramento plenè sit veritas[d], & figura[e]. Alij verò tenẽt quòd aqua cum vino trãssubstãtiatur[f] in sanguinẽ, cũ in vinũ trãseat mixta vino: licèt Physici[g] cõtrariũ asseuerẽt, qui aquã à vino per artificium posse asserunt separari. Præterea potest dici[h], quod aqua nõ trãsit[i] in sãguinem, sed remanet prioris vini accidẽtibus circũfusa, ita quòd vini saporem assumit: quod inde conuincitur, quia si post calicis consecrationem, aliud vinũ mittatur in calicem, illud quidẽ non trãsit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris[k] vini cõmixtum, corpori, quod sub eis latet, vndiq; circuntunditur, non madidans circunfusum: ipsa tamen accidentia vnum appositũ vidẽtur efficere: quia si aqua fuerit apposita, vini saporem assumit. Cõtingit igitur accidentia mutare subiectum, sicut & subiectum contingit accidentia permutare: cedit quippe natura miraculo: & virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconuenienter creditur, aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur: cum legatur de ipsius latere † processisse: *& infra.*[l] ¶ Verum inter opiniones prædictas, illa probabilior[m] iudicatur, quæ asserit aquã cum vino[n] in sanguinem transmutari: vt expressius eluceat[o] proprietas sacramenti. Nam cum aquæ multæ sint populi multi[p], iuxta quod alibi legitur: Beati † qui seminatis super omnes aquas: ideo vino aqua vnitur, vt Christo populus adunetur: per hoc enim quòd suscepit ipse[q] de nostro, & accepimus ipsi de suo, tam insolubili nexu coniungitur, vt qui est vnũ cum patre per ineffabilẽ vnitatem, fiat vnũ nobiscũ per admirabilẽ vnionẽ: ac per hũc, ipso cõmu. iter mediante, cũ patre vnũ efficimur. Pater, inquit, sancte, serua eos, quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut & nos: non pro his rogo tantùm, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt & ipsi in nobis vnum sint & Mundus credat, quia tu misisti.

¶ *Oratio, quæ dicitur in secreta, in festo sancti Leonis, immutata est, quia vbi dicebatur* [*Annue nobis domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio*] *hodie dicitur* [*vt intercessione beati Leonis hæc nobis prosit oblatio*] *& hæc mutatio contingit, quia Sancti nostris orationibus non indigent, sed nos suis. Hoc dicit vsque ad finem. Abbas.*

¶ Tertio † loco fraternitas tua requisiuit, quare fuerit mutatum quod in secreta beati Leonis[r], secundùm antiquiores codices[s] continetur: sic videlicet: [Annue nobis, Domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio] cùm in modernis sacramentariis habeatur [Annue

nue nobis quæsumus, Domine, vt animæ famuli tui Leonis, hæc prosit oblatio. Modo sic dicitur: *Annue nobis quæsumus, Domine, vt intercessione beati Leonis hæc nobis prosit oblatio:* quæsiuit Archiepiscopus, quare fuit illud mutatũ? Rñdet Papa: Sacra scriptura dicit, quod iniuriã facit martyri, qui orat pro martyre: & idẽ est intelligendũ de aliis sanctis, qui orationibus nostris nõ indigent, sed nos potius eorum orationibus indigemus: vnde quod continetur in plerisque orationibus *prosit*, vel *proficiat huic sancto, vel illi, talis oratio ad gloriam, & honorem:* ita debet intelligi, vt magis à fidelib. glorificetur in terris. In fine dicit Papa, vtrum in hoc articulo locum habeat illa distinctio, qua docetur, quòd defunctorum alij sunt valde boni, alij valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali, discretio huius Archiẽpi hoc inquirat. No. quod iniuriã facit martyri, qui orat pro martyre. Item vbi eadẽ est ratio, debet esse idẽ ius.

r ¶ *Leonis.*] Quia olim orabatur pro ipso: hodie ipse orat pro nobis: & ita mutatum est.

s ¶ *Codices.*] Id est libri missæ, & aliàs litteræ oratorij.

i ¶ *Transit.*] Contra istos est, quia si quis sumpserit hanc aquam cum sanguine, iam non erit ieiunus, & ita illa dic non poterit conficere. j̃. e. ex parte. sed contra, *de consec. dist. 2. relatum. & j̃. e. ti. consuluisti. & c. ex parte.*

k ¶ *Accidentibus prioris.*] Licèt logici dicãt, quod accidentia non possunt pmutare subiectũ, quod verum est secundùm naturam. Sed hic, natura cedit miraculo vt littera dicit.

l ¶ *Processisse, & infra.*] Sub hoc infra, ponitur alia opinio, q̃ ponitur in antiqua compilatione quæ est j̃. eo. tit. in quadam.

m ¶ *Illa probabilior.*] Nũquid hoc diffinit vt Papa, nobis prohibens alias opiniones: an vt Doctor, vt nõ imponat nobis necessitatem? eius ergo opinio est amplectenda: vt j̃. de feri. capellanus. & tamen non videtur aliquam reprobare. j̃. de resti. spolia. litteras.

n ¶ *Cum vino.*] Id est, vinum aquaticum: non enim transeunt duo in sanguinem, sed vinum quod aquam sibi incorporauit: & ita expone aquam cum vino, id est, compactũ, vel compositum ex eis. hęc expositio est secundũ illam opinionem, quæ asserit, quod aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem: & illa probabilior est. vt dicitur hic.

o ¶ *Eluceat.*] Aliàs elucescat. Ber.

p ¶ *Populi multi.*] *De consecr. dist. 2. cum omne. & dist. 4. propriæ.*

q ¶ *Suscepit ipse.* *De consec. dist. 2. in Christo pa. tri.*

TERTIO LOCO. In secreta beati Leonis olim ita dicebatur: *An*

† *corpore, legitur in plurimis antiquis.* Ioan. 21.

b *Hæc glossa deest in plurimis antiquis exemplarib.* Esaia c. 32.

† *In Gregoriana editione legitur, sicut est impressum, sed antiqua Raymundi exemplaria habent ita:* beati, qui seminatis super aquas. Ioan. 17.

† *Summa est, sanctos in cælo cum Deo regnantes, non egere precibus nostris, sed nos eorum intercessionibus, vide concilium Tridene.* sess. 26. tit. de inuocatione, & reliquiis sanctorũ, & c.

c *Illa duo glossula non habentur in vetustis exemplarib. nec credo esse Bernardi.*

nobis quæsumus, dñe, vt intercessione beati Leonis hæc nobis prosit oblatio? Super quo respõdemus, quòd cùm sacræ scripturæ dicat auctoritas †, quòd iniuriã[a] facit martyri, qui orat pro martyre: idẽ est rõne[b] cõsimili† de aliis Sãctis sentiẽdũ: quia orationibus nostris nõ indigent: pro eo quod cùm sint perfectè beati, omnia eis ad vota succedũt, Sed † nos potiùs orationib⁹ eorũ indigemus, quos (cùm miseri simus) vndique mala nostra perturbãt: vnde quod in plerisque† orationib⁹ cõtinetur: Prosit, vel proficiat, huic Sancto, vel illi † talis oblatio ad gloriam, & honorẽ, ita debet intelligi, vt ad hoc prosit, quòd † magis, ac magis à fidelibus glorificetur in terris: licèt plerisq; reputẽt nõ indignum, Sanctorum gloriam vsq; ad iudicium augmentari: & ideo Ecclesiam interim sanè posse augmentum glorificationis eorum optare. Verũ † vtrùm in hoc articulo locum habeat illa distinctio, qua docetur, quòd defunctorum alij sunt valde boni, alij sunt valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali: vndè suffragia, quæ fiunt à fidelibus in Ecclesia pro valde bonis, actiones sunt gratiarum: pro valdè malis, consolationes virorum, expiationes verò pro mediocriter bonis, & propitiationes pro mediocriter malis, tua discretio inuestiget[c].

¶ Idem Rectoribus Romanæ fraternitatis.

¶ Grauius peccat, qui simulat cõficere, & non conficit. quàm ille, qui conficit in mortali.

CAP. VII.

DE homine: *& infra.* ¶ Quæsiuistis † quid de incauto Presbytero videatur, qui cum se sciat in mortali† criminè constitutum, Missarum solemnia, quæ non potest propter necessitatẽ[d] quãlibet[e] intermittere, propter sui facinoris conscientiam dubitat celebrare, peractisque cęteris circunstantiis, Missam celebrare se fingit, & suppressis[f] verbis, quibus conficitur corpus Christi, panem†, & vinum tantummodo purè sumit, ita credẽs per id, quod prætendit[g], populo satisfacere, vt per hoc, quod intẽdit, Deũ non debeat prouocare. Cùm ergo falsa[h] sint abiicienda remedia, quę veris sũt periculis[i] grauiora[k], licèt is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, peccet grauiter[l], si se ingerat irreuerẽter ad illud: grauiùs tamẽ videtur offẽdere, qui sic fraudulenter illud præsumpserit, simulare, cùm ille in solius misericordis Dei manum incidat, iste verò nõ solum Deo (cui nõ veretur illudere) sed populo, quem decipit, se astringat.

¶ Idem Ferrariensi Episcopo.

¶ Hic improbat opinionem, qua habet, quòd in sacramento altaris aqua conuertatur in phlegma: & probat Christum fuisse verũ Deũ, & verum hominem, & quòd de ipsius latere exiuit vera aqua.

CAP. VIII.

IN † quadam nostra decreta-

a ¶ *Iniuriam.*] Quasi diceret superfluum. simile § *de maior. & obe. legebatur.*

b ¶ *Idẽ est ratione.*] Arg. vbi eadẽ est ratio, debet esse idẽ ius. *ff. ad l. Aquiliam. illud.* æquitatis enim ratio similia iura suaderet. § *C. ad l. Falcidiam. l. Vl. &* § *de confirmatio. Vti. cum dilecta*, vbi de hoc.

¶ *Glo. se. quærit obiiciẽdo, & soluit dubitatiuè. Itẽ obiicit & soluit.*

c ¶ *Inuestiget.*] Sed quare Papa ponit hũc casũ in hãc dubitatione, vtrũ habeat locum hic illa distinctio, vel nõ, cũ Augustinus dicat, quod nõ pro valde malis propitiationes fugit. 13. q. 2. *tẽpus.* forte ideo, quia dubiũ est, qui mediocriter mali appellantur: si enim illi tñ appellãtur mediocriter mali, q nõ decesserũt in aliquo mortali peccato, sed tñ in venialibus peccatis: sed hoc idest, quod mediocriter boni: si autẽ appellat illos mediocriter malos q decesserũt in aliquib⁹ mortalib⁹ peccatis. non tñ valde magnis, obstat 13. q. 2. *pro obeuntibus.* vbi dr̃, quod pro nullo est orãdũ, qui decesserit in mortali peccato: Itẽ si preces valent pro illis, q decesserunt in mortali peccato: pone, quod aliqualiter eleemosynæ, & orationes valeãt ad tollendam partem illius pœnæ, secundũ hoc possũt tot orationes, & eleemosynę fieri, quod pœna tollat tota, & ita dãnatus saluabitur: Ad hoc posset dici, quod mediocriter mali dicũtur, q habẽt multa venialia: mediocriter boni, q pauca. Vel melius dicas, quod mediocriter mali dicũtur, qui mortalia cõmiserũt peccata, licet leuia, & in quibus non est necessaria inscriptio. *ff. de accu. lenia.* & in quibus procurator cõstitui potest. *ff. an per aliũ causa ap. resi. pos. l. 3.* Et secũdum hoc dicas, quod si vnus denarius aliquantã partem pœnæ tollat, siue quartam, siue tertiã, secũdus tollat tãtùm: tãtũ dico in proportione, sed non in quãtitate: secundum hoc etiamsi totus mundus effunderetur, semper aliquid remaneret: Idem potest dici de indulgentiis, quæ fiunt in dedicationibus Ecclesiarum. B.

DE *homine.*] Primò ponit quõ. Secũdo solutio ibi, *Cũ ergo.* Ab. CASVS. Quidam sacerdos cũ esset in mortali peccato cõstitutus, & oporteret ipsum Missarũ solẽnia celebrare, propter cõscientia dubitabat celebrare: peractis cæteris circunstantiis, Missam celebrare se finxit, & suppressis verbis, quibus conficitur corpus Christi, panem, & vinum solummodo purũ sumpsit, credens per hoc populo satisfacere, & Deum nõ prouocare: Quæsitum fuit. quid de hoc presbytero videatur, vtrũ minus malũ fecerit, quã cõficiẽdo? Respõdet Papa, quòd falsa remedia sunt abiiciẽda. quæ sunt veris periculis grauiora, licèt enim ille, qui pro sui criminis cõscientia reputat se indignũ, grauiter peccet, si se ingerat irreuerenter ad illud; grauius tamen offendit, qui sic fraudulenter illud præsumpserit simulare: quia ille qui verè conficit, in manũ solius Dei incidit: ille vero qui sic simulat, & Deo, & populo se cõstringit, quia taliter decipit Not. quod falsa remedia veris periculis sunt grauiora. Itẽ existẽs in mortali peccato, celebrare non debet.

d ¶ *Necessitatẽ.*] Quia fortè dies fest⁹ imminet, vel fun⁹ alicui⁹

e ¶ *Qualibet.*] Id est, aliquam, quæcunque illa sit. 16. q. 1. *similiter. & 2. q. 7. si quis omnium.*

f ¶ *Suppressis.*] Id est, tacitis, quia non dicit illa verba, quibus conficitur corpus Christi.

g ¶ *Prætendit.*] Id est, fingit se celebrare: Ber.

h ¶ *Falsa.* Quia populus vana simulatione nõ est fallẽdus. 27. *dis. quod interrogasti. & C. de lat. lib. tollend. l. 1. §. sed & qui.* Ber.

i ¶ *Quæ veris sunt periculis.*] Io. sic exponit, id est, manifestis periculis.

¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas.*

k ¶ *Grauiora.*] Quasi diceret, grauius est peccare occulte, quàm manifeste. 12. q. 1. *certe.* 11. q. 3. *præcipuè. contra.* in hoc enim periculosius est: quia occulte peccans non habet, qui eum corrigat. Alio autem respectu magis peccat, qui publice peccat, quàm qui occultè: quia præstat aliis exemplum delinquendi: vt *in dicto c. præcipuè.* quia peccatum suum tuetur rationibus. & sic intelligitur illud 32. q. 4. *nemo. & 14. q. 5. pœnale.* b. Tanc. intelligit, vt iacet littera: quoniam grauiùs peccat sacerdos criminosus, qui simulat celebrare, & non celebrat, quã si criminosus celebraret: quia in primo casu in pluribus delinquit. Deum enim offendit, & proximum decipit: In secundo casu solum Deũ offendit. Et iste est bonus intellectus, quia talia remedia nullus debet inuenire: quia falsa sunt, ex eo quòd non conficit, cùm videatur conficere: ideò grauiora sunt, quàm vera pericula peccatoris, qui conficit: & hoc innuit bene littera sequens.

l ¶ *Peccet grauiter.*] Sic patet, quod quicũq; est in mortali peccato, celebrare non debet. 6. *dist. testamentum. & de conse. dist. 2. quotidie. & 1. q. 1. sacerdotes. & c. sacrosancta.* & omnis talis suspensus est quoad se. *supra de coha. cle. & muli. c. Vlt.* sed non quoad alios vt ibi: nisi sit simoniacus, vel notorius fornicator: quoniam illi suspensi sunt quoad se, & quoad alios: vt 32. *dist. §. Verum nullus. & c. præter hoc. & infra de simo. tanta.* Sed nunquid talis sacerdos potest celebrare, si habeat contritionẽ cordis: quia forsitan dum instat necessitas celebrandi, non potest habere, cui confiteatur? Satis[c] potest dici, quod sic, dum tamen habebat propositum satisfaciendi: & aliud postea quamcitò potest confiteatur: vt *infra de senten. excommuni. de cætero. & c. à nobis 2. & c. quamuis. & 26. q. 6. qui recedunt. de consec. dist. 2. quotidie.*

IN *quadam.*] Primò ponitur quæstio. Secundò Solutio ibi, *Nos igitur.* Et ibi primò refert duos errores. Secundo ibi, *Sed aduersus.* illos improbat. Tertiò ibi, *Per hoc.* respondet principali quæstioni, probans quòd de latere Christi exiuit vera aqua. Quarto ibi, *Cum autem.* dicit, quare de latere Christi exiuit sanguis, & aqua. Abb.

CASVS. In præcedenti decretali, *cum Marthæ.* inter cæteras opiniones, quæ ibi ponuntur, erat alia opinio, quæ dicebat in sacramento Eucharistiæ aquam in phlegma conuerti. quia de latere Christi dicebant non aquam, sed humorem aquaticum profluxisse: hanc opinionem tenebat magister Hug. episcopus Ferrarien. quam opinionem Papa reprobauit in decretali prædicta, cum Marthæ. sed ex quo vidit, quod Papa cõtrarium sentiebat, voluit sibi adhærere: Sed auctoritas Ioannis Apostoli

a Hæc glossula non habetur in vetustis exemplarib. nec credo esse Ber.

† *Hoc dictũ est B. Augustinus de verbis Apostoli,* sermone 17. *refert Magister sent.* l. 4. di. 45. c. 2.

† *Aliàs ita:* & de sanctis aliis sentiendũ.

† *Vide Sotũ* l. 4. sen. di. 45. q. 3. art. 1.

† *pluribus.*

† *illis.*

† *Aliàs ita:* quod magis, ac melius, &c.

† *De hoc dubio quod valde est anceps, vide præ aliis Dominicũ Sotum* l. 4. sent. dis. 45. q. 2. art. 2. & *ibidẽ Magistrum in littera,* c. 1.

† Ca. 6. eo. ti. in 3. cõp.

† *In antiquis legitur,* Quæsiuisti.

† *Vide B. Thomam.* 3. p. q. 79. arti. 3. & q. 80. art 5 & *Ludou. Carrerium* tract. de hæret. nu. 39.

† *In codice Barbatia est:* panem, & vinum purum tantummodo sumit.

d *Concord. tex.* in l. 1. in fin. & *ibi Cy.* C. vbi de crimi. agi opor. *Bar.* in l. 2. C. de sum. trini.

† Cap. 2. eo. ti. in 1. cõp. *Præter B. Th. paulò post citatum vide Sotum* l. 4. sen. dis. 1. q. 3. art. 5. & di. 9. q. 1. art. 6.

c *Vide B. Tho.* 3. p. q. 83. ar. 6. ad 2. arg.

li[a] epistola asseris te legisse, illud esse nefarium opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, in sacramento videlicet Eucharistiæ aquam in phlegma conuerti: nam de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiuntur exisse: *& infrà.* ¶ Nos igitur ad tuæ supplicationis instantiam respondemus[b], quòd quidam dixerunt, sed errauerunt, Christum non fuisse verum Deum, sed adoptiuum, vt miseri Ariani[c] †. Alij Christū non fuisse verum hominem, sed phantasticum, vt impij Manichæi †. ¶ Sed aduersus huiusmodi hæreses, Ioannes Apostolus in epistola sua loquitur, dicens [Tres sunt, qui testimoniū dant in cælo, pater[d], verbum, & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt.] per hoc intendens ostendere, quòd Christ⁹ sit ver⁹ Deus: [Et tres sunt, qui testimoniū dāt in terra: spūs, aqua, & sāguis] per hoc intendens ostendere, quod Christus sit ver⁹ homo. Nam ad esse hoīs duo principaliter[e] exigūtur, videlicet corp⁹, & aīa, ex quorū cōiūctione[f] verus homo subsistit. Per hoc autē, quòd in articulo mortis Christus inclinato capite tradit spiritū, de quo voce magna clamauerat [Pater, in manus tuas cōmendo spiritū meū] manifestè probatur, quòd ipse spiritū habebat, nō solū flatū vitalē[g], sed animā rationalē †, de qua prædixerat [Tristis est anima mea vsq; ad mortē:] & [Potestatē habeo ponendi animam meā, & iterū sumēdi eā.] ¶ Per hoc aūt, quòd vnus militum lācea latus eius aperuit, & continuò sanguis exiuit, & aqua, probatur apertè, quòd Christus verum corpus habebat: Nam de phantastico corpore, nec sanguis, nec aqua potuisset exire: vnde ille qui vidit, testimonium perhibuit, & testimonium eius est verum: quia tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Quòd videlicet Christus sit verus homo, ex anima rationali †, & humana carne subsistens, probatur ex eo, quòd spiritum vitalem emisit: & de † vero corpore probatur, quoniam ex eo sanguis exiuit, & aqua: rationalis quippe anima, nō posset viuificare nisi corpus humanum[h], ex quibus verus homo consistit. Cæterùm sicut fuit verus spūs, & verus sanguis, ita proculdubio vera aqua: cum Christus sit veritas, & à veritate omnis fallacia sit penitus aliena: nā si non fuisset aqua, sed phlegma, quod de latere saluatoris exiuit, ille qui vidit, & testimoniū veritati perhibuit, profectò non aquā sed phlegma dixisset[i]: nec in hoc verū regenerationis sacramētū fuisset ostēsum, cū per sacramētū baptismi nō regeneremur in phlegmate, sed in aqua. Neque per hoc posset vero argumēto probari, quòd in sacramēto Eucharistiæ admiscenda † sit aqua vino: si de latere Christi non aqua, sed phlegma cum sanguine profluxisset †: Sed nec vera fuisset figura, quæ super hac re præcessit in veteri testamen-

Apostoli monebat: magistrū Hug. quæ dicit: *Tres sunt qui testimonium dāt in terra, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres vnū sunt*, id est, de vna, & eadē re, scilicet de humanitate Christi, vt Hug. exponebat: dicebat Hug. q̄ si vera fuit aqua, quæ exiuit de latere Christi, & non aquaticus humor, nō vī, qualiter probatur per illā auctoritatē, quòd Christus sit verus homo. glossa super locū illū sic se hēt, spiritus, id est, humana anima, quā emisit in passione: aqua, & sanguis, quæ fluxerūt de latere Christi: per hāc auctoritatē probatur, q̄ Christus sit verus homo. Sed dato q̄ illa non fuerit vera aqua: sed aquatic⁹ humor: verba Apostoli, & glossa super illū locū, intelligibilia sibi videbātur: sed dato q̄ esset vera aqua nō intelligebat auctoritatē Ioānis, & glossā super locū illū: vnde petiit à Papa, vt auctoritatē, & glossā sibi exponeret: & ipse rńdet dicēs, q̄ quidā dixerunt, sed errauerūt, Christū non fuisse verū Deū, sed adoptiuū: vt miseri Ariani. Alij dixerunt Christū nō fuisse verū hominē, sed phātasticū, vt impij Manichęi. Sed cōtra istos loquitur Ioānes Apostolus in epistola sua: *Tres sunt qui testimonium dāt in cælo, pater, verbū, & spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt*, per hoc ostendens q̄ Christus sit verus Deus. *Et tres sunt qui testimoniū dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis.* per hoc intēdens ostendere, quod Christus sit verus homo. Ad esse enim hominis duo exiguntur principaliter, scilicet corpus, & anima, ex quibus verus homo consistit: per hoc autē q̄ in articulo mortis tradidit spiritū, de quo dixerat: *Pater in manus tuas commendo spiritū meum*, manifestè probatur, quòd spiritum habebat, & animam rationalē, de qua dixerat, *Tristis est anima mea vsque ad mortem*: per hoc q̄ vn⁹ militum lancea latus eius aperuit, & cōtinuò exiuit sanguis, & aqua, probat, q̄ Christus habebat verū corpus, & nō phantasticum, de quo nec aqua, nec sanguis posset exire: vnde ille, q vidit, testimonium perhibuit, & testimonium eius verū est: & sic tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Quòd Christus sit verus homo ex anima rationali subsistens, probatur ex eo, quod spiritum vitalem emisit: & de vero corpore hoc probatur, quia inde sanguis, & aqua exiuit: sed anima rationalis non posset viuificare nisi corpus humanum: & ita sicut fuit verus spiritus, & verus sanguis: ita & vera aqua: quod si non fuisset vera aqua, sed phlegma, ille qui vidit, profectò non aquā, sed phlegma dixisset: nec in hoc verū regenerationis sacramentum fuisset ostensum, cùm per sacramentum baptismi non regeneremur in phlegmate, sed in aqua: nec per hoc posset probari, q̄ in sacramento Eucharistiæ admiscenda sit aqua cū vino, si de latere Christi nō aqua, sed phlegma cum sanguine fluxisset. Itē non fuisset vera figura, quæ super hac re præcessisset in veteri testamēto, qn̄ Moyses virga percussit silicē, & ex ea, nō phlegma, sed aqua manauit, ergo qualiscunq; fuerit illa aqua, siue de nouo diuina virtute creata, siue de cōponentibus resoluta, proculdubio vera fuit, sicut verus exitit sudor ipsi⁹, sicq; guttæ sanguinis decurrētis

terram. cum enim ad compositionē humani corporis quatuor elementa cōcurrant, terra, aqua, aër, & ignis, & ad generationem eiusdem corporis, quatuor humores consimiles illis conueniāt, videlicet, sanguis, cholera, phlegma, & melācholia: veritatem humani corporis expressius demonstraret, vnū de elementis, & vnum de humoribus, quæ magis mysterio congruebant, Ioannes expressit ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinem: in quibus duo maximè sacramēta relucent. redēptionis per sanguinē, & regenerationis p aquā. No. q̄ ad esse hominis duo exiguntur, scilicet corpus, & anima. Item de corpore phantastico sanguis exire non potest. Item à forma verborum non est recedendum. Item compositum in cōponentia, & elementatum in elementa resolui potest.

a ¶ *In quadam nostra decretali.*] ī. eo. *cum Martha.* sed illa opinio semota est modo inde.

b ¶ *Respondemus.*] Ad q̄onem magistri Hug. Epi Ferrariensis, qui opinionē prædictā secutus fuit. Dicebat enim Hug. si illa fuit vera aqua, quę de latere Christi exiuit, nō intelligebat qualiter per illam probatur, q̄ Christus sit verus homo, nec intelligebat secundum hoc auctoritatē illam Ioannis Apostoli, nec glossam ibi positā: *tres sunt, qui testimoniū dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnū sunt.* & glossa super illo loco sic se habet, spiritus, id est, humana anima, quam emisit in passione, aqua, & sanguis, quæ fluxerunt, de latere Christi: sed dato q̄ illa aqua non fuisset aqua, sed aquaticus humor humani corporis, tū auctoritas Apostoli, quam glossa intelligibilia sibi videbātur, vnde quęsiuit à domino Papa, vt exponeret sibi prędictas auctoritates, & glossam & ipse respondet.

c ¶ *Ariani.*] Et Bonosiani. 24 q. 3. *quidā. Ver. Bonosiani.* sed Ariani sunt illi, qui dixerūt filiū nō coæternū patri. 24. q. 3. *quidam. Ver. Ariani.* de secta Manichæorum habetur. 24. q. 3. *quidā. Ver. Manichæi.* sed de ista non continetur hic. sed fortè alibi. Ber.

d ¶ *Pater, verbum, & spiritus sanctus.*] Pater dedit testimoniū deitatis, qn̄ dixit: *hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui*: Filius dedit testimoniū deitatis, quando in mōte trāsfiguratus potētiā deitatis, & speciē æternæ beatitudinis ostēdit: Spiritus Sanctus dedit testimoniū deitatis, qn̄ super baptizatum in specie columbæ requieuit, vel quando ad inuocationem nominis Christi corda credentium adimpleuit.

e ¶ *Duo principaliter.*] Et ita Christus est duo neutri generis, quia & est Deus, & homo ī. *de hære. cum Christus.* Lau.

f ¶ *Coniunctione.*] Id est, ex quibus coniunctis inuisibiliter.

g ¶ *Non solum vitalem.*] Secundum quòd physici diuidunt spiritum, vitalem scilicet, & animam. Lau.

h ¶ *Nisi corp⁹ humanū.*] Cū nō possit habitare in sicco. ar. 32. q. 2. *Moyses.* nec corp⁹ humanū vegetari pōt, nisi p animā. nā si aliqn̄ spirit⁹ malign⁹ corpus mortui hōinis habitaret. vt 26. q. 5. *nec mirū.* nō tñ illud viuificat, nec vnū cū illo efficitur, sed illud mouet ad instar venti, qui laruā subintrat, & mouet ipsā.

i ¶ *Sed phlegma dixisset.*] Simile ī. *de trasf. suñer corporalia.* & ī. *de deci.*

† *Hos dānauit concilium Nicenum vide Nicephorū* l. 8. c. 5. 6. 7. & 8.

† *Vide Epiphanium* l. 2. cōtra hęreses, hæresi. 66.

1. Io. 5.

Mat. c. 17.
Luc. c. 3.

† *rationabilem.*

Luc. 22.
Marc. 15.
Matth. 26.
Ioan. 10.
Ioan. 19.
1. Ioan. 5.

† *rationabili.*

† *In antiquis ita. & vero corpore probatur, &c. absque dictione, de: quoniam intelligitur præcedens participiū: nempe, subsistens.*

a *Ea tamen opinio, seu verius loquendo, error, quā eo decretali, cū Marthę. absoluit Raymūdus, reiicitur in principio huius decretalis eisdem verbis, quibus extat in antiqua compilatione.*

† *Aliàs ita. admiscēda sit aquā cū vino.*

† *Fluxisset.*

de decr. ad audientiam. & est ar. non esse recedendū de facili à forma verborum ĩ. de spons. ex litteris. & C. de libe. præte. l. 3. & ff. de in. do. permittendo. Et hoc si iuri consonat, aliàs ad iurisperiti interpretationem recurrendum est ff. de vsufru. leg. si aliq. arg. de consue. ex litteris. ĩ. de verb. sig. præterea. § ff. de leg. 3. non aliter. Bern.

Apostolicæ obedire contemnit, 81. dist. si qui sunt presbyteri: & infidelis esse conuincitur, etiamsi fidelis esse videatur. 8. q. 1. si hoc est verum, immò quia est, multi punientur de inobedientia, quæ est grauissimum peccatum, vt patet per iura prædicta. Sed dicas, quod qui canonis inobedientiam incurrit, cum eo mitiùs agitur, quàm cum eo, qui iudicis inobedientiam incurrit. arg. infrà de cle. excommunicato minist. si celebrat [b]. & ff. de arbitris. Celsus. Bernardus.

to, quando Moyses [a] virga percussit silicē, & ex eo nō phlegma, sed aqua manauit †. Restat igitur, vt qualiscunque fuerit illa aqua, siue naturalis, siue miraculosa, siue de nouo diuina virtute creata, siue de componētibus ex parte aliqua resoluta, procul dubio vera † fuit: cùm naturaliter possit, & cōpositum in cōponētia, & elementatū in elemēta resolui: quēadmodū verus extitit sudor ipsius, sicut guttæ sanguinis decurrētis in terrā. Cùm autē ad compositionē humani corporis, quatuor elementa cōcurrāt, videlicet terra, aqua, aer, & ignis: & ad vegetationē eiusdē corporis, quatuor humores illis [b] cōsimiles cōueniāt, videlicet, sanguis, cholera, phlegma, & melancholia, vt veritatē humani corporis expressiùs demonstraret, vnum ex illis, & vnum ex istis Ioannes expressit, illāque potiùs ex illis, & ex istis, quæ magis mysterio † congruebant, ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinem: in quibus duobus, duo maximè † sacramenta, redemptionis videlicet, & regenerationis elucent.

¶ Idem in concilio generali.

¶ Præcipit Prælatis, & Clericis in virtute obedientiæ, vt nocturnum officium, & diurnum, studiosè celebrent & deuotè.

CAP. IX.

DOlentes referimus, quòd nō solùm quidam minores clerici, verū etiam aliqui Ecclesiarū Prælati, circa † comessationes superfluas, & fabulationes illicitas (vt de aliis taceamus) ferè medietatem noctis expēdūt: & somno [c] residuum relinquētes, vix ad diurnū concentū auiū excitantur, transcurrendo vndique continua † syncopa [d] matutinum. Sunt & alij, qui Missarum solēnia vix celebrāt quater in anno: & (quod deterius est) interesse contēnunt: & si quando, dum hæc celebrantur, intersint, chori silentiū fugientes, intendūt exteriùs collocutionibus laicorū: dumq; auditū ad indebitos sermones effundūt, aures intētas nō porrigūt ad diuina. ¶ Hęc igitur, & similia sub pœna [e] suspēsionis penitus inhibemus districtè præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinū [f] officium nocturnū pariter, & diurnum, quātum eis Deus dederit, studiosè [g] celebrent pariter, & deuotè [h].

¶ Honorius iij.

¶ Eucharistia debet mundè seruari, & in eius eleuatione, & delatione populus debet se inclinare: & cū defertur ad infirmū, debet deferri in decenti habitu, & cū lumine: transgressores verò grauiter sūt puniēdi.

CAP. X.

SAnè † cū olim: & infrà. ¶ Ne propter incuriā Sacerdotum diuina indignatio grauius exardescat, districtè percipiēdo mandamus, quatenus à Sacerdotibus Eucharistia, in loco singulari, mūdo, & signato semper honorificè collocata, deuotè, ac fideliter cōseruetur [i]. ¶ Sacerdos verò quilibet frequēter doceat plebem suā, vt cùm in celebratione Missarū eleuatur Hostia salutaris, se reuerēter inclinet †, idē [k] faciēs, cum eā defert Presbyter ad infirmū. Quā in decenti habitu, superposito mūdo velamine ferat, & referat manifestè, ac honorificè ante pectus, cum omni reuerētia, & timore, sēper lumine præcedente cū sit candor lucis æternæ: vt ex hoc apud omnes fides, & deuotio augeatur. Prælati autē huiusmodi mādati grauiter punire [l] nō differāt transgressores, si & ipsi diuinā, & nostrā volunt † effugere vltionem.

¶ Idem vniuersis Ecclesiarū Prælatis.

¶ In Ecclesiis collegiatis debēt celebrari duæ missæ collegialiter, vna pro defunctis, alia secundū exigentiā diei, vt pro festo, si festum occurrit: vel pro feria, si feria.

CAP. XI.

CVm † creatura nō habeat, quid pro meritis respōdeat

Num. 20.

a ¶ *Moyses.*] Sic *suprà de conse. dist. 2. venera.* hic ergo exigitur expressa similitudo inter ea, quæ sunt in nouo testamento, & ea quæ sunt in veteri: alibi nō exigit diuersitas, ne videamur iudaizare. arg. *suprà de sacr. vnct. cap. vnico. ver. verumtamen vnctiones*, &c. Lau.

† emanauit.

b ¶ *Illis consimiles.*] s. in frigiditate, & caliditate, siccitate, & humiditate, quàm conuenientiam physicorum proprium est assignare, nō iuristarum.

ADDITIO. Vide bonam glos. *in proœmio Instit. igitur.*

† *Vide B. Thomā 1. p. q. 74. art. 7. ad 3 arg. vbi citat hūc locū, quē perperā tribuitur Innocentio 4 in pluribus D. Thomæ exemplaribus, cùm sit Innocentij 3.*

Lucæ 22.

DOlentes.] Duo facit. Primò ponit clericorum duplicem excessum. Secundò prohibet ibi; *Hæc igitur.* Prima subdiuiditur in duas, prout duo sunt excessus. Secunda ibi, *Sunt & alij.* Abbas Siculus.

CASVS. In concilio isto reprehendit Papa clericos, & prælatos ecclesiarum, qui circa comessationes superfluas, & confabulationes illicitas potiùs sūt intenti, quàm circa diuina officia: & quidam eorum vix Missarum solemnia quater in anno celebrant: hæc, & alia similia præcipit Papa sub pœna excōmunicationis in virtute obedientię corrigi, ac emendari. Not. quod clerici, & prælati, comessationibus superfluis, & confabulationibus illicitis vacare non debent. Item in officiis diuinis syncopatio reprobatur. Item officium diuinum deuotè celebrari debet.

† mysterio.

† maxima.

† *Scilicet Lateran. sub Innocentio iij. c. 17. refertur. §. 1. tit. de celebratione diui. officij in 4. cōp. & in de moribus homi.*

† *In codice Barbatia ita circa comessationes superfluas, & confabulationes. &c.*

c ¶ *Somno.*] [a] Requirit natura requiem: tñ capiēda est hora cōgrua. vnde Seneca: *Quies tibi sit non desidia.* Ouidius sine titulo:

Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt. Ioan.

† cōtinuata in concilio.

a *Hæc glossula nec est Bernardi, nec habetur in vetustis codicibus.*

d ¶ *Syncopa.*] *De consecrat. d. 4. retulerunt.* Vnde versus:

Syncopa de medio tollit, quod epenthesis auget.

De istis figuris dicitur ĩ. *de verb. sign. forus.*

e ¶ *Sub pœna.*] Et ita non est canon latæ sententiæ, sed potiùs ferendæ. ĩ. *de iure patro. relatum.* vbi de hoc.

¶ *Glo. seq. recitetur per quæstionem. quæ sit pœna contrafacientis.*

f ¶ *Diuinum officium.*] Ad quod etiā sine isto præcepto tenētur, ĩ. *eo. presbyter.* & ita qui contra hoc præceptum faciūt, inobedientiā incurrunt vnde videtur, quod sint suis beneficiis priuandi propter inobedientiam: arg. *supra, de maioritate, & obedientia, solitæ.* quia peccatū paganitatis incurrit, quisquis sedi

g ¶ *Studiosè.*] Quantùm ad officium oris, id est, sine syncopa.

h ¶ *Deuotè.*] Quantùm ad officium cordis.

b *Adde, quod no. infra de elec.* generali. in gl. contraria faciens li. 6. & suprà de treu. pac. c. 1. *Ioan. And.*

SAnè.] Quatuor sunt dicta. Secundum ibi, *Sacerdos.* Tertium ibi, *Quam.* Quartum ibi, *Prælati.* Abbas Siculus.

c *Hæ duæ glossulæ non sunt Bernardi, nec habentur in antiquis codicibus.*

CASVS. In cap. isto præcipit Papa, quod sacerdotes in loco mūdo custodiant Eucharistiam diligenter, ne per eorum incuriam diuina indignatio exardescat: & quilibet sacerdos frequenter doceat plebem suam, vt quando in celebratione Missarum hostia eleuatur, se reuerenter inclinet: & idem faciat, cùm portatur ad infirmum lumine præcedente: & prælati huiusmodi mandati transgressores puniant, si & ipsi diuinam volūt effugere vltionem. Not. quod Eucharistia in loco mundo custodiri debet. Item qui faciunt contra mandatum Papæ, puniendi sunt.

† *Vide concil. Trid.* sess. 13. in decreto de sanctissimo Eucharistiæ sacramento c. 6. & ca. 7. & *notas nostras in hoc c. quib' hāc decretalem aduersus hæreticos tuemur*

† *inclinent.*

i ¶ *Conseruetur.*] Sub fidelibus clauibus ne sinistra manus ad ea possit extendi. ĩ *de custo. Euch. c. 1.*

¶ *Glossa seq. reci. per q. quam tripliciter soluit. & solutionem mediam moderatur.*

k ¶ *Inclinet.*] Flexis genibus, & potest dicere illa verba:

Salue lux mundi, verbum, patris, hostia vera.
Viua caro, deitas integra, verus homo.

Vel ista: *Transsubstātientur res ista in corpus & sanguinē tuū, Domine, ad honorē, & laudē nominis tui, ad confessionē peccatorū, & ad salutem animarū nostrarū.* Vel orationē dñicā. Verba ista, *transsubstātientur res ista*, &c. debent [d] dici, antequā hostia eleuetur ante illa verba, *Hic est sanguis meus*, &c. postea [e] non debent dici, cùm iam sint transsubstantiatæ in corpus & sanguinem. Bern.

d *Non putes, quòd sit necessarium hæc verba præmitti, quoniā absque illis ex vi verborū,* hic est sanguis, *&c. species panis, & vini transsubstantiantur in corpus & sanguinem Domini Iesu Christi.*

† *voluerint.*

† *Vide concilium Trident.* sess. 22. tit. Doctrina de sacrificio Missæ c. 1. canone 3. & sess. 25. decreto de purgatorio.

l ¶ *Punire.*] Ad arbitrium iudicis punientur, qui hoc non seruauerint: cùm pœna certa hic non statuatur. ĩ. *de officio delegati. de causis. & ff. de iure deliberan. l. 1. in fi.* vbicunque enim pœna non statuitur, ad arbitrium iudicis imponitur [e].

e *C. eo. l. 1. & ibi Bar.* ff. vi bon. rap. *tex* in l. pęnalt edixi. cum not. ff. de iniur.

CVm creatura.] Primò ponit mandatum. Secundò præmittit causam generalem ibi, *Mandamus.* Abb. Sic.

CASVS Prælati, & clerici conuentualiū ecclesiarum, Missas &

DE BAPTISMO, ET EIVS EFFECTV.

¶ *Viſo de ſacramēto Euchariſtiæ, quo nihil in ſacrificiis maius eſſe poteſt.* de cõſ. diſt. 2. nihil. *meritò ſubyciter de baptiſmo, quod eſt ſacramentū valde neceſſariū, ſine quo nemo poteſt ſaluari.* ĩ. eo. maiores, de cõſ. d. 4. c. firmiſſimè. *Tractat etiā de eius effectu: pro dabit enim tres effect⁹: nā remittitur culpa: vitatur dānationis periculum, & aperitur regnum cæleſte.* ĩ. eo. maiores. *Vide gloſſ.* de cõſ. d. 4. c. 1. *Ab.*

De hac materia habetur de conſe. diſt. 4. per totum.

TITVLVS XLII.

De baptiſmo, & eius effectu.

¶ Alexander tertius.

¶ *Licèt puer ſit ter merſus in aqua in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: ſi non ſit dictum: Ego te baptizo in nomine patris, &c. non eſt baptizatus.*

CAP. I.

SI quis † puerum ter in aqua immerſerit [a] in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, amen: & non dixerit: Ego [b] te baptizo in nomine patris [c], & filij, & ſpiritus ſancti, amen: non eſt puer baptizatus [d].

¶ Idem.

¶ *Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus, poteſt baptizari forma hic expreſſa.*

CAP. II.

DE † qbus dubiū [e] eſt an baptizati fuerint, baptizātur † his verbis pmiſſis: Si baptizatus es, nō te baptizo [f]: ſed ſi nondū baptizatus es, ego te baptizo, &c.

¶ Innocentius iij. Arelaten. Archiepo.

¶ *Sacramētū baptiſmi utiliter confertur paruulis, licèt nō credāt, nec intelligāt: & remittitur eis peccatū originale. Hoc dicit vſq; ad §. verū.*

CAP. III.

MAiores † Eccleſiæ cauſas, præſertim [g] articulos fidei contingentes, ad Petri ſedem referendas intelliget, qui eum [h] quærenti Domino, quem diſcipuli dicerent ipſum eſſe, reſpondiſſe notabit [Tu es Chriſtus filius Dei viui] & pro eo Dominum exorâſſe, ne deficiat [i] fides eius. ¶ Quibuſdam igitur quæſtionibus, quas contra Catholicos Hæretici mouerant, nos poſtulas reſpōdere. Aſſerunt enim paruulis inutiliter baptiſma cōferri: quod nituntur probare, illud primo, & præcipuè inducentes, quòd cùm ſecundùm verbum Iacobi Apoſtoli dicentis in epiſtola ſua: [Charitas [k] operit multitudinem peccatorum,] & iuxta illud teſtimo-

¶ *Si quis.*] Caſ⁹ patet. No. quòd in baptiſmo forma verborū eſt de ſubſtātia ipſius, & ea omiſſa nihil agitur.

a ¶ *Immerſerit.*] Id eſt, immergendo dixerit, in nomine patris, & filij, &c.

¶ *Gloſſ. ſequens quærit, & ſoluit.*

b ¶ *Ego te baptizo.*] Nunquid pronomē, ego [a], eſt de ſubſtantia formæ? Non: quia plenum generat ſenſum hęc vox, baptizo, ſine hoc pronomine, ego. ar. de conſ. d. 4 retulerūt, ibi dicitur: ſi qs ita dicit: *Baptizo te i nōie patris, & fi. &c.* baptizat⁹ eſt: qa ex quo baptizare intendis pronomē ibi nō ponitur.

¶ *Gloſ. ſeq. alleg. duas concor ſignat & unum contrarium, & ſoluit.*

c ¶ *In nomine patris.*] *De conſ. d. 4 in ſynodo. multi.* Arg cōtra. *d. ca. a quodā.* Sol. illa litera, *in nomine Trinitatis,* intelligitur explicitè. & qd ſequitur ibi, *in nomine Chriſti tantùm.* diſpoſitū fuit illud ab Apoſtolis ex cauſa: vt in principio baptizarētur in nomine Chriſti [b], in quo verbo intelligitur vnctus, inungēs, & per quē vngitur, id eſt, pater, filius, & ſpiritus Sāctus ſed hodie nō ſeruat forma illa: tamē ſi aliquis ſic hodie baptizaret ſub his verbis, baptizat⁹ eſſet: licèt fieri nō debeat, vt dixit Io. *in illo c. a quodam.* hęc eſt ergo forma baptiſmi, quæ hic traditur, q̄ ſeruat eccleſia: & qui omittit hāc formā, nihil agit, ĩ. *eo. proxi. veniēt.* ſaluo eo qd dicitur in nōie Chriſti: qa illud intelligit implicitè, qd eſt in iſta explicitè. Et hoc dicūt qdā dictū fuiſſe ex cauſa in primitiua eccleſia, vt ampliaret nomē Xpi in illo tpe, qd nomē homines abhorrebāt tūc: & qd tūc implicitè dicebat, *in nomine Chriſti,* modò explicitè debet dici nominib⁹ triū perſonarū expreſſis, vt dicitur in hac dec. aliàs Nicolaus decepiſſe illos, quibus rūdit illos eſſe baptizatos q baptizati erāt in nomine Trinitatis, vel in noīe Chriſti tm̄, in primitiua eccleſia, vt in actibus Apoſtolorū legitur: vt dicit *in c. prædicto a quodā,* vbi Hug. manifeſtè comprobat formam, quæ hic traditur, oſtendendo causā, quare in primitiua eccleſia tēpore Apoſtolorū baptizabant in hac forma, In nomine Trinitatis, ſiue in nomine Chriſti tm̄, & Nicolaus in ſua reſpōſione, quàm fecit, *in c. a quodam* retulit ſe ad tēpus primitiuę eccleſię. Dixit Hug. qd de hac forma, q̄ hic tradit, nihil eſt mutādū, vel diminuendū, ſecundū qd notauit *de conſe. d. 4. multi.* B.

d ¶ *Baptizatus.*] Arg. q vbi aliquid deeſt de ſubſtātia eius, qd exigitur ad eſſe rei, nihil actum eſt, arg. 1. q. 7. *Daibertum* arg. contra. ĩ. *de ſacra. non itera.* 1. & *vlt.* vbi ſupplentur, quæ omiſſa erant: ſed illa vnctio non eſt de ſubſtantia ſacramenti.

DE *quibus dubiū.*] CASVS. Si de aliquibus ſit dubiū, an ſint baptizati, datur forma, quibus verbis præmiſſis debeant baptizari. Nota, quòd ratione dubij fiunt, quę aliàs non fierēt.

e ¶ *De quibus dubium.*] Sic *de conſe. d. 4 ſi nulla. & d. 1. ſolemnitates. & c. eccleſia, vel altaria.* idem *in ordine. 68. d. presbyteri quos. & ſeq.*

¶ *Glo ſequens ponit opi. quam reprobat.*

f ¶ *Baptizo.*] Dicūt quidā, qd ſi priùs fuit baptizatus, eundem charactērē iterare non eſt incōueniēs, vt reiteretur. arg. *illius c. 68. d. presbyteri.* quod nihil facit. & dicunt ſimile: quia eadē poſſeſſio ex pluribus cauſis acquiritur. *ff. de acquir. poſſ. poſſidere. §. ſi ex pluribus.* ſed hoc nō eſt verū. qa ſi primò baptizatus fuit: nihil ſecūdò additur: ſed ad vocē refert talis reiteratio: & eſt ſignū ſolummodo, qd ſit baptizatus. arg. ad hoc 68. *d. c. presbyteri. §. quia ergo.* vbi Grat. hoc dicit. arg. *C. de vnd. vel. l. 2.* vbi dicitur ſecundam manumiſſionem nihil addere, vel minuere Ala.

MAiores.] Diuiditur decret. hæc tota in duas partes. Primò ponit exordium, probans magnas quæſtiones, maximè fidem tangentes, referēdas eſſe ad Papā. Secūdò ibi, *Quibuſdā.* Ponit epiſtolā, quæ quatuor habet partes, ſi cut quatuor ſunt quæſtiones. Secunda ibi, *Verū.* Tertia ibi, *Sed adhuc.* Quarta ibi, *Item quæritur.* Prima ſubdiuiditur. Primò ponitur hæreticorū obiectio duabus auctoritatib. munita. Secunda ibi. *Ad id.* ipſius ſolutio. Tertia ibi, *Cæterum.* auctoritatibus reſpondet. Abbas.

CASVS. Quidā hæretici fecerunt quaſdam quæſtiones catholicis. Archieps. Arelaten. poſtulauit D. Papam illis quæſtionibus reſponderet: dicebant enim, qd paruuli inutiliter baptizantur, ad quod probādum inducebant auctoritatem B. Iacobi Apoſtoli dicentis: *Charitas operit multitudinē peccatorum:* & auctoritatē Euangelij de peccatrice, quę lauit pedes Domini dicentis: *Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multū.* ſed non niſi per charitatē, & in charitate crimina dimittuntur. & paruuli nec ſentiunt, nec conſentiunt, nec charitatem habent: quæ tantum ſentientibus, & conſentientibus infunditur, & ita paruulis peccatum non dimittitur in baptiſmo. Ad quod reſpondet Papā, qd baptiſma circuncisioni ſucceſſit, ſed abſit vt in illam hæreſim incidamus, quæ aſſerit legem cum Euangelio, & circuncisionem cum baptiſmo ſeruandam: quia dicit Apoſtolus: *Si circumcidimini, Chriſtus nihil vobis prodeſt.* Sed circuncisio & paruulis, & ad alijs conferebatur, & baptiſmus qui ſucceſſit loco illius, generalior eſt: & cū tā viri, q̄ fœminæ baptizētur, nō dēt eſſe minoris effectus: & ita tā paruulis, q̄ adultis eſt conferēdus: ſicut enim in veteri lege dicebatur, *Anima, cuius præputij caro circuncisa nō fuerit, peribit de populo Dei:* ita nūc dicitur, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, nō intrabit in regnū Dei.* ab iſta generalitate nec ſexus, nec ætas excipitur. Verūtamen notandū eſt, quātū plus hodie baptiſmus conferāt Chriſtianis, q̄ Iudæis circūcisio olim contuliſſet. In fine auctoritatis prædictæ, *anima cuius,* &c. dicitur, *peribit de populo ſuo.* In auctoritate Euāgelij dicitur: *nō intrabit in regnum Dei.* Olim p circūciſionē licèt culpa originalis peccati dimitteretur, & periculū vitaretur: nō tn̄ perueniebatur ad regnū cœlorū: ſed per baptiſmū culpa remittitur, vitatur periculū, & ad regnū cœlorū peruenitur: quod oībus vſq; ad mortē Chriſti fuerat obſeruatū. Abſit enī, vt vniuerſi paruuli pereant, quorū quotidie tāta multitudo moritur qn Deus aliquod remedium illis pcurauerit ad ſalutē pdictæ verò auctoritates, quas inducebant hæretici, intelligendæ ſunt de adultis, q habent multitudinē peccatorū, qa de paruulis nō poſſent intelligi, qui peccato tm̄ originali grauātur: & eodem modo illa auctoritas: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit,* tota intelligitur de adultis, cū paruuli nō poſſint credere, ſed adulti. No, qd cū de articulis fidei dubitatur, ad Romanā ſedē eſt recurrendum. Item baptiſmus loco circuncisionis ſucceſſit, Item per circuncisionem peccatum originale dimittebatur. Itē ianua paradiſi in morte Chriſti fuit aperta: & per hoc approbatur, qd antiquitus ſancti Patres deſcendebāt ad inferna e. Itē licèt Chriſtus mortuus ſit pro omnibus quoad ſufficientiam: tamen prædeſtinatis tantùm quoad efficientiam. Item vniformis debet eſſe intellectus cuiuſlibet auctoritatis.

g ¶ *Cauſas præſertim* [17. *diſt. huic ſedi. & 24. q. 1. quotiens.*

h ¶ *Eum.*] Id eſt, Petrum.

i ¶ *Ne deficiat.*] Ex hoc patet, quòd eccleſia non poteſt eſſe nulla. 23. q. 1. *pudenda. in fi.* vbi Aug. hoc probat. ad idem. 21. *d. c.* 1. *ad fin. in verſ. ego pro te oraui.* &c.

k ¶ *Charitas operit.*] Hæc eſt prima obiectio hæreticorum, quòd ſi non habuerimus charitatem, etiamſi ſanguinem noſtrum ef-

† Cap. 1. tit. de baptiſmo puerorum in 2. cōpil. *Et de intellectu vide B. Tho.* 3. p. q. 66. art. 5. & *Sotum* lib. 4. ſent. d. 3. q. 1. art. 5.

a *Vide, quos citans iſtio decretales, ex quibus intelliges veram eſſe hāc rūſ, gloſſa ſententiam.*

† *Vide B. Tho.* 3. p. q. 66. art. 5. & *B. Clementē,* lib. 6. c. 15. conſt. Apoſtolicarum

† *Alias,* baptizentur.

b *De materia huius gloſſa, an ſcil. valeat baptiſmus in nomine Chriſti, vel in nomine Trinitatis, vide B. Tho.* 3. p. q. 66. ar. 6. & *ibi caietanum, & Sotum* li. 4. ſent. diſt. 3. q. vnica. ar. 6.

† Ca. recent. in 3. cōp. *Et pro intellectu, & declaratione huius decretalis, vide notas noſtras in eā, editas.*

Mat. c. 15. Luc. c. 22.

e *Id eſt, ad ſinum Abrahæ, vbi ſuperna pacis ingreſſum ſpe felices expectabant, vt ait Beda ſuper Euāg. Lucæ.*

nium veritatis in Euangelio de peccatrice, quæ ipsius pedes lauerat, perhibentis [Dimissa sunt ei peccata multa, quoniã dilexit multũ] nõ nisi per charitatẽ, & in charitate, crimina dimittantur paruulis, qui nec sentiũt, nec cõsentiunt, & charitatẽ non habent, quę sentientibus, & cõsentientibus tãtùm infunditur, peccatum non dimittitur in baptismo: *& infrà.* ¶ Ad id autem taliter † respondemus, ꝙ † baptisma circũcisioni successit [a]: (Absit enim, vt in illã damnatam hęresim incidamus, quę perperam affirmabat legem cũ Euãgelio, & circũcisionẽ cũ baptismo seruãdã: quoniã secundùm Apostolũ dicentem ad Galathas [Si circũcidimini [b], Christus vobis nihil prodest.) Cũ ergo circũcisio tã adultis, quã paruulis ex præcepto [c] Domini cõferretur: ne baptismus, qui successit loco ipsi[•], & generalior tamẽ existit, cùm † tã viri, quàm fœminæ [d] baptizẽtur, minoris videatur effectus, tã adultis, quàm paruulis est cõferendus: Sicut enim sine distinctione qualibet Mosaica lex clamabat [Anima, cuius præputij caro circuncisa non fuerit, peribit [e] de populo suo] ita nunc indistinctè vox intonat Euãgelica: [Nisi quis renat[•] fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ intrabit [f] in regnũ Dei:] ab hac generalitate nec sexũ, nec ętatẽ excludens [g]. Cautè tamẽ notãdũ est, quantũ plus baptismus hodie conferat Christianis, quã quõdam Iudęis circuncisio contulisset, dictum est in fine prædictæ auctoritatis inductæ de veteri lege [Peribit de populo suo,] In Euãgelica verò auctoritate subiunctum est [Nõ intrabit in regnũ Dei:] quoniam etsi originalis culpa [h] remittebatur per circuncisionis mysterium, & dãnationis periculũ vitabatur, nõ tamen perueniebatur ad regnum cœlorum, quod vsque ad mortem Christi fuit omnib[•] obseruatũ † : sed per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricati culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum cœlorum etiam peruenitur [i], cuius ianuam Christi sanguis fidelib[•] suis misericorditer reserauit [k]. Absit enim, vt vniuersi paruuli pereãt, quorũ quotidie tãta multitudo moritur, quin & ipsis misericors Deus, qui neminẽ vult perire, aliquod remedium procurauerit ad salutem. ¶ Cæterum ex littera satis patet prædictas auctoritates [l] intelligendas esse tãtummodo de adultis, qui habent multitudinẽ peccatorum: cùm de paruulis nõ possit † intelligi, qui peccato tãtùm originali tenentur. Similiter & illa auctoritas est soluenda: [Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. [m]] cùm non possint credere paruuli, sed adulti: & ob hoc tota auctoritas [n] hic † intelligenda est de adultis: ne ad alios prima, & ad alios secunda clausula referatur: quamuis nõnulli cõcedãt, quod paruuli credũt, non per vsũ, sed per habitũ fidei, quem suscipiunt in baptismo: sicut & alia multa verba, secundum cõmunem vsum loquẽdi, nõ ad actum, sed ad aptitudinem [o] referuntur. ¶ Illud † verò quod opponentes inducunt, fidem, aut charitatem, aliásque virtutes paruulis, vtpote non consentientibus, non infundi, à plerisque non conceditur absolutè

fuderimus & nostrã substantiã totam dederimus pauperibus, magis tormenta sunt, quàm corona victoriæ. 1. q. 1. *Vide quantũ bonum.* vnde dicitur charitas recta voluntas, bonis terrenis, ac sumptibus semper aduersa. *de pœni. d. 2. charitas.*

a ¶ *Circuncisioni successit*] Quæ supplebat vicem baptismi in paruulis, qui erant de stirpe Abrahæ: in alijs autem supplebat fides parentum. *de consecr. d. 4. quod autem apud. & c. ex quo.*

Luc. 7.

b ¶ *Circuncidimini.*] 28. q. 1. *sic enim. circa fi. per vnã columnam, Ver. ecce ego Paulus, &c.*

c ¶ *Ex præcepto.*] In veteri testamento.

d ¶ *Fœmina.*] Sed circuncisio ad fœminas[•] nõ ptinebat, sed offerebantur. 28. *d. in templum:* & ibi nomen imponebat, vnde baptismus generalior est.

a *Vide Magistrum sen. lib. 4. d. 1. §. quęritur autem, ibidem alios doctores, & S. Thom. 3. p. q. 70. ar. 2.*

¶ *Gloss. seq. alle. 2. cãcor. signat vnũ contrarium, & soluit dupliciter.*

† *Aliàs ita:* tibi respondemus.

e ¶ *Peribit de populo.*] Hic colligitur, ꝙ per circuncisionem saluabantur in veteri testamento. sic *de cons. d. 4. quod apud, &c. ex quo.* Sed contra *de pœ. d. 1. §. item vt Christus ait. in fi.* vbi dicitur, ꝙ circũcisio data est Abrahæ in signum iustitiæ, non in causam iustificationis. Sed illud intelligitur quoad ipsũ Abrahã, qui iam iustificatus erat, & nõ quoad alios, vel exponitur illa littera, & suppletur ibi, solum, vel tantũ. B.

† *Hic locus ex antiquis exemplaribus est restitutus, vt est impressus, nam in vulgatis perperam legitur ita:* quòd cùm baptisma successerit circũcisioni, &c. *in quibus nullo pacto cohæret oratiomis series, vt sequentia indicant.*

f ¶ *Nõ intrabit.*] *De consе. d. 4. firmißimè.* Ber.

g ¶ *Ætatem excludẽs.*] Immò includit, quoniã sub nomine masculino, dũ dixit, *Nisi quis renatus fuerit, &c.* fœmina cõprehẽditur *ff. de verb. sig. l. 1. & de pœnit. d. 1. si quis cũ telo.*

Gala. 5.

† *Aliàs ita:* & tam viri, *&c. sed lectio quam retinuimus, sanior est.*

Gen. 2.

Ioan. 3.

h ¶ *Culpa remittebatur.*] Id est, originale peccatũ, nõ tamẽ penitus adhuc est sublatũ[b], sed manet in homine, non tamen obest. *de conse. d. 4. c. 2.*

b *Hoc intellige, prout diffinivit concilium Trid. sess. 5. in decreto de peccato originali. §. si quis p Iesu Christi.*

i ¶ *Peruenitur.*] *De cõse. d. 4. per quam.*

k ¶ *Reserauit.*] *De conse. d. 4. propriè.*

l ¶ *Auctoritas.*] Scilicet Iacobi, scilicet, *charitas operit multitudinẽ, &c.* & illã in Euãgelio de peccatrice, *dimissa sũt ei, &c.*

m ¶ *Et cæterũ.*] scilicet, *saluus erit.* Qui autem non crediderit, nec baptizatus fuerit, condemnabitur.

Gen. 17.

¶ *Gloss. seq. alleg. vnam concor. & vnum contrarium.*

n ¶ *Tota auctoritas.*] Vniformis enĩ debet esse cuiuslibet auctoritatis intellect[•]. ar. 16. q. 7. *& hæc dicimus.* Ar. cõtra. 3. q. 4. *hi qui.*

o ¶ *Ad aptitudinem.*] Sicut & illud participiũ, retinens, quod ponitur in descriptione matrimonij, ad aptitudinem nõ ad actum refertur, quæ habetur 27. q. 2. §. 1. Matrimonium est coniunctio maris & fœminæ indiuiduam vitæ consuetudinẽ retinens: intellige, quamuis non retineatur quoad actũ, tamen quoad aptitudinem retinetur, sicut cõsueuit dici de iustitia. *ff. de iust. & iur. l. iustitia.* secundũ quòd iustitia est creatura.

Illvd vero. Opponebant prædicti hæretici fidem, aut charitatem, & alias virtutes paruulis non infundi: quia non cõsentiunt: sed istud non simpliciter conceditur, cùm inter theologos quæstio referatur. Quidam dicunt per virtutem baptismi paruulis culpam remitti, sed gratiam non cõferri. Alij dicũt & peccatũ dimitti, & virtutes infũdi quoad habitũ, nõ quoad vsum habentis eas, quousque peruenerint ad ætatem adultã. Sed ex hac responsione quidam viam inueniũt ad aliàs quæstiones, ex eo ꝙ dicitur paruulis in baptismo peccatũ dimitti originale, dicũt eadem ratione adultis dormientibus, & amẽtibus, si baptizẽtur, peccata dimitti, quia cùm nec isti, nec illi tunc sentiant, vel dissentiant, Idem iudiciũ est habendum. Sed hic Papa dicit distinguendum: Peccatũ duplex est: originale, & actuale. Originale, ꝙ sine consensu cõtrahitur, sine cõsensu remittitur, per baptismũ. Sed actuale, qd cõsẽsu cõtrahitur, sine consensu non relaxatur. Sed adhuc q̃ritur, quare dormientibus, & amẽtibus originale peccatũ nõ dimittit̃ in baptismo sicut paruulis? Ad hoc respõdet Papa: Dñs q̃ totũ hominem sanum facit in sabbato, opus imperfectionis nõ nouit, & ideo peccata nõ ex parte, sed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati, est carentia visionis Dei: pœna verò actualis est cruciatus ꝑpetuus: vnde si primum dimitteretur alicui altero non dimisso, talis non careret visione Dei ꝓpter originale dimissum, & cruciaretur ꝑpetuò ꝓp actuale. Sed hæc tanquam incompassibilia se non compatiuntur, immò aduersantur. Itẽ quęritur ins. isto, vtrũ dormientibus, & amẽtibus, si baptizẽtur, saltem character imprimatur, vt excitati à sõno, vel ægritudine liberati, non sint vlteri[•] baptizand.? Ad hoc dicũt quidam, ꝙ sacramenta, quæ per se sortiũtur effectum, vt ordo, baptismus, & consimilia, non solũ dormientibus, & amentibus, sed etiam inuitis, & cõtradicentibus cõferuntur, & si non quantum ad rem, id est, quantùm ad remissionem peccatorum, tamen quantũ ad characterem, cùm & paruuli, qui non consentiunt, & ficti, q̃ non ore, corde tamen dissentiunt, recipiãt sacramentum. Sed istis opponit̃: si isti fuissent inuiti, & reluctãtes immersi, saltem ratione sacramenti ad iurisdictionem Ecclesiæ pertinerẽt, vnde compellendi essent ad fidem seruãdam. Sed istud esset incongruum Christianę religioni, vt inuitus, & contradicẽs cõpelleretur ad fidem: vnde distinguẽdum est inter inuitum, & inuitum, coactum, & coactum. Si enim aliquis terroribus atq; supplicijs violenter attrahit̃, & ne detrimẽtum incurrat, baptismum suscepit, talis characterẽ suscipit sacramenti, sicut ille, q̃ fictè baptizatur: vnde cogendi sunt ad obseruationẽ fidei: in quo casu debet intelligi decretũ Tolerani concilij, ne nomẽ Domini blasphemet: & fides, quã susceperunt, contemptibilis habeatur. Sed ille, qui nõ consentit, & penit[•] contradicit, nec sacramentũ nec effectum recipit sacramẽti: sicut nec ille peccatum incurrit, qui thurificare idolis cogit̃ violenter. Dormiẽtes autem, & amentes, si antequã dormirent, vel antequã amẽtiam incurrissent, in cõtradictione perstitissẽt, si fuerint sic baptizati, characterẽ non suscipiunt sacramenti, quia adhuc intelligũtur in cõtradictione persistere. Sicut autem esset, si pri[•] catechumeni extitissẽt, & habuissent ꝓpositũ baptizãdi: vnde tales

Leui. 12.

† *Id est,* clausum *in multis vulgatis mendosè legitur, obseruatum.*

† Possent, *sed fortè legendum possint.*

Matt. c. 18.

† *hoc.*

† *Vide B. Tho. 3. p. q. 69. ar. 6.*

latè, a cũ propter hoc inter Doctores Theologos quæstio referatur: aliis asserentibus per virtutem baptismi paruulis quidẽ culpã remitti, sed gratiã non cõferri: nónullis dicentibus, dimitti † peccatũ, & virtutes infundi habẽtibus illas, quoad habitũ, non quoad vsum, donec perueniant † ad ætatem adultam.

¶ *Originale peccatũ, quod sine cõsensu cõtrahitur, remittitur in baptismo etiam nõ consentiẽti, vt paruulis: secus de actuali, quia sicut nõ cõmittitur sine consensu, ita nõ relaxatur sine consensu. h. d. vsque ad §. sed adhuc. Abbas.*

¶ Verũ quidã ex hac solutione a inuenisse se credũt viam ad alias quæstiones, argumẽtãtes ex eo, quòd dicimus paruulis in baptismate peccatum originale dimitti, quòd & adultis dormiẽtibus, vel amentibus peccatum (si baptizentur) ratione simili dimittatur: cùm enim neutri sentiant, vel consentiant, dicunt idẽ in cõsimilibus b iudicandũ. Hic verò dicimus distinguẽdũ, quòd peccatum est duplex c, originale scilicet, & actuale: originale, quod absque consensu contrahitur: actuale quod committitur cũ cõsẽsu. Originale igitur, quod sine cõsẽsu d cõtrahitur sine cõsẽsu per vim remittitur sacramẽti: actuale verò quod † cõsensu cõtrahitur, sine cõsensu minimè relaxatur.

¶ *Licèt in baptismo dimittatur originale peccatũ paruulis, qui tamẽ cõsentire nõ possunt: in adultis tamen amentibus, vel dormientibus, qui non consentiunt baptismo, non dimittitur actuale & item etiam nec originale. Hoc dicit.*

¶ Sed adhuc quæritur, quare non saltem originale peccatum amentibus, & dormientibus in baptismo, sicut paruulis, dimittatur? Ad hoc est taliter respondendum, quòd Dominus, qui totum hominẽ saluum † fecit in sabbato, opus imperfectionis e nõ nouit, & ob hoc peccata non ex parte f, sed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati, est carentia visionis g Dei: actualis verò pœna peccati, est gehẽnæ perpetuæ cruciatus: vnde si dimitteretur alicui primum altero nõ dimisso, talis non careret visione Dei propter originale h dimissum, & cruciaretur in gehenna perpetuò, propter reatum criminis actualis: sed hæc tanquam incõpassibilia i † sese minimè patiuntur, immò sibi mutuò aduersantur.

¶ *Amẽtes, vel dormiẽtes baptizati, si ante dementiã, vel dormitionẽ baptizari volebant, characterem suscipiunt: aliàs secus: coacti verò causatiuè suscipiunt. Hoc dicit vsque ad finem.*

¶ Item quæritur †, vtrùm dormientibus, & amentibus sacramẽti saltem character in baptismate imprimatur, vt excitati à somno, vel ab ægritudine liberati, nõ sint denuo baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicũt, quòd sacramenta, quæ per se k sortiũtur effectum, vt baptismus, & ordo, cæteraque similia, non solùm dormientibus, & amentibus, sed inuitis, & contradicentibus, etsi non quantum ad rem l, quantũ tamen ad characterem conferũtur: cùm non solùm paruuli, qui non consentiunt, sed & ficti m, qui quamuis non ore, corde tamen dissentiunt, recipiant sacramentum. Sed opponitur talibus, quòd qui fuissent inuiti, & reluctantes immersi, saltem ratione sacramenti ad iurisdictionem ecclesiasticam pertinerent: vnde ad seruandam regulam fidei Christianæ forent rationabiliter compellendi. Verũ id est religioni Christianæ † contrariũ n, vt semper inuitus, & peni-

tales cathecumenos cõsueuit ecclesia in necessitate baptizare: tũc enim character imprimitur, cùm obicẽ voluntatis cõtrariæ sacramentalis operatio nõ inuenit obsistentem. Nota, quod de similibus simile debet esse iudicium. Item particulariter nõ dimittitur peccatum: quia aut totum remittitur, aut nihil. Item pœna originalis peccati est carentia visionis Dei, pœna actualis est gehennæ cruciatus. Item duo contraria in eodem subiecto esse non possunt. Item baptismus, & ordo cõsensu accipiẽtium cõferuntur, si nõ contradicant expresse. Item coacta voluntas, volũtas est, & qui tali volũtate aliquid facit, valet, & compellitur illud seruare, vt hic dicitur: qui vero simpliciter cogitur attractus violenter, nihil agit per talem coactionẽ. Item plus est expressè contradicere, quã minimè consentire.

a ¶ *Absolute.*] Id est, indifferenter.

a ¶ *Ex hac solutione.*] Et ita oritur quæstio ex solutione, sic j. *de voto ex multa.*

b ¶ *In cõsimilibus.*] Ar. quòd de similibus simile iudicium debet esse. s. *de rescrip. inter cæteras. &* s. *de transla. inter corporalia. & supra de re iu. in causis, & ff. de legi. non possunt. & C. de leg. lib. & supra de confir. vtil. cum dilecti.* quia vbi eadem ratio, & idẽ ius: vt *ibi. & supra eo. prox. cũ Martha. § fin.*

c ¶ *Duplex*] *De conse. d. 4. non ex quo.*

d ¶ *Sine consensu.*] Pat. tium. j. *de re iu. omnis res. sim de consec. d. 4. filius Dei.*

Sed adhvc. Diuiditur iste §. Secũda pars ibi, ad hoc. Abbas.

e ¶ *Opus imperfectionis.*] Duplicitatis enim Deus aspernator est, 22. q. 5. *qui periurare paratus est. §. ex his omnibus.*

¶ *Glo. seq. arg. alle. 2. inra in contrariũ. Demũ dicit tria argumenta.*

f ¶ *Ex parte*] *De conse. d. 4. regenerãte. de pœ. d. 1. sunt plures.* Et est arg. quod si aliquis excõicatus est pluribus excommunicationibus, si absoluatur, omnino est absolutus. Sed est ar. cõtra. j. *de sen. excom. cũ pro causis & 3. c. si quẽ j. prœuaricator. ver. si crimina plura.* Item arg. & nihil reputatur actum, dũ aliquid superest ad agẽdum. 7. q. 1. *nihil. 38. d. quæ ipsis. C. ad Syl. l. vlt.* Et arg. q. sententia nõ debet pro parte valere, & pro parte nõ valere. *ff. famil. ercis. in hoc iudicio* a. Item nõ valet pro parte aliquid fieri, nisi in totum fiat. *ff. de procu. in causa. ff. pro derelicto. l. 5. ff. de transact. cùm hi* sic nec liberatur pignus, licèt de parte debiti sit satisfactũ. *C. de distra. pig. quandiu.* Et qui aliquid debet facere, faciendo pro parte nõ liberatur b *ff. de verb. ob. in executione. §. po.* Et impetrat est, ab eo qui iustus est, dimidiam sperare veniam, vt *in prealle. §. sunt plures.*

Additio. Vnde versus: *Larga Dei pietas veniã, nõ dimidiabit. Nam nihil, aut totum te lacrymante dabit.*

g ¶ *Carentia visionis.*] Paruuli enim, qui sine baptismo decedunt, in tenebris manẽt. *de cõse. d. 4. nulla præter.* & pœna illa mitissima est omnium. *de conse. d. 4. regenerãte. &* tñ sempiterno igne g puniuntur. *d. ca. firmissime.* Sed mitis dicitur pœna illa carẽtia visionis respectu aliorũ: sed mors perpetua dicitur. 30. q. 3. *ad limina. B.*

¶ *Glo. seq. abiicit, & dupliciter soluit.*

h ¶ *Propter originale*] Sed nónne propter actuale debetur carentia visionis Dei adulto d. Quid ergo expedit originale dimitti, cùm enim dimittatur, tñ debetur carentia visionis Dei ob aliud scil. actuale? nã & vbi aliquid debetur ex pluribus causis, vna remissa, alia petitio restat: vnde qui repudiauit successionẽ per, vnde liberi, admittitur ad successionem per, vnde cognati. *ff. de suc. edi. l. 1. §. sed & videndũ.* & arg. *ff. de ser. vrb. prædio. si domus.* arg. pro, & contra. s. *de causa pos. pastoralis. &* s. *de cand. examinata.* Sed potest dici, quod hæc ratio superficialis est, & prima verior est: quia Deus opus imperfectionis non nouit: quia in baptismo omnia crimina dimittuntur. *de conse. d. 4. regenerãte.* Vel dicas diuersificã, pro actuali reuera debetur nõ solùm carentia visionis Dei, sed & maior pœna, & ita non directè: sed pro originali debetur tñ carẽtia visionis Dei directè: & sic non prodest dimissio originalis peccati, cũ postea actuale superuenit tanquã maius, de quo nõ pœnituit: quia qui peccat in vno, factus est omnium reus. j. *de re. iu. deflent.* Sed paruuli nullũ peccatum habẽt actuale, & ideò nõ est simile de amentibus, & dormientibus, qui originali, & actuali grauantur, & ideo etiã originale nõ tollitur: quia nõ prodest tunc dẽt probari, quo probato non prodest. *C. de probatio. ad probationem. &* s. *de off. dele. cũ contingat. in illa gl. quæ incipit. Nota, quòd non debet.*

¶ *Gloss. seq. ar. alle. 2. idra.*

i ¶ *Incompassibilia.*] Ar. quod eadẽ res non operatur cõtrarios effectus. 57. d. *si quis in ægritudine* presumitur. n. ibi, quod peccata nõ sint dimissa ei, qui timore ægritudinis baptizatur: quæ præsumptio nõ tollitur per baptismum, cum baptismus ipsam inducat: vnde non operatur hos contrarios effectus, sic eadem res non parit obligationem & liberationem *de sol. qui hominem §. vlt.*

Item qvaeritvr. In prima ponitur quæstio. In secũda ibi, *Sunt autem,* quorundam opiniones. In tertia ibi, *Sed opponitur,* illi quæstiõi opponit. In quarta ibi, *Propter quod,* opinionis veritatem exprimit. In quinta ibi, *Dormientes,* principaliter quæstionem soluit. Abbas.

k ¶ *Quæ per se sortiũtur.*] Id est, absque cõsensu accipientis. Lau.

l ¶ *Ad rem*] Id est, quantũ ad solutionem peccati tam Bern.

m ¶ *Sed & ficti.*] Vt 1. q. 1. *sicut ficti &* de cõse. d. 4. *solet quæri.* B.

¶ *Glo. seq. alle. tres concor. signat vnum cõtrariũ & simpliciter sol.*

n ¶ *Contrariũ.*] Ar. quod ad fidẽ nullus debet compelli inuitus: sed

† Aliàs ita: & dimittũ, &c.

† perueneniant.

† Aliàs ita: quod cum consensu contrahitur, &c.

a De hoc j. de conuer. con. cõplecter. Io. And.

b De hoc j. de pœ. sui. Ioan. And.

c Ita videtur sensisse aliquãdo B. Augustinus, cuius est hac auctoritas: sed vide latè per Suarũ li. 1. de natura, & gratia ca. 14. & li. 4 sen d. 45. q. 1. ar. 2. Ioannem legitur vt plerumque in antiquis codicibus.

† aliàs, incõpassibilia.

d De hoc in constitutione Benedicti. Io. And.

† Vide B. Th. 3. p. q. 80. ar. 7.

† Vide B. Tho. 2. 2. 10. ar. 8. & ibidem Caietanum.

tus contradicens, ad recipiendã, & ſeruãdam Chriſtianitatẽ aliquis cõpellatur. Propter † quod inter inuitum & inuitũ, coactũ & coactum, alij non abſurdè diſtinguũt, quòd is, qui terrorib[a], atque ſuppliciis violenter attrahitur, & † ne detrimentũ incurrat, baptiſmi ſuſcipit ſacramentum, talis (ſicut & is qui ficte ad baptiſmum accedit) characterẽ ſuſcipit Chriſtianitatis impreſſum, & ipſe tãquam cõditionaliter volens[a], licet abſolutè non velit, cogendus eſt ad obſeruantiam † fidei Chriſtianæ: in quo caſu debet intelligi † decretum concilij Toletani[b] †, vbi dicitur, quòd qui iampridẽ ad Chriſtianitatem coacti ſunt, ſicut factum eſt tẽporibus † religioſiſſimi principis Siſibuti: quia iã cõnſtat eos ſacramentis diuinis aſſociatos, & baptiſmi gratiã ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe, & corporis Domini extitiſſe participes: oportet etiam, vt fidem, quam neceſſitate ſuſceperunt †, tenere cogantur: ne nomen Domini blaſphemetur, & fides quã ſuſceperunt, vilis, ac contemptibilis habeatur. Ille verò, qui nũquam conſentit, ſed penitus cõtradicit, nec rem, nec characterem ſuſcipit ſacramẽti: quia pl[?] eſt[c] expreſſè cõtradicere, quàm minimè conſentire: ſicut nec ille notam alicuius reatus † incurrit, qui cõtradicens penitus, & reclamans thurificare idolis cogitur violenter. ¶ Dormientes autem, & amentes, ſi priuſquam amentiam incurrerẽt, aut † dormirent, in contradictione perſiſterent: quia in eis intelligitur contradictionis propoſitũ perdurare[d]: etſi † fuerint ſic immerſi, characterẽ nõ ſuſcipiũt[e] ſacramenti: ſecus autem ſi priùs catechumeni extitiſſent, & habuiſſent propoſitum baptizãdi: vnde tales[f] in neceſſitatis articulo conſueuit Eccleſia baptizare. Tunc ergo characterem ſacramentalis imprimit operatio, cùm obicem volũtatis cõtrariæ non inuenit obſiſtentem[g].

¶ Idem Meten. Epiſcopo.

¶ Nemo poteſt ſeipsũ baptizare, etiã inſtante neceſſitatis articulo.

CAP. IV.

DEbitum †: *& infrà.* ¶ Sanè intimâſti, quòd quidam Iudæus in mortis articulo conſtitutus cũ inter Iudæos tantũ exiſteret, in aquam ſeipſum immerſit, dicendo, Ego baptizo me in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, amen: *& infrà.* ¶ Reſpondemus, quòd cùm inter baptizantẽ, & baptizatũ debeat † eſſe diſcretio[h], ſicut ex verbis Domini colligitur, dicẽtis Apoſtolis [Ite †, baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti] memoratus Iudæus eſt denuo ab alio baptizandus: vt oſtendatur, quòd alius eſt, qui baptizatur, & alius, qui baptizat. Ad quod etiã deſignandum ipſe Chriſtus non à ſeipſo, ſed à Ioanne[i] voluit baptizari: quamuis ſi talis[k] continuò deceſſiſſet, ad cœleſtem patriam protinus euolaſſet[l] † propter ſacramenti fidẽ, etſi non † propter fidei ſacramentum. In baptiſmo quippe illa ſpiritualis generatio † celebratur, de qua veritas ait[m]

ſicut libera voluntate periit, ita libero arbitrio cõuertatur. 45. d. de Iudæis, c. qui ſyncera. & 23. q. 5. ad fidem. Arg. contra 23. q. 7. c. 1. vbi dicitur, quòd Paulus coactus venit ad fidem. Sed illud diuino iudicio fuit factũ, cuius facta ad cõſequentiã trahi nõ debẽt: ſpeciale in ipſo fuit. Vel ita: Paulus perſequebatur fideles, & inter ipſa flagella mutatus fuit, & factus volens. 23. quæ. 4. diſplicet. ver. qualiter Paulus, &c.

¶ *Glo. ſeq. ar pro & ſoluit, ponit opinionem Io.*

a ¶ *Conditionaliter volens*] Et ſic coacta voluntas, voluntas eſt. 15. q. 1. *meritò quæritur.* & ita coactio conditionalis non impedit ſacramentum baptiſmi, vt hic patet: ſicut non impedit ſacramentum ordinis 74. d. *vbi illa.* 45. d. *de Iudæis.* neque ſacramentũ matrimonij, 22 q. 4. *inter cætera & ĩ. de ſpon. veniens.* talia enim iuramenta ſine interitu ſalutis æternæ poſſunt ſeruari. ĩ. *de iureiur. ſi verò.* c. *cùm contingat*, impedit tamẽ matrimoniũ ſpirituale. ĩ. *quod met. cauſa. perlatum*, ſed ibi fuit iuſtus metus mortis, ſcilicet qui cadit in conſtantem virum. in prædictis verò cõcor. non fuit metus, qui caderet in conſtantem virũ, ſed coactio quædã conditionalis, quæ nõ impedit matrimoniũ ſpirituale, ſiue carnale: quia idẽ eſſet in vtroque. Sed nunquid ille, qui cõditionali coactione recipit ordinẽ, tenetur continere? bene videtur, quòd ſic: quia coacta voluntas eſt voluntas. 15. q. 1. *meritò.* maxime ſi dicatur, quòd votũ eſt annexũ ordini. 28 d. *diacon.* & 84. d. *cũ in præterito.* Satis videtur, quòd cõtinere cõpellatur. quia licèt quodãmodo inuitus ordinẽ ſuſceperit, volẽs tamen fuit, vnde ratione illius indirectæ volũtatis cogitur cõtinere. Io. dixit[a], quòd nõ cogitur: quia integritas corporis res eſt voti & nõ præcepti. 23 q. 1 *integritas & ĩ. quod met. cau. perlatũ.* nã cõtinẽtia nõ eſt niſi volũtaria. 31. d. *ante triennium* & arg. 20. q. 3. *præſens clericus.* & ſic ordinat[?] non habet priuilegium clerici: ſi tamẽ vult vti eo põt: ſec[?] dicit in baptiſmo, quia illud eſt ſacramẽtũ neceſſitatis. ſimiliter nõ valet teſtamẽtũ ei[?], qui inuit[?] teſtat[?] eſt. vel ſi teſtes tenẽt ſuiti. *ff. de teſta. qui teſtamẽto. §. vl.*

b ¶ *Concilij Toletani.*] 45. d. *de Iudæis* cuius verba hæc ſunt.

c ¶ *Plus eſt.*] Sic. ĩ. *de ſimo. ſicut. & ĩ. de homi. Petr[?]. & 1. q. 4 quia præſulatus.* arg *ff. de arbi. nõ cogendũ. in ſi C. de filiis fa. l. 1 li. 10.* ſimile eſt in pſonis cõiunctis, q agere poſſunt ſine mãdato. ĩ. *de reſcript. nõnulli & c. ex parte. ff. de procura. Pomponius. aũ ſi.* ſed contra mandatum non poſſunt *ff. eo. ſed & hæ perſonæ.*

¶ *Glo. ſeq. quærit. arg. pro ſecundo. & ſoluit.*

d ¶ *Perdurare.*] Simile ĩ. *de ſent. excom. à nobis.* nam ſemper durare pręſumitur volũtas, niſi probetur mutata. ĩ *de his, quæ vi, metúſve cauſa fiunt. perlatum. ff. de proba. eum qui & ff. de le. 2. l. Lucius. in fi.* Sed quod ſi quis ab infantia fuit amẽs: nũquid prodeſt ei, ſi baptizetur? ait quod ſic. *ff. de legatis 2. cùm pater. §. ſurdo.* quia periude habetur, ac ſi nuc ſit infãs: quia nullo peccato [?]uatur niſi originali. 1. q. 9. *iudicat.* Sed quare amẽs. vel dormiens non recipit ſacramentũ baptiſmi, & ille, qui coactione abſoluta cogitur, cũ in baptiſmo nõ requiratur intẽtio baptizantis, ſed baptizãtis. 1. q. 1. *ſicut fidei. & de conſe. d. 4. ſolet.* Hæc quę mouet hic Ioan. ſoluitur per litteram, quia amens, & dormiens, qui ante cathecumeni fuerunt, recipiũt bene ſacramẽtum: qui vero ſemper inuiti fuerunt, & cõtradixerunt, nõ recipiunt: vnde adhuc pręſumũtur inuiti. & nemo inuitus ad fidẽ compellitur: vt dicitur ĩ. & c. *ſicut fidei.* & c. *ſolet.* non contradicunt: quia illi ore exprimũt, licet corde diſſentiãt, & ideo ſacramentum recipiũt[b], quia Eccleſia dare intẽdit. ſed tale ſacramẽtũ non prodeſt ad remiſſionẽ peccatorum, niſi cũ fictio illa receſſerit. *de conſe. d. 4. nunc valere.*

e ¶ *Nõ ſuſcipiunt.*] Sed quid ſi excitati à ſomno ratum habeant? Non prodeſt: quia nihil recipit: & ideo non eſt, quod ratum habeat, ſed iterum baptizetur. Ber.

f ¶ *Tales.*] Scilicet cathecumenos.

g ¶ *Obſiſtentẽtem.*] Simile *de conſec. d. 4. quæris à me. ff. ad ſe. conſul. Ma. ſi filius. & ff. de acquir. hæred. l. qui in aliena. §. ſi u.* Ber.

DEbitũ] Communis diuiſio. Secunda ibi, *Reſpondemus*, Abbas Siculus.

CASVS. Quidam Iudæus in mortis articulo cõſtitutus, cũ inter Iudæos exiſteret, nec aliquẽ Chriſtianũ habere poſſet, ſeipsũ in aquam immerſit, dicẽdo, Ego baptizo me in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, amen: quęritur, an iſte ſacramentũ baptiſmi receperit? Reſp. Papa, quòd cũ inter baptizantẽ, & baptizatum debeat eſſe diſcretio: ſecundũ quòd ex verbis Domini colligitur, qui dixit Apoſtolis: *Baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti*, prędictus Iudæus eſt ab alio baptizãdu[?]: vnde etiam Dominus non à ſeipſo, ſed à Ioãne voluit baptizari: tamen ſi ſtatim deceſſiſſet ad patriam euolaſſet, nõ propter ſacramentũ baptiſmi, ſed propter fidem, quam habuit ſacramẽti. In baptiſmo illa ſpiritualis generatio celebrat, de qua dixit Dominus, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſãcto, non intrabit in regnũ Dei.* ſicut enim in carnali generatione alius eſt qui generat, & ali[?] qui generatur: ſic in ſpirituali alius debet eſſe, qui ſpiritualiter generat, vel generet, & alius, qui ſpiritualiter generet. Not. quòd differẽtia eſt inter baptizantẽ, & baptizatũ. quia nemo debet oriri à ſe. Item nota hic tertiũ genus baptiſmatis, ſcilicet baptiſmum flaminis. Itẽ nota hic regulã Ariſtotelis, quòd natura correlatiuorum eſt, quod ſimul non patiuntur ſe in eodem ſubiecto.

¶ *Glo. ſeq. inducit duo ſimilia, & vnum diſſimile:*

h ¶ *Diſcretio.*] Sicut inter præſentatum, & præſentantem. ĩ *de iur. pat. per tuas. aliàs per noſtras.* & inter dantem, & recipientem. ĩ. *de inſti. c. vlt.* quia nemo oriri debet à ſeipſo 14. q. 1. *de clericis.* poteſt tamen apud ſemetipſum emancipari *ff. de adop. ſi conſul.*

i ¶ *A Ioanne.*] *De conſe d. 4 per aquam & c. cathecuminorum.*

k ¶ *Talis*] Scilicet Iudæus ille. Ber.

l ¶ *Euolaſſet.*] *De pœn. diſt. 7. c. vlt. ver. nullus expectet quando peccare non poterit.*

m ¶ *Veritas ait.*] 1. q. 1. *firmiſſimè.*

¶ Gloſſ.

† *Hic locus perperam in pluribus Vulgatis legitur ita:* propter quod inter inuitum, & non inuitũ, coactum, & non coactũ, &c.

† *Aliàs ita:* vt ne, &c.

† obſeruationem.

† Intellige illud decretum.

† *Scilicet 4. c. 56.*

† in tempore.

† receperũt.

† criminis.

† vel.

a *Hæc omnia perſequũtur latius hic Hoſtienſis. Ioannes And. & alij, quos vide.*

† *Aliàs ita:* ſi fuerũt ſic immerſi.

† *Aliàs ita:* ſi fuerint immerſi.

b *Id eſt, recipere præſumuntur in foro exteriori.*

† Cap. 2. eo. tit. in 3. compil. *Vide Sotum l. 4. ſen. d. 4. q. vnica. ar. 3. ver. circa ſecundum.*

† *In codice Barbarini ita:* debeat diſtinctio perſonarũ &c.

† *Matt. 28.*

† *Verbum,* Ite. *deeſt in aliquot antiquis codicibus.*

† conuolaſſet.

† *In recentioribus ita:* & non propter, &c. *ſed ex antiquis reſtituimus, vt eſt impoſitum.*

† regeneratio.

c *Dicit Abbas, quod hæc concor. meliùs adaptãtur ad verbum, euolaſſet. Ioan. And.*

¶ *Glossa sequens inducit unum simile.*

a ¶ *In carnali.*] Sicut alia est similitudo inter carnalē, & spiritualem generationem: vt sicut vir non potest sibi filium legitimum carnalem quęrere, cuius vxor mater nō sit, ita nec spiritualem, quando vxor eiusdem commater sit parētibus illius. 30. q. 4. *si quis ex vno.* *& infra de cogna. spi.* Martinus Bertam. Lau.

b ¶ *Referantur.*] Natura enim correlatiuorū est, quod simul non patiuntur se in eodem subiecto, ar. 35. q. 1. ca. 1. Lau.

† sicut enim.

† per quā proles.

NOn vt apponeres.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Respondemus.* Abbas Siculus.

Casvs. Ecce aliquis puer erat baptizandus propter periculū mortis, cùm aqua nō posset haberi, nec sacerdos, aliquis simplicitate ductus liniuit puerū in caput, & pectus, & inter scapulas saliuę aspersione loco baptismi quęritur, an talis esset baptizatus? Respondet Papa, quòd cum in baptismo duo sint necessaria, scilicet verbum, & elementum, cùm Dominus dicat: *Nisi quis renat(us) fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum*: dubiū non est, quòd ille non est baptizatus, in quo defuit non solùm alterū, sed vtrunque. Nota, quòd forma verborum est de substantia baptismi. Item non potest quis baptizari in alio liquore, quàm in aqua.

† Androsien. † Nadrosien.

† Cap. 3. e. ti. in 3. cōpila. *Vide B. Tho. 3. p. q. 60. art. 5. 6. & 7. & q. 66. ar. 3. 4. & 5.*

† aspersione.

¶ *Glo. sequ. rec per contrarium: & tripliciter exponit litteram.*

c ¶ *Verborum.*] 1. q. 1. *detrahe. vbi de hoc.* Ista duo necessaria sunt in baptismo aquæ: secus in baptismo sāguinis, vel flaminis: *de conse. d. 4. baptismi vicem.* Quod dicit, *verbū*, sic intellige: si quis baptizat & non dicit *in nomine patris, & filij, & spiritus sancti*, non est baptizatus: quia nec elementum, nec verbū tantùm sufficiunt. Vel *Verbū*, id est filius: quasi diceret, si quis baptizat, & nō addit, *in nomine filij*, non est baptizatus. *de conse. d. 4. in synodo.* Vel *verbum*, id est forma, quasi diceret, si non seruetur forma, quæ traditur *s. eod. c. 1.* & hic, nō est baptismus.

d ¶ *Elementum.*] Id est, aqua. & sic non est baptismus sine aqua.

e ¶ *Veritas ait.*] De conse. dist. 4. *proprie.*

f ¶ *De elemento.*] *De conse. d. 4. c. 1. & 1. q. 1. c. firmissimè.* Hic enim exprimitur forma baptismi: quæ si obseruata non fuerit, non est baptismus. de hoc dictum est *s. eo. c. 1.*

g ¶ *Vtrumque.*] Scilicet aqua, & verbum.

Matth. 18.

† *Inclusa de suut in omnibus antiquis codicibus Vaticanis.*

Ioan. 3.

¶ *Scilicet In nocētius iij. in concilio generali Lateran. c. 4. & c. 1. eo tit. in 4. comp.*

† *Vide Leonem Papam nonum in epist. aduersus presumptiones Michaelis, & Acridani. ca. 29. & seq. vbi multa de odio Græcorum in Latinos. adde Gennadium Scholarium de Primatu Papæ, c. 5.*

[Oportet nos nasci denuo: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non intrabit in regnū cœlorū.] Sicut ergo † in carnali[a] generatione, qua † proles ex viro, & fœmina nascitur, alius est, qui carnaliter gignit, & alius, qui carnaliter gignitur: sic & in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua, & spiritusancto renascitur, alius debet esse, qui spiritualiter generet, & alius, qui spiritualiter generetur. Sanè cùm corpus exteriùs, siue cùm cor interiùs baptizatur, oportet, vt vtrobique paternitas, & filiatio valeat inueniri, quibus baptizans, & baptizatus adinuicem referantur[b].

¶ Idem Morosień. † Episcopo.

¶ *Vbi deest verbum, vel elementū aqua, non est baptismi sacramentū.*

CAP. V.

NOn † vt apponeres: *& infra.* ¶ Positu â t., verum paruuli sint pro Christianis habendi, quos in articulo mortis constitutos, propter aquæ penuriā, & absentiā Sacerdotis, aliquorū simplicitas in caput, & pectus, ac inter scapulas pro baptismo saliuæ cōspersione † liniuit. Respōdemus, quòd cū in baptismo duo semper, videlicet verbum[c], & elementū[d] necessariò requirantur, iuxta quod de verbo veritas ait[e], [Euntes in mundum vniuersum (prædicate † Euangelium omni creaturæ, &c.) baptizate omnes gētes in nomine patris, & filij, & spiritussācti.] & cùmque dicat de elemēto[f] [Nisi quis renatus fuerit aqua, & spiritusancto, non intrabit in regnum cœlorum:] dubitare non debes, illos verum non habere baptismum, in quibus non solū vtrumque[g] prædictorum, sed eorum alterum est omissum.

¶ *Idem † in concilio generali.*

¶ *Baptizatos à Latinis, Græci rebaptizare non debent.*

CAP. VI.

LIcèt Græcos diebus nostris, ad obedientiam sedis Apostolicæ reuertentes[h], fouere, ac honorare velimus, mores, ac ritus eorum (in quantum cum Domino possumus) sustinendo: in his tamen illis deferre non † volumus, nec debemus, quæ periculum generant animarum, & Ecclesiasticæ derogant honestati. Postquam enim Græcorum Ecclesia, cum quibusdam complicibus, & fautoribus suis, ab obedientia sedis Apostolicæ se subtraxit, in tantum Græci cœperunt abominari Latinos, quòd inter alia, quæ in derogationem eorum impiè committebant, si quando Sacerdotes Latini super eorum celebrassent altaria, non † prius ipsi sacrificabant in ipsis, quàm ea tanquam per hoc[i] inquinata lauissent: baptizatos etiam à Latinis, ipsi Græci rebaptizare, ausu temerario præsumebant: & adhuc (sicut accepimus) quidam hoc agere non verentur. ¶ Volentes igitur tantum scandalum ab Ecclesia Dei amouere, sacro suadente concilio districtè præcipimus, vt talia de cætero non præsumant, conformantes se tanquam filij obedientiæ, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matri suæ: vt sit vnum[k] ouile, & vnus pastor. Si quis autem tale quid præsumpserit, excommunicationis mucrone percussus, ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico deponatur †.

LIcèt Græcos.] Præmittitur exordiū, & duplicē narrat Græcorū excessum. Secūdò id fieri prohibet. Tertiò pœnā imponit. Secunda ibi, *Volentes.* Tertia ibi, *Si quis.* Abbas Siculus.

Casvs. Postquā Græci se subtraxerūt ab obediētia Ecclesiæ Romanæ in tantū cœperūt abominari Latinos, quòd inter alia, quæ cōtra eos cōmittebant, si quando sacerdotes Latini in eorū sacrificassent altaribus, non priùs sacrificabāt in ipsis, quàm ea, tanquā per hoc polluta, lauissent: & baptizatos à Latinis præsumebāt ausu temerario rebaptizare: Præcepit Papa, vt talia de cætero non præsumāt, & cōformātes se tanquā filij obediētiæ Romanæ Ecclesiæ matri suæ, vt sit vnū ouile, & vnus pastor. Si quis tale quid præsumpserit, excōicationis sentētia percussus, ab omni officio, & beneficio ecclesiastico deponatur. Nota, ritus Græcorum reprobatos: quia membra debent conformare se capiti suo. Itē ipso iure sunt excommunicati, qui hæc faciunt, quæ hic prohibentur.

h ¶ *Reuertentes.*] De iure enim Ecclesia Græcorū subiecta est Romanæ Ecclesiæ 24. q. 1. *rogamus.*

i ¶ *Tanquam per hoc.*] dictum est *s. de maio. & obe. solitæ.*

k ¶ *Vt sit vnum.*] 63. *de maio. & obed. solitæ. circa fi.*

† *In aliquot vetustis codicibus, & in concilio ita, nec volumus, nec debemus, &c.*

† *In concilio ita*: non priùs ipsi sacrificare volebant in illis, &c.

Et illius, & aliarum omnium ecclesiarū mater est Romana Ecclesia, & magistra s. *de summa trin. & fi. cath. cap. 2. ad fi. & alibi sæpe.*

TITVLVS. XLIII.

De Presbytero non baptizato.

¶ Ex concilio apud Compendium.

¶ *Si non baptizatus ordinatur, ordinis characterem non recipit.*

CAP. I.

SI quis Presbyter ordinatus[l], deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur[m].

¶ Innocentius tertius † Episcopo Cremonensi.

¶ *Omisso baptismo nō valet ordinatio, licet probabiliter se esse baptizatum.*

CAP. II.

APostolicam sedem consulere decreuisti: *& infra.*

DE PRESBYTERO non baptizato.

¶ *Vsq; de baptismo, quia aliqui sæpe promouentur non baptizati ad ordines, de quibus dubitari poterat, vtrum essent verè ordinati, vel an deberent baptizari, immediatè post præcedentem subiicitur ista. Abbas.*

De hac materia tractatur 1. q. 1. *si quis con*finxerit. & c. *si quis per* ignorantiam.

SI quis] Breue est, & hoc similiter *cap. fin. infrà eodem.* Abbas Siculus.

Casvs de se patet. Not. quod de iure non fit, pro non facto habetur.

l ¶ *Ordinatus.*] Dicto: quia qui de iure ordinatus nō est, presbyter non est censendus 1. q. 1. *si quis confugerit. & c. si quis per ignorantiam.*

m ¶ *Iterum ordinetur.*] Et hoc patet, quòd nullum ordinem recepit. *s. eo. veniens.* quia baptismus est ianua omnium sacramētorum. 32. d. *præter.* & *verum* & *s. eo. veniens.* si ergo primò ordinem suscepisset, iterum non esset ordinandus. 1. q. 1. *quod quidam.* Ber.

APostolicam.] Primo ponitur decisa consultatio. Secundò responsio ibi, *Inquisitione.* Abb. Sic.

b *Hæ duæ glossulæ nec sunt Bernardi, nec habentur in vetustis codicibus.*

† *Alias*, suspendatur, *sed in concilio, & in antiquis codicibus legitur*, deponatur.

† Cap 15 vt ait Burch. li. 4. decre. c 7. & Iuo [illegible] c. 268 *refertur etiā* c 1. eo. ti. in 1. cōp. *Et vide B. Thom. in additionibus.* p. q. 35. art 3.

† *Interius Augustinus ait scribendum*, Innocentius ij. *sed Vaticani*, iij. *habent.*

† Ca. 2. eo. t. in 1. comp. *Et vide notas nostras in hanc decretalem.*

Casus. Quidam sacerdos credens se baptizatum, & in fide baptismi persistens, mortuus est: postmodum compertum est, quod non fuerat baptizatus: quęsitū fuit à Papa, vtrum Ecclesia deberet eū habere pro baptizato, vt pro eo posset orare? Respōdet Papa, quod si presbyter ille in fide sanctę matris Ecclesię, & in confessione nominis Christi perseuerauerit, ab originali peccato solutus, gaudium cœlestis patriæ fuit adeptus. *In viij. lib. Augustini de ciuitate Dei* legitur: Baptismus inuisibiliter ministratur, quē nō cōtemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit: & *in lib. B. Ambrosii de obitu Valentiniani* idē legitur: & sic huiusmodi q̄stionibus sopitis, Ecclesia pōt preces, & hostias Deo offerre pro presbytero memorato. Not. quod per fidem, quā quis habet de baptismo, licèt non sit baptizatus: sed in fide illa decessit, saluatur.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

a ¶ *Ab originali.*] Et etiā ab actuali peccato. *de cōse. d. 4. catechumenum.* Sed contra *de cōse. d. 4. firmissimè & 1. q. 1. firmissime.* in quibus dicitur, quod sine baptismo nullus saluatur: qd verū est de eo, qui pōt baptizari, & nō baptizatur: iste verò credebat se baptizatū, & in fide illa saluatur: & iste nō cōtēpsit. Et est triplex baptismus, sc. fluminis, & flaminis, & sanguinis, hic autē baptismo flaminis inuisibili baptizatus fuit per fidē quā habuit de baptismo. sic s. *eo. tit. prox. debitum.*

b ¶ *Augustini.*] Prout habes *de consecr. d. 4. baptismi vicē, & c. catechumenū.* & *c. non dubito. alias, non dubium.*

c ¶ *Beati Ambrosii.*] Legitur B. Ambrosiū dixisse de Valētiniano, qui dū properaret ad baptismū, in itinere decessit: *Ventrē meū doleo quia quē regeneraturus erā, perdidi: ille tamē gratiā quā poposcerat, nō amisit.* Lau. Sic ergo patet, quod iste per solam fidem, quem habebat de baptismo, saluatus est. Iste credebat se sacerdotē fuisse, sed nō erat in veritate. s. *eo. c. prox.* j. *eo. c. prox.* Nunquid cōficiebat? non in veritate. sed quoad se bene conficiebat [a], & quoad alios, qui hoc credebāt: & tāquā verū sacramentū cōficeret, sibi, & recipiētibus ab ipso, credo, quòd proficiebat. De hac materia dicitur s. *de elect. dudum. 2.*

† absolutū.
† *Aliàs, super octauū librum.*
† articulus.
† sententiam.
† Domino.
† Cap. vnico. eo. tit. in 1. cōp. *Vide Sotum* libr. 4. sent. dist. 20. q. 2. ar. 3. circa finē, *& B. Thom. citatum* suprà hoc tit. c. 1.
† fuerat.
† *In codice Barbatia* rta: Cúmq; super ordinibus cōtra nobis fuisset aliquandiu disputatū.
a *Hoc est, credebat se conficere.*

¶ Vnde inquisitioni tuæ taliter respondemus Presbyterū, quē sine vnda baptismatis extremum diē clausisse significasti, quia in sanctæ matris Ecclesiæ fide, & Christi nominis cōfessione perseuerauit, ab originali [a] peccato solutum †, & cœlestis patriæ gaudium esse adeptum, asserimus incunctanter. Lege super octauo † libro Augustini [b] de ciuitate Dei, vbi inter cætera legitur. Baptismus inuisibiliter ministratur, quem non cōtemptus religionis, sed terminus † necessitatis excludit. Librum etiam beati Ambrosij [c] de obitu Valētiniani idem asserentis reuolue: Sopitis igitur quęstionibus doctorum, patrum sententias † teneas: & in Ecclesia tua iuges preces, hostiásque Deo † offerri iubeas pro Presbytero memorato.

¶ Innocētius iij. Ferrarieñ. Episcopo.

¶ *Nō baptizatus ordinari nō potest; & si de facto ordinetur, nō recipit ordinis characterem, licèt credatur baptizatus.*

CAP. III.

VEniens † ad Apostolicā sedē I. lator presentiū, nobis exposuit, quòd cùm ad gradum Sacerdotij ascendisset, comperit tandem, quòd non fuerit secūdùm formam Euangelij [d] baptizatus, vnde nos eum ritè fecimus baptizari. ¶ Cúmque † super ordinibus fuisset diutius disputatum, quidam in eam declinauerunt sententiam, vt cùm baptismus sit fundamētum omnium sacramentorum [e], ante susceptionem baptismi nō suscipiatur aliud sacramentū: quoniam vbi fundamentum nō est, superædificari [f] non potest. Porrò econtra videri posset. Nā cū quis non solùm per sacramentū fidei [g], sed per fidē etiam sacramēti efficiatur proculdubio mēbrum Christi: & qui Christū habet per fidem [h], etiāsi baptismū nō habeat, habet vtique fundamentum, præter quod aliud poni nō potest, quod est Christus Iesus: superædificare posse videtur, sicut salutifera opera, sic & quælibet Ecclesiastica sacramēta: cùm illud non sit generaliter verum, neque de nouis [i], neque de veteribus [k] sacramētis, quòd baptismus sit fundamentum illorum: quoniam & sacramentum coniugij [l], & Eucharistiæ, à non baptizatis [m] recipi potest. Præterea sacramentum ordinis non solùm Pontificalis, sed Sacerdotis etiam, & Leuitici ex institutione sua præcessit baptismum: per † quod forsitan videtur [n], quòd ante baptismum huiusmodi ordines possent rite conferri: maximè his qui baptizati esse creduntur †. ¶ Quia verò in concilio apud Cōpendium [o] legitur constitutū, quòd si quis in Presbyterū ordinatus deprehēderit se non esse baptizatū, baptizetur, & iterum ordinetur: Nos circa latorem præsētiū in hoc dubitabili casu, quòd tutius est sequentes, Mandamus, quatenus ipsum per singulos ordines vsq; [p] ad Sacerdotiū promouere procures, & permittas eum in Sacerdotio ministrare [q],

VEniēs.] pro sūma accipe c. 1. s. e. Priō ponit d. baptismo tradito ei, q nō fuerat ritè baptizatus. Secūda ibi, *Cūq.* circa ordinē allegat pro, & cōtra. Tertia ibi, *Quia verò.* diffinit. Abbas.

Casus. Quidam credens se baptizatum secundū formā Ecclesiæ promotus fuit vsque ad sacerdotium: tandē inuenit quod non fuerat secundū formā Ecclesię baptizatus: accessit ad Papā hoc sibi exponēs: vnde Papa fecit eū rite baptizari: postea disputatū fuit super ordinibus, verùm videlicet ordines suscepisset. Et quidam dicebāt, quòd cùm baptismus sit ianua omnium sacramentorū, ante baptismum non suscipitur aliud sacramentum: quia vbi fundamētum non est, superædificari nō potest. Sed cōtra videtur quod per solam fidem baptismi efficitur quis membrum Christi: & qui Christum habet per fidē, etiamsi baptismum nō habeat, habet vtq; fundamentum: & ita superędificari posse videtur, sicut salutifera opera, sic & quęlibet ecclesiastica sacramenta: preterea sacramentum ordinis pontificalis, & sacerdotalis, & leuitici ex institutione sua pręcessit baptismum: per quod videtur, quòd etiā ante baptismū huiusmodi ordines possint ritè cōferri, maximè his qui baptizati creduntur. His pręmissis dicit Papa, quod cū in cōcilio apud Cōpendiū sit constitutum, vt si quis in presbyterū ordinatus, deprehēderit se nō esse baptizatū, baptizetur, & iterum ordinetur: mādat Papa, quatenus iste per singulos ordines vsq; ad sacerdotium ordinetur, & ministret in officio sacerdotii: quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum: nec de sacramento malè sentitur, cū illud nō contēptus religionis, sed necessitatis articulus impediuit. Si enim aliquis natus est de Christianis parētibus, & inter Christianos fideliter conuersatus, præsumitur, quod fuerit baptizatus, vt huiusmodi pręsumptio pro certitudine habeatur, donec in contrarium manifestis cōstiterit argumentis. Nota, quod baptismus est fundamentum omniū sacramētorū, ita vt qui hūc non habet ad ordines non poterit promoueri. Item nō intelligitur iteratum, quod nescitur esse factū. Itē præsumitur baptizatus, qui inter Christianos tanquam fidelis fuerit conuersatus: tamē cōtra hmōi præsumptio nes probatio admittit. Et sic nota hic, quod violēta præsumptio recipit probationē in cōtrariū.

d ¶ *Euangelij.*] *Ite per mundum vniuersū, baptizate omnes gētes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.* qua habet s. *eo. tit. prox. nō vt apponeres. & c. debitum. de consé. d. 4. propriè.*

e ¶ *Omnium sacramentorum.*] 12. d. c. præter. §. verùm. Bēr.

f ¶ *Superædificari.*] 1. q. 1. *cùm Paulus.*

¶ Non licet Clericis, vel Monachis lucri causa negotiari. Hoc primò. Monachi nequeunt nomine proprio conductas possessiones habere. Hoc secundò. Laicis non debet Ecclesia titulo conductionis concedi. Hoc tertiò.

CAP. VI.

SEcundùm † instituta prædecessorum nostrorum, sub interminatione anathematis prohibemus, ne Monachi, vel Clerici, causa lucri [e] negotientur: Et ne Monachi, Clericis, vel laicis suo nomine firmas [f] † habeant: neque Laici [g] Ecclesias ad firmam teneant.

a ¶ *Concilio Toletano.*] 23 *qu. vlt. his à quibus.* ĩ. eo. d. *sententiam.* ĩ. *de cap. in archiepiscopatu. &* 24. *q.* 3. *illud ianè.*

¶ *Glo. seq. docet, quomodo prælati per alios causas sanguinis audiunt, in fine quærit, & soluit.*

b ¶ *Aut indicent.*] Per se quidẽ iudicare non debet prelatus, aut clericus quicunque, qui habet iurisdictionem, vel ipsemet inferre vel consilium dare, aut sẽtentiam dictare, nec etiam interesse. ĩ. *eod. sententiam*, quia efficeretur irregularis, & deponeretur. ĩ. *de excess. prælato. ex litteris. & hic*. Debet ergo prælatus habens iurisdictionem temporalem committere generaliter alicui laico, vt faciat de omnibus malefactoribus vindictã, iuxta illud, *Homicidas & maleficos nõ patiaris viuere.* 23. *q.* 5. *Rex debet. si homicidium. qui malos homicidas.* quoniam multa licent in genere, quæ non licent in specie, *suprà de offi. ordi. si sacerdos.* 8. *q.* 1. *quid autem. de consec. dist.* 1. *non prohibeat*. & si ex mandato generali aliquos interficiat, non imputaretur ei. 23. *quæst.* 5. *de occidendis*. arg. 2. *qu.* 8 *hortatu & c. omni tempore*. Sed quid si ad eum appellaretur, qui delegauit, iterum deleget alij, quia per se hoc facere non debet, vt hic dicit. & 23. *q. vlt. à quibus.* ĩ. *eo. sententiam.*

ADDITIO. Vide pro hac materia *cap. fin. eod. tit. lib.* 6. cum ibi notatis.

c ¶ *Præpositi sæcularis.*] ĩ. *eo. c. prox.* & ĩ. *de vit. & honest. cleric. c. clerici.*

d ¶ *Excommunicationi subiaceat.*] Et sic videtur, quòd sit canon latæ sententiæ. ĩ *tit. prox. c. non minus.*

S*Ecundùm.*] Tria sunt dicta, & partes patent. Abb Sic.

CASVS. Præcipit hic Papa sub interminatione anathematis, ne monachi, vel clerici causa lucri negotientur, & ne monachi firmas habeãt à clericis, vel laicis, nec laici Ecclesias ad firmam teneãt. Nota, quod clerici, & monachi causa lucri negotiari non debent. Item monachus firmas tenere nõ debet. Item laicus Ecclesias ad firmam tenere non debet.

e ¶ *Causa lucri*] Sed causa necessitatis possunt. ĩ. *eod. cap.* 1. *ad finem.*

¶ *Glo. seq. recitetur per obiectionem. & soluit.*

¶ *Firmas.*] Quia suspicionẽ habet cupiditatis: & quasi neg otiatio est. arg. ĩ. *eo. c.* 1. & hoc intellige suo nomine, vt hic dicit, sed nomine monasterij causa necessitatis licitum est. ĩ. *eod. cap.* 1. *in fine.*

g ¶ *Neque laici.*] Nullam dispositionem de rebus ecclesiasticis laici habere debent. ĩ. *de ara. & qualita. ex ratione.* quos obsequendi manet necessitas non auctoritas imperandi. 16. *q.* 7. *non placuit. & cap. seq. & suprà de consti. ecclesia.* vbi de hoc. & *suprà de rebus ecclesiæ non alienandis, capitulo finali.*

¶ Idem eidem.

¶ Monachi incorrigibiles de monasterio expellentur, & reformabitur monasterium de fratribus alterius ordinis, si de Monachis eiusdem ordinis reformari non potest.

CAP. VII.

REłatum † est nobis, quòd Monachi de H. sæculariter viuunt, & alios exemplo suo † corrumpunt. Ideoque mandamus, quatenus eos ad obseruantiam regulæ † appellatione remota [h] compellas: vel † si tibi restiterint ausu temerario, eis eiectis [i], fratres alterius ordinis (si non potest præscriptum monasterium in suo ordine reformari) in illud inducas [k]: vt labores impiorum [l] iusti edant, & illi tandem rubore perfusi † ad sui ordinis obseruantiam reuertantur.

¶ Innocentius iij. Esculan. † Epo.

¶ Clerici in sacris cõpellendi sunt per beneficiorum subtractionem, vt desistant à tabellionatus exercitio.

CAP. VIII.

SIcut † te accepimus referente: & infrà. ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus Clericis in sacris [m] ordinibus constitutis, tabellionatus officium, per beneficiorum subtractionem appellatione postposita, interdicas.

¶ Idem in concilio generali †.

¶ Clericus nec dictare, nec proferre sententiam sanguinis debet: nec quicquã aliud exercere, per quod ad vindictam sanguinis tendatur, vel purgationi vulgari opẽ præstare non debet.

R*Elatum.*] Primò excessus. Secundò corrigi mandat ibi, *Ideoque.* Abbas Siculus.

CASVS. Monachi cuiusdam monasterij de Brusia sæculariter viuebant religiõne relicta: vnde mãdat Papa diœcesano Episcopo, quatenus appellatione remota eos compellat ad obseruantiam regularem: quod si contradixerint, inde remoueãtur: & si non potest reformari de monachis eiusdem ordinis, fratres alterius ordinis in illud inducat: vt labores impiorum iusti edant, & tandem illi confusi rubore, ad sui ordinis obseruantiam reuertantur. Nota, quòd monachi compellendi sunt ad seruandam regulam suam. Item hic est vnus casus, in quo monachi possunt eijci de suo monasterio: scilicet quãdo nolunt viuere secũdum regulam suam. Item semper reformari debet monasterium de hominibus eiusdem professionis, si fieri potest.

h ¶ *Appellatione remota.*] Maximè, quia idẽ etiã si non opponatur: quia in huiusmodi correctionibus non admittitur appellatio. ĩ. *de appellat. reprehensibilis. & cap. cum speciali. in fi. & c. ad nostram.* Bernardus.

¶ *Glo. seq. notat, quòd vniuersitas delinquit.*

i ¶ *Eis eiectis*] In pœnam illorum. Episcopus enim illud auctoritate sua facere posset [b], arg. 16. *q.* 6. *de lapsis.* 18 *q.* 2. *Abbates.* Sed si non delinquunt, eos expellere non potest. 16. *q. vlt. inuentum.* 56. *d. satis peruersum.* Nec etiam arctiorem regulam potest eis imponere. arg. 32. *q.* 1 *integritas.* ĩ *de exc. ads. ad audientiam* 2. Item dicitur hic, quòd vniuersitas delinquere potest. Arg. 25. *q.* 2. *ita nos.* & 7 *qu.* 1. *sicut vir. & ff. quòd metus cau. metum. §. animaduertendum.*

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

k ¶ *Inducas.*] Sed qualiter ibi erunt? Refert, qualiter introducãtur, & qualiter expulsi sint, an in perpetuum, an ad tempus. donec illi corrigantur, & reuertantur. Arg. ĩ. *de dono. gaudemus. C. de pœn. l. seruus. &* 81. *d. dictum. & bi. in fi. dicetur.*

l ¶ *Impiorum.*] 32. *q.* 7 *quicunque. & c. seq.*

S*icut.*] CASVS. Quidam clerici in sacris ordinibus constituti nihilominus exercebant officium tabellionatus: mandat Papa diœcesano Episcopo, quatenus clericis in sacris ordinibus cõstitutis appellatione remota per beneficiorũ subtractionem interdicat officium tabellionatus. Nota, quod clericus in sacris ordinibus constitutus tabellio esse non debet.

m ¶ *Clericis in sacris*] Sed quare isti prohibentur exercere officiũ tabellionatus, dũ tñ abstineant à suis scripturis, siue sententiis?

† Cap. 6. eo. t. in 1. cõp. & post conc. Lateran. p. 27. c. 4. Et vide Rotimo in cap. sicut dignum de homic.
† Cõcil. Toletanum 11 ca. 6. refert Burchardus lib. decr. ca. 201. Ivo p. 5. cap. 315. & Gratianus in ca. his à quib. 23. q. 8.
† Inhibemus etiam.
† London.
† Lundon.
† Lõdouiẽ.
† Cap. 5. eo. t. in 1. comp. & post concilium Lateran. p. 27. c. 3.
† Firmas, id est, conductiones, seu locationes. Vt alibi plenius notatum est.

a *Vnde prohibetur non solũ clericis, vel militibus, sed etiam laicis militib*[us] *facul.* C. de locat. & cõd. l. fin. C. de re milit. l. milites. & l. militares. l. 11. *secundũ Host. io. an.*
† Cap. 7. eo. t. in 1. comp. & post. cõc. Lat. p. 27. c. 7.
† *Dictio*, suo *deest in pluribus antiquis codicibus.*
† regularẽ.
† Sũ tibi.
† confusi.
† Esful.
† Asculeno.
† Cap. 1 eo. t. in 4. cõp.
† *scilicet*, Lateran. ca. 18. & 2. eo. tit. in 4. cõp.
b *Nõ secularem, sed regularẽ alterius ordinis, vt notat hic Ioannes Andr. quem videto.*

Dicas, quod isti passim vtebãtur officio illo in omnibus causis, in quocunque foro, vt habetur in integra [a]: vel verior est illa ratio, officium illud extraneum est ab officio clericorum saltẽ in ordine sacro, 20. q. 1. eos. quia genus negotiationis est etiam abstinendo à criminalibus, maximè si competentia beneficia habent: arg. de post. cap. 1. Sed nunquid in causa Ecclesiastica, siue spirituali, coram ecclesiastico iudice possunt esse tabelliones [b]? Videtur quod non: quia simpliciter prohibẽtur: vnde generaliter intelligendum est. arg. 19. d. si Romanorum. & j. de priui. quod circa. ff. de serui. verba prædi. si seruitus. arg. contra s. de proba. quoniam. 27. q. 2. multorum. Bern.

a In antiqua copilatione institio c. citata ita habet: quos abdicimuerit passim tacellionatus officium exercentes.

† Præter Doctores hic vide Felinũ in c. sicut dignum & homicid. & Nauarrum in Manuali confessario sumre. 25. ti. de peccatis clericorũ, quod ordines, vel clericus verò tabernari.

† Aliàs, raptatus.

† Aliàs, rotatus, vt obseruat Hostiensis: sed in omnibus Vaticanis, vt est impressum.

† Aliàs ita: nec vllã chirurgiæ partem.

† Aliàs ita: nec illã chirurgiæ partem.

† Aliàs ita: necnõ vllã chirurgiæ artem.

† Vide cõcil. Later. sub Alex. iij. c. 20. & cõcil. Trident. sess. 20. de refor. c. 19.

CAP. LX.

SEntentiam † sanguinis [a] nullus Clericus dictet, aut proferat: sed nec sanguinis vindictã exerceat, aut vbi exerceatur, intersit. Si quis autem huiusmodi occasione statuti, Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis aliquod præsumpserit inferre dispendiũ, per censurã Ecclesiasticã cõpescatur. Nec quisquã Clericus litteras dictet, aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas. Vnde in curiis Principum [b] hæc sollicitudo nõ Clericis, sed Laicis cõmittatur. Nullus quoque Clericus ruptariis †, vel ballistariis, aut huiusmodi viris sanguinum præponatur: nec vllam † chirurgiæ artẽ Subdiaconus, Diaconus vel Sacerdos exerceat, quæ adustionẽ [c], vel incisionẽ inducit: nec quisquam purgationi aquæ feruentis, vel frigidæ, seu ferri cãdentis, ritũ cuiuslibet benedictionis, aut cõsecrationis impẽdat: saluis nihilominus prohibitionibus de monomachiis [d], siue duellis † antea promulgatis.

SEntentiam.] Habet multa dicta: ideo cõmodè summari non potest, sed generaliter potest sic sũmari: Clericis prohibentur omnia illa, ex quibus sequitur, vel sequi potest vitæ amissio, vel sanguinis effusio. hoc dicit. Et habet quatuor dicta principalia. Secundũ ibi, *Nec quisquam*. Tertium ibi, *Nullus*. Quartum ibi, *Nec quisquam*. Abbas.

CASVS. Statuit cõcilium generale, quod nullus clericus sẽtẽtiã sanguinis dictet, vel proferat, nec vindictã sanguinis exerceat, nec vbi exerceatur, intersit. Si autẽ occasione huius statuti aliquis Ecclesiis aliquid dispendiũ inferre præsumpserit, per censurã ecclesiasticã cõpescatur. Itẽ nullus clericus litteras scribat, aut dictet pro vindicta sanguinis destinandas: sed laicis officium in curiis principum cõmittatur. Itẽ nullus clericus præponatur ballistariis, aut huiusmodi viris sanguinum: & subdiaconus, & sacerdos artẽ chirurgiæ nõ exerceãt, quæ adustionẽ, vel incisionem inducat, nec impendant ritũ alicuius benedictionis purgationi aquæ frigidæ, vel ferri candẽtis: saluis prohibitionib. de monomachiis, siue duellis antea promulgatis. Nota, quod iudicium sanguinis clericus exercere nõ debet. Item litteras vindictam sanguinis cõtinentes scribere, vel dictare non debet. Item clericus viris sanguinum præesse nõ debet. Item clericus in sacris ordinibus chirurgiam exercere nõ debet. Item purgatio aquæ, vel ferri candentis fieri non debet.

¶ Glo. seq. quærit & soluit.

a ¶ *Sanguinis.*] Epi non possunt sentẽtias sanguinis ferre: j. de exces. prælat. ex litteris. & s. eod. clerici. vbi de hoc, nec dare consilium, nec interesse, nec dictare, nec scribere sententiã, vt hic dicit. & 23 q. 4. illud. sed aliis debent vices suas committere: vt dictum est s. eod. clericis. & arg. prædictæ decret. illud & 2. q. 7. sicut. licèt secundùm leges non possit delegare, nisi cùm iudex necessariam habet causam proficiscẽdi. ff. de offi. eius, cui mand. & iurisdi. l. 1. Sed si interest tantũ, nunquid propter hoc efficitur irregularis, vt propter hoc deponatur? Non videtur, quod debeat deponi: sed aliàs debet puniri, quia interfuit cõtra præceptum huius canonis.

b ¶ *Principum.*] s. eod. clerici. & c. sed nec Bern.

¶ Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

c ¶ *Adustionem.*] Ex hoc videtur, quod Ecclesia pœnã adustionis infligere non debet, & sic est contra illud j. de cri. fal. ad audientiam vbi dicitur, quòd nota cum ferro candẽti ponitur in frõte: sed illud intelligitur, quòd ad effusionem sanguinis non procedat.

d ¶ *Monomachiis.*] Id est, de pugnis singularibus. Dicitur enim monomachia à monos, quod est vnum, & machia, pugna, quasi pugna vnius contra alterum.

† De hoc articulo vide plenè hic per Doctores. & quicquid sit de aliis causis Ecclesiasticis, dicas, quod in causa hæresis nõ solũ clerici sæculares, sed etiã quilibet religiosi tabelliones esse possunt. c. vt officiũ §. ad cõscribendas. de hære. lib. 6. vide Eimericum in Directorio inquisi. 3. p. q. 18. & 19. & adnotat. in Direct. li. 3. schol. 84.

SVper.] Pars huius j. de magistris, & de priuileg. specula. Diuiditur in quinque partes. Primò ponitur decisum exordium. Secundò ibi, *Contra*. relatio Turonen. cõcilij. Tertiò ibi, *Verũ*. opiniones variæ circa illud. Quartò ibi, *Nos*. determinatio. Quintò ibi, *Quia verò*, constitutionem extẽdit. Abbas.

¶ Honorius iij.

¶ *Constitutio Turonen. concilij puniens Religiosos audientes Leges, vel Physicam, est canon latæ sententiæ, & incidentes in illam debẽt per Ordinarios puniri. Hoc primò. Secundò extendit dictam constitutionem ad habentes dignitates, & personatus, & ad presbyteros.*

CAP. X.

SVper specula, & infra. ¶ Contra religiosas personas [de † claustris] exeuntes ad audiendum Leges, vel Physicam [e] Alexander † prędecessor noster olim statuit in concilio Turonen. vt nisi infra duorũ mensium [f] spatium ad claustrũ redierint, sicut excõmunicati ab omnibus euitentur: & in nulla causa (si patrociniũ præstare voluerint) audiãtur [g]. Reuersi autẽ, in choro, mẽsa, Capitulo, & cæteris, vltimi fratrũ existãt, & (nisi fortè ex misericordia sedis Apostolicæ) totius spẽ promotionis amittant [h]. Verũ quia nõ nulli ex talibus, propter quorundã opiniones diuersas, excusationis aliquid assumebant: Nos volentes vt de cætero ipso facto [i] sententiã excõmunicationis incurrãt, districtè † præcipiẽdo mandamus, quatenus tã à Diœcesanis, & Capitulis ipsorum, quã à cæteris Epis, in quorũ diœcesibus in huiusmodi student tales excommunicati, prædictis [k] pœnis obnoxij publicè nũcientur. ¶ Quia † verò Theologiæ studium cupimus ampliari, vt dilatato sui tentorij loco, funiculos suos faciat longiores, vt sit fides Catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum [l], quibus resistere valeat

CASVS. Alexander Papa statuit in concilio Turonen. supra eo. non magnopere. contra regulares personas claustris exeuntes ad audiendas leges, vel physicam, vt nisi infra duos mẽses ad claustrum redirent, sicut excommunicati ab omnibus vitarentur, & in nulla causa, si patrocinium præstare voluerint, audiantur: reuersi autem ad claustrum, in choro, mensa, capitulo, & cæteris, vltimi fratrum existant, & omnem spem promotionis amittant, nisi fortè ex misericordia sedis Apostolicæ. Sed quia nonnulli propter diuersas opiniones quorũdam excusationem assumebant, volens Papa vt de cętero ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, mandat, quatenus tam diœcesani Episcopi, quàm capitula ipsorum, & alij, in quorum diœcesibus tales cõmorantur, publicè denuncient eos excommunicatos, & prædictis pœnis obnoxios. Verùm quia dominus Papa theologię studium desiderat ampliari, vt fides Catholica circumcincta sit muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat venientibus ex aduerso: statutum concilij Turonen. extendit ad Archidiaconos, Decanos, plebanos, prępositos, cantores, & alios clericos personatus habentes, necnon presbyteros: nisi infra spatiũ pręfixũ destiterint: & appellatione postposita præcipit obseruari. Nota, quòd religiosi non debẽt audire leges, vel medicinam. Item ipso facto quis excommunicatur. Item constitutio post duos menses à tempore ipsius constitutionis ligat. Itẽ Theologia super omnes scientias est fauorabilis. Itẽ presbyteri, & personatus habentes non debent audire physicam, vel leges, aliàs sicut religiosi audientes puniuntur.

† Hæc duo Verba, de claustris, desunt in omnibus antiquis, & manuscriptis Vaticanis.

† Aliàs ita: Alexander Papa prę. n. hoc est, Alexander, Papa prædecessor noster.

† Aliàs ita: districtè pręcipimus, & mandamus.

† Vide c. 1. ne clerici, vel monachi lib. 6. & quod statutum est in concilio Lateran. sub Leone x. sess. & paulo post principium, in constitutione incip. Apostolica regimini.

e ¶ *Leges, vel physicam.*] C. de Episc. & cler. repetita. & parabolani.

f ¶ *Duorum mensium spatium.*] A tempore scientiæ huiusmodi constitutionis, siue publicationis connumerandum: & nisi destiterint, ipso iure sententiam excommunicationis incurrunt, vt infrà sequitur. Verba ista, quæ hic ponuntur vsque ibi, *Verum quia*. sunt Turonen. concil. j. supra eo. non magnopere.

g ¶ *Audiantur.*] Tanquam ipso iure excõmunicati, aliàs etiã monachi, & canonici regulares ab aduocatione repellũtur. s. de postulatio. c. 2. & 16. q. 1. alia. & c. placuit & cap. monachi. & cap. de præsentium. & 15. q. 2. c. 1. in fin. nisi pro vtilitate ecclesiæ suæ [c], Abbate nihilominus imperante, vt in prædicto cap. monachi.

h ¶ *Amittant.*] Dic, vt s. eo. c. non magnopere.

i ¶ *Facto.*] Sic ipso facto negamus Deum 22 q. 5. cauere, & ipso facto amittit quis priuilegium suum. sic s. de vi. & honest. cler. c. vlt. vbi plures concor. de hoc.

k ¶ *Prædictis pœnis.*] Scilicet, quòd promoueri non possunt sine dispensatione Apostolicæ sedis, & aliis superius positis.

l ¶ *Bellatorũ.*] i. prędicatorũ, qui possunt hęreticis resistere auctoritate diuinę scripturę, q cõtra nos surgũt: & ex aduerso impugnant

c Vel pauperum secundùm Io. & Phi. vide, quod dixi de postu. c. 2. Io. An.

pugnāt nos: quos prælati Ecclesiarū de sua diœcesi expellere tenentur intantum, quòd si negligētes extiterint, ab administratione remoueantur. j. *de hæret. excommunicamus. in fi.*

¶ *Glossa sequens reci. per q. quid de beneficiis curatis, & personatibus non curatis,*

a ¶ *Presbyteros.*] Ad oēs prædictas personas pœna ista extēditur, etiā si huiusmodi personatus curam animarum non habeāt: quia idem iudicium est de personatibus curam animarum non habentibus,

ascendentibus ex aduerso: ad Archidiaconos, Diaconos, Plebanos, Prępositos, Cātores, & alios Clericos personat[b] habētes, nec non Presbyteros[a] (nisi ab his[b] infra spatium[c] præscriptum destiterint) hoc[d] † extendi volumus, [& † mandamus,] & appellatione postposita firmiter obseruari.

sicuti de beneficiis curam animarum habentibus annexam. s. *de electione, dudum.* & quòd habentes curam animarum tenentur, patet: quia qui ad curam animarum eligitur, debet primò promoueri ad ordinē sacerdotij, aliàs fit ea ipso iure priuatus. s. *de præben. extirpanda §. qui verò.* & in propria persona deseruire: nisi in duobus casibus, vt ibi dicitur. & idē iudiciū de personatibus, & de habentibus curam animarū est habendum: vt *in prædicta decre. dudum & supra de præben. de multa,* maior enim ratio est de habentibus curam animarū, quam de personatibus non habentibus curam animarum. Credo, quod nullus Archidiaconus, Decanus pleban[9], præpositus cātor, & nulli qui habent personatus, & qui habent curā animarum, possint audire leges, vel physicam propter pœnam istius constitutionis, nulla facta distinctione, ex quo tales sunt: nisi aliam interpretationem super hoc viderē: quia Papa nullam adhibuit interpretationē, ergo nec nos adhibere debemus, 2. *q. 5. consuluisti. & supra de trāsla. inter corporalia.* sufficit enim, quod ita scriptum est, vt 6. *q. 3. scriptum est in lege. & ff. qui, & a quo. ma. lib. l. prospexit.*

ADDITIO Dic tamen, quòd hæc constitutio non habet locū in habente curam parochialē, si aliàs nō est presbyter, nisi sit talis cura, siue plebania, quę habeat sub se capellam, vel capellas in quibus clerici perpetuo instituantur. *c. 1. eo. tit. lib. 6.*

b ¶ *Ab his.*] Scilicet legibus, vel physica, de quibus pręmissum est suprà. Bern.

¶ *Glo. seq. principium reci. per quæst. finis quærit & soluit.*

c ¶ *Spatium præscriptum.*] Duorū mensium connumeratorū à tempore publicationis[a] huius constitutionis: quia ante publicationem nemo tenetur. s. *de constit. 2.* ex quo enim cōstitutio publicè promulgata est, & publicata, quilibet tenetur ad ei[9] obseruantiam post duos menses. *in Authen. Vt fac. no. consti. circa prin. coll. 5 18. d. quod dicitis s. de postu. præla. cap. 1.* sed ante non. arg. 32. *q. 4. dixit Sarra. 82. d. proposuisti.* sed cum ista cōstitutio sit iamdiu publicata, nullus habet excusationē. Sed nunquid Episcopi possunt tales absoluere? Credo, quòd sic: quia conditor huius constitutionis non retinuit sibi absolutionem: & ideo alius relicta videtur. *supra de sent. excom. nuper. j. de cri. fal. dura. & suprà de præben. de multa. in fin.*

¶ *Glo. sequēs reci. per q. an habētes personatus egeāt dispēsatione Papali, sicut & monachi. alleg. quòd sic: & hoc tenet in additione, in tertia glossa tenuit contrarium.*

d ¶ *Hoc extendi.*] Scilicet præmissas pœnas, de quibus superiùs facta est mentio, scilicet quòd sint excommunicati, & in nulla causa patrocinium præstantes audiantur. Et ita videtur, quòd isti spem promotionis amittunt, nisi cum eis per sedē Apostolicam fuerit dispensatum, sicut dicitur suprà de monachis. quia pronomen, *hoc*, ostendit omnes pœnas supradictas. Sed hoc nō credo, quòd isti propter hoc sine dispensatione domini Papæ promoueri non possunt. & quod dicit: *hoc extendi. &c.* respicit tantùm quod dixit suprà *excommunicati.* & quod in nulla causa eorum patrocinium admittatur: quia si hoc voluisset, hoc dixisset de istis, quod dicit de illis ar. *suprà de transla. inter corporalia, suprà de deci. ad audientiam.* & pœnæ non sunt ampliandæ, siue odia, sed potiùs restringendæ. *de pœn. d. 1 pœna. ff. de lib. & posthu. cùm quidam. ff. de vare. instr. l. 1. §. Vlt.* & illa clausula: *Nisi fortè ex misericordia. &c.* respicit tantùm præcedētia, & non subsequentia, arg. *suprà de app. inquisitioni.* Tutius est dicere, quòd incurrat omnes pœnas prædictas, cùm littera hoc expresse dicat, dum dicit *hoc extendi, &c.* suprà dùm dicit, *prædictis pœnis obnoxij.* Bern.

a De materia huius glossa vide Decium, & Doctores in c. cognoscētes. suprà de cōsti. & Socinum l. 1. de iustitia, & iure. q. 1. art. 4.

† Hæc, pro hoc, in multis Vaticanis.

† Hæc duo Verba & mādamus, desūt in omnibus antiquis codicibus.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS.

DE SPONSALIBVS, ET MATRIMONIIS.

¶ In præcedēti libro visum est de actibus, & gestis spectātibus ad clericos: meritò nunc restat videre de spectātib. ad laicos. Et hæc rubrica habet duas partes. In prima dicit de sponsalibus. In secunda de matrimoniis. Abbas.

De hac materia tractatur. 27. q. 2. in plerisque capitibus. & 29. q. 1. & 33. q. 2. & 3. & 32. q. 1. 2. & 3. per totum. & 30. q. 4. §. his omnibus. vsque ad fin. q. & 31. q. 2. §. sed quia. vsque ad finem quæstionis.

† Cap. 39. referunt Burchardus lib. 9. decre. ca. 76. Ivo p. 8. cap. 213. & ca. 1. eo. tit. in 2. comp.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

De sponsalibus, & matrimoniis.

¶ Ex concilio Triburicensi †.

¶ Matrimonium solo cōsensu contrahitur, nec inualidatur, si consuetudo patria non seruetur.

CAP. I.

De Francia quidam nobilem mulierem de Saxonia, lege [a] Saxonum duxit in vxorem: verùm quia non eisdem vtuntur legibus [b] Saxones, & Francigenæ, causatus est, quòd eam non sua, id est, non Francorum lege [c] desponsauerat: dimissaque [d] illa, aliam superduxit. Diffiniuit super hoc sancta synodus, vt ille transgressor Euangelicæ legis [e] subiiciatur pœnitentiæ [f], & à secunda coniuge [g] separetur, & ad priorem redire cogatur.

¶ Innocentius tertius Exoneñ. † Episcopo.

† Exonien.

De Fräcia.] Diuiditur. Primo ponit casū. Secundo diffinit ibi, *Diffiniuit.*

CASVS. Quidam iuuenis de Frācia, duxit vxorem quandam nobilē mulierem de Saxonia, secundùm consuetudinem Saxonū: iuuenis ille dicebat, quod in matrimoniis cōtrahendis Franci non vtuntur eisdem consuetudinibus cum illis de Saxonia, & hoc ideo quia despōsauerat eā non lege sua, sed Saxonū. Dimisit ergo illā, & aliam vxorē duxit. In concilio quæsitum est, quid de hoc fieri deberet? Statuit conciliū, vt ille transgressor Euangelicæ legis subiiciatur pœnitentiæ: & à secunda vxore separetur, & ad primam redire cogatur. Nota, quod in matrimonio cōtrahendo potiùs cōsideratur intentio contrahētium, quàm verba, quibus mediantibus cōtrahunt, dummodo animo contrahēdi hoc faciant. Item solēnitates nō sunt de substantia matrimonij. Item verba debent deseruire intentioni, & non intentio verbis. Item ad intentionem recurrendum est.

a ¶ *Lege.*] Id est, consuetudine.

b ¶ *Legibus.*] Id est consuetudinibus.

¶ *Glo. seq. recitatur per obiectionem, & solutionem.*

c ¶ *Francorum lege.*] Quā putabat esse de substātia matrimonij. arg. 30. q. 3. *aliter.* vbi videtur, quod matrimonium omissis solemnitatibus nō valeat, sed non est verum, quia illa, quę dicūtur *in c. aliter.* potiùs ad solemnitates referūtur, quæ tamē seruandæ sunt: sed quamuis non seruentur, tenet matrimoniū, quia solus consensus facit matrimonium 27. q. 2. *sufficiat.*

d ¶ *Dimissaque.*] Quod facere non debuit auctoritate sua, vt 33. q. 2. *sæculares.* 35. q. 6. *multorum.* etiamsi impedimentum manifestum subesset. j. *de diuortiis, porrò.*

e ¶ *Euangelicæ legis.*] Quia dicitur, nullus dimittat vxorē suam excepta causa fornicationis. 32. q. 1. *Dixit Dominus.* j. e. *ex parte.*

f ¶ *Pœnitentia.*] Pro eo quod primam dimisit, & secundam duxit.

g ¶ *Coniuge.*] Scilicet nomine, non re.

a Concordat text. in l. nuptias. vbi glossa, & Doctores. ff. de regu. iuris. & vide omnino Magistrum sent. lib. 4. d. 27. §. efficiens autem & §. quod autē. vbi pulchrè explicat hoc dictum.

PRæterea.] Primò iubet moueri. Secūdò diffinit ibi, *Si autem.* Ab.

CASVS. Quidam vir, & mulier volunt contrahere: promittunt ad inuicem purè, & sine conditione, fide hinc inde præstita, quod contrahent matrimonium postea mutāt propositum. Quæritur, quid super hoc sit agendum, an videlicet sint compellendi, vel non? Respōdet Papa, quod commonēdi sunt, & modis omnibus inducendi, vt fidem præstitam obseruent. Si autem hoc facere noluerint, non sunt cōpellendi, ne deterius inde contingat, vt illam ducat, quam odit: sed ad instar illorum, qui societatem contrahunt fide data, & postea illam sibi remittunt, potest in patientia tolerari. Nota, quod licèt fides sit purè, & simpliciter hinc inde data de matrimonio contrahendo, si postea displiceat contrahentibus, non sunt, vt cōtrahant, compellendi, ne deterius inde contingat. Idem intellige in societate.

¶ Sponsalia de futuro dissoluuntur, si sponsi se dissoluunt, etiamsi fuerint iurata.

CAP. II.

PRæterea † hi, qui de matrimonio contrahendo purè, & sine omni conditione [h] fidem dederunt, commonendi sunt, & modis omnibus inducendi [i], vt præstitam fidem obseruent. ¶ Si autem se adinuicem admittere noluerint [k]: ne fortè deterius [l] inde contingat, vt talem scilicet ducat, quam odio [m] habet †: videtur, quòd ad instar eorum, qui societatem [n] interpositione fidei [o] contrahunt, & postea eandem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari [p].

¶ Eugenius iij.

¶ Si maior septennio duxit in vxorem minorem septennio, & eā traduxit ad domum, oritur ex tali cōtractu publicæ honestatis iustitia. Hoc dicit inhærendo litteræ. Panormitanus.

CAP. III.

IVuenis † qui puellam nondum septennem duxit, quamuis ætas repugnet: ex humana tamen fragilitate forsan tentauit, quod complere non po-

h ¶ *Sine omni cōditione.*] Per hoc videtur, quòd solui nō possit, quia quæ sine conditione promittūtur, sine cōditione soluuntur. 32. q. vlt. c. 22. q. 4. *inter cætera.*

¶ *Glo. sequens supplet: suppletioni signat contrarium, &c.*

i ¶ *Inducendi.*] Et etiā compellendi, si iurassent. j. eo. *ex litteris.* propter periculum iuramenti. arg. contra. j. e. *requisiuit.* sed illud soluitur ibi. Sed contra videtur j. eo. c.

k ¶ *Noluerint.*] Id est, absolutè restiterint.

l ¶ *Deterius.*] Scilicet adulterium cū secunda, vel quod eam fortè interficeret.

m ¶ *Quam odio.*] Quia quod quis nō diligit, facilè contemnit. 20. q. 3. *præsens clericus.* & 31. q. 2. §. 1. Ber.

n ¶ *Societatem.*] *ff. pro soc. l. verum. §. vlt. & l. actione. §. dicimus.* Bern.

o ¶ *Interpositione fidei.*] Siue per iuramentum etiam, qui æquipollēt suprà de fideius. peruenit. & 22. q. 5. *iuramenti.*

¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas, scilicet Tanc. & Hug. & secundam approbat.*

p ¶ *In patientia tolerari.*] Hoc ideo dicit, quia ex quo nō est processum ad matrimonium, contraria volūtate accedente possunt se inuicem absoluere, vt videtur: quia omnis res per quascunque causas nascitur, &c. *infra de reg. iur. omnis res. & ff. de reg. iur. nihil tam naturale.* quia in tali casu fide præstita, siue iuramento subintelligenda est conditio, scilicet si in eadem voluntate permanserint. argum. *suprà de iureiuran. quemadmodum. & 22. q. 2. ne quis arbitretur.* hæc fuit opinio Tanc. [b] dicentis, quod hæc decretalis continebat ius commune. H. dicebat, & bene, quod loquitur de cōparatiua permissione: vt *suprà qui cler. vel vo. cap. veniens.* quod & mihi videtur: & loquitur dispensatiuè. Et hoc apertè indicant ista verba, hoc possit in patientia tolerari, ne deterius inde contingat: nam multa per patientiam toleramus, &c. *suprà de præbend. cùm iamdudum:* aliàs de iure mero debent compelli, vt fidem, siue iuramentum seruent. De hoc dicitur j. *eod. ex litteris* 2. Bern.

IVuenis.] Si maior septennio cum proxima septennio, in qua malitia supplet ætatem, sponsalia contrahit, ex his oritur iustitia publicæ honestatis, maximè si commisceri tentauerit. Ita cōmuniter summatur, sed in veritate summarium non colligitur ex littera. Diuiditur. Primò narrat factum, & casum dubium. Secundò duplici ratione diffinit ibi, *Quia igitur.* Abbas.

CASVS. Quidam iuuenis duxit quandam puellam nondum vij. annorum sponsalia contrahendo cum ipsa, & tētauit cū ipsa, quod complere non potuit. Tandem mortua fuit: vel dictus iuuenis ab ipsa recessit, antequā post vij. annum spōsalibus cōsentiret: & cum alia consanguinea ipsius puellæ matrimonium cōtraxit. Quærebatur, vtrum possent simul remanere? Respōdet Papa, in his quę dubia sunt, quod certius est, seruari debet: & ideo tam propter honestatē Ecclesiæ, quia dicebatur sponsa eius, quàm propter prædictum dubiū debent ab inuicem separari. Notandum ergo, quod in dubiis semper tenendum est illud, quod securius est, & certius.

¶ Glo. seq. not. in dubiis, &c. & soluit contrarium. Secundò obiicit locum à dimissione, & soluit.

† Cap. 11. eo. ti. in 1. cōp. & post concil. Later. sub Alex. iij. p. 6. cap. 33. Et de intellectu, & materia huius c. vide Couarr. in epitome lib. 4. decret. p. 2. c. 5. in principio.

† habeat.

† Cap. 18. eo. ti. in 1. cōp. & post concil. Later. p. 12. c. 8. Et vide concilium Trident. sess. 24. de refor. matrimonij. c. 3. & Couarruuiam in epitome lib. 4. decretaliū, p. 1. c. 2.

b Hæc Tancredi opinio vera est, & communiter sequuntur eam Doctores tum hic, tum alibi, vt docet Couarruuias in eo c. citato, quem vide.

a ¶ *Dubia*

tuit. Quia igitur in his, quæ dubia [a] sunt, quod certius existimamus, tenere debemus: tum propter honestatem Ecclesiæ, quia ipsa coniunx [b] ipsius fuisse dicitur: tum propter prædictam dubitationem: Mandamus †, quatenus cōsobrinā ipsius puellæ, quam postmodum duxit, diuidas [c] ab eodem.

¶ Alexander iij. Papień. Episcopo.

¶ Ex sponsalibus contractis cum consanguinea, oritur publicæ honestatis iustitia.

CAP. IV.

AD † audientiā nostri Apostolatus peruenit, quòd cùm H. Papiensis ciuis filiam suam cuidam filiorum L. dare vellet vxorem: iurauit, quòd si ille [d] eam habere casu aliquo interueniente non posset, alteri filio, quem de alia vxore genuerat, eandem matrimonio copularet. Contractis autem à filio priore sponsalibus quidam consanguinitatem inter eos esse, iuramētis interpositis firmauerūt. Ideóque præfatus H. eandem dare alteri filio nititur, vt iurauit. Sed quoniam scriptum est †, quòd sponsam [e] fratris, frater habere [f] non potest: Mandamus, quatenus cum suum implere propositum [g] non permittas: sed vt pœnitentiam agat de illicito iuramento, monitione præmissa, Ecclesiastica districtione compellas [h].

¶ Idem Panormitano Archiepiscopo.

¶ Si sponsus de futuro ante copulam ad remota se transfert, sponsa libere cum alio contrahit: si tamen per eā stetit, quò minus matrimoniū perficeretur, sibi pœnitentia imponitur.

CAP. V.

DE † illis autem, qui præstito iuramento promittunt se aliquas mulieres ducturos, & postea eis incognitis, dimittunt terram, se ad partes alias transferentes [i]: Hoc tibi volumus innotescere, quòd liberum [k] erit mulieribus ipsis (si non est amplius in facto processum) ad alia se vota transferre: recepta tamen de periurio pœnitentia, si per eas steterit [l], quò minùs fuerit matrimonium consummatum.

a ¶ *Dubia.*] Sic ergo patet, quòd in dubiis sēper certius est tenendum, *de pæn. dist. 7. c. 2. §. item si.* vbi dicitur: tene certum, & dimitte incertum. & *j. de homi. ad audientiam. & 14. dist. sicut.* & re dubia certa non potest ferri sententia. *11. q. 3. graue. & 33. d. habuisse. & 30. q. Vlt. §. Vlt. & Instit. de re. di. §. illud quæsitum. Instit. de ac. §. curare.* quādoque tamen cùm obscura sunt iura partiū, certa fertur sententia. *s. de fide instrumen. inter dilectos. in fin.* Sed non dicitur dubia res ibi, quia actor nō probauit clarè, & ita pro possessore iudicari debet [a]. Sed quare dicit in his quę dubia sunt? Quia si ex toto ante septenniū ducta fuit, & post vij. ann. nō cōsēsit, vel ante recessit, res non est dubia, sed certa: quia non impeditur matrimoniū cū consanguinea, etiam cum matre. *j. tit. prox. litteras. & c. accessit.* si post septimum annū cōsensit sponsalia tenuerunt, & ita non est res dubia. *j. eod. sponsam. & infra tit. prox. continebatur. §. si vero.* Sol. Sic intellige, puella ista post si primum annum non cōsensit, vel non constabat de consensu: quia statim recessit ab eo, vel mortua est: verum tamen quia tentauit forsitā, quod complere non potuit, præsumitur quod erat doli capax, siue quia malitia supplebat ętatē quoad spōsalia, sicut supplet malitia quoad matrimonium. *j. tit. prox. de illis & ca. Vlt.* vnde propter hoc dubium, tū quia hoc plene non constabat, tum etiam propter honestatem Ecclesiæ, nō potest habere consobrinam illius. *j. c. prox.* arg. alias nō videtur, quod posset stare illa littera, si diceremus, quod post vij. annos cōsensit, vt dixit Tanc. quia sic non esset res dubia.

b ¶ *Coniunx.*] Id est, sponsa.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

c ¶ *Diuidas.*] Arg. contra. *35. q. 3. extraordinaria.* Sol. ibi extra naturalia eā polluit, & non maritali affectu: hic verò tentauit in naturalibus, & maritali affectu.

AD *audientiam.*] Primò narrat factum. Secundò decidit ibi, *Sed quoniam.* Abbas.

CASVS. Quidam ciuis Papień. nomine Hugo, volebat copulare filiam suam matrimonialiter cuidam filiorum cōciuis sui nomine L. iurauit, quòd si ille eam aliquo casu habere nō posset, alteri filio, quem de altera vxore genuerat, eandem matrimonio copularet, & sic cōtraxerunt sponsalia: postea quidā probauerunt consanguinitatē inter eos: vnde præfatus H. eandē filiam dare vult alteri filio, vt iurauit. Quæritur an possit? Respondet Papa scriptū est, quod frater sponsam fratris habere non potest. Vnde mandat, quod ille suum propositum nō adimpleat, & pœnitentiam accipiat de illicito iuramento: & si opus fuerit, per excommunicationis sentētiam compellatur. Nota, quod spōsalia, quæ nulla sunt, impediunt matrimoniū contrahendum cum cōsanguinea alterius: sed hoc facit sola publicæ honestatis iustitia. Item illicitum iuramentū non est seruandum. Item ad pœnitentiam quis potest compelli, admoneri tamen priùs debet, & postea compelli.

d ¶ *Quòd si ille.*] Hæc conditio nulla fuit, quia ex quo despōsatur vni fratrum, alius eam habere non potest. *27. quæst. 2. si quis vxorem. & cap. seq.* nisi fortè ante septennium contracta essent sponsalia. *infra tit. prox. litteras. & cap. accessit. & cap. duo pueri.* cessante eo quod dicitur *j. tit. prox. 27. q. 2. si quis desponsauerit.*

¶ *Glossa sequens allegat duas concord. signat vnum contrarium, & soluit.*

e ¶ *Sponsam fratris.*] *Ad. cap. Vna tantùm. §. Ioannes 27. q. 2. si quis desponsauerit.* Arg. contra *8. q. 1. olim. & j. de diuortiis. cap. Vlt.* Solutio, illud mysticū fuit, & obtinuit in fratre sine sobole defuncto: hodie secus.

¶ *Gloss. seq. obiicit, allegat pro, & soluit.*

f ¶ *Habere non potest.*] Sed videtur, quòd hæc ratio nulla fuerit: quia inter eos nullum obligatorium vinculum de iure fuit cōtractum consanguinitate impediente: quia impossibilium nulla est obligatio. *Instit. de inut. stipula. §. si impossibile. & ff. quæ senten. sine app. rescind. Paulus.* Sed impossibile est id, quod contra bonos mores est. *ff. de condi. instit. filiusfam. & 22. q. 2. faciat homo* & eius quod esse non potest, nulla est promissio. *Institut. de inut. stipula. §. 1.* & arg. optimum in decr. Greg. *suprà de pact. cap. vlt.* ergo hic nulla sponsalia fuerunt quæ sunt promissio futurarum nuptiarum. *30. q. 5. nostrates. ff. de sponsal. l. 1.* ergo nulla fuerunt prędicta sponsalia: ergo non præstant impedimentum, quò minùs illa possit contrahere cum alio fratre. *j. tit. prox. litteras. & c. accessit.* Sed contra, matrimonium plerumque attenditur considerato facto, non iure. *s. de biga. nuper. & C. de adulter. cum qui.* plus enim in talibus consideratur quandoque opinio, quàm veritas. *j. qui fil. sint leg. cum inter Ioannem.* Quid ergo respondes? Potest dici, quod publicæ honestatis iustitia impedit: vt *s. c. prox. 27. q. 2. si quis desponsauerit.* Bern.

g ¶ *Propositum.*] Quod illicitum fuit, & ideo non seruandum. *22. q. 4. in malis.*

h ¶ *Compellas.*] Arg. quòd quis compelli posset ad satisfaciendum de quolibet crimine. *24. q. 3. itaque. & 24. q. 1. illi qui. & 20. q. 1. prædicandum* [b] & ad Ecclesiam pertinet decernere de quolibet peccato, & corripere quemlibet Christianum. *s. de iudic. nouit.* Bern.

DE *illis.*] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Hoc tibi.* Abb.

CASVS Quidam promittunt iuramēto interposito se ducturos in vxores aliquas mulieres, & postea antequam matrimonium contrahant, transferunt se ad partes alias. Quærebatur, quid facere debeant illæ mulieres: vtrum possint cum aliis cōtrahere? Respondet Papa, quod si non fuerit ampliùs in facto processum, liberum est illis mulieribus cum aliis contrahere, recepta pœnitentia de periurio, si per eas steterit, quò minùs matrimonium fuerit cum aliis consummatum. Not. quòd sponsa non tenetur sequi sponsum vagabundum, nec diu ipsum expectare sine aliqua pœna, dummodo non fuerit in mora.

¶ *Glo. seq. ponit opinionem quam reprobat.*

i ¶ *Transferentes.*] Vnde non tenetur sequi ipsum vagabundū. *ff. de ope. lib. quod nisi fiat. § ex prouincia.* & sic de sponsa, intelligunt quidam illud *c. 34. q. 2. si qua.* Sed non est verum, immò de vxore iam cognita.

k ¶ *Liberum erit.*] Post tres annos secundùm leges. *C. de repud. l. 2.* Et hoc intellige de sponsa de futuro, de qua hic loquitur: secus in sponsa de præsenti. *j. eo. in præsentia. & j. de secun. nupt. dominus noster.*

¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit, & ponit tres casus, quibus soluuntur sponsalia de futuro.*

l ¶ *Si per eas steterit.*] Vñ in culpa fuerūt: quare imponitur eis pœnitētia. Sed si per eas stetit, quare dat ecclesia licentiā contrahēdi. Resp. ne deterius inde cōtingat: sc. periculū fornicationis. vnde *j. qui cleri. vel vouen. Veniens.* sed si per eas nō stetisset, quo minus matrimonium cōplerent, nō imputaretur eis periurium. *& j. eo. sicut.* si hoc certum esset: si verò dubium esset, ppter tale dubium imponitur eis pœnitentia, saltem ad cautam. Hab. arg. vnum in eadem causa, in quo sponsalia de futuro soluuntur aliū habes *s. de sure. iur. quemadmodum.* Item si contrahit cum aliqua per verba de præsenti. *j. eo. sicut inter vtrum. & j. de spon. duorum. c. 1.* Bern.

† Alex. Mādamus, Vt ab, que Vxor, quatenus.

a Facit, quod not. 3. q. 9. de cetermius, & dic de triplici ambiguitate. Vt not. 33. di. c. vlt. & quod dicit hic Vi. Vide in Spe. de sentent. prola. §. qualiter. vers. Item debet. Io.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cōp. Et quatenus hic agitur de impedimento iustitia publica honestatis, quid ea sit, & vnde proueniat, Vide omnino per beatum Thomam in quæstionibus additis ad 3. p. q. 55. ar. 4. & Sotum libr. 4. sent. d. 41. q. vnica. ar. 2. & art. 3. in fi. & Vide Concil. Trid. superiore c. citatum.

† Vide Leui. c. 20. & Mat. c. 14. sed hac non de sponsa, verum de vxore fratris loquuntur. forte et ea respexit Papa hic ad illa decreta, quæ affert Gratianus 27. q. 2. c. 10. 11. 12. 13. & 14.

† Ca 4. eo. tit. in 1. cōp. & post conc. Later. p. 6. c. 12. Et de materia textus, & glossa præter Doctores hic vide Couarruuiā in epitome li. 4. decretalium p. 1. c. 5. Sotū l. 4. sen. d. 27. q. 2. ar. 3. & citatos super glossa, in verbo, si per eas steterit.

b Dic. Vt not. 13 q. 2. quicunque. Io. And.

e Casus, in quibus spōsalia dirimuntur, enumerat, & explicat B. Tho. in quæstionibus additis ad 3 p. q. 43. art 3. Syluester in summa, verbo, sponsalia. q. 10. Dominicus Sotus l. 4. sen. 4. d. 27 q. 2. ar. 5. & Couarruuias citatus.

Additio. Pro istis & similibus dantur tales versus:

Lepra superueniens, furor, ordo, sanguis, & absens,
Lasaque virginitas, membri damnum, minor ætas:
Ac hæresis lapsus, fidei que remissio prorsus,
Sponsos dissociant, & vota futura retractant.

De muliere.] Communiter non summatur quoad titulum, sed quoad litteram sic: Incerto quæsito nō potest dari certa responsio. Abbas.

† Cap. 5. eo. ti. in 1. cōp. & post concil. Later. p. 6. cap. 19.

Casvs. Quędam mulier per vim tradita fuit viro, & detenta. Quærebatur à Papa, an inter eos esset matrimonium? Respondet Papa: Inter vim, & vim est differētia, nec constat, an post violētiam consensus interuenerit: & ideo certum Papa non potest dare respōsum. Nota, quod inter vim, & vim est differentia. Item certa, & finita debet esse quæstio, & non duplex, ad hoc quòd certa dari possit responsio.

† *Vox*, certum, *deest in omnibus antiquis codicibus, in vno peruetusto erat:* nihil intentioni tuæ possumus, &c.

¶ Idem Paduano Episcopo.

¶ *Non omnis violentia impedit contractum matrimonij. Hoc dicit, quoad titulum.*

CAP. VI.

De † muliere, quæ est inuita tradita viro, & detenta: cùm inter vim, & vim [a] sit differentia, & vtrùm postea consensus intercesserit, certum [b] nobis nihil postea expressisti, nihil certum † inde tibi possumus respondere.

¶ Idem Cantuarien. Archiepiscopo.

¶ *Si aliqui apti ad matrimonium contrahunt per verba obscura, communem verborum intellectum sequi tenentur.*

CAP. VII.

Ex † litteris: & infrà. ¶ De hoc autem, quod consuluisti, quid debeat obseruari, quando inter aliquos sponsalia contrahuntur, nec intelligit alter, quod alter proponit: Respondemus, quòd inspiciendum est Iudici, si matrimonium contracturi ad id faciendum sint idonei scientia [c], & ætate [d]: quo cognito, si alter non intellexerit [e], quod alter proposuit [f], ad communem verbi intelligentiam [g] recurratur †, & cogatur vterque verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare.

† Cap. 6. eo. ti. in 1. cōp. & post. concil. Later. p. 41. c. 3. *Vide Alexand.* consi. 152. in 5. vol.

a *Pro intellectu huius glossæ, & textus vide B. Thomam* in quæstionibus additis ad 3. p. q. 47. art. 1. & seq. *Magistrum sent. & ibi Laud. Sotum, & Doctores* l. 4. dist. 29.

a ¶ *Inter vim, & vim.*] Hoc ideo dicit: quia duplex [a] est vis, siue metus, qui cadit in cōstantem virum, & ille metus excusat, nisi postea consentiret. j. *tit. prox. de illis.* 2. & alius est metus vanus, siue vis, & illa vis non excusat. *infrà eod. veniens, & c. consultationi. & j. de his quæ vi, metúsve causa fiunt. cùm dilectus. & ff. de re iudic. si quis ab alio. & ff. quod metus causa. l. 2.* Bern.

b ¶ *Certū.*] Quia nesciuit, quæ violētia fuit illata: vnde certū non potuit dare responsum. 11. q. 3. *graue. & 30. q. vlt. §. vlt. & j. eo. ueniens.* vnde dicit lex: vt congruum possis habere respōsum, insere pacti exemplum. *Cod. de transf. vt responsum.* poterat tamen, si voluisset, respondere distinguēdo inter vim, & vim: vt j. *c. veniens. & c. consultationi. & de eo qui renuntia. episcop. c. 1.* Bern.

Ex litteris.] Diuiditur: quia primò ponitur consultatio. Secundò responsio, *Respondemus.* Abb Sic.

Casvs. Quidam vir, & mulier contraxerunt sponsalia, nec alter intellexit, quod alter proposuit, & dicebant se non intellexisse. Quærebatur, quid deberet obseruari? Respondet Papa, iudex primò debet videre, vtrum contrahētes sint idonei ad hoc discretione, & ætate: vt per hoc præsumatur pro eo, quod dicunt, vel contra: quo facto, seu cognito, si alter non intellexit, quod alter proposuit, recurrendū est ad cōmunem intelligentiam verborum, & vterque compellatur verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus generare. Nota, quòd in matrimonio discretio, & ætas est attendenda, & consideranda. Item verba obscurè prolata ad communem intelligentiam sunt reducenda.

c ¶ *Scientia.*] Id est, discretione. Nam furiosus contrahere nō potest, quia non habet consensum 32. q. 7. *neque furiosus. & j. eod. dilectus*, nisi per interualla dilucida laboraret. 7. q. 1. *quamuis triste.* 3. q. 9. *indicas.*

d ¶ *Ætate.*] Duodecim annorum in muliere. & quatuordecim annorum in viro. *infrà tit. prox. attestationes. & cap. continebatur.* vel cum malitia supplet ætatem. j. *tit. prox. de illis 2. & cap. vlt.*

e ¶ *Intellexerit.*] Id est, si dicat se non intellexisse siue per se, siue per interpretem. *ff. de verb. oblig. l. 1. in prin.* cùm tamen cōtrarium præsumatur, cùm sint eiusdem vulgaris.

¶ *Glossa sequens distin. an actor tantùm, an reus, an vterque cōmittat dolum. Secundò arg. non recedendum, &c. alleg. 6. iura. & 2. alleg. in contrarium.*

f ¶ *Proposuit.*] Nota secundùm canones, si actor tantùm dolum adhibet, intelligenda sunt verba, vt reus intelligit, qui nō adhibet dolum. 22. q. 5. *humana. §. item obiicitur. & c. quacumque.* Si verò reus tantùm, tunc secundùm quod actor intellexit. 22. q. 5. §. *his. & cap. quacumque & q. 2. ne quis.* Si ergo vterque dolum adhibet, locum habet, quod hîc dicitur, vt verba prolata in suo proprio sensu intelligantur. Et sic est argum. quòd non est recedēdum à significatione verborum, nisi cùm constat testatorem aliud voluisse *ff. de leg. 3. non aliter. & infrà de verb. signif. intelligentia.* arg. *de consecr. distinct. 4. retulerunt. & ff. qui, & à qui. manu. l. prospexit.* quia non ex opinionibus singulorum, sed communi vsu nomina sunt intelligenda. *ff. de supell. lega. l. Labeo. & j. de decis. ad audientiam.* arg. contra. *C. de verb. signifi. cum quidam. & de consecr. distin. 2. in calice.*

† *Contra* com. in l. Labeo, & *ibi Bar.* ff. de supel. leg.

¶ Idem Vigilien. Episcopo.

¶ *Inter sponsam, & consanguineos sponsi oritur impedimentum publicæ honestatis impediens, & dirimens matrimonium inter eos contrahendum.*

CAP. VIII.

Sponsam † alterius (maximè si est nubili [h] ætati proxima) nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare.

† Cap. 7. eo. ti. in 1. cōp. & post concil. Lat. p. 6. ca. 4. *Et vide citatos* j. eo. ti. c. ad audiētiam. & *conc. Tri.* sess. 24. de reform. matrimonij c. 3. & *Doctores* in c. 1. de sponsa. l. 6.

¶ *Glos. sequens de ambiguitate verborum determinat, & subdiuidit. ponit primo duo membra. Et primū subdiuidit in duo, secundū in tria, & illorum tertium iterum in duo.*

g ¶ *Intelligentiam.*] Huiusmodi ambiguitas verborum quādoque incidit in iudiciis, quādoque in cōtractibus. In iudiciis circa litis exordium [h] plus creditur actori, quàm reo. *ff. de verb. oblig. inter stipulantem. §. 1.* postea in confessionibus vrgeri debet confitēs, vt certum confiteatur: alioquin id accipietur, quod magis expedit aduersario suo. *ff. de confess. certum. ff. de interdict. de ætate. §. nihil.* In contractibus, & pactis distinguitur: aut certum est, quod consenserunt, & tunc valet, quod agitur: aut non consenserunt, & tunc non valet, quod agitur. *ff. de contrah. empt. & vend. in venditionibus* [c]. & 30. q. 3. vbi aut dubitatur, quid senserint, & tunc subdistingue: quia aut valet intellectus secundùm vnam partem, aut secundùm vtramque: si secundū vnam partem, commodius est id accipi, vt res de qua agitur, magis valeat, quàm pereat. *ff. de regul. iur. quotiens idem sermo. ff. de verbor. obligat. l. quotiens. & suprà de fide instrument. inter dilectos. & infrà de verbor. signific. abbate.* si secundùm vtranque, tunc id quod verisimilius est, accipiendum est. *ff. de verborum obligat. cum qui calendis.* & quod quandoque consueuit accidere. 28. *distinct. de Syracusana.* vel contra eum fit interpretatio, qui pactum apposuit, qui debet legere, id est, pactum apertiùs apponere. *ff. de pact. veteribus.* & secundùm promissorem fit interpretatio, quia liberum fuit stipulatori verba latè concipere. *ff. de verbor. obligat. quicquid.*

Additio. De hac materia not. *ff. de verb. obligat. quotiens in stipulationibus.*

¶ Idem Abbatibus S. Eadmundi †, & Demer. †

¶ *Si vir, & mulier inuicē promittunt, quòd ab eo tempore se pro cōiugibus habebunt, contractum est matrimonium de præsenti. Hoc dicit, & est casus notabilis.*

CAP. IX.

Ex † parte C. † mulieris nobis intimatum est, quòd Andreas iuramentum præstitit, quòd eam ab † eo tempore pro

† Cadmundi, & de Mescia.

† Ramesia.

† Cap. 8. eo. ti. in 1. cōp. & post concil. p. 6. c. 15. *Vide citatos super glossam* † E.

† *In codice Barbaziano* ita: ab eo tēpore in antea.

b *De hoc* j. de restitu. spo. cum ad sedem. *Ioan. And.*

c *Sequitur, verumque cō sensus necessarius est: sed si in venditione dissentiunt in pretio, vel corpore, non perfecta est emptio. Ioā. And.*

Sponsam] Casvs. Dicitur in hoc c. quòd sponsam alterius maximè nubilem, & septennem, nullus de cōsanguinitate viri ducere potest in vxorem. Nota, quòd sponsam cōsanguinei consanguineus habere non potest.

h ¶ *Nubili*] illud, maximè ponitur propriè comparatiuè: quia ex quo habet vij. annos, tenent sponsalia, & ita nullus cōsanguineorum potest eam habere: *infra tit. prox. litteras & c. accessit.* ergo multò fortiùs impedit: cùm est proxima nubili ætati. Item videtur, si est proxima septennio, & doli capax. j. *eo. veniens.* Bern.

Ex *parte*] Primò ponit casum narratum. Secundò diffiniendum committit, ibi *Quia igitur.* Abb.

Casvs. Quidā Andreas nomine, iuramentū præstitit, quod C. mulierem ab eo tēpore in antea pro vxore haberet, & ei fidē seruaret, & illa similiter promisit eidē. Quo facto dictus Andreas illam dimisit, & aliam superduxit: vnde illa mulier domino Papæ fuit conquesta. Dicit Papa nemini licere suā vxorē dimittere sine manifesta causa fornicationis: & tūc aut debet illam sibi reconciliare, aut viuere continēter *c. vnde.* vnde mandat

de mandat dictum Andream compelli, vt illam, quã superinduxit, dimittat, & ad primam redeat, & affectu maritali pertractet. Nota, quòd qui vxorem suam causa fornicationis dimittit, aliam superducere ea viuente non potest, & debet continenter viuere. Item qui dimissa vxore legitima, contrahit cum alia, debet compelli eã dimittere, & ad primam redire.

a ¶ *Pro coniuge teneret.*] Et sic contractum fuit matrimonium inter eos. Sed nunquid per ista verba tantùm cõtrahitur matrimoniũ, Iuro, quòd de cætero habebo te pro legitima coniuge, & econuerso &c? non videtur: quia ista verba tantùm futurum tempus respicere videtur. hęc quęstio[a] ponitur 30. q. 5. *c. si quis duxerit*. Et dicit Io. quòd est matrimonium, secundùm quod ex illa nouella satis patet: & hic videtur Hugo aliter intelligere illa verba, scilicet quod post matrimonium contractum de præsenti accedant illa verba, notauit ibi. Arg. contra. *3. eo. de illis*. Ber.

b ¶ *Eandem.*] Supple, & cum alia contraxit.

c ¶ *Manifesta.*] Probatã scilicet, & sententia subsecuta: quia aliàs nõ licet dimittere 33. q. 2. *seculares, & §. in hoc. & 35. q. 6. multorum. & j. de diuor. porrò.*

¶ *Vide Iason. in l. seruì electione. ff. de legat. 1.*

a *De hac quæstione vide Archidiaconum, Turrecrematam, & alios in d. ca. si quis diuinis. & Sotum lib. 4. sent. d. 27. q. 4. art. 3.*

† *Pictauen.*

† *Ca. 9. co. tit. in 1. cõpil. & post cõc. Late. p. 6. c. 16.*

coniuge[a] teneret, & ei sicut vxori suæ fidem seruaret. Ipsa quoque eidem Andreæ iurauit, se illum pro marito habiturã †, & fidem ei tanquam viro proprio seruaturam: quo facto, prænominatus A. reliquit eandem[b]. ¶ Quia igitur nemini licet vxorem suam, sine manifesta[c] causa fornicationis dimittere, & tunc eam sibi reconciliare debet, aut ipsa viuente continere[d]: Mandamus, quatenus eundem, vt superinducta dimissa, ad vxorem suam redeat, & eam maritali affectione pertractet, monitione præmissa, per Ecclesiasticam censuram cogatis[e].

¶ Idem Pictauieñ. † Episcopo.

¶ *Qui iurauit cum aliqua contrahere, si non subest impedimentum, per censuram Ecclesiasticam contrahere compellitur.*

CAP. X.

ij EX † litteris Siluani Episcopi accepimus, quòd cùm duo nobiles viri sui Episcopatus G. † scilicet de Monstra, & B. filios, & filias impubescentes haberent, inter se conuenerunt, quòd eos adinuicem matrimoniis copularent: & hoc tam pa tres[f] †, quàm filij sub iuramento[g] † se promisêre facturos: inter quos siquidem G. filiam alterius consentiente patre, se iurauit ducere in vxorem: quo volente ad alia vota migrare, cum Episcopus compellere voluit, vt quod iurauerat, adimpleret: *& infrà.* Quia igitur prædicto G. periculosum est contra suum iuramentum venire: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si hoc tibi constiterit, cum moneas[h]: & si non acquieuerit monitis, Ecclesiastica censura compellas[i], vt ipsam (nisi rationabilis[k] causa obstiterit) in vxorem recipiat, & maritali affectione pertractet.

¶ Idem Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Prælatis per Angliam constitutis.

¶ *Per censurã Ecclesiasticam pater compellitur restituere filio eius vxorem, quam iniustè detinuit, vel detinet.*

CAP. XI.

NOn † est vobis (sicut arbi-

d ¶ *Continere.*] Quia non potest cum alia contrahere. 32. q. 1. *dixit*. & si cum alia postea fornicaretur, compelleretur redire ad ipsam, non obstante sententia. *j. de diuor. ex litteris.*

e ¶ *Cogatis.*] Super inductam, si nollet ab ea recedere, vel si impedimentum præstaret, posset excommunicari. *j. eod. Veniens. in fi.* Ber.

ij EX *litteris.*] Primò ponit casum narratum. Secundò cõmittit ipsius diffinitionem ibi, *Quia igitur* Abb.

Casvs. Duo nobiles viri Siluani episcopatus, scilicet G. & B. filios, & filias impuberes habebant, conuenerunt inter se, quòd eos adinuicem copularent, quod promiserunt adinuicem facturos, & hoc tam parentes, quàm filij iurauerunt: vnus illorũ, scilicet G. filiã alterius consentiente patre iurauit ducere in vxorẽ, postmodũ verò voluit aliã ducere in vxorẽ: Episcopus compellebat eum ducere illã, quam iurauerat. Quæsiuit Episcopus à Papa, quid esset in hac causa faciendum? Rñdet Papa periculosum esse dicto G. contra iuramentũ suum venire: mãdat Pictauieñ. Episcopo, vt si de hoc sibi cõstiterit, moneat illum, & cõpellat, quatenus ipsam recipiat, quã iurauit, & eam maritali effectu pertractet, nisi rationabilis causa impediat. Nota, quòd sponsalia contrahi possunt per verba generalia. Item iuramentum impuberis tenet. Item compellitur quis accipere illam, quam iurauit se ducturum in vxorem.

¶ *Glo. seq. alleg. Vnam contrar. obiicit, & soluit.*

f ¶ *Tam parentes.*] Sim. 31. q. 3. *si qui parentes.* Sed videtur, quòd istud iuramentum non valeat, & sit anceps periurium, cùm sit de facto alterius. *ff. re. amo. Marcellus. §. 1. & ff. de in lit. iur. Videamus.* Et arg. ad hoc *ff. de de verb. oblig. stipulatio ista.* quia vt ibi dicit: qui alienum factum promittit, non obligatur: tamen hic factum suum potius promiserunt, vt procurarent bona fide[b], quòd filij contraherent. vt *ea lege. & illa stipulatione.* Ber.

¶ *Glos. seq. obiicit, & soluit: secundo quærit. alleg. pro, & contra. Primam opinionem reprobat, reprobationem impugnat, impugnationi respondet.*

g ¶ *Quam filij sub iuramento.*] Isti erant impuberes vnde non tenuit iuramentum. 22. q. 5. *paruuli. & c. pueri. & 3. q. 3. c. 1.* Sed illa intelliguntur, cùm ad testimonium perhibendum inducũtur, sed aliàs si fint doli capaces, bene tenet iuramentum. *j. de delic. puer. pueris.* Hic posuit Lau. talem quæstionẽ: Aliquis iurauit accipere in vxorem vnam de filiabus Titij, & postmodũ dormiuit cum vna illarum: quæritur, an præcisè debeat cõpel-

b *Vnde si per eos non stat, non sũt deberetur pœna promissa. secũdum Vin. Io. Gem. & Hostiens. in gl. a. eod. And.*

li eam ducere, cum aliam ducere nõ possit? Ar. quòd sic. *ff. de cõtrahen. empt. si in emptione. §. si emptio. & ff. de sol. Stichum, aut Pamphilum* & ipse se ad hoc arctauit. *ff. si quis cap. l. 2. §. vlt. 15. q. 1. si quis insaniens.* immò videtur, quòd statim sit matrimonium. *j. de condi. ap. de illa. & j. eo. si quis.* arg. contra. *ff. de rit. nup. generali & ff. si quis cau. sed & si. §. quæsitum. & ff. de vsufr.* Quidam dixerunt cum non compellendum, quia inuitæ nuptiæ. &c 31. q. 2. §. 1. *c. 1. & 3. eod. præterea.* Sed contrarium est verum, quòd debeat cõpelli. Sed videtur quòd non sit compellendus eam recipere: quia in veritate nec sponsalia præcesserunt, nec matrimonium: quia cum dixit: Volo accipere vnam de filiabus Titij, nulla cum aliqua illarum sponsalia contracta sũt: quia in personã certam consentire debuit, & incerta sponsalia non sunt sponsalia. arg. 30. q. 5. *nullitates. & ar. ff. de testa tu. l. duo sunt Titij.* & si dico: Exhæredo vnum de filiis meis, cum plures habeam, nullus est exhæredatus. *ff. de lib. & posth. nominatim.* & certus debet esse hæres, & aliàs non valet testamentum. *ff. de hære. inst. in tempus. §. quotiens. & ff. de manu testa. cùm ex pluribus.* Dic, quòd non compellitur ex vi sponsalitorum, sed propter iuramentum fortè debet compelli, licèt ad illam recipiendam non se obligauerit directè, nisi deterius inde contingeret. vt no. *3. eod. præterea. & j. in glo. qua incipit.* arg. contra. Ber.

† *parentes.* † *Vide Dominicum Sotum explicantem hunc tex. l. 4. sen. d. 27. q. 2. art. 3.*

c *Hoc tenet Vin. & Philip. qui dicunt cum præcisè non compellendũ, & permittentiam sibi præcisè debere imponi de periurio: quia per eũ stat. arg. s. e. de illis. Ioann. And.*

† *Cap. 13. e. tit. in 1. cõp.*

h ¶ *Eum moneas.*] Et si non acquieuerit. arg. quòd admonitio semper debet præcedere vindictã. 11. q. 3. *indignè. & j. de sen. excom. sacro.*

¶ *Glo. se signat contrariũ, duplicem sol. vtramque solutionẽ impugnat: & in fine ponit tertiam solutionem. Iterum obiicit, & soluit.*

i ¶ *Compellas.*] Ar. contra. *j. eo. requisiuit.* Hoc consueuit intelligi pluribus modis: quòd hic dicitur, de rigore intelligitur, ibi de misericordia, ne deterius inde contingat ar. *3. eo. præterea.* Vel cõditionaliter sunt cogendi, vt de nolentibus fiant volentes, sed non finaliter. 23. *q. 4. Fides.* Sed neutra solutio videtur sufficere, quia iste mortaliter peccat veniendo contra iuramentũ, ergo potest compelli finaliter. 24. *q. 3. nam sacerdotes. & c. ecce autem crimina.* Sed quomodo potest iste excõicari, quia nondũ venit cõtra iuramẽtũ? Potest dici, quòd ille qui iurauit, de iure cõi compelli debet vt iuramentũ seruet, licèt nõdum sit transgressus: quia post transgressionẽ cõtrahẽdo cũ alia per verba de præsenti nõ posset vlteriùs cõpelli, cũ iam fortius vinculũ superuenerit, & Ecclesia nõ solũ peccata cõmissa punire debet (vt dicũt iura prædicta) sed etiã cõmittenda prohibere[d], vt si videat aliquem vicinum præcipitio, vel paratum ad peccandũ. 93. *di. diaconi.* 23. *q. 4. ipsa pietas. & 12. q. 5. hoc videtur.* alioquin consentire videtur. 83. *dis. quasi per totũ.* & sic debet Ecclesia excõmunicare, & facere, quòd potest: quia excõicatio est medicinalis. 2. *q. 1. multi. & 24. q. 3. corripiantur, & c. notandum.* & hoc solum bene agitur, vt vita hominũ corrigatur. 23. *q. 5. prodest.* Hoc quidem ius commune est, casus tamen potest esse, vbi non cõpellit finaliter ex causa, vt *in c. requisiuit. j. eod.* & causa redditur in littera ipsius *c. requisiuit.* & *3. eod. præterea.* ex causa quàdoque detrahitur seueritati, vt 50. *dist. vt constitueretur.* Vel potest exponi littera ipsius *c. requisiuit.* potius monenda, quàm cogenda, id est, prius monenda, & postea cogenda, nisi acquiescat. & ita non cõtradicit isto modo, immò concordat cum ista: tamen si contrahat cum alia, tenet contractus, & absoluetur, nec compellitur finaliter. Ber.

d *Vnde interdum pœnit volũtatem. 27. dist. vouentibus. secundùm Lau. & Philoann. And.*

k ¶ *Rationabilis causa.*] Puta consanguinitas, vel affinitas, vel aliquod aliud perpetuum impedimentum.

NOn *est vobis.*] Primò narrat factum. Secundo prouidet ibi, *Nec itaque.*

Casvs. Inter Regem Anglorum, & filios eius orta fuit cōtrouersia, propter quòd Rex Anglorum detinebat vxores filiorum ipsius, ita quod mariti ad eas accedere non valebant. Cōquesti sunt dño Papæ filij regis: mādat Papa Archiepiscopis, & Episcopis p Angliā cōstitutis, quod cū sit iustū, & æquū, vt viri suas petant vxores, quatenus dictum Regem moneant, vt filiis suis vxores eorū restituat: quod si infra terminum statutum nō fecerit, ex tunc in quacunque terra, vel prouincia detineantur, vel etiam transferantur, donec ibi fuerint, nulla diuina officia celebrētur, vel permittantur aliquo modo celebrari, præter baptisma paruulorū, & pœnitētias morientiū. Nota, quod mitiùs agitur cum Regibus, & principibus, quā cū aliis. Item propter delictum dñi tota terra supponitur interdicto. Item in generali interdicto illa sacramenta excipiuntur, scilicet baptisma paruulorum, & pœnitentia morientium.

¶ *Gl. se. recite. per quæstionē, quo iure, &c. soluit distinguendo.*

a ¶ *Vxores.*] Possunt enim filij Regis petere vxores suas per interdictū de liberis exhibendis, immò de vxore exhibenda. *ff. de liber. exh. immo. & C. eo. tit. si ad instar. & C. de nupt. si inuita.* Et hoc habet locum, cum inuita detinetur vxor, sicut hic. Si verò volēs detinetur, tunc per officium iudicis, vel Episcopi loci. Cùm enim volēs detinetur filius, nō datur interdictum de lib. exhi. nisi inter duos, qui dicunt se esse patres, vel dominos, & controuersia esset. *ff. de lib. exh. b. l. vlt.*

tramur) incognitum, qualiter Rex Anglorum pro discordia, quæ inter ipsum, & filios suos est suborta †, vxores eorum detineat: *& infrà.* ¶ Nos itaque attendentes, iustum, & honestum esse, vt viri suas petant vxores: Mandamus, quatenus eundem Regem ad eas restituendas solicite moneatis: & si iuxta commonitionem vestram, filiis suis vxores [a] suas infra certum terminum non restituerit †, extunc in quacunque prouinciarum [b] vestrarum detinentur vel transferuntur, donec ibi fuerint [c], nulla diuina officia (præter baptismum [d] † paruulorum, & pœnitentias morientium [e]) celebretis, vel permittatis aliquatenus celebrari.

¶ Idem Episcopo sanctæ Agathæ.

¶ *Dictum vnius asserentis impedimentum impedit matrimonium contrahendum non iuratum.*

CAP. XII.

ij PRæterea † de muliere, quæ à viro impetitur, cuius consanguineus cum ea se deliquisse proponit, sed hoc publicè [f] confiteri recusat propter metum & potentiam mulieris: Taliter respondemus, vt matrimonium ipsum fieri (nisi iuramentum [g] interuenisset) districtè prohibeas, ne deterius inde contingat.

¶ Idem Procuratori, & Canonicis Soran.

b ¶ *Prouinciarum.*] Sic ergo pro delicto vnius, tota prouincia interdicitur: vt *s. de offi. deleg. sanè. 2.* Ber.

¶ *Glo. seq. arg. à contrario. allegat. 2. iura, & vnam legem in contrarium. Secundo quærit, & soluit.*

c ¶ *Donec ibi fuerint.*] Ergo videtur, quod postquam inde recesserint, possint celebrare. arg. *ff. de postulan. Imperator. C. ex qui. cau. infa. irro. & si seuerior.* arg. contra. *C. eo. ti. ad tempus.* Dico, quòd hic est suspensio iuris, & cū tēporis diffinitione, & ideò tēpore elapso nō indiget absolutione, & ita aliis recedentibus celebrarunt. sim. *81. dist. si qui sunt presbyteri.* Vin. Sed nunquid tunc possunt celebrare submissa voce, & ianuis clausis? Non: nisi essent priuilegiati. *j. de priui. quod nonnullis.* vel nisi esset Episcopus. *j. de priu. quod nonnullis.* & singulariter cōuentualibus Ecclesiis bini, & bini possunt dicere horas suas, vt legere videantur potiùs, quàm cantare. *j. de pæn. & re. quod in te.* Ber.

d ¶ *Baptismum paruulorum.*] Ista duo sacramenta semper excipiuntur de quolibet interdicto, quia sunt sacramenta necessitatis. *1. q. 1. c. remissionem. §. sed notadum est. & c. si quis hæretica §. ecce, si clericus, & melius 32. dist. præter. §. verum.* vnde etiam in necessitate possunt recipi ab hæretico. *24. q. 1. si quem forte fecit de aliis. 24. q. 1. cæpit.*

e ¶ *Pœnitentias morientium.*] Et præter communionem, quæ viaticum appellatur. *j. de pæ. & remis. quod in te.* & etiam suscipientibus signum crucis & peregrinis pœnitentia conceditur. vt *in c. quod in te.* Bernardus.

ij) PRæterea] Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, *Taliter.* Abbas.

Casvs. Quidam vir volebat contrahere cū quadam muliere. Consanguineus illius viri dicebat, se deliquisse cū ea, sed illud non audebat confiteri propter potentiam mulieris. Quæritur, quid iuris? Respondet Papa, quod matrimonium illud fieri nō permittitur, ne deterius inde cōtingat, nisi iuramētū interuenisset. Nota, quòd matrimonium ad dictum vnius impeditur, ne contrahatur, sed si iuramentum interuenisset, propter dictum vnius non impeditur.

¶ *Glos. seq. recitetur per quæstionem, an publicè confitenti credendum sit: & soluit, quod non, duplici de causa.*

f ¶ *Publicè confiteri.*] Quid si publicè confitetur? Duplici ratione non debet ei credi. Primò quia vnius confessio in alieno facto nulla est. *4. q. 4. c. placuit. §. item in criminali. ver. item vnius testimonium. & s. de testi. veniens 1.* Secundo quia turpitudinem suā confitetur. *s. de dona. inter dilectos. 14. q. 5. non sane. & j. de eo, qui dux. in matrimo. c. 1.* b sed cōsāguineo reuelare tenetur. *35. q. 5. si homo.*

g ¶ *Nisi iuramentum.*] Et ita si iuramentum interuenit, non debet matrimonium prohiberi propter confessionem illius secretam, nisi aliter probaretur: nam si legitima affinitas probaretur, impediretur matrimoniū non obstante iuramento illo, quòd habuit cōditionem annexam, scilicet nisi iusta causa prohibeat. *s. de iureiu. quemadmodum.* immò iam contractum separaretur. *j. de eo, qui cog. cons. vxo. sua. de illo.* Si verò iuramentum non interuenisset, ad testimoniū vnius siue ad famam impediretur matrimoniū cōtrahendū. *s. de testi. super eo. 2. §. 1. & j. de cōsangui. & affinita. super eo. & hic.*

¶ *Si mulier inuita cum aliquo cōtrahat, nec in eū postea consentiat, tenet matrimonium, si alteri postea nubit. Ita communiter summatur. Et secundum hunc intellectū esset hic casus apertus, quòd matrimonium metu contractum esset ipso iure nullum. Hoc tamen clarè non colligitur ex littera.*

CAP. XIII.

VEniens † ad Apostolicam sedē Mariota supplici insinuatione monstrauit, quòd quēdam adolescentem adamauit intantum, quòd † vterque de matrimonio contrahendo, sub trium personarum testimonio præstitit † iuramentum: quòd parentes mulieris ipsius ignorantes, eam inuitam, & reclamantem [h] †, in vxorem alij tradiderunt: quem ita exhorruit, quòd se ab eo nullo modo cognosci [i] permisit. Cúmque publicè fateretur, quòd à priori viro cognita esset, atque iurata: Episcopus Soranus cognito, quòd proxima inter [k] eos esset linea consanguinitatis, ipsos ab inuicem separauit. [l] Cæterum cùm causa ipsa tractaretur [m], & viro, cui tradita fuerat à pa-

VEniens.] Primò narrat factum. Secundò diffinitionem committit ibi, *Mandamus.* Abbas.

Casvs. Quædam iuuenis mulier M. nomine, intantū adamauit quendam iuuenem, quod vterque illorum in præsentia trium testium præstitit iuramentum de matrimonio inuicem contrahendo. Parentes mulieris hoc ignorantes, eam inuitā reclamantem cuidā alij tradiderunt: sed illa ipsum ita exhorruit, quod nullo modo ab ipso cognosci se permisit, & cœpit publicè cōfiteri, quod à primo viro cognita fuit, & iurata. Tandē episcopus diœcesanus cognito, quod illi essent cōsanguinei, eos abinuicem separauit. Sed dum causa tractabatur, & illa nollet cōsentire viro, cui à parentibus tradita fuerat, ipse vir aliā duxit in vxorē, & illa cuidam alij T. nomine fuit publicè desponsata, de quo postmodum filium genuit: pater illius viri ei opposuit, quod filiū suum in virum habere non poterat, eo quod ab alio viro, qui iam defunctus erat, despōsata fuerat. Vnde mulier illa ad dñm Papam accessit, exponens ei omnia supradicta. Mādat Papa quibusdam, quatenus si inueniāt, quod prædicta mulier à priori viro iudicio Ecclesiæ fuerit separata, & ab illo T. sine cōtradictione Ecclesiæ in vxorē traducta, & ille cui à parētibus tradita fuerat, de præsenti vita decessit, moneant dictum T. & compellant vt præfatam M. recipiat in vxorem, & eam maritali affectione pertractet: quod si non fecerit, eum, & superinductam, & patrē ipsius, si contradixerit, excommunicationi subiiciāt. No. quod coactum matrimonium est nullum. Item omnes impedientes iurisdictionem iudicis, sine exceptione sunt excommunicandi: quia per hoc efficiuntur de iurisdictione ipsius iudicis.

h ¶ *Reclamantem.*] Ergo non fuit matrimonium. *31. q. 2. c. 1. & 2. & j. eod. c. prox.*

i ¶ *Cognosci permisit.*] Quod si fecisset amplius reclamare non posset. *j. de eo, qui duxit in matrimo. quam pol. per adulterium. c. 1. & j. qui matrimo. accusa. pos. insuper* [e].

k ¶ *Inter eos*] Scilicet ipsam mulierem, & primum virum.

l ¶ *Separauit.*] *35. q. 5. progeniem. & c. contradicimus.*

m ¶ *Tractaretur.*] Cum secundo, vel potius cum primo. Ber.

a ¶ *Nupsit.*

† *Aliàs ita: est exorta.*

† *Infertur ergo, quòd matrimonium liberat à patria potestate, concor. l. 1. C. de bo. quæ lib. & l. 1. §. fi. ff. de li. exhi.*

† baptisma.

† Ca. 46. c. tit. in 1. cōpil. *& post concilium Latera.* pa. 50. c. 30. *Et quando dicto vnius credatur, tradit, latius in repe.* c. admonēdi, ver. Itē plenè creditur. ff. de iureiurādo, *ī-m quid fieri oporteat. Si matrimonij impedimenta detegantur vide concilium Trid.* sess. 24. de refor matr. c. 1.

a *Quia non est terra interdicta, sed organa suspensa ad tempus, tū irregulares sunt, qui ibi celebrāt. Inn. contrariū not.* de offi. ord. irrefragabili. & de appel. dilectis. *Ioann. And.*

b *Conc. tem.* in l. si pignoribus. cum cōcor. vul. C. de ser. pi. dama.

† Ca. 17. eo. ti. in 1. cōp. *& post concil. Later.* p. 50. c. 31.

† vt.

† præstiterit.

† *Quod fieri non debuit, quia libera à coactione esse debent matrimonia.* c. de nuptis. & c. si verum. 31. q. 2. *Magister sen. & Doctores* L. 4. sent. dist. 29. *concil. Trid.* sess. 24. de reformat. c. 1.

e *Facit tex.* in l. nuptias cum glo. *& Bart.* ff. de reg. iur.

a ¶ *Nupsit*] Quod fieri non debuit lite pendente: vt arg. ī. *de spon. duo. sua fraternitas.* de hoc habes ī. *eo. cum in Apostolica.*
b ¶ *Decessit.*] Maximè, quia idem esset, si viueret: quia si inuita tradita ei fuit, nullum fuit matrimonium[a]. j. *c. prox.*
¶ *Glos. seq. arguit in fine.*
c ¶ *Recipiat.*] Ergo ppter solum scandalum nõ separatur matrimonium: quia iudiciũ ecclesiæ nõ expectauit. j. *eo. cũ in Apostolica. &* j. *de matrimo. contract. contra interdi. eccle. c. 1. & 2.* Et est hîc arg. quòd non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. ī. *de iure patro. illud. cum suis concor.*
d ¶ *Restiterint.*] Omnes impedientes iurisdictionem iudicis possunt excommunicari. ī. *de offi. deleg. c. 1. &* ī. *de testibus cum litteris.* Ber.

hortamur. & 33. q. 2. *fine. & ff. de arbi. si cum dies. §. si arbiter.* alioquin potest appellari, si requisitus iudex hoc non fecerit[b]. ī. *Vt lite non contesta. accedens 2. &* ī. *de appella. ex parte 1.*
m ¶ *Donec.*] Id est, quousque cõstet de matrimonio isti[†] puellæ inter eos, qui illã petunt[c]. & cui ipsa consenserit: sic stabit quasi in sequestro in loco tuto: ista puella timebat sibi inferri violentiam à quibusdam nobilibus ciuibus Papien. & ideo ne raperetur ab illis ponitur in loco securo: postquàm constiterit, cui consenserit, tradetur ei, vt hic in fine.

a *Secundũ Ala. secundũ quem ideo hoc opponit, quia eam manifestum est impedimentum, si subesset, vel factũ not. & idem Vincen. Ioann. And.*
† *Aliàs ita:* Sanè cũ de illo, &c.
† *Aliàs ita:* eo quod ab alio, &c.
† *Aliàs ita:* copulata fuerat.
† ipsius.
† restituerit.

C*Vm locum.*] Primò ponit regulã. Secundo infert genus ibi, *Matrimoniũ.* Tertio speciem ibi, *Quocirca.*] Abb.

CASVS. Inter duos ciues Papien. quæstio vertebatur super matrimonio cuiusdam puellæ: vterque dicebat se matrimonium cũ illa cõtraxisse: mulier timebat violentiam sibi inferri à prædictis, q eam petebãt: quæsitum fuit à Papa, quid fieri deberet? Respõdet, vbi metus, vel coactio intercedit, cõsensus locũ habere nõ potest: sed vbi cõsensus requiritur, metus, vel coactio debet repelli, & matrimonium solo consensu cõtrahitur: & sic omnis metus, vel coactio debet repelli, ne per timoré dicat sibi placere, qđ odit: vnde mãdat Papa Episcopo Papieñ. vt puellã illã, de cuius matrimonio quæritur, ponat in domo aliqua, vbi nullo modo timeat, & faciat eam custodiri honestè, donec causa fuerit per sententiam terminata. Nota, quòd matrimonium solo consensu contrahitur. Item inuita matrimonia fieri non debent. Item iudex locum securum debet partibus prouidere.

† Ca. 19. eo. tit. in 1. cõpil.
Vide concilũ Trid sess. 24. de ref. matrimonij c 9. *& Couarruuiam* in epitome l. 4. decretalium p. 2. c. 3. §. 1. *& per Magistrũ, & Doctores scholasticos* l. 3. sen. di. 29. *Vbi Scotus plenissimè* q. 1. art. 3.

rentibus, consentire nollet, ipse aliam in vxorem traduxit, & illa cuidam T. nomine, publicè in conspectu Ecclesiæ nupsit[a]. Tandem † cùm de illo filium genuisset, pater ipsius T. ei opposuit, quòd filium suum nõ potuit in virum habere, eo † quòd alij, qui defunctus est, priùs desponsata fuisset: *vt infra.* ¶ Mandamus, quatenus si inueneritis, quòd prædicta mulier à priori viro iudicio Ecclesiæ fuerit separata, & ab eodem T. sine contradictione Ecclesię in vxorem traducta: & ille cui à parẽtibus fuit † copulata, de præsenti vita decessit[b], prædictum T. monitione præmissa compellatis, vt præfatam Mariotam recipiat[c], & studeat maritali affectione tractare: alioquin eum, & superinductam, & patrem eius † (si huic rei restiterint[d] †) excommunicationi subdatis.

¶ Idem Papieñ. Episcopo.

¶ Si tenetur inferri violentia puellæ, de cuius matrimonio agitur, debet Iudex sibi prouidere locum tutum, & honestum, donec causa terminetur. Hoc dicit: & est textus multum allegabilis.

CAP. XIV.

CVm † locum non habeat cõsensus, vbi metus[e], vel coactio intercedit, necesse est, vt vbi assensus cuiusdam requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu[f] contrahitur: & vbi de ipso[g] quæritur, plena debet[h] securitate ille gaudere: cuius est animus indagandus[i], ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, qui de inuitis solet nuptiis prouenire[k]. ¶ Quocirca mandamus, quatenus puellam, de cuius matrimonio quæstio ventilatur, in domo, in qua nihil eam timere[l] oportet, facias honestè teneri, donec[m] prædicta causa terminata fuerit, & † sententia sine contradictione cuiusquam valeat executioni mandari.

¶ Idem.

¶ Sponsalia de futuro, si secuta est copula, non soluuntur per sponsalia de præsenti: alias tenent sponsalia de præsenti, nisi per metum, qui potuisset cadere in constantem virum, contracta sint.

CAP. XV.

VEniens † ad nos G. suæ nobis relatione monstrauit, quòd in domo sua mulierem quandam recepit[n], de qua prolem habuit, & cui fidem coram pluribus præstitit[o], quòd eam duceret in vxorem: Interim autem cùm apud domum vicini sui pernoctauerit[p], eius filia nocte illa secum concubuit: quos pater puellæ simul in vno lecto inueniens, ipsum eam per verba de præsenti desponsare coegit. Ideoque mandamus, quatenus si inueneris, quòd primam post fidem præstitam cognouerit[q], ipsum cum ea facias remanere: alioqui secundæ (nisi metu coactus, qui posset † in virum † constantem[r] cadere, eam desponsauerit) adhærere facias vxori.

¶ Idem Exonen. † Episcopo.

¶ Qui iurauit cum aliqua contrahere si vult religionẽ ingredi, debet primò contrahere, vt sacramentum seruetur, & ante copulam carnalẽ monasterium ingredi poterit.

V*Eniens ad nos.*] Primo ponit causam. Secundo affirmẽdum committit ibi, *Ideoque.* Abb.

CASVS. Quidam nomine G. quandam mulierem in domo sua recepit, de qua prolem habuit, & ei postmodum fidem dedit, quod eam duceret in vxorem: post hoc accessit ad domum vicini sui, & cum nocte illa in domo vicini stetisset, inuentus fuit cum filia vicini dormiuisse. Pater puellæ inueniens illos simul in lecto, compulit eum accipere in vxorem filiam suã, per verba de præsenti. iste G. accessit ad Papam, & exposuit ei prædicta: vnde mandat Papa Episcopo loci, quatenus si inuenerit, quod primam mulierem post fidem datam cognouerit, cum illa remaneat. Si vero post fidem datam non cognouerit, maneat cum secunda, nisi per talem metum fuisset compulsus eam accipere in vxorem, qui potuisset cadere in constantem virum. Nota, q si fides data sit de aliqua ducenda, si postea carnalis copula interuenerit, inducit statim matrimonium præsumptum. Item matrimonium contractum per metum, qui cadit in constantem virum, non tenet.

b *Etiam si iudex datus sit appellatione remota: vt ibi, Ioann. And.*
c *Consule antiquam decretalem loco præcitato, vbi nominãtur ciues Papienses, qui de huius puellæ matrimonio certabant.*
† *Aliàs ita:* vt sententia.
† *Vide c. 1.* eod. ti. in 1. compi. *Et de intellectu textus, & glossarum præter Doctores hic vide eosdem citatos in c præcedẽti.*
† possit.
† *Vide Alexandrum* consil. 47. vol. 4. *vbi late de metu cadente, aut non cadente in virum constãtem.*
† Exonien.
† Exonien.
† Geron.

¶ *Glos. seq. distinguit sexum circa metum.*
e ¶ *Metus.*] Qui possit cadere in constantem virum. j. *c. prox. & c. consultationi. in fi. & ff. quod met. cau. metum.* minor tamẽ metus magis excusat fœminam, quàm virum. arg. 32. q. 5. *indignantur.* & arg. j. *de homi. sicut dignum. 1. resp.*
f ¶ *Solo consensu.*] 27. q. 2. *sufficiat.* & ita omnia, quæ dicuntur 30. q. 5. *aliter. & c. nostrates.* referuntur tantùm ad solemnitatẽ.
g ¶ *De ipso.*] Scilicet consensu. Ber.
h ¶ *Plena debet.*] Ille, vel illa, qui in alium, vel aliam consentire debet.
i ¶ *Indagandus.*] Id est, inquirendus ad consentiendum.
k ¶ *Prouenire.*] Quia quod quis non diligit, facilè contemnit. 20. q. 3. *præsens & ī. eo. præterea 2. & j. eod. requisiuit. &* 31. q. 2. §. 1.
¶ *Glos. seq. arguit, quòd iudex, &c.*
l ¶ *Nihil eam timere.*] Est ergo hîc arg. quòd ad officiũ iudicis pertinet locum securum assignare partibus, & honestũ. 3. q. 9.

n ¶ *Recepit.*] Vt concubinam.
o ¶ *Præstitit.*] Post prolem susceptã: & sic sponsalia de futuro contracta fuerunt: vnde si postea antequã contraheret cum alia, illam cognouit, inductũ fuit matrimonium præsumptum: contra quam præsumptionem probatio in contrarium nõ admittitur. j. *eod. is qui. &* j. *de condi. appo. de illis.* Ber.
p ¶ *Pernoctauerit.*] Pernoctare, totã noctem significat. *ff. de ver. sig. Vrbana. §. pernoctare.* sic j. *de accusat. si confiteri.* Tan.
q ¶ *Post fidem præstitam cognouerit.*] Quod si ita est, matrimoniũ est inter eos, vt dixi: quia is non credebant tali tacito consensu contrahere, veluti si quis se filiũ familias existimauerit, cùm sit pater familias, poterit acquirere hæreditatem *ff. de cõdi. & demon. multum interest.*
r ¶ *In virum constantem.*] Quia tunc nullum fuit matrimoniũ. j *eo. consultationi.* quia libertatem debet habere, qui consentit. ī. *c. prox.* Quis metus excuset, & quis non, dictum est ī. *de his, quæ vi. metusve causa fiunt, cùm dilectus. &c.* Abbas.
¶ *Glossa sequens reddit. Secundo arg. alleg. duas leges, & vnam all. in contrarium.*
s ¶ *Vt vxori.* Quia fortius vinculũ superueniẽs præiudicat pri mo. j. de

mo. j. *de sponsa duo c.1.* sicut matrimonium adoptioni. *ff. de rit. nup. non solum. §. 1.* [a] Et est hic arg. quod licèt culpa mea inciderim in metum, nihilominus excusor propter metum. arg. *ff. quod met. cau. nec timorem. cum l. seq.* arg. contra *ff. eod. si mulier.* Bernard.

CAP. XVI.

COmmissum † *& infrà.* ¶ Significauit nobis fraternitas tua, quòd quidam cuidam mulieri de contrahendo matrimonio fidem dedit, & se cum ea infra biennium per verba de præsenti contracturum, præstito iuramento firmauit: nunc autem priuata lege [a] ductus, ad frugem melioris vitæ transire † suspirat: *& infrà.* ¶ Fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd tutiùs [b] est ei (religione iuramenti seruata) priùs contrahere: & postea, si elegerit, ad religionem migrare, si, tamen post dispensationem copula non dignoscitur interuenisse carnalis.

¶ Lucius iij. Rapalen. † Episcopo.

¶ *Qui iurauit cum aliqua contrahere, moneri potiùs debet, quàm compelli, vt cõtrahat. Hoc dicit inhærendo litteræ.*

CAP. XVII.

REquisiuit † à nobis tua fraternitas, qua censura mulier compelli debeat, quæ iurisiurandi religione neglecta nubere renuit, cui se nupturam interposito iuramento firmauit: *& infrà.* ¶ Ad quod breuiter respondemus, quòd cùm libera [c] debeant esse matrimonia, monenda est potiùs, quàm cogenda, cùm coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.

COmmissum.] Cõmunis diuisio. Secunda pars ibi, *Fraternitati.* Abb.

CASVS. Quidam dedit fidẽ cuidã mulieri, quòd eam duceret in vxorẽ, & quòd cũ ea per verba de præsenti cõtraheret infra bienniũ interposito iuramẽto, postea verò priuata lege ductus volebat intrare religionẽ. Dubitabatur, an posset propter iuramentũ: quæritur, quid iuris? Respõdet Papa, quòd tutius est illi iuramenti religionẽ seruare, vt prius cõtrahat, & postea poterit religionẽ intrare: dummodo carnalis copula inter eos non interuenerit. Nota, quòd iuramẽtũ seruandum est, dũmodo sine peccato seruari possit. Itẽ ante carnalem copulã poterit alter coniugũ religionem intrare, etiam altero inuito.

a ¶ *Lege.*] 19. *q.* 2. *duæ sunt. & j. de reg. licet. & 2. de renun. nisi cùm pridem. §. Sed dices.*

¶ *Gl. se. obijcit, & soluit. Iterũ obijcit, & soluit.*

b ¶ *Tutius.*] Sed cõtra videtur: quia dicitur: Qui se dat nuptui, bene facit: qui se nõ dat nuptui, melius facit: vt 27. *q.* 1. *nuptiarum.* & vtrunque expedit, sed vnum plus, alterũ minus. 28. *q.* 1. *sic enim neque. Ver. ideo.* & sic tutius esset non contrahere, saltem propter pronitatem exigendi postea debitum. Non contradicit: quia hoc faciẽdo potest vtrũque seruare, & iuramẽtum, & propositum suum, & ideo dicit, tutius: Vel dic, tutius, saltem quoad opinionem, ne de facto dicatur iste venire contra iuramentum, præterea non videtur infringere iuramentũ, qui illud in melius cõmutat. j. *de iure iur. peruenit.* j. *de vo. & vo. redem. scriptura.* & sic ille intrando religionem seruat iuramẽtũ, & ita tutius est nõ cõtrahere. & qui bona agunt, si meliora deliberata non faciunt, ceciderunt in cõspectu Dei 17. *q.* 1 *qui bona.* & si cõtrahat, videtur facere cõtra cõscientiã, & sic peccat: ergo nõ est tutius. 28. *q.* 1. *c. omnes. §. ex his.* Sed dicas: iste nullũ votũ emisit, sed ad votũ suspirat: vnde non debet dici voti transgressor, etiãsi non intret religionẽ, si ampliùs non processit. j. *de vot. & vo. redem. litteraturam.* & nõ facit cõtra propositum suũ: quia licèt gerat in corde virginitatem, cõsentire potest in matrimoniũ 27. *q.* 2. *Beata Maria.* potest ergo seruare vtrumque, vt dixi. si vult, tamen sine peccato potest intrare religionem, & non contrahere. Ber.

REquisiuit.] Duæ sunt partes Consultatio, & responsio. Secunda ibi, *Ad quod.* Abb.

CASVS. Mulier quædam iuramento interposito promisit cuidã viro, quòd cũ eo cõtraheret: postea verò voluntate mutata nolebat cũ eo contrahere: quæritur, qua censura sit ad hoc compellenda? Rñdet Papa, quod matrimonia libera debent esse, & non coacta: & ideo monenda est potiùs, quàm cogenda: quia coactiones huiusmodi frequenter solent difficiles exitus habere. Vel priùs est monenda, & nisi acquieuerit, postea cõpellenda. Nota, quòd matrimonia libera debent esse, non coacta. Item secundum vnam lecturam videtur, quòd Ecclesia dispenset hic contra iuramentum propter rationem, quæ hîc redditur. Item coactiones difficiles exitus solent habere.

¶ *Glos. seq. allegat septem concor. obijcit, & soluit, & remittit.*

c ¶ *Cum libera.*] j. *eo. cum locũ.* & 2. j. *de procu. accedẽs. &* j. *eo.* *præterea.* 1. & 31. *q.* 2. §. 1. & *ca.* & 3. 20. *q.* 3. *præsens.* Sed nunquid erit minùs libera, si cõpellatur ex post facto, ad quod iureiurando se adstrinxerit? Videtur, quòd non, quia nec inuitus crescere ad ordines dicitur, qui propter iam susceptum beneficium ad ordines vrgetur 60. *di. sanonamus.* & j. *de æta. & qual. c.* 1. & *c. quaris* [b]. cùm sponte susceperit beneficium: & non dicitur inuitus, qui propter voluntariã promissionem vrgetur ad promissi solutionem. 22. *q.* 2. *quicunque.* Item propter delictum præcedens quandoque quis compellitur ad matrimonium. j. *de eo. qui dux. in matri. quam pol. per adult. c.* 1. & ita videtur, quòd ista cõpellenda sit. Simi. j. *eo. ex litteris.* arg. 22. *q.* 4. *inter cætera.* Sed littera ista contradicit, potiùs monenda, quam cogenda. Sed expone, potiùs monenda, id est, priùs monenda, & postea cogenda propter iuramentum suum. similis expositio. 23. *q.* 4. *non inuenitur. in fi.* [c] Dic super hoc, quod dixi. j. *eo. ex litteris.* Ber.

a Ponit casum: Si filium meum illã, quæ tua suspecta fuit, duxit vxorem, demũ ipsum filiũ, vel me adoptas, impeditur adoptio. Ioann. And.

† Ca. 4. eo. tit. in 2. cõpil. *De materia vide Magistrum sen. l.* 4. *dist.* 27 §. hoc autem cõiugatis. & *ibi Sotum.* q. 1. art. 4.

† *Verbum, transire, de est in antiquis, & in recentioribus expressis magis emendatis.* Itẽ *in antiqua tamen compilatione legitur ita: ad frugem melioris vitæ suspirat conuolare.*

† Rapulen. † Rabulen. † Abulen. *hæc vltimũ placet, nisi* Capuano, *aut* Crapulensi *legas, vt alij dixerunt.*

† Ca. 12. eo. tit. in 1. cõpil. *& post concilium Lateran. sub Alex. iij.* p. 45. c. 6. *Et de intelle. cõuentio vide Cõ. in epitome* in epitome l. 4. decreta lium, p. 1. c. 4. *adde Frã ciscum de Victoria* in relectione de matrimonio p. 1. *& concilium Trid.* citatum, supra in c. cum locum.

b Et supra de ele. cum in cunctis. Ioann. And.

¶ Vrbanus iij.

¶ *Litis pendẽtia super matrimonio nõ impedit secundum matrimoniũ contrahi, si primum erat nullum.*

CAP. XVIII.

CVm † in Apostolica: *& infrà.* ¶ Intelleximus, quòd cùm inter villicum de N. & vxorem eius, matrimonij quæstio tractaretur †, ante publicationem testium villicus reuersus ad propria †, publicè inter se, & vxorem suam proposuit sententiam diuortij, iudicio Ecclesiæ promulgatam: & sic falsitate suggesta [d], quandam aliam facti nesciam [e] † sibi copulare præsumpsit. Postmodum vero super prioris matrimonij quæstione litteris impetratis, delegati Iudices sententiam diuortij protulerunt. Verùm quia villicum, & mulierem, quam superinduxit, pendente lite prioris vxoris, inuicem asseris consensisse: Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd imposita viro pœnitentia [f] competenti, & infra pœnitentiæ tempus carnali commercio [g] interdicto, postmodum in maritali copula poterit permanere [h].

CVm in Apostolica.] Primò consultatio, Secundò responsio ibi. *Consultationi.* Abbas.

CASVS. Matrimonialis causa vertebatur inter quendam virum, & vxorem eius coram ordinario: ante publicationem testium, ille reuersus domum cœpit publicè dicere, quod inter ipsum, & vxorem suam sententia diuortij fuerat promulgata, & sic falsitate suggesta quandam aliam facti nesciam in vxorem accepit. Postmodum verò per quosdam delegatos quibus causa fuit commissa, sententia diuortij fuit lata. Dubitauit diœcesanus, vtrùm matrimonium illud, teneat, cùm lite pendente inter virum illum & priorem vxorem, cum illa contraxit, Quæsiuit à Papa, quid iuris esset? & ipse respondet, quòd bene possunt insimul remanere, imposita illi viro pœnitentia competenti, & infra tempus pœnitentiæ carnali copula interdicta. Nota, quòd matrimoniũ, quod de iure nõ tenet, licèt pro matrimonio ab Ecclesia teneatur, non præstat impedimẽtum secundo, dummodo primum appareat postmodum nõ tenuisse.

¶ *Glo. seq. quærit opponendo, & soluit.*

d ¶ *Suggesta.*] Nũquid debuit ei credi? Nõ, absque litteris iudicis. 2. *q.* 5. *c. vlt. sim.* 2. *q.* 4 *nonne. C. de man. princ. l. vnica.* Quare ergo excusatur mulier cùm lite pẽdẽte nihil debeat innouari, vt *lite penden. c.* 1? Ideo excusatur, quia omnes ita credendo [d], & verius: quia nullum erat matrimonium cum prima.

e ¶ *Nesciã.*] Et ideo videtur, quòd marito priuari nõ debuit mortua prima: etiamsi fuisset matrimonium cum prima. j. *de eo, qui dux. in mat. quam pol per adul. c.* 2. & 17. *q.* 2. *nemmem in fi.*

¶ *Glo. seq. opponendo quærit & soluit.*

f ¶ *Imposita viro pænitẽtia.*] Sed quare imponitur viro pœnitẽtia, cùm nullum fuerit matrimonium primum? Ideo quia lite pendente contraxit cum secunda, in contemptum Ecclesiæ. j. *de matrimo. contract. contra inter. ecclesia. c.* 1. 2. & 3.

¶ *Glo. seq. opponit, & dupliciter soluit.*

g ¶ *Commercio.*] Interim. Sed quare punitur hîc mulier in debito suo? Potest dici, quòd ipsa ex post facto consensit, vt præsumitur, quia postea causa tractata fuit: vel punitur vir in exigendo, sed non in reddendo, si exigatur debitum ab vxore. sim. j. *de sen. excom. inquisitioni. &* j. *de secun. nup. dominus.* Si verò illa sciuisset, puniretur, vt dixi. j. *de matrimo. contracto contra interdict. eccle. c.* 2. & 3.

¶ *Glo. seq. distinguit.*

h ¶ *Remanere.*] Sic patet, quòd si aliquis habẽs vxorẽ, licèt ea viuẽ-

†Cap. 10. e. tit. in 1. cõp. *& post concilium Lateran. sub Alex. iij.* p. 6. c. 12.

† venereetur.

† *Id est*, ad domum.

cùm multũ distaret eorum. vnde faciliùs potuit secundam decipere.

† insciam.

c De vxore autem habita ratio est, quæ potiùs admonenda est ab errore discedere, quàm pro scelere puniremus. Ioann. And.

d Secundùm eos. Vm. & sufficit ad excusationem adulterij, quod nõ sit in dolo. ff. ad l. Iu. de adul. l. penul. Io. An.

se, & lite etiam pendente contrahat cũ alia, soluto primo matrimonio tenet secundum: sed hoc locum habet, cùm primũ matrimonium fuit nullum: vt *hic, & s. eo. Veniens.* & etiã sciente secunda vxore. Et quod dicit s. *falsi nesciam*, dicas *maximè*, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectũ, vt *hic & s. de iure patr. illud. & c. cùm locis. cum suis concor. & j. de despon. impub. litteras & c. accessit.* & tunc primò apparet per sententiam, quod nullum fuit primũ matrimonium. sic j. *de frig. & malefi. fraternitatis. in fi.* Arg. contra s. *eo. ad audientiam*[a], *& s. de biga. nuper.* Si verò cõtrahat cum secunda, ignorante prima vxore, cum qua de iure tenuit matrimoniũ, tũc nullum est matrimonium cum secũda: sed mortua prima potest remanere cum secũda, si ipsa voluerit, & vir compellitur eam recipere propter dolum suum. j. *de eo q dux. in matr. quam pol. per adult. c.* 1. & si post mortem prioris scienter consentiat in illum, tunc primò inducitur matrimonium. j. *de eo qui dux. in matr. veniens. & c. significauit. j. de conu. coniug. propositus.* si verò scienter contraxit cum illo, tunc nullum est matrimonium, nec esse potest etiam post mortem prioris. j. *de eo, qui duxit in matr. quã polluit per adult. ex tuarum. & c. cùm haberes.*

† Cæsar-augustano.

a *Tenuerũt ubi sponsalia ex consensu, quòd dic. vt j. de pœn. lib 6. Ioann. And.*

† Cap. 5. eo. tit. in 2. cõpil. *Vide Ancharanũ* consil 402. *& quot modis probatur mors, tradit Marãta* in repet. l. ius potest. ff. de acquirend. hæred.

† fuerunt.

¶ Clemens iij. Cæsar-augustensi† Episcopo.

¶ *Vxor non certificata de morte viri, contrahere non potest, quamuis ignoret, quid sit de marito, qui longo tempore abfuit.*

CAP. XIX.

IN † præsentia nostra quæsiuisti, quid agendum sit de mulieribus, quæ viros suos causa captiuitatis, vel peregrinationis absentes, vltra septennium præstolatæ fuerint †: nec certificari possunt de vita, vel de morte ipsorum, licet super hoc sollicitudinem adhibuerint diligentem, & pro iuuenili ætate, seu fragilitate carnis, nequeant continere, petẽtes aliis matrimonio copulari. ¶ Consultationi ergo tuę taliter respondemus, quòd quantocunque[a] annorum numero ita remaneant, viuentibus viris[b] suis, non possunt ad aliorum consortium canonicè conuolare: nec auctoritate Ecclesiæ permittas contrahere, donec[c] certum nuncium recipiant, de morte virorum.

¶ Idem.

¶ *Contractus matrimonij cũ peccatrice volente se corrigere, proficit ad remissionem peccatorum.*

IN *præsentia.*] Primò consultatio. Secundò responsio ibi, *Consultationi.* Abbas.

CASVS. Quidam viri erant in captiuitate, vel aliàs absentes causa peregrinationis. Vxores eorum expectauerunt illos per septennium, & vltra, nec poterant certificari de vita, vel de morte illorum, quamuis super hoc diligentiã adhibuissent, & quia iuuenes erant, non poterant continere, petebãt aliis copulari. Quæritur, quid iuris? Rñdet Papa, quod quantocunque tẽpore ita remanserint, viuẽtibus viris suis ad alia matrimonia nõ possunt conuolare, nisi primò certũ nunciũ receperint de morte virorum. Nota, quod in matrimonio nõ currit præscriptio, licèt omnia iura præscriptione tollantur. Item alter cõiugum alterum expectare tenetur, quousque sit certus de morte alterius. Item per hanc decretalem abrogantur leges, quæ dicunt mulierem per quinquennium tantùm debere expectare virũ.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

a ¶ *Quantocunque.*] Arg contra *ff. de diuor. vxores.* vbi dicitur, quod per quinquennium debet expectari. Sol. Lex illa, & cõsimiles non tenent *per Auth. C. de rep. l. hodie.*

b ¶ *Viris.*] Vbi tamẽ verisimiliter præsumitur de morte, si mulier nubat, excusatur, & viro reuerso nisi sponte redeat ad virũ, statim meritò sunt notandæ de adulterio: vt 34. *q.* 2. *cùm per bellicam.* si verò matrimonio contracto dubitant de morte, non exigant debitum, sed reddant, & si postea certificatæ fuerint de vita, statim recedant. j. *de secun. nup. dominus.*

Glo. seq. alleg. tres concor. quarit & soluit.

c ¶ *Donec certum nuncium.*] Sic j. *de secun. nup. dominus, & C. de repud. Auth. hodie. & in Aut. vt lice. ma. & aui. §. quòd autem. col.* 8. Sed pone, quòd fuit aliquis in exercitu Sarracenorũ, vel etiam in aliis, nec est reuersus, nec potest certificari mulier de morte per magistrum militum, vel per alium: Tunc mittat ad locum, si potest, vel ad vicina loca, vt inquirat, si potest, aliàs expectet, quandiu certificata fuerit de morte: vt patet hic, & per iura prædicta. Ber.

INter opera.] Licitum & pium opus est cum meretrice contrahere, hoc dicit. Duo facit. Primò ponit causam statuti. Secundò statutum ibi, *Statuimus.* Abbas Siculus.

CASVS. Dicitur hic, quod inter cætera opera charitatis, magna charitas reputatur peccantem ad pœnitentiã reuocare. Vnde statuit Clemens Papa, quòd quicunque publicas mulieres de lupanari extraxerint, & eas duxerint in vxores in remissionem eis proficiat peccatorum. Nota, quòd opus charitatis est errantem ab errore reuocare. Item qui meretricem ducit in vxorem, meretur. & sic nota, quòd castitas debet esse in matrimonio.

CAP. XX.

INter† opera charitatis nõ minimum est, errantem ab erroris sui semita reuocare[d]: *& infrà.* ¶ Statuimus, vt omnibus, qui publicas[e] mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in vxores[f], quod agunt, in remissionem proficiat peccatorum.

¶ Idem.

¶ *Matrimonium per vim contractum, cohabitatio e spontanea conualescit: Hoc dicit, & quotidie allegatur.*

CAP. XXI.

AD † id quod per tuas litteras intimâsti, de quadam parochiana tua, quam suus vitricus cuidam Teutonico matrimonialiter copulauit: Taliter respondemus, quòd quamuis vndecim[g] annos habens, ab initio inuita fuisset ei tradita, & renitens: tamen quia postmodum per annum, & dimidium[h] sibi cohabitans, consentisse videtur, ad ipsum est cogenda redire: nec de cætero recipiendi sunt testes, si quos memorata mulier ad probandum, quòd non consentit in eundem, nominauerit producendos: cùm mora tanti temporis huiusmo-

d ¶ *Reuocare.*] Hoc est vnum genus eleemosynarum. 45. *dist. tria sunt genera* b. & hoc quantum in te est. 45. *dist. Ephesin.* & primò à te. aliàs inordinata esset talis eleemosyna. Vnde dicit Augustinus: *Qui vult dare eleemosynam, a se debet incipere:* vnde scriptum est. *Miserere animæ tuæ placens Deo. de pœnit. dist.* 3. §. *sed si verba. c. qui vult.* sine hac eleemosyna nulla valet ad vitam. Ad hoc enim præcipuè tenentur prælati. 23. *q.* 4 *ita planè.* hic tamen crimen meretricij sub dissimulatione pertransit Ecclesia.

e ¶ *Publicas.*] Nulla necessitas eas excusat *ff. de ritu nupt. palam. §. non est.* 32. *q.* 5. *ita ne.* arg. j. *de pœnit. & remis. cùm infirmitas. in fi.* quas etiam vilitas vitæ indignas facit legum obseruatione. *C. de adulter. l. quæ adulterium. in fi.* Et dicitur meretrix, quæ multorum libidini patet. 34 *dist. vidua.* vel quarum publicè

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cõp. *Et de materia, & intellectu vide Anto- nium Gomezium.* to. 3. variar. c. 13. ver. Quintus casus. *Iulium Clarum* in prac. crim. §. fi. q. 98. *& Co- uarruuiam in epitome* li. 4. decretalium p. 2. c. 8. §. 11.

† Cap. 7. e. tit. in 2. cõp. *Et pro declaratione huius decretalis, vide Oldradũ* consil. 36.

b *Prima corporalis, egenis dare, quod poteris. Secunda spiritualis, dimittere ei, a quo læsus fueris. Tertia delinquentes corrigere, & in viam veritatis reducere vt ibi scriptũ est.* Eccl 30. *Ioann. And.*

c Concor. l. palam. ff. de rit. nup. *Cy.* in l. mercale. C. de condi. ob tur. cau. & *Bal.* in l. natales. C. de probat.

venalis est turpitudo. 32 *q.* 4. *meretrices* c.

¶ *Glo. seq. alleg. vnam concor. signat contrarium, & soluit.*

f ¶ *In vxores.*] 32. *q.* 1. *non est culpandus.* Arg. contra, *ea. causa. q.* 1. *c.* 1. Sol. contrarium loquitur de illa, quæ meretricari non desinit: & illa nõ est retinenda, ne patronus turpitudinis videatur. hic de ea, quæ continere libenter vellet, si inueniret, qui ducere vellet in vxorem. Ber.

AD *id quod.*] In prima parte ponitur pars facti, In secunda responsio cum aliquo facto ibi, *Taliter.* Tertiò decidit ipsum factum ibi. *Mandamus.* Abb. Sic.

CASVS. Quædam mulier contraxit matrimonium cum quodam viro inuita, & renitens (vt dicebat) in xi. anno, postea per annum, & dimidium cohabitauit eidẽ, tãdem recessit ab illo, & tam vir, quàm mulier ad illicitos concubitus transiuit: post hæc dicebat mulier, quòd inuita, & renitens contraxit cũ illo, & hoc volebat probare: vnde ab illo separari debebat: quærebatur, quid iuris? Respõdet Papa, quãuis xj. annos ab initio habens inuita, & renitẽs tradita viro fuisset: quia tamen postmodum per annum, & dimidium cohabitans eidem, in eum cõsensisse videtur, cogi debet ad ipsum redire: nec testes recipiẽdi sunt, si quos mulier vellet inducere ad probandum, quod non consensit in illum: quia mora tanti temporis probationẽ excludit, cum illa coactio iam transiuerit in cõsensum. Vnde mãdat ordinario loci, vt propter hoc nõ dimittat, quò minùs compellat vtrunque ad tractandum alterum maritali affectu: nisi ambo vellent ad religionem transire, cùm vterque fidem alteri non seruauerit. No. ex ista decretali præsumptionem iuris, & de iure. Item quis tacitè videtur consentire. Item matrimonium, quod ab initio non tenet, tractu temporis conualescit. Item quæ per metum fiunt, per sequentem consensum valent, nec testes in contrarium sunt amodo recipiẽdi. Item mutua delicta pari compensatione tolluntur.

g ¶ *Vndecim annos.*] Et sic infra duodecim annos potest esse vxor, & hoc si malitia supplet ætatem j. *tit. prox. de illis* 2. *c. vlt.* Bernardus.

¶ *Glo. seq. notat per patientiam, &c.*

h ¶ *Per annum, & dimidium.*] Et ita per patientiã sequẽtis tẽporis proxima causa sublata est per cõsensum sequẽtẽ, sicut j. *in.*

tit. prox. de illis 2. & ĵ. de eo qui dux. in matri. quam pol. per adul. significauit & ĵ. qui ma. accus. pos. insuper. Et eo ipso ꝙ in domum viri traducta patienter perficit ætatē, & amplius præsumitur consensisse. *ff. de ritu. nupt. minorem.* contra quā præsumptionem probatio in contrarium non admittitur. *ĵ. eod. si qui. & ĵ. de condi. appos. de illis.* & præcipuè, quia hæc nō posset probare se virginem, si vir dicat, ꝙ eā cognouit, per aspectū corporis, cùm iam sit corrupta: vt dicit in fi. Item est hic arg. ad multa de tacito consensu. 1. q. 2. *constat.* 50. *dist. presbyteros. & ff. de libe. exhi. l. Vlt.*

Vnde versus.

Effuge, cùm poteris, ne consensisse puteris.

Nam si perstiteris, illius Vxor eris.

† excludit.

di probationem excludat†. ¶ Mandamus igitur, vt propter hoc non omittas, quò minùs vtcunque compellas ad alterum maritalis affectione tractandum, nisi fortè vellent ad religionem pariter conuertere, pœnitentia eis iniuncta: pro eo quòd ad alienos, & illicitos concubitus vterque transiuit[a].

¶ Innocentius iij. Fernatiñ. Episcopo †.

† Fernatinati. † Ferent. † Ferrarié.

¶ Sponsalia de futuro etiam iurata soluuntur per secunda sponsalia de præsenti, non autem per secunda de futuro.

CAP. XXII.

Sicut † ex litteris tuæ fraternitatis accepimus, cum L. parochianus tuus P. mulierem se ducturum in coniugem, in manus patris eiusdem P. iurantis[b], quòd eam sibi traderet in vxorem, proprio firmauerit iuramento, nec per virum steterit, sed per mulierem[c] potiùs, quò minùs inter eos matrimonialis solemnitas sit secuta, quatuor postmodum vel quinque annis[d] elapsis, idem L. E. mulierem per verba de præsenti (vt eius consanguinei asserunt) desponsauit: *& infrà.* ¶ Postulationi tuæ taliter respondemus, quòd si tibi constiterit, quòd idem L. P. per verba de futuro, E. verò desponsauerit per verba de præsenti: imposita ei pœnitentia competenti, quia primam fidem irritam fecit (nisi forsitā in iuramento suo certum terminum, infra quem dictam P. duceret in vxorem, præfixit, nec per eum stetit, quin ad statutum terminum[e] matrimonium cōsummauerit) matrimonium secūdo loco contractum legitimum iudices, & ad illud seruandum compellas[f] eundem. ¶ Quòd si fortè per verba de futuro sponsalia cum vtraque contraxit, iuramentum primum, sicut licitè factum est, ipsum seruare compellas, de secundo ei pœnitentiam iniuncturus. Quòd si de his non constat ad plenum, tandiu[g] adhuc cognoscas de causa, donec super his sufficienter† instruaris.

† sufficientiùs.

¶ Idem Arelatensi Archiepiscopo.

¶ Mutus, & surdus, & omnes, qui non prohibentur, matrimonium contrahere possunt.

CAP. XXIII.

CVm † apud sedem Apostolicam: *& infrà.* ¶ Sanè consuluisti nos, verùm mutus, & surdus[h] alicui possint matrimonialiter copulari: Ad quod taliter respondemus, quòd cùm prohibitorium[i] sit edictum de matrimonio contrahendo, vt

† Cap. 3. eo. tit. in 3. cōp.

a ¶ *Transiuit.*] Vnde neuter potest obiicere alteri adulterium: quia paria delicta mutua cōpensatione tolluntur. *ĵ. de adul. c. penul. & vlt. ff. solu. matrimo. Viro, atque Vxore. & 32. q. 6. nihil.* B r.

SIcut.] Communis diuisio. Secūda ibi, *Postulationi tuæ.* Et cōtinet tria dicta. Secūdum ibi, *Quòd si fortè.* Tertium ibi, *Quòd si de his.* Abbas.

CASVS. Quidam nomine Laurentius iurauit se ducturum mulierē P. nomine in manus patris ipsius mulieris iurantis similiter, ꝙ ei filiam suam traderet in vxorem: nec stetit per virum, sed per mulierem, quominus matrimonium cōtraxissent: postmodum quatuor annis, vel quinq; elapsis, quādā aliā E. nomine per verba de præsenti desponsauit. Quærebatur, quam de istis habere debeat? Respondet Papa, & mandat Episcopo loci, si constiterit ei, quòd idem Laurentius primam mulierem per verba de futuro, & aliam postmodum per verba de præsenti desponsauerit, matrimoniū secundo loco contractum legitimum iudicetur, imposita illi viro pœnitentia competenti, pro eo quòd primā fidē irritā fecit, nisi iuramento suo certū terminū apposuerit, infra quem illam duceret in vxorem, nec stetit per eum, quin ad statutum terminum matrimonium consummaret: & si fortè cum vtraque per verba de futuro contraxerit, primum iuramentū ipsum seruare cōpellat, & de secundo sibi pœnitentiā iniungat. Si verò de his non constiterit ad plenū, tandiu adhuc de causa cognoscat, donec super his pleniùs instruatur. Nota, quòd matrimonium præiudicat iuramento. Itē iuramētum primò factum seruandum est, nisi fortius vinculū superueniat. Item si per me non stat, quò minùs faciam, quod promisi, non est mihi imputandum. Item vbi paria vincula sunt, primum tenet, secundum non obligat. Item quādiu iudex plenè instruatur, de causa cognoscere debet.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Iurantis.*] Hic videtur promitti factum alterius, & quòd alteri possit stipulatio fieri. Sed contra *instit. de inuti. stip. §. alteri. ff. de Verb. obl. l. stipulatio ista. §. alteri. & l. stipulatione.* & si puella nollet illi nubere, non dicitur pater periurus, dūmodo per patrem non stet: quia hoc solum intelligitur iurare se facturum, & curaturum, vt illa contrahat cum illo, si poterit, aliàs esset periurus. De hoc dicitur *ŝ. eo. ex litteris 2.* Ber.

c ¶ *Per mulierem*] Vnde non fuit ei imputandum, si hoc verum fuit. arg. *ŝ. de offic. ordi. pastoralis. & 9. 7. dist. quod ad nos. & ŝ. eo. de illis.* immo pro completa[a] habenda est conditio. *ff. infra de cond. & demon. iure ciuili.*

d ¶ *Quinque annis.*] Non tenebatur sponsus tandiu expectare, nisi vellet. *C. de spons. a. nisi causa subesset. ff. eod. l. penult.* sed hoc verum est, si terminus fuisset appositus: vt ĵ. sequitur, vbi iuramentum interuenit. Bernardus.

¶ *Gloss. sequens obiicit, & soluit.*

e ¶ *Ad statutum terminum.*] Sed videtur, ꝙ etiam nihilominus post terminum teneantur, arg. *ŝ. de do. & contu. cum dilecti. ff. de arbi. l. Celsus. §. 1.* Sed aliud est in matrimonio: quia res ipsa non capit tantam dilationem propter periculum fornicationis. *ŝ. Vt lit. non contest. quoniam. §. 1.* vbi terminus apponitur, vltra terminum non tenetur ad contrahendum: aliàs nihil operaretur appositio termini, vbi terminus non apponitur, ei nocet, qui vltimo est in mora. *ff. de peri. & comm. rei vend. illud sciendum.* & quia nulla est contracta obligatio de præsenti[b]: sed in contractis obligatio est pura, & de præsenti, quare obligatio non tollitur propter lapsum terminum, sed solutione eius, quod debetur, arg. *ff. de act. & obl. l. obligationum. 2. §. placet.* & ita illa sunt dissimilia, & non contraria.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

f ¶ *Seruandum compellas.*] *ŝ. eod. ex litteris. 2.* Arg. contra *ŝ. eo. requisiuit.* Dic vt *ŝ. eo. tit. ex litteris 2.*

¶ *Glo. sequens argu.*

g ¶ *Tandiu.*] Sic *ŝ. de proba. causam matrimonij. & ĵ. de consang. & affinit. ex litteris & 30. q. 5. iudicantem.* Et sic est hic arg. quòd in causa matrimoniali secundò inducantur testes super eodem articulo, post publicationem: vt in prædictis c.

CVm apud.] Primò ponit decisum exordium. Secundò consultationem ibi, *Sanè.* Tertiò responsionem ibi, *Ad quod.* Quæ tria facit. Primo ponit duas rationes. Secundo respondet ibi, *Videtur.* Tertiò soluit obstaculum ibi, *Cum quod.* Abb.

CASVS. Quæsitum fuit à Papa vtrum mutus, & surdus possint contrahere matrimonium? Respondet Papa edictum de matrimonio contrahendo prohibitorium est: quod est dicere, quicūque non prohibetur per iura, per se consequentiā contrahere potest, & solus consensus sufficit ad matrimonium contrahēdum. Vnde si mutus, & surdus velint cōtrahere, & inueniāt cū quibus, eis nō debet denegari: quia quod non possunt verbis, per signa valent declarare. Nota, ꝙ edictū de matrimonio prohibitoriū est. Itē quòd nō prohibetur, concessum intelligitur. Item solus consensus facit matrimoniū. Item in matrimonio idem faciunt signa, ꝙ verba & hoc intellige, cùm cōtrahētes voluntatem suam verbis exprimere non possunt. Item non refert, an verbis, vel signis quis declaret voluntatem suam.

¶ *Glos seq. prim. rec. per q. secundò quærit de dubitationis causa, quam assignat illam fortificans, qui respondet.*

h ¶ *Surdus.*] Qui prorsus nō audit: quia de alio nō est dubiū, qm̄ potest postulare. *ff. de postulan. l. 1. §. pp casum.* sic ergo surdus, & mutus possunt contrahere matrimonium. *ff. de iure dot. mutum. & ĵ. e. tua* Quę fuit ergo dubitatio huiusmodi quęstionis? Illa potuit esse dubitatio: quia certa forma est expressa ad contrahendum *ĵ. e. si inter. & ĵ. de sponsa. duorum licet.* Et quia isti non possunt seruare illā, dubitatur, quod iuris & quātum ad Ecclesiam verba sunt necessaria. *ĵ. e. tua.* vnde altero subtracto non videbatur matrimonium. arg. 1. q. 1. *detrahe.* Sed nō est ita: quia solus consensus sufficit, vt *hic dicit. & 27. q. 2. sufficiat.* Vnde[d] si non potest exprimi per verba, exprimatur per nutum, vel signum: vt *hic patet in fi. & ĵ. eod. tua.*

i ¶ *Prohibitorium.*] Vt 30. q. 4. *qui spiritualē.* vnde omnes admittuntur, q nō expressè prohibētur *ff. de pro. e. mutum. l. mulc. ff. de testa.*

a Quare ergo imponitur pœnitētia de fide mentita, ex quo per eū non stetit, Vt infrà dicit? respōde, licèt hoc narret ei pro se, hoc credi nō debuit, secundùm Host. ideò non imponeretur pœnitē tia, si constabit de hoc infra Ver. nisi. Io. And.

† Cap. 1 e. tit. in 1. cōpil. *Et de materia, & intellectu Vide dominicum Sotū l. 4. sent.* dis. 27. q. 2. art. 5. *& Couarruuiam* in epitome l. 4. decretalium. p. 2. c. 5.

b Vnde lege appositus erat terminus ad tollendam obligationē: vnde si non stat sol. remanet prima obligatio. hoc præsupponebatur ad obligationem contrahendam. Vnde cum non stetit per Vtrumque, nō imputatur ei. Ad decr. respo. quod in contractu loquitur, qui redditur innominatum. ff. de ver. obl. inter stipulantem. *Ioann. And.*

Et de materia, Videlicet quod matrimonium contrahatur per nutus, & signa interna consensus exprimētia, Vide Theologos l. 4. sent. dist. 37. *& ibi* So. q. 2. ar. 3.

c Hic patet, quod dixi in textu gl. intellexisse de illo, qui laborat altero morbo tantum. Ioann. And.

d Conce. sex. in Auth. de nu. §. nuptias, col. 4. & l. nuptias. ff. de re. iur.

de testi. l. 1. aliter accipitur prohibitorium. *ff. de no. ope. nun. praetor. §. hoc enim interdictum.*

a ¶ *Non prohibetur.*] Arg. id, quod non prohibetur, concessum videtur. arg. contra. *ff. de colleg. illi. l. 3. & 2. q. 5. consuluisti.* De hoc traditur. *s. de transla. inter corporalia.*

quicumque non prohibetur [a], per consequentiam admittatur, & sufficiat ad matrimonium solus consensus illorum, de quorum, quarumque coniunctionibus agitur: Videtur, quòd si talis velit contrahere, sibi non possit, vel debeat denegari: Cum quod verbis non potest, signis valeat declarare.

¶ Idem Vercel. † Episcopo.

¶ *Furiosus matrimonium contrahere non potest.*

CAP. XXIV.

Dilectus † filius R. proposuit †, quòd filiam suá cuidam matrimonialiter copulauit [b]: & *infrà.* ¶ Cùm autem eadem mulier cum ipso viro, qui continuo furore [c] laborat, morari non possit, & † propter alienationem furoris legitimus non potuerit interuenire cōsensus: Mandamus, quatenus si rem noueris ita esse, præfatas personas cures abinuicem separare.

¶ Idem Brixien. Episcopo.

¶ *Solo consensu legitimo contrahitur matrimonium, sed verba requiruntur quoad probationē: & intelligi, vel aliqua signa aequipollentia. Hoc dicit secundum intellectum, quem tenet Panormitanus.*

† Vercellen. † Verselus. † Vercelie.

Dilectus.] Primò decisè narrat factum. Secundò causas inferendo respondet ibi, *Cum autem.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidā nomine Robertus filiam suam cuidam iuueni matrimonialiter copulauit, ignorans quòd ille iuuenis esset furiosus: vnde petebat filiæ suæ prouideri. Rñdet Papa, quòd cùm mulier illa cum ipso viro, qui continuo furore laborat, morari non possit, & propter alienationem furoris legitimus inter eos consensus interuenire nō potuit: mandat Papa episcopo loci, vt si res taliter se habuerit, prędictos abinuicem studeat separare. Nota, quòd qui nō potest consentire, non potest matrimonium contrahere.

† Ca. 4. eo. tit. in 3. cōp. *Et de materia, & intellectu vide Magistrum, & Doctores* l. 4. sent. di. 34. *& Couarruuiam* in epitome l. 4. decretalium, p. 2. c. 2.

b ¶ *Copulauit.*] Ignorans quòd ille esset furiosus. Ber.

¶ *Glo. seq. primò distinguit tempus contractus, & posterius. Secundò obycit, & soluit. Tertio quaerit, et proponit duas opin. contrarias, quas concordat.*

† *Aliàs ita:* proposuit coram nobis.

† *Fortè legendum:* & propter alienationē mentis, *sed nullus ex antiquis codicibus adstipulatur.*

c ¶ *Furore*] Si tempore contracti matrimonij taliter laborabat, non fuit matrimonium. *32. q. 7. neque furiosus. s. de reg. sicut.* si tamen tempore sanæ mentis contraxit, durat, vt *in c. neque furor.* quia etiam retinet dignitatem. *ff. de statu homin. qui furore. & ff. de sponsa furor.* & retinet filios in potestate. *ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. patre furioso.* sed quomodo potuit hoc esse, quia si quando mulier ista contraxit, laborabat illo furore, stulta fuit. Sed hoc non est verisimile, quòd aliqua eū tali contraheret: sed si tūc non laborabat furore, tenuit matrimoniū: vnde adueniente furore non dissoluitur: ergo non debent isti separari: quia initium considerādum est: vt *32. q. 7. hi qui. & c. neque.* Potest dici, quòd ille tempore contractus erat furiosus, & pater iste, & filia ignorabant [a] illū furiosum. Sæpe enim furiosi sunt constituti in conspectu vmbratæ quietis *ff. de ac. pos. quod meo. §. si furioso.* nec tamen sunt mentis sanæ, licèt videantur: & si tunc mulier ista cum eo contraxit, non tenuit matrimoniū: & si hoc probauerit, separabuntur. Et qui tali furioso tradit possessionem, non transfert eam in ipsum, nec adipiscitur possessionem, sed tradens eam perdit: sufficit enim, si existimat se transferre. *ff. de acq. poss. quod meo. §. si furioso.* qñque tamē furiosus per dilucida interualla redit ad sanam mentem, & tunc si contrahat, tenet. arg. *7. q. 1. quamuis. & 3. q. 9. indicas. & ff. de offic. praesi. diuus. & C. de cu. furi. l. penult.* Sed pone, quòd mulier cōtrahat cum furioso, si consentiat in eum, postquā reuersus est ad sanā mentē, nunquid est matrimonium? Videt, quòd sic. *j. de eo, qui dux. in matri. quā pol. per adult. c. 1. & c. Veniens. & j. de cōs. ser. proposuit.* Io. dixit, quòd non est matrimonium: quia ibi nō fuit consensus. *30. q. 1. vbi non est. ff. de verb. oblig. l. 1.* verum est, quòd dixit Ioannes, si referas te ad primum consensum. Tan. dixit, quòd est matrimonium, quod intellige non ex tunc, vt referas ad primum, sed vt ex nunc ex nouo consensu. Ber.

a *Hoc est verum, vt patet in antiqua compilatione, in qua scriptū est ita:* R. miles proposuit quòd Opizoni Rufinā filiam suam matrimonialiter copulauit ignorans, quòd Opizo esset furiosus, &c.

Tua fraternitati.] Per legitimum consensum contrahitur matrimonium: inter eos tamen qui loqui possunt, debet consensus verbis exprimi. hoc dicit. Primò ponit quæstionē. Secundò eius solutionem, quam probat exemplis. Secunda ibi, *Nos igitur* Abbas.

Casvs. Quæsitum fuit à Papa, vtrùm per sola verba possit cōtrahi matrimonium: & si per sola verba, quæritur, ex quibus. Respondet Papa, quòd matrimonium in veritate contrahitur per legitimū consensum viri, & mulieris: sed verba necessaria sunt quantū ad Ecclesiam, exprimentia consensum mutuū de præsenti: & per consensum re vera contrahitur matrimonium: quia muti possunt contrahere matrimoniū per consensum mutuum sine verbis, dúmodo per aliqua signa consensum exprimant. Sed pueri ante legitimos annos per sola verba non contrahunt, cùm ante eorum consensus non sit legitimus. Nota, quòd solus consensus facit matrimonium expressis verbis, vel signis. Item mutus potest contrahere matrimonium. Item pueri non possunt matrimonium contrahere, quia non possunt consentire.

CAP. XXV.

Tuæ † fraternitati: & *infrà.* ¶ Postulâsti, vtrum ex solis verbis, & ex quibus matrimonium contrahatur. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri, & mulieris consensum [d]: sed necessaria sunt quantùm ad Ecclesiam, verba [e] consensum exprimentia de præsenti. Nam [f] surdi †, & muti possunt contrahere matrimonium, per consensum mutuum sine verbis [g]: & pueri ante annos legitimos per verba [h] sola non contrahunt [i], cùm intelligantur minimè consentire.

¶ Idem.

¶ *Si alter contrahētiū vtitur verbis dubiis, animo decipiēdi mulierem, & eam postmodum cognoscit carnaliter, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali: secus in pœnitentiali. Hoc dicit secūdum verū, & communem intellectum.*

CAP. XXVI.

Tua † nos duxit fraternitas consulendos & *infra.* ¶ O-

† Cap. 5. eo. ti. in 3. cōp. *Et de materia, & intellectu vide plenè per Theologos* l. 4. sent. dist. 27. *vbi Sotus latè* q. 1. ar. 3. *ad de Couarruuiam in epitome* l. 4. decretaliū, p. 2. c. 4 in principio.

† *Doctis,* surdi, *deest in omnibus antiquis codicibus.*

d ¶ *Consensum.*] 27. q. 2. *sufficiat. s. eod. cum ad locum.*

e ¶ *Verba.*] Licèt enim solo consensu contrahatur matrimonium sine verbis, vt in mutis, *s. eo. cum apud.* tamen in his, qui loqui possunt, non contrahitur sine verbis, per quę exprimatur consensus, quæ ad hoc inuenta sunt *21. q. 2. si autem quis.* Vel per aliquod aliud, putà ipso facto per quod intelligūtur consentire, contraheretur matrimoniū. sicut dicit lex de fideicommisso, quod nutu relinqui possit, dum tamen possit loqui b. *C. de fideic. l. & in epistola. ff. de leg. 3. nutu.* Si tamen parentes contrahant pro filiis præsentibus, & scientibus, sufficit nutu eorum taciturnitas. *32. q. 2. honorantur. ff. de spon. sed ea quae patris.* Et idem credo, si per alios contrahatur subsequente annuli subarrhatione: vt no. *j. eo. tit. prox. c. vlt. in prima notula.* Et in multis solus consensus non sufficit, immò signa necessaria sunt consensum exprimentia. Et ita hoc idem faciunt signa in mutis, quod verba in loquentibus. *s. eo. cùm apud.* Et hoc intellige, cùm matrimonium contrahitur solis verbis exprimentibus consensum, mutuum de præsenti. & hoc expressè apparet ex forma consultationis, dum dicit: vtrùm ex solis verbis: ad hoc respondet: secus in matrimonio præsumpto, vbi ipso facto præsumptiuè contrahitur matrimonium. *j. eod. is, qui.* Et secundùm quod not. *j. eo. tit. prox. c. vlt. & s. de re iudi. tenor.*

b *Nisi morbus esset in impedimento, vt ad dict. l. nutu. Io. And.*

† Cap. 1 eo. ti. in 4. cōp. *Vide beatū Thomam* quodlibeto 5. q. 8. art. 15. *Adrianum* super 4. senten. tract. de matrim. q. 2. *& Syluestrum* in summa; verbo, matrimoniū. 4. q. 8.

Additio. Et idem credo, si per alios contrahatur subsequente subarrhatione: vt not. *j. eo. c. prox. in prima notula*, & melius *j. tit. prox. c. vlt.*

f ¶ *Nam*] Et istud, *nam*, respicit, quod dixit *s.* per legitimū viri, & mulieris consensum: quia mutus contrahit per consensum.

g ¶ *Sine verbis.*] Sed non sine signis, vel nutibus. *s. eo. cùm apud.*

h ¶ *Verba.*] Ergo patet, quòd duo sunt necessaria ad istud sacramentum, scilicet verba [c]. & signa, vel consensus altero subtracto non est matrimonium, sicut dicitur de baptismo. *1. q. 1. detrahe.*

c *Concor. glo.* infra l. cum nouissimi. C. de præscript. xxx. annorum.

i ¶ *Non contrahunt*] Quia nō possunt reddere debitū. *s. de frig. & malef. quod sedem.* & consensum non habent, vt hic dicit. quia ætas illa ignorat, quid videat *C. de fal. mo. l. 1.* Bernardus.

Tua nos.] Generaliter summari sic potest. Non est matrimonium, vbi alter contrahentium non consentit. hoc dicit. Sed hoc summarium nullā dubitationem habet. Primo ponitur cōsultatio. Secundò responsio ibi, *Super quo.* Secunda verò est duplex. Prima quoad forum iudicialem. Secunda quoad pœnitentialem ibi, *Nos autem.* Abbas.

Casvs. Quidā iuuenis sæpe requisierat quādā mulierē, vt ei carnaliter cōmisceretur, sed ipsa cōsentire nolebat, nisi desponsaret eandem: tandē nullo præsente, ac nulla solēnitate adhibita dixit illi mulieri: Ioannes te despōsat: cū nō vocaretur Ioānes, sed finxit se sic vocari nō credēs propterea matrimoniū cōtrahere cū eadē, ex eo quòd ipse nō vocaretur Ioānes, nec habebat propositum

positum contrahendi cum ea, nec consensit in illam. Quæritur, vtrũ sit matrimoniũ inter eos? Respõdet Papa, q cũ præfatus vir mulierem illam desponsauerit sub propria persona, & sub nomine alieno, quo vocari se finxit, & inter eos sit carnalis copula subsecuta, videtur pro matrimonio præsumẽdũ, nisi expresse dictũ fuisset Papæ, q ille nec proposuit, nec cõsensit illam ducere in vxoré. Itẽ dicit Papa, quòd si res ita se habet, videlicet q ille nõ proposuit eam ducere in vxoré, nec consensit in eam, non debet ex illo facto matrimonium iudicari: quia in eo nõ inuenitur substantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi matrimoniũ: quia ex altera parte dolus solummodo affuit, & defuit omnis consensus, sine quo matrimonium nõ contrahitur. Nota, quòd ad hoc vt matrimonium contrahatur, necesse est, vt vterque contrahentiũ consentiat in alterũ, & q forma verborũ, per quã matrimoniũ contrahitur, expressè, vel tacitè exprimatur: & sic substantia, & forma necessaria sunt: aliàs nõ est matrimonium. Item destructo principali destruitur accessorium.

¶ *Glo. seq. obycit, & respondet. Secundo quærit, & soluit.*

a ¶ *Mulierem.*] Si iste desponsauit illã mulierem, quibuscunque verbis vsus fuerit, potiùs considerandum est, quid fuerit factum quàm quid dictum. ar. *s. de appel. ad audientiam. & j. de verb. sig. in his. C. plus val. quod agi. si quis.* Item simulatio, siue dolus nõ impedit matrimonium spirituale. 27. *dist. quod interrogasti.* ergo nec carnale. Sed hæc non procedũt: quia simulatæ nuptiæ non sunt nuptiæ. *ff. de rit. nup. simulatæ.* & propter rationẽ, quæ inferiùs redditur. Sed pone, quòd aliquis protestetur coram pluribus, quod omnia, quæ dicet, vel faciet, non faciet animo contrahendi matrimonium, & postea publicè dicat, consentio in te: nunquid est hic matrimonium, vel non? In casu isto dico, quòd Ecclesia iudicare debet pro matrimonio: quia recurrendum est ad cõmunem verborum intelligentiam. *s. eo. ex literis. 1.* Talia enim verba non possunt seruire suæ intentioni. præterea si probet, quòd illa verba protestatus fuit primò, potuit postea recedere ab illa voluntate, & cõsentire in illam. & hoc videtur per illud, quod postea publicè fecit. & si dicat, q adhuc tempore contractus erat in eadem voluntate, non creditur ei: quia contra eum debet fieri interpretatio, qui dolum adhibet, vt dictum est *s. eo. ex literis 1.*

b ¶ *Copula subsecuta.*] Per hoc videtur consensisse. *j. eo. is qui. & j. de condi. appo. de illis. & c. per tuas.*

c ¶ *Videtur forte.*] Quibusdam non rectè intelligentibus est dubium, sed rectè intelligentibus non est dubium.

d ¶ *Qualiter tibi constiterit.*] Immò bene potuit cõstare: quia vir ille hoc ei cõfitebatur: quia hoc dicimus scire, quod ab alius audiuimus 22. *q. 5. hoc videtur.* Vel quia ille hoc ei cõfessus fuit in pœnitẽtiali iudicio, in quo cuilibet est credẽdũ vt *j. de bonis significasti.* quia soli sibi fit præiudiciũ: vnde nõ est verisimile, q sit immemor suæ salutis. 1. *q. 7. sancimus.* sed in iudicio pro tribunali non crederetur ei in præiudicium alterius.

e ¶ *Nec forma.*] Nota, q ad esse matrimonij duo sunt necessaria, scilicet substantia, & forma, sicut ad esse hominis: pro substantia est ibi, consensus, & pro forma verba ad exprimendum cõsensum deputata: quã formam habes *j. eod. si inter. j. de spon. duorum licet præter.* & quia hic defuit substantia, & forma, nullum fuit matrimoniũ. Idem esset, & si alterum deesset. *s. eod. cum apud. & c. tua. & j. de frigi. & malefi. quod sedem.* & matrimoniũ quamuis duo exigat, res tamen simplex est, & indiuidua. 27. *q. 2. §. 1.* & in matrimonio præsumpto ipsũ factum habetur pro substantia, per quod præsumitur sufficiẽs consensus. *infra eod. is qui.*

f ¶ *Sine quo.*] *s. eo. cùm locum. & 27. q. 2. sufficiat.* Ber.

sequenter quæsiuisti; cùm quandam mulierem a quidam aliter inducere nequiuisset, vt tibi cõmisceretur carnaliter, nisi desponsasset eandem, nulla solemnitate adhibita, vel alicuius præsentia, dixit illi: Te Ioannes desponsat: cùm ipse Ioannes non vocaretur, sed finxit se vocari Ioannem, non credens esse coniugium, eo quòd ipse non vocaretur hoc nomine, nec haberet propositum contrahendi, sed copulam tantùm exequendi carnalem: vtrùm inter prædictos sit matrimonium celebratum, cùm mulier consenserit in eundem, & † ille dissenserit, & dissentiat, nec † aliud quicquam egerit, quàm superiùs est expressum, nisi quod cognouerit eandem. ¶ Super quod tibi respondemus, quòd cùm præfatus vir prædictam desponsauerit mulierem in propria persona †, & sub nomine alieno, quo tunc vocari se finxit, & inter eos sit carnalis copula subsecuta b, videtur † forte c pro coniugio præsumendũ, nisi tu nobis expresse scripsisses, quòd ille nec proposuit, nec cõsensit illam ducere in vxorem: quod qualiter d tibi constiterit, nõ videmus. ¶ Nos autem, quid iuris sit, rescribentes: dicimus, quòd res ita se habuerit, si videlicet quòd ille eã non proposuit ducere in vxorem, nec vnquam consensit in prædictam personam, non debet ex illo facto coniugium iudicari, cùm in eo nec substantia coniugalis contractus, nec forma e contrahendi coniugium valeant inueniri: quoniam ex altera parte dolus solummodo affuit, & defuit omnino consensus, sine quo f cætera nequeunt fœdus perficere coniugale.

¶ Idem Episcopo Beluacen.

¶ *Ad denunciationem vnius honesti viri, qui defert consanguinitatem, & de fama, vel scandalo docet: impeditur matrimonium contrahendum.*

CAP. XXVII.

CVm in tua diœcesi: *& infrà.* ¶ Sanè quia contingit interdum, quòd aliquibus volentibus matrimonium contrahere, bannis g (vt tuis verbis vtamur) in Ecclesiis editis, ac nullo contradictore publicè comparente, licèt h fama † priuatum impedimentum deferat parentelæ, cùm ex parte contrahentium, iuramenta maiorum de sua propinquitate (vt suspicionis tollatur materia) offeruntur †: quid tibi sit faciendum in casibus huiusmodi, quæsiuisti. Ad quod taliter respondemus, quòd si persona i † grauis, cui fides sit adhibenda, tibi de-

CVm in tua.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Ad quod.* Abbas.

CASVS. Quidam vir, & mulier volebant contrahere matrimonium secundùm consuetudinem loci: propositum fuit publicè in Ecclesia, vt qui sciret impedimentum, illud exponeret. Sed nullus apparuit contradicens, fama tamen priuatum impedimentum parentelæ deferebat: vt omnis suspicio tolleretur, ex parte contrahentium offerebantur iuramenta maiorum suorum ex propinquitate sua: quia nulla esset consanguinitas inter eos. Quæritur, quid sit in hoc articulo faciendum? Respondet Papa, quòd persona grauis, cui meritò sit fides adhibenda, denũciat, quòd illi sint consanguinei, & de fama probat, vel scandalo, aut etiam ipse iudex de plano certificari per se possit, iudex non solùm debet iuramenta parentum sponte oblata non recipere, sed etiam debet illos compellere, vt à tali contractu desistant, ex quo fama, vel scandalum est probatum, si moniti induci non possunt, vel contra famam huiusmodi iuramenta exhibeant propinquorum: alioquin si persona denuntiãs talis fuerit, vel si talis fuerit, & de fama, vel scandalo non probauerit, monendi sunt, ne contrahant, sed non compellendi. Nota, q qui denũciat, debet esse honesta persona, & grauis, aliàs repellitur à denunciando. Itẽ fama, vel scandalum impedit matrimoniũ contrahendum. Item contra famam probatio admittitur.

g ¶ *Bannis.*] Id est denunciationibus: c & hodie consuetudo illa reducta est ad ius commune. *j. de clande. despon. cum inhibito.*

¶ *Glo. seq. not. rationem. reddit contrarium, & soluit.*

h ¶ *Licet fama priuatum.*] Et sic est fama aliquid, quod dicitur occultum, siue priuatum. *s. de coha. cleri. & mulie.* & ideo fama dicitur priuatum impedimentum: quia per famam solam non constat de impedimento, nisi alia probatio adsit: *& c. tua.* Sed si fama hæc erat de consanguinitate, quare non interdicitur matrimonium? vt *j. de consan. & affi. super eo.* quod signatur pro contrario, sed non est contrarium: quia hic non constabat de fama: vt infra dicitur, sed denunciatur fama: vel priuatum impedimentum deferebat, vnde primò debet inquiri de fama: contrarium intelligitur, quando constat de fama.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit: arg. & remittit.*

i ¶ *Persona grauis.*] Immò & turpis persona videtur admitti ad impediendum. *s. eo. præterea. 2.* Sed istud obtinet, cùm impedimentum oritur à persona denunciante d consanguinitatem, quæ tenetur reuelare impedimentum consanguineo, 35. *q. 3. si homo.* Est ergò hic arg. quòd criminosi non admittuntur ad denunciationem criminum. arg. 35 *q. 6. episcopus in synodo. & s. de testibus cogen. præterea. §. 1.* de hoc no. 2. *q. 1. si peccauerit.*

¶ *Glossa sequens alleg. duas concor. & signat vnum contrarium.*

a ¶ *De sa-*

† *In codice Barbatiano*: & ille dissenserit in eandem, & dissentiat.

† nec aliud aliquid egerit.

† *De multiplici errore circa matrimonium, & qualis error illud impediat.* Vide Magistrum, & Theologos l. 4. sent. dist. 30.

† videretur.

a *Et rectè, nam aliter daretur omnibus matrimonia contrahentibus materia sic protestandi, et postea diuerterent à coniugibus, si displicerent. Ioā. And.*

b *Id est, materiam, & formam, qua qualis sit in sacramento matrimonij, multis disceptatur à Theologis scholasticis: sed de hoc articulo Vide plenè per Sotum. l. 4. sen. dist. 1. q. 1. ar. 6. & dis. 25. q. 2. ar. 1. ad 1. argum.*

§ Cap. 2. c. ti. in 4. cõp. *Denunciãdum est publicè in ecclesiis, inter quos matrimonium sit contrahendum. concilium Lateran. sub Innocentio 3. c. 51. & concilium Trid.* sess. 24. in decreto de refor. matrimonij. c. 1.

† *Vide Iulium Clarũ in* pract. crim. §. fi. q. 6. *Vnde intelliges, quæ adhunc locũ spectant.*

† offerãtur.

† *Vide citatos supra* hoc ti. in c. præterea.

c *Et fortè dicebantur banna, quia sub banno, vel sub pœna excommunicationis præcipiebat sacerdos, quod nullus impedimenta celaret. ar.* 26. q. 1. statuimus. *secũdũ Host. Ioann. And.*

d *De hoc articulo Vide latiùs hic per Hostiensem, & Ioā. And.*

a ¶ *De fama.*] Ergo fama probari potest. ꝫ. *de testi. cum litteris.* & *c. tunc causam.* Arg. contra. ꝫ. *de accusa. inquisitionis. in fin.* item sola denunciatio non impedit matrimonium, nisi adsit fama, & ita sola fama impedit matrimonium. ꝫ. *de consang. & affi. super eo.* & vnus testis. ꝫ. *de test. super. eo.* sed iste denuncians non testificabit.

¶ *Glo. sequens elicit & unum notabile.*

b ¶ *Scandalo.*] Nota, quòd propter scādalū impeditur matrimonium, vt hic, & patet. sic ꝫ. *de reg. spi. super eo. in fin.* Et ita habes, quòd scandalum, siue consuetudo reddit aliquos inhabiles ad contrahendum: secūdùm quòd notat in illa decre. *super eo.*

c ¶ *De plano.*] Summaria cognitio sufficit hic. sic ꝫ. *de accu. sicut olim.* & *c. olim.* sic eodem modo vt, quòd iudex possit inquirere de fama alicuius de plano, & sine iudiciorū strepitu: multiplex enim clamor famā inducit, ita vt prælatū moueat ad inquirendum. ꝫ. *de accu. qualiter, & quando.*

¶ *Glossa sequens elicit & unum notabile.*

d ¶ *Famā.*] Nota hic quòd si probes famam cōtra aliquem, quòd potest probari contrarium ad tollendam famam: & ita si probasti aliquem esse malæ famæ, ipse potest probare se esse bonæ famæ. 2. q. 5. *presbyter.* & *c. si mala.*

e ¶ *Arbitriū.*] Quasi dicat, licèt multa diximus, & te instruxerimus, & multa dicant iura circa hanc materiam, tamen cùm ex variis causis varia præsumantur, nec pp malitiam hominum, & varietatem temporum certa regula dari possit, finaliter arbitrio tuo relinquimus, vt pēsatis personis, causis, & tēporibus, facias hoc, vel illud arg. ꝫ. *de homi. sicut. de transac. c. fi. ff. de suspe. tut. ff. de testi. l. 1. ff. de ver. ob. continuus.* & not. ꝫ. *e. c. præterea.* & *cap. sicut in fi.* & ꝫ. *e. seq.* secundùm Hostiensem. Ioan. And.

nūciet, quòd hi, qui sunt matrimonio copulandi, se propinquitate contingāt, & de fama [a], vel scandalo [b] doceat: aut etiā per te ipsum possis certificari de plano [c], non solùm debes iuramenta parentum sponte oblata non recipere, verū etiam eos, qui sic cōtrahere nituntur, si moniti induci nequiuerint, compellere, vt à tali contractu desistant: vel contra famam [d] huiusmodi, secundū tuæ discretionis arbitrium [e] iuramenta exhibeant propinquorum. Alioqui si persona denuncians non extiterit talis, vt diximus: vel † de fama, vel de scandalo non poterit edocere: ad desistendum monere poteris, non compellere, contrahentes.

† & de fama, &c.

¶ Honorius iij. Episcopo Berguen. †

†Besguenē. † Belguen. † Besguecē. † Belguon. † Bononiē.

¶ *Mulieri, quæ negat se in matrimoniū cōsensisse, nō creditur, marito probāte contrarium: secus si probat se cōsensisse per metum, qui potest cadere in constantem virum.*

CAP. XXVIII.

Consultationi † tuæ breuiter respondemus, quòd mulieres, quæ veniūt ad valuas Ecclesiæ benedicendæ cum sponsis, & ibi reclamantes affirmant se nunquam in eorum matrimonium consensisse, audiri (sponsis legitimè probātibus cōtrarium) non oportet: cùm legitimis, & idoneis testibus non debeat illarum simplex assertio f præualere. ¶ Sanè illis †, quæ benedictione accepta, mox à sponsis aufugiūt ante carnis copulam g subsecutā, asserentes se nunquam in illos veraciter consentisse, sed metu illato cōpulsas, verba protulisse consensus, licèt animo dissentirent, non statim est audientia deneganda: sed de illato metu est cum diligentia h inquirendū: & si talis metus inueniatur illatus, qui cadere potuit in constātem i virum †, erunt non immeritò audiendæ.

† *Vide præ aliis hic Hēricū Bosch. & propositum.*

a *Hæc glossula videtur esse Ioan. And. vt finis indicat.*

tur b, ita quòd postea in contrarium reclamantes non audiātur. ꝫ. *eo. ad id quod.* & ꝫ. *qui ma. accus. pos. insuper.*

h ¶ *Cum diligentia.*] Nota quòd dicit, cū diligētia: quia vbi maius periculū vertitur, cautiùs, & diligentiùs agendum est. 7. q. 1. c. *vlt.* & circa maiora maius periculum vestitur. 42. *dist. quiesca mus. ff. ad Car. l. 1. §. si quis. §. 5.* & *arg. 61. dist. miramur.* vnde causæ matrimoniales nō sunt committendæ nisi iurisperitis c, & qui potestatem habeant iudicandi. ꝫ. *de consan.* & *affi. ex litteris in fin.*

Additio. Nec potest compromitti matrimonium. *supra de transact.* *vlt.* & ꝫ. *de restit. in integ. c. penul.*

i ¶ *Inconstantem.*] Sic ꝫ. *eo. veniens. 2.* Et talis metus continet mortis periculum, aut corporis cruciatum. C. *de transact. interpositas.* ꝫ. *de his, quæ vi. metúsve causa. fi. cum dilecti,* & *c. perlatum. 32. q. 2. Lotharius.* & *ead. causa. q. 2. si verum.* aliàs vanus timor non excusat. *ff. quod me. causa. metum autem. 2. ff. de re iudic. si quis ab alio.* Ber.

Additio. Hoc autem arbitrio discutitur iudicantis. *ff. quibus ex cau. ma. in poss.*

Gregorius ix.

¶ *In matrimoniis, & sponsalibus debet esse libertas, vnde in eis promissio pœna non obligat.*

CAP. XXIX.

Gemma † mulier nobis exposuit, quòd cùm T. filia eius cum C. contraxit † matrimonium. B. de Alserio † ea occasione, quòd inter P. filiū suū, & prędictā puellam infra septenniū k constitutos, sponsalia contracta fuerunt, pœnā soluendā à parte, quæ contraueniret in stipulatione appositam, ab ipsa nititur extorquere. Cum itaque libera l matrimonia esse debeāt, & ideo talis stipulatio m, propter pœnæ interpositionem † sit meritò improbanda: Mandamus, quatenus si est ita, eundem B. vt ab extorsione prædictæ pœnæ desistat, Ecclesiastica censura compellas.

Gemma.] Duo facit. Primò ponit mulieris querelam. Secundò dat iudicem ibi, *Cùm itaque.* Abbas Siculus.

Casvs. Teberga filia Gemmæ, dum esset infra vij. annum constituta, contraxit sponsalia cum Petro filio B. de Alserio, præsentibus ipsa Gemma, & B prædicto, pœna fuit apposita à parentibus, vt pars quæ contraueniret, pœnam alteri parti persolueret. Postmodum dicta T. contraxit matrimonium cum alio C. nomine: Vnde hac occasione dictus B. à prædicta Gemma pœnam in stipulatione appositam nititur extorquere: vnde conquesta est domino Papæ: Papa dicit, cùm matrimonia libera debeant esse, & ideo stipulatio pœnæ in matrimonio, vel sponsalibus apposita meritò sit improbanda: Mandat Papa, quatenus si est ita, iudex dictum B per excommunicationem compellat, vt à petitione dictæ pœnæ desistat. Nota, quòd matrimonia, siue sponsalia libera debent esse ab omni coactione personæ, vel pecuniæ: & si pœna fuerit apposita, non tenet promissio, siue stipulatio pœnæ.

¶ *Glossa sequens ponit duas lecturas: secundùm primam duplex est causa: iuxta secundam vna tantum.*

k ¶ *Infra septenniū.*] nō Vnde tenuerūt spōsalia ꝫ. *tit. prox. litteras. accessit* & ꝫ. *de restit. spo. ex parte.* ergo nec pœna etiamsi licita fuisset, alias non tenuit: quia si principale non tenuit, nec accessorium ꝫ. *de re iud. cùm inter.* & C. *de legi. non dubium.* cū *suis concor.* sed si post vij. annos, fortè consenserunt: & tenuerunt sponsalia: pœna tamen non tenuit. Ber.

l ¶ *Libera debeant.*] Ab omni coactione. *suprà. eod. cùm locum* & *cap. requisiuit.* & etiam à pœnis pecuniariis, vt hic patet.

¶ *Glossa sequēs recitatur per q. scilicet an teneat stipulatio arrharum? tenet quod sic. arg. contrarium, redit ad primum.*

m ¶ *Stipulatio.*] Stipulatio pœnæ in sponsalibus apposita non tenet propter rationem, quæ redditur in littera: sed arrhas datas pro sponsalibus perficiendis amittit, qui resilit sine iusta causa. C. *de spons. l. vlt.* & *ff. de verbor. oblig. Titia.* vnde hæc decretalis sumpta fuit. C. *de inutil. stipul. l. 2.* & *hic.* Sed videtur, quòd idem sit in arrha, quod dicitur de pœnis: quia eadem

b *Nisi appareat eas inuitas desētas, & cognitas secūdùm Vin. Io. And.*

† *Vide Commentarium in Epitome* lib. 4. decretaliū p. 2. c. 3. §. 4. & se. *adde citatos* ꝫ. hoc ti. in ea. cū locum.

† *Adde, quis dicatur talis metus,* no. glo. & dist. in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acqui. hære.

† *Vide conc. Trid.* sess. 24. de refor. matri. c. 9. & *Conarruuiam* in epitome lib. 4. decretal. p. 2. c. 3. §. 7.

† contraxerit.

† de Alsio.

† impositionem.

c *Per iurisperitos non intelligas laicos: sed eos, qui habent notitiā vtriusque iuris, & theologiæ nam causa matrimoniales iudicibus Ecclesiasticis sunt committenda.* conc. Tri. sess. 24. de sacramento matri. c. 12.

Consultationi.] Duos casus determinat. Secundus ibi, *Sanè.* Abb.

Casvs. Consuetudo est in quibusdam locis, quod sponsus, & spōsa, cum debēt benedici, veniūt ad valuas Ecclesię, id est, ad ostia ecclesiæ: sponsa tunc dicit, quod nunquā consensit in sponsum matrimonialiter: sed spōsus vult probare contrariū: scilicet quod in matrimoniū illius cōsensit? Quæritur, verum sponsa sit audienda: & dicitur, quod nō debet audiri, cùm eius simplex assertio nō debeat legitimis testibus præualere. Secūdò ponitur alius casus: Quidam desponsauerūt aliquas in vxores: sponsæ benedictione recepta, statim ante carnalē copulam aufugiunt à sponsis, dicentes se nullatenus in illos cōsensisse, sed compulsæ per metum proferebāt verba cōsensus, sed animo dissentiebant. Quæritur, verùm istæ sponsæ sint audiendæ? Respondet, quòd sic: & si talis metus probatus fuerit, qui possit cadere in constantem virum, à spōsis meritò sunt separandæ. Nota, quòd potiùs testibus credendum est, quàm simplici assertioni alicuius. Item matrimonium per metum contractū, qui possit cadere in constantem virum, non valet.

f ¶ *Assertio.*] Assertioni illarum non est credēdum, sed potiùs testibus, qui iurati probauerunt contrariū: ergo si vellent probare contrarium, videtur, quod sint audiendæ: sed nō videtur, quòd possent hoc probare, cùm sit negatiua, scilicet quòd nunquam consenserunt. ꝫ. *de ele. bona memoria.* immò possent probare metum, vt dicit in fi.

g ¶ *Ante carnis copulā.*] Secus si post: quia tūc cōsensisse videtur

dem est ratio vtrobique: ergo eadem debet esse prohibitio, & idem ius. *de confirm. cùm dilecta, cum alijs concord. ibi positis.* & *s. de transla. inter corporalia.* sed secus est secundùm leges, vt dicit lex prædicta. *de spon. in C.*

Additio Vel dic, quòd arrha est res fauorabilis, & etiam matrimonium, & ideo arrha potest esse in matrimonio, pœna verò nō: quia res est odiosa, vt ibi dicitur.

Is qui fidem.] Primò ponit thema, ex quo tacitè elicitur quæstio. Secundo illā soluit, & rationē submittit ibi, *Ad primam.* Abbas.

Casvs. Quidam iuuenis dedit fidē cuidam mulieri, quòd eam duceret in vxorem, & eam postmodū carnaliter cognouit, postea in facie Ecclesiæ cum alia matrimonium contraxit: Quæritur, quam istarum debeat habere? Dicitur, quòd ad primam redire tenetur: quia licèt præsumptum primum matrimonium videatur: tamen contra talem præsumptionem probatio in contrarium non est admittenda. Vnde sequitur, quòd matrimoniū postea de facto cōtractum, nullum sit. Not. quòd hæc est præsumptio iuris, & de iure, contra quam probatio nō admittitur.

† *Præter Hi... quum Boich. & Præpositū hic, vide Couarruuiā* in epitome li. 4. decretalium p. 1. c. 4. §. 1.

¶ Idem Episcopo Cenomanen.

¶ Sponsalia de futuro transeunt in matrimonium per carnalem copulā subsecutam, sed non per nisum carnalis copulæ tātùm. Hoc dicit cum cap. fin. infrà, eod.

CAP. XXX.

Is †, qui fidem dedit M. mulieri super matrimonio contrahendo, carnali copula subsecuta, etsi in facie Ecclesiæ ducat aliam, & cognoscat, ad primam redire tenetur [a]: quia licèt præsumptum primum matrimonium videatur, contra præsumptionem [b] tamen huiusmodi non est probatio admittēda. Ex quo sequitur, quòd nec verū, nec aliquod censetur matrimonium, quod de facto est postmodum subsecutum.

¶ Idem.

¶ Sponsalia de præsenti nō soluuntur per sequens matrimoniū, etiam carnali copula consummatum: sed sponsalia de futuro etiā iurata, soluuntur per sequentia de præsenti.

CAP. XXXI.

SI † inter virum, & mulierem legitimus consensus interueniat de præsenti, ita quòd vnus alterum mutuo consensu, verbis consuetis expresso, recipiat vtroque dicente [c]: Ego te in meam accipio: &, Ego te accipio in meum: vel alia verba [d] consensum exprimentia de præsenti: siue sit iuramentum [e] interpositum, siue non: non liceat alteri ad alia vota [f] transire: quod si fecerit, secundum matrimonium de facto contractum (etiamsi sit carnalis copula subsecuta) separari debet, & primum in suā firmitate manere. ¶ Verùm si inter ipsos accessit † tantùmodo promissio de futuro, vtroque dicente alteri: Ego te recipiā in meā: &, Ego te in meum: siue verba similia: si alius mulierem illam per verba de præsenti desponsauerit, etiamsi inter ipsam, & primum, iuramentum interuenerit (sicut dicimus) de futuro, huiusmodi desponsationis intuitu, secundum matrimonium non poterit separari [g], sed eis est de violatione fidei pœnitentia iniungenda.

† accesserit.

Idem.

¶ Nisus ad copulam non facit sponsalia de futuro transire in matrimonium.

CAP. XXXII.

ADolescens †, qui desponsatam sibi per verba de futuro, licèt sæpe nisus fuerit, carnaliter non cognoscens, cum tali

† *Vide Dominicum Sotum* l. 4. sen. d. 7. q. 2. ar. 5. *Syluestrū* in summa, verbo, spōsalia, qu. 10. & *Couarruuiam* in epitome lib. 4. decretaliū. p. 2. c. 5.

a ¶ *Redire tenetur.*] Sic *s. eod. veniens.* & *i. de cond. appo. de illis.* & *c. per tuas.*

¶ *Glo. seq. distinguit circa præsūptiones, in fin. obijcit, & soluit.*

b ¶ *Contra præsumptionē.*] Nota circa huiusmodi præsumptiones [a]: quòd præsumptio alia est iuris, & canonis, siue legis, alia hominis, alia naturæ, alia facti. Præsumptio iuris, & canonis, siue legis, siue iuris, siue de iure, quod idē est, nō recipit probationē in contrariū, vt lex præsumit, mulierē stipulatā dotē sibi reddi, quòd non est stipulata: & si quis vellet probare contrarium, nō auditur. *C. de rei vxo. actio. l. 1. §. 1.* Idē est in arrogato, qui semper intelligitur stipulatus quartā partē de bonis arrogatoris, si emācipatur *ff. de ado. si arrogator* & de tali loquitur hic. Et ita præsumptum dicitur istud matrimoniū. similis præsūptio est *11. q. 1. si quis clericorum.* & *i. qui ma. accu. poss. insuper.* sim. *s. eo. ad id quod.* & *54. dist. fraternitatem.* & *i. de iuda. cap. Gle.* quod loquitur in eodem casu cum *c. fraternitatem.* Præsūptio hominis est, cùm præsumitur contra aliquē hominē propter malam famam: contra hanc præsumptionem bene admittitur probatio in contrarium. *s. eo. cùm in tua.* & *2. q. 1. presbyter.* & *c. si mala fama. i. de pur. ca. cùm P.* & *ff. quod me. can. ne ast verisimile.* Præsumptio naturæ est, vt cū exhæredo filium meū, præsumitur cōtra me, quòd iniustè exhæredauerim eū, & hoc propter naturam: & ideo hæredes mei probare tenētur, quòd iustè exhæredauerim eum. *C. de inof. test. l. omnimodo. ver. si tamen.* Præsumptio facti alia præcedētis circa futura, vt si semel calūniatus es contra me, & iterū velis me accusare, præsumitur modò te velle iterum calumniari. *ff. de accu. si cui § iisdem, 3. q. 10. placuit.* & *c. si accusatorum.* & *s. de præsump. mandata.* & *c. scribam eis.* Præsumptio facti subsequētis circa præterita est, vt si aliqui fuerint accusati de crimine adulterij, quod depellebāt prætextu proximitatis, si postea in matrimoniū se coniunxerint, manifestè præsumit facinus, in quo accusati fuerant. *C. de adul. si ibi qui adulterij. ff. ad Macedo. item si filius. alias incipit, sed Iulianus. § interdū circa fi.* & *in Auth. vt nulli iudi. § si quis verò. coll. 9.* Et est alia præsumptio iuris tantū, vt si vir diu cohabitauit vxori, præsumitur ab eo cognita *32. q. 1. dixit dñs.* & *27. q. 1. nec aliqua.* & contra hanc præsumptionem probatio admitti ut *s. de probat. proposuisti* & *ff. de proba. si chirographū* [b], sed hic nō fuit substantia, & forma coniugalis contractus, de qua dicitur *s. eo. tua.* vnde non est matrimonium. Satis dicitur hic fuisse substātia, & forma: quia cōsensus, & forma fuit hic, licet per verba de futuro, quæ per carnalē copulā subsequētem fiunt de præsenti præsumptiuè: sed per carnalem copulā subsequentem præsumitur consensus, per verba præcedentia designatur forma, licèt illa ab initio fuerint de futuro. Ber.

a *De materia huius gl. vide Alciatū in tract. de præsumptionibus,* & *Ioannem Millæum in practica criminali tractatu de præsumptione,* & *Simācam in Catholicis instit. tit. 50.*

b *Cancellario chirographi præsumptionē facit de solutione debiti, recipit tamen probationem in contrarium. Io. And.*

SI inter virum.] Duo sunt dicta. Secundum ibi, *Verùm.* Abbas Sic.

Casvs. Si inter virum, & vxorem consensus de præsenti interuenerit sub hac forma verborum: ego accipio te in meam: &, ego accipio te in meum: vel per alia verba consensum exprimentia de præsenti: siue iuramentum interuenerit, siue nō, nō licet alteri postmodū ad alia vota transire: quod si fecerit, etiāsi carnalis copula sit subsecuta, debēt separari, & primum matrimonium in sua firmitate manere. Sed si inter eos verba interuenerint de futuro, vtroque dicente alteri, Ego accipiam te in meam, &, Ego accipiam te in meum: vel similia verba: si alter cum altera per verba de præsenti postmodum cōtraxerit, non debēt separari, etiāsi inter ipsam, & primum iuramentū interuenerit, sed de fide mentita ei est pœnitentia iniungenda. Nota, quòd iuramētū non est de substantia matrimonij.

¶ *Glo. seq. arg. alleg. 2. iura: subdit signa sufficere, alleg. contrarium.*

† *Præter Doctores hoc, vide Gemmianum,* & *Frā. cum* in c. 1. §. idem. de desponsat. impu. li. 6. *Syluestrum* in summa, verbo, matrimonium. 2. q. 16. & *Alciatum* tract. de præsumptio. regula 3. præsumptione 38.

c *Dicitur procurator innuitur, qui expressè non consentit. Io. And.*

c ¶ *Dicente.*] Ergo altero loquente tantū non est matrimoniū: quia non loquens suum consensum nō exprimit. arg. 30. q. 2. c. 1. Item arg. quòd qui tacet, non consentit. quia verba sunt necessaria consensum exprimētia *s. eo. tua.* sim. *ff. de procu. filius familias. § invitum*[c]. & si cōsensum exprimat alter aliquo signo, vel nutu, licèt nihil exprimat ore, satis videtur idē. Arg. cōtra, quòd non sit matrimonium: quia stipulatio non contrahitur nisi vtroque loquente, etiamsi annuat sine verbis *ff. de ver. obl. l. 1. in prin.* & *§ si quis ita.* ergo idem in matrimonio. arg. istius litteræ, *vtroque dicente.* muti tamē sine ista forma cōtrahere possunt, dum tamen consensum exprimant signis, *s. eod. cùm apud.* & *ff. de iure do. mutus.* arg. *ff. de cura. muto.* & illa signa æquipollent huic formæ. & ita non refert, dummodo consensus exprimatur, etiam in loquente subsecuta subarrhatione per immissionem annuli: nam multæ propter verecundiam annuunt potiùs, quàm loquantur, maximè præsentibus parentibus, 32. q. 2. *honorantur.*

d ¶ *Alia verba.*] *s. eo. ex parte.* & *30. q. 5. § si quis diuinis.*

e ¶ *Iuramentum.*] Et ita iuramentum non est de substantia matrimonij.

f ¶ *Ad alia vota.*] Ad religionem tamen bene posset ante carnalem copulam transire. *s. de conuer. coniug. ex publico.*

¶ *Glo. seq. dat vnum simile.*

g ¶ *Non poterit separari.*] Quia fortius vinculū superuenit, & sic soluuntur sponsalia, non obstāte iuramēto: sic & votū simplex soluitur superueniente matrimonio. *27. dist. si vir.* & *27. q. 1. nuptiarum.* & minus punitur propter bonum matrimonij subsequentis, vt *c. si vir.* Bern.

ADolescens.] Ponit dictum, causam inserens ibi, *Cum qua.* Abbas.

Casvs. Adolescēs quidā cū quadā contraxit, per verba de futuro, nisus fuit sæpe illā cognoscere, sed non potuit: postmodū cū alia cōtraxit per verba de præsēti: Quæritur, quā illarū debeat habere? Dicitur quòd primā habere nō potest: quia cū illa nō fuit verū matrimoniū, nec præsumptū: quia conatus non habuit effectū, & ita secundā habebit vxorē. Nota quòd conatus, siue volūtas sine effectu non nocet: & verba cū effectu accipiēda sunt.

¶ Do

a ¶ *De præsenti contraxit.*] Et sic soluta fuerunt priora sponsalia. s. c. prox. & j. de spon. duorum duobus. & sic remanebit cum secunda, & aget pœnitentiam de fide mentita, vt dicit c. duobus. Ber.

b ¶ *Nec præsumptum.*] Verùm non fuit, quia ibi non fuit consensus de præsenti, præsumptum non fuit: quia non fuit carnalis copula subsecuta. De præsumpto matrimonio habes s. eo. is qui. s. de re iud. tenor. vbi de hoc. & 27. q. si quis vxorem.

¶ *Gloss. seq. not. effectum ponderandum, non conatum, vel verba, allegans plura in cōtrarīū.*

c ¶ *Conatus.*] Nota, quod conatus, siue voluntas sine effectu non nocet, vt hic patet. & de pæn. dist. 1. §. hac autem verba. & §. cogitationis pœnam. & ff. quib. mo. pig. vel hypo. solu. sicut. §. si voluntate. & 17. q. 4. si quis suadente. & ff. quod quisque iu. l. 1. in fi. Et cum condemnatum accipere debemus tantum, qui iure condemnatus est, ita vt snīa teneat: & si nulla est snīa, non dr̄ condemnatus. ff. de re iudi. si se. §. condemnatum. Itē arg. quod verba cum effectu sunt accipienda. s. de cler. non resid. relatum. & ff. ne quis eum qui in ius vo. est vi ext. l. pen. §. docere. Ar. contra, quod voluntas seu conatus delinquentis puniri debeat, quamuis sine effectu. s. de biga. nu. & c. vlt. & 51. dist. si quis post acceptum. & de pæni. dist. 1. si quis non dicam. si quis cum telo. & quatuor §§ seq. & ff. de extraor. cri. l. 1. & C. si quacunque præd. po. l. 1. in prin. a & s. eo. iuuenis.

postmodum per verba de præsenti contraxit a: non primam, cum qua nec fuit verum matrimonium ex forma contractus: nec præsumptum b, cum conatus c non habuisset effectum: sed secundam debet habere vxorem.

TITVLVS II.

De desponsatione impuberum.

¶ Hormisda Eusebio Episcopo.

¶ *Pater pro filio impubere sponsalia contrahit, pro pubere verò non, nisi consentiat.*

CAP. I.

TVA † fraternitas requisiuit de filio adulto, quem pater matrimonium vult contrahere, si sine voluntate adulti filij facere potest. Ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit d filius, fieri non posse. ¶ Potest autem filium nondum adultum (voluntas cuius discerni non potest) pater, cui vult, matrimonio tradere: Et postquam filius peruenerit ad perfectam ætatē, omnino debet e hoc adimplere.

†Cap. 2. eo. tit. in 1. cō pil. Vide cōcilium Tridem. sess. 24. de refor. matr. c. 9. B. Thomā in quęstionibus additis ad 3 p. q 47. art. 6. & Sotum l. 4. sent. dist. 29. q. 1. art. 4.

a *Punitur in n. libris auri prædictus potestate, qui minores pro nuptiis infore suberit, vel parentibus: etiamsi nuptias non peregerit. Ioan. And.*

DE DESPONSATIONE IMPVBERVM.

¶ *Suprà visum est de sponsalibus in genere, nunc de eis submittit in specie, scilicet de illis quæ contrahuntur per impuberes. Vel aliter, & sic. Quia ad sponsalia contrahenda, certa ætas determinata est à iure: ideo subiicitur ista rubrica, in qua tractat de ætate habili ad sponsalia, ideo, &c.*

De hac materia vide 30. q. 2. & facit. 20. q. 1. c. 1. & repetitur in Sexto. Abbas.

Tua fraternitas.] Habet tria dicta: secundum ibi, *Potest.* tertium ibi, *Et postquam.* Abbas Siculus.

CASVS. Pater vult, quod filius eius contrahat cum aliqua muliere, filius adultus non vult cum illa contrahere: Quæritur, an pater filium compellere possit, vt cum illa contrahat? Dicitur, quòd si filius non consentit, hoc fieri non potest. Sed filium nondum adultum potest pater, cui vult, in matrimonium tradere, quia ipsius voluntas adhuc discerni non potest. Sed postquam venerit ad legitimam ætatem, debet factum patris ratum habere, si sibi placuerit: sed non compellitur. Nota, quòd libera debet esse voluntas in matrimonio contrahendo: & filius non adultus in hoc patri subiacet. Item pater non potest cogere filium adultum ad contrahendum. Filium verò non adultum cogere potest, vt videtur, quòd verum est quoad sponsalia, nō quoad matrimonium: quod patet, cum dicitur in littera: dum venerit ad legitimam ætatem: & illud quod postea sequitur, debet exponi de debito honestatis, non necessitatis.

¶ *Glo seq. reci. per q. quid si filius, vel filia coactione patris, &c.*

d ¶ *Consentit.*] Si coactione paterna ductus consentiret in aliquam, quam aliàs nō esset ducturus, eam voluisse vr̄, & est matrimonium. ff. de rit. nup. si patre. cogi tn̄ non debet. ff. e. non cogitur. & C. de nupt. nec filium. nec potest eum compellere inuitum. ff. de spon. filiofamilias. quia inuitæ nuptiæ difficiles exitus consueuerunt habere. s. e. t. prox. requisiuit & 31. q. 2. §. 1. secus videtur de filia sm̄ leges: nam illa contradicere nō potest, nisi pater dederit ei turpem, vel moribus suis indignum. ff. de spon. sed quæ patris. secus tamen secundùm canones b. s. tit. prox. cum locum. & 27. q. 2. sufficiat. Ber.

b *Neque est à sanctione canonū recedendum, quicquid leges ciuiles iubent.*

Ve ¶ *Debet.*] Debito honestatis, nō necessitatis. s. de test. c. 1.

Et non est.] Primò ponit dictum. Secūdò excipit ibi, *Nisi.* Tertiò exemplificat ibi, *Vt pote.* Abb.

¶ Nicolaus Papa.

¶ *Impuberes ambo, vel alter, nisi pro bono coniungi non debent.*

CAP. II.

VBi † non est consensus f: & infrà. ¶ Districtiùs inhibemus, ne aliqui, quorū vterque, vel alter ad ætatem legibus, vel canonibus g determinatam non peruenerit, coniungantur h: Nisi fortè aliqua vrgentissima necessitate interueniente: vt pote pro bono pacis i talis coniunctio toleretur.

CASVS. Dicitur hic, quod aliqui, quorū vterque, vel alter ad legitimam ætatem ad matrimonium non peruenerit, coniungi non debent, nisi fortè aliqua iusta causa interueniente, vt putà pro bono pacis, cuius contrarium fuit causa huius prohibitionis: putà contrahebant aliqui in minori ætate, cum ad ætatem legitimam perueniebant, displicebat alteri, & sic non contrahebant, pp quod scandalum, & odium inter parentes oriebatur. Nota, quod pro bono pacis tolerando toleratur matrimonium, quod aliàs fieri interdiceretur.

f ¶ *Consensus.*] Verus, vel præsumptus.

g ¶ *Canonibus.*] Ætas ad matrimonium contrahēdum tam secundùm leges, quàm secūdùm canones est xij. annorū in fœmina. ff. de ritu nup. minorem. & j. eo. continebatur. In viro xiiij. annorum. j. eo. attestationes. quantum ad sponsalia ætas vij. ann. ff. de despon. & in sponsalibus j. eo. litteras accessit. & c. duo. Ber.

†Cap 4. eo. ti. in 1. cōp. Panor. li. 6. t. 11. c. 3. siue c. 112. Gratianus 30. q. 2 c. vbi nō est vide Syl uestrum in sūma: verbo sponsalia q. 3.

¶ Isidorus †.

¶ *Puberes sunt quoad matrimonium, qui ex habitu corporis concipere, & generare possunt.*

CAP. III.

PVberes à pube sunt vocati, id est, à pudentia k † corporis nuncupati: quia hæc loca primò lanuginem ducunt. Quidam tamen ex annis pubertatem existimant: id est, eum esse puberem, qui xiiij. annos l impleuit, quamuis tardissimè m pubescat. Certum autem est eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare n iam potest. ¶ Et puerperæ sunt, quę in annis puerilibus pariunt.

† Lib. ii. Etymologiarum, ca. 1. & c. 7. eo. t. in 1. cōp. Et vide pra cateris hic Host.

† *Fortassis legendum, à pudendis, vt apud Isidorū: quod & textui conuenit. sequitur enim: quia hæc loca primo lanuginē ducunt: quod rectè obseruat Antonius Augustinus, sed de his vocibus consule humaniorū litterarum professores.*

¶ *Gl. seq. ponit duas lect.*

h ¶ *Coniungantur.*] Matrimonialiter: quia consentire non possunt. j. de frigid. & malefi. quod sedem. Vel intellige quantùm ad sponsalia: & ideo prohibentur, quia sæpe mutant postea voluntatem, vnde propterea oritur discordia inter ipsos: & dissentientes consanguinei copulantur, vt s. tit. prox. iuuenis. quod esse non potest. s. tit. prox. sponsam. Ber.

i ¶ *Pacis.*] Nota pro bono pacis admittendum, quod aliàs prohibetur. 3. q. 6. hac quippe. Vnde versus:

Pax vt seruetur, moderamen iuris habetur.

PVberes.] Primò narrat dictum. Secundò refert vnam opinionem ibi, *Quidam.* Tertio aliud dictum ibi, *Certum.* Quartò aliud ibi, *Et puerperæ.* Abbas.

CASVS. Isidorus interpretatur, quis dicatur pubes: dicitur etiam pubes à pudentia corporis, quia loca illa primò lanuginem ducunt. Quidam tamen computant pubertatem ex annis primis, id est, illum puberem dicunt, qui annum xiiij. compleuit, quamuis tardiùs pubescat. Sed verum est, illum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare possit: & puerperæ dicuntur, quæ in puerilibus annis pariunt. Nota, quod in matrimonio contrahendo non debet considerari tempus, sed vtrùm sit talis, qui generare, vel concipere possit, tam in masculo, quàm in fœmina.

k ¶ *Pudentia.*] Id est, pudore, quam patiebantur inspicientes, & inspecti in partibus, siue membris pudendis: vt instit. quib. mo. tu. fi. circa prin.

k *Idē dixit Alanus in ca. 3. eo. tit. in 1. compila. quod omissū in hac sua collectione Raymūdus, hac tamē glossa opinio non placet hic Io. And. in eum videtis.*

l ¶ *Xiiij. annos.*] 20. q. 1. illud. & s. de regular. ad nostram.

¶ *Glo. seq. quærit, opin. ponit, contrarium soluit.*

m ¶ *Tardissimè.*] Quid si iste, qui iam compleuit xiiij annos, talis appareat, quod nullo modo possit generare, & contrahat, nūquid tenet matrimonium? Dicunt quidam, quod tenet matrimonium: contrarium credo c, quia nec est pubes, vt j. dicitur. nec in eo reperiuntur tria bona matrimonij, quæ sunt fides. proles, & sacramentum. 27. q. 2. omne itaque. iste non est talis, qui possit habere prolem, quod etiam satis patet per litteram sequentem. Arg. contra. j. eo. de illis.

¶ *Gloss. seq. distinguit pubertatem matrimonij & tutelæ.*

n ¶ *Ostēdit, & generare*] Ergo pubertas ex vigore naturali, nō ex

ex annorum numero comprobatur: quod verum est quoad matrimonium contrahendum, vt dixi. *j. eo. de illis. 2. & c. vlt.* vbi malitia supplet ætatem, ex quibus etiam probatur, quod matrimonium consideratur, ex pubertate tantùm, & non ex annorum numero: quoad tutelam, vel curam: ætas annorũ tamen consideratur. *C. quando tu. vel cu. esse de inde. rum. Insti. qui. mo. finitur tu. in prin.* sed quoad matrimonium bene inspicitur mulier, & etiam vir, an sint apti ad matrimonium *27. q. 2. nec aliqua. & s. de proba. proposuisti. & ca. causã matrimonij.* Ber.

† Hersor. † Hersordeuen.

¶ Alexander iij. Hersondeñ. † Episcopo.

¶ *Ex sponsalibus contractis cum minore septennio, non oritur impedimentum publicæ honestatis: secus si cum maiore, vel minore consentiente post septennium: & affinitas sequens dissoluit sponsalia præcedentia de futuro.*

CAP. IV.

Litteras tuæ fraternitatis accepimus, ex quarum tenore perpendimus, quòd cũ quidam esset perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis desponsauit: procedente verò tempore, matrem puellę cognouit, & eam in vxorem accepit: *& infrà.* ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod si præfatus vir matrem puellę, antequam septimum annum complesset, in vxorem accepit, matrimonium non dissoluas [a]: cum desponsationes huiusmodi nullæ sint, quæ in cunabulis fiunt †. Verum si postquam puella septimum annum compleuit, prędictus vir matrẽ eius accepit vxorem, cùm sponsalia ex tunc [b] placere consueuerint [c]: inter eos sententiam diuortij non differas promulgare: nec ipsum filiam [d], seu matrem habere permittas.

¶ Idem Eboraceñ. Archiepiscopo.

¶ *Sponsalia nulla ex defectu consensus, non creant publicæ honestatis iustitiam: sponsalia verò aliqua sic, licèt legitimo modo fuerint dissoluta.*

L *itteras.*] Qui desponsauit minorẽ septennio, cũ eius matre contrahere potest: secus si tempore sponsaliorum erat maior: quia si tunc fuit minor, & eadem voluntate permanente facta sit maior: quia si cum matre contrahit, & eã cognouerit, nec matrem habebit, nec filiam. h. d. Communis diuisio. Secunda ibi. *Consultationi.* Abb.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cõpil. *& post concilium Later. sub Alex. 3. p. 12. c. 2. Et de impedimento iustitia publicæ honestatis, vide, quid nouissime constituit concilium Trid.* sess. 24 de refor. matri. c. 1. *adde citatos s.* tit. præcedenti c. ad audiẽtiam. *& de materia videto Couarruuiam* in epitome l. 4. decretalium. p. 1. c. 2.

† *Vide* l. quantũ ff. de sponsalibus: *cum ibi notatis.*

Casvs. Quidam cùm esset ætatis legitimæ ad matrimonium contrahendum, desponsauit quandam puellam in cunabulis: postmodum cognouit matrẽ, & eam in vxorem accepit. Dubitabatur, an eam in vxorem habere posset? Respondet Papa, quod si præfatus vir matrem puellę in vxorem accepit, antequam puella septimũ annũ compleret, matrimonium tenet: quia huiusmodi desponsationes, quæ infra septimũ annum fiunt, nullæ sunt: verumtamen, si postquam puella vij. annum compleuit, vir ille matrem accepit, quia ex tunc placere consueuerunt sponsalia: matrimonium illud separari debet. & nec matrem, nec filiam habere poterit. Nota, quod sponsalia ante septimum annum contracta nulla sunt, post septimum annum valent, & tenent. Item quod ab initio non valuit, tractu temporis valere incipit.

¶ *Gloss. seq. arg. signat contrarium, & ibi remittit.*

a ¶ *Dissoluas.*] Arg. quod sponsalia contracta de facto non inducunt publicæ honestatis iustitiam. arg. contra. *s. tit. prox. ad audientiam.* vbi de hoc. *& c. iuuenis.*

b ¶ *Ex tunc.*] Scilicet, post septem annos. *30. q. 2. c. vltimo.*

c ¶ *Placere consueuerint.*] Et si placuerint, sola ratihabitione cõfirmantur, licèt ab initio nulla fuissent: & intelliguntur ratum habere, nisi expresse contradixerint ætate legitima adueniente, vt hic colligitur: sed intelligo, quod sponsalia debeant placere, cum simul cohabitant: quia tunc intelliguntur consentire: ex quo non contradicunt. *ff. de ritu nupt. minorem.* secus credo, si seorsum habitant: quia tunc non intelliguntur cõsentire, nisi vel verbo, vel ipso facto, putà quia vadit ad domum suam, vel dat aliqua munuscula, & consimilia, quæ sponsi facere consueuerunt. arg. ad hoc infra *c. prox. in prin.* vbi dicit, *& postea in eum non consenserit.* Item arg. ad ea, quæ frequentius accidunt, iura adaptari debent. *28. dist. de Syracusana. & s. de cle. coniug. diuersis fallaciis. C. de la. li. tol. l. vnica. §. sed & si quis hominis. & 14. q. 5. denique. & Insti. de re. diui. § illud. & 19. q. 2. duæ sunt. & ff. de fermo. rust. prædi. cùm essent. §. per plurium. ff. de vsuc. l. iusto. 1. resp. in fi. ff. de legi. nam ad ea. & 2. q. 5. accusatores.* immò quandoque ad ea, quæ nunquam, vel rarò accidũt. *ff. si pars here. pe. l. antiqui. 19. dist. in canonicis in fin. ff. de regul. iur. ea quæ raro. de consecr. dist. 4. sanctum est baptisma. in fi. C. de legi. here. si mater. & 51. dist. qui in aliquo. ver. quicunque. ff. de statu homi. non sunt. & l. seq.* a Sol. regulariter obtinet prima rubrica. Contraria casualia sunt, quæ negotiis non cohærent. *ff. de reg. iur. ea quæ raro.*

a *Formabitur ibi casus de ancilla, cui relicta erat libertas, si tres liberos pareret. peperit vnum, & postea tres vno partu, vltimus est liber, Ioan. And.*

d ¶ *Filiam.*] Quam habere non potest propter affinitatem superuenientem, *35. q. 3. nec eam quam.* nec matrem propter publicę honestatis iustitiam: vt *j. c. prox. & s. tit. prox. ad audientiam. & j. eo. continebatur. §. vlt.* Ber.

CAP. V.

Accessit † ad pręsentiam nostram: *& infrà.* ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd puella non esset septennis, quando G. † desponsata fuit, & postea in eum non consenserit [e], & quod idem G. † ab huiusmodi desponsatione per te fuerit absolutus [f] †, matrimonium inter eundem G. † & matrem puellæ celebratum præcipias inuiolabili et obseruari, & eorum prolem [g] denuncies esse legitimam; quia desponsationes, & matrimonia ante septem annos fieri non possunt, si consensus postea non accedit [h]. Sanè si præfata puella ante desponsationem [i] septimum annum compleuerat †, licet prædictus vir à desponsatione ipsius puellæ, ipso iure [k] fuerit absolutus, cùm ea in eũ consentire noluerit: inhonestũ [l] tamẽ videtur, vt matrem eius habeat, cuius filia fuit † sibi desponsata.

¶ Idem Noruiceñ. Episcopo.

¶ *Si impubes desponsata, & traducta petit licentiam pubes facta alteri nubendi, non auditur, si vir iurat se eam cognouisse: nec auditur, si nondum pubes, sed proxima pubertati probetur cognita. Et ex sponsa-*

A *ccessit.*] Summatum est *s. ca. prox.* Distinguit duo membra. Secundum ibi, *Sanè.* Abbas.

† Cap. 6. eo. tit. in 1. cõpil. *& post concilium Later. sub Alex. 3. p. 6. c. 7.*

† *Aliàs,* V. *Aliàs ita:* quando ab G. desponsata, &c. *aliàs ab V. desponsata.*

† V.

† *Vide citatos c. præcedenti.*

† V.

† fuerat.

Casvs. Quidam G. nomine contraxit sponsalia cum quadã puella in minori ætate, siue infra nubiles annos, & cùm ipsa in dictum G. cõsentire nollet, ab eo fuit per Archiepiscopũ absoluta. postmodum dictus G. cum matre puellæ matrimonium contraxit, & ex ea filios suscepit. Dubitauit Archiepiscopus, vtrùm matrimonium illud teneret, & an filij eorũ legitimi sint habendi? Super hoc Papa consultus rñdet, & mandat Archiepiscopo, quatenus si constiterit ei, quod puella nõ esset vij. annorum, qñ pręfato G. desponsata fuit, & quòd idem G. fuisset absolutus ab ipsa, matrimonium illud legitimum iudicet, & prolem eorum legitimam denũciet: quia desponsationes infra vij. annum non teneant, si consensus postea nõ accedat. Si vero dicta puella antequam desponsata predicto G. fuisset, vij. annum compleuerit, quamuis ab ipsa absolutus fuisset, quia in eũ cõsentire nolebat, matrem puellæ habere nõ potest. Nota, quod diuortium dicitur celebrari inter quos nullum fuit matrimoniũ. Item sponsalia intra vij. annum contracta non tenent, & ita non impeditur coniungi, qui contraxit cum matre illius puellæ dummodo post septimum annum ad inuicem non consenserint. Item ratihabitio subsequens confirmat contractum pręcedentem.

e ¶ *Consenserit.*] Dic super hoc vt *s. c. prox.*

f ¶ *Absolutus.*] Maxime, hęc absolutio factum tantùm respicit, cùm nulla fuissent sponsalia. *s. c. prox.* Ber.

g ¶ *Prolem.*] Quia vbi matrimonium legitimum est, & filij legitimi erunt. *34. dist. si quis viduam. & 32. q. 4. dicat aliquis.* & si matrimonium reputatur legitimum, licèt non sit, filij tamen erunt legitimi. *j. qui filij sint legit. cùm inter.* hodie idem obtinet denunciatione præmissa [h]. *infrà, de clande. despon. cum inhibitio.*

h ¶ *Accedit.*] Tacitè, vel expressè: vt dictum est *suprà capite prox.*

i ¶ *Ante desponsationem.*] Ipsius puellę Ber.

¶ *Glo. seq. ponit opinionem, & lecturam, quam reprobat.*

k ¶ *Ipso iure.*] Hoc ideo dicit, quia cùm maior contrahit sponsalia cum minore, adueniente ętate, si minor noluerit cõsentire in matrimonium, ab Ecclesia debet absolui: quia illa noluit consentire, fuit absolutus ab Episcopo. Nec intelligas ipso iure, id est, sponsalia nulla fuerunt ipso iure, vt quidam [c] dixerunt, quia ipsa non consensit in sponsalibus, sed hoc stare non potest quia si hoc fuisset, non separaretur matrimonium contractum cum matre, cùm nulla fuissent sponsalia, vt patet, per princip. c. vbi non separantur.

l ¶ *Inhonestum.*] Quia nullam de cõsanguinitate [d] illius puellę potest recipere in vxorem: ergo multo minus matrem *s. ti. prox. ad audientiam & c. sponsam & c. iuuenis.* cum illa puella fuerit sponsa illius: vt *j. c. prox. in fi.*

b *Cum aliud ignoraret impedimentum, secus cum ambo sciũt, vt ibi Ioan. And.*

c *Tunc scilicet, sed mouebatur ex antiqua, vbi præcipiebatur matrimonium simulando sustinentis cõtractum cum matre.*

d *De hoc articulo latè disputant Doctores in c. 1. de desponsa. l. 6. sed tenẽ, quod nouissimè diffiniuit concilium Trid. sess. 24 de refor. matrim. c. 3. adde citatos s. ti. pręcedenti. ca. ad audientiam.*

Contine

C*Ontinebatur.*] Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, *Consultationi.* Abbas.

CASVS. Quędam puella infra nubiles annos cōstituta, tradita fuit in vxorem cuidam iuueni, & ab eo traducta: postmodum cùm peruenit ad nubiles annos, postulauit licentiam cū alio contrahendi, dicens, ꝙ in illum non consensit: iuuenis ille in contrarium allegauit, quòd & si fortè cùm despōsauit eam, nōdum annum xij. attigisset, ita erat ætati proxima, ꝙ eam carnaliter cognouit: & parentes ipsius asserebant eam esse ætatis legitimæ: Quæsitum fuit à Papa, cui esset potiùs credendū? Rūdet Papa, quòd in decretis habetur expressum, vt si vir dicat, quòd vxorem suam cognouerit, & mulier negauerit, stādum est verbo viri: & in casu præmisso standum est verbo viri, qui dicit se eam cognouisse, si illud iuramento firmauerit. Si vero fuit ætati proxima, vt in xj. anno, vel circa xij. & cum assensu suo despōsata, & cognita, ab eo separari non debet, præcipue cùm parentes ipsius eam legitimæ ætatis faterētur. In fine dicit, ꝙ si puella infra nubiles annos alicui fuerit desponsata, non licet alicui de consanguinitate illius, cui desponsata fuerat, eam ducere in vxorem, nec sponsus poterit aliquam accipere de consanguinitate spōsæ. Nota: ꝙ potiùs creditur viro, quàm mulieri, sed hoc est fauore matrimonij. Itē ab xj. anno dicitur mulier proxima nuptui, & apta. Item sponsalia infra nubiles annos contracta, licèt ad matrimonium non perueniant, impediunt matrimonium contrahendum cum omnibus consanguineis alterutrius.

† Cap. 8. eo. tit. in 1. compil. *&* *post concilium Later.* *sub Alex. 3. p. 6. c. 10.*

† *In concilio apud Copendium c. 20. vt est apud Barchardū l. 9. decret. c. 42. & Iuonem p. 8. c. 180.*

† cognouit.

† *Teneas tamen, quod deffiniuit cōcilium Tridētinū sess. 24. de reforma. c. 3.*

libus contractis cū impubere maiore septēnio oritur publica honestas.

CAP. VI.

C*Ontinebatur* † in litteris tuis, quòd cùm quædā puella infra nubiles annos, cuidam in vxorem tradita fuerit, & ab ipso traducta: hæc ad nubiles annos perueniens, alij nubendi licentiam postulauit, asserens se in eundem nullatenus consensisse: *& infrà.* ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm in decretis[a] † habeatur expressum, quòd si vir dixerit, quòd vxorem suam cognouerit †, & mulier negauerit, viri standum est veritati[b]: præfato viro, qui dicit se mulierem ipsam cognouisse, fides est adhibenda, si id firmauerit iuramento[c]. ¶ Si autē fuerit ætati proxima[d], vt in vndecimo, vel circa duodecimum annum, & cum suo assensu desponsata, & cognita ab eodem viro, separari non debet: præsertim[e] cùm parentes eius ipsam fuisse ætatis legitimæ faterentur. ¶ Si † verò puella infra nubiles annos alicui desponsata fuerit, non licet alicui de consanguinitate[f] ipsius †, cui desponsata fuerit †, eam ducere in vxorem, nec fas est eidem sponso, de consanguinitate sponsæ sibi aliquam copulare.

† illius.

† fuit.

Hoc omnino iura à glossa citata, moderata nūc sunt per concilium Tri. paulò ante citatum.

a ¶ *In decretis.*] 33. q. 1. *si quis acceperit vxorem.* §. 1.

¶ *Glossa sequens signat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Viri standum est veritati.*] Arg. contra. 27. q. 2. *quod interrogasti.* & 33. q. 1. *requisisti.* Sol. vbi vir se dicit cognouisse vxorem, & ista negat, statur verbo viri, vt hîc, & 33. q. 1. *si quis acceperit.* sed c. *requisisti*, intelligitur, quādo vterque cōfitetur, quòd carnaliter iungi propter frigiditatem non possunt, & vterque septima manu propinquorū debet iurare, ꝙ non possunt carnaliter commisceri. c. *quod interrogasti*, intelligitur, quando maritus non dicit, ꝙ vxorem cognouerit: vnd auditur mulier. præterea quòd dicit hîc: *fides est adhibenda viro, si iurauerit*; hoc intelligo, quando mulier non probat se virginem per aspectum corporis: quia tunc bene auditur. ̄s. *de proba. propositi. & c. causam*[a].

c ¶ *Iuramēto.*] Sed quare compellitur iste iurare, cùm sit reus. 6. q. 5. *alter?* Ideo compellitur iurare, ne hoc diceret in fraudē, & in præiudicium mulieris, nec cedere tenetur ei mulier sine iuramento, præcipuè in causa matrimonij propter periculū animæ. Lau. dixit, ꝙ hoc ideo, quia fundata videbatur intētio mulieris quia traducta mulier fuerat minor: vnde ad tollendam præsumptionem illam debet iurare: secus esset, si mulier omnino nihil probasset, vt ̄s. *de iureiur. c. vlt.* vbi de hoc. sim. ̄j. *eo. attestationes.* Et sic est arg. ꝙ in causis matrimonialibus non debet omitti iuramentum, ne in fraudem aliquid tentetur. ̄s. *de testi. tuis quæstionibus.*

¶ *Glos. sequens quærit, & soluit.*

d ¶ *Proxima.*] Sed qn̄ dicitur ætati proxima? Potest dici, ꝙ cū distat à pubertate per sex mēses, vel minùs, ̄s. *eo. attestationes* & ff. *de excu. tuto. nō tantū.* & sic proximus pubertati furti obligatur. *Insti. de ob. quæ ex delict. nas. ̄s. in summa.* & intellige nihilominus, ꝙ malitia supplebat ætatem, aliàs non esset matrimonium etiam post xij. annum, vt dixi. ̄s. *eod. puberes.*

e ¶ *Præsertim.*] Id est, maximè, & quod parētes cōfitebātur illā legitimæ ætatis, multum facit pro viro, & contra puellam.

f ¶ *Alicui de consanguinitate.*] Sic ̄s *eo. c. accessit.* in *si. ̄s. tit. prox. ad audientiam. & c. iuuenis. & c. sponsam.*

a *Facit. l. 1. cum not. C. de re iud. & l. 1. C. si aduersus libertatem.*

b *Pubertati proximus qui dicatur, docet hîc præ aliis Præpositus. Vide Arctinum, & alios in §. in summa. Instit. de obligat. quæ ex delict. pa. adde glossā. Decium. & alios in l. pupillus. ff. de reg. iuris.*

¶ Idem Bathonien. † Episcopo.

† Baton.

† Bathonien. *sed vt plurimum,* Bathonié.

Si maiores septennio contrahunt sponsalia, neuter antè pubertatem resilire potest. Hoc primo. Et ille, qui primò fit pubes, alterū expectabit. Hoc secundò. Quod si tempore contractus alter erat pubes, nō ille, sed alter factus pubes resilire potest. Hoc tertiò.

CAP. VII.

D*E* † illis[g] qui infra annos aptos matrimoniis sponsalia contrahunt, siue vterque, siue alter reclamet, antequam ad annos matrimoniis aptos peruenerint, & postulent separari, non sunt vllatenus audiendi[h]. ¶ Si verò alteruter istorum ad annos pubertatis peruenerit, infra eosdem annos altero existente, cùm sponsalia contrahuntur[i]: si is qui minoris ætatis[k] est, cùm ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterum voluerit consentire: iudicio Ecclesiæ[l] poterunt ab inuicem separari.

D*E illis.*] Tria sunt dicta. Secundum ibi, *Si verò.* Tertium ibi, *Mulier.* Abbas.

CASVS. Aliqui infra nubiles annos constituti, maiores vij. annis contrahunt sponsalia, siue vterque, siue alter antequā ad legitimos annos perueniāt, si postulent separari, non sunt audiendi. Si vero alter eorum perueniat ad legitimos annos, altero in minoribus adhuc existente, maior si petat separari, non est audiendus, nisi cùm alter ad ætatem legitimam peruenerit, & petierit separari: quia tūc iudicio Ecclesiæ possunt separari. Si vero quando cōtrahūt sponsalia, alter eorum maior fuit, & alter minor: si maior postulet separari, non est audiendus: quia ex quo iā eum semel consensit, non potest amplius dissentire: nisi minor cùm peruenerit ad ætatem legitimam, petierit separari. Nota, quòd ille qui in minoribus annis contrahunt ante legitimam ætatem non possunt resilire. Item maior debet expectare minorem. Item sufficit semel in aliquem consentire.

† Cap. 9. eo. tit. in 1. cōpi. *& post conci. Lateran. p. 26. c. 29. Et pro intellectu textus, & glossarum vide Couarruuiam* in epitome l. 4. decretalium. c. 5. §. 1.

g ¶ *De illis.*] Tres articuli continentur in hac decretali. Primus est hic principio, *De illis:* vsque, *Si verò.* Secūdus est ibi, *Si verò alteruter.* Tertius ibi, *Mulier autem.* Ber.

h ¶ *Vllatenus audiendi.*] Propter fragilitatem ætatis, & est arg. quòd impubes de eo, quod facit ante pubertatē, reclamare non valet. arg. 28. *dist. de his. &* 20. q. 1. *illud. &* ff. *de nego. gest. Pomponius.* & arg. ad hoc. ff. *de mino. denique* §. 1. Ber.

¶ *Glossa sequens ponit lecturam, quam reprobat.*

i ¶ *Cum sponsalia contrahuntur.*] Id est, altero existente infra annos pubertatis, sicut existebat, qn̄ sponsalia contrahebantur: si alter perueniat ad ætatem, non est audiendus, si petat separari: sed expectabit quousque alter ad ætatem peruenerit. quidam dicebant, quòd alter eorum erat maior, & alter minor, quando sponsalia contrahebantur: & secundùm hoc non differret à sequenti versu. Ala.

k ¶ *Minoris ætatis.*] Videtur, quòd in opinione illius, qui vltimò ad ætatem peruenit, sit reclamare, & tu dic, quòd idem iuris est de alio, quòd potest reclamare, etiamsi minor vellet cōsentire: aliter non differret à seq. versu.

¶ *Glo. sequens successiuè signat duo contraria, & soluit.*

l ¶ *Iudicio Ecclesiæ.*] Sic ̄j *c. prox.* Et patet, quòd spōsalia dissolui debent iudicio Ecclesiæ tm̄, nisi fortius vinculum superueniat, putà matrimonium cum alio, vel votum solemne: quia tunc in ipso iure soluta sunt. arg. ̄s. *tit. prox. si inter. &* ̄j. *de spon. duorum. c. 1.* Arg. contra. ̄j. *eo. ex litteris.* vbi soluuntur sponsalia antequam alter perueniat ad ætatem. Sed non est contra: quia ibi non tenuerunt sponsalia, vt patet ex fine, hîc verò tenuerunt. Item sim. ̄s. *tit. prox. præterea. & c. requisiuit.* ibi similiter soluuntur sponsalia, ne deterius inde contingat. & ita sponsalia contrahentes, si nolunt vterq; vel alter perficere matrimonium, non sunt compellendi: vt colligitur per hæc iura. Sed contra est expressum, quòd omnino sūt compellendi per Ecclesiasticam censuram. ̄s. *tit. prox. ex litteris. 2. & c. sicut.* Quid ergo respondebis? Dicas, quod illa decre. *ex litteris* 2. & *c. sicut.* loquuntur, quando iuramentum interuenit, licèt illi etiam essent impuberes, sed erant doli capaces, ita quòd tenuit iuramentum: vnde propter periculum iuramenti compelli debent ad contrahendum, & illa decre. *requisiuit*, reducitur ad illam *ex litteris*, vt ibi plenè dictum est: & quod dicit illa decr. *præterea*, potiùs est dispensatio, vt ibi dictum est: & quia vterque dissentiebat. ideo sa

ideo faciliùs toleratur: hic ergo loquit de spõsalibus minorũ. Si ergo iuramentũ interuenerat, cõpellendi sunt perficere matrimonium, siue sint maiores, siue minores, dũ tñ fuerint doli capaces: quia ętas illa plena est piuriis. ĩ. de delict. pue. pueris. Si verò iuramentũ non interuenit in spõsalibus, non sunt mulcti cõpellendi: quia inuitæ nuptiæ difficiles exitus cõsueuerũt habere [a], & ita planũ est: ex causa tñ compellũtur, vt dictum est s. de spon. ex litteris.

a ¶ *Nupsit.*] Id est, spõsalia cõtraxit, quia matrimoniũ cõtrahere nõ poterat. sic ĩ. c. prox.

¶ *Gl. seq. arg. semel probatum, &c. alle. 8. supra. & in cõtrarium vnã l. secundo arg. claudicare cõtractum. alle. 7 supra. in contrarium alleg. 4. & soluit.*

b ¶ *Semel consenserit.*] Arg. quod semel probatum est, amplius nõ possum reprobare. 3. q. 3. offeratur. & 8. q. 2. dilectissimi. & 20. q. 3. eos qui. 32. q. 5. horrendus. & 4. dist. an ista. & s. de causa poss. cùm olim. ff. de neg. gest. Pomponius. 1. & ff. de adul. si vxor. in fi. Arg. contra. ff. de mi. & bo. vt gradatim. §. reprobari [b]. Itẽ ar. q contractus claudicat. ar. s. de elect. nosti. & 32. q. 5. proposito. & q. 2. aliquando. & 33. q. 5. manifestum. 12. q. 2. si qua de rebus. & Instit. de auctor. tu. §. 1. & C. de procur. nõ eo minus. Ar. contra ff. de arb. si cùm dies. §. sed & si. & l. sed si interpellatur. §. vlt. 21. q. 5. si quis cuiuslibet. & 4. q. 5. quisquis. Sol. verum est, q multi contractus claudicant, & ex vna parte possunt tenere, & ex altera non, vt si pupillus cõtrahat cum minore sine tutoris auctoritate. Insti. de actor. tu. §. 1. & l. pradi. non eo minùs. &c. si qua de rebus. secus in matrimonio, quia illud vinculum non potest cõstare nisi ex duobus cõsensibus. s. tit. prox. vna. & qd dicit hic, nõ obstat, quia ille tenetur expectare nõ ratione matrimonij, sed ratione suæ promissionis [c]: vnde si contraheret cum alia, teneret, etiam si iuramentum interuenisset. s. tit. prox. si inter.

a *Adde, quod pro hoc facit, quod notat in l. pen. in glo. C. de fideius.*

† Vide l. nuptias cum si milibus. ff. de reg. iur.

† *Vox eidẽ, desideratur in pluribus antiquis codicibus.*

† Cap. 10. e. tit. in 1. cõpil. *Præ intellectu vide Couarruuiã citatum supra eo. c. de illis.*

b *Ibi medicum semel probatum reprobatur, & est, speciale propter hominum sanitatem, Io. And.*

† *Aliàs*, carnis.

c *Simile notatur supra tit. 1. ex litteris. in fi. 2. glo. Io. And.*

¶ Mulier autem, quæ postquam annos nubiles attingit, ei, qui nondum ad annos aptos matrimoniis venerat, nupsit [a], cùm in eum semel consenserit [b], ampliùs non poterit dissentire: nisi ipse, cui nupsit, postquam ad legitimam ætatem peruenerit, in eam suum negauerit præstare consensum †.

¶ Idem eidem †.

¶ *Impuberes sponsalia contrahentes ante pubertatem separari nõ debẽt, sed post pubertatem possunt, si contradicunt sponsalibus, nisi copula carnalis interuenerit.*

CAP. VIII.

A Nobis † tua discretio requisiuit, vtrùm iis, qui infra annos nubiles matrimonij nomine [c] coniunguntur, vel eorum alteri, antequam ad annos aptos matrimonio perueniant, liceat à matrimonio tali discedere. Ad quod respondemus, quòd pro eo, quòd ante nubiles annos coniugalem consensum nõ habent [d], vsque ad legitimam ætatem expectare tenentur [e]: & tunc aut confirmetur matrimonium, aut (si simul esse noluerint) separentur: nisi carnalis † commixtio ante interuenerit, cùm interdum illa tempus anticipare [f] soleat pubertatis.

A *Nobis.*] In effectu idem dicit iste textus, q præcedẽs nisi q addit, de copula, & consensu tacito, post aduẽtum pubertatis. Primò ponitur quæstio. Secundo solutio ibi, *Ad quod*, Abbas.

C A S V S. Quidã infra nubiles annos iunguntur nomine matrimonij: si vterq;, vel alter, antequã ad legitimos annos perueniãt, petierint separari, quęritur, vtrùm sint audiẽdi? Rñdet Papa, q cùm ante legitimos annos coniugalem consensum non habeant vsque ad legitimã ætatẽ expectare tenentur: & tunc aut cõfirmetur matrimoniũ, aut infirmetur, nisi carnalis copula antea interuenerit, cũ illa tẽpus anticipare soleat pubertatis. Nota, q ante annos legitimos nõ possunt aliqui matrimonialiter cõsentire. Item matrimoniũ non semper cõsideratur secundùm annos, quia aliquando carnalis commixtio anticipat ætatem, & inducit matrimonium præcedentibus sponsalibus, & malitia etiam supplet ætatem.

c ¶ *Matrimonij nomine.*] Scilicet futuri: quia loquitur de spõsalibus. s. c. prox.

¶ *Gl. seq. dat simile, quærit, & dupliciter soluit.*

d ¶ *Consensum non habent.*] Quousq; peruenerit ad ætatẽ legitimã, sic etiã & in voto. 20. q. 1. firma. ĩ. de frigi. & male. quod sedẽ. Sed pone, q dicãt: accipio te in meũ: & ego te in meã, intẽdẽtes etiã cõtrahere matrimoniũ? Rñdeo, matrimoniũ nõ cõtrahũt ætate phibẽte: spõsalia nõ cõtrahũt, qa nolũt. ff. de spõ. quæsitũ. arg. s. de offi. deleg. cũ super. & C. si quis alteri, vel sibi sub nomine tũ interest, si in eadem volũtate psistãt vsq; ad legitimã ętatẽ, matrimonium priùs inutile ratihabitione tacita, vel expressa cõfirmatur. arg. ĩ. c. prox. & ff. de spon. quæsitũ. de rit. nupt. minorem. Possetq; probabiliter dici, q spõsalia cõtrahũt iuris potestate, licèt ea contrahere non intendant. ĩ. eo. attestationes. in. & c. duo. Ala.

e ¶ *Tenentur.*] s. prox. & 20. q. 1. illud. 28. dist. de his.

f ¶ *Anticipare.*] ĩ. eod. c. prox. & c. vlt. & s. eo. puberes.

¶ Idem Genuen. † Archiepiscopo.

¶ *Minores apti ad matrimonium ex contractu matrimonij obligantur: nisi violentia intercedat.*

CAP. IX.

ij DE † illis, qui in minori ætate desponsantur [g]: & infrà. ¶ Respondemus, quòd si ita fuerint ætati proximi, quòd potuerint copula carnali coniũgi [h], minoris ætatis intuitu separari non debent †, si vnus in alium visus fuerit consensisse [i]: cùm in eis ætatem suppleuisse malitia [k] videatur: sed cuiuscunque sint ætatis: se possunt per illatam violentiam excusare [l]: nisi post violentiam consensus [m] accedat.

ij DE *illis.*] Primò decisa cõsultatio. Secundò responsio ibi, *Respondemus.* Abbas.

C A S V S. Quidam in minori ętate sponsalia cõtrahũt, & traducuntur: postmodũ diuortiũ petunt minorẽ allegãtes ętatem, aut vim sibi illatam. Quæritur, quid iuris? Rñdet Papa, q si ita fuerint ætati pximi, q potuerũt carnaliter cõiungi, prętextu minoris ætatis non sunt separandi, si vnus in aliũ visus est consensisse, quia in eis malitia supplet ętatẽ, sed cuiuscunque sint ętatis, se possunt per illatam sibi violentiam excusare, nisi post violentiam cõsensus accedat. Nota, q malitia supplet ętatem in matrimonio. quod intelligo sapientiam, discretionem, doli capacitatem. Item violẽtia omni tẽpore excusat. Itẽ matrimonium per vim contractum, per consensum sequentem fit firmũ, quod priùs erat infirmum.

g ¶ *Desponsantur.*] Et traducuntur in domũ: postea allegant minorem ætatem, vel violentiam.

h ¶ *Copula carnali coniũgi.*] Hoc solum consideratur, vt possint coniugali vinculo sociari, & non numerus annorum. s. eod. puberes.

i ¶ *Consensisse.*] Quod facere potuerunt, licèt nondũ peruenerint ad ætatem, cum pubertas pręuenisset ætatem.

k ¶ *Malitia.*] Alibi appellatur prudentia [d]. ĩ. eo. c. vlt. simile. C. si minor se maio. dixe. l. 3.

l ¶ *Excusare.*] Sic suprà eod. titulo prox. veniens 2. & consultationi.

m ¶ *Consensus.*] Expressus, vel præsumptus: vt si patienter cohabitent illis, talis violentia transit in consensum, *suprà titulo prox. ad id quod. & infrà qui cle. vel vo. insinuante. C. quod met. cau. l. 2.* vel si carnalis copula subsequatur. ĩ. *de eo, qui dux. in ma. quam pol. per adul. significauit. & ĩ. qui ma. accu. poss. insuper.* Bern.

† Ianuen.

† Cap. 11. e. tit. in 1. cõpil. *& post concilium Lateran. p. 50 c. 41. §. de illis verò.*

† *Vide* l. penul. ff. quãdo di. leg. ce. & l. continuus. §. cũ ita. ff. de verb. oblig.

d *Quod intelligit T ãc. sapientiam, discretionẽ, & doli capacitatem, & secũdùm Phil. interdum bonitas supplet ætatem.* C. de prox. sac. scr. l. vnicuique. & 77. d. monachus. *Io. And.*

¶ Vrbanus iij. Cenomañ. Episcopo.

¶ *Contractus ante pubertatem etiam cum nisu carnalis copulæ, non facit matrimonium.*

CAP. X.

A Ttestationes † super causa matrimonij, quæ inter H. iuuenem, & G. mulierem vertitur, accepimus: & ipsis inspectis nobis innotuit, quòd prædictus iuuenis, nondum duodecimum annum attigerat, cùm præfatam G. accepit vxorem:

† Cap. 13. eo. tit. in 1. cõp. *Et de intelle ctu præter Doctores hîc, vide Couarruuiam in* epitome li. 4. decretalium p. 2. c. 4. §. 1. nu. 5.

A *Ttestationes.*] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Consultationi.* Abbas.

C A S V S. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter H. iuuenem, & G. mulierem: super causa illa coram ordinario testes fuerunt producti. Dubitauit iudex, qualiter in causa procederet: misit attestationes testium domino Papæ. Attestationibus illis inspectis, constitit domino Papæ, quòd iuuenis ille nondum attigerat duodecimum annum, quando dictam G. in vxorem accepit: & licèt nisus fuisset eam corrumpere, secundùm quòd vterque confitebatur, mulier tamen credit se virginem extitisse. Sed ipse antequam peruenisset ad xiiij. annum, ab ea recessit, & cum postmodum ad annos legitimos peruenisset, petebat illum in virum suum. Respondet Papa eidem Episcopo, dicẽs quòd si mulier illa per idoneos testes probare nequiuerit, quod post xiiij. annum ętatis suę, vel circa finẽ xiiij. anni, prædictus iuuenis cõsentisset in eam, recepto iuramento ab ipso, quòd postquam ad legitimam ętatẽ peruenit, eam habere non consensit vxorem: dictum iuuenem à prædicto G. debeat separare, & dare vtrique licẽtiam cum alio cõtrahendi, vel alia. Not. q inutilis conatus nõ facit preiudiciũ. Itẽ post publicatas attestationes de nouo possũt testẽs recipi. Item hic defertur iuramentum reo, quãuis actor nihil probet, cũ tamẽ deberet absolui: quia actore nõ probante reus absoluitur: sed

nitur: sed hoc fit pp præsumptiones, quia tentauit eam corrũpere, & etiam fauore matrimonij.

a ¶ *Nisus fuisset.*] Et ita conatus non præiudicat, cùm non habuit effectum. *s. tit. prox. c. Vlt,* vbi de hoc. Ber.

¶ *Gl. seq. recitatur per quæstionem.*

& licèt nisus fuisset [a] (sicut vterque confessus est) ipsam corrumpere, mulier tamen credit se virginem euasisse [b]: verùm ipse antequam ad annũ decimum quartum peruenisset, à memorata muliere recessit: quem † cùm xvij. annos habeat, eadem pro viro sibi vindicare contendit: *& infrà.* ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si mulier per idoneos testes [c] probare nequiuerit, quòd post decimũ quartum annum ætatis suæ, vel circa finem [d] decimi quarti anni, prædictus iuuenis consensisset in eam, ab ipso iuramento [e] recepto, quòd postquam ad legitimam ætatem peruenit, ipsam habere non consensit vxorem: ab impetitione mulieris eum potes, & debes absoluere; & ad alia vota vtrique dare licentiam transeundi.

¶ Idem Pisano Archiepõ.

¶ *Si maior inuita contraxit sponsalia cum minore, non tenetur ipsum expectare, donec veniat ad ætatem adultam.*

CAP. XI.

EX † litteris tuæ fraternitatis accepimus, quòd puella quædã anno † xij iurata fuit, & desponsata [f] cuidam puero nouem, vel decem annorum: & tẽpore procedente, de voluntate parentum potius [g], quàm de sua (sicut asserit) ad domum patris pueri adducta †: vbi nolens, & inuita, minis † parentum impulsa, moram fecit per annum [h], & ampliùs: & tandem inde recedens, ad domũ propriam est regressa: *& infrà.*

b ¶ *Euasisse.*] Cui creditur in hoc, quod contra se confitebatur. 14. q. 2. §. 1. *& ff. de interro. actio. de ætate.* §. 1. aliàs statetur verbo viri, vt *s. eo. cõtinebatur* [a]. prout ibi dicitur. Ber.

¶ *Gloss. sequẽns reci. per quæstionem.*

c ¶ *Per idoneos testes.*] Quod facere potest non obstante publicatione aliorum testiũ, cùm iste sit alius articulus. *de testi. fraternitatis.* & *c. tam litteris. & c. causam 2. c. ex tenore. & c. series.*

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem, quando dicatur, circa finem: soluit allegãs tria iura, allegat vnum contrarium: & demum determinat, qua dixit.*

d ¶ *Circa finem.*] Fortè per sex menses. *ff. de excu. tuto. non tantum 2. ff. de mu. & ho. ad rem publicam. & s. eo. continebatur.* arg. contra. 20. q. 2. *illud.* hoc intellige, si iuuenis iste tunc esset viri potens, quia malitia præuenit ætatem quandoque. *s. eo. c. prox.* aliàs non tenet matrimonium, etiamsi compleuisset, xiiij. ann. vt *s. eod. puberes*, dictum est. Bern.

¶ *Glo. seq. quærit opponendo, & soluit.*

e ¶ *Ab ipso iuramẽto.*] Sed quare exigitur iuramentum, cùm ipse sit reus. 6. q. *Vlt. alterã.* Ideo defertur ei iuramentũ, quia præsumptio erat pro muliere: quia constabat, quod cum ipsa contraxerat, & quia aspirauerat ad carnalem copulam: vnde ex hoc erat præsumptio contra illũ, sic *suprà, eod. continebatur.* Dic vt ibi. Quando debeat iuramentum deferri reo, vel actori, quære illud *suprà de iuramen. c. Vlt.* Et ideo iurat, quod poterat esse, quod post xiiij. annos consensisset in illam: & timore iuramenti confitebitur veritatem. Ber.

EX litteris.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Cùm autem.*

CASVS. Quædam puella duodecim annorum desponsata fuit cuidam puero ix. vel x. annorum: & postmodum de voluntate patris non de sua, vt dicebat, ad domum patris illius pueri ducta fuit inuita, & nolens, & minis parentum cõpulsa, fecit ibi per annum moram, & tandem ad domum patris est reuersa, dicens quòd nunquam in eum cõsensit, nec vult consentire, immò petebat licentiam cum alio contrahendi. Quærebatur, quid iuris? Respondet Papa, cùm dictus puer nõdum ad xiiij annum peruenerit, nec ad eã carnaliter accessum habuerit, mãdat, quòd si puella commonita ipsum noluerit expectare, quousque ad ætatem legitimam peruenerit, si est ita, vt est propositum, liberam tribuat licentiam cum alio cõtrahendi. Nota, quòd sponsalia per vim contracta, non tenent, & ideo datur huic licentia contrahendi. Item cohabitatio vnius anni non sufficit ad præsumendum consensum matrimonialem: quod verum est, vbi inuitè quis contrahit, nec vnquam consensit.

f ¶ *Desponsata.*] Ea non consentiente.

g ¶ *Potiùs.*] Electiuè, & non comparatiuè. Ber.

† *In codice barbatia ita: quę cùm xviij. annos haberet, sed in aliis, vt est impressũ. in antiqua compilatione: apertior est hic locus ita: quę eadem inuitet instanter nunc repetit, & pro viro sibi vindicare contendit, sed cum vir x. & vij. annos habeat, ipsã recipere cõtradicit.*

† Ca. 14. eo. ti. in 1. compil.

† annorum.

† ducta.

† abducta.

† *Vide Paulũ de Castro* cons. 312. *& Iasonem* in l. Titia ff. de verb. oblig.

a *Adde, nisi mulier per aspectũ corporis virginẽ se probaret.* de proba. proposuisti *secundùm Innocentium. licèt mulier corrupta fuisset, & non vir, non esset matrimonium. remittit ad ea, quæ nos.* infra de eo, qui cog. cõsangui. fraternitati. *Ioan. And.*

h ¶ *Per annum*] Si hoc fecisset spõte, sic tenuissent spõsalia ex patientia consequentis tpis. *s. eo. prox. ad id quod.* & sic nõ fuisset ista mulier audita, quousque alter peruenisset ad ætatem. *s. eo. de illis* 1.

i ¶ *Carnaliter.*] Quod si fecisset, statim præsumeretur consensisse. *j. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adul. significauit.* Ber.

¶ *Gl. seq. signat contrarium, & soluit.*

¶ Cùm autem dictus puer nondum ad decimumquartum annum peruenerit, nec ad eandem carnaliter [i] accessum habuerit, Discretioni tuæ taliter respondemus, quod si puella commonita, vt donec cõpleat idem puer annum decimumquartum, expectet, non duxerit expectandum, ei secundùm ea, quæ proposita sunt, accipiendi alium virum liberam tribuas [k] facultatem †.

k ¶ *Tribuas.*] Arg. contra. *s. eo. de illis* 1. *& c. à nobis.* Sed illud verum est, quando certum est, quod sponsalia tenuerunt: hic nõ tenuerunt, & ideo datur ei licentia cum alio contrahẽdi. Ber.

¶ Clemens iij.

¶ *Sponsalia contracta cum minore septennio per cohabitationẽ mutuã post septenniũ conualescunt, & inducũt publicæ honestatis iustitiam: soluuntur tamen per matrimoniũ de præsenti.*

CAP. II.

DVO † pueri Gulielmus, & Gulielma matrimonialiter [l] sunt coniuncti, puero sextum, puella verò septimumannum agẽte: qui simul per tres annos [m] manserunt: tunc pater puellæ subtrahens eam sponso, ipsam alteri M. nomine copulauit: cũ quo per septem annos quietè permansit: ipse verò tunc reliquit eandem, quia credebat eã alium virum habere, illum † scilicet, cui prius fuerat desponsata. Prior autem sponsus ad annos discretionis perueniẽs, à prædecessore tuo contrahendi cũ alia licentiam impetrauit, qui quandam nomine S. consobrinã prioris in vxorem [n] accepit: & cum ea per aliquod tempus existens, eam (vt ipse fatetur) carnaliter non cognouit, licet illa se ab eo cognitam asseueret. Cũ autẽ

DVo pueri.] Primò narrat factum. Secundo respondet ibi, *Quia igitur.* Abbis.

CASVS. Duo pueri, G sex annos habens, & Gulielma vij. matrimonialiter sunt coniuncti, qui sic tres annos manserunt: & sic sponsalia tenuerunt, quæ ab initio non valebant: postmodum pater puellæ, ipsam copulauit cuidam alij M. nomine, cũ quo pacificè per septem annos permansit. Tandem dimisit eandẽ, quia credebat ipsam alium virum G habere: cui fuerat primò desponsata: G. ad annos discretionis perueniẽs, cum alia contrahendi licentiam postulauit, quã obtinuit, contraxit cum quadam S. nomine consobrina dictæ Gulielmæ, & cum ea per aliquod tempus cohabitans (vt dicebat) non cognouit eandem: ipsa tamen ab eo se cognitam asserebat: postea verò pater Gulielmæ, cum vidisset eam à secundo viro dimissam compulit dictum G. vt S. nepotem suam dimitteret, & ad Gulielmam (quæ postmodum per biennium cohabitauit eidem) rediret. Quæsitum fuit à Papa, quid super his esset agendum? & ipse respondet, quòd inter Gulielmum, & Gulielmam non fuit matrimonium, puerili ætate impediente: & licèt idem (postquam illa nupsit alij) potuerit aliam ducere in vxorem, consobrinam Gulielmã habere non potuit, pp publicam honestatem siue eam cognouerit, siue non: nec ad G. potuit redire: quia fuit alteri legitimè copulata. cùm ergo Guliel. dicat se non cognouisse S. consobrinam Gulielmæ, aliam si voluerit ducere in vxorem. S. alteri viro poterit copulari: cùm fuerint separati, pœnitentia debet vtrique iniungi ad tempus pro vitando scandalo: Si verò constaret Guliel. S. cognouisse, neutri altero viuente dabitur licentia contrahendi, & G. manebit cum M. imposita ipsi M pœnitentia competenti ad tempus, qui pro sua volũtate, sine iudicio Ecclesiæ, dimisit eandẽ. Nota, quòd publica honestas impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. Item matrimonium superueniens sponsalibus dissoluit ea. Itẽ vir caput est mulieris. Item propter scandalum pœnitentia debet iniungi. Item incestus impedit matrimonium contrahendum. Item nemo sine iudicio Ecclesiæ debet vxorem suam dimittere.

l ¶ *Matrimonialiter.*] Id est, vt matrimonialiter iungerentur ætate adueniente: sed sponsalia contrahendo [b]. Ber.

m ¶ *Per tres annos.*] Et ita tenuerunt sponsalia ratihabitione sequenti. *s. eo. ex litteris.* & quæ patri in sponsalibus non cõtradicit, consentire videtur. *ff. de sponsa. sed ea quæ patris.* Ber.

n ¶ *In vxorem.*] Quam habere non potuit. *s. tit. prox. sponsam.*

† *Vide l. si. pater. & ibi Bart.* C. de sponsa.

† *Contitus, & al. habent*, Alex. *sed in omnibus antiquis*, Clemens, *in Gemma, aut alterò*, Cælestinus.

† cap. vnico, eo. tit. in 2. comp. *Vide Syluestrũ* in summa, verbo, spõsalia. & *Soto* l. 4. dist. 2. q. 2. art. 2. & seq.

† *Aliás ita:* Gulielmum *scilicet, &c.*

b *Immò cõtraxerunt per verba de præsenti, per quæ intelliguntur contraxisse spõsalia: vt infra no. & per quæ matrimoniũ præsumptum inducitur, si propter pubertatẽ interueniat tentatio, vt no. sup. eo. attestationes secundũ Host. Io. An.*

pater memoratæ Gulielmæ eam vidisset à secundo viro relictam, prænominatum Gulielmum, cui priùs eam despōsauerat, compulit, vt S. neptem suam omnino dimitteret, & ad Gulielmā suam desponsatam rediret a: qui postmodum per biennium cohabitauit eidem. ¶ Quia igitur quid tibi faciendum sit, postulas edoceri: Breuiter respōdemus, quòd impediente puerili ætate, matrimonium b inter G. & G. non fuit: & licèt idem postquam illa nupsit alij, potuerit aliam ducere in vxorem: tamen quia dictam S. duxit consobrinam mulieris eiusdem, siue eam cognouerit, siue non: non debet tamen cum eadem S. propter publicæ honestatis iustitiā c † remanere, nec ad primam habere regressum, quia alteri fuit legitime d copulata: & infrà. ¶ Cum verò vir caput e sit mulieris, & Gulielmus dicat f se non cognouisse priùs S. supradictam: aliam, si voluerit, poterit ducere in vxorem, & S. virò legitimo copulari: post separationem verò, pro vitando populi scandalo, vtrique ad tempus est pœnitentia iniungenda. Si verò legitimè cōstaret ipsam S. ab eo siue post, siue antea g cognitam extitisse, neutri viuēte altero dabitur licentia h contrahendi. Remanebit ergo Gulielma cum M. i imposita ipsi M. ad tempus pœnitentia competenti, qui pro sua opiniōne solam Gulielmam (iudicio Ecclesiæ non requisito k) dimisit.

¶ Innocentius iij. C. & P. quondam filiis Malebrancæ †.

¶ Accusari nō potest matrimoniū, quod non est: vt si cum minori septēnio sit contractum: denunciari tamen potest impedimentum, ne contrahatur in posterum.

CAP. XIII.

AD † dissoluendum, quod factum fuerat inter I. & S. *& infrà.* ¶ Accusatione l pro puella super cōsāguinitate proposita, prælatus I. multas exceptiones proposuit: per quas nitebatur vos ab accusatione multipliciter remouere: *& infrà.* ¶ Interloquēdo pronunciamus inter iuuenē, & puellā nec matrimoniū m, nec spōsalia fuisse cōtracta: cùm cōstet puellā nondum ad septenniū peruenisse. Quocirca nec accusatio locum habebat, cùm non esset, quod posset legitimè accusari n. Denuncia in o † tamen poterat consanguinitas, vt interdiceretur matrimonium contra-

a ¶ *Rediret.*]Rediit iste pater ad id, quod damnauerat. 26. q. 5. *ne mirum.* Ber.

¶ *Gl. seq. recitatur per quæstionem, quam sol. & signat contrariū.*

b ¶ *Matrimonium.*]Sed sponsalia fuerūt tunc iuris potestate: quia si nō valet, quod ago, vt ago, valeat, vt valere pōt. Intēdebāt enim obligari adinuicē, & ideo interpretatio fieri debet, vt res potiùs valeat, quā pereat. ꝯ. *de fide instr. inter dilectos. §. cæterùm.* vt dictum est ꝯ. *eod. à nobis.* & hoc patet per sequentia. arg. *ff. de action. & oblig. obligationum §. verb. obligatio.*

c ¶ *Publicè honestatis iustitiam.*]Quæ impedit etiam matrimoniū contrahendum, & dirimit iam cōtractum: quare ille Gul. nō pōt habere aliquā de cōsāguinitate Gulielmæ ꝯ. *tit. prox. ad audientiam. & c. iuuenis. & c. sponsam. & ꝯ. eo. accessit. in fi. & c. litteras* In quibusdam tamen sublata est publicæ honestatis iustitia, vt in sobole suscepta ex secūdis nuptiis: & in secundo, & tertio genere affinitatis. ꝗ. *de consangui. & affini. non debet.*

d ¶ *Legitimè.*] Id est, per matrimonium, qđ tanquam fortius vinculum soluit spōsalia. ꝯ. *tit. prox. si inter. & ꝗ. de sponsa duorum. c. 1. 2.* Alias non contraxit legitimè, quia nō debuit frangere fidem, de qua debet agere pœnitentiam, vt *c. si inter.*

e ¶ *Caput.*]Sic 33. q. 5. *cùm caput.* vñ sibi potiùs creditur, quàm vxori. ꝯ. *eo. continebatur & 31. q. 1. si quis acceperit.*

f ¶ *Dicat.*]Satis fuit de facili credendū, quia nihil iuris acquirebat alteruter a, quia siue cognouerit, siue non, eam habere non potest, vt ꝯ *eo. patet*, secus si coitus faceret ad probationē obligationis b, vt ꝯ. *de probatio. proposuisti. & ꝗ. de fug. & malefi. c. 1.*

g ¶ *Siue antea.*] Hoc postquam fuerit compulsus redire ad Gulielmam: siue ante compulsionem, siue post cognouit Stephanam.

¶ *Glo. seq. quærit opponendo, & dupliciter soluit.*

h ¶ *Neutri dabitur licentia.*]Sed quare hoc, cùm inter Gulielmum, & Gulielmam non fuit matrimonium? Potest dici, quod propter scandalum, vt innuit littera præcedens: vel propter delictum vtriusque, propter sponsalia, quæ præcesserant inter eos, & sic orta erat publicæ honestatis iustitia: vnde non poterant Gulielmus, & S. vlterius carnaliter coniungi: & ideo prohibentur: quia ex certa scientia contraxerunt, & carnaliter coniuncti fuerunt: tamen si contrahunt, matrimoniū tenebit c. *infra de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ c. 1.*

i ¶ *Cum M.*]Nisi voluerit eam repellere prætextu adulterij.

k ¶ *Non requisito.*]Nota, quod sine iudicio Ecclesiæ nullus dēt dimittere vxorē suam, cùm hæc sit pœna, quæ nulli est inferenda nisi per iudicem d. 15. q. 2. *seculares. & §. in hoc. & 35 qu. 2. multorum.* quantumcunque etiam impedimētum sit manifestum. *infra de diuor. porro.* tunc circa coitum distingue. ꝗ. *de sent. excom. inquisitioni.*

AD *dissoluendum.*]Tria facit. Primò factum narrat. Secūdò interloquitur ibi. *Interloquendo.* Tertio prohibet, & decernit ibi. *Ne verò.* Abbas.

CASVS. Quidam nomine Ioannes contraxit matrimoniū cum quadam puella S. nomine infra septenniū cōstituta: tandē ex parte puellæ accusabatur matrimoniū ꝑꝑ consanguinitatē: & dum testes producerētur ad probandā consanguinitatē, prędict⁹ Io. multas exceptiones ꝓposuit, ꝑ quas intēdebat accusatores ab accusatione repellere. Cūq; sup exceptionib⁹ ipsis fuisset multipliciter disputatū: Papa auditis quęcū que partes proponere voluerunt, interloquēdo pronūciauit inter prędictum iuuenem, & puellam, nec matrimoniū, nec spōsalia fuisse contracta: quia puella nondum ad vij. annum peruenerat: vnde accusatio locum habere non poterat: cùm nō esset, quid posset legitime accusari, sed denūciari poterat cōsanguinitas, vt interdiceretur matrimonium cōtrahendū. Vnde Papa statuit terminum ad denunciationem probandam, saluis exceptionibus propositis, ac etiā proponendis: ne vero in puellam aliqd interim attētetur, ꝓcipit Papa, ne in negotio vlteriùs procedatur de nouo, donec cessetur à denūciatione, vel ea ꝓbata ordine iudiciario procedatur: ꝙ si cōtra hoc mandatum aliquid in pręiudiciū puellę fuerit attētatum, illud decernit Papa irritum, & inane. Not. ꝙ infra vij. annos nec matrimonium, nec sponsalia contrahi possunt. Item matrimonium, qđ non est, accusari non pōt. Itē cōtra accusationē, quę non tenet, exceptio proponi nō potest. Item nō solùm tenetur quis denunciare crimen, quod iam est commissum, sed etiam committendum. Item quod fit contra ꝓceptum Papæ, nō tenet.

¶ *Gl. seq. inchoat casū.*

l ¶ *Accusatione.*] Hoc intellige ita e: Quidā Io. nomine cōtraxit cū quadam puella infra septennium cōstituta, tādem ex parte puellæ accusabat matrimonium propter consanguinitatem: & dum vellēt producere testes ad probandam cōsanguinitatem cōtra illos accusatores, exceptiones propositę fuerūt ex parte viri, vt ab accusatione repellerentur: super hoc pronunciauit Papa, secundùm quod in littera sequitur. Ber.

m ¶ *Matrimonium.*] Sim ꝯ. *de restit. spo. ex parte.* nec consensit post vij. an. quia si post consensisset, tenuissent sponsalia, nisi consanguinitas impediret. ꝯ. *eo. litteras. acce. sit. fin.* ꝯ *de iudi. examinata.* sic isti ineptam proposuerunt accusationē manifeste, & ideo statim debēt repelli, vt ibi dicitur: vnde adhuc possunt proponere aptam, scilicet denunciare.

¶ *Gl. seq. coadiunat. tex. per octo similia, & duo inducit ad contrarium, & soluit.*

n ¶ *Legitimè accusare.*]Bene dicit: qa primò debet existere in rerū natura id, de quo agitur, nec ante iuris ratio, quā persona quęrenda est. *ff. de iure codi. quidā referunt.* §. 1. sic & collegio, quod nondum est, non datur priuilegium ꝯ. *de Ec. ædif. ad audientiam* 2. f nec rescriptum datur ad lites futuras, ꝯ *de rescr. c. vlt.* nec potest dici verum, quod nunquam fuit. de pœn. *dist.* 2. *in fi.* nec dicitur mortuum, quod nondum vixit. 32. q. 2. *quod verò non.* vbi de hoc. & ꝗ. *de homi. sicut ex litterarum.* & testamentorum, quod nondum est, rumpi non potest. *ff. de iniust. rup. rest.* nam & sub conditio. arg. *ff. de ædil. edi. bouem. §. vlt.* g sic aquæ, quæ nondum apparet, non potest constitui seruitus aquæ ductus. *ff. si seruit. vend. l. vlt.* & ei quod nondum natum est, non præscribitur. *C. de an. excep. l. 1. § nemo* h *& ff. quemadm. ser. amit. si quis alia.* vbi dicitur, quod quandiu paries non est, seruitus non acquiritur. arg. contra, quia ędificio, ꝙ nondū est, præscribitur. *ff. de seruit. vrba. præd. si seruitus §. futuro. & ff. de seruit rustic. prædio Labeo.* & vsuris futuris præscribitur. *C. de vsur. eos*, & arg. ꝯ. *de consuet. cum olim.* Sol. verùm est, quod rei quę nondum est, non potest seruitus constitui, vt dicunt primæ concor. potest tamen obligatio acquiri de ipsa constituenda, cùm res fuerit in rerum natura: & sic intelligunt contraria.

o ¶ *Denūciari.*] Et ita denūciari pōt crimē nondū cōmissum. 93 dist.

† *Vide concilium Trid. sess. 24. de refor. matr. c. 3. & citatos supra ti. præcedenti. c. ad audientiam. Vnde intelliges, quam vim hodie habeat sententia glossæ hic in verbo,* publicę honestatis.

† Malabrancæ.

† Cap. 1. eo. ti. in 3. cōp. *Vide Dominicum Sotū superiore c. citatum.*

† *Vide concilium Tri. sess.* 24. de refor. matrimonij. c. 1. *& concilium Lateran. sub Innocentio.* 3. c. 51.

a *Arg.* de hom. significasti 2. vltra mediū. *Ioan. And.*

b *Dicebat* *ista. Vbi ex confessione copula firmatur matrimonium, creditur etiam mulieri: secus vbi per istā non firmatur matrimonium, sed tantùm peccatū probatur, vt dixi hic super verbo* compulit. *Io. And.*

c *Arg. ad* hoc in l. furor. ff. de sponsalib.

d *Scilicet ecclesiasticū: concilium Trid.* sess. 24. de sacramento matrimonij. c. 12.

e *Hæc intelliges aperti, quæ antiquā decretalem legeris.*

f *Et per Goff.* sup. a de consuet. cum. olim *Ioan. And.*

g *Si homo vēditus est sub conditione, redhibitoria locum nō habet, cum conditio perfecta non sit. Ioan. And.*

h *Actio non præscribitur, ex quo nata est. Ioan. And.*

93.dist.diaconi. & ff.de dam.infec l.2. immò vnus solus potest impedire matrimonium.s.tit.prox.praeterea.2.& valet denunciatio.in pri.nam statim dicũtur malae fidei possessores. arg.C. de rei ven.si fundũ.& in matrimonio cõtrahẽdo id, quod certius est,tenendũ est.ff.de ritu nup.adoptiuum.§.1.in fi.& s.tit.prox. tuenens. Ad hanc denũciationem nõ admittitur nisi grauis, & honesta psona. s.tit.prox. cùm in tua. & quilibet tenetur ad hanc denũciationem.j.de cog.spi. tua nos,& etiam admittũtur, qui denunciant famã. s.tit.prox.cùm in tua.& de auditu.22.q.5. hoc videtur sine aliqua admonitione praemissa:quod nõ fit in alijs denunciationibus. 2.q.1.si peccauerit,& s. de iude.nouit. & est ius cõe, quod quilibet tenetur, & potest denũciare. j.de clande. despon.cùm inhibitio.

¶Glo.seq.soluit contrarium,deinde quaerit,& soluit.

a ¶ Saluis exceptionib.] Sic patet, quod cũ variatur modus agendi possunt opponi exceptiones omissae a in primo iudicio. sic s.de rest.veniens.2. vnde nõ obstat. s.de except.pastoralis. Ioan. Sed quae fuerũt hmõi exceptiones? Potest esse, quod excipiebat vir, quod accusatores erant criminosi, vel malae fa mae: vel fortè dicebant,quod admonitio non praecesserat: sed in illo casu non est necesse admonitionẽ praecedere. Vel fortè dicebat, non sunt admittendi ad accusandum,tãquam suspecti:quia tempore contractus nihil dixerũt,& erãt praesentes, quãdo denũciatũ fuerat matrimoniũ contrahendũ.j.qui ma.accusa.pos.cùm in tua.

hendum. Ad denunciationem ergo legitimè probandam, terminum assignamus, saluis exceptionibus a non solum propositis,sed etiam proponendis.

¶ Ne vero quicquã in puellam interim attentetur, auctoritate Apostolica interdicimus b, ne in negotio de nouo procedatur vlterius, donec vel à denunciatione cesetur,vel ea probatã ordine iudiciario procedatur. Quod si contra interdictũ nostrum in praeiudicium ipsius aliquid fuerit attentatum,id † irritum c esse decernimus,& viribus omnino carere.

¶Idem Episcopo Abbaten.†

¶ Si quis per verba de praesenti contrahit cum impubere, in qua aetatem malitia non supplet, intelligitur non matrimonium, sed sponsalia contraxisse, etiamsi subarrhatio intercesserit.

CAP. XIV.

TVae † nobis exhibitae litterae continebant, quòd quidam filiam suam circiter duodecim annos habentem cuidam nobili desponsauit, qui subarrhauit d eandem, consensu mutuo accedente:& infrà. ¶Quia verò nobis constare non potuit, cuius aetatis esset puella, cum eidem viro extitit desponsata, cùm dicatur, quòd circiter e duodecim annos habebat, verumne prudẽtia tunc in illa suppleret aetatem: Respondemus, quòd si puella nubilis f non erat aetatis,cùm saepesatus † vir desponsauit eandem, & aetatem in ea prudentia g non supplebat, proculdubio inter eos non coniugium, sed sponsalia contracta fuerunt: quamuis ab ipso viro eadem fuerit subarrhata h.

b ¶ Interdicimus.] Ita quod si per extorsionem,vel violentiã quicquam fierct in praeiudicium puellae,siue in iudicio, siue extra,non praeiudicaretur ei.

¶Glo.seq.quaerit,& soluit.

c ¶ Irritum.] Quoad iudicium,quod mouetur in praeiudiciũ ipsius. simile s.de praebend.inter caetera.secus esset,si clausula illa non apponatur.licẽt mandet Papa aliquid fieri.s.de praeben.dilectus. 1.& c. dilectus. 2. Sed quid si contraherent matrimoniũ contra interdictum b Papae,nunquid irritabatur matrimonium?Dico,quod non:sed separabũtur ad tps.s.de sponsa.cum in Apostolica.quousque cognoscatur de impedimento. j.de matri.contract. contra interdi.eccle.ex litteris.& c.de muliere.nam fortius est matrimonium,quàm interdictum Papae.

TVae nobis.] Primò quaestio.secundò distinguens responsio ibi,Quia verò.Abbas.

CASVS. Quidam filiam suam circiter xij.annos habentem desponsauit cuidam nobili, qui subarrhauit eandem per annuli immissionem,consensu mutuo accedente: postmodum puella ipsa fuit alteri copulata: Dubitatum fuit,vtrum illa puella deberet remanere cum secundo: an deberet redire ad illum, cui fuit primò desponsata. Consultus Papa ridet,quod non constitit ei, cuius aetatis esset puella quã cum primo viro extitit desponsata.cum dicatur,quod circiter xij.annos habebat,vel verum malitia suppleret aetatem: Dicit,quod si puella nubilis non erat aetatis,cum viro extitit desponsata, & malitia non suppleret aetatem, proculdubio inter eos non matrimonium, sed sponsalia fuerunt contracta, quamuis ab ipso viro eadem puella fuerat subarrhata:& ita remanere debet cum secundo viro,cũ quo contraxit in aetate legitima. Nota,quod malitia supplet aetatem circa matrimonium contrahendum. Item matrimoniũ contractum in aetate legitima,soluit sponsalia in minori aetate contracta. Abb.

¶ Gloss seq.tractat de multiplici subarrhatione,& ipsius.

d ¶ Subarrhauit.] Sic 26.q 2.si quis vxorem.& c.seq. Et haec subarrhatio e fit quãque per immissionẽ annuli iuxta illud: Annulo suo subharrauit me:quãque per dationem aliarũ rerũ, vel aliorũ insignium & quãque fit talis subarrhatio interueniente cõsensu expresso,vt hic:quãque etiã non interueniente:sed siue interueniat,siue nõ,dũmodo cõstet de subarrhatione, praesumitur matrimonium, donec probetur contrarium:ar. 30.q.5.nostrates.& c.foemina.27. dist. quod interrogasti. & s.de spon.si quis.quia nihil interest,an facto, an verbo quis declaret voluntatem suam. 43. dist.c.1.ibi,Pastorem recta loqui timuisse, quid aliud est dicere, quam terga tacẽdo praebuisse? vel ibi, vestimenta sacerdotis,quid aliud quã recta opera,&c. vbi de hoc ff.de leg de quibus. d & s.de reg. cap. pen. arg.opt. & si fiat à patre, praesumuntur spõsalia:vt c.nostrates. sed inter sponsos praesumitur matrimonium. vt hic in fi. nisi cõsuetudo in contrariũ esset.ar. s.de praesump.illud.

e ¶ Circiter.] Sic s.eo.cõtinebatur. & c.attestationes. ad modicã quãtitatem e refertur haec dictio,circiter,& consimiles, vt ff.de ver.sig. hac adiectio.B.

f ¶ Nubilis.] Nota,nubilis aetas in viro est xiiij.an.in foemina xij. vt dixi.s.eo.c.vbi. & ita si non fuit talis,nõ fuit matrimonium inter eos,sed sponsalia tantum, nisi malitia suppleret aetatem, vt infra sequitur.

TITVLVS III.

De clandestina † desponsatione.

¶ Ex concilio Arelaten.

¶ Pro clandestino matrimonio non praesumitur, sed illud allegantj incumbit onus probandi.

CAP. I.

SI quis clam desponsauerit aliquam, & mulier, vel vir negat huiusmodi desponsationem: viro incumbit probatio i.

¶Gloss.seq.dat simile in delictis.

g ¶ Prudentia.] i.carnalis concupiscentia: arg.32.q.1.non in sola.alibi appellatur malitia.s.eo.c.de illis 2.sic etiam in delictis doli capacitas supplet aetatem.j.de delict.pu.pueris. & Insti.de obligat.quae ex delic.na.§.in summa.circa fi.ff.ad l.Aquiliam.sed & si quacunque.§.1. f C.si minor se maiorem dixerit l.3 sim.17.dist. monachum nouitium & C.de his qui ve.aeta.impe.l.2.

h ¶ Subarrhata.] Et ita collige,quod per subarrhationem contrahitur matrimonium verum,vel praesumptum, vt dixi in princip.nisi aetas repugnet,vt hic patet.& est hic arg. g manifestũ. quod si minor in contrahẽdo vtatur verbis pertinentibus ad matrimonium contrahendum, contrahit sponsalia.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

¶ Quia matrimonia, & sponsalia quandoque contrahuntur palàm,quandoque clandestinè:ideo post generales rubricas praecedẽtes subiicit istam rubricam specialem de clande.despon. Nã quandoque puellae subducuntur ad contrahendum clam parentibus: & quia de tali matrimonio posset dubitari,ideo, &c.

De hac materia vide 30.q.5.per totum. & 3.q.4.c.consanguineorum,& non reperitur alibi.

SI quis.] Hoc dicit secundũ communẽ intellectum ei qui asserit matrimonium,incumbit probatio. Primò ponitur thema. Secũdò determinatio ibi,Viro. Abb.

CASVS. Si aliquis occultè desponsauerit aliquam mulierem, & ipse eam petat postmodum in vxorem,& ipsa neget desponsationem,vir debet hoc probare: & è conuerso: si vir hoc negauerit, mulier probare debet.aliàs absoluetur vterque. Nota, quod quando negatur matrimonium clandestinè contractum,ei,qui stat pro matrimonio,incumbit probatio.

¶Glossa sequens obiicit,dat tres solutiones,& primam reprobat, quae fuit Ala.

i ¶ Viro incumbit probatio.] Quia caput est mulieris 33.q.6 non moechaberis.33.q.3.cũ caput.& q.1.si quis vxorẽ.hoc dixit R. Ex hac littera innuit,quod siue vir neget despõsationẽ, siue mulier, sẽper viro incũbit probatio. sed hoc nõ videtur,quia negantis

Margin notes (left):
† illud.
† Abertaden. † Albertaden. † Albeten. Albatadem.
† Cap.2.co. cit.in 1.cõp. de de consul. lectu contra Praepositũ, & alios vide de Couarruuiam in epitome l.4. decretaliũ. p.1.c.4.§.2. nu.2.
a Subaudi, vel non admissa,vel est hoc speciale propter periculum animae. secũdum Host. Ioan.And.
b Ambigua est quaestio, cũ multipliciter intelligi possit Papa interdictum:pro intellectu ergo videto hic pra alios Praepositũ, & omnino Henricum Boich. in c. quanto.supra.de consue.vbi latè explicat hũc articulum.

Margin notes (right):
e Quid sit arrha, vide per Palaciũ Rubium in Rubrica de donat.inter virum,& vxo.§.2.
† saepe praefatus.
† saepe dictus.
d Vide de iudi.tenor. super 3. gl. Io.And.
† Clandestinas desponsationes, & coniugia nouissime irrita fecit, & annullauit, concilium Trid. ses. 24.de refor. matrimo.c. 1. vnde cessant de hac re veterum altercationes interpretum.
e Triũ scilicet dierũ secundùm Host. Io. And.
f Sicut impubes tenentur furti, ita est Aquilia,si sit capax iniuria. Io.And.
g Immo casum secundũ Phil. quod etiam mihi videtur. Io. And.

factum nulla est probatio.6.q.5 *accusator.§.Vlt.* & *ẽ. de elec. bona* 1.& ei qui dicit,nõ qui negat, incumbit, probatio. *ff. de proba.ei qui.*Dixit Ala.ꝙ viro incũbit probatio,vbi ipse negat clãdestinè ductã esse vxorẽ:quia potiùs negat ius,quã factũ:& qui ius negat,probare debet.*ff.de proba. ab ea parte.* sed ille intellectus nõ placet: quia ex quo publicè cõfitetur factũ coram Ecclesia, approbatur† matrimoniũ. *j.c.prox.* Dixit Tanc. ꝙ legitur secũdũ ꝙ dixit Grat. 32.q.7 *c.ꝙ proposuisti.§.sed illud Ambrosii.*vt vir dicatur hic à virtute, vel à virilicatẽ, quia stat ꝑ matrimonio, & non à sexu: & mulier à mollitie mẽtis.Et dic,*Viro*,i. ꝗ stat pro matrimonio. vel dicas,ꝙ c. legitur cum reduplicatione litterę hoc modo: si quis clã desponsauerit aliquam, & mulier negat despõsationẽ, viro incũbit ꝓbatio:& si vir negat desponsationem, mulieri incũbit ꝓbatio: & ideo non colompsit expresse:quia idẽ iudiciũ est de muliere, ꝙ de viro.sic 32.q.7. & hoc verum est, & sic seruatur: si vir negat matrimonium, mulieri incumbit probatio, & econuerso.

† Cap.5.eo. ti.in 1.cõp. & post concilium Lateran.sub Alex. 3. p. 50.c.17. Et quãtum sit batte huic decretali derogatum, vide in concilio Trid. infrà cit. citatum.

† Scilicet Lateran.c. 51.

QVod nobis.] De matrimonio occulto non iudicat Ecclesia, approbat tamẽ illud publicare volentes.Et habet duo dicta.Secundum ibi,*Verum.*Abbas.

¶ Alexander iij. Beluacẽ.Episcopo.

¶ Qui matrimonium clandestinè contraxerunt, altero negante, vel vtroque,non apparẽte legitima exinde probatione, simul cohabitare ab Ecclesia non cõpelluntur: & si illud publicauerint, tãquã in conspectu Ecclesiæ factũ cõprobabitur: nisi rationabilis causa subsit, quæ impediat.h.d. litteræ inhærendo.

CAP. II.

QVod † nobis: *& infrà.* ¶ Si matrimonia ita occultè contrahuntur, quod exinde legitima probatio non appareat: ij, qui ea contrahunt, ab Ecclesia non sunt aliquatenus compellendi [a]. Verum si personæ contrahentium hoc voluerint publicare, nisi rationabilis causa [b] præpediat, ab Ecclesia recipienda sunt, & comprobanda, tanquam à principio [c] in Ecclesiæ conspectu contracta.

¶ Innocentius iij. in concilio generali †.

¶ Cùm matrimonia sunt contrahẽda,debẽt per Presbyteros in Ecclesia edicta proponi, assignato termino, infra quem, qui voluerit impedire, impedimentũ opponat: & si probabilis coniectura fuerit de impedimento, interdicatur matrimoniũ, donec de hoc cognoscatur. Hoc primo vsque ad §. si quis.

CAsvs.Aliqui contrahunt matrimonium occultè,ita quod aliqua probatio fieri nõ potest:Quæritur,quid iuris sit? dicitur, quòd non sunt ab Ecclesia aliquatenus compellendi, si alter negauerit:verũtamẽ si illi hoc voluerint publicare,ab Ecclesia talia matrimonia recipienda sunt, & comprobanda, tanquam si à principio in conspectu Ecclesiæ contracta fuissent: nisi aliqua rationabilis causa impediat. Nota,quòd clam cõtrahentes non sunt compellendi cohabitare. Item viro, & mulieri creditur de matrimonio. Item matrimonium,quod ab initio ab Ecclesia non valebat, ex postfacto valet, & tunc filij reputantur legitimi.

a ¶ *Compellendi.*] Si alter,vel vterque negauerit se contraxisse,non debent compelli, vt simul maneant, ex quo non probatur,quia Ecclesia non iudicat de occultis.32.*dist. erubescãt.* & 32.q.5.*Christiana.* & *hic.* immò potiùs sunt ab inuicem separandi, quia contubernia, vel stupra præsumuntur. 35.q.5. *cap.*1.Ber.

b ¶ *Rationabilis causa.*] Putà consanguinitatis.32 q.5. *horrendus.*35.q.3.*contradicimus.*vel affinitas,vel aliud. *j.de eo,qui cognouit consang. vxo. sua.super eo.*

¶ *Glossa seq. arg. alleg. vnum cum contrarium allegat duo, & soluit.*

c ¶ *A principio.*] Arg.quòd ab initio non valebat,tractu temporis conualescit. *ẽ. de elect. quod sicut.§.si autem.* Arg.contra. *ẽ. de elect.dudum.*1.vbi de hoc.*ẽ. de censi. scientes.* sed hoc in principio valebat quoad Deum, licèt non quoad Ecclesiam: sed nunc primò declaratur.sic *j. de frigi.* & *male. fraternitatem.* in fi.sim.*ff. si seruus.Vendi.sicut autem § sed si quæritur.ff.de acquir.re.domi. adeo.§.cùm quis.in fi.*

CV*m inhibitio copulæ coniugalis.*] Habet multa dicta & diuisio patet per §§.licet possit aliis modis diuidi. Abb Sic.

Casvs. Prohibitio coniugalis copulæ in tribus gradibus vltimis reuocata est per idem concilium.*infrà de consanguinitate.* & *affinitate.non debet.*& ideo Papa eam distinctè præcipit obseruari:Vnde inhærendo vestigijs prædecessorum suorum omnino prohibet coniugia clandestina,siue occulta,præcipiẽs vt nullus sacerdos talibus nuptiis interesse præsumat statuens generaliter, vt cum matrimonia fuerint contrahenda, in Ecclesiis publicè proponantur per presbyteros termino competenti statuto, vt infra illum terminum, qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum apponat: & ipsi presbyteri per se nihilominus inuestigẽt, vtrùm aliquod impedimentum obsistat: Si autem aliquod rationabile obiectũ fuerit contra copulam contrahendã contractus interdicatur expressè,donec impedimentum probetur: Si quis autem huiusmodi matrimonia clãdestina,vel aliter prohibita inire præsumpserit in gradu prohibito,etiã ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta, illegitima sit, nullũ habitura subsidium de paterna ignorantia, cum ipsi taliter cõtrahẽdo potiùs affectẽt ignorãtiam, quã scientiam impedimẽti:& eodem modo filij illegitimi erũt si ambo parẽtes sciant impedimentum, & contrahũt contra omne interdictũ: Si verò parochialis sacerdos tales coniunctiones prohibere contẽpserit, aut interesse præsumpserit, per trienniũ ab officio suspendatur, & illis, qui contrahunt contra huiusmodi formam etiã in gradu cõcesso, pœnitẽtia imponatur cõdigna.Et qui malitiosè ad impediẽdam copulam legitimam impedimẽtum obiecerit,similiter puniatur. Nota ꝙ clandestina matrimonia prohibentur. Itẽ qui cõtrahunt contra formam expressam in ista decretali, filij eorum illegitimi erũt, & paterna ignorantia eos non excusat. Item qui potest scire,& non scit,idem est, ac si sciret. Item Ecclesiæ opinio non excusat.Item punitur sacerdos,qui clandestina matrimonia non prohibet, aut qui eis interest. Item punitur, qui facit contra canones. Item puniuntur contrahentes contra formam istam,etiam in gradu concesso.Item punitur, qui malitiosè impedimentum opponit ad impediendam legitimam copulam.

CAP. III.

CVm † inhibitio copulæ coniugalis sit vltimis tribus gradibus reuocata [d], eam in aliis volumus districtè seruari. Vnde prædecessorum [e] nostrorum vestigiis inhærendo, clandestina [f] † coniugia penitus inhibemus: prohibentes etiam,ne quis Sacerdos talibus interesse præsumat. Quare specialem quorundam locorum [g] consuetudinem ad alia generaliter prorogando: Statuimus, vt cum matrimonia fuerint cõtrahenda in Ecclesiis per Presbyteros publicè proponantur, † competenti termino præfinito, vt infra illum, qui voluerit [h], & valuerit legitimum impedimentum opponat: & ipsi Presbyteri nihilominus inuestigent, vtrùm aliquod impedimentum obsistat. Cùm autem apparuerit probabilis [i] coniec-

† Ca.vnico, tit.de clandestino matrimonio in 4. compil.

† Concordat cõcliũ Tri. sess.24. de refor. mar. c.1. §. cui malo. Vbi sit mentio huius decreti.

† propobãtur.

d ¶ *Reuocata.*]Per illam constitutionem.*infra de consang. non debet.*

e ¶ *Prædecessorum.*]*ẽ. eo.c.prox.* & 30.q.5.c.1. Ber.

f ¶ *Clandestina.*] Dicitur clandestinum matrimonium tribus modis[a].Vno modo cùm non habentur testes.*ẽ.c.prox.*Secundò cùm non fit cũ solennitate 30.q.5.*aliter.*Tertio dicitur clandestinum,quòd fit contra tenorem huius constitutionis, videlicet non præmissa denunciatione:tenet tamen quoad Ecclesiam, [b] sed filij nati inde detecto impedimento illegitimi erunt,vt infra sequitur.

a Adde de hac gl. in §. Iterũ quoque.in ver. postea. Instit.de nup. & in gl. in ver. illicitas ibidem.

b Hodie nõ, per concilium Tridentinum sæpe hic citatum.

g ¶ *Quorundam locorum.*]Vt *j.qui matrimo.accu. possunt, cùm in tua.* & *ẽ.de sponsalibus cùm in tua.*

h ¶ *Voluerit.*] Quasi publicum crimen videtur:quia quilibet admittitur, immo quilibet tenetur saltem denuntiare. *j. de cognatio.spiritu. tua.* & *ẽ.de sponsal. cùm in tua* vbi etiam de hoc consanguinei tamen potiùs admittuntur, quàm extranei, 35.q.6.c.1.Sed pone,matrimonium cõtractũ est nulla præmissa tali denunciatione,aliquibus præsentibus quãdo contrahitur, & scientibus impedimentum, & nihil obiicientibus. nunquid isti debent admitti postea ad accusandum, vel ad testificandum contra illud matrimonium in vita, vel etiam post mortem? Videtur, quod non, quia qui sciuit, certiorari non debuit. *ff. de act. empt.* & *Vend. l.*1. *in p.* quia denunciatio non fit nisi propter ignorantes: Item licet contrahentes non fuerint in culpa tamen scientes impedimentũ tacuerunt in dolo,& dolus præpõderat culpæ *ff. ad l. aquil.item Mela. in prin.* & ex quo factum est publicè,non admittitur contradictio. 8. *q.licet.*quare isti, quibus videntibus, & scientibus impedimentum, matrimonium contractum est,non debent amplius admitti: quia non videntur carere suspicione. Qui ergo debeant admitti post denunciationem,dicitur: *j.qui matr. accu possunt. cùm in tua.* post mortem etiam admittitur accusatio,propter bona.*j.qui fil. sint legi. causam.C.ne de sta. defun. quamuis.*

i ¶ *Probabilis cõiectura.*]Nota,ꝙ probabilis causa impedit matrimo-

trimonium contrahendam. ꝰ. *de spon. praeterea. & c. cum in tua.* & ꝗ. *de consan. & affi. super eo.*

a ¶ *Clandestina.*] Scilicet, non praemissa denunciatione: vt dictum est supra. Ber.

b ¶ *Interdicta.*] Post causam probabilem allegatam, nec finitam.

c ¶ *De tali.*] s. clandestina, vel interdicta.

¶ *Glo. seq. quaerit, ponit opi. quam reprobat.*

d ¶ *Si ambo parentes.*] Et ideo nõ ꝓdest opinio Ecclesiae, si ambo parentes sciant impedimētū, quin sint filij illegitimi. Sed qd si vnus scit, & alter nescit? dixit Hug. & Lau.[a] quod quātū ad sciētē sunt illegitimi, quātū ad ignorantem legitimi. *ar. C. de incestis nupt. quis contra.* quod nõ credo: immò legitimi sunt. ꝗ. *qui fil. sint leg. ex tenore.* mōstrū enim esset, si aliquis esset partim legitimus, & partim illegitimus, sicut ꝙ aliquis esse partim seruus, & partim liber *ff. de statuli. si duobus*[b]. & hoc innuitur, cum dicit, ambo parentes.

e ¶ *Tales.*] s. post allegatum impedimentū.

¶ *Glo. seq. not. causam reddit, & argum.*

f ¶ *Poenitentia.*] Nota, puniūtur cōtrahētes, & tñ nullū subest impedimentū. sed illud ideo fit, quia contrahūt cōtra interdictū Ecclesiae, vnde puniūtur nõ propter impedimētū, sed qa mādatū Ecclesiae cōtemnunt. ꝗ. *de mat. cōtract. contra inter. eccl. c. 1.* mandatum enim iudicis cōtemni nõ debet, vt ibi. & *ff. ne quid in loc. pub l. Vlt.* & ita est arg. ꝙ iudex potest punire illum, qui venire ad eius citationē contemnit. *ff. si quis in ius Vo. non ierit. l. 2.* etiam si ius non habeat actor.

g ¶ *Malitiosè.*] Qui enim calūniosè denunciat, punitur: vt hic dicit. & haec poena arbitrio iudicis committitur. ꝰ. *de off. delega. de causis.* tamen clericus, qui calumniosè denunciat, ab officio, & beneficio suspenditur. ꝗ. *de calum. c. 2.*

ctura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expressè, donec quid fieri debeat super eo, manifestis constiterit documentis.

¶ *Si in gradu prohibito matrimoniū clādestinè, vel cōtra interdictū, de quo supra, contractū fuerit, etiā per ignorātes de impedimento, nati ex illo matrimonio sunt illegitimi. Idem est, si ambo parentes sciūt impedimentū matrimonij, licèt in conspectu Ecclesiae contrahant. h. d. vsque ad §. Sanè. Abbas.*

¶ Si † quis verò huiusmodi clādestina[a], vel interdicta[b] coniugia inire praesumpserit, in gradu prohibito etiam ignoranter, soboles de tali[c] coniunctione suscepta prorsus illegitima censeatur, de parentum ignorantia, nullum habitura subsidium: cùm illi taliter contrahendo non expertes scientiae, vel saltem affectatores ignorantiae videantur: Pari modo proles illegitima censeatur, si ambo parentes[d] impedimentum scientes legitimū, praeter omne interdictum, etiam in conspectu Ecclesiae contrahere praesumpserunt.

¶ *Sacerdos, qui contēpserit prohibere matrimonia interdicta, & quilibet Clericus etiam regularis, qui interfuit, per triennium à beneficio suspenduntur: & si culpa exegerit, etiam grauius puniuntur: ipsi etiā contrahentes contra hoc c. etiam aliàs licitè, puniendi sunt: & idem in calumniosè denunciantibus. h. d. vsque ad finem. Abbas.*

¶ Sanè si parochialis Sacerdos tales[e] coniunctiones prohibere contempserit; aut quilibet etiam regularis, qui eis praesumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, grauiùs puniendus; si culpae qualitas postulauerit. Sed his, qui taliter praesumpserint etiam in gradu cōcesso copulari, condigna poenitentia[f] iniungatur. Si quis autem ad impediēdam legitimam copulam, malitiosè[g] † impedimentum obiecerit, canonicam non effugiet vltionem.

TITVLVS IV.

De sponsa duorum.

¶ Augustinus † de fide pactionis, & consensus.

¶ *Contrahens successiuè per verba de praesenti cum duabus, tenetur adhaerere primae; Si autem primò contraxit per verba de futuro, secūdò per verba de praesenti, adhaerebit secundae.*

CAP. I.

Duob. † modis dicitur fides, pactionis[h], & consensus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debet[i] alium † ducere: si aliam duxerit, poenitentiam debet agere de fide mentita, maneat tamen cū illa, quam duxit. Non enim rescindi debet tantum sacramentum[k]. Si autem fecerit fidem consensus, non licet ei aliam ducere: si autem duxerit, dimittet ipsam, & adhaerebit priori[l].

¶ Est autem[m] fides pactionis, quando aliquis promittit alicui fidem, quod eam ducet, si permiserit[n] eum rem secum habere, vel etiam pro consensu. ¶ Fides autem consensus est, quando etsi non stringit manum[o], corde tamen, & ore consentit ducere, & mutuò se concedunt vnus alij, & mutuò se suscipiunt.

DE SPONSA DVORVM.

¶ *Suprà visum est de duabus speciebus sponsaliorum, scilicet manifestis & clandestinis: sed quia quandoque quis contrahit successiuè bina sponsalia cum diuersis mulieribus, & posset dubitari, quae praeualeant: ideo post praecedentes subiicit istam. Abbas.*

De hac materia tractatur 27. q. 2. habito. & c. vlt. *caetera dic vt suprà de sponsalibus.*

Duobus.] Habetur hoc *c. pro palea. 27. q. 2. c. duob.* Et secundùm Host. & bene. Istud c. idem dicit in effectu cum c. pen. & c. sicut. ꝰ. *de spon.* Duę sunt partes. Secunda ibi, *Est autem.* & secunda subdiuiditur. Secunda ibi, *Fides.* Abbas Siculus.

Casus. Augustinus in c. isto ostendit, quòd fides coniugalis contractus duplex est. Est enim fides pactionis, & fides cōsensus. Si aliquis dedit alicui mulieri fidem pactionis, nõ debet aliam ducere: si autem duxerit, valet: sed agat poenitentiā de fide mentita. Si autem fidem consensus, nõ debet aliam ducere: & si duxerit, dimittat illā, & adhaerebit priori. Est autem fides pactionis, quando aliquis promittit alicui mulieri, quòd eam ducet, si permiserit eum rem secum habere, vel etiam pro consensu. Fides autem consensus, quando per mutuum consensum de praesenti ad inuicē consentiunt: & mutuo se suscipiunt. Nota, ꝙ duobus modis dicitur fides, pactionis scilicet & consensus. Item adueniente fortiori vinculo rumpitur minùs fortius. Itē post sponsalia de praesenti non debet quis contrahere: & si contrahat, debet redire ad primam.

h ¶ *Pactionis.*] Hoc est dicere: vna est fides de sponsationis de futuro, & altera consensus de praesenti.

i ¶ *Non debet.*] Tamen si duxerit, tenet matrimonium, & agat poenitentiam de fide mentita, vt hic dicitur: & ꝰ. *de sponsali. si inter. in fi. forsitan trium annorum.* & 28. *di. si vir.*

k ¶ *Sacramentum.*] De isto sacramento habes. sim. *de biga. debitum.* quòd dissolui non debet per sponsalia, quae sunt minus vinculum. arg. *ff. de fideiuss. si debitori. 2.*

l ¶ *Priori.*] Vxori, non obstante aliqua consuetudine in contrarium. ꝗ. *eo. c. Vlt.*

m ¶ *Est autem.*] Exponit, quod dixerat in principio.

¶ *Glossa sequens fortificat textum per locum à diuisione: demum ponit tres lecturas.*

n ¶ *Si permiserit.*] Si de fornicario coitu intelligas, conditio turpis est: & ideo pro non adiecta debet haberi. ꝗ. *eo. prox. & c. Vlt.* vnde si postea rem secum habuerit, statim est matrimonium. ꝗ. *eo. prox. de illis. & c. per tuas.* si de legitimo intelligas, multò fortiùs tenet matrimoniū, si coitus subsequatur: potius enim videtur hortatio, id est, quod permittat ei rē secum habere, sim. *ff. de tutel. muta. §. sub conditione.* Ala. dixit, ꝙ istud, si non tenetur conditionaliter, sed causatiuè: quia in omni matrimonio hęc causa, scilicet carnalis[d] copula, debet interuenire, saltem quoad propositum 27. q. 2. *c. beata Maria.* Et expone *si permiserit,* id est, quia permiserit: sim. ꝰ. *de elect. significasti. in verbo. si diligis me.* Lau. dixit, ꝙ per hoc quod dicit, *si permiserit, &c.* notat conditionalem fidem pactionis: per hoc quod sequitur: vel etiam pro consensu, notat simplicem & absolutā fidem pactionis, vel per vtrunque notatur cōditio. Vel potest dici, quòd per hoc notatur, quòd fides pactionis, id est, sponsalia sub conditione contracta duobus modis transit in fidem consensus, id est, in matrimonium de praesenti, scilicet per carnalem copulam, vel per consensum de praesenti, vt ꝗ. *eo. prox. de illis. & c. per tuas.*

o ¶ *Et si non stringit manum.*] Forte per annuli immissionem, 30. q. 5. *foemina.* Cùm enim stringit manum, signum dilectionis est. vel forte alludit consuetudini alicuius loci. Ber.

a *Et Accursius in l. qui contra. incesta allega. qua lex non contradicit, si ponderes. Ioann. And.* ¶ *Vide concilium Tridentinum.* sess. 24. de refor. matr. c. 5. & Clem. vnicam, de consang. & affinit.

b *Antiqui allegabant ff.* de liber. caus. duobus. & *melius facit. Ioann. And.*

† malitiosum.

† *In B. Augustini libris hoc nondum inuenit Antonius Augustinus.*

† Cap. 1. eo ti. in 1. cōp. *Vide Ioannem Maiorem* l. 4. sent. dist. 27. q. 5. & *ibidem Sotum* q. 2. ar. 4. vers. tertium dubiū est.

† *Aliàs ita:* aliā ducere vxorem.

c *Vel arbitrantium* 26. p. 7. tempora *secundū Aland. Ioann. And.*

d *Caute hoc legas, ne putes non esse verum matrimoniū absque carnali copula, quod esset falsū, vt rectè explicat Sotus* l. 4. sen. di 26. q. 2. ar. 4.

Accepisti

dem est ratio vtrobique: ergo eadem debet esse prohibitio, & idem ius. *de confirm. cùm dilecta, cum aliis concord. ibi positis.* & *s. de transla. inter corporalia.* sed secus est secundùm leges, vt dicit lex prædicta *de spon. in C.*

Additio Vel dic, quòd arrha est res fauorabilis, & etiam matrimonium, & ideo arrha potest esse in matrimonio, pœna verò nõ: quia res est odiosa, vt ibi dicitur.

IS qui fidem.] Primò ponit thema, ex quo tacitè elicitur quęstio. Secundo illã soluit, & rationẽ submittit ibi, *Ad primam.* Abbas.

† *Præter Hil- ... Butch. & Præposi- tũ hic, vide Couarruuiã* in epitome li. 4. decretalium p. 1. c. 4. §. 2.

Casvs. Quidam iuuenis dedit fidẽ cuidam mulieri, quòd eam duceret in vxorem, & eam postmodũ carnaliter cognouit. postea in facie Ecclesiæ cum alia matrimonium contraxit: Quæritur, quam istarum debeat habere? Dicitur, quòd ad primam redire tenetur: quia licèt præsumptum primum matrimonium videatur: tamen contra talem pręsumptionem probatio in contrarium non est admittenda. Vnde sequitur, quòd matrimoniũ postea de facto cõtractum, nullum sit. Not. quòd hæc est præsumptio iuris, & de iure, contra quam probatio nõ admittitur.

¶ Idem Episcopo Cenomaneñ.

¶ *Sponsalia de futuro transeunt in matrimonium per carnalem copulã subsecutam, sed non per nisum carnalis copulæ tãtùm. Hoc dicit cum cap. fin. infrà, eod.*

CAP. XXX.

IS †, qui fidem dedit M. mulieri super matrimonio contrahendo, carnali copula subsecuta, etsi in facie Ecclesiæ ducat aliam, & cognoscat, ad primam redire tenetur [a]: quia licèt pręsumptum primum matrimonium videatur, contra præsumptionem [b] tamen huiusmodi non est probatio admittẽda. Ex quo sequitur, quòd nec verũ, nec aliquod censetur matrimonium, quod de facto est postmodum subsecutum.

¶ Idem.

¶ *Sponsalia de præsenti nõ soluuntur per sequens matrimoniũ, etiam carnali copula consummatum: sed sponsalia de futuro etiã iurata, soluuntur per sequentia de præsenti.*

CAP. XXXI.

SI † inter virum, & mulierem legitimus consensus interueniat de præsenti, ita quòd vnus alterum mutuo consensu, verbis consuetis expresso, recipiat vtroque dicente [c]: Ego te in meam accipio: &, Ego te accipio in meum: vel alia verba [d] consensum exprimentia de præsenti: siue sit iuramentum [e] interpositum, siue non: non liceat alteri ad alia vota [f] transire: quod si fecerit, secundum matrimonium de facto contractum (etiamsi sit carnalis copula subsecuta) separari debet, & primum in suã firmitate manere. ¶ Verùm si inter ipsos accessit † tantúmodo promissio de futuro, vtroque dicente alteri: Ego te recipiã in meã: &, Ego te in meum: siue verba similia: si alius mulierem illam per verba de præsenti desponsauerit, etiamsi inter ipsam, & primum, iuramentum interuenerit (sicut dicimus) de futuro, huiusmodi desponsationis intuitu, secundum matrimonium non poterit separari [g], sed eis est de violatione fidei pœnitentia iniungenda.

† accesserit.

† *Vide Dominicum Sotum* l. 4. sen. d. 7. q. 2. ar. 5. *Syluestrũ* in summa, verbo, spõsalia, qu. 10. & *Couarruuiam* in epitome lib. 4. decretaliũ. p. 2. c. 5.

a ¶ *Redire tenetur.*] Sic *s. eod. veniens.* & *j. de cond. appo. de illis.* & *c. per tuas.*

¶ *Glo. seq. distinguit circa præsũptiones, in fin. obiicit, & soluit.*

b ¶ *Contra præsumptionẽ.*] Nota circa huiusmodi pręsumptiones [a]: quòd pręsumptio alia est iuris, & canonis, siue legis, alia hominis, alia naturæ, alia facti. Præsumptio iuris, & canonis, siue legis, siue iuris, siue de iure, quod idẽ est, nõ recipit probationẽ in contrariũ, vt lex pręsumit, mulierẽ stipulatã dotẽ sibi reddi, quæ non est stipulata: & si quis vellet probare contrarium, nõ auditur. *C. de rei vxo. actio. l. 1. §. 1.* Idẽ est in arrogato, qui semper intelligitur stipulatus quartã partẽ de bonis arrogatoris, si emãcipatur *ff. de ado. si arrogator* & de tali loquitur hic. Et ita præsumptum dicitur istud matrimoniũ. similis pręsũptio est *11. q. 1. si quis clericorum.* & *j. qui ma. accu. poss. insuper. sim. s. eo. ad id quod.* & *54. dist. fraternitatem.* & *j. de iuda. cap. vlt.* quod loquitur in eodem casu cum *c. fraternitatem.* Pręsũptio hominis est, cùm præsumitur contra aliquẽ hominẽ propter malam famam: contra hanc pręsumptionem bene admittitur probatio in contrarium. *s. eo. cùm in tua.* & *2. q. 5. presbyter.* & *c. si mala fama. j. de pur. ca. cùm P.* & *ff. quod me. cau. no est verisimile.* Præsumptio naturæ est, vt cũ exhæredo filium meũ, præsumitur cõtra me, quòd iniustè exhęredauerim eũ. & hoc propter naturam: & ideo hęredes mei probare tenẽtur, quòd iustè exhæredauerim eum. *C. de inof. test. l. omnimodo. ver. si tamen.* Præsumptio facti alia præcedẽtis circa futura, vt si semel calũniatus es contra me, & iterũ velis me accusare, pŕsumitur modò te velle iterum calumniari. *ff. de accu. si cui. § iisdem, 3. q. 10. placuit.* & *c. si accusatorum.* & *s. de præsump. mandata.* & *c. scribam eis.* Præsumptio facti subsequẽtis circa præterita est, vt si aliqui fuerint accusati de crimine adulterij, quod depellebãt prętextu proximitatis, si postea in matrimoniũ se coniunxerint, manifestè pręsumit facinus, in quo accusati fuerint. *C. de adul. si his qui adulterij. ff. ad Macedo. item si filius. aliàs incipit, sed Iulianus. § interdũ circa fi.* & *in Auth. vt nulli iudi. §. si quis verò. coll. 9.* Et est alia pręsumptio iuris tantũ, vt si vir diu cohabitauit vxori, pręsumitur ab eo cognita *32. q. 1. dixit dñs.* & *27. q. 1. nec aliqua.* & contra hanc pręsumptionem probatio admitti [?] *s. de prob. ex. proposuisti* & *ff. de proba. si chirographũ* [b]. sed hic nõ fuit substantia, & forma coniugalis contractus, de qua dicitur *s. eo. sua.* vnde non est matrimonium. Satis dicitur hic fuisse substãtia, & forma: quia cõsensus, & forma fuit hic. licèt per verba de futuro, quæ per carnalẽ copulã subsequẽtem fiunt de præsenti præsumptiuè: sed per carnalem copulã subsequentem præsumitur consensus, per verba præcedentia designatur forma, licèt illa ab initio fuerint de futuro. Ber.

a *De materia huius gl.* [?] *& Alexan- drũ in tract. de pręsumptionibus,* & *Ioannem Milleum* in practica criminali tractatu de pręsumptione. & *Simãcam* in Catholicis instit. tit. 50.

b *Cancellarius chirographi præsumptionẽ facit de solutione debiti, recipit tamen probationem in contrarium. Ioan. And.*

SI inter virum.] Duo sunt dicta. Secundum ibi, *Verùm.* Abbas. Sic.

Casvs. Si inter virum, & vxorem consensus de præsenti interuenerit sub hac forma verborum: ego accipio te in meam: &, ego accipio te in meum: vel per alia verba consensum exprimentia de præsẽti: siue iuramentum interuenerit, siue nõ, nõ licet alteri postmodũ ad alia vota transire: quod si fecerit, etiãsi carnalis copula sit subsecuta, debẽt separari, & primum matrimonium in sua firmitate manere. Sed si inter eos verba interuenerint de futuro, vtroque dicente alteri, Ego accipiam te in meam, &, Ego accipiam te in meum: vel similia verba: si alter cum altera per verba de præsenti postmodum cõtraxerit, non debẽt separari, etiãsi inter ipsam, & primum iuramentũ interuenerit, sed de fide mentita ei est pœnitentia iniungenda. Nota, quòd iuramẽtũ non est de substantia matrimonij.

¶ *Gloss. seq. arg. alleg. c. infra: subdit signa sufficere, alleg. contrarium.*

c ¶ *Dicente.*] Ergo altero loquente tantũ non est matrimoniũ: quia non loquens suum consensum nõ exprimit. arg. *30. q. 2. c. 1.* Item arg. quòd qui tacet, non consentit. quia verba sunt necessaria consensum exprimẽtia *s. eo. sua.* sim. *ff. de procu. filius familias. § mutum* [c]. & si cõsensum exprimat alter aliquo signo, vel nutu licèt nihil exprimat ore, satis videtur idẽ. Arg. cõtra, quòd non sit matrimonium: quia stipulatio non contrahitur nisi vtroque loquente, etiamsi annuat sine verbis. *ff. de ver. obl. l. 1. in prin.* & *§. si quis ita.* ergo idem in matrimonio. arg. istius litteræ, *vtroque dicente.* muti tamẽ sine ista forma cõtrahere possunt, dum tamen consensum exprimant signis, *s. eod. cùm apud.* & *ff. de iure do. mutum.* arg. *ff. de tute. muto.* & illa signa ęquipollent huic formæ. & ita non refert, dummodo consensus exprimatur, etiam in loquente subsecuta subarrhatione per immissionem annuli: nam multæ propter verecundiam annuunt potiùs, quàm loquantur, maximè præsentibus parentibus, *32. q. 2. honorantur.*

† *Præter Doctores hic, vide Geminianum, & Francum* in c. 2. §. idem. de desponsat. impu. li. 6. *Syluestrum* in summa: verbo, matrimonium. 2. q. 16. & *Alciatum* tract. de pręsumptio. regula 3. præsumptione 38.

c *Dicitur procurator innuitus, qui expressè non consentit. Io. And.*

d ¶ *Alia verba.*] *s. eo. ex parte.* & *30. q. 5. §. si quis dimiserit.*

e ¶ *Iuramentum.*] Et ita iuramentum non est de substantia matrimonij.

f ¶ *Ad alia vota.*] Ad religionem tamen bene posset ante carnalem copulam transire. *s. de conuer. coniug. ex publico.*

¶ *Glo. seq. dat vnum simile.*

g ¶ *Non poterit separari.*] Quia fortius vinculũ superuenit, & sic soluuntur sponsalia, non obstãte iuramẽto: sic & votũ simplex soluitur superueniente matrimonio. *27. dist. si vir.* & *27. q. 2. nuptiarum.* & minùs punitur propter bonum matrimonij subsequentis, vt *c. si vir.* Bern.

Idem.

¶ *Nisus ad copulam non facit sponsalia de futuro transire in matrimonium.*

CAP. XXXII.

ADolescens †, qui desponsatam sibi per verba de futuro, licèt sæpe nisus fuerit, carnaliter non cognoscens, cum tali

ADolescens.] Ponit dictum, causam inserens ibi, *Cum qua.* Abbas.

Casvs. Adolescẽs quidã cũ quadã contraxit, per verba de futuro, nisus fuit sæpe illã cognoscere, sed non potuit: postmodũ cũ alia cõtraxit per verba de pręsẽti: Quęritur, quã illarũ debeat habere? Dicitur quòd primã habere nõ potest: quia cũ illa nõ fuit verũ matrimoniũ, nec pręsumptũ: quia conatus non habuit effectũ, & ita secundã habebit vxorẽ. Nota quòd conatus, siue volũtas sine effectu non nocet: & verba cũ effectu accipiẽda sunt.

¶ Do

a ¶ *De præsenti contraxit.*] Et sic soluta fuerunt priora sponsalia. *s. c. prox. & j. de spon. duorum duobus.* & sic remanebit cum secunda, & aget pœnitentiam de fide mentita, vt dicit c. *duobus.* Ber.

b ¶ *Nec præsumptum.*] Verum non fuit, quia ibi non fuit consensus de præsenti, præsumptum non fuit: quia non fuit carnalis copula subsecuta. De præsumpto matrimonio habes *s. eo. in qui. s. de re iud. tenor.* vbi de hoc. & *27. q. si quis vxorem.*

¶ *Glos. seq. not. effectum ponderandum, non conatum, vel verba, allegans plura in cõtrarium.*

c ¶ *Conatus.*] Nota, quod conatus, siue voluntas sine effectu non nocet, vt hic patet. & *de pœn. dist. 1. §. hac autem verba. & §. cogitationis pœnam. & ff. quib. mo. pig. vel hypo. solu. sicut. §. si voluntate. & 17. q. 4. si quis suadente. & ff. quod quisque iu. l. 1. in fi.* Et cum condemnatum accipere debemus tantum, qui iure condemnatus est, ita vt snĩa teneat: & si nulla est snĩa, non dr̃ condemnatus. *ff. de re iudi. si se. §. condemnatum.* Itẽ arg. quod verba cum effectu sunt accipienda. *s. de cleri. non resid. relatum. & ff. ne quis eum qui in ius vo. est vi exi. l. pen. §. docere.* At contra, quod voluntas seu conatus delinquentis puniri debeat, quamuis sine effectu. *s. de biga. nu. & c. vlt. & 51. dist. si quis post acceptum. & de pœni. dist. 1. si quis non dicam. si quis cum telo. & quatuor §§ seq. & ff. de extraor. cri. l. 1. & C. si quacunque prad. po. l. 1. in prin.* * *& s. eo. iuuenis.*

postmodum per verba de præsenti contraxit [a]: non primam, cum qua nec fuit verum matrimonium ex forma contractus: nec præsumptum [b], cum conatus [c] non habuisset effectum: sed secundam debet habere vxorem.

TITVLVS II.

De desponsatione impuberum.

¶ Hormisda Eusebio Episcopo.

¶ *Pater pro filio impubere sponsalia contrahit, pro pubere verò non, nisi consentiat.*

CAP. I.

TVA † fraternitas requisiuit de filio adulto, quem pater matrimonium vult contrahere, si sine voluntate adulti filij facere potest. Ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit [d] filius, fieri non posse. ¶ Potest autem filium nondum adultum (voluntas cuius discerni non potest) pater, cui vult, matrimonio tradere: Et postquam filius peruenerit ad perfectam ætatẽ, omnino debet [e] hoc adimplere.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cõpil. Vide cõcilium Tridẽn. sess. 24. de refor. matr. c. 9. B. Thomã in quæstionibus additis ad 3 p. q. 47. art. 6. & Sotum in 4. sent. dist. 29. q. 1. art. 4.

a Pœnitur in 2. libris aurs prædictam potestate, quæ minus pro nuptiis infert subiectè, vel parentibus: etiamsi nuptias non peregerit. Ioan. And.

DE DESPONSATIONE IMPVBERVM.

¶ *Suprà visum est de sponsalibus in genere, nunc de eis submittit in specie, scilicet de illis quæ contrahuntur per impuberes. Vel aliter, & sic: Quia ad sponsalia contrahenda, certa ætas determinata est à iure: ideo subiicitur ista rubrica, in qua tractat de ætate habili ad sponsalia, ideo, &c.*

De hac materia vide 30. q. 2. & facit. 20. q. 1. c. 1. *& repetitur in Sexto. Abbas.*

T*Va fraternitas.*] Habet tria dicta: secundum ibi, *Potest.* tertium ibi, *Et postquam.* Abbas Siculus.

CASVS. Pater vult, quod filius eius contrahat cum aliqua muliere, filius adultus non vult cum illa contrahere: Quæritur, an pater filium compellere possit, vt cum illa contrahat? Dicitur, quòd si filius non consentit, hoc fieri non potest. Sed filium nondum adultum potest pater, cui vult, in matrimonium tradere, quia ipsius voluntas adhuc discerni non potest. Sed postquam venerit ad legitimam ætatem, debet factum patris ratum habere, si sibi placuerit: sed non compellitur. Nota, quòd libera debet esse voluntas in matrimonio contrahendo: & filius non adultus in hoc patri subiacet. Item pater non potest cogere filium adultum ad contrahendum. Filium verò non adultum cogere potest, vt videtur, quòd verum est quoad sponsalia, nõ quoad matrimonium: quod patet, cum dicitur in littera: dum venerit ad legitimam ætatem: & illud quod postea sequitur, debet exponi de debito honestatis non necessitatis.

¶ *Glo. seq. rect. per q. quid si filius, vel filia coactione patris, &c.*

d ¶ *Consentit.*] Si coactione paterna ductus consentiret in aliquam, quam aliàs nõ esset ducturus, eam voluisse vr̃, & est matrimonium. *ff. de rit. nup. si patre.* cogi tñ non debet. *ff. e. non cogitur. & C. de nupt. nec filium.* nec potest eum compellere inuitum. *ff. de spon. filiosamilias.* quia inuitæ nuptiæ difficiles exitus consueuerunt habere. *s. tit. prox. requisiuit & 31. q. 2. §. 1.* secus videtur de filia sñm leges: nam illa contradicere nõ potest, nisi pater dederit ei turpem, vel moribus suis indignum. *ff. de spon. sed quæ patris.* secus tamen secundùm canones [b]. *s. tit. prox. cùm locum. & 27. q. 2. sufficiat.* Ber.

b Neque est à sanctione canonũ recedendum, quicquid leges ciuiles iubent.

V e ¶ *Debet.*] Debito honestatis, nõ necessitatis. *s. de test. c. 1.*

V*Bi non est.*] Primò ponit dictum. secũdò excipit ibi, *Nisi.* Tertiò exemplificat ibi, *Vtpote.* Abb.

¶ Nicolaus Papa.

¶ *Impuberes ambo, vel alter, nisi pro bono coniungi non debent.*

CAP. II.

VBi † non est consensus [f]: *vt infrà.* ¶ Districtiùs inhibemus, ne aliqui, quorũ vterque, vel alter ad ætatem legibus, vel canonibus [g] determinatam non peruenerit, coniungantur [h]: Nisi fortè aliqua vrgentissima necessitate interueniente: vtpote pro bono pacis [i] talis coniunctio toleretur.

† Cap. 4. eo. ti. in 1. cõp. Panor. li. 6. t. 11. c. 3. siue c. 112. Gratianus 30. q. 2 c. Vbi nõ est. Vide Syluestrum in sũma: Verbo sponsalia q. 1.

CASVS. Dicitur hîc, quod aliqui, quorũ vterque, vel alter ad legitimam ætatem ad matrimonium non peruenerit, coniungi non debent, nisi fortè aliqua iusta causa interueniente, vt putà pro bono pacis, cuius contrarium fuit causa huius prohibitionis: putà contrahebant aliqui in minori ætate, cum ad ætatem legitimam peruenie-bant, displicebat alteri, & sic non contrahebant, propter quod scandalum, & odium inter parentes oriebatur. Nota, quod pro bono pacis reformando toleratur matrimonium, quod aliàs fieri interdiceretur.

f ¶ *Consensus.*] Verus, vel præsumptus.

g ¶ *Canonibus.*] Ætas ad matrimonium contrahẽdum tam secundùm leges, quàm secũdum canones est xij. annorũ in fœmina. *ff. de ritu nup. minorem. & j. eo. continebatur.* In viro xiiij. annorum. *j. eo. attestationes.* quantum ad sponsalia ætas vij. ann. *ff. de despon.* & in sponsalibus *j. eo. litteras. accessit. & c. duo.* Ber.

¶ Isidorus †.

¶ *Puberes sunt quoad matrimonium, qui ex habitu corporis concipere, & generare possunt.*

† Lib. 11. Etymologiarum, ca. 2. & c. 7 eo. t. in 1. cõp. Et vide præ cæteris hic Host.

CAP. III.

PVberes à pube sunt vocati, id est, à pudentia [k] † corporis nuncupati: quia hæc loca primò lanuginem ducunt. Quidam tamen ex annis pubertatem existimant: id est, eum esse puberem, qui xiiij. annos [l] impleuit, quamuis tardissimè [m] pubescat. Certum autem est eum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare [n] iam potest. ¶ Et puerperæ sunt, quæ in annis puerilibus pariunt.

† Fortassis legendum, à pudendis, vt apud Isidorũ: quod & textui conuenit. sequitur enim: quia hæc loco primo lanuginẽ ducunt: quod rectè obseruat Antonius Augustinus, sed de his vocibus consule humaniorũ litterarum professores.

¶ *Gl. seq. ponit duas lect.*

h ¶ *Coniungantur.*] Matrimonialiter: quia consentire non possunt. *j. de frigid. & malefi. quod sedem.* Vel intellige quantùm ad sponsalia: & ideo prohibentur, quia sæpe mutant postea voluntatem, vnde propterea oritur discordia inter ipsos: & dimittentes consanguineis copulantur, vt *s. tit. prox. iuuenis.* quod esse non potest. *s. tit. prox. sponsam.* Ber.

i ¶ *Pacis.*] Nota pro bono pacis admittendum, quod aliàs prohibetur. *3. q. 6. hoc quippe.* Vnde versus:

Pax vt seruetur, moderamen iuris habetur.

P*Vberes.*] Primò narrat dictum. Secundò refert vnam opinionem ibi *Quidam.* Tertiò aliud dictum ibi, *Certum.* Quartò aliud ibi, *Et puerperæ.* Abbas.

CASVS. Isidorus interpretatur, quis dicatur pubes: dicitur etiam pubes à pudentia corporis, quia loca illa primò lanuginem ducunt. Quidam tamen computant pubertatem ex annis primis, id est, illum puberem dicunt, qui annum xiiij. compleuit, quamuis tardiùs pubescat. Sed verum est, illum puberem esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostendit, & generare possit: & puerperæ dicuntur, quæ in puerilibus annis pariunt. Nota, quod in matrimonio contrahendo non debet considerari tempus, sed vtrùm sit talis, qui generare, vel concipere possit, tam in masculo, quàm in fœmina.

k ¶ *Pudentia.*] Id est, pudore, quam patiebantur inspicientes, & inspecti in partibus, siue membris pudendis: vt *instit. quib. mo. tu. fi. circa prin.*

l ¶ *Xiiij. annos.*] *20. q. 1. illud. & s. de regular. ad nostram.*

¶ *Glo. seq. quærit, opin. ponit, contrarium soluit.*

m ¶ *Tardissimè.*] Quid si iste, qui iam compleuit xiiij annos, talis appareat, quod nullo modo possit generare, & contrahat, nũquid tenet matrimonium? Dicunt quidam, quod tenet matrimonium: contrarium credo [c], quia nec est pubes, vt *j.* dicitur. nec in eo reperiuntur tria bona matrimonij, quæ sunt fides, proles, & sacramentum. *27. q. 2. omne itaque.* iste non est talis, qui possit habere prolem, quod etiam satis patet per litteram sequentem. Arg. contra. *j. eo. de illis.*

c Idẽ dixit Alanus in ca. 3. eo. tit. in 1. compila. quod omisit in hac sua collectione Raymũdus, hæc tamẽ glossa opinio non placet hic Io. And. in eum videto.

¶ *Gloss. seq. distinguit pubertatem matrimonij, & tutelæ.*

n ¶ *Ostẽdit, & generare*] Ergo pubertas ex vigore naturali, nõ

ex annorum numero comprobatur: quod verum est quoad matrimonium contrahendum, vt dixi. *j. eo. de illis.* 2. *& c. vlt.* ibi malitia supplet ætatem, ex quibus etiam probatur, quod matrimonium consideratur, ex pubertate tantum, & non ex annorum numero: quoad tutelam, vel curam: ætas annorũ tamen consideratur. *C. quando tu. vel cu. esse de. indecorum. Insti. qui. mo. finitur tu. in prin.* sed quoad matrimonium bene inspicitur mulier, & etiam vir, an sint apti ad matrimonium 27. q. 2. *nec aliqua. & s. de proba. propositisti & ca. causã matrimonij.* Ber.

† Herfor.
† Herforden.

¶ Alexander iij. Herfordeñ. † Episcopo.

¶ *Ex sponsalibus contractis cum minore septennio, non oritur impedimentum publicæ honestatis: secus si cum maiore, vel minore consentiente post septennium: & affinitas sequens dissoluit sponsalia præcedentia de futuro.*

CAP. IV.

Litteras † tuæ fraternitatis accepimus, ex quarum tenore perpendimus, quòd cũ quidam esset perfectæ ætatis, quandam puellam in cunabulis desponsauit: procedente verò tempore, matrem puellæ cognouit, & eam in vxorem accepit: *& infrà.* ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod si præfatus vir matrem puellæ, ante quam septimum annum complesset, in vxorem accepit, matrimonium non dissoluas[a]: cum desponsationes huiusmodi nullæ sint, quæ in cunabulis fiunt †. Verum si postquam puella septimum annum compleuit, prædictus vir matrẽ eius accepit vxorem, cùm sponsalia ex tunc[b] placere consueuerint[c]: inter eos sententiam diuortij non differas promulgare: nec ipsum filiam[d], seu matrem habere permittas.

¶ Idem Eboraceñ. Archiepiscopo.

¶ *Sponsalia nulla ex defectu consensus, non creant publicæ honestatis iustitiam: sponsalia verò aliqua sic, licèt legitimo modo fuerint dissoluta.*

Litteras.] Qui desponsauit minorẽ septennio, cũ eius matre contrahere potest: secus si tempore sponsaliorum erat maior: quia si tunc fuit minor, & eadem voluntate permanente facta sit maior: quia si cum matre contrahit, & eã cognoscit, nec matrem habebit, nec filiam. h. d. Communis diuisio. Secunda ibi. *Consultationi.* Abb.

Casvs. Quidam cùm esset ætatis legitimæ ad matrimonium contrahendum, desponsauit quandam puellam in cunabulis: postmodum cognouit matrẽ, & eam in vxorem accepit. Dubitabatur, an eam in vxorem habere posset? Respondet Papa, quod si præfatus vir matrem puellæ in vxorem accepit, antequam puella septimũ annũ compleret, matrimonium tenet: quia huiusmodi desponsationes, quæ infra septimũ annum fiunt, nullæ sunt: verumtamen, si postquam puella vij. annum compleuit, vir ille matrem accepit, quia ex tunc placere consueuerunt sponsalia: matrimonium illud separari debet. & nec matrem, nec filiam habere poterit. Nota, quod sponsalia ante septimum annum contracta nulla sunt, post septimum annum valent, & tenent. Item quod ab initio non valuit, tractu temporis valere incipit.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. compil. *& post concilium Later. sub Alex. 3. p. 11. c. 2. Et de impedimento iustitiæ publicæ honestatis, vide, quid nouissimè cauerit concilium Trid.* sess. 24 de refor. matri. c. 3. *adde citatos s. tit.* præcedenti c. ad audiẽtiam. *& de materia videto Couarruuiam in* epitome l. 4. decretalium. p. 1. c. 2.

† *Vide* l. quantũ ff. de sponsalibus: *cum ibi notatis.*

¶ *Gloss. seq. arg. signat contrarium, & ibi remittit.*

a ¶ *Dissoluas.*] Arg. quod sponsalia contracta de facto non inducant publicæ honestatis iustitiam. arg. contra. *s. tit. prox. ad audientiam.* vbi de hoc. *& c. iuuenis.*

b ¶ *Ex tunc.*] Scilicet, post septem annos, 30. *q. 2. c. vltimo.*

c ¶ *Placere consueuerint.*] Et si placuerit, sola ratihabitione confirmantur, licet ab initio nulla fuissent: & intelliguntur ratum habere, nisi expresse contradixerint ætate legitima adueniente, vt hic colligitur: sed intelligo, quod sponsalia debeant placere, cum simul cohabitant: quia tunc intelliguntur consentire: ex quo non contradicunt. *ff. de ritu nupt. minorem.* secus credo, si seorsum habitant: quia tunc non intelliguntur consentire, nisi vel verbo, vel ipso facto, putà quia vadit ad domum suam, vel dat aliqua munuscula, & consimilia, quæ sponsi facere consueuerunt. arg. ad hoc infra *c. prox. in princ.* vbi dicit, *& postea in eum non consenserit.* Item arg. ad ea, quæ frequentius accidunt, iura adaptari debent. 28. *dist. de Syracusana. & s. de cle. coniug. diuersis fallaciis. C. de la. li. tol. l. vnica.* §. *sed & si quis homini. & 24. q. 5. denique. & Insti. de re. diui.* §. *illud. & 19. q. 2. dua sunt. & ff. de serui. rusti. prædi. cum essent.* §. *per plurium. ff. de vsuc. l. iusto. i. resp. in fi. ff. de legi. nam ad ea.* 2. *q. 5. accusatores.* immò quandoque ad ea, quæ nunquam, vel raro accidũt. *ff. si pars here. pe. l. antiquis.* 19 *dist. in canonicis in fin. ff. de regul. iur. ea quæ raro: de consecr. dist. 4. sanctum est baptisma. in fi. C. de legi. here. si maior. & 51. dist. qui in aliquo. vers. quicunque. ff. de statu homi. non sunt. & l. seq.* a Sol. regulariter obtinet prima rubrica. Contraria casualia sunt, quæ negotiis non cohærent. *ff. de reg. iur. ea quæ raro.*

a *Formabitur ibi casus de ancilla, cui relicta erat libertas, si tres liberos pareret: peperit vnum, & postea tres vno partu, vltimus est liber, Ioan. And.*

d ¶ *Filiam.*] Quam habere non potest propter affinitatem superuenientem, 35. *q. 3. nec eam quam.* nec matrem propter publicæ honestatis iustitiam: vt *j. c. prox. & s. tit. prox. ad audientiam. & j. eo. continebatur.* §. *vlt.* Ber.

CAP. V.

Accessit † ad præsentiam nostram: *& infrà.* ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd puella non esset septennis, quando G. † desponsata fuit, & postea in eum non consenserit[e], & quod idem G. † ab huiusmodi desponsatione per te fuerit absolutus[f] †, matrimonium inter eundem G. † & matrem puellæ celebratum præcipias inuiolabiliter obseruari, & eorum prolem[g] denuncies esse legitimam: quia desponsationes, & matrimonia ante septem annos fieri non possunt, si consensus postea non accedit[h]. Sanè si præfata puella ante desponsationem[i] septimum annum compleuerat, licet prædictus vir à desponsatione ipsius puellæ, ipso iure[k] fuerit absolutus, cùm ea in eũ consentire noluerit: inhonestũ[l] tamẽ videtur, vt matrem eius habeat, cuius filia fuit † sibi desponsata.

¶ Idem Noruiceñ. Episcopo.

¶ *Si impubes desponsata, & tradùcta petit licentiam pubes facta alteri nubendi, non auditur, si vir iurat se eam cognouisse: nec auditur, se nondum pubes, sed proxima pubertati probetur cognita. Et ex sponsa-*

Accessit.] Summatum est s. *ca. prox.* Distinguit duo membra. Secundum ibi, *Sanè.* Abbas.

Casvs. Quidam G. nomine contraxit sponsalia, cum quadã puella in minori ætate, siue infra nubiles annos, & cùm ipsa in dictum G. cõsentire nollet, ab eo fuit per Archiepiscopũ absoluta. postmodum dictus G. cum matre puellæ matrimonium contraxit, & ex ea filios suscepit. Dubitauit Archiepiscopus, vtrùm matrimonium illud teneret, & an filij eorũ legitimi sint habendi? Super hoc Papa consultus rñdet, & mandat Archiepiscopo, quatenus si constiterit ei, quod puella nõ esset vij. annorum, quñ præfato G. despõsata fuit, & quòd idem G. fuisset absolutus ab ipsa, matrimonium illud legitimum iudicet, & prolem eorum legitimam denũciet: quia desponsationes infra vij. annum non teneant, si consensus postea nõ accedat. Si vero dicta puella antequam desponsata prædicto G. fuisset, vij. annum compleuerit, quamuis ab ipsa absolutus fuisset, quia in eũ cõsentire nolebat, matrem puellæ habere nõ potest. Nota, quod diuortium dicitur celebrari inter quos nullum fuit matrimoniũ. Item sponsalia intra vij. annum contracta non tenent, & ita non impeditur coniungi, qui contraxit cum matre illius puellæ, dummodo post septimum annum ad inuicem non consenserint. Item ratihabitio subsequens confirmat contractum præcedentem.

† Cap. 6. eo. tit. in 1. compil. *& post concilium Later. sub Alex. 3. p. 6. c. 7.*

† *Aliàs,* V. *Aliàs ita:* quando ab G. despõsata, &c. *aliàs ab V. despõsata.*

† V.

† *Vide citatos c. præcedenti.*

† V.

† fuerat.

e ¶ *Consenserit.*] Dic super hoc vt s. *c. prox.*

f ¶ *Absolutus.*] Maximè, hæc absolutio factum tantùm respicit, cùm nulla fuissent sponsalia. s. *c. prox.* Ber.

g ¶ *Prolem.*] Quia vbi matrimonium legitimum est, & filij legitimi erunt. 34. *dist. si quis viduam. & 32. q. 4. dicat aliquis.* & si matrimonium reputatur legitimum, licèt non sit, filij tamen erunt legitimi. *j. qui filij sint legit. cùm inter.* hodie idem obtinet denunciatione præmissa[b]. *infrà, de clande. despon. cum inhibitio.*

h ¶ *Accedit.*] Tacitè, vel expressè: vt dictum est *suprà capite prox.*

i ¶ *Ante desponsationem.*] Ipsius puellæ. Ber.

¶ *Glo. seq. ponit opinionem, & lecturam, quam reprobat.*

k ¶ *Ipso iure.*] Hoc ideo dicit, quia cùm maior contrahit sponsalia cum minore, adueniente ætate, si minor noluerit cõsentire in matrimonium, ab Ecclesia debet absolui: quia illa noluit consentire, fuit absolutus ab Episcopo. Nec intelligitur ipso iure, id est, sponsalia nulla fuerunt ipso iure, vt quidam[c] dixerunt, quia ipsa non consensit in sponsalibus: sed hoc stare non potest: quia si hoc fuisset, non separaretur matrimonium contractum cum matre, cùm nulla fuissent sponsalia, vt patet, per princip. c. vbi non separantur.

l ¶ *Inhonestum.*] Quia nullam de cõsanguinitate[d] illius puellæ poterit recipere in vxorem: ergo multo minus matrem. s. *ti. prox. ad audientiam. & c. sponsam & c. iuuenis.* cum illa puella fuerit sponsa illius. vt *j. c. prox. in fi.*

b *Cum aliàs ignorat impedimẽtum, secus cum ambo sciũt, vt ibi Ioan. And.*

c *Tunc scilicet, sed mouebatur ex antiqua, vbi præcipiebatur matrimonium simulando iustitiæ contractum cum matre.*

d *De hoc articulo latè disputant Doctores in c. 1. de desponsa. l. 6. sed tene, quod nouissimè diffiniuit concilium Trid.* sess. 24. de refor. matrim. c. 3. *adde citatos s. ti. præcedenti. c. ad audientiam.*

Contino

C*Ontinebatur.*]Primò ponitur consultatio. Secundò respõsio ibi, *Consultationi.* Abbas.

Casvs. Quędam puella infra nubiles annos cõstituta, tradita fuit in vxorem cuidam iuueni, & ab eo traducta: postmodum cùm peruenit ad nubiles annos, postulauit licentiam cũ alio contrahendi, dicens, ꝙ in illum non consensit: iuuenis ille in contrarium allegauit, quòd & si forte cùm despõsauit eam, nõdum annum xij. attigisset, ita erat ætati proxima, ꝙ eam carnaliter cognouit: & parentes ipsius asserebant eam esse ætatis legitimæ: Quæsitum fuit à Papa, cui esset potiùs credendũ? Rñdet Papa, quòd in decretis habetur expressum, vt si vir dicat, quòd vxorem suam cognouerit, & mulier negauerit, stãdum est verbo viri: & in casu præmisso standum est verbo viri, qui dicit se eam cognouisse, si illud iuramento firmauerit. Si vero fuit ætati proxima, vt in xj. anno, vel circa xij. & cum assensu suo desp͂õsata, & cognita, ab eo separari non debet, præcipue cùm parentes ipsius eam legitimæ ætatis fateretur. In fine dicit, ꝙ si puella infra nubiles annos alicui fuerit desponsata, non licet alicui de consanguinitate illius, cui desponsata fuerat, eam ducere in vxorem, nec sponsus poterit aliquam accipere de consanguinitate spõsæ. Nota: ꝙ potiùs creditur viro, quàm mulieri, sed hoc est fauore matrimonij. Itẽ ab xj. anno dicitur mulier proxima nuptui, & apta. Item sponsalia infra nubiles annos contracta, licèt ad matrimonium non perueniant, impediunt matrimonium contrahendum cum omnibus consanguineis alterutrius.

† Cap. 8. eo. ti. in 1. compil. *& post concilium Later. sub Alex. 3. p. 6. c. 19.*

† *In concilio apud Copendium c. 20. vt est apud Burchardũ* l. 9. decret. *c. 42. & Iuonem* p. 8. c. 180.

† cognouit.

† *Teneas menor, quod deffiniuit cõcilium Tridentinũ* sess. 24. de reforma. c. 3.

libus contractis cũ impubere maiore septẽnio oritur publica honestas.

CAP. VI.

CÓntinebatur † in litteris tuis, quòd cùm quadã puella infra nubiles annos, cuidam in vxorem tradita fuerit, & ab ipso traducta: hæc ad nubiles annos perueniens, alij nubendi licentiam postulauit, asserens se in eundem nullatenus consensisse: *& infrà.* ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm in decretis[a] † habeatur expressum, quòd si vir dixerit, quòd vxorem suam cognouerit†, & mulier negauerit, viri standum est veritati[b]: præfato viro, qui dicit se mulierem ipsam cognouisse, fides est adhibenda, si id firmauerit iuramento[c]. ¶ Si autẽ fuerit ætati proxima[d], vt in vndecimo, vel circa duodecimum annum, & cum suo assensu desponsata, & cognita ab eodem viro, separari non debet: præsertim[e] cùm parentes eius ipsam fuisse ætatis legitimæ faterentur. ¶ Si † verò puella infra nubiles annos alicui desponsata fuerit, non licet alicui de consanguinitate[f] ipsius †, cui desponsata fuerit †, eam ducere in vxorem, nec fas est eidem sponso, de consanguinitate sponsæ sibi aliquam copulare.

a ¶ *In decretis.*]33. q. 1. *si quis acceperit vxorem.* §. 1.

¶ *Glossa sequens signat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Viri standum est veritati.*]Arg. contra, 27. 2. *quod interrogasti.* & 33. q. 1. *requisisti.* Sol. vbi vir se dicit cognouisse vxorem, & ista negat, statur verbo viri, vt hîc, & 33. q. 1. *si quis acceperit.* sed c. *requisisti*, intelligitur, quãdo vterque cõfitetur, quòd carnaliter iungi propter frigiditatem non possunt, & vterque septima manu propinquorũ debet iurare, ꝙ non possunt carnaliter commisceri. c. *quod interrogasti*, intelligitur, quando maritus non dicit, ꝙ vxorem cognouerit: vnd auditur mulier. præterea quòd dicit hîc: *fides est adhibenda viro, si iurauerit*; hoc intelligo, quando mulier non probat se virginem per aspectum corporis: quia tunc bene auditur. s. *de proba. proposuisti* & c. *causam*[a].

c ¶ *Iuramẽto.*]Sed quare compellitur iste iurare, cùm sit reus. 6. q. 5. *actor*? Ideo compellitur iurare, ne hoc diceret in fraudẽ, & in præiudicium mulieris, nec cedere tenetur ei mulier sine iuramento, præcipuè in causa matrimonij propter periculũ animæ. Lau. dixit, ꝙ hoc ideo, quia fundata videbatur intẽtio mulieris. quia traducta mulier fuerat minor. vnde ad tollendam præsumptionem illam debet iurare: secus esset, si mulier omnino nihil probasset, vt s. *de iureiur. c. vlt.* vbi de hoc. sim. j. *eo. attestationes.* Et sic est arg. ꝙ in causis matrimonialibus non debet omitti iuramentum, ne in fraudem aliquid tentetur. s. *de testi. tuis quæstionibus.*

¶ *Glos. sequens quærit, & soluit.*

d ¶ *Proxima.*]Sed qñ dicitur ætati proxima[b]? Potest dici, ꝙ cũ distat à pubertate per sex mẽses, vel minùs, s. *eo. attestationes.* & ff. *de excu. tuto. nõ tantũ.* & sic proximus pubertati furti obligatur. *Insti. de ob. quæ ex delict. nas.* s. *in summa.* & intellige nihilominus, ꝙ malitia supplebat ætatem, aliàs non esset matrimonium etiam post xij. annum, vt dixi. s. *eod. puberes.*

e ¶ *Præsertim.*]Id est, maximè, & quod parẽtes cõfitebãtur illã legitimæ ætatis, multum facit pro viro, & contra puellam.

f ¶ *Alicui de consanguinitate.*]Sic s. *eo.* c. *accessit.* in fi. j. *tit. prox. ad audientiam.* & c. *innotuit.* & c. *sponsam.*

a *Facit.* l. 1. cum not. C. de re iud. & l. 1. C. si aduersus libertatem.

b *Pubertati proximus quis dicatur, docet hic pra alios Præpositus. vide Aretinum, & alios in* §. in summa. Instit. de oblig. quæ ex delict. na. *adde glossã, Decium, & alios* in l. pupillus. ff. de reg. iuris.

¶ Idem Barhonien. † Episcopo.

¶ *Si maiores septennio contrahunt sponsalia, neuter ante pubertatem resilire potest. Hoc primo. Et ille, qui primò fit pubes, alterũ expectabit. Hoc secundò. Quod si tempore contractus alter erat pubes, nõ ille, sed alter factus pubes resilire potest. Hoc tertiò.*

c *Hæc omnia iura à glossa citata, moderata nũc sunt per cõcilium Tri. paulò ante citatum.*

† illius.

† fuit.

† Baton.

† Barhonien. *sed vt plurimum,* Bathonië.

D*E illis.*]Tria sunt dicta. Secundum ibi, *Si verò.* Tertium ibi, *Mulier.* Abbas.

CAP. VII.

DE † illis[g] qui infra annos aptos matrimoniis sponsalia contrahunt, siue vterque, siue alter reclamet, antequam ad annos matrimoniis aptos peruenerint, & postulent separari, non sunt vllatenus audiendi[h]. ¶ Si verò alteruter istorum ad annos pubertatis peruenerit, infra eosdem annos altero existente, cùm sponsalia contrahuntur[i]: si is qui minoris ætatis[k] est, cùm ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterum voluerit consentire: iudicio Ecclesiæ[l] poterunt ab inuicem separari.

Casvs. Aliqui infra nubiles annos constituti, maiores vij. annis contrahunt sponsalia, siue vterque, siue alter antequàm ad legitimos annos perueniat, si postulent separari, non sunt audiendi. Si vero alter eorum perueniat ad legitimos annos, altero in minoribus adhuc existente, maior si petat separari, non est audiendus, nisi cùm alter ad ætatem legitimam peruenerit, & petierit separari: quia tũc iudicio Ecclesiæ possunt separari. Si vero quando cõtrahũt sponsalia, alter eorum maior fuit, & alter minor: si maior postulet separari, non est audiendus: quia ex quo iã eum semel consensit, non potest ampliùs dissentire: nisi minor cùm peruenerit ad ætatem legitimam, petierit separari. Nota, quòd ille qui in minoribus annis contrahunt ante legitimam ætatem non possunt resilire. Item maior debet expectare minorem. Item sufficit semel in aliquem consentire.

† Cap. 9. eo. tit. in 1. cõpi. *& post conci. Lateran.* p. 26. c. 29. *Et pro intellectu textus, & glossarum vide Couarruuiam in* epitome l. 4. decretalium. c. 5. §. 1.

g ¶ *De illis.*] Tres articuli continentur in hac decretali. Primus est hic principio, *De illis*: vsque, *Si verò.* Secũdus est ibi, *Si verò alteruter.* Tertius ibi, *Mulier autem.* Ber.

h ¶ *Vllatenus audiendi.*] Propter fragilitatem ætatis, & est arg. quòd impubes de eo, quod facit ante pubertatẽ, reclamare non valet, arg. 28. *dist. de his.* & 20. q. 1. *illud.* & ff. *de nego. gest. Pomponius.* & arg. ad hoc. ff. *de mino. denique* §. 1. Ber.

¶ *Glossa sequens ponit lecturam, quam reprobat.*

i ¶ *Cum sponsalia contrahuntur.*]Id est, altero existente infra annos pubertatis, sicut existebat, qñ sponsalia contrahebantur: si alter perueniat ad ætatem, non est audiendus, si petat separari: sed expectabit quousque alter ad ætatem peruenerit. quidam dicebant, quòd alter eorum erat maior, & alter minor, quando sponsalia contrahebantur: & secundùm hoc non differret à sequenti versu. Ala.

k ¶ *Minoris ætatis.*]Videtur, quòd in opinione illius, qui vltimò ad ætatem peruenit, sit reclamare, & tu dic, quòd idem iuris est de alio, quòd potest reclamare, etiamsi minor vellet cõsentire: aliter non differret à seq. versu.

¶ *Glo. sequens successiue signat duo contraria, & soluit.*

l ¶ *Iudicio Ecclesiæ.*]Sic j. c. *prox.* Et patet, quod spõsalia dissolui debent iudicio Ecclesiæ tñ, nisi fortius vinculum superueniat, putà matrimonium cum alio, vel votum solemne: quia tunc in ipso iure soluta sunt. arg. s. *tit. prox. si inter.* & j. *de spon. duorum.* c. 1. Arg. contra. j. *eo. ex litteris.* vbi soluuntur sponsalia antequam alter perueniat ad ætatem. Sed non est contra: quia ibi non tenuerunt sponsalia, vt patet ex fine, hic verò tenuerunt. Item sim. s. *tit. prox. præterea.* & c. *requisiuit.* ibi similiter soluuntur sponsalia, ne deterius inde contingat. & ita sponsalia contrahentes, si nolunt vterq; vel alter perficere matrimonium, non sunt compellendi: vt colligitur per hæc iura. Sed contra est expressum, quòd omnino sunt compellendi per Ecclesiasticam censuram. s. *tit. prox. ex litteris.* 2. & c. *sicut.* Quid ergo respondebis? Dicas, quod illa decre. *ex litteris* 2. & c. *sicut.* loquuntur, quando iuramentum interuenit, licèt illi etiam essent impuberes, sed erant doli capaces, ita quòd tenuit iuramentum: vnde propter periculum iuramenti compelli debent ad contrahendum, & illa decre. *requisiuit*, reducitur ad illam *ex litteris*, vt ibi plenè dictum est: & quod dicit illa decr. *præterea*, potiùs est dispensatio, vt ibi dictum est: & quia vterque dissentiebat, ideo sa

ideo faciliùs toleratur: hic ergo loquit de spõsalibus minorũ. Si ergo iuramentũ interueniat, cõpellendi sunt perficere matrimonium, siue sint maiores, siue minores, dũ tñ fuerint doli capaces: quia ętas illa plena est ĝiuriis ĩ. de delict. pue. pueris. Si verò iuramentũ non interuenit in spõsalibus, non sunt multi cõpellendi: quia inuitæ nuptiæ difficiles exitus cõsueuerũt habere [a]; & ita planũ est: ex causa tñ compellũtur, vt dictum est ĩ. de spon. ex litteris.

a ¶ *Nupsit.*] Id est, spõsalia cõtraxit, quia matrimoniũ cõtrahere nõ poterat. sic ĩ. *c. prox.*

¶ *Gl. seq. arg. semel probatum, &c. alle. 8. iura. & in cõtrarium Vn ã l. secundo arg. claudicare cõtractum. alle. 7. iura. in contrarium alleg. 4. & soluit.*

b ¶ *Semel consenserit.*] Arg. quod semel probatum est, amplius nõ possum reprobare. 3. q. 3. *offeratur. & 8. q. 2. dilectissimi. & 20. q. 3. eos qui. 32. q. 5. horrendus. & 4. dist. in istis. &* ĩ. *de causa pos. cùm olim. ff. de neg. gest. Pomponius. 1. & ff. de adul. si vxor. in fi.* Arg. contra *ff. de mu. & ho. Vt gradatim. §. reprobari* [b]. Itẽ ar. ꝙ contractus claudicat. ar. ã. *de elect. nosti. & 32. q. 5. proposito. & q. 2. aliquando. & 31. q. 5. manifestum. 22. q. 2. si qua de rebus. & Instit. de auctor. tu. §. 1. & C. de procur. nõ eo minus.* Ar. contra *ff. de arb. si cùm dies. §. sed & si. & l. sed si interpellatur. §. Vlt. 21. q. 5. si quis cuiuslibet. & 4. q. 5. quisquis.* Sol. verum est, ꝙ multi contractus claudicant, & ex vna parte possunt tenere, & ex altera non, vt si pupillus cõtrahat cum minore sine tutoris auctoritate. *Insti. de actor. tu. § 1. & l. pradi. non eo minùs, &c. si qua de rebus.* secus in matrimonio, quia illud vinculum non potest cõstare nisi ex duobus cõsensibus. ĩ. *eo. tit. prox. tua.* & qđ dicit hìc, nõ obstat. quia ille tenetur expectare nõ ratione matrimonij, sed ratione suæ promissionis [c]: vnde si contraheret cum alia, teneret, etiam si iuramentum interuenisset. ĩ. *eo. tit. prox. si inter.*

a *Adde quod pro hoc facit, quod nota. in l. pen. in glo. C. de fideiuss.*

† Vide l. nuptias cum similibus. ff. de reg. iur.

† *Vox eidẽ, desideratur in pluribus antiquis codicibus.*

† Cap. 10. e. tit. in 1. cõpil. *Pro intellectu vide Couarruuiã citatum supra eo. c. de illis.*

b *Ibi mediocus semel probatum reprobatur, & est, speciale propter hominum famrtatem, Io. And.*

† *Aliàs, carnis.*

c *Simile no.* si pra tit. 1. ex litteris. in fi. 2. glo. *Io. And.*

¶ Mulier autem, quæ postquam annos nubiles attingit, ei, qui nondum ad annos aptos matrimoniis venerat, nupsit [a], cùm in eum semel consenserit [b], ampliùs non poterit dissentire: nisi ipse, cui nupsit, postquam ad legitimam ætatem peruenerit, in eam suum negauerit præstare consensum †.

¶ Idem eidem †.

¶ *Impuberes sponsalia contrahẽtes ante pubertatem separari nõ debẽt, sed post pubertatem possunt, si contradicunt sponsalibus, nisi copula carnalis interuenerit.*

CAP. VIII.

A Nobis † tua discretio requisiuit, vtrùm iis, qui infra annos nubiles matrimonij nomine [c] coniunguntur, vel eorum alteri, antequam ad annos aptos matrimonio perueniant, liceat à matrimonio tali discedere. Ad quod respondemus, quòd pro eo, quòd ante nubiles annos coniugalem consensum nõ habent [d], vsque ad legitimam ætatem expectare tenentur [e]: & tunc aut confirmetur matrimonium, aut (si simul esse noluerint) separentur: nisi carnalis † commixtio ante interuenerit, cùm interdum illa tempus anticipare [f] soleat pubertatis.

A *Nobis.*] In effectu idem dicit iste textus, ꝙ præcedẽs nisi ꝙ addit, de copula, & consensu tacito, post aduẽtum pubertatis. Primò ponitur quæstio. Secundò solutio ibi, *Ad quod,* Abbas.

C ᴀsᴠs. Quidã infra nubiles annos iunguntur nomine matrimonij: si vterq; vel alter, antequã ad legitimos annos perueniãt, petierint separari, quęritur, vtrùm sint audiẽdi? Rñdet Papa, ꝙ cùm ante legitimos annos coniugalem consensum non habeant vsque ad legitimã ætatẽ expectare tenentur: & tunc aut cõfirmetur matrimoniũ, aut infirmetur, nisi carnalis copula antea interuenerit, cũ illa tẽpus anticipare soleat pubertatis. Nota, ꝙ ante annos legitimos nõ possunt aliqui matrimonialiter cõsentire. Item matrimoniũ non semper cõsideratur secundùm annos, quia aliquando carnalis commixtio anticipat ætatem, & inducit matrimonium præcedentibus sponsalibus, & malitia etiam supplet ætatem.

e ¶ *Matrimonij nomine.*] Scilicet futuri: quia loquitur de spõsalibus. ĩ. *c. prox.*

¶ *Gl. seq. dat simile, quærit, & dupliciter soluit.*

d ¶ *Consensum non habent.*] Q vsq; perueniãt ad ætatẽ legitimã, sic etiã & in voto 20. q. 1 *firma.* ĩ. *de frigi. & male. quod sedẽ.* Sed pone, ꝙ dicãt: accipio te in meũ: & ego te in meã, intẽdẽtes etiã cõtrahere matrimoniũ? Rñdeo, matrimoniũ nõ cõtrahũt ætate ꝓhibẽte: spõsalia nõ cõtrahũt, qa nolũt *ff. de spõ. q̃si tũ.* arg. ĩ *de off. deleg. cũ super & C. si quis alteri, vel sibi multũ interest,* si in eadem volũtate ꝑsistãt vsq; ad legitimã ętatẽ, matrimonium priùs inutile ratihabitione tacita, vel expressa cõfirmatur. arg. ĩ. *c. prox. & ff. de spon. quasi tũ. de rit. nupt. mino-* rũ. Posset tñ probabiliter dici, ꝙ spõsalia cõtrahũt iuris potestate, licèt ea contrahere non intendant. ĩ. *eo. att. eßat emes ar. & c. duo.* Ala.

e ¶ *Tenentur.*] ĩ. *prox. & 20. q. 1. illud. 28. dis. de his.*

f ¶ *Anticipare.*] ĩ. *eod. c. prox. &c. Vlt. &* ĩ *eo. puberes.*

¶ Idem Genuen. † Archiepiscopo.

¶ *Minores apti ad matrimonium ex contractu matrimonij obligantur: nisi violentia intercedat.*

CAP. IX.

ij DE † illis, qui in minori ætate desponsantur [g]: *&* infrà. ¶ Respondemus, quòd si ita fuerint ætati proximi, quòd potuerint copula carnali coniũgi [h], minoris ætatis intuitu separari non debent †, si vnus in alium visus fuerit consensisse [i]: cùm in eis ætatem suppleuisse malitia [k] videatur: sed cuiuscunque sint ætatis: se possunt per illatam violentiam excusare [l]: nisi post violentiam consensus [m] accedat.

ij DE *illis.*] Primò decisa cõsultatio. Secundò responsio ibi, *Respondemus.* Abbas.

C ᴀsᴠs. Quidam in minori ętate sponsalia cõtrahũt, & traducuntur: postmodũ diuortiũ petunt minorẽ allegãtes ętatem, aut vim sibi illatam. Quæritur, quid iuris? Rñdet Papa, ꝙ si ita fuerint ætati ꝓximi, ꝙ potuerũt carnaliter cõiungi, prętextu minoris ætatis non sunt separandi, si vnus in aliũ visus est consensisse, quia in eis malitia supplet ętatẽ, sed cuiuscunque sint ętatis, se possunt per illatam sibi violentiam excusare, nisi post violentiam cõsensus accedat. Nota, ꝙ malitia supplet ętatem in matrimonio. quod intelligo sapientiam, discretionem, doli capacitatem. Item violẽtia omni tẽpore excusat. Itẽ matrimonium per vim contractum, per consensum sequentem fit firmũ, quod priùs erat infirmum.

g ¶ *Desponsantur.*] Et traducuntur in domũ: postea allegant minorem ætatem, vel violentiam.

† Iannen.

† Cap. 12. e. tit. in 1. cõpil. *& post concilium Lateran.* p. 50 c. 41. §. de illis verò.

† *Vide l.* pupil. ff. quãdo di. leg. ce. & l. continuus. §. cũ ita. ff. de verb. oblig.

h ¶ *Copula carnali coniũgi.*] Hoc solum consideratur, vt possint coniugali vinculo sociari, & non numerus annorum. ĩ. *eod. puberes.*

i ¶ *Consensisse.*] Quod facere potuerunt, licèt nondũ peruenerint ad ætatem, cum pubertas pręuenisset ætatem.

k ¶ *Malitia.*] Alibi appellatur prudentia [d]. ĩ. *eo. c. Vlt. simile. C. si minor se maio. dixe. l. 3.*

l ¶ *Excusare.*] Sic suprà *eod. titulo prox. Veniens 2. & consultationi.*

m ¶ *Consensus.*] Expressus, vel præsumptus: vt si patienter cohabitent illis, talis violentia transit in consensum, *suprà titulo prox. ad id quod. & infrà quo cle. Vel Vo. insinuante. C. quod met. cau. l. 2.* vel si carnalis copula subsequatur. ĩ. *de eo, qui dux. in ma. quam pol. per adul. significauit. &* ĩ. *qui ma. accu. poss. insuper.* Bern.

d *Quod intelligit T ãc. sapientiam, discretionẽ. & doli capacitatem, & secũdum Phil. interdum bonitas supplet ætatem.* C. de prox. sac. scr. l. vnicuique. & 77. d. monachus. *Io. And.*

¶ Vrbanus iij. Cenomañ. Episcopo.

¶ *Contractus ante pubertatem etiam cum nisu carnalis copulæ, non facit matrimonium.*

CAP. X.

A Ttestationes † super causa matrimonij, quæ inter H. iuuenem, & G. mulierem vertitur, accepimus: & ipsis inspectis nobis innotuit, quòd prædictus iuuenis, nondum duodecimum annum attigerat, cùm præfatam G. accepit vxorem:

† Cap. 13. eo. tit. in 1. cõp. *Et de intelle lectu præter Doctores hic, vide Couarruuiam* in epitome li. 4. decretalium p. 1. c. 4. §. 1. nu. 6.

A *Ttestationes*] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Consultationi.* Abbas.

C ᴀsᴠs. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter H. iuuenem, & G. mulierem: super causa illa coram ordinario testes fuerunt producti. Dubitauit iudex, qualiter in causa procederet: misit attestationes testium domino Papæ. Attestationibus illis inspectis, constitit domino Papæ, quòd iuuenis ille nondum attigerat duodecimum annum, quando dictam G. in vxorem accepit: & licèt nisus fuisset eam corrumpere, secundùm quòd vterque confitebatur, mulier tamen credit se virginem euasisse. Sed ipse antequam peruenisset ad xiiij. annum, ab ea recessit, & cum postmodum ad annos legitimos peruenisset, petebat illum in virum suum. Respondet Papa eidem Episcopo, dicẽs quòd si mulier illa per idoneos testes probare nequiuerit, quod post xiiij. annum ętatis suę, vel circa finẽ xiiij. anni, prædictus iuuenis cõsentisset in eam, recepto iuramento ab ipso, quòd postquam ad legitimam ętatẽ peruenit, eam habere non consensit vxorem: dictum iuuenem à prædicto G. debeat separare, & dare vtrique licẽtiam cum alio cõtrahendi, vel alia. Not. ꝙ inutilis conatus nõ facit prędiciũ. Itẽ post publicatas attestationes de nouo possũt testes recipi. Item hic defertur iuramentum reo, quãuis actor nihil probet, cũ tamẽ deberet absolui: quia actore nõ probante reus absoluitur: sed

nitur: sed hoc fit pp præsumptiones, quia tentauit eam corrũpere, & etiam fauore matrimonij.

a ¶ *Nisus fuisset.*] Et ita conatus non præiudicat, cùm non habuit effectum. *s. eo. prox. c. vlt.* vbi de hoc. Ber.

¶ *Gl. seq. recitatur per quæstionem.*

b ¶ *Euasisse.*] Cui creditur in hoc, quod contra se confitebatur. 14. q. 2. §. 1. & *ff. de interro. actio. de ætate. §. 1.* aliàs flecteretur verbo viri, vt *s. eo. cõtinebatur* a. prout ibi dicitur. Ber.

¶ *Gloss. sequens reci. per quæstionem.*

& licèt nisus fuisset a (sicut vterque confessus est) ipsam corrumpere, mulier tamen credit se virginem euasisse b: verum ipse antequam ad annũ decimum quartum peruenisset, à memorata muliere recessit: quem † cùm xvij. annos habeat, eadem pro viro sibi vindicare contendit: *& infrà.* ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si mulier per idoneos testes c probare nequiuerit, quòd post decimũ quartum annum ætatis suæ, vel circa finem d decimi quarti anni, prædictus iuuenis consensisset in eam, ab ipso iuramento e recepto, quòd postquam ad legitimam ętatem peruenit, ipsam habere non consensit vxorem: ab impetitione mulieris eum potes, & debes absoluere; & ad alia vota vtrique date licentiam transeundi.

¶ Idem Pisano Archiepo.

¶ *Si maior inuita contraxit sponsalia cum minore, non tenetur ipsum expectare, donec veniat ad ætatem adultam.*

CAP. XI.

EX † litteris tuæ fraternitatis accepimus, quòd puella quædã anno † xij. iurata fuit, & desponsata f cuidam puero nouem, vel decem annorum: & tẽpore procedente, de voluntate parentum potius g, quàm de sua (sicut asserit) ad domum patris pueri adducta †: vbi nolens, & inuita, minis † parentum impulsa, moram fecit per annum h, & ampliùs: & tandem inde recedens, ad domũ propriam est regressa: *& infrà.*

c ¶ *Per idoneos testes.*] Quod facere poterit non obstante publicatione aliorum testiũ, cùm iste sit alius articulus. *de testi. fraternitatis.* & *c. tam litteris.* & *c. causam 2. & c. ex tenore.* & *c. series.*

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem, quando dicatur, circa finem: soluit allegãs tria iura: allegat vnum contrarium: & demum determinat, vt dixit.*

d ¶ *Circa finem.*] Fortè per sex menses. *ff. de excu. tuto. non tantum 2. ff. de mu. & ho. ad rem publicam.* & *s. eo. continebatur.* arg. contra. 20. q. 2. *illud.* hoc intellige, si iuuenis iste tunc esset viri potens, quia malitia pręuenit ætatem quandoque. *s. eod. c. prox.* aliàs non tenet matrimonium, etiamsi compleuisset, xiiij. ann. vt *s. eod. puberes*, dictum est. Bern.

¶ *Glo. seq. quærit opponendo, & soluit.*

e ¶ *Ab ipso iuramẽto.*] Sed quare exigitur iuramentum, cùm ipse sit reus. 6. q. *vlt. alter.* Ideo defertur ei iuramentũ, quia præsumptio erat pro muliere: quia constabat, quod cum ipsa contraxerat, & quia aspirauerat ad carnalem copulam: vnde ex hoc erat præsumptio contra illũ, sic *suprà, eod. continebatur.* Dic vt ibi. Quando debeat iuramentum deferri reo, vel actori, quære illud *supra de iureiuran. c. vlt.* Et ideo iurat, quod poterat esse, quòd post xiiij. annos consensisset in illam: & timore iuramenti confitebitur veritatem Ber.

EX litteris.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Cum autem.* CASVS. Quædam puella duodecim annorum desponsata fuit cuidam puero ix. vel x. annorum: & postmodum de voluntate patris non de sua, vt dicebat, ad domum patris illius pueri ducta fuit inuita, & nolens, & minis parentum cópulsa, fecit ibi per annum moram, & tandem ad domum patris est reuersa, dicens quòd nunquam in eum cõsensit, nec vult consentire, immò petebat licentiam cum alio contrahendi. Quęrebatur, quid iuris? Respondet Papa, cùm dictus puer nódum ad xiiij annum peruenerit, nec ad eã carnaliter accessum habuerit, mãdat, quòd si puella commonita ipsum noluerit expectare, quousque ad ætatem legitimam peruenerit, si est ita, vt est propositum, liberam tribuat licentiam cum alio cõtrahendi. Nota, quòd sponsalia per vim contracta, non tenent, & ideo datur huic licentia contrahendi. Item cohabitatio vnius anni non sufficit ad præsumendum consensum matrimonialem: quod verum est, vbi inuite quis contrahit, nec vnquam consensit.

f ¶ *Desponsata.*] Ea non consentiente.

g ¶ *Potius.*] Electiuè, & non comparatiuè. Ber.

† *In codice barbatia ita:* quę cùm xviij. annos haberet, *sed in aliis, vt est impressũ in antiqua compilatione; apertior est hic lectura:* quę eadem iuuitęr instanter nunc repetit, & pro viro sibi vindicare contendit, sed cum vir x. & vij. annos habeat, ipsã recipere cõtradicit.

† Ca. 14. eo. ti. in 1. compil.

† annorum.

† ducta.

† abducta.

† *Vide Paulũ de Castro* cons. 313. & *Iasonem* in l. Titia. ff. de verb. oblig.

a *Adde, nisi mulier per aspectũ corporis virgo se probaret.* de proba. proposuisti *secundũ Innocẽtium. licet mulier corrupta fuisset, & non vir, non esset matrimonium. remittit ad ea, quæ not.* infra de eo, qui cog. cõsangui. fraternitati. *Ioan. And.*

h ¶ *Per annum.*] Si hoc fecisset spõte, sic tenuissent spõsalia ex patientia consequentis tpis. *s. eo. prox. ad id quod.* & sic nõ fuisset ista mulier audita, quousque alter peruenisset ad ætatem. *s. eo. de illis 1.*

i ¶ *Carnaliter.*] Quod si fecisset, statim præsumeretur consensisse. *j. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adul. significauit.* Ber.

¶ Cùm autem dictus puer nondum ad decimumquartum annum peruenerit, nec ad eandem carnaliter i accessum habuerit, Discretioni tuæ taliter respondem', quod si puella cõmonita, vt donec cõpleat idem puer annum decimumquartum, expectet, non duxerit expectandum, ei secundùm ea, quæ proposita sunt, accipiendi alium virum liberam tribuas k facultatem †.

¶ Clemens iij.

¶ *Sponsalia contracta cum minore septennio, per cohabitationẽ mutuã post septenniũ conualescunt, & inducũt publicæ honestatis iustitiam: soluuntur tamen per matrimoniũ de præsenti.*

CAP. II.

DVo † pueri Gulielmus, & Gulielma matrimonialiter l sunt coniuncti, puero sextum, puella verò septimum annum agẽte: qui simul per tres annos m manserunt: tunc pater puellæ subtrahens eam sponso, ipsam alteri M. nomine copulauit: cũ quo per septem annos quietè permansit: ipse verò tunc relinquit eandem, quia credebat eã alium virum habere, illum † scilicet, cui prius fuerat desponsata. Prior autem sponsus ad annos discretionis perueniẽs, à prædecessore tuo contrahendi cũ alia licentiam impetrauit, qui quandam nomine S. consobrinã prioris in vxorem n accepit: & cum ea per aliquod tempus existens, eam (vt ipse fatetur) carnaliter non cognouit, licet illa se ab eo cognitam assereret. Cũ autẽ

¶ *Gl. seq. signat contrarium, & soluit.*

k ¶ *Tribuas.*] Arg. contra. *s. eo. de illis 1. & c. à nobis.* Sed illud verum est, quando certum est, quod sponsalia tenuerunt: hic nõ tenuerunt, & ideo datur ei licentia cum alio contrahẽdi. Ber.

DVo pueri.] Primò narrat factum. Secundo respondet ibi, *Quia igitur.* Abbas. CASVS. Duo pueri, G. sex annos habens, & Gulielma vij. matrimonialiter sunt coniuncti, qui sic tres annos manserunt, & sic spõnsalia tenuerunt, quæ ab initio non valebant: postmodum pater puellæ, ipsam copulauit cuidam alij M. nomine, cũ quo pacificè per septem annos permansit. Tandem dimisit eandẽ, quia credebat ipsam alium virum G. habere: cui fuerat primò desponsata: G. ad annos discretionis perueniẽs, cum alia contrahendi licentiam postulauit, qua obtenta, contraxit cum quadam S. nomine consobrina dictæ Gulielmæ, & cum ea per aliquod tempus cohabitans (vt dicebat) non cognouit eandem: ipsa tamen ab eo se cognitam asserebat: postea verò pater Gulielmæ, cum vidisset eam à secundo viro dimissam compulit dictum G. vt S. nepotem suam dimitteret, & ad Gulielmam (iuxta postmodum per biennium cohabitauit eidem) rediret. Quæsitum fuit à Papa, quid super his esset agendum? & ipse respondet, quòd inter Gulielmum, & Gulielmam non fuit matrimonium, puerili ætate impediente: & licèt idem (postquam illa nupsit alij) potuerit aliam ducere in vxorem, consobrinam Gulielmã habere non potuit, pp publicam honestatem siue eam cognouerit, siue non: nec ad G. potuit redire: quia fuit alteri legitimè copulata. cùm ergo Guliel. dicat se non cognouisse S. consobrinam Gulielmæ, aliam si voluerit ducere in vxorem, S. alteri viro poterit copulari: cum fuerint separati, pœnitentia debet vtrique iniũgi ad tempus pro vitando scandalo: Si verò constaret Guliel. S. cognouisse, neutri altero viuente dabitur licentia contrahendi. & G. manebit cum M. imposita ipsi M pœnitentia competenti ad tempus, qui pro sua volũtate, sine iudicio Ecclesiæ, dimisit eandẽ. Nota, quòd publica honestas impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, Item matrimonium superueniens sponsalibus dissoluit ea. Itẽ vir caput est mulieris. Item propter scandalum pœnitentia debet iniungi Item incestus impedit matrimonium contrahendum. Item nemo sine iudicio Ecclesiæ debet vxorem suam dimittere.

l ¶ *Matrimonialiter.*] Id est, vt matrimonialiter iungerentur ætate adueniente: sed sponsalia contrahendo. Ber.

m ¶ *Per tres annos.*] Et ita tenuerunt sponsalia ratihabitione sequenti. *s. eo. ex litteris.* & quæ patri in sponsalibus non cõtradicit, consentire videtur. *ff. de sponsa. sed ea quæ patris.* Ber.

n ¶ *In vxorem.*] Quam habere non potuit *s. tit. prox. sponsam.*

† *Vide* l. fi. patet. & *ibi Bart.* C. de sponsa.

† *Communis, & alij habent,* Alex. *sed in omnibus antiquis,* Clement. *in Gen. aut altero,* Cælestinus.

† cap. vnico, eo. tit. in 2. comp. *Vide Syluestrũ* in summa, verbo, spõsalia. & *Soto* l. 4. dist. 2. q. 2. art. 2. & seq.

† *Aliàs ita:* Gulielmum *scilicet, &c.*

b *Immò cõtraxerunt per verba de præsenti, per quæ intelliguntur contraxisse spõsalia: vt infra no. & per quæ matrimoniũ præsumptum iniungitur, si propter pubertatẽ interuenit tentatio, vt no. s. p. eo. attestationes secundũ Host. Io. An.*

pater memoratæ Gulielmæ eam vidisset à secundo viro relictam, prænominatum Gulielmum, cui priùs eam despõsauerat, compulit, vt S. neptem suam omnino dimitteret, & ad Gulielmã suam desponsatam rediret [a]: qui postmodum per biennium cohabitauit eidem. ¶ Quia igitur quid tibi faciendum sit, postulas edoceri: Breuiter respõdemus, quòd impediente puerili ætate, matrimonium [b] inter G. & G. non fuit: & licèt idem postquam illa nupsit alij, potuerit aliam ducere in vxorem: tamen quia dictam S. duxit consobrinam mulieris eiusdem, siue eam cognouerit, siue non: non debet tamen cum eadem S. propter publicæ honestatis iustitiã [c] † remanere, nec ad primam habere regressum, quia alteri fuit legitime [d] copulata: *& infrà.* ¶ Cum verò vir caput [e] sit mulieris, & Gulielmus dicat [f] se non cognouisse priùs S. supradictam: aliam, si voluerit, poterit ducere in vxorem, & S. viro legitimo copulari: post separationem verò, pro vitando populi scandalo, vtrique ad tempus est pœnitentia iniungenda. Si verò legitimè cõstaret ipsam S. ab eo siue post, siue antea [g] cognitam extitisse, neutri viuẽte altero dabitũr licentia [h] contrahendi. Remanebit ergo Gulielma cum M. [i] imposita ipsi M. ad tempus pœnitentia competenti, qui pro sua opiniõne solam Gulielmam (iudicio Ecclesiæ non requisito [k]) limisit.

¶ Innocentius iij. C. & P. quondam filiis Malebrancæ †.

¶ Accusari nõ potest matrimoniũ, quod non est: vt si cũm minori septẽnio sit contractum: denunciari tamen potest impedimentum, ne contrahatur in posterum.

CAP. XIII.

AD † dissoluendum, quod factum fuerat inter I. & S. *& infrà.* ¶ Accusatione [l] pro puella super cõsãguinitate proposita, prælatus I. multas exceptiones proposuit: per quas nitebatur vos ab accusatione multipliciter remouere: *& infrà.* ¶ Interloquẽdo pronunciamus inter iuuenẽ, & puellã nec matrimoniũ [m], nec spõsalia fuisse cõtracta: cùm cõstet puellã nondum ad septenniũ peruenisse. Quocirca nec accusatio locum habebat, cùm non esset, quod posset legitimè accusari [n]. Denunciari [o] † tamen poterat consanguinitas, vt interdiceretur matrimonium contrahendum.

a ¶ *Rediret.*]Rediit iste pater ad id, quod damnauerat. 26. q. 5. *ne mirum.* Ber.

¶ *Gl. seq. recitetur per quæstionem, quam sol. & signat contrariũ.*

b ¶ *Matrimonium.*]Sed sponsalia fuerũt tunc iuris potestate: quia si nõ valet, quod ago, vt ago, valeat, vt valere põt. Intẽdebãt enim obligari adinuicẽ, & ideo interpretatio fieri debet, vt res potius valeat, quã pereat. ꝭ. *de fide instr. inter dilectos. §. cæterùm.* vt dictum est ꝭ. *eod. à nobis.* & hoc patet per sequentia. arg. *ff. de action. & oblig. obligationum §. verb. obligatio.*

c ¶ *Publicè honestatis iustitiam.*]Quæ impedit etiam matrimoniũ contrahendum, & dirimit iam cõtractum: quare ille Gul. nõ põt habere aliquã de cõsãguinitate Gulielmæ ꝭ. *tit. prox. ad audientiam. & c. iuuenis. & c. sponsam. & ꝭ. eo. accessit. in fi. & c. litteras.* In quibusdam tamen sublata est publicæ honestatis iustitia, vt in sobole suscepta ex secũdis nuptiis: & in secundo, & tertio genere affinitatis. ĩ. *de consangui. & affini. non debet.*

d ¶ *Legitimè.*] Id est, per matrimonium, qđ tanquam fortius vinculum soluit spõsalia. ꝭ. *tit. prox. si inter. & ĩ. de sponsa duorum. c. 1.* aliàs non cõtraxit legitimè, quia nõ debuit frangere fidem, de qua debet agere pœnitentiam, vt *c. si inter.*

e ¶ *Caput.*]Sic 33. q. 5. *cùm caput.* vñ sibi potiùs creditur, quàm vxori. ꝭ. *eo. continebatur. & 33. q. 1. si quis acceperit.*

f ¶ *Dicat.*]Satis fuit de facili credendũ, quia nihil iuris acquirebat alteruter [a], quia siue cognouerit, siue non, eam habere non potest, vt ꝭ *eo. patet,* secus si coitus faceret ad probationẽ obligationis [b], vt ꝭ. *de probatio. proposuisti, & ĩ. de frig. & malefi. c. 1.*

g ¶ *Siue antea.*] Hoc postquam fuerit compulsus redire ad Gulielmam: siue ante compulsionem, siue post cognouit Stephanam.

¶ *Glo. seq. quærit opponendo, & dupliciter soluit.*

h ¶ *Neutri dabitur licentia.*]Sed quare hoc, cùm inter Gulielmum, & Gulielmam non fuit matrimonium? Potest dici, quod propter scandalum, vt innuit littera præcedens: vel propter delictum vtriusque, propter sponsalia, quæ præcesserant inter eos, & sic orta erat publicæ honestatis iustitia: vnde non poterant Gulielmus, & S. vlterius carnaliter coniungi: & ideo prohibentur: quia ex certa scientia contraxerunt, & carnaliter coniuncti fuerunt: tamen si contrahunt, matrimoniũ tenebit [c]. *infra de matrimonio contracto contra interdictum Eccles. c. 1.*

i ¶ *Cum M.*]Nisi voluerit eam repellere prætextu adulterij.

k ¶ *Non requisito.*]Nota, quod sine iudicio Ecclesiæ nullus dẽt dimittere vxorẽ suam. cùm hæc sit pœna, quæ nulli est inferenda nisi per iudicem [d]. 15. q. 2. *seculares. & §. in hoc. & 35 qu. 2. multorum.* quantumcunque etiam impedimẽtum sit manifestum. *infrà de diuor. porro.* tunc circa coitum distingue. ĩ. *de sent. excom. inquisitioni.*

AD *dissoluendum.*]Tria facit. Primò factum narrat. Secũdò interloquitur ibi. *Interloquendo.* Tertio prohibet, & decernit ibi. *Ne verò.* Abbas.

CASVS. Quidam nomine Ioannes contraxit matrimoniũ cum quadam puella S. nomine infra septenniũ cõstituta: tandẽ ex parte puellæ accusabatur matrimoniũ ꝓp consanguinitatẽ: & dum testes producerẽtur ad probandã consanguinitatẽ, prędict⁹ Io. multas exceptiones ꝓposuit, ꝑ quas intẽdebat accusatores ab accusatione repellere. Cũq; sup exceptionib⁹ ipsis fuisset multipliciter disputatũ: Papa auditis quęcũque partes proponere voluerunt, interloquẽdo pronũciauit inter prędictum iuuenem, & puellam, nec matrimoniũ, nec spõsalia fuisse contracta: quia puella nondum ad vij. annum peruenerat: vnde accusatio locum habere non poterat: cùm nõ esset, quid posset legitimè accusari, sed denũciari poterat cõsanguinitas, vt interdiceretur matrimonium cõtrahendũ. Vnde Papa statuit terminum ad denunciationem probandam, saluis exceptionibus propositis, ac etiã proponendis: ne vero in puellam aliqd interim attẽtetur, ꝓcipit Papa, ne in negotio vlteriùs procedatur de nouo, donec cessetur à denũciatione, vel ea ꝓbata ordine iudiciario procedatur: ꝙ si cõtra hoc mandatum aliquid in prę iudiciũ puellę fuerit attẽtatum, illud decernit Papa irritum, & inane. Not. ꝙ infra vij. annos nec matrimonium, nec sponsalia contrahi possunt. Item matrimonium, qđ non est, accusari non põt. Itẽ cõtra accusationẽ, quę non tenet, exceptio proponi nõ potest. Item nõ solùm tenetur quis denunciare crimen, quod iam est commissum, sed etiam committendum. Item quod fit contra ꝑcẽptum Papæ, nõ tenet.

¶ *Gl. seq. inchoat casũ.*

l ¶ *Accusatione.*] Hoc intellige ita [e]: Quidã Io. nomine cõtraxit cũ quadam puella infra septennium cõstituta, tãdem ex parte puellæ accusabaẽ matrimonium propter consanguinitatem: & dum vellẽt producere testes ad probandam cõsanguinitatem cõtra illos accusatores, exceptiones propositę fuerũt ex parte viri, vt ab accusatione repellerentur: super hoc pronunciauit Papa, secundùm quod in littera sequitur. Ber.

m ¶ *Matrimonium.*] Sim ꝭ. *de despo. impu. ex parte.* nec consensit post vij an. quia si post consensisset, tenuissent sponsalia, nisi consanguinitas impediret. ꝭ. *eo. litteras. accessit.* sim. ĩ *de iudi. examinata.* sic isti ineptam proposuerunt accusationẽ manifeste, & ideo statim debẽt repelli, vt ibi dicitur. vnde adhuc possunt proponere aptam, scilicet denunciare.

¶ *Gl. seq. coadunat. tex. per octo similia, & duo inducit ad contrarium, & soluit.*

n ¶ *Legitimè accusare.*]Bene dicit: qa primò debet existere in rerũ natura id, de quo agitur, nec ante iuris ratio, quã persona quęrenda est. *ff. de iure codi. quidã referunt. §. 1.* sic & collegio, quod nondum est, non datur priuilegium ꝭ. *de ex. ædif. ad audientiam* 2. [f] nec rescriptum datur ad lites futuras. ꝭ. *de rescr. c. vlt.* nec potest dici verum, quod nunquam fuit. *de pœn. dist. 2. in fi.* nec dicitur mortuum, quod nondum vixit. 32. q. 2. *quod verò non.* vbi de hoc. & ĩ. *de homi. sicut ex tuarum.* & testamentum, quod nondum est, rumpi non potest. *ff. de iniust. rup. test.* nam & sub conditio. arg *ff. de ædil. edi. bouem. §. vlt.* [g] sic aquæ, quæ nondum apparet, non potest constitui seruitus aquæ ductus. *ff. si seruus vend. l. vlt.* & ei quod nondum natum est, non præscribitur. *C. de an. excep. l. 1. § nemo* [h] *& ff. quemadm. ser. amit. si quis alia.* vbi dicitur, quod quandiu paries non est, seruitus non acquiritur. arg. contra. quia ędificio, ꝙ nondũ est, præscribitur. *ff. de seruit. vrba. præd. si sersitus. § futuro. & ff. de serui. rustic. prædio. l. abeo.* & iuris futuris præscribitur, *C. de vsur. eos,* & arg. ꝭ. *de consuet. cum olim.* Sol. verùm est, quod rei quę nondum est, non potest seruitus constitui, vt dicunt primæ concor. potest tamen obligatio acquiri de ipsa constituenda, cùm res fuerit in rerum natura: & sic intelligunt contraria.

o ¶ *Denũciari.*] Et ita denũciari põt crimẽ nondũ cõmissum.

93 dis.

† *Vide concilium Trid.* sess. 24. de refor. matr. c. 1. *& citatos* supra ti. precedenti. c. ad audiẽtiam. *Vnde intelliges, quam vim hodie habeat sententia glossa hic in verbo,* publicę honestatis.

a *Arg.* de hom. significasti 2. vltra mediũ. *Io. Andr.*

b *Dicebat ei: sl. Sibi ex acce ssione copula firmatur matrimonium, creditur etiam mulieri: secus vbi per illã non firmatur matrimonium, sed tantùm peccatũ probatur. Et dixi hic super verb.* compulit. *Io. And.*

c *Arg. ad hoc in l.* futor. ff. de sponsalib.

d *Scilicet ecclesiasticũ: concilium Trid.* sess. 24. de sacramento matrimonij. c. 10.

† Malabrancæ.

† Cap. 1. eo. ti. in 3. cõp. *Vide Dominicum Sotũ superiori c. citatum.*

† *Vide conciliũ Tri.* sess. 24. de refor. matrimonij. c. 1. *& concilium Lateran. sub Innocentio.* 3. c. 51.

e *Hoc intelligi aperte, qui antiquã decretalem legerit.*

f *Et per Goff.* sup. a de consuet. cùm. olim. *Ioan. And.*

g *Si homo vẽditus est sub conditione, redhibitoria locum nõ habet, cum venditio perfecta non sit. Ioan. And.*

h *Actione præscribitur, ex quo nata est. Ioan. And.*

91.dist.diaconi. & ff.de dam.infec l.2. immò vnus solus potest impedire matrimonium.§.eo.tit.prox.praeterea.2.& valet denunciatio.in primam statim dicũtur malæfidei possessores. arg.C. de rei Ven.si fun.lo.& in matrimonio cõtrahẽdo id, ꝙ certius est,tenendũ est.ff.de ritu nup.adoptiuum.§.1.in fi.& §.eo.tit.prox.

hendum. Ad denunciationem ergo legitimè probandam, terminum assignamus, saluis exceptionibus [a] non solum propositis, sed etiam proponendis.

¶ Ne vero quicquã in puellam interim attentetur, auctoritate Apostolica interdicimus [b], ne in negotio de nouo procedatur vlterius, donec vel à denunciatione cessetur, vel ea probatã ordine iudiciario procedatur. Quod si contra interdictũ nostrum in præiudicium ipsius aliquid fuerit attentatum, id † irritum [c] esse decernimus, & viribus omnino carere.

¶Idem Episcopo Abbaten.†

¶ Si quis per verba de præsenti contrahit cum impubere, in qua ætatem malitia non supplet, intelligitur non matrimonium, sed sponsalia contraxisse, etiamsi subarrhatio intercesserit.

CAP. XIV.

TVæ † nobis exhibitæ litteræ continebant, quòd quidam filiam suam circiter duodecim annos habentem cuidam nobili desponsauit, qui subarrhauit [d] eandem, consensu mutuo accedente: & infrà. ¶Quia verò nobis constare non potuit, cuius

innentis.Ad hanc denũciationem nõ admittitur nisi grauis, & honesta psona. §.eo.tit.prox. cùm in tua. & quilibet tenetur ad hanc denũciationem.j.de cog.spi. tua nos,& etiam admittitur, qui denunciant fami. §.eo.tit.prox.cùm in tua.& de auditu.22.q.5. hoc videtur sine aliqua admonitione præmissa:quod nõ fit in aliis denunciationibus. 2.q.1.si peccauerit.& §. de iudi.nouit. & est ius cõe, quod quilibet tenetur, & potest denũciare. j.de clande. despon.cùm inhibitio.

¶Glo.seq.soluit contrarium,deinde quærit,& soluit.

a ¶ Saluis exceptionib.] Sic patet, quod cũ varietur modus agendi possunt opponi exceptiones omissæ in primo iudicio. sic §.de testi.Veniens.2 vnde nõ obstat. §.de except.pastoralis. Ioan. Sed quæ fuerũt hmõi exceptiones? Potest esse,ꝙ excipiebat vir, ꝙ accusatores erãt criminosi, vel malæ famæ: vel fortè dicebat,ꝙ admonitio non præcesserat: sed in isto casu non est necesse admonitionẽ præcedere. Vel fortè dicebat, non sunt admittendi ad accusandum,tãquam suspecti:quia tempore contractus nihil dixerũt,& erãt præsentes, quãdo denũciatũ fuerat matrimoniũ contrahendũ.j.qui ma.accusa.pos.cùm in tua.

b ¶ Interdicimus.]Ita ꝙ si per extorsionem,vel violentiã quicquam fieret in præiudicium puellæ, siue in iudicio, siue extra,non præiudicaretur ei.

¶Glo.seq.quærit,& soluit.

c¶ Irritum.]Quoad iudicium,ꝙ mouetur in præiudiciũ ipsius. simile §.de prabend.inter cætera.secus esset,si clausula illa non apponatur.licèt mandet Papa aliquid fieri §.de preben.dilectus. 1.& c. dilectus. 2. Sed quid si contraherent matrimoniũ contra interdictum Papæ,nunquid irritabatur matrimonium?Dico,ꝙ non:sed separabũtur ad tps.§.de sponsa.cum in Apostolica.quousque cognoscatur de impedimento. j.de matri.contract. contra interdi.eccle.ex litteris.& c.de muliere.nam fortius est matrimonium,quàm interdictum Papæ.

TVæ nobis.] Primò quæstio:secundo distinguens responsio ibi,Quia verò. Abbas.

Casvs.Quidam filiam suam circiter xij.annos habentem desponsauit cuidam nobili, qui subarrhauit candem per annuli immissionem,consensu mutuo accedente: postmodum puella ipsa fuit alteri copulata: Dubitatum fuit,vtrum illa puella deberet remanere cum secundo: an deberet redire ad illum, cui fuit primò desponsata. Consultus Papa ridet,ꝙ non constitit ei, cuius ætatis esset puella qñ cum primo viro extitit desponsata,cum dicatur,ꝙ circiter xij.annos habebat,vel vtrum malitia suppleret ætatem: Dicit,ꝙ si puella nubilis non erat ætatis,cùm viro extitit desponsata, & malitia non suppleret ætatem, proculdubio inter eos non matrimonium, sed sponsalia fuerunt contracta, quamuis ab ipso viro eadem puella fuerat subarrhata:& ita remanere debet cum secundo viro,cũ quo contraxit in ætate legitima. Nota,ꝙ malitia supplet ætatem circa matrimonium contrahendum. Item matrimoniũ contractum in ætate legitima,soluit sponsalia in minori ætate contracta. Abb.

¶ Glos.seq.tractat de multiplici subarrhatione, & ipsam.

d ¶Subarrhauit.]sic 26.q.2.si quis Vxorem.& c.seq.Et hæc subarrhatio [e] fit qñque per immissionẽ annuli iuxta illud: Annulo suo subarrauit me:qñque per dationem aliarũ rerũ, vel aliorũ insignium:& qñque fit talis subarrhatio interueniente cõsensu expresso,vt hic:qñque etiã non interueniente:sed siue interueniat,siue nõ,dũmodo cõstet de subarrhatione, præsumitur matrimonium,

† illud.

† Alberradē.
† Albertadem.
† Albeten. Albatadem.

† Cap.2.eo. tit.in 1.cõp. Et de inst lectu contra Præpositũ, & alios Vide Couarrumam in epitome l.4. decretaliũ. p.1.c.4.§.2. nu.2.

a Subaudi, vel non admissæ,vel est hoc speciale propter periculum animæ, secũdum Host. Io.And.

b Ambigua est quæstio, cũ multipliciter intelligi possit Papa interdixisse:pro intellectu ergo videto hic pra alios Præpositũ, & omnino Henricum Boich. in c. quanto.supra.de consue.vbi latè explicat hũc articulum.

ætatis esset puella, cum eidem viro extitit desponsata, cùm dicatur, quòd circiter [e] duodecim annos habebat, vtrumne prudẽtia tunc in illa suppleret ætatem: Respondemus, quòd si puella nubilis [f] non erat ætatis, cùm sæpesatus † vir desponsauit eandem, & ætatem in ea prudentia [g] non supplebat, proculdubio inter eos non coniugium, sed sponsalia contracta fuerunt: quamuis ab ipso viro eadem fuerit subarrhata [h].

TITVLVS III.

De clandestina † desponsatione.

¶ Ex concilio Arelaten.

¶ Pro clandestino matrimonio non præsumitur, sed illud allegantis incumbit onus probandi.

CAP. I.

SI quis clam desponsauerit aliquam, & mulier, vel vir negat huiusmodi desponsationem: viro incumbit probatio [i].

donec probetur contrarium:ar. 30.qu.5.nostrates.& c.fœmina.27. dist. quod interrogasti. & §.de sponsa.si quis.quia nihil interest,an facto, an verbo quis declaret voluntatem suam. 43. dist.c.1.ibi,Pastorem recta loqui timuisse, quid aliud est dicere, quam terga tacẽdo præbuisse? vel ibi, Vestimenta sacerdotis,quid aliud quã recta opera,&c. vbi de hoc ff.de leg.de quibus. [d] & §.de reg. cap. pen. arg.opt. & si fiat a parte, præsumuntur spõsalia:vt c.nostrates. sed inter sponsos præsumitur matrimonium. vt hic in fi. nisi cõsuetudo in contrariũ esset.ar. § de præsump.illud.

e ¶Circiter.]Sic §.eo.cõ. tinebatur. & c.attestationes. ad modicã quãtitatem [e] refertur hæc dictio,circiter,& consimiles, vt ff.de ver.sig. hac adiectio.B.

f ¶Nubilis.] Nota,nubilis ætas in viro est xiiij.an.in fœmina xij. vt dixi.§.eo.c.Vbi. & ita si non fuit talis,nõ fuit matrimonium inter eos,sed sponsalia tantum, nisi malitia suppleret ætatem, vt infra sequitur.

¶Gloss.seq.dat simile in delictis.

g ¶Prudentia.]i.carnalis concupiscentia. arg.32.q.1.non in sola.alibi appellatur malitia.§.eo.c. de illis 2.sic etiam in delictis doli capacitas supplet ætatem.j.de delict.pu.pueris & Insti.de obligqua est delic.na.§.in summa.circa fi.ff.ad l.Aquiliam.sed & si quacunque.§ 1. [f] C.si minor se maiorem dixerit l.3 sim.77.dist. monachum nouitius & C de his qui ve.ata.impe.l.2.

h ¶Subarrhata] Et ita collige,ꝙ per subarrhationem contrahitur matrimonium verum,vel præsumptum, vt dixi in princip.nisi ætas repugnet,vt hic patet.& est hic arg † manifestũ. ꝙ si minor in contrahẽdo vtatur verbis pertinentibus ad matrimonium contrahendum, contrahit sponsalia.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

¶ Quia matrimonia, & sponsalia quandoque contrahuntur palàm,quandoque clandestinè:ideo post generales rubricas præcedẽtes subiicit istam rubricam specialem de clande.despon. Nã quandoque puellæ subducuntur ad contrahendum clam parentibus: & quia de tali matrimonio posset dubitari,ideo,&c.

De hac materia vide 30.q.5.per totum & 3.q.4 c.consanguineorum,& non reperitur alibi.

SI quis.]Hoc dicit secundũ communẽ intellectum:ei qui asserit matrimonium,incumbit probatio.Primò ponitur thema.Secũdo determinatio ibi,Viro. Abb.

Casvs. Si aliquis occultè desponsauerit aliquam mulierem,& ipse eam petat postmodum in vxorem,& ipsa neget desponsationem,vir debet hoc probare: & è conuerso: si vir hoc negauerit, mulier probare debet,aliàs absoluetur vterque. Nota, ꝙ quando negatur matrimonium clandestinè contractum,ei qui stat pro matrimonio,incumbit probatio.

¶Glossa sequens obiicit,dat tres solutiones,& primam reprobat, quæ fuit Ala.

i ¶Viro incumbit probatio.] Quia caput est mulieris 32.q 6 non mœchaberis.33 q.5.cũ caput.& q.1.si quis vxorẽ.h c dixit R. Ex hac littera innuit,ꝙ siue vir neget desponsationẽ, siue mulier, sẽper viro incũbit probatio. sed hoc nõ videtur,quia negantis

e Quid sit arrha, vide per Palaciũ Rubium in Rubrica de donat.inter virum,& vxo.§.2.

† sępe pręfatus.
† sępe dictus.

d Vide de iudi.tenor. super 3. gl. Io.And.

† clandestinas desponsationes, & contracta nouissime irrita fecit, & annullauit, concilium Trid. ses. 24.de refor. matrimo.c. 1. vnde cessant de hac re veterum altercationes interpretum.

e Trũ scilicet dierũ secundũ Host. Io. And.

f Sicut impubes tenentur furti, ita est Aquilia,si sit capax iniuria. Io.And.

g Immò casum secundũ Phil. quod etiam mihi videtur. Io. And.

¶ Alexander iij. Beluacen. Episcopo.

¶ *Qui matrimonium clandestinè contraxerunt, altero negante, vel utroque, non apparente legitima exinde probatione, simul cohabitare ab Ecclesia non cōpelluntur: & si illud publicauerint, tāquā in conspectu Ecclesiæ factū cōprobabitur: nisi rationabilis causa subsit, quæ impediat. h. d. litteræ inhærendo.*

CAP. II.

QVod † nobis: & *infra.* ¶ Si matrimonia ita occultè contrahuntur, quod exinde legitima probatio non appareat: ij, qui ea contrahunt, ab Ecclesia non sunt aliquatenus compellendi [a]. Verum si personæ contrahentium hoc voluerint publicare, nisi rationabilis causa [b] præpediat, ab Ecclesia recipienda sunt, & comprobanda, tanquam à principio [c] in Ecclesiæ conspectu contracta.

¶ Innocentius iij. in concilio generali †.

¶ *Cùm matrimonia sunt contrahēda, debēt per Presbyteros in Ecclesiis edicta proponi, assignato termino, infra quem, qui voluerit impedire, impedimentū opponat: & si probabilis coniectura fuerit de impedimento, interdicatur matrimonium, donec de hoc cognoscatur. Hoc primò usque ad §. si quis.*

CAP. III.

CVm † inhibitio copulæ coniugalis sit ultimis tribus gradibus reuocata [d], eam in aliis volumus districtè seruari. Vnde prædecessorum [e] nostrorum vestigiis inhærendo, clandestina [f] † coniugia penitus inhibemus: prohibentes etiam, ne quis Sacerdos talibus interesse præsumat. Quare specialem quorundam locorum [g] consuetudinem ad alia generaliter prorogando: Statuimus, ut cum matrimonia fuerint cōtrahenda in Ecclesiis per Presbyteros publicè proponantur, † competenti termino præfinito, ut infra illum, qui voluerit [h], & valuerit legitimum impedimentum opponat: & ipsi Presbyteri nihilominus inuestigent, utrùm aliquod impedimentum obsistat. Cùm autem apparuerit probabilis [i] conie-

factum nulla est probatio. 6. q. 5. *accusator. §. Ult.* & *5. de elec. bona 1.* & ei qui dicit, nō qui negat, incumbit, probatio. *ff. de proba. ei qui.* Dixit Ala. quòd viro incūbit probatio, ubi ipse negat clādestinè ductā esse uxorē: quia potiùs negat ius, quā factū: & qui ius negat, probare debet *ff. de proba. ab ea parte.* sed ille intellectus nō placet: quia ex quo publicè cōfitetur factū coram Ecclesia, approbatur matrimoniū. *j. c. prox.* Dixit Tanc. quòd legitur secūdū quòd dixit Grat. *32. q. 7. c. quòd proposuisti. §. sed illud Ambrosii.* ut vir dicatur hic à virtute, vel à virilitate, quia stat pro matrimonio, & non à sexu: & mulier à mollitie mētis. Et dic, *viro*, i. qui stat pro matrimonio. vel dicas, quòd c. legitur cum reduplicatione litteræ hoc modo: si quis clā despōsauerit aliquam, & mulier negat despōsationē, viro incūbit probatio: & si vir negat desponsationem, mulieri incūbit probatio: & ideo non resumpsit expressè: quia idē iudiciū est de muliere, quòd de viro. sic 32. q. 7. & hoc verum est, & sic seruatur: si vir negat matrimonium, mulieri incumbit probatio, & econuerso.

QVod nobis.] De matrimonio occulto non iudicat Ecclesia, approbat tamē illud publicare volentes. Et habet duo dicta. Secundum ibi, *Verum.* Abbas.

CASVS. Aliqui contrahunt matrimonium occultè, ita quod aliqua probatio fieri nō potest. Quæritur, quid iuris sit? dicitur, quòd non sunt ab Ecclesia aliquatenus compellendi, si alter negauerit: verūtamē si illi hoc voluerint publicare, ab Ecclesia talia matrimonia recipienda sunt, & comprobanda, tanquam si à principio in conspectu Ecclesiæ contracta fuissent: nisi aliqua rationabilis causa impediat. Nota, quòd clam cōtrahentes non sunt compellendi cohabitare. Item viro, & mulieri creditur de matrimonio. Item matrimonium, quod ab initio ab Ecclesia non valebat, ex postfacto valet, & tunc filij reputantur legitimi.

a ¶ *Compellendi.*] Si alter, vel uterque negauerit se contraxisse, non debent compelli, ut simul maneant, ex quo non probatur. quia Ecclesia non iudicat de occultis. 32. *dist. erubescāt.* & *32. q. 5. Christiana.* & *hic;* immò potiùs sunt abinuicem separandi, quia contubernia, vel stupra præsumuntur. 35. q. 5. *cap. 1.* Ber.

b ¶ *Rationabilis causa.*] Putà consanguinitatis. 32. q. 5. *horrendus.* 35. q. 3. *contradicimus.* vel affinitas, vel aliud. *j. de eo, qui cognouit consang. uxoris suæ. super eo.*

¶ *Glossa seq. arg. alleg. unum c. in contrarium allegat. dum, & soluit.*

c ¶ *A principio.*] Arg. quòd ab initio non valebat, tractu temporis conualescit. *5. de elect. quod sicut. §. si autem.* Arg. contra. *5. de elect. dudum. 1.* ubi de hoc. *5. de cens. scientes.* sed hoc in principio valebat quoad Deum, licèt non quoad Ecclesiam: sed nunc primò declaratur. sic *j. de frigi. & male. fraternitatis. in fi.* sim. *ff. si seruit. vendi. sicut autem § sed si quæritur. ff. de acquir. re. domi. adeo. §. cum quis. in fi.*

CVm inhibitio copulæ coniugalis.] Habet multa dicta, & diuisio patet per §§. licèt possit aliis modis diuidi. Abb. Sic.

CASVS. Prohibitio coniugalis copulæ in tribus gradibus ultimis reuocata est per idem concilium, *infrà de consanguinitate & affinitate. non debet:* & ideo Papa eam distinctè præcipit obseruari: Vnde inhærendo vestigiis prædecessorum suorum omnino prohibet coniugia clandestina, siue occulta, præcipiēs ut nullus sacerdos talibus nuptiis interesse præsumat statuens generaliter, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in Ecclesiis publicè proponantur per presbyteros termino competenti statuto, ut infra illum terminum, qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat; & ipsi presbyteri per se nihilominus inuestigēt, utrùm aliquod impedimentum obsistat: Si autem aliquod rationabile obiectū fuerit contra copulam contrahendā contractus interdicatur expressè, donec impedimentum probetur: Si quis autem huiusmodi matrimonia clādestina, vel aliter prohibita inire præsumpserit in gradu prohibito, etiā ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta, illegitima sit, nullū habitura subsidium de paterna ignorantia, cùm ipsi taliter cōtrahēdo potiùs affectēt ignorātiam, quā scientiam impedimēti: & eodem modo filij illegitimi erūt si ambo parētes sciant impedimentum, & contrahūt contra omne interdictū: Si verò parochialis sacerdos tales coniunctiones prohibere contēpserit, aut interesse præsumpserit, per trienniū ab officio suspendatur, & illis, qui contrahunt contra huiusmodi formam etiā in gradu cōcesso, pœnitētia imponatur cōdigna. Et qui malitiosè ad impediēdam copulam legitimam impedimētum obiecerit, similiter puniatur. Nota quòd clandestina matrimonia prohibentur. Itē qui cōtrahunt contra formam expressam in ista decretali, filij eorum illegitimi erūt, & paterna ignorantia eos non excusat. Item qui potest scire, & non scit, idem est, ac si sciret. Item Ecclesiæ opinio non excusat. Item punitur sacerdos, qui clandestina matrimonia non prohibet, aut qui eis interest. Item punitur, qui facit contra canones. Item puniuntur contrahentes contra formam istam, etiam in gradu concesso. Item punitur, qui malitiosè impedimentum opponit ad impediendam legitimam copulam.

d ¶ *Reuocata.*] Per illam constitutionem *infra de consang. non debet.*

e ¶ *Prædecessorum.*] *5. eo. c. prox.* & *30. q. 5. c. 1.* Ber.

f ¶ *Clandestina.*] Dicitur clandestinum matrimonium tribus modis [a]. Vno modo cùm non habentur testes *5. c. prox.* Secundò cùm non fit cū solennitate 30. *q. 5. aliter.* Tertiò dicitur clandestinum, quòd fit contra tenorem huius constitutionis, videlicet non præmissa denunciatione: tenet tamen quoad Ecclesiam, [b] sed filij nati inde detecto impedimento illegitimi erunt, ut infra sequitur.

g ¶ *Quorundam locorum.*] Ut *j. qui matrimo. accu. possunt, cùm in tua.* & *5. de sponsalibus cùm in tua.*

h ¶ *Voluerit.*] Quasi publicum crimen videtur: quia quilibet admittitur, immo quilibet tenetur saltem denuntiare. *j. de cognatio. spiritu. tua.* & *5. de sponsali. cùm in tua.* ubi etiam de hoc consanguinei tamen potiùs admittuntur, quàm extranei, 35. q. 6. c. 1. Sed pone, matrimonium cōtractū est nulla præmissa tali denunciatione, aliquibus præsentibus quādo contrahitur, & scientibus impedimentum, & nihil obiicientibus numquid isti debent admitti postea ad accusandum, vel ad testificandum contra illud matrimonium in vita, vel etiam post mortem? Videtur, quod non, quia qui semel certiorari non debuit. *ff. de act. empt. & vend. l. 1. in p.* quia denunciatio non fit nisi propter ignorantes: Item licet contrahentes non fuerint in culpa tamen scientes impedimentū fuerunt in dolo, & dolus præpōderat culpæ *ff. ad l. aquil. item Mela. in prin.* & ex quo factum est publicè, non admittitur contradictor. 8. q. 1. *licet.* quare isti, quibus videntibus, & scientibus impedimentum, matrimonium contractum est, non debent ampliùs admitti: quia non videntur carere suspicione. Qui ergo debeant admitti post denunciationem, dicitur *j. qui ma. accu. pos. uel non. cùm in tua.* post mortem etiam admittitur accusatio, propter bona. *j. qui fil. sint legi. causam. C. ne de sta. defun. quamuis.*

i ¶ *Probabilis coniectura.*] Nota, quòd probabilis causa impedit matrimo-

† Cap. 3. eo. ti. in 1. cōp. & post concilium Laterā. sub Alex. 3. p. 50. c. 17. Et quātum sit hodie. hunc decretalis derogatum, Vide in concilio Trid. [illegible] citatum.

† *Scilicet Lateran. c. 51.*

† Ca. vnico, tit. de clandestino matrimonio in 4. compil.

† *Concordat cōcilium Tri. sess. 24. de refor. mat. c. 1. §. cū malo. Ubi fit mentio huius decreti.*

† propobātur.

a *Adde de hoc gl.* in §. sicut quoque. in ver. postea. Instit. de nup. & in gl. in ver. illicitas *ibidem.*

b *Hodie nō, per concilium Tridentinum sæpe hic citatum.*

trimonium contrahendum. ĩ. *de spon. præterea. & c. cùm in tua. & j. de consan. & affi. super eo.*

a ¶ *Clandestina.*] Scilicet, non præmissa denunciatione: vt dictum est supra. Ber.

b ¶ *Interdicta.*] Post causam probabilem allegatam, nec finitam.

c ¶ *De tali.*] s. clãdestina, vel interdicta.

¶ *Glo. seq. quærit, ponit opi. quam reprobat.*

d ¶ *Si ambo parentes.*] Et ideo nõ ꝓdest opinio Ecclesiæ, si ambo parentes sciant impedimẽtũ, quin sint filij illegitimi. Sed qd si vnus scit, & alter nescit? dixit Hug. & Lau.[a] quod quãtũ ad sciẽtẽ sunt illegitimi, quãtũ ad ignorantem legitimi. *ar. C. de incestis nupt. qui contra.* quod nõ credo: immò legitimi sunt. j. *qui fil. sint leg. ex tenore.* mõstrũ enim esset, si aliquis esset partim legitimus, & partim illegitimus, sicut ꝙ aliquis esset partim seruus, & partim liber *ff. de statuli. si duobus*[b]. & hoc innuitur, cum dicit, ambo parentes.

e ¶ *Tales.*] s. post allegatum impedimentũ.

¶ *Glo. seq. not. causam reddit, & arguit.*

f ¶ *Pœnitentia.*] Nota, puniũtur cõtrahẽtes, & tñ nullũ subest impedimentũ. sed illud ideo fit, quia contrahũt cõtra interdictũ Ecclesiæ, vnde puniũtur nõ propter impedimẽtũ, sed qa mãdatũ Ecclesiæ cõtemnunt. j. *de mat. cõtract. contra inter. eccl. c. 1.* mandatum enim iudicis cõtemni nõ debet, vt ibi. & *ff. ne quid in loc. pub l. vlt.* & ita est arg. ꝙ iudex potest punire illum, qui venire ad eius citationẽ contemnit. *ff. si quis in ius vo. non ierit. l. 2.* etiamsi ius non habeat actor.

g ¶ *Malitiosè.*] Qui cũ calũniosè denunciat, punitur: vt hîc dicit. & hæc pœna arbitrio iudicis committitur. ĩ. *de off. delega. de causis.* tamen clericus, qui calumniosè denunciat, ab officio, & beneficio suspenditur. j. *de calum. c. 2.*

a *Et Accursius in l. qui contra. infra allega. qua lex non contradicit, si ponderes. Ioann. And.*

† *Vide concilium Trident.* sess. 24. de refor. matr. c. 5. & Clem. vnicam, de consang. & affinit.

b *Antiqui allegabant* ff. de liber. causa. duobus. *& melius facit. Ioann. And.*

ctura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expressè, donec quid fieri debeat super eo, manifestis constiterit documentis.

¶ *Si in gradu prohibito matrimoniũ clãdestine, vel cõtra interdictũ, de quo supra, contractũ fuerit, etiã per ignorãtes de impedimento, nati ex illo matrimonio sunt illegitimi. Idem est, si ambo parentes sciũt impedimentũ matrimonij, licet in conspectu Ecclesia contrahant. h. d. vsque ad §. sanè. Abbas.*

¶ Si † quis verò huiusmodi clãdestina[a], vel interdicta[b] coniugia inire præsumpserit, in gradu prohibito etiam ignoranter, soboles de tali[c] coniunctione suscepta prorsus illegitima censeatur, de parentum ignorantia, nullum habitura subsidium: cùm illi taliter contrahendo non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ videantur: Pari modo proles illegitima censeatur, si ambo parentes[d] impedimentum scientes legitimũ, præter omne interdictum, etiam in conspectu Ecclesiæ contrahere præsumpserunt.

¶ *Sacerdos, qui contẽpserit prohibere matrimonia interdicta, & quilibet Clericus etiam regularis, qui interfuit, per triennium à beneficio suspenduntur: & si culpa exegerit, etiam grauiùs puniuntur: ipsi etiã contrahentes contra hoc c. etiam aliàs licitè, puniendi sunt: & idem in calumniosè denunciantibus. h. d. vsque ad finem. Abbas.*

¶ Sanè si parochialis Sacerdos tales[e] coniunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam regularis, qui eis præsumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, grauiùs puniendus, si culpæ qualitas postulauerit. Sed his, qui taliter præsumpserint etiam in gradu cõcesso copulari, condigna pœnitentia[f] iniungatur. Si quis autem ad impediẽdam legitimam copulam, malitiosè[g] † impedimentum obiecerit, canonicam non effugiet vltionem.

DE SPONSA DVORVM.

¶ Suprà visum est de duabus speciebus sponsaliorum, scilicet manifestis & clandestinis: sed quia quandoque quis contrahit successiuè bina sponsalia cum diuersis mulieribus, & posset dubitari, quæ præualeant: ideo post præcedentes subiicit istam. Abbas.

De hac materia tractatur 27. q. 2. habito. & c. vlt. *cætera dic vt suprà de sponsalibus.*

D *Vobus.*] Habetur hoc *c. pro palea. 27. q. 2. c. duob. Et* secundùm Host. & bene. Istud c. idem dicit in effectu cum c. pen. & c. sicut. ĩ *de spon.* Duę sunt partes. Secunda ibi, *Est autem.* & secunda subdiuiditur. Secunda ibi, *Fides.* Abbas Siculus.

Casvs. Augustinus in c. isto ostendit, quòd fides coniugalis contractus duplex est. Est enim fides pactionis, & fides cõsensus. Si aliquis dedit alicui mulieri fidem pactionis, nòn debet aliam ducere: si autem duxerit, valet: sed agat pœnitentiã de fide mentita. Si autem fidem consensus, nõ debet aliam ducere: & si duxerit, dimittat illã, & adhærebit priori. Est autem fides pactionis, quando aliquis promittit alicui mulieri, quòd eam ducet, si permiserit eum rem secum habere, vel etiam pro consensu. Fides autem consensus, quando per mutuum consensum de præsenti ad inuicẽ consentiunt: & mutuo se suscipiunt. Nota, ꝙ duobus modis dicitur fides, pactionis scilicet & consensus. Item adueniente fortiori vinculo rumpitur minùs fortius. Itẽ post sponsalia de præsenti non debet quis contrahere: & si contrahat, debet redire ad primam.

TITVLVS IV.

De sponsis duorum.

¶ Augustinus † de fide pactionis, & consensus.

¶ Contrahens successiuè per verba de præsenti cum duabus, tenetur adhærere primæ; Si autem primò contraxit per verba de futuro, secũdò per verba de præsenti, adhærebit secundæ.

CAP. I.

D Vob. † modis dicitur fides, pactionis[h], & consensus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, non debet[i] alium † ducere: si aliam duxerit, pœnitentiam debet agere de fide mentita, maneat tamen cũ illa, quam duxit. Non enim rescindi debet tantum sacramentum[k]. Si autem fecerit fidem consensus, non licet ei aliam ducere: si autem duxerit, dimittet ipsam, & adhærebit priori[l].

¶ Est autem[m] fides pactionis, quando aliquis promittit alicui fidem, quod eam ducet, si permiserit[n] eum rem secum habere, vel etiam pro consensu. ¶ Fides autem consensus est, quando etsi non stringat manum[o], corde tamen, & ore consentit ducere, & mutuò se concedunt vnus alij, & mutuò se suscipiunt.

h ¶ *Pactionis.*] Hoc est dicere. vna est fides de sponsationis de futurõ, & altera consensus de præsenti.

i ¶ *Non debet*] Tamen si duxerit, tenet matrimonium, & agat pœnitentiam de fide mentita, vt hîc dicitur: & ĩ. *de sponsali. si inter. in fi. forsitan trium annorum c. 28. di. si vir.*

k ¶ *Sacramentum.*] De isto sacramento habes. sim. *de biga debitum.* quòd dissolui non debet per sponsalia, quæ sunt minus vinculum. arg *ff. de fideiuss. si debitori. 2.*

l ¶ *Priori.*] Vxori, non obstante aliqua consuetudine in contrarium. j. *eo. c. vlt.*

m ¶ *Est autem.*] Exponit, quod dixerat in principio.

¶ Glossa sequens fortificat textum per locum à diuisione: demum ponit tres lecturas.

n ¶ *Si permiserit.*] Si de fornicario coitu intelligas, condicio turpis est. & ideo pro nõ adiecta debet haberi. j. *tit. prox. & c. vlt.* vnde si postea rem secum habuerit, statim est matrimonium. j. *tit. prox. de illis. & c. per tuas.* si de legitimo intelligas, multò fortiùs tenet matrimoniũ, si coitus subsequatur: potiùs enim videtur hortatio, id est, quod permittat ei rẽ secum habere, sim. *ff. de tutel. muto. §. sub conditione.* Ala. dixit, ꝙ istud, si, non tenetur conditionaliter, sed causatiuè: quia in omni matrimonio hęc causa, scilicet carnalis[d] copula, debet interuenire, saltem quoad propositum 27. *q. 2. c. beata Maria.* Et expone *si permiserit*, id est, quia permiserit. sim. ĩ *de elect. significasti. in verbo. si diligis me.* Lau dixit, ꝙ per hoc quod dicit, *si permiserit, &c.* notat conditionalem fidem pactionis: per hoc quod sequitur: vel etiam pro consensu, notat simplicem & absolutã fidem pactionis, vel per vtrunque notatur cõditio. Vel potest dici, quòd per hoc notatur, quòd fides pactionis, id est, sponsalia sub conditione contracta duobus modis transit in fidem consensus, id est, in matrimonium de præsenti, scilicet per carnalem copulam, vel per consensum de præsenti, vt j. *tit. prox. de illis. & c. per tuas.*

o ¶ *Et si non stringit manum.*] Fortè per annuli immissionem, 30. *q. 5. fœminæ.* Cùm enim stringit manum, signum dilectionis est. vel fortè alludit consuetudini alicuius loci. Ber.

† *malitiosum.*

† *In B. Augustini libris hæc nondum inuenit Antonius Augustinus.*

† Cap. 1. eo tit. in 1. cõp. *Vide Ioannem Maioris* l. 4. sent. dist. 27. q. 5. & *ibidem Sotum* q. 2. ar. 4. vel tertium dubiũ est.

† *Alias* mariti aliã ducere vxorem.

e *Vel arbitrantium* 26. p. 7. tempora, *secundũ Alanũ. Ioann. And.*

d *Cauè hoc legas, ne putes non esse verum matrimoniũ absque carnali copula, quod esset falsũ, vt rectè explicat Sotus* l. 4. sen. di. 26. q. 2. ar. 4.

ACcepisti.] Alteri desponsatam ducens in vxorem, & cognoscens, nũquam in vxorem eam habere potest. hoc dicit secundùm vnum intellectum: sed clarius hoc videtur in c. fi. de eo, qui duxit in matrimonium. Abb. Sic.

CASVS. Si aliquis contraxit cũ aliqua, quæ sit alteri despõsata per verba de præsenti, illã dimittat: quia eius vxor esse nõ potest, & xl. dies pœniteat. Not. quod ab initio non valet, tractu temporis non conualescit.

† *Ita in antiquis, vt est impressum, sed restitutũ dum ita: ex* Burchardo l. 19. c. 5. tit. de fornicatione. §. acceptisti illã ibi, & c. 2. eo. tit. in 1. compil.

a ¶ *Desponsatam.*] Per verba de præsenti. vt s. c. pro.

¶ *Glo. seq. arg. alle. quatuor iura, & duo in contrarium.*

b ¶ *Nũquã potest tibi.*] Arg. quod ab initio nõ valet, tractu temporis nõ cõualescit. sic s. *de elect. auditis.* & *c. dudũ.* & ar. 16. q. 3. *placuit.* § *potest. ver. quod si primatus.* & *ff. de regu. iur. l. penul.* Ar. contra. s. *tit. prox. c.* 2. & s. *de elect. quod sicut.*

† Carenã.

† Carentenam *Contius in margine.*

c ¶ *Carinam.*] Vulgare est Italicorum, & dicitur carina [a] à carentia hominum, vel etiam cibariorum: nã illis xl. diebus includuntur in aliquo loco secreto iuxta Ecclesiam, vbi non habent consortium hominum. Ber.

a *Carina vox est corrupta deducta potius à quadragesima, sive quadragena, quàm ab hominũ, vel cibariorum carentia, vt hic putat Ber. & ante ipsum Tan.*

¶ Ex Brocardo † lib. 30.

¶ *Ponit pœnitentiam illius, qui alterius sponsam de præsenti sibi accepit in vxorem, nec vnquam in vxorem eam habere potest. Hoc dicit iuxta litteram.*

CAP. II.

ACcepisti illam in vxorem tibi, quam alter sibi desponsatam[a] habuerat, dimitte illam: quia nunquam potest tibi [b] fieri legitima: & quadraginta dies in pane, & aqua (quod carinam[c] † vocant) cum septem sequentibus annis pœniteas.

¶ Alexander ij. Salernitano Archiepiscopo.

¶ *Sponsalia de præsenti non soluũtur per sequens matrimoniũ, etiam carnali copula consummatum.*

CAP. III.

LIcèt † præter [d] solitũ: *& infrà.* ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si inter virum & mulierem legitimus consensus interueniat de præsenti, ita quidem, quòd vnus alterum in suo mutuo consensu, verbis consuetis expresse † recipiat, vtroque dicente: Ego accipio te in meam: &, Ego accipio te in meum: siue sit iuramentum interpositum, siue non: non licet mulieri alij nubere. Et si sumpserit, etiam carnalis copula sit secuta, ab eo separari debet, &, vt ad primum redeat, Ecclesiastica districtione compelli. Quamuis † aliter à quibusdam prædecessoribus nostris sit aliquando iudicatum[e].

LIcet præter.] Summatur vt in rubro: sed clarius hoc habetur in c. fin. & penult. s. de spon. Et diuiditur in quatuor partes. Primò ponitur decisa cõsultatio. Secundò responsio ibi, *Consultationi.* Tertiò alterius dubij solutio ibi, *Et si nupserit.* Quartò obstaculi remotio ibi, *Quãuis.* Abb. Sic.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cõpil. & post concilium Late. an. p. 6. c. 8. Vide Setum l. 4. sen dist. 27. q. 1. art. 3.

† expresso.

† *Vide cõmẽtaria in Directoriũ Inquisitorũ* l. 2. sch. 3. §. item per multos. *ad de Melchiorem Canum* li. 6. c. 8. de locis Theolog.

CASVS. Dicitur in hoc c. quod si aliquis contraxerit cum aliqua per verba de præsenti, dicendo sic: *Recipio te in meam.* & illa, *Recipio te in meum* (etiamsi nõ iurauerint) non possunt ad alia matrimonia conuolare: & si fecerint, separari debent à secundis, & ad primum matrimonium redire, quamuis carnalis copula sit secuta. Idem habes *supra de spõsa. si inter.* Nota, quòd sponsalia de præsenti matrimonia sunt, vnde postea dissolui non possunt.

d ¶ *Præter.*] Quod dicitur hic habuisti s. *de spon. si inter.*

e ¶ *Iudicatum.*] Consuetudo fuit olim in Mutineñ. ciuitate, sed illa correcta est, i. eo. c. *Vt.* Ber.

TVa.] Diuiditur. Primò ponitur thema. Secundò præcipit fieri interdictum ibi, *Hoc arbitramur.* Tertiò dicit, quid iuris, si violetur ibi, *Et si contra.* Abb. Sic.

CASVS. Aliquis coram suo iudice petit aliquam in vxorem: vel aliqua petit aliquem in virum, quem dicit in eam consensisse per consensum mutuum de præsenti. Ille appellat ad sedem Apostolicam: & appellatione pendẽte ante causæ cognitionem, siue ante sententiam, aliam duxit in vxorẽ: quæritur, quid iuris? Respondet Papa, si aliquis ammodo in tali casu duxerit appellandum, iudex interdicat ei publicè, ne ante decisionem causæ cum alia contrahat: quod si fecerit, matrimoniũ tam præsumptuosè contractum debeat irritare, & separare ab inuicem vsque ad decisionem causæ. Nota, quòd pendente appellatione nihil est innouandum. Item qui contraxit contra interdictum Ecclesiæ, debet separari ab illa, quousque cognoscatur de impedimento.

f ¶ *Ante decisionem.*] Appellatione enim pendẽte nihil innouari debet. 2. q. 6. c. *post appellationem.* § *appellatione.* & *ff. nihil inno. appellatio. pen. l.* 1.

¶ *Glo. seq. alleg. septem concor. in contrarium alleg. sub. de matrimonio contracto: soluit distinguendo.*

g ¶ *Poteris irritare.*] Simil. *supra de despon. impub. ad dissoluendum, in fi.* Ex quibus colligitur, quòd matrimonium contra interdictum Ecclesiæ contractum sit omnino dirimendum, vt 31. q. 3. *contradicimus.* & 35. q. 4. *non oportet* 2. & 10. *dist. Vides.* & *C. de legi. non dubium.* & 25. q. 2. *imperiali.* & *C. quo pro sua iurisdictio. l. vnica.* Arg. contra, *infra de ma. contract. contra interd. ec. c.* 1. & 2. & 3. Solutio b: cum matrimonium interdicitur ab Ecclesia, aut causa prohibitionis est perpetua, aut temporalis. Si est perpetua, separantur à cohabitatione, quousque cognoscatur de impedimento, quo probato separantur ex toto, lata sententia diuortij inter eos. *infra de matrimo. contracto contra interdict. eccle. de muliere.* & sic intelligitur c. *contra dicimus.* & c. *Vides.* & l. *non dubium*: & sic intelligo, quod dicit hic, & *c. ad dissoluendum.* quo non probato remanebunt simul. Si vero causa prohibitionis fuerit temporalis, putà tempus, in quo matrimoniũ prohibetur contrahi propter reuerentiam dierum: vel consensus de futuro cum alio: tunc non debent separari, sed pœnitentia debet eis imponi: quia contra interdictum Ecclesiæ hoc fecerunt. *infra de matrim. contra. contra inter. eccle. c.* 1. tamen ne mandatum iudicis contemptibile videatur, si vult, potest eos ad tempus separare. & sic intelligitur *c. non oportet* & *infra de matri. contract. contra inter. Ecclesiæ. c.* 1. Interdictum enim Ecclesiæ non est tantæ efficaciæ, vt separetur matrimonium contra illud cõtractum, nisi subsit causa perpetua: tamen pœnitentia debet semper imponi, siue causa sit perpetua, siue non, propter contemptum ecclesiæ, vt patet per iura prædicta. *infra de mat. contract. contra interd. Eccle. per totum.* & *supra tit. pron. c.* 3.

¶ Idem Genueñ. † Archiepiscopo.

† Ianuen. *sed idẽ est.*

¶ *Ei, qui appellat in causa matrimoniali, interdici debet, ne aliud matrimonium contrahat lite pendente: & si contraxerit, debet separari.*

CAP. IV.

TVa † fraternitas nos consuluit: *& infrà.* ¶ De his verò, qui contra te super desponsatione facta per consensum mutuum de præsenti, cõtrouersiam mouent, & appellatione pendente, quam ante sententiam, vel cognitionem causæ, ad sedẽ Apostolicam interponunt, accipiunt alias in vxores: Hoc arbitramur agendum, vt si ammodo in tali casu duxerint appellandum, eis in Ecclesia publicè interdicas, ne ante decisionem [f] causæ, aliud contrahant matrimonium. Et si † contra interdictum Ecclesiæ publicè factum venire præsumpserint, matrimonium tam præsumptuosè contractum poteris irritare [g].

† Cap. 7. eo. ti. in 2. cõp. & post concilium Lateranen. p. 50. c. 41. Et cùm appellatur in causis ecclesiasticis, quod obseruari debeat vide concilium Trid. sess. 24. de refor. c. 20.

† *Alias item* & si contra interdictũ Ecclesiæ ita publicè factum, &c.

¶ Innocentius iij. Mutineñ. Episcopo.

¶ *Qui duas per verba de præsenti desponsat, primam desponsatã habebit in vxorem, etiamsi prius secundam cognouerit: nec valet contraria consuetudo: & hoc vltimum additur ad c. licet. supra eodem.*

CAP. V.

TVas † dudum: *& infrà.* ¶ De consuetudine, quæ diu in Mutineñ. obtinuit ciuitate, vt † si quis iuraret se aliquam ducturum, & citra carnis copulam desponsasset, si consequenter desponsasset aliam, & etiam

† Cap. vnic. e. ti. in 2. cõ.

† *In omnibus manuscriptis ita:* vt si quis iuraret aliquam, & citra carnis copulam, *&c. illæ etiam duo verba, se ducturum, nusquam apparent in antiquis.*

b *Secundùm Tanc. & Vin. Host. idem dicens vtebatur alijs verbis, scilicet quòd aut matrimonium ab ecclesia interdicitur sine causa, aut ex causa: & tunc aut causa est temporalis, aut perpetua: aut falsa, aut vera, cuius distinctionis veritas satis patet ex gl. Io. An.*

TVas.] Diuiditur in duas partes. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio ibi. *Ne vero.* Abb.

CASVS. Olim obtinuit consuetudo in Ecclesia Mutineñ. vt si quis aliquam desponsasset per verba de præsenti, & ante carnalem copulam aliam accipiat, & cognoscat: illa sibi adiudicabatur, quam primo cognouerat: quia vero turpis est omnis pars, quæ suo non congruit vniuerso, & Ecclesia Mutin. tenere debet humiliter, & seruare, quod Romana Ecclesia, & sua metropolis seruat, præcipit Papa, vt Ecclesia Mutin. in matrimoniis contrahendis illud obseruet, vt postquam inter personas legitimas consensus legitimus interuenerit de præsenti, si postea cum alia de facto contrahant, quod priùs de iure factum fuerat, non poterit irritari. Nota, quod turpis est pars, quæ suo non congruit vniuerso. Itẽ quod Romana Ecclesia, & sua metropolis seruat, subditi seruare debent. Item carnalis copula non facit matrimonium, sed consensus.

¶ *Glo. seq.*

¶ *Glo.seq.obijcit,& soluit.*

a ¶ *Cognouisset.*]Videbatur,quod secundus ideo esset potior,quia illi tradita esset possessio:sicut est in venditione,& donatione *C. de rei ven. quoties,*& in matrimonio spirituali.*s. de iure pa. quod autē.& c. pastoralis.*&in obligatione pignoris.*ff.qui po.in pig. ha. potior.* sed non est ita:immò qui prior est tempore,potior est iure. *s. de maior. & obed.c.i.* quia iam contractus perfectus est per solum cōsensum: licet cum secūdo processum sit ad carnalē copulam, quæ matrimonium non facit sine consensu:vt *j.dicitur.* sim. *s.de turpa.cū autem.& ff.loca.in operis:* licet hîc circa matrimonium non stetur consuetudini:aliàs tamen seruatur consuetudo: vt qui legitimus est ad matrimonium, consuetudo facit illegitimum. *j. de cognatione spiri.super eo.*

† obseruare.

b ¶ *Ne vero turpis.*[Sic 8.di. quæ contra mores. & 11.di.noliте.& 12.di. c.1.s. de præscript. cùm non liceat.*

† cōtrahūt.

c ¶ *Beati Petri sedē,& suam metropolim.*]Hæc verba sunt 11. *dist. nolite.& 12.dist.c.vlt. & s.de postu præla.c.1.*

d ¶ *Et solus.*] Solus consensus facit matrimonium.*s.de spon.per totum.& 27.q.2. sufficiat.*

cognouisset [a], primò cognita adiudicaretur viro, non quæ priùs extitit desponsata:*& infrà.* ¶ Ne verò turpis [b] sit pars, quæ suo non congruit vniuerso, & Ecclesia Mutineñ. tenere debeat humiliter, & seruare †, quod beati Petri [c] sedem, & suam metropolim sequi viderit,& docere: In matrimoniis de cætero contrahendis illud te volumus obseruare,vt postquam inter legitimas personas consensus legitimus interuenerit de præsenti, qui sufficit in talibus iuxta canonicas sanctiones: & si solus [d] defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur: si personæ iunctæ legitimè cum aliis postea de facto contrahant †, quòd priùs de iure factū fuerat,non poterit irritari.

TITVLVS V.

De conditionibus † appositis in desponsatione, vel in aliis contractibus.

† *Vide Sotum l.4.sent. di.1. q.2.per totam & Conarruuiam paulo post citatū.*

† *In conciliis Africanis hoc nondum inuentum est, refert Gratianus, sine Palea 27. q.2.c. quicunque. & habetur post concilium Laterā. sub Alex. 3. p.6.c.5.& c.2.c.11. in 1. comp.*

DE CONDITIONIBUS appositis in desponsatione, vel in aliis contractibus.

¶ *Quia quādoque sponsalia cōtrahuntur purè, de quibus visum est supra: quandoque sub cōditione, merito de his post præcedentia submittit. Et quia conditio apponi potest non solum in matrimonio,sed etiā in aliis cōtractibus,ideo ne auctor haberet materiam geminandæ rubricam,subiecit ibi,de conditionibus appositis etiam in aliis contractibus.*

¶ Ex concilio Africano †.

¶ *Defectus turpis conditionis in contractu matrimonij apposita,non vitiat matrimonium, sed vitiatur.*

CAP. V.

QVicunque sub conditionis nomine aliquam desponsauerit,& eam relinquere voluerit: dicimus, quòd frangatur [e] conditio, & desponsatio irrefragabiliter teneatur.

De hac materia tractatur.32. q.8. & 32.q.2. solet. & c. aliquando.& q.1.c.vlt.17.q.4.vxor.

QVicunque.] Primò ponitur thema, ex quo resultat tacita quæstio. Secundo responsio ibi. *Dicimus.* Abbas.

CASVS. Si aliquis desponsauerit aliquam sub conditione,quæ non sit cōtra substantiam matrimonij, putà cōtraho tecum,si furtum feceris:si voluerit eam relinquere: quæritur,an possit? Respondetur,quod conditio frangatur, & matrimonium firmiter teneatur. Nota turpem conditionem,quę non sit contra substantiam matrimonij, non impedire matrimonium.

¶ *Glo.seq.recitari potest per q.de qua conditione.*

e ¶ *Frangatur.*]Intellige [a] hoc c.de cōditione turpi:quę tamē non sit contra naturā matrimonij:vt *j.eod.c.vlt.*per quod intellige hoc c.vt putà,si furtū fecerit.si hominem interfecerit, talis conditio non impedit matrimonium:immò pro non adiecta debet haberi:vt *j.eo.c.vlt.*vbi de hoc.

a *Hic est cōmunis intellectus,vt ait Couarruuias* in epitome. l.4.decretalium.p.2.c.3.§.2.

CVm sit.] Pertinet ad secundam partem rubricæ. Diuiditur.primò ponitur thema. Secundò responsio ibi, *Tu ergo.*Abbas.

CASVS. Quidam diaconus manumisit duos seruos sub hac conditione,vt monachi essent. & permanerent in quodā monasterio,adiiciens,vt si contra facerent, iterum subiicerentur seruituti: vnus illorum recessit à conditione, & de monasterio exiuit,& inter clericos sæculares conuersatur.Vnde quidā presbyter, illius monasterij de hoc cōquestus est domino Papæ:vnde mādat Episcopo diœcesaño,vt si ita esse inuenerit, compellat eum,vt in monasterio permaneat,nec monasteriū deserat,& volūtas manumittentis non valeat preteriri.Nota, quòd libertas potest sub conditione dari. Item ex quo quis monachus est,oportet, quod monachus perseueret.Item voluntas manumittentis seruanda est.

¶ Gregorius † Episcopo Spoletano.

† Lib. 7. epistola. 36. indict.2.registri.

¶ *Seruus manumissus ea conditione, vt fiat Monachus,& monasterio seruiat, aliàs in seruitutem redeat:etsi hoc acceptato Monachus factus sit, manumittentis voluntatem cogitur obseruare.*

CAP. II.

CVm † sit proprium:*& infrà.* ¶ H. Presbyter conquestus est Diaconum quendam manumisisse duo mancipia sub hac conditione [f], vt Monachi fierent,& in eo monasterio, vbi ipse fuerat [g], permanerent: adiiciens, vt si quis contra faceret, seruituti iterum subderetur [h]: atque vnum ex his (hac conditione despecta) monasteriū deseruisse, & se inter Clericos sociâsse: Tu ergo si ita esse reperetis,sic te exhibe, vt nec illi monasterium deserendi sit facultas, & manumittentis voluntas non valeat præteriri.

¶ *Glo.seq.signat cōtrarium, ponit opinionem, & soluit.*

f ¶ *Hac conditione.*]Ar. contra 1.q.2. *quam pio. & s. de pactis. pactiones.* Dixerunt quidā, quòd libertas est res spiritualis,& ideo potest venire in commutationē cum alio spirituali arg.*s.de ser.non ord. nullus.* Vel dic, quòd non contradicunt: quia monachus hic non datur sub cōditione,sed libertas datur, si voluerint monachari: aliàs non erunt isti liberi, nec possent ad hoc compelli.32.q.1.*integritas.*

†Cap.1.eo.ti.in comp. *Vide præalias hic Præpositum.*

¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas.*

i ¶ *Apud Deum.*] Ergo videtur æqualiter obseruandum, vt solenne, quod falsum est: quia solemne seruatur post contractum matrimonium. *j. c. prox. §. quod verò non. 27. dist. si vir.* & hic dicas, quod ab initio sunt æqualiter [h] obseruanda, & vtrumque in tantum obligat, quod quia contrauenit, peccat mortaliter. Et dico, nō minùs, id est non minori tēpore, quia vtrumque in perpetuū obligat, & vtriusque fractio est mortale peccatū, licet vnus minùs peccet alio: quod patet ex minori pœnitētia. *27. dist. si vir. & 27. q. 1. virginibus. & c. deuotam.* Vel hoc contingit propter adiunctū, scilicet propter bonum matrimonij. *ar. 27. q. 1. nuptiarū.* & est simile, quod dicitur: Inter simplicem loquelā, & iuramentum non facit Deus differentiā. *22. q. 5. iuramenti.* & collige ex hoc, quod hic dicitur votū ex sui natura non dirimere matrimonium, sed cōstitutio facta super voto. Quia fit hic mentio de voto simplici, & solemni. vide, quid sit vtrumque. Votū solemne [i] est, quod fit interueniente aliqua istarum solēnitatum, videlicet per susceptionem sacri ordinis. *28. dist. diaconi. & 84. dist. cùm in præterito.* Item per susceptionem sacræ vestis, quæ tantum profitentibus dari debet. *s. de reg. statuimus*, & maximè si cum aliis incipiat cātare, & oblationem facere in Ecclesia. *27. q. 1. vidua. & sup. de re. vidua. & 27. dist. quod interrogasti.* Tertio modo, cum per professionem deuouet se alicui religioni in manu Abbatis, vel abbatissæ, vel etiam in manu monachi. *s. de reg. statuimus. & sup. eo. consuluit & j. eo. c. prox.* præsentibus testibus per quos possit probari professio, si ille negaret, & ne hoc negari possit, fiat inde publica scriptura. *27. q. 1. omnes fœminæ*, in qua scriptura profiteatur se velle religiosè viuere. *30. q. 1. vidua.* & tale votum impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. *27. q. 1. per totum. vsque ad c. nuptiarum.* Aliàs autem votum cōtinentiæ factum, quamuis coram multis, dicitur simplex, quasi non vestitum, siue institutum aliqua solēnitate: & tale votū impedit matrimoniū contrahendum, sed nō dirimit iam contractum. quasi dicat, non debet cōtrahere post tale votum: tamen si contrahat, tenet. *sup. c. cōsuluit. & c. veniens. & 27. q. 1. nuptiarum cum seq. c.* & post hoc votum continentiæ, cum quis dicit [voueo cōtinentiam] dat Ecclesia licentiam contrahendi. *s. eod. c. prox.* Hæc opinio hodie quasi [k] cōis est, & in hac opinione fuit Gratianus. *27. dist. §. vlt. & c. vlt.* Hug. verò dixit, quod votum continentiæ perpetuæ inter omnia vota impedit, & dirimit matrimoniū iam cōtractum, & in nullo casu est matrimonium post votum perpetuæ cōtinētiæ quoad Deum; & si postea contrahat, de solo facto cōtrahit, & mortaliter peccat: & hoc dicit esse verū, si votū continentiæ propriè teneatur: Propriè dicitur votum cōtinentiæ, cùm dico [voueo perpetuam cōtinentiā] Impropriè cum dicitur [voueo siue promitto, quod post annum siue post mortem vxoris meæ, voueho perpetuam continentiam] quod est dicere votum de præsenti, & de futuro. Et dicit Hug. quod solemnitates præmissæ non sunt de substantia voti, sed signa, & probationes voti, si votum reuocetur in dubium, Ioannes dicit, quòd si aliquis coram tota Ecclesia dicat: [voueo perpetuam continentiam] non solemnizatur votum, nisi aliquid de præmissis interueniat: vnde si postea contrahat, tenet matrimonium. Hug. verò contrà, vt patet. Sed certè quod dicit Hug. magis videtur tutum: licet enim aliquis non efficiatur monachus, benè potest se obligare ad continentiam perpetuam per totum, sicut potest se obligare ad alia vota: quia votum

h Eodē modo explicat B. T. initio decretalis citatus d. q. 53. a. 2. ad 2. arg. vbi addit alia, quæ hunc locum illustrant.

† Cap. 2. eod. tit. in 1. compilatione.

Vide B. Th. citatum in c. præcedenti, & in quæstionibus additis ad 3. p. q. 53. a. 2. vbi explicat hanc decretalem, & contributis Clementis sed fortasse insti ...em.

i Vide Magistrum sen. & Doct. schol. l. 4. d. 38. & omnino B. Th. 2. 2. q. 88. a. 7. & ibi Caietanum, & de materia glossæ adde hic pœnitentiæ per Præpositum.

k Hæc opinio communis est & vera, quam sequuntur iā Theologi l. 4. sent. d. 38. quā Canonistæ, vt hic, & in c. seq. nec tenenda est opinio H. quā hic Bernardus dicit magis tutā, & verò & copiosè ostendit præ aliis Syluester in summa verbo matrimonium 7. q. 5. & Soto l. 4. sent. d. 38. q. 2. a. 1. adde c. vni. de voto lib. 6.

tum continentiæ excedit omnia alia vota, vnde non posset commutari in maius bonum. *arg. 32. q. 1. nuptiæ.* vnde & si coniugati continentiam promittant, eam seruare tenẽtur. *33. q. 5. quod Deo pari.* Hugo cõtradicit Alexãdro. *s. c. prox.* cui potius standũ ᵃ est, ADDITIO. Vnde versus: *Votum solemne demonstrant quatuor ista.*

Ordo sacer, scriptum,
professio præuia sponte:
Et professorum vestis,
suscepta scienter. Vel sic.
Ordo sacer, vestis, professio religionis:
Quæ si facta palam, faciunt solemnia vota.

a ¶ *Obseruare.*]Quod si priùs iurasset, & postea votũ simplex emisisset, tenet quod dicitur *s. de spon.* commissum.

b ¶ *Videtur.*]Quia remanebit cum illa *sup.* eod. *consuluit.*

I*Nsinuante.*] Primò ponit factũ. Secundò diffiniendũ committit ibi, *Nos igitur.* Abbas.

CASVS. Quidam curiales Regis Legioneñ. supplicauerũt ipsi Regi, vt I. nobilem mulierem faceret copulari in matrimonium cuidam viro. Cùm istud peruenisset ad notitiã consanguineorum, ipsi eidem mulieri consuluerunt, vt virum acciperet: & ipsa respõdit, quòd nubere nolebat, consilium recipiens ab eisdem, quòd votum emitteret castitatis: quod fecit in manibus cuiusdam de fratribus sancti Augustini, hoc adiecto tenore, quòd in domo sua cum omni substantia remaneret, & sic in habitu eiusdem ordinis postea per bienniũ permãsit, coactam & inuitam metu regio id asserens se fecisse. Tandè considerãs quòd inuita votũ emiserat, eo dimisso matrimoniũ publicè contraxit de parentum cõsilio: mulier desiderans animæ suæ saluationem, domino Papæ fecit scribere prædicta. Vnde Papa scribit duobus modis, considerans quòd in emissione voti, quod præcessit, nulla vel modica coactio interuenit, quam etiam, patientia temporis sequentis profugauit, & coniunctio iniqua fuit: mandat, quatenus si prædicta vera sunt, prædictam mulierem moneant, vt habitum malè dimissum reassumat, & seruet, quod vouit, & si opus fuerit, per censurã ecclesiasticam compellant eandem. Nota, quòd quis potest profiteri in manu monachi. Item votum contractum per metum, per patientiam sequentis temporis fit validum, & postea violentia profugatur. Item qui habitum regularem dimittit, debet compelli ad reassumendum.

obseruare ᵃ. Quòd si postquam huiusmodi præstitit iuramentum ad nuptias motu proprio conuolasset: cùm votum simplex matrimonium impediat contrahendum, nõ tamen dirimat iam contractum, nihil ambiguitatis quæstio tua continere videtur ᵇ.

¶ Innocentius tertius Vlisbon. † & Colimbrieñ. Episcopis.

¶ *Votum solemne impedit, & dirimit matrimonium pòst contractum.*

CAP. VII.

INsinuante † I. nobili muliere, nostro est Apostolatui reseratum, quòd à quibusdam curialibus fuit Regi Legioneñ. pro ipsius copula supplicatũ ᶜ: quod cùm ad consanguineorum eius notitiam peruenisset, vt maritũ acciperet, ei sub obtestatione Regia suggesserunt: ipsa verò, quòd tunc nollet nubere protestans, consilium accepit ab eis: quòd votum emitteret castitatis, quod in manibus ᵈ cuiusdam de fratribus sancti Augustini fecit †, eo adiecto tenore, vt in domo ᵉ propria, cum omni substantia sua remaneret. Sanè in eiusdem ordinis habitu, biennio pòst permãsit, licèt id se inuitam fecisse asserat, & coactam, non tam metu Regio ᶠ, quàm parentum. *& infra.* ¶ Tandem attendens, quòd inuita votum emiserit, eo dimisso de parentum consilio, P. Michaëli † publicè fuit matrimonialiter copulata: de quo † quatuor sustulit filios tempore procedente. *& infra.* ¶ Nos igitur attendentes, quod in remissione voti, quod præcessit, nulla vel modicã ᵍ coactio affuisset, quam patientia ʰ, & perseuerantia sequentis temporis penitus profugauit, & quòd sequens coniunctio potiùs iniqua fuit, & violenter extorta: Mandamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, præfatam mulierem ad malè dimissum religionis habitum resumendum, & seruandum, quod vouit, monere & inducere procuretis, & (si opus fuerit) per censuram ecclesiasticam coërcere.

TITVLVS VII.

De eo, † qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

¶ Alexander iij. Abbati Sancti Albani.

¶ *Si quis viuente vxore contrahit cum secunda hoc ignorante; prima mortua ad sui petitionem non separabitur à secunda.*

CAP. I.

PRopositum † est nobis, quòd vir quidam vxorem habens, sibi aliam huiusmodi rei inscĩam ⁱ copulauit: sed prima mortua, nititur discedere

hoc dixi. *s. de condi. appos. c. vlt.* verba ista in domo propria, cum omni sua substantia, sic expone: id est, cum vsufructu suæ substantiæ olim ante monachatum: vt de vsufructu illarũ rerum victum, & vestitũ haberet in vita sua, quicquid etiã superest, debet esse, & est monasterij: & si quid deest ei, suppleat à monasterio: similis. n. expositio habetur *27. q. 1. si quis rapuerit*, & sic ista erit monacha, & potest remanere in domo quondam sua cũ vsufructu rerum, quas contulit monasterio. *sic 27. q. 1. de viduis.*

¶ *Glossa sequens arguit, signat contrarium, & arguendo dat simile.*

f ¶ *Metu Regio.*] Arg. quòd imperiũ regium nõ sufficit ad iustũ metum. *ar. C. quod met. caus. ab inuidia arg. contra. C. eod. l. vlt. & 23. q. 8. conuenior.* similiter imperium paternũ non sufficit. *ff. de ritu nuptia. si patre. 32. q. 7. omnes causationes.*

g ¶ *Vel modica.*] No. quòd leuis metus nõ excusat in voto: vt hic & *sup. quod met. cau. cum dilecti.* sed in electione leuis met⁹ sufficit. *1. q. 1. si quis aũt.* similiter in matrimonio, vt videtur: quia plena debet securitate gaudere, vt *s. de spõ. cum locum. ff. de rit. nup. si patre* tamen talis debet esse, qui possit cadere in constãtem virum *s. de spon. veniens 2. & c. consultationi.*

¶ *Glo. seq. no. quòd ex tempore, & c. allegat sex iura.*

h ¶ *Patientia.* Nota quòd ratione temporis euanescit exceptio: quia præsumitur consentire *1. q. 1. constat. s. de spon. ad id quod. inf. de frig. c. 1. C. quòd met. cau. l. 2. ff. de condi. ob turpem cau. si ob turpem. ff. de rit. nup. si pater* Bern.

ᵃ *Et ita videtur velle Bernardus, quia votum simplex non dirimat, idem sensit infra de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ c. 4.*

† *Vlisbon. & Colimbrien.*

† *Vlixbon. & Colimbrien. sed et verius liber reformatus est, ac est impressum. Sunt episcopatus in Portugalia, de Vlisbona in antiquis Hispaniæ cap. 10. sed pro Vlisbon. legendum Olisipon.*

† *Ca. vnic. e. tit. in 3. comp. Vide Sotum l. 4. sent. d. 38. q. 1. a. 1. & citates in præcedentibus c.*

† *Aliàs ita: eo fecit adiecto tenore, aliàs ita, fecit adiecto tenore, &c. absque voce, eo.*

† *Aliàs, Micnacio, id est, P. filio Michaelis.*

† *In antiqua compilatione ita: de quo &c.*

† *De materia huius tituli vide Magistrum sent. & ibidem Theologos scholasticos l. 4. d. 37.*

† *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. & post conc. Lateran. p. 6. c. 1. Vide Magistrum l. 4. sent. d. 35. §. solet etiam quæri.*

DE EO QVI DVXIT IN MAtrimonium, quam polluit per adulterium.

¶ *Suprà visum est de quibusdam impedimentis matrimonij, s. ordinis, & voti: nunc subiicit de alio impedimento, quod scilicet causatur ex adulterio, vel machinatione in morte coniugis. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur. 31. q. 1. 32. q. 4 per totum. & q. 7. in multis c.

P*Ropositum.*] Communis diuisio. Secunda ibi, *Licèt autem.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam habens vxorem, ea ignorante cõtraxit cum alia. Tandem prima mortua vult recedere à secunda: quæritur, quid iuris? Rñdet Papa, quòd licet in canonibus habeatur, vt nullus ducat in matrimonium, quam polluerat priùs per adulterium, & præcipue illam, cui fidem dedit de eã ducenda, viuente vxore, vel quæ machinata est in mortem vxoris: tamen quia mulier fuit nescia, quòd ille haberet aliam vxorẽ viuentem, vt ille vir de dolo suo commodum non sentiat, dicit Papa, quòd nisi mulier illa diuortium petat, ad petitionem viri non sunt aliquatenus separandi. Nota hîc duos casus, in quibus non potest quis contrahere cum ea, cum qua adulterätus est. Item de dolo suo non debet quis commodum habere. Item argumentum, quod contractus pro parte tenet, & pro parte non tenet.

¶ *Glo. seq. tractat, quomodo ignorantia valet ad duo, residuum recitat per quæstionem: an mortua prima, incipiat esse matrimonium: soluit, & dat simile, allegat duo iura in contrarium.*

i ¶ *Insciam.*]Hoc excusauit mulierem ab adulterio, quia ignorãs non committit adulterium. *34. q. 2. in lectum. & ff. de adult. l. vlt.* alioquin si fuisset conscia, non posset postea cum eo remanere.

c ¶ *Supplicatum.*]Contra illa iura: nam à principe non est petẽda vxor. *36. q. 2. nullus.* & pœnam deportationis meretur. *C. si nu. ex rescript. petant. l. 1.* & quia debent esse libera, matrimonia, *suprà, de sponsalibus.* Gemma.

d ¶ *Quod in manibus.*] Et ita solemnizauit votum continentiæ tradendo se ordini sancti Augustini in manibus illius monachi, vt *j. patet*, & habitum professorum suscipiendo.

¶ *Glo. seq. obiicit probans per quatuor iura, pro textu inducit duo, sed concludit pro obiectione, ponit opinionem, & remittit, & ad hanc literam respon.*

e ¶ *Vt in domo propria.*]Ergo nõ erat monacha, ex quo potest proprium retinere. *arg. j. de statu mona. cum ad monasterium. in fin.* cùm talis conditio sit contra substantiam monachatus. *s. de conditio. appo. c. fin. & 32. q. 2. solet. & arg. ff de actioni. & obli. non solùm. Arg. 10. q. 1. sic quidem. & sup. de condi. appo. c. 1.* talis enim conditio est contra substãtiam monachatus, vnde ea retenta impedit monachatum. Quidam tamẽ dicunt, quòd ea adiecta tenet monachatus, & pro nõ adiecta haberi debet. ar. huius litteræ. De

ᵇ *Vide concil. Trid. sess. 24. de reformatio. matri. cap. 1. & 9.*

nere.

nere. ĩ. e. cùm haberet, immò plus prodest: quia filij de tali matrimonio legitimi sunt censendi, propter bonam fidem vxoris. ĩ. qui fi. sint legi. ex tenore, & c. cum inter. & tamen non fuit matrimonium inter eos, etiam post mortem primæ vxoris: licet etiam ista crederet eum liberum, ligatus tamẽ erat & in primo consensu, qui nullus fuit, intelligitur perdurare: sicut nec matrimonium contrahitur cum seruo, licet credatur liber, aliàs non contractura, etiamsi postea manumitteretur eo ignorante; quia post manumissionem factam manendo cum eo, approbare semper intelligitur primum consensum, qui erroneus fuit, & non alium vnde matrimonium nõ procedit. Ar. contra ff. de off. procons. obseruare. §. vlt. immò videtur expressum. ff. de iure do. Proculus. prius dictum verum est, tamen si mulier vult, compellitur ipsam ducere propter dolum, & fraudem illius, vt in fine dicit.

a ¶ In canonibus.] 31. q. 1. c. 1. & ĩ. eo. ex tenore. cùm haberet, & c. vult. in fi.

b ¶ Fidem dederat.] Vel si de facto eam duxit. ĩ. eo. cùm haberet. & supple, eam cognouit viuente sua vxore: aliàs non impediretur contrahere cum ea. ĩ. e. c. vult.

c ¶ Machinata.] 31. q. 1. si quis viuente. & ĩ. eo. super hoc.

† Aliàs ita; in canonibus habeatur expressum.

† Vide l. inter gentium. ibi glo. ff. de ritu nupt.

† Cap. 2. eod. tit. in 1. compilat. & post conc. Later. p. 6. ca. 13.

à secunda. & infrà. ¶ Licèt autem in † canonibus[a] habeatur, vt nullus copulet matrimonio, quam priùs polluerat adulterio, & illam maximè, cui fidem dederat[b] vxore sua viuente, vel quæ machinata[c] est in mortem vxoris: quia tamen præfata mulier erat inscia, quòd ille aliam haberet vxorem viuentem: nec dignum est, vt prædictus vir, qui scienter contra canones venerat, lucrum de suo dolo[d] reportet †: Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd nisi mulier[e] diuortiũ petat, ad petitionẽ viri non sunt aliquatenus separandi.

¶ Idem Abbati de Fontibus.

¶ Si viuente prima vxore, & non cognita, quis contraxit cum secunda scienter, & eam cognouit: etiam mortua prima, secundam habere non potest: & secùs, si prima erat non legitima vxor.

CAP. II.

Significauit[f] † nobis O. Andegauensis. & infrà. ¶ Mandamus, quatenus si constiterit, quòd eidem O. tanta vis[g] illata fuerit, quòd non sponte in primam consenserit, nec post præstitum iuramentum ipsam carnaliter cognouerit[h], propter hoc non dimittas, quin ad aliam, quam postea in vxorem accepit, reuertendi liberam tribuas facultatem †. Alioquin sibi, ne ad secundam[i] reuertatur[k], sub interminatione anathematis inhibens, des ei licentiam ducendi aliam in vxorem.

d ¶ De suo dolo.] ĩ. de rescrip. sedes Apostolica. & 30. q. 1. dictum.

¶ Glo. seq. arg. quod contractus claudicat. allegat 12. iura.

e ¶ Nisi mulier.] Et ita compellitur vir remanere cum ea, si voluerit, propter culpam, & dolum ipsius viri, sed non econuerso. sim. ĩ. de adul. c. 2. & ita est hîc ar. quòd contractus pro parte tenet, & pro parte non. ĩ. de despon. imp. de illis. ff. man. potest. C. de resc. ven. l. 2. & Insti. de auctio. tu. circa. prin. ff. locati. sicut emptio. §. interdum. & ff. de act. emp. & ven. Iulianus. si quis à pupillo. 29. q. 2. si quis ingenuus. 32. q. 5. proposito. & 32. q. 2. aliquando. & 37. q. 1. §. 1. & 31. q. 2. c. 1. & 2. si tamen contraheret cum alia, teneret matrimonium. ĩ. eo. veniens.

Additio. Et hoc verum, ante primum, vel nouum consensum.

Significauit] In prima parte, decisa consultatio. In secũda ibi, *Mandamus*, distinguens commissio; & secundum membrum ibi, *Alioquin*. Abb.

Casus. Quidam O. nomine Andegauensis coactus fuit iuramẽto interposito A. mulierẽ recipere in vxorem. Postmodũ aliã in vxorẽ accepit, propter quã dicta A. eũ traxit in causã corã Eboracen. Archiepiscopo, qui cõpulit ipsum O. iurare, quòd ad illã, quã sponte ceperat in vxorẽ, non accederet, donec inter ipsum O. & dictã A. lis esset in Ecclesiastico iudicio terminata. Sed antequã de causa cognosceretur, prædicta A. diem clausit extremũ, tamẽ idem O. non audebat redire ad illã, quam spõte acceperat, propter iuramentum. Vnde hoc significauit domino Papæ: vnde mandat Papa cuidam Abbati, quatenus si constiterit, quòd illi O. tanta vis fuerat illata, quòd coactus, & non sponte in aliam A. consenserit, nec post iuramentum præstitum eam cognouit: ad illam quam postea sponte accepit, liberè reuertatur: alioquin eidem præcipiat sub interminatione anathematis, ne ad secundam reuertatur: aliam tamen accipiat, si voluerit, in vxorem. Nota, quòd matrimonium per vim contractum non valet: quia libera debent esse matrimonia. Item licèt vis præcesserit, verumtamen per sequentem carnalem copulam consummatur matrimonium. Item quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualescit.

f ¶ Significauit.] Iste O. coactus fuit quandam desponsare in vxorem præstito iuramento: postea verò contraxit cũ alia, spõtanea voluntate, conscia huius facti: prima petit illum in virum coram Eboracen. Archiepiscopo, qui eum compulit recedere, à secunda præstito iuramento, donec lis esset iudicio Ecclesiæ terminata inter ipsum, & primam: lite pendente mortua est prima: dubitabat iste O. an deberet redire ad secundam, quam sponte duxerat in vxorem? Respondet Papa, prout sequitur.

¶ Glos. seq. signat contrarium, & soluit.

g ¶ Tãta vis.] quæ posset cadere in cõstantẽ virum. ĩ. de spon. veniens 2. & c. consultationi. fin. ĩ. quod met. caus. perlatum & c. cum dilecti. contra 15. q. 1. meritò quæritur. & ĩ. de iureiur. si vero iuramentũ illud poterat seruari sine interitu animæ, ergo debuit seruari, vt ibi dicitur: & hæc non habent hic locũ: quia matrimonia libera debent esse, & non coacta. ĩ. de spon. cum locum & c. præterea, & c. requisiuimus. & c. Gemma.

¶ Glo. seq. argumentatur, allegat 5. iura.

h ¶ Cognouerit.] Quod si fecit antequã contraheret cũ secũda, cõsensisse videtur, vnde amplius secundam habere non posset. ĩ. de spon. ad id quod. ĩ. de despon. impube. de illis. & ĩ. de his, qui ma. accusa. possunt, insuper. & est arg. q. ratihabitio retrotrahitur. li. ĩ. de reg. significatum, ad quã [illegible] constat 63. d. Salonitanæ. de consue. [illegible] proposuit. & ĩ. quod metus causa perlatum.

i ¶ Ne ad secundam.] Consensum huius facti: aliàs enim bene posset eam habere. ĩ. c. prox.

¶ Glo. seq. ponit Brocar. ad nega. alleg. quatuor iura, ad affir. tria, & soluit.

k ¶ Reuertatur.] Arg. est hîc, quod ab initio non valet, tractu tẽporis non conualescit, licèt perueniat ad eũ casũ, à quo potuit habere initium. Instit. de leg. §. an seruo 2. q. 1. in primis, circa prin. Inst. qui test. fa. pos. §. vlt. 36. qu. 2. cap. vlt. arg. contra & 30. q. 1. ad limina. ff. de ser. vt pomum. 34. q. 2. in lectum. Prima rubrica locum habet, quando perpetuum subest impedimentum: cõtraria adaptatur ad hanc regulã: Multa impediunt faciendũ, quæ tamen factum non dirimunt: quia quod ab initio legitime factum est, ex superueniente delicto non mutatur. ff. de sti. act. quæ prim. nec enim. nisi lege vel canone aliud exprimatur, vt patet per contraria: quod perpetuò prohibetur fieri, quolibet casu superueniente, prohibitio durat, vt in primis concor. & ĩ. c. prox.

¶ Idem Baranen. † Episcopo.

¶ Non potest quis cum illa contrahere, quã vxore viuente cognouit, si machinata fuit in mortẽ vxoris.

CAP. III.

Super † hoc verò, quòd quæsiuisti, an liceat alicui cum ea cõtrahere matrimonium, quã vxore sua viuente sibi de facto matrimonio copulauit[l]: taliter respondemus, quòd si adultera est in mortem vxoris aliquid machinata[m], siue fidem[n] dederit, [siue † non,] quòd ea defuncta hanc esset ducturus: secundùm canones ab eius consortio prohibetur: & hæc prohibitio perpetuò est seruanda.

Super hoc.] Præmittit quæstionẽ, cui rñdet, ibi, *Taliter*. Abbas.

Casus. Aliquis viuente vxore sua de facto aliã sibi matrimonio copulauit. Tandẽ vxor sua mortua est: quæritur, an ipse possit cõtrahere cum illa, quã sibi matrimonio copulauit viuente sua vxore? Respõdet Papa q̃ si adultera in mortẽ vxoris aliquid machinata fuerit, siue fidẽ dederit, quòd eã duceret post mortẽ vxoris, illam habere non potest: & hæc prohibitio est perpetua. Nota, quòd adulter cum adultera potest cõtrahere, nisi ei fidem dederit contrahendi, vel nisi fuerit machinata in mortẽ vxoris.

l ¶ De facto matrimonio copulauit.] Et eam viuente sua vxore cognouit. aliàs non prohiberetur. ĩ. eod. cap. vlt. & ea sciente, quòd haberet vxorem, secus si ignoraret. ĩ. eo. c. 1. & 2. & ĩ. eo. tit. ex tenore, & c. cùm haberet.

¶ Glo. seq. exponit, & ponit opi. quã reprobat: secũdò quærit, & soluit.

m ¶ Machinata.] 31. q. 1. si quis viuente, & ĩ. eo. c. 1. & intellige cum effectu, vt dicitur. si quis viuente. quod dicit, machinata: quia verba cum effectu sunt accipienda, ĩ. de cle. non resi. relatum. & ĩ. de spon. c. vlt. de pœn. dist. 1. §. hæc autem verba. & ff. quod quisque iur. l. 1. §. hoc autem. & arg. ĩ. eo. c. vlt. Quidam dicunt, quod sufficit conatus sine effectu: & sufficit, quòd ita scriptum est, ff qui & à quibus. prosperis. & 6. q. 3. scriptum: quod non est verum, ĩ. eo. c. vlt. Quid si aliquis interficit aliquem in bello, non eo proposito quod velit vxorem eius sumere, nunquid potest illam ducere in vxorem? Dicas, quòd sic. ĩ. de conuer. infidel. laudabilem.

n ¶ Fidem dederit.] 31. q. 1. relatum. & ĩ. eo. significasti. Ber.

Extra.

a Præter Pe nominatã, & alios hic vide Iasonẽ in l. Titia. ff. de ver. ob. vers. Quinto ampia.

† Vide l. nemo filiũ. C. de nu. nup. & l. si patre cogente. [illegible] ff. in cer. [illegible] ff. eod.

† Baranen.

† Baranen.

† Aperti[illegible] sed Baien[illegible] & Barci[illegible] gr. [illegible] cætera requirenda sunt.

† Cap. 1. eod. tit. in 1. comp. & p[illegible] conc. Later. 6. c. 6.

Vide E. 7. [illegible] l. 4. fine [illegible] sup. 2. a. 2.

† Hæc duo verba, siue non, desunt in omnibus manuscr.

b Hæc non sunt diuersa, sed contraria, vt latius hic [illegible] ff. [illegible]

c Hic negatur scriptum esse, quod sola machinatio sufficiat, & c. si quis viuente. expressè loquitur de occisore & hic præsupponit vxorem mortuam. Io. And.

EX litterarum.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Fraternitati.* Abbas.

CASVS. Quidā auctoritate prælati sui dimisit vxorē suā in adulterio deprehensam, quæ postmodum assumpsit habitū monachalem: ille maritus aliam superduxit illa viuente; tandē prima decessit: quæritur, an simul debeant remanere? Respondet, quod ab inuicem sunt separandi, & ille vir pœnitentia sibi iniuncta de adulterio poterit aliam ducere in vxorem. Nota, quod mulier in adulterio deprehensa dimitti potest, scilicet quoad torum. Item vir viuente vxore aliam habere nō potest. Item nota mirabilem casum, quòd viro non præiudicatur quoad continentiam, si vxor non intret religionem, votum viri propter introitum vxoris solemnizatur.

a ¶ *Deprehensam.*] Id est, conuinctam, sola enim deprehensio non sufficeret ad hoc, vt separaretur. 2. q. 1. c. 1. & 3. licet sufficiat ad infamiā. *ff. de ritu nuptia. pan lam. §. vlt.*

¶ *Gloss. seq. quæ citetur per contrarium.*

b ¶ *Aliam superinduxit.*] In vxorem, quæ tunc conscia, quòd aliā habebat vxorem, aliàs non noceret. s. eod. c. 1. & j. eo. veniens.

c ¶ *Separare.*] j. eo. c. prox. & c. significasti. 31. q. 1. relatum.

d ¶ *Aliā ducere poterit.*] Acta pœnitentia. *arg. s. de spon. cum in* Apostolica. vel etiam parte pœnitentiæ, si timetur de incontinentia. 33. q. 2. *in adolescentia.* Bernardus.

CVm haberet.] Primò ponitur constitutio. Secūdò respōsio ibi, *Tale.* Abbas.

CASVS. Quidam I. nomine, habens vxorē A. nomine, cōmisit adulterium cum Matilda: & cùm super hoc vocatus fuisset in ius, illā adulteram abiurauit: tandem iuramento contempto, viuente vxore sua, matrimoniū cum altera contraxit, diutiùs cohabitando eidem: de qua decem filios suscepit. Quæsitum fuit á Papa, vtrùm tale matrimonium stare possit? Respondet Papa, quòd separentur omnino, & imposita eis pœnitentia, perpetua continentia indicatur, quia tanto tempore in adulterio, & periurio ex certa scientia perdurarunt. Leo enim Papa statuit, vt nullus ducat in matrimonium, quam polluit per adulterium: sed hic plùs fuit processum, quàm si fides tantū data esset adulteræ, vt mortua vxore eam duceret in vxorem: quia legitima vxore viuente, copulauit sibi adulteram, & iuramentum violauit. Et si etiam iuramentum non interuenisset tam Gregorius, quàm Triburien. synodus tale connubium detestatur: & quòd tanto tēpore permanserunt insimul, vt simul remaneant, non præstat adminiculum; vel quòd decem filios susceperunt: quia diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed augmentat: tamē solicitus sit Episcopus, vt vterque filiis suis secundùm facultatem suam necessaria subministret. Nota, quòd nullus potest habere in matrimoniū illam, cui fidem dedit de ea ducenda post mortē vxoris, si eam cognouit vxore viuente. Item plùs est aliquam facto ducere, quàm fidem dare. Item hæc impedimenta impediunt, & dirimunt matrimonium. Item in casu isto multiplicitas filiorum non inducit dispensationem. Item

¶ Clemens tertius.

¶ *Qui viuente vxore etiam ab eo separata quoad torum, secundam cōsciam duxit vxorem, prima mortua; separabitur à secunda: sed cum alia contrahere poterit.*

CAP. IV.

EX † litterarum tuarum insinuatione accepimus, quòd T. vxorem suam in adulterio deprehensam [a], de tui antecessoris assensu abiecit: quæ postmodum accepit † habitum monachalem: sed dictus T. antequam illa decederet, aliam superinduxit [b] †, & plures suscepit filios ex eadem. *& infra.*

¶ Fraternitati tuæ igitur respondemus, quòd illos debes ab inuicē separare [c]. Idē verò vir, indicta ei de adulterio pœnitētia, aliā [d] ducere poterit in vxorem.

¶ Idem †.

¶ *Qui viuente vxore legitima, cum secunda contrahit adultera; etiam prima mortua, separabitur à secunda, etiam si longo tempore cohabitauit, & filios ex ea suscepit.*

CAP. V.

CVm † haberet vxorem legitimam A. nomine, I. lator præsentium, cum M. adulterium perpetrauit. Cúmque super hoc fuisset in ius vocatus, abiurauit adulteram, & postmodum iuramento contempto, viuente legitima, cum ea matrimonium contrahere, & ipsi diu cohabitare præsumpsit: demum prædicta A. de præsenti luce subtracta, memoratus I. cum adultera per decennium est moratus, de qua decem filios procreauit.

¶ Tale ergo damus consultationi tuæ responsum, vt separentur omnino †, & eis iniuncta pœnitētia, perpetua [e] continentia indicatur, præsertim cùm in dies suos ambo processerint, & tamdiu publicè in adulterio, & periurio ex certa scientia perdurantes [f], Ecclesiam in graui scandalo perturbauerint. Nosti enim, quòd Leo Papa [f] statuit vt nullus ducat in matrimonium, quam adulterio polluit, & quòd hic plùs [g] processum fuit, quàm si fides præstita duntaxat fuisset adulteræ, vt defuncta legitima eam duceret in vxorem, cùm eadem [h], etiam prima † viuente, quasi matrimonialiter mœchæ mœchus adhærere præsumpsit, & sacramentum suum temerè violare: quòd vtique connubium (vbi etiam nulla intercessit † religio iuramenti [i]) tam Gregorius Papa †, quàm Triburien. [k] synodus † detestatur, & vtrumque hoc modo coniunctum præcipit publicæ pœnitentiæ subiici, ac perpetuò sine vlla spe coniugij permanere. Nec aliquod eisdem I. & M. adminiculum afferunt, vt simul maneant, quòd decennio cohabitauerunt † adinuicem, ac decem filios susceperunt †: cùm multiplicitas [l] prolis ita susceptæ magis eorum crimen exaggeret, & diuturnitas temporis peccatum non minuat [m], sed augmentet. Solicitudinis tamen tuæ intererit [n], vt vterque liberis suis †, secundùm [o] quòd eis suppetunt facultates, necessaria subministret.

diuturnitas tēporis non minuit peccatum, sed augmentat. Item filij nati ex illegitimo matrimonio vel coitu, alendi sunt à parentibus, licet hoc sit contra leges.

¶ *Glos. seq. signat contrarium & soluit.*

e ¶ *Perpetua continentia.*] Hoc fit propter causas, quæ hic ponuntur, & quia ambo processerant in dies suos: tamē si timeretur de incontinentia ipsorum, putà si essent iuuenes, daretur eis licentia contrahendi 33. q. 2. *in adolescentia. & cap. vl.* Sed contrà videtur. s. c. *prox.* vbi datur licentia contrahendi in simili casu, sed ratio redditur in littera quòd illi plus peccauerūt, quàm alij, vnde plus puniuntur: & quia leges videbantur.

f ¶ *Leo Papa.*] 31. q. 1. cap. 1.

¶ *Glossa sequens obiicit, & dupliciter soluit.*

g ¶ *Et quod hic plùs.*] Sic j. eod. c. vlt. Sed videtur, quòd casus iste nō sit alius ab aliis duobus, de quibus habes s. e. *super hoc.* quia si ducit illam, fidem dat illi: & ita idem est ducere sic eam de facto, quòd fidem dare [a]. Satis potest dici, quod iste casus non est diuersus ab illis, & hic non dicitur, quòd sit alius omnino, sed quòd plus est hic: quàm si fides tantum detur: quia hic primò interuenit fides in desponsatione tali de facto, & postea eā ducit. sed verius est, quòd est tertius, & bene differt ab aliis: quia hic est fides de præsenti, contrahendo cum ea, quatenus potest: sed in alio casu est tantum fides de futuro, & est similis differentia, sicut inter sponsalia, & matrimonium. *arg. j. cap. vlt.* & plùs est hoc, quā fidem dare, vt hic dicitur, & plus peccat.

h ¶ *Cum eadem.*] Scilicet, vxore. B.

i ¶ *Iuramēti.*] Iuramentum illud, quod fecit iste, vt ei vlterius non adhæreret non sufficit [b], quòd eam habere non possit: quia idem esset, si eam abiurasset, cum aliud subsit impedimentum, vt patet per hanc litteram vnde supple, maximè.

k ¶ *Quàm Triburien.*] 31. q. 1. relatum & c. sequenti.

l ¶ *Multiplicitas.*] Quandoque tamen fauor filiorum dispensationem inducit. 35. q. 8. *de gradibus. & ff. de rit. nup. qui in prouincia. aliàs incipit.* Diuus.

m ¶ *Non minuat.*] j. *de simo. non satis. & cap. seq. & s. de consuetudine. cap. vlt.*

n ¶ *Intererit.*] Apud quem debeant demorari filij facto diuortio, habes C. *de diuor. facto l. vnica.* & apud talem commorari debent, qui eorum vitæ, vel sanguini non insidietur. s. *de conuer. infi. cap. vlt.* vbi de hoc.

¶ *Glos. seq. ponit regulam, quòd secundùm facultates, &c. & dat simile. secundò not. de alimentis filiorum, & parentum, ponens quatuor casus, quibus pater non tenetur alere filium: vnde de vlt. sig. contrarium tex. & soluit.*

o ¶ *Secundùm facultates.*] Hoc est regulare, quòd secundùm facultates alimenta ministrentur. *ff. de lib. agno. si quis à liberis. l. respons. & §. si quis ex his. & C. de alen. lib. si competenti. & l. vlt.* sic & procuratio exhiberi debet secundum facultates Ecclesiæ. s. *de cens. sopitæ. & c. cum nuper.* Et nota, quòd filius

† Vide Bar. in l. Claudius. ff. de his quibus vt indig.

† Vox, prima, deest in antiquis codicibus, nec debet esse, vt constat ex glossa verbo, eadem.

a Ad hoc supra de spon. duo. c. 1. Ioā. Andr.

† Intercessisset.

† Vide Hostiensem hic inducentem varias Gregorij auctoritates in hoc propositum.

† Cap. 40. & c. 41.

† publicè.

† cohabitauerint.

† susceperint.

† Vide Antonium Gabrielium li. 6. commun. conclus. tit. de alimētis, concl. 1.

b Quare illud intelligitur de illicita coitu. & facit, quod notatur 11. q. 3. q. prædecessor. 31. q. 1. illud. 35. q. 9. quod quis. Ioan. And.

minor triennio, ali debet apud matrem; maior triennio apud patrem. *C. de pat. pote. nec filium. & ī. de conuer. infid. c. vlt. & ar. ff. de lib. agno. si quis à liberis. §. non tantum.* Illud scias, quod sicut parentes alere debent filios[a] *1. dist. ius naturale.* sic & filij parentes, si egeant, vt *in l. prædi. si quis à liberis. in princ. & §. si impubes.* & *C. de alen. lib. l. 1. & 2. & 30. dist. c. 1. & 22. q. 4. inter cætera.* tamen recusare potest pater alere filiū iusta de causa, si forte eū accusauit, vt *l. prædicta. si quis à liberis. §. si quis ex his. in fi.* vbi autē pater, & filius egent, mater compellitur eos alere, vt ea. *l. §. vtrum & l. pen. & C. de alen. lib. Authen. quemadmodum & in Authen. vt lic. mat. & auiæ. §. Illud. col. 8.* Si autem mater alit filiū, dum pater abundat, potest petere expensas, si hoc fuerat protestata. *ff. de nego. gest.* Nesenni[b] post trienniū tantū. Sed hæc quæ dicta sunt intelliguntur de legitimis: vnde signantur cōtraria. *in Authen. quib. mod. natu. effi. legi. §. vl. col. 6. & C. de incest. nup. Authent. ex complexu. & C. de natu. libe. Authē. licèt patri. & ī. qui fil. sint legiti. per venerabilē in fi.* sed illa contraria intelliguntur de rigore iuris ciuilis. Quod videtur inductū in detestationem criminis: hoc intelligitur de benignitate canonica[h], quæ vigorem sumit à iure naturali: nā educatio filiorum de iure naturali est. *1. dist. ius naturale*, & ex instinctu naturæ procedit: vnde ius istud præfertur ciuili, tamen filij non succedent in bonis patris, & illegitimi sunt[c]. *ī. de clādest. desposatio. cum inhibitio. §. 1.* Bernar.

a Debita tamē eorū non tenentur soluere, vt d. l. si quis. §. si vel parens. Ioan. And.

† Cap. 1. eod. tit. in 3. compilatione.

b Vide Romanum consil. 13. & Baldū Nouellū tract. de dote p. 6. priuile. 9.

† dederint.

† Hinc pares excommunicatū posse contrahere matrimoniū. vide Felinū in c. 1. suprà. vt lit. non contest.

† Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat.

Iam diligenter cauendum est ne adulterinis, & vagātibus cōtrahēdi matrimonium liberior facultas concedatur. concil. Trident. sess. 24. de ref. mat. c. 7. quod omnino videas.

c Casus, in quibus pater non tenetur alere filios, ponit Hostiēsis suprà de conuersio. infid. c. 2. alios colligit ex hac glossa hic Ioa. And. & Panormitanus, quos videto.

† Vide cōcil. Tri. sess. 24. de reform. matr. c. 8.

d Facit 11. q. 3. pleru. que. & c. cū aliquis. vide, quod feri possit de senten. excōm. c. 1. l. 6. Ioan. Andr.

¶ Innocentius tertius Episcopo Spoletano.

¶ *Si quis mortua vxore contrahit cum ea, quam viuēte vxore sine fidei datione cognouerat, tenet matrimonium, dummodo in mortem defunctæ neuter fuerit machinatus.*

CAP. VI.

Significasti † nobis, quod cùm P. ciuis Spoletanus, quandam mulierem duxisset legitimè in vxorem, ea relicta cuidam meretrici adhæsit[a]. *& infra.*

¶ Verùm cùm vxor ipsius esset viam vniuersæ carnis ingressa, meretricem, cui adhæserat, desponsauit.

¶ Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd nisi alter eorum in mortem vxoris defunctæ fuerit machinatus[b], vel ea viuente sibi fidem[c] dederit † de matrimonio contrahendo, legitimum † iudices matrimonium supradictum, excōmunicatio munus absolutionis (si petierit[d]) iuxta formam Ecclesiæ impensurus.

¶ Idem Messaneñ. Capitulo.

¶ *Si quis viuente prima, secundam huius rei insciam duxerit vxorem: mortua prima, licitè remanet cum secūda, noue consensu interueniēte.*

CAP. VII.

Veniens † ad præsentiam nostram G. laicus humili insinuatione monstrauit, quòd cùm in ciuitate Lemouiceñ. quandam sibi matrimonialiter copulasset, ab ea recedens, Messanam aduenit, vbi M. mulierem insciam[e], quòd aliam haberet vxorem, sibi solemniter copulauit; verùm cùm eidem pœnitentia fuisset iniuncta, vt ad legitimam rediret vxorem, & ipse propter hoc in suam patriā rediisset, vxorem suam inueniens carnis debita persoluisse, ad Messanam rediit ciuitatem, & supradictæ M. tanquam legitimæ cohabitauit vxori. *& infra.*

¶ Licèt autem viuente vxore legitima, prædictam M. sibi copulare nequiuerit in vxorem †: quia tamen vxore defuncta, vtpote à lege ipsius solutus in eandem M. de nouo[f] potuit matrimonialiter consentire: dummodò non præstiterit fidem adulteræ[g], vel machinatus fuerit in mortem vxoris: Mandamus; quatenus, si est ita, eidem G. vt supradictæ M. affectu adhæreat coniugali, licentiam concedatis.

" Gregorius nonus fratri R.

¶ *Contrahens cum secunda, viuēte prima, quā tamen non cognouit, nec ante contractū, nec post; mortua prima, potest contrahere cum secunda.*

CAP. VIII.

Si quis vxore viuente, fide data promisit aliam se ducturum, vel cum ipsa de facto contraxit †; si nec antè, nec post

Significasti.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Vos igitur.* Abbas.

Casvs. Quidā ciuis Spoletanus P. nomine dimissa vxore legitima cuidam meretrici adhæsit, & quia monitus non dimittebat eandem, fuit excōicatus: tandē vxor sua mortua est: ipse verò cū ea matrimonium contraxit. Quæritur, an tale matrimonium teneat? Rñdet Papa, quòd nisi alter eorum in mortem defunctæ vxoris suæ fuerit machinatus, vel ea viuente sibi adinuicem fidē dederint de matrimonio cōtrahendo, matrimonium legitimum cēsendum est: & si ille absolutionem petierit, absoluatur. Nota, quòd licèt quis adulteretur cum aliqua, viuēte vxore sua, potest illā habere in vxorē post mortē vxoris, nisi viuente vxore fidem ei dederit de contrahēdo, vel alteruter in mortem mulieris machinauerit. Item excommunicatus contrahere potest matrimonium, licèt alia sacramenta denegantur eidem.

a ¶ *Adhæsit.*] Et quia eam non dimittebat, fuit excōicatus[d]. & ideo dicit in fine: petierit absolutionem, ipsum absoluas.

b ¶ *Machinatus.*] *31. q. 1. si quis viuente. & ī. e. super hoc,*

c ¶ *Fidem dederit.*] *31. q. 1. relatum. & ī. eod. cap. vlt.* idem est, si de facto eam in vxorem ducat. *ī. c. prox.* & hoc verum est, cùm mulier ista scit illum aliam habere: aliàs nō noceret, quominus post mortē vxoris posset secum remanere. *ī. eo. cap. 1. & ī. c. prox.*

¶ *Glo. seq. obiicit contra, obiect. opponit, & sol. ponit opinio, quam obiectioni concordat.*

d ¶ *Si petierit.*] Immò videtur, quòd compelli debet. *a. 22. q. 1. prædicandum. & 63. dist. diaconi.* Sed qualiter potest compelli, cùm iam sit excommunicatus? Hoc modo, vt alij compellantur, ne ei communicent. *ī. de vsur. post miserabilem.* Alij dicunt, quòd nō est absoluendus, nisi petat, vt ista littera satis innuit: quia impœnitenti non datur remissio. *24. q. 2. legatur & 23. qu. 7. quemadmodum.* sed hæc non est contrarietas: quia vtrumque fieri potest, vt ille indirectè compellatur, & sic petet absolui, & satisfaciet.

Veniens.] Ponit casum, quem decidendum committit ibi, *Licèt autem.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidā S. nomine contraxit matrimonium cū quadā de ciuitate Lemouceñ. tādem ab ea recessit, & iuit Messanam, vbi cum M. muliere matrimoniū contraxit ignoranter, quòd ipse haberet aliā vxorem: postmodum pœnitentia fuit sibi iuncta, vt ad legitimam rediret vxorem; ipse rediit ad primam suam, inuenit eā defunctam, & sic reuersus est ad Messanam ciuitatem, & supradictæ M. cohabitauit, tanquam vxori. Dubitatum fuit, vtrùm deberet manere cum illa? Rñdet Papa, quòd licet vxore sua viuente dictā M. in vxorem sibi nequiuerit copulare, vxore tamen defuncta solutus fuit à lege ipsius, & de nouo potuit in dictam M. matrimonialiter consentire, dummodò non præstiterit fidem adulteræ; vel machinatus fuerit in mortem vxoris. Vnde mandat Capitulo Messano, quatenus, si est ita, concedat ei licentiam, vt eidem M. affectu adhæreat coniugali. Nota, quòd ignorantiā istam excusat, vt cum isto remaneat. Itē consensus prim⁹ istius nullus fuit, & ideo de nouo debet consentire in illam.

e ¶ *Insciam.*] Hoc fuit verum, legitime poterit remanere cum illo. *sim. ī. eod. cap. 1.*

f ¶ *De nouo.*] Vt sic teneat matrimonium, vt ex nunc, si illa voluerit in eum cōsentire, aliàs non compelleretur, sed vir. *ī. eo d. c. 1.* sic & transactio dolo alterius tantùm inita, ab eo reuocari non potest. *C. de transactioni. transactione. sim ff. de offic. procon. obseruare. §. vlt. sim. de leg. 3. l. 1. §. 1.*

g ¶ *Fidem adulteræ.*] Hoc ideo dicit; quia si illa sciuisset, quòd haberet aliam vxorem, adultera diceretur: vnde non posset esse cum illo propter fidem datam: & quia etiam plus fuit hic: quia in vxorem eam duxit, *supra eod. cùm haberet:* sed quia fuit ignorans, adulterium non commisit. *34. q. 2. in lectum. ff. de adulte. l. penult.*

† Vide l. eū qui, cū glos. & concor. ff. ad l. Iul. de adult.

† Vide Bar. in l. miles. §. quærebatur. ff. de adult.

Si quis.] Ponit duo membra. Secundum ibi, *Cæterùm.* Abbas.

Casvs. In pluribus capitulis habuisti, quòd nullus potest habere in vxorem illam, cui dedit fidē de ea ducenda post mortem vxoris, vel si de facto cum ea contraxit. Ecce aliquis viuente vxore legitima dedit fidem alicui de ea ducenda post mortem vxoris, vel cum ea contraxit de facto: mortua est vxor: ipse contrahit cum ea; quæritur, an illam possit habere in vxorem? Et videtur, quòd non per regulam prædictam. Respondet Papa, quòd si nec ante fidem datam, nec post cognouit eandem sua viuente, nec ante contractum matrimonium de facto eam cognouit, vel post, sua viuente, non est dirimendum matrimonium, quod post mortem vxoris cum illa contraxit: pœnitentia tamen debet vtrique imponi, pro eo quòd grauiter deliquerint. Sed si prius, vel post in vtroque casu vxore sua viuente eam cognouit, tale matrimonium tolerari non debet. Nota, quod sola fides data, vel quòd tantùm de facto cum alia contraxit vxore viuente, non impedit, quò minus post mortem vxoris possit contrahere cum illa, cui fidem dedit, vel cum qua tantùm de facto contraxit.

¶ *Glo. seq. argumentatur non nocere, &c. alleg. tria iura, & sex in contrarium, finis recitatur per quasdam.*

a ¶ Cogno-

a ¶ *Cognouit eandem.*] Sic patet, quòd sola fides data, vel tantum de facto contrahere, non impedit matrimonium, vxore defuncta: nisi ad carnalem copulam sit processum: & sic intellige omnia illa iura, quæ dicunt, quòd nullus ducat in matrimonium, cui dedit fidem de ea ducenda post mortem vxoris, vel cum qua contraxit de facto. Et ita est argumentum[a], quòd voluntas, siue factum, nisi fuerit subsecutus effectus, nó nocet: quia non obijcitur conatus, vbi iniuria nó habuit effectum. ꝟ. *de sponsal. cap. vlt. vbi de hoc. & arg. 33. q. 3. extraordinaria. & ff. quod quisque iuris. l. 1. in fin. arg. contra 32. q. 5. qui viderit. & ꝟ. de big. nupsit. & cap. vir. & 51. d. si quis post acceptionem. & de poenit. d. 1. si quis cum zelo. ꝟ. de sponsal. iuuenis:* & idem intellige de eo, vel ea, quæ machinata est in mortem alterius, scilicet cum effectu: vt *31. q. 1. si quis viuente*: alias solus conatus non impediret. *arg. d. c. fin. cap.* quia eadem ratio videtur vtrobique.

a *Vide hic Hostien. & Ioann. Ioen. in distinctionem.*

† *Vide beatum Thom. lib. 4. sent. dist. 31. qu. 1. articul. 1. & Sylvestrum in summa verbo, legum.*

(legitima eius superstite) cognouit[a] eandem: quamuis vterque ipsorum, pro eo quòd in hoc grauiter deliquerint, sit poenitentia iniungenda: non est tamen matrimonium, quòd cum ea contraxit, post vxoris obitum dirimendum. Cæterùm tolerari non debet, si priùs, vel posteà, dum vixerit † vxor ipsius, illam adulterio polluisset.

TITVLVS VIII.

De coniugio leprosorum. †

¶ Alexander tertius Cantuarien. Archiepiscopo.

¶ Lepra superueniens non dissoluit matrimonium, nec matrimonij effectum: ideò adinuicem maritali affectione communiter se tractare debent, aut ad perpetuam continentiam vouendam induci.

DE CONIVGIO leprosorum.

¶ *Viso de quibusdā impedimentis matrimonij: quia morbus lepræ dissoluit sponsalia de futuro, & potest dubitari, nūquid impediat contrahendum, vel dirimat contractum: ideo competenti ordine subycitur hæc rubrica. Abbas.*

† *Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. & post Conc. Later. sub Alex. 3. par. 37. c. 2.*

CAP. I.

PErvenit † ad nos, quòd cùm hi, qui lepræ morbum incurrunt, de consuetudine [b] generali, à communione hominum separentur, nec vxores viros, nec viri vxores taliter ægrotantes, sequuntur.

¶ Quoniam igitur cùm vir, & vxor vna caro[c] sint, non debet alter sine altero[d] esse diutiùs:[e]

Mandamus, quatenus vt vxores viros, & viri vxores, qui lepræ morbum incurrunt, sequantur[f], & eis coniugali affectione ministrent[g], sollicitis exhortationibus inducere non postponas. Si verò ad hoc induci non poterunt, arctiùs iniūgas, vt vterque altero viuente continentiam seruet. Quòd si mandatum tuum seruare contempserint, vinculo excommunicationis astringas.

PEruenit.] Primò narrat casum. Secūdò distinguendum committit ibi, *Quoniam*. Abb.

Genes. 2.

CASVS. Consuetudo erat in Cātuarien. prouincia, quòd si aliqui lepra incurrerent, à communione hominum separarentur, nec viri vxores, nec vxores viros sequuntur: Consultus Papa, quid fieri debeat de hoc, respondet, quòd cùm vir & vxor vna caro sint, non debeat alter sine altero esse diutiùs: vnde mandat Archiepiscopo Cantuarien. vt moneat eos, quatenus viri vxores, & vxores viros, qui lepram incurrunt, sequātur, & eis seruiant coniugali affectu: & si ad hoc induci non potuerunt, præcipiat eis, vt vterque altero viuente continentiam seruet. quod si contempserint, excommunicentur. Nota, quòd lepra non separat matrimonium, & adinuicem tenentur sibi reddere debitū. Item si se adinuicem sequi noluerint, cogendi sunt continere.

b ¶ *De consuetudine.*] Quæ est iure canonico approbata. ꝟ. *de eccles. ædifican.* cùm dicat: quia (vt ibi patet) cum alijs habitare non debent: & etiam de iure veteris testamenti. *33. q. 2. hoc ipsum.* sed in hoc, quòd viri sani non sequuntur vxores, vel econuerso, mala erat consuetudo, vt ꝟ. *sequitur. & ꝟ. c. prox.*

b *De leprosis Vide Numer. 12. & latissime Leuit. cap. 13. & 14.*

c ¶ *Vna caro.*] Hoc expositum est ꝟ. *de bigamis debitum.*

d ¶ *Sine altero.*] *33. q. 2. si quis necessitate. & 32. q. 5. si vxorem.*

¶ *Glossa sequens recitatur per quæstionem.*

e ¶ *Diutius.*] Hic non determinatur, quantū extendatur istud diutiùs: & ideo in arbitrio boni viri consistit. ꝟ. *de offic. deleg. de causis. & ff. de iure delib. ait prætor.* permittuntur tamen mariti quandoque ab vxoribus recedere, & abesse per multa tempora, in fauorem tamen terræ sanctæ. ꝟ. *de voto, ex multa, ad finem.* Diutius quandoque extenditur vsque ad biennium *ff. locati, cum domini horreorum*, quandoque vsque ad quinquennium. *ff. de separ. l. 1. § quod dicitur.*

f ¶ *Sequantur.*] Nota, quòd vir tenetur sequi vxorem, sicut econuerso, cum non ad imparia iudicentur. *32. q. 1. si quis vxorem. in fin.* & hoc cum ex iusta causa recedit vxor, aliàs retineat eam maritali potestate. *33. q. 5. inprincipio. & cap. manifestam, & cap. noluit.* & mulier semper tenetur sequi virum ex quacunque causa *13. q. 2. vnaquæque.* nisi ipsam trahere vellet ad infidelitatem. ꝟ. *de diuor. quanto.* vel nisi efficiatur vagabundus. *34. quæst. 1. si quis inuitabili necessitate. arg. ff. de oper. liber. quod nisi in fine. Bern.*

¶ *Glos. seq. de duobus quærit, & soluit.*

g ¶ *Ministrent.*] Nunquid in eodem lecto, & domo morari debent? Non debent ad lectum continuè compelli, sed sufficit leproso, quòd suo debito nō fraudetur. Sed quare non compelluntur præcisè? *33. q. 5. c. 2.* Respondeo, forte ideò, ne leprosi nimis improbi efficiantur in exactione sui iuris: tamen si sani omnino recusarent, bene compellerentur[c]: sed primò exhortandi sunt, vt hic dicit, vt in fine patet, & infrà. *cap. prox. in fi.* nam illud potest referri ad continentiam, quæ suaderi potest, imperari verò minimè. *32. q. 1. integritas*, & vnam solum causam excipit dominus. *infrà cap. prox. & 32. quæst. 7. omnes causationes.* Bernard.

c *Arg. cōtr. 1. q. 1. ventū. vbi de hoc, & pleniùs 32. q. 5. si vxorem quis. M. dicebat, quòd licet sanus teneatur reddere, non debet compelli. argu. canonis, & l. allegat. in fine prædict. glo. Ioann. And.*

¶ Idem Baionen. † Episcopo.

¶ Coniuges propter lepram separādi non sunt à coniugio, & contrahere possunt matrimoniū: & inuicem sibi reddere debitum tenentur.

† *Baronem.* † *Baiocen.* † *Bauaren. Sed Beluacen. siue Baren. siue Baconien. siue Baionen. agnoscendum est: cætera velut nihil significantia omninò repellenda.*

CAP. II.

QVoniam † nemini licet (excepta causa fornicationis[h]) vxorem dimittere, constat, quòd, siue mulier lepra[i] percussa fuerit, seu alia † graui[k] infirmitate detenta, non est à viro propterea separanda, vel etiam dimittenda. Leprosi autem, si continere noluit, & aliquam, quæ sibi nubere velit, inuenerint, liberum[l] est eis ad matrimonium conuolare.

¶ Quòd si virum, siue vxorem, leprosum fieri contigerit, & infirmus à sano carnale debitum exigat, generali[m]

QVoniam.] Sunt tria dicta. Secundum ibi, *Leprosi*. Tertium ibi, *Quòd si.* Abbas Siculus.

CASVS. Dicitur hic, quòd propter lepram, vel aliam infirmitatē, vir ab vxore separari non debet. Item si leprosi continere nolūt, bene possunt contrahere matrimonium, dummodo inueniant, qui ipsos accipere velint. Itē si vir, vel vxor fuerit in leprosaria, & infirmus à sano debitum exigat, debitum est soluendum ex generali præcepto Apostolico sine aliqua exceptione. Nota, quòd non nisi propter fornicationem licet viro vxorem suam dimittere, nec etiam propter lepram. Item leprosi possunt contrahere matrimonium. Itēm quòd generaliter dicitur, generaliter est intelligendum. Item vbi ius non excipit, nec nos excipere debemus.

† *Cap. 2. eod. tit. in 1. compilat. & post Concil. Later. par. 37. cap. 3. Vide omnino Dominicū Sotū lib. 4. sen. dist. 31. qu. 1. ar. 1. vers. id autem quod de leprosis.*

h ¶ *Excepta causa fornicationis.*] *32. q. 1. dixit dominus, & quæst. 7. Apostolus, & cap. omnes causationes.*

¶ *Glossa sequens recitatur per contrarium.*

i ¶ *Lepra.*] Sic propter lepram alter alterum dimittere non potest. ꝟ. *cap. proximo. & ꝟ. de iureiurand. quemadmodum.* sed sponsa de futuro dimitti potest propter lepram superuenientem, vt *ibi, cap. proximo.*

† *aliqua.*

¶ *Glossa sequens allegat 7. concordant. signat contrarium, & remittit.*

d *Datur curator in locum tutoris, qui reipublicæ causa abest: nec ille per hoc desinit esse tutor. Io. And.*

k ¶ *Graui infirmitate.*] *32. q. 7. hi qui sani. & q. 5. si vxorem quis. sim. ꝟ. de cler. ægrotan. cap. 1. 2. 3. & vlt. & ff. de tut. & curator. nec illæ & 7. qu. 1. Pontifices.* Argumen. contrà, *de cler. ægrotan. tua.* sed ibi soluitur.

l ¶ *Liberum.*] Cùm nō sit eis prohibitum: quia edictum de matrimonio prohibitorium est. ꝟ. *de sponsal. cum apud.*

e *De hoc articulo vide latè per Couarruuiam lib. 1. variar. resolut. cap. 15.*

¶ *Glossa sequens ponit brocar. de generali, & de infinita ad primum allegat quatuor iura, ad secundum quinque, demum contra secundum allegat tria iura, contra primum quinque: soluit vtrumque.*

m ¶ *Generali præcepto.*] Nota, quòd generaliter dicitur, generaliter est intelligendum. *de consecrat. distinct. 4. vt olendaret. & ff. de procur. procurator. cul. 12. quæst. 1. dilectissimis. ff. mandat. creditor. §. Lucius*: immò etiam indefinita[e] generaliter intelligitur. *20. dist. si Romanorum. & 23. quæst. 5. si non licet, & infrà de priuileg. quia circa. ff. de seru. vt prædio. si seruitus & ff. de accep. l. pluribus[f].* Arg. contrà, quòd indefinita non æquipollet

f *Vide de sentent. excomm. cum pro causa super vlt. glos. Ioann. And.*

let vniuersali. ĩ. *de dec. ad audientiam ff. de legā. 3. non aliter. de consec. dist. 2. liquidò.* Item contra, quod generale verbum restringitur. *2. qu. 2. omnes leges. & dist. 1. omnes leg. & ĩ. de sent. excomm. si verò. §. si verò. & ff. ad l. Aquil. scientiam. §. qui ff. de pign. obligatione generali.* Sol. verbum generale, intelligendum est generaliter, prout hic dicitur & in primis, cōcor. nisi constet contrahentem, vel testatorem aliter intellexisse de quibusdā *C. de transact.* age cum geminiano. vel nisi sensus non patiatur: *vt in vlt. concor.* & quod dicitur, indefinita æquipollet vniuersali, illud regulariter obtinet in iure, si lege, vel canone non determinatur. *31. quæst. 2. quòd si dormierit.* Ber.

¶ *Gloss. sequens alleg. 6. concor. signat vnum contrarium.*

a ¶ *Exceptio.*] Et ideo nos ex consensu nostro recipere non debemus. *2. qu. 5. consuluisti. & 55. dist. si Euangelica. & 61. dist. miramur. 7. qu. 1. scripsit. & 31. qu. 1. quòd si dormierit. & sup. de tran. inter corporalia. ar. contra de consec. dist. 2. liquidò.* Ber.

præcepto Apostoli, quod exigitur, est soluendum: cui præcepto nulla in hoc casu exceptio [a] inuenitur.

¶ Vrbanus iij. Episcopo Florentino.

¶ *Sponsalia de futuro præcisè non compellunt ad contrahendum matrimonium cum leproso, lepra post sponsalia superueniente.*

CAP. III.

Litteras †. *& infrà.* ¶ Quia postulasti, vtrùm si post sponsalia de futuro inter legitimas personas contracta, antequam à viro mulier traducatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alius ad consummandam copulam maritalem compelli debeat? Respondemus, quòd ad eam accipiendam cogi non debet [b], cùm nondum inter eos matrimonium fuerit consummatum.

Litteris. Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Respondemus.* Abbas Siculus.

Casvs. Aliqui contrahunt spōsalia de futuro: alter ante contractū matrimonium efficitur leprosus. Quæritur, an alius sit cōpellendus ad matrimoniū contrahēdum? Respondet, quòd non debet compelli. Nota, quòd lepra superueniens soluit matrimonium.

b ¶ *Cogi non debet.*] Sic ergo patet, quòd lepra superueniens soluit sponsalia de futuro, & eadem ratione quælibet alia enormis deformitas, *vt supra de iureiurand. quemadmodum*; secus in matrimonio de præsenti, vt patet ex proximis. *cap. suprà eod. & c. quemadmodum.* Itē arg. quòd ea, quæ de nouo emergunt, auxilio indigent. *ff. de inter. act. de ætate. §. ex causa. & suprà de offic. deleg. insinuante, & ff. ad Velle. si mulier in iure.*

† *Cap. 3. t. tit. in 2. cōpilat. & post Concil. Lat. sub Alexā. iij. p. 50. c. 63. Et præter citatos suprà vide omnino Tabiensem in summa verbo, matrimonium. 3. §. 6. circa finem. & verbo. sponsalia. §. 6. in 3. modo, vbi plenius.*

† *Vide Magistrum, & ibidē Theologos scholasticos l. 4. sent. d. 36.*

† *Salzeburgeñ.*

† *Salisburgeñ.*

† *Salesburgeñ.*

TITVLVS IX.

De coniugio † seruorum.

¶ Adrianus Sanctæburgeñ. † Archiepiscopo.

¶ *Seruus, contradicente domino, matrimoniū contrahere potest. sed propter hoc non liberatur à seruitiis domino debitis.*

DE CONIVGIO SERVORVM.

¶ *Visum est suprà de impedimentis lepræ, an, & quando impediat, vel dirimat matrimonium. sequitur nunc videre de impedimento conditionis seruilis.*

De hac materia tractatur 29. q. 3. per totum.

Dignum est.] Primò ponit dictum, & eius rationem. Secundò quandam dubitationem soluit ibi, *Debita.* Abbas Siculus.

Casvs. Quærebatur, vtrùm seruus contradicente domino possit cōtrahere matrimonium? Respondet Papa, quòd secundùm Apostolum sicut à sacramentis Ecclesiæ neque seruus, neque liber est remouendus; ita inter seruos matrimonium prohiberi non debet: quòd si dominis contradicentibus contrahunt, nō sunt propter hoc separandi: tamen seruitia debita non minùs debent dominis suis exhibere. Nota, quòd quilibet potest matrimonium contrahere, qui non prohibetur. Item à sacramentis Ecclesiæ nullus fidelis debet excludi. Item si seruus contrahat, nihilominus debet domino seruitia debita exhibere.

c ¶ *In Christo Iesu.*] Id est in fide Christi suscipienda.

¶ *Gloss. seq. obiectionem soluit distinguendo.*

d ¶ *A sacramentis.*] Quæ suscipientis causa conferuntur: vt baptismus, confirmatio, sacramentum Eucharistiæ, viaticū, pœnitentia: ab istis sacramentis nullus fidelis debet excludi: immò tenetur ea recipere. *ĩ. de pœnitent. & remis. omnis vtriusque.* sic à matrimonio nullus debet excludi: quia edictum de matrimonio prohibitorum est suprà, *de spon. cum apud.* secus de aliis sacramentis, vt ordo, qui ratione aliorum datur, quoniam nullus seruus debet ordinari præter domini voluntatem suprà *de ser. non ord. consuluit. & per totum tit.* nullus illegitimè natus suprà *de fil. presby. cap. 1. & per totum. & hoc probatur 1. quæst. 1. cap. remissionem. §. si ergo sacramenta. & c. si quis hæretica. §. ecce si clericus.*

CAP. I.

Dignum † est. *& infrà.* † Sane iuxta verbum Apostoli †, sicut in Christo Iesu [c], neque liber, neque seruus est à sacramentis [d] Ecclesiæ remouendus [e]; ita nec inter seruos [f] matrimonia debent vllatenus prohiberi: & si contradicentibus dominis, & inuitis contracta fuerint, nulla ratione sunt propter hoc dissoluenda [g]: debita tamen, & consueta seruitia [h] non minùs debent propriis dominis exhiberi.

c ¶ *Remouendus.*] *In Authen. de monachis. §. hinc nobis autem. coll. 1.*

f ¶ *Inter seruos.*] Nec etiam inter liberum, & ancillam si contrahere voluerint scienter. *29. q. 2. si quis ingenuus. & ĩ. cap. prox.*

g ¶ *Dissoluenda.*] Cōiunx enim à coniuge separari non debet. *C. communia vtriusque iudi. possessionem.* partus tamen penes dominum ancillæ remanet. *ff. de statu ho. l. & seruorum.*

¶ *Gloss. seq. reci. per qu. ponit opin. Ala. approbat contrarium.*

h ¶ *Seruitia.*] Ergo si dominus seruitiū exigit, & vxor debitum à viro petit eodem tēpore, domino est potiùs obediendum. Dicunt quidam, quod potiùs est obediendum domino, nisi periculum fornicationis timeatur, vel magnum præiudicium fiat vxori: sed potiùs videtur, quod vxori ipsius reddat debitum, cùm per hoc nullum præiudicium, vel saltem modicum fiat domino propter moram modici temporis; nisi forte dominus in auxilium personæ peteret seruum suum. Quid si dominus vellet vendere seruum suum alicui, qui vellet eum ducere ad extraneas partes, forte in Græciam? Dixit Ala. quòd potest, & vxor tenetur eum sequi. Verius videtur, vt alij dicunt, quòd talis venditio prohibenda est. *argum. C. communia vtri. iu. possessionum. argum 54. dist. si æternitatem & arg. ĩ. de ind. cap. vlt.* interest enim reipublicæ, ne quis re sua male vtatur. *Insti. de his qui sui, vel alie. iur. sunt. §. penult. & ff. eod. tit. si dominus.* Ber.

¶ Alexander tertius Præposito † & Priori Mortariensi.

¶ *Separabitur matrimonium, quādo liber ignoranter cum ancilla cōtraxerit; nisi postea hoc sciens, illam cognouit.*

CAP. II.

Proposuit † nobis M. mulier, quod cùm vir eius cum ea diutiùs permansisset, notam ei seruilis † conditionis obiecit, asserens eam esse ancillam, quam liberam esse credebat [i] cùm eam duxit in vxorem. *& infrà.* ¶ Mandamus, quatenus si constiterit, quòd idem vir præfatam mulierem, post-

Proposuit.] Primò ponitur factum. Secundò diffinitionis commissio ibi, *Mandamus.* & ibi distinguit, & secundum membrum ibi, *si verò.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam vir contraxit matrimonium cum quadam muliere, & cum ea diutiùs permansit: tandem ei oppoluit, quòd esset ancilla, credens eam liberam, quando cum ea cōtraxit. Quæritur, quid sit agendum? Mandat Papa, quatenus si constiterit, quod idem vir præfatam mulierem, postquam audiuit, & credidit illam esse ancillam, carnaliter cognouit, moneat illum, & compellat, vt illam sicut vxorem maritali affectione pertractet: si vero aliter fuerit, & contigerit diuortij sententiam ferri, mulieri pecuniam restituat, quam viro præfatæ pro dote concessit. Nota, quòd si liber ignoranter cum serua contrahat, non est matrimonium. Si verò postea intelligat illam esse ancillam, & illam postea cognoscit, statim est matrimonium, licet ab initio non fuisset. Item quod ab initio non tenet, tractu temporis tenet. Item dos est restituenda seruæ, vel ancillæ, si matrimonium dissoluitur.

i ¶ *Liberam esse credebat.*] Et sic nullum fuit matrimonium, si erat ancilla, quam credebat liberam. *29. q. 2. per totum.* error enim conditionis impedit matrimonium. *29. q. 2. cap. si quis ancillam. § his ita.*

¶ *Glo. seq. reci. per q. quid de illo, qui non credidit allegat pro eo 6 iura, & duo contra eum, & sol. distinguendo. Secundò quærit arg. proponit duas opi. & soluit, & hanc litteram respondet.*

k ¶ *Audiuit.*]

† *Cap. 1. eo. tit. in 1. compilatione. & post Concil. Lateran. sub Alex. iij. p. 45. c. 7.*

† *ad Gal. 3.*

a *Concord. text. in l. cū ancillæ. & ibi Bar. C. de incest. nup.*

† *Aliàs itaq.* Præposito, & Mortarensi Priori.

† *Cap. 2. eod. tit. in 2. cōpil.*

† *Vox, seruilis, deest in omnibus antiquis codicibus.*

b *De quæstionibus huius glossæ vide omnino B. Th. l. 4. sent. d. 36. q. 1. artic. 2. & Sotum d. 35. q. 1. artic. 1. ad 2. & 3. arg.*

c *Vide Theologos lib. 4. sent. dist. 30. & ibi B. Thomam q. 1. ar. 2.*

a ¶ *Audiuit.*] Supple, & credidit: non enim cuilibet referenti credere tenetur. *ar. 21. q. 4. quàm magnum & ff. quod cum fal. tut. l. 2.* titubans enim pro ignorante habendus est. *C. de cond. indeb. l. vlt. ff. de lib. hom. exh. l. 3. §. is qui. & arg. j. de secund. nupt. dominus, & 34. q. 2. cum per bellicam. Arg. contrà 22. q. 4. Innocens. & ff. de peti. hær. item veniunt. §. cum antecenam petit.* Dic, quod si iste habet conscientiam seruitutis ex probabili causa, & discreta tunc præiudicat sibi; si carnaliter cognoscat: si ex leui, & temerario, cui credi non debet, non videtur, quòd ei præiudicet. *arg. infrà de sent. excom. inquisitioni. & infrà eod. cap. vlt.* Sed pone, quòd iste mouet ei litem conditionis: ipsa petit, quòd lite pendente reddat[a] ei debitum, cùm lite pendente iure suo priuari non debeat. *j. vt lite pendente. cap. 1. & 2. & 16. q. 4. volumus & 8. q. 4. nonne.* nunquid Ecclesia debet ei præcipere, vt debitum reddat, quod videtur per iura prædicta? Dicunt quidam, quòd bene tenetur reddere debitum ad mandatum Ecclesiæ, sed ipse non debet exigere. nec sibi fit præiudiciũ. T. dixit, quod non debet exigere, nec exigenti reddere: quia ei fieret præiudicium, quod videtur per istam litteram innuere: & si compellatur, non reddat, quia si eam cognoscat vxoris affectu, fit ei præiudicium, si habeat conscientiam ex causa probabili, & discreta: & sic statim esset matrimonium: si fornicario affectu, peccaret mortaliter, quod facere non debet, immò potiùs pati debet excommunicationem. *j. de restit. spolia. litteras.* & hoc dixit *arg. illius decret. inquisitioni.* sed satis videtur, quòd possit reddere ad mandatum Ecclesiæ, vt primo consensu ei coniungatur, quandiu constet per sententiam de impedimento conditionis, & hoc vbi non est certus, licèt aliquas inde habeat præsumptiones: secus si sciret pro certo. Et quod dicit littera ista, postquam audiuit illam ancillam, cognouerit eandem, intellige ante litem motam, & sine mandato Ecclesiæ: tunc enim intelligitur consentire, non obstante illo impedimento, & ita secus videtur, si ad mandatum Ecclesiæ eam cognoscat. Ber.

†Cogatis.

†Coniugeris.

a De hoc dubio vide Ioannem Medinam tract. de resti. q. 17. & Couarruuiã l. 4. decret. p. 2. c. 7. §. 2.

†Ca. 3. eo. ti. in 1. compila. Vide B. Th. l. 4. sent. d. 36. q. 1. a. 4. & omnino eius. & ibi gl. Aretinũ & Doct. in §. 1. Inst. de ingenuis.

†Legem.

quam illam audiuit[a] esse ancillam, carnaliter cognouit, ipsum monitione præmissa compellatis, † vt eam sicut vxorem maritali affectione pertractet. Si verò aliter fuerit, & sententiam diuortij proferri contingat †, mulieri pecuniam, quam præfato viro pro dote[b] concessit, restitui faciatis.

¶ Vrbanus iij. Arimineñ. Episcop.

¶ *Si consuetudo est in loco; quòd partus conditionem patris sequatur, natus ex libero, & ancilla liber est, & vt liber matrimonium contrahit.*

CAP. III.

Licet † : *& infrà.* ¶ Sanè super eo, quod fuit propositum, an mulier possit diuortium postulare, pro eo quòd vir, cum quo suæ conditionis ignara contraxit, seruus monasterij proponatur: cùm è contra idem vir patrem suum, cuius conditionem secundùm leges † prouinciæ[c] sequeretur, tempore mortis pro libero se gessisse, & iam elapso decennio[d], nec patris, nec suo nomine se status controuersiam passum constanter affirmet: Videtur nobis ratione temporis, & fauore libertatis[e], pro parte viri securiùs iudicandum.

b ¶ *Pro dote.*] Id est, vice dotis: non enim fuit dos, si fuit ancilla. *ff. de iure dot. si mulier. § vlt. aliàs l. Proculus. Ber.*

Licet.] Primò ponit factum. Secundò determinationem ibi, *Videtur.* Abbas.

Casus. Quædam mulier contraxit matrimonium cum quodam: dicebatur, quòd erat seruus cuiusdam monasterij: volebat ab eo separari, pro eo quod dicebat, quod ignorabat eum esse seruum Ecclesiæ. Respondet, quod idem vir conditionem patris debet sequi, secundùm legem prouinciæ, qui tempore mortis pro libero se gerebat, & iam elapso decennio, nec nomine suo, nec nomine patris status controuersiam passus fuit. Quæritur, quid iuris sit? Respondet Papa, quòd ratione temporis, & fauore libertatis pro parte viri iudicandum est, & sic remanebit cum illo tanquam cum libero. Nota, quòd pro libero habendus est, qui in statu libertatis per decennium steterit. Item fauor libertatis attendendus est.

c ¶ *Secundùm leges prouinciæ.*] Innuit aliter esse de iure communi, quod est verum. *C. de rei vend. partum. ff. de sta. hom. l. fœmo. & j. de ser. non ord. c. vlt. & ibi de hoc.*

d ¶ *Decennio.*] Sufficit tamen quinquennium. *C. ne de sta. defun. si pater & l. 1.* sed hic ita contingit de facto.

¶ *Gloss. seq. soluit contrarium.*

e ¶ *Fauore libertatis.*] Fauore enim libertatis multa contra rigorem iuris statuta sunt. *ff. de fideicom. liberta. generaliter. §. si quis seruum. C. communia de manumis. l. 3. j. de proba. ex litteris. & sup. de iudic. vlt. 12. q. 2. cum redemptus. Ber.*

Ad nostram.] Duæ sunt partes. Secunda ibi, *Ideoque.* Abbas.

Casus. Quidam miles contraxit cum quadam muliere; tandem ei apposuit coram Cardinali Apostolicæ sedis legato, quòd esset ancilla: Cardinalis rationibus vtriusque partis intellectis, eos propter conditionis errorẽ ab inuicem separauit: lata sententia dicebatur, quòd postquam intellexit illam esse ancillam, in illam consenserat: vnde non poterat contrahere cum alia, sed illam retinere debebat, non obstante sententia Cardinalis. Istud significatum fuit domino Papæ. Vnde mandat quibusdam, quatenus si constiterit, quòd miles ille ignoranter contraxit cum ancilla, ita quòd postquam intellexit conditionem ipsius, nec facto, nec verbo consensit in illam, propter quod Cardinalis separauit eosdẽ, ipsi militi dare debeat liberam facultatẽ cum alia contrahendi. Not. quòd error conditionis matrimonium dirimit iam contractum. Item idem est consentire verbo, & facto. Itẽ matrimonium, quod ab initio non valet, tractu temporis conualescit. Item de sententia lata contra matrimonium iterum cognoscitur sine appellatione: & hoc ideo, quia non transit in rem iudicatam: quia quandocunque potest reuocari, probato quòd malo modo lata sit.

¶ Innocentius iij. H. † Episcopo.

† In antiquis libris, vt plurimũ ita: N. episcopo.

¶ *Si liber contraxit cum ancilla ignoranter, & ex quo sciuit, non consensit: separatur matrimonium, & cum alia contrahere poterit.*

CAP. IV.

Ad † nostram noueris audientiam peruenisse, quòd G. Presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis Legatus R. militem à muliere quadam propter conditionis[f] separauit errorem.

¶ Ideoque mandamus, quatenus si constiterit, quòd miles ignoranter contraxit † cum ancilla, ita quòd postquam intellexit conditionem ipsius, nec facto[g], nec verbo consenserit in eandem, propter quod per Cardinalem eundem ab eius fuerit consortio separatus, contrahendi cum alia, liberam ipsi concedas auctoritate Apostolica facultatem.

† Cap. vnic. eod. tit. in 3. compilat. Decisionem, & materiã huius decretalis luculẽter explicat Dominicus Sotus l. 4. sent. d. 35. q. 1.

† Contraxerit.

f ¶ *Conditionis separauit.*] Quod bene potuit *j. eod. proposuit. & 29. q. 2. si quis ingenuus.* quia errantis nullus consensus est. *ea causa. q. 1. c. si quis ancillam. §. hic ita. & ff. de iurisd. om. iud. si per errorem. & C. de iur. & fa. ignor. an. non idcirco.*

¶ *Glos. seq. notat ipso facto matrimonium contrahi, & ratificari, ad id obiicit, & soluit. demum quærit, & soluit. Item quærit. ponit opinionem Ioannis, quam approbat.*

g ¶ *Nec facto.*] Puta carnaliter, cognoscendo eam postquam intellexit illam esse ancillam *j. eod. proposuit. 28. q. 2. si quis ingenuus. j. de cond. ap. de illis. & j. de spon. is qui.* & ita ipso[b] facto matrimonium contrahitur, sicut & verbo *32. q. 2. honorantur, & ff. de spon. sed quæ.* Item patet hic, quòd matrimonium, quod nullum est, tractu temporis confirmatur. *sic. j. de spon. impub. litteras. accessit. & sup. eo propsuit. ff. de ri. nup. si quis.* Sed contra videtur, quòd verba necessaria sint. *sup. de spon. tuæ. & c. si inter. & de conse. dist. 4. cum pro paruulis.* In his qui loqui possunt, necessaria sunt verba. *ff. de leg. 3. nam.* sicut in soluendo matrimonio requiritur expressus consensus. *ff. de rit. nup. in eod.* præterea prior consensus non facit matrimonium, quia nullus fuit sed nouus requiritur. *de eo. qui dux. in ma. quam pol. veniens & c. 1.* & ita videtur antiquus perdurare, nisi nouus exprimatur. *simi. sup. de bap. maiores. in fin. ff. de preca. sed si manente. ff. de arbit. si cum dies, in princ. & l. Labeo. § penu. & ff. de verb. oblig. l. 1. §. cum adiicitur.* Dicas, quod de facto tunc contrahitur matrimonium, quando aliqua verba præcesserunt ad sponsalia, vel matrimonium, licet tunc non haberent effectum, postea verò ipso facto contrahitur matrimonium, siue sponsalia. *suprà de desp. impu. litteras. accessit. & ff. de spon. sed quæ patris.* & tale matrimonium præsumptum appellatur. *suprà de spon. is qui.* Sed pone, quòd aliquis contraxit cum ancilla ignorãter, & dominus postea illam etiam manumittat viro ignorante: nunquid est matrimonium? Dico, quòd non: quia adhuc commiscetur ei ex priori consensu, qui nullus fuit. *ar. C. ad Velle. quamuis. & l. si mulier. 2. ff. de minor. l. 3. §. scio.* Item si dominus ancillæ, tanquam liberam eam alicui tradat in vxorem, qui liber est, eo ipso intelligitur ei dedisse libertatem in *Auth. de nup. § si verò ab initio. col. 4.* Sed pone, libera contraxit cum eo, quem credebat liberum: postea sciuit illũ esse seruũ, nihilominus vult esse cum eo, sed ille non vult remanere. Dicit Ioan. quòd nõ est matrimoniũ, tamẽ illa debet cõpelli, ex quo vult cum eo esse. *sim. j. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. c. 1. Ioann. quod verum credo.*

b De materia glossæ consule Theologos l. 4. sent. & habeto ante oculos, quod nouissimè sanxit concilium Trid. s. 24. de reformatione matrimonij.

c Hoc intellige, secundũ quod dicitur in glo. in c. si inter. verbo, dicentes, j. de sponsalibus.

DE NATIS EX LIBERO VENTRE.

¶ *Quia error conditionis seruilis impedit matrimonium, & ex hoc saepe dubitare contingit, vtrum natus ex libero ventre sit iudicandus seruus, vel liber: ideo post rubricam praecedentem congruo ordine ista subiicitur.*

TITVLVS X.

De natis ex libero ventre.

¶ Gregorius †.

¶ *Natus ex libera, vel liberta, liber est.*

CAP. I.

Indecens esse credimus, vt progeniti ex liberta [a], siue libera filij ad seruitium retrahantur. Propterea tibi praecipimus, vt si documenta nulla sint ab Ecclesiae parte, quae documentis huiusmodi [b] debeant obuiare, ab eius molestia sine aliqua retractatione compescas eandem: durum est enim, vt si alii pro mercede libertates tribuunt, ab Ecclesia, [c] à qua tueri [d] debent, reuocentur.

Indecens. [1] Primò ponit generale dictum, ex quo casum definiri mãdat ibi. *Propterea.*

Casvs. [a] Quaedam Ecclesia manumisit quandam suam ancillam, postmodum filios suscepit, Ecclesia volebat eos reuocare in seruitutem, mulier ista accessit ad Papam, & ostendit ei instrumenta manumissionis suae, conquerendo de Ecclesia, quae filios suos vocabat in seruitutem: super hoc dicit Papa: indecens est, vt filij nati ex libera, vel liberta ad seruitium Ecclesiasticum reuocentur. Vnde praecipit, vt si ex parte Ecclesiae nulla alia documenta ostendãtur, quae obuiẽt instrumentis illius mulieris, compescat iudex Ecclesiam ab eius molestatione sine aliqua retractatione: quia durum est, vt Ecclesia libertatem debeat reuocare, quae libertatem defendere debet. Nota, quòd instrumentũ potest reprobari per aliud instrumentum. Item non debeo impugnare, quod debeo defendere.

a ¶ *Ex liberta.*] Fallit tamen in casibus. 15. *q. vlt. cum multae.* Item in alio. ¶. *de iuda. ita quorundam.* Ber.

b ¶ *Huiusmodi documentis.*] Quia dicebat mulier ista se habere de manumissione matris suae, siue de sua, quaedam instrumenta, quae forte ostendit Papae, quibus instrumentis stabitur, nisi ex parte Ecclesiae contraria instrumenta ostendantur. & sic est arg. quod instrumentum per aliud instrumentum potest reprobari[b]. & per alias etiam probationes poterit Ecclesia reprobare huiusmodi documenta.

c ¶ *Ab Ecclesia.*] 87. *dist. libertos.*

¶ *Glo. seq alleg. 9. iura. allegat in contrarium, & soluit.*

d ¶ *A qua tueri.*] arg. quod non debeo id facere, à quo teneor alium prohibere: & qui me defendere tenetur, me non debet impugnare. *ff. si ser. ven. l. altius. ff. de condi. inde frater à fratre. & 16. dist. vna tantum. & 25. di. hic. vl. & 11. q. 1. similiter. ff. de pdeinst. tutor. & 42. di. l. §. 1 ff. de administra. tutor. quotiens. §. 2. ff. de neg. gest. si pupilli §. videamus.* secus in marito, qui alios ab vxore prohibere debet. *& arg. 3. q. 6. quamuis.* Sol. in praemisso generali suppletur, nisi sit tale factum, quod sibi soli ex officio competebat. Ber.

TITVLVS XI.

De cognatione † spirituali.

¶ Alexander tertius Salernitano Archiepiscopo.

¶ *Filij duorum compatrum, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, licitè contrahũt, nisi consuetudo repugnet: separantur autem, si per eorum alterum, vel vtrumque compaternitas est contracta, hoc dicit, cum cap. super eo, infrà eod.*

CAP. I.

Vtrùm † autem filij [e] [aut filiae †] ante, vel pòst compaternitatem geniti, possint adinuicem copulari, canones secundùm diuersorum locorum consuetudines contrarij inueniuntur. Et licèt primus canon exinde editus, natos post compaternitatem adinuicem copulari prohibeat: alter tamen canon posteriùs [f] editus, primum videtur corrigere: per quem statuitur, vt siue ante, siue post compaternitatem geniti sunt, simul possint coniungi, excepta illa persona duntaxat, per quam ad compaternitatem venitur. Vnde nobis videtur, vt secundùm posteriorem canonem debebat obseruari: nisi consuetudo [g] Ecclesiae, quae scandalum generet, aliter se habere noscatur.

DE COGNATIONE SPIRITVALI.

¶ *Visis de pluribus impedimentis matrimonij, submittit de impedimento cognationis tam spiritualis, quàm legalis, & carnalis. Et quia spiritualis cognatio inter alias est dignior: ideo tractaturus auctor de triplici cognatione praemisit de spirituali. rubricam.*

De hac materia tractatur 30. q. 1. & 1. q 3. & 4. per totum.

Vtrùm autem.] Primò dubitatio. Secundò duorum canonum contrariorum inductio ibi, *Et licèt.* Tertiò posterioris approbatio ibi; *Vnde.* Quartò exceptio ibi, *Nisi.* Abbas.

Casvs. Aliqui contraxerunt adinuicem compaternitatem, quaeritur, vtrùm filij illorum nati ante compaternitatem, vel post, possint adinuicem copulari? Consultus Papa respondet, quòd canones secundum diuersorũ locorũ consuetudinem contrarij reperiuntur. primus canon super hoc editus, prohibet natos post compaternitatem adinuicem copulari. Alter canon posterius editus, primum videtur corrigere: in quo dicitur, quod siue ante, siue post nati sunt, simul possunt coniungi, illa persona excepta, mediante qua compaternitas fuit contracta. Vnde secundùm posteriorem canonem debet obseruari, nisi consuetudo Ecclesiae, quae scandalum generaret, aliter se habeat. Nota, quòd priora iura trahuntur ad posteriora. Item cõsuetudo tollit ius, & ei praeiudicat.

e ¶ *Filij.*] Scilicet duorum compatrum.

f ¶ *Posteriùs.*] Primus canon est 30. *q. 3. post susceptum.* & debet esse Paschalis primi, licet in quibusdam libris dicatur Paschalis secundi: canon posteriùs editus est *ea. causa, & q. ea. super quibus.* qui corrigit primum, vt hic dicit: sed canon ille ita potest legi, quòd teneat, prout ibi exponitur: sed Alexander aliter illum intellexit, vt hic patet.

¶ *Glo. seq. ponit opi. Hug. contra quam alleg. 3. iura, dat duas solu. & primam approbat.*

g ¶ *Nisi consuetudo, quae scandalum.*] Hugo dicit, quod Alexander male dixit hic: quia innuit hic, quòd legitime coniuncti debeant separari, quod esse non debet propter aliquam consuetudinem, vel scandalum: quia à Deo sunt coniuncti & quos Deus coniunxit, homo non separet. 33. *q. 2. quos Deus, &c. arg. pro eo. ¶. de sponsa. duo. c. vlt.* vbi non statur consuetudini, sed potius iuri. *arg. contra,* quòd consuetudo personas legitimas, ad contrahendum reddit illegitimas. ¶. *eodem, super eo. & ¶. de cle. coniu. cum olim. & arg. 32. dist. p. acuit.* Sol. potest dici, quod hoc locum habet in matrimonio contrahendo, vt propter scandalum impediatur matrimonium, quod aliàs legitimum est, sed non dimittitur iam contractum propter scandalum, vt hic satis patet ex consultatione: & non dixit hic Alexander, quòd coniuncti separentur, sed respondet, quòd coniungi non debent, si scandalum est: nam multa bene prohibentur, facta tamen manent. ¶. *de iureiur. quemadmodum. & ¶. de reg. ad Apostolicam. & 30. q 5 nec illud. §. sed obiicitur. & 15 q 1. §. vlt.* Vel dic, quod propter scandalum derogatur iuri, et propter scandalum separentur, licet de iure non deberent separari, vt ¶. *eod. super eo.* sed prius verius videtur: quia propter scandalum, matrimonium, quod Deo auctore in paradiso institutum fuit, per Ecclesiam dissolui non debet. 26. *dist. deinde opponitur.* & ita remanet contraria illa decr. *super eo.* sed intellige hoc, prout ibi dicitur. Ber.

¶ Idem eidem.

¶ *Compaternitas scienter, vel ignoranter superueniens inter coniuges, coniugium non dissoluit.*

CAP. II.

Si † vir, vel mulier sciẽter, vel ignoranter, filiũ suũ de sacro fonte susceperit, an † propter hoc separari debeant? ¶ Consultationi tuae taliter respondemus, quòd quãuis generaliter sit

Si vir.] Communis diuisio. Secunda ibi. *Consultationi.* & ibi primò recitat canonum antiquorum contrarietatem. Secundo alteram partem approbat, & rationem addit ibi, *Ideoque.* Abbas Sic.

Casvs. Aliquis, vel aliqua filium suum scienter, vel ignoranter de sacro fonte suscepit. Quaeritur, an debeant separari? Respondet Papa, quòd in quibusdam canonibus generaliter statutum est, vt debeant separari: alij aliter, & melius statuerunt. Vnde dicit Alexander, siue ex ignorantia, siue ex malitia hoc fecerant non sunt separandi: quia ignorantia eos excusat, & ex malitia commodum habere non debent. Nota, quòd ignorantia excusat. Item dolus suus nemini debet prodesse.

† *In aliquot vetustis codicibus additur, nonnus, sed mendosè cùm sit Gregorius primus l. 1 epist. 53. registi. Iuo p. 16. c. 73. & c. vnico. c. ti. in 1. comp. Vix autem hoc fragmentum intelliges, nisi scies, vnde sumitur, consulas, & vnde materia, vide citatos c. vlt. tit. praecedentis.*

a *Hunc etiam casum, seu facti speciem, veriùs, & incorruptiùs effinges, si tota, vbi est integra decretalis, videas.*

† *De materia huius tituli praeter doctores hic vide Theologos scholasticos, & prae aliis B. Th. & Sotum l. 4. sent. d. 42. adde omninò, quid nouissimè decreuit Conci. Trident. ¶. 24. de reformatione matri. c. 2.*

b *De hoc notatur suprà de fid. instr. c. impetrari, vbi vide per Ioan. Andr. & alios.*

† *Cap. 1. e. tit. in 1. cõp. & post concilium Lateran. sub Alex. iij. p. 32. 1.*

† *Haec duo verba, aut filiae, desunt in antiquis codicibus.*

c[1] *Vel fortè loquitur de aliis canonib. quos nõ habemus secundum Ala. Gos. & Inno. Ioanne And.*

† *Cap. 2. eo. tit. in 1. cõp. & post concilium Lateran. sub Alex. iij. p. 32. c. 2.*

† *In vno vetusto ita:* an propter hoc separari debeant quaesiuisti.

institutum [a] †, vt debeam separari: quidam tamen humaniùs sentientes, aliter statuerunt [b]. Ideóque nobis videtur, quòd siue ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt abinuicem separandi: nec alter alteri debitum [c] debet subtrahere, nisi ad continentiam seruandam possint induci: quia si ex ignorantia [d] id factum est, eos ignorãtia excusare videtur: si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari [e], vel dolus.

¶ Idem Vigilieñ. Episcopo.

¶ Filij duorũ compatrum per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, licitè inuicem contrahunt matrimonium: si tamen subest consuetudo impediens, & dirimens talia matrimonia, seruanda est loci consuetudo. hoc dicit secundùm intellectum magis communem, attingendo mentem capituli.

CAP. III.

SVper † eo, quòd à nobis tua fraternitas requisiuit, de duorum compatrum filiis: Respondemus, quòd si tales filij fuerint, per quorum alterum [f], vel vtrumque parentes ad compaternitatem venerunt, eos coniungi nulla ratione sustineas, & coniunctos Pontificali auctoritate non differas separare [g]. Cæterùm, si per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit, de his te volumus consuetudinem tuæ metropolitanæ [h] Ecclesiæ, vel aliarum circumpositarum inquirere, & diligentiùs imitari: ita quòd si eiusdem Ecclesiæ consuetudo [i] habet, inter eos non sustinere coniugium fieri, nec factum firmitatis robur habere, tu simili modo in Ecclesia tibi commissa, coniugium huiusmodi fieri non permittas: & si quos taliter coniunctos inueneris, iuxta earundem Ecclesiarum consuetudinem, ipsos separare † abinuicem non omittas †. Verùm si de consuetudine habeatur, vt alia coniugia permittantur, id in Ecclesia tua dissimulare [k] poteris: ita quòd nec contradicere [l], nec tuum videaris præstare assensum: quia sicut graue est antiquam cõsuetudinem circumadiacentium [m] Ecclesiarum super his cõtemnere: sic quoque grauius videtur, si propter eam huiusmodi coniugiis tuum indulges assensum, cùm posset sic in exemplum assumi [n].

¶ Clemens tertius.

¶ Inter patrẽ baptizati, & vxorem leuantis priùs ab eo cognitam, contrahitur compaternitas efficax ad matrimonium dirimendum.

CAP. IV.

MArtinus † Bertham duxit vxorem, Tebergam sibi

a Institutum.] 30. q. 1. c. 1. & 2.

b ¶ Statuerunt.] 30. q. 1. dictum de eod. ad limina.

¶ Glos. seq. quærit, & soluit.

c ¶ Debitum debet subtrahere.] Sed nunquid potest contrahere [a]? Potest dici, quòd ille, qui hoc fecit ignorãter, potest reddere, & exigere: quia nõ peccauit: qui verò scienter, satis videretur, quòd nõ deberet exigere, sed reddere tenetur: tamẽ non inuenimus prohibitum in hoc casu, quod non exigat; ergo nec nos prohibeamus.

d ¶ Si ex ignorantia.] Probabili tamen non excusaretur à peccato. s. de eo qui renun. epi. c. 2. in fin. & j. de cler. excom. mini. Apostolicæ. & est argum. hic, quòd ignorantia excusat, vt ibid. & 1. q. 4. §. vlt. & 8. dist. consuetudo.

e ¶ Patrocinari.] s. de eo. qui dux. in mat. c. 1. & j. de coll. audiuimus. 30. q. 1. dictum. & s. de rescr. sedes Apostolica.

SVper eo.] Primo ponitur quæstio. Secundò ibi, Respondemus, distinguens responsio, & secundum membrũ ibi, Cæterùm. Abb. Sic.

CASVS. Aliqui sunt compatres, quæritur, vtrùm filij eorum possint contrahere matrimonium adinuicem? Respondetur, quòd si tales sunt, per quorum alterum, vel vtrumque parentes ad compaternitatem peruenerunt, coniungi non possunt: & si sint coniuncti, separari debent: si verò per neutrum illorum filiorum compaternitas contracta fuit, de his consuetudo metropolitanæ Ecclesiæ seruari debet, & aliarum Ecclesiarum circumpositarum, ita videlicet, quòd si cõsuetudo metropolitanæ Ecclesiæ habet inter eós matrimonium nón fieri, nec factum firmitatem habere, & ipse Episcopus in sua Ecclesia idem obseruet: veruntamen, si de consuetudine habeatur, vt talia matrimonia permittãtur, ex quo contracta sunt, ipse Episcopus illud in sua Ecclesia dissimulare poterit, ita quòd nec contradicere, nec consentire videatur: quia sicut graue est super his contemnere consuetudinem circumpositarum Ecclesiarum: ita grauius videtur, si propter talem cõsuetudinem huiusmodi coniugiis præstet assensum, cùm posset ab aliis in exemplum assumi. Nota, quòd consuetudo Ecclesiæ metropolitanę obseruanda est, & aliarum circumpositarum. Item consuetudo facit personas legitimas, vel illegitimas ad contrahendum. Item aliquid omittitur propter exemplum. Bern.

f ¶ Alterum vel vtrumque.] s. eo. c. 1. & 30. q. 3. super quibus.

g ¶ Separare.] Quia contra canones coniuncti sunt, vnde separandi sunt. 10. dist. vides. & C. de leg. non dubium. & 35. q. 3. contradicimus.

¶ Gl. seq. alleg. concordat. signat contraria, & soluit, & iterum arguit.

h ¶ Metropolitanæ. Sic [b] 12. dist. de his. Sed contra, quòd consuetudo Romanæ Ecclesiæ potiùs sit sequenda de consec. dist. 4. de trina. 11. dist. quis nesciat. in fi. contra intellige de forma sacramentorum seruanda, quam quilibet tenetur seruare, & credere, prout tenet Romana Ecclesia. j. de hære. ad abolenda. 1. respon. Item est argum. quòd priùs recurrendum est ad consuetudinem metropolitanæ Ecclesiæ, quàm aliarum, ad quarum consuetudinem recurrendum est. s. de consti. super eo. demum ad Romanum. arg. ff. de leg. de quib. vel potiùs ad ius scriptum.

¶ Glos. seq. sol. quandam obiectionem, cui solutioni dat simile. ponit demum opinionem, quam reprobat.

i ¶ Consuetudo.] Et intellige de tali consuetudine, quæ scandalum generaret, nisi fuerit obseruata. s. eo. c. 2. in fi. & surgit consuetudo illa ex quadam affinitate contracta ex compaternitate vnius filiorum, vt etiam alij coniungi non possunt, prout olim obseruabatur secundum intellectum Alexand. vt s. eo. c. 1. & 30. qu. 3. post susceptum. licet illud immutatum fuerit, vt omnes possint coniungi, præter illas personas, quibus mediantibus compaternitas contracta fuerit. 30. q. 3. super quibus. & s. eod. c. 1. & sic si scandalum magnum sit in aliquo loco, quòd tales coniungantur, vel remaneant coniuncti. adhuc propter scandalum seruabitur ibi illud ius, non obstante cõiunctione, quæ emanauit postea in contrarium. Vnde fortè similimodo potest dici: si in aliquo loco esset magnum scandalũ, & horror, quòd aliqui contraherẽt in quinto gradu, illud non toleraretur, non obstante constitutione illa infrà de consang. & affinit. non debet, quia propter scãdalũ multa etiam contra ius omittuntur: ergo multò fortiùs, vbi alia ratio subesse videtur: & ita hîc, & s. eod. c. 1. in fin. scãdalum impedit matrimonium, & dirimit [c], & est simile: quia consuetudo facit aliquem illegitimũ ad eligendum. s. de cler. coniug. cum olim. In prohibitione talis matrimonij nullũ est peccatum: ergo si scandalũ est, quòd coniũgantur, propter scandalum prohibendi sunt. argum. de no. ope. nun. cum ex iniuncto: sed si nulla prohibitio vnquã fuisset, inter tales personas contractũ matrimoniũ non deberet dissolui propter scandalũ, quia talis dissolutio sine peccato mortali fieri non posset: arg. prædic. decr. cum ex iniuncto. Quidam tamen volunt intelligere versiculum istũ: Ita quòd si eiusdem Ecclesiæ, &c. de primis personis, de quibus præmisit, in princ. c. quia inter eas. de quibus secundò dicitur, licitum est matrimonium: vt s. eo. c. 1. nec de tali matrimonio dixit Alexander, quòd sit dissimulãdum, ne in exemplum trahatur, cùm Ecclesia talia matrimonia approbet, sed veriùs credo primum dictum: verumtamen si consuetudo habet, vt postquã cõtracta sunt, tolerentur, poterit iste dissimulare: ita quòd nec consentiat, nec contradicere videatur, propter rationem, quæ infrà sequitur.

k ¶ Dissimulare.] Talis dissimulatio loco approbationis tacitæ habetur. & mettendum nullum subsit impedimentum.

¶ Glos. seq. de taciturnitate notat tria.

l ¶ Nec contradicere.] Nota, qui tacet [d], neque consentit, neque negat. ff. de reg. iur. qui tacet. Quandoque tamen taciturnitas habetur pro consensu. 54. dist. si seruus. s. de præsumpt. nõnne. & aliquando pro contradictione. de consecr. dist. 4. cum pro paruulis. ff. de procurator. filiusfamilias. § inuitum. 65. dist. si fortè.

m ¶ Circumadiacentium.] Et ita vicinorum locorum non est contemnenda consuetudo: immò seruanda, ne si contrariũ fieret, sumeretur inde exemplum, quia cùm illa cõsuetudo satis sit honesta, non debet ille videri auctor, vt alij recedant ab illa consuetudine: & ita taceant, si sine scandalo id sustineant.

n ¶ Assumi.] Ab aliis, qui talia coniugia non contrahunt de cõsuetudine.

MArtinus.] Duo facit. Primò ponit quæstioné. Secundò eius solutionem ibi, Nos autem. Abbas.

CASVS. Martinus contraxit matrimonium cũ Bertha, & Lotharius cum Teberga: Lotharius filiũ Martini, & Berthę de sacro fonte leuauit: tãdem Lotharius, & Bertha mortui sunt, & Martinus con-

a Vide Sotũ l. 4. senten. dist. 42. q. 1. art. 1. vers. est verò in hoc casu.

† constitutum.

† Cap. 5. eod. tit. in 1. cõp. Et vide Cõcil. Trid. initio tit. citatum.

b De materia huius glossæ vide planè per glossam, & doctores in cap. consuetudo. dist. 1.

† separari.

† dimittas.

c Qualiter sit hoc dictũ accipiendum tradit Panormitanus hic, & plenissimè Hostiẽsis in summa tit. de cognat. spirit. § quis sit affectus circa mediũ, quos omnino videto. adde glossam, & doctores, sup. eo. c. 1.

† Cap. 1. eod. tit. in 2. cõp. Est ad vũ illustris differentia huius decretalis, de qua vide præ aliis Durandum l. 4. sent. dist. 42. q. 1. & ibidẽ Sotũ q. 1. ar. 3. respiciendum tamen semper Cõc. Trident. initio titu. citatum.

d De hac regula vide latè per Felinum in cap. nõnne, suprà de præsump. & per Bartholomæum Socinum in fallẽtiis regula 484. & sequen. verbo taciturnitas, & tacens.

nus contraxit cum Teberga. Quæritur, vtrùm tale matrimonium teneat, & valeat? Respondet, quòd cùm vir, & vxor per connubium efficiantur vna caro, patet, quòd Taberga non potest esse vxor Martini, qui fuit compater Lotharij, cum quo Teberga vna caro noscitur extitisse. Nota, quòd compaternitas contracta per virum transit ad eius vxorem, & econuerso, cùm sint vna caro.

copulauit Lotharius, qui Berthæ, & Martini filium de sacro fonte suscepit: L. verò & B. sublatis de medio, M. cum T. præfata contraxit. ¶ Nos autem consultationi tuæ duximus respondendum, quòd cùm secundùm verbum Domini, vir, & mulier efficiantur per connubium [a] vna caro [b], liquidum est Tebergam non posse matrimonialiter copulari Martino, qui compater eius [c] fuerat, cum quo [d] vna caro Teberga noscitur extitisse.

¶ Idem.

¶ Compaternitas per catechismum contracta impedit matrimonium contrahendum, sed contractum non dirimit.

C A P. V.

CONtracto † matrimonio inter P. & A. vxorem suam quidam consanguinei eiusdem A. contra matrimonium obiecerunt, quòd eadem in primo sacrati salis [e] pabulo, filium quondam † concubinæ [f] ipsius P. tenuit. *& infrà.* ¶ Verùm, si constaret vera esse, quæ diximus, non ideo tamen contractum

a ¶ *Per connubium.*] Id est, per carnalem copulam. 27. *q.* 2. *Agathosa.*

b ¶ *Vna caro.*] 30. *q.* 4. *sciscitatur. & c. si quis ex vno.*

Genes. 2. *Matth.* 19. 1. *Corint.* 6. *Ephes.* 5.

c ¶ *Eius.*] s. Lotharij. ¶ *Gloss. seq. ponit versus, quos primò exponit.*

d ¶ *Cum quo.* [s. Lothario. Nota, quòd post matrimonium carnali copula consummatum (de quo intellige, quod dicitur hic) si alter coniugum suscipit filium alterius de sacro fonte, ambo coniuges compatres efficiuntur parentibus infantis: & ita si vir suscipiat filium alterius de sacro fonte, vxor mediante viro commater efficitur parentibus infantis, & mater spiritualis efficitur illius, & econuerso. 30. *q.* 4. *sciscitatur. c. si quis ex vno.* si verò compaternitas matrimonium præcessit, siue carnalem copulam; puta, suscepisti filium Berthæ, & Martini de sacro fonte, & postea contraxisti cum Teberga, & eam cognouisti; vel licet contraxisti, nondum carnaliter illam cognouisti; quamuis illam postea cognoscas, vxor tua non efficitur commater parentibus illius infantis: quia nondum eras effectus vna caro cum ea: quia per vnionem carnis sequentem compaternitatem non transitur ad vnionem spiritus præcedentem matrimonium: vnde mortuo, & mortua vxore Martini, quorum filium, antequam haberes Tebergam, de sacro fonte leuaueras, Martinus poterit habere Tebergam in vxorem 30. *q.* 4. *qui spiritualem*, &c. post vxoris obitum: & sic Teberga potest habere duos compatres, vnum post alium. Vnde nota versus.

† *Cap. 2. in tit. in 2. compil. Vide citatos in c. prox. præcedenti: sed Sotum ibid. c. 2.*

† *quondam.*

Quæ mihi, vel cuius mea natum fonte leuauit,
Hæc mea commater, fieri mea non valet vxor.
Si qua meæ natum non ex me fonte leuauit:
Hanc post fata meæ non inde vetabor habere.

Sic quandoque facto suo alter coniugũ solemnizat votum alterius, putà vir, qui volente vxore ordinem suscepit. 28. *d. quia sunt.*

COntracto] Duo facit. Primò ponit casum. Secundò ibi, *Verùm*, diffiniendum committit: & in commissione prius exprimit diffinitionis causam, vsque ibi, *Ideoque*. Abbas.

C A S V S. Quidam P. nomine contraxit matrimonium cum A. muliere. tandè consanguinei eiusdem A. contra matrimoniũ obiecerunt, quòd non poterat esse vxor ipsius pro eo quod eadẽ tenuit filium concubinæ ipsius P. in primo pabulo sacrati salis: iudex dubitauit: Consultus Papa respondet, quòd si vera constarẽt esse prędicta, matrimonium contractũ non dissolueretur: quę res vix prębstaret impedimentũ matrimonio contrahendo. Vnde mãdat, quatenus præfato P. iudex iniũgat, vt dictam A. sicut vxorẽ pertractet, siue hoc fuerit factũ ante contractũ matrimonij, siue post; sed si fraudulẽter hoc fecit causa matrimonij separãdi, pœnitẽtiã inde accipiat, matrimonio in sua firmitate durãte. Nota, quòd per ea, q̃ precedũt baptismũ, non cõtrahitur cõpaternitas.

e ¶ *Sacrati salis pabulo.*] *De consecratio. d.* 4. *sal. calestis.*

e *Pabulum sacrati salis dicitur, dum inter catechizandum catechumenorum sali ori eius apponitur.*

f ¶ *Concubinæ.*] Quidam dicunt, quod ille filius tantùm erat filius concubinę ipsius P. de alio viro, dicentes, quòd compaternitas contrahitur per illud sacramentum sacrati salis, sed secundùm hoc nulla fuisset quæstio.

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem, an per catechismum, &c. & tria alleg. quòd non, & duo in contrarium, ponit tres opiniones, & tertiam improbat, huic decre. respondens demum in fi. illam approbat.*

matrimonium solueretur: quæ res vix contrahendo [g] matrimonio impedimẽtum afferret. Ideoque mandamus, quatenus præfato P. auctoritate nostra iniungas, vt memoratam A. sicut vxorem maritali affectione pertractet, & carnale debitum ab ea libenter exigat, & persoluat, siue ipsam ante matrimonium contractum cum P. siue postea constiterit hoc egisse: dum tamen, si in fraudem hoc fecerit causa matrimonij separandi, pœnitentiam pro præsumptione accipiat matrimonio in sua firmitate durante.

¶ Innocentius tertius Episcopo, & Archidiacono Linconiensi.

¶ Inter patrem baptizati, & leuantem, seu tenentem baptizatum, contrahitur cognatio spiritualis valida ad impediendum, & dirimendum matrimonium pòst contractum.

C A P. V I.

VEniens † ad Apostolicam sedem C. † Anglicus. *& infra.* ¶ Mandamus, quatenus si constiterit H. mulierem præ-

g ¶ *Vix contrahendo*] Et hoc [b] videtur, quòd per illa, quæ præcedunt baptismum, non contrahitur paternitas. *arg. 3. di. præter. §. verùm in fi.* vbi dicitur, quòd baptismus est ianua omnium sacramentorum. Item propter catechismum non fit aliquis aptus contrahere matrimonium. 28. *q.* 1. *caue.* Item si decederet sine baptismo, non prodesset ei catechismus, quin perpetuò damnaretur, *de cons. d. 4. firmissimè. & c. nulla.* & sic est adhuc membrum Diaboli: ergo non potest esse spiritualis filius. Arg. contrà, quòd contrahatur compaternitas per catechismum. 30. *q.* 1. *c.* 1. vbi dicitur, quòd à primo pabulo sacrati salis vsque ad confirmationem contrahitur compaternitas ea. *causa. q. 4. si quis ex vno. de cons. d. 4. in catechismo.* nam & Christiana dicitur, postquã est catechisata 28. *q.* 1. *caue.* Hug. dicit super illo *c. peruenit.* 30. *q.* 1. quòd sicut septem sunt dona Spiritus sancti, ita septem dona baptismi, & per quodlibet illorum contrahitur compaternitas, ita quòd impedit, & dirimit matrimonium. Primum est collatio sacrati salis de consecr. *d.* 4. *ex hinc.* Secundum aurium, & narium linitio cum sputo. *d. ead. postea tanguntur.* Tertium in fronte, & pectore crucis signatio, *d. ead. postea signatur.* Quartum olei sacri perunctio. *d. ea. deinde.* Quintum ablutio baptismi. *d. ea. venit.* Sextum in vertice chrismatis perunctio à sacerdote. *d. ea. postquam ascendit.* Septimum confirmatio chrismatis in fronte per Episcopum. *d. ea. presbyteri.* Et illi, qui sequuntur Hug. dicunt, quòd ille filius non fuit filius Petri, sed tantùm concubinæ: & dicunt hanc decr. non tenere, dato quòd fuerit filius Petri. Alij dicũt, quòd per tria sacramenta tantùm contrahitur compaternitas, scilicet per catechismum [c], baptismum, & confirmationem *de consecr. d. 4. in catechismo* 30. *q. 4. si quis ex vno.* & hæc mulier non tenuit illum filium ad totum catechismum, sed tantùm ad immissionem salis: quod satis apparet per hanc litteram. Alij dicunt, quòd licet compaternitas contrahatur per catechismum per illam tamen non dirimitur matrimonium contractum, prout innuitur per hanc litteram, tali ratione, quia baptismus est ianua omnium sacramentorum, vt dictum est *in cap. præter. §. verùm 31. d. & § de presb. non bap. c. 1. & 9.* ergo si ianua non est aperta, nullum sacramentum recipitur. Item alia ratione, quia ante baptismum non est filius Ecclesiæ, quia sine eo nullus saluatur, vt dictum est: ergo si non est filius Ecclesiæ, non est filius spiritualis: & si non est filius spiritualis, nulla per eum est cognatio contracta: ergo propter hoc non debet matrimonium separari. Sed certè contra istos, qui dicunt, quòd etiam per catechismum non dirimat matrimonium, manifestè faciunt illa duo. *c. si quis ex vno. & c. in catechismo*: quia ibi æquiparantur ista tria, catechismus, baptismus, & confirmatio. Vnde credo, quòd si quis teneat aliquem in toto catechismo, in quo vnus patrinus debet esse, quòd ille sit compater effectus parentibus infantis: sed hæc mulier non tenuit illum filium infantem, nisi in primo pabulo sacrati salis: nec expressè dicit littera, quòd fuerit filius P. & ideo dico, quòd catechismus impedit, & dirimit [d]. T. dixit, quòd compaternitas per catechismum contracta inualida est ad matrimonium dirimendum; quod satis posset tolerari ratione prædicta.

VEniens] C A S V S. Quidam Anglicus C. nomine, contraxit matrimoniũ cum H. muliere: dicebatur, quod H. mulier susceperat filiũ prædicti C. viri sui de sacro fonte. Quærebatur, an propter hoc debeat separari ab ipso. Mãdat Papa, quatenus si constiterit dictum H. filium viri sui ante contractum matrimonium de sacro fonte leuasse, omnino separetur: secus esset, si post matrimonium

b *De materia huius glossæ vide Theologos scholasticos l. 4. sent. d. 42. & præ cæteris B. Tho. & Sotum q. 1. ar. 2. vbi de opinionibus hic relatis iudicium faciunt.*

† *Cap. 1. eo. ti. in 3. cõpi. Concordat concil. Trid. f. 24. de refomat. c. 2. ad decimas in superioribus.*

† *E.*

c *Qui ita sentiunt, propriam vocẽ videntur ignorare; quia catechismus nõ est sacramentum, sed sacramẽtale: ita B. Tho. prætitata d. 42. q. 1. a. 2. in corpore.*

d *Hæc opinio glossæ iã olim displicebat Theologis l. 4. sent. d. 42. vbi B. Th. & Sotus ambo q. 1. a. 2. hodie per constitutionẽ Bonifacij octaui reprobata est in c. 2. de cogna. spiri. l. 6 vbi catechismus impedit matrimonium contrahẽdũ, non tamen dirimit iam contractum

monium contractum. Nota, quòd cognatio spiritualis impedit matrimonium, & dirimit, sicut copula carnalis.

¶ *Glo. seq. tex. per quæstionem, de qua remittit.*

a ¶ *De sacro fonte.*] Idem si tenuisset eum in catechismo, vel in confirmatione, vt s. c. prox. dictum est.

b ¶ *Antequam.*] Benè dicit, antequam: quia si post contractum matrimonium hoc fecisset, nõ separaretur matrimonium contractũ. s. eod. *si vir.* & 30. q. 5. *ad limina.* dictum est de eo.

T*Va nos.*] Sunt duæ partes. In prima trimembris consultatio. In secunda cuique responsio ibi, *Super quo.* Abbas.

Casvs. Aliquis, putà Martinus habebat filiũ, nato isto filio Martinus suscepit filiã Petri de sacro fonte: quæritur, vtrùm filius iste natus ante cõpaternitatem contractam inter Martinum, & Petrum, possit accipere in vxorem filiam Petri, per quam compaternitas illa contracta fuit: & an si contraxerint, debeant separari: & an illi, qui conscij sunt illius matrimonij, debeant illud accusare? Respõdetur, quòd huiusmodi personæ non possunt contrahere: & si contraxerint, debent separari: & qui contractum sciuerint, debent illud Ecclesiæ nunciare. Nota, quòd persona illa, qua mediante cõpaternitas est contracta, non potest copulari alicui de filiis alterius compatris, siue sit natus ante compaternitatem, siue post. Item quilibet tenetur denũciare matrimonia illicitè contracta.

c ¶ *Filiam.*] Spiritualem: per quam compaternitas est contracta. s. c. 1. & c. *super eo.* in prin.

d ¶ *Possunt.*] id est, debent de iure. s. eodem c. 1. & c. *super eo.* in princ.

† ¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

e ¶ *Nunciare.*] Nota, arg. quòd denunciatio criminum ad omnes spectat, & non tantùm ad prælatos. Item personæ illæ quæ sciuerunt contrahi matrimonium, non admittuntur ad accusationem matrimonij, aut etiam ad testificationem. *infrà qui ma. accus. pos. cum in tua.* non tamen repelluntur à denunciatione, vt hic patet. & tamen hic consequitur idem per denunciationem in hoc casu, quod per accusationem: non enim potest permittere illic, cui denunciatur tale crimen, nisi remota vxore. 14. q. 9. *si res.* arg. Item alia excluditur, & alia admittitur, *sic* s. *de iureiur. quemadmodum.* s. *de spon. impub. ad dissoluendum.* Arg. contra. s. *de procuratoribus. tua.* vbi de hoc. Bernar.

dicti viri filium de sacro fonte[a] leuasse, antequam[b] eam desponsasset vxorem, vos inter eos diuortium, appellatione postposita, celebretis.

¶ Idem magistro S. Canonico Herforden.

¶ *Si filij duorum compatrum, per quorum alterum deuentum est ad compaternitatem, matrimonium contrahunt, separantur: & tempore contractus scientes impedimentum, illud denunciare tenentur.*

CAP. VII.

TVa † nos duxit discretio consulendos, an natus ante compaternitatem, filiam[c] compatris patris sui, vel commatris sibi possit matrimonialiter copulare, & si contraxit †, an debeant separari, & an conscij talis matrimonij teneantur illud in publico accusare? Super quo respondemus, quòd huiusmodi personæ non possunt matrimonium contrahere: & si contraxerint, possunt[d] ab inuicem separari: & qui contractum sciuerint, debent Ecclesiæ illud nunciare[e].

¶ Gregorius nonus.

¶ *Inter baptizatum, & filium baptizantis, oritur cognatio spiritualis, impediens, & dirimens matrimonium inter eos contrahendum. hoc dicit.*

CAP. VIII.

EX † litteris vestris accepimus, quòd cum M. mulier coram Officiali Cantuariens. Alanum peteret in † virum, & se affidatam ab eo, ac carnaliter cognitam, per testes idoneos probauisset: dictorum tandem testium depositionibus publicatis, idem A. excipiendo proposuit, quod eam habere non poterat in vxorem, pro eo quòd ipsum pater mulieris eiusdẽ, qui sacerdos extitit †, baptizauit[f]. Sed cùm idem Officialis exceptione huiusmodi non admissa diffinitiuam tulerit sententiam contra ipsum, & idem ad sedem Apostolicam appellauerit: Mandamus, quatenus, si est ita, eundem A. super hoc, ab impetitione mulieris absoluatis ipsius, eidem mulieri perpetuum silentium imponentes.

EX *litteris.*] Diuiditur in duas partes. In prima iudicum consultatio. In secunda mandatum ibi, *Mandamus.* Abbas.

Casvs. Quædam mulier M. nomine, coram Officiali Cantuariensi. Archiepiscopi petiit quendam A. nomine in maritum, dicens se affidatam ab ipso, & carnaliter cognitam. Ad hoc probandum induxit testes: publicatis attestationibus testium, per quos mulieris intentio probata erat, dictus A. excipiendo proposuit, quod eam habere non poterat in vxorem, pro eo quòd pater eiusdem mulieris, qui sacerdos fuerat, ipsum baptizauerit: sed non obstante huiusmodi exceptione, tulit sententiam diffinitiuam pro matrimonio contra ipsum: à qua sententia ipse sedem Apostolicam appellauit. Mãdat Papa, quatenus, si est ita, eundem A. iudex ab impetitione mulieris absoluat, eidẽ super hoc silentium imponendo. Nota, quòd filius sacerdotis spiritualis, vel filia, non potest copulari in matrimonio filio, vel filiæ carnali ipsius sacerdotis.

¶ *Gloss. seq. fortificat tex. quærit, & sol. solutioni respondet, & dat simile. secundò quærit arg. negatiuè. sol. affirmatiuè.*

f ¶ *Baptizauit.*] Et ita fuit filius spiritualis ipsius sacerdotis. 30. q. 1. *omnes quos,* vbi de hoc. & *cap. non debet.* & 30. q. 4. *si quis ex vno arg.* ergo & filia illius effecta est soror spiritualis viri, ac si ipsum sacerdos de sacro fonte leuasset, quia tunc illam habere in vxorem non posset, quia ea mediante compaternitas esset contracta. s. eod. c. & c. *super eod.* & 30. q. 3. *super quibus ergo.* multò fortiùs cum sit pater spiritualis illius. Sed quid mouit istum officialem ad sententiandum pro matrimonio? Hæc potuit esse causa: quia edictum de matrimonio prohibitorum est. s. *de cogn. spir. cùm apud*, sed hoc non inueniebatur prohibitum expressè verbis de his, qui baptizat, quod filij eorum cum talibus non possent contrahere: sed licet expressè non esset prohibitum, tamen videbatur esse prohibitum, ex quo pater est ipsius spiritualis: quia in eo quod minus est, prohibitio inuenitur, scilicet in filio illius, qui aliam de sacro fonte leuauit. Simile est quod dicit Vrbanus; nulla ratione prohibitum inuenitur, quod vir, & vxor simul non possint filium alterius de sacro fonte suscipere s. 30. quæst. 4. quòd autem hoc est verum verbis expressis: sed in genere prohibitum est, dum prohibetur, quòd plures simul non suscipiant puerum de sacro fonte. *de consec. dis. 4. non plures.* & quia prohibetur commisceri filiæ spirituali, vt *c. non debet.* Sed nunquid filius sacerdotis potest contrahere cum filia illius, quam recepit ad pœnitentiam[c]? Videtur, quòd non, quia & illa filia spiritualis est, sicut illa, quam baptizat. 30. q. 1. *omnes quos.* sed non est ita: quia non contrahitur tanta affinitas in pœnitentia, sicut in baptismo: quia per pœnitentiam non efficiuntur filij sacerdotis affines filiis eorum, quibus pœnitentiam iniungunt, nec vsquequaque inuenitur prohibitum directè, vel indirectè, ergo intelligitur esse concessum. s. *de spons. c. apud.*

† *aliàs item in maritũ.* a *Forte legendum, quòd.*

† *extiterat.*

† *Vide Magistrum l. 4. sen. d. 41. & Th. q. 2. a. 1. 2. & 3. & Durandum q. 1.*

† *Cap. vnic. eod. tit. in 1. comp.* b *Quod dic. vt s. eo. c. vl. l. 6. Ioan. And.*

c *De his filiabus spiritual. vide Magistrum l. 4. sen. d. 42. § spirituales filij sunt.*

† *C. p. 2. eo. tit. in 3. compil. De intellectu vide Sotum l. 4. sen. d. 42. q. 1. a. 3. vers. secunda conclusio. circa finem.* † *Contraxerint.*

† *Vide c. 1. de cognat. spiritual. 6. & Th. 4. sent. d. 41. q. 1. a. 1. & Durandum c. d. q. 1.*

TITVLVS XII.

De cognatione legali †.

¶ Nicolaus ad Consulta Bulgarorum.

¶ *Inter adoptatum, & filium adoptantis, non potest, durante adoptione, consistere matrimonium.*

CAP. VNICVM.

SI † qua per adoptionem mihi soror esse cœperit, quandiu[g] durat adoptio, inter me, & ipsam nuptiæ consistere non possunt.

DE COGNATIONE LEGALI.

¶ *Visa de cognatione spirituali, meritò subiicitur de cognatione legali. Et vide ad materiam huius tit. textum cum gl. 30. q. 3. c. 1. & in c. per adoptionem. Et dic, quòd adoptio legalis est quædam propinquitas, per quam efficitur quis filius, vel nepos, vel deinceps seu frater, vel affinis, qui non est, naturam imitans. l. adoptiones ff. de adopt. Abbas.*

SI *qua per.*] Casvs. Pater meus adoptauit aliquam in filiam: quæritur, an ego possim illam accipere in vxorem? Dicit Nicolaus, quòd quandiu durat adoptio inter me, & illã, matrimonium tenere non potest. Nota, quòd non possum contrahere cum sorore adoptiua quandiu durat adoptio. Item cessante causa cessat effectus.

¶ *Gl. seq. argumentatur à contrario, & re*

g ¶ *Quandiu.*] 30. q. 3. *ita diligere,* ergo ea finita cum ea possum contrahere. *Instit. de nupt. § sed & si qua.* Item arg. hic, quòd causa cessante cessat effectus. s. *de renun. post translationem.* s. *de iureiur.* & si

& si Christus ad fin. & 61. di. cap. statuimus. §. his omnibus. ff. de rit. nup. per adoptionem. Nota ad intelligentiam huius decretalis, quòd cognatio quædam est spiritualis, de qua dicitur *sup. tit. prox.* Quædam etiam legalis, de qua hic dicitur. Legalis cognatio fit duobus modis, vel per adoptionem, vel per arrogationé. Dicitur autem arrogare illum, qui sui iuris est, & per arrogationé transit in nostram potestatem, & fit arrogatio principis auctoritate: adoptio auté per quemlibet magistratú. *Inst. de adopt. §. 1. & 3.* nec transit in potestatem adoptantis. *C. de ado. l. vlt. & Inst. eod. tit.* sed hodie remanet in potestate sui patris. Et tam arrogati, quàm adoptati dicuntur filij adoptiui, siue fratres. Et inter fratres adoptiuos, siue naturales, & legitimos impeditur matrimonium, quandiu durat adoptio, *vt hic, & ff. de rit. nup. per adoptionem & 30. q. 3. ita diligere.* Sed inter ascendentes, & descendentes, id est, inter adoptantem, & adoptatum semper impeditur matrimonium *ff. de ritu nuptiarum. adoptiuus.* licet solutaȝ adoptio. *ff. eo. tit. quin etiam.* Item posset dici, quòd filius adoptatus posset copulari filiæ adoptantis, cùm adoptatus non transeat in potestatem adoptantis. *Insti. de adopt. §. 2.* sic etiam potest dici, quòd filius illegitimus potest copulari filiæ adoptiuæ: quia illegitimus non est in potestate patris. *Insti. de nup. §. vlt.* Illegitimus non potest copulari filiæ spirituali. Alij dicunt, quòd adoptatus non potest copulari filiæ adoptantis: quia licèt adoptatus non transeat in potestatem adoptantis: acquiruntur tamen ei quædam iura per adoptionem, quæ dissoluuntur per emancipationem, *C. de adopt. l. pen. § fin autem.* & hoc idem videtur per decretalem istam, quæ indistinctè loquitur de adoptione, non distinguendo inter arrogatum, & adoptatum. & hoc impedimentum desinit per emancipationem alterutrius. *ff. de adop. in omni. ff. de ritu nuptiarum. per adoptionem.* Sed nunquid filij adoptiui possunt contrahere inter se? Dici potest, quòd sic. quia non inuenitur prohibitum. Item quid si adoptiuus durante adoptione contrahat cum legitima? Dicunt quidam b., quòd dissoluitur matrimonium, cum illud impedimentum sit temporale. Hug. dicit, quòd non est matrimonium; ne obstat, quòd temporale sit impedimentum: & inducit simile, hodie non possum contrahere cum illa, quæ habet virum; tamen cras potero mortuo viro suo. & hæc decretalis facit pro Hug.

† *Vide, quod nouissimè decreuit conci. Trid. s. 24. de refor.*

† *Hæc duo verba, vel sponsæ, desunt in aliquot antiquis codicibus, & in omnibus manuscriptis Vaticanis.*

† *Med.*

† *Metiam.*

† *Meldam; sed in concilijs nondum repertum est, sicut pleraque alia.*

† *Cap. 2. eo. tit. in 1. compilat.*

Vide Burchardum l. 13. decr. c. 5. cis & fornicat. in vers. fecisti fornicationem cũ filiastra tua.

† *aliis.*

a *De materia huius glossæ, quatenus agit de adoptione, & arrogatione, vide plene per Aretinum, & Doctores in fiis. de adopt.*

b *Hoc placet Gui. in Spec. eod. tit. in prin. & omnino vide, quod pro hoc dicto ibi scripsi. Ioan. And.*

TITVLVS XIII.

De eo † qui cognouit consanguineam vxoris suæ (vel sponsæ †.)

¶ Ex concilio apud Metiam.

¶ *Affinitas superueniens post matrimonium contractum, non soluit matrimonium, sed exactionem debiti impedit & crimen incestus inhabilitat quoad matrimonium contrahendum.*

CAP. I.

SI † quis cum filiastra [a] sua scienter [b] fornicatus fuerit: nec à matre debitum petere [c], nec filiam vnquam habere potest vxorem: nec filiastra, nec ille [d] vllo vnquam tempore alij † se poterunt matrimonio copulare [e].

¶ Alexander tertius, Pictauien. Episcopo.

¶ *Affinitas superueniens etiam per illicitum coitum dissoluit sponsalia*

DE EO QVI COGNOVIT CONsanguineam vxoris suæ (vel sponsæ.)

¶ *Viso de cognatione spirituali, & legali, de carnali videndum restat: Sed quia ex copula habita cum consanguinea vxoris, oritur affinitas cognatio, de qua poterat dubitari, vtrum dirimeret, vel impediret matrimonium, ideo subiicitur hæc rubrica. Et virtus totius tituli consistit in hoc quòd affinitas contracta ex copula consanguineæ vxoris, non dirimit matrimonium priùs contractum, sed soluit sponsalia de futuro. Item priuat facultate contrahendi matrimonium, & exactione debiti in vxore habita, vt patebit in prosecutione tituli. Abbas.*

De hac materia tractatur 37. q. 7. in multis c.

SI quis.] Primò ponitur thema, ex quo triplex elicitur conclusio. Secundò soluit ibi, *Nec à matre.* Ab. Sic. CASVS. Dicitur hic, quòd si quis cognouit filiastram suam non potest petere debitum ab vxore, nec filiastram habere in vxorem, nec vnquam filiastra, vel ille poterunt cum alio matrimonialiter copulare. Nota, quod incestuosi contrahere non possunt.

a ¶ *Filiastra.*] *32. q. 7. quædam & c. qui dormierit c. & c. si quis viduam.*

b ¶ *Scienter*] Secus si ignoranter. *3. q. 2. in lectum.*

c *Sed tamen legendi sunt hi canones vt optimè admonet Stus. qui hic ipsum decretum interpretatur l. 4. sent. di. 37. q.*

¶ *Glos. seq. cum vltima recitari possunt per quæstiones, vel textualiter si places.*

c ¶ *Petere.*] Exactus tamen reddere tenetur. *inf. eo. tit. transmissæ:* non obstante affinitate inique ex post facto contracta: & sine culpa priuari iure suo nemo debet. *sup. eo discretionem. & c. vlt. & cap. tua.*

d ¶ *Nec ille.*] Post mortem vxoris.

e ¶ *Copulare.*] Propter incestum. *32. q. 7. qui dormierit, & j. eo. cap. ex litteris.* tamen si côtraherent, tenet matrimonium: & etiam si essent iuuenes, dispensaretur cum eis. *33. q. 2. in adolescentia. Ber.*

de futuro: sed non matrimonium: & incestuosus contrahere non potest.

CAP. II.

VEniens † ad nos præsentium lator. *& infrà.* ¶ Inquisitioni tuæ aliter respondemus, quòd si matrem [f] sponsæ suæ cognouit, † & sponsæ nunquam carnaliter adhæsit [g], imponenda est ei pœnitentia paulò maior [h], quàm pro adulterio, qua peracta, vel parte [i] ipsius, poterit ex dispensatione [k], cum alia matrimonium contrahere. Cæterùm si sponsam cognouit [l], antequam matrem, vel post, nunquam eam [m], vel aliam [n] potest accipere in vxorem.

† *Cap. 3. eo. tit. in 1. comp. post concilium Later. p. 12. c. 4.*

† *aliàs sua sponsa, &c.*

VEniens.] Primò ponitur decisa cõsultatio. Secundò distinguens respõsio ibi, *Inquisitioni.* Secundum membrum ibi, *Cæterùm.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidã contraxit sponsalia de futuro cũ quadam, & pater ipsius matrem spõsæ accepit in vxorem. Tandè instigante Diabolo matré sponsæ cognouit: tã pater, quàm consanguinei sui volebant, vt matrimonium de præsenti consummaret: sed ipse noluit, donec factum Episcopo proponeret. Episcopus consuluit dominũ Papam, & ipse respondet, quòd si matré spõsæ cognouit, & sponsæ carnaliter non adhæsit, imponenda est ei pœnitentia paulò maior, quã pro adulterio; & illa peracta, vel parte ipsius, Episcopus dispenset cum eo, vt aliam recipiat (si voluerit) in vxorem. Si verò sponsam cognouit ante matrem, vel post, aliam non poterit accipere in vxorem propter incestum, sed à sponsa non separabitur, & in hoc non tenet, quòd dicit, nunquam eam, scilicet sponsam, potest accipere in vxorem. Nota, hic pœnam illius qui matrem sponsæ suæ cognouit.

¶ Idem.

¶ *Non separatur matrimonium ad dictum vnius asserentis affinitatem inter coniuges præcessisse.*

CAP. III.

DE illo †, qui vxorem fratris, antequam ei matrimonio

† *Cap. 2. eo. tit. in 2. comp.*

f ¶ *Matrem sponsæ.*] De futuro: vnde affinitate superueniente, illam in vxorem habere non poterit solutis sponsalibus. *j. de consag. c. 2. & j. eod. ex literis.*

g ¶ *Adhæsit.*] Postquam cognouit matrem.

¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*

h ¶ *Paulò maior, quã pro adulterio.*] Quare maior pœnitẽtia imponitur quàm pro adulterio, cùm tamé publicæ honestatis iustitiam violauerit, cùm illa esset sponsa de futuro? Dicas, quòd non solùm violauit publicæ honestatis iustitiam, sed adulterium cõmisit cum matre sponsæ suæ, quæ nupta erat patri suo, vt patet in antiqua [d]. aliàs si mater sponsæ non esset coniugata, nõ puniretur plus, nec etiam tantùm: vnde iste multò pl'us debet puniri, quàm pro adulterio, propter tria, videlicet propter honestatis iustitiam, propter adulterium, & incestum etiam, quod perpetrauit cognoscendo affinem primi generis, & primi gradus.

d *Antiquam decretalẽ integram habes locis citatis initio huius c.*

i ¶ *Vel parte.*] Arg. quòd sufficit aliquid inchoare, & si non sit completum. *j. de test. cùm in tunctis §. inferiora.*

k ¶ *Ex dispensatione.*] Incestuosi enim contrahere non debent. & ideo dispensatur cum eo, quia iuuenis erat alias sine peccato contrahere non posset. *33. q. 2. in adolescentia.* tamen si contraheret citra aliquam dispensationem, teneret matrimonium.

l ¶ *Cognouit antequam matrem.*] Vnde statim fuit matrimonium præsumptum *j. de sponsis qui & j. de condi. appo. de illis.* vnde matrem vlterius habere non posset, etiam si non esset cognita. & hoc idem esset, etiamsi nunquam cognouisset ipsam. *j. de spon. sponsam. Bernardus.*

m ¶ *Eam.*] i. matrem, vt dictum est. Vel dic, eam, id est, sponsam suam, & secundum hoc non tenet. *j. eod. discretionem. & c. vlt.*

n ¶ *Aliam.*] Post mortem istius: quia ex quo eam cognouit antequam matrem, non dissoluitur matrimonium, licet postea cognouerit matrem. *j. eod. discretionem. & c. penult. & vlt.* sed ea mortua cum alia propter incestum contrahere non debet. *j. eod. transmissæ. in fi.*

DE illo.] Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, *Respondemus.* Abbas.

CASVS.

CASVS. Quidam dicebat, quòd cognouerat vxorem fratris sui, antequam cum illa matrimonium cōtraxisset: quæritur, quid iuris? Respondet Papa, quòd propter hoc non sunt separandi, nisi hoc esset notorium, aut per idoneos testes legitimè probaretur. Nota, quòd simplici assertioni alicuius non est credendum.

¶ *Glo. seq. recitari posset per contrarium.*

a ¶ *Occasione.* Quia confessio illa sola non præiudicat, etiamsi rumor viciniæ consentiret j. eo. super eo. secus esset in matrimonio contrahendo. s. de sp. praeter ea. 1. & inf. tit. prox. ca. 2. Ber.

a Et adeo dicitur illam occasionem, nō dicit, causam. ad hoc num. & obs. fallit. Ioan. And.

TRansmissæ.] Primò consultatio. Secundò responsio ibi. *Quia verò.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam habebat vxorem, ea mortua filiam vxoris defunctæ cognouit: postmodum aliam accepit, & nihilominus cum priuigna publicè delinquebat. Quæsitum fuit à Papa, qualiter in facto isto esset agendum: Respondet quòd vxori legitimæ cohabitet, & necessaria ei subministret, nec eam cognoscat, quandiu vixerit, nisi ab ea fuerit requisitus: & donec cū ea permanserit, pro incestu, & adulterio pœnitentiam agat pro arbitrio imponentis: & si superuixerit vxori, sine spe coniugij perseueret. Nota, quòd pœnitentiæ sunt hodie arbitrariæ. Item incestuosi contrahere non debent: tamen si contraxerint, tenet matrimonium.

† Cap. 3. co. ti. in 2. comp. Pro aliis vide Satum l. 4. sent. di. 19. q. 1. a. 3.

¶ *Glo. seq. dat simile, & tradit regulam.*

b ¶ *Illicitam rem.*] Incestui adulterium adiungendo.

c ¶ *Legitimæ.*] Sic patet, quòd incestus non impedit, quò minus matrimonium sit legitimum, licet contrahere non debeat, sicut votum simplex. s. qui cle. vel vouentes, rursus: talia enim crimina impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt iam contractum, nisi in tribus casib. si machinatus fuerit in mortem alterius, si dedit fidem adulteræ, si duxit eam de facto. s. de eo qui duxit in matri. cum habe-ret. & ca. super hoc.

b Adde, cum quibus conuenitur in- ... gl. in § 1. Inst. de ... super ... C. de ...

d ¶ *Fuerit requisitus.*] Et sic intellige. s. eo. ca. 1.

e ¶ *Sine spe coniugij.*] 32. q. 7. si quis viduam. & 35. q. 3. de incestis. s. e. venitus. & j. de pœniten. remis. ca. 2. vbi de hoc.

iūgeretur, se proposuit cognouisse: Respondemus, quòd nisi hoc publicum, & notorium fuerit, aut idoneis testibus comprobatum: prædictum matrimonium occasione [a] illa, ipsum impetēre non permittas.

¶ Cœlestinus tertius.

¶ *Incestuosus matrimonium cōtrahere non debet: sed si contrahit, tenet: & tunc tenetur reddere, sed nō potest debitum exigere, & nō minus tenetur vxori necessaria administrare.*

CAP. IV.

TRansmissæ † nobis tuæ literæ demonstrarunt, quòd G. vxore sua defuncta, filiā eius, priuignam videlicet propriam, copula carnali cognouit: postmodum aliam accipiens in vxorem, cum priuigna publicè tanquam canis ad vomitum rediēs, illicitam rem [b] committere non expauit. ¶ Quia verò super his consilium requisisti, præsenti pagina respondemus, quòd legitimæ [c] vxori cohabitans, & necessaria subministrans, non cognoscat eam, quandiu vixerit, nisi ab ea fuerit requisitus [d]: & tunc ad ipsam non sine graui cordis dolore accedat: qui etiam pro incestu, & adulterio, donec cum ea permanserit, iuxta modū tamen tui arbitrij pœnitentiam agens, postmodum si superuixerit, perpetuò sine spe coniugij [e] permanebit.

¶ Idem.

¶ *Non separatur matrimonium ad confessionem coniugum, qui dicunt, affinitatē præcessisse, etiamsi rumor viciniæ consentiat. Et est casus multùm allegabilis, & notabilis.*

CAP. V.

SVper † eo, quod postulas, vtrùm coniugatus, qui ante contractum matrimonium, vxoris suæ consanguineam carnali commixtione cognouit, cùm id fateatur vterque, & aliqua pars viciniæ hoc acclamare dicatur, sit ab vxore sua iudicio Ecclesiæ separandus, tuæ fraternitati respondemus †, quòd propter eorum confessionem [f] tantùm, vel rumorem viciniæ, separari non debent: cùm & quandoque nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere, & ad confessionem incestus facilè prosilirent, si suo iudicio crederent, per iudiciū Ecclesiæ concurrendū [g]. Rumor [h] autem viciniæ non adeo est iudicādus validus, quòd nisi rationabiles †, & fide dignæ probationes accedant, possit bene contractum matrimonium irritari. †

¶ Innocentius tertius Præposito Magdeburgensi.

¶ *Affinitas superueniens non dissoluit sponsalia de præsenti.*

CAP. VI.

DIscretionem † tuam. & *infrà.*

¶ Sanè ex parte tua fuit propositum, quod quidam cum muliere quadam, legitimè per verba de præsenti contraxit,

SVper.] Primo ponit quæstionem. Secundò solutionem ibi, *Tuæ.* Abb. Sic.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum aliqua muliere: tandem tam ipse, quàm vxor confitebatur, quòd quandam consanguineam vxoris suæ, antequàm cum ea cōtraxisset, carnaliter cognouit, & aliqua pars viciniæ illud clamabat: quæritur an sint separandi? Respondetur, quod propter eorum confessionem tantummodo non sunt separandi, vel propter rumorem viciniæ: quia multi quandoque colluderent adinuicem, & ad confessionem incestus faciliter prosilirent, si per eorum confessionem crederent separari: & rumor viciniæ non est adeo validus, quòd bene coniuncti debeant separari, nisi rationes probabiles accedant. Nota, quòd confessio coniugum contra matrimonium, non præiudicat ipsi matrimonio, propter collusionem. Item rumor viciniæ non facit probationem: secus de fama.

¶ *Gl. seq. obiicit, & soluit distinguendo triplicem confessionis speciem. Iterum obiicit, & soluit.*

f ¶ *Confessionem.*] Sed videretur quòd confessioni standum sit: quia confessus in iure, pro iudicato habetur. C. de confess. l. vnica & ff. eod. tit. l. 1. & l. certum. & s. & de confess. olim causam. Dicas, quòd in casu isto non statur confessioni contra matrimonium propter rationem, quæ hic in litera redditur. Et est ratio: quia contra se quisque testificari potest: prò se verò minimè. 14. q. 2. §. 1. & ff. de inter. act. de ætate. §. 1. præterea iste non cōfitetur cōtra se, imò pro se: vnde iure communi nō prodest ei talis confessio. Nam iste petit separari ab vxore; quia dicit se cognouisse eius cōsanguineam: si cōfiteretur aliquid contra hoc, propter quod ei præiudicaretur, tunc videretur standū suæ confessioni: sed, vt dixi, speciale est in matrimonio, vbi nō creditur viro, vel vxori in præiudicium coniugij: sed si cōfiteatur pro matrimonio cōtrahendo, bene statur confessioni: putā si petam aliquā in vxorem, & ipsa confiteatur matrimonium, præiudicatur ei, licet ipsa nollet me habere: quia modo directè confitetur cōtra se: secus in cōfessione quæ fit quantùm ad tori separationem propter adulterium: quia ibi statur confessioni. j. de diuortiis ca. ex litteris. Arg. contra. 35. q. 6. si duo. Sol. ibi confitentur consanguinitatem esse inter eos, & fama publica confessioni cōiugum consentit, & tunc statur famæ, & confessioni: sed hic tātum est rumor, & aliud est fama, & aliud rumor, vt hic videtur.

† Cap. 4. eo. ti. in 1. comp. De materia vide tempore alios hic Præpositum.

† rescribimus.

c Maximè quia tunc remanē cōiuges, vnde nō sic timetur collusio. 32. q. ... dixit secundum Gof. Ioan. And.

† Probabiles, legitur in aliquot magis recentib. libris.

g ¶ *Concurrendum.*] Quod faciendum non est propter rationē hic expressam: immò ex collusio puniri debet. 2. q. 3. si quenquam & j. de collu. c. 1. & 3.

¶ *Gl. se. obiicit, & soluit.*

h ¶ *Rumor.*] Ar. contra. s. de præsumpt. illud. & ca. 3. vt dixi, aliud est rumor, quā fam. & illa decre. tertiò, loquitur de matrimonio cōtrahendo, quod ad solā famā impeditur [a] j. tit. prox. ca. super eo.

† Adde quæ no. Bal in l. 1. C. de probat. & in l. ea quidem C. de accusat.

† Cap. 1. e. tit. in 3. compl. Vide Couarr. ruuiam l. 1. decr. p. 1. c. §. non longè à principio.

DIscretionem tuam.] Cōmunis diuisio. Secunda ibi, *Nos igitur.* Et ibi primo dicit mulierem ad continentiam inducendam. Secundò ibi, *Quòd si,* dicit, quid iuris, si ad hoc non potest induci. Tertio soluit tria obstacula ibi, *Nam & si* Abbas.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum quadā per verba de præsenti, & antequā eam cognosceret, tradidit illā, in quantū potuit renitentem, & inuitam cuidam cōsanguineo suo in vxorem, & ille eam accepit, licet inuitam. Sed mulier, quā citò fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & primo viro restitui postulauit: quærebatur, an deberet ei restitui? Respōdet Papa, quòd viro pro tam turpi facinore grauis pœnitentia debet imponi, & mulier monēda est propter publicæ honestatis iustitiam, vt nec primum repetat, cuius consanguineus eā cognouit, licet inuitam: nec redeat ad secundum, cui propter adulterium cōmisceri nō potest: sed in continentia maneat, donec primus vir viā fuerit vniuersæ carnis ingressus. Si autē ad hoc induci non poterit, prior vir cogatur eam recipere, & maritali affectione tractare: nec prodest ei adulteriū obiicere, qui eā adulterandam tradidit, præsertim inuitam: & licet dicatur in Euangelio, quòd propter fornicationem vir dimittere possit vxorem: non tamen propter eādē causam vir semper potest dimittere, nec vxor virū, cū possit per exceptionē repelli, vel explicationē; & affinitas superueniēs matrimonio ei obesse nō debet, quæ cōscia, seu particeps huiusmodi iniquitatis non fuit.

d Dicebat Lauren. propter rumorē non dissolui sponsalia. Io. An.

fuit, cum iure suo sine culpa non debeat defraudari. Alexander tamen in consimili casu dixit distinguendum, prout sequitur in littera. Nota, quod ei adulterium obiici nô potest quæ ad hoc inuita tracta est. Item non semper propter adulterium vir potest dimittere vxorem. Itê affinitas superueniens matrimonio ipsum nô dissoluit. Item nullus debet sine culpa iure suo priuari.

¶ *Glo. seq. distinguit, an vir tradiderit, vel occasionem dederit: & ad secundum signat contrarium.*

a ¶ *Tradidit*] Et ideo non potest illi opponere adulterium. *arg. 32. q. 5. §. 1. & c. 1. & 4.* nec adulterium dicitur, hîc commisisse, vt ibi dicitur, quia non consensit: & hoc patet ex eo, quia quàm citò potuit, aufugit, vt sequitur, *arg. 1 q. 1. constat.* secus esset, si occasionem adulterandi ei dedisset, quia nihilominus imputaretur ei *ar. 27. q. 2. Agathosa. & c. si tu abstines. j. de diuor. significasti. ff. sol. matr. cum mulier. ff. de adulte. l. 2. a Sed contra videtur per c. prædictum, si tu abstines, & arg. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & in Authen. vt lic. mat. & auiæ. quia verò plurimus, in fin. colla. 8.* vir enim debet esse mulieri auctor colendi bonos mores. *ff. de adulte. si vxor. §. si iudex. & 32. q 6. indignantur.* alioquin esset detrahenda à viri potestate. *C. de episcop. audien. l. si lenones.*

b ¶ *Publicam honestatem*] Id est, affinitatem, quæ sic inique contrahitur.

¶ *Gl. seq. not. cum sponsa. & c. allegat ista iura.*

c ¶ *Reatum adulterij.*] Quia primus est maritus illius, & non secundus. Et est hoc notabile, quòd adulterium committitur cum spôsa nondum cognita à viro: vnde si aliâs commisisset adulteriû, posset accusari à sponso, *ff. de adult. miles. §. querebatur. j. de iureiur. quemadmodum.* quia iniuria facta est ei. *ff. de iniur. item apud. §. sponsum.*

quam postmodum à se incognitam, cuidam consanguineo suo tradidit[a], in quantum potuit renitentem. Ille verò cum ipsa licèt inuita, matrimonij solemnia celebrauit: sed mulier quàm citò fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & se priori viro restitui postulauit.

¶ Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod & viro pro tam turpi facinore grauis est pœnitentia iniungenda, & mulier propter publicam[b] honestatem † est monenda sollicitè, vt nec primum repetat, cuius consanguineus eam licèt inuitam cognouit; nec redeat ad secundum; cui non potest propter † reatum adulterij[c] commisceri, sed in continentia maneat, donec prior fuerit viam vniuersæ carnis ingressus. Quòd si fortitan ad id induci nequiuerit, vir prior cogatur redire ad ipsam, & maritali eam affectione tractare: cùm adulterium ei non possit obiicere, qui eam adulterandam tradidit, præsertim[d] inuitam. Nam & si[e] secundùm Euangelicam veritatem, nunquam nisi propter fornicationis[f] † causam, aut vir vxorem, aut vxor possit dimittere virum, non tamen semper propter causam eandem vel vxor virum, vel vir dimittere potest vxorem: cùm possit exceptione[g], vel replicatione legitima impediri. Sed nec affinitas[h], quæ post contractum legitimè † matrimonium inter virum, & vxorem iniquè contrahitur, ei debet officere[i], quæ huiusmodi iniquitatis particeps non existit †, cum suo iure non debeat sine sua culpa[k] priuari: quanquam à quodam prædecessore[l] nostro dicatur in simili casu fuisse distinctum, vtrùm incestus, vel adulterium manifestum fuerit, an occultum: aliis asserêtibus inter gradum proximum, & remotum esse potiùs distinguendum.

d ¶ *Præsertim.*] Id est, tantùm: quia in talibus, quæ sine peccato mortali committi non possunt, mandatum non obligat. *32. q. 5. ita ne. & j. quod metus causa c. sacris.*

e ¶ *Nam & si.*] Responsio videtur tacitæ quæstionis.

f ¶ *Fornicationis.*] *32. q. 7. omnes causationes.*

g ¶ *Exceptione.*] Putà, quòd ipse tradidit eam inuitam, vel quia idem similiter fornicatus est. *infrà. de adul. c. penult. & vlt. 32. q. 6 nihil.*

¶ *Glo. seq. not. contra opinionem. & c. alleg. pro eo duos §§.*

h ¶ *Nec affinitas*] Hic reprobatur illorum opinio, qui dicebant, quod per fornicarium coitum non contrahitur affinitas. *& j. eod. cap. penul. vlt. argu. 35. quæst. 3. nec eam. argu. contra. ff. de gradi. non facile. §. secundum. & §. affines*: sed illa non obstant.

¶ *Glo. seq. arg. legitime factum, & alle. 3. iura in contrarium, & vnam contra.*

i ¶ *Officere.*] Arg. quod legitime factum est, non irritatur, licet deueniat ad eum casum, à quo non potuit habere principium. *de iti. actûque priu. non eum. de postul. l. 1. §. casum. & 30. q. 1. ad limina d arg. contra. ff. de iudic. si à me.*

k ¶ *Sine sua culpa.*] Hoc generale est *sim. j. eod. c. vlt. si quæ contraria sunt, casualia sunt.*

l ¶ *Prædecessore.*] i. Alexandro, sed illa decretalis, remota est de hac compilatione.

¶ Idem Bisuntinen. Archiepiscopo.

¶ *Copula carnalis habita cû puella septem annorum, dirimit matrimonium postea contractum cum consanguinea. hoc dicit secundum vnum intellectum.*

CAP. VII.

Fraternitati † tuæ. *& infra.* ¶ Diuortij sententiam approbamus, quam in eum canonicè promulgasti, qui illam sibi postea postulare præsumpsit, cuius antea sororem adhuc septennem, contractis sponsalibus[m] extraordinaria[n] libidine noscitur polluisse.

¶ Idem Episcopo Gerunden.

¶ *Affinitas causata ex copula illicita rumpit sponsalia præcedentia, & priuat facultate contrahendi matrimonium.*

CAP. VIII.

Ex † litteris fraternitatis tuæ accepimus, quòd G. lator earum, matrem puellæ, quam infra nubiles annos desponsauerat in vxorem[o], carnaliter sæpe cognouit: & post carnali[p] commixtione puellam tractauit adultam. *& infrà.* ¶ Nos autem eidem viro pœnitentiam[q] iniungi fecimus pro peccato, consultationi tuæ respondentes, quòd eis abinuicem separatis[r], mulier alteri viro non nubat, si postquam nouit viri, & matris delictum ei non erubuit commisceri.

Fraternitati.] Ex sponsalibus contractis cum puella, quæ nondum compleuit septennium interueniente copula attentatur oritur publica honestas impediens matrimonium contrahendû cum consanguinea. hoc dicitur secûdùm alium intellectum. Communis diuisio. Secûda ibi, *Diuortij.* Abbas.

Casus. Quidam contraxit sponsalia cum quadam puella septem annorum, quam polluit extraordinaria libidine. Postea contraxit matrimonium cum sorore ipsius: postmodum verò Archiepiscopus Bisuntinen. cum de hoc ad ipsum quæstio esset delata, diuortij tulit sententiam inter eos, quam dominus Papa approbat. Nota, post côtracta sponsalia, spôsus nullam de consanguinitate sponsæ potest habere vxorem, nec econuerso, nullum de côsanguinitate spôsi sponsa potest habere.

¶ *Glo. seq. soluit contrarium.*

m ¶ *Contractis sponsalibus.*] Et sic maritali affectu, cùm esset spôsa ipsius, eam polluit. *sic j. desponsati. inuenis, &* ita non est contrarium. *35. q. 3. extraordinaria.*

n ¶ *Extraordinaria.*] Id est, extra naturalia, cùm nondum esset idonea.

Ex litteris.] affinitas superueniens rumpit sponsalia de futuro. Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Nos autem.* Abbas.

Casus. Quidam G. noîe côtraxit sponsalia cum quadam puella infra nubiles annos, & postmodû matrê puellæ carnaliter sæpe cognouit, & postea puellam ipsam carnaliter tractauit adultam, & hæc notoria erant: petiit Episcopus loci, illi viro prouideri, & vtrum ipsa mulier possit cum alio matrimonium contrahere Dominus Papa fecit illi viro pœnitentiam iniungi, mandans Episcopo, vt illos debeat separare ab inuicem: & mulier alteri viro nô nubat, si postquam sciuit delictum viri, & matris, ei non erubuit commisceri: & vir, & mater mulieris non debent ad alias nuptias conuolare, sed continenter viuere debent, & suum flere delictum, si de lapsu carnis non timeatur ipsorum. Nota, quod affinitas superueniens soluit sponsalia. Item incestus impedit matrimonium contrahendum. Item cum incestuosis potest dispensari, vt contrahant, si timeatur de lapsu.

o ¶ *In vxorem*] Futuram, scilicet.

p ¶ *Carnali commixtione.*] Post contractam affinitatem: vnde illam in vxorem habere non poterat.

q ¶ *Pœnitentiam.*] Pro incestu sed maior debet imponi quàm pro adulterio: quia incestus vincit adulterium. *32. q. 7. adulterij. & 3. eo. c. 2.*

r ¶ *Separatis.*] Si ita esse constiterit: aliàs fiat, quod dicitur *j. 2. prox.*

† *Vide concili. Trid. s. 24. de ref. matr. c. 3.*

† *præter.*

a *Ad hoc ff. de ritu nup. palàm. §. nô est ignoscendum, Ioan. And.*

b *Et etiam pœnis, & domini. Ioan. And.*

Matth. 19. Mar. 10. Luc. 16.

† *Vide concil. Trid. s. 24. de sacramento matrimonij in principio & can. 7.*

† *legitimum §.*

† *existat.*

c *Vid. B. Th. in quæstionibus additis ad 3. p. q. 55. a. 3.*

d *Et infrà de reg. iur. factum legitimè. l. 6. Ioan. And.*

† *Cap. 2. eo. ti. in 3. compil. Et de intellectu. vide Scot. l. 4. sen. dist. 41. q. vnica. art. 2. ver. quòd si obiicias.*

† *Gerûden.*

† *Fortitudinem.*

† *Gradens.*

† *Ca. 3. eo. ti. in 3. côp. Vide Tabiensê in summa. verb. sponsalia. §. 9. in quarto modo.*

e *Præter Hostiensem, Ioan. And. & alios veteres interpretes, quid in hoc loco dicatur, extraordinaria libido, sum polutio, plenè tradit Præpositus.*

prox. Et nota quòd affinitas superueniens sponsalibus de futuro, rumpit ea. ȝ. eod. c. 2. &]. tit. prox. c. 1. & 2. secus in matrimonio. ȝ. eod. discretionem &]. eod. c. penul. & vlt. 34. q. 2. in lectum.

a ¶ *Nunquam debent.*] Incestuosi contrahere non debent propter enormitatem delicti, vt dictum ȝ. eod. c. 2.

b ¶ *De lapsu carnis.*] Si timeretur de hoc, dispensaretur cum eis ȝ. e. c. 1. & 33. q. 2. in adolescentia.

i ¶ *A malo.* [ȝ. de vita & hone. cle. cum ab omni.

¶ *Glos. seq. vigeat contrarium. & se nit.*

k ¶ *Consulas*] Hoc intellige esse dictum in iudicio animæ, vt quod neutram accedat: si propterea excommunicetur, sustineat potius excommunicationem, quàm veniat contra conscientiam.]. de sent. excom. inquisitioni. & ȝ. de rest. spol. l. litteras. sed in iudicio Ecclesiæ præcipitur, vt ei debitum reddat. & ita aliud est iudiciũ Ecclesiæ, & aliud iudiciũ animæ. ȝ. de offi. ord. sacerdos. Sed contrarium videtur ȝ. c. prox. Non est contrariũ: quia quæritur, quid de iure sibi faciendum: & respondetur, quod si ita est, separentur: hic verò consulitur in iudicio animæ quid sit faciendum, cùm factum esset occultum, & sic non cõtrad. cit: & illa clausula, si res ita se habet, debet ibi suppleri, sicut erat in antiqua compilatione.

† Distin. tã. desf in aliquo anti- quis, ac etiã restitribus codicibus ma gis emenda- tu.

VEniens.] Prima pars narrat factum. Secunda respõdet ibi, *Cùm igitur*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam E. nomine contraxit sponsalia cum quadã puella iuramẽto interposito, quod eã duceret in vxorem quàm citò illa ad legitimam perueniret ætatem: pater puellæ eum recepit in domo: deinde ille sorori sponsæ suæ se carnaliter cõiunxit: postmodum ad instantiam amicorum suorum, puellam illam adultam in vxorem accepit: & postmodum quando facultas se offerebat, cognoscebat vtraque: postea verò ad cor rediens, consilium suæ salutis petiit sibi impendi: Episcopus suus eum misit ad dominum Papam: & ipse scribit eidem dicens, quòd non solùm à malo, sed ab omni specie mali præcipit Apostolus abstinere: Mandat quatenus prædicto E. pro tanto excessu pœnitentiã imponat & moneat illum, & consulat ei, vt de cætero se abstineat ab vtraque: & hoc intellige dictũ in iudicio animæ, sed secus in iudicio Ecclesię, cum factum sit occultum. Aliud esset, si posset probari. Nota, quod non solum à malo, sed ab omni specie mali abstinendum est. Item propter confessionem coniugum tantum, non separatur matrimoniũ, nisi aliæ probationes accedant.

† Cap. 4. eo. tu. in 3. cõpi. Vide Conar. 4. decr. p. 1. c. 1. non longè à principio.

¶ *Glos. seq. reci. per obiectionem.*

Vir etiam, & mater mulieris non quam debent [a] ad alias nuptias conuolare: sed semper continentiam seruare tenentur, & enorme deflere delictũ, quod pro tam † nefanda libidine contraxerunt: præsertim si circa personas huiusmodi, de lapsu [b] carnis minimè timeatur.

¶ Idem Archiepiscopo Magdeburgen.

¶Idem quoad titulum dicit, quod decretalis suprà proxima.

CAP. IX.

VEniens † ad Apostolicam sedem E. Laicus nobis proposuit, quòd cum tempore infantiæ [c] suæ quandam puellam se ducturum iurauerit in vxorem, quàm citò ad legitimam peruenisset ætatem: pater puellæ confœderatione huiusmodi fideiussorum obligatione hinc inde firmata [d], eum in propria domo recepit, & nutriuit insimul cum puella: deinde ex conuersatione diutina, sorori puellæ carnaliter [e] se coniunxit: tandem amicorum suorum deuictus instantia, quàm iurauerat, in vxorem [f] accepit: & nuptiis celebratis, quando se illi opportunitas ingerebat, cognoscebat vtramque [g]. Verùm licet in præsentia tua super hoc fuerit accusatus, conuinci tamen non potuit, nec suum voluit confiteri [h] delictum: nunc autem reuersus ad cor, pœnitens de commissis, salutis suæ consilium requirit impendi.

¶ Cùm igitur non tantùm à malo [i], sed ab omni specie mali præcipiat Apostolus abstinere: Mandamus, quatenus prædicto E. pro huiusmodi enormitatis excessu, iuncta pœnitentia competenti, consulas [k] ei, monens illum salubriter, & inducens, vt de cætero abstineat ab vtraque.

¶ Idem Archiepiscopo Strigonien.

¶ Affinitas superueniens non dissoluit matrimonium.

CAP. X.

TVæ † fraternitatis deuotio postulauit, verùm is, qui cum sorore legitimæ coniugis fornicatur, cum vxore possit postmodum commorari, & exigere debitum, ac soluere requisitus.

¶ Nos igitur respondemus, quòd vxor, vt à commistione viri abstineat propter publicam honestatem [l], †, & in continentia maneat, donec vir viam vniuersæ carnis ingressus fuerit, diligentiùs est monenda. Quòd si fortè commonitioni parere recusans talis fuerit, vt de lapsu timeatur ipsius, vir eius poterit, & debebit cum Dei timore debitum ei soluere [m] coniugale: cum affinitas [n] post matrimonium iniquè contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non existit.

† Cap. 3. tit. de consangui- nita. e. & af- fin. in 3. cõp.

TVæ.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Nos igitur.* Abbas.

CASVS. Quidam contraxit cum quadã matrimonium, post contractum matrimonii, & consummatum cognouit sororem vxoris; quæritur, verùm possit exigere debitum ab vxore, ac soluere requisitus? Respondet Papa, quod vxor monenda est, vt à commixtione viri abstineat, & in continentia permaneat, donec vir eius mortuus fuerit, propter publicam honestatem. Si autem parere noluerit, & talis fuerit, vt de lapsu eius timeatur, ipse vir poterit ei debitum soluere; cum affinitas post matrimonium inique facta illi nocere non debeat, q in culpa non fuit. Nota, quòd affinitas matrimonio superueniens ipsum nõ dissoluit. Item iniquitas vnius, alteri nocere nõ debet. Item non debet quis puniri sine culpa.

† Vide conc. Trid. sess. 24. de refor. c. 3. & 4.

¶ Gregorius Episcopo Pictauien. †

¶ Summatum est suprà c. proxima.

† Pictauin.

CAP. XI.

IOrdanæ † mulieris petitio continebat, quòd, I. Laicus cum ipsa; quæ nondum decimum ætatis suæ annum compleuerat, per verba de futuro contraxit: & ea infra eiusdem anni spatium carnaliter cognita [o], matrem ipsius fi-

† Vide quæ citani in c. an nobis, & in c. fin. sup. de desponf. impu.

c ¶ *Infantiæ.*] Infantia, dicitur ante septennium. C. de iure delib. l. si infanti. Sed tales iurare non debent, nec tenet iuramentum eorum, cum ipsi non intelligant. 22. q. 5. paruuli. nam & furtum non cadit in infantem. ff. de fur. impuberem. secus post infantiam, si sit doli capax, vt ibi, &]. de delict. pue. pueris. sed hoc potius videtur sumi pro ætate pueri post septimum annum.

1. Thes. 5. † De materia huius gl. vide late per Decium & Cagnolum, in l. pupillus. ff. de reg. iur.

d ¶ *Firmata.*] Obligatio, quæ interuenit in matrimonio, non recipit pœnæ adiectionem, vt ȝ. de spon. Gemma. & C. e. tit. l. vlt. & C. de inut. stipula. lib. & ff. de ver. obli. Titia. & licet alienum factum in matrimonio promittatur: tamen promittens non tenetur ad aliud, nisi vt det operam quam potest. ff. de verb. obl. stipulatio ista & l. Titia. prin.

e ¶ *Carnaliter.*] Et ideo affinitate interueniente illam, quam desponsauerat, habere non potuit de iure, nec illam eandem, quam cognouerit. ȝ. fraternitati. & ȝ. de sponsi. sponsam.

f ¶ *In vxorem.*] De facto: quia de iure non potuit, eo sibi viam præcludente.

g ¶ *Vtramque.*] Addens iniquitatẽ iniquitati, sim. ȝ. e. trãsmissæ.

h ¶ *Confiteri.*] Tamen talis confessio non profuisset, vt matrimonium separaretur in facie ecclesiæ contractum, nisi aliter probaretur. ȝ. eo. super eo.

l ¶ *Honestatem.*] Id est affinitatem. ȝ. e. discretionem sim.]. c. prox.

m ¶ *Soluere.*] Sed non exigere. ȝ. c. prox. ea. c. 1 fin.]. de sent. excom. inquisitioni.

n ¶ *Affinitas.*] ȝ. eod. discretionem. &]. c. prox.

IOrdanæ.] Diuiditur. In prima parte ponitur mulieris petitio: In secunda causæ commissio ibi, *Ea propter.* Abbas.

CASVS. Quædam puella Iordana nomine, quæ nondũ cõpleuerat decimum annum, contraxit cum quodam per verba de futuro, & eam infra spatium eiusdem anni carnaliter cognouit, & postmodum matrem ipsius in vxorem accepit, & carnaliter cognouit eandem. Vnde petebat dicta Iordana à domino Papa, sibi super hoc prouideri, cum sine culpa sua iure suo priuari non debeat, nec valeat continere: mandat Papa Episcopo diœcesis, quatenus, si ita res se habeat, vtrumque ipsorum moneat, & inducat ad perpetuam continentiam obseruandam; quod si ad hoc induci nequiuerint, iniuncta pœnitentia competenti viro ipsius, per censuram ecclesiasticam compellatur, vt eidem mulieri cohabitet, & coniugale debitum reddat exactus. Nota, quòd malitia supplet ætatem. Item affinitas superueniens matrimonio ipsum nõ dissoluit. Item nemo iure suo sine culpa priuari debet.

o ¶ *Carnaliter cognita.*] Et sic statim fuit matrimonium, malitia

ita supplente ætatem, § de despons. impub. nobis. & cap. vlt.
¶ *Gl. seq. alleg 3. concord. & 3. iura in contrarium, & soluit.*
a ¶ *sine sua propria culpa.*] Nullus sine sua culpa iure suo debet priuari. *sim. § eod. discretionem. 56. dist. satis peruersum. 25. q. vlt. inuentum. Arg. contra § de lit. non contest. quoniam frequenter. § si verò. in fin. & j. de priuileg. antiqua. contra. 22. dist. renouantes:* sed ibi causa subest, quare puniuntur sine culpa.

b ¶ *Pœnitentia.*] Et maior debet imponi, quàm pro adulterio. § eod. c. 2. quia incestus, vincit adulterium. *32. quæ. 7. adulterij.*

c ¶ *Exactus.*] Sed exigere ipse non debet. simile § eod. c. 1. & cap. *transmissæ,* & post mortem vxoris ille contrahere non debet. § eod. *c. 2. & c. ex litteris.*

a *Vide beatum Thom. 2. 2. q. 154. ar. 8. & 9.*

bi matrimonialiter copulare, & ad damnatæ commixtionis amplexus procedere non expauit. *& infrà.* ¶ Quare præfata I. supplicauit, vt cùm carnis stimulis resistere nequeat, sibi (ne iure suo sine sua[a] propria culpa traudetur) prouidere salubriter dignaremur. Eapropter mandamus, quatenus (si res ita se habet) vtrumque ipsorum ad vouendam perpetuam continentiam attentè moneas, & inducas: & si ad eam induci nequiuerint, memoratum I. (iniuncta ei primitus pro commisso incestu pœnitentia[b] competenti) vt eidem cohabitet, & coniugale debitum reddat exactus[c], Ecclesiastica censura compellas.

TITVLVS XIIII.

De consanguinitate †, & affinitate.

DE CONSANguinitate & affinitate.

¶ *Visis de cognatione spirituali, & legali, & de proximitate quadam, quæ contrahitur ex copula cum consanguinea vxoris: meritò restat videre de cognatione carnali, quæ consistit in consanguinitate, & affinitate: ideo post rubricas præcedentes subijcitur ista. Abbas.*

De hac materia tractatum 35. q. 1. & 7. 2. & q. 4. & q 5. & q 8 & 10. per totum.

† *De materia huius tituli vide Magistrum, & Theologos li. 4. sen. dist. 40. & 41. vbi plerique omnes Dam. Sotus. adde videndum Conc. Trident. sess. 24. de refor. matrim. c. 4. & 5.*

¶ Alexander iij. Cassien. † Abbati.

† *Cassien.* † *Cassien.*

¶ *Separatur matrimonium contractum inter affines primi generis, & quarti gradus.*

CAP. I.

X † litteris tuis accepimus, quòd cùm quidam secreto quandam viduam subarrhasset[d], & carnaliter cognouisset. *& infrà.* ¶ Tandem cùm vir paratus esset eam in conspectu Ecclesiæ subarrhare, surrexerũt duo proponentes, quòd iste, qui eam subarrhare volebat, priorem virum quarto gradu[e] consanguinitatis attingit, vnus autem ita se audiuisse iurauit: alius noluit id iuramento[f] firmare. *& infrà.* ¶ Nunc quæstio prima reuixit, & iurauerunt duo coram[g] Archipresbytero Plumbarolæ †, quòd primus vir fuit superstiti quinto consanguinitatis[h] gradu coniunctus. Quocirca mandamus, quatenus vtramque partem ante tuam præsentiam conuoces, & facias testes coram[i] te iurare. *& infrà.*

† *Plumbobolæ.*

¶ Inquisita verò diligentiùs veritate, si per testes circunspectos omni exceptione maiores[k] inueneris, quòd primus vir superstitem quarto gradu[l] consanguinitatis attingit †, non differas diuortij sententiam promulgare: æquè enim (vt canones[m] dicunt) abstinendum est à consanguineis[n] vxoris, vt proprijs †.

† *consingit.*

† *In vij. codicibus manuscriptis itaque coniungeretis vxoris, & proprijs.*

¶ Cæterùm tuam prudentiam volumus non latere, quòd non sunt causæ matrimonij tractandæ per quoslibet †, sed per Iudices discretos, qui potestatem[o] habeant iudicandi, & statuta canonum non ignorent.

† *Tractari debent per iudices Ecclesiasticos, Concil. Trident. sess. 24. de sacramento matrim. can. 2.*

¶ Vrbanus iij. Burdegalen. Archiepiscopo.

¶ *Affinitas superueniens, de qua saltem constat per famam, soluit sponsalia de futuro.*

CAP. II.

SVper † eo, quòd iuuenem

† *Ca. 2. eod. tit. in 1. compilat. & post Conci. Late. ra. sub Alexand. iij. p. 6. c. 32.*

† *Cap. 1. eod. tit. 2 comp.*

¶ *X litteris.*] Sunt tres partes. In prima casus narratio. In secunda responsio ibi, *Quocirca.* In tertia iudicium inductio ibi, *Cæterùm.* Abbas.

CASVS. Quidam secretè subarrhauit quandam viduam per annuli immissionem, & eam carnaliter cognouit. Tandem cùm vellet in conspectu Ecclesiæ cum ea contrahere, duo proposuerunt, quòd eam habere non poterat in vxorem, ex eo quòd priorem virũ attingit quarto gradu consanguinitatis: vnus illorũ iurauit, quòd ita audiuit: alius noluit illud iurare: & sic publice contraxerunt: postmodũ venerũt alij duo, & iurauerunt, quòd primus vir fuit ei superstiti quinto consanguinitatis gradu coniunctus. Dubitabatur, quid esset in hoc casu agendum. Consultus Papa mandat cuidam Abbati, quatenus vtramque partem ante suam præsentiam conuocet, & testes iurare faciat coram ipso: & si per testes legitimos constiterit, quòd primus vir attinet viro superstiti quarto gradu, illos debeat adinuicem separare: quia (vt dicunt canones) mulier illa non poterit aliquem habere de consanguinitate prioris viri vsque ad quartum gradum. In fine dicit, quod causæ matrimoniales non sunt tractandæ per quoslibet, sed per viros discretos, qui potestatem habeant iudicandi, & qui sciant canones. Nota, quòd causæ matrimoniales tractari debent tantum per iudices habentes iurisdictionem ordinariam, vel etiam delegatam, & non per arbitros. Item tractari debent per tales, qui sciant canones.

d ¶ *Subarrhasset.*] *Sim. § de despons. impub. c. vlt. vbi de hoc.*

e ¶ *Quarto gradu consanguinitatis.*] Vnde mulier illum habere non poterat, cum esset ei affinis in primo genere affinitatis, & in quarto gradu. *35. q 5. porrò.*

f ¶ *Iuramento.*] Et sic matrimonium contraxerunt publice, & in facie Ecclesiæ.

g ¶ *Coram Archipresbytero.*] Forte ad hoc delegato, vel de loci consuetudine, quæ tribuit iurisdictionem. § *de offi. Archidiac. c. vlt. & C. de emancip. lib. l. 3 & vlt.*

h ¶ *Quinto gradu consanguinitatis.*] Primi dixerant de quarto: non nocet; quia aliud iudiciũ fuit illud, nec fuit aliquid probatũ.

¶ *Glos. seq. obijcit & dupliciter soluit, arg. & reprobat.*

i ¶ *Coram te iurare.*] Sed quare post publicationem iterum inducunt testes contra illud in Authent. *de test. § aliud. coll. 7. & § de test. fraternitatis.* Dicunt quidam, quod hoc est speciale in matrimonio. Vel dicas, quod non iurant iterum, quia illi erant accusatores, vnde necesse habebant testes producere, & nulli testes inducti fuerunt in causa ista: & hic not. argum. quod in causa matrimoniali iterum recipiuntur testes post publicationem. *argum. ad hoc. § de sponsal. hum. in fin. & § de coniug. seruor. c. vlt. & § de prob. causam matrimonij:* sed hoc non bene colligitur hic.

k ¶ *Maiores.*] Illi dicuntur omni exceptione maiores, qui repelli non possunt aliqua exceptione.

¶ *Glossa sequens obijcit, & soluit.*

l ¶ *Quarto gradu.*] Sed quare dicit Papa, quod separetur, si sunt in quarto gradu vir ille, & maritus præmortuus: nonne idem esset, si essent in quinto, vel vlteriori secundùm illa tempora? Dic, quòd dispensatiue tolerabatur in quinto, & vlteriori, si ignoranter contraxissent. *35. q 8. de gradibus.* & ideo dicit, quod separentur in quarto, & non in quinto, vel vlteriori. Bern.

m ¶ *Vt canones.*] *35. q. 3. c. æqualiter, nullum de propinquis. in fin.*

n ¶ *A consanguineis vxoris.*] Illud dicit: si contraxisti sponsalia, siue matrimoniũ cum aliqua, mortua illa nullam poteris postea ducere in vxorem de consanguinitate illius: & econuerso illa sponsa, vel vxor tua te mortuo nullum poterit habere de consanguinitate tua. § *de sponsa. sponsam:* sic ergo mulier ista non poterat illum habere, qui fuerat priori viro suo in quarto gradu, siue in quinto, vel vlterioribus coniunctus secundum antiqua iura: hodie vltra quartum non impeditur. *j. eod. non debet.*

c *Vide Concil. Trid. sess. 24. de refor. matri. c. 3. & quæ citantur in c. ad eos dirientiam suprà de sponsalibus.*

¶ *Glos. seq. notat, & argum iterum arguit compromitti non posse. & c. & duas rationes reddit.*

o ¶ *Potestatem.*] Nota, quòd duo exiguntur ad cognoscendum, & iudicandum de causa matrimoniali, scilicet scientia canonũ, & quòd habeat iurisdictionem ordinariam, vel delegatam. *arg. 21. dist. § 1. & argum.* quod causa non est deleganda nisi perito, & exercitato. *arg. 2. q 2. c. vlt. de pœnis. dist. 6. c. 1. in princ. & C. de iudic. certi.* Item habes hic argum. quod de causa matrimoniali non potest in arbitrium compromitti, & expressum est de transactio. *c. vlt. & § de testi. in inter. c. penult. in fin. & arg. ff. de arbit. non distinguemus § Iulianus, & § seq.* & potest esse ratio: arbitrium enim non constringit nisi metu pœnæ. *C. de arbit. l. 1.* & pœna non debet apponi in matrimonio. § *de spons. Gemma.* cum libera debeant esse, & ne alia via fiat, quod alia via prohibetur. § *de procurat. tua, cum suis concord.* Vel quia matrimonium Deo auctore fuit institutum *j. tit. prox. c. vlt.* & ita non potest dissolui quoad Ecclesiam, nisi per illum, qui habet auctoritatem cum iurisdictione, quam non habet arbiter.

d *De famoso delicto, vel publico crimine causa libertatis, in genuitatis, vel libertinitatis non compromittitur. Ioan. Andr.*

b *Et dicit Hostiens. quòd ad dictum vnius non debuit separari, cũ iam hic esset contractum de præsenti, & tit. de illo, & c. infer eo. meliùs videtur, quòd vnus solus testis impedimento esset contrahendum faciendum, de quo quærebatur, sed post inter testificabatur de antedicto. Ioan. Andr.*

SVper eo.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Inquisitioni.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidã iuuenis contraxit spõsalia de futuro cum quadã puella, quæ non erat nubilis ætatis, sed facta nubilis petiit illũ: & ipse excepit dicens, quòd illam habere non potest, pro eo quod postquã affidauit

affidauit matrimon[illegible] nec eam carnaliter cognouit. Consultus Papa rñdet quod si manifestum est, quod illã cognouit, vel etiã si non est notoriũ, famã tamen loci hoc habet, ille debet ab impetitione ipsius absolui, cũ fuerit sponsa tãtũmodo de futuro. No. quod affinitas sponsalibus superueniens dissoluit eadem: & fama impedit matrimoniũ contrahendum.

cta similiter non tenentes; quia solus Papa in tali facto dispensat. ȷ. eod. quia circa. & ȷ. de transla. c. vlt.

k ¶ Quolibet.] Hanc regulam habes. ȷ. eod. c. vlt. & intellige vsque ad lineam æqualitatis, quia in sequentibus gradibus adiicitur [e].

asseris puellam quandam nondum nubilem [a] fide [b] interposita desponsasse: quæ iam facta nubilis cum repetit, & ille excipit dicens se non debere eam ducere, pro eo quòd postquam puellam affidauit [c] eandem, carnaliter propinquam ipsius cognouit.

¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd si manifestum [d] est, iuuenem cognouisse [e] propinquam prædictæ puellæ, vel si non est manifestum, fama [f] tamen loci hoc habet: cùm esset sponsa tantummodò de futuro, idem ab eius impetitione debet absolui.

¶ Clemens iij.

¶ Si dispensatur cum aliquo, vt possit contrahere in certo gradu alias prohibito, requiritur, quòd vterque contrahentium toto gradu distet à stipite: præsertim si hoc habet consuetudo.

CAP. III.

Quod † dilecto. & infra. ¶ Quæsiuisti, vtrùm is, qui à stipite [g] per descendentem lineam sexto, vel septimo gradu distat, possit ei, quæ ex altera parte per lineam descendentem [h] ab eodem stipite, secundo, vel tertio gradu distat, matrimonialiter copulari propter indulgentiam [i] Apostolicæ sedis Legati, qua permissum est hominibus terræ illius, in sexto gradu coniungi? Quod videtur posse fieri secundùm regulam, qua dicitur: Quoto gradu quis distat à stipite & à quolibet [k] per aliam lineam descendentium † ab eodem: cùm tamen de consuetudine terræ, si quando talis casus emerserit, incolæ propter proximiorem [l] gradum coniunctos separent, & impediant copulari volentes.

¶ Nos itaque respondemus, quòd indulgentia illa sic est intelligenda, quòd vterque coniungendorum [m] distet à stipite sexto gradu. Si verò alter sexto, vel septimo gradu distat à stipite, alter autem secundo, vel tertio, coniungi non debent [n]: vnde in hac parte consultius duximus multitudini, & obseruatæ [o] consuetudini deferendum, quam aliud in dissensionem, & scandalum populi statuendum, quadam adhibita nouitate [p].

¶ Innocentius iij. Archiepiscopo, & Capitulo Tricñ. †

¶ Infideles coniuncti in gradu prohibito lege canonica, post baptismum non separantur.

CAP. IV.

De † infidelibus ad fidem conuersis [q], vtrùm si ante conuersionem suam, secundùm legis veteris instituta, circa gradus consanguinitatis à canone [r] denotatos coniuncti fuerint, separari debeant post baptismum: Consultationi tuæ duximus respondendum, quòd matrimonium sic contractum, non est post baptismi lauacrum separandum: cùm à Iudæis Dominus requisitus [s], si liceret vxorem ex quacunque causa dimittere, ipsis respondit: [Quos Deus coniunxit, homo non separet:] per hoc innuens esse matrimonium [t] inter eos.

a ¶ Nondum nubilem.] Legitimè tamen fuit ad sponsalia.

b Fide.] id est, iuramento. Ex quo mulier fortius ius quæsiuit petendi illum. arg. ȷ. de spon. præterea.

c ¶ Affidauit.] * Per verba de futuro.

d ¶ Manifestum.] Ita quod notorium. 2. q. 1. de manifesta.

e ¶ Cognouisse.] Si cognouit propinquam illius, soluta fuerunt spõsalia. ȷ. tit. prox. c. 2. & c. ex litteris.

¶ Glo. seq. inter famam, & dictum vnius ponit vnam differentiam, & vnam conuenientiam.

f ¶ Fama.] Nota, quod fama impedit matrimonium contrahendum. ȷ. de spon. cum in tuo. & plus facit fama hic, quam dictũ vnius, vbi iuramentum interuenit. ȷ. de spons. præterea. alias dictum vnius, sicut & fama impedit matrimonium contrahendum. sup. de testi. super eo. §. 1.

Quod.] Primò ponit casum: secundo allegat pro, & contra ibi, Quod videtur: tertio respondet ibi, Nos itaque. Abbas Siculus.

Casus. Quidam legatus authoritate domini Papæ fecit quandam indulgentiam hominibus terræ legitimis, vt possent contrahere matrimonium in sexto gradu. Duo, scilicet vir & mulier, volebant contrahere matrimonium: vnus distabat à stipite per lineam descendentem in sexto gradu. Mulier ex altera linea distabat secundo, vel tertio gradu. Quæritur, vtrum possint matrimonialiter copulari propter indulgentiam prædictam? quod videbatur posse fieri secundum regulam illam, qua dicitur: Quoto gradu distat quis à stipite, & à quolibet per aliã lineam descendentium ab eodem. Consuetudo tamen illius terræ est, quod si aliquando talis casus emerserit, homines illi propter proximiorem gradum coniunctos separant, & impediunt copulari volentes. Rñdet Papa, quod indulgentia illa sic est intelligenda, quod vterque coniungendorum distet à stipite sexto gradu, & ita in casu præmisso coniungi non debent. Vnde in hac parte potius deferendum est multitudini, & obseruatæ consuetudini, quam aliud in scandalum populi adhibita nouitate statuendum. Nota, quod regulæ arborum sunt authenticæ. Item consuetudo, siue scandalum præiudicat iuri in matrimoniis, vt personas legitimas ad contrahendum faciat illegitimas. Item nouitas consuetudinem, ex qua oritur scandalum, est vitanda.

g ¶ Stipite.] Stipes appellatur communis parens, à quo plures descenderunt: sicut Isaac fuit stipes Esau, & Iacob: & stipes non facit gradum. De hoc stipite habes ȷ. eod. c. vlt.

h ¶ Descendentem.] Hic ergo habes duas lineas descendentes, sic ȷ. eod. c. vlt. & istæ duæ lineæ descendentes vnam faciunt transuersalem.

¶ Glo. seq. soluit obiectionem.

i ¶ Indulgentiam.] Quæ de auctoritate speciali domini Papæ fa-

l ¶ Proximiorem.] Id est, propter eum, qui est in gradu proximiori à stipite.

m ¶ Vterque coniungendorum.] Arg. contra ff. de [illegible] prin. l. [illegible] & ȷ. de dona. cap. cum dilectus. in fin. ȷ. & de verb. sign. c. in his. & ȷ. eod. c. vlt. Sol. beneficium principis latissime interpretandum est ab aliis: sed ab eo a quo indultum est, vel eius auctoritate potest interpretari, prout ei placet. ff. de legi. l. & ideo. arg. ȷ. de senten. excom. [illegible] & tamen littera interpretatur indulgentiam, quia sic obseruabatur de cõsuetudine, vt vterque esset in sexto gradu à stipite, alias scandalum erat, vt ȷ. eod. c. vlt. & loquitur de iure communi, sed hodie nõ habet locum talis indulgentia ȷ. eo. non debet.

n ¶ Non debent.] Quia quanto remotiores sunt à stipite, tanto minor memoria consanguinitatis habetur, quod hic consideratur. 35. q. 3. de consanguinitate, & c. in copulatione.

o ¶ Obseruatæ consuetudini.] Nota quod antiqua consuetudo, quæ tamen non sit à iure reprobata, seruanda est præcipue propter scandalum. 9. quæst. 3. conquestus. & mos fidelium, & vetustatis seruandus est. C. de testa. testamenta & ff. de pub. & vectig. [illegible] §. [illegible] & ȷ. de consuet. cum dilectus. & in matrimonio seruatur consuetudo. ȷ. de cog. spi. c. 2 in fin. & c. super. eo. Item arg. pro scandalo, vitando. ȷ. de reg. c. vlt. & ȷ. de no. oper. nun. cum ex iniuncto.

p ¶ Nouitate.] Nota nouitates vitandas. sup. de consue. cum consuetudinis. & 11 dist. quis nesciat a.

De infidelibus.] Communis diuisio. Secunda ibi, Consultationi. Abbas.

Casus. Aliqui infideles contraxerunt matrimonium in casu prohibito à canone: postmodum conuersi sunt ad fidem, & baptizati: quæritur, vtrum post baptismum debeant separari? Respondet Papa, quod non sunt separandi, quia Dominus à Iudæis requisitus, si liceret ipsis vxorem ex quacunque causa dimittere: ipsis respondit: Quos Deus coniunxit, homo non separet. & per hoc dedit intelligere, quod matrimonium sit apud eos. Nota, quod baptismus non separat legitime coniunctos. Item matrimonium est apud Iudæos.

q ¶ Conuersis.] Supple, quæsiuistis.

r ¶ A canone.] 35. q. 2. & 3. & c. contradicimus. & in aliis ibi.

s ¶ Dominus requisitus.] 26 dist. deinde opponitur.

¶ Glossa sequens obiicit, & soluit. Secundo iterum obiicit, duplici[ter] soluit. Tertiò iterum obiicit, & soluit. Vel sic: Succedunt tres obiectiones: primam soluit, & secundam dupliciter.

t ¶ Esse matrimonium inter eos.] Si matrimonium est inter Iudæos, vbi est indiuidua consuetudo. 27. q. 2. §. 1. sed ipsi separantur dato libello repudij. 34. q. 2. non autem [illegible] non est matrimo-

a Hæc gl. nũ est Bernardi, sed erat in antiquis codicibus.

† Cap. 2. eod. tit. in 2. compilat. Hodie [illegible] non debet. Adde, quæ dicimus in [illegible] cognationis.

† descendentium.

g Aliàs ita: Stipes vocatur omnis parens, à quo, &c.

e Adiicitur, legitur in antiquis codicibus; in recentioribus, pro, adiicitur, abmittitur, habetur.

† Trecen. † Tricen. † Tarentinen.

† Cap. 1. eod. tit. in 3. comp. Et de materia huius decretal. vide Magist. sent. l. 4. d. 39 & ibi late per D. Thom. [illegible] q. 1. a. 2. & 3.

Gen 2. Matth. 19. Mar. 10.

d Concor. tex. in l. in [illegible] & ibi gl. & Bar. ff. de cõsti. p. in.

c De materia huius gl. an viuentes sit matrimonium inter infideles, & quomodo, vide late per Magist. & D. Th. Theol. l. 4 sen. d. 39. & præter B. Thomam q. 1. a. [illegible] vide ibidē D. Scotum q. vnica. a. 1. vnde intelliges quomodo hanc gl. & qualiter sequatur.

nium inter eos. Sed hoc non fit sine peccato. ꝟ. de diuor. gaudemus. Item alter infidelium si conuertatur ad religionem, reliquo nolente illi cohabitare sine contumelia creatoris, soluitur matrimonium. ꝟ de diuor. gaudemus. in F. &c. quanto. ergo non est inter eos indiuidua coniunctio, & sic non est matrimonium. Sed potest exponi, indiuiduas id est, apta non diuidi. Vel intellige illam descriptionem de matrimonio rato, & consummato, quod est tantùm inter fideles. Item alia ratione non est matrimonium inter eos. Ipsi enim contrahunt eo proposito, vt cum voluerint, separentur dato libello repudij: sed hoc est contra substantiam matrimonij. 32. q. 2. solet aliquando. ꝟ. de condi. appo. c. vlt. Respondeo, si hoc pactum exprimatur in ipso contractu, nec inter eos, nec inter Christianos esset matrimonium: sed non copulantur ex pacto, licèt postea abijciant vxores de facto. Est ergo matrimonium inter eos, sed non ratum. infrà, de diuor. quanto.

† Rosaneñ. † Rosmen. † Pisan.

† Cap. 2. e. ti. in 3. comp.

† Alias ita: contrahunt matrimonialiter: taliter tibi. &c.

¶ Idem Rosin. † Archiepiscopo.

¶ Consanguinei mariti cum consanguineis vxoris licitè contrahũt. hoc primò. In gradibus prohibitis nõ possunt matrimonia contrahi, etiamsi hoc habeat consuetudo, hoc secundò.

CAP. V.

QVòd † super his. & infrà. ¶ Super eo igitur, quòd pater & filius cum matre, & filia, & duo cognati cum duabus cognatis, auunculus, & nepos cum duabus sororibus contrahunt matrimonia †: Taliter tibi duximus respondendum, quòd licèt omnes consanguinei viri sint affines vxoris, & omnes consanguinei vxoris sint viri affines: inter consanguineos tamen vxoris, & viri, ex eorundem, scilicet viri, & vxoris coniugio, nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri [a].

¶ Ne † autem infra gradus prohibitos matrimonium contrahatur, debes publicè inhibere, & præsumptores Ecclesiastica districtione punire, non obstante [b] consuetudine, quæ dicenda est potiùs corruptela †.

¶ Idem.

¶ Non valet dispensatio obtenta à Papa super matrimonio inter consanguineos contracto, si ibi causa falsa sit expressa, nisi postea eã Papa confirmaret. hoc dicit secundum verum, & communem intellectum.

QVod super.] Sunt duo dicta. Secundum ibi, *Ne autem.* Abbas Siculus.

CASVS. Pater, & filius contrahunt matrimonium cum matre & filia, duo cognati cũ duabus cognatis, auunculus, & nepos cum duabus sororibus: quæritur quid iuris? Rñdet Papa, quòd licèt omnes consanguinei vxoris sint affines viri, & econuerso: tamen inter consanguineos mulieris, nulla affinitas est contracta, per quam inter eos matrimonium debeat impediri. Item in fine præcipit, vt infra gradus prohibitos nulli debeant matrimonium contrahere non obstante aliqua consuetudine, quæ est potiùs corruptela. Nota, quòd nulla affinitas est inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris. Item consuetudo non excusat in delictis.

† Vide conc. Tri. sess. 24. de reform. matr. c. 5.

† Vide l. omnes iudices. cum gl. 1. C. de dec. li. 10.

a ¶ *Impediri.*] Affinitas enim contracta inter consanguineos viri, & vxorem ipsius, non transit ad consanguineos vxoris, nec econuerso: vnde possunt legitimè copulari.

b ¶ *Non obstante consuetudine.*] Ergo consuetudo non excusat in matrimonio ꝟ. de sponsa. duo. c. vlt. Arg. contra ꝟ. de cog. spi. c. 1. & c. super eod. 32. q. 4. ubi innuitur. sed consuetudo quandoque propter scandalum legitimas personas ad contrahendum facit illegitimas. & sic loquuntur illæ decre. ꝟ. de cog. spi. Et c. obijciuntur. non contradicit, quia quando mos ille erat, crimen non erat contrahere cum illis personis, sed modò est, sed cõsuetudo quantumlibet longa, non potest personas illegitimas ad contrahendum facere legitimas, prout hic intelligitur, nulla consuetudo posset facere matrimonia inter consanguineos licita: immò quantò plus simul essent, tanto grauius peccarent. ꝟ. et non debet. sed econuerso bene. c. in super eo. vbi et que consuetudo rationabilis est, & potest seruari sine mortali peccato, & sine scandalo, nec præiudicat. Exemplum habes *sup. eod. quod dilectio.* & *sup. cog. spi. super eo.*

QVia circa.] Primò recitat dispensationem, & eam tacitè damnat. Secundò ibi, *Cùm tamen.* tolerat dispensationem, ex causa. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam nobilis contraxit matrimonium cum quadam muliere, quæ ipsum attingit quinto gradu consanguinitatis, de qua filium vnicum suscepit: tandem mortua fuit ipsa filia: post mortem filiæ supplicauit nobilis domino Papæ, vt fauore filiæ, quam de ipsa susceperat, dispensaret, vt simul possent remanere: & sic allegata falsa causa dispensauit, vt insimul remanere possent: Episcopus loci visa indulgentia, cùm obtenta esset causa falsa, dubitauit, vtrum possent prætextu huius indulgentiæ sic remanere. Significauit hoc domino Papæ, addens, quod ex separatione illorum magnum scandalum immineabat. Respondet Papa, quòd ipse poterit dissimulare, vt remaneant in copula sic contracta, propter scandalum quod imminebat, si separarentur. Nota, quod propter scandalum toleratur dispensatio ex falsa causa concessa. Item fauore filiorum dispensatur in gradu prohibito.

CAP. VI.

QVia † circa. & infrà. ¶ Porrò de nobili viro N. pro cuius dispensatione, indulgentia scilicet remanendi cum ea, quæ ipsum quinto [c] consanguinitatis gradu contingit, à sede Apostolica [d] obtinenda falsa [e] nobis causa fuerat allegata, proles videlicet: cùm tamen ante dispensationem obtentam, vnica filia, quam habebat, viam fuerit vniuersæ carnis ingressa, prout tua consultatio continebat: dissimulare potes, vt remaneant in copula sic contracta, cùm ex separatione (sicut asseris) graue videas scandalum imminere.

¶ Idem.

¶ Testes, qui de consanguinitate deponunt, computationem debent à stipite, vel germine incipere.

CAP. VII.

TVa † nos duxit fraternitas consulendos, vtrum illorum sufficiat testimonium ad matrimonium dirimendum, qui consanguinitatis gradus ab auunculo, & nepote, videlicet fratris filio, vel sororis incœperint computare? Nos igi-

c ¶ *Quinto.*] Hodie nõ est necesse in illo gradu aliqua indulgentia. ꝟ. eo. non debet.

¶ *Gio. seq. not. alle. 3. infra. signat contrarium & ibi remittit.*

† Quantùm ad contrahẽdum, vel nõ, intra gradus prohibitos attinet, se ne decisionẽ c. non debet. infrà a.

d ¶ *A sede Apostolica.*] Nota, quod solus Papa potest dispensare circa gradus consanguinitatis, & non legatus. ꝟ. de translat. c. vltim. & 35. quæst. 3. quædam lex. c. scripsit. 27. quæst. 2. tran. Et arg. contra. ꝟ. eod. quod dilectio. ibi soluitur.

¶ *Gio. seq. notat, quod falsitas causæ &c. obijcit & soluit.*

e ¶ *Falsa nobis causa.*] Nota, quod falsa causa allegata non vitiat dispensationem: sic & falsa causa non impedit religionem. ꝟ. de conuers. coniug. ex parte secunda. & falsa demonstratio non perimit legatum. C. de fals. cau. adiect. leg. l. 2. & ff. de condi. & demonstr. l. falsa demonstratio. & l. cum tale. §. falsum. Instit. de lega. §. huic proxima. & ꝟ. longe. & ff. de lega. 1. si sic. §. 1. Item causa semel probata siue vera, siue falsa, concessum ex illa causa non reuocatur. *Instit. quibus ex causis manumittere non licet, §. semel* [b]. Sed contra videtur, quòd isti ex tali dispensatione non sunt securi: quia tacita veritate, & falso suggestio, dispẽsatio est obtẽta: vnde nõ debet valere. ꝟ. *de rescript. super litteris. & expressum videtur. ꝟ. de sent. excomm. cum pro causa. vbi de hoc sic & in voto. & ꝟ. de fide inst. quod. super. & 2. q. 3. c. si quem. §. necandum.* Arg. est in hoc, quod dicit dissimulare, quod falsa causa non vitiat dispensationem. Item habes hic, quod proles est causa dispensandi in gradu prohibito. *sic 35. q. 8. c. 1. & ff. de ritu nupt. qui in prouincia.* non credo, quod valuisset ista dispensatio sic obtenta, nisi hæc decret. postea emanasset: & ita ex ista dissimulatione, ex causa quæ hic subijcitur, licitè poterant simul esse: alias non essent tuti.

a In hoc articulo hæc videtur conclusio tenenda, quòd expressio falsæ causæ vitiet dispensationẽ, de quo vide latiùs ibi per Doctores.

† Cap. 3. eod. tit. in 4. cõp. Et quatenus agitur de testimonio de auditu, vide plenè per Cranettã. tract. de antiquitate temporis p. 1. circa finẽ ver. visò de fama n. 304. cum multis. sed adde omnino tex. ibi notatis in c. licet ex quadam. suprà de testi.

TVa nos.] Communis diuisio. Secunda ibi. *Nos igitur.* Abbas.

CASVS. Quidam contraxerunt matrimonium in gradu prohibito: accusatum fuit matrimonium propter consanguinitatem: inducti fuerunt testes ad matrimonium dirimendum propter consanguinitatem: qui inceperunt computare consanguinitatem ab auunculo, & filio fratris, vel sororis. Quæritur, vtrum tale testimonium sufficiat ad dirimendum matrimonium? Respondet Papa, quòd cum matrimonium sit res fauorabilis, testes inducti ad probandum consanguinitatem, deberent incipere à stipite, id est, à parentibus, vel fratribus, & sic per ordinem distinguere gradus, nominibus, vel æquipollentibus indicijs designando personas ab vtroque latere: quia cum frequenter perhibeant testimonium de auditu, & illud sit minus validum, non est in hoc articulo laxanda facultas: quia qua ratione inciperent à secundo gradu, eadem ratione inciperent ab vlterioribus. Nota, quòd matrimonium res fauorabilis est. Item in computatione consanguinitatis incipiendum est à stipite, vel à duobus fratribus. Item indicia quędam æquipollent proprijs nominibus. Item testimonium de auditu est minus validum.

b In libertate loquitur, Et dicit H. quòd omnia ista contraria sunt specialia, vt ex ipsis patet: quæ sunt fauorabiliera, secus in tali dispẽsatione, quæ est odiosa.

a ¶ *Maiorum*

a ¶ *Multum fauoris.*] *ī. de conditio. appos. c. vlt. ĵ. qui mat. accus. possunt, videtur.*

b ¶ *Vel germanis.*] Sic ita nō est necesse incipere à stipite, sed sufficit à fratribus. *sup. de testi. series. &c. licet. in prin. & 35. q. 5. c. 1. & ĵ. de donat. parēt. ad fi.* sic ergo patet, quod omnes gradus & personæ sunt distinguendæ. 35. q. 6. de parent. c. a. ī. de sepulturis.

tur inquisitioni tuæ aliter respondemus, quòd cùm coniugium multum fauoris[a] obtineat, testes qui ad diuortium celebrandum producti consanguinitatis gradus computant, à stipite debent incipere, id est, à parentibus, vel germanis[b]; & sic per ordinem distinguere gradus, nominibus propriis, vel æquipollentibus[c] indiciis designando personas: præsertim cùm sæpius testimonium perhibeant de auditu: quod quia minùs est validum, non est in articulo huiusmodi nimium laxanda facultas; cùm qua ratione computationem inciperent à secundo †, eadem ab vlterioribus inchoarent.

¶ Idem in concilio † generali.

¶ *In secundo, & tertio affinitatis genere tollitur prohibitio, quæ olim erat in matrimonio contrahendo. Similiter tollitur prohibitio de sobole suscepta ex secundis nuptiis, quæ olim non poterat contrahere cū cognatione prioris viri. Et prohibitio coniugij vltra quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum non extenditur. hoc dicit iste textus, qui quotidie allegatur, & est singularis in materia sua.*

CAP. VIII.

NOn † debet reprehensibile iudicari, si secundùm varietatem temporum[d], statuta quandoque varientur humana, præsertim cùm vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcit: quoniam ipse Deus ex his, quæ in veter. Testamēto statuerat, nonnulla mutauit[e] in nouo. ¶ Cùm ergo prohibitiones de coniugio in secundo[f], & tertio affinitatis genere minimè contrahendo, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis[g], cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum; cùm cessante prohibitione, cesset effectus, constitutiones super hoc editas, sacri approbatione concilij re-

c ¶ *Æquipollentibus.*] Non refert an proprio nomine, vel per circumlocutionem expressum aliquid exprimatur, quod æquipollet proprio nomini. *ī. de testi. licet. & ff. si cer. peta. certum.*

NOn debet.] Diuiditur. nam primo excusat correctionem iuris antiqui: Secundò ibi, *Cùm ergo.* excusationem declarans, in duobus illud tollit. Tertio restringit: restrictionis causam reddens ibi, *Prohibitio.* Quartò prohibitionē restrictam fortificans, constitutiones contrarias tollit, & causas reddit ibi, *Cùm ergo.* Abbas Siculus.

Casvs. In prima parte huius constitutionis præmittit concilium causam ipsius constitutionis, dicens, quòd non debet reprehensibile iudicari, si secundū varietatem temporum, statuta quandoque varientur humana, maximè cùm vrgens necessitas, vel euidens vtilitas hoc exposcit: & hoc probat exemplo Domini, qui ex his, quæ in veteri Testamentō statuerat, nonnulla mutauit in nouo. Quia ergo prohibitiones de matrimonio contrahendo in secundo, & tertio genere affinitatis, & de sobole suscepta ex secundis nuptiis non copulanda consanguineis viri prioris, difficultatem frequenter inducūt, & aliquando periculum pariunt animarum; cùm cessante causa, cesset effectus, concilium illud huiusmodi prohibitiones reuocat, & statuit, vt sic contrahentes de cætero libere copulentur. In secunda parte dicit, quòd prohibitio copulæ coniugalis de cætero non extendatur vltra quartum gradum consanguinitatis & affinitatis, quia in vlterioribus non potest absque periculo huiusmodi prohibitio generaliter obseruari, ostendens hoc quasi naturali ratione. Quaternarius enim numerus bene competit prohibitioni corporalis coniugij, de quo dicit Apostolus, quod vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, & econuerso: quia quatuor humores sunt in corpore, qui constant ex quatuor elementis, & in istis quatuor gradibus ita debet inhibitio matrimonij perpetuò obseruari, non obstantibus antiquis prohibitionibus super hoc promulgatis, vt si aliquis contra huiusmodi prohibitionem præsumpserit copulari, nullo tractu temporis defendatur, cùm diuturnitas temporis peccatum non minuit, sed auget. Nota, quod secundum varietatem temporum iura variantur. Item cessante prohibitione, cessat effectus. Item prohibitio matrimonij vltra quartum gradum non extenditur. Item nota ius antiquum innouari. Item diuturnitas temporis non excusat à peccato.

d ¶ *Temporum.*] 29. *dist. sciendum. 3. dist. erit autem. 32. q. 4. quis ignoret, & c. abiciuntur. & 23 q. 8. occidit. & ī. de transac. c. vlt. & ĵ. de senten. ex com. super eo.*

e ¶ *Mutauit.*] *De pœn. dist. 1. mutis Deus. 22. q. 4. incommutabilis.*

¶ *Glossa sequens declarat, quid sit primum, secundum, & tertium genus affinitatis, & quare sic dicatur. Secundo quærit, argumen. pro & contra, & soluit.*

f ¶ *In secundo, & tertio.*] Vt[a] meliùs intelligas hanc litteram, videas, quid sit primum genus affinitatis, quid secundum, & tertium genus. Primum, secundum, & tertium inuenire debes per hanc regulam. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, & non gradum: genus dico attinentiæ[b]: verbi gratia: Ego, & frater meus sumus consanguinei in primo gradu consanguinitatis: frater meus duxit vxorem: illa est persona addita personæ per carnis copulam; illa mutat genus attinentiæ, id est, alio genere attinentiæ attinet mihi, quàm frater meus, quia ille est mihi consanguineus, & illa est mihi affinis; sed non mutat gradum: quia sicut frater est mihi consanguineus in primo gradu, sic & illa mediante fratre meo est mihi affinis in primo gradu primæ affinitatis. Ergo si vis habere primum genus affinitatis, adde per carnis copulam alicui de tua consanguinitate aliquam personam, & illa persona est affinis omnibus consanguineis viri sui in primo genere affinitatis: & hoc genus tantùm hodie prohibitionem habet: vnde mortuo viro illius mulieris, puta fratre tuo, illa non potest habere aliquem de consanguinitate viri sui: ergo patet, quòd omnes consanguinei, & consanguineæ vxoris meæ sūt mihi affines in primo genere affinitatis. Si vis habere secūdum genus affinitatis, adde personam per carnis copulam primo generi, hoc modo: Vxor fratris mei est mihi in primo genere affinitatis: mortuo fratre meo adde illi alium virum, & ille erit mihi affinis in secundo genere affinitatis: & ille secundùm antiqua iura, mortua illa, non poterat accipere aliquam de consanguinitate prioris mariti vsque ad quartum gradum. Et de isto secundo genere habes 35. q. 3. *de propinquis.* sed hodie non prohibetur: vt hic dicitur. Si vis habere tertium genus, adde personam personæ per carnis copulam secundo generi, & sic habes tertium genus: verbi gratia: Seius fuit maritus relictæ fratris tui, mortua illa relicta, maritus eius, quia est tibi in secundo genere, accipit aliam; illa est tibi in tertio genere, & illa olim, mortuo viro suo, non poterat copulari alicui de consanguinitate tua, cùm illa esset tibi, & consanguineis fratris tui in tertio genere vsque ad secundum gradum. De hoc genere habes 35. *q. 3. porrò.* & primum genus contrahitur tantùm ex vna parte, secundum, & tertium genus quandoque ex vna parte, vt in prædictis exemplis; quandoque ex vtraque parte, vt in vxoribus duorum fratrum, quæ sunt inter se in secundo genere ex vtraque parte apposito altero fratre mortuo, si illa copulatur alteri, ille erit in tertio genere vxori alterius fratris. Primū genus dicitur, quia primò emanat de consanguinitate, vel quia vna persona mediante contrahitur. Secundum dicitur, quia secundo loco emanat post primum, vel quia duabus personis mediantibus. Tertium, quia in 3. loco, vel quia tribus personis mediantibus emanat: sic intellige, quod hic dicitur. Sed nunquid publica honestas[c] est sublata? Videtur, quòd non: quia de ea nihil dixit. Sed contra videtur per c. 35. *q. 3. porrò.* vbi prohibetur secundum genus. & præter istud impedimentum, est ibi publica honestas, vt in vxoribus duorum fratrum, siue consobrinorum: sed secundum genus remotum est: ergo illa publica honestas. potest dici, quod vbi publica honestas simul incidit in eundem casum cum secundo, vel tertio genere, vt in vxoribus duorum fratrum, siue consobrinorum: vno sublato tollitur & aliud per hanc constitutionem: quotiens enim vitium ex vna etiam radice nascitur, consequens est, vt vna lege tollatur. *C. de nup. l. vlt. in fi. & ff. de iureiu. duobus. §. colonus. & ff. arborum fur. cæ. l. si colonus. arg. & alia publica honestas.* vt soboles suscepta ex secundis nuptiis non copulanda cognationi viri prioris sublata est, vt statim dicit sequens littera; alias vero publica honestas adhuc est. *ī. de despon. impub. duo pueri.*

g ¶ *Secundis nuptiis.*] Hoc ita intellige: Frater meus habet vxorem: eo mortuo relicta eius contrahebat cum secundo: soboles nata de illis secundis nuptiis non poterat olim copulari alicui de consanguinitate prioris mariti, & hoc propter publicæ honestatis[d] iustitiā, quæ hodie sublata est in hoc casu: in alio casu adhuc durat, vt dixi, in sponsa de futuro; quia in matrimoniis non quid liceat, sed quid honestū est, consideratur. *ff. de ritu nupt. semper.* & ideo frater impeditur sumere sponsam fratris propter publicam honestatē: quia scriptum est: Sponsam fratris frater habere non potest. *ī. de spon. ad audientiam. & ar. ad hoc. ff. de adop.*

† secunda, legitur in antiquis codicibus quod magis placet, vt relatio fiat ad personam, non autem ad gradum.

† Idem scilicet Innocentius tertius in concil. generali Lateran. c. 50. & c. 3. eod. tit. in 4. comp.

a De materia huius gl. vide late per Host. in sum. eo. tit. de affinit. §. quot sunt genera. & §. qualiter ipsa genera.

b Vnde versus: Mutat nupta genus: sed generata gradum. Ioan. And.

† Vide D. Thom. in 4. sen. d. 40. q. vnica. ar. 4. vbi late. & Durandum eadem dist. q. 1. adde quæ nota. l. in commentariorum in Directoriū Inquisitorū. Schol. 33. §. item permultos.

c Vide, quid de ea nouissimè statuerit concil. Trid. sess. 24. de ref. matr. c. 3. adde citatos in c. ad audientiam. suprà de sponsalib.

d Circa hunc articulum de impedimento iustitiæ publicæ honestatis, tene, quod decreuit concil. Tr. paulò ante in annotatione.

qui in adoptionem. Ioan. dixit, quòd publica honestas in omnibus est sublata, nisi in sponsa de futuro: ego intelligo esse tantùm sublatam in casibus omnibus, qui hic ponuntur, & non in aliis.
¶ *Gloss. seq. obiicit & soluit.*

...uocantes [a], præsenti constitutione decernimus †, vt sic contrahentes de cætero [b] liberè copulentur.

¶ Prohibitio † quoque copulæ coniugalis quartum consanguinitatis, & affinitatis gradum de cætero non excedat: quoniam in vlterioribus gradibus iam non potest absque graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari.

Quaternarius verò numerus benè congruit prohibitioni coniugij corporalis, de quo dicit Apostolus: [Quòd vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: neque mulier habet potestatem sui corporis; sed vir.] Quia quatuor sunt humores [c] in corpore, qui † constant ex quatuor elementis.

¶ Cùm ergo iam vsque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ sit restricta, eam ita volumus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus super hoc dudum editis vel ab aliis, vel à nobis, vt si quis contra prohibitionem huiusmodi præsumpserit copulari, nulla [d] longinquitate defendatur annorum: cùm diuturnitas temporum non † minuit peccatum, sed auget: tantóque sunt grauiora crimina, quantò diutiùs infœlicem [e] animam detinent alligatam.

Gregorius IX.

¶ *Distans à stipite quarto gradu, vel citeriori, cum distante quinto, vel vlteriori contrahere potest. hoc dicit cum glossa.*

CAP. IX.

VIr † qui à stipite quarto [f] gradu, & mulier, quæ ex alio latere distat quinto, secundum regulam approbatam [g], qua dicitur: Quoto gradu remotior [h] differt † à stipite, & à quolibet per aliam lineam descendentium ex eodem: licitè possunt matrimonialiter copulari.

a ¶ *Remouantes.*] Gregorius tamen dicit: Qui dissoluit hæc genera affinitatis, negat verbum Dei in æternũ manere, 35. q. 10. *fraternitatis.* vltra medium versus fin. qualiter ergo Innocentius dissoluit? hoc intellige sine causa, & ab alio, quàm à successore Gregorij.
¶ *Glo. seq. quærit, soluit, solutioni opponit, & in solutione persistit.*
b ¶ *De cætero.*] Sic ergo videtur, quod matrimonium illorum, qui ante constitutionẽ istam contraxerant in quinto, vel in sexto gradu, non confirmetur hic; quia constitutiones matrimonij non trahuntur ad præterita matrimonia. 35. q. 3. *de incestis*, & 31. d. *ante triennium.* & generaliter constitutiones non trahuntur ad præterita, nisi hoc ibi dicatur. *suprà, de constitutio. c. vlt.* Sed pone, quòd post istam constitutionem publicatam simul steterunt scienter? Dico, quòd hoc ipso intelliguntur ratum habere matrimonium. *arg.* ꝫ. *de coniug. seruorum, proposuit.* & *supra de desponsa. impub. litteras.* & *c. accessit.* & ff. *de ritu nup. si quis in senatorio.* quia etsi primus consensus nullus fuit, postea potest confirmari. *in Authen. de nupt. §. si verò ab initio, coll. 4.* Sed videtur, quòd verba necessaria sint. ꝫ. *de sponsalib. tuæ.* & *29. q. 2. si quis ingenuus.* & *nouus consensus requiritur.* ꝫ. *de eo qui duxit in matri. c. veniens.* nisi expressè consentiat, antiquus consensus videtur perdurare, qui nullus fuit *ff. de preca. sed si manente. ff. de arbit. si cum dies. in prin.* & *l. Labeo. §. penult. ff. de verb. oblig. l. 1. §. si quis simpliciter vers. cum adiicit.* Ioan. dicit, quod pro matrimonio standum est, ex quo ex certa scientia post publicatam constitutionem simul steterunt: ipso enim facto matrimonium inducitur, saltem præsumptum, Ber.
c ¶ *Quatuor sunt humores.*] De quibus habes suprà *de celebr. Miss. in quadam. in fin.*
d ¶ *Nulla longinquitate.*] Et ita nulla præscriptio currit contra matrimonium, sicut olim currebat. Et sic contra votum nulla currit præscriptio *33. q. 5. quod Deo pari.* & ꝫ. *de reg. sicut nobis. in fin.*
¶ *Glo. seq. dat vnum simile.*
e ¶ *Infœlicem.*] Sic ꝫ. *de consue. c. vlt.* & *c. 4.* & *inf. de simo. non satis.* & *c. seq.*

VIr qui] CASVS. Duo volunt contrahere matrimonium: vir distat à stipite quarto gradu; mulier verò ex alio latere distat ab eodem stipite quinto gradu. Quæritur, an possint contrahere matrimonium? Respondet, quod sic, secundum regulam illam, qua dicitur: Quoto gradu remotior persona distat à stipite: & quolibet descendentium per aliam lineam ab eodem stipite. Nota, quòd si vnus coniugum distat à stipite quarto gradu: & alius quinto, licitè possunt copulari. Item magis consideratur remotus gradus, quàm propinquus. Item regulæ arboris sunt authenticæ.
f ¶ *Quartò.*] Idem esset, si tertio, vel secundo, secundùm regulam sequentem: quia nihil attinet ei, qui est ex alia linea in quinto, licet magis appropinquet communi parenti.
g ¶ *Approbatam.*] Nota, quòd regula à magistris tradita, approbatur hic à iure, & sic pro iure seruabimus regulam illam. *arg.* ꝫ. *eod. quòd dilectio.*

ADDITIO. Et est simile, quod de consuetudine dicitur. ꝫ. *de reg. spir. cap. 1. §. fin.* & *sic* ꝫ. *de deci. cap. 1 §. fin.* & *ff. de dam. infect. si adibus.* habet autem hoc locum cùm approbatio fit per Papam: alterius enim approbatio parum prodesset, vt patet in his, quæ not. ꝫ. *eod. de infidelibus.* aliis autem consuetudo approbata interpretatur. *suprà de consuetud. cùm dilectus. §. 2. secundum Hostie. Ioan. And.*
¶ *Glo. seq. docet computare gradus.*
h ¶ *Remotior.*] Si vis [a] scire, in quo gradu aliquæ duæ personæ diuersarum linearum sibi attineant, recurre ad communem stipitem, siue parentem, à quo descenderunt: & descende æqualiter computando per ambas lineas, quo vsque altera illarum primò occurrat: & si ambæ simul occurrant, erunt in eodem gradu primo, secundo, tertio, vel quarto: & istæ personæ quæ æqualiter descendunt, non dicuntur distare à gradu, sed potiùs sunt in gradu æquali descendente à communi stipite æqualiter: & si sunt infra quartum gradum, non possunt matrimonialiter coniungi. Sed si vna primò occurrit, quàm altera, descende per lineam alterius vsque ad illam: & semper post illum gradum, in quo occurrit prima persona, additur gradus pro numero personarum: & sic habebis, quoto gradu vna distat ab altera: & istæ personæ non dicuntur esse in gradu, sed distant gradu; sicut istæ personæ, de quibus hic dicitur; cùm vna distet quarto gradu, & alia quinto à communi parente: quod planum est videre: & quoto gradu remotior persona distat à communi parente, toto distat à quolibet alio descendente per aliam lineam: verbi gratia. Communis parens istorum fuit Petrus, eius filij fuerunt Martinus, & Berta, qui sunt in primo gradu, de Martino descendit Ioannes, de Berta ex alia parte natus fuit Robertus; qui Ioannes, & Robertus sunt in secundo gradu æqualiter descendentes à Petro, de Ioanne natus est Stephanus, de Roberto est Albertus natus, qui sunt in tertio gradu, & æqualiter descendunt à Petro tertio gradu: scilicet, de Stephano natus est vir iste, de quo hic quæritur: de Alberto natus est Titius, qui est in quarto gradu cum viro isto, æqualiter distantes à Petro. Primo loco occurrit tibi vir iste, qui quarto gradu distat à Petro, & sic est vltima persona in consanguinitate Petri ex vna linea, & Titius ex alia linea: de Titio nata est hæc mulier, de qua hic quæritur: & distat quinto gradu à Petro, & sic exiuit iam consanguinitatem Petri: ergo eodem gradu distat à quolibet alio descendente per aliam lineam, & sic distat quinto gradu à Martino, Ioanne, Stephano, & ab isto viro, videlicet filio Stephani, ideóque rectè potest illum habere in virum, & quemlibet descendentem à Petro per aliam lineam posset accipere, cùm omnes illæ personæ huic sint in quinto gradu. Hoc in arbore meliùs videtur.

¶ *decreuimus.*

¶ *De hoc vide latè per B. Th. l. 4. sent. d. 40. q. 1. a. 4.*

1. Cor. 7.

† *In concilio, & aliquas vetustis exemplaribus ita: quod constat ex quatuor elementis.*

† *In concilio ita, non minuat peccatum, sed augeat.*

a *De materia huius gl. vide planissimè per Host. in summa tit. de consanguinit. §. qualiter computatur. & §. seq.*

† *Vide citatos in constit. præcedenti.*

† *distat.*

TITVLVS XV.

De frigidis †, & maleficiatis, & impotentia coeundi.

¶ Ex Brocardico, lib. 18. †

¶ Si marito prouocante ad diuortium, & se impotentem asserente mulier hoc idem fatetur, seruata solemnitate canonica matrimonium indistinctè dirimitur: sed si decipiatur Ecclesia primum matrimonium reparatur: si verò, muliere agente, vir asserat se potentem, nisi per aspectum corporis, vel alio indubitato modo conuincatur, mulier non auditur: sed si vir hoc idem confitetur, vel conuincitur, matrimonium separatur, & mulieri contrahendi licentia datur. hoc dicit secundum Hostiensem.

CAP. I.

Accepisti † mulierem, & per aliquod tempus habuisti, per mensem, aut per tres, aut per annum: & nunc primum dixisti te esse frigidæ naturæ, ita vt non potuisses coire cum illa, nec cum aliqua alia: si illa, quæ vxor tua esse debuit, eadem affirmat, quæ tu dicis, & probari potest per verú iudicium [a] ita esse, vt dicitis, separari potestis: ea tamen ratione, vt si tu pòst aliam acceperis, reus periurij diiudiceris [b] †: & iterum post peractam pœnitentiam, priora connubia reparare [c] debebis.

¶ Illa autem si prior post † annum, aut dimidium, ad Episcopum, aut eius Missum [d] proclamauerit, dicens, quòd non cognouisses eam, tu autem contrarium affirmas [e], tibi credendum est, eò quòd caput [f] es mulieris: quia si proclamare voluit †, cur tandiu tacuit [g]? Citò enim, & in paruo tempore scire potuit, si secum coire potuisses. Si autem statim in ipsa nouitate, post mensem, aut duos, ad Episcopum, aut eius Missum proclamauerit, dicens: Volo esse mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi: sed vir, quem accepi, frigidæ naturæ est, & non potest illa facere, propter quæ illum accepi: si probari [h] potest per rectum iudicium, separari potestis: & illa, si vult, nubat in Domino.

¶ Alexander iij. Ambienen. † Episcopo.

¶ Impotens ad copulam, est impotens ad contrahendum matrimonium, siue sit impedimentum ætatis, siue naturæ.

CAP. II.

Quod † sedem: *& infrà.* ¶ Sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus [i] coniugio: sic qui impotentes [k] sunt, minimè apti

DE FRIGIDIS, ET MALEFICIATIS, & impotentia coeundi.

¶ Visis de pluribus impedimentis matrimonij, quia frigiditas, & maleficium, & generaliter impotentia coeundi sunt impedimenta matrimonij, ideo post rubricas præcedentes subijcitur ista. Abbas.

De hac materia tractatur 33. q. 1. & q. 2. per totum.

Accepisti.] Diuiditur, quia habet tria dicta. Secundum ibi, *Illa autem.* Tertium ibi, *Si autem.* Abbas.

Casvs. Aliquis accepit aliquam in vxorem, & cum ea mansit per mensem, vel per tres, vel etiam per annum: postmodum dicit vir, quòd est frigidæ naturæ, ita quod cum illa, vel alia rem habere non potest: dicitur hic, quod si illa idem affirmat, quod ille dicit, & potest hoc probari per verum, & rectum iudicium, debent separari: ita quod si postmodum aliam acceperit, reus erit periurij, & acta pœnitentia priora connubia restaurabuntur. Si verò illa prior post annum, & dimidium ad Episcopum proclamauerit, dicens, quod eam non cognouit, ille autem contrarium affirmat, ei credendum est, cum sit caput mulieris. quia si proclamare voluit, cur tantum tacuit? citò enim potuit scire, si eam cognoscere potuit. Si verò ab initio post mensem, vel duos ad Episcopum proclamauerit, dicens: Volo mater esse, sed vir, quem ego accepi, frigidæ naturæ est: si hoc probari potest per rectum iudicium, separentur, & mulier altera, si voluerit, nubat in Domino. Nota, quòd non creditur viro, vel mulieri confitenti contra matrimonium, sed exigitur probatio. Item vir caput est mulieris. Item, ex taciturnitate præsumitur contra aliquem. Item impotentia coeundi impedit matrimonium, & dirimit.

a ¶ *Iudicium.*] i. quod vterque iuret cum septima manu propinquorum. 33. q. 1. c.

¶ *Glos. seq. not. conuinci mendacium. alleg. aria intra.*

b ¶ *Diiudiceris.*] Nota contrarij operis euidentia mendacium conuinci, *suprà de præsum. litteris. arg. suprà, de maio. & obed. legebatur. & 22. q. 5. cauete.*

¶ *Glossa sequens not. quòd sententia &c. ponit distinctionem circa fraudem mulieris, quam non approbat. in fin. signat contrarium, & soluit. & arguit.*

c ¶ *Reparare.*] Nota, quòd sententia contra matrimonium lata non transit in rem iudicatam: cùm appareat ex postfacto Ecclesiam fuisse deceptam. *sic suprà, de re iudi. lator. & cap. consanguinei. & infrà eodem. fraternitatis.* quare priora etiam matrimonia restaurantur, etiam muliere contradicente, si fraudis fuerit conscia. *ff. de adulter. si vxor. §. index. & vltim. vt dixit Ala.* Si verò conscia fraudis non fuerit, poterit repellere eum, si voluerit, prætextu adulterij. argumen. trigesima secunda quæstione prima, *de benedict. & quæstione sexta, nihil. sed non credo,* quod hoc obstet, quin matrimonia priora debeant restaurari. *infrà eod. laudabilem. & cap. fraternitatis.* Item *argumen. contra. trigesimatertia quæstione prima, si per sortiarias.* sed hi separantur propter maleficium, non propter frigiditatem.

d ¶ *Missum.*] Simile supra, *de reg. capitulo secundo. & expone, missum,* id est, vicarium, qui fungitur vice Episcopi. *suprà, de instit. capit. 3.*

e ¶ *Affirmat.*] Quòd eum cognouisse.

f ¶ *Caput.*] *Suprà de despons. impub. continebatur. trigesimatertia quæstione prima. si quis acceperit,* & hoc intellige, nisi ipsa velit se probare virginem per aspectum corporis. *suprà, de probation. proposuisti:* & capitulo, causam matrimonij.

g ¶ *Tacuit.*] Ergo videtur, quod post annum, & dimidium reclamare non poterit. Sed contrà videtur. *C. de repub. in causis.* vbi dicitur, quod vsque ad duos annos poterit reclamare: imò vsque ad triennium. *in Authentic. de nuptiis §. per occasionem. collat. quarta & infrà eodem. laudabilem.* Quod dicitur in istis duabus intimis concord. tenendum est, & non tenet, quod hic dicitur de anno, & dimidio. Et est argument. ad præscriptionem, si quis taceat vsque ad completam præscriptioné. quia gesta taciturnitate firmauit: *C. de his qui à non dom. ma. l. vlt.*

h ¶ *Probari.*] Hoc ideo dicit, quia non est standum eorum confessioni contra matrimonium: & si vterque confiteatur, non videtur credendum, ne in fraudem hoc diceretur, *suprà de eo, qui cogno. consan. vxor. suæ, super eo.* nisi quod asserunt, probauerint cum septima manu propinquorum, trigesima tertia quæstione prima, capitulo 2. sed pro matrimonio bene creditur eis. *suprà, de clandest. despensatio. capit. 2.* & quod dicitur: non creditur eis contra matrimonium. verum est quantùm ad hoc, vt contrahendi facultatem acquirant: sed si vellent in continentia manere, creditur eis 33. *quæst. 5. quod Deo pari.*

Quod sedem.] Casvs. Dicitur hic, quod sicut puer non est aptus matrimonio; ita nec vir, qui coire non potest. Nota, quòd impotentia coeundi impedit matrimonium.

i ¶ *Non est aptus.*] *Suprà de despon. impub. à nobis. arg. eod. tit. puberes.* vbi de hoc.

¶ *Gloss. seq. obijcit & soluit.*

k ¶ *Impotentes.*] Hac ratione videtur, quòd senes, qui à na-

† De materia huius tit. vide Magist. sen. l. 4. d. 34. vbi Doctores, & præcipuè B. Th. ibid. q. 1. per totam q.

† aliàs 10. & 14. & 10. sed re[c]tius ita. Ex Burchardo lib. 19. decret. c. 42. de dissidio coniugij. ver. accepisti & c. 1. eo. titu. in 1. comp.

† Vide Durandum l. 4. sent. d. 34. q. 2. & pleniùs ibidem Sotū 1. a. 2.

† Iudiceris.

† In aliquo manuscripto ita post annum & dimidium, quam lectionem videtur planè agnoscere glossa hic in verbo, tacuit.

† Voluerit.

† Burchardus ita: quia si ie proclamare voluerat.

† Ambianēj.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cōp. & post concil. Later. sub Alex. in par. 50. ca. 28. Et pro intellectu text. & gloss. præter citatos in præcedēti c. vide Syluestrum in summa, Verbo, matrimonium quæst. 16.

turali calore defecerunt, contrahere non possunt: sed contrarium est verum. *C. de nupt. sancimus 27. quæst. 1. nuptiarum.* quia senibus dicitur esse legis obsequium, & humanitatis solatium, vt ibi. & *trigesima prima quæstione prima. aperiant, &c. quod si dormierit.* sed hic non loquitur de tali impotentia, sed de eo, qui sectus est a, & qui perpetuò impotens est: sed senes aliquo beneficio mouentur.

a De spadone, an contrahere possit, notatur 31. q. 7. hi qui. adde hic Io. And. & alios recentiores, & vide omnino notata per Aldebrandinũ, & alios in §. sed & illud, Institut. de adopt. adde omnino Sylvestrum in summa, verbo, matrimonium. 8. q. 16. vers. 7. quantùm ad castrationem

EX litteris.] Communis diuisio, consultatio; & responsio. Secunda ibi, *Respondemus.* Abbas.

CASVS. Quidam côtraxit matrimonium cum quadam, qui cum debitum reddere non posset, licèt vterque legitimæ fuisset ætatis, mulier tam grauem côtraxit infirmitatem, vt omnino inutilis sit facta viro, ita quod nullo modo eam cognoscere potest. Quæritur, an debeant separari? Respondet Papa, si vitium illud à natura contraxit mulier, nec ope medicorum poterit ei subueniri, vir poterit aliam ducere in vxorê. Nota, quòd cum inhabili ad coitum, nullum est matrimonium.

† Cap. 1. eo. ti. in 2. comp. Et de materia vide plenè peritiores in præcedentibus c. & omnino per B. Th. li. 4 sen. d. 34. q. 1 A. 2.

¶ *Gloss. seq. soluit obiect. can. dixit.*

a ¶ *Contraxit.*] Id est, contraxisse apparuit, vel in veritate contraxit, ex eo quòd contra naturam vim ei forsan intulit, quia arcta fuit: vnde nullo modo sibi potuit commisceri, vnde magis inhabilis reddita fuit, & sic non fuit matrimonium *infrà eodem, fraternitatis.* si enim non loqueretur de impedimento præcedente matrimonium, stare non posset, quod dicitur in fi. *trigesima secunda quæstione prima, dixit. & quæstione quinta, si vxorem. & suprà, de coniung. leprosor. c. 1. & 2.*

† Cap. 2. e. tit. in 2. compil. Vide citatos in præcedent. cap.

† debeant.

ad contrahenda matrimonia reputantur.

¶ Idem.

¶ *Naturale impedimentum ad coitum, irreparabile arte Medicorum, matrimonium impedit.*

CAP. III.

EX † litteris tuis accepimus, quòd quidam sexdecim annorum quandam annorum tredecim duxit vxorem: qui cùm debitum reddere non posset, mulier tam grauem infirmitatem contraxit[a], vt omnino viro sit facta inutilis, & instrumentum eius impeditum, ita quòd vir ei commisceri non potest. Respondemus igitur, quòd si vitium illud mulier à natura[b] contraxit, nec ope Medicorum[c] poterit adiuuari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem.

¶ Lucius iij.

¶ *Contrahens scienter cum impotenti ad copulam, ab ea non separatur.*

CAP. IIII.

COnsultationi † tuæ, qua nos consuluisti, vtrùm fœminæ clausæ, impotentes commisceri maribus, matrimonium possint contrahere, & si contraxerint, an debeat † rescindi? Taliter respondemus, quòd

b ¶ *A natura.*] Quia erat arcta, vt dixi.

¶ *Gl. seq. signat contrarium.*

c ¶ *Medicorum.*] Infrà eod. fraternitatis. & ita non fuit matrimonium, & intellige quod dicit: Non poterit adiuuari ope medicorum, sine periculo corporali: alias non deberent separari, immò modicam violentiam debet sustinere, vt argumen. *infrà, eod. fraternitatis.* & si talis fuit, non habuit propositum reddendi matrimonij debitum exacta, vel exigendi, & sic nullum fuit matrimonium, *trigesima secunda, quæstione secunda, solet. & cap. aliquando. & suprà, de condi. appos. capit. vltim. & secundùm leges esset in causa redhibitionis. ff. ædil. edic. quæritur. §. mulierem. argum. contrà infrà, capit. prox.*

COnsultationi.] Diuiditur: quia primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, *Taliter.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliquæ mulieres ita sunt clausæ, & impotentes, quòd viris carnaliter commisceri non possunt: quæritur, an possint matrimonium contrahere? Respondet Papa, licet non videatur credibile, quòd aliquis cum talibus côtrahat matrimonium, tamen Romana Ecclesia consueuit in talibus iudicare, vt si non possunt eas habere vt vxores, habeant eas vt sorores. Nota, quòd cum arcta matrimonium contrahi non potest. Item de similibus simile iudicium est habendum.

d ¶ *Incredibile.*] Qui conditionem corporis sui sciens, non contraheret de leui. Ala.

¶ *Glo. seq. voci. per quæstio. an sit consilium, vel præceptum.*

e ¶ *Iudicare.*] Ergo & nos sic iudicare debemus. *suprà de re iud. in causis. C. de legi. & constit. prin. l. vlt.* quod verum est, vbi ipsa sic præcepit iudicandum. *arg. 11. q. 3. nolite.* aliàs non permittitur aliter fieri. 11. distinct. quis nesciat. sed hic non præcepit eius consuetudinem esse seruandam, sed potius consilium est. [b] tamen intellige, quid hic dicitur secundùm illam decret. *ĩ. eod. fraternitatis. vt dixi sup. ca. prox.*

b Sed Laur. exponit, iudicare, id est, tenere, Ioan. And.

licèt incredibile[d] videatur, quòd aliquis cum talibus contrahat matrimonium: Romana tamen Ecclesia consueuit in consimilibus iudicare[e], vt quas tanquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores.

¶ Cœlestinus iij.

¶ *Si de impotentia coëundi constet, statim matrimonium separatur: aliàs cohabitabunt coniuges per triennium: & si cum septima manu propinquorum iurant, quòd dederunt operam carnali copulæ, & non potuerunt coniungi, statim separantur. Ita communiter summatur.*

CAP. V.

LAudabilem †: *& infrà.*

¶ Requisisti quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis, ad experientiam copulæ nuptialis: *& infrà.*

¶ Nos verò in præsenti consultatione sentimus, vt à tempore celebrati[f] coniugij, si frigiditas[g] prius probari[h] non possit, cohabitent per triennium: quo elapso, si nec tunc cohabitare voluerint, & iuxta decretum Gregorij[i] †, mulier per iustum[k] iudicium de viro probare potuerit, quòd cum ea coire non possit, accipiat alium; si autem ille aliam acceperit, separentur.[l] Quod

LAudabilem.] Diuiditur in duas partes. Prima loquitur, quando vnus coniugum dicit matrimonium consummatum, & alter diffitetur. Secunda ibi, *Si autem.* quando vterque fatetur matrimonium non esse consummatum. Et prima pars subdiuiditur. Nam prima loquitur, quando simul esse non consentiunt. Secunda quando consentiût ibi, *Quod si.* Abbas.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum quadam: tandem dicitur esse frigidæ naturæ: quæritur hic, quantum tempus dandum sit eis, ad sciendum experientiam copulæ coniugalis? Papa respondet, quòd ab eo tempore, quo celebratur côiugium, & incipiunt simul cohabitare, simul cohabitent per triennium dando operam carnali copulæ, si ante triennium non possit probari frigiditas; quo elapso, si simul cohabitare noluerint, & mulier per iustum iudicium probare potuerit, quod cum ea dormire non possit, accipiat alium, & si ille aliam acceperit, separentur. Si verò contentiant simul esse, habeat eam vt vxorem. Si autem confiteantur, quòd nunquam ad inuicem se cognouerint, cum septima manu propinquorum, vel vicinorũ bonæ famæ, si propinqui deficiant, iureiurando dicat vterque, quòd nũquam vna caro effecti sunt: & tunc mulier potest alium accipere. & si ille aliam acceperit, de periurio notantur, & acta pœnitentia cogantur ad priora côiugia redire. Nota, quòd triennium dandum est ad probandum frigiditatem; & ita non tenet, quod dicitur de anno, vel dimidio *suprà eod. cap. 1.* & idem tempus datur in maleficiato.

† Cap. 3. eod. tit. in 2. côp. Et præter citatos in præcedentibus cap. vide Host. in summa, tit. de frigidis, & malef. §. qualiter, & quando.

† Gregorij ad Ioannem Rauennatem Episcopum, vt refert Burchardus lib. 9. decr. cap. 40. Ivo part. 8 c 178. & Panor. li. 6 tit. de impotentia coëundi. cap. 4. fine, Callis.

f ¶ *Celebrati.*] Et à tempore cohabitationis, nec sufficit cohabitare, nisi dent operam carnali operi. *trigesima tertia quæstione prima. requisisti.*

¶ *Glo. seq. recitetur per q. quid de maleficiato.*

g ¶ *Frigiditas.*] Quod hic dicitur de frigido, idem intelligo & de maleficiato[c], vt vsq; ad triennium expectet, maxime quia magis sperandum est, quòd impedimentum remoueri possit, quod non processit à naturalibus. Laurentius.

c De hoc autem præter Doctores hic, vid. de Specul. tit. de teste. §. nunc tractandum.

h ¶ *Priùs probari.*] Argumentum, quòd si priùs probari possit impedimentum, non expectabunt per triennium. *infrà, eod. cap. prox.* si verò manifeste non constet: tunc cohabitent simul per triennium continuum: in quo debent dare operam carnali operi, *vt hic. & arg. infrà, eod. c. vlt. in Authen. de nupt. §. per occasionem. colla. 4.*

i ¶ *Gregorij.*] *33. q. 1. quod autem.*

k ¶ *Iustum iudicium.*] id est, per testes, vel aspectum corporis *arg. de probat. proposuisti. & ĩ. eod. c. vlt.*

l ¶ *Separentur.*] Propter naturalem frigiditatem: secus si propter maleficium. *33. q. 1. si per sortiarias.*

¶ Glossa

¶ *Glos. seq. recitatur per quæstionem, an vir frigidus, &c.*

a ¶ *Quòd si ambo.*] vel solummodò mulier : ille enim, qui scienter contraxit, non videtur, quòd possit contradicere. argu. suprà, *de eo qui dux. in matrimon. cap. 1. ff. de lege comm. l. 2.* Vel dicas & verius, quòd necesse est, vt ambo consentiant, sufficit, quòd ita scriptum est: & si perquàm durum est. *ff. qui, & à quibus manu. lib. §. prospexit,* & sexta quæstione tertia scriptum est : quia cum nullum sit matrimonium, non tenetur alter alteri.

b ¶ *Septima manu.*] Sic infra, *eodem cap. vlt. & 33. quæst. 1. requisisti.*

c ¶ *Vterque iureiurando.*] Vterque, vir, & mulier iurare debet, quòd fide bona dederunt operam copulæ carnali per triennium, nec vna caro effici potuerunt: propinqui iurabunt, quòd credunt eos verum iurasse, *argument. infrà, de purgat. can. c. quotiens.*

d ¶ *Hi, qui.*] Scilicet vir, & vxor : & non alij compurgatores, si bona fide iurauerunt.

e ¶ *Redire.*] Cùm propter frigiditatem separantur : secus si propter maleficium. *33. quæstione prima, si per sortiarias.*

FRaternitatis tuæ literas recepimus.] Primo ponitur quæstio, Secundò distinguens solutio ibi, *Quamuis.* Tertiò infert ad alias duas quæstiones ibi, *Per hæc.* Abbas Siculus.

CASVS. Quædam mulier contraxit matrimonium cum quodam viro, & cum eo per plures annos permansit, nec potuit ab eo carnaliter cognosci : Archipresbyter Altissiodoren. istud negotium significauit Episcopo suo : Episcopus volens super hoc veritatem inquirere, quasdam matronas ad præsentiam suam vocauit, districtè illis iniungens sub periculo animarum, vt illam visitarent, vtrùm esset idonea ad officium coniugale : quæ tandem ea inspecta dixerunt, quod nunquam poterat esse mater : & ideo inter eos diuortium promulgauit, mulierem inducens, vt religionem intraret, perpetuam continentiam seruatura. Viro autem dedit licentiam contrahendi, qui cum alia contraxit. Postmodum illa mulier fuit ab alio carnaliter cognita, abiecta continentia quam promisit, & cuidam G. nomine nupsit: negotium istud Altissiodoren. Episcopus significauit domino Papæ, quærens, quid super hoc esset agendum ? Rescribit Papa eidem, dicens, quòd semiplenè ei expressit, quomodo mulier promiserit se continentiam seruaturam, vtrùm simplici verbo, an per votum solenne, & vtrum transierit ad religionem, sicut promisit: nec dixit etiam, qualiter cognita fuerit, vtrùm artificio medici, aut concubitu viri, aut alio modo. Vnde Papa considerans, quod impedimentum illius non erat perpetuum, quod remotum fuit sine periculo corporali præter diuinum miraculum, inuenit diuortij sententiam latam fuisse per errorem, licet probabilem, quia ex postfacto apparet, quòd mulier illa cognoscibilis erat viro, ex quo eius simili commiscetur: & ideo pronunciauit inter ipsam, & ipsum matrimonium extitisse. Vnde inter ipsam, & G. præfatum pronunciauit matrimonium non fuisse : & eos præcepit ab inuicem separari. Si verò mulier illa transiuit ad religionem, primus vir, qui non cognouit eandem, remaneat cum illa, cum qua Ecclesiæ auctoritate contraxit. Si verò non transiuit ad religionem, dimittat illam, & redeat ad illam, cum qua primò contraxit: nisi ipsa votum solenne fecerit : quia

si ambo [a] consentiant simul esse, vir eam, etsi non vt vxorem, saltem habeat vt sororem.

¶ Si autem, quòd nunquam se inuicem cognouerint, ambo fatentur, cum septima [b] manu propinquiorum, vel vicinorum bonæ famæ (si propinqui defuerint) tactis sacrosanctis Euangeliis vterque [c] iureiurando dicat, quòd nunquam per carnis copulam vna caro effecti fuissent: & tunc videtur, quòd mulier valeat ad secundas nuptias conuolare. Verùm si ille aliam duxerit, tunc hi [d], qui iurauerant, rei periurij teneantur, & peracta pœnitentia cogantur ad connubia priora redire [e].

¶ Innocentius iij. Altissiodoreñ. Episcopo.

¶ *Propter arctationem mulieris, si apparet, quòd præter diuinum miraculum absque periculo corporali habilis reddi non potest, separatur matrimonium: redintegratur tamē, si postea appareat Ecclesiam fuisse deceptam.*

CAP. VI.

FRaternitatis † tuæ litteras recepimus cōtinētes, quòd O. mulier cuidam viro matrimonialiter nupsit : cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipso cognosci. Licet autem per Archipresbyterum tuum super hoc fuisses edoctus, tu tamen volens habere certitudinē pleniorem, quasdam matronas [f] suæ parochiæ prouidas, & honestas ad tuam præsentiam euocasti, districtè [g] illis iniungens sub periculo animarum, vt mulierem ipsam prudenter inspicerent, & perquirerent diligenter, vtrùm idonea esset ad viriles amplexus: quæ tandem in fide sua tibi asseruêre constanter, quòd eadem nunquam poterat [h] esse mater, aut coniunx, tanquam cui naturale deerat [i] instrumentum : vnde inter ipsam, & virum diuortium celebrasti, mulierem inducens, vt ad religionem aliquam se transferret, perpetuam continentiam seruatura: & viro licentiam tribuisti, vt vxorem duceret, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem postea, quòd mulier inuenit [k], qui seras huiusmodi reserauit : & abiiciens continentiam, quam promisit, G. latori præsentium supernupsit. Quamuis igitur semiplenè nobis expresseris, quomodo dicta mulier se promiserit continentiam seruaturam,

secundùm hoc intelligitur fornicata fuisse cum prædicto G. vel etiam si non fecit votum solenne, fornicario modo alij se immiscuit: & sic prætextu fornicationis primus vir eam repellat : Si verò simplici voto promisit seruare continentiam, & postea in facie Ecclesiæ prædicto G. nupsit, quandiu articulus iste dubitabilis erat, prætimi non debet, quòd fuerit fornicata, sed amodo non debet remanere cum illo, per ea quæ dicta sunt suprà in versiculo illo : Absque periculo corporali. Alia quæstio soluitur, quæ talis est : Aliqua est ita arcta, quòd non potest commisceri carnaliter, nisi per incisionem, vel alio modo violentia inferatur, vt mortis periculum timeatur. Quæritur de tali, vtrùm sit apta ad matrimonium contrahendum? Et dicendum est, quòd non. Similiter ex his quæ dicta sunt suprà, soluitur alia quæstio, quæ talis est : Aliqua nupsit alicui, & ita arcta est illi, quòd non potest ab eo cognosci, si ab eo per iudicium Ecclesiæ fuerit separata, & nubat alteri, cui arcta non sit, & per frequentem vsum secundi reddatur apta primo : quæritur, vtrùm debeat redire ad primum. Et dicas, quòd non, secundùm distinctionem superiùs factam, vbi dicit: Absque corporali periculo: De talibus tamen non est facile iudicandum, cùm finale iudicium pendeat ex futuro, Nota, quòd cùm in sententia contra matrimonium lata errat Ecclesia, quandocunque de errore constiterit, retractatur sententia. Item votum solemne ante carnalem copulam soluit matrimonium. Item mulier non tenetur subire periculum corporis, vt reddatur apta viro. Item ex futuro euentu pendet, vtrum matrimonium fuerit quandoque inter aliquos,

¶ *Finis sequentis glossæ recit. per quæstionem.*

f ¶ *Matronas.*] Talibus credendum est, si honestæ sint, & peritæ in arte illa. *ff. de vent. inspic. l. prima, in principio, & suprà, de probat. proposuisti, & capite causam, & infrà capite proximo:* oculus enim obstetricum in talibus sæpe fallitur, vigesimaseptima quæstione prima, nec aliqua, & in hoc casu non requiritur iuramentum propinquorum, sicut in frigiditate, *vt suprà, capite proximo.*

¶ *Glos. seq. recitatur per quæstionem.*

g ¶ *Districtè.*] Per iuramentum [a] hoc iuramentum non est remittendum istis testibus, ne aliquid in fraudem matrimonij dicerent : suprà, *de eo qui cognouit con. vxor. suæ, super eo. & infrà, capite proximo.*

¶ *Glos. seq. obiicit, soluit, & remittit.*

h ¶ *Poterat esse.*] Sed qualiter hoc potuit probari, cùm sit negatiua ? Sic potuit probari, dicendo, quòd hæc mulier caret membro apto ad copulam carnalem. Qualiter negatiua [b] probatur, *suprà, de electione bona, dictum est. Bernardus.*

i ¶ *Deerat.*] Nota, quòd non dicitur esse, quod inutile est, *suprà, de translat. inter corporalia, & ff. quod cuiusque vniuer. l. 1. §. & quidam:* nec dicitur habere actionem, qui habet inutilem. *ff. de dolo, nam is: & suprà, de restit. spol. olim nobis, argum. suprà, de solut. cap. penult.*

k ¶ *Inuenit.*] Non dicit: Et per medicum, vel alium.

† *Cap. vnicum de impotentia coëundi 3. compil. Vide S. Thom. in li. 4. sen. dist. 34. q. 1. arg. 2. & citatos in præcedentibus cap. adde Hostiens. in sum. tit. de frigid. & malefi. §. qualiter, & quando.*

a *Hæ verò matronæ nō debēt de veritate iurare, sed solùm de credulitate, dicētes se credere mulierē esse aptā, vel nō: ita H. est, quē sequitur hic Iohan. And.*

b *Tractatus extat Francisci Herculani, quo plenè differitur de modis probandæ negatiuæ, cum videto.*

¶ *Gloss. seq. arg. pro opin. dicentium cap. si per sortiarias, non tenere: cui dupliciter respondet, subdens de maleficio.*

a ¶ *Diuinum miraculum.*] Argum. quod nullum maleficium est perpetuum, cùm possit remoueri præter diuinum miraculum, saltem per illum, qui ipsum inducit: quia quicquid ligatur, dissolubile est, *in Authentic. de nupt. §. nuptias, collat. 4.* & secundùm hoc non tenet illud, *cap. si per sortiarias. 33. quæst. 1.* vt quidam dicunt. Potest dici, quòd aliud est, cùm allegatur impotentia ex parte mulieris, vt hic: aliud vbi ex parte viri allegatur maleficium, *vt in cap. si per sortiarias. & j. cap. proximo:* & hic allegata fuit falsa causa, vt postea apparuit: vnde postea debet restitui viro. *argum. ṡ. de re iudic. lator. & cap. consanguinei,* ad hanc causam refertur hæc ratio: Attendentes, quòd impedimentum, &c. Vel potest dici, quòd maleficium est perpetuum. ex quo enim mulier cohabitauit viro per triennium, & dederunt operam copulæ carnali, nec potuerunt commisceri, præsumitur perpetuum impedimentum, & possunt separari, & alteri nubere, *vt in cap. si per sortiarias:* quia potest aliquis maleficiatus esse cum vna, & non cum alia: & hoc intelligo de maleficio, quod præcessit matrimonium; nam post matrimonium contractum, si superueniat impedimentum, non debent separari. *32. quæst. 7. hi qui sani. & quæst. 5. si errorem:* si verò post separationem eam cognosceret, matrimonium debet redintegrari, vt hic patet: quia impedimentum non erat perpetuum.

b ¶ *Corporali periculo.*] Vbi verò graue periculum timeretur, non est matrimonium: sed vbi leui periculo potest remoueri, debet illud pati, *infrà, eodem capite §. per hoc à contrario sensu.*

c ¶ *Per errorem.*] Propter quem excusatur iudex. *j. de sentent. excommunicat. sacro.* & intellige, quòd error ille interuenit in aspectu corporis, in quo matronæ deceptæ fuerunt: quia manus, & oculus obstetricum sæpe fallitur. *ṡ. de probat. causam matrimonij, & 27. quæst. 1. nec aliqua:* & sic patet, quòd sententia per errorem lata, à qua non est appellatum, reuocatur, si error probabilis postea detegatur. *j. de purgat. vulg. significantibus, & ff. de condit. sine causa. l. 2.* Item habes hic, quod sententia per errorem lata contra matrimonium, non transit in rem iudicatam, quò minùs possit reuocari, quandocunque apparuerit Ecclesiam deceptam fuisse, vt patet, *& ṡ. de re iudic. lator. & cap. consanguinei, & infrà eod. cap. proximo, & suprà eod. cap. 1. & cap. proximo.*

d ¶ *Erat illi.*] Scilicet primo viro, à quo fuerat separata.

e ¶ *Simili.*] Sic 33. quæst. 1. requisiti, & innuitur hoc, ex eo quod in fin. huius capitis dicitur, quod si prior vir non possit eam cognoscere sine graui periculo, quod non sit reddenda primo viro, licet ex post facto per consuetudinem secundi viri reddita sit apta priori quod bene potest concedi, quia non fuit matrimonium inter eos, vt dixerunt. Vinc. Io. & Tanc.

f ¶ *Remaneat.*] Quia si ingressa fuit, & professa statim solutum fuit matrimonium, si quod fuit inter eos, *suprà, de conuer. coniugat. ex publico:* secus si ingressa fuit causa probationis: quia si ista tunc ad seculum rediret, compellitur redire ad virum priorem.

g ¶ *Alioquin.*] Id est, si non transiuit cum effectu.

h ¶ *Se voto.*] Solemni, scilicet, & tunc debet compelli votum seruare, & per hoc intelligitur fornicata cum secundo, cùm ipsa contrahere non potuit post votum solemne.

† *Dictio, suam, deest in antiquis exemplaribus. De materia huius gloss. & an maleficium sit impedimentum dirimens, impediénsue matrimonium, vide B. Thom. li. 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 3. & ibidem latè per Sotum, & Doctores, adde Syluestrum in summa, verbo, matrimonium. 8. qu 16. & per alios Summistas.*

† *Hæc verba,* sicut asserit promisisse, *desunt in omnibus Vaticanis codicibus: habentur tamen in aliis paulò recentioribus, & in antiqua compilat.*

vtrùm videlicet simplici verbo, an voto solemni: vtrúmve ad religionem transierit, vt promisit, an contra promissionem suam † in domo remanserit: & qualiter seras illas fecerit reserari, vtrùm videlicet artificio Medici, an concubitu viri, seu alio quolibet modo? Nos tamen perspicaciter attendentes, quòd impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum [a] per opus humanum absque corporali [b] periculo potuit remoueri: sententiam diuortij per errorem [c], licèt probabilem, nouimus esse prolatam: cùm pateat ex postfacto, quòd ipsa cognoscibilis erat illi [d], cuius simili [e] commiscetur: & ideò inter ipsam, & primum virum, dicimus matrimonium extitisse: quare inter eam, & præfatum G. matrimonium non esse censemus, eósque præcipimus ab inuicem separari. Et si prædicta mulier ad religioné transiuit [sicut † asserit promisisse] primus vir, qui non cognouit eandem, cum ea remaneat [f], cum qua postmodum Ecclesiæ auctoritate contraxit: alioquin [g], ea dimissa, debet ad illam redire, cum qua primò contraxit, nisi se voto [h] mulier illa constrinxerit ad continentiam obseruandam, vt intelligatur per hoc cum præfato G. fornicata fuisse: vel nisi se fornicatio [i] modo alij viro miscuerit, vt primus vir prætextu fornicationis, eius velit consortium declinare. Nam si tantùm simplici verbo promisit se continentiam seruaturam, & posteà in conspectu Ecclesiæ nupsit memorato G. quandiu articulus iste dubitabilis erat, præsumi [k] non debet, quòd fornicaretur cum illo, sed amodo [l] non debet cum illo aliquatenus remanere.

¶ Per hæc † autem quæstionem illam noueris esse solutam [m], qua quæritur, vtrùm ea, quæ adeò arcta est, vt nulli possit carnaliter commisceri, nisi per incisionem, aut † alio sibi modo violentia inferatur, non solummodò leuis, sed fortè tam grauis, vt ex ea mortis periculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea [n] perhiberi.

¶ Similiter [o] illa, quæ viro, cui nupserat, adeò arcta est, vt nunquam ab eo valeat deflorari: si † ab eo sit per iudicium Ecclesiæ separata, & nubat alteri, cui arcta non sit, & per frequentem vsum secundi reddatur etiam apta primo: vtrùm ad eum redire debeat [p], cum quo priùs fœdus inierat cõiugale. De talibus [q] autem non est facile [r] iu-

¶ *Glossa sequens obijcit, & soluit: demum quærit, & soluit secundùm Ioan. & subdit opin. Tanc.*

i ¶ *Fornicatio modo.*] Quia si legitime contraxisset cum altero, illud ei obijci non posset, nec prætextu talis fornicationis posset repelli à viro. *argum. infrà, de diuort. gaudemus:* immò videtur, quod nullam fornicationem ei obijcere posset: nullam enim iniuriam fecit, nec intendebat facere viro: quia fornicata fuit tanquam soluta. *15. quæst. 1. illud. ff. locati: si ignorans quis:* nam adulterium non committitur sine dolo. *34. quæst. 2. in lectum. ff. de adulter. l. penult.* Item si aliqui sint separati per sententiam Ecclesiæ, & post alter eorum fornicetur, minorem iniuriam committit, & minus peccat. *32. qu. 7. quemadmodum.* Præterea per primam fornicationem non fuit apta viro suo, sed fortè nec per multas alias, ergo illam solam potest opponere, cùm reddita fuerit apta primo viro, quæ postea secuta est: quia tunc primùm læditur ius matrimonij. *argum. suprà, de donatio. Apostolicæ.* Potest dici, quòd sicut ex futuro euentu apparet retrò fuisse matrimonium, vt dicitur in fine, sic ex futuro euentu apparet retrò fuisse factam iniuriam priori viro. *ff. de cap. & postlim. reuer. in libello. §. 1. & ff. ad Macedon. l. 1. §. 1.* Sed quid si post primum coitum cum secundo, prior petit eam? Dico, quod est ei reddenda: & si non inuenerit eam aptam, est restituenda secundo: & sic etiam post secundum, vel tertium coitum secundi, & sic in infinitum: vt dixit Ioann. Tanc. dixit, quòd vsque ad tertiam vicem tantùm, & non vltrà debet restitui primo: immò remanere debet cum secundo: quoniam duæ tantùm sententiæ post primam sunt ferendæ, quia tertiò appellare non licet, *secunda quæstione sexta, si quis in quacunque, & suprà, de appellatione sua nobis.* Bernard.

k ¶ *Præsumi.*] Simile 33. quæst. 2. *cum per bellicam, & infrà, de diuort. gaudemus.*

l ¶ *Amodo.*] Scilicet veritate reuelata, quòd fuerat vxor primi.

m ¶ *Solutam.*] Argumentum à contrario sensu sumpto ex illo verbo, *suprà, eodem capite primo ibi, absque corporali periculo, &c.* & est argumentum validum à contrario sensu, *suprà de his, quæ fiunt à prælat. cum Apostolica, in fine, & suprà, de regul. cum virum.*

n ¶ *Idonea perhiberi.*] Et certè non.

o ¶ *Similiter.*] Resume: Per hæc noueris quæstionem illam esse solutam, qua quæritur, vtrùm illa, quæ viro cui, &c.

p ¶ *Debeat.*] Quasi dicat, non debet: intellige tamen secundum distinctionem præmissam, an sit graue periculum, si reddatur apta, vel non. Vinc.

q ¶ *De talibus.*] Simile *suprà, de in integrum restitut. cùm venissent.*

r ¶ *Non est facile.*] Quia nescitur, an sit apta viro primo: & hoc aliquo

† *Alias:* Per hoc autem, *&c.*

† *Alias* hæc aut alio simili modo violentia inferatur.

b *Vide, vt lite non contest. quamuis super glos. per summ. Ioan. And.*

† *Hæc perierdus in omnibus antiquis exemplaribus habet ita:* si ab ab eo per iudicium Ecclesiæ separata nubat alteri, cui arcta, *&c. sed recitata est vulgata, & recepta lectio.*

c *Caue, ne quid illicitum, vel inhonestum, ex opinionibus hic relatis admittatur.*

aliquo iure perpendi non potest, sed potiùs per experientiam facit. sim. 3. de donat. *Apostolicæ, cum suis concord.*

a ¶ *Ex futuro.*] Sic *ff. de reb. dub. quædam, & ff. si cert. pet. proinde, & ff. qui pot. in pig. hab. l. potior. ff. ad Macedo. l. 1. §. 2.* Nec intellige, quòd matrimonium retrotrahatur, sed hoc ideo dicit, quia in dubio est an sit matrimonium cum primo: nec intelligas, quòd tunc primo incipiat esse matrimonium cum primo, cùm incipiat esse apta sibi, sed tunc primo declaratur fuisse matrimonium simile. *ff. si ser. vind. si m. §. sed si quæritur, & ff. de acquiren. rer. do. adeo. §. cùm quis in fu. & 33. quæst. 1. requisisti. ff. qui test. facere pos. l. heredes palam. §. primo.* Bernard.

b ¶ *Adhuc integra.*] Et intellige, quòd viripotens erat hæc quæ virum pati poterat: licet esset virgo, dicitur viripotens. *ff. de verbor. significat. mulieris, in princip.*

¶ *Glossa sequens ponit differentiam inter frigidum, & maleficiatum.*

dicandum, cùm finale iudicium pendeat ex futuro [a].

¶ Honorius tertius.

¶ *Si uxor dicit virum, cui cohabitauit per triennium, non habere potentiam coëundi, eis hoc iurantibus cum septima manu propinquorum, matrimonium separatur. hoc dicit inhærendo verbis litteræ.*

CAP. VIII.

Litteræ † vestræ nobis exhibitæ continebant, quòd cum causa matrimonij quæ inter M. mulierem, & A. eius virum vertitur, vobis fuisset ab I. Papa prædecessore nostro commissa, dicta M. proposuit, quòd cum octo annis elapsis dicto A. fuisset matrimonialiter copulata, & diu cohabitasset eidem, adhuc integra [b] permanebat: eò quòd prædictus vir eius non habebat potentiam coëundi: quare petebat diuortium celebrari: prædictus verò A. fatebatur, quòd illam nunquam cognouerat: tamen se habere potentiam cognoscendi [c] alias asserebat. Vos verò, ne id confiterentur in fraudem [d], à matronis bonæ opinionis, fide dignis [e], ac expertis in opere nuptiali, dictam fecistis inspici mulierem: quæ perhibuerunt testimonium, ipsam adhuc virginem permanere. Postmodum per Presbyterum, de cuius parochia vir extitit, fecistis inquiri: vtrùm ipse aliquam cognouisset: nec per inquisitionem ipsam vobis constare potuit aliquam esse carnaliter cognitam ab eodem: muliere autem requirente diuortium, & dicente, quòd mater esse volebat, & filios procreare: proponente verò viro, quòd paratus erat stare consilio Ecclesiæ, iniunxistis eisdem, vt agerent pœnitentiam de commissis [f], & † sic fortè placeret Deo, qui matrimonij fuit institutor [g], & auctor, vt opus matrimonij consummarent: post plures terminos ad vestram reuersi præsentiam, consona voce dixerunt, quòd non poterant carnaliter commisceri. ¶ Quocirca mandamus, quatenus, si ita est, & constiterit vobis, præfatum virum, & mulierem, infra prædictos octo annos, per continuum triennium [h] insimul habitasse: ipsis cum septima [i] propinquorum manu firmantibus iuramento, se commisceri carnaliter nequiuisse, proferatis diuortij sententiam inter eos.

Litteræ.] Legitur tribus modis. Primo quòd loquatur in maleficiato: & secundùm hunc intellectum summatur sic: Si vir maleficiatus nunquam potuit cognoscere vxorem, cui per triennium cohabitauit, ipsis cum septima propinquorũ manu hoc iurantibus, matrimonium separatur, hoc dicit. Secundo modo legitur sic, quod non loquatur in maleficiato, sed in frigido vt tenuit Innocentius, cuius lectura communiter non recipitur: sed tamen in se vera est, & dicendum, vt habuisti in cap. *laudabilem*, *suprà eodem.* Tertio modo legitur inhærendo verbis litteræ generaliter, cùm vxor dicit virum non habere potentiam secum coëundi: nec exprimit ex qua causa: & sic facit ad tertiam partem rubricæ. Et duo ponuntur hic, primò consultatio: secundò responsio ibi *Quocirca.* Abbas Siculus.

Casus. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter M. mulierem, & A. virum: causa illa fuit commissa quibusdam iudicibus, per sedem Apostolicam, córam quibus ex parte mulieris fuit propositum, quòd iam octo annis fuit dicto viro matrimonialiter copulata, & diu cohabitauit eidem, & adhuc integra permanebat, quia dictus A. non habebat potestatem coeundi: quare petebat diuortium celebrari: prædictus vir fatebatur, quòd nunquam eam cognouerat, tamen dicebat se habere potentiam coeundi, & alias cognoscendi: iudices timentes, ne istud confiterentur in fraudem, fecerunt illam inspici per matronas fide dignas, & expertas in opere nuptiali: quæ perhibuerunt testimonium, illam adhuc virginem permanere, & postmodum fecerunt inquirere per parochiam ipsius viri, si aliquam cognouisset, nec ipsi inuenerunt, quòd aliquam cognouisset: mulier instanter diuortium postulabat: vir verò dicebat, quòd paratus erat stare consilio Ecclesiæ: iudices præceperunt eisdem, vt pœnitentiam agerent de commissis, & sic forte Deo volente matrimonium consummarent. Tandem reuersi ad iudices, dicebãt se non posse carnaliter commisceri: vnde totum negotium domino Papæ per suas litteras intimauerunt, petentes, quid sit super hoc agendum? Mandat Papa, quatenus si est ita, & eis constiterit, quòd infra octo annos per continuum triennium insimul habitassent: si iurauerint cum septima manu propinquorum, quòd non potuerint carnaliter commisceri, sententiam diuortij proferant inter eos. Nota, quòd qui separantur propter frigiditatem siue propter maleficium, similiter debent commorari per triennium continuum, secuto postea iuramento tam principalium personarum, quàm septima manu propinquorum.

c ¶ *Cognoscendi alias.*] Et ita allegabat iste maleficium quantùm ad istam, & non quantùm ad alias, & non frigiditatem: quia si quis est frigidus, quoad vnam, quoad omnes est frigidus, cùm impedimentum à natura procedat, argum. *suprà eod. ex litteris.* secus in maleficiato, vt dictum est *suprà, cap. prox.* vnde postquam constiterit de maleficiato, post triennium [b] debent separari, & ad alia vota transire. *33. quæst. 1. si per sortiarias*: secus in frigido, *vt suprà eod. cap. 1. & cap. laudabilem, & 33. quæst. 1. de his requisisti.*

d ¶ *In fraudem.*] Confessioni coniugum contra matrimonium non est credendum: propter collusione, quam multi facerent, *suprà, de eo qui cogno. consanguin. vxor. cap. super eo.*

e ¶ *Fide dignis.*] *Suprà eodem, cap. prox. vbi de hoc.*

f ¶ *De commissis.*] Quia infirmitas corporalis frequenter prouenit ex peccato: & sic causa cessante forte cessabit effectus. *j. de pœnit. & remiss. cum infirmitas.*

¶ *Glossa sequens recitetur per quæstionem, per quæ verba fuerit matrimonium institutum, & ponit duas opiniones.*

g ¶ *Institutor.*] Simile 32. *dist. deinde opponitur. & argum.* *tit. prox. de infidelibus, & 32. quæst. 2. cap. sicut §. his ita.* Et quidam dicunt, quòd his verbis [*] fuit institutum matrimonium: *Hoc nunc os ex ossibus meis*, &c. sed illa verba prolata sunt ab Adam, vt suprà de bigam. debitum: vnde videtur verius, quod per illa verba: *Crescite & multiplicamini*, ab ipso Domino prolata.

h ¶ *Continuum triennium.*] Qui enim separantur propter frigiditatem naturalem, per triennium continuum debent cohabitare simul, & dare operam carnali operi. *s. eod. laudabilem, & in Authentica de nuptiis. §. per occasionem, collat. 4.* idem tempus dico dandum maleficiato, & multò fortiùs, cùm sit accidentale illud impedimentum.

i ¶ *Septima manu.*] Sed quare requiruntur iuramenta propinquorum, cùm sufficere debeat iuramentum viri, & mulieris, cum iuramento illarum, quæ illam virginem asseuerant, *vt suprà, de probat. proposuisti, & cap. causam matrimonij*, vel etiam iuramenta propinquorum iussi sunt, cùm vterque id confitetur. *33. quæst. 1. requisiuisti*: sed hic vterque id confitebatur: sed hoc ideo, quia sæpe fallitur & manus, & oculus obstetricum. *27. quæst. 1. nec aliqua*: ideo iuramenta propinquorum requiruntur: omnis enim cautela, quæ adhiberi potest in talibus, est adhibenda, propter periculum animæ: & ideò circa maiora cautiùs est agendum. *argum. 7. quæst. 1. cap. vltim. & 42. distinct. quiescamus, & ff. ad Carbon. lib. 1. §. 2. & 61. distinct. miramur*: tamen si alterum omitteretur, nihilominus valeret sententia, *vt cap. requisiuisti, & cap. proposuisti, & cap. causam matrimonij.*

† *Si hanc de mor. intelligas iuxta communem sensum, vt loquatur de eo qui per maleficia factus erat impotens ad cõgrediendum cum viro, vide omnino Domi. Soti lib. 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 3. & Iacobum Sprengerum in malleo maleficarum. p. 2. q. 1. c. 16. & eod. par. q. 2. c. 1. & 2. ibi plenè de his maleficiis, ac remediis adversus ea.*

a *Verba legis habent ita*: mulieris appellatione etiam virgo viripotens cõtinetur.

b *Vide Sotum initio huius cap. citatum.*

† *In vno vetustiori Vaticano ita*: & si forte placerent Deo, qui matrimonij fuit institutor, & auctor, opus matrimonij consummarẽt, &c. in aliis, *vt in text. excepto quòd in nonnullis pro voce, auctor, est electior.*

§ *Quando, & quibus verbis fuit matrimonium institutum, vide Magistr. sent. lib. 4. distin. 26. §. coniugij autem, & §. sequ. & ibi Sotum q. 1. articul. 1. vbi latißimè: adde omnino Conci. Trident. seß. 24. titu. de sacramento matrimonij in principio.*

DE MATRIMONIO CONTRACTO contra interdictum Ecclesiæ.

¶ *Quia interdictum Ecclesiæ super matrimonio contrahendo quandoque impedit ipsum matrimonium, quandoque impedit, & dirimit: ideo post multa impedimenta suprà contracta, auctor subijcit hanc rubricam. Et vide ad materiam huius rubricæ quod not. g. os ĩ. de sponsal. duorum, in c. cum. Abbas.*

De hac materia habetur 33. q. 4. non oportet. 1. & ĩ. in rubr. de sponsal. ver. an teneat matrimonium contra.

† *Vide conci. Trid. sess. 24. tit. de reform. matr. c. 8.*

TITVLVS XVI.

De matrimonio contracto contra interdictum † Ecclesiæ.

¶ Alexand. iij Paduañ. Episcopo.

¶ *Matrimonium contra interdictũ Ecclesiæ, vel Iudicis factum, seu contractum propter hoc solum non dirimitur: imponitur tamen pœnitentia sic contrahentibus, & separantur, donec cognoscatur de causa interdicti. hoc dicit in effectu totus iste titulus.*

CAP. I.

Litteræ †, quas tua nobis fraternitas destinauit, expressè declarant, quòd cùm quidam sororem suam iam nubilem, cuidam se daturum in vxorem [a] ea præsente, & consentiente [b], præstito iuramento firmasset: & illa non post multos dies, dona [c], & munera viri secundùm morem terræ sponte suscipiens, ipsum tanquam proprium virum [d] sæpe amplexata fuisset: tandem mortuo fratre, à proprio viri [e] sui fratre, se desponsari permisit [f], & quòd ab † illo cognita fuisset, mendaciter asseuerat. Cùmque ei prohibuisses [g] publicè, ne cui illorum, vel alicui † se copularet: ipsa spretis monitis tuis, alij [h] nubere non expauit. Demum cùm mulieri præcepisses, vt ad domum matris rediret, ipsa nostram audientiam appellauit. *& infra.*

¶ Mandamus, quatenus si est ita, præfatam mulierem (ne mandatum [i] tuum contemptibile videatur) ad domum matris redire compellas, & imposita sibi de tanto excessu [k] pœnitentia condigna, postquam in domo materna per mensem steterit, ad tertium reuerti permittas.

¶ Idem Vigorieñ. † & Baroneñ. Episcopis.

¶ *Sponsalia de futuro cum vna etiam contra interdictum Ecclesiæ contracta, non habent dirimere matrimonium postea contractum cum alia.*

CAP. II.

Ex † litteris Cantuarieñ. Archiepiscopi ad nos peruenit, quòd cum G. de sancto Leodegario M. filiam suam absentem [l], cuidam R. nomine desponsasset. *& infrà.*

¶ Postea orta suspicione, quòd præfatus R. ad alia desideraret vota transire, ad examen fuit dicti Archiepiscopi causa perlata: qui sub anathematis interminatione [m] prohibuit [n], ne antequã de præscripto negotio plenè cõstaret, vir ad secunda vota transiret: sed ipse præscripta prohibitione contempta filiam V. in facie Ecclesiæ sibi solemniter copulauit vxorem. *& infrà.*

¶ Cùm Archiepiscopus vellet de matrimonio primo cognoscere, dicta M. appellationis vocem emisit: cuius appellationi Archiepiscopus deferens, eidem

Litteræ.] Sunt duæ partes. In prima facit narratio. In secunda responsio ibi, *Mandamus.* Abbas.

Casvs. Quidam iuuenis iurauit sororem suam iam nubilem se daturum cuidam in vxorem ea præsente, & consentiente. Postmodum munera, & dona secundùm morem terræ recipit ab illo, tanquam proprium sponsum sæpius cum amplexando: tandem mortuo fratre suo, à fratre sponsi se desponsari permisit, dicens, quòd ab eo cognita fuerat: Episcopus loci præcepit eidem, ne alicui illorum nuberet, aut etiã alij: ipsa, spreto mandato Episcopi, cum alio cõtraxit, propter quod Episcopus ei præcepit vt ad domum matris rediret: ipsa verò ad sedem Apostolicam appellauit: Episcopus factum significauit domino Papæ: Mandat Papa, quod si est ita, mulierem præfatam ad domũ matris redire compellat, imposita sibi pœnitentia condigna de tanto excessu, ne mandatum iudicis contemptibile videatur, & post mensem ad tertium virum reuertatur. Nota, quòd mandatum iudicis contemni non debet, aliàs punitur contemptor.

† *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. Vide, quod per hunc textum notas Gonzal. lib. 4. decret. p. 1. c. 4. § 1. adde omnino Palaciũ Anbiũ in Rubric. de don. inter vir. & vxor. § 3. in sp. cõtractis sponsali. & seq. & eundem super l. Taurina. 52. & ibi Anton. Gomeziũ, vbi latè de donatis inter sponsos.*

† *ab eo.*

† *alij, in recentioribus: sed in antiquis, alicui, legitur.*

a ¶ *Daturum in vxorem.*] Futuram scilicet, cum sponsalia tantùm contraherentur.

b ¶ *Præsente, & consentiente.*] Expresse, & hoc agebatur, quòd mediante fratre tanquam per procuratorem sponsalia contraherentur, quod fieri potest. *ff. de sponsal. l. vlt.* alias si per fratrem tantùm contraherentur, non valerent, nisi ipsa postea consentiret: sed frater tantùm ad hoc obligatur, vt sororem inducat, vt cum illo matrimonium contrahat. *ff. de verb. oblig. in illa stipulatione & l. quotiens quis alium.*

c ¶ *Dona, & munera.*] Differentia est inter donum, & munus [b]. *ff. de verb. signific. inter donum.*

d ¶ *Tanquam proprium virum.*] Spe futuri matrimonij, non rei præsentis: & ita non est matrimonium, & hoc patet per fin. & hoc ipso etiam si ea absente contracta fuissent sponsalia, consentire videtur ipso facto.

e ¶ *Viri.*] Id est, sponsi, sic 22 q. 2. *gemnit.*

f ¶ *Permisit.*] Et malè, quod facere non debuit: ĩ. *de sponsal. ad audientiam, & cap. sponsam.*

g ¶ *Prohibuisses.*] Et bene, *suprà de sponsalib. duorum, & cap. sequenti.*

h ¶ *Alij.*] Scilicet, tertio.

i ¶ *Mandatum.*] Nota, quòd remittitur causa ad eum, à quo appellatum est: vel quia non tenuit appellatio, vel quia ipsa nõ fuit prosecuta suam appellationem, & Episcopus factum significauit Papæ: vnde mandat ei, vt si est ita, ipsam compellat redire ad domum matris quia ipsa contempsit mandatum Ecclesiæ, a tertio viro propterea non separabitur. Et est hic argum. quòd mandatum iudicis non est contemnendum. 34 *dist. ¶. cap. 1. artic. 8. quæst. 1. sciendum. 11. quæst. 3. si autem vobis, & cap. quando ergo, & ff. ne quis in ius. pub. leg. vltim.* & puniri debent contemptores, vt hic patet, & ĩ. *eo. cap. prox. & l præ dicta, & argum. ff. si quis ius di. non obt. l. vnica:* aliàs delusorium videretur edictum iudicis. *ff. de re iudic. leg. contumacia. §. contumax.*

a *Quod dic, vt infrà de sponsal. impub. c. vno. in fin. lib. 6. Ioan. And.*

b *Secundùm Ala. munus ex causa donum ex causa. & sine causa. Ioan. And.*

k ¶ *Excessu.*] Scilicet, de fide violata prioris sponsi: & quia desponsare se permisit a fratre sponsi, & quia mãdatum Ecclesiæ contempsit: & sic patet, quod iudex potest punire contumacem, vt dictum est.

† *Vigorm. & Banton.* † *Vigornie. 8. sed ferè in omnibus manuscriptis: V. g. & Baron. Episcopis.*

Ex litteris.] Summatum est ĩ. *cap. proximo.* In prima narrat factum. In secunda illud diffiniendũ committit ibi, *Mandamus.* Abbas.

Casvs. Quidam filiam suam M. nomine absentem, desponsauit cuidã R. nomine. Postmodum orta suspicione, quòd idem R vellet aliã ducere in vxorem, delata fuit quæstio super hoc ad Archiepiscopum Cantuarieñ. qui sub interminatione anathematis prohibuit, ne antequã de causa ipsa constaret, vir acciperet aliam in vxorem. Sed ipse nõ obstante prohibitione, quandam aliam sibi solenniter copulauit. Sed cum Archiepiscopus vellet cognoscere de primo matrimonio, mulier ad sedem Apostolicam appellauit: Archiepiscopus eius appellationi deferẽs, præcepit eidem mulieri sub pœna excommunicationis, ne alicui nuberet, donec causa finem debitum sortiretur, ipsa tamen de appellatione cõfisa alium in virum accepit: Archiepiscopus negotium illud significauit domino Papæ: Vnde mandat eidem, quatenus si nihil constiterit, quod impediat præter consensum de futuro, qui inter præfatum R & M. dicitur interuenisse, secundum matrimonium legitimum iudicet, non obstante appellatione: & quamuis contra mandatum Ecclesiæ contrahere non debuisset, non tamen matrimonium debet propter hoc dissolui: pœnitentiam tamen imponat illis, pro eo, quòd contra prohibitionem Ecclesiæ contraxerunt. Nota, quòd matrimonium superueniens sponsalibus dissoluit sponsalia. Item qui contraxit contra prohibitionem Ecclesiæ, puniri debet.

† *Cap. 3. eo. tit. in 1. compila. & post Conci. Lateran. sub Alexan. iij. part. 6. cap. 28. Et quatenus ad principalem decisionẽ attinet videlicet, quod per subsequens matrimonium dirimuntur sponsalia. vide B. Thom. lib. 4. sen. distin. 27. q. 2. art. 3 & Sotum ibi. art. c. adde cita. ĩ. de sponsal. de illis & c. si inter. & c. sicut.*

l ¶ *Absentem.*] Quæ postea consensit, aliàs non tenuissent sponsalia [c], & ita inter absentes contrahuntur sponsalia, & matrimonium. *ff. de sponsal. l. vltim. & 31. quæstio. 2. honorantur.*

m ¶ *Interminatione.*] Comminatio tantùm fuit, non sententia. *argum. contra. ĩ. de eo qui fur. ordin. re. cap. 1. & suprà de locato. cap. 1.*

n ¶ *Prohibuit.*] Quod facere debuit. *suprà cap. prox. & infrà, cap. prox.*

c *Concor. text. in l suf ficit. ff. de sponsal. l. in potestate, cũ l. seq. eod. titul. Iohann. And.*

a ¶ *Districtius interdixit.*] Nota, quòd licet iudex deferat appellationi, nihilominus tamen potest interdicere, ne faciam id, propter quod appello, vel quod ex eo sequitur: nec mirum, cùm sit ordinarius: potest etiam statuere terminum appellanti. ṡ. *de appell. sæpe contingit*, de causa tamen inuito appellante, postquam detulit appellationi, cognoscere non possit: quia iam remisit eam ad superiorem. 2. q. 1. *nemo*. & ṡ. *de offi. deleg. licet*.

¶ *Glos. seq. reßitetur per quæstionem, allegat quidam.* *quod intra pro*, & *vnum contra*, & *soluit*.

b ¶ *Donec causa ipsa.*] Hic fertur sententia ipsa sub conditione. 63 *dist. Salonitanæ*. 5. *qu*. 5 *quidam*. 17. q. 4. *si quis suadente*, & ṡ. *de appellat. præterea*, *argu. contra* 2. *qu*. 6. *biduum*. Sententia excommunicationis bene potest ferri sub conditione, *vt in cap. præterea*: aliæ verò sententiæ non debent ferri sub conditione: latè tamen tenent, vt prædicto *cap. biduum*.

c ¶ *Ob id.*] Sic patet, quòd interdictum Ecclesiæ nō dissoluit matrimonium, vt ṡ. *c. prox*. quia nō est perpetuum impedimentum, vt dixit ṡ. *de sponf. du. tua*. sed pœnitentia debet ei imponi, quia mandatum Ecclesiæ contempsit. ṡ. *c. prox*. Bern.

a *Quasi delegatus hoc non posset, sed Inn. dixit hoc speciale propter animarum periculū, & in fauorem matrimonij: de hoc dixi ṡ. de appell. cùm teneamur. Ioann. Andr.*

† *præfatum*.

b *Aldo in hoc, quod not. per Dom. in l. 2 §. biduum. ff. de verb. obl.*

† *aliqua, in recētioribus, non in omnibus veteribus, alia, legitur.*

c *Sed multū videtur vide[re], quale sit id interdictum.*

sub excommunicationis interminatione districtius [a] interdixit, ne cui nuberet, donec [b] causa ipsa finem debitum sortiretur: ipsa tamen de remedio appellationis confisa, cuidam alij V. nomine nupsit. & *infrà*.

¶ Mandamus, quatenus, si nihil constiterit, quod impediat præter consensum de futuro, qui inter præfatos † R. & M. asseritur præcessisse, secunda matrimonia inuiolabiliter obseruanda, sublato appellationis obstaculo iudicetis. Licèt enim contra interdictum Ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit, non est tamen conueniens, vt ob [c] id solùm, sacramentum coniugij dissoluatur: alia † tamen pœnitentia eis debebit imponi, quia contra prohibitionem Ecclesiæ hoc fecerunt.

¶ Idem Paduano Episcopo.

¶ *Si hi, qui dicebantur consanguinei, contraxerunt contra præceptū Iudicis, debent separari, donec de causa cognoscatur.*

CAP. III.

De † muliere. & *infrà*.

¶ Illos autem, qui pro consanguinitate prohibentur coniungi, & post contra interdictū [d] Ecclesiæ se receperint, excommunicationi debes subiicere, donec [e] tandiu separentur, quousque [f] legitime cognoscatur, vtrùm eorum matrimonium possit, & debeat iure stare.

De muliere.] Casvs. Quidam volunt contrahere matrimonium: dicitur, quòd sunt consanguinei: Ecclesia præcipit illis, ne contrahant, donec de consanguinitate constiterit: ipsi prohibitione contempta, contrahunt. Quæritur, quid iuris: Respondet Papa, quòd debent ab inuicē separari, quousque cognoscatur, an de iure possint simul remanere. Nota, quòd si suspecti de consanguinitate contrahunt contra prohibitionem Ecclesiæ, separandi sunt vsque ad finem causæ: aliàs non essent separandi, quousque de causa plene constaret.

† *Cap. 5. tit. de spon. alib. § illos in 1. compilat. & post Conci. Latera. sub Alexan. iij. part. 6. cap. 19. § illos. pars cap. de muliere, ṡ. de sponsalib.*

d ¶ *Contra interdictum.*] Quod facere non debuit, vt ṡ. *c. prox.* & *de sponf. duorum, tua*. & *de hoc* 33 q. 4. *non oportet*.

¶ *Glos. seq. recit. per quæstionem.*

e ¶ *Donec separentur.*] Hæc sententia est ad tempus: vnde ex tempore tollitur sine aliqua absolutione, vt hic videtur *arg. sup. de sponf. non est vobis*, & 81. *dist. si qui sunt* ... quòd etiam post separationem absoluantur, saltem ad cautelam, ne videantur excommunicati tantùm, dum simul manent.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & ibi remittit.*

f ¶ *Quousque.*] Argum. contra. *suprà de sponf. duorum, tua. in fin.* sed ibi soluitur, qualiter illud, & ea quæ in hoc titulo dicuntur, intelliguntur circa huiusmodi separationem.

d *Ita non necessarium vt à sententia excommunicationis absoluantur, quicquid hic dicat glo. & alij, c. cùm desideres, & c. à nobis 2. ṡ. de senten. excom.*

QVI FILII SINT LEGITIMI.

¶ *Suprà visum est de multis impedimentis matrimonij: sed quia sæpe filij nascuntur ex matrimonio contractis contra impedimenta Ecclesiæ, & dubitari potest, an, & quando ipsi filij sint legitimi: ideo subiungitur ista rubrica.*

De hac materia habetur 26. dist. deinde. 34. dist. viduam. 7. qu. 2. nuper. 32. q. 4. dicat. 25. q. 7. cap. fin. Abbas Siculus.

Onquestus.] Primo ponitur impetrantis querela. Secundo causæ commissio ibi, *Idcóque*. Abbas Siculus.

Casvs. Quidam H. nomine quandam in vxorem accepit: R. patruus ipsius mulieris volebat eam priuare hæreditate paterna, pro eo quòd ipsa nata fuit antequam pater suus matrem suam acciperet in vxorem, dicens eam illegitimam fuisse: vnde prædictus M. conquestus fuit domino Papæ, & ipse mandat, quatenus si est ita, eam iudicet legitimam, prædicto R. prohibendo ne hac occasione super paterna hæreditate eam debeat molestare: quod si contra fecerit, excommunicetur. Nota, quòd matrimonium sequens legitimat filios natos ante matrimonium. Item legitimationis causa pertinet ad Ecclesiam: quia est accessoria matrimonio.

TITVLVS XVII.

Qui filij sint legitimi.

¶ Alexander tertius.

¶ *Naturalis ex soluto genitus, & soluta, legitimatur per subsequens parentum coniugium, etiam quoad hæreditatem.*

CAP. I.

Conquestus † est nobis H. quod cū quandam mulierem in vxorē acceperit R. patruus mulieris ipsam exhæredare conatur, eò quòd ante desponsationem matris suæ nata fuerit, licèt postea pater mulieris præfatæ, matrem ipsius acceperit [g] in vxorem. Ideóque mādamus, quatenus, si est ita, eam legitimam [h] iudicetis, prædicto R. inhibentes, ne dictæ mulieri, hac occasione [i], super hæreditate paterna molestiam inferat, vel grauamē. Si autem contra hoc venire præsumpserit, eum † seueritate Ecclesiastica percellatis.

¶ Idem.

¶ *Separato matrimonio in facie Ecclesiæ contracto, filij geniti, vel concepti ante sententiam, sint legitimi.*

CAP. II.

Cvm † inter I. veterem, & T. mulierem diuortij sententia canonicè sit prolata, filij eorum non debent exinde sustinere iacturā: cùm parentes eorū publicè [k], & sine cōtradictione [l]

g ¶ *Acceperat in vxorem.*] Et sic legitimata sunt per subsequens matrimonium; *suprà eod. tanta*.

h ¶ *Legitimam.*] *Instit. de nup. §. vlt. & in Auth. quibus mod. nat. effic. leg. § sancitum, col. 6 & ṡ. eod. tanta, & 30. qu. 5. nullum.*

i ¶ *Hac occasione.*] Quia ex quo pronunciata fuerit legitima, cessabit occasio ista: vnde si propter hoc vellet eam molestare, potest, & debet ab Ecclesia excommunicari: cùm causa matrimonij ad Ecclesiam spectet, & per consequens legitimatio, quæ est accessoria *argum. contra. ṡ. eod. causam quæ*. Non est contra: ibi principaliter cōmittitur causa super quæstione possessionis, quæ ad Papā non pertinet, inter eos qui non sunt suæ iurisdictionis, sed ad iudicem secularem, vt ibi patet, & 8. *dist. quo iure*: hic verò principaliter cōmittebatur causa filiationis, quæ ad Ecclesiam pertinet: & ea determinata, determinatur per consequens causa inquietationis, quæ fiebat huic mulieri, eò quòd illegitima dicebatur: & ita cessante illa causa patet, quòd iniusta esset vlterius inquietatio ex illa causa: vnde Papa ratione saltem peccati potest se intromittere. ṡ. *de iudic. nouit* & *argum. 2. qu. 1 si peccauerit*, vel Papa habebat hic vtramque iurisdictionem. *argum. ṡ. de appell. si duobus*, & ita nulla est oppositio.

e *Naturalis, qui non est in patria potestate, redigitur in illam per matrimonium subsecutum Ioan. Andr.*

† *Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. & post Conci. Latera. sub Alexan. iij. pars. 33 cap. 5. Et de materia vide Antonium Gabriel. lib. 6. cōmu. concl. titu. de legitimatione, concl. 1. & Couarru. li. 4. decretal. part. 2. ca. 8. § 2.*

† *In vulgatis recentioribus ita: cōtra eum seueritate Ecclesiastica procedatis, sed in omnibus antiquis, vt est impressum.*

† *Cap. 2. eo. tit. in 1. cōpilat. & post Conci. Latera. sub Alexan. iij. part. 33. cap. 5.*

Cvm inter.] Primò ponit causam diffinitionis. Secundò diffinit ibi, *Ideoque*. Abbas.

Casvs. Ioan. contraxit matrimonium cum Teberga in facie Ecclesiæ, de qua filios suscepit: tandem cùm grauida esset, accusatum fuit matrimonium de consanguinitate: fuit lata sententia diuortij inter eos: dubitatur, an filij nati ante sententiam, & qui conceptus ante fuerat, essent legitimi: Respondet Papa super hoc consultus, quòd filij non debent inde sustinere iacturam, cum parentes in facie Ecclesiæ publicè contraxissent: & ideo statuit Papa, vt filij eorum, quos habuerunt ante sententiam, & qui cōceptus fuerat ante ipsam sententiam, legitimi habeantur, & in bonis paternis hæreditario iure succedant, & de parentū facultatibus nutriantur. Nota, quòd qui in facie Ecclesiæ publicè contrahunt, quamuis impedimentum subsit, tamen filij de tali matrimonio nati, secundum antiqua iura legitimi erunt, etiamsi postea separentur: hodie statur super hoc illi constitutioni, scilicet, *de clandestina desponsatione, cum inhibitio*.

k ¶ *Publicè.*] Scilicet, denunciatione præmissa in Ecclesia publicè: aliàs hodie dicitur clandestinum. ṡ. *de clandestina desponsatio. cum inhibitio*.

l ¶ *Sine contradictione.*] Si quis contrahat non præmissa denunciatione, vel ea præmissa contingat matrimonium ex iusta causa interdici, & non obstante contradictione contrahat: si postea impedimentum probetur, filij medio tempore nati, illegitimi erunt,

Alij dicuntur spurij, vt nati ex adulterio, vel vulgò concepti *ff. de sta. ho. vulgo.* & hi in nullo succedũt, nec institui possunt à patre, *l.* vt in prædicta Auth. *licet patri. & 32. qu. 4. dicat aliquis*, nec ali debent de bonis parentis. *C. de incest. nup. Auth. ex complexu. Argu. contra. s. de eo qui dux. in matrimon. cùm haberet*, ibi soluitur.

quàm Apostolatus. Sed Ala. & Tan. dixerunt, quod Imperator licet imperiũ à solo Deo dicatur processisse, executionẽ gladij temporalis recipit ab Ecclesia: Ecclesia enim est vnum corpus: ergo vnum solum caput debet habere. Item Deus vtroque gladio vius est, vt *nos. de iud. nouit.* hic adde, quod ibi dicitur. Item Moyses vtrinque gladiũ habuit, cuius[c] successor est Papa. Præterea Papa ipsũ confirmat, & cõsecrat, & coronat, & eum deponit. *s. de elect. venerabilem. & 15. qu. 6. alius*, hoc vltimum verius credo.

¶ Idem Londoñ. & Vigorieñ. Episcopis.

¶ De causa ciuili inter Laicos nõ cognoscit Ecclesia: cognoscit tamen an quis sit de legitimo matrimonio natus.

CAP. VII.

CAusam [a] †, quæ inter R. & F. super eo, quòd mater dicti R. dicitur non fuisse de legitimo matrimonio nata, agitari dignoscitur, vobis commisimus terminandam. Verùm quia litteris nostris inseri fecimus, vt sępefato R. possessionem omnium, quorum possessor extitit, quando auus suus proficiscendi Hierosolymam iter arripuit, ante principalis causæ ingressum faceretis restitui, si eadem possessione fuisset per violentiam spoliatus: Nos attendentes, quòd ad Regem [b] pertinet, non ad Ecclesiã de talibus possessionibus iudicare: ne videamur iuri Regis Anglorum detrahere, qui ipsarum iudicium ad se asserit pertinere: Fraternitati vestræ mandamus, quatenus Regi possessionum iudicium relinquentes, de causa principali, videlicet, vtrum mater [c] prædicti R. de legitimo sit matrimonio nata, pleniùs cognoscatis, & causam huiusmodi terminetis: licèt incongruum [d] videatur, vt matrimonium genitricis [e] præfati R. impetatur, quod ea viuente non fuit (vt dicitur) impetitum.

¶ Idem Episcopo, & Archidiacono Vincentino.

¶ Si mulier per iudicium Ecclesiæ separata à primo, viuente illo contrahit secũdo, legitima erit proles, quam ex illo suscepit.

CAP. VIII.

PErlatum † est ad audiẽtiam nostram, quòd cùm H. ad partes Constantinopolitanas trãsisset [f], & ibi moram per decennium, & ampliùs faciens, ad I. vxorem suam non rediens †, ipsa apud bonæ memoriæ Vincentinum Episcopum, aduersus eum querelam deposuit: & quòd cum non posset diutius expectare, nihilominus allegauit. Episcopus verò sicut vir prouidus, & discretus, parentibus [g] viri mandauit, vt pro eo mitterent, & ipsum ad propria reuocarent: cúmque elapso lõgi temporis spatio † vir non remearet ad propria, Episcopus inconspectu Ecclesiæ auditis rationibus mulieris, inter eos sententiam diuortij promulgauit [h], & mulieri, vt alium duceret, facultatem indulsit.

¶ Ideóque mandamus, quatenus si constiterit, quòd Episcopus inter eos sententiam diuortij tulerit, filios, quos sustulit de alio, ad cuius copulam auctoritate prædicti Episcopi migrauit, legitimos iudicetis, eos hac occasione ab hæreditate non patientes excludi.

a CAusam.] Primò ponitur commissio. Secundò eius forma, & limitatio ibi, *Verùm.* Abbas.

a ¶ *Causam.*] Nota ordinem huius facti: Radulphus, de quo habes *s. eod. causam quæ.* & F. iste de quo habes hic, fuerunt fratres: R. iste suscepit Agatham de Anchina muliere vxore Alani: Agatha ista de legitimo matrimonio suscepit istum R. de quo habes hic, & sic Radulphus fuit auus istius R. Radulphus iste, scilicet auus fuit vltra mare, & dimisit istum R. & Agatham matrem ipsius R. filiam ipsius Radulphi in possessione omnium bonorum ipsius: audito quod Radulphus mortuus esset vltra mare, iste F. statim spoliauit ipsum R. possessione omnium bonorũ Radulphi aui sui, quorum in possessione remansit, qui fuit vltra mare: quia dicebat Agatham nepotẽ suã matrem ipsius R. nõ fuisse natam de legitimo matrimonio, vt *s. eod. causam quæ.* & sic nec ipsa, nec R. eius filius debebat succedere Radulpho fratri eiusdem F. sed ipse F. vnde iste R. sic spoliatus ab F. auunculo suo impetrauit litteras super restitutione sua ad istos Episcopos Londoñ. & Vigorieñ. & Exonieñ. sub hac forma, vt ante ingressũ principalis causæ deberent cognoscere super eo, quòd mater ipsius R. dicebatur de non legitimo matrimonio nata, ita tamen vt ante principalis causę ingressum, deberent ei restituere hæreditatem aui sui: sed quia Rex turbatus, & motus fuit, quod Papa iudicium possessorium commiserat illis, reuocauit iudiciũ istud de restitutione, quod pertinet ad Regem, & mãdat, vt procedat super quæstione natiuitatis ipsius Agathæ, prout patet in littera: postea verò quia isti Episcopi forsitan non procedebant, iste impetrauit eandem causam committi Episcopis Exonieñ. Vigorieñ. & eidem Londonieñ. & quia F. habebat Episcopum Londonieñ. suspectum, fecit illum remoueri, & loco illius substitui Abbatem Hertfordeñ. vt *s. de offic. deleg. causam quæ. & s. eod. causam*, & sic habes hic totam continentiam illarum decretalium, & hæc decretalis debet præcedere in titulo illo aliam Bern. Nota, quod iurisdictio temporalis nõ pertinet ad Papam. Item Papa non intendit iuri alicuius detrahere. Item de statu alicuius quæritur post eius decessum.

a *Hæc facti narratio Bernardiesi, & in antiquis codicibus reperitur.*

† *Cap. 7. eo. tit. in 1. compilat. & post Concil. Latera. par. 33. cap. 4.*

¶ *Gl. seq. pro iurisdictione, quod sit distincta, al. 7. iura in contrarium alleg. 4. & ponit opi. Hu. & contrariã Ala. & Tan. quam approbat.*

b ¶ *Ad Regem.*] Et sic patet, quod iurisdictio spiritualis, & temporalis distincta est. & diuisa. *de consec. dist. 3. celebritatem, in fin. & in Authen. de fid. instru. circa princ.* per vnam columnam: & sic Papa non habet vtramque iurisdictionem. *arg. s. eo. lator. & 13 qu. 5. regnum. & 8 dist. quo iure & 23. qu. 2. inter hæc. in fin. & 23 q. 4. quæsitum. arguunt.* quod Papa intromittit se de hæreditate. *arg. contra. s. eod. c. 1. & 20. q. 3. præsens. in fi. 15 qu. 6. alius. & 24. qu. 1. loquitur.* Hug. dixit, quod imperator à solo Deo habet potestatem in tẽporalibus, Papa verò in spiritualibus, & sic diuisa est iurisd. quia prius enim fuit Imperator, quàm coronã reciperet à Papa, & gladium ab altari. *quod iudex legimus* : quia ante fuit imperiũ,

b *Similis gl. extat s. de iudi. cap. nouit. verbo, iurisdictionum: vbi de hoc articulo plenissimè scripsit Martinus, Nauarrus, & Turrecremata in c. cum ad verũ. 96. d. & in summa de Ecclesia, lib. 2. c. 113. & 114. sed tene, quòd declarauit Bonifacius viij. in extrauag. vnam sanctam de maior. & obed.*

c *Meliùs dixisset Moysem fuisse typum, & figuram Papæ.*

c ¶ *Mater.*] s. Agatha.

d ¶ *Incongruum.*] Quia crimina morte extinguuntur. *Cod. si reus vel accus. mor. fue. l. 1. & 2 & 3. 23. distin. quorundam. & 33 qu. 2. admonere.* Et ideo post mortẽ nullus accusari potest, nisi in tribus casibus, vt *de hæresi. 24. qu. 2. sanè profertur* : & forte in crimine læsæ maiestatis propter bona & filios. *arg. 6. q. 1. c. quæro. §. verùm. & c. si quis cum mi litibus*: & hic, ratione honorũ quæritur de delicto alicuorũ post mortem: scilicet vtrum Agatha fuerit nata de legitimo matrimonio: dicebatur enim nata de Anchina, & Radulpho: & modo quæritur, vtrum inter eos fuerit legitimum matrimoniũ, sic *s. eod. lator.* & de statu alicuius quandoque quæritur propter bona. *C. de liberali causa, principaliter, & C. ne de statu defunctorum. l. quamuis.* Bern.

e ¶ *Genitricis.*] Id est, matrimonium de quo nata est Agatha genitrix præfati R. vt dixi, & non de matrimonio, de quo natus fuit R. quia nõ agitur de illo.

† *Cap. 8 eo. tit. in 1. cõp. & post Conc. Later. part. 50. cap. 23.*

† *redires.*

† *Adde, quid dicatur esse longum tempus. not. in pri. ar. ... capi. § 1. & in l. fi. C. de præscript. longi temp.*

PErlatum est.] Sunt duæ partes. In prima facti narratio. In secunda commissio ibi, *Ideoque*, Abbas.

CASVS. Quidam H. nomine habens vxorẽ, ad partes Constantinopolitanas se transtulit: vbi per decẽ annos, & ampliùs morã faciens, ad vxorem suã nõ rediit: vnde ipsa corã diœcesano Epo, aduersus eũ querelã deposuit, & quia ipsum vlteriùs expectare nolebat, Eps mandauit parẽtibus, vt ipsum ad propria reuocarẽt: cũ ergo diutiùs expectatus fuisset, nec rediret. Eps auditis rationibus mulieris, inter eos sententiã diuortij promulgauit, & dedit mulieri licentiã contrahẽdi cum alio. & sic auctoritate Ecclesię cõtraxit cum alio, de quo filios suscepit. Cõtra filios istos obijciebatur, quod nõ erãt legitimi, & ideo ab hæreditate paterna repellendi. Consultus Papa respõdet, & mãdat quibusdã, quatenus si cõstiterit, quod Episcopus inter eos sententiã diuortij tulerit, filios quos de alio, ad cuius copulã auctoritate Ecclesię trãsiuit, sustulit, legitimos iudicẽt, & hac occasione nõ patiantur eos ab hæreditate repelli. No. quod filij nati de matrimonio auctoritate Ecclesię cõtracto legitimi sũt habẽdi, licet matrimoniũ nõ fuerit legitimũ.

f ¶ *Transijsset.*] Causa vagãdi, secundũ Innocentiũ, vel in odium mulieris, vt sic staret impedita: & sic absentia fuit maliciosa, per quod nõ obstat, sed cõcordat. *s. vt lite non contestata. quoniam § fin. autem, & s. de sponsalibus*, de illis secundùm Hostien. Ioan. And.

g ¶ *Parentibus.*] Et amicis similiter mittere debuit *ff. ex qui. cau. maio. in integ. restit. l. ergo.* & edictũ publice proponi debet, *s. de dolo, & contum. causam quæ. & cap. vlt.* sed in hoc casu non est taliter procedendum, nisi se per contumaciam absentasset. *s. vt lite non contest. quoniam § porrò, & § seq.* Bernard.

¶ *Gloss. seq. quærit. arg. pro & contra solùm resp. indent ad hoc cap.*

h ¶ *Promulgauit.*] Probato impedimẽto perpetuo. Sed nũquid est iste legitime processus lite nõ contestata. *arg. quòd sic. s. vt lite non contest.* ...

d *Hæc nota ex lectura Ioan. Andr. perperam irrepsit inter glossas, cùm Bernardo sit.*

illud factum videtur ex necessitate, ne ius mulieris periret. Sed contra. ℥. ut lite non contesta. c. quoniam. §. porrò. & §. sequ. cum hodie stadum videtur. Sed verùm episcopus bene, vel malè processerit [a], non quærebatur, sed tantum utrùm filij nati de alio viro, cum quo auctoritate episcopi cōtraxit, legitimi essent: & respondetur, quòd sic, & non aliud. arg. ff. si quid in fran. par. l. 1. §. si quid in fraudem. & quia de illo quæsitum non fuit, responsum non extitit. sic ℥. de elect. innotuit ad fin. & ideo filij illi legitimi erunt: quia auctoritate ecclesiæ, & publicè contraxit. ℥. c. c. 2. Ber.

a Hæc latiùs prosequuntur hic, Hostiensis, Ioan. Andr. & recentiores.

¶ Idem Beluaceñ. Episcopo.

¶ Filij nati ex matrimonio clandestino per Ecclesiam approbato, sunt legitimi. hoc dicit inhærendo litteræ.

CAP. IX.

Quod † nobis: *& infra.* ¶ Si qui autem de clandestino [a] matrimonio, postmodum ab Ecclesia comprobato, generati fuerint [b], eos legitimos iudices filios, & hæredes.

† Cap 3 tit. de clandest. desp. et. in 1. compil. & post concil. Later. p. 50. cap. 7. Vide citata in cap. cùm inhibitio. ℥. de clā. despon.

Quod nobis.] Casus. Dicitur hic, quòd nati de clandestino matrimonio postea per Ecclesiam approbato, iudicentur legitimi. Nota, quòd ab initio non valuit, ex post facto conualescit. Item ratihabitio retrotrahitur.

a ¶ De clandestino] Quot modis matrimonium dicatur clandestinum, dicitur ℥. de clan. despon. cùm inhibitio.

b ¶ Fuerint.] Post approbatum matrimonium ab Ecclesia, seruata solennitate quæ traditur ℥. de clandest. desponsatione, cùm inhibitio. quia legitimi erunt, etiamsi postea matrimonium separetur iusta de causa. secus si ante approbationem generati fuerunt de clandestino matrimonio ab Ecclesia non approbato, vel non seruata forma prædicta, contraxerūt: quia filij non excusantur, si contra matrimonium aliquid postea probetur, ut in prædicta constitutione, cum inhibitio, talis ergo si ipsi scilicet de clandestino matrimonio ante approbationem Ecclesiæ nati, post approbationem legitimi erunt. [illegible] alique ℥. eo. tanta arg. si postea contra matrimonium aliquid non probetur de quibus intelligitur. ℥. de clandestina desponsatione c. [illegible] pars hæc est, & ℥. eo. tanta. Bernar.

† Cap. 1. e. t. in 3. comp. Et de impedimento iustitiæ publicæ honestatis. vide, quod diffinimus concil. Trid. sess. 24. de refor. mat. c. 3. adde citatos in c. ad audientiam. in qui. de sponsal.

Cœlestinus iij. Eboraceñ. Archiepiscopo.

¶ Nati ex matrimonio contracto contra publicæ honestatis iustitiam illegitimi sunt, & ab hæreditate parentum excludendi. & tene mēti hunc casum, quia sæpe per ignorantiam accidit.

CAP. X.

Referente [c] † nobis: *& infra.* ¶ Fraternitati tuæ taliter respondemus: quòd publicæ honestatis iustitia prohibente, matrimonium inter eos contrahi non potuit, & contractum debuit separari [d]: at per hoc cùm filij, nec per Ecclesiæ permissionem [e], nec per paternam ignorantiam [f] excusentur, ad successionem bonorum paternorum non videntur aliquatenus admittendi.

Referente.] Si scientes inter se impedimentum, matrimonium contraxerunt, illegitima est proles eorū. Primò ponitur consultatio [illegible] ibi, Fraternitati. Abbas Siculus.

b Hic casus Bernardi est, & in antiquis Gregorij codicibus reperitur.

c ¶ Referente.] Casus. [illegible] ℥. de desponsatione impuberum. cap. duo pueri. [illegible] contraxit sponsalia de futuro cum quadam [illegible] voluntate contraxit per verba de præsenti cum alia, & [illegible] sponsalia priora [illegible] matrimonium cū quadam [illegible] contraxit [illegible] matrimonio [illegible] filij. Quærebatur, an essent legitimi. Et respondetur, quòd non: quia publicæ honestatis iustitia impediente, non potuit esse matrimonium inter eos. nec ignorantia excusat eos, quia parentes scienter contraxerunt, nec dispensatio Ecclesiæ fuit. secus. Bernar. Nota, quòd publicæ honestatis iustitia impedit, & dirimit matrimonium. Item paterna ignorantia non excusat filios.

d ¶ Separari.] [illegible] impedimentum illud perpetuum est, ex quo impedit, & dirimit matrimonium iam contractum. sic ℥. de sponsa. c. ad audientiam. & c. commenis.

c Quot modis illegitime [illegible] legitimentur: vide per tot. quæ sito in cap. proximè sequ. super glossa. in ver. eo filium ap. p. llauit.

¶ Glos. seq. [illegible]

e ¶ Permissionem.] [illegible] Ecclesia non approbante tale matrimonium, vel permissionem, [illegible] dispensationem, quia post. a Ecclesia [illegible] & per dispensationem Ecclesiæ approbatur matrimonium [illegible] filiorum. ℥. de consang. & affi. quod [illegible] ℥. per venerabilem [illegible]

¶ Glos. seq. ponit tres casus [illegible] moderatur.

f ¶ Ignorantiam.] Paterna [illegible] ignorantia [illegible] vel alterius [illegible] filios sine legitimos [illegible] eos. ℥. eod. ex tenore & [illegible] Item subsequens matrimonium. ℥. eo. tanta. & c. 1. Item legitimatio principis. ℥. eod. per venerabilem. hodie verò paterna ignorantia non excusat filios omissa illa solemnitate. ℥. de clād. desp. [illegible] inhibitio. Ber.

Peruenit.] Primò ponitur mulieris querela, super qua datur iudex: secundò instruitur super modo decidendi ibi, Mandamus. Abbas Sic.

¶ Idem.

¶ Ad dicendum prolem illegitimā non sufficit probare impedimentum matrimonij, si fuit in facie Ecclesiæ contractum.

CAP. XI.

Peruenit † sanè ad nos ex insinuatione L. viduæ, quòd cùm inter G. patrem suum, & A. matrem illius, matrimonium fuisset legitimè celebratum, quandiu vixerunt, quietè permāserunt †, post illorum decessum quidam asserentes eam de non legitimo matrimonio fuisse susceptam, à paterna hæreditate, tanquam illegitimam amouere conantur: Mandamus itáque, quatenus si est ita [g], dictam viduā legitimam nuncietis.

Casus. Quidam post mortē parētum Luciæ viduæ nitebantur eam remouere ab hæreditate paterna, dicētes eam non fuisse de legitimo matrimonio natā: ipsa verò dicebat, quòd inter G. patrē suū, & A. matrē ipsius, matrimoniū fuit legitimè celebratum, & quādiu vixerunt, quietè insimul permanserunt sine reclamatione: & ideo legitima debebat iudicari: vnde mulier significauit hoc domino Papæ: & ipse mandat quibusdā, quatenus si est ita, ipsam viduam legitimam debeant iudicare. Nota, quòd ex quo matrimonium in facie Ecclesiæ cōtractum est, & simul manēt tanquā vir, & vxor, filij inde nati legitimi debent iudicari.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. comp.

† Permanserunt.

¶ Glo. seq. signat contrarium: ponit duas opiniones & soluit: iterum signat contrarium, & soluit.

g ¶ Si est ita.] Arg. contra ℥. e. causam quæ. ibi mandatur inquiri de matrimonio post mortē coniugū: hic autem videtur denegari. Ala. dicit, quòd ibi lapsum erat quinquennium à morte coniugum; ibi non. arg. ff. ne de sta. defunc. l. 1. & 2. & C. eod. tit. si ut qui. & per totum. Vel hic mater dicebatur nata de non legitimo matrimonio impediente statim: vnde post mortē quæri nō debet. Sed hoc est diuinare. Vnde dicimus, quòd ex quo constat matrimonium in facie Ecclesiæ contractum, & bona fide filij legitimi sunt, vt hic: & ideo dicit: Si est ita, quòd legitimè contractum hæc mulier probare debet, & sic intelligitur, quod dicitur: sed ibi non constabat de matrimonio: quia dicebatur, quòd Agatha nata fuit eo tempore, quo Ancilina mater eius habebat alium virum, & hoc aduersarius probare debebat, vt ℥. eo. causam quæ. & [illegible] negatur, quin alia pars possit probare contrarium, si voluerit: vnde si nihil probat, eo ipso quòd parentes illius in facie Ecclesiæ contraxerunt, & approbante ecclesia simul fuerunt vsque ad mortem, præsumitur legitimum matrimonium inter eos: quare filij legitimi sunt habendi, quousque contrarium ostendatur. Aliud contrariū fortius signatur. ℥. eod. lator. & ℥. de ord. [illegible] cognitionem. ibi ille qui opponit aduersus legitimè natum, debet hoc probare, hic contra: quod videtur iniquum. Potest dici, quòd hic non constabat de matrimonio parentum illius viduæ, nec erat communis opinio, quòd illi fuissent legitimè coniuncti: & ideo mulier debet probare matrimonium suum, vnde dicit Papa: Si est ita, arg. ad gratiam. ℥. cap. prox.

d Intellectus autem dirimitorij respiciens: sunt legitimi, nisi cùm valde vrget contra vicinis [illegible] sit Ripa in l. 1. nu. 22. ff. de vulg. & pu. subst. ex sententia Bartol. ibi citati.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cōp. Et de materia [illegible] & glo. latissimè hic præ aliis agit Præpositus.

¶ Innocentius III.

¶ Statur dicto testium, qui probāt aliquem legitimum, licèt fama viciniæ, & tractatus parentum habeat contrarium.

CAP. XII.

Per † tuas litteras intimasti, quòd R. ex muliere, quam secundùm opinionem maioris partis viciniæ in concubinam habebat, prole suscepta, quandam pòst, & aliam ea

Per tuas. In primo ponitur consultatio. In secunda responsio ibi. Nos autem. Abbas Siculus.

Casus. Quidā R. quandā habebat cōcubinā secundū opinionem maioris partis viciniæ, de qua filiū suscepit, & postmodū ea dimissa, aliam accepit in vxorē: & illa concubina aliū in maritū, processu temporis idem R. in extremis multorū firmauit [illegible] testamento, quam vidētur habere pro cō[illegible] affirmauerat, quod eā habebat in vxorem, & quē filium ēdem datā prole suscepit ex illa. Tunc [illegible] esset in extremis, illum, quē susceperat ex illa, legitimū [illegible] appellans hæredē sibi instituit. Sed cū dubitaretur, vtrùm iste sic susceptus esset legitimus hæres ipsius, cōsilium fuit eundi iudicēt, vt de hoc cognosceret: iudex præter illud, quod ex quadā decretali Alexādri habebatur, vbi dicitur quod stādū est verbo viri, & mulieris, testes recepit à filio prædicti R. inductos, quibus probauit, quòd dictus R. ma-

item

trē ipsius affidauerat, antequā illū suscepisset ex ea: & ita illum pnūtiauit legitimū hæredē ipsius R. dubitatū fuit postea an dictus iudex legitime processisset? Cōsultus Papa, rñdet eidē iudici considerans, q plus est, quod in veritate agitur, quàm quod simulate cōcipitur; licet R. videatur ipso facto matrimoniū denegasse, quod inter eos fuerat celebratū, cū ad alia vota transiuit: tamen quia desponsatio per testes legitimos probata fuit, siue per verba de præsenti, siue per verba de futuro carnali copula subsecuta fuerit celebrata: nō tā innitentes decretali Alexandri: quæ in casu dissimili loquitur quàm inductis probationibus, rñdet Papa iudicem legitime processisse, eius sententiam cōfirmans. Nota, quòd veritas opinioni præfertur. Itē filij de matrimonio præsumpto suscepti, legitimi sunt.

a ¶ *Ea.*] I. vxore, quā duxit, illa concubina dimissa.

b ¶ *Affidauerat.*] Id est fidem dederat, quòd eam duceret in vxorem.

c ¶ *Ex ea.*] Quam affidauerat.

d ¶ *Filium appellauit.*] Eo ipso, q quis filium naturalem in extrema volūtate nominat filiū & hæredē instituit, intelligitur eū legitimasse[b]. *C. de natu. lib. Aut. istē si quis.* Et hoc intellige, si aliàs legitimos non habet. *In Authent. quib. mod. nat. effi. l. §. si verò non habens. col. 6.* Item si pater offerat filiū naturalem imperatori, & fiat curialis, legitimus erit. *in Authent. quib. mod. nat. effi. sui. §. si quis verò. coll. 7.* Item si nullo alio filio existente, ipse filius naturalis patre defuncto, offerat seipsum curiæ, legitimus efficitur. *in Auth. eod. tit. §. 1. & §. si quis verò.* Item si pater filium naturalem in publico instrumento, vel cum subscriptione testium nominauit filium, nec adiecit naturalem, legitimus est. *in Authen. vt lic. ma. & auiæ. §. ad hoc. coll. 8.* Item est hic arg. quòd ex sola nominatione aliquis acquirit ius. *32. q. 4. dicat aliquis. & arg. ś. de præsumpt. illud. & ś. de proba. per tuas. Insti. de adoptio. §. vlt. & ff. de proba. l. vlt. ar. contra 2. q. 1. mul. in fi. 27. q. 2. inuenta 23. q. 4 forte. C. de proba. neque. & l. non epistolis & C. de lib. cau. l. iubemus.* De hoc dictum fuit *ś. eo. transmissæ.*

e ¶ *Cōmissum.*] Id est, à iudice seculari causa filiationis fuit huic remissa. *arg. ś. eo. later.* Vel forte à Papa fuit ei causa commissa.

f ¶ *Ex quadam decretali.*] *ś. eo. transmissæ.*

g ¶ *Cōprobauit.*] Sic videtur, quòd aliquis possit probare se filiū alicuius. *ś. de fil. presby. Michael.* de hoc dicitur *ś. e. transmissæ.*

h ¶ *Affidasse.*] Supple, antequam ipsum suscepisset ex ea: vnde postea per carnalem copulam subsequentem, fuit matrimoniū præsumptum inductum: contra quam præsumptionem non admittitur probatio in contrarium. *ś. de spon. is qui.* aliàs si simpliciter probasset, quòd eam affidasset, non determinando tempus, insufficiens fuisset talis probatio. *ś. de probatio. in præsentia. ś. de condi. appo. per tuas.*

i ¶ *Agitur.*] *C. plus val.* quod agitur per totū, in rubro, & nigro.

k ¶ *Ipso facto.*] Sicut ipso facto negatur matrimonium, sic & ipso facto renūtiatur matrimonio spirituali, siue priuilegio cler. *ś. de vita & hone. cle. cap. vlt.* sic opere contrariū, vel facto negamus Christ. *22. q. vlt. cauete. & 11. q. 3. existimant.* & sic præsumitur, quod à primo odio recessit. *33. q. 1. requisisti. q. 2. c. 1.*

l ¶ *In casu dissimili.*] Nam ibi parentes testificabantur contra illum, qui dicebat se eorum filium, hic vero pro ipso filio: & ita multum prodest filio dictum parentum. *ff. de proba. & ff. de lib. agno. l. 1. §. Iulianus. & ś. de præsump. afferte. & C. de rei vxor. act. l. vnica. §. si liceat. & ff. de probat. l. vltim. ff. ad Carbo. l. 1. §. si quis. & l. quod Labeo.* Io.

† *dum.*

† *Præter Doctores hic vide Panor. in c. fin. de mutuis petitio. & Ias. in l. neque professio. C. de test.*

a *Hæc glos. nec est Bernardi, nec habetur in vetustis codicibus.*

b *Ex hac gl. habes varios modos, quibus illegitimè nati legitimātur: hos & alios recenset latè Cassanæus super consuetudines ducatus Burgundiæ Rubric. 8.* des successions des Bastards. *in §. 3. in te. ab intestat. & Socinus lib. 4. sen. d. 41. q. 2. a. 4.*

† *transiuit.*

c *Hæc dissimilitudo parùm valet. nam si creditur negāti, quare non consitenti? sed dic, quod ibi negabatur filiatio, hic qualitas. Item hic falsum contradicebat verbo. ibi secus. Item hic assertio viri tantùm: ibi viri, & mulieris. Ioan. Andr.*

defuncta, duxit in vxorē: & ea[a], de qua prolem susceperat, virum sibi alium copulauit: processu verò temporis idem R. in præsentia multorum, firmauit proprio iuramento, quòd eam, quā habere visus fuerat concubinam, priùs affidauerat[b] in vxorem, quàm ex ea[c] filium genuisset: & postea cùm † ageret in extremis, eum, quem ex ea susceperat, in testamento hæredem instituens, legitimum filium appellauit[d] †. Cùm autem tuæ inquisitioni fuisset commissum[e], an filius sic susceptus, legitimus esset heres ipsius R. & ad eius patrimonium admittendus: tu præter id, quod ex quadam decretali[f] bonæ memoriæ Alexandri Papæ prædecessoris nostri, standum esse super hoc verbo viri, & mulieris credebas: receptis testibus à filio eiusdem R. productis, quibus legitimè comprobauit[g] prædictum R. matrem suam in capella sancti Sergij affidasse[h], eum ipsius R. hæredem esse legitimum iudicasti.

¶ Nos autem attendentes, quòd plus est, quod in veritate agitur[i], quàm quod simulatè cōcipitur, licèt dictus R. cùm ea dimissa, quam vt concubinā habuerat, ad alia vota transiuerit † videatur ipso facto[k] matrimonium, quod inter eos celebratum fuerat, denegasse; quia tamen desponsatio per testes legitimos cōprobata, eos matrimonialiter fuisse coniunctos ostendit; siue desponsatio ipsa fuerit de præsenti, vt per cōsensum legitimum per verba de præsenti expressum, copula matrimonij inter eos fuerit celebrata; siue per verba de futuro carnali copula subsecuta; non tam decretali dicti prædecessoris nostri, quæ in casu dissimili[l] loquitur, quàm inductis probationibus innitētes, te processisse legitimè respondemus, sentētiam tuam auctoritate Apostolica confirmantes.

Per venerabilem. Post Abbatem. Ioan. Andr. summa sic: Papa non legitimat in temporalibus alienæ iurisdictioni subiectos. h. d. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima petitio. In secunda responsio, ibi, *Quod autem.* Secunda subdiuiditur in quatuor. In prima probat quinque rationibus, quòd dispēsationē petitam facere potest. In secunda ibi, *Videbatur.* ponit similitudinem, quam inducebat petitor, quā quinq; rationibus improb. In tertia ibi, *Rationib.* probat auctoritate veteris Testamenti, & noui, quod vbique terrarum certis ex causis inter Christianos potest se Papa de temporalibus intromittere. In quarta ibi. *Licet.* petitionem exaudire noluit, quia omnis lex contradicebat. Abb. Siculus.

Casvs. Nobilis vir G. de Monte Pessulano, legitima sua vxore exclusa, aliam superduxit, de qua filios suscepit. tandem per Archiepiscopum Arelatē. petijt à domino Papa, vt filios suos legitimaret, quatenus eis natalium obiectio, seu exceptio nō noceret, quo minus sibi succederēt: quod dispensare possit, ostēdit pluribus rationibus. Primò sic: Apostolica sedes diuersis causis inspectis dispensauit cum quibusdam minùs legitime genitis, non solum naturalibus, sed etiam adulterinis, vt possent in Episcopos promoueri: multò fortiùs videtur, vt eos ad actus legitimare possit seculares, præcipue vbi superiorem alium præter Romanum Pontificem non cognoscant, qui legitimandi habeat potestatem: quia quod potest in maiori, multò magis potest in minori. Secundò probat idem per simile tale: eo enim ipso, quòd aliquis ad dignitatem Episcopalem promouetur, eximitur à patria potestate. Præterea si Episcopus scienter seruum alterius in presbyterum ordinaret, liber efficitur, licet ordinator satisfacere Domino teneatur: monstruosum enim videretur, vt qui ad actus spirituales legitimus fieret, ad actus seculares illegitimus remaneret. Vnde eo ipso quòd in spiritualibus dispensatur, per consequentiam intelligitur in temporalibus dispensatum. Sed in patrimonio beati Petri illud potest Apostolica sedes libere facere, in quo summi principis obtinet potestatem. Tertiò etiam videbatur ex hoc posse trahere audaciam postulandi: quia Rex Franciæ Reginam Francorum vxorem suam dimisit, & aliam superduxit, ex qua filios suscepit (sicut & iste nobilis) cum quibus Papa dispensauit; sic cum filiis illius nobilis poterat dispensare. Postmodum respondet Papa ad id, quod dictum est, quòd dispensauit cum filiis Regis Franciæ dicens, quòd res illa non similis, sed valde dissimilis inuenitur: Rex enim Franciæ à Regina fuit per Legatum sedis Apostolicæ per sententiam separatus; sed iste nobilis temeritate propria vxorem suam deiecit; & Rex Franciæ antequam ad eum prohibitio perueniret de non contrahendo cum alia, superduxit aliam, ex qua filios suscepit: sed iste nobilis in contemptum Ecclesiæ aliam superduxit: præterea Rex Franciæ circa matrimonium impedimentum affinitatis obiecit, & coram Legato testes induxit, qui sententiam tulit, quæ reprobata fuit propter iudiciarium ordinem non seruatum: iste nihil obiecit, propter quod separari deberet: & vtrùm filij Regis legitimi fuerint, vel illegitimi, potest non immeritò dubitari, quandiu pendet quæstio affinitatis oppositæ: quia si affinitas opposita approbata fuerit, apparebit, quòd illa non fuit vxor regis, & ita per consequens alia legitima apparebit, & ita filij legitimi fuerunt. Præterea cùm Rex superiorem in temporalibus nullum habeat, sine iniuria alicuius se poterat sedi Apostolicæ subijcere, in quo videri

Idem nobili viro G. Montis Pessulani.

¶ *In terris Ecclesiæ Papa potest liberè illegitimos legitimare; in terris verò alienis non. nisi ex causis multū arduis, vel nisi in spiritualibus: tunc tamē indirectè, & per quandā consequentiam intelligitur legitimare, etiam quoad temporalia: hoc tamen vltimum non est sine scrupulo. hoc dicit secūdum intellectum, qui placet Panormitano, & est caput difficile, & multum famosum.*

CAP. XIII.

PEr † venerabilem fratrem nostrum Arelatē. Archi-

† *Cap. 2. eo. t. in 3. comp. Et de materia text. & gloss. præter Doctores hic, vide Cou. in epitome 4. decret. par. 2. c. 8. §. 8.*

videri posset aliquibus, quòd per seipsum, non tanquam pater cum filiis, sed tanquam princeps cum subditis posset dispensare. Ille ergo nobilis alij est subiectus. His ergo rationibus consideratis Papa dispensauit cum filiis Regis Franciæ, causam ostendens tam ex veteri Testamento, quam ex nouo: quia non solum in patrimonio beati Petri, in quo plenã habet potestatem in temporalibus, verumetiã in aliis regionibus, certis causis inspectis casualiter iurisdictionẽ temporalem exercerer, & hoc ostendit per lege veteris Testamenti. Sed difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinẽ, & sanguinem, causam, & causam, leprã, & leprã, & iudiciũ inter portas videris variari, venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tẽpore, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Tandè exponit auctoritatem Deuteronomij, quod intelligendum sit per eam: exponit auctoritate veteris Testamenti, dicit Papa, licet cum filiis Regis, de quib. ab initio dubitabatur, an legitimi fuerint, duximus dispensandũ: quia tamen tam lex Mosaica, quàm canonica sobolem ex adulterio susceptam detestatur, dicente Dño, quòd mazeres, & spurij vsque ad decimam generationem nõ intrabunt Ecclesiam, & canõ vetat tales ad sacros ordines promoueri, & secũdum leges à paterna hæreditate repelli debet, & denegari alimẽta, etiam petitioni istius nobilis nõ duximus annuendum. Nota, quòd in causa matrimoniali, vbi agitur de fœdere matrimonij, ordo iudiciarius est seruandus, aliàs non tenet sententia. Item matrimonium, quod nõ tenet, nõ impedit aliud matrimonium, quod de iure potest valere, cum postea cõtraxerit, quòd primũ nullum fuit, & filij de secũdo nati legitimi sunt. Item aliquis facit aliquid cum filiis non tanquam pater, sed tanquam Rex. Item Papa potest legitimare ad ambos actus, spirituales & temporales: vbi habet vtrãque iurisdictionẽ. Item in certis casibus iurisdictionem tẽporalẽ potest exercere in aliena temporali iurisdictione. Item excommunicatus, mortuus reputatur. Ite spurij ad sacros ordines nõ debẽt promoueri, & secundum leges non succedunt, quibus etiam alimenta negantur.

† *Qui dicantur filij naturales, & adulterini spurij, & alij illegitime nati, quomodo nomine appellentur, vide plene per Illustrissimũ Cardinalem Palæotũ in l. de nothis, & spuriis filijs.*

† *Aliud etiam in minori.*

† *videtur.*

episcopum [a] tua nobis humilitas supplicauit, vt filios tuos legitimationis dignaremur titulo decorare, quatenus eis, quò minùs tibi succederent, natalium obiectio non noceret. Quod autem super hoc Apostolica sedes plenam habeat potestatem [b], ex illo videtur, quod diuersis causis inspectis, cum quibusdam minùs legitimè genitis, non naturalibus [c] † tantùm, sed adulterinis [d] etiã dispensauit, sic ad actus spũales illos legitimans, vt possint in Episcopos promoueri: ex quo verisimilius creditur, & probabilius reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat seculares: præsertim [e] si præter Romanos Pontifices inter homines superiorem [f] alium non cognoscãt, qui legitimãdi habeat potestatem: quia cùm maior in spiritualibus tam prouidentia, quàm auctoritas, & idoneitas requiratur [g]: quod in maiori conceditur, licitũ esse videtur & † in minori [h]. Per simile quoq; id videtur posse probari, cum eo ipso, quòd aliquis ad apicẽ Episcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria potestate [i]. Præterea etiamsi simplex Episcopus, scienter seruum alterius in Presbyterum ordinaret [k], licèt ordinator satisfacere Domino teneretur, ordinatus tamen iugum euaderet seruitutis: videretur † siquidem monstruosum: vt qui legitimus ad spirituales fieret actiones, circa seculares actus illegitimus remaneret. Vnde cùm in spiritualibus dispensetur †, consequẽter intelligitur in temporalibus dispensatum. Id autẽ in patrimonio beati Petri [l] liberè potest Apostolica sedes efficere, in quo & summi Pontificis auctoritatem exercet, & summi Principis exequitur potestatem. ¶ Videbatur autem ex eo trahere maiorem audaciam postulandi, quòd cùm Rex Francorum I. Reginam dimiserit, & ex alia postmodum superducta puerum susceperit, & puellam, & tu similiter exclusa legitima, superduxeris aliam, ex qua filios suscepisti: sicut cum filiis Regis eiusdem, sic cum tuis credebatur de benignitate Apostolicæ sedis dispensandum. Verùm si veritas diligenter inspicitur, non res similis, sed valde dissimilis inuenitur: nam Rex ipse à Regina per Remeñ. Archiepiscopum Apostolicæ sedis Legatum, fuit per sententiã [m] separatus: tu verò vxorem tuam à temeritate propria separasti [n]. Ipse quoque priusquam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera peruenisset, aliam superduxit, ex qua prolem geminam noscitur suscepisse: sed tu in contemptum Ecclesiæ, aliam superducere attentasti. Præterea, Rex ipse contra matrimonium impedimentum affinitatis obiecit, & coram prælato Archiepiscopo testes induxit, cuius sententia, quia cassata fuit solummodò propter iudiciariũ ordinem non seruatum [o]: Nos

in temporalibus: sed eo ipso, quòd legitimat aliquem quoad spiritualia, per consequens legitimat eũ quoad temporalia, quæ sunt minus digna, & sic legitimat per cõsequẽtia, sed nõ directè: sæpe enim permittitur aliquid indirectè, quod non permittitur directè, arg. 4. q. 3. c. si testes. §. serui. respon. & ff. de auctor. tutor. l. 3. Ioãnes adhæsit allegationi, quam ponit hîc dominus Papa: sed contrarium credo, scilicet quòd dominus Papa non possit legitimare aliquẽ quantũ ad hoc, vt succedat in hæreditate tãquam legitimus hæres, qui non sit: dico de sua iurisdictione temporali, sic enim esset mittere falcem in messem alienam, & vsurpare alienam iurisdictionem: quod esse non debet. s. de iudi. nouit. & 6. q. 3. scriptum est. & priuare aliquem iure succedẽdi: vnde credo, quòd non possit legitimare nisi quoad actus spirituales: tamen quidã legitimationem extendũt ad honores seculares, vt per hoc intelligatur esse legitimatus, vt possit esse iudex, habere huiusmodi honores temporales, quos aliàs habere non posset: & in hac sẽtẽtia fuerunt Laurẽtius, Vincentius & Tancredus.

† *dispensatum.*

c ¶ *Non naturalibus.*] Naturales large omnes appellantur, præter adoptiuos, & spirituales. 30. quæst. 3. §. 1. plerunque enim illi tantùm qui ex liberis concubinis nascuntur, vt hic, & 32. q. 4. liberi.

d ¶ *Adulterinis.*] Vt putà filiis presbyterorum, qui cùm fornicantur, adulterantur, cum sint quasi mariti ecclesiarum, vt 96. dist. Cenomanensem.

e ¶ *Præsertim.*] Id est, maxime, secundum Io. secundum alios. præsertim, id est, tantum.

f ¶ *Superiorem.*] Papa enim super omnes est. 96. dist. duo sunt. & 9. quæst. 3. cuncta. & suprà de maioritate, & obedientia solitæ.

g ¶ *Requiratur.*] Supple, quantum ad temporalia.

h ¶ *In minori.*] 95. dist. illud. 16. q. 2. ca. 2. & s. de deci. ex parte. Et cõnuerso cui interdicitur minus, & maius interdictum esse videtur. s. de sententia excommun. cum illorum. & 74. dist. gesta. & ff. de his exportandis. error. §. cui. & ff. de interdict. & relegat. l. relegatorum. §. sicet.

i ¶ *A patria potestate.*] 53. dist. cap. si seruus. & in Authen. constit. quæ de dignit. ipsa à pa. po. §. palam. coll. 6.

k ¶ *Ordinaret.*] 54. dist. si seruus absente. & c. ex antiquis.

l ¶ *Beati Petri.*] Dicebat Ioan. maxime. Sed tu dic, tantùm, vt dixi s. quia quoad totum seculare non potest legitimare, nisi princeps ei permitteret: in seruo scienter ordinato secus est, sed ipse tenetur Domino satisfacere, vt hic dicitur.

m ¶ *Per sententiam.*] Cui standum erat, donec in contrarium probaretur, suprà. de re iud. sicut & suprà de renun. in præsentia. licet iniqua ff. de iust. & iure. l. penul. §. 1. & ff. de reg. iur. res iudicata.

n ¶ *Separasti.*] Quod facere non debuit, etiamsi causa esset manifesta. s. de diuor. porrò. cum talis separatio sit pœna, quæ non debet inferri nisi per iudicem [b]. 33. q. 2. sine. §. in hoc.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*

o ¶ *Iudiciarium ordinem non seruatum.*] vt 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua. & arg. s. de proba. quoniam. & s. de elect. dudum. & s. vt lite non contesta. accedens. arg. contra. s. vt lite non contes. cap. 1.

¶ *Glo. seq. ponit contrarium.*

a ¶ *Arelaten. Archiepiscopum.*] Nunc olim fuit sedes episcopalis, 7. 18. q. 3. Arelaten. & fuit suffraganeus Narbonensis, vt ibi.

¶ *Glossa sequens recitetur per quæstionem, an Papa quoad successionem legitimet. argu. quod non. ponit opinionem Ioannis soluis contrarium, & subdit tertiam opinionem.*

b ¶ *Habeat potestatem.*] Ex eo enim quòd legitimat aliquẽ in spiritualib. per cõsequẽtiam & in tẽporalibus, prout ipse Papa argumentatur hic: propter hoc tamen, quòd legitimat aliquem in spiritualibus, non probatur, quod habeat iurisdictionẽ in temporalibus: legitimare enim pertinet ad voluntariam iurisdictionem ff. de officio procõsulis. l. 2. item quia ad Papam nihil spectat de temporalibus. s. eod. causam quæ. & c. lator. & s. de iud. nouit. nisi in casibus. s. de foro compe. licet. & c. ex tenore, vt ibi dicitur. & sic videtur, quòd Papa quoad temporalia legitimare non possit, vbi non habet temporalem iurisdictionem. Adhoc dixit Ioannes, quod dominus Papa non habet potestatem legitimãdi

a De materia huius glossæ in fine disputationis vide Præpositũ, Turrecr. & alios in c. si quis. 6. 1. & Hieronymũ Gigantem in tract. de crimine læsæ maiestatis l. 3. tit. de pœnis, quas filij incurrunt. 12.

b Adde, & ecclesiast. concil. Triden. s. 24. de refor. matri. de sacramento matrimonij, cap. 11.

& c. quoniam. §. 1. vbi dicitur, quod ordo iudiciarius non vsquequaque seruatur in causis matrimonialibus. sed hic cassata fuit propter hoc sententia. Illa contraria intelliguntur, quãdo altera pars est absens per contumaciam: tunc enim ordo iuris non seruatur per omnia, immò testes recipiunt lite non contestata, & fertur sententia propter periculum fornicationis, *vt in c. quoniam*: sed vbi altera pars non est absens, sed præsens vtraque pars, debet ordo iuris seruari: aliàs non valet sententia, vt hic a. Et dic, cassata, id est, cassa, & irrita nunciata, *vt c. accedens. s. vt lite non contest.*

suo proprio facto: vt s. de instit. c. vlt. & s. de iure patro. per tuas. Ioan.

post restitutionem Reginæ, alios cognitores duximus deputandos: tu verò vxori tuę nihil quod diuortium induceret obiecisti: cùm etsi fides tori sit vnum de tribus † bonis coniugij [a], non tamen ipsius violatio coniugale vinculum violasset [b]. De filiis ergo eiusdem Regis, vtrum legitimi, vel illegitimi fuerint, quandiu pendet quæstio affinitatis obiectæ, potest non immeritò dubitari [c]. Nam si affinitas fuerit comprobata [d], prædictam Reginam non esse Regis coniugem apparebit, & per consequens alia videbitur sibi legitimè copulata, & filios ei legitimos peperisse. Insuper cum Rex superiorem in temporalibus minimè recognoscat [e], sine iuris alterius læsione in eo se iurisdictioni nostræ subiicere potuit [f]; in quo videretur aliquibus, quòd per seipsum (non tanquam pater cum filiis, sed tanquam [g] princeps cum subditis †) potuit dispensare: tu autem nosceris aliis subiacere. *& infra.*

¶ Rationibus igitur his inductis Regi [h] gratiã fecimus requisiti: causam tam ex veteri, quàm ex nouo Testamento trahentes: quòd non solùm in Ecclesiæ patrimonio [i], (super quo plenam temporalibus gerimus potestatem) verumetiam in aliis regionibus, certis [k] causis inspectis, temporalem iurisdictionem casualiter exercemus: non quòd alieno iuri præiudicare velimus, sed quia sicut in Deuteronomio continetur: [Si † difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinẽ [l], & sanguinem, causam, & causã, lepram & lepram, & iudicium inter portas videris variari [m]; venies ad Sacerdotes [n] Leuitici generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore: qui indicabunt tibi iudicij veritatem: & facies, quæcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, sequerisque eorum sententiam. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, decreto Iudicis morietur.] Sanè [o] cùm Deuteronomium lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli [p] comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo Testamento debeat obseruari. Locus enim, quem elegit Dominus, Apostolica sedes esse cognoscitur. Cùm enim Petrus vrbem fugiens † exiuisset, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, reuocare, interrogatus ab eo, Domine quò vadis? respondit: Venio Romã iterũ crucifigi: quod † intelligẽs pro se dictum ad locũ ipsum protinus est reuersus [q]. ¶ Sunt autem Sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico, in executione Sacerdotalis officij coadiutores existunt. Is verò super eos Sacerdos siue Iudex existit: cui Dominus, inquit, in Petro: [Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis.] Eius vicarius, qui est Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech, cõstitutus à Deo Iudex viuorum, & mortuorum. Tria quippe distinguit iudicia: Primùm inter sanguinem, & sanguinem [r], per quod criminale intelligitur, & ciuile [s]. Vltimum inter lepram, & lepram, per quod Ecclesiasticum, & criminale [t] notatur. Medium [u] inter causam, & causam, quod ad vtrumque refertur, tam Ecclesiasticum, quàm ciuile: in qui-

a ¶ *De tribus bonis coniugij.*] Nota b, quod tria sunt bona matrimonij, vt hic dicit, sc. fides, proles, & sacramentum *27. q. 2. omne itaque. 32. q. 1. non enim in sola.* Fides, quia nullum adulterium dicitur fides tori cõiugalis, *vt c. non enim.* Proles, id est, ipse Deus. Sacramentum, quia nullum debet esse diuortium, *vt c. omne.* Vbi alterum illorum non seruatur, frangitur lex matrimonij. Iste nõ seruauit ista tria, scilicet fidem, quia cum alia adulterium commisit, sed Rex Frãciæ non fecit hoc propter sententiam: & quamuis fides non seruetur, matrimonium tamen durat, vt hic dicitur.

b ¶ *Violasset.*] i. dissoluisset: quia in nullo casu soluitur matrimonium post carnalẽ copulam nisi in casibus. *j. de diuor. gaudemus.*

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem.*

c ¶ *Dubitari.*] Et sic ex futuro euentu pendet, an sint iudicandi legitimi. *ar. s. de frig. & malef. c. fraternitatis. in fi.* Sed certe contrarium videtur, si secundùm matrimonium contractum fuit auctoritate Ecclesiæ ex vi sententiæ latæ, & toleratum fuit: lite pendente super primo, filij legitimi erunt. *s. eo per latum, & c. cum inter, & c. referente arg.* & ita sine aliqua dispensatione legitimi erunt.

d ¶ *Comprobata.*] Maximè: quia etsi non fuerit cõprobata, & restituatur viro, nihilominus proles legitima erit nata ex secunda vxore, quam auctoritate Ecclesiæ recepit post sententiã latam. vt *dixi in prox. no.* sed non est verum: quia sententia non tenuit propter ordinem non seruatum, & ideo necessaria esset dispensatio, si non probaretur affinitas.

e ¶ *Minimè recognoscat.*] De facto, de iure tamen subest Romano imperio. *7. q. 1. in apibus.* De hoc dicitur *s. de elec. per venerabilem.*

f ¶ *Subiicere potuit.*] *ff. de iurisd. om. iud. est receptum.*

g ¶ *Tanquam princeps.*] Nota, quod facit aliquid non tanquam Rex vt *s. de elect. quod sicut. §. penult. & c. cum inter canonicos: & c. cum inter vniuersas. & 23. q. 4. si Ecclesia. in fine. & ff. de adop. si consul. §. 1. & ff. quod cuiusque vni. inter eorum. §. 1.* & ita Rex erit hic actor, & iudex proprij facti. & licet forte Rex hoc facere possit, melius tamen facit, si abstinet à talibus. *ff. de offic procon. ne quicquam, ne videatur præstare auctoritatem*

h ¶ *Regi gratiam.*] Quia non potuit Rex legitimare filium suum, licet posset alienum: vel quia licet eum posset legitimare, vt subditum. s. vt succederet alij, non tamẽ vt succederet sibi, *arg. 8 q. 1. in scripturis. & 24 q. 1 didicimus.* Immò videtur, q ipso iure legitimi erant, cum nati fuissent de matrimonio auctoritate Ecclesiæ cõtracto, sed non est ita: vt *s. dictum est in notula, maximè.*

i ¶ *Patrimonio.*] Illos tantum de patrimonio suo legitimare potest: vt dictum est suprà.

k ¶ *Certis causis.*] s. cùm requirimur. & hoc probatur auctoritate Deute. s. cum variatũ est inter iudices, siue ambiguum, tũc recurrit ad iudicium Ecclesiæ: *vt j. sequitur & licet ex certis causis*, non ideo est ordinarius quoad temporalia. *s. de offi. ord. pastoralis. 1. respons. sed casualiter:* vt dicit littera *s. de fo. compe. licet. c. ex tenore. & c. ex parte.* Et ita est hic arg. de iurisdictione distincta. *s. eod. causam quæ. vbi de hoc. & s. de iudic. nouit. & s. de appella. si duobus.*

l ¶ *Inter sanguinem.*] Hæc verba exponuntur inferius.

m ¶ *Videris variari.*] Inter iudices, siue sapientes.

n ¶ *Veniens ad Sacerdotes.*] Arg. quod ex defectu iudicis secularis recurritur ad ecclesiasticum. *s. de fo. compet. licet. & 23. q. 5. administratores.*

o ¶ *Sane.*] Hic incipit Papa exponere auctoritatem Deuteronomij.

p ¶ *Ex vi vocabuli.*] Interpretatur enim noua lex antiquam.

q ¶ *Reuersus.*] Ipse Petrus, & ibi postmodum martyrium sustinuit c. *2. q. 6. Beatus Petrus, & Paulus.*

r ¶ *Inter sanguinem & sanguinem.*] Hæc est expositio eius, quod præmisit in auctoritate Deuteronomij.

s ¶ *Ciuile.*] Hoc est seculare iudicium.

t ¶ *Criminale.*] Id est, ecclesiasticum secundum canones.

u ¶ *Medium inter causam.*] Nota [d], quòd ista tria iudicia sic clarissimè secundum Hostiensem possent exponi. Primum, inter sanguinem, & sanguinem; illud est criminale, ciuile, siue seculare; quod idem est hic, vt quia accusator dicit esse probatum, quòd reus sanguinem fudit, i. aliquid criminale commisit, puta homicidium, adulterium, furtum: vel aliquod aliud simile. Vltimum inter lepram, & lepram; quia accusator dicit reum esse infectum lepra hæresis, vel simoniæ, siue sacrilegij, vel alterius criminis Ecclesiastici, & reus negat. Medium inter causam, & causam; quia actor dicit, quod reus tenetur sibi in centum ex mutuo, vel commodato, vel alia ciuili actione, vel etiam teneris mihi ad decimas præstandas, vel habeo ius patronatus in Ecclesia illa, vel alia simili actione ecclesiastica, & reus negat. In his enim omnibus, si quid difficultatis emerserit, est ad sedem Apostolicam recurrendum. *supra de appell. vt debitus. & supra de baptismo. c. maiores.*

† *Vide B. Augustinũ super Gẽ. ad litteram. li. 9. c. 1. & P. Lombardũ l. 4. sent. d. 31. vbi plenissimè de his tribus coniugij bonis.*

a Hodie dic, vt in cõcilio Viennensi de iud. c. dispendiosam.

b De materia huius glossæ vide plenè per D. Sotum l. 4. sen. d. 31. q. 1. arg. 2.

† *subiectis.*

Deut. c. 17.

† *Hæc Deut. auctoritas protenditur vsque ad illa verba.* Sane cùm Deuteronomiũ, *in ea imprimẽda secuti sumus antiqua, & magis emẽdata Gregorij exẽplaria. quãtũ ad verba nõnihil per differt à vulgata editione. sed eadẽ est sententia.*

† *Refert hoc B. Ambrosius l. 5. epistolarum epist. 33. inci. Dalmatius me tribunus. &. videmus, paulò post mediũ. tom. 3.*

† *Aliàs ita: quod Petrus intelligẽs pro se, &c.*

Matth. 16.

Psal. 109.

c Quod dic, vt not. inf. de elect. fundamenta. l. 6. Io. And.

d Hæc glossa non est Bern. nec habetur in antiquis codic. sed ex lectura Io. Andr. perperã collecta, hic ineptè fuit inserta: non est autem hinc ablata, quia vulgò cœpit in omnibus impress. circumferri.

a ¶ *Præcipi*

bus cùm aliquid fuerit difficile, vel ambiguum, ad iudicium eſt ſedis Apoſtolicæ recurrendum: cuius ſententiam, qui ſuperbiens contempſerit obſeruare, mori præcipitur [a], id eſt, per excommunicationis ſententiam velut mortuus [b] à communione fidelium ſeparari. Paulus etiam, vt plenitudinem poteſtatis exponeret, ad Corinthios ſcribens ait: [Neſcitis, quoniam angelos iudicabitis? quantò magis ſæcularia.] ¶ Licet igitur cum filiis ſæpedicti † Regis (de quibus, an fuerint legitimi ab initio, dubitatur) duxerimus diſpenſandum: quia tamen tam lex Moſayca, quàm canonica [c], ſobolem ſuſceptam ex adulterio deteſtatur [d], teſtante domino, quòd manſeres [e] † & ſpurij, vſque in decimam generationem in Eccleſiam non intrabunt: canone [f] verò vetante tales ad ſacros ordines promoueri: ſæcularibus quoque legibus non ſolùm repellentibus eos à ſucceſſione paterna, ſed negantibus ipſis etiam [g] alimenta, petitioni † tuæ non duximus annuendum.

¶ Idem H. † & R. Canonicis Beneuentanis.

¶ *Si coniugatus, viuente prima, in facie Eccleſiæ contrahit cum ſecunda hoc ignorante: legitima erit eorum proles.*

CAP. XIIII.

EX † tenore litterarum veſtrarũ nobis innotuit, quod cùm G. vidua hæreditatem quõdam R. mariti ſui ſibi, & pupillo filio ſuo reſtitui [h] poſtularet, pars aduerſa petitionem eius nitebatur excludere, pro eo, quòd R. maritum ipſius viduæ de adulterio genitum aſſerebat: *& infrà.* ¶ Intelligentes, quòd pater prædicti R. matrem ipſius in facie Eccleſiæ ignaram [i], quòd ipſe aliam ſibi matrimonialiter copulaſſet, duxerit in vxorem, & dum ipſa coniux ipſius legitima putaretur dictum R. ſuſceperit ex eadem: in fauorem prolis potiùs declinamus: memoratum R. legitimum [k] reputantes.

¶ Idem Epiſcopo Tib. †.

¶ *Proles infidelium, qui poſtea conuertuntur, legitima eſt: etiamſi parentes ſunt in gradu prohibito lege canonica.*

CAP. XV.

GAudemus: † *& infrà.* ¶ Cæterùm prolem de infidelium coniunctionibus [l] natam, qui ſecundo, tertio, vel vlteriore gradu ſecundùm opinionẽ [m] illorum † matrimoniali contraxerũt affectu; poſt fidem receptam (vtilitate publica ſuadente) legitimam volumus reputari.

TITVLVS XVIII.

Qui † matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari.

¶ Alexander iij. Pariſienſi † Epiſcopo.

¶ *Cũ agitur de fœdere matrimonij, reo abſente cõtumaciter poſſunt ſuper impedimento matrimonij recipi teſtes, dummodò ſint legitimi: & ad dicta eorum fertur ſententia.*

CAP. I.

REl̃atum † eſt, quòd cũ pater cuiuſdam puellæ, eam cuidã ciui Pariſieñ. † nuptui tradidiſſet, maritus poſt

a ¶ *Præcipitur.*] 11. q. 3. *abſit.*
b ¶ *Mortuus.*] 11. qu. 3. *nihil. & c. ſic debet: & 24. q. 3. corripiantur.*
c ¶ *Canonica.*] 56. *diſt. cap. 1. & s. de fil. presby. cap. 1. & 15 quæſt. 8. cum multæ.*
d ¶ *Deteſtatur.*] Niſi cùm ei fuerit diſpenſatum. 59. *diſt. Cenomanenſem.*
e ¶ *Manſeres.*] De his dictum eſt *de renunc. niſi cum pridem. §. perſonæ.*
f ¶ *Canone.*] s. *de electione. cùm in cunctis.*
¶ *Gloſ. ſeq. ſignat contrarium, ibi. remittit.*
g ¶ *Etiam alimenta.*] *C. de natu. libe. Authent. licet patri. & Cod. de inceſt. nupt. Authentic. ex complexu. Arg. contra. s. de eo qui duxit in matri. cùm haberet. Sol. ibi.*

EX *tenore.*] Sũt duæ partes. In prima iudicum conſultatio. In ſecunda rñſio, & eius ratio ibi, *Intelligentes.* Abbas Siculus.
CASVS. Quædam vidua petebat hæreditatem quondam R. mariti ſui reſtitui ſibi, & filio pupillo: pars aduerſa petitionem ſuam repellere nitebatur, pro eo quod dictum R. maritum ipſius de adulterio genitum aſſerebat, dicens, quòd pater dicti R. viuente vxore legitima, aliã M. nomine ſuperduxit, ex qua dictum R. maritum ipſius viduæ ſuſcepit: pars viduæ reſpondebat, quòd dicta vidua neſciẽs, quòd pater dicti R. aliam haberet vxorem, cum eo contraxit in facie eccleſiæ: vñ dictus R. filius ipſius debebat legitimus reputari, cùm illegitimi dici non debeant, qui de adultera conſcia non naſcuntur: Iudices qui de hac materia cognoſcebant, ſuper hoc dubitãtes conſuluerunt dominũ Papam. Vnde ipſe intelligens, quod pater ipſius R. matrem eius in facie Eccleſiæ ignaram, quòd ſibi aliam matrimonialiter copulaſſet, duxerit in vxorem, & dum legitima putaretur vxor, ipſum R. ſuſcepit ex ea, in fauorem prolis dictum R. legitimum iudicauit. Nota, quòd ignorantia alterius parentis facit, quod filij de tali matrimonio nati legitimi ſunt, & fauor prolis ad hoc coadiuuat.
¶ *Glo. ſeq. poteſt recitari per obiectionem.*
h ¶ *Reſtitui poſtularet.*] Tanquam tutrix. *Cod. quando mu. tut. of. fun. l. 2. & Authen. matrim.* Olim ſi mater curam, vel tutelam filiorum ſubire volebat, oportebat eam iurare, quòd non tranſiret ad ſecundas nuptias. hodie vero remittitur illud iuramentum: quia veniebant contra, ſed renunciant beneficio Velleiani. *in Authent. vt ſine prohib. debit. & credi. §. quia verò multam, coll. 7. & prædicta Authen. matri.* & ſi contraxerit, ſtatim expellitur à tutela. *C. eod. tit. Auth. ſacramentum. & s. de appellat. ex parte.* vbi hoc.
i ¶ *Ignaram.*] Hæc ignorantia facit, quòd filij ſunt legitimi cenſendi: aliàs non eſſent legitimi: vt *s. eod. referente.* vbi de hoc.
¶ *Gloſ. ſeq. not. & remittit, quærit, & ſoluit. alle. in contrarium.*
k ¶ *Legitimũ.*] Ex hoc patet, quòd ſufficit bona fides alterius parentis, vt filij dicantur legitimi: & ſi naſcãtur lite mota, legitimi ſunt, licèt poſtea ſeparentur, vel ſi ante ſententiam ſit cõceptus. *s. eo. cùm inter.* Circa huiuſmodi ſcientiam, vel ignorantiam tenendum eſt, *vt dicitur s. de clan. deſponſ. cum inhibitio.* Sed nunquid idem eſſet, ſi aliquis crederetur liber, cùm eſſet ſeruus, vt filius eius propter opinionem Eccleſiæ iudicetur liber, & legitimus quoad ordinem? Non: *vt Cod. ſolu. matrim. l. ſi cum dotem. §. vltima.*

G*Audemus.*] CASVS. Infideles quidam in ſecundo, vel tertio gradu ſecundùm opinionem ſuam contraxerũt matrimoniũ, & filios de tali matrimonio ſuſceperunt, tãdem conuerſi ſunt ad fidem. quæritur, an filij eorum legitimi ſint cenſendi? Reſpondet Papa, quòd vtilitate publica ſuadente debẽt legitimi reputari. Nota, quòd fauor fidei, & publica vtilitas attendenda ſunt.
l ¶ *Coniunctionibus.*] ſ. Paganorum, ſiue Iudæorum ad fidem poſtea conuerſorum: vt s. *de conſanguin. & affinit. de infidelibus. & j. de diuor. gaudemus.* cuius hæc eſt.
¶ *Gloſ. ſe. quærit, & ſoluit, & duas lecturas ponit.*
m ¶ *Opinionem.*] Talis opinio non legitimat, ſed præſtat occaſionem legitimandi: *ar. s. c. prox. & ca. per venerabilem. & ff. de ritu nup. qui in prouincia.* Sed nunquid eſt matrimonium inter tales? Videtur, quod ſic 26. *d. deinde. & s. de cõſang. & affinita. de infidelibus.* Solutionem collige *j. de diuor. gaudemus.* cuius hæc eſt pars. & deciſa videtur ante illum *§. qui autem,* &c. vt præcedat ſermo de coniunctis cum ſecundis, poſt diuortiũ factũ adhuc viuentibus repudiatis, in quibus non eſt matrimonium, vt ibi dicitur: filij tamen eorum reputantur ab Eccleſia legitimi vtilitate publica ſuadente, vt alij faciliùs conuertantur. Sed ſi intelligatur de filiis illorum, de quibus dicitur in principio illius *cap. gaudemus.* tunc planum eſt: quia inter illos eſt matrimonium, vt ibi patet. & ſic deciditur *§. quia vero.* quod potiùs credo: & filij talium legitimi ſunt.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE poſſunt, vel contra illud teſtificari.

¶ *Viſo de matrimoniis, & de impedimentis eorum, meritò ſequitur videre de ſeparationibus, & diuortiis: ſed quia ad diuortia peruenitur, accuſationibus, & teſtimoniis præcedentibus, ideo tractaturus auctor de diuortiis, præmiſit iſtam rubricam. Qui matrimonium accuſare poſſunt & contra ipſum teſtificari. Et ſic habet iſta rubrica duas partes. Tractat enim, qui ſunt accuſatores idonei, & qui idonei teſtes contra matrimonium. Abbas Siculus.*
De hac materia tractatur 35. q. 6. per totum.

R*Elatum.*] Communis diuiſio. Secunda pars ibi, *Cæterùm.* Abbas.
CASVS. Quidam filiam ſuam cuidam tradidit, cum qua per aliquot annos permanſit: tandem propter homicidium, quod commiſit, de ciuitate timore mortis receſſit:

1 Cor. 6.
† præfati.
Deut. 23.
† Manſeres qui dicãtur, vadis Compormmiae l. 4. decr. p. 2. c. 8. § 5.
† Alibi ita: Petitioni tuæ nõ duximus admittẽdam.
† Alias. H. & P.
† Cap. 3. eo. tit. in 3. cõpil. Et vide Baldum in l. qui cõtrã. Cod. de inceſtis nu.
† Tib.
† Tubu.
† Tyburtum.
† Cap. 4. eo. tit. in 3. cõp. Et præter Doctores hic vide Sotum l. 4. ſen. d. 39. q. unica. a. 3. ad 4. arg. & per totum articulum.
† coniug.
† Alias ita: De his, qui matrimonium accuſare, & c. aliàs deſunt illa verba; vel contra illud teſtificari.
† Parmen.
† Patrimo nium.
† Cap. 1. eo. tit. in 1. cõp.
† Parmen.

Postmodum dicebatur, quòd pater puellæ illum de sacro fonte leuauit: Episcopus loci fecit illum per litteras requiri, & per quinquennium expectatus non potuit inueniri. Consultus Papa respondet, quòd si manifestum est, quod asseritur, aut legitimi accusatores, & testes appareant, postquam iuuenis ille fuerit cū omni diligētia requisitus, etiamsi non potuerit inueniri, poterunt recipi testes, & sine canonico negotiū terminari. Nota, quòd in causa matrimoniali lite non contestata, recipiuntur testes altera parte absente.

aliquot [a] annos, quibus cum vxore permansit, propter homicidium, quod commisit, de ciuitate timore mortis exiuit [b]: nunc autē dicitur posse probari, quòd pater puellæ eum de sacro fonte leuauit †; sed litteris tuis quæsitus nondum potuit inueniri, licèt quinquennium sit transactum: *& infrà.*

¶ Cæterùm consultationi tuę taliter respondemus, quòd si manifestum [c] est, quod asseritur, aut legitimi [d] accusatores, & testes [e] appareāt: postquam iuuenis fuerit cum omni diligentia requisitus, etiamsi nequiuerit inueniri, testes recipere poteris. & sine canonico iudicium terminare.

Clemens iij.

¶ *Accusatio, & testimonium in causa matrimoniali personaliter, & non per litteras fieri debent.*

CAP. II.

At † Nobis est quæsitū, vtrùm aliqui super accusatione [f] matrimonij, nihil voce propria depromentes †, debeant per † solam chartulæ conscri-

¶ *Vide conc. Trid. s. 24. de ref. matr. c. 2.*

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

a ¶ *Aliquot annos.*] Sed de quot annis [a] intelliges? Potest dici, quòd de duobus: quia pluralis locutio duorum numero contenta est. 4. *qu. 3. ca. si testes. ver. vbi numerus. ff. de verb. signi. inter illam in fin. & ff. de manu. testam. libertas §. vlt. ff. de testi. vbi numerus.*

a *Nō video, quare se in hac gl. fatiget Io. And.*

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

b ¶ *Exiuit.*] Nōne illa sequi eum tenebatur? quod videtur. 13. *qu. 2. vnaquæque* [b]. *& 34. qu. 2. si quis necessitate ineuitabili.* Et potest dici, quòd tenebatur: quia ibi remanere non poterat iusta de causa, nisi fortè vagabundus discurreret: quia tunc non posset ipsum sequi. *argum. ff. de ope. lib. quod nisi. §. ex prouincia.*

b *Vbi de hoc, & tenet hic Goff. quod ibi Ioan. & ad id alleg. Host. de vo. quod super. §. fin. & c. seq. §. quod autem. Ioan. And.*

† *Cap. 4. eo. ti. in 2. comp.*

† *depromētes.*

† *Pro sola chartulæ cōscriptione admitti.*

c ¶ *Manifestum.*] Ita quòd notorium: aliàs non bene sequeretur, aut legitimi, *&c. quia quod manifestum est, probatur 11. qu. 3. eorum qui in fin.*

d ¶ *Legitimi.*] Secundùm quod traditur. *j. eo. c. cùm in tua.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit, solutioni obijcit, & respondet, ponit; & inducit simile.*

e ¶ *Testes.*] Ergo altera parte absente, & non per contumaciam testes recipiuntur lite non contestata, & sententia fertur, vt dicit. Nam ordo iuris in casu isto non est vbiquequaque seruandus. *s. vt lit. non contest. cap. 1.* Sed contra. *s. vt lite non contest. quoniam. §. 2.* cùm iste non sit absens per contumaciam, vt ibi. Posset dici, quòd cùm iste propter culpam suam absens fuerit, nec posset inueniri, illa culpa loco contumaciæ habetur, vt cōtra eum procedatur: nec debeat mulieri obesse, quæ in culpa nō fuit: iniquū est enim alium alterius odio prægrauari. *C. de inoffic. testa. si quis* suo ad finem, nec propter hoc ius mulieris debet perire, maximè cùm habeat legitimos testes, & accusatores, & tanto tempore fuerit expectatus, & cum diligentia requisitus, vnde proceditur contra illum. Et illa decretalis, quoniam non contradicit, si tu bene videas illā: quia ibi dicitur: Cum sine culpa sit absens, & non maliciosa voluntate: hic ergo culpa, & malitia sua est absens. Sed præsumptio in hoc videtur contra mulierem, quòd eo præsente tanto tempore tacuit. Sed præsumptio tollitur, si testes, & accusatores legitimi sunt, prout dicitur *infrà eod. cùm in tua.* Quidam dicunt, quod corrigitur per illam decretalem, *quoniam*, & ei standum est. Item sic contra videtur. *s. sit. procurator.* Sed ibi non agitur, an sententia tenuerit, vel non, sed an filij legitimi essent.

e *Dixit Tancre. quòd iste impediebat, ne ad eum posset peruenire citatio. Ioan. Andr.*

A *Nobis.*] In prima parte ponitur quæstio: in secunda responsio ibi, *Ad hoc.* Abbas.

Casvs. Aliquis vult accusare matrimonium, vel etiam testificari contra illud per chartulam, in qua scribit accusationem, siue testimonium suum, nihil dicens voce propria. Quæritur, vtrùm talis accusatio vel testimonium sit admittendum? Respondet Papa, quod in talibus nullius est momenti tale testimonium quoad sententiam proferendam, nisi solùm quoad præsumptionē, nisi alia legitima suffragentur: & hoc, quod dicitur hic, melius intelligitur de testibus, quàm de accusatoribus: sed vtrūque verum est. Nota, quod per scripturam nullus debet accusari.

¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas.*

f ¶ *Accusatione.*] Licet litera ista videatur intelligēda de accusatore, tamen de teste potiùs intelligitur, de vtroque tamen est verum. De accusatore habemus 2. *qu. 8. per scripta.* quod est de teste verum similiter. testibus enim, & non testimoniis est credendum. 3. *q. 9. teste & s. de coha. cle. & mu. tua nos.* & quòd debeat intelligi de teste, colligitur ex illa littera: Nisi quātùm ad præsumptionem, &c. quia sententia ad dicta testium profertur, non ad dicta accusatoris.

ptionem admitti? ¶ Ad hoc respondemus, quòd in talibus, nisi quātùm ad præsumptionē [g], nullius momenti est conscriptio, quoad sententiam proferēdam; nisi alia legitima adminicula suffragentur.

¶ Clemens † iij. Papa Florentino Episcopo.

¶ *In causa matrimoniali super consanguinitate, & cōtractu testificari possunt consanguinei, & parentes.*

CAP. III.

Videtur † nobis: *& infrà.*

¶ Quòd parentes, fratres, & cognati vtriusque sexus, in testificatione suorum, ad matrimonium coniungendum, vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine [h], quàm legibus [i] approbatur. Ideo enim maximè parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur; quoniam vnusquisque suam genealogiam [k], cùm testibus, & chartis, tùm etiam ex recitatione maiorum scire laborat; qui enim meliùs recipi debent, quàm illi, qui me-

¶ *Glo. seq. notat præsumptionem non probare.*

g ¶ *Ad præsumptionē.*] Nota, quod præsumptio non probat, nisi sit violenta. 32. *qu. 1. dixit. & 2. quasi 1. primo.* & hoc est regulare. *ff. de test. l. 4. §. item diuus. & 3. qu. 2. testes. & s. de cohab. cle. & mulie. tua.* tamē præsūptio coadiuuat, si adsint alia suffragia [d] *s. de succes. ab intes. cùm dilectus. & s. de testi. præterea. & s. de præsumpt. nimis &c. 3.* & propter præsumptionem defertur iuramentum quandoque actori, quandoque reo: vt *s. de iureiur. cap. vlt.* hic vero contra matrimonium non defertur iuramentum. *s. de eo qui cog. consan. vxo. suæ, super eo.*

† *Clemens Papa Florentino Episcopo.*

d *Fortè sana solidum Ala. & V in quo allegans eadē iura. Io. Andr.*

† *Cælestinus Papa Flor. Episcopo. fere in omnibus manuscriptis: alias: Cœlestin. iij. &c.*

† *Cap. 1. tit. de matrimonio contra interdictū Ecclesiæ celebrato in 1. compil. refert Grat. siue Palea. 35. q. 6. ca. 2. Vide Marianum Socinum cons. 8. incip. circa primū vers. tùm igitur. in 1. p. adde omnino notas nostras in hanc decretalem.*

Videtur nobis.] Tria facit. Primò ponit dictum. Secunda ibi, *Ideo*, ipsius rationes. Tertia ibi, *Quod verò*, soluit cōtrarium quoddam. Et incipe sic ponere casum: Titius petebat quandam in vxorem, & ad probandum contractum inducebat parentes suos: ipsa verò mulier conuenta excipiebat de consanguinitate, ad quam probandam inducebat suos consanguineos: quærebatur, an illi essent admittendi, & respondetur, vt in littera.

Casvs. Quærebatur, vtrùm parentes, & cognati vtriusque sexus admitti debeant in testimonium suorum consanguineorum ad matrimonium coniungendum, vel dirimendum? Respondet Papa, quod bene admittuntur: & hoc probat tam antiqua consuetudine, quàm legibus: & ideo maximè admittuntur parentes, & si parentes defuerint, admittūtur proximiores: quia vnusquisque consanguinitatem suam scire laborat testibus & chartis, & recitatione maiorum: & illi recipi debent, qui meliùs sciunt, & quorum interest. Quod autem dicitur: Pater non recipiatur pro filio, nec filius pro patre in causa: illud verum est in criminalibus causis, vel contractibus: sed in matrimonio coniungendo, vel disiungendo, admittuntur fauore matrimonij. Nota, quòd in causa matrimoniali pater admittitur pro filio, sed non in alijs. item matrimonium res fauorabilis est.

¶ *Gloss. seq. secunda, quarta & penultima tractant vacillando, an ad probandum contractum parentes admittantur.*

h ¶ *Antiqua consuetudine.*] Nota, quod antiqua consuetudo pro lege seruanda est. 11. *d. in his. & 12. di. diuersi & 9. q. 3. conquestus.* & mos fidelissimæ vetustatis seruandus est. *C. de testi. testamenta.* & hæc consuetudo seruatur quoad parentes: tamen in matrimonio coniungendo fallit, cùm alter est superior nobilitate, potentia, vel diuitijs: quia parentes inferiores non admittuntur pro matrimonio coniungendo. *s. de test. super eo.* quia suspectum est tunc testimonium illorum: sed hæc decretalis non videtur loqui eo casu, vt dicitur infrà.

i ¶ *Legibus.*] Id est, canonibus. *sic 31. distinct. Nicæna.* & loquitur de illis canonibus. 35. *q. 6. c. 1. & 2.* & sic tam de consuetudine approbata, quàm secundum canones admittuntur. Si vis intelligere de legibus ciuilibus, dicas, quòd ad probandum, quòd matrimonium contrahi possit non obstante consanguinitate: vel ad dirimendum matrimonium propter consanguinitatem, est arg. quòd parentes, & consanguinei sint admittendi: qui meliùs sciūt suam proximitatem, quàm extranei, *C. de in integ. restit. mi. de tutela & C. de lib. cau. si filium. & ff. de prob. etiam.* & quòd alijs præferantur, *est arg. ff. de adu. & si maritus.*

e *Sumitur enim lex pro canone, pro cōsuetudine, pro regula, pro ratione, vt no. 1. q. 1. ventum. ad fi. Io. Andr.*

k ¶ *Genealogiam.*] Hæc est ratio, quare huiusmodi personæ admittantur, & alijs præferantur. 35. *q. 6. c. 1 & 2.*

l ¶ *Scimus*

a ¶ *Sciunt.*] Conſanguinitatem, l. & per hoc videtur, quod non loquitur de teſtimonio ferendo pro ipſo conſenſu, quia ſi extraneus intereſſet, æque bene ſciret, ſicut pater, & mater, an coſenſiſſent tunc adinuicem: ſed littera ſequens bene innuit de ipſo contractu.

a Aliàs: cōſenſu.

lius ſciunt [a], & quorum eſt intereſſe: ita vt ſi non interfuerint, & conſenſum nō adhibuerint, ſecundùm leges nullum [b] fiat matrimonium? ¶ Quod † verò legitur: Pater non recipiatur [c] in cauſa filij, nec filius in cauſa patris, in criminalibus cauſis, & contractibus verum eſt: in matrimonio verò coniungendo [d], & diſiungendo, ex ipſius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis [e] res eſt, congruè admittuntur.

¶ Idem †.

¶ *Inuita deſponſata, poſtea fronte cognita, contra matrimonium non auditur.*

CAP. IV.

INſuper † adiecisti, quòd aliquis cum quadam innubili puella contraxit: quæ tandē ætatis metas attingens, ab illo pluries cognita, contra matrimoniū proclamauit, aſſerens ſe ſemper ab initio diſſenſiſſe, quòd per teſtes probat [f], fama [g], & conuerſatione præclaros. In hoc itaque caſu ſentimus, quòd aduerſus matrimonium audiri non debet, quæ ante cognitionem ſui, legitimum annum attingens, cùm potuit [h], minimè reclamauit: ſicut enim ante legitimum conſenſum (qui in duodecimo anno [i] ſpectatur) potuit diſſentire; ſic poſtquam legitimo tempore accedente, ſemel etiam copulæ carnali [k] conſenſit, ex ratihabitione, ſibi ſuper hoc ſilen-

b ¶ *Nullum.*] 30. q. 5. *aliter. & ff. de ritu nup. l. 2.*

c ¶ *Non recipiatur.*] 4. q. 3. *cap. ſi teſtes. §. item teſtis idoneus. & ff. de teſtib. l. teſtis idoneus.*

† Vide Lanfrancum de Oriano in c. quoniā contra. ē. de probatio. & Specula. tit. de teſte. §. 1.

d ¶ *Coniungendo.*] Ex hoc videtur, quòd ad probandum matrimonium eſſe contractum, admittuntur parentes, & inducitur ad hoc à pluribus ſim. ē. *de teſt. ſuper eo.* ſed non loquitur in eo caſu: ſed quod dicit, in coniungendo, intellige, ſi diceretur, quod eſſent cōſanguinei, qui contrahere volunt: vel fama eſſet de hoc, pater, & mater, & conſanguinei admittuntur ad probādum conſanguinitatē [b]. ē. *de ſpon. cùm in tua.* Intellige loqui hanc decretalem, quando propter conſanguinitatem tātum dicitur, quod non poſſunt coniungi, & quando propter conſanguinitatem debent ſeparari: & hoc etiam ſatis colligitur ex rubr. Conſueuit tamen induci, quod pater, & mater admittuntur ad probandum ipſum contractum matrimonij, quod verum eſt ſecūdum diſtinctionem illius decretalis, ſuper eo.

b Vide Franciſcum de Aretio conſi. 24.

† Cap. 3. eod. tit. in 2. cōp.

e ¶ *Fauorabilis.* ē. *de condi. appo. cap. vlt.* vbi de hoc & argumen. *ff. de re. iur.* in ambiguis c. *vt* ē. *de app. directè. in fine.* Bern.

c Ibi pro dotibus reſpōdere melius dicit. An.

INſuper.] In prima parte ponitur conſultatio. In ſecunda reſponſio ibi, *In hoc.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam contraxit cum quadam puella infra nubilem ætatem, tandem facta maior, & ab illo pluries cognita, contra matrimonium proclamauit, dicens, quòd ab initio ſemper diſſenſit, & hoc probare volebat per teſtes. Quæritur, an ſit audienda? Reſpondet Papa, quòd ampliùs audiri non debet contra matrimonium: quia reclamare debuit, antequam cognoſceretur ab ipſo. ſicut enim ante duodecimum annum potuit diſſentire, ita poſtquam carnaliter cognouit eandem, non poterit reclamare ratihabitione ſequenti. Nota, quòd ipſo facto cōfirmatur, quod non valebat. Item quod ab initio non tenuit, ratihabitione ſequenti valet.

f ¶ *Probat.*] Id eſt, probare intendit d. iuxta illud:

Eſt mihi pro facto, ſæpe quod eſſe poteſt. Lau.

d Ad idem de cōſec. diſ. 3. c. peruenit. Iten. And.

g ¶ *Fama.*] Tales enim debent teſtes eſſe ſine omni ſuſpicione infamiæ. 2. q. 7. *teſtes.*

h ¶ *Cùm potuit.*] Si enim ſemper inuita detenta fuiſſet, & verbo, & facto cōtraxiſſet, audiretur quandocunq; poſtea. *arg. 16. quæſt. 3. prima.* ſed ex tempore præſumitur contra illam. *ſic.* ē. *de ſponſa. ad id quod, & arg. 1. q. 1. conſtat.*

i ¶ *Duodecimo anno.*] In muliere *ff. de ritu nupt. minorem.* & xiiij. in viro. ē. *de deſponſa. impub. atteſtationes.*

¶ *Glo. ſeq. arg. quòd ratihabitio, &c.*

k ¶ *Copulæ carnali.*] Ex quo enim carnali copulæ conſenſit, omnis violentia ſublata intelligitur, & matrimonium tenet. ē. *de deſpon. impub. de illis.* ē. *de eo qui du. in matr. quam pol. cap. 2. &* ē. *de ſpon. veniens.* & ita ratihabitio [e] confirmat, ſiue validū facit quòd ab initio non valebat. ē. *de regularib. cùm virum.*

e Vide in c. ratihabitionem. de reg. iur. li. 6.

SIgnificante.] In prima parte ponitur facti narratio. In ſecunda cauſæ commiſſio ibi, *Cùm igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam duxit quandam in vxorem, mater mulieris nititur matrimonium accuſare, vt ab illo pecuniam extorqueret: & licet voluntati ſuæ praua non poſſint opera reſpondere, nihilominus vult habere pecuniā, vt ab accuſatione deſiſtat. Cum igitur malitiis hominum ſit obuiandum, mandat Papa, quatenus ſi eſt ita, ipſam ab accuſatione matrimonij repellant. Nota, quòd mater poteſt accuſare matrimonium filiæ, ſi non malitioſè moueatur. Item malitiis hominū non eſt indulgendum. Item non auditur ille, qui tantum vult nocere.

tium non ambigitur indixiſſe †.

† indixiſſe.

Innocentius iij. Archiepiſcopo, Præpoſito, & priori ſanctę Marię de † Albanen. Genuen.

† de Alban. Ianuan.

¶ *Repellitur accuſans matrimonium propter quæſtum.*

CAP. V.

SIgnificante † M. de Contuſla † noſtro eſt Apoſtolatui declaratum, quòd cùm M. duxiſſet legitimè in vxorem. S. mater ipſius niſa eſt matrimonium accuſare, vt ab eo pecuniam extorqueret: & licèt intellectui ſuo praua non poſſint opera reſpondere, nihilominus vult habere pecuniam, vt ab accuſatione deſiſtat. Cùm igitur non ſit malitiis [l] hominum indulgendum: mandamus, quatenus ſi eſt ita, ipſam ab accuſatione matrimonij repellentes [m], eidem ſuper hoc ſilentium imponatis.

† Cap. 2. eod. tit. in 3. cōp.

† Cannlla

† Camila.

† Caſula.

¶ Idem.

¶ *Repellitur ab accuſatione matrimonij, qui denunciationis tempore tacuit, niſi denunciationem probabiliter ignorauit, vel iuret de nouo didiciſſe, & quòd non obiicit illam malitioſè.*

CAP. VI.

CVm † in tua diœceſi: & *infra.*

¶ Si verò poſt contractum matrimonium aliquis appareat accuſator, cùm non prodierit in publicum, quando banna, ſecundùm conſuetudinem [n] in Eccleſiis edebantur, vtrùm vox

† Ca. vnico, eod. tit. in 4. cōp. alia pars huius decr. ſuprà de ſponſa lib. c. cum in tua.

¶ *Gloſſ. ſeq. ponit duos caſus, quibus, &c.*

l ¶ *Malitiis.*] *ff. de rei ven. in fundo. & ff. de recep. arb. ita demum. &* ē. *de reſcri.* ſedes Apoſtolica, quandoque tamen auditur, qui non facit, niſi vt noceat: vt dicit Lau. *arg. inducit. C. de nat. lib. Authen. licet.* ſicut & prior pœnitentia facta non prodeſt, & tamen aufert vſum poſterioris. *de pœn. di. 3. in ſalicibus.*

¶ *Glo. ſeq. alleg. 2. concor, ſimile arguit, & tenet contrarium.*

m ¶ *Repellentes.*] Nota, quòd repellitur accuſator propter turpem quæſtum. *ſimile.* 2. q. 1. *prohibentur.* Item repellitur, ſi infra tempus ſtatutum non accuſauerit. ē. *eod. c. proxi.* niſi iuſta de cauſa: vt ibi. Et eſt arg. quòd ſimonia committi poſſit in matrimonio: cùm ſit ſpirituale. Sed contradici conſueuit, quia ibi gratia [f] non confertur.

CVm in tua.] Primò ponitur quæſtio. Secūdò diſtinguens ſolutio ibi. *Super quo.* Et ſecundum membrum ibi, *Alioquin.* Tertiò excipit ibi. *Niſi.* Abbas.

CASVS. Cōſuetudo eſt in aliquo loco, vt quādo aliqui volūt cōtrahere matrimonium, publicè proponatur in Eccleſiis, vt quicunq; ſcit aliquod impedimentum, exhibeat, & dicat: nullus apparet contradictor, & ſic contrahunt: poſtea apparet accuſator. Quæritur, an ſit admittendus? Reſpondet, quòd ſi tempore præmiſſæ denunciationis extra diœceſim exiſtebat ille, qui nunc matrimonium accuſat, vel ad eum denunciatio non potuit peruenire, putà quia infirmitate nimia laborabat, vel in tali erat ætate, quòd ad hoc eius ætas non ſufficiebat, vel alia legitima cauſa erat impeditus, eius accuſatio debet audiri, alioquin tanquam ſuſpectus debet repelli: quia præſumptio eſt cōtra ipſum, quòd denunciationem publicè factam non ignorauerit, dum in diœceſi exiſtebat, niſi proprio firmauerit iuramento, quòd poſtea didicerit, quæ ſubiicit: & quòd ad hoc ex malitia non proceſsit, & tunc etiāſi didiciſſet ab illis, qui denunciationis tēpore tacuerunt, ei tamen nō debet claudi aditus accuſandi: quia etſi illi ab accuſatione repellantur propter culpā ſilentij, iſte tamē repelli non debet, cùm culpabilis non exiſtat. Nota primò, quod contra ea, quę publicè fiūt, habet quis accuſationē. Itē qui eſt in diœceſi, non habet accuſationē circa ea, quæ publicè fiunt. Item iuramentum elidit præſumptionem. Item aliquis admittitur ad accuſandum, cuius actor repellitur: ſecus in teſtimonio. Item propter culpam alienam non repellitur quis ab accuſando.

n ¶ *Cōſuetudinem.*] Hæc cōſuetudo cōſona fuit iuri, vnde hodie pro iure cōmuni ſtatuitur: qua omiſſa ſi poſtea impedimētū appareat, filij non erūt legitimi, ē. *de cland. deſp. cū inhibitio & ſim.* ē. *de ſpon. cum in tua quæ eſt pars iſtius. & ei continuat in integ.*

f Hæc eſt hæreſis damnata in concili. Tri. dānata ſeſſ. 24. de ſacramēto matrimonij, cano. 1. cuius hæc ſunt verba: Si quis dixerit matrimoniū non eſſe verè, & propriè vnum ex ſeptem legis Euāgelicæ ſacramētis à Christo domino inſtitutū, ſed ab hominibus in eccleſia inuētum, neque gratiā conferre, anathema ſit.

DE MATRIMONIO CONTRACTO contra interdictum Ecclesiæ.

¶ Quia interdictum Ecclesiæ super matrimonio contrahendo quandoque impedit ipsum matrimonium, quandoque impedit, & dirimit: ideo post multa impedimenta suprà contracta, auctor subiicit hanc rubricam. Et vide ad materiam huius rubricæ quod not. g. ost. ī. de sponsal. duorum, in c. sua. Abbas.

De hac materia habetur 33. q. 4. non oportet. 10. & ī. in rubr. de sponsal. vers. an teneat matrimonium contra.

† *Vide conci. Trid. sess. 24. tit. de reform. matr. c. 1.*

TITVLVS XVI.

De matrimonio contracto contra interdictum † Ecclesiæ.

¶ Alexand. iij. Paduan. Episcopo.

¶ Matrimonium contra interdictum Ecclesiæ, vel Iudicis factum, seu contractum propter hoc solum non dirimitur: imponitur tamen pœnitentia sic contrahentibus, & separantur, donec cognoscatur de causa interdicti. hoc dicit in effectu totus iste titulus.

CAP. I.

Litteræ †, quas tua nobis fraternitas destinauit, expresse declarant, quòd cùm quidam sororem suam iam nubilem, cuidam se daturum in vxorem [a] ea præsente, & consentiente [b], præstito iuramento firmasset: & illa non post multos dies, dona [c], & munera viri secundùm morem terræ sponte suscipiens, ipsum tanquam proprium virum [d] sæpe amplexata fuisset: tandem mortuo fratre, à proprio viri [e] sui fratre, se desponsari permisit [f], & quòd ab † illo cognita fuisset, mendaciter asseuerat. Cúmque ei prohibuisses [g] publicè, ne cui illorum, vel alicui † se copularet: ipsa spretis monitis tuis, alij [h] nubere non expauit. Demum cùm mulieri præcepisses, vt ad domum matris rediret, ipsa nostram audientiam appellauit. & infra.

¶ Mandamus, quatenus si est ita, præfatam mulierem (ne mandatum [i] tuum contemptibile videatur) ad domum matris redire compellas, & imposita sibi de tanto excessu [k] pœnitentia condigna, postquam in domo materna per mensem steterit, ad tertium reuerti permittas.

Litteræ.] Sunt duæ partes. In prima factum narratio. In secunda responsio ibi, *Mandamus*. Abbas.

CASVS. Quidam iuuenis iurauit sororem suam iam nubilem se daturum cuidam in vxorem ea præsente, & consentiente. Postmodum munera, & dona secundùm morem terræ recipit ab illo, tanquam proprium sponsum sæpius eum amplexando: tandem mortuo fratre suo, à fratre sponsi se desponsari permisit, dicens, quòd ab eo cognita fuerat: Episcopus loci præcepit eidem, ne alicui illorum nuberet, aut etiã alij: ipsa, spreto mandato Episcopi, cum alio cõtraxit, propter quod Episcopus ei præcepit vt ad domum matris rediret: ipsa verò ad sedem Apostolicam appellauit: Episcopus factum significauit domino Papæ: Mandat Papa, quod si est ita, mulierem præfatam ad domũ matris redire compellat, imposita sibi pœnitentia condigna de tanto excessu, ne mandatum iudicis contemptibile videatur, & post mensem ad tertium virum reuertatur. Nota, quòd mandatum iudicis contemni non debet, aliàs punitur contemptor.

† *Cap. 2. eod. tit. in 1. comp. Vide, quod per hunc textum notat Gouarr. lib. 4. decret. p. 2. c. 4. § 1. adde omnino Palacium Rubiũ in Rubric. de don. inter vir. & vxor. § 3. incip. cõtractis sponsal. & seq. & eundem super l. Taurina. 52. & ibi Anton. Gomeziũ, vbi latè de donatis inter sponsos.*

† *ab eo.*

† *alij, in recentioribus: sed in antiquis, alicui, legitur.*

a ¶ *Daturum in vxorem.*] Futuram scilicet, cùm sponsalia tantùm contraherentur.

b ¶ *Præsente, & consentiente.*] Expressè, & hoc agebatur, quòd mediante fratre tanquam per procuratorem sponsalia contraherentur, quod fieri potest. *ff. de sponsal. l. vlt.* aliàs si per fratrem tantùm contraheretur, non valerent, nisi ipsa postea consentiret [a]: sed frater tantùm ad hoc obligatur, vt sororem inducat, vt cum illo matrimonium contrahat. *ff. de verb. oblig. in illa stipulatione. & l. quotiens quis alium.*

c ¶ *Dona, & munera.*] Differentia est inter donum, & munus [b]. *ff. de verb. signif. l. inter donum.*

d ¶ *Tanquam proprium virum.*] Spe futuri matrimonij, non rei præsentis: & ita non est matrimonium, & hoc patet per fin. & hoc ipso: etiamsi ea absente contracta fuissent sponsalia, consentire videtur ipso facto.

e ¶ *Viri.*] Id est, sponsi, sic 22. q. 2. gennit.

f ¶ *Permisit.*] Et male, quod facere non debuit: ī. de sponsal. ad audientiam, & cap. sponsam.

g ¶ *Prohibuisses.*] Et bene, suprà de sponsalib. duorum, & cap. sequenti.

h ¶ *Alij.*] Scilicet, tertio.

i ¶ *Mandatum.*] Nota, quòd remittitur causa ad eum, à quo appellatum est: vel quia non tenuit appellatio, vel quia ipsa nõ fuit prosecuta suam appellationem, & Episcopus factum significauit Papæ: vnde mandat ei, vt si est ita, ipsam compellat redire ad domum matris: quia ipsa contempsit mandatum Ecclesiæ, à tertio viro propterea non separabitur. Et est hic argum. quòd mandatum iudicis non est contemnendum. 34 *distinct. cap. 1. artic. 8. quæst. 1. sciendum. 11. quæst. 3. si autem vobis, & cap. quando ergo, & ff. ne quis in lo. pub. leg. vltim.* & puniri debent contemptores, vt hic patet, & ī. eo. cap. prox. & l prædicta. & argum. *ff. si quis ius di. non obt. l. vnica:* aliàs delusorium videretur edictum iudicis. *ff. de re iudic. leg. contumacia. §. contumax.*

k ¶ *Excessu.*] Scilicet, de fide violata prioris sponsi: & quia desponsare se permisit à fratre sponsi, & quia mãdatum Ecclesiæ contempsit: & sic patet, quòd iudex potest punire contumacem, vt dictum est.

a *Quod dic, vt infrà de spons. impub. c. vnic. in fin. lib. 6. Ioan. And.*

b *Secundùm Alã. munus ex causa: donum ex causa, & sine causa. Ioan. And.*

¶ Idem Vigorien. † & Baronen. Episcopis.

¶ Sponsalia de futuro cùm vna etiam contra interdictum Ecclesiæ contracta, non habent dirimere matrimonium postea contractum cum alia.

† *Vigorem. & Santon.* † *Vigorniē. B. Sed ferè in omnibus manuscriptis: Vigo. & Baron. Episcopis.*

CAP. II.

EX † litteris Cantuarien. Archiepiscopi ad nos peruenit, quòd cum G. de sancto Leodegario M. filiam suam absentem [l], cuidam R. nomine desponsasset. & infrà.

¶ Postea orta suspicione, quòd præfatus R. ad alia desideraret vota transire, ad examen fuit dicti Archiepiscopi causa perlata: qui sub anathematis interminatione [m] prohibuit [n], ne antequã de præscripto negotio plenè cõstaret, vir ad secunda vota transiret: sed ipse præscripta prohibitione contempta filiam V. in facie Eccclesiæ sibi solemniter copulauit vxorem. & infrà.

¶ Cùm Archiepiscopus vellet de matrimonio primo cognoscere, dicta M. appellationis vocem emisit: cuius appellationi Archiepiscopus deferens, eidem

EX litteris.] Summatum est ī. cap. proximo. In prima narrat factum. In secunda illud diffiniendũ committit ibi, *Mandamus*. Abbas.

CASVS. Quidam filiam suam M. nomine absentem, desponsauit cuidã R. nomine. Postmodum orta suspicione, quod idem R. vellet aliã ducere in vxorem, delata fuit quæstio super hoc ad Archiepiscopum Cantuarien. qui sub interminatione anathematis prohibuit, ne antequã de causa ipsa constaret, vir acciperet aliam in vxorem. Sed ipse nõ obstante prohibitione, quãdam aliam sibi solenniter copulauit. Sed cum Archiepiscopus vellet cognoscere de primo matrimonio, mulier ad sedem Apostolicam appellauit: Archiepiscopus eius appellationi deferẽs, præcepit eidem mulieri sub pœna excommunicationis, ne alicui nuberet, donec causa finem debitum sortiretur, ipsa tamen de appellatione confisa alium in virum accepit: Archiepiscopus negotium istud significauit domino Papæ: Vnde mandat eidem, quatenus si nihil constiterit, quod impediat præter consensum de futuro, qui inter præfatum R. & M. dicitur interuenisse, secundum matrimonium legitimum iudicet, non obstante appellatione: & quamuis contra mandatum Ecclesiæ contrahere non debuisset, non tamen matrimonium debet propter hoc dissolui: pœnitentiam tamen imponat illis pro eo, quod contra prohibitionem Ecclesiæ contraxerunt. Nota, quod matrimonium superueniens sponsalibus dissoluit sponsalia. Item qui contraxit contra prohibitionem Ecclesiæ, puniri debet.

† *Cap. 3. eo. tit. in 1. compilat. & post Conci. Lateran. sub Alexan. iij. par. 6. cap. 28. Et quatenus ad principalem decisionẽ attinet videlicet, quòd per subsequens matrimonium dirimuntur sponsalia. vide de B. Thom. lib. 4. sen. distin. 27. q. 2. art. 3. & Sotum ibi. art. 5. adde citat. ī. de sponsal. de illis & c. si inter. & c. sicut.*

l ¶ *Absentem.*] Quæ postea consensit, aliàs non tenuissent sponsalia [c], & ita inter absentes contrahuntur sponsalia, & matrimonium. *ff. de sponsal. l. vltim. & 32. quæstio. 2. honorantur.*

m ¶ *Interminatione.*] Comminatio tantùm fuit, non sententia. *argum. contra. ī. de eo qui fur. ordin. re. cap. 1. & suprà de locato. cap. 1.*

n ¶ *Prohibuit.*] Quod facere debuit. *suprà cap. prox. & infrà, cap. prox.*

c *Concor. text. in l. sufficit. ff. de sponsal. l. in potestate, & l. seq. eod. titul. Iohann. And.*

a ¶ *Districtius.*

a ¶ *Districtius interdixit.*] Nota, quòd licet iudex deferat appellationi: nihilominus mihi potest interdicere, ne faciam id, propter quod appellaui, vel quod ex eo sequitur: nec mirū, cùm sit ordinarius: potest etiam statuere terminum appellanti. *s. de appell. sæpe contingit*, de causa tamen inuito appellante, postquam detulit appellationi, cognoscere non posset: quia tam remisit eam ad superiorem. *2. q. 1. nemom. & s. de offic. deleg. licet.*

a *Quasi delegatus hoc non potest: sed Ioan. dixit hoc speciale propter animarum periculū, & in fauorem matrimonij: de hoc dixi s. de appell. cùm teneamur. Ioann. Andr.*

¶ *Glos. seq. reddit*[illegible] *per quæstionem, allegat quatuor intra pro, & vnum contra, & soluit.*

b ¶ *Donec causa ipsa.*] Hic fertur sententia ipsa sub conditione. *63. dist. Salonitanæ 5. qu. 5 quidam. 17. q. 4. si quis suadente, & s. de appellat. præterea 5. argu. contra 2. qu. 6. biduum.* Sententia excōmunicationis bene potest ferri sub conditione, *vt in cap. præterea*: aliæ verò sententiæ non debent ferri sub conditione: latè tamē tenent, vt prædicto *cap. biduum.*

† *præfatam.*

b *Alde in hoc, quod not. per Doct. in l. 2. §. biduum. ff. de verb. obl.*

c ¶ *Ob id.*] Sic patet, quòd interdictum, Ecclesiæ nō dissoluit matrimonium, vt *s. c. prox.* quia nō est perpetuum impedimentum, vt dixit *s. de sponsa. du. tua.* sed pœnitētia debet ei imponi, quia mandatum Ecclesiæ contempsit. *s. c. prox.* Bern.

† *aliqua, in recētioribus, non in omnibus veteribus, aliis legitur.*

c *Sed multū refert videre, quale sit id interdictum.*

DE muliere.] CASVS. Quidam volunt contrahere matrimonium: dicitur, quòd sunt consanguinei: Ecclesia præcipit illis, ne contrahant, donec de consanguinitate constiterit: ipsi prohibitione contempta, contrahunt. Quæritur, quid iuris? Respondet Papa, quòd debent ab inuicē separari, quousque cognoscatur, an de iure possint simul remanere. Nota, quòd si suspecti de consanguinitate contrahunt contra prohibitionem Ecclesiæ, separandi sunt vsque ad finem causæ: aliàs non essent separandi, quousque de causa plenè constaret.

† *Cap. 5. tit. de spons. alib. § illos in 1. compilat. & post Conci. Latera. sub Alexan. iij. part. 6. cap. 19. §. illos. pars cap. de muliere, s. de sponsalib.*

d ¶ *Contra interdictum*] Quod facere non debuit, vt *s. c. prox. & de spons. duorum, tua. & b. de hoc 33. q. 4. non oportet.*

¶ *Glos. seq. recit. per quæstionem.*

e ¶ *Donec separentur.*] Hæc sententia est ad tempus: vnde ex tempore tollitur sine aliqua absolutione. vt hic videtur *arg. sup. de spons. non est vobis, & 81. dist. si qui sunt*: sed tutius est, quòd etiam post separationem absoluantur, saltem ad cautelam, licet videantur excommunicati tantùm, dum simul maneant.

d *Tamē necessarium, vt à sententia excommunicationis absoluantur, quicquid hic dicat glo. & alij, c. cùm desideres. & c. à nobis 2. j. de senten. excom.*

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & ib. remittit.*

f ¶ *Quousque.*] Argum. contra. *suprà de spons. duorum, tua. in fin.* sed ibi soluitur, qualiter illud, & ea quæ in hoc titulo dicuntur, intelliguntur circa huiusmodi separationem.

QVI FILII SINT LEGITIMI.

¶ *Suprà visum est de multis impedimentis matrimonij: sed quia sæpe filij nascuntur ex matrimonio contracto contra impedimenta Ecclesiæ, & dubitari potest, an, & quando ipsi filij sint legitimi: ideo subnectitur ista rubrica.*

De hac materia habetur 26. dist. deinde. 34. dist. viduam. 7. qu. 1. mutet. 32. q. 4. dicat. 15. q. 7. cap. fin. Abbas Siculus.

COnquestus.] Primò ponitur impetrantis querela. Secundo causæ commissio ibi, *Ideóque.* Abbas Siculus. CASVS. Quidam H. nomine quandam in vxorem accepit: R. patruus ipsius mulieris volebat eam priuare hæreditate paterna, pro eo quod ipsa nata fuit antequam pater suus matrem suam acciperet in vxorem, dicens eam illegitimam fuisse: vnde prædictus M. conquestus fuit domino Papæ, & ipse mandat, quatenus si est ita, eam iudicet legitimam, prædicto R. prohibendo ne hac occasione super paterna hæreditate eam debeat molestare: quod si contra fecerit, excommunicetur. Nota, quòd matrimonium sequens legitimat filios natos ante matrimonium. Item legitimationis causa pertinet ad Ecclesiam: quia est accessoria matrimonio.

sub excommunicationis interminatione districtius [a] interdixit, ne cum nuberet, donec [b] causa ipsa finem debitum sortiretur: ipsa tamen de remedio appellationis confisa, cuidam alij V. nomine nupsit. *& infrà.*

¶ Mandamus, quatenus, si nihil constiterit, quod impediat præter consensum de futuro, qui inter præfatos † R. & M. asseritur præcessisse, secunda matrimonia inuiolabiliter obseruanda, sublato appellationis obstaculo iudicetis. Licèt enim contra interdictum Ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit, non est tamen conueniens, vt ob [c] id solùm, sacramentum coniugij dissoluatur: alia † tamen pœnitentia eis debebit imponi, quia contra prohibitionem Ecclesiæ hoc fecerunt.

¶ Idem Paduano Episcopo.

¶ *Si hi, qui dicebantur consanguinei, contraxerunt contra preceptū Iudicis, debent separari, donec de causa cognoscatur.*

CAP. III.

DE † muliere. *& infrà.*

¶ Illos autem, qui pro consanguinitate prohibentur coniungi, & post contra interdictū [d] Ecclesiæ se receperint, excommunicationi debes subiicere, donec [e] tandiu separentur, quousque [f] legitime cognoscatur, vtrùm eorum matrimonium possit, & debeat iure stare.

TITVLVS XVII.

Qui filij sint legitimi.

¶ Alexander tertius.

¶ *Naturalis ex soluto genitus, & soluta, legitimatur per subsequens parentum coniugium, etiam quoad hæreditatem.*

CAP. I.

COnquestus † est nobis H. quod cū quandam mulierem in vxorē acceperit R. patruus mulieris ipsam exhæredare conatur, eò quòd ante desponsationem matris suæ nata fuerit, licèt postea pater mulieris præfatæ, matrem ipsius acceperit [g] in vxorem. Ideóque mādamus, quatenus, si est ita, eam legitimam [h] iudicetis, prędicto R. inhibentes, ne dictæ mulieri, hac occasione [i], super hæreditate paterna molestiam inferat, vel grauamē. Si autem contra hoc venire presumpserit, eum † seueritate Ecclesiastica percellatis.

¶ Idem.

¶ *Separato matrimonio in facie Ecclesiæ contracto, filij geniti, vel concepti ante sentētiam, sint legitimi.*

CAP. II.

CVm † inter I. veterem, & T. mulierem diuortij sententia canonicè sit prolata, filij eorum non debent exinde sustinere iacturā: cùm parentes eorū publicè [k], & sine cōtradictione [l]

g ¶. *Acceperat in vxorem.*] Et sic legitimata sunt per subsequens matrimonium, *suprà eod. tanta.*

h ¶. *Legitimam.*] *Instit. de nup. §. vlt. & in Auth. quibus mod. nat. effi. leg. §. sancitum, col. 6 & j. eod. tanta, & 30. qu. 5. nullum.*

e *Naturalis, qui non est in patria potestate, redigitur in illam per matrimonium subsecutum. Ioan. Andr.*

† *Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. & post Conci. Latera. sub Alexan. iij. part. 33. cap. 5. Et de materia vide Antonium Gabriel. lib. 6. cōmu. concl. tit. de legitimatione, concl. 1. & Couarru. li. 4. decretal. part. 2. ca. 8. §. 2.*

i ¶ *Hac occasione.*] Quia ex quo pronunciata fuerit legitima, cessabit occasio ista: vnde si propter hoc vellet eam molestare, potest, & debet ab Ecclesia excommunicari: cùm causa matrimonij ad Ecclesiam spectet, & per consequens legitimatio, quæ est accessoria *argum. contra. j. eod. causam quæ.* Non est contra: ibi principaliter cōmittitur causa super quęstione spoliationis, quæ ad Papā non pertinet, inter eos, qui non sunt suæ iurisdictionis, sed ad iudicem secularem, vt ibi patet, *& 8. dist. quo iure*: hic verò principaliter cōmittebatur causa filiationis, quæ ad Ecclesiam pertinet: & ea determinata, determinatur per consequens causa inquietationis, quæ fiebat huic mulieri, eò quòd illegitima dicebatur: & ita cessante illa causa patet, quòd iniusta esset vlterius inquietatio ex illa causa: vnde Papa ratione saltem peccati potest se intromittere. *s. de iudic. nouit & argum. 2. qu. 1 si peccauerit*: vel Papa habebat hîc vtramque iurisdictionem. *argum. s. de appell. si duobus*, & ita nulla est oppositio.

† *In vulgatis recentioribus ita: cōtra eum seueritate Ecclesiastica procedatis, sed in omnibus antiquis, vt est impressum.*

† *Cap. 2. eo. tit. in 1. cōpilat. & post Conci. Latera. sub Alexan. iij. part. 33. cap. 5.*

CVm inter.] Primò ponit causam diffinitionis. Secundo diffinit ibi, *Ideoque.* Abbas.

CASVS. Ioan. contraxit matrimonium cum Teberga in facie Ecclesiæ, de qua filios suscepit: tandem cùm grauida esset, accusatum fuit matrimonium de consanguinitate: fuit lata sententia diuortij inter eos: dubitatur, an filij nati ante sententiam, & qui conceptus ante fuerat, essent legitimi: Respōdet Papa super hoc consultus, quòd filij non debent inde sustinere iacturam, cùm parentes in facie Ecclesiæ publicè contraxissent: & ideo statuit Papa, vt filij eorum, quos habuerunt ante sententiam, & qui cōceptus fuerat ante ipsam sententiam, legitimi habeantur, & in bonis paternis hæreditario iure succedant, & de parentū facultatibus nutriantur. Nota, quòd qui in facie Ecclesiæ publicè contrahunt, quamuis impedimentum subsit: tamen filij de tali matrimonio nati, secundum antiqua iura legitimi erunt, etiamsi postea separentur: hodie statur super hoc illi constitutioni, scilicet, *de clandestina desponsatione, cum inhibitio.*

k ¶ *Publicè*] Scilicet, denunciatione præmissa in Ecclesia publicè: aliàs hodie dicitur clandestinum. *s. de clandestina desponsatio. cum inhibitio.*

l ¶ *Sine contradictione.*] Si quis contrahat non præmissa denūciatione, vel ea præmissa contingat matrimonium ex iusta causa interdici, & non obstante contradictione contrahat: si postea impedimentum probetur, filij medio tempore nati, illegitimi erunt,

, & ideo publicè [illegible], & sine contradictione, & hoc item habes in illa constitutione cum inhibino.

¶ Glo. seq. de tempore conceptionis spectandi allegat pro & cōtra & soluit.

a ¶ Concepti fuerant.] Sic ergo tempus conceptionis spectandum est, cùm de cōmodo alicuius tractatur. ff. de statu hominum, Paulus: & quotiens de commodo alterius tractatur pro iam nato habetur. ff. eod. l. qui in vtero est. ff. de senato. emancipatum, versic. si quis conceptus sit, & Instit. de ing. §. ex contrario. Argum. contra. 15. qu. 8. cùm multæ, & de consec. dist. 4. firmissimè. Argu. contra. ff. de decurio. leg. 2. §. in filiis, & §. seq. pro prima parte facit 26. quæst. 4. igitur in fi. Solut. quod primò dicitur, verum est propter fauorem filiorú, & libertatis: quādoque tamen consideratur odium paternum: vt in c. cùm multæ. contrarium illud igitur locū habet, vt varietas fatorum adiiciatur diuersitati horarum.

Ecclesię inter se contraxisse noscantur. Ideoque sancimus, vt filij eorum, quos ante diuortium habuerunt, & † qui concepti[a] fuerant ante latam sentētiam[b], non minùs habeantur legitimi: & quòd in bona paterna hæreditario iure succedant & de parentū facultatibus nutriantur[c].

¶ Idem Rothomageñ. Archiepiscopo.

¶ *Statur verbo viri, & mulieris, qui negant aliquem filium, nisi indiciis, & testibus probetur contrarium.*

CAP. III.

TRansmissæ † nobis tuæ literæ continebant, quòd cùm N. vsque ad iuuentutem, quendam puerum nutriuisset, vxore sua M. tunc non desponsata sibi cohabitante, postmodum ipsam legitimè desponsauit, & filios sustulit ex eadem: quibus paternam hæreditatem petentibus, prædictus iuuenis contradicit †, gerens se filium, & hæredem, quāuis à vicinia[d], quæ ipsum filium eorū esse credebat, spurius[e] diceretur: prædicti verò N. & vxor eius præfatum iuuenem spurium suū, aut legitimum filiū esse negabant[f], sed dicebant, quòd eum pietatis intuitu nutriuissent. Cùm autē quæstio coram te mota[g] esset, & prædictus iuuenis, pro eo quod iuri stare nolebat, vinculo sit excōmunicationis astrictus: Consultationi tuæ respōdemus, quòd in tali casu standum est verbo viri, & mulieris: nisi certis indiciis[h], & testibus[i] tibi constiterit, esse † filium iuuenem memoratum.

¶ Idem Exonieñ. † & Vintonieñ. Epis. & Abbati Herfodeñ.

¶ *Illegitima proles est, quam viro viuēte vxor ex adultero concepit, siue cum adultero, siue cum viro moretur.*

CAP. IV.

CAusam † quæ; & infrà. ¶ Si cōstiterit, quòd Agatha de Anclina muliere[k] tem-

¶ Glos. seq. alleg. tres concord. & remittit, quærit, & soluit.

b ¶ Ante latam sententiam.] Pro iam nato habetur, cùm ante sententiam sit conceptus, vt dictum est. Argum. contra. Cod. de liberali causa. l. vlt. sed illi qui nascuntur post litem contestatam conditione matris vtuntur.

c ¶ Nutriantur.] 30. dist. si quis reliquerit. & dist. ius naturale. j. de infan. expo. c. vnico. Qualiter filij alendi sint, dicitur s. de conuersio. infidelium. c. vlt. & s. de eo, qui duxit in matrimonium. c. cùm haberet. Sed quid si moueatur quæstio alicui puero, vel infanti, quòd non sit filius illius, cuius dicitur? Iudex summatim cognoscere debet, vt alatur rebus interdum forsitan alienis. C. de car. edic. l. vlt. & ff. ad car. edic. l. 3. §. causæ cognitio. Lau.

TRansmissæ.] Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, Consultationi. Abbas.

CASVS. Quidam nomine N. nutriuit quendam puerum vsq; ad iuuentutem, cohabitante sibi M. vxore sua tunc non desponsata, sed eam postmodū desponsauit, & filios ab ea suscepit: prædictus iuuenis sic nutritus gerens se filium, & hæredem, hæreditatem N. prædicti petēt, quamuis à vicinia crederetur eorū spurius, vt dicebatur. Sed prædicti, scilicet vir, & vxor negabant illū spurium suum, aut legitimum filium esse, sed dicebant, quòd eū nutriuerāt pietatis intuitu. filij istorum petebant hæreditatem paternam ab illo, ipse verò cōtradicebat. Quæstio fuit super hoc delata coram Archiepiscopo Rothomagen. prædictus iuuenis, quia coram eo citatus venire noluit, fuit excōmunicatus. Papa super hoc cōsultus ab Archiepiscopo, quid super hoc esset agēdum, respondet, quòd in hoc casu stan dum est verbo viri, & mulieris, nisi certis indiciis, & testibus iuuenem prædictum illorum constiterit esse filium. Nota, quòd standū est verbo viri, & mulieris, an aliquis sit eorum filius nisi expressè ostendatur.

d ¶ A vicinia.] Multū valet in talib. fama viciniæ s. de præsum. illud, & s. de probat. per tuas 3. q. 4. §. item scpe 35. q. 6. si duo.

e ¶ Spurius.] Id est, non legitimus, vel naturalis: quia fortè susceperat eum de alia muliere, vel ante matrimonium, vel durante matrimonio, & ita spurius.

f ¶ Negabant.] Talis negatio præsumptionem inducit contra illum, sed præiudicium non generat: quia licet aliquis negetur filius, nihilominus de iure suo in testamento [illegible] potest. ff. de inoffic. testam. si infitiatur. §. 1. sicut e contrario licet appelletur filius, non tamen succedet cum alijs, si probatur, quòd non sit filius. C. de testam. neque prosi. 10. & C. de hære. instit. si pater. & C. de probat. non nudis.

¶ Glos. seq. quærit, & soluit & ex his exhibit, & tripliciter soluit.

g ¶ Mota.] Sed quis prouocauit hic ad iudicium? Planum est, quod filij legitimi prouocauerunt, vt patet per litteram supra, vbi dicit: Quibus paternam hæreditatem petentibus, & ex eo vbi dicit: Nolens stare iuri, fuit excommunicatus: sic enim quòd dicit hæreditatem possidebat, vel partem: vnde illi petebant illam, dicentes ipsum non fuisse legitimum: sed quomodo illi poterant agere, cùm parentes istorū viuerēt, vt videtur ex eo, quod dicit: Standum est verbo viri, & mulieris: quia de hæreditate viuentis agi, vel peti non potest. C. de pact. l. vlt. nec dicitur hæreditas, nisi mortuo eo, cuius fuit. ff. de hæred. vel act. vend. leg. 1. Dicunt quidam, quòd illi erant facti monachi, vel forsitan pater cōcesserat eis hæreditatem totā, retentis aliquibus fructibus pro victu suo, & vxoris: vel potest dici, quod illi iam mortui erant, & quod dicitur: Standum est verbo viri, & mulieris, scil. quòd dicebant illum publicè filium suum non esse, dum viuebant. argu. s. de probat. per tuas. Et meritò statur verbo illorum: quia non est verisimile, quòd paterna pietas contra illum mota fuisset, si filius fuisset. s. de præsump. afferre. C. de adopt. l. pen. § si verò, & C. de inoffic. test. si mater. 23. qu. 4. ea vindicta, circa princ. & nullus affectus vincit paternum. C. de curat. furi. l. vlt. §. 1. & affectio causam suspicionis remouet. ff. de tutu. &c. non solùm. §. de vno: & ideo eis etiā creditur: quia iste nunquam fuit in possessione filiationis, quia viciniæ fama hoc habebat, cui in talibus creditur cū verbo viri, & mulieris. argum. s. de præsump. illud, & 35. q. 6. si duo.

¶ Glos. seq. recit per quæst. quæ indicia probent.

h ¶ Indiciis.] Per indicia enim fit probatio. C. de rei ven. indicia & l. cùm super & C. de fi. instru. l. 1. & s. de prob. per tuas, & C. fa. er. l. in ipsius, & C. de pact. pactū quod, ex quo negatur filius, cùm nō sit in possessione filiationis, eū oportet probare. ff. de proba. l. 1. & 2. & vlt. Et videretur sufficere huiusmodi indicia, si probet, quòd illi tenebant eū pro filio, & ille eos pro parētibus, & maximè si fama viciniæ consentiat, vt dicit decre. per tuas: & quia natus est de illorum matrimonio: quia is filius est, quē nuptiæ demōstrant. ff. de in ius vo. quia mater, & dicit lex, quòd debet probare se filiū, si negetur filius à patre, vt ff. de lib. & posth. l. si posthumus. §. vlt. ver. si quis ita & ff. de his qui sui, vel alie. iur. sūt nepos. § filiū. arg. aliàs est lex.

¶ Glos. seq. arguit, & signat contrarium, & soluit, & remittit.

i ¶ Et testibus.] Quibus probantur indicia: quia res ista verè probari non potest, nisi per indicia exteriora, vt dictū est. & hic est arg. quòd statur præsumptioni, scilicet dicto patris, & matris, donec probetur cōtrarium. 1. q. 1. si quis à simoniacis, & quod præsumptio contrariam admittat probationem. s. de præsump. quia verisimile non est, & s. de renun. super hoc, & s. quod met. cau. non est. Arg. contra, quia præsumptio per præsumptionem rescinditur. 11. q. 3. absit. & 34. d. quorundam, & s. de præsum. cum in iuuentute. & C. de epi. & cler. cum qui. ff. de in integ. rest. minor. fortiori præsumptioni statur semper. De hac materia dicitur s. de sponsal. is qui.

CAusam quæ.] Pone casum prout ponit glo. in c. causam, quæ j. eod. Vel sic. Dicebatur, quod Agatha de cuius hæreditate agebatur, nō erat nata legitimo matrimonio. Mādat Papa inquiri de hoc, & si cōstiterit, quòd Agatha nata fuit de Anclina muliere Radulphi Sauirici eo tēpore, quo ipsa Anclina publicè morabatur cum Alano viro suo, vel si cōstiterit, quòd prædictus Radulphus Anclinā virū habentē publicè teneret, & eo tēpore nata fuerit, pronuncietur illā legitimā nō fuisse: quia nō potuit esse vxor, quæ viuente viro suo, alij se copulare præsumpsit, de hoc plene di. j. eo. causam quæ. Nota, quòd causa natiuitatis ad Ecclesiā spectat. Itē si aliqua mulier viuente marito, alteri de facto matrimonialiter se cōiungat, proles ex tali matrimonio nata illegitima iudicatur.

¶ Glos. seq. quærit, & soluit.

k ¶ Muliere.] Et de R. prout sequitur in alia clausula. Sed quare quæritur modò de natiuitate Agathæ, vtrùm nata sit de legitimo matrimonio, vel non? Ideo quia de hæreditate patris petitur Agathæ, quæ successit sibi in hæreditatem, agebatur inter R. filium Agathæ, & F. auunculum magnum ipsius R. qui F. fuit frater patris Agathæ, & ille F. spoliauit istū R. hæreditate sua sua, vt j. eod. causam quæ. & illa duæ, causam quæ. & illa s. de dolo & contum. causam quæ & s. de off. deleg. causam quæ. loquuntur de eodem facto, & cum hæc, & illæ duæ erant vna decr. in hoc titul.

a ¶ Tempore.

† & qui cōceptus fuerat, &c.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. compilat. & post Conc. Lateran. part. 8. cap. 11.

† cōtradicit.

b Competētiùs formaretur hæc quæst. j. cap. prox. Ioann. Andr.

c Et si quiā indicia præsumptiōs faciūt pro puero, mittetur in possessionem. ff. de car. ed. l. vlt. ff. de lib. agnos. l. si quis à liberis. §. si vel parens, hoc not. Vi. j. prox. Ioann. Andr.

d Hæc glo. est valde singularis, & multum notanda in hoc articulo.

† In aliquot vulgatis, & magis recētibus ita: filiū esse illorum: & sed in antiquis, vt est impressum.

† Et Exonieñ.

† Et Vintonieñ. sed rectiùs, vt est impressum.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. compilat. Reliquæ partes, vbi sunt, docet gloss. 1. verbo, muliere.

e Vnde per obstetrices probatur filius dominæ iam qualiter probetur filiatio, vide quæ citani in c. per tuas. s. de proba. adde omnino Couarruuiā lib. 4. decret. par. 2. cap. 8. §. 5.

f Integram adhuc decre. inuenies 4. eo. titu. in 1. compilat.

a ¶ *Tempore Alani.*] Vnde post mortem Alani, si R. contraxisset cum Auelina, legitimari non posset per subsequens matrimonium. ¯s. *eod. tanta.*

b ¶ *Publice tenente*] Tanquam vxorem.

c ¶ *Viri sui.*] Scilicet Alani [a]. Bernard.

d ¶ *Alij.*] Scilicet R. patri Agathæ scienti, quòd illa habebat aliũ virum, scilicet Alanũ, vnde non posset esse vxor illius, etiam post mortẽ Alani viri: quia plus est eam ducere de facto, quàm fidem dare. ¯s. *de eo qui duxit in ma. cùm haberet*: secus si ignorasset illam habere alium virum, ex quo bona fide, & publicè contraxisset cum illa, filij sic suscepti iudicarentur legitimi, ¯j. *ex eo tenore.* & cum ea post mortem mariti remanere posset. ¯s. *de eo, qui duxit in matri. cap. 1 & cap. veniens.*

a Vel alterius, cui fortè fidem promiserat. Io. And.

LAtor.] Sunt duæ partes. In prima appellantis quæstio. In secunda causæ commissio ibi, *Ideoque.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam R. nomine accessit ad Papam coram ipso proponens, quòd auus ipsius duas habuit vxores, de quarum vna patrem ipsius, de altera H. patruũ suum recepit, qui hæreditatẽ aui sui totã detinebat, nec ei volebat partem debitã exhibere: vnde cùm ipse H. patruũ suum super parte hæreditatis paternæ corã iudice conuenisset, idem patruus obiecit, quòd pater eius de legitimo matrimonio natus non fuit: & ideo de hæreditate aui sui nihil poterat vendicare successorio iure: tandem fuit tractatum super quæstione natiuitatis coram Episcopo Noruicen. propter tergiuersationem ipsius H. patrui sui ad sedem Apostolicam appellauit, vnde Papa mandat iudicibus, quatenus causam super quæstione natiuitatis ipsius R. infra duos menses appellatione remota debeant terminare. Si verò infra duos menses dictus H. non probauerit legitime, quod obiecit: ex tunc seculari iudici, coram quo hæreditatis quæstio vertitur, debeant intimare, vt pro quæstione natiuitatis non dimittat, quin causam hæreditatis audiat, & decidat. Nota, quòd certus terminus agere volentibus statui potest, infra quem si intentionem suam non probauerint, vlterius non audientur. Item causa natiuitatis præiudicialis est quæstioni hæreditatis, etiamsi quæstio hæreditatis primò sit mota.

† Ca. 5. tit. in 1. compila. Et quamuis ex hoc colligitur, quòd quæstio spiritualis remittenda est ad iudicem ecclesiasticum, si incidat coram iudice seculari. vide late per Rot. & Alex. in l. Titius. ff. solut. matr.

pore Alani [a] viri sui, ipsa cum eo tanquam cum viro suo morante, vel R. patre dictæ Agathæ, ipsam A. adhuc habente virum, publicè tenente [b], nata fuit: eam non fuisse legitimam eiusdem R. filiam iudicetis: quia non potuit esse vxor, quæ viri sui [c] torum maculans, alij [d], dum ille viueret, copulari præsumpsit.

¶ Idem Exonien. Episcopo, & Abbati Herforden.

¶ *Quæstio natiuitatis opposita petenti hæreditatem coram Iudice seculari, est ad Ecclesiasticum Iudicẽ transmittenda. hoc dicit, & est textus multum notabilis, & allegabilis.*

CAP. V.

LAtor † præsentium R. & *infra.* ¶ Cùm autem idem R. H. coram seculari Iudice super hæreditate aui eiusdem R. patris dicti H. traxisset in causam, ille sibi præsumpsit obiicere, quòd pater eius non fuit de legitimo matrimonio natus, & ideo de hæreditate aui sui, nihil posset iure successorio [e] vendicare: tandem cùm super quæstione natiuitatis [f], coram Noruicen. Episcopo tractatum fuisset, ad nostram extitit audientiam appellatum [g]. *& infra.*

e ¶ *Iure successorio*] Quod verum est, si esset naturalis, ex quo alia proles ei legitima superesset, aliàs enim filius naturalis succedit patri ab intestato in duabus vncijs. *C. de nat. lib. Authent. vt liceat patri, & in Authent. quib. mod. nat. effic. legi. §. si quis autem coll. 6.* de quo loquitur *C. eod. tit. l. nec igitur*: aliàs illegitimi in nihilum succedunt.

f ¶ *Quæstione natiuitatis.*] Quæ ad iudicium Ecclesiæ tantùm pertinet. ¯j. *e. de causam quæ. &* ¯s. *eod. c. 1.* tanquam præiudicialis primo debet terminari, antequam intentetur quæstio hæreditatis. ¯s. *de ordin. cognit. tuam.* Bern.

g ¶ *Appellatum.*] Ex parte ipsius, id est, prosequentis appellationem, altera parte eam non prosequente. Bern.

¶ *Glos. seq. not. terminum statuit, &c. & alleg. 3. concor.*

h ¶ *Infrà duos.*] Nota, quod terminus certus statui potest à superiore volenti agere, post quem non auditur iusta causa cessante, ¯s. *de cler. despon. cùm inhibitio.* & ¯j *qui ma. acc. poss. cum in tua. & C. de ingen. ma. l. diffamari.* nec illud tempus prorogari potest, præter consensum partium. ¯s. *de offi. deleg. de causis.*

¶ *Glos. seq. abijcit de vno canone, & soluit.*

i ¶ *Probare legitime.*] Sed videtur, quòd iste potiùs debeat probare patrem suum legitimum: quia præsumitur adulterium, nisi probetur matrimonium, vt *30. quæ. 5. aliter*: sed ibi agitur contra clàm coniunctos: vnde præsumitur potiùs adulterium, hic pater ipsius R. erat in possessione filiationis, quia habetur pro filio, & possidebat bona paterna, & natus fuerat de ea, quæ credebatur vxor: eo mortuo H. ille cœpit totam hæreditatem possidere.

b Vel communiter legitima, & est ipse casus, in quo quis alij nocet, & sibi non prodest, de hoc de concess. præben. maioritate in fin. lib. 6. Io. And.

c Et de probatione K. ff. de epis. legiman. ipsorũ, & suprà de fide instrum. accepimus. Io. And.

¶ Ideoque mandamus, quatenus causam, super quæstione natiuitatis patris eiusdem R. infrà [h] duos menses sublato appellationis obstaculo terminetis. Si verò infra duos menses præfatus H. nõ poterit probare legitimè [i] †, quòd obiecit ex tunc seculari domino, sub cuius iudicio de hæreditate causa vertitur, intimetis, vt pro quæstione natiuitatis non [k] dimittat, quin causam super hæreditate audiat, & decidat.

¶ *Gloss. sequ. obijcit de duab. legibus, & soluit.*

k ¶ *Non dimittat.*] Sed videtur, quòd iudex secularis possit cognoscere de quæstione natiuitatis *C. de iudic. quotiens. & C. de ordin. iud. l. aditæ*: quare ergo nõ processit iudex iste? Dic, quod cùm causa ista sit mere spiritualis, principaliter spectat ad Ecclesiam. ¯s. *de ordin. cog. tuam*: vnde secularis iudex non incidenter, nec alio modo potest de hac cognoscere ¯j. *eo. causam*: nec de annexo spirituali ¯s. *de indic. quanto.* Bern.

† Vide Fedricum de Senis consil. 77. & Doct. in l. 1 ff. de offic. eius, cui man. est iurisdict.

¶ Idem Exonien. Episcopo.

¶ *Naturales legitimantur per subsequens parentum coniugium: spurij verò non. hoc dicit inhærendo verbis litteræ: & est capitulum famosum, & quotidie allegatur in vtroque foro.*

CAP. VI.

TAnta † est vis matrimonij, vt qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium, legitimi [l] habeantur. Si autem vir viuente vxore sua aliam [m] cognouerit, & ex ea prolem susceperit, licèt [n] post mortem vxoris eandem duxerit, nihilominus spurius erit filius, & ab hæreditate repellendus [o]: præsertim si in mortem vxoris prioris, alteruter eorum aliquid fuerit machinatus.

TAnta est vis.] Sunt duæ partes. Secunda ibi, *si autem.* Abbas.

CASVS. Aliquis filios suscepit de aliqua muliere, postmodũ cõtraxit matrimonium cum eadem: quæsitum fuit, verum filij ante matrimonium suscepti legitimi sint habendi? Respondet Papa, quòd tanta est vis matrimonij, vt qui ante matrimoniũ sunt geniti, post matrimoniũ legitimi habeãtur: tamen si vir vxore sua viuente aliã cognouerit, & ex ea prolem susceperit: nihilominus spurius filius est habendus, & repellendus ab hereditate, licet post mortem vxoris cum ea contraxerit, & præcipue si in mortem vxoris alteruter eorum aliquid machinatus fuerit. Nota argu. quòd qui ab initio non fuit legitimus, tractu temporis legitimus reputatur. Item principium considerandum est.

† Cap. 6. eo. tit. in 3. cõpi. & post Cõc. Latera. sub Alexan. iij. part. 33. c. 1. vbi est integra canonsula. Celebris est decretalis, de cuius intellectu, & materia præ alijs Ferdinandus Vasquius lib. 3. c. 42. controuersiarũ vsu frequẽtium, & Antonius Gabri. li. 6. communium conclus. titu. de legitimatione, conclu. 1.

¶ *Glossa sequens allegat quinque concord. quærit alleg. negatiuè, & contrarium soluit.*

l ¶ *Legitimi.*] Ecce quanta est vis matrimonij, vt illegitimos faciat legitimos. *Instit. de nupt. §. vlt. in Authen. quomodo natu. effic. sui. §. si quis igitur dotalia. coll. 3. & C. de natu. lib. l. cum quis. Instit. de hær. quæ ab intesta. defe. §. quibus versi. nécnon, &* ¯s. *eo. cap. 1.* sed nunquid dices tales legitimos quoad ordines, & honores? Videtur, quod non: quia non sunt nati de legitimo matrimonio. ¯s. *de elect. cum in cunctis, & arg. 30 q. 5 qualis*: sed credo, quòd legitimi sunt quoad omnia, quia matrimonium omnia præcedentia purgat: & sic prima, siue etiã præcedẽs causa turpitudinis sublata est *sic C. quod met. cau. l. 2 ff. de cond. ob tur. cau. si ob turpem.*

d Vide Curtium Iuniorem consil. 336. & Ruinum consil. 2. & consil. 211. volu. 1.

m ¶ *Aliam.*] Scilicet conscium adulterij. ¯s. *eod. causam quæ.* secus si ignoranter. *argum.* ¯s. *eod. cum inter. arg.* ¯j. *eo. ex tenore.* ¯s. *de eo qui dux. in matri. c. 1.* contrarium videtur, scilicet quòd talis non sit legitimus, quia hic non distinguitur: sed primum verius est. Bern.

¶ *Glos. seq. argum. sign. contrarium, & ibi remittit: secundò argu. & signat hic contrarium.*

n ¶ *Licèt post mortem.*] Argum. quòd licèt res deueniat ad eum casum, à quo incipere potuit, non tamen valet. *Argum. contra* ¯s. *de conuer. coniug. placet.* vbi de hoc. Item argum. quod ab initio nõ tenuit, tractu temporis non valere. *16. qu. 3. c. placuit. §. potest. versi. quod si primatus.* Argum. contra hic in princ.

¶ *Glos. seq. tractat de quadruplici filiatione: incidenter signat contrarium, & ibi remittit.*

o ¶ *Repellendus.*] Nota, quòd quidã filij dicunt legitimi tñ, vt adoptiui, siue arrogati, de quib. habes ¯s. *de cog. l. c. vnic.* Alij dicũtur legitimi, & naturales, vt nati ex legitimo matrimonio vero, vel putatiuo, siue ab initio, siue ex postfacto: isti succedũt parẽtibus suis. ¯s. *e. cũ inter. &* ¯j *e. ex tenore. &* ¯s *e. c. 1 C. de le. hær. per tot.* Alij dicũt naturales, & nõ legitimi, vt nati ex concubinis in domo. Isti succedũt in duab. vncijs ab intestato. *C. de nat. li. Auth. licet patri.*

Alij

Alij dicuntur spurij, vt nati ex adulterio, vel vulgò concepti. *ff. de sta. ho. vulgo.* & isti in nullo succedũt, nec institui possunt à patre, vt in prædicta Auth. *licet patri. & 32. qu. 4 dicat aliquis,* nec ali debent de bonis parentis. *C. de incest. nup. Auth. ex complexu. Argu. contra. s. de eo qui dux. in matrimon. cùm haberet,* ibi soluitur.

a CAusam.] Primò ponitur commissio. Secundo eius forma, & limitatio ibi, *Verùm.* Abbas.

a ¶ *Causam.*] Nota ordinem huius facti: Radulphus, de quo habes s. *eod. causam quæ.* & F. iste de quo habes hic, fuerunt fratres: R. iste suscepit Agatham de Anelina muliere vxore Alani: Agatha ista de legitimo matrimonio suscepit istum R. de quo habes hic, & sic Radulphus fuit auus istius R. Radulphus iste, scilicet auus iuit vltra mare, & dimisit istum R. & Agatham matrem ipsius R. filiam ipsius Radulphi in possessione omnium bonorum ipsius: audito quòd Radulphus mortuus esset vltra mare, iste F. statim spoliauit ipsum R. possessione omnium bonorũ Radulphi aui sui, quorum in possessione remansit, qũ iuit vltra mare: quia dicebat Agatham nepotẽ suã matrem ipsius R. nõ fuisse natam de legitimo matrimonio, vt s. *eod. causam quæ.* & sic nec ipsa, nec R. eius filius debebat succedere Radulpho fratri eiusdem F. sed ipse F. vnde iste R. sic spoliat⁹ ab F. auunculo suo impetrauit litteras super restitutione sua ad istos Episcopos London. & Vigorien. & Exonien. sub hac forma, vt ante ingressũ principalis causæ deberent cognoscere super eo, quòd mater ipsius R. dicebatur de non legitimo matrimonio nata, ita tamen vt ante principalis causæ ingressum, deberent ei restituere hæreditatem aui sui: sed quia Rex turbatus, & motus fuit, quod Papa iudicium possessorium commiserat illis, reuocauit iudiciũ illud de restitutione, quod pertinet ad Regem, & mãdat, vt procedat super quæstione natiuitatis ipsius Agathæ, prout patet in littera: postea verò quia illi Episcopi forsitan non procedebant, iste impetrauit eandem causam committi Episcopis Exonien. Vigorien. & eidem Londonien. & quia F. habebat Episcopum Londonien. suspectum, fecit illum remoueri, & loco illius substitui Abbatem Herfoden. vt s. *de offic. deleg. causam quæ. & s. eod. causam,* & sic habes hic totam continentiam illarum decretalium, & hæc decretalis debet præcedere in titulo isto aliam illam. Nota, quòd iurisdictio temporalis nõ pertinet ad Papam. Item Papa non intendit iuri alicuius detrahere. Item de statu alicuius quæritur post eius decessum.

a *Hæc facti narratio Bernardiest, & in antiquis codicibus reperitur.*

† *Cap. 7. eo. tit. in 1. compilat. & post Concil. Latera. par. 33. cap. 4.*

¶ Idem London. & Vigorien. Episcopis.

¶ *De causa ciuili inter Laicos nõ cognoscit Ecclesia: cognoscit tamen an quis sit de legitimo matrimonio natus.*

CAP. VII.

CAusam [a] †, quæ inter R. & F. super eo, quòd mater dicti R. dicitur non fuisse de legitimo matrimonio nata, agitari dignoscitur, vobis commisimus terminandam. Verùm quia litteris nostris inseri fecimus, vt sępesato R. possessionem omnium, quorum possessor extitit, quando auus suus proficiscendi Hierosolymam iter arripuit, ante principalis causæ ingressum faceretis restitui, si eadem possessione fuisset per violentiam spoliatus: Nos attẽdentes, quòd ad Regem [b] pertinet, non ad Ecclesiá de talibus possessionibus iudicare: ne videamur iuri Regis Anglorum detrahere, qui ipsarum iudicium ad se asserit pertinere: Fraternitati vestræ mandamus, quatenus Regi possessionum iudicium relinquentes, de causa principali, videlicet, vtrùm mater [c] prædicti R. de legitimo sit matrimonio nata, pleniùs cognoscatis, & causam huiusmodi terminetis: licèt incongruum [d] videatur, vt matrimonium genitricis [e] præfati R. impetatur, quod ea viuente non fuit (vt dicitur) impetitum.

¶ *Gl. seq. pro iurisdictione, quod sit distincta, all. 7. iura in contrarium alleg. 4. & ponit opi. Hu. & contrariã Ala. & Tan. quam approbat.*

b ¶ *Ad Regem.*] Et sic patet, quod iurisdictio spiritualis, & temporalis distincta est. Sic diuisa. *de consec. distin. 3. celebritatem, in fin. & in Authen. de fid. instru. circa princ.* per vnam columnam: & sic Papa non habet vtramque iurisdictionem. *arg. s. eo. lator. & 13 qu. 5. regum. & 8 dist. quo iure & 23. qu. 2. inter hæc. in fin. & 23 q. 4 quæsitum. argum.* quod Papa intromittit se de hæreditate. *arg. contra. s. eod. c. 1. & 10. q. 3. præsens. in fi. 15. qu. 6. alius. & 24. qu. 1 loquitur.* Hug. dixit, quòd imperator à solo Deo habet potestatem in tẽporalibus. Papa verò in spiritualibus, & sic diuisa est iurisdictio: prius enim fuit Imperator, quàm coronã reciperet à Papa, & gladiũ ab altari. *9 dist. legimus* : quia ante fuit imperiũ, quàm Apostolatus. Sed Ala. & Tan. dixerunt, quòd Imperator licèt imperiũ à solo Deo dicatur processisse, executionẽ gladij temporalis recipit ab Ecclesia: Ecclesia enim est vnum corpus: ergo vnum solum caput debet habere. Item Deus vtroque gladio vsus est, vt *not. de iud. nouit.* hic adde, quod ibi dicitur. Item Moyses vtrũque gladiũ habuit, cui⁹ successor [c] est Papa. Præterea Papa ipsũ confirmat, & cõsecrat, & coronat, & eum deponit. s. *de elect. venerabilem. & 15. qu. 6. alius,* hoc vltimum verius credo.

b *Similis gl. extat s. de iudi. cap. nouit. verbo, iurisdictionem: vbi de hoc articulo plenissimè scripsit Martinus, Nauarrus, & Turrecremata in c. cum ad verũ. 96. d. & in summa de Ecclesia, lib. 2. c. 113. & 114. sed tene, quòd declarauit Bonifacius viij. in extrauag. vnam sanctam de maior. & obed.*

c *Meliùs dixisset Moysem fuisse typum, & figuram Papæ.*

c ¶ *Mater*] s. Agatha.

d ¶ *Incõgruum*] Quia crimina morte extinguuntur. *Cod. si reus vel accus. mor. fue. l. 1. & 2 & 3. 23. distin. quorundam. & 33 qu. 2. admonere.* Et ideo post mortẽ nullus accusari potest, nisi in tribus casibus, vt *de hæresi. 24. qu. 2. sanè profertur* : & forte in crimine læsæ maiestatis quantũ ad bona & filios. *arg. 6. q. 1. c. quæro. §. vtrùm. & c. si quis cum militibus:* & hic, ratione honorũ quæritur de delicto alicuius post mortem: scilicet vtrùm Agatha fuerit nata de legitimo matrimonio: dicebatur enim nata de Anelina, & Radulpho: & modo quæritur, vtrùm inter eos fuerit legitimum matrimoniũ. sic s. *eod. latar.* & de statu alicuius quandoque quæritur propter bona. *C. de liberali causa, principaliter, & C. ne de statu defunctorum. l. quamuis.* Bern.

e ¶ *Genitricis.*] Id est, matrimonium de quo nata est Agatha genitrix præfati R. vt dixi, & non de matrimonio, de quo natus fuit R. quia nõ agitur de illo.

¶ Idem Episcopo, & Archidiacono Vincentino.

¶ *Si mulier per iudicium Ecclesiæ separata à primo, viuente illo contrahit secũdo, legitima erit proles, quam ex illo suscepit.*

CAP. VIII.

PErlatum † est ad audiẽtiam nostram, quòd cùm H. ad partes Constantinopolitaĩ. trãsisset [f], & ibi moram per decennium, & ampliùs faciens, ad I. vxorem suam non rediens †, ipsa apud bonæ memoriæ Vincentinum Episcopum, aduersus eum querelam deposuit: & quòd eum non posset diutius expectare, nihilominus allegauit. Episcopus verò sicut vir prouidus, & discretus, parentibus [g] viri mandauit, vt pro eo mitterent, & ipsum ad propria reuocarent: cúmque elapso lõgi temporis spatio † vir non remearet ad propria, Episcopus in conspectu Ecclesiæ auditis rationibus mulieris, inter eos sententiam diuortij promulgauit [h], & mulieri, vt alium duceret, facultatem indulsit.

¶ Ideóque mandamus, quatenus si constiterit, quòd Episcopus inter eos sententiam diuortij tulerit, filios, quos sustulit de alio, ad cuius copulam auctoritate prædicti Episcopi migrauit, legitimos iudicetis, eos hac occasione ab hæreditate non patientes excludi.

† *Cap. 8. eo. tit. in 1. cõp. & post Conc. Later. part. 50. cap. 24.*

† *redirer.*

† *Adde, quid dicatur esse longum tempus. not. in fin. de rest. spol. cap. 1. & in l. fi. C. de præscript. longi temp.*

PErlatum est.] Sunt duæ partes. In prima facti narratio. In secunda commissio ibi, *Ideoque,* Abbas.

CASVS. Quidam H. nomine habens vxorẽ, ad partes Constantinopolitanas se transtulit: vbi per decẽ annos, & ampliùs morã faciens, ad vxorem suã nõ rediit: vnde ipsa corã diœcesano Epo, aduersus eũ querelã deposuit, & quia ipsum vlterius expectare nolebat, Eps mandauit parẽtibus, vt ipsum ad ꝓpria reuocarẽt: cũ ergo diutius expectatus fuisset, nec rediret, Eps auditis rationibus mulieris, inter eos sentẽtiã diuortij promulgauit, & dedit mulieri licentiã contrahẽdi cum alio: & sic auctoritate Ecclesię cõtraxit cum alio, de quo filios suscepit. Cõtra filios illos obijciebatur, quòd nõ erãt legitimi, & ideo ab hæreditate paterna repellendi. Consultus Papa respõdet, & mãdat quibusdã, quatenus si cõstiterit, quòd Episcopus inter eos sentẽtiã diuortij tulerit, filios quos de alio, ad cui⁹ copulã auctoritate Ecclesię trãsiuit, sustulit, legitimos iudicẽt, & hac occasione nõ patiantur eos ab hæreditate repelli. No. quòd filij nati de matrimonio auctoritate Ecclesiæ cõtracto legitimi sũt habẽdi, licet matrimoniũ nõ fuerit legitimũ.

f ¶ *Transisset.*] Causa vagãdi, secundũ Innocentiũ, vel in odium mulieris, vt sic staret impedita: & sic absentia fuit maliciosa, per quod nõ obstat, sed cõcordat. s. *vt lite non contestata* quin § *fin. autem, & s. de sponsalibus,* de illis secundùm Hostien. Ioan. And.

g ¶ *Parentibus.*] Et amicis similiter mittere debuit, *d ex qui. cau. maio. in integ. restit. l. ergo.* & edictũ publicè proponi debet, s. *de dolo, & contum. causam quæ. & cap. vlt.* sed in hoc casu non est taliter procedendum, nisi se per contumaciam absentasset. s. *vt lite non contest. quoniam § verò, & § seq.* Bernard.

¶ *Glos. seq. quærit. arg. pro & contra soluit respondent ad hoc cap.*

h ¶ *Promulgauit.*] Probato impedimẽto ꝓ petuo. Sed nũquid est iste legitimè ꝓcessum lite nõ contest. *arg. quod sic. s. vt lite non contest.*

d *Hæc notã ex lectura Ioan. Andr. perperam irrepsit inter glosas, cũ a Bernardo sit.*

illud

illud factum videtur ex necessitate, ne ius mulieris periret. Sed contra ꝫ. *vt lite non contesta. c. quoniam. §. porrò. & §. fin.* cur hodie [illegible] videtur Sed verùm episcopus bene, vel male processerit [a], non quærebatur, sed tantùm vtrùm filij nati de alio viro, cum quo auctoritate episcopi cōtraxit, legitimi essent: & respondetur, quòd sic, & non aliud. *arg. ff. si quid in fra. patr. l. 1. §. si quid in fraudem.* & quia de illo quæsitum non fuit, responsum non extitit. *sic ꝫ. de elect. innotuit ad fin.* & ideo filij illi legitimi erunt: quia auctoritate ecclesiæ, & publicè contraxit. ꝫ. e. c. 2. Ber.

a Hæc latiùs prosequuntur hic, Hostiensis, Ioan. Andr. & recentiores.

† Cap. 3. tit. de clandest. desp. in 1. compil. & post cōcil. Later. p. 50. cap. 7. Vide etiam in ca. cùm inhibitio. ꝫ. de clā. despon.

Qvod nobis.] Casvs. Dicitur hic, quòd nati de clandestino matrimonio postea per Ecclesiam approbato, iudicentur legitimi. Nota, quòd ab initio non valuit, ex post facto conualescit. Item ratihabitio retrotrahitur.

a ¶ *De clandestino*] Quot modis matrimonium dicatur clandestinum, dicitur ꝫ. *de clan. despon. cùm inhibitio.*

b ¶ *Fuerint.*] Post approbatum matrimonium ab Ecclesia, seruata solennitate quæ tradit. ꝫ. *de clandest. desponsatione, cùm inhibitio.* quia legitimi erunt, etiamsi postea matrimonium separetur iusta de causa. secus si ante approbationem generati fuerunt de clandestino matrimonio ab Ecclesia non approbato, vel non seruata forma prædicta, contraxerūt: quia filij non excusantur, si contra matrimonium aliquid postea proiectum, vt in prædicta constitutione, *cum inhibitio*, tales ergo filij, scilicet de clandestino matrimonio, ante approbationem Ecclesiæ nati, post approbationem legitimi erunt. 32. q. 4. *dicat aliquis. & ꝫ. eo. tanta arg.* [illegible] non [illegible] hoc intelligitur. ꝫ. *de clandestina desponsat. c. 2.* [illegible] ꝫ. *eo. tanta.* Bernar.

† Cap. 1. e. t. in 2. comp. Et de impedimento iustitiæ publicæ honestatis. nunc, quod diffinivit concil. Trid. sess. 24. de reform. mat. c. 3. adde citatos in ca. ad audientiam. in pri. de sponsal.

¶ Idem Beluacen. Episcopo.

¶ *Filij nati ex matrimonio clandestino per Ecclesiam approbato, sunt legitimi. hoc dicit inhærendo litteræ.*

CAP. IX.

Qvod † nobis: *& infra.* ¶ Si qui autem de clandestino [a] matrimonio, postmodum ab Ecclesia comprobato, generati fuerint [b], eos legitimos iudices filios, & hæredes.

Cœlestinus iij. Eboracen. Archiepiscopo.

¶ *Nati ex matrimonio contracto contra publicæ honestatis iustitiam illegitimi sunt, & ab hæreditate parentum excludendi. & tene mēti hunc casum, quia sæpe per ignorantiam accidit.*

Cap. X.

Referente [c] † nobis: *& infra.* ¶ Fraternitati tuæ taliter respondemus: quòd publicæ honestatis iustitia prohibente, matrimonium inter eos contrahi non potuit, & contractum debuit separari [d]: at per hoc cùm filij, nec per Ecclesiæ permissionem [e], nec per paternam ignorantiam [f] excusentur, ad successionem bonorum paternorum non videntur aliquatenus admittendi.

Referente.]Si scientes inter se impedimentum, matrimoniū contraxerunt, illegitima est proles eorum. Primo ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, *Fraternitati.* Abbas Siculus.

c ¶ *Referente.*] Casum [illegible] pone per illum. ꝫ. *de desponsatione impuberum. cap. duo pueri* [illegible] quidam contraxit sponsalia de futuro cum quadam: tandem illa mutata voluntate contraxit per verba de præsenti cum alio, & [illegible] sponsalia [illegible] Ille verò qui sponsalia [illegible] contraxerat, matrimonium cū quadam [illegible] contraxit de tali matrimonio nati sunt filij. Quærebatur, an essent legitimi? Et respondetur, quod non: quia publicæ honestatis iustitia impediente, non potuit esse matrimonium inter eos: nec ignorantia excusat eos, quia parentes scienter contraxerunt nec dispensatio Ecclesiæ [illegible] Bernar. Nota, quòd publicæ honestatis iustitia impedit, & dirimit matrimonium. Item paterna ignorantia non excusat filios.

b Hic casus Bernard. est, & in antiquis Gregorij codicibus reperitur.

d ¶ *Separari.* [illegible] impedimentum istud perpetuum est, ex quo impedit, & dirimit matrimonium iam contractum. sic ꝫ. *de sponsa. ad audientiam. & c. iuuenis.*

¶ *Glo. seq. ponit duas declarat.*

e ¶ *Permissionem.*] [illegible] Ecclesia non approbante tale matrimonium, vel permissionem, id est, dispensationem: quia post a Ecclesia [illegible] & per dispensationem Ecclesiæ approbatur matrimonium [illegible] ꝫ. *de consang. & affi.* [illegible] *per venerabilem & 35. q. 8. c. 1.*

c Quot modis illegitimi legitimentur: vide per tot. quæ cito in cap. proximè sequ. super glossa in verbo filium appellans.

¶ *Glo. seq. ponit tres casus, & primum moderatur.*

f ¶ *Ignorantiam.*] [illegible] etiam ignorantia vtriusque vel alterius [illegible] excusat filios sine legitime [illegible] ꝫ. *eod. ex tenore & ꝫ. ca. 1.* Item subsequens matrimonium. ꝫ. *ea. tanta. & c. 1.* Item legitimatio principis. ꝫ. *eod. per venerabilem.* hodie verò paterna ignorantia non excusat filios omissa illa solemnitate. ꝫ. *de clandest. desponsat. cùm inhibitio.* Ber.

Peruenit.] Primò ponitur mulieris querela, super qua datur iudex: secundò instruitur super modo decidendi ibi, *Mandamus.* Abbas Sic.

¶ Idem.

¶ *Ad docendum prolem illegitimā non sufficit probare impedimentum matrimonij, si fuit in facie Ecclesiæ contractum.*

CAP. XI.

Peruenit † sanè ad nos ex insinuatione L. viduæ, quòd cùm inter G. patrem suum, & A. matrem illius, matrimonium fuisset legitimè celebratum, quandiu vixerunt, quietè permāserunt †, post illorum decessum quidam asserentes eam de non legitimo matrimonio fuisse susceptam, à paterna hæreditate, tanquam illegitimam amouere conantur: Mandamus itaque, quatenus si est ita [g], dictam viduā legitimam nuncietis.

Casvs. Quidam post mortē parentum Luciæ viduæ nitebantur eam remouere ab hæreditate paterna, dicētes eam non fuisse de legitimo matrimonio natā: ipsa verò dicebat, quòd inter G. patrē suū, & A. matrē ipsius, matrimoniū fuit legitimè celebratum, & quādiu vixerunt, quietè insimul permanserunt sine reclamatione: & ideo legitima debebat iudicari: vnde mulier significauit hoc domino Papæ: & ipse mandat quibusdā, quatenus si est ita, ipsam viduam legitimam debeant iudicare. Nota, quòd ex quo matrimonium in facie Ecclesiæ contractum est, & simul manet tanquā vir, & vxor, filij inde nati legitimi debent iudicari.

† Cap. 2. eo. ti. in 2. comp.

† Permanserint.

¶ *Glo. seq. signat contraria: ponit duas opiniones & soluit: iterum signat contrarium, & soluit.*

g ¶ *Si est ita.*] *Arg. contra ꝫ. e. causam quæ.* ibi mandatur inquiri de matrimonio post mortē coniugū; hic autem videtur denegari. Ala. dicit, quod hic lapsum erat quinquennium à morte coniugum, ibi non. *arg. ff. ne de sta. defun. l. 1. & 2. & C. eod. tit. si is qui. & per totum.* Vel hic mater dicebatur nata de non legitimo matrimonio impediente statu: vnde post mortē quæri nō debet. Sed hoc est diuinare [d]. Vnde dicimus, quòd ex quo constat matrimonium in facie Ecclesiæ contractum, & bona fide filij legitimi sunt, vt hic: & ideo dicit: Si est ita, quòd legitime contractum sit: & hæc mulier probare debet, & sic intelligitur, quod dicitur: sed ibi non constabat de matrimonio: quia dicebatur, quòd Agatha nata fuit eo tempore, quo Andrea mater eius habebat alium virum, & hoc aduersarius probare debebat, *vt ꝫ. e. causam quæ.* [illegible] quam alia pars possit probare contrarium, si voluerit: vnde si nihil probat, eo ipso quòd parentes illius in facie Ecclesiæ contraxerunt, & approbante ecclesia simul fuerunt vsque ad mortem, præsumitur legitimum matrimonium inter eos: quare filij legitimi sunt habendi, quousque contrarium ostendatur. Aliud contrariū fortius signatur. *ꝫ. eod. later. & ꝫ. de ordin. cog. tuam.* ibi ille qui opponit aduersus legitime natum, debet hoc probare. hic contra: quod videtur iniquum. Potest dici, quòd hic non cōstabat de matrimonio parentum illius viduæ, nec erat cōmunis opinio, quod illi fuissent legitime coniuncti: & ideo mulier debet probare narrationem suam: vnde dicit [illegible] *arg. ad* [illegible] *cap. prox.*

† Cap. 3. eo. tit. in 3. cōp. Et de materia text. & glo. latissimè hic præ alijs agit Præpositus.

d Intellectus autem diuinatorij reijciendi sunt à legibus, nisi cùm valde vrget contrarietas, vt sentit Ripa in l. 1. nu. 22. ff. de vulg. & pu. subst. ex sententia Bartol. ibi citati.

¶ Innocentius III.

¶ *Statur dicto testium, qui probāt aliquem legitimum, licèt fama viciniæ, & tractatus parentum habeat contrarium.*

CAP. XII.

Per † tuas litteras intimasti, quòd R. ex muliere, quam secundùm opinionem maioris partis viciniæ in concubinam habebat, prole suscepta, quandam pòst, & aliam ea

Per tuas. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio ibi, *Nos autem.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidā R. [illegible] quandā habebat cōcubinā secundū opinionem maioris partis viciniæ, de qua filiū suscepit, & postmodū ea dimissa, aliam accepit in vxorē. & illa concubina aliū in maritū. processu temporis [illegible] multoru [illegible] quod illam, quam videbatur habere pro cōcubina, affidauerat, quod ea haberet in vxorem, & post fidem datā prolē suscepit ex illa. Tandē [illegible] in extremis, illum, quē susceperat ex illa, legitimū [illegible] appellans hæredē suū instituit. Sed cū dubitaretur, [illegible] sic susceptus esset legitimus hæres ipsius, cōmissum fuit cuidā iudici, vt de hoc cognosceret: iudex præter illud, quod ex quadā decretali Alexādri habetur, vbi dicitur: quod [illegible] est verbo viri & mulieris, testes recepit à filio prædicti R. inductos, qui libet probauit, quòd dictus R. ma-

tré ipsius affidauerat, antequã illũ suscepisset ex ea: & ita illum pnũtiauit legitimũ hæredẽ ipsius R. dubitatũ fuit postea: an dictus iudex legitime processisset? Cõsultus Papa, rñdes eidẽ iudici considerans, quod plus est, quod in veritate agitur, quàm quod simulatè cõcipitur; licet R. videatur ipso facto matrimoniũ denegasse, quod inter eos fuerat celebratũ, cũ ad alia vota transiuit: tamen quia desponsatio per testes legitimos probata fuit, siue per verba de præsenti, siue per verba de futuro carnali copula subsecuta fuerit celebrata: nõ tã innitentes decretali Alexandri: quæ in casu dissimili loquitur quàm inductis probationibus, rñdet Papa iudicem legitime processisse, eius sententiam cõfirmans. Nota, quòd veritas opinioni præfertur. Itẽ filij de matrimonio præsumpto suscepti, legitimi sunt.

a ¶ *Ea.*] s. vxore, quã duxit, illa concubina dimissa.

b ¶ *Affidauerat.*] Id est fidem dederat, quòd eam duceret in vxorem.

c ¶ *Ex ea.*] Quam affidauerat.

d ¶ *Filium appellauit.*] Eo ipso, quod quis filium naturalem in extrema volũtate nominat filiũ & hæredẽ instituit, intelligitur eũ legitimasse. *C. de natu. lib. Aut. licẽ si quis.* Et hoc intellige, si aliàs legitimos non habet. *in Authent. quib. mod. nat. effi. l. §. si verò non habens. col. 6.* Item si pater offerat filiũ naturalem imperatori, & fiat curialis, legitimus erit. *in Authent. quib. mod. nat. effi. sui. §. si quis verò. coll. 7.* Item si nullo alio filio existente, ipse filius naturalis patre defuncto, offerat sespsum curiæ, legitimus efficitur. *in Auth. eod. tit. §. 1. & §. si quis verò.* Item si pater filium naturalem in publico instrumento, vel cum suscriptione testium nominauit filium, nec adiecit naturalem, legitimus est. *in Authen. vt lic. ma. & auiæ. §. ad hoc. coll. 8.* Item est hic arg. quòd ex sola nominatione aliquis acquirit ius. *32. q. 4. dicat aliquis. & arg. s. de præsumpt. illud. & s. de proba. per tuas. Insti. de adeptio. §. vlt. & ff. de proba. l. vlt. ar. contra. 2. q. 1. mul. in fi. 27. q. 2. iuuenta 23. q. 4 fortè. C. de proba. neque. & l. non epistolis & C. de lib. cau. l. iubemus.* De hoc dictum fuit *s. eo. transmissæ.*

e ¶ *Cõmissum.*] Id est, à iudice seculari causa filiationis fuit huic remissa. *arg. s. eo. later.* Vel forte à Papa fuit ei causa commissa.

f ¶ *Ex quadam decretali.*] *s. eo. transmissæ.*

g ¶ *Cõprobauit.*] Sic videtur, quòd aliquis possit probare se filiũ alicuius. *s. de fil. presby. Michael.* de hoc dicitur *s. eo. transmissæ.*

h ¶ *Affidasse.*] Supple, antequam ipsum suscepisset ex ea: vnde postea per carnalem copulam subsequentem, fuit matrimoniũ præsumptum inductum: contra quam præsumptionem non admittitur probatio in contrarium. *s. de spon. is qui.* aliàs si simpliciter probasset, quòd eam affidasset, non determinando tempus, insufficiens fuisset talis probatio. *s. de probatio. in præsentia. s. de condi. appo. per tuas.*

i ¶ *Agitur.*] *C. plus val.* quod agitur per totũ, in rubro, & nigro.

k ¶ *Ipso facto.*] Sicut ipso facto negatur matrimonium, sic & ipso facto renũtiatur matrimonio spirituali, siue priuilegio cler. *s. de vita & hone. cle. cap. vlt.* sic opere contrario, vel facto negamus Christ. *22. q. vlt. cauete. & 11. q. 3. existimant.* & sic presumitur, quòd à primo odio recessit. *33. q. 1. requisisti. q. 1. c. 1.*

l ¶ *In casu dissimili.*] Nam ibi parentes testificabantur contra illum, qui dicebat se eorum filium, hic verò pro ipso filio: & ita multùm prodest filio dictum parentum. *ff. de proba. & ff. de lib. agno. l. 1. §. Iulianus. & s. de præsump. afferte. & C. de rei vxor. act. l. vnica. § si liceat. & ff. de probat. l. vltim. ff. ad Carbo. l. 1. §. si quis. & l. quod Labeo.* Io.

defuncta, duxit in vxorẽ: & ea [a], de qua prolem susceperat, virum sibi alium copulauit: processu verò temporis idem R. in præsentia multorum, firmauit proprio iuramento, quòd eam, quã habere visus fuerat concubinam, priùs affidauerat [b] in vxorem, quàm ex ea [c] filium genuisset: & postea cùm † ageret in extremis, cum, quem ex ea susceperat, in testamento hæredem instituens, legitimum filium appellauit [d] †. Cùm autem tuæ inquisitioni fuisset commissum [e], an filius sic susceptus, legitimus esset heres ipsius R. & ad eius patrimonium admittendus: tu præter id, quod ex quadam decretali [f] bonæ memoriæ Alexandri Papæ prædecessoris nostri, standum esse super hoc verbo viri, & mulieris credebas: receptis testibus à filio eiusdem R. productis, quibus legitimè comprobauit [g] prædictum R. matrem suam in capella sancti Sergij affidasse [h], eum ipsius R. hæredem esse legitimum iudicasti.

¶ Nos autem attendentes, quòd plus est, quod in veritate agitur [i], quàm quod simulatè cõcipitur; licèt dictus R. cùm ea dimissa, quam vt concubinã habuerat, ad alia vota transiuerit † videatur ipso facto [k] matrimonium, quod inter eos celebratum fuerat, denegasse; quia tamen desponsatio per testes legitimos cõprobata, eos matrimonialiter fuisse coniunctos ostendit; siue desponsatio ipsa fuerit de præsenti, vt per cõsensum legitimum per verba de præsenti expressum, copula matrimonii inter eos fuerit celebrata; siue per verba de futuro carnali copula subsecuta; non tam decretali dicti prædecessoris nostri, quæ in casu dissimili [l] loquitur, quàm inductis probationibus innitẽtes, te processisse legitimè respondemus, sententiam tuam auctoritate Apostolica confirmantes.

Idem nobili viro G. Montis Pessulani.

¶ *In terris Ecclesiæ Papa potest liberè illegitimos legitimare; in terris verò alienis non, nisi ex causis multũ arduis, vel nisi in spiritualibus: tunc tamẽ indirectè, & per quandã consequentiam intelligitur legitimare, etiam quoad temporalia: hoc tamen vltimum non est sine scrupulo. hoc dicit secũdum intellectum, qui placet Panormitano, & est caput difficile, & multum famosum.*

CAP. XIII.

PEr † venerabilem fratrem nostrum Arelateñ. Archi-

PEr venerabilem. Post Abbatem. Ioan. Andr. summa sic: Papa non legitimat in temporalibus alienæ iurisdictioni subiectos. h. d. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima petitio. In secunda responsio, ibi, *Quod autem.* Secunda subdiuiditur in quatuor. In prima probat quinque rationibus, quòd dispẽsationẽ petitam facere potest. In secunda ibi, *Videbatur.* ponit similitudinem, quam inducebat petitor, quã quinq; rationibus improb. In tertia ibi, *Rationib.* probat auctoritate veteris Testamenti, & noui, quod vbique terrarum certis ex causis inter Christianos potest se Papa de temporalibus intromittere In quarta ibi. *Licet.* petitionem exaudire noluit, quia omnis lex contradicebat. Abb. Siculus.

CASVS. Nobilis vir G. de Monte Pessulano, legitima sua vxore exclusa, aliam superduxit, de qua filios suscepit: tandem per Archiepiscopum Arelateñ. petiit à domino Papa, vt filios suos legitimaret, quatenus eis natalium obiectio, seu exceptio nõ noceret, quò minus sibi succederẽt: quòd dispensare possit, ostẽdit pluribus rationibus. Primò sic: Apostolica sedes diuersis causis inspectis dispensauit cum quibusdam minùs legitime genitis, non solum naturalibus, sed etiam adulterinis, vt possent in Episcopos promoueri: multò fortiùs videtur, vt eos ad actus legitimare possit seculares, præcipue vbi superiorem alium præter Romanum Pontificem non cognoscant, qui legitimandi habeat potestatem: quia quod potest in maiori, multò magis potest in minori. Secundò probat idem per simile tale: eo enim ipso, quòd aliquis ad dignitatem Episcopalem promouetur, eximitur à patria potestate. Præterea si Episcopus scienter seruum alterius in presbyterum ordinaret, liber efficitur, licet ordinator satisfacere Domino teneatur: monstruosum enim videretur, vt qui ad actus spirituales legitimus fieret, ad actus seculares illegitimus remaneret. Vnde eo ipso quòd in spiritualibus dispensatur, per consequentiam intelligitur in temporalibus dispensatum. Sed in patrimonio beati Petri illud potest Apostolica sedes libere facere, in quo summi principis obtinet potestatem. Tertiò etiam videbatur ex hoc posse trahere audaciam postulandi: quia Rex Franciæ Reginam Francorum vxorem suam dimisit, & aliam superduxit, ex qua filios suscepit (sicut & iste nobilis) cum quibus Papa dispensauit; sic cum filiis illius nobilis poterat dispensare. Postmodum respondet Papa ad id, quod dictum est, quòd dispensauit cum filiis Regis Franciæ dicens, quòd res illa non similis, sed valde dissimilis inuenitur: Rex enim Franciæ à Regina fuit per Legatum sedis Apostolicæ per sententiam separatus; sed iste nobilis temeritate propria vxorem suam deiecit, & Rex Franciæ antequam ad eum prohibitio perueniret de non contrahendo cum alia, superduxit aliam, ex qua filios suscepit: sed iste nobilis in contemptum Ecclesiæ aliam superduxit: præterea Rex Franciæ circa matrimonium impedimentum affinitatis obiecit, & coram Legato testes induxit, qui sententiam tulit, quæ reprobata fuit propter iudiciarium ordinem non seruatum: iste nihil obiecit, propter quod separari deberet: & vtrùm filij Regis legitimi fuerint, vel illegitimi, potest non immeritò dubitari, quandiu pendet quæstio affinitatis oppositæ: quia si affinitas opposita approbata fuerit, apparebit, quòd illa non fuit vxor regis, & ita per consequens alia legitima apparebit, & ita filij legitimi fuerunt. Præterea cùm Rex superiorem in temporalibus nullum habeat, sine iniuria alicuius se poterat sedi Apostolicæ subiicere, in quo videri

† dom.

† *Præter Doctores hic vide Panor. in c. fin. de mutuis petitio. & Ias. in l. neque professio. C. de test.*

a *Hæc glos. nec est Bernardi, nec habetur in vetustis codicibus.*

b *Ex hac gl. habes varios modos, quibus illegitimè nati legitimãtur: hos & alios recenset latè Cassaneus super consuetudines ducatus Burgundiæ Rubric. 8. des successions des Bastards. in §. 3. in te. ab intestat. & Socinus lib. 4. sen. d. 41. q. 2. a 4.*

† *transmiss.*

c *Hæc dissimilitudo parùm valet. nam si creditur negãti, quare non confitenti? sed dic, quod ibi negabatur filiatio, hic quasi tas. Item hic factum contradicebat verbo. ibi secus. Item hic assertio viri tantùm: ibi viri, & mulieris. Ioan. Andr.*

† *Cap. 2. in 3. comp. Et de materia text. & gloss. præter Doctores hic, vide Cou. in epitome 4. decret. part. 2. c. 8. § 8.*

episcopum [a] tua nobis humilitas supplicauit, vt filios tuos legitimationis dignaremur titulo decorare, quatenus eis, quò minùs tibi succederent, natalium obiectio non noceret. Quod autem super hoc Apostolica sedes plenam habeat potestatem [b], ex illo videtur, quod diuersis causis inspectis, cum quibusdam minùs legitimè genitis, non naturalibus [c] † tantùm, sed adulterinis [d] etiã dispensauit, sic ad actus spũales illos legitimans, vt possint in Episcopos promoueri: ex quo verisimilius creditur, & probabilius reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat seculares: præsertim [e] si præter Romanos Pontifices inter homines superiorem [f] alium non cognoscãt, qui legitimãdi habeat potestatem: quia cùm maior in spiritualibus tam prouidentia, quàm auctoritas, & idoneitas requiratur [g]: quod in maiori conceditur, licitũ esse videtur & † in minori [h]. Per simile quoq; id videtur posse probari, cum eo ipso, quòd aliquis ad apicẽ Episcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria potestate [i]. Præterea etiamsi simplex Episcopus, scienter seruum alterius in Presbyterum ordinaret [k], licèt ordinator satisfacere Domino teneretur, ordinatus tamen iugum euaderet seruitutis: videretur † siquidem monstruosum: vt qui legitimus ad spirituales fieret actiones, circa seculares actus illegitimus remaneret. Vnde cùm in spiritualibus dispensetur †, consequẽter intelligitur in temporalibus dispensatum. Id autẽ in patrimonio beati Petri [l] liberè potest Apostolica sedes efficere, in quo & summi Pontificis auctoritatem exercet, & summi Principis exequitur potestatem. ¶ Videbatur autem ex eo trahere maiorem audaciam postulandi, quòd cùm Rex Francorum I. Reginam dimiserit, & ex alia postmodum superducta puerum suscepit, & puellam, & tu similiter exclusa legitima, superduxeris aliam, ex qua filios suscepisti: sicut cum filiis Regis eiusdem, sic cum tuis credebatur de benignitate Apostolicæ sedis dispensandum. Verùm si veritas diligenter inspicitur, non res similis, sed valde dissimilis inuenitur: nam Rex ipse à Regina per Remeñ. Archiepiscopum Apostolicæ sedis Legatum, fuit per sententiã [m] separatus: tu verò vxorem tuam à temeritate propria separasti [n]. Ipse quoque priusquam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera peruenisset, aliam superduxit, ex qua prolem geminam noscitur suscepisse: sed tu in contemptum Ecclesiæ, aliam superducere attentasti. Præterea, Rex ipse contra matrimonium impedimentum affinitatis obiecit, & coram præfato Archiepiscopo testes induxit, cuius sententia, quia cassata fuit solummodò propter iudiciariũ ordinem non seruatum [o]: Nos

videri posset aliquibus, quod per seipsum, non tanquam pater cum filiis, sed tanquam princeps cum subditis posset dispensare. Iste ergo nobilis alij est subiectus. Illis ergo rationibus consideratis Papa dispensauit cum filiis Regis Franciæ, causam trahens tam ex veteri Testamento, quàm ex nouo: quia non solum in patrimonio beati Petri, in quo plenã habet potestatem in temporalibus, verumetiam in aliis regionibus, certis causis inspectis casualiter iurisdictionẽ temporalem exerceret, & hoc ostendit per lege veteris Testamenti. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinẽ, & sanguinem, causam, & causam, leprã, & leprã, & iudiciũ inter portas videris variari, venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tẽpore, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Tandẽ exponit auctoritatem Deuteronomij, qđ intelligẽdum sit per eam: exposita auctoritate veteris Testamenti, dicit Papa, licet cum filiis Regis, de quib. ab initio dubitabatur, an legitimi fuerint, duximus dispensandũ: quia tamen tam lex Mosaica, quàm canonica sobolem ex adulterio susceptam detestatur, dicente Dño, q manseres, & spurij vsque ad decimam generationem nõ intrabunt Ecclesiam, & canõ vetat tales ad sacros ordines promoueri, & secũdum leges à paterna hæreditate repelli debẽt, & denegari alimẽta, etiam petitioni illius nobilis nõ duximus annuẽdum. Nota, q in causa matrimoniali, vbi agitur de fœdere matrimonij, ordo iudiciarius est seruandus, alias non tenet sententia. Item matrimonium, quod nõ tenet, nõ impedit aliud matrimonium, quod de iure potest valere, cum postea cõstiterit, q primũ nullum fuit, & filij de secũdo nati legitimi sunt. Item aliquis facit aliquid cum filiis non tanquam pater, sed tanquam Rex. Item Papa potest legitimare ad ambos actus, spirituales & temporales, vbi habet vtranque iurisdictionẽ. Item in certis casibus iurisdictionem tẽporalẽ potest exercere in aliena temporali iurisdictione. Item excommunicatus, mortuus reputatur. Itẽ spurij ad sacros ordines nõ debẽt promoueri, & secundùm leges non succedunt, quibus etiam alimenta negantur. ¶ Glo. seq. soluit contrarium.

a ¶ *Arelaten. Archiepiscopum.*] Nunc olim fuit sedes episcopalis, 7 & 8 q. 3. *Artaldus.* & fuit suffraganeus Narbonensis, vt ibi.

¶ *Glossa sequens recitetur per quæstionem, an Papa quoad successionem legitimet. argu. quod non. ponit opinionem Ioannis, soluit contrarium. & subdit tertiam opinionem.*

b ¶ *Habeat potestatem.*] Ex eo enim q legitimat aliquẽ in spiritualib. per cõsequẽtiam & in tẽporalibus, prout ipse Papa argumentatur hic: propter hoc tamen, q legitimat aliquem in spiritualibus, non probatur, quod habeat iurisdictionẽ in temporalibus: legitimare enim pertinet ad voluntariam iurisdictionem. *ff. de officio proconsulis. l. 2. item quia ad Papam nihil spectat de temporalibus. s. eod. causam quæ. & c. lator. & s. de iud. nouit. nisi in casibus. s. de foro compe. licet. & c. ex tenore, vt ibi dicitur.* & sic videtur, quòd Papa quoad temporalia legitimare non possit, vbi non habet temporalem iurisdictionem. Ad hoc dixit Ioannes, quod dominus Papa non habet potestatem legitimãdi in temporalibus: sed eo ipso, q legitimat aliquem quoad spiritualia, per consequens legitimat eũ quoad temporalia, quæ sunt minus digna, & sic legitimat per cõsequẽtiã, sed nõ directè: sæpe enim permittitur aliquid indirectè, quod non permittitur directè, *arg. 4. q. 3. §. si testes. §. item. respon. & ff. de auctor. tutor. l. 3.* Ioãnes adhæsit allegationi, quam ponit hic dominus Papa: sed contrarium credo, scilicet quòd dominus Papa non possit legitimare aliquẽ quantũ ad hoc, vt succedat in hæreditate tãquam legitimus hæres, qui non sit: dico de sua iurisdictione temporali, sic enim esset mittere falcem in messem alienam, & vsurpare alienam iurisdictionem: quod esse non debet. *s. de iudi. nouit. & 6. q. 3. scriptum est.* & priuare aliquem iure succedẽdi: vnde credo, q non possit legitimare nisi quoad actus spirituales: tamen quidã legitimationem extendũt ad honores seculares, vt per hoc intelligatur esse legitimatus, vt possit esse iudex, habere huiusmodi honores temporales, quos aliàs habere non posset: & in hac sẽtẽtia fuerunt Laurẽtius, Vincentius & Tancredus.

c ¶ *Non naturalibus.*] Naturales largè omnes appellantur, præter adoptiuos, & spirituales. *30. quæst. 3. §. 1.* plerunque enim illi tantùm qui ex liberis concubinis nascuntur, vt hic, *& 32. q. 4. liberi.*

d ¶ *Adulterinis.*] Vt putà filiis presbyterorum, qui cùm fornicantur, adulterantur, cùm sint quasi mariti ecclesiarum, *vt 56. dist. Cenomanensem.*

e ¶ *Præsertim.*] Id est, maximè, secundum Io. secundum alios. præsertim, id est, tantùm.

f ¶ *Superiorem.*] Papa enim super omnes est. *96. dist. duo sunt. & 9. quæst. 3. cuncta, & suprà de maioritate, & obedientia solitæ.*

g ¶ *Requiratur.*] Supple, quantum ad temporalia.

h ¶ *In minori.* *95. dist. illud. 16. q. 1. ca. 2. & s. de deci. ex parte.* Et econuerso cui interdicitur minus, & maius interdictum esse videtur. *i. de sententia excommun. cum illorum. & 74. dist. gesta. & ff. de ser. exportando. error. §. cui. & ff. de interdict. & relegat. l. relegatorum. §. solet.*

i ¶ *A patria potestate*] *53. dist. cap. si seruus. & in Authen. constit. quæ de dig. ibi. sit à papa. §. porùm. coll. 6.*

k ¶ *Ordinaret.*] *54. dist. si seruus absente. & c. ex antiquis.*

l ¶ *Beati Petri.*] Dicebat Ioan. maximè. Sed tu dic, tantùm, vt dixi s. quia quoad totum seculare non potest legitimare, nisi princeps ei permitteret: in seruo scienter ordinato secus est, sed ipse tenetur Domino satisfacere, vt hic dicitur.

m ¶ *Per sententiam.*] Cui standum erat, donec in contrarium probaretur, *suprà. de re iud. sicut & suprà de renun. in præsentia.* licet iniqua *ff. de iust. & iure. l. penul. §. 1. & ff. de reg. iur. res iudicata.*

n ¶ *Separasti.*] Quod facere non debuit, etiamsi causa esset manifesta. *s. de diuor. porrò.* cum talis separatio sit pœna, quæ non debet inferri nisi per iudicem [b]. *33. q. 2. sine. §. in hoc.*

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*

o ¶ *Iudiciarium ordinem non seruatum.*] *vt 2. q. 6. c. si quis. §. diffinitiua. & arg. s. de probat. quoniam. & s. de elect. dudum. & s. vt lite non contesta. accedens. arg. contra. s. vt lite non contes. cap. 1.*

† *Qui dicantur filij naturales, adulterini, spurij, & alij illegitimè nati, quoue nomine appellentur, vide, plenè per Illustrissimum Cardinalem Paleotũ in t. de nothis, & spuriis filiis.*

† *Aliàs est in minori.*

† *videtur.*

† *dispensatum.*

a *De materia huius glossæ in fine disputatione vide Præposit. Turrecr. & alios in c. si quis. 61. & Hieronymum Gigantem in tract. de crimine læsæ maiestatis l. 3. tit. de pœnis, quas sibi incurrunt. &c.*

b *Adde, & ecclesiast. concil. Triden. sess. 24. de refor. matri. de sacramento matrimonij, cano. D.*

post restitutionem Reginæ, alios cognitores duximus deputandos: tu verò vxori tuę nihil quod diuortium induceret obiecisti: cùm etsi fides tori sit vnum de tribus † bonis coniugij [a], non tamen ipsius violatio coniugale vinculum violasset [b]. De filiis ergo eiusdem Regis, vtrum legitimi, vel illegitimi fuerint, quandiu pendet quæstio affinitatis obiectæ, potest non immeritò dubitari [c]. Nam si affinitas fuerit comprobata [d], prædictam Reginam non esse Regis coniugem apparebit, & per consequens alia videbitur tibi legitimè copulata, & filios ei legitimos peperisse. Insuper cum Rex superiorem in temporalibus minimè recognoscat [e], sine iuris alterius læsione in eo se iurisdictioni nostræ subiicere potuit [f]; in quo videretur aliquibus, quòd per seipsum (non tanquam pater cum filiis, sed tanquam [g] princeps cum subditis †) potuit dispensare: tu autem nosceris aliis subiacere. & infra.

¶ Rationibus igitur his inductis Regi [h] gratiã fecimus requisiti: causam tam ex veteri, quàm ex nouo Testamento trahentes: quòd non solùm in Ecclesiæ patrimonio [i], (super quo plenam temporalibus gerimus potestatem) verumetiam in aliis regionibus, certis [k] causis inspectis, temporalem iurisdictionem casualiter exercemus: non quòd alieno iuri præiudicare velimus, sed quia sicut in Deuteronomio continetur: [Si † difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinẽ [l], & sanguinem, causam, & causã, lepram & lepram, & iudicium inter portas videris variari [m]; venies ad Sacerdotes [n] Leuitici generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tempore: qui indicabunt tibi iudicij veritatem: & facies, quæcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, sequerísque eorum sententiam. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, decreto Iudicis morietur.] Sanè [o] cùm Deuteronomium lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli [p] comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo Testamento debeat obseruari. Locus enim, quem elegit Dominus, Apostolica sedes esse cognoscitur. Cùm enim Petrus vrbem fugiens † exiuisset, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, reuocare, interrogatus ab eo, Domine quò vadis? respondit: Venio Romã iterũ crucifigi: quod † intelligens pro se dictum ad locũ ipsum protinus est reuersus [q]. ¶ Sunt autem Sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico, in executione Sacerdotalis officij coadiutores existunt. Is verò super eos Sacerdos siue Iudex existit: cui Dominus, inquit, in Petro: [Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis.] Eius vicarius, qui est Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech, cõstitutus à Deo Iudex viuorum, & mortuorum. Tria quippe distinguit iudicia: Primùm inter sanguinem, & sanguinem [r], per quod criminale intelligitur, & ciuile [s]. Vltimum inter lepram, & lepram, per quod Ecclesiasticum, & criminale [t] notatur. Medium [u] inter causam, & causam, quod ad vtrumque refertur, tam Ecclesiasticum, quàm ciuile: in qui-

& c. quoniam. §. 1. vbi dicitur, quod ordo iudiciarius non vsquequaque seruatur in causis matrimonialibus. sed hic cassata fuit propter hoc sententia. Illa contraria intelliguntur, quãdo altera pars est absens per contumaciam: tunc enim ordo iuris non seruatur per omnia, immo testes recipiunt lite non contestata, & fertur sententia propter periculum fornicationis, vt in c. quoniam: sed vbi altera pars non est absens, sed præsens vtraque pars, debet ordo iuris seruari: aliàs non valet sententia, vt hic. Et dic, cassata, id est, cassa, & irrita nunciata, vt c. accedens. ṡ. vt lite non contest.

a ¶ De tribus bonis coniugij.] Nota, quod tria sunt bona matrimonij, vt hic dicit, sc. fides, proles, & sacramentum 27. q. 2. omne itaque. 32. q. 1. non enim in sola. Fides, quia nullum adulterium dicitur fides tori cõiugalis, vt c. non enim. Proles, id est, ipse Deus. Sacramentum, quia nullum debet esse diuortium, vt c. omne. Vbi alterum istorum non seruatur, frangitur lex matrimonij. Iste nõ seruauit ista tria, scilicet fidem, quia cum alia adulterium commisit, sed Rex Frãciæ non fecit hoc propter sententiam: & quamuis fides non seruetur, matrimonium tamen durat, vt hic dicitur.

b ¶ Violasset.] i. dissoluisset: quia in nullo casu soluitur matrimonium post carnalẽ copulam nisi in casibus, j. de diuor. gaudemus.

¶ Glo. seq. recitatur per quæstionem.

c ¶ Dubitari.] Et sic ex futuro euentu pendet, an sint iudicandi legitimi. ar. ṡ. de frig. & malef. c. fraternitatis. in fi. Sed certe contrarium videtur, si secundum matrimonium contractum fuit auctoritate Ecclesiæ ex vi sententiæ latæ, & toleratum fuit, lite pendente super primo, filij legitimi erunt. ṡ. eo per latum, & c. cum inter, & c. referente arg. & ita sine aliqua dispensatione legitimi erunt.

d ¶ Comprobata.] Maximè, quia etsi non fuerit cõprobata, & restituatur viro, nihilominus proles legitima erit nata ex secunda vxore, quam auctoritate Ecclesiæ recipit post sententiã latam, vt dixi in prox. no. sed non est verum: quia sententia non tenuit propter ordinem non seruatum, & ideo necessaria esset dispensatio, si non probaretur affinitas.

e ¶ Minimè recognoscat.] De facto, de iure tamen subest Romano imperio. 7. q. 1. in apibus. De hoc dicitur ṡ. de ele. per venerabilem.

f ¶ Subiicere potuit.] ff. de iuris. om. iud. est receptum.

g ¶ Tanquam princeps.] Nota, quod facit aliquid non tanquam Rex vt ṡ. de elect. quod sicut. §. penult. & c. cum inter canonicos: & c. cum inter vniuersas. & 23. q. 4. si Ecclesia. in fine. & ff. de adip. si consul. §. 1. & ff. quod cuiusque vni. inter eorum. §. 1. & ita Rex erit hic actor, & iudex proprij facti. & licet forte Rex hoc facere possit, meliùs tamen facit, si abstinet à talibus. ff. de offic procon. ne quicquam, ne videatur præstare auctoritatem suo proprio facto: vt ṡ. de instit. c. vlt. & ṡ. de iure patr. per tuas. Ioan.

h ¶ Regi gratiam.] Quia non potuit Rex legitimare filium suum, licet posset alienum: vel quia licet eum posset legitimare, vt subditum. s. vt succederet alij, non tamẽ vt succederet sibi, arg. 8. q. 1. in scripturis. & 24. q. 1 didicimus. immo videtur, quod ipso iure legitimi erant, cum nati fuissent de matrimonio auctoritate Ecclesiæ cõtracto; sed non est ita: vt ṡ. dictum est in notula, maxime.

i ¶ Patrimonio.] Illos tantum de patrimonio suo legitimare potest: vt dictum est suprà.

k ¶ Certis causis.] s. cùm requirimur. & hoc probatur auctoritate Deute. s. cum variatũ est inter iudices, siue ambiguum, tũc recurrit ad iudicium Ecclesiæ: vt j. sequitur & licet ex certis causis, non ideo est ordinarius quoad temporalia. ṡ. de offi. ord. pastoralis. 1. responso. sed casualiter: vt dicit littera ṡ. de fo. compe. licet. c. ex tenore. & sua parte. Et ita est hic arg. de iurisdictione distincta. ṡ. eod. causam quæ. vbi de hoc. & ṡ. de iudic. nouit. & ṡ. de appella. si duobus.

l ¶ Inter sanguinem.] Hæc verba exponuntur inferius.

m ¶ Videris variari.] Inter iudices, siue sapientes.

n ¶ Veniens ad Sacerdotes.] Arg. quod ex defectu iudicis secularis recurritur ad ecclesiasticum. ṡ. de fo. compe. licet. & 23. q. 5. administratores.

o ¶ Sane.] Hic incipit Papa exponere auctoritatem Deuteronomij.

p ¶ Ex vi vocabuli.] Interpretatur enim noua lex antiquam.

q ¶ Reuersus.] Ipse Petrus, & ibi postmodum martyrium sustinuit c. 2. q. 6. Beati Petrus, & Paulus.

r ¶ Inter sanguinem & sanguinem.] Hæc est expositio eius, quod præmisit in auctoritate Deuteronomij.

s ¶ Ciuile.] Hoc est seculare iudicium.

t ¶ Criminale.] Id est, ecclesiasticum secundum canones.

u ¶ Medium inter causam.] Nota [d], quòd illa tria iudicia sic clarissime secundum Hostiensem possunt exponi. Primum, inter sanguinem, & sanguinem; illud est criminale, ciuile, siue seculare; quod idem est hic, vel quia accusator dicit esse probatum, quòd reus sanguinem fudit, s. aliquid criminale commisit, puta homicidium, adulterium, furtum: vel aliquod aliud simile. Vltimum inter lepram, & lepram; quia accusator dicit reum esse infectum lepra hæresis, vel simoniæ, siue sacrilegij, vel alterius criminis Ecclesiastici, & reus negat. Medium inter causam, & causam; quia actor dicit, quòd reus tenetur sibi in centum ex mutuo, vel commodato, vel alia ciuili actione, vel etiam teneris mihi ad decimas præstandas, vel habeo ius patronatus in Ecclesia illa, vel alia simili actione ecclesiastica, & reus negat. In his enim omnibus, si quid difficultatis emerserit, est ad sedem Apostolicam recurrendum. supra de appell. vt debitus. & supra de baptismo. c. maiores.

† Vide B. Augustinũ super Ge. ad litteram. li. 9. c. 1. & P. Lombardũ l. 4. sent. d. 31. vbi plenissimè de his tribus coniugij bonis.

† Hodie dic, vt in cõcilio Viennensi de iud. c. dispendiosam.

b De materia huius glossæ vide plenè per D. Scotum l. 4. sen. d. 31. q. 1. arg. 2.

† subiectis.

Deut. c. 17.

† Hæc Deut. auctoritas protenditur vsque ad illa verba Sane cũ Deuteronomiũ, in ea imprimẽda secuti sumus antiqua, & magis emẽdata Gregorij exẽplaria, quãtũ ad verba tãtisper differt à vulgata editione. sed eadẽ est sententia.

† Refert hoc B. Ambrosius l. 5. epistolarum epist. 33. incl. Dalmasianos tribunos. § videntes, paucò post med. illam. 3.

† Aliàs itaq; quod Petrus intelligẽs pro se, &c.

Matth. 16.

Psal. 109.

c Quod dic, vt not. infrà de elect. fundamenta. l. 6. to. And.

d Hæc glossa non est Bern. nec habetur in antiquis codicib. sed ex lectura Ioã. Andr. perperã collecta, hîc inepta fuit inserta: non est autem hinc ablata, quia vulgò cœpit in omnibus impress. circunferri.

a ¶ Præcipi

a ¶ *Præcipitur.*] 11.q.3.*abſit.*
b ¶ *Mortuus.*] 11.qu 3.*nihil.* & *c.ſic debet:* & 24.q.3. *corripiantur.*
c ¶ *Canonica.*] 56.*diſt.cap.*1.& *ſ.de fil.presby.cap.*1.& 15 *quæſt.*8. *cum multæ.*
d ¶ *Deteſtatur.*] Niſi cùm ei fuerit diſpenſatum. 59. *diſt. Cenomanenſem.*

bus cùm aliquid fuerit difficile, vel ambiguum, ad iudicium eſt ſedis Apoſtolicæ recurrendum: cuius ſententiam, qui ſuperbiens contempſerit obſeruare, mori præcipitur [a], id eſt, per excommunicationis ſententiam velut mortuus [b] à communione fidelium ſeparari. Paulus etiam, vt plenitudinem poteſtatis exponeret, ad Corinthios ſcribens ait: [Neſcitis, quoniam angelos iudicabitis? quantò magis ſæcularia.] ¶ Licet igitur cum filiis ſæpedicti † Regis (de quibus, an fuerint legitimi ab initio, dubitatur) duxerimus diſpenſandum: quia tamen tam lex Moſayca, quàm canonica [c], ſobolem ſuſceptam ex adulterio deteſtatur [d], teſtante domino, quòd manſeres [e] † & ſpurij, vſque in decimam generationem in Eccleſiam non intrabunt: canone [f] verò vetante tales ad ſacros ordines promoueri: ſæcularibus quoque legibus non ſolùm repellentibus eos à ſucceſſione paterna, ſed negantibus ipſis etiam [g] alimenta, petitioni † tuæ non duximus annuendum.

¶ Idem H. † & R. Canonicis Beneuentanis.

¶ *Si coniugatus, viuente prima, in facie Eccleſiæ contrahit cum ſecunda hoc ignorante: legitima erit eorum proles.*

CAP. XIIII.

EX † tenore litterarum veſtrarũ nobis innotuit, quod cùm G. vidua hæreditatem quondam R. mariti ſui ſibi, & pupillo filio ſuo reſtitui [h] poſtularet, pars aduerſa petitionem eius nitebatur excludere, pro eo, quòd R. maritum ipſius viduæ de adulterio genitum aſſerebat: & *infrà.* ¶ Intelligentes, quòd pater prædicti R. matrem ipſius in facie Eccleſiæ ignaram [i], quòd ipſe aliam ſibi matrimonialiter copulaſſet, duxerit in vxorem, & dum ipſa coniux ipſius legitima putaretur dictum R. ſuſceperit ex eadem: in fauorem prolis potiùs declinamus: memoratum R. legitimum [k] reputantes.

e ¶ *Manſeres.*] De his dictum eſt *de renunc. niſi cum pridem.* §. *perſonæ.*
f ¶ *Canone.*] *ſ. de electioni. cùm in cunctis.*
¶ *Gloſ. ſeq. ſignat contrarium, ibi. remittit.*
g ¶ *Etiam alimenta.*] *C. de natu. libe. Authent. licet patri.* & *Cod. de inceſt. nupt. Authentic. ex complexu. Arg. contra. ſ. de eo qui duxit in matri. cùm haberet. Sol. ibi.*

EX tenore.] Sũt duæ partes. In prima iudicum conſultatio. In ſecunda rñſio, & eius ratio ibi, *Intelligentes.* Abbas Siculus.

CASVS. Quædam vidua petebat hæreditatem quondam R. mariti ſui reſtitui ſibi, & filio pupillo: pars aduerſa petitionem ſuam repellere nitebatur, pro eo quod dictum R. maritum ipſius de adulterio genitum aſſerebat, dicens, quòd pater dicti R. viuente vxore legitima, aliã M. nomine ſuperduxit, ex qua dictum R. maritum ipſius viduæ ſuſcepit: pars viduæ reſpondebat, quòd dicta vidua neſciẽs, quòd pater dicti R. aliam haberet vxorem, cum eo contraxit in facie eccleſiæ: vñ dictus R. filius ipſius debebat legitimus reputari, cùm illegitimi dici non debeant, qui de adultera conſcia non naſcuntur: Iudices qui de hac materiã cognoſcebant, ſuper hoc dubitãtes conſuluerunt dominũ Papam. Vnde ipſe intelligens, quod pater ipſius R. matrem eius in facie Eccleſiæ ignaram, quòd ſibi aliam matrimonialiter copulaſſet, duxerit in vxorem, & dum legitima putaretur vxor, ipſum R. ſuſcepit ex ea, in fauorem prolis dictum R. legitimum iudicauit. Nota, quòd ignorantia alterius parentis facit, quod filij de tali matrimonio nati legitimi ſunt, & fauor prolis ad hoc coadiuuat.

¶ *Glo. ſeq. poteſt recitari per obiectionem.*
h ¶ *Reſtitui poſtularet.*] Tanquam tutrix. *Cod. quando mu. tut. of. fun. l.* 2.& *Authen. matrim.* Olim ſi mater curam, vel tutelam filiorum ſubire volebat, oportebat eam iurare, quòd non tranſiret ad ſecundas nuptias. hodie vero remittitur illud iuramentum: quia veniebant contra, ſed renunciant beneficio Velleiani. *in Authent. vt ſine prohib. debit.* & *credi.* § *quia verò multam, coll.* 7.& *prædicta Authen. matri.* & ſi contraxerit, ſtatim expellitur à tutela. *C. eod. tit. Auth. ſacramentum.* & *ſ. de appellat. ex parte.* vbi hoc.
i ¶ *Ignaram.*] Hæc ignorantia facit, quòd filij ſunt legitimi cenſendi: aliàs non eſſent legitimi: vt *ſ. eod. referente.* vbi de hoc.
¶ *Glo. ſeq. not.* & *remittit, quærit,* & *ſoluit. alle. in contrarium.*
k ¶ *Legitimũ.*] Ex hoc patet, quòd ſufficit bona fides alterius parentis, vt filij dicantur legitimi: & ſi naſcãtur lite mota, legitimi ſunt, licet poſtea ſeparentur, vel ſi ante ſententiam ſit cõceptus.

ſ. eo. cùm inter. Circa huiuſmodi ſcientiam, vel ignorantiam tenendum eſt, *vt dicitur ſ. de clan. deſponſ. cum inhibitio.* Sed nunquid idem eſſet, ſi aliquis crederetur liber, cùm eſſet ſeruus, vt filius eius propter opinionem Eccleſiæ iudicetur liber, & legitimus quoad ordinem? Non: *vt Cod. ſolu. matrim. l. ſi cum dotem.* §. *vltima.*

1.Cor.6.
† *præfati.*
Deut.23.
† *Manſeres qui dicãtur, vide Couarruuias l. 4. decr. p. 2. c. 8. §. 5.*
† *Alijs Ita:* ſermonẽ tui tiõ duximus admittẽdam.
† *Alias H. & P.*
† *Cap. 3. eo. tit. in 3. cõpil. Et vide Baldum in l. qui cũ tãd. Cod. de incerti ſum.*

¶ Idem Epiſcopo Tib. †.

¶ *Proles infidelium, qui poſtea conuertuntur, legitima eſt: etiamſi parentes ſunt in gradu prohibito lege canonica.*

CAP. XV.

GAudemus: † & *infrà.* ¶ Cæterùm prolem de infidelium coniunctionibus [l] natam, qui ſecundo, tertio, vel vlteriore gradu ſecundùm opinionẽ [m] illorum † matrimoniali contraxerũt affectu; poſt fidem receptam (vtilitate publica ſuadente) legitimam volumus reputari.

GAudemus.] CASVS. Infideles quidam in ſecundo, vel tertio gradu ſecundùm opinionem ſuam contraxerũt matrimoniũ, & filios de tali matrimonio ſuſceperunt, tãdem conuerſi ſunt ad fidem. quæritur, an filij eorum legitimi ſint cenſendi? Reſpondet Papa, quòd vtilitate publica ſuadente debẽt legitimi reputari. Nota, quòd fauor fidei, & publica vtilitas attendenda ſunt.
l ¶ *Coniunctionibus.*] ſ. Paganorum, ſiue Iudæorum ad fidem poſtea conuerſorum: *vt ſ. de conſanguin.* & *affinit. de infidelibus.* & *j. de diuor. gaudemus.* cuius hæc eſt.
¶ *Gloſ. ſe. quærit,* & *ſoluit,* & *duas lecturas ponit.*
m ¶ *Opinionem.*] Talis opinio non legitimat, ſed præſtat occaſionem legitimandi: *ar. ſ. c. prox.* & *ca. per venerabilem.* & *ff. de ritu nup. qui in prouincia.* Sed nunquid eſt matrimonium inter tales? Videtur, quod ſic 26. *d. deinde.* & *ſ. de conſang.* & *affinita. de infidelibus.* Solutionem collige *j. de diuor. gaudemus.* cuius hæc eſt pars. & deciſa videtur ante illum §. *qui autem,* &c. vt præcedat ſermo de coniunctis cum ſecundis, poſt diuortiũ factũ adhuc viuentibus repudiatis, in quibus non eſt matrimonium, vt ibi dicitur: filij tamen eorum reputantur ab Eccleſia legitimi vtilitate publica ſuadente, vt alij faciliùs conuertantur. Sed ſi intelligatur de filijs illorum, de quibus dicitur in principio illius *cap. gaudemus.* tunc planum eſt: quia inter illos eſt matrimonium, vt ibi patet, & ſic deciditur §. *quia vir.* quod potiùs credo: & filij talium legitimi ſunt.

† *Tib.*
† *Tubu.*
† *Tyburtino,*
† *Cap. 4. eo. tit. in 3. cõp. Et præter Doctores hic vide Sotum l. 4. ſen. d. 39. q. vnica. a. 3. ad 4. arg.* & *per totum articulum.*
† *eorum.*

TITVLVS XVIII.

Qui † matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari.

¶ Alexander iij. Pariſienſi † Epiſcopo.

¶ *Cũ agitur de fœdere matrimonij, reo abſente contumaciter poſſunt ſuper impedimento matrimonij recipi teſtes, dummodò ſint legitimi: & ad dicta eorum fertur ſententia.*

CAP. I.

RElatum † eſt, quòd cũ pater cuiuſdam puellæ, eam cuidã ciui Pariſieñ. † nuptui tradidiſſet, maritus poſt

† *Alias ita:* De his, qui matrimonium accuſare, & c. *aliàs deſunt illa verba;* vel contra illud teſtificari.
† *Parmen.*
† *Patrimonen.*
† *Cap. 1. eo. tit. in 1. cõp.*
† *Parmen.*

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE poſſunt, vel contra illud teſtificari.

¶ *Viſo de matrimonijs, & de impedimentis eorum, meritò ſequitur videre de ſeparationibus, & diuortiis: ſed quia ad diuortia peruenitur, accuſationibus, & teſtimonijs præcedentibus: ideo tractaturus auctor de diuortijs, præmiſit iſtam rubricam. Qui matrimonium accuſare poſſunt & contra ipſum teſtificari. Et ſic habet iſta rubrica duas partes. Tractat enim, qui ſunt accuſatores idonei, & qui idonei teſtes contra matrimonium. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 35. q. 6. per totum.

RElatum.] Communis diuiſio. Secunda pars ibi, *Cæterùm.* Abbas.
CASVS. Quidam filiam ſuam cuidam tradidit, cum qua per aliquot annos permanſit: tandem propter homicidium, quod commiſit, de ciuitate timore mortis receſſit:

Postmodum dicebatur, quòd pater puellæ illum de sacro fonte leuauit: Episcopus loci fecit illum per litteras requiri, & per quinquennium expectatus non potuit inueniri. Consultus Papa respondet, quòd si manifestum est, quod asseritur, aut legitimi accusatores, & testes appareant, postquam iuuenis ille fuerit cū omni diligētia requisitus, etiamsi non potuerit inueniri, poterunt recipi testes, & sine canonico negotiū terminari. Nota, quòd in causa matrimoniali lite non contestata, recipiuntur testes altera parte absente.

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

a ¶ *Aliquot annos.*] Sed de quot annis[a] intelliges? Potest dici, quòd de duobus: quia pluralis locutio duorum numero contenta est. 4. *qu.3.ca. si testes. ver. vbi numerus. ff. de verb. signi. inter illam in fin. & ff. de manu. testam. libertas §. vlt. ff. de testi. vbi numerus.*

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

b ¶ *Exiuit.*] Nōne illa sequi eum tenebatur? quod videtur. 13 *qu.2. vnaquæque*[b]. *& 34. qu. 2. si quis necessitate ineuitabili.* Et potest dici, quòd tenebatur: quia ibi remanere non poterat iusta de causa, nisi fortè vagabundus discurreret: quia tunc non posset ipsum sequi. *argum. ff. de ope. lib. quod nisi. §. ex prouincia.*

¶ *Vide conc. Tridē. s. 24. de ref. matr. c.2.*

a *Nō video, quare se in hac gl. fatiget Io. And.*

b *Vbi de hoc, & tenet hic Goff. quod ibi Ioan. & ad id alleg. Hosti. de vo. quod super. §. fin. & c. seq. §. quod autem. Ioan. And.*

† *Cap. 4. eo. ti. in 2. comp.*

† *depromētes.*

† *Pro sola chartulæ cōscriptione admitti.*

aliquot[a] annos, quibus cum vxore permansit, propter homicidium, quod commisit, de ciuitate timore mortis exiuit[b]: nunc autē dicitur posse probari, quòd pater puellæ eum de sacro fonte leuauit †; sed litteris tuis quæsitus nondum potuit inueniri, licèt quinquennium sit transactum: *& infrà.*

¶ Cæterùm consultationi tuę taliter respondemus, quòd si manifestum[c] est, quod asseritur, aut legitimi[d] accusatores, & testes[e] appareāt: postquam iuuenis fuerit cum omni diligentia requisitus, etiamsi nequiuerit inueniri, testes recipere poteris, & sine canonico iudicium terminare.

Clemens iij.

¶ *Accusatio, & testimonium in causa matrimoniali personaliter, & non per litteras fieri debent.*

CAP. II.

At † Nobis est quæsitū, vtrùm aliqui super accusatione[f] matrimonij, nihil voce propria depromentes †, debeant per † solam chartulæ conscriptionem admitti? ¶ Ad hoc respondemus, quòd in talibus, nisi quātùm ad præsumptionē[g], nullius momenti est conscriptio, quoad sententiam proferēdam; nisi alia legitima adminicula suffragentur.

¶ Clemens † iij. Papa Florentino Episcopo.

¶ *In causa matrimoniali super consanguinitate, & cōtractu testificari possunt consanguinei, & parentes.*

CAP. III.

Videtur † nobis: *& infrà.* ¶ Quòd parentes, fratres, & cognati vtriusque sexus, in testificatione suorum, ad matrimonium coniungendum, vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine[h], quàm legibus[i] approbatur. Ideo enim maximè parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur; quoniam vnusquisque suam genealogiam[k], cùm testibus, & chartis, tùm etiam ex recitatione maiorum scire laborat; qui enim meliùs recipi debent, quàm illi, qui me-

c ¶ *Manifestum.*] Ita quòd notorium: aliàs non bene sequeretur, aut legitimi, *&c. quia quod manifestum est, probatur 11. qu.3. eorum qui. in fin.*

d ¶ *Legitimi.*] Secundum quod traditur. *ī. eo. c. cùm in tua.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit, solutioni obijcit, & respondet, ponit; & inducit simile.*

e ¶ *Testes.*] Ergo altera parte absente, & non per contumaciam testes recipiuntur lite non contestata, & sententia fertur, vt dicit. Nam ordo iuris in casu isto non est vbiquequaque seruandus. *ī. vt lite non contest. cap. 1.* Sed contra. *ī. vt lite non contest. quoniam. §. 2.* cum ille non sit absens per contumaciam, vt ibi. Posset dici, quod cùm iste propter culpam suam absens fuerit, nec posset inueniri[c], illa culpa loco contumaciæ habetur, vt cōtra eum procedatur: nec debeat mulieri obesse, quæ in culpa nō fuit: iniquū est enim alium alterius odio prægrauari. *C. de inoffic. testa. si quis* suo ad finem, nec propter hoc ius mulieris debet perire, maximè cùm habeat legitimos testes, & accusatores, & tanto tempore fuerit expectatus, & cum diligentia requisitus, vnde procedi potest contra illum. Et illa decretalis, quoniam non contraria est, si tu bene videas illā: quia ibi dicitur: Cum sine culpa sit absens, & non malitiosā voluntate: hic ergo culpa, & malitia sua exigentibus est absens. Sed præsumptio in hoc videtur contra mulierem, quod eo præsente tanto tempore tacuit. Sed præsumptio tollitur, si testes, & accusatores legitimi sunt, prout dicitur *infrà eod. cùm in tua.* Quidam dicunt, quod corrigitur per illam decretalem, *quoniam*, & ei standum est. Item sic contra videtur. *ī. tit. proximè per latum.* Sed ibi non agitur, an sententia tenuerit, vel non, sed an filij legitimi essent.

c *Dicit Tancre. quòd iste impediebat, ne ad eum posset peruenire citatio. Ioan. Andr.*

A *Nobis.*] In prima parte ponitur quæstio: in secunda responsio ibi. *Ad hoc.* Abbas.

Casvs. Aliquis vult accusare matrimonium, vel etiam testificari contra illud per chartulam, in qua scribit accusationem, siue testimonium suum, nihil dicens voce propria. Quæritur, vtrùm talis accusatio vel testimonium sit admittendum? Respondet Papa, quod in talibus nullius est momenti tale testimonium quoad sententiam proferendam, nisi solùm quoad præsumptionē, nisi alia legitima suffragentur: & hoc, quod dicitur hic, melius intelligitur de testibus, quàm de accusatoribus: sed vtrūque verum est. Nota, quod per scripturam nullus debet accusari.

¶ *Glo. seq. ponit duas lecturas.*

f ¶ *Accusatione.*] Licet litera ista videatur intelligēda de accusatore, tamen de teste potius intelligitur, de vtroque tamen est verum. De accusatore habemus 2. *qu. 8. per scripta.* quod est de teste verum similiter. testibus enim, & non testimoniis est credendum. *3. q. 9. teste. & ī. de coha. cle. & mu. tua nos.* & quid debeat intelligi de teste, colligitur ex illa littera: Nisi quātum ad præsumptionem, &c. quia sententia ad dicta testium profertur, non ad dicta accusatoris.

¶ *Glo. seq. notat præsumptionem non probare.*

g ¶ *Ad præsumptionē.*] Nota, quod præsumptio non probat, nisi sit violenta. 32. *qu. 1. dixit: & 2. quasi per totum.* & hoc est regulare. *ff. de test. l. 4. §. item diuus. & 3. qu. 2. testes. & ī de cohab. cle. & mulie. tua.* tamē præsumptio coadiuuat, si adsint alia suffragia[d] *ī. de success. ab inte. cùm dilectus. & ī. de testi. præterea. & ī. de præsumpt. item & c. 3.* & propter præsumptionem defertur iuramentum quandoque actori, quandoque reo: *vt ī. de iureiur. cap. vlt.* hic vero contra matrimonium non defertur iuramentum. *ī. de eo qui cog. consan. t. vo. sua, super eo.*

† *Clemens Papa Florentino Episcopo.*

d *Fortè fama secundum Alia. & V im. qui allegans eadē iura. Io. Andr.*

† *Cælestinus Papa Flor. Episcopo. fere in omnibus manuscriptis: aliàs: Cœlestin. iij. &c.*

† *Cap. 1. tit. de matrimonio contra interdictū Ecclesiæ celebrato in 2. compil. refert Gratian. siue Pelea. 35. q. 6. ca. 2. Vide Marianum Socinum cons. sub incip. circa primū versic. cùm igitur. in 1. p. addo omnino notas nostras in hanc decretalem.*

Videtur nobis.] Tria facit. Primò ponit dictum. Secunda ibi, *Ideo*, ipsius rationes. Tertia ibi, *Quod verò*, soluit cōtrarium quoddam. Et incipe sic ponere casum: Titius petebat quandam in vxorem, & ad probandum contractum inducebat parentes suos: ipsa verò mulier conuenta excipiebat de consanguinitate, ad quam probandam inducebat suos consanguineos: quærebatur, an isti essent admittendi, & respondetur, vt in littera.

Casvs. Quærebatur, vtrum parentes, & cognati vtriusque sexus admitti debeant in testimonium suorum consanguineorum ad matrimonium coniungendum, vel dirimendum? Respondet Papa, quod bene admittuntur: & hoc probat tam antiqua consuetudine, quàm legibus: & ideo maximè admittuntur parentes, & si parentes defuerint, admittūtur proximiores: quia vnusquisque consanguinitatem suam scire laborat testibus & chartis, & recitatione maiorum: & illi recipi debent, qui meliùs sciunt, & quorum interest. Quod autem dicitur: Pater non recipiatur pro filio, nec filius pro patre in causa: illud verum est in criminalibus causis, vel contractibus: sed in matrimonio coniungendo, vel disiungendo, admittuntur fauore matrimonij. Nota, quod in causa matrimoniali pater admittitur pro filio, sed non in alijs. item matrimonium res fauorabilis est.

¶ *Gloss. seq. secunda, quarta & penultima tractant vacillando, an ad probandum contractum parentes admittantur.*

h ¶ *Antiqua consuetudine.*] Nota, quod antiqua consuetudo pro lege seruanda est. 11. *d. in his. & 12. di. diuini. & 9 q. 3. conquestus.* & mos fidelissimæ vetustatis seruandus est. *C. de testi. testamenta.* & hæc consuetudo seruatur quoad parentes: tamen in matrimonio coniungendo fallit, cùm alter est superior nobilitate, potentia, vel diuitiis: quia parentes inferiores non admittuntur pro matrimonio coniungendo *ī de test. super eo.* quia suspectum est tunc testimonium illorum: sed hæc decretalis non videtur loqui eo casu, vt dicitur infrà.

i ¶ *Legibus.*] Id est, canonibus, *sic 31. distinct. Nicæna.* & loquitur de illis canonibus 35. *q. 6. c. 1. & 2.* & sic tam de consuetudine approbata, quàm secundum canones admittuntur. Si vis intelligere de legibus ciuilibus, dicas, quòd ad probandum, quod matrimonium contrahi possit non obstante consanguinitate: vel ad dirimendum matrimonium propter consanguinitatem, est arg. quod parentes, & consanguinei sint admittendi qui meliùs sciūt suam proximitatem, quàm extranei, *C. de in integ. restit. mi. de tutela. & C. de lib. cau. si filium. & ff. de prob. etiam.* & quòd alijs præferantur, *est arg. ff. de adul. si maritus.*

e *Sumitur enim lex pro canone, pro cōsuetudine, pro regula, pro ratione, vt no. 2. q. 1. ventum. ad fi. Io. Andr.*

k ¶ *Genealogiam.*] Hæc est ratio, quare huiusmodi personæ admittantur, & alijs præferantur. 35. *q. 6. c. 1 & 2.*

a ¶ *Sciunt.*] Conſanguinitatem, ſ. & per hoc videtur, quod non loquitur de teſtimonio ferendo pro ipſo conſenſu, quia ſi extraneus intereſſet, æque bene ſciret, ſicut pater, & mater, an coſenſiſſent tunc adinuicem: ſed littera ſequens bene innuit de ipſo contractu.

a Aliàs: cõſenſu.

b ¶ *Nullum.*] 30. q. 5. *aliter. & ff. de ritu nup. l. 2.*

c ¶ *Non recipiatur.*] 4. q. 3. *cap. ſi teſtes. §. item teſtis idoneus. & ff. de teſtib. l. teſtis idoneus.*

† Vide Laurentium de Priano in c. quoniã contra. ̃. de probatio. & Specula. tit. de teſti. §. 1.

d ¶ *Coniungendo.*] Ex hoc videtur, quòd ad probandum matrimonium eſſe contractum, admittuntur parentes, & inducitur ad hoc à pluribus ſim. ̃. *de teſt. ſuper eo.* ſed non loquitur in eo caſu: ſed quod dicit, in coniungendo, intellige, ſi diceretur, quòd eſſent cõſanguinei, qui contrahere volunt: vel fama eſſet de hoc; pater, & mater, & conſanguinei admittuntur ad probãdum conſanguinitatẽ[b]. ̃. *de ſpon. cùm in tua.* Intellige loqui hanc decretalem, quando propter conſanguinitatem tãtùm dicitur, quòd non poſſunt coniungi, & quando propter conſanguinitatem debent ſeparari: & hoc etiam ſatis colligitur ex rubr. Conſueuit tamen induci, quòd pater, & mater admittuntur ad probandum ipſum contractum matrimonij, quòd verum eſt ſecũdum diſtinctionem illius decretalis, ſuper eo.

b Vide Frãciſcum de Aretio cons. 14.

† Cap. 3. eod. tit. in 2. cõp.

[illegible]

e ¶ *Fauorabilis.* ̃. *de condi. appo. cap. vlt.* vbi de hoc & argumen. *ff. de re. iur.* in ambiguis c. *vt* ̃. *de app. directè. in fine.* Bern.

c Ibi pro dotibus reſpõdere melius eſt. Io. An.

INſuper.] In prima parte ponitur conſultatio. In ſecunda reſponſio ibi, *In hoc.* Abbas Siculus.

lius ſciunt[a], & quorum eſt intereſſe: ita vt ſi non interfuerint, & conſenſum nõ adhibuerint, ſecundùm leges nullum[b] fiat matrimonium? ¶ Quod † verò legitur: Pater non recipiatur[c] in cauſa filij, nec filius in cauſa patris, in criminalibus cauſis, & contractibus verum eſt: in matrimonio verò coniungendo[d], & diſiungendo, ex ipſius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis[e] res eſt, congruè admittuntur.

¶ Idem †.

¶ *Inuita deſponſata, poſtea ſponte cognita, contra matrimonium non auditur.*

CAP. IV.

INſuper † adiecisti, quòd aliquis cum quadam innubili puella contraxit: quæ tandẽ ætatis metas attingens, ab illo pluries cognita, contra matrimoniũ proclamauit, aſſerens ſe ſemper ab initio diſſenſiſſe, quòd per teſtes probat[f], fama[g], & conuerſatione præclaros. In hoc itaque caſu ſentimus, quòd aduerſus matrimonium audiri non debet, quæ ante cognitionem ſui, legitimum annum attingens, cùm potuit[h], minimè reclamauit: ſicut enim ante legitimum conſenſum (qui in duodecimo anno[i] ſpectatur) potuit diſſentire; ſic poſtquam legitimo tempore accedente, ſemel etiam copulæ carnali[k] conſenſit, ex ratihabitione, ſibi ſuper hoc ſilentium non ambigitur indixiſſe †.

CASVS. Quidam contraxit cum quadam puella infra nubilem ætatem, tandem facta maior, & ab illo pluries cognita, contra matrimonium proclamauit, dicens, quòd ab initio ſemper diſſenſit, & hoc probare volebat per teſtes. Quæritur, an ſit audienda? Reſpondet Papa, quòd ampliùs audiri non debet contra matrimonium: quia reclamare debuit, antequam cognoſceretur ab ipſo. ſicut enim ante duodecimum annum potuit diſſentire, ita poſtquam carnaliter cognouit eandem, non poterit reclamare ratihabitione ſequenti. Nota, quòd ipſo facto cõfirmatur, quod non valebat. Item quod ab initio non tenuit, ratihabitione ſequenti valet.

f ¶ *Probat.*] Id eſt, probare intendit[d], iuxta illud.

Eſt mihi pro facto, ſæpe quod eſſe poteſt. Lau.

d Ad idem de cõſec. diſ. 3. c. peruenit. Idem And.

g ¶ *Fama.*] Tales enim debent teſtes eſſe ſine omni ſuſpicione infamiæ. *2. q. 7. teſtes.*

h ¶ *Cùm potuit.*] Si enim ſemper inuita detenta fuiſſet, & verbo, & facto cõtraxiſſet, audiretur quandocunq; poſteà. *arg. 16. quæſt. 3. prima.* ſed ex tempore præſumitur contra illam. *ſic.* ̃. *de ſponſa. ad id quod, & arg. 1. q. 1. conſtat.*

i ¶ *Duodecimo anno.*] In muliere. *ff. de ritu nupt. minorem.* & xiiij. in viro. ̃. *de de ſponſa. impub. atteſtationes.*

¶ *Glo. ſeq. arg. quòd ratihabitio, &c.*

k ¶ *Copulæ carnali.*] Ex quo enim carnali copulæ conſenſit, omnis violentia ſublata intelligitur, & matrimonium tenet. ̃. *de deſpon. impub. de illis.* ̃. *de eo qui du. in matr. quam pol. cap. 2. &* ̃. *de ſpon. veniens.* & ita ratihabitio[e] confirmat, ſiue validũ facit quòd ab initio non valebat. ̃. *de regularib. cùm virum.*

e Vide in c. ratihabitionem. de reg. iur. li. 6.

SIgnificante.] In prima parte ponitur facti narratio. In ſecunda cauſæ commiſſio ibi, *Cùm igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam duxit quandam in vxorem, mater mulieris nititur matrimonium accuſare, vt ab illo pecuniam extorqueret: & licet voluntati ſuæ praua non poſſint opera reſpondere, nihilominus vult habere pecuniã, vt ab accuſatione deſiſtat. Cum igitur malitiis hominum ſit obuiandum, mandat Papa, quatenus ſi eſt ita, ipſam ab accuſatione matrimonij repellant. Nota, quòd mater poteſt accuſare matrimonium filiæ, ſi non malitioſè moueatur. Item malitiis hominũ non eſt indulgendum. Item non auditur ille, qui tantum vult nocere.

† indixiſſe.

† de Alban. Iannen.

† Cap. 2. eod. tit. in 3. cõp.

† Cannlla

† Camila.

† Caſula.

Innocentius iij. Archiepiſcopo, Præpoſito, & priori ſanctæ Mariæ de † Albanen. Genuen.

¶ *Repellitur accuſans matrimonium propter quæſtum.*

CAP. V.

SIgnificante † M. de Contula † noſtro eſt Apoſtolatui declaratum, quòd cùm M. duxiſſet legitimè in vxorem. S. mater ipſius niſa eſt matrimonium accuſare, vt ab eo pecuniam extorqueret: & licèt intellectui ſuo praua non poſſint opera reſpondere, nihilominus vult habere pecuniam, vt ab accuſatione deſiſtat. Cùm igitur non ſit malitiis[l] hominum indulgendum: mandamus, quatenus ſi eſt ita, ipſam ab accuſatione matrimonij repellentes[m], eidem ſuper hoc ſilentium imponatis.

¶ *Gloſſ. ſeq. ponit duos caſus, quibus, &c.*

l ¶ *Malitiis.*] *ff. de rei ven. in ſundo. & ff. de recep. arb. ita demum. &* ̃. *de reſti.* ſedes Apoſtolica. quandoque tamen auditur, qui non facit, niſi vt noceat: vt dicit Lau. *arg. inducit. C. de nat. lib. Authen. licet.* ſicut & prior pœnitentia facta non prodeſt, & tamen aufert vſum poſterioris. *de pœn. di. 3. in ſalicibus.*

¶ *Glo. ſeq. alleg. 1. contor, ſimile arguit, & tenet contrarium.*

m ¶ *Repellentes.*] Nota, quòd repellitur accuſator propter turpem quæſtum. *ſimile. 2. q. 1 prohibentur.* Item repellitur, ſi infra tempus ſtatutum non accuſauerit. ̃. *eod. c. proxi.* niſi iuſta de cauſa: vt ibi. Et eſt arg. quòd ſimonia committi poſſit in matrimonio: cùm ſit ſpirituale. Sed cõtradici conſueuit, quia ibi gratia[f] non confertur.

¶ Idem.

¶ *Repellitur ab accuſatione matrimonij, qui denunciationis tempore tacuit, niſi denunciationem probabiliter ignorauit, vel iuret de nouo didiciſſe, & quòd non obijcit illam malitioſè.*

CAP. VI.

CVm † in tua diœceſi: & *infra.*

¶ Si verò poſt contractum matrimonium aliquis appareat accuſator, cùm non prodierit in publicum, quando banna, ſecundùm conſuetudinem[n] in Eccleſiis edebantur, vtrùm vox

† Ca. vnico, eod. tit. in 4. cõp. alia pars huius decr. ſuprà de ſponſa lib. c. cum in tua.

f Hæc eſt hæreſis demum in concili. Tri. dãnata ſeſſ. 24. de ſacramẽto matrimonij, cano. 1. cuius hæc ſunt verba: Si quis dixerit matrimoniũ non eſſe verè, & propriè vnum ex ſeptem legis Euãgelicæ ſacramẽtis à Christo domino inſtitutũ, ſed ab hominibus in eccleſia inuẽtum, neque gratiã conferre, anathema ſit.

CVm in tua.] Primò ponitur quæſtio. Secũdò diſtinguens ſolutio ibi. *Super quo.* Et ſecundum membrum ibi, *Alioquin.* Tertiò excipit ibi. *Niſi.* Abbas.

CASVS. Cõſuetudo eſt in aliquo loco, vt quãdo aliqui volũt cõtrahere matrimonium, publicè proponatur in Eccleſiis, vt quicunq; ſcit aliquod impedimentum, exhibeat, & dicat: nullus apparet contradictor, & ſic contrahunt: poſtea apparet accuſator. Quæritur, an ſit admittendus? Reſpondet, quòd ſi tempore præmiſſæ denunciationis extra diœceſim exiſtebat ille, qui nunc matrimonium accuſat, vel ad eum denunciatio non potuit peruenire, putà quia infirmitate nimia laborabat, vel in tali erat ætate, quòd ad hoc eius ætas non ſufficiebat, vel alia legitima cauſa erat impeditus, eius accuſatio debet audiri, alioquin tanquam ſuſpectus debet repelli: quia præſumptio eſt cõtra ipſum, quòd denunciationem publicè factam non ignorauerit, dum in diœceſi exiſtebat, niſi proprio firmauerit iuramento, quòd poſtea didicerit, quæ ſubiicit: & quòd ad hoc ex malitia non proceſſit, & tunc etiãſi didiciſſet ab illis, qui denunciationis tẽpore tacuerunt, ei tamen nõ debet claudi aditus accuſandi: quia etſi illi ab accuſatione repellantur propter culpã ſilentij, ille tamẽ repelli non debet, cùm culpabilis non exiſtat. Nota primò, quod contra ea, quę publicè fiũt, habet quis accuſationẽ. Itẽ qui eſt in diœceſi, non habet accuſationẽ circa ea, quæ publicè fiunt. Item iuramentum elidit præſumptionem. Item aliquis admittitur ad accuſandum, cuius actor repellitur: ſecus in teſtimonio. Item propter culpam alienam non repellitur quis ab accuſando.

n ¶ *Cõſuetudinem.*] Hæc cõſuetudo cõſona fuit iuri, vnde hodie pro iure cõmuni ſtatuitur: qua omiſſa ſi poſtea impedimẽtũ appareat, filij non erũt legitimi. ̃. *de cland. deſp. cũ inhibitio & fin.* ̃. *de ſpon. cum in tua quæ eſt pars iſtius. & ei continuat in integ.*

a ¶ *Non potuit.*] Quia erat in remotis partibus, simile 17. q. 2. *si quis incognitus.*

b ¶ *Feruore.*] 15. q. 1. *illa.* & 17. q. 2. Gonsaldus. & *s. de reg. sicut tenor.* ¶ *Glo. seq. obiicit, & soluit.*

c ¶ *In annis.*] Sed quomodo potest hoc esse, quòd iste in talibus annis denunciationē factā non cōprehēdat, & habilis videtur ad impedimentum cōprehendendū [a]: quia videtur, quòd impedimentum debeat scire tempore contracti matrimonij: sed potest esse, quòd tunc nesciebat, nec sufficiebat ætas ad hoc: sicut nec ad comprehensionem denunciationis, & tamen postea potuit scire impedimentum, *vt j. sequitur.* tamen tempore denunciationis eius ætas sufficere non valebat: quia ætas illa nescit, quid videat. *C. de fal. mo. l. 1. & arg. s. de spon. tuæ fraternitatis.*

a *Depranata est hæc gl. vt plurimū in vulgatis codicibus, quam restituimus ex Vaticanis.*

suæ debeat accusationis admitti, meritò quæri potest.

¶ Super quo sic duximus distinguendum, quòd si tempore denunciationis præmissæ, is qui iam coniunctos impetit, extra diœcesim existebat, vel aliàs denunciatio non potuit [a], ad eius notitiam peruenire, vt purà si nimiæ infirmitatis feruore [b] laborans, sanæ mentis patiebatur exilium; vel in annis [c] tam teneris constitutus, quòd ad comprehensionē talium eius ætas sufficere non valebat; seu alia causa legitima fuerit impeditus, eius accusatio debet audiri. Alioquin cùm rationabiliter præsumatur: quod denunciationem publicè [d] factā idē existens in ipsa diœcesi minimè ignorauit, tanquam suspectus est proculdubio repellendus [e]: Nisi proprio firmauerit iuramento [f], quòd postea didicerit, ea, quæ obiecerit, & † ad hoc ex malitia nō procedat †: quia tunc etiamsi didicisset ab illis, qui denunciationis tempore siluerunt, claudi non debet eidem aditus accusandi: quoniam etsi ab impetitione huiusmodi culpa de silentio tali contracta illos excluderet [g], iste tamen amoueri nequiret, cùm culpabilis non existat.

d ¶ *Publicè.*] Et ideo nullus potest ignorare. 16. *dist. quod dicitis.* & 12. *q. 2. qui & humanus.* & *s. de postu. c. 1. arg.* 82. *dist. proposuisti.*

¶ *Gl. seq. all. 3. cōc. quæri. arg. pro, sol. contrarium. finis recitetur per q.*

† *Aliàs ita.* & quod ad hoc, &c. † *procedit.*

e ¶ *Repellendus.*] Et ita qui infra tempus cōstitutum nō proponit ius suū, postea repellitur & ab accusatione, & à testimonio, *arg. s. de clan. despon. cum inhibitio. à contrario.* & *C. de inge. diffamari.* & *s. de proba. licet.* Sed nunquid admittuntur ad denunciandum? Videtur quod sic, cùm & iuramentum ei non obstaret. *s. de iureiu. quemadmodum.* & *arg. s. de cog. spi. tua.* Dicas, quòd non est admittendus, cùm sit suspectus, vt hic dicit, & suspectæ personæ remoueantur à denunciatione, sicut ab accusatione. *j. de acc. cum dilectus filius.* & *s. de spon. cum in tua.* nam cui vna via aliquid prohibetur, alia via ad idem non debet admitti. *s. de procu. tuæ. cum suis concor. ibi positis.* & ita taciturnitas nocet accusare volenti, nisi fortè tacuit, quia non habuit tunc probationem. 2. *q. 7. plerique.* & ideo dixi, fortè, quòd licet tunc non haberet testes, ipsemet potuit impedire matrimonium contrahendum, vnde non prodest, quòd propter hoc tacuit, *s. de spon. præterea.* & *s. de testib. super eo.* & sola fama impedit matrimonium. *s. de consan. & affi. c. 2.* taciturnitas verò ipsorum contrahentium non præiudicat eis. arg *s.* de restit. spo. ex conquestiōne. & *s. de clan. despon. cum inhibitio.* & *j. per sen. excom. inquisitioni.*

¶ *Glo. seq. inducit duas concordantias, & elicit vnum notabile.*

f ¶ *Iuramento.*] *Sic s. de testib. præsentium.* & *s. de excep. pastoralis.* Item nota hic, quòd plus valet iuramentum vnius, quàm præsumptio iuris: quia per istud iuramentum eliditur iuris præsumptio. 35. *q. 3. extraordinaria.*

¶ *Glo. seq. ponit diuersitatem: quærit de ratione ipsius, & soluit; iterum quærit, arg. pro, & contra ponit opinionem Ioan. & sol.*

g ¶ *Excluderet.*] Hic habes, quòd aliquis admittitur ad accusandum, cuius auctor repellitur; secus est in testibus. *s. de testi. licet.* & *j. de hæreti. fraternitatis. arg.* Sed quæ est ratio diuersitatis? Dic, quòd aliud est in accusatore, & aliud in teste: modicum præiudicium fit, si accusator admittitur, cuius auctor repellitur propter culpam propriam: & iste culpabilis non existit: & ad dictum accusatoris nulla fit condemnatio, nisi adsint legitimi testes: sed ad dictum testis quis condemnatur, & ideo debent esse tales auctores, vt ipsorum facta sufficerēt ad hoc, vt illi admittātur, qui causam habuerunt ab eis. *arg. C. de acq. pos. l. 1. in ia.* Sed nunquid statim elapso termino [b] obstabat talis taciturnitas? Videtur quòd incontinenti, nisi infra terminum accuset. 32. *q. 2. mulier. arg. s. de offi. deleg. cum olim. ff. de leg. 2. cum quidam. in fi.* & *ff. ad Mace. si filius. Arg. contra* 20 *q. 2 puella.* vbi vsque ad annum, & diē tutores, & parentes puellæ, quæ sacrum velamen assumpsit, contradicere possunt, vltrà, nō vt ibi: vel saltem vsque ad x. dies. *ff. de consti. pec. promissor.* & *C. quomodo & quando iud. ab eo.* Ioan. dixit, quòd taciturnitas ista cum quodam temperamento intelligi debet. arg. *ff.* de solu. quòd dicimus. & *ff. ex quib. cau. maio. ab hostibus. §. vlt.* & bene facit ad hoc suprà, *de loca. propositi.* & *vlt.* Ego credo, quòd quandiu res est integra, quòd potest, & debet admitti: contracto verò matrimonio præientis, non videtur audiendus tanquam suspectus, si potuit infra tempus procedere, & denuntiare impedimentum.

b *Quid si nullū tēpus fuisset præfinitum? veniat hæc infra modicū tēpus: tamē cū quodam temperamento est hoc intelligendum per iura, quæ infrà ad hoc alle. gl. secūdum Inno. & Host. Io. And.*

TITVLVS XIX.

De diuortiis †.

† *De materia huius ti. vide latè per Theologos schol. l. 4. sent. dist. 5. & per Syluestrum in summa. verbo, diuortiū.*

¶ Ex concilio apud Vuormaciam †.

† *Vuormaciam.* † *Vormatiam.*

¶ *Homicidium necessariū non priuat spe coniugij, sed machinatio in mortem coniugis: sic.*

CAP. I.

† *Ca. 1. c. ti. in 1. comp. Bur. l. 6. decr. c. 41. Ivo p. 10. ca. 169. Grat. sine Palea. 31. q. 1. c. 6. inci. Si qua mulier.*

SI † qua mulier in mortem mariti sui cum aliis cōsiliata est, & ipse aliquem illorū se defendēdo occiderit [a]: potest ipse post mortem vxoris, si voluerit [b], aliā ducere: ipsa autem insidiatrix [i], pœnitentiæ absque spe coniugij, stet subiecta.

¶ Alexander iij.

¶ *Coniuges propter alterius crimē non separantur, nisi spiritualiter fornicentur, & tunc durat coniugium eis etiam separatis.*

CAP. II.

† *Cap. 2. c. tit. in 1. cōp. & post concil. Lateran. sub Alc. 3. p. 50. c. 22. §. quod autem. Vide Sotum l. 4. sent. dist. in 37. q. l. vnica.*

QVæsiuit † à nobis: *& infra.* ¶ Nos itaque taliter respondemus, quòd mulier pro furto, vel alio [k] crimine viri sui (nisi fidei suæ religionem corrumpere velit) ab eo separari non debet. ¶ Verùm si coniugē

DE DIVORTIIS.

¶ *Continua vt in præcedenti tit. vel potest sic continuari. Suprà in præcedentibus visum est, qualiter matrimonia coniungantur, & qualiter accusentur; modò restat videre, qualiter diuidantur: & scias, quòd diuortium fit dupliciter. Primò quoad substantiam vinculi matrimonialis, vt quando separatur matrimonium propter impedimentum perpetuum; quandoque fit quoad torum & mutuam seruitutem, vel propter adulterium coniugum. Abb.*

De hac materia tractatur 28. *q. 1.* & 2. 32. *q. 2.* & *q. 6.* & *q. 7.* 35. *q. 6. ab ipso primo vsque ad fi. q.* & *q. 9. quasi per totum.*

SI qua.] CASVS. Dicitur hic, quod si aliqua mulier fuerit machinata in mortem viri, & vir se defendendo aliquē de insidiatoribus occiderit, si voluerit post mortem vxoris, contrahere potest: mulier autem sine spe coniugij pœnitere debet. Nota, quòd conatus sine effectu punitur.

h ¶ *Voluerit.*] Quia quantùm ad hoc non impeditur, quò minus contrahere possit post mortem vxoris, cùm tale homicidium directè non fuerit voluntarium: & homicidium non impedit matrimonium contrahendum, nisi in casibus. 33. *quæst. 2. interfectores.* & *c. admonere.* & *j. de pæn.* & *re. c. 3. nisi sint iuuenes. vt c. interfectores.* & *ead. causa. in c. adolescentia.* & *tunc dispensatiuè.*

¶ *Glo. seq. arg. alleg. 4. iura, signat vnum contrarium, & ibi remittit fi. sol. q.*

i ¶ *Insidiatrix.*] Licèt ista mulier non fuerit consecuta effectum: nihilominus punitur quoad legem coniugij. & *est arg.* quòd conatus sine effectu punitur. *sim. 51. d. si qui post.* & *de pæni. d. 1. si quis cum telo.* & *s. de biga. nuper.* & *c. vlt. arg. contra. s. de spon. c. vlt. cum suis concord. ibi positis,* vbi de hoc: tamen si contraheret, teneret.

QVæsiuit.] Sunt tria dicta. Secundum ibi, *Verùm.* Tertium ibi, *In viris.* Abbas.

CASVS. Quærebatur in c. isto, vtrum mulier pro furto, vel alio crimine à viro suo separari debeat? Respondet Papa, quòd mulier pro furto, vel alio nomine viri sui separari non debet, nisi velit religionem fidei suæ corrumpere: Sed si vir vxorem suam ad infidelitatem traxerit, à viro poterit separari quoad mutuam seruitutem, ita tamen quod alij nubere non liceat: quia licet separentur, tamen manent coniuges etiam separati: & idem intelligitur in viris. Nota, quòd vir pro nullo crimine potest vxorem dimittere, nisi pro spirituali fornicatione, vel etiam carnali, & econuerso; quia vir, & mulier ad imparia non iudicantur.

c *Idē Host. qui circa crimina, quæ dirimunt, remittit ad ea, quæ not. in sū. de ma. §. qualiter impeditur. vers. sunt & alia quędam. & seq. & de spon. §. fi. vers. Vndecimo. Ioā. And.*

k ¶ *Vel alio crimine.*] Pro nullo crimine potest vir dimittere vxorem, vel vxor virum, vel pro alio, quod ei contingat. 32. *q. 1. in coniugio.* & *q. 5. si quis vxorem. præcepit præceptum.* & *q. 7. omnes causationes.* nisi pro crimine fornicationis: *vt in c. prędicto,* vel pro spirituali fornicatione. 28. *q. 1. idololatria.* & hoc etiam si viro suo mortem machinetur. sup. c. prox. & talis turpis conditio in matrimonio apponatur: Si furtum feceris, pro non adiecta habetur. *sup. de condi. appo. c. vlt.*

a ¶ Non

a ¶ *Non licebat.*] Cùm matrimonium eorum sit ratum, & consummatum: secus est de matrimonio infidelium. ꝗ. eod. *quanto, & cap. gaudemus.*

b ¶ *Coniuges erunt.*] Quia vinculum coniugij semel habitum nunquam amittitur viuentibus coniugibus, etiam separatis. 32. q. 7. c. 2. & 3 sicut nec baptisma, vel ordo. 1. q. 1. *quod quidam, vers. cum videamus.*

¶ *Vide Concil. Trident. sess. 24. de sacramento matrimonij can. 9.*

c ¶ *In viris.*] Quia vir, & vxor non ad imparia iudicantur. 32. q. 1. *si quis vxorem* & q. 5 *præcepit, & quæst. 7. Apostolus.* 1. aut.

† *Ambian.*

PORRÒ.] Sunt duo dicta. Secundum ibi, *Præterea.* Abbas.

CASVS. Quidam comes auctoritate sua absque iudicio Ecclesiæ dimisit vxorem suam: quia etiam dicebat fuisse cognatam vxoris suæ defunctæ: mulier petebat eum sibi restitui. Quæritur, an potuerit eam sic dimittere? Respondet Papa, quòd si etiam parentela publica, & notoria esset: sine iudicio Ecclesię vxorem dimittere non potest: vnde Comes cōpelli potest, vt eam recipiat, quæ restitutionem eius petebat: quod si facere contempserit, excommunicetur. Nota, quòd in notoriis ordo iuris seruādus est. Item nullus debet auctoritate propria vxorem dimittere.

¶ *Cap. 3. eod. tit. in 1. cōp. & post Concil. Lateran. sub Alex. iij. p. 50. c. 26. §. porrò. Et de articulo huius c. præter Doctores hic vide B. Thom. lib. 4. sent. dist. 35. q. 1. art. 3. & Syluestrum verbo, diuortium q. 8. & Turrecr. 32. q. 7. c. 1.*

¶ *Glos. seq. arg. alleg. 3. iura & 4. in cōtrarium, & soluit.*

d ¶ *Notoria.*] Argum. quòd in notoriis seruandus, est ordo iuris *artic. 11. q. 3. eorum, & 24. q. 1. pudenda, in fin. & 3. q. 5. quia suspecti. art. contra. 2. q. 1. de manifesta, & ꝗ. de accusat. euidentiam, & ꝗ. de iureiurand. ad nostram 3 & ff. ad leg. Aquil. proinde, in fin. Solut.* quoad sententiam semper seruandus est ordo iuris, quantum ad alia non.

¶ *De materia huius glos. vide Iulianum Clarum in pract. crim. §. fi. q. 9. & plenè per Anton. Gomezium, tom. 2. variar. resol. cap. 1.*

¶ *Glos. seq. reddit duplicem rationem.*

e ¶ *Separari.*] 33. q. 2. *seculares.* 35. q 6. *multorum.* Et est ratio quare, quia sententia diuortij pœna est, & pœna non est inferenda nisi per iudicem 33. q 2. *interfectores § in hoc, & C. vt nemo iure suo vtat. per totum, & C. de Iudæ. nullus.*

¶ *Glos. seq. alleg. 3. concord. signat vnum contrarium, & soluit.*

f ¶ *Petit restitutionem.*] Restitutio enim facienda est. ꝗ. *de offic. deleg. causam matrimonij, & ꝗ. de restit. spol. ex conquestione, & ꝗ. vt lit. non contest. accedens 2. in fin. arg. contra ꝗ. de resti. spol. litteras.* Vbi dicit, quòd si probationes incontinenti sunt paratæ, non est facienda restitutio: ergo multò minùs est facienda, vbi notorium est impedimentum, vt hic. Dic, quòd facienda est prę terquam ad carnalem copulam, vt intelligas istā dec. secūdū illā.

g ¶ *Superinductam.*] Sic de spons. veniens.

PRÆTEREA. Quidam H. nomine, quandam cognatam suā duxit in vxorem. Quæritur, quid fieri debeat? Respondet Papa, quòd si non appareant accusatores, & parentela manifesta, & publica existit (quod credibile nō est, nisi essent cōsanguinei in j. gradu vel ij.) illud matrimonium dissoluatur, quod illicitè est cōtractū. Nota, quòd notoriū, & manifestū est, accusatione nō indiget.

¶ *b Sicut & discordes bene coniunctos ex officio suo remouere & ad cohabitandū cōpellis, suprà ad spons. ad id quod. Ioan. Andr.*

h ¶ *Seu publica.*] Etsi manifesta nō esset, vel publica, dummodò fama esset, quòd essent consanguinei in gradu prohibito, ex officio suo posset Eps inquirere, & cōpellere, vt quicunque veritatem sciret, perhibeat testimonium, 35. q. 6. *Eps in synodo, & ꝗ. de testi. cog. præterea. & ꝗ. de offic. ord. c. 5. & 2. q. 1. Deus omnipotens.* Immò quilibet tenetur denunciare Ecclesiæ, ꝗ. *de cog. spirituali. una.*

i ¶ *Vel secundo.* Et ita videtur, quòd consanguinitas vltra secundum gradum non posset esse notoria, sed fama esse publica potest 35. q 6. *si duo.*

k ¶ *Interest.*] Id est, ad Ecclesiam pertinet.

SIGNIFICASTI. Cōn diuisio, Secunda pars ibi, *Consultationi.* Abb.

CASVS. Quidam sine iudicio Ecclesiæ dimisit vxorē suam, pro eo, quod suggestū fuit ei cum quodā consanguineo suo eam incestū commisisse, propter quod etiā fuit excōmunicatus. Sed mulier illa de alio sobolē suscepit: nihilominus petebat viro suo restitui, dicens, quòd iniuste eā dimiserat: & sibi materiam adulterādi dedisset. Quæritur, quid iuris sit? Respondet Papa, quòd si notoriū sit mulierem ipsam adulterium commisisse, ad eā recipiendā vir compelli nō debeat, nisi constaret ipsum cum altera adulterium commisisse. Nota, quòd adulterium notorium impedit restitutionem. Item paria delicta mutua compensatione tolluntur.

¶ *Cap. 4. eo. ti. in 1. comp. & post Cōci. Late. par. 6. c. 14. Et præter citatos in cap. porrò, vide Conarruu. lib. 4. decretal. p. 2. c. 7. §. 4. & 5. & Sot. lib. 4. sent. dist. 36. q. 1. artic. 3. & seq.*

¶ *Glos. seq. obijcit, & de eo opin. ponit, quam reprobat. quæris argu. negatiuè, sol. contrarium. Iterum quærit, & soluit.*

l ¶ *Materiam adulterandi.*] Quod vi, quia ipse dedit ei materiam adulterandi, quare sibi imputet vir. *argu. 27. q. 2. si tu abstines, & ff. de minor. cum mandat. in fin. ff. sol. matr. si mulier,* quod magister Ioann. Fauētinus cōcedebat: & quia qui occasionem damni dat, damnū dedisse videtur. 50. *di. studeat, sepè. & ff. ad leg. Aquil. qui occidit. §. in bos. & ꝗ. de iniu. & dān. da. c. vlt. in fin. & arg ad hoc, ꝗ. de eo qui cog. consan. vxo. suæ, super eod. & c. discretionem.* Sed contrarium est verū, quia mulier ad hoc nulla conditione debet adduci. 32. q. 5. *ita ne.* Nec est ignoscendum ei, qui prætextu paupertatis turpissimam vitā ducit *ff. de rit. nup. palàm §. non est:* nec obstat, si replicaret etiam illa *ff. de adult. l. 1. §. si publico:* nisi eam inuitā tradidisset adulterandā, quia tūc non posset ei obiicere adulterium, vt in decret. discretionem. Sed pone, quòd mulier recessit à viro auctoritate propria, & nihilominus petit restitui. Videtur, quòd non sit audienda: quia ipsa non fuit eiecta, sed ipsa se eiecit. Dicas, quòd est audienda, quia eo ipso, quòd rediens non admittitur, spoliata intelligitur. *ff. de acq. poss. cùm possidere. §. vlt. & l. si id quod. §. vlt. & ff. de vi & vi. arg. l. 1. §. fine autem.* Sed nunquid potest à viro petere expensas, quas fecit postquam ipsa recessit ab ipso? Non credo, cùm maritus ipsam non expulerit: sed si eam reuertentem non admittat, postea tenetur.

¶ *Glos. seq. quærit, & soluit.*

m ¶ *Si notorium.*] Quid si occultū est, & in modum exceptionis obiiciat ei illud adulterium petenti restitutionem? Dico, quòd non auditur, quousque fuerit restituta. ꝗ. *de restit. spol. item cùm quis, & c. 2. & 3. & c. in litteris,* secus in petitorio. 27. q. 2. *Agathosa.*

¶ *Glos. signat contrarium, & remittit.*

n ¶ *Nisi constaret.*] Ita quod esset notorium adulteriū viri; aliàs ipsam oporteret prius probare adulteriū viri, & sic crimina mutua pari compensatione tollūtur. 32. q. 6. *nihil, & ꝗ. de adult. c. pen. & vlt. ff sol. matr. viro. 25. dist. primum. & 16. dist. vna tantùm, & 6. q. 1. qui crimen. ff. de eo, per quem fac. erit. l. vlt. §. sed & §. & ff. de adult. si vxor. §. index. arg. contra ff. de do. except. apud Celsum. §. Marcellus.* Hoc contrarium soluitur. ꝗ. *de excep. dilecti.*

EX *litteris.*] Hic est bonus casus, & multùm allegabilis. Et duæ sunt partes. Secunda ibi, *Vnde.* Abbas.

CASVS. Quidam nomine V. duxit quandam in vxorē: tandem

suam ad infidelitatis maleficium traxerit, à viro poterit separari †, ita quòd ei nubere alij non licebat [a]: quia licèt separentur, semper tamen coniuges [b] erunt. In viris [c] quoque præsentis sententiæ forma seruetur.

¶ Idem Ambianeñ. † Episcopo.

¶ *Vir non potest dimittere vxorem sine iudicio Ecclesiæ, etiam propter impedimentum parētelæ notorium. Si fama refert impedimētum coniugij, etiam nemine opponente, Episcopus ex officio suo potest de eo inquirere. Si verò impedimentum est notorium, potest Episcopus ex officio suo matrimonium separare: hoc secundo.*

CAP. III.

PORRÒ † de Comite Pontini, qui B. vxorem suam absque iudicio Ecclesię dimisit: qui eam cognatam fuisse vxoris defunctæ proponit, prudentia tua cognoscat, quòd si etiam parentela esset publica, & notoria [d], absque iudicio Ecclesiæ ab ea separari [e] non potuit: quare ipsum ad eam recipiendam, quæ petit restitutionem [f] ipsius, districtè compellas: quam si recipere noluerit, eum, & superinductam [g] vinculo excommunicationis astringas. ¶ Præterea de H. qui cognatam suam duxit vxorem: Respondemus, quòd non apparentibus accusatoribus, & parentela manifesta, seu publica [h] existente (quòd credibile non est, nisi essent in primo gradu, vel secundo [i]) tui officij interest [k], matrimonia illa adhibita grauitate dissoluere, quæ illicitè contracta noscuntur.

¶ Idem.

¶ *Repellitur vxor petēs restitutionem mariti: si notoriè fornicata est, & maritus continuit.*

CAP. IIII.

SIgnificasti †, quòd quidam vxore sua sine iudicio Ecclesiæ dimissa, pro eo quòd suggestum sibi fuerat, ipsam incestum cum quodam consanguineo suo commisisse, vinculo fuit propter hoc excommunicationis astrictus: verùm mulier non continuit, sed sobolem de alio viro suscepit: nec minùs postulat viro restitui, asserens se ab ipso iniustè dimissam, & eundem sibi materiam [l] adulterandi dedisse. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si notorium [m] est †, mulierem ipsam adulteriū commisisse, ad eam recipiendam præfatus vir cogi non debet: nisi constaret [n] ipsum cum alia adulterium commisisse.

† *fi.*

c *Vt not. in c. si tu abstines, & idem Hu. & Bar. Ioan. Andr.*

¶ Idem.

¶ *Matrimonium separatur propter adulterium mulieris: & si vir postea fornicetur, redintegratur: & est bonus casus, & multùm allegabilis.*

CAP. V.

† *Cap. 3. tit. de clandestina desponsa. in 2. compilat. & ibi B. Thomam in quæst. additis ad 3. par. q. 6. art. 6. & de intellectu huius decret. Soto lib. 4. sentēt. distin. 36. q. 1. artic. 6.*

EX † litteris tuis accepimus, quòd V. quandam duxit

orta discordia inter eos dicebat V. quòd eam per violentiam sibi illatam, & metum etiam duxisset. Postmodū accusauit eā super crimine fornicationis: quæ cœpit publicè profiteri, q cùm vir ei negaret in necessariis prouidere, crimē compulsa fuit incurrere supradictum. Sed cùm admonita fuisset, ne ad suggestionē alicuius illud turpe contra se profiteretur, ipsa illud manifestiùs asserebat. Episcopus conuocato capitulo suo, de cōsilio Capituli sui, vtrique eorum priuatim cōtinentiā indixit obseruandam, ita quòd caste viuerent abinuicem separati. Sed dictus V. statim cum alia contraxit: Episcopus hoc audiens, ab ipso V. veritatē inquirens, ipse rei seriem explicauit, & ad sedem Apostolicam appellauit: Episcopus ordinem huius negotij domino Papæ significauit. Vnde mandat Papa, quatenus si est ita, virum prædictū ad vxorem legitimam redire cōpellat. Nota, q ex sola confessione adulterij separatur vxor à viro, quantum ad mutuā seruitutem. Itē de consilio Capituli Episcopus huiusmodi sententias ferre debet. Item separati viuere debent cōtinēter: alioquin non obstante sententia, debent adinuicem redire: quia paria delicta mutua compensatione tolluntur. Item delictum superueniens rei iudicatæ tollit sententiam.

† Vide Bartolū, Angelum, & alios in l. diuortio. ff. solut. matrim.

† eorum.

vxorem, qui paucis temporibus fuêre concordes: proponebat enim idem V. quòd illā per violentiam sibi illatam, metu etiam mediante duxisset. *& infra.*

¶ Tandem vir vxorem suam super crimine fornicationis in iure conuenit, quæ nescitur, quo ducta spiritu, cœpit publicè confiteri, quòd cùm vir negaret ei in necessariis † prouidere, crimen compulsa [a] est incurrere memoratum: cúmque diligentiùs à te fuisset admonita [b], ne ad suggestionem alicuius illud tam turpe contra se proponeret, ipsa id manifestius asserebat. Sanè tu conuocato Capitulo tuo, cùm ex eorundem † consilio vtrique priuatim continentiam iniunxeris obseruandam, ita quòd castè viuerent abinuicem [c] segregati: memoratus V. furtim cùm alia sponsalia, & nuptias temerè celebrauit: verùm cùm factum inquirere laborares, supradictus V. rei seriem explicans, & exponens, ad audientiam nostram dicitur appellasse. Vnde fraternitati tuæ mandamus, quatenus si res ita processit, prætexatum virum ad legitimam vxorem redire [d] compellas.

¶ *Glo. seq. sig. contrariū.*

a ¶ *Compulsa.* ¶ Non ideo tamen excusanda est: quia non est ignoscendū ei, qui prætextu paupertatis turpiter degit. *ff. de vis. nupt. palàm. §. non est*: & potiùs debuit omnia mala pati, quàm malo consentire. *32. q. 5. ita ne. argum. contra, C. de patr. qui fi. distra. l. vlt. & C. de insti. test. Authent. sed si post, & 27. q. 2. si tu abstines.*

¶ *Glos. seq. quærit, & aliam quæstionem infert, quam soluit per l. cui respondet. ponit opin. & soluit.*

b ¶ *Admonita.*]Sed nunquid debuit iudex hoc fecisse, cùm hoc ipsum factum respicere videatur? Sed pone de hoc, q de consilio alicuius hoc dixisset, nunquid poterit reuocare huiusmodi confessionem, cum in tali facto non possit dici ignorans? Potest dici, q sic, cùm hæc causa quasi criminalis sit, vel mixta. *ſ. de prot. ing.* confessio enim in crimine non præiudicat, nisi perseueret. *ff. de quæ. l. 1. §. diuus, & §. si quis vltrò*: sed illa loquitur de confessione, quæ extorquetur per tormentum. Laur. dicit, q potest reuocari: sed si fiat ex deliberatione, & non ex calore iracundiæ, non videtur, quòd reuocari possit: quia non posset probare errorem.

c ¶ *Abinuicem segregati.*]Ex hoc videtur [a], quòd sententia diuortij lata fuit, cùm de consilio Capituli videatur fecisse: quia sine consilio Capituli fieri non debet. 15. *q. 7. Episcopus nullius, & 86. dist. si quod verò.* Et est notandum, quòd delictum superueniens rei iudicatæ, præiudicat ei, pro quo lata est sententia: quod verum est, etiamsi iurassent se vlteriùs non repetituros. *argum. ſ. de iureiurand. cum nos.*

¶ *Glos. seq. quær. arg. pro, & contra sol. ponit opin. Hu. quam repro. in fin. not. & remittit, & sign. contrarium.*

d ¶ *Redire compellas.*] Quia non continuit, secundùm quod ei fuit iniunctum, & ideo eam recipere cōpellitur. *ſ. c. prox. & 32. q. 6. nihil*, sed sentētia lata fuit hic, vt videtur propter adulteriū. Nunquid poterat vir eam sibi reconciliare inuitam? videtur, q sic. *arg. C. de leg. quod fauore*: innocens enim non priuatur seruitute, quam habet in eo, qui peccauit. *C. de adult. Auth. sed hodie*: vnde vir potest etiam illam adulteram sibi recōciliare si vult. *ſ. de conuers. coniugat. gaudemus, & arg. ff de except. rei indic. euidenter*: pœna enim non præstat immunitatem. *ff. de interdi. & releg. l. relegatorum. §. vlt.* præterea vir solummodò fuit absolutus à seruitute, quam ipsa priùs habebat in ipsum, & non ecōuerso: vnde adhuc remansit salua viro seruitus, quam habuit in muliere, cùm tantum ipsa fuerit condemnata: *arg. ſ. de conuer. cōiug. quidam intrauit, & 28. q. 2. qui dormierit.* Item si hoc verum esset, quòd non posset, sic daretur mulieribus occasio delinquendi, vt à viris separarentur: sic *ſ. de consuet. ex parte*: vnde reprobata fuit illa consuetudo. *j. eod. quanto, in fin & ff. de reg. iur. non fraudatur. arg. 33. q. 5. hæc imago.* Arg. contra, quòd non possit, quia sententia lata est pro muliere. *argu. 6. q. 4. quod bene semel*: sæpe enim condemnatus ex sententia commodū sentit, vt in duobus reis debendi condemnatis. *ff. de re iudic. Paulus.* Dicas, q vir bene potest sibi illam reconciliare inuitam: vt Lauren. dixit. Hug. dixit, q si vxor publice sit fornicata, ante iudicium Ecclesiæ potest illam sibi reconciliare etiam inuitam, nec potest intrare religionem eo inuito: sed postquam sententia diuortij auctoritate Ecclesiæ lata est, neuter tenetur alteri, & vterque altero inuito monasteriū intrare potest: quia vterque in separatione cessit iure suo. *argu. 7. q. 1. quàm periculosum est*: nec vir potest vxorem inuitam reconciliare: sed hæc decretalis videtur contra sententiam Hug. vnde standum est, prout dicit Laur. Vnde nota hîc, quòd delictum superueniens rei iudicatæ, præiudicat sententiæ, vt sententia non obstante reuertatur in idem. *j. de adult. cap. vlt. vbi de hoc. arg. contra*, quia ea quæ legitime facta sunt, ex superuenienti delicto non retractantur. *ff. de itiner. actúque pri. nec enim.*

a Contrariū videtur ex illo verbo, scilicet, priuatim: nam si fuisset sententia, non fecisset id priuatim, sed publicè: & fuit quadā industria sic promisso, vt verum probaret, an ex collusione id factum esset, secundum Goff. & Host. Ioan. Andr.

¶ *Si vxor à viro lapso in hæresim propria auctoritate diuertit: ad eū reuersum redire compellitur: secus si per iudicium Ecclesiæ ab eo fuisset separata.*

CAP. VI.

DE † illa, quæ viro suo labente in hæresim, ipsius consortium sine iudicio Ecclesiæ declinauit, videtur nobis quòd mulier (maximè si ea intentione discessit, vel lapsus in hæresim tædio pariter, & confusione [e] affectus, se ab errore suo conuerteret) ei cùm reuersus fuerit est reddenda [f]: quę etiamsi reuerti noluerit, compellatur. Si verò iudicio Ecclesiæ ab eo recessit, ad recipiendum eum nullatenus dicimus cōpellendam. [g]

¶ Innocentius tertius Ferrarien. Episcopo.

¶ *Vinculum coniugale nō dissoluitur altero coniugum fidelium in hæresim lapso: Sed si vnus infidelium coniugum conuertatur ad fidem, & alter nolit sibi cohabitare, vel non sine blasphemia, vel sine peccato mortali: soluitur coniugium, & conuersus contrahere poterit.*

CAP. VII.

QVantò † te nouimus in canonico iure peritum. *& infrà.* ¶ Sanè tua fraternitas intimauit: quòd altero con-

¶ Vrbanus tertius Florentino Episcopo.

DE *illa.*] Sunt duæ partes. Secunda ibi, *Si verò.* Abbas Sicul.

CASVS. Quidam vir lapsus fuit in hæresim: vxor eius statim sine iudicio Ecclesiæ, ipsius consortium declinauit: tandem ille reuersus est: ipse petebat vxorem suam: ipsa nolebat ad eum redire: quæritur, quid iuris sit? Respondet Papa, quòd si mulier maxime ea intentione discessit à viro, vt ille in hæresim lapsus, tædio, & confusione affectus, ab errore suo se conuerteret, ei reuerso est reddenda & si ad eum redire noluerit, compellenda est. Sed hoc, quòd in fine dicitur, corrigitur per *cap. seq.* *Nota*, quòd cessante causa, cessat effectus. Item, exceptio semel acquisita ex sententia semper durat.

e ¶ *Confusione affectus.*]Ad similitudinem contumacis, qui possessione priuatur, vt tædio affectus veniat responsurus. *ſ. vt lite non contest. quoniam. §. in aliis. C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum. §. si quis emptionis. § sed & si quis non per vim.*

¶ *Glos. seq. reddit rationem.*

f ¶ *Reddenda.*] Et meritò: quia per pœnitentiam est sanatus. 32. *q. 1 quod autem*, & etiam est compellenda.

g ¶ *Compellendam.*] In alio casu compellitur: & sic est aliud ante iudiciū Ecclesiæ, & aliud post: eandem diuersitatem dixit Hug. in carnali fornicatione: vt dicitur *ſ. prox. Sed contra. j. c. prox. in fine*, vbi de hoc, potest dici, q ei standum est: vt in vtroque casu compellatur redire ad virum, nisi cum iudicio Ecclesiæ separata voluerit religionem intrare. *ſ. de conuers. coniug. c. vlt.* Bern.

QVantò te.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Nos igitur*: quæ distinguit, & secundum membrum prosequitur ibi, *Si verò*: rationem diuersitatis ponens ibi, *Nam & si*: obstaculum soluens ibi, *Nec obstat*: subiuttens duplicem solutionis effectum ibi, *Per hanc.* Abbas Siculus.

CASVS. Duo erant coniugati, alter eorū transiuit ad hæresim: qui remansit in fide, volebat secunda ad vota transire: Episcopus Ferrarien. quæsiuit, vtrùm posset? Rūdet Papa distinguendo inter fideles

† Cap. I. eod. tit. in 1. cōp. & post Concil. Lateran. sub Alexan. in par. 50. c. 63. §. de illa verò.

† Vide Magistrum sent. & ibi Theologos scholastic. li. 4. dist. 39. ad de Concil. Trid. seq. ca. citatum.

b Et ratio optima esse potest illa, quā affert B. Thom. loco citato initio cap. ad 3 argu. vbi ait ita: Cùm diuortium sic inductum in fauorem viri, non aufert ei ius petendi debitum, vel reuocandi vxorem: vnde vxor tenetur reddere, & ad cum redire, si fuerit reuocata: nisi de licentia voti continentiæ emiserit. *Hactenus Thom. qui breuiter longam quæst. gloss. declarauit.*

† Cap. 2. eod. tit. in 3. cōp. De materia huius decretalis consule Theologos scholasticos lib. 4. sent. distin. 39. & præ aliis ibi B. Tho. & Sotum: adde Couarru. in epit. li. 4. decret. p. 2. c. 7. §. 5.

iugum ad hæresim transeunte, qui relinquitur, ad secunda vota desiderat cōuolare: quod verum possit fieri, per tuas nos duxisti litteras consulendos. Nos igitur consultationi tuæ respondentes distinguimus [a], licèt quidā prædecessor [b] noster sensisse aliter videatur: an ex duobus infidelibus, alter ad fidem Catholicam conuertatur: vel ex duobus fidelibus, alter labatur in hæresim, vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium cōiugum ad fidem Catholicam cōuertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel vt eū pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente: qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit: & in hoc casu intelligimus, quòd ait Apostolus [c]: [Si infidelis discedit, discedat: frater enim, vel soror, non est seruituti subiectus in huiusmodi.] Et canonem [d] etiam, in quo dicitur †: [Contumelia [e] creatoris soluit ius matrimonij, circa eum qui [f] relinquitur.]

¶ Si verò alter fidelium coniugum, vel labatur in hæresim, vel transeat ad gentilitatis errorem, non credimus †, quod in hoc casu, is qui relinquitur, viuente altero possit ad secundas nuptias conuolare, licèt in hoc casu maior [g] appareat contumelia creatoris. Nam etsi matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratū [h]: inter fideles autem verum †, & ratum existit: quia † sacramentū fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur [i], sed ratum efficit coniugij sacramentum, vt ipsum in coniugibus illo durante perduret. Nec obstat, quod à quibusdā forsan obiicitur, quòd fidelis relictus non debeat iure suo sine culpa [k] priuari: cùm in multis casibus [l] hoc contingat, vt si alter coniugum incidatur [m].

¶ Per hanc responsionem quorundam malitiæ obuiatur, qui in odium coniugum, vel quando sibi inuicem displicerent, si eas possent in tali casu dimittere, simularent [n] hæresim, vt ab ipsa (nubentibus coniugibus) resilirent. Per hanc ipsam responsionem illa soluitur quæstio, qua quæritur, vtrùm ad eum, qui ab hæresi, vel infidelitate reuertitur, is qui permansit in fide, redire [o] cogatur.

¶ Idem Tiberiadensi † Episcopo.

¶ *Pagani iuncti in gradu prohibito lege canonica tantùm, conuersi ad fidem, non separantur: hoc primò. Si Paganus priùs plures vxores habebat, post fidem susceptam adhærebit primæ: hoc secundò. Et si repudiata vxore cum secunda contraxerit, etiam post baptismum dimittet secundam, & adhærebit primæ repudiatæ, etiamsi repudiata cum alio contraxisset: secus si fornicata fuisset: hoc tertiò.*

CAP. VIII.

GAudemus † in Domino: *& infrà.* ¶ Vtrùm Pagani

---

fideles, & infideles: si duo sunt coniuges infideles, & alter ad fidē conuertatur, altero nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel vt eum trahat ad peccatū mortale, alteri cohabitare volenti, alter ad secunda vota (si voluerit) poterit pertransire: & in hoc casu intelligitur, quod dicit Apostolus. Si infidelis discedit, discedat: frater enim vel soror, non est huic seruituti subiectus: & canon eodem modo intelligitur, qui dicit: Cōtumelia creatoris soluit ius matrimonij contra eum, qui relinquitur. Si verò alter fidelium coniugum labatur in hæresim, vel transeat in gentilitatis errorem, in hoc casu, is qui relinquitur, non potest ad secunda vota transire: licet in hoc casu maior videatur contumelia creatoris. Licèt enim inter infideles sit matrimonium, non tamen ratum, & verū est matrimonium, vt illis viuentibus coniugium ipsum perduret. nec obstat, quòd à quibusdam forsan posset opponi, quòd fidelis relictus non debeat iure suo priuari sine culpa, cùm in multis casibus id contingat, vt si alter coniugum incidatur. Per hanc responsionem quorundam malitiæ obuiatur, qui in odium coniugum, quando sibi inuicem displicerent, si possent eas dimittere, simularent hæresim, vt altero, qui remāsit in fide, matrimonium contrahēte reuerteretur ab hæresi: & propter hanc responsionem soluitur quæstio alia, quæ quæritur, vtrùm ille, qui remansit in fide, cogatur redire ad illum, qui ab hæresi, vel infidelitate reuertitur. Nota, quòd matrimoniū infidelium illis viuentibus potest separari altero ad fidem cōuerso, altero remanente in fidelitate in tribus casibus hic contentis. Sed matrimonium fidelium carnali copula consummatum, viuentibus coniugibus, nunquam separatur. Item priuatur quis iure suo sine culpa sua: item malitiis hominum est obuiandum.

a ¶ *Distinguimus.*] Hanc distinctionem ponit Gratianus. 28. q. 1. §. *hic distinguendum.*

b ¶ *Prædecessor.*] Scilicet, Cœlestinus: dictum cuius habuisti olim in decretali. ↄ. *de conuers. infidel. laudabilem*, & male dixit Cœlestinus.

c ¶ *Apostolus.*] 28. q. 1. *si infidelis.*

d ¶ *Canonem.*] 28. q. 1. *si infidelis.*

e ¶ *Contumelia.*] Iuxta illud.

Desere spernentem, vel blasphemare volentem,
Vel te credentem scelus ad mortale trahentem:
Nam sunt absque mora sic vincula rupta priora. Vincen.

f ¶ *Qui relinquitur.*] Scilicet, qui conuertitur circa eum, qui relinquit: quia non potest claudicare matrimonium: sed potius dixit de eo, qui relinquitur: quia ille solus potest contrahere sine peccato: ille qui relinquit transeuntem ad fidem, peccat: & sola contumelia creatoris soluitur, & non per Ecclesiam: & statim soluitur quàm citò non vult cohabitare secundum modum, qui traditur. ↄ. *eo. c. prox. ad fin.* & peruenit ad notitiam alterius: tamen debet adhibere [a] testes, quòd illa non vult ei cohabitare, ne impediatur postea contrahens: si autem antequam contrahat cum alia, conuertatur ad fidem: vir ipsam recipere tenetur. ↄ. *ea. prox. §. vlt.* & videtur nouum matrimonium, vt ibi dicetur.

g ¶ *Casu maior.*] Magis enim delinquunt fideles apostatando, quam infideles in infidelitate remanendo. 32. q. 4. *in eo fornicator*, & nemo respiciens retrò aptus est regno Dei. ↄ. *de voto, magnæ, fin. de pœnit. dist. 4. si refugientes.* Sic magis deliquit, qui interruptam iterum litem deserit, quàm qui semel acceptam derelinquit. *Authent. de litig. §. edicta. in fin. coll. 8. C. quomodo, & quando iudex, Authen. qui semel.*

h ¶ *Ratum.*] Quia potest dissolui: vt hîc, & 28. q. 1. c. *si quis Iudaicæ. §. item illud.*

i ¶ *Nunquam amittitur.*] 32. q. 7. c. 1. & 2. & 1. q. 1. *quod quidam.*

k ¶ *sine culpa.*] Nemo sine culpa iure suo priuari debet. 16. q. *vlt. inuentum.* 56. *distin. satis peruersum.* ↄ. *de eo, qui cog. consan. vxo. suæ. discretionem. & c. vlt. &* ↄ. *de constitu. c. 2.* Sed si causa subest, priuatur quisquis iure suo. ↄ. *vt lite non contest. quin. §. 2. & ↄ. de priuile. antiqua. & 22. dist. renouantes*: & hic subest causa, quæ subiicitur inferiùs.

l ¶ *Multis casibus.*] In quibus quis priuatur iure suo. 14. q. 6. *comperimus. & 54. distin. frequens. 34. dist. si cuius. 16. q. 7. decernimus. 70. dist. neminem. 18. q. 2. diffinimus, & de cler. ægro. sua.*

m ¶ *Incidatur.*] 32. q. 7. *illi.*

n ¶ *Simularent hæresim.*] Hæc est causa qua re priuatur quis iure suo sine culpa. *sim. 32. q. 1. dixit Dominus.*

¶ *Glos. seq. ponit epist. Laur. quam reprobat.*

o ¶ *Redire cogatur.*] Et reuera cogi debet, nisi velit religionem intrare; cùm iudicio Ecclesiæ separati fuerint. ↄ. *de conuer. coniug. cap. vlt. Lau.* dixit, eam non cogendam redire ad eum, cùm distinctione illius decret. ↄ. *eod. de illa*: sed verius est, quòd indistinctè debet compelli, nisi cum vult intrare religionem secundùm illam decre. ↄ. *de conuers. coniug. c. vlt.* Ab.

GAudemus.] Hoc cap. principaliter habet tria dicta. Et secundum dictum ibi, *Quia verò.* Tertium ibi, *Qui autem.* Aubas Siculus.

CASVS. Pagani accipiunt vxores in secundo, vel in tertio gradu, vel vlteriori: Pagani taliter coniuncti conuertuntur ad fidem. Quæsitum fuit à domino Papa, vtrum post baptismum debeant simul remanere, vel abinuicem separari? Respondet Papa, quod sacramentum coniugij apud fideles, & infideles existit. Vnde dicit Apostolus: Si quis fidelis infidelem habet vxorem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & in prædictis casibus Pagani licitè contrahunt matrimonium, quia constitutionibus canonicis non arctantur: & ideo fideles huiusmodi fauore fidei Christianæ matrimonialiter copulari liberè possunt, & licitè remanere coniuncti, cum per sacramentum baptismi non soluantur coniugia.

QVIA VERO Pagani simul habent plures vxores: si cōuertantur ad fidē, quæritur, vtrum omnes, vel quā illarū habere debeant post baptismum. R. Papa ostendens, quod vnam tantum debent habere, cùm ab initio vna costa in vnā fœminam est cōuersa, & scriptura sacra testatur. Propter hoc relinquet homo patrē & matrē, & adhærebit vxori suæ, & erūt duo in carne vna: non dixit tres, vel plures, sed duo: nec dicit, adhærebit vxoribus, sed vxori: nec alicui vnquā licuit insimul plures habere vxores, nisi diuina reuelatione alicui fuerit concessum: per quā Iacob à mendacio, Israelitæ à furto, Sāson ab homicidio excusari noscūtur.

Sic

---

1. Cor. 7.

† *Hoc dicit B. Ambros. epist. 1. ad Cor. c. 7.*

† *Quod qui & coniux per se nec per hæresim solui matrimonij vinculū, hæreticus conferetur, Conc. Trident. sess. 24. de sacram. matrimon. ij, ca. 5.*

† *In vno, aut altero veteri. C. ita: ratum, & firmum existit.*

a *Tutius est hæc omnia coram iudice Ecclesiastico peragere, & eius authoritatem tantum manifestare.*

† *In codice Barbatiæ, & in multis Vaticanis ita: quia sacramētum fidei, quod semel admissum, nunquam amittitur, ratum efficit coniugij sacramētū, vt ipsum &c. in vno vetustissimo Vaticano ita: q. sacramentum fidei, quod semel est admissum, nūquam amittitur, immò ratum efficit.*

† *Tibaden.* † *Tibian.* † *Tiberiadē.* † *Tibriaden.*

b *Aliàs incipit: Hi qui:*

c *De hoc dubio vide glossas per Doctores ↄ. ca. prox. & ibi.*

† *Cap. 2. eo. tit. in 3. comp. Et circa decisionem 1. par. vide, quot citantur c. de infidelibus ↄ. de consang. & affini. & adde omnino notas nostras in hanc decretalem.*

Sic Patriarchæ, & alij iusti viri, qui plures habuerunt vxores, ab adulterio excusantur: & hæc sententia in Euãgelio approbatur: Quicunque dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, & aliã acceperit, mœchatur: ergo si vxore dimissa, alia duci non potest, multò fortiùs nec ea retenta: per quod euidẽter apparet, ꝙ nullus simul plures potest habere vxores, nec aliqua plures maritos: ergo sequitur ꝙ post baptismum primam debet habere.

QVI AVTEM. Pagani, siue infideles dant vxoribus, quando volunt, libellũ repudij. Quæritur, vtrùm illis viuentibus possint accipere alias ad fidem conuersi, vel ante conuersionem? Respondet, ꝙ in Euãgelio tale repudium reprobatur: & ideo viuẽte vxore, etiã cõuersus ad fidẽ, aliam habere non potest: nisi post conuersionẽ ipsius illa renuat habitare cũ illo: vel si consentiat, vult Christũ blasphemare, vel illum trahere ad mortale peccatum: in quibus casibus mulier restitutionẽ petere non posset, etiamsi de iusta spoliatione cõstaret: quia secundùm Apostolum, alter alteri non est huiusmodi seruituti subiectus.

1.Corinth.7.

1.Corinth.5.

QVOD SI. Aliquis conuersus ad fidem dimisit vxorem propter præmissas causas: antequam contrahat cum alia, vxor conuertitur ad fidem. Quæritur, an compellatur eam recipere? Respõdetur, ꝙ sic.

QVAMVIS QVOQVE. Aliquis Paganus dedit libellum repudij vxori: illa nupsit alij secundũ ritum suũ: vir conuersus est ad fidem, & vxor sua, quæ nupsit alij post repudium, similiter cõuersa est ad fidem, petit illũ. Quæritur, vtrùm possit illũ petere non obstante hoc, quòd alteri nupsit? Respondetur, licet secundùm Euangelicam veritatem, qui duxerit dimissam, mœchatur: non tamen dimissor poterit obijcere fornicationem dimissæ post baptismum, pro eo, quòd nupsit alij post repudium, & sic eam tenetur recipere, nisi aliàs fuit fornicata. Nota in prima parte, quòd in baptismo soluuntur crimina, & non coniugia: & ita infideles in gradu prohibito coniuncti, post baptismum non separantur. Nota in secunda parte, quòd nullus potest simul habere plures vxores, nisi diuina reuelatione fuerit concessum: quæ excusauit à mendacio, furto, & homicidio prædictos patres. In tertia parte nota casus, in quibus denegatur restitutio iniustè spoliato. In quarta parte nota, quòd maritus non potest obijcere fornicationem vxori, pro eo, quòd nupsit alij, licet non tenuerit matrimonium.

Gen.2.& 3.
Esdra 4.
Matth. 19.
Marc.10.
Ephes.5.

vxores accipientes in secundo[a], vel tertio, vel vlteriore gradu sibi cõiunctas, sic cõiuncti debeãt post cõuersionem suam insimul remanere, vel abinuicem separari, edoceri per scriptum Apostolicum postulasti. Super quo taliter respondemus, quòd cùm sacramentũ coniugij apud fideles, & infideles existat[b], quemadmodũ ostendit Apostolus dicens: [Si quis frater infidelem habet vxorem, & hæc consentit habitare cum eo, non illã dimittat.] Et in præmissis gradibus à Paganis quoad eos matrimoniũ licitè sit contractũ, qui constitutionibus[c] canonicis nõ arctantur: (Quid enim[d] ad nos, secũdùm Apostolũ eundem, de his quæ foris sunt, iudicare?) in fauorem præsertim Christianæ religionis, & fidei, à cuius perceptione per vxores se deseri timentes viri possunt facilè reuocari: fideles huiusmodi matrimonialiter copulati liberè possunt, & licitè remanere[e] coniuncti, cùm per sacramentum baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur[f]. ¶ Quia verò Pagani circa plures insimul fœminas affectũ diuidunt coniugalẽ, vtrùm post cõuersionem omnes, vel quam[g] ex omnibus retinere valeant, non immeritò dubitatur. *& infrà.* Verùm absonum[h] hoc videtur, & inimicũ fidei Christianæ, cùm ab initio vna costa in vnam fœminam sit conuersa: & scriptura diuina testetur, quòd propter hoc relinquet homo patrem, & matrem & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna[i]: nõ dixit tres, vel plures, sed duo[k]: nec dixit, adhærebit vxoribus, sed vxori. *& infrà.* ¶ Nec illi vnquam licuit insimul plures vxores[l] habere: nisi cui fuit diuina[m] reuelatione concessum. quæ[n], mos quandoque, interdum etiam fas censetur, per quam sicut Iacob à mendacio[o], Israelitæ à furto[p], Samson ab homicidio[q], sic & Patriarchæ, & alij viri iusti, qui plures leguntur simul habuisse vxores, ab adulterio excusantur. Sanè veridica hæc sententia probatur etiam de testimonio veritatis testantis in Euangelio: [Quicunque dimiserit vxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.] Si ergo vxore dimissa, duci alia de iure non potest, fortiùs & ipsa retenta: per quod euidenter apparet pluralitatem[r] in vtroque sexu, cùm non ad imparia[s] iudicentur, circa matrimonium, reprobandam. ¶ Qui autem secundùm ritum suum legitimam repudiauit vxorem, cum tale repudium veritas in Euangelio[t] reprobauit, nunquam ea viuente licitè poterit aliam, etiam ad fidem Christi conuersus, habere: nisi post conuersionem ipsius illa renuat cohabitare cùm ipso: aut etiamsi consentiat, non tamen absque contumelia[u] creatoris, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum: in quo casu[x] restitutionem petenti, quamuis de iniusta spoliatione constaret, restitutio negaretur[y]: quia secundùm Apostolum[z], frater aut soror non est huiusmodi subiectus seruituti. ¶ Quòd si conuersum ad fidem, & illa conuersa sequatur, antequam propter causas prædictas legitimã ille ducat vxorem, eam recipere compelletur[a]. Quamuis quoque secup-

Genes.27.

Exod.12.

Iudic.16.

Matth.19.
Luc.10.

1.Corinth.7.

a ¶ *In secundo.*] Non prohibito: quia secundus gradus erat prohibitus, sed non omnis: istæ enim erant personæ prohibitæ in lege, mater, nouerca, soror, neptis, amita, & matertera, & vxor patrui, & vxor fratris, filia, & priuigna. De hoc dicitur ī. *de resti. spoliat. litteras.*

b ¶ *Existat.*] *26. distinct. deinde, & suprà, de consanguin. & affinit. de infidelibus.*

c ¶ *Constitutionibus.*] Quæ non arctant nisi illos, qui subsunt Ecclesiæ directè: sed indirectè bene compelluntur. ī. *de vsur. post miserabilem, & cap. quanto, & ī. de Iudæ & si Iudæus.*

d ¶ *Quid enim.*] *2. quæst. 1. multi, interpositio est.*

e ¶ *Remanere coniuncti.*] ī. *de consang. de infidelibus.*

f ¶ *Sed crimina dimittantur.*] *26. distinct. deinde.*

g ¶ *Vel quam.*] Ad istam quæstionem non respondet directè, sed indirectè satis respondetur, quòd prima sit vxor ex eo, quòd dicit pluralitatẽ in vtroque sexu reprobandam, *in fin. istius §.*

h ¶ *Verùm absonum.*] Hic ostendit, ꝙ vnam tantùm debeat habere.

i ¶ *In carne vna.*] ī. *de bigamis, debitum.*

¶ *Glos. seq. signat contrarium.*

k ¶ *Duo.*] Hic pluralis numerus ponitur ad exclusionem maioris pluralis. *arg. contra. 31. q. 1. quòd si dormierit:* quãdoque ponitur ad exclusionem minoris numeri, vt cùm dicitur: Vnus non stet contra alium, sed in ore duorum stet omne verbum, vt ī. *de testibus, licèt, in fin.*

l ¶ *Vxores.*] Vnde etiã lex plura cõiugia prohibet Iudæis. *C. de Iudæ. nemo Iudæorum, in fin. & C. de incest. nup. l. 2. C. de donat. ante nup. ea quæ.*

m ¶ *Diuina.*] Non ergo sunt sufficientes excusationes, quas habes. *32. q. 4. dixit Sara. & c. obijciuntur:* sed illud fuit ante legem, & talis mos fuit diuinitùs inspiratus.

n ¶ *Quæ.*] Scilicet diuina reuelatio censetur quãdoque mos, &c.

o ¶ *Mendacio.*] *22. q. 2. c. item pœnitet.*

p ¶ *Furto.*] *14. q. 5. dixit Dominus.*

q ¶ *Homicidio.*] *23. q. 5. si non licet, circa fin. & quæst. 8. occidit.*

r ¶ *Pluralitatem.*] Hic innuit solutionẽ *quæst. quasi diceret,* prima tantum est vxor, *vt dixi* §.

s ¶ *Non ad imparia.*] Id est, quoad mutuam seruitutem, & debitum carnis, & fidem seruandam. *32. q. 1. si quis vxorem, & q. 5. præcipit,* aliàs penè famula vxor est. *33. q. 5. hæc imago.*

t ¶ *In Euangelio.*] Dicendo, excepta causa fornicationis, vxorem non esse mittendam. *32. quæst. 1. dixit Dominus in Euangelio, & quæst. 7. Apostolus, & cap. omnes causationes, & 28. q. 2. si infidelis.*

u ¶ *Absque contumelia.*] ī. *c. prox.*

x ¶ *In quo casu.*] Id est, in quolibet casu præmissorum trium[b].

¶ *Glos. seq. addit tres similes casus, & remittit.*

y ¶ *Negaretur.*] Hic habes casum, in quo denegatur restitutio[c], quamuis constet de iusta spoliatione. Alium habes ī. *eod. significasti.* Item vbi excipitur de alia spoliatione. ī. *de ordin. cogno. super spoliatione.* Item vbi timetur de sæuitia viri. *33. q. 2. sine de coniugij. & ī. de restit. spol. ex transmissa, & cap. litteras,* vbi de hoc, *& 32. q. 1. de benedicto.*

z ¶ *Apostolum.*] *28. q. 1. si infidelis.*

¶ *Glos. seq. tract. per quæst. an ipso iure, an per sententiam dissoluantur. ponit duas opinio. & secundam approbat. Iterum quærit, & soluit.*

a ¶ *Cõpelletur.*] Ex hoc videtur, ꝙ cõtumelia creatoris nõ soluit ius matrimonij ipso iure: aliàs si solutum fuisset ius matrimonij non cõpelleretur eã recipere. Ioannes dicit, ꝙ ipso iure solutum est ma-

a Hæc gloss. nec est Bern. nec habetur in vetustis codic.

b Meliùs diceres, id est, in duobus vltimis casibus secundùm Hostiens. Io. And.

c Dicit Vinc. hic nullum speciale: quia ipsa sibi dat impedimentum blasphemando dissoluendo.

dùm Euãgelicam veritatem, qui duxerit dimissam, mœchatur, nõ tamen dimissor poterit obiicere [a] fornicationem dimissæ pro eo, quòd nupsit alij post repudium, nisi aliàs fuerit fornicata.

¶ Idem Liuonien. Episcopo, & eis, qui cum ipso sunt, fratribus.

¶ Nõ licet relictam fratris in vxorem accipere: & de facto ducta separanda est, nisi aliter Ecclesia dispenset.

CAP. IX.

DEus †, qui Ecclesiam suam: *& infrà.* ¶ Quia † dispar est ritus Liuoniens. de nouo ad fidem Catholicam conuersorum à nostro: propter infirmitatem gentis eiusdem concedimus [b], vt matrimoniis contractis cum relictis fratrum, vtantur: si tamen fratribus decedentibus sine prole, vt semen [c] defuncti iuxta legem Mosaicam suscitarent, cum talibus contraxerunt: ne tales sibi de cætero, postquam ad fidem venerint, copulent, prohibentes.

TITVLVS XX.

De donationibus † inter virum, & vxorem, & de dote post diuortium restituenda.

est matrimoniũ contumelia creatoris, ea nolete viro cohabitare, vt s. eo. c. prox. licet matrimonium sit solutum: tñ restituitur quasi iure postliminij *arg. 34. q. 2. cùm per bellicam:* sicut hæretico reuerso restituuntur alia bona. *C. de hæret. Auth. idem est de Nestorianis:* & licet non sit matrimoniũ inter eos, tamen eã recipere compellitur ex consequentia prioris matrimonij, in fauorẽ fidei. Alij dicunt, quòd matrimonium ipso iure non soluitur, sed ius matrimonij soluitur, id est, ius petendi debitum. & hoc satis videtur dicere littera. s. c. prox. ibi: Contumelia creatoris soluit ius matrimonij & tunc vere primò soluitur matrimoniũ, qñ contrahit cum secũda, & non ante: quia si esset ex toto solutũ, non cõpelleretur eã recipere. Et est arg. ad hoc quod dicit in fine, quòd potes ei obiicere fornicationẽ: quia si ex toto, & omnino solutum esset matrimoniũ, non posset ei obiicere fornicationẽ præcedentem. s. *de iureiur. quemadmodum.* Sed nunquid etiã posset intrare religionem ea inuita, antequã contrahat cũ alia? Dico, quòd sic, cum iudicio Ecclesiæ fuit à viro separata. *arg. s. de conuers. coniug. c. vlt. in fine.*

¶ Glos. seq. rationem reddit, quærit opponendo, & dupliciter soluit.

a ¶ *Poterit obiicere.*] Quia intelligitur legitime contraxisse, quæ auctoritate legis contrahit. *23. q. 4. qui peccat. & arg. s. de frig. & malef. fraternitatis. circa fin. & ff. de acq. poss. iustè possidet.* Sed illud quæritur, qualiter posset ei obiicere fornicationẽ ante baptismum cõmissam, cùm omne peccatũ, & sequela peccati in baptismo deleatur. *26. d. deinde, & 31. q. 1. quod autem,* cùm dona baptismi sint sine omni luctu, *de consec. d. 4. c. 2. & c. sine pœnitentia?* Dicas, quòd omne crimen tollitur in baptismo quoad Deũ, & quodcunque, & qualitercunque contraxit ante, vel adulterando, seu fornicando, sed quatenus illa fornicatio respiciebat virum, nõ tollitur in baptismo, quia illud crimen non tã virum, quã vxorem cõmaculat. *32. dist. 1. in coniugio:* & sic ius, quod competebat viro ex sola fornicatione, remanet ei saluum: & sic potest excipere contra illã. Sic etiam per pœnitentiã tollitur crimen, quod mulier cõtraxit fornicando quoad Deũ: & tamen post quantamcunque pœnitẽtiam potest maritus illã accusare, *33. q. 2. admonere.* nec eam etiam recipere compellitur post pœnitentiam. *s. de conuers. coniug. gaudemus.* iniquũ enim esset, quòd baptismus tolleret beneficiũ alicui competens, sicut in libertate: delictum enim, quòd commisit quis in se, per libertatẽ tollitur: sed delictũ, quod cõmisit in alium, non tollitur. *ff. de his qui no. infa. l. penult. & l. athletas. §. Pomponius.* Vel expone, quod dicitur: Nisi aliàs fuerit fornicata: scilicet aliàs, id est, in alio tempore post baptismum. sed prius verius est. Ioan.

DEus qui.] Ponit dispensationem Ecclesiæ cum nouiter conuersis ad fidem, vt vtantur matrimonio cum relictis fratrum contracto secundum legem Mosaicam. Abbas.

CASVS. Quidam infideles, scilicet Liuonien. contrahebant matrimonium cum relictis fratrum suorum: Liuonienses isti de nouo conuersi sunt ad fidem. Quærebatur, vtrùm debebant remanere cum relictis fratrum suorũ? Dominus Papa concedit eis propter infirmitatem eorũ, vt matrimoniis contractis cum vxoribus fratrum vtantur: dũmodo fratribus decedentibus sine prole cum talibus contraxerint, vt iuxta legem Mosaicam semen defuncti suscitarẽt: prohibendo ne tales de cætero sibi copulent post fidem receptam. Nota, quòd propter nouitatem fidei, dispensatur cum aliquibus, vbi aliàs non dispensaretur.

b ¶ *Concedimus.*] Propter nouitatem fidei dispensatur circa gradus prohibitos [a]: *sic 35. q. 3. quædam, & cap. quod scripsi. s. de consang. & affinit. de infidelibus, & fini. s. qui fil. sint legiti. c. vlt.*

Matth. 19.

†Cap. 3. eod. ti. in 3. comp.

† Add. ita: Quia dispar est ritus in Liuoñ. Ecclesia de nouo, &c. sed in vetustioribus exemplaribus legitur, vt est impressum.

† In hanc Rubric. integrũ scripsit volumẽ Palacius Rubius.

a Vide Soto lib. 4. sent. dist. 39. qu. vnica, artic. 3. ad 4. argum.

¶ Ex Concilio habito apud Vuormaciam †.

¶ Separato licitè matrimonio dos restituenda est.

CAP. I.

MVlieres † cùm pro aliqua licita [d] causa à propriis viris fuerint separatæ, totam [e] dotem præcipimus sibi reddi.

Vrbanus tertius Decano, Cantori, & Capitulo Lexouien. †.

¶ Soluto matrimonio cogitur vir dotem restituere, & bona diuidere, quæ communiter eis obuenerunt.

CAP. II.

SIgnificauit † P. mulier, quòd H. quem loco viri tenebat, diuortio inter eos solemniter celebrato [f], dotem suam illicitè detinet, & reddere contradicit: possessiones etiam, quæ ipsis, dum simul viuerent, cuiuscunque contractus titulo communiter obuenerunt, ea prorsus exclusa, sibi nititur vendicare [g]. Ideoque mandamus, quatenus si ita est, & non est aliud [h], quod obsistat, ipsum ad resti-

sed post fidem receptam contrahere non debent, vt dicit in fine. c ¶ *Vt semen defuncti.*] Hac de causa tñ olim cõcessum fuit, vt frater vxorem fratris sumeret in vxorem. *8. q. 1. olim.* aliàs non.

DE DONATIONIBVS INTER VIRVM, & vxorem, & dote post diuortium restituenda.

¶ Suprà visum est de diuortiis. Sed quia diuortio facto dos repeti solet, & contenditur plerunque de donatione facta constante matrimonio, ideo subiicitur ista Rubrica, in qua tractatur tam de donatione facta inter virum, & vxorem, quàm de dote post diuortium restituenda. Abbas.

MVlieres cùm.] CASVS. Dicitur hic, quòd si mulier ex causa iusta separetur à viro, dos data sibi debet restitui. Nota, quòd ibi principale non tenet, nec accessorium.

¶ Glosa seq. distinguit inter scientem, & ignorantem: signat contrarium, & ibi remittit.

d ¶ *Licita.*] Puta consanguinitatis, vel alia legitima, & ignorantes contraxit, tunc restitui debet, quicquid alter ab altero habuit. s. *de coniug. ser. proposuit:* quia nullum fuit matrimonium: aliàs si scienter contraxerint, perdere debent, quicquid alter alteri dederit, & fisco applicatur, nisi errore, aut minori ætate excusentur. *C. de incest. nupt. qui contra arg. contra. j. eod. & si necesse,* vbi de hoc.

¶ Glos. seq. primò declarat tex. secundò quærit, ar. pro. soluit distinguendo, tertia parte recit. per quæst. quid de expensis, quam etiam soluit distinguendo. Finis recitatur per contrarium.

e ¶ *Totam.*] Si totam reddere potest, aliàs in quantum facere potest. *C. de rei vxo. act. l. vnica. §. cum autem, & ff. de re iud. non tantum,* nisi dolo diminuerit suã substantiam vt in eo *§. cum autẽ,* & si peruenerit ad pinguiorem fortunã, totum restituet, vt ibidem *s. de sol. Odoardus.* Et si maritus paciscatur, vt totum restituat, tale pactum non valet, cùm sit contra bonos mores. *ff. sol. matri. alia causa. §. 1.* si tamen soluerit, repetere nõ potest *ff. de cond. indeb. item & si maritus.* Sed nũquid fructus restitui debent? quod vi. *ff. de reg. iur. in condemnatione:* sed non restituuntur nisi illi, qui ante matrimonium obuenerunt: quia illi ipso iure augẽt dotem, sed post matrimonium obuenientes non augent dotem, & non restituuntur, sed fiunt mariti propter onera matrimonij supportanda. *ff. de iure dot. dotis fructus, & j. de vsur. salubriter,* & expensæ necessariæ minuunt dotem ipso iure: vtiles verò non, sed petuntur actione mandati, vel negotiorum gestorum. Voluntariæ expensæ permittuntur abradi sine læsione prioris status, *C. de rei vxor. actione l. vnicas. §. sileat, & ff. de impen. in reb. dotali. fact. l. 1. & l. quod dicitur:* & hoc verum est, cùm fit separatio quoad fœdus matrimonij: secus si quoad torum propter adulterium. *j. eod. plerunque,* vbi hoc.

SIgnificauit.] Primò ponit duplicem mulieris querelam. Secundò causæ cognitionem ibi, *Ideoque.* Abbas.

CASVS. Inter P. mulierẽ & H. virum suũ fuit diuortiũ celebratum. Sed dictus H. dotem suã illicitè detinet, & reddere cõtradicit, & possessiones quasdã, quas habebant cõmunes, & villas similiter retinere contendit. Vnde mulier illa conquesta est domino Papæ: Papa mandat, quatenus si est ita, nec est aliud, quod impediat virũ, iudices illum cõpellant ad restitutionem dotis, & ad diuisionem eorũ, quæ communiter habuerunt. Nota, quòd soluto matrimonio vir omnia vxoris, quæ habuit ab ea, restituere tenetur.

f ¶ *Celebrato.*] Ex licita causa. s. *eod. c. prox.*

g ¶ *Vendicare.*] Id est, retinere.

h *Non est aliud.*] Puta pactum, vel consuetudo quod restitui non debeat. *j. eo. c. vlt. ff. ad exhib. in has actione. §. ibidem, & C. de pac.*

† Vuormaciam.

† Vuormaciam.

† Guarmaciam: sed in conciliis non dum inueni.

†Cap. 2. eod. tit. in 2. cõp. & post Conc. Later. sub Alexan. iij. par. 50. cap. 46. Et de ea collectione vide repetentes in Rubr. ff. solu. matrim.

† Leon.

† Lincon.

† Lexouien.

† Cap. 3. eo. titu. 1. comp. De materia vide Palatium Rubiũ in repet. c. per vestras, hoc titu. §. 12. & seq.

b Et ibi not. nunquid impubes, qui dedit fundũ in dotem, & restitutione fructus, & fructuum repellatur pro rata alimentorum, & in Spec. tit. §. 2. vers. quid si mulier. Ioan. And.

de pac.conuen. l.ex morte. Vel propter adulterio quoad mutuam seruitutem diuortium sit factum. *j. eod. plerunque,* vel si sententia lata esset super hoc, à qua non esset appellatum. *2.q.6.cap.ei,qui. §.diffinitiua.famil.ercisc.cùm putarem.* Vinc.

¶ *Glos.seq.recit.per obiec.cui dat simile.*

a ¶ *Diuisionem.*] Hoc intelligitur de his, quæ communiter empta fuerunt de bonis proprijs vxoris, & viri, & hoc constat [a]: aliàs enim præsumitur omnia esse de bonis mariti. *ff. de donat.inter vir. & vxo. Quintus Mutius & C. e.tit.etiam.* Et est simile: quicquid prælatus Ecclesiæ acquirit, totum intuitu Ecclesiæ acquisitum vr, nisi appareat cõtrarium. *12.q.4.sacerdotes, & s. de pecu.cle. cap. 1. & 2. artic. 12.q.1. sint manifestæ.* Bern.

a Idē notatur de restit. in integr. cõstitutus, vel respicit loci consuetudinem. T. V. Inno. qualis est in Frãcia secundùm Host. vbi quicquid alter cõiugum acquirit, constante matrimonio est cõmune, & celebrato diuortio per medium tali dividitur. Ioan. And.

tutionem dotis, & diuisionem [a] eorum, quæ olim communiter habuerunt, districtione Ecclesiastica compellatis.

¶ Clemens tertius.

¶ *Delegatus ad causam matrimonij, si ferat sententiam diuortij, pronunciare debet dotem restitui. Et est casus multùm allegabilis.*

CAP. III.

De † prudentia vestra miramur, quòd cùm vobis causam matrimonij, quæ vertebatur inter H. & M. commisissemus terminandam, & vos consanguinitatem inter eos inuenientes, sententiam diuortij tulissetis: de dote, quam à viro mulier repetebat [b], quicquam statuere distulistis. Quia igitur vos, qui de matrimonio principaliter cognouistis, & de dote (quæ est causa incidens) accessoriè [c] cognoscere voluistis, & sententialiter diffinire: Mandamus, quatenus prædictum H. monitione præmissa cogatis, vt prædictæ M. totam dotem (sicut canonicum [d] fuerit) restituere non moretur.

† Cap. 1. eiusdem tit. de dote post diuortium restituenda, in 2. cõpilat.

De prudentia.] Duo facit: primò ponit delegatorum reprehensibile factū. Secūdò illud emēdari præcipit ibi, *Quia igitur.* Abbas.

CASVS. Causa matrimonij, quæ vertebatur inter H. & M commissa fuit quibusdam iudicibus: iudices consanguinitate probata, protulerunt sententiam diuortij inter eos: sed de dote, quam mulier repetebat à viro, nihil dixerunt. Vnde mulier hoc significauit domino Papę. Rescribit Papa eisdem iudicibus, dicens, quòd quia principaliter de matrimonio cognouerūt, & de dote, quæ est causa incidens, accessoriè cognoscere debuerūt, & diffinire: vnde mandat, quatenus prædictū H. cōpellāt, vt prædictæ mulieri totā dotem, sicut iustū fuerit, restituat. Nota, quòd causa dotis accessoria, siue incidens est ad causam matrimonij, & qui cognoscit de matrimonio, cognoscere potest & de dote.

¶ *Glos.seq.quærit, & soluit. Secundò dicit, quando restituatur dos secundùm vetera, & noua iura.*

b ¶ *Repetebat.*] Sed qua actione agebat mulier pro dote sua? actione de dote non: quia nullum fuit matrimonium: ergo nulla dos. *ff. de iur.dot.l.3.* & sic agit condictione sine causa. *ff. de cond. sine causa.l.vlt. & C. de condit. ob caus. dat. l. 1.* quia causa secuta non fuit, propter quā dos debetur. olim recipiebat mulier dotem annua [b], bima, trima die. hodie verò illicò restituuntur immobilia, mobilia vsque ad annū. *Cod. de rei vxo. ac. l. vnica. §. cum autem.*

b Aliàs in antiquioribus ita: annua, bina, trina die.

¶ *Glossa sequens primo probat dotem, & eius causam accessoriam: & secundò quærit, & soluit.*

c ¶ *Incidens accessoriè.*] Bene dicit, accessoriè, quia si non est matrimoniū, neque dos. *ff. de iur. dot. 3.* & sic accedit matrimonio dos: vnde & dos promissa per vim, vel metum, non tenet *ff. quod met. caus. si mulier. §. si dos*, sicut nec matrimonium. *s. de spons. veniens 2. & c. cùm locum, & c. consultationi.* Et sic qui cognouit de principali, cognoscere debet de accessorio: vt hic dicit, & *s. de offic. deleg. præterea. & c. prudentiam. §. Sexta, in fi. & c. suspicionis. ff. de iurisd. omn. iud. l. 2.* etiamsi aliàs cognoscere non posset, incidenter tñ posset. *C. de iud. quotiens, & C. vbi & apud quos l. vlt. s. de in integ. restit. c. penul.* & sic causa dotis ad iudicem Ecclesiasticū spectat. *s. eo. c. 1. & 2.* & hoc vbi iudex Ecclesiasticus de matrimonio cognoscit. Si verò constante matrimonio agat mulier de dote, quia forte maritus labitur facultatibus [c], vel dissipet bona sua, vel quia mortuus est: tunc causa illa agi debet coram iudice seculari: quia modo causa dotis principalis est. *C. de iur. dot. vbi, & l. seq. & ff. de iur. dot. mutus. §. 1. & l. quemadmodum. §. 1.* aliàs constante matrimonio dos peti nō potest. *C. si constante matrimonio dos soluta non sit. l. vnica*, & sic qui cognouit de principali, cognoscere debet de accessorio, etiam lata sententia super principali, vt hic innuit, & *s. eod. c. 1.* Sed nunquid procedent isti auctoritate primi mandati? non videtur: quia functi sunt semel officio suo, siue bene, siue male. *s. de offi. deleg. in litteris, & cap. significasti, & ff. de re iudic. iudex*: procedent enim ex isto secundo mandato. Ecclesia enim fauore dotis semper ipsam causam delegat, quia reipublicæ vtile est mulieres dotes saluas habere, propter quas nubere possint. *ff. de iur. dot. l. 2. & ff. solut. matri. l. 1.* & etiam Papa simpliciter causam dotis committit secundùm consuetudinem Ecclesiæ [d]. *j. eod. cap. penult.* Sed hic petebat mulier dotem sibi restitui tanquam accessorium principali quæstioni, & ideo debuerunt pronunciare super dote: vnde videtur, quòd auctoritate primi rescripti procedere possunt: sed melius est dicere, quòd auctoritate istarum litterarum procedant: quia functi sunt officio suo super principali: vnde cùm tunc nihil dixerint super accessorio, vlterius non videtur, quòd per primas litteras procedere possunt super accessorio.

c Hæc latè persequitur Palacius Rubeus titulus sup. eod. tit. c. significauit.

d Etiā principaliter secundùm Innoc. de pig. s. c. ex litteris: & est facilius, & melius mulieribus litigare coram iudice ecclesiastico: ad hoc de foro competen. cū sit, & ca. ex tenore, secundùm Host. Io. And.

d ¶ *Sicut canonicum fuerit.*] Hoc est, si nihil obsistat, quod impediat: & si totum restituere possit, habita ratione ne egeat, vt dixi *s. cap. 1. & 2.*

¶ Clemens † tertius.

† Aliàs: Cœlestinus tertius.

¶ *Mulier propter adulterium à viro separata, perdit dotem.*

CAP. IIII.

Plerunque †: *& infra.*

¶ Si mulier ob causam fornicationis, iudicio [e] Ecclesiæ, aut propria [f] voluntate à viro recesserit, nec reconciliata [g] postea sit eidem, dotem, vel dotalitium [h] repetere non valebit [i].

† Cap. 1. eiusdem tit. de dote post diuortium restituen. in 2. compilat. Vide Couarruui. li. 4. decre. p. 2. c. 7. §. 5. & Palacium Rubium in repet. huius Rubr.

Plerunque.] Casus de se patet. Nota, quòd vxor propter adulterium commissum, dotem suam amittit. Nota, quòd culpa vnius cedit lucro alterius.

e ¶ *Iudicio Ecclesiæ.*] Aliàs non licet, etiamsi nota esset fornicatio. *s. tit. c. prox. c. porrò*, vt ibi dicitur, & *c. ex litteris.*

f ¶ *Propria voluntate.*] Refutat, ob hanc causam fornicationis, aliàs non liceret.

ADDITIO. Vtpote si recederet, quia conscientiam haberet de impedimento perpetuo, quo probato dotem recuperaret.

g ¶ *Nec reconciliata.*] Ad quod compelli non potest, etiam post pœnitentiam. *s. de conuer. coniug. gaudemus. 32. q. 2. admonere*: sed si recōciliata fuerit, postea illam fornicationem obiicere non poterit: quia ei remisit hoc: quod ei licet secundùm Euangelicam veritatem. *s. de iureiur. quemadmodum. & 32. q. 1. quod autem, & cap. non erit*: & quia mores illius iam comprobauit. *ff. de adulter. si vxor. in fin. & 32. q. 5. horrendus*, nisi postea fornicetur.

¶ *Glos.seq.obijcit, & dupliciter soluit.*

h ¶ *Dotalitium.*] Id est, donationem propter nuptias: sed hæc expositio non videtur bona: quia donatio propter nuptias debet redire ad virum, sicut dos ad mulierem. *j. eo. c. vlt. in fi.* & ita non posset repetere dotalitium, etiam aliàs post separationem: sed potest hoc intelligi, cùm mulier lucratur donationem, vel partem ex pacto. *j. eod. c. vlt.* & sic illam donationem, quam ex pacto habuisset, perdere debet. Vel appellatur hic dotalitium res paraphernales, ad quarum restitutionem tenetur [e] maritus. *C. de pact. conuen. l. vlt. & l. hac lege.*

e Verū non adulteræ. de adulteraverò dic vt in Authent. vt lic. ma. & aui. § si adulterio, & C. de adulter. Auth. sed hodie. Io. And.

¶ *Glos.seq.quæ alleg. pro, & contra. & iterum propo. opin. Tancr. & contrariam. Laur. quam approb.*

i ¶ *Repetere non valebit.*] Sed pone sententiam latam esse quoad tori separationē propter fornicationē, & sic amisit dotē mulier: demum probatur cōsanguinitas inter eos, & pronūtiatur matrimonium nullū fuisse inter eos: mulier repetit dotem tāquā non cōmiserit adulteriū: quęritur, an possit repetere cum effectu? Quod possit, probatur: quia ex futuro euentu patet, quòd nō fuit matrimoniū: & si nō fuit mřimoniū, nō fuit adulteriū. *s. de frig. & malef. fraternitatis, in fi.* & veritate manifesta non obstat res iudicata. *j. de pur. vul. c. 2. & 3. dist. veritate, & ff. de cond. sine causa* [f]. *si fullo. & l. annum. ff. de re iud. l. 1. & ff. de vsufr. leg. l. vxori 2.* ex quo enim fuit nullū matrimonium, nulla fuit dos. *C. de cond. ob cau. da. l. 1.* Itē ex noua cā tollitur prima sententia. *s. ait. prox. ex litteris, & arg. j. eo. c. dixi*: ergo quicquid datū fuit nomine dotis, pōt repeti: quia patet nullū fuisse adulteriū. & sic Ecclesia decepta fuit in illa sententia: ergo reuocari debet. *s. de frig. & male. fraternitatis.* Item per secundā sententiam tollitur prima. *s. de re iudi. inter monasterium. & c. seq.* Sed cōtrà, res iudicata pro veritate accipitur. *ff. de re iud. res iudicata, & ff. famil. ercisc. cùm putarem*, & ex sententia ius factum est inter partes. *s. de re iud. cum inter vos. & ff. de liber. agno. sine in prin.* & secunda sententia contra res prius iudicatas, à quibus appellatum non fuit, nulla est. *2. quæst. 6. ei, qui. §. diffinitiua.* Præterea adulteria, sicuti & alia crimina, secundùm intentionem iudicantur, & ex corde procedunt. *15. quæst. 6. §. 1. & 34. quæst. 2. lectum, & de pœnit. distinct. 1. super tribus. ff. de fur. qui iniuriæ, & j. de sententia excommunicatio.* cum voluntate, & iniuria ex affectu mentis fit. *15. quæst. 1. illud* pariter: & negari non potest, quin mulier illa ex affectu mentis iniuriam fecerit ei, quem pro vero marito tenebat, & ita dolum commisit, sine quo non fit adulterium. *ff. ad l. Iul. de adult. l. penult.* In contrarium pro prima parte allegari potest illud: Quid obfuit iniuria, vbi conatus non habuit effectum. *s. de sponsal. adolescens*, vbi de hoc. Super hoc dicunt quidam, vt T. ne quod mulier ista dotem, siue dotalitium suum repetere potest. Alij dicunt, vt Laurent. quòd non est vlterius audienda, licet modo appareat, quòd non fuerit matrimonium: quia nihilominus puniri debet

f Vt dicit Innocen. per condictionē sine causa dos talis repeti non potest: subest enim causa dotis retinendæ. scil. lata sententia, vel adulterium falsè mente commissum Ioan. Andr.

bet propter intentionem cum opere subsecuto: fecit enim, quod potuit. ʒ. de big. nuper. & cap. vlt. & ff. de adul. si vxor. §. 1. & arg. huius cap. & eo ipso quod vxor condemnata est de adulterio, vir debet habere ante nuptias donationē, & dotē in auth. vt lic. ma. & avia. §. si de adulterio: aliàs est vers. sub illo §. qui verò plurimas. coll. 8. Et illud verius credo ᵃ. Principium enim debet considerari in talibus, & non exitus, vt per hoc cæteris delinquendi audacia auferatur: sed si hoc esset saltùm, posset committi in probatione impedimentū. Prima opinio magis benigna apparet, sed non est extendenda licentia.

a Hic gloss. sententiā cōmuniter sequuntur Doctores, vt refert hic doctor Panormitan. circa finem huius decretalis. per textum, de quibus hic Huli. Ioan. Andr. & alij.

† Cap. 1. titu. de dote amittenda in 3. compilat.

¶ Innoc. iij. Cōpostel. Archiepiscopo, & vniuersis Episcopis in regno Legionen. constitutis.

¶ Cogitur mulier ex officio iudicis donata sibi à viro propter nuptias pro conseruatione illicitus matrimonij relaxare, si talis donatio præstet impedimētum dissolutionis talis matrimonij: hoc dicit secundum intellectū, qui plùs placet Panormitano.

CAP. V.

ET † si necesse sit: & infra.

¶ Quia verò castra quædam, quæ Rex Legionen. filiæ Regis Castellæ in dotem ᵃ tradidisse proponitur, ita vt si eam ᵇ aliqua occasione relinqueret, ipsa cederent in ius eius, impedimentum præstare vidētur huiusmodi copulæ dissoluendæ: cùm castra ipsa non tam ob turpem, quàm ob nullam ᶜ causam sint data, vtpote cùm inter eos matrimonium non existat, & ideo nec dos, nec donatio propter nuptias, ne ad commodum ei cedat, quod debet in pœnam ᵈ eius potiùs retorqueri: castra ipsa restitui ᵉ volumus, & ad id puellam per excōmunicationis sententiam coarctari.

¶ Idem Archidiacono sanctæ Andreæ de Scotia.

¶ Vsufructuarius donās sine consēsu domini rem ipsam vxori propter nuptias, non transfert in eam plus iuris, quam ipse habebat: idem de eo, qui sub conditione adimente habet rem in hæreditatem, vel in feudum.

CAP. VI.

NVper † à nobis tua discretio requisiuit, si aliqua terra data fuerit alicui, non in hæreditatem vel feudum, sed tantùm, quoad vixerit ᶠ, possidenda: & ipse postmodum tertiam ᵍ partem vxori suæ in dotem ʰ concesserit, vtrùm eo defuncto præfatam dotem vxor (dum vixerit) habere debeat, & tenere: cùm Ecclesia dotes protegere teneatur viduarum ⁱ? ¶ Postulasti prætereà, si qua terra data fuerit alicui, & hæredi, quem de vxore legitima procrearet, in hæreditatem, vel feudum: & ipse vxori suæ quadam parte ipsius in dotem concessa, decesserit postmodum sine prole, an mulier dotem eandem de iure posset † habere? Nos autem consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm regulariter nullus plus iuris ᵏ in alium transferre possit, quàm eum constet habere: vir †, cui terra prædicta modo conceditur, non potest vxori relinquere,

† Cap. 2. tit. de dote amittenda, vel post diuortiū restituenda in 3. compil. Et de materia text. & glos. præter Doctores hic, vide Iulium Clarū tract. de feudis.

† Possit.

† Aliàs ita: vir, cui prędicta terra dicto modo conceditur.

Istud iat s videtur: sed obuiat hoc exemplū, quia isti bene sciebant se esse consanguineos, nec hoc ignorare poterant, ꝙ in tali gradu erant. arg. C. de lib. cau. si filiū, & C. de in integ. rest. min. de tutela. Dicit Ioan. q. ȯd si aliqui sciunt se esse consanguineos, sed credunt, ꝙ liceat sibi inuicem contrahere matrimoniū, tunc competit repetitio. ff. de adulteriis, si adulterium. §. stuprum, & §. fratres, & § incestum. & in eo casu potest intelligi, quod hic dicitur: si autem sciebant se non posse contrahere, tunc non repetūt, quod dederant, sed fisco applicatur. C. de incestis nuptiis. Authent. incestas, & l. qui contra. Tancr. dicit, quod hęc non est accusatio: quia isti sciebant se esse tales: quod non poterāt cōtrahere, vt dictum est: vnde debebant perdere, quicquid hinc inde datum est. Et prouidit hic dñs Papa propter bonū pacis, quia nisi castra ᵇ restituerentur, non poterat pax inter eos reformari. Et alia ratio est: hic nō poterat seruari pœna statuta: quia non erat, cui applicarentur bona illa, cum nullum habeant illi Regem superiorē, seu fiscū: vnde meritò, & iure restitui debuerūt illa castra, & alia, quæ data sunt, ne aliter in lucro remaneat, vnde potius puniri debuit, si superiorem habuisset: & hoc satis colligitur per litteram: Ne ad commodū ei cedat, & c & sic cessant cōtraria. Tancre. & quia Rex aliter ab illa coniunctione non recedebat, vt dicit illa littera.

b Quæ etiā erant regni secundùm Vinc. vnde alienari non poterant. ʒ. de iureiurā. intellecto. Ioan. Andr.

ET si necess.] Propter varietatem lecturæ non solet summari. Diuiditur. Nam primò ponit mādatum præmissa triplici ipsius causa: quarum prima consistit in facto, reliquæ in iure. Secunda ibi, *Cùm castra.* Tertia ibi, *Ne ad.* Abbas.

Casvs. Rex Legionensis accepit in vxorem filiā Regis Castellæ, & ei dedit in donatione propter nuptias castra quædā, ita videlicet, ꝙ si aliquo casu ipsam relinqueret, castra ipsa cederent in ius eius. Sed ipsi propter consanguinitatem insimul non poterant remanere. Vnde mādauit Papa, quatenus deberēt abinuicem separari: sed Rex Legionen. nolebat eam dimittere, nisi castra sibi restituerentur, & ita castra illa præstabant impedimentum copulæ dissoluēdæ. Vnde mandat Papa Archiepiscopo Compostellano, & vniuersis Episcopis in regno Legionen. constitutis: quòd cùm castra, quæ impedimentum præstant copulæ dissoluendæ, nō tam ob turpem causam, q̄ ob nullam sint data, cùm inter eos matrimonium esse non possit, & ideo nec dos, nec donatio propter nuptias esse potest: ne ad commodum ei cedat, quod debet potiùs ad pœnam retorqueri, quatenus viro castra ipsa restitui faciant, & ad id per excommunicationis sententiam filiam prædictam coarctent. Nota, quòd si principale non tenet, nec accessorium: & ita vbi matrimonium esse non potest, nec donatio propter nuptias.

a ¶ *In dotem.*] Id est, in donationem propter nuptias: quam fecit maritus vxori, prout fecit iste. ʒ. c. prox. in fin.

b ¶ *Vt si eam.*] Sub tali forma prohibetur contrahi matrimonium. ff. de verb. oblig. si ista stipulatio. & C. de inutil. stipu. libe. & ʒ. de spōs. Gemma. vbi de hoc: & istud pactum perinde haberi debet, ac si non fuisset appositum. C. de condi. ob cau. dat. l. 1. pactum enim contra bonos mores non valet. ff. solut. matrim. alia §. 1. & C. de pact. pacta quæ. & 8. dist. quæ contra mores.

c ¶ *Ob nullam.*] ff. de condi. sine causa, auunculo, & C. de cond. ob cau. da. l. 1.

d ¶ *In pœnam.*] Sim. 16. q. 1. legi. & ff. de neg. gest. sine. & ex. Improbitate nemo consequitur actionem ff. de furtis, itaque fullo.

¶ Glo seq. arg. alleg. 3. leges, in contrariū alias 3. ponit opin. cui obijcit per hoc cap. 2. ponit. 10. tres obiect. Tancre. vlt. dat aliam solutionem.

e ¶ *Restitui*] Ex hoc videtur, quod si contra canones, vel contra præcepta legum, vel constitutiones principū contrahitur matrimonium, soluto matrimonio, licite repetitur, quicquid dotis nomine, vel donationis datum est, vt ff. de condi. sine cau. auunculo, & ff. de ritu nuptia. præfectus, & C. de condi. ob cau. da. l. 1. Sed contrà videtur: qui enim scienter contra præcepta legū, vel constitutiones principum nuptias cōtrahunt, quicquid alteri datum est, debet ei auferri, & fisco applicatur. C. de incest. nup. qui contra. ff. de donat. inter vir. & vxo. cum hic status. §. vlt & Instit. de nupt. §. si aduersus. Quidam dicunt, quod si ignorabant se esse consanguineos, tunc reuertitur, quod datum est, aliàs non. C. sol. matrim. si ignorans. & l. prædicta. C. de incest. nupt. qui contra.

NVper à nobis.] Diuiditur. Primò ponitur duplex quæstio. Secūdo vtriusq; solutio ibi, *Nos autē.* Tertiò quędā instructio ibi, *Illud.* Prima, & secūda pars subdiuiditur in duas, q̄a quęlibet ponit quæstionē, & solutionē: vt patet in littera. Abb. Sicul.

Casvs. Aliquis dedit alicui aliquam terrā, non vt in feudū, vel hæreditatem, sed quandiu viueret possidendam. Ille postmodum partem illius terræ dedit vxori suę in donationē propter dotē: decessit vir. Quæritur, vtrùm vxor eius præfatā donationē habere debeat, dum vixerit, & tenere. Secundò ponitur quæstio: Aliquis dedit hæredi suo de legitimo matrimonio procreato in hęreditatē, vel feudū aliquā terrā. Postmodū ipse partē ipsius terræ dedit vxori suę in donationē: tandē decessit sine prole. Quęritur, vtrùm de iure mulier possit habere donationē illam? Consultus Papa respondet, ꝙ cùm regulariter nullus possit plus iuris transferre in aliū, quā habeat: vir prædictus nō potuit vxori prædictæ relinquere, qđ ei non licuit, nisi quoad viueret, possidere: & ideo mulier illa terrā illam habere nō potest, nisi ille, ad quē illa spectat, donationi voluerit cōsentire. & idē est in secūda quæstione dicendū. Licet autē in causis viduarū Ecclesia fauorabilis debeat esse, tn̄ contra iustitiam non est fauor Ecclesiæ concedendus. In fine dicit, ꝙ vxor dē dotem dare viro, vir autē mulieri donationem propter nuptias. Notā, ꝙ nullus pōt plus iuris in aliū transferre, q̄ ipse habeat. Item Ecclesia nulli, etiā ꝓ personis miserabilibus, dicitur cōtra iustitiā præiudiciū facere. Item mulier dat dotem marito, maritus autē vxori donationem propter nuptias.

f ¶ *Vixerit.*] Simile 10. quæst. 2. hoc ius porrectum §. si æconomus, C. de vsu & habi. si patri.

g ¶ *Tertiam.*] Idem esset, si totam.

h ¶ *In dotem.*] Id est, donationem.

i ¶ *Viduarum.*] Tanquam miserabilium personarum. 87. dist. §. 1. & c. 1. De hoc dicitur ʒ. de foro compet. ex tenore ᶜ.

¶ Glos. seq. circa Brocar. alleg. 4. concord. duo contraria, & soluit.

k ¶ *Nullus plùs iuris.*] Vt 1. q. 7. Daibertum. ff. de reg. iur. nemo plus. ff. de acquir. rer. dom. traditio. & ʒ. de iure pat. quod autem, in fin & c. cura. Arg. contra. ff. de vsufruct. quod nostrum non est. ff. de acqui. re. domi. non est nouum, contraria casualia sunt.

c Concor. l. 1. C. quādo imp. inter pu. & vid. Bal. in l. 1. C. de bon. mater.

l ¶ Quod

a ¶ *Quoad vixerit.*] Et sic habes, quòd feudum potest alienari. ad tempus: aliàs non potest alienari. ℥. *de feudis, cap. 2. vbi de hoc.*
b ¶ *Consentire.*] Ex quo alienationi consentit, rem postea reuocare non potest. *argum. ff. quibus mod. pign. vel hypo. sol. sicut re corporali. §. si voluntate, & §. sed & si permiserit, & l. si debitor. § si in venditione.*

c ¶ *Fauorabilem.*] 87. *dist. c. 1. & 2. C. quando imper. inter pupill. & vid. vnic. a, & ℥. de f. ro compet. ex tenore*, vbi de hoc.
d ¶ *Sanctiones.*] *C. de donat. ante nupt. l. 1. & vlt. §. sancimus*, & dos ad vxorem, & donatio ad virum soluto matrimonio reuertitur: nisi ex pacto lucretur. *ℑ. eod. cap. vlt.*

P*Er vestras.*] Marito vergente ad inopiam, pro dote satisdatio potest peti: ita summat Abbas. Et secundùm hunc intellectum esset hic casus singularis, qui non est alibi. Diuiditur. Nam in prima ponitur consultatio. In secunda responsio cum mandato ibi, *Cùm ergo.* Prima pars ponit causæ delegationem, actoris petitionem, rei exceptionem, & iudicis interlocutionem. Secunda ponit duas causas mandati alternatiui, quod inter illas interserit. Abbas Siculus.

C A S V S. Inter H. virum, & vxorem suam coram consulibus ciuitatis Genuen. super dote ipsius mulieris quæstio vertebatur, coram quibus dictus H. petebat dotem vxoris sibi assignari: mulier contrà dicebat, quod sibi assignari non deberet, cum ad inopiam vergeret, nisi cautionẽ præstaret de dote soluenda, & quia eam à se expulerat: iudices, quia ad inopiam vergere videbatur, pronunciarunt, quòd dos illa non assignaretur eidem, nisi præstaret cautionem idoneam de ipsa non peritura & sic dos ipsa remansit penes quendam magistrum R. postmodum vero dictus G. impetrauit litteras ad Archiepiscopum, & Archidiaconum Genuen. contra illum R. super dote prædicta: iudices dictum magistrum R. ad suam præsentiam citauerunt: coram quibus dictus H. petebat à dicto magistro R. dotem vxoris suæ: sed dictus R. exceptionem opposuit contra ipsum, videlicet, quòd vxorem suam à se repulerat, & tacita veritate super hoc litteras impetrauit, videlicet quod alia vice super eadem dote quæstio mota fuit coram consulibus ciuitatis, & pronunciatum, secundum quod superius est præmissum. Iudices, cum de hoc constitit eisdem, præceperunt eidem, vt sic de dote saluanda caueret, & vxorem reciperet: sed cum ipse cautionem præstare non posset, ad ipsius instantiam domino Papæ hoc rescribere curauerunt. Vnde dominus Papa his præmissis mandat eisdem, quatenus dotem faciant assignari eidem sub ea cautione, quam potest præstare: vel saltem alicui mercatori committant, vt de parte honesti lucri valeat sustentari: ne occasione dotis detentæ, vxor à viro dimissa, vel vir, adulterij reatum incurrat. Satis enim potest ei credi modicum dotis, cui creditur totum corpus vxoris. Nota, quod cautio de dote saluanda præstari debet à viro, cum ad inopiam vergit. Item cautio, quæ præstari potest, exigenda est. Item cui conceditur maius, & minus multò fortius concedi videtur.
e ¶ *Conuenire.*] Id est, [illegible] citari, euocare ad petitionem H.
f ¶ *Repulerat.*] Et ideo audiri non debent, nisi primo ipsam restituerer. ℥. *de restit. spoliat. ex conquestione, & ℥. de ord. cog. super spoliatione, & c. cum dilectus.*
g ¶ *Tacita veritate.*] De processu negotij: vt sequitur: sic ℥. *de rei iudic. inter monasterium.*
¶ *Glossa sequens obijcit, & soluit.*
h ¶ *Ad inopiam vergere.*] Et bona videbatur illa pronunciatio: quia, ex quo maritus incipiebat labi facultatibus, & re sua male vti, cogendus erat eam restituere. *C. de iur. dot. vbi, & in Authent. de æqualitate do. §. vltim. collat. 7.* immò etiam sequestranda est, cùm præsumitur vir eam dissipaturus. *ff. sol. matrim. si cum dotem. § si verò dotem.* Si ergo tenetur eam reddere, ergo non potest eam repetere. *suprà de iureiur. quemadmodum*: quia turpius eijcitur, &c. & dolo petit, qui restituere statim debet. *ff. de reg. iur. in condemnatione, in fin.* Sed hæc non habent locum in casu isto, vt hic dicitur. Cum enim corpus suum vxor ei commiserit: multò fortius & dotem sibi committere debet, sub ea, quam potest, cautione, præstare, vt sequitur. *Cod. de pact. conuen. hac lege, & est simile 12. qu. 1. præcipimus*: immò vxor tenetur alere virum suum agentem de dote. *ff. de iure dotium, mutui. §. manente*: & præmissa locũ habent, cùm maritus suspectus est de dilapidatione: quia male versatur in re sua: & non cum paupertate laborat, vt hic faciebat, & ita restituetur huic dos, prout hic dicitur in fine. Lau.
i ¶ *Nisi cautionem.*] Lex enim prohibet fideiussorem dari pro dote. *Cod. ne fideiussores dotium dentur. l. 1. & 2.* Sed in alio casu illud intelligitur.

quod ei non licuit, nisi quoad vixerit [a], possidere: nec licet vxori suæ partem illius terræ in donationem propter nuptias ex viri concessione tenere, nisi donation. ille, ad quem spectat dominium illius terræ, voluerit cõsentire [b]. ¶ Quod autem de prima consultatione dicimus, hoc respondemus etiam de secunda: nam licèt Ecclesia in causis viduarum se fauorabilem [c] debeat exhibere: contra iustitiam tamen non est eis fauor Ecclesiasticus concedendus. ¶ Illud verò te noluimus ignorare, quòd vxor dare dicitur viro dotem: vir autem vxori donationem facere propter nuptias, secundùm legitimas sanctiones [d].

¶ Idem Archiepiscopo, & Archidiacono Genuensi †.

¶ *Vir agens pro dote, non omnino excluditur ex eo, quòd vergat ad inopiam, nec præcisè cogitur satisdare vltra facultatẽ propriam: sed dos si bi assignatur sub cautione, quam præstare potest: Et si per illam cautionem non esset sufficienter prouisum consumptioni dotis, deponetur dos apud Mercatorẽ, vt de honesto lucro se sustineat onera matrimony. Hoc dicit secũdum intellectum, quem tenet Panormitanus inhærendo verbis litteræ. Et est casus notabilis, & quotidianus.*

CAP. VII.

P*Er* † vestras litteras intimasti s, quòd cùm magistrum R. super quadam summa pecuniæ pro H. paupere, auctoritate nostra curaueritis conuenire [e], quam idem H. pro dote vxoris suæ requirebat ab eo, dictus R. exceptionem opposuit contra ipsum, quòd vxorem suam à se repulerat [f], & tacita veritate [g] super hoc litteras impetrauerat †: quia cùm super eadem dote, alia vice, coram vestræ ciuitatis consulibus quæstio mota esset, ipsi pronunciauerunt, vt quoniam idem H. ad inopiam [h] vergere videbatur, dos illa non assignaretur eidem, nisi cautionem [i] idoneam de ipsa non peritura præstaret: vnde vos ei, vt de saluanda dote caueret, & vxorem suam reciperet, præcepistis. & *infrà* [k]. ¶ Cum ergo satis possit ei modicum credi dotis, cui creditum est corpus vxoris: Mandamus, quatenus dotem assignari faciatis eidem, sub † ea, quam [l] potest, cautione, præstare: vel saltem alicui Mercatori committi, vt de parte honesti [m] lucri, dictus vir onera [n] possit matrimonij sustentare: ne occasione dotis detentæ, vxor à viro dimissa, seu vir, qui dimisit vxorem, adulterij reatum incurrat.

¶ Gregorius I X.

¶ *Hæc decretalis, satis seipsam summat.*

CAP. VIII.

D*Onatio* †, quæ con-

k ¶ *Et infrà.*] Sed cùm ipse cautionem præstare non posset, ad instantiam ipsius domino Papæ hæc rescribere curauerunt.
l ¶ *Quam potest.*] [illegible] *in Auth. vt nulli iudici liceat habere loci seruatorem §. si verò crimen. coll. 6.* vbi dicit, quòd si mulier accusatur de crimine, pro quo debeat custodiri, debet dare fideiussorem: si fideiussorem dare non potest, iuratoriam cautionem præstet: & sufficit. *C. de Episc. & cleric. Auth. generaliter l. & in Auth. de sanctiss. §. ad excludendas. & sumitur ex illa Auth. generaliter. coll. 8.*
m ¶ *Honesti lucri.*] Non enim tenetur tantum ad dotem, & de vsuris alere vxorem. *argum. C. de admin. tut. Auth. minoribus*, sed conuertat eam in societatem honestam, vel aliquod commercium, & ex lucro honesto eam alat. *argum in Authen. vt hi, qui obligatas se habere perhibent res minorum. §. quoniam autem videmus, coll. 6.* ius tamen dicitur, quòd si minor non habet, vnde viuat, sed tantùm pecunias, eum curator cogitur [illegible]. Laur.
n ¶ *Onera.*] *ff. de iure dot. si is qui Stichum. §. ibi, dos, & ℑ. de vsuris, salubriter.* Hinc.

D*Onatio.*] Prima pars demõstrat, quõ. & qualiter donatio facta inter coniuges valeat, vel reuocari intelligatur. Secũda docet, an reddenda sit dos, & donatio propter nuptias soluto matrimonio. Secũda ibi, *Sane* Et hæc diuisio sufficit, ꝑ summario. Abb.
C A S V S. Quæsitum fuit à Papa, vtrum inter virum, & vxorem durante matrimonio donatio facta & inde facta teneat? Respondet Papa, quòd donatio, durante matrimonio inter coniuges facta, ex qua alter sit locupletior, & alter pauperior, non habet firmitatem, nisi donatio confirmetur obitu donatoris. & donatore viuente penitus euanescit, si reuocetur ab eo tacitè, vel expresse, vel si prius moriatur, qui donationem accepit.

† *Ianuensi.*

† *Cap. 3. tit. de dote amittenda, vel post diuortiũ restituenda, in 3. compil. In hanc decretal. celebris extat, & copiosa repetitio Palacij Rubi, cum viatis.*

† *Impetrauit.*

† *Aliàs ita: super eam, quam potest, cautionem præstare.*

† *De materia huius decret. & gloss. vide latissime per Palacium Rubiũ in repetitione huius Rubr. §. 28. cum multis sequent. ad. de Antonio Gabr. l. 3. communium conclus. tit. de donatio. conclus. 3. & 6.*

a *Sed istud non tenet secundùm canones: non enim debet quis crimen suum commissum dis[illegible] impendere. 46. dist. sicut non suo secundùm gloss. & Hosp. Ioan. And.*

SANE. Dicitur in §. isto. quòd soluto matrimonio dos redire debeat ad mulierem, & donatio ad virum: nisi de consuetudine contrarium obtineat, vel nisi ex pacto inter virum, & vxorem de lucranda dote, vel donatione propter nuptias, contrarium inducatur: & pactum illud æquale debet esse ex vtraque parte. Not. quòd donatio inter virum, & vxorem non valet nisi in casibus. Item dos ad mulierem redire debet, & donatio ad virum secundum leges: consuetudo tamen, vel pactū in hoc derogat legi.

stante[a] matrimonio inter coniuges dicitur esse facta: ex qua alter locupletior[b], & pauperior alter efficitur: firmitatem non habet, nisi donatoris obitu confirmetur: quæ tamen penitus euanescit, si reuocetur ab eo tacitè[c], vel expressè, vel qui donatum[d] accepit, priùs debitum naturæ persoluat.

¶ Sanè soluto matrimonio, sicut dos[e] ad mulierem, sic & donatio propter nuptias redit ad virum: nisi de consuetudine secus obtineat, vel ex pacto de lucranda dote, vel donatione propter nuptias, quod † æquale sit, cùm hincinde contrarium inducatur.

a ¶ *Constante matrimonio.*] No. quòd donatio inter virum, & vxorem moribus prohibita est: ne mutuo amore inuicem spolientur, non temperando à donationibus, sed profusa erga se facilitate vtentes. Maiores enim nostri hoc prohibuerunt amorem honestū solis animis existimantes, & ne alter in paupertatem incideret, & alter ditior fieret, nec esset illis studium filios educandi. *ff. de donationibus inter virum, & vxorem. l. 1. 2. & 3. & in Authent. quib. mod. natu. effi. legitimi. §. illud quoque ad finem. coll. 6.* & nulla est donatio, vbi matrimoniū tenet. Si verò matrimonium non tenet, donatio de iuris rigore valet: sed fas non est tales donationes esse ratas, ne melioris conditionis videantur delinquentes, quàm qui non deliquerunt contrahendo. *ff. eod. l. 3. §. 1. C. eod. si ex voluntate.* Sed inter sponsum, & sponsam tenet donatio. *ff. eod. inter eos 1. & l. cum hic status. §. si quis sponsum.* Tamen si donator in eadem voluntate vsque ad supremum vitæ exitum perdurauerit, valet donatio. *C. eod. l. 1. & 3 & hic,* vbi dicitur: Nisi donatoris obitu confirmetur. Et si donatio legitimum modum excedat, & non fuit insinuata vsque ad legitimum modum valebit, si permansit in ea voluntate, vsque ad mortem. *C. eod. l. donationes.*

¶ *Glossa seq. exemplificat, quomodo donatarius potest esse locupletior, &c. & contra ponit duos casus, in quibus id fallit, in fine dicit, quatenus fiat reuocatio.*

b ¶ *Locupletior.*] Donatio, ex qua hoc contingit, nulla est. *ff. eod. l. 3. 1. respon.* & ex eo quod dixit: Ex qua alter locupletior, & alter pauperior à contrario sensu datur intelligi, quòd donatio teneat his cessantibus: quod verum est. Si ergo maritus non sit pauperior, tenet donatio, vt si maritus sit institutus hæres, & repudiet hæreditatem donationis causâ, vt deferatur vxori sibi substitutæ, vel si repudiet legatum, vt remaneat penes vxorem oneratā pro legato præstando, vel si rogatus esset restituere hæreditatem vxori ne detrahat quartam causâ donationis: tunc tenet donatio. *ff. eod. si sponsus. §. si maritus & §. si quis.* vel si donauerit vxori rem alienam, *ff. eod. sed & si constante.* Item licet pauperior fiat donator, & accipiens non fiat locupletior, tenet donatio: vt si emerit inde vnguenta. *ff. e. quod autem. §. 1.* Idem valet quandoque donatio, licet donator fiat pauperior, & accipiens locupletior, si in tempus finiti matrimonij sit collata; sed ante tempus illud non efficitur res donata donatarij, sed differtur in tempus, in quo mulier à lege viri soluta est. *ff. eodem, si servum vxori. §. vlt. & l. quia. & l. si inter.* Item in alio casu valet donatio, licet alter fiat pauperior, & alter ditior. *ff. eod. quod si vir.* Fit autem donationis reuocatio, quatenus donator pauperior, & accipiens locupletior factus est. *ff. eod. si sponsus. §. vlt.*

¶ *Glos. sequens exemplificat, quomodo tacitè, & quomodo expressè reuocetur.*

c ¶ *Tacitè, vel expressè.*] Tacitè autem fit reuocatio per diuortium, nisi in diuortio voluerit donationem valere. *ff. eo. sed interim. §. si maritus. & l. cum hic status. §. si diuortium. & C. eod. l. à marito.* Item tacitè fit reuocatio, si priùs, qui libertatem acceperit, decesserit, quàm is, qui contulit, vt in *l. prædicta, à marito.* Si verò priùs decedat is qui donauit nec reuocauit donationem, confirmatur morte per silentium. *C. eodem. donationes. & l. 1. & 3.* Si autem simul moriantur, putà naufragio, vel ruina, valet donatio. *ff. eod. cum hic status. §. si ambo.* expressè reuocatur donatio, cùm donator eam reuocat. *C. eod. à marito.* nisi pœnituerat cum reuocasse donationem: vt supremum iudicium eius, siue voluntatem spectemus. *ff. eod. cum hic status. §. pœnitentiam* Item expressè fit reuocatio, si maritus ea, quæ donauit, postea pignori dedit, vel alij donauit, vel alio modo alienauit. *C. eod. si maritus tuus. ff. de procura. non iniustæ.* Et hæc quæ dicta sunt de dona. inter virum, & vxo. inter parentes, & liberos penè intelligi debent, inter quos prohibita est donatio, cum vna persona intelligantur. *C. de impu. & aliis substi. l. 1. & 35 quæst. 3 §. hac authoritate.* nisi in casibus.

d ¶ *Qui donatum.*] Vt *C. eod. l. à marito. & ff. eod. cum hic status. §. si ambo.* & illa verba, tacitè, vel expressè, vel qui donatum accepit, &c. sumpta sunt ex illis duabus legibus.

e ¶ *Sicut dos.*] Dos. n. datur viro à muliere, & donatio datur vxori à viro, *s. e. nuper. in fine. C. de donationi. ante nuptias. l. 1. & vlt.* Et ideo redire debent ad eos vt hic dicit; & dos, & donatio propter nuptias debēt esse æquales hincinde, *C. de pactis conuent. Authentica æqualitas. & in Authentica, de æqualitate dotis. §. hæc igitur & § de cætero. coll. 8.* Et verum est, quòd ista debent redire ad mulierem, & virum, nisi consuetudo sit in contrarium: vt dicitur hic, nisi pactum de dote, vel donatione lucranda, vel parte, sit factum inter eos: vt hic dicit, & *C. de pactis conuent. l. ex morte. Authentica æqualitas. & in Authen. tit. de æqualit. do. §. hoc igitur. coll. 8. C. de rei vxor. l. vnica §. ille procul dubio.* Et illud pactum debet esse æquale hincinde: & si non sit æquale, maior pars lucri ad minorem debet reduci: vt legibus prædictis, *ex morte. & Authentica æqualitas. & l. lege Leonis, C. de pactis conuent.*

TITVLVS XXI.

De secundis nuptiis †.

¶ Alexander iij.

¶ *Secundæ nuptiæ non benedicuntur, & benedicens puniendus est.*

CAP. I.

CApellanum † (quem benedictionem cum secunda[f] constiterit celebrasse) ab officio, beneficióque suspensum, cum litterarum tuarum testimonio, ad sedem Apostolicam nullatenus destinare postponas.

¶ Lucius iij. vniuersis Christianis in captiuitate Sarracenorum positis.

¶ *Dubitans de morte coniugis, nisi prius certificetur, contrahere non debet: & si contraxit, reddat, sed non exigat debitum: & si postmodum sciat primam viuere, dimittat secundam. Abbas Siculus.*

CAP. II.

DOminus †, ac redemptor, noster: & infrà.

¶ Sanè super matrimoniis, quæ

DE SECVNDIS NVPTIIS.

¶ *Quia diuortio factis solent homines transire ad secundas nuptias, ideo viso de diuortiis, meritò subiicitur de secundis nuptiis. Et scias, quòd nedum secundæ nuptiæ approbantur ab Ecclesia, sed etiam tertiæ, & vlteriores: vnde non solùm quis bigamus, & trigamus, sed etiam octogamus effici potest: vt dicit textus in c. aperiant. 31 q. 1. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 34 q. 2. & 31. q. 1. in multis c. 2. q. 2. §. hinc colligitur. 3 q. 7. §. tria, propè finem.

CApellanum.] CASVS. Quædam mulier mortuo viro suo transiuit ad secunda vota: quidam capellanus benedixit mulierem istam transeuntem ad secundum matrimonium. Quia nuptiæ secundæ benedici non debent, quæsitum fuit qualiter capellanus iste puniri debeat? Mandat papa Episcopo suo, quatenus capellanum illum ab officio suo suspendat, & sic suspensum ad Apostolicam sedem transmittat. Nota, quòd secundæ nuptiæ benedici non debent: & qui eas benedicit, punitur.

¶ *Glo. seq. reddit tres rationes, sed primam reprobat.*

f ¶ *Cum secunda.*] Secundæ nuptiæ benedicendæ non sunt. *31. q.* vir autem & secundam accipere secundùm veritatis rationem, verè fornicatio est, *30. q. 1. hac ratione.* Sed illud intelligitur prima viuente, & non debent benedici secundæ nuptiæ ad exhortationem continentiæ: sic & sacerdos interesse non debet nuptiis clandestinè contractis. *s. de clan. desp. cum inhibitio. §. sanè.* multò minùs debet illas benedicere. & alia ratio est: quia sacramentum[c] iterari non debet. *31. eod. vir autem.* vbi hæc ratio notatur.

DOminus.] Tria sunt dicta. Secundum ibi, *Si verò.* Tertium ibi, *Quod si.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam Christiani erant in captiuitate Sarracenorum, quidam de his coniugati nulla certitudine habita de morte vxoris contrahebant secunda matrimonia. Quærebatur, an deberent sic remanere? Respondet Papa, vt nullus præsumat amodo ad secundas nuptias conuolare, donec ei constet, quòd vxor

† *Vide notas nostras in hunc locum.*

† *Vide Magistrum, & Theologos li. 4. sent. dist. 42.*

a *Sequitur: qui matrimonio coniuncti sunt: ante nuptias donatio facta iure consistit, etiamsi eodem die nuptiæ fuerint subsecutæ. Ioan. And.*

b *Et habet id locum etiamsi pecuniam datam pro vnguentis mulier soluit creditori suo: & mox de sua pecunia emit vnguenta. Idem si vir pro illis emendis, dotem dedit, quam illa remisit, & de sua pecunia vnguenta emit. Io. And.*

† *Ca. vnico. eo. tit. in 2. compil. Et vide notas nostras in hoc c. vbi contra hæreticos scriptas, & vlteriores nuptiæ licitæ esse ostenduntur: inde totus titulus illustratur.*

† *Cap. 1. eo. ti. in 1. compil. huc spectant tradita supr. de sponsalib. cap. in præsentia.*

c *Neque benedictio illa est sacramentum, sed pars sacramenti, neque matrimonium ex iis sacramentis quæ nequeunt iterari. Vide S. Tho. 4. sent. dist. 42. q. 3. art. 2.*

vxor sua de hac luce decessit. Si verò aliquis, vel aliqua hoc non seruauerit, & dubitet adhuc de morte prioris coniugis: ei cui nupsit, debitum non deneget postulanti: sed nullatenus exigat ab eadem. Si verò postea constiterit de vita prioris coniugis, statim eam relinquat, & ad priorem reuertatur. Nota, quòd vir, vel mulier contrahere secunda matrimonia nō debet, nisi de morte coniugis certus existat.

ex vobis (nondū habita obeuntis coniugis certitudine) contraxerunt, id vobis respondemus, vt nullus amodo ad secundas nuptias migrare præsumat, donec ei constet [a], quod ab hac vita migrauerit coniunx eius.

¶ Si verò aliquis, vel aliqua, id hactenus non seruauit, & de morte prioris coniugis adhuc sibi existimat dubitandum, ei, quæ sibi nupsit, debitum non deneget [b] postulanti: quòd à se tamen nouerit nullatenus [c] exigendum: Quod si post hoc de prioris coniugis vita constiterit, relictis adulterinis [d] complexibus ad priorem coniugem reuertatur.

¶ Vrbanus iij. Vigilien. † Episcopo.

¶ Si vnus ex coniugibus fuit aliàs benedictus, non debent coniuges de nouo benedici.

CAP. III.

VIr † autem, vel mulier ad bigamiam transiens, non debet à Presbytero benedici [e]: quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari [f] non debet.

¶ Idem Exonien. Episcopo.

¶ Mulier nubens infra annū lugubrem infamiam non incurrit, hoc dicit cum sequenti. Abbas Siculus.

CAP. IV.

SVper † illa quæstione, qua quæsitum est, an mulier possit sine infamia nubere infra tempus luctus secundum leges diffinitum †: Respondemus, quòd cū Apostolus dicat: (Mulier viro suo mortuo, soluta est à lege viri sui: in Domino nubat [g], cui voluerit) per licentiam [h], & auctoritatem Apostoli, eius infamia [i] aboletur.

¶ Innocen. iij. A nobili mulieri.

¶ Summatur, vt præcedens.

CAP. V.

CVm † (secundùm Apostolum) mulier mortuo viro suo, ab eius sit lege soluta, & nubendi, cui vult [k] tantùm in Domino, liberam habeat facultatem: non debet legalis infamiæ [l] sustinere iacturam, quę licèt post viri obitum, intra tempus luctus (scilicet vnius anni spatium) nubat, concessa sibi tamen ab Apostolo [m] vtitur potestate, cùm [n] in his præsertim seculares leges non dedignentur sacros canones imitari.

a ¶ *Et constet.*] *s. de sponsa. in præsentia.* vbi notatur, quid iuris sit de hac materia: *C. de repudi. authen. hodie. & in authen. vt liceat ma. & auiæ, §. quod autem. coll. 8.*

b ¶ *Non deneget.*] Et ita propter dubiū præsumitur pro matrimonio; quod fieri debet. *s. de spon. iuuenis. & arg. s. de matrimonio contrac. contra interdic. eccle. c. 1. & ff. de reg. iur. in ambi. vlt. & ff. de iure do. in ambiguis.* nisi quando dubitatur, an contractum sit matrimonium, quia clandestinū est: quo casu potiùs præsumitur adulterium, quàm matrimonium. *30. q. 5. aliter. & arg. s. de clandest. despon. c. 2.*

c ¶ *Nullatenus exigendum.*] Hoc est propter conscientiam dubiam ex probabili causa. Simile *j. de sent. excom. inquisitione, in fine.*

¶ *Gloss. seq. exponit arg. soluit, & dat simile per modum conuersum.*

d ¶ *Adulterinis.*] Hoc intellige, si postquam intellexerit pro certo de vita prioris mariti, cum secundo remaneat: quia statim est adulterium, & non antè. *34. q. 2. cum per bellicam.* & est arg. quod matrimonium, quod ab initio valuit, tractu temporis infirmatur. *ff. de indi. §. alter. & l. si à me.* Sed non fuit matrimonium ab initio in veritate, sed nunc primò declaratur matrimonium non fuisse, sicut è conuerso, & ex futuro euentu apparet matrimonium ab initio fuisse. *s. de frigid. & malefi. fraternitatis. in fi.*

VIr autem.] CASVS. Dicitur hic, quòd bigamus, vel bigama non debent aliquo modo à sacerdote benedici, cùm aliàs fuerint benedicti, hoc habes *31. q. 1. quemadmodum.* Nota mulieres secundò nubentes non esse à presbytero benedicendas.

e ¶ *Benedici.*] *s. eod. c. 1. vbi de hoc.*

¶ *Gla. seq. ponit rationem prohibitæ iterationis, & duo sacramenta, quæ iterantur, & de pœnitentia solemni subdit, consuetudinem quorundam locorum, dicens, quo casu ex. usq.*

f ¶ *Iterari.*] Sacramenta enim iterari non debent. *1. q. 1. hanc regulam. & cap. si qui. ne fiat eis iniuria. 1. q. 1. quod quidem. & de consec. d. 4. ostenditur. 33. q. 7. quemadmodum. & C. ne sanc. bap. ite. l. 1. & 2.* Videretur enim, quod sacramentum huiusmodi non fuisset collatum, vel quòd inefficax fuisset omnino, & sic fieret iniuria ei. *1. q. 1. sacramenta.* Tamen pœnitentia bene iteratur, *de pœn. d. 3. adhuc instant:* fallit etiam secundùm quosdam in extrema vnctione. Quid enim impediret hanc iterari, cùm non sit sacramentum, sed oratio super hominem. *1. q. 1. manus.* & solemnis pœnitentia non iteratur. *50. d. quamuis. & c. in capite.* Gratianus tamen dicit, quòd iteratur secundùm consuetudinem quorundam. *de pœn. d. 3. §. ex persona,* & benedictio ista, cùm aliquis secundam duxit virginem, iteratur secundùm consuetudinem quorundam locorum, & hoc si Papa sciat talem consuetudinem, aliàs non licet.

SVper illa.] Ponit quæstionem, cui respondet ibi, *Respondemus,* Abb. Sic.

CASVS. Secundùm leges, si mulier mortuo viro infra annum nubat, efficitur infamis. Quæritur, an secundùm canones ita sit? Respondet Papa, quod cùm dicat Apostolus: *Mulier viro suo mortuo, soluta est à lege viri: nubat in Domino, cui vult.* ex licentia Apostoli omnis infamia aboletur: nec debet legalis infamiæ sustinere iacturam: quoniam in his sacræ leges non dedignantur sacros canones imitari.

g ¶ *In Domino nubat.*] *j. c. prox.* ergo cū Apostolus nullum tempus adiiciat, nec nos adiicere debemus. *31. q. 1. quòd si dormierit. & 2. q. 5. consuluisti. & s. de transl. inter corporalia.* soli ergo honestati suæ cōsulat mulier, quia ita tum licet, ex quo tempus non adiicitur. *Inst. de verbor. obl. § purè.*

h ¶ *Per licentiam.*] Quę intelligitur interueniente, eo ipso, quod non prohibetur: *vt 11. q. 1. sunt nonnulli.*

i ¶ *Infamia.*] *j. c. prox.*

CVm secundùm.] Præmissa ratione ponit dictum, & soluit obstaculum. Abbas Siculus.

k ¶ *Cui vult.*] *Sic 7. q. 1. item alterius. & s. c. prox.*

¶ *Gl. seq inducit legem, & eius causam: secundò tractat, an canon liberet illam etiā à pœna legali: & primò dicit, quid sit: secundò ponit opinionem contrariam.*

l ¶ *Legalis infamiæ.*] Quam inflixit lex ei, quæ nubit infra annum, ne turbaretur sanguis, & de prole dubitaretur. *C. de repu. consensu. § si vero. ff. de his qui no. infa. l. liberorum. §. 1.* Et nota, quod canones isti non solùm talem mulierem liberant ab infamia, sed ab omni pœna, quam exprimit lex. *Cod. de secund. nup. l. 1. & in Authen. iisdem pœnis. & in Authen. de resti. & ea quæ pa. §. vlt. coll. 4.* Nec debet dici infamis in foro ciuili, ex quo per Ecclesiam, & licentiam Apostoli remissa est. *arg. suprà, qui filij sint legi. per venerabilem & 2. q. 3. §. hinc colligitur.* Quidam tamen dicunt, quòd propterea non euadit pœnam illam, qua priuatur antè nuptiali donatione. *Authen. prædic. de restit. & ea quæ par. §. vlt. coll. 4.* quæ virum suum ita velociter dehonestauit, vt appareat etiam eo viuente, eam non caste vixisse, vt ibi dicitur: & ideo perdere debet, quicquid ex liberalitate viri ad eam potuit peruenire, nec Ecclesia in hoc potuit [d] pœnam illam tollere: quia quandam ingratitudinem videtur mulier commisisse. *arg. suprà de donat. propter eius:* nec est hoc contra Apostolum. *suprà de diuor. gaudemus.*

m ¶ *Concessa sibi tamen ab Apostolo.*] Quam alicui auferre non possumus *28. dist. de his.* beneficium enim iuris, nemini est auferendum *5. d. ad eius verò. ff. de re iudi. l. 4. §. si quis condemnatus:* & beneficium principis latissime interpretandum est. *ff. de consti. prin. beneficium.* & sic ad omnes mulieres hoc beneficium extenditur.

n ¶ *Cum in his.*] *S.* matrimoniis contrahendis, in quibus sacræ leges sacros canones imitantur. *in Authen. quomodo oportet Episcopu. §. vlt. coll. 1. & in Auth. vt cleri. apud proprios Episcopos. §. vlt. col. 6. & sup. de iudicis. at si clerici. & in Auth. de Eccle. tit. ca. 14 princip. colla. 9.*

† Vigo. *† Vig. sed in Vaticanis, vt est impressum.*

† Cap. 1. eo. tit. in 1. compilat. & post concil. Late. sub Alexan. iij. part. 9. c. 1.

a Hoc verū de sacramētis imprimētibus characterem.

b Immò est vnum de septem Ecclesię sacramentis, & contrarium asserere est hæresis denuum damnata in conc. Trident. sess. 7. de sacramentis. can. 1. & sess. 14. de sacramento extremæ vnctionis c. 2. & ibid. eo. tit. cano. 1. adde Sotum lib 4. sent. dist. 23. q. 1. ar. 1. vbi plenissimè. adde Lindanum lib 4. c. 28. Panoplię Euangelicæ.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. compilatione & post concil. Lateran. p. 9. c. 2.

† Habetur in l. 1. ff. de his, qui not. infa. & in l. 1. C. de secun. nupt. 1. Cor. 7. & ad Rom. c. 7.

† Cap. vnico. eod. tit. in 3. compilatio. Roman. c. 7. & 1. Corin. c. 7.

c Plures aliæ causæ notantur in §. item in Leuitico. 27. q. 2.

d Immò potuit, quicquid hic dicat Bernardus, cui standū non est

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS.

¶ *Duobus modis potest continuari. Primò ad præcedentia. Secundò ad sequentia. Primò sic: Suprà visum est de accusationibus ciuilibus, sequitur videre de criminalibus, & pœnis eorum. Vel sic, & secundò ad sequentia. Tractaturus auctor in quinto de criminibus & pœnis eorum: quia super eis quandoque proceditur per accusationem, quandoque per inquisitionem, quandoque per denunciationem: ideo primò de his præmittit. Abbas Siculus. De hac materia tractatur. 2. q. 7. & q. 8. & 3. q. 4. & q. 5. & q. 9. & q. 10. & q. 11. & 4. q. 1. & q. 4. & q. 5. & q. 6. & 15. q. 3. per totum.*

† *Vide notas nostras hic.*

LIBER QVINTVS.

TITVLVS I.

De accusationibus, inquisitionibus, & denuntiationibus.

¶ Felix Papa †.

¶ *De persona accusatoris prius quærendum est in iudicio.*

CAP. I.

SI † legitimus [a] non fuerit accusator, non fatigetur [b] accusatus.

¶ Idem Episcopis per Galliam constitutis.

¶ *A denuntiatione repellitur is, qui non præmonuit.*

CAP. II.

SI † quis Episcopus ab illis accusatoribus [c], qui recipiendi sunt, accusatus [d] fuerit, postquam ab eis charitatiuè [e] conuentus [f] fuerit, vt causam emendet, & eam corrigere noluerit: non olim [g], sed nunc [h] ad Primates causę eius canonicè deferantur.

¶ Gregorius † Duci Campaniæ.

¶ *Criminatio Prælati debet tractari coram illis, quorum interest.*

CAP. III.

ILla † Præpositorum: *& infrà.* ¶ Si verò aliquis est de monasterio [i] prædicti Abbatis, qui possit dicere [k]: quòd ad culpam, reatúmque eius pertineat. Nos cum eis, quorum [l] interest, causam districtè volumus perscrutari: vt vel condemnetur [m], vel absoluatur.

¶ Idem † Constantiæ Augustæ.

¶ *Qui de aliquo crimine accusatur, vel denuntiatur, interim promoueri non potest.*

CAP. IV.

OMnipotens † Deus: *& infrà.* ¶ Valde graue est, vt vir, de quo tanta, & talia nuntiantur [n] (cùm ante requiri, & discuti debeant) honoretur [o].

¶ Pascalis Papa.

Episcopus per exceptionem criminis illum ab accusatione suo repellere non potest, quem antè à sua familiaritate neglexerit separare.

CAP. V.

NVlli † Episcoporum ab accusatione sua repellere [p] liceat, quos, antequam se ab eis impetendum cognosceret, à sua

† *Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. Et vide Baldum in l. dini §. si a-diatio. ff. de damno infecto.*

SI legitimus.] Ad petitionē illegitimi accusatoris reus nō est ad iudicium trahēdus. Hoc dicit. Et non diuiditur. Abbas. Casus patet. Nota, quòd criminosus non potest alium accusare.

† *Cap. 8. eo. tit. in 1. compi. Vide notas nostras in hanc decretalem, & de materia B. Thomam 2. 2. q. 33. ar. 7. vnde etiam intelliges glossas hic.*

† *lib. 8. epistola 12. registri.*

¶ *Glo. seq. ponit, & repetit tria, quæ faciunt accusatorem non legitimum.*

a ¶ *Legitimus.*] Legitimus ideo dicit: quia si sit criminosus, nō potest alium accusare. 3. q. 7. *qui sine. & c. postulatus.* & qui trabem gestat in oculo, festucam de oculo fratris non potest eruere. *ea. causa, & q. ea. §. tria. ver. porrò. in fin. & 1. q. 1. multi. & 6. q. 1. qui crimen.* qui enim alium accusat, debet esse bonæ famæ, non suspectus, per iura prædicta: si enim ad denuntiandum viles personæ non admittuntur, *vt* 5. *de spon. cum in sua.* multo fortiùs nec ad accusandum. item nec debent esse inimici *infrà eod. cùm oporteat. & c. cùm P. Manconella & c. meminimus.* Debet enim esse sine crimine, non inimicus, bonæ famæ, & opinionis, qui alium accusat: aliàs non est legitimus accusator. Criminosus enim criminosum accusare non potest, aut etiam denuntiare.

ADDITIO. Multæ aliæ sunt personæ, quæ accusare non possunt: Vnde versus. *Hi non accusant, quos metra sequentia signant:*

Fœmina, pupillus, delatus, crimine tentus,
Suspectus, quæstu corruptus, sortilegúsque,
Infamis, seruus, pauper, cum milite Princeps,
Libertus, socius socium, necnon inimicus,
Clericus Ecclesiam nullus deferre valebit.

¶ *Glos. seq. exponit literam. ponit exceptionem, & congruentiam rubricæ.*

b ¶ *Non fatigetur.*] Sed repellatur accusator, & absoluatur reus ab obseruatione iudicij. 7. *q. vlt. c. accusator.* nisi fuerit infamatus: quia tunc debet indici ei purgatio. 2. *q. 5. presbyter. 2. &* 5. *de purg. cano. c. cum P. Et hæc decre.* pertinet ad primam partem rubricæ.

SI quis Episcopus.] CASVS. Dicitur in casu isto, quòd si aliquis qui dignus sit, voluerit denunciare Episcopum suum super aliquibus excessibus suis, debet illum charitatiuè admonere, vt se emendet. Si autem se corrigere noluerit, postmodum causam eius deferat ad primates, alioquin charitatiua, & legitima admonitione omissa à denuntiando repellitur. Nota, quod ad denūtiandum non debet admitti, qui legitime non præmonuit, & charitatiuè.

c ¶ *Accusatoribus.*] Id est, denuntiatoribus.

d ¶ *Accusatus.*] Id est, denunciatus.

¶ *Glo. sequens arg. quod accusans, & c. soluit.*

e ¶ *Charitatiuè.*] Arg. quod admonitio semper est præmittenda ante accusationem, & ante vindictā. 12. *q. 2. indigne. & 16. q. 1. quidam monachi. & q. 7. omnes decimæ. & 24. q. 3. de illicita. &* 5. *de sen. excom. sacro.* Cùm agitur in modum denuntiationis ad pœnitentiam, tunc necessaria est admonitio secundum Euangelicā veritatem. 5. *de iud. nouit. & 2. q. 1. si peccauerit. &* 5. *de simo. licet Hely. &* 5. *eod. c. cùm dilectus.* in quo casu loquitur hoc c. & ita pertinet ad vltimam partem rubricæ. & vbi dicit, accusatoribus expone, id est, denuntiatoribus. Accusatus, id est, denunciatus, vt dictum est.

a *Vel ex officio suo iudex inquiret. infrà. qualiter & infrà de col'm. dete. c. 2. Ad. Ioan. And.*

b *Idque obtinet, siue agatur de correctione inferioris, vt in canonibus hic allegatis siue de correctione paris, vt hic. vide Ioan. And.*

f ¶ *Conuentus.*] Id est, admonitus, vt sequens littera indicat.

g ¶ *Non olim.*] Id est, non ante admonitionem admittatur ad denuntiandum.

h ¶ *Nunc.*] Id est, post admonitionem debet admitti, vt dictum est.

† *Cap. 5. eod. tit. in 1. comp. Vide omninò B. Thomā 2. 2. q. 33. a. 4.*

ILla Præpositorū.] Illi debent accusare, quorum interest: aliàs accusatio est nulla. Hoc dicit. Et primò ponitur decisum factum. Secundò dispositio ibi, *Si verò Abb.* CASVS. Quidā Abbas infamatus erat apud Papam: vnde mandat Duci Campaniæ, quòd si aliquis est de monasterio ipsius Abbatis, qui velit aliquid dicere contra ipsum Abbatem accusando, vel denuntiando, Papa paratus est audire ipsum cū illis, quorū interest, & causam districtè perscrutari, condemnādo ipsum, vel absoluendo. Nota, quòd monachi possunt Abbatem suū accusare, vel denuntiare. Item Episcopus hāc causam debet inquirere cum canonicis suis. Item sententia debet continere condemnationem, vel absolutionem.

† *Scilicet Gregorius lib. 4. epistola 34. c. 78. indict. 13. registri.*

† *Cap. 6. eo. tit. in 1. comp. Vide Anchar. in c. meminimus. infr. eo.*

† *Ca. 1. eo. ti. in compi. refert Gratianus, siue Palea. 3. q. 5. ca. nulli episcoporum.*

¶ *Glo. seq. cum vlt. duo notant ex textu, quæ patent.*

i ¶ *De monasterio.*] Not. quòd non debent admitti ad denuntiādum, nisi illi, quorum interest, vt monachi, vt hîc: aut etiam patroni. 16 *qu. vlt. filijs,* aut etiam parochiani. 63. *dist. vota ciuium. & 7. q. 1. factus est.*

k ¶ *Dicere.*] i. accusare. 5. *e. ex parte. & 2. q. 4. Euphemiā.* Sed potiùs loquitur in modum inquisitionis, siue denuntiationis: in quo casu tenentur ad denuntiandum: vt 2. *q. 6. quapropter. & ar.* 5. *de cogn. spi. tua.* ad hoc. n. quilibet tenetur, etiamsi iurasset, nō denunciare. 5. *de iureiu. quemadmodum.*

l ¶ *Quorum interest.*] i. fratrum suorum. 86. *d. siquid.*

m ¶ *Condēnetur.*] Hoc semper debet continere differentiua sententia, condemnationem vel absolutionem: aliàs non tenet. 2. *q. 6. §. diffinitiua. & 23. q. 4. illud etiam.* vel æquipollens. 5. *de verbo. significatio. in his. & ff. de arbitr. quid tamen. §. si arbiter.* sic & sententia quæ sine certa quantitate profertur, nulla est. nec in aliqua parte actorum hoc reperitur. *C. de senten. quæ sine cer. quantit. prolatæ est. i. pœnult. & vlt. Tan.*

c *Facit hoc, quæ tradit B. Th. 2. 2. q. 70. ar. 1. ad 2. arg.*

OMnipotens.] CASVS. Dicitur hîc, quòd si aliquis infamatur, non debet ad honores promoueri, donec de hoc inquiratur, vel inde se purgauerit. Nota, quod opinio promouendi ad honores vacillare non debet: & sic pendente accusatione promoueri non debet.

n ¶ *Nunciantur.*] Et sic ad vltimam partē tituli pertinet, cū etiā aliquis accusatur, aut denūtiatur, vel etiā inquiritur, grauata est statim eius opinio, vt interim non debeat promoueri. 81. *d. tantis Danielis. &* 5. *de testi. c. vlt. C. de procur. verum. & ff. de mu. & honor. l. reus 4. respon. vsq; post annum. vt ea. l. reus §. cum.*

o ¶ *Honoretur.*] Id est, ad honorem promoueatur.

NVlli Episcoporum.] CASVS. Quidam familiaris Episcopi volebat ipsum Episcopū accusare: opponebatur sibi quod erat vilis opinionis, & malæ famæ: quæritur, vtrùm sit admittendus? Respōdet Papa quòd nō licet Episcopo illum à sua accusatione repellere, quē à se separare neglexit, antequàm accusaret eundē: Not. quòd semel approbatū, iterum reprobari non possum.

p ¶ *Repellere.*] Iudex tamen ex officio suo potest repellere accusatorem

cusatorem, si non fuerit idoneus. *ar. 2. q. 7. alleni. & c. si qui sunt, & c. quarendum. ff. de postulando, quos prohibet. & ȷ. de excep. exceptionem, in fi. & ff. de pe. hære. l. vlt.*

a ¶ *Familiaritate.*]Non enim modò potest reprobare etiã mores, quos prius approbauit. *ff. de adulter. si vxor. in fine. & 32. q. 5. horrendus*, & *sup. de filiis presby. veniens. ff. de negotiis gestis. Pomponius. Sed contra 2. q. 7. alleni. & 3. q. vlt §. si quis ex familiaribus. & C. qui accusare non possunt iniquum.* Immò videtur, quòd criminosus criminosum accusare possit. *2. q. 7. §. in hoc. & C. de hæreti. quoniam. & C. de inoffic. testa. in arena. ar.* quòd nul[l]⁹ criminosus reputat legitima persona ad accusandũ, vel ad denuntiandũ: vt dicit *ȷ. e. 1. ar. C. de adult. quoniam. 32. q. 6. nihil iniquius*, & *C. de liber. cau. si filium.* vel forsitan ille Episcopus accusabatur de crimine excepto: quia & erat malæ famæ. *2. q. 1. in primis.* vnde admittebantur viles personæ contra eum. Sed dic, quòd speciale est in Episcopis, & in odium[e] ipsorum statutum: quia debent secum habere honestas personas, quæ perhibeant testimoniũ de vita eorum. *2. q. 7. cum Pastoris.* Et ideo si prauos, & viles habent secum, sibi imputent. aliàs vilis persona non est audienda: vt dixi *ȷ. eo. c. 1.* Vel fortè superior ex officio suo posset tales repellere, vt dicitur *in princ. c. & in præcedenti notula.*

†*Sed in concilio edito nondum hoc est inuẽtum: refert tamen Burchardus l. 16. decre. c. 9. & c. 4. eod. tit. in 1. compilatio.*

† *Scilicet, primus in epistola 2. omnibus Episcopis, & c. 7. eo. tit. in 1. comp. & d vide notas nostras hic, vt meliùs percipias hoc fragmentum.*

† *Aliàs ita: ex Brocardico. li. & c. sed restitutũdum est ita: ex Burchardo, li. 19. c. 5. & vide notas huius cap.*

a *Id est, in pœnam Episcoporum patrum curantium honorẽ suũ, vt mox subdit glossa.*

communi familiaritate[a] neglexerit separare.

¶ Ex concilio Maguntino †.

¶ *Absolutus de certo crimine, de eodem iterum accusari non potest.*

CAP. VI.

DE his criminibus, de quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari[b].

¶ Stephanus Papa. †

¶ *Cohabitantes inimicis accusati, ab accusatione repelluntur.*

CAP. VII.

REpellantur ab accusatione cohabitantes[c] inimicis. Quia infestationes blasphemiæ, affectio solet amicitiæ[d] incitare.

¶ Ex Brocardico † lib. xliiij.

¶ *Ponit pœnitentiam accusatoris calumniosi, cum sequitur inde mors, vel membri debilitatio.*

CAP. VIII.

ACcusasti aliquem, & per tuam[e] accusationem occisus est: nisi pro pace[f], (hoc

DE his.] Non diuiditur: quia continet vnum dictum. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, quòd si aliquis est absolutus de crimine, le quo fuit accusatus, non debet iterum accusari de eodem. Not. quòd crimina semel dimissa, iterum vindicari non debent.

¶ *Glos. seq. tractat de triplici absolutione criminis. Prima dispensationem. Secunda per sententiam criminis non probati. Tertia per pœnitentiam prima impedit accusationem, & secunda regulariter fallit in duobus casibus, tertia non.*

b ¶ *Replicari.*] Quia si probato crimine iudex cũ illo dispẽsauit, si fuit tale crimẽ, quòd potuit dispensare, crimina semel dimissa iterum in vltionem diuina clemẽtia venire non patitur. *de pœnit. d. 4. diuina clementia ad finẽ d. & 23. q. 4. si illic.* vbi de hoc. & *2. q. 3. § notandum.* Si verò absolutus est, quia accusator non probauit, tutus est: quia de delicto vnius hominis sæpius quæri non debet. *ff. neu. cau. licet. §. vlt & 35. q. 9. veniam.* & hoc verum est, nisi in duobus casibus, puta si secundus accusator primum doceat præuaricatum fuisse. *ff. de præuari. l. 3. C. de acc. si quis homicidij & de collus. l. 1.* Item si suum dolorem prosequatur ignorans accusationem ab alio institutam *ff. de accusatio. si cui. § eisdem.* Et hoc intellige, cùm actam est in forma iudicij. Si autem pœnitentiam egisset occulte, quoad Deum absolutus est, sed accusatio in iudicio facienda non cessat propter hoc *33 q. 2. admonere. V. in.*

b *Hoc est, licet quoad Deum absolutus sit, in foro tamen exteriori potest accusari, & puniri: & hæc sententia glossæ est communis, vt latè dixi, libr. 2. comment. in Directorium inquisitorũ. Scho. 10. § Rursus also ra.*

REpellantur.] Primo ponit statutum. Secundo rationem ibi, *Quia.* Abbas.

CASVS. Dicitur hic, quòd illi qui morantur cum inimicis meis, à mea debent accusatione repelli, cùm mei inimici præsumantur: quia affectio amicitiæ solet incitare huiusmodi accusationes. Nota, quòd cũ inimicis meis habitãtes, inimici mei præsumũtur. Itẽ aliquid ex cohabitatione præsumitur, quòd aliàs nõ præsumeretur.

¶ *Glo. seq. coadunat tex. per 4. iura signat contrarium de duobus inuibus. & arg. ex cohabitatione præsumi.*

c ¶ *Cohabitantes.*] Non solum inimici, sed eis cohabitantes repellantur: quia ex hoc inimici præsumuntur. *4. q. 3. § item testes. & ȷ. eo. cùm oporteat. C. de inof. testa. liberi. 93. d. si inimicus. ar. contra. ff. pro soc.* Nam socius socij mei, non est socius meus. *81. d. legitur.* & est arg. ex cohabitatione præsumendum pro aliquo, vel contra aliquem. *18. q. 2. d. si nimus. & ȷ. eo. nisi. & ȷ. de offic. delega. insinuante. 3. q. 5. accusatores.*

d ¶ *Amicitiæ.*] 3. q. 5. accusatores propter amicitiam, vel odium humanum, iudicium rep: peruertitur. *11. q. 3. quatuor.*

ADDITIO. Vnde versus: *Quatuor ista timor, odiũ, dilectio, census,*

Sæpe solent hominum rectos peruertere sensus.

ACcusasti. CASVS.]Dicitur hic, quòd si accusasti aliquem maliciose, & per tuam accusationem mortuus fuerit, i. per omnis pœnitere debes in pane, & aqua, & al. dieb[us]. Si autem per tuã accusationem membrum amiserit, per tres Quadragesimas pœnitere debes. Nota, quòd qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur.

ceris) quadraginta dies in pane, & aqua (quod carina[g] vocatur) cum septem sequentibus annis pœniteas. Si autem per tuam delaturam debilitatus[h] est, per tres debes Quadragesimas pœnitere.

¶ Augustinus † super Genesi de morte Abel.

¶ *Super notorio procedit Iudex, nemine accusante.*

CAP. IX.

EVidentia patrati sceleris[i], non indiget clamore[k] accusatoris.

¶ Alexander iij. Gal. † electo.

¶ *Laici, vel inimici Clericos accusare non possunt.*

CAP. X.

CVm † P. Manconella presbyter ex vna parte, & Bonus Presbyter, & I. Bonus Cocti Laicus[l] frater eius ex altera, in nostra essent præsentia constituti: eũdem I. quia Laicus erat, in dicti P. accusationem non duximus admittendum. Cúmque

e ¶ *Per tuam*] Tantùm accusationem calumniosam, & nõ culpa tua: nam si quis iuste accuset criminosũ, & crimine probato interficiatur reus, immunis est accusator. *23. q. 4. illud*, & iudex, & minist. *23. q. 5. cùm homo qui maius. & causas. & ca. homici. & ca. mũus. in fine.*

f ¶ *Nisi pro pace.*]Non tenetur propriè illud, nisi, quia si propriè, sequeretur, quòd pro pace posset quis accusare alium iniuste, quòd non est verũ: quasi simile habes *2. q. 1. notum*: sed pro pace seruanda licitum est accusare, vt boni quiete viuant. *23. q. 5. non frustra.* aliá[s] accusare mortale peccatum est, scilicet calumniose. Ber.

g ¶ *Carina*]Vulgare est Lombardorũ, & dicitur à carentia[c] hominum: quia tales recluduntur solitarij per xl. dies ad agẽdum pœnitentiam: de qua pœnitentia habes *50. dist. in capite.* B.

†*Hoc habes glossa interlineari, Genesis c. 4. super illis verbis: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.*

† *Gaietano.*

† *Gaietano sed fortassis legendum Gaietaũ & est parua vrbs in Campania.*

† *Cap. 11. eo. ti. in 1. compi. ac & post conci. Lateran. sub Alexan. iij. parte. 50. c. 14.*

h ¶ *Debilitatus.*] Id est, mutilatus in membris.

EVidentia] Casus per se patet. Nota, quòd in notoriis iuris ordo non requiritur.

i ¶ *Sceleris.*] Id est, scelus, quod notorium est per operis euidentiam, & est vnus modus notorij: quem & altos habes *ȷ. eo. cohab. cle. & mulie. c. vlt.*

k ¶ *Non indiget clamore.*] Id est, non indiget aliquo proponente accusatione: quia factum se ostendit. *arg. ff. de in integ. restit. l. 1.* in confessum enim nullæ sunt partes iudicis. *ff. ad legem Aquil. proinde.* nisi quoad sententiam tantum. & quæ in iudicio publicantur, non requirunt accusationem, aut etiam probationem. *ff. de adul. l. 2. § si publico. & C. de testib. nullum.* sic in quocunque notorio,[d] tantùm sententia semper est necessaria. Vin.

c *Vide notas hic, & quod dixi. ȷ. c. 1. de sponsa. duorum.*

CVm P.] Facit tria. Primo rep. llit vnũ accusatorẽ, quia laicus. Secũdo repellit aliũ: quia inimicus. Tertiò repugnationem inducit. Secũda ibi, *Cúmque.* Tertia ibi, *Sed vtrique.* Aob. Siculus.

d *Vide Innocentium Clarum in pract. crim. § fin. q. 9.*

CASVS. P. Mãconella presbyter ex vna parte, & presbyter Bon[us], & Ioannes Laicus eius frater ex altera, erant in præsentia Papæ: Ioannes Laicus cœpit accusare P. Mancornellã de simonia. Papa (quia laicus erat) non admisit eum ad accusandum dictũ P. Mãconellã: quo repulso presbyter Bonus frater eius, cœpit illũ statim accusare super crimine simoniæ, & Papa eũ repulit pro eo, quòd cũ ide Io. accusasset dictum P. presbyterũ, Bonũ fratrẽ suũ duxit in testimoniũ cõtra ipsum P. Et quia etiã frater P. dictũ Bonum presbyterũ de causa consi nili accusauit: ideo neutrũ illorũ admisit in accusatione dicti P. Sed quia vterque super obiectis erat infamatus, vtrũq; propter infamiã purgationi indixit: vnde mandat Papa, quòd vterq; illorũ cũ tribus sacerdotibus debeat se purgare. Nota, quòd laici clericos accusare nõ possunt. Item mutua accusatio repellitur: quia præsumitur odiosa. Itẽ qui tulit testimoniũ cõtra aliquem in causa criminali, non potest illum accusare postea. Item si quis accusauit aliquem, & fuit repulsus: eius germanus repellitur ab illius accusatione, quia præsumitur inimicus.

¶ *Glo. seq. notat laicos non admittendos, & c. in fine obiicit ad testimonium, & soluit.*

l ¶ *Laicus.*]Nota, quòd laici in accusationem, vel testimonium clericorum non sunt admittẽdi: & hoc regulare est, nisi suorum, vel suã iniuriã prosequatur. *4. q. 6 omnibus.* nec tunc ad testimonium: quia in facto suo nemo testis idoneus est. *ȷ. de testi. de cætero. & 2. q. 1. prohibentur. & 4. q. 3 § item omnibus.* & hoc verum est, nisi in criminibus exceptis, vt est crimen simoniæ, hæresis, & læsæ maiestatis. *ȷ. de simo. tanta. & 2. q. 7. sacerdotes & c. cum. 15. q. 3. sani. C. de Episcopis, & clericis. si quenquam.* & in his casibus.

sibus,& consimilibus admittuntur,si bono zelo,& non ex odio procedit:quia tunc nec ad accusandum, nec ad testificandū admittuntur. ĵ. de simo. licet Hely. & c. per tuas & ĵ. eod. meminimus, & c. cùm oporteat. inimici in nullo casu admittuntur a. Laici enim bonę famę admittuntur in huiusmodi exceptis criminibus: sed si laici sint malæ famæ,& viles personæ, tūc distinguitur. Si clericus super illo crimine sit infamatus,& malæ opinionis,admittūtur laici,& viles personæ. Si verò sit bonæ famæ,& opinionis, nō admittūtur, & hoc bene colligitur. 1. q. 2. in primis. ad finem, & ĵ. de simo. tanta, & c. per tuas. & hoc exceptis conspiratoribus, & inimicis, vt dixi, & excipitur particeps criminis ĵ. de testib. veniens. Et testibus vilibus sine corporali tormento b credi non debet, vt 2. q. 2. in primis, ad finem, sed accusator non torquetur. 3. q. 2. §. si autem ea rei. Et sic Ioan. iste (quia laicus erat) non admittitur contra clericum. Sed quare repellit, cùm accusaret illū de simonia, quę est crimen exceptum, & quia etiam erat infamatus, vt patet ex eo, quod indicitur purgatio illi? Respondeo, quia erant inimici: quod bene colligitur propter mutuas accusationes,& officia permista, vt patet ex ipsa littera.

a Hoc versi si sint capitales, de quo dixi latissimè li. 3 in Directorium inquisitorum Schol. 123.

† Præsertim cùm frater eius P. memoratum B. &c.

b Vide Iuliū Clarum in pra. crim. §. fin. q. 21. & quæ scripsi lib. 3 in Directorium Schol. 121.

† Vide Bernardinum Diaz in pract. crim. can. c. 140. & Hosti. in sum. tit. de purg. canonica: vnde illustrabitur hic textus & glossa.

† purgari.

† Cap. 13. eo. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. sub Alex. iq. par. 50. c. 16.

præfatus B. eundem P. super crimine simoniæ constantiùs accusaret: nos eum, quia in testimonium illius a causæ adductus fuerat, & quia prædictus I. frater eius, ipsum P. coram te priùs accusauerat, ab accusatione repulimus: præsertim † cùm frater P. memoratum B. antea de causa consimili accusasset: vnde quoniam vnus post alterum prædictum P. instanti vicissitudine accusabant: neutrum ad eius accusationem admisimus. Sed vtrique Presbytero de obiectis criminibus, purgationem b † duximus indicendam. Ideoque mandamus, quatenus vterque illorum cum tribus c Sacerdotibus faciat se purgare †.

¶ Idem Vigorień. Episcopo.

¶ *Monachus accusare potest Abbatem, & de bonis monasterij expensas litis necessarias habebit.*

CAP. XI.

EX † parte tua: & infrà. ¶ Prudentiæ tuæ taliter respondemus, quòd monachi (nisi alia rationabilis d causa impediat) eo quòd de obedientia, & subiectione Abbatis esse noscuntur, ab † eius accusatione sunt nullatenus repellendi: licèt e alios accusare non possint.

¶ Quibus siquidem, cùm proprium non habeant, de rebus monasterij expensæ f debent necessariæ, donec causa debitum finem accipiat, ministrari.

a ¶ *Illius causæ.*] Scilicet Ioannis laici fratris B. iste enim Ioan. priùs accusauerat forte ipsum P. coram Episcopo, & B. fratrem suum induxit in testem, vt hic videtur: & ideo ipse repellitur tanquam inimicus. ĵ. eod. meminimus.

b ¶ *Purgationem.*] Quia vterq; fuerat infamatus. ĵ. de sim. de hoc, & c. infamatū: aliàs nō esset indicēda purgatio. 15. q. 5. de crimine.

¶ *Glos. seq. quærit, & soluit: iterum quærit, & distinguit.*

c ¶ *Cum tribus.*] Arbitrarius enim est numerus purgatorum, secundum arbitrium præsidentis, & qualitatē infamationis. arg. 2. q. 5. c. omnibus, c. presbyter. sim. ĵ. de pur. can. inter sollicitudines. Nunquid Eps pōt diminuere de hoc numero, ex quo præfigit à Papa ex quo est arbitrarius? Dicas q non, postq̄ Papa statuit. arg. š. de offic. deleg. de causis. § vlt. Quid si nō pōt habere cōpurgatores? Distingue si hoc cōtingat ex eo q est taliter infamatus, tunc puniri debet tanquam conuictus. ĵ. de sim. insinuation, & ĵ. de purg. c. cum P. quæ est pars huius. Si verò non pōt habere, quia est aduena, pōt credi suo iuramento cessante purgatione, arg. š. de iureiur. c. vlt. & ff. de de his qui no. infa. furti accipere. §. qui iussu. ver. sed & si iure. in Auth. vt nulli liceat habere loci seruatorem. § necessariū. ver. si verò crimen col. 9. C. de custo. & exhib. re. Auth. noua iure. Quid si habet bonos laicos? admittuntur. arg. 2. q. 1. in primis. Vin.

EX parte tua.] Tres sunt partes. Secunda ibi *Licet.* Tertia ibi, *Quibus.* Abbas.

CASVS. Monachi debēt Abbati obedientiā, & reuerentiā. Dubitabatur, verū hoc nō obstāte, possint ipsū Abbatē accusare? Rńdet Papa, q monachi nō sūt repellēdi ab accusatione Abbatis pro eo, q de obediētia, & subiectione ipsius noscūtur esse, nisi alia rōnabilis c. impediat, qbus debēt de bonis monasterij expensæ necessariæ ministrari, vsq; ad finē causæ, cum propriū non habeāt. Nō. q subditus pōt accusare suum prælatū, non obstante obediētia.

d ¶ *Alia rationabilis causa.*] Puta quod essent excommunicati. š. de except. exceptionem. Vel si essent inimici, vel conspiratores. ĵ. eod. meminimus. & ĵ. de simo. per tuas, & ĵ. eod. cùm oporteat. & in casu. ĵ. eod. veniens, vt dixi sup. eod. cap. 1. Sed pro eo, quòd obedientiam promisit, non repellitur ab eius accusatione: in hoc enim, quòd malus est, non tenetur obedire ei, immò potiùs tenetur illum denunciare, siue accusare, cùm eorum intersit. š. eod. illa, & 11. q. 3. non semper, & cap. Iulianus. arg. sup. de maior. & obed. dilecti, in fi. & 2. q. 7. quapropter. 10. q. 2. Episcopus. 17. q. 4. questi sunt: & quia vtilitatem Ecclesiæ procurant, debent eis expensæ ab Ecclesia ministrari: vt hic dicit, & š. eod. olim. & ipse Abbas debet habere expensas c, vt se defendat vsque ad finem causæ.

c Secundùm Ala. & Vin. maximè si ab administratione remotus, alleget. ff. de inoffi. testa. si instituta. Ioan. And.

¶ *Glossa seq. ponit casum exceptum: rationem reddit. text. dicit,* quòd determinare possunt: signat huic contrarium, format quæstionem de monacho, qui est in scholis, & soluit.

e ¶ *Licet alijs.*] Alios verò accusare non possunt, nisi intersit monasterij, de licentia tū Abbatis. 16. q. 1. monachi. cùm mortui sint mūdo. ead. causa. q. 1. placuit: & non tantùm humanis vocibus, sed diuinis mortui sūt 2. q. 7. placuit. Funesta est eorū vox: vt ibi dr, id est, semper flere debent, & tristes esse 16. q. 1. placuit. Denunciare autē possunt ad pœnitentiam quēlibet Christianum, quia cuilibet dictū vt: *Si peccauerit in te,* &c. nulla facta exceptione, maxime si dr esse præceptum arg. supr. de iureiur. quemadmodum. Sed contra vr dicere prædictū c. placuit. vbi dr, q monasterium exire non debet monachus, sed tanquā mortuus ibi esse. Sed pone, monachus est in scholis e de licentia Abbatis: nūquid potest accusare, vel aliter agere? Respōdetur, potest, si eius interest: quia eo ipso, quod monachus licentia Abbatis est in scholis, per cōsequens omnia ei concessa intelligūtur, sine quibus commodè non possit viuere. argu. š. de offic. deleg. præterea c. prudentiam. §. sex. & cap. suspicionis, tamen pro alienis debitis intercedere non posset, vt per hoc monasterium obligaret, cum hoc nō intellexerit Abbas. arg. sup. de fideiuss. quod quibusdam, & supr. de sol. si quorundam: nisi quantùm pertinet ad propriam necessitatem, & hoc si Abbas ei concedat. Tanc.

† Aliàs sunt ab eius accusatione nullatenus repellendi.

† Idē, id est, Alex in. sed in 2. compi. c. 1. eo. ti. Cœlestino iij. aliàs Clemēti triä buitur.

d De hoc articulo vide in termini per Horatiū Lucium tract. de priuilegijs scholarum in priuilegi. 84. adde in decision. Capellæ Tholosanæ, q. 10. & q. 48.

† Vide notas huius capitis, vbi de vero agitur intellectu.

¶ Idem †.

¶ *Presbyter ebriosus Missam celebrans, non præmissa digestione Ecclesia priuari debet. Hoc dicit, vt conuenias omnibus lecturis.*

CAP. XII.

SI † constiterit g, quòd D. Ecclesia non perpetuò concessa, sed ad tempus fuerit commendata h, & de vinolentia i †, & quòd in taberna k pernoctauerit l, ita quòd altera die nulla præmissa dormitione m Missam cantasset: & infrà. ¶ Si de hoc rationabiliter conuictus fue-

f ¶ *Expensæ necessariæ.*] Arg. aduersariū aduersario cōpellendum in expensis prouidere contra se. arg. ff. de offi. testa. si instituta. §. 3. C. de carb. edicto. l. vlt. C. de ord. cog. l. vlt. §. 1. vers. nam si tales: & istæ expensæ necessariæ tātum erunt, sine quibus causa expliciri non pōt. De expensis satis habes. š. de dol. & contum. fine litibus.

SI constiterit.] Potest multipliciter intelligi. Diuiditur. Nam primò instruit iudicem quando contra actorem pronunciandum sit. Secundò quando contra reum ibi. *Cæterùm.* Abbas,

¶ *Glos. sequens ponit casum.*

g ¶ *Si constiterit.*] CASVS. e Sacerdos iste petebat Ecclesiam sibi restitui: quia dicebat se iniuste spoliatum fuisse. Dicebatur in contrarium q non erat audiendus: quia non fuerat spoliatus, cùm non intitulatam, sed commendatam habebat tantùm Ecclesiam. Item quòd quasi ebrius in taberna pernoctauerat, & nulla dormitione facta illa nocte, in sequenti die mane Missam celebrauit ipse, & ideo iuste priuatus fuit per iudicem suum, coram quo super his fuerat accusatus: & ipse hæc omnia negabat, dicens, quòd canonicè in ea fuerat institutus, & iniuste spoliatus, & post appellationem: mandat Papa primò inquiri de præmissis: quæ si vera sunt, imponatur ei silentium super ipsa Ecclesia. Si verò ipsam habuerit canonicè, & non fuerit conuictus de crimine, vel post appellationem fuerit spoliatus, restituatur ei Ecclesia. Bern. Nota, quòd qui Ecclesiam habet commendatam, non dicitur eam propriè possidere, quare non dicitur spoliatus, si inde remoueatur, vel expellatur per commendatorem.

e Hic casus Bernardi est, & in antiquis codicibus reperitur.

† violentia.

† dormitatione.

h ¶ *Commendata.*] Sic sup. de elect. dudum, & 21 q. 1. qui plures. Commendare enim est idem, quod deponere. ff. deposit. Lucius Titius Sempronio, & sup. de depo. c. 1. Qui enim deponit rem penes alium, possessionem intelligitur retinere. ff. deposit. licet: & quandocunque vult, potest depositum, siue rem commendatam reuocare. sup. de deposit. bona fides. §. 1. & ibi de hoc. ff. depo. l. 1. § penult. & ita licite huic presbytero potuit auferri Ecclesia, cum ipse non possideret, & sic non fuit spoliatus.

i ¶ *De vinolentia.*] Id est, ebrietate, aliàs de violentia: quia forte quandam stuprauerat.

k ¶ *In taberna.*] 44. dist. non oportet.

l ¶ *Pernoctauerit.*] Pernoctare, noctem totam significat ff. de ver. signific. vrbana § pernoctare. & sup. de sponsa. 2. veniens. 2.

m ¶ *Dormitione.*] Vnde non videtur ieiunus propter indigestionem, sed pransus celebrasse, quod fieri non debet, de conse. dist. 1. sacramenta & de consecr. dist. 2. liquido.

f Hæc glossula nec est Bernardi, nec habetur in antiquis codicibus.

rit in iudicio ante Episcopum[a] suum sine accusatus: vel ad rationem positus sine coactione[b] fuerit confessus: ei super eadem Ecclesia perpetuum silentiũ imponatis, ipsum ab impetitione B.† desistere compellentes.

¶ Cæterùm † si eidem fuit Ecclesia canonicè concessa, & tradita, & postea de crimine aliquo non fuit † conuictus[c], propter quod de iure debeat † spoliari: vel post appellationem[d] (sicut aliquando allegauit) Ecclesia illa fuerit spoliatus, ipsam ei faciatis restitui[e], & in pace dimitti.

¶ Idem †.

¶ Inimicus etiam à voluntaria exceptione repellitur.

CAP. XIII.

MEminimus tibi mandasse, vt D. Abbatissæ, cuius electionem confirmauimus, munus benedictionis impendere procurares. Sed quia H. pro altera[f] parte à te ad nostram audientiam appellauit, proponens quòd de simonia accusaret[g] eandem, mandatum nostrum distulisti effectui mancipare.

¶ Quia verò te non decet in hac parte, appellationi eiusdem H. deferre, cùm idem illius manifestus fuerit inimicus[h] †, & contra eam testimonium tulerit[i]: Mandamus, quatenus (cùm inde fueris requisitus) præfatę Abbatissę munus benedictionis non differas impartiri †.

¶ Innocentius iij. Archiepiscopo Bisuntino.

¶ Dicens se aliquem accusaturum corã Iudice, ante inscriptionem potest sine pœna desistere, & non accusare: sed ei desistenti silentium imponitur in perpetuum. Et secundum hoc summarium iste textus est notabilis. Abbas.

CAP. XIV.

LIcet † in beato Petro: *& infrà.* ¶ Sanè cùm ex litteris B. Decani sancti Stephani, & T. I. & M. Canonicorum Ecclesiæ Bisuntinæ ad Apostolicæ sedis audientiam peruenisset, te varia crimina commisisse: ac ab eis fuisses per easdem litteras super periurio, crimine simoniæ, & incestus † delatus: Clemens † Papa prædecessor noster, seruata iudiciaria grauitate tibi certum terminum assignauit: quo responsurus obiectis, Apostolico te conspectui præsentares. Cùm autem iuxta tenorem citationis ad sedem Apostolicam accessisses, nec † [illegible]lus appareret, qui te ita impeteret de prædictis: ne aliquid de contingentibus omittere videremur, ab I. & O. Archid. in nostra præsentia constitutis quæsiuimus[k] diligenter, si quid super præmissis aduersus te, pro se, vel pro aliis proponere vellent, & quod scripserant, legitimè demõstrarent: ipsi autem, quòd non proposito accusandi hæc scripserant, responderunt. Sed quia super quibusdam incorrigibilis videbaris, quædam de te Apostolicæ sedi duxerant intimanda: sed nuntius, qui pro litteris accesserat impetrandis, mandati formam excessit[l].

a ¶ *Ante Episcopum.*] *s. de confess. cum super. & præsente aduersario. ff. de confes. certum. §* a. ergo si coram alio non suo iudice, non noceret talis confessio, *ff. de re iudicat. si clericus.*

b ¶ *Sine coactione.*] Talis confessio sic per coactionem extorta non præiudicat. *31. q. 2. Lotharius. 15. q. 6. c. 1. C. quorum appell. non rec. l. 2. & q. 6. § sunt etiam quorum, vers. nullius etiam homicidarum.*

c ¶ *Conuictus.*] Vnde priuari non debuit sine culpa. *56. dist. satis peruersum, & 16. q. 7. inuentum.*

d ¶ *Post appellationē.*] Quod enim post appellationem legitimè interpositam fit, debet in irritum reuocari, *s. de offic. deleg. super quæstionem, in fin. & supr. de appell. bonæ.*

e ¶ *Restitui.*] Cum fructibus perceptis. *supr. de restit. spolia. grauis*, vbi de hoc.

MEminimus.] Primò ponit mandatum non executum, & eius causam. Secũdò causam probat, & illud exequi mandat ibi, *Quia verò.* Abbas.

CASVS. Quædam monacha C. nomine, fuit electa in Abbatissam cuiusdam monasterij: cuius electionem Papa confirmauit, mandans diœcesano Episcopo, vt ei munus benedictionis cõferret. Dum eam benedicere vellet, quidam H. nomine, proposuit ex aduerso dicens, quòd eandem de simonia accusare vellet, appellans, ne ipsam benediceret: propter quod eam non benedixit: proponebatur quod ille non deberet audiri: quia inductus fuerat in testem contra ipsam in causa electionis, quam Papa confirmauit. Significatum fuit hoc domino Papæ: vnde mandat eidem Episcopo, quòd propter appellationem prædicti H. eam benedicere non postponat, cùm fuerit requisitus: quia cùm testimonium tulerit contra ipsam, eius præsumitur inimicus. Nota, quòd inimicus non admittitur ad accusandum etiam in crimine excepto.

f ¶ *Pro altera parte.*] Id est, pro seipso ex aduerso.

¶ *Cōsequenter accusari potest per obiectionem.*

g ¶ *Accusaret.*] Sed non videtur, quòd locum haberet adhuc accusatio, cum nondum habuisset plenum ius, sed potiùs debuisset excipere contra eam: quod posset concedi: sed quia repellitur ab obtento, potest admitti accusatio. De hoc dicitur *j. eod. super his.*

h ¶ *Inimicus.*] Ergo si non fuisset manifestus inimicus, deferendum fuisset appellationi: quia tūc, cum crimen simoniæ exceptũ sit, eam poterat accusare, vt plene dictũ est. De hoc *s. eo. cum P.*

i ¶ *Testimonium tulerit.*] Et forsitan super eadem causa, vel alia communi alio ipsam accusante, & ob hoc solum præsumeretur inimicus. *simi. s. eod. cum P. & simi. 4. q. 3. §. item in criminali, in princ.* vbi de hoc Bernardus.

LIcet.] Ante inscriptionem potest accusator ab accusatione sine pœna desistere: & si ad terminum non venerit, ei silentium imponitur hoc dicit. Diuiditur. Nam primò narrat factum. Secundò ibi, *Nos igitur,* duo diffinit, & tertium committit. Secundum ibi, *Quia verò,* tertium ibi, *Ne autem.* Pars huius cap. habetur *j. de purg. can. cum.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam Canonici Bisuntini per suas litteras super crimine periurij, simoniæ, & incestus Archiepiscopum suum denunciauerunt domino Papæ C. ipse iuris ordine obseruato, Archiepiscopo Bisuntino mandauit, vt ad certum terminũ ad præsentiam suam accederet responsurus obiectis. Archiepiscopus ad terminum sibi præfixum accessit. Innocentius C. interim sublato de medio, cum nullus apparuisset, qui diceret aliquid contra ipsum, quæsiuit ab I. & O. Archidiaconis constitutis in præsẽtia sua, si aliquid cõtra ipsum super præmissis vellent proponere, & legitimè ostendere, quod scripserant contra ipsum: ipsi responderũt, quod non proposito accusandi illa scripserant: sed quia super quibusdam incorrigibilis videbatur, denunciauerunt illa domino Papæ: & nuntius, qui pro litteris accesserat impetrandis, mandati formam excessit. Vnde Papa illis silentium imposuit, ne de cætero super his accusarent, vel infamarent eundem: & quia citra inscriptionem desistere voluerunt, non imputatur eidem: ne igitur Papa minus canonice in ipsius Archiepiscopi absolutione procedere videatur, inquisitionem super fama ipsius cõmittit faciendam. Nota, quòd licitum est desistere ab accusatione sine pœna ante inscriptione. Item contra infamatum debet fieri inquisitio, deficiente accusatore. Itē prælatus potius debet delectari in bona fama subditorum, quàm in infamia eorundem.

¶ *Cōsequenter obijcit, & soluit: iterum obijcit, & soluit.*

k ¶ *Quæsiuimus.*] Sed quare Papa quæsiuit ab istis, vtrùm vellent aliquid proponere contra ipsum? Si enim accusator non compareret in termino præfixo, amplius non auditur, nisi probet iustã absentiã. *4. q. 5. quisquis. & C. qui accus. non poss. si ea quæ. & s. de fid. instrum. accepimus.* Respondeo, non statim debet iudex absoluere præsentem, licet accusator sit absens: quia potest esse, quod habeat iustam causam absentiæ: vt *s. vt lit. non contest. quoniam* Iudex habere debet rationem viarum, & temporis & aliorum etiam impedimenti. *ff. ne vaca. munere. tempus. ff. quib. ex cau. ma. si cui. §. 1. ff. de damn. infect. l. si finita. §. si forte. ff. de iudi. si prætor. in fin. & supra de re iudic. cum Bertoldus.* Et ideo Papa eos requisiuit, quia forte non credebat, quòd iusta causa impediti fuerent. *argum. 2. q. 7. plerunque.* Et nota, quòd licet absenti restituatur accusatio sua, *ff. quib. ex cau. ma. si cui. §. 1.* tamen minor non restituitur ad accusandum. *ff. de min. auxilium.* Vel ideo non imponitur silentium accusatori, quia accusator prius monendus est, vt procedat. *C. qui accus. non poss. qui crimen*, & ideo illi requisiti fuerunt, si vellent aliquid proponere, quia si requisitus accusator non procedat, amodo non auditur, vt hic patet, & per iura prædicta. Sed videtur, quòd illi debuerunt puniri in expensis, quia fecerunt illum citari ad curiam malitiose. *arg. prædictæ l. qui crimen, & ff. de iudic. cum quem temere* sed excusantur propter nuntium, qui formam mandati excessit, vnde non tenebantur. Idem videbatur dicendum, vbi etiam de crimine agitur ciuiliter. *ff. de iure fisc. l. 2. §. senatus*, sed in negotiis ciuilibus aliter proceditur contra absentem actorem. *C. de iud. properandum.* Ioan. De hoc dictum est *s. de dolo. prout.*

l ¶ *Excessit.*] Et ideo non valuit, nec præiudicat eis, ex quo nõ habent ratum. *s. de offi. deleg. cum olim 1. & s. de rescriptis. dilecti.*

† G.

† *Aliàs ita: Cæterùm si eidem fuerit Ecclesia ipsa canonice, &c.*

† *fuerit.*

† *debuit.*

† *Idem scil. Alexan. iij. sic etiam in veteri compilatione, ca. 2. eod. tit.*

† *Vide Antonium Gomez. tom. 3. varia. resolut. c. 12. ver. Tertiò repellitur inimicus.*

† *impertiri.*

† *Cap. 1. eod. tit. 3. comp. altera pars huius cap. infrà de purg. can. c. vlt. vl de Archidiaconum in [illegible] nisi in § q. 6. circa fin.*

† *incestu.*

† *In antiquis ita: C. Papa præ. N. qui dicitur postea Cælestinus Papa prædecessor noster.*

† *Aliàs ita: nec vnus appareret, qui te impeteret prædictis.*

a *Vel requiruntur, quia nondum inscripserant, nec in modum accusationis hoc proposuerant, secundum Host. Ioann. And.*

a ¶ *De cætero.*] ℥.eo.de his.4.q.5.c.1. & 5.q.5.illi qui. C. qui ac. non poss.si ca.ff.ad Turpil.qui destitit. nisi iterato crimen committeret.arg.6.q.1.imitare.nam exceptio rei iudicatæ non obstat nisi de præteritis commissis. ff. de excep.rei. indi. si rem meam. & l. seq. & C.ad vlti.neque & lano ignorabit.& ℥.de excep.c.penult.

¶ *Glos. se.distinguit criminales,& ciuiles actiones.*

b ¶ *Circa vinculum inscriptionis.*]Et quia ante inscriptionem destiterunt,eis nō imputatur:quia nemo cōpellitur accusare. 2.q. 3. si quem. & ca.si quis iratus, post libelli oblationem sine pœna desistere licet. ff. ad Turpil. quæsitum. ff. de in ius vo. libertus. tamen ille qui infamauit, tenetur iniuriarum. ff. de ini.item apud. §. si quis libello. In ciuilibus tamen actionibus bene compellitur agere,post libellum oblatum reo instante.C. quomodo,& quando iudex. Authent. qui semel.I.

c ¶ *Delectemur.*] Arg. ꝙ præstātius est priuilegiū bonæ famæ ꝙ mala opinionis. ar. ℥. de purga.c. cùm inuentute.

¶ Nos igitur dictis Canonicis, super prædictis silentium duximus imponendum, ne te de cætero [a] eis super his accusare liceat, vel etiam infamare. Quia verò prædicti Canonici citra vinculum inscriptionis [b] desistere voluerunt, eis de iuris permissione id non duximus imputandum.

¶ Ne autem in absolutione tua minùs canonicè procedere videamur,quamuis potiùs in odore bonæ opinionis Coepiscoporum nostrorum, quàm eorum infamia delectemur [c] : Cabilonen. Episcopo,& Abbati de Firmitate, inquisitionem famæ tuæ duximus committendam.

† Salzeburgen.
† Saltburgen.
† Salesburgen.

¶ Idem Sancteburgeñ †. Archiepiscopo.

¶ *Ad prosequendam accusationem criminalem non admittitur procurator,licèt posset allegare causā absentiæ,seu alias exceptiones non tāgentes crimen propositū : & qui iurauit stare mandato alicuius, non admittitur ad accusandum illum,si virtute iuramenti sibi fuit iniunctum,vt non accusaret.hoc dicit,& ad hoc solet allegari : & in hoc est valde vulgatum.*

CAP. XV.

¶ Ad † hæc respondemus, nullum esse pro crimine, super quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa insinuatio non processerit, propter dicta huiusmodi puniendum: quinimmò super hoc depositiones contra eum recipi non debere: cùm inquisitio fieri debeat solummodo [e] super illis de quibus clamores aliqui præcesserunt. Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto [f], procedendum est ad inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendam. Aut † etiam aduersus eos, contra quos fit inquisitio, fides adhibenda est dictis eorum, qui post iuramentum, vel ante, tacitè, vel expressè, inimicos † se asserunt [g] eorundem: nisi forsan ante iuramentum in fraudem id facere præsumantur [h].

¶ *Non punitur quis de crimine, de quo non constat, nisi per famam, & testium credulitatem: & per dicta paucorum non debet quis apud Iudicem infamatus reputari. Hoc dicit vsque ad finem.*

¶ Quæsiuisti etiam, quid statui debeat, si nihil per certam sciẽtiam, sed tantùm per famam, & eorum, qui fuerũt inquisiti, credulitatem iuratam, cõtigerit inueniri. Et vtrùm aliquis super eo crimine reputari debeat infamatus, de quo ipsum duo, vel tres, vel etiam plures dixerunt infamatum: licèt de ipso nihil sinistri in publico audiatur. Ad quod est nostra responsio: quòd propter famam, & deponentium credulitatem duntaxat, nõ erit ad depositionis [i] sententiam procedendum: sed infamato canonica poterit indici purgatio, secundùm arbitrium iudicantis: qui propter dicta paucorum [k] eum infamatum reputare non debet, cuius apud bonos, & graues læsa opinio non existit.

¶ Idem Episcopo, & Decano Syluanecteñ. †

¶ *Si is, de cuius crimine in iudicio constat, petit restitutionem propter iudiciarium ordinem non reseruatum: non est audiendus, sed eũ tanquam notorium criminosum debet superior de nouo priuare. Hoc dicit: & est casus valde notabilis secundùm hunc intellectum.*

per famam, & credulitatem: quæritur quid statui debeat contra illos. Item duo, vel tres, vel etiã plures dicunt aliquem infamatũ de aliquo crimine, sed in publico nihil sinistrũ refertur: quærit, vtrùm de crimine illo debeat reputari infamatus? Ad primum rñdet Papa, q̃ propter famã, & credulitatem deponentiũ solummodò nõ est deponendus: sed infamato purgatio canonica poterit indici, secundũ arbitriũ iudicantis. Ad secundũ respondet, q̃ propter dicta paucorũ infamatus dici nõ debet, cuius opinio apud bonos, & graues læsa non existit. Nota primò duos casus, in quibus acta pœnitentia executionem ordinis exercere quis nón potest: in quibus æque punitur aliquis, siue denuncietur, siue accusetur. Item nullus debet inquiri, nec puniri p̃ crimine, de quo non laborat infamia, nec testis recipi². Item occultè infamãtes non sunt audiẽdi. Item inimicis testibus non est credẽdũ. Item propter famã, & credulitatem probatam nullus debet puniri, sed purgatio propter infamiam debet indici. Item dicta paucorũ nõ infamant. Item purgationes arbitrariæ sunt.

a ¶ *Si homicidiũ.*] Hic confirmatur, quod dici cõsueuit: quod in nullo occulto crimine impeditur executio post peractam pœnitentiam, præterquam in homicidio: & hoc idem probatur de tempo. ordin. quæsitũ, & in simonia. De hoc notari consueuit. 50. dist. de his Bern.

¶ *Glos. seq. tractat, an in homicidio, & simonia denũcians inscribat, vel præmoneat, postea signat cõtrarium de decre. dilectus, & dupliciter soluit.*

b ¶ *In accusationis.*] Videtur, quod in casibus istis denuncians debeat se obligare ad pœnam talionis, cum æquè puniantur, ac si accusarentur. ī. eod. super his. argu. sed nõ credo, q̃ se debeat obligare ad pœnam talionis, sed ad extraordinariam pœnam, sicut excipiẽt. ī. eod. tit. *super his.* Item nec vr̃ hic habere locum admonitio: quia non põt se corrigere retẽto bñficio, si quis vellet denũciare in his casib⁹. cõtra ĩ. *de simo. licet Hely.* vbi admonitio p̃bata fuit. Itẽ idẽ est, si quis p̃ simoniã adept⁹ est bñficiũ, sicut & ordinẽ: vt hic dicit. Signatur contra ĩ. *de simo. dilectus 2. vbi dicitur,* quod si in modũ accusationis cõuincit quis de simonia, deponit. Si in modũ inquisitionis cõuincitur, remouetur ab illis beneficiis, & in arctioribus ponit ad peragendã pœnitentiã. ĩ. *de simo. & de regularib.* & hic punitur, sicut si directè accusaretur. Quod dicit: Ita procedẽdũ esse, sicut in accusationis iudicio põt dici verũ esse quãtum ad hoc, vt priuẽtur officio, & bñficio, non tñ quantũ ad depositionẽ: quia depositio nõ est effectus inquisitionis, sed priuatio administrationis, vel bñficij. ĩ. *eo. qualiter.* ĩ. *de simo. per tuas* &. vnde illud, sicut non notat omnimodã similitudinem: quia nullus debet puniri certa pœna, nisi ad hoc actũ sit. ī. *de ord. cogna. cùm dilectus,* & secundùm formã iudicij formari debet sententia. ĩ. *de simo. licet:* & hoc intellige, quod hic dr̃, de secularibus: contraria loquitur de regularib. circa quos seruat, quod hic dr̃. ĩ. *de simo.* qm̃ simoniacæ: vel põt dici, q̃ etiã per inquisitionẽ deponunt seculares propter enormitatẽ criminis: vt hic littera velle vr̃. ī. *de do. & contum. veritatis:* vbi deponitur Eps̃ in modum inquisitionis, cui probatũ fuit homicidiũ in modũ denunciationis. De regularib. fiat, prout dr̃ in illa cõstitutione, vbi dicetur de hoc. Bern.

c ¶ *Alioquin.*] Id est, si aliud crimẽ ab istis duobus sit probatũ in modũ inquisitionis, quod non impediat ordinis executionẽ, ẽt post peractam pœnitentiã, tunc procedat iudex, secundùm q̃ sibi videbitur, sed non in officio, vel beneficio, cum in aliis duobus casibus nõ puniantur in plus: vt dixit Ioan. in prox. notula. regulares tñ prælati qñ remouerẽtur, q̃ pro modicis causis remouetur ab administratione. ĩ. *de simo. per tuas.* B.

TERTIÆ. Primò ponit tres quæstiones, secundò soluit ibi, *Ad hæc.* Et potest subdiuidi prima pars: similiter secunda secundùm tres quæstiones, & totidem rationes ad eaidem. Abbas Sicul.

d ¶ *Secreto.*] Exemplo Danielis. *argu. ad hoc. C. de test. nullum, & simil.* ī. *de elect. quia propter.* Et est expressum, quòd sigillatim sunt testes examinandi. ī. *de testi. venerabilis.* Bern.

e ¶ *Solũmodo super illis.*] Et hoc habes, q̃ de occultis non est inquirendum, nec super illis iuratur. ī. *eod. qualiter:* vñ si dicant testes super his, nõ valẽt talia dicta, vtpote non iurati, vt ī. *de testi. c. de testibus.* quia ad hoc nõ inducuntur. simile. *ff. de iur. iuran. si duo. §. item Iulianus.* fama ergo alicuius priùs læsa debet esse. ī. *eod. cùm oporteat,* & ĩ. *eod. qualiter.* Bern.

f ¶ *In occulto.*] Immò tales sunt puniendi. 5. q. 1. quidã: & deteriores sũt tales, quàm illi, qui substantias, & prædia aliorũ diripiunt. 6. q. 1. *deteriores, & cap. ex merito,* & illud: *Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar.* 13. qu. 4. *nimium sunt, & c. qui peccat.* Bernard.

¶ *Glos. seq. quærit & remittit.*

g ¶ *Inimicos se asserunt.*] Iudex eñ dẽt interrogare testem, an sit inimic⁹ alteri partis, vt 4. q. 3. c. *si testes. §. ite testi:* quia inimici testes esse nõ debet ī. *cùm oporteat,* vbi de hoc. Sed nunquid debet inquiri, an aliàs sit criminosus? De hoc not. ī. *de test. cùm caus.* B.

¶ *Glos. seq. quærit & soluit.*

h ¶ *Præsumantur.*] Quia fortè nollent ferre testimonium, & ideò ante iuramentum dicunt se esse inimicos illorum. Quid si post iuramentum dicat se esse criminosum, vel aliàs inimicum, credetur ei? Certe non: immò remouebitur, sicut ordinandus, q̃ confitetur crimen in scrutinio. ī. *de ata. & qual. quæris.* Bernard.

QVÆSIVISTI. Diuiditur: nam primo format duas quæstiones, secundo soluit ibi, *Ad quod.* Abbas Siculus.

i ¶ *Depositionis.*] Id est, remotionis ab officio, & beneficio.

¶ *Glos. seq. not. quòd paucorum dicta, &c. demum quærit, & soluit.*

k ¶ *Dicta paucorum.*] Nota, q̃ dicta paucorũ non infamãt, siue

non:

† *Schedulas, legitur in vulgatis, sed nos veteres codices secuti, cedulas reposuimus.*

† *his.*

a *Innocentius alios casus excipit, de temp. ordin. ex tenore: & nos plures* ī. *de renun. nisi §. propter conscientiam secũdũ Host. Ioan. And.*

† *dictio, tamen, deest in pluribus antiquis.*

† *Aliàs ita: Ad hæc autem respondemus.*

b *De materia huius glossæ vide omnino, quos citaui in c. super his, in princip. & vers. oportet inferiùs sup. eod.*

† *Aliàs: nec etiam.*

† *Vide notata per Bartolum in l. eos. ff. ad l. Cornel. de falsis.*

† *Saluaten.*

† *Siluateñ.*

† *Siluanecñ.*

c *De materia huius glos. vide latè per Bartolũ, & Hypolitũ Marsilium in l. de minore §. plurimum. de quæst. & Iulium Clarum in prac. crim. fine §. fi. q. 6. vers. fi. debẽt etiam dicere.*

non inducunt famam: vnde prælatus propter hoc non mouebitur ad inquirendum: fama enim debet esse per villam, siue parochiam: ad hoc vt fiat inquisitio. j. eo. qualiter, & 2. q. 1. Deus omnipotens. Sed quos appellabis paucos, vt non dicatur infamatus? Pauci dicuntur xl. j. de cler. excom. minist. latores, & xxiij. millia dicuntur pauci. 45. dist. disciplina. Credo, quòd maior pars viciniæ requiratur, quia fama loci requiritur, nō fama aliquorum s. de præsump. illud, & s. de consang. c. 2 vt ex hoc scandalum generetur, & hoc innuitur bene. j. eo. qualiter. Ioan.

† Cap. 3. eod. in 1. comp. Et de intellectu, vide Abbatem in c. si quis Abbas. 18. q. 2.

AD petitionem.] Si qua inquisitio per Papam specialiter delegetur, legatus etiam de latere de ea se intromittere non potest: ita communiter summatur. Sed licet summario ista sit vera generaliter intellecta, non tñ vr congruere huic litteræ. Diuiditur in duas partes: in prima facti narratio, in secunda diffinitio ibi, Cùm igitur. Abbas. Casvs. Ad petitionem Galterij Abbatis Corbien. Papa cōmisit inquisitionē super statu ipsius monasterij, tam in capite, quàm in mēbris: inquisitione commissa legatus Apostolicæ sedis ad monasteriū accedens prædictum, ipso Abbate præsente nec reclamante, incœpit inquirere diligēter super statu monasterij: inquisitione finita legatus dictum Abbatē Parisios euocauit, vt contra inquisitionem apponeret, si quid posset rationabiliter: Abbas ad ipsum accedens,

CAP. XXII.

AD † petitionem Galterij quondam Corbien. Abbatis, R. & P. Canonicis Nouiomen. à nobis dudum correctione commissa: & infrà.

¶ Verùm dilectus filius G. Sanctæ Mariæ in porticu Diaconus Cardinalis tunc Apostolicæ sedis Legatus dicto G. præsente nec reclamante [a], super statu monasterij cœpit inquirere diligenter: & cum inquisitione finita eum Parisios euocasset, propositurum contra inquisitionem eandem, si quid rationabiliter duceret proponendum: idem præsentiam eius adiens, allegauit, quòd in monasterij correctione procedere non valebat, quæ prædictis Iudicibus priùs fuerat auctoritate nostra commissa, & Cardinalem ipsum ex iustis causis se asserens habere suspectum, vocem ad nos appellationis emisit: quem Cardinalis inspectis, quæ probata fuerant contra eum, amouit à regimine Abbatiæ, dando fratribus eiusdem loci liberā facultatem alium eligendi: qui Priorem de Argentolio elegerūt concorditer in Abbatem: & infrà. ¶ Cùm igitur nobis de talibus fuerit facta fides [b], propter quę præfatus G. erat meritò amouendus: etsi restituendus [c] foret propter iudiciarium ordinē non seruatum [d], ipsum prouidimus [e] manere priuatum regimine Abbatiæ, supradictum Priorem (quem pro eo quòd præfato G. propter iuris ordinem non seruatum, inordinate [f] remoto intelleximus ob eandem causam per consequentiam [g] minùs legitimè substitutum) per sententiam amouentes: quem, quia nō propter personæ vitiū, vel scientiæ † defectū, sed propter iuris solemnitatem prætermissam amouimus [h], ipsum postmodum restituimus in Abbatem.

allegauit, quòd in correctione monasterij procedere non valebat, cū prædictis iudicibus inquisitio prius fuisset cōmissa, allegās Cardinalē ipsū ex iustis causis sibi esse suspectū: vnde ad sedem Apostolicā appellauit. Cardinalis nō obstante ipsius appellatione, inspectis quæ probata fuerant contra ipsum, à regimine Abbatiæ amouit eundem: dando monachis suis licentiā alium eligendi: qui concorditer elegerunt Priorem de Argentolio in Abbatem. Super hoc delata est quæstio ad Papam: Ipse verò auditis hinc inde propositis dixit, quòd de talibus facta fuit fides, propter quæ dictus G. debuit amoueri à regimine Abbatiæ, quamuis restituendus esset propter ordinē iudiciariū non seruatū: Papa nihilominus voluit ipsū manere priuatū officio Abbatiæ, & amouit dictū Priorē à regimine Abbatiæ, qui nō legitime fuit dicto G. substitutus, pro eo quòd ipse G. propter ordinē iudiciarium non seruatum fuit inordinate remotus: sed quia dictus Prior nō fuit remotus propter vitiū personæ, vel defectū scientiæ, sed propter iuris solemnitate omissam, Papa ipsum restituit in Abbatē. Nota, quòd sententia, quæ nulla est, fit aliqua per approbationē principis. Itē si aliquis est iniuste remotus, per consequentiā patet, quòd alius in locū prioris est iniuste substitutus: ita ista sunt connexa. Item ordo iuris nō seruatus, & processum, & sententiā reddit nullam.

¶ Glos. seq. not. non reclamantem litteris renuntiare, alleg. 6. iura. in contrarium, alleg. 3. & stat contrarium, secundo argum. tacitum non consentire, alleg. 2. leges, & ad contrarium duos canones.

a ¶ Nec reclamante.] Per hoc videbatur recessisse à beneficio litterarum, consentiendo inquisitioni legati tacite renunciādo. s. de offic. deleg. gratum, & s. de app. sollicitudinem, ff. de arbit. sed si in seruum, in fi. cum seq. & l. si quis rem. C. communia vtriusque indic. l. 2. & C. de his qui à non dom. manu. l. vlt. in fin. Sed contra vr, quòd non cōsentit in iudicem, qui petit inducias, vel causam absentię allegat coram ipso. s. vt lit. non contest. c. 1. & c. accedens 2. vel qui postulat sibi edi genus actionis. ff. de iud. non vr. Et præterea legatus generalis nō potest se intromittere generaliter de causa specialiter alteri cōmissa. s. de offi. leg. studuisti: vnde non valuit, quod fecit iste legatus: quare cassatur electus auctoritate ipsius.

g In his intrinsecis secundùm Innocentium agebatur in figura iudicij ordinarij hic non, vel illa in causis merè ciuilibus, vbi præter voluntatem partium non procedūt iudices: hic in causis inquisitionum: vbi parte inuita procedunt iudices.

Et est hic arg. quòd qui tacet, non consentit. ff. de serui. verba prædio inuitum, & ff. de procurator. filius famil. §. inuitum, argum. contra. 54. dist. si seruus, & 25. dist. diaconus, & 28. dist. diaconi. Ioan.

¶ Glos. seq. not. quòd probationes, &c. signat contrarium, & dupliciter soluit.

b ¶ Factæ fides.] Nota, quod probationes factæ corā eo, qui non est iudex, faciunt fidē in alio iudicio, vt hic patet. 3. q. 1. in primis, & 3. qu. 6. hæc quippe, & s. de restit. c. præsentata contra illud s. de iudiciis sat si clerici. Item habes hic, quòd sententia, quæ nulla est ipso iure, rata potest haberi à principe: vt hic patet, & in c. prædictis: sed hoc propter plenitudinē potestatis: quia ipse mutat [b] substantiā rei. C. de rei vxo. act. l. vn. in princ. aliàs talis sententia nulla erat. Ioan. vel dic, quòd non propter acta, quæ habita sunt coram legato, voluit Papa ipsum manere priuatum: quia nulla erant: sed Papæ fuit facta fides de talibus, propter quæ sententiam legati voluit ratam habere, vt hæc littera sonuit. Bern.

¶ Gl. seq. soluit contrar.

c ¶ Etsi restituendus.] Hic enim de iure fuerat restituendus propter iudiciariū ordinem nō seruatum, sed Papa de officio suæ potestatis voluit eū manere priuatum, & forte propter scandalum restitutio quādoque differtur, vt dici consueuit. 3. qu. 6. hæc quippe: & vt tactū legati palliaret [c], contrarium tamen signatur. s. eod. qualiter: dicit Papa, quòd ordo iuris, qui seruatus non fuit, corrigatur. Ioan.

¶ Idem.

¶ Agenti possessorio adipiscendæ in beneficialibus, non obstat exceptio criminis, nisi de eo sit infamatus: & infamato, accusatore non probante, vel non apparente, indicitur purgatio, in qua si defecerit, punitur vt conuictus.

CAP. XXIII.

ACcedens † ad præsentiam nostrā G. nepos quondam H. Subdiaconi nostri, sua nobis conquestione monstrauit, quod cùm idem H. apud sedem Apostolicam viam vniuersæ carnis ingressus fuisset, Præbendam, quam decedens habuerat in Ecclesia Cremonen. ei duximus

d ¶ Non seruatum.] Nota, quòd in inquisitionibus seruandus est ordo iuris. j. eod. qualiter. §. debet, sicut in aliis iudiciis ordinariis: sed hoc est verum circa seculares: secus in regularibus, vbi non vsquequaque seruatur. j. eod. qualiter, in fin. quia de plano: & sine strepitu iudiciorum debet cum eis procedi. j. eod. cap. penult. sed hic peccatum fuit in alio ordine, scilicet in iudice, qui cognoscere non debuit. s. de offic. leg. studuisti. Bern.

e ¶ Prouidimus.] De plenitudine potestatis, sed nō de iure. Ber.

f ¶ Inordinatè.] Id est, per eum, ad quem non spectabat, cùm dictus G. non consenserit in legatum.

¶ Glos. seq. not. propter connexitatem, &c. alleg. vnum contrarium.

g ¶ Per consequentiam.] Sic ergo sententia lata contra vnū, præiudicat alij cōnexo propter cōnexitatē negotiorum, simile. 81. dist. tātis, & 3. q. 6. hæc quippe, & simi. 59. dist. ordinatos, & 7. q. 1. præsentium. arg. s. de appel. vna simil. s. de prob. per tuas: vbi per primum præsumitur consequens. arg. contra. s. de præben. dilecti.

h ¶ Amouimus.] Quasi quadam breui manu. simi. s. de cau. pos. cum Ecclesia, & ff. de iure dot. licet. §. quotiens. eod. priùs citato. aliàs non procederetur contra absentem. Bernard.

ACcedēs.] Exceptio criminū possessionē prælati nō retardat, nisi fuerit de his publice diffamatus, sic cōiter summatur. Et sunt duæ partes. In prima narrat factum. In secunda sub certa forma diffiniendum committit ibi, Mandamus quatenus. Abbas. Casvs. Quidam Subdiaconus domini Papæ H. nomine, canonicus Cremonen. apud sedem Apostolicam decessit: Papa præbendam, quam obtinuerat in Ecclesia Cremonen. G. nepoti ipsius H. concessit: super hoc executoribus sibi datis, qui concessionem prædictam executioni mandarent: & dum executores vellent mādatum Apostolicum adimplere, ex parte Capituli Cremonen. in modum exceptionis propositū fuit coram eis, quòd dictus G. de periurio, & homicidio erat infamatus publice: vnde de præbenda non erat sibi conferenda, sed potius auferenda: propter quod executores in negotio non processerunt: vnde idem G. ad sedem Apostolicam accedens, prædicta in præsentia domini

b Hoc dictum intellige iuxta declarationem, quam fecimus supr. de translat. epis. c. quanto. super glo. in verbo, veri Dei vic.

† Dicto, scientiæ, deest in antiquioribus exemplaribus: in quibusdam erat expositio supra voce, defectum, inde irrepsit in textum.

† Cap. 3. de concessione præbendæ in 4. compilat. Vide Innocentium in c. cùm dilectus de ele. vbi multipliciter limitat hanc decretalem, adde ibi Anton. But.

c Verius crederem ideo Papā decreuisse, vt Abbas remaneret priuatus, etiāsi ordo iudiciarius seruatus non fuerit, quia Papæ innotuit Abbatem talia commisisse, vt meritò remouendus, vt indicat textus ibi: cùm igitur nobis, &c.

conferendam. *& infra.*

¶ Mandamus, quatenus nisi præfatus G. super obiectis eidem in modum exceptionis, criminibus, videlicet periurio, & homicidio publicè [a] fuerit infamatus, concessionem nostram sibi factam executioni mandetis.

¶ Deinde si legitimus accusator apparuerit, audiatis, quæ fuerint hincinde proposita, & si prædicta crimina, vel eorum aliquod legitimè probatum fuerit contra eum, ipsi super eadem præbēda silentium imponatis. Si † verò contra eum legitimus non apparuerit accusator, & ipse super prædictis criminibus dignoscitur respersus infamia, purgationem ei canonicam indicatis [b], in qua si defecerit, imponatis ei silentium. Si autem purgationem † præstiterit: contradictores ab eius molestia compescentes, eos, qui eum nisi sunt impedire, in expensis [c] legitimis condemnetis.

dominu Papæ allegauit, petens, vt concessionem sibi factam faceret executioni mandari, contradictores in expensis puniendo: vnde mandat Papa executoribus, quatenus cōcessionem factam dicto G. debeant executioni mandare, nisi prius super obiectis criminibus in modū exceptionis publicè fuerit infamatus: quo facto si legitimus apparuerit accusator, audiat quæ fuerint hincinde proposita: & si crimina illa, vel alterum eorum probatū fuerit contra ipsum, super eadem præbenda silentiū imponat eidem. Si verò nullus contra ipsum apparuerit accusator, & ipse super dictis criminibus fuerit infamatus, purgationem canonicam indicant eidem, in qua si defecerit, imponant ei silentium. Si autem purgationē præstiterit, contradictores ab eius molestia compescāt, eos, qui nisi sunt eum impedire, in expensis legitimis condemnando. Nota, quòd executio sentētiæ, si e collationis bñficij debet differri, si electus, vel ille, cui est iam facta collatio, sit super criminalibus publice infamatus. Item deficiēs in purgatione habetur pro conuicto, & punitur. Item qui deficit in exceptione probanda, punitur in expensis, & hoc ideo fit, quia iam constabat de iure istius, cùm esset præbenda collata.

† *Quatenus hic agitur de purgatione indicenda diffamato, vide latè per Marianum in repet. c. qualiter. proximè sequen. q. 16. & per Bernardinum Diaz in pract. crim. cap. 140. & 141.*

† *Vex purgationem, deest in octo Vaticanis codicibus, & multis nostris: vetus tamen compilatio habet ita: Si autem præstiterit ipsā, &c.*

¶ *Glos. seq. not. ex textu, alleg. 3. iura pro, & tria contra. & soluit.*

a ¶ *Publicè.*] Hic videtur, quod si aliqua exceptio obiiciatur electo, quòd differenda sit donec electus admissus fuerit, nisi ipse fiede ea publice infamatus. *argum. ṡ. de appel. consilimus, in fi. C. de fal. l. 2. & C. de edifi. diui Hadri. tol. l. 2. argum. contra ḟ. eod. omnipotens. dist. tantis, & C. de procur. rerum. Solut.* sed in electo, si obiiciatur exceptio, statim est audienda, antequam confirmetur. Sed hic alia ratio est, quia iam fuerat institutus per dominum Papam, nec deerat sibi nisi sola possessio, vnde mitti debet in possessionem, nisi esset publice infamatus, propter quod differtur: quia etiamsi iam esset in possessione, propter tantam infamiam & scādalum, deberet suspendi vsque ad purgationē 2. q. 5. *presbyter. & c. si mala fama:* sed vbi non est infamatus, non debet differri executio, secus in his, qui adhuc nō habent plenum ius.

b ¶ *Indicatis.*] Vt infamia expurgetur.

c ¶ *In expensis.*] Qui enim exceptionem opponit, fundata intentione actoris, & eam non probat, punitur in expensis, vt hic, & *ṡ. de dolo, & contum. finem: vbi de hoc, & ṡ. de maior. & obed. cap. vlt.* quia malitiosè eam videtur opponere. Bernard.

2 Qualiter & quando.] Quatuor habet partes. In prima dicit, quando est facienda inquisitio. In secunda dicit qualiter. In tertia contra quem. In quarta quid contineatur, & per se patet, quid intendat. Secunda ibi, *Debet.* Tertia ibi, *Ad corrigendos.* Quarta ibi, *Hunc tamen.* Abbas Siculus.

Casus. In concilio generali ostendit Papa, qñ prælati debeāt inquirere de subditorū excessibus, & qualiter eos debeāt punire, cùm in culpa fuerint inuēti: quod euidēter colligitur ex auctoritatibus noui, & veteris Testamēti: ex quib. auctoritatibus processerunt postea canonicæ sanctiones: legit' enim in Euāgelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud dñm suum, quasi dissipasset bona ipsius: quæsiuit ab illo. Quid est, quod audio de te? redde rationē villicationis tuæ: iam enim nō poteris amplius villicare. Et in Genesi Dñs ait: Descendā, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere cōpleuerint. Ex illis auctoritatibus manifestè probatur, quod non solum cùm subditus, sed etiā cùm prælatus excedit, si per clamorē, & famā ad aures superioris peruenerit, nō à maleuolis, sed honestis, nec semel, sed sæpe, debet prælatus descēdere, & coram canonicis senioribus Ecclesiæ suę, veritatē diligenter inquirere: & si culpā inuenerit, illā puniat, nō tanquam ipse sit accusator, & iudex, sed quasi fama denūciāte suū officiū exequatur. Illud quidem obseruandū est in subditis, & diligentius in prælatis, quia ipsi sunt quasi signū posit ad sagittā: & quia nō possunt omnibus cōplacere propter officiū suū, odiū multorum incurrūt. Vnde pꝛudē statuerūt sancti Patres, vt accusatio prælatorum facilè nō admittatur, ne scilicet cōcussis columnis corruat ædificiū, nisi diligens adhibeatur cautela: videlicet, vt accusatio, quę ad degradationē intēditur, nullatenus admittatur, nisi legitima præcedat inscriptio: sed cū aliquis fuerit infamatus, ita quod sine scandalo dissimulari nō possit, tunc ad inquirendū, & puniendū prælatus procedat, non ex odio, sed ex charitate, quatenus si grauis fuerit excessus, quāuis non degradatur ab ordine, tñ ab administratione remoueatur omnino: quod est secūdum Euangelicā veritate à villicatione villicum amouerl. Nota, quod cùm infamia procedit à maleuolis, nō debet procedi ad inquirendum: quia ex odio præsumitur famā illam pcessisse. Item prælati quasi signum dicuntur positi ad sagittā. Item prælatus nō debet procedere ad inquirēdum ex odio, sed ex charitate. Itē prælatus per inquisitionem, non deponitur, sed ab administratione remouet, nisi in duobus casibus. *ṡ. eo. inquisitionis. 1. respon.*

† *Idem scilicet Innocentius iij. in Concilio generali Lateran. c. 8. & c. 4. eod. tit. in 4. compil. initium huius decretalis vsque ad §. Debet igitur, habetur etiam in 3. compil. eo. tit. cap. 4.*

¶ Idem † in Concilio generali.

¶ *Superior contra subditum, maximè Prælatum, de his tantùm inquiret, super quibus præcessit infamia: & tunc vocabit eum, & tradet sibi capitula, & nomina, & testium dicta publicabit, & ipsius legitimas exceptiones admittet, & probato graui crimine, eum ab administratione remouebit. In regularibus verò Prælatis ad vnguem seruandus non est hic ordo. Et quanquam in hac summatione modica videatur agi differentia inter Prælatos, & subditos, contra quos inquiritur: tamen facienda est, vt patet in litera.*

CAP. XXIV.

2 Qualiter, & quando debeat Prælatus procedere ad inquirendum [d], & puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus noui †, & veteris Testamenti colligitur euidēter, ex quibus postea processerunt canonicæ sanctiones: sicut olim

¶ *Glo. seq. arg. quòd non sit functus, &c. alleg. 3. iura in contra & soluit.*

† *Aliàs: veteris & noui, &c.*

d ¶ *Ad inquirendum.*] Videamus, qualiter, & qñ prælatus procedere debeat ad inquisitionem faciendam, & quali pœna sit puniendus, qui cōuincitur in modū inquisitionis. Tūc autē debet prælatus procedere ad inquirendū, cū famā, & frequentē clamorem intelligit de excessibus alicuius, seu etiā aliquorū, prout patet ex tenore istius cōstitutionis, & quod sit infamatus nō à maleuolis, & inimicis, sed à bonis, & discretis, vt hic dicit, & *ṫ. de purga. can. cùm in iuuentute. & 11. qu. 3 in cunctis.* Et tunc distingue: quia aut pcedit ex officio suo, aut aliquo postulāte inquisitionem. Si ex officio suo, tūc prælatus cū aliquibus de canonicis suis debet descendere ad locum, 2 *qu. 1. Deus omnipotens, & 86. dist. si quid.* quia ibi pōt melius inquiri. 24 *qu. 1. pudenda. 23 dist. illud, & ṡ. de elect. postquam. & 23. qu. 1. paratus, vers. cum procul dubio qui in eodem populo tremerat,* &c. & recipere iuramenta prælati, & clericorum si p statu Ecclesiæ, cū Ecclesia est infamata, vel etiā cū prælatus, *vt ṡ. eo. cum dilecti,* secundū illā formā. *ṡ. eo. qualiter. § formam:* & sic recipiat dicta illorū. & ille cōtra quē fit inquisitio, debet esse præsens, & oēs cōtra quos pceditur, nisi per contumaciam se absentent: & eā quæ obiiciūtur, & nomina testiū sunt illi exponenda, vt *ṫ. eo. c. §. debet, & 5. q. 2. si primates.* Item si ille, cōtra quem fit inquisitio, habet iudicē suspectū pōt illū recusare, vt *ṡ. de appel. cum speciali. & ṫ. eo. c. vers. non ex odij fomite.* vel quod iudex sit criminosus. *arg 3. q. 7. iudices, & 25. dist. c. vlt. & 26. dist. vna tamen:* & contra testes excipere potest, vt *in §. debet:* & nomina, & dicta, & depositiones testiū sunt publicāda, vt ille possit se defendere. *ṫ. e. olim, & ṫ. eo. c. § debet:* & si testes dicāt super his, de quibus infamia nō præcessit, non valet. *ṡ. eo inquisitionis. §. 1.* in crimine verò sic pbato si prælatus est, debet remoueri ab administratione, secundū quod villicus à villicatione remouetur, *vt ṫ. dicitur.* Alij verò puniunt secūdū arbitriū iudicis, secundū personæ meritū, & qualitatē excessus: nisi tale crimē pbatū fuerit, quod post pœnitētiā peractā impediat ordinis executionē, vt homicidiū, & simonia: tunc procedendū est, ac si in modū accusationis directè probatū fuisset crimē, vt *ṡ. e. inquisitionis. 1. resp. & ibi dr.* Qualiter puniūtur de homicidio, habes *ṡ. de temp. ord. c. vlt.* De pœna regularium pꝓpter simoniā commissam ab eis, dic vt *ṫ. de simo. dilectus 2. & c. quia simoniaca.* vbi dr, qualiter contra eos pcedatur. Si verò pbatum nō fuerit, & mala fama perdurat, purgationē indicat iudex infamato secundū qualitatē psonæ, & quātitatē infamiæ: in qua si defecerit, puniatur. *ṫ. de simo. de hoc, & c. insinuatū, & ṫ. de purg. can. cum P.* Si verò infamatus cōtumax fuerit, & non coparet, iudex nihilominus cōtra eū testes recipiat lite nō contestata, & eū puniat: vt *ṡ. vt lite nō contest. quoniā §. iunc & aliy. & ṫ. eo. c. vers. debet.* Quales testes recipi debeant, dictum est *ṡ. c. cùm oporteat.* Quales debeant esse qui recipiuntur in simonia contrā regulares, dicitur *ṫ. de simo. per tuas.* Si verò pcedat iudex ad petitionē alicuius pcurantis inquisitionē: siue sit ordinarius, siue delegatus, ad locum accedat

a *De materia huius gl. vide Hostiens. in sum. tit. de denunciat. Iulium Clar. in pract. crim. fine §. fi. q. 6. & 7. & Bernardinum Diaz in pract. crim. can. cap. 6.*

apertè distinximus [a], & nunc sacri approbatione concilij confirmamus. Legitur enim in Euangelio, quòd villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi dissipasset bona ipsius †, audiuit ab illo: [Quid hoc audio de te? redde [b] rationẽ villicationis tuæ, iam enim non poteris ampliùs † villicare.] Et in Genesi Dominus ait: [Descẽdam, & videbo, vtrùm clamorẽ, qui venit ad me, opere compleuerint.] Ex quibus auctoritatibus manifestè probatur, quòd non solùm, cum subditur, verum, etiam cum Prælatus excedit, si per clamorem, & famam [c] ad aures superioris peruenerit, non quidem à maleuolis [d], & maledicis †; sed à prouidis, & honestis; nec † semel tantum, sed sæpe, quod clamor innuit, & diffamatio manifestat, debet curam Ecclesiæ senioribus veritatem diligentiùs perscrutari, vt (si rei poposcerit qualitas) canonica districtio culpam feriat delinquentis: non tanquam † idem sit accusator, & Iudex, sed quasi denunciante fama, vel deferente clamore, officij sui debitum exequatur. Licèt autem hoc sit obseruandum in subditis, diligentiùs tamen est obseruandum in Prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cùm ex officio suo teneantur non solùm arguere, sed etiã increpare, quin etiam interdum suspendere, nonnunquam verò ligare: frequenter odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur. Et ideo sancti Patres † prouidè statuerunt, vt accusatio Prælatorum non facilè admittatur, ne concussis [e] columnis corruat ædificium: nisi diligens adhibeatur cautela, per quam nõ solùm falsæ, sed † etiam malignæ criminationis ianua præcludatur. Verùm ita voluerunt prouidere Prælatis, ne criminarentur iniustè, vt tamen cauerent, ne delinquerent insolenter: contra morbum [f] vtrumque inuenientes congruam medicinam, videlicet, vt criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capitis, id est, degradationem intenditur, nisi legitima præcedat [g] inscriptio †, nullatenus admittatur. Sed cùm super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, vt iam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari, absque dubitationis scrupulo, ad inquirendum, & puniendum eius excessus, non ex odij fomite, sed charitatis procedatur affectu: quatenus si fuerit grauis excessus, etsi non degradetur ab ordine, ab administratione tamen moueatur omnino: quod est secundùm sententiam Euangelicam, à villicatione villicum amoueri, qui nõ potest villicationis suæ dignam reddere rationem.

¶ Debet igitur esse præsens is, contra quem [h] facienda est inquisitio, nisi se per contumaciã absentauerit: & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum vt facultatem habeat defendẽdi seipsum, & non solùm dicta sed etiam nomina ipsa testium sunt ei, vt quid & à quo sit dictum appareat, publicanda †, necnon exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ, ne per suppressionem nominum infamandi, per exceptionem verò exclusionem deponendi falsum, au-

accedat, si potest, & vocet illum, contra quem procedere debet, & tunc recipiat testes, quos ille produxerit, qui impetrauit inquisitionem: si ille negaret infamiam præcessisse, cognoscet primò iudex, vtrùm sit infamatus, & postea procedet. & per his, quæ dicuntur ita sumitaliàs non procedat, nisi primò cõstet, q infamatus sit. s. eod. cùm oporteat & c. qualiter. & si actor probet illum esse infamatum, reus potest probare, q sit bonæ famæ. arg. j. de purg. c. cùm in iuuentute. cum potius sit priuilegium bonæ famæ, quàm infamiæ. ar. s. eo. licet in fin. Si verò crimẽ probetur, puniatur, vt s. dictum est. Si autẽ nõ probauit, puniri debet, qui impetrauit inquisitionem: vt j. tit. prox. c. 2. Et ita idem est quantũ ad pœnã, quando proceditur ad petitionem alicuius prosequentis inquisitionem: sicut quando proceditur per officiũ iudicis ad famã, vel clamorẽ. Et cum proceditur ad denũciationem alicuius prosequẽtis inquisitionem, nõ credo necessariã admonitionẽ: quia nõ agitur ad pœnitentiam: in quo casu necessaria est admonitio secundum formam Euangelij: sed in prædictis duobus casibus agitur ad pœnã: vt prædictũ est, & aliter formatur petitio denunciationis, cum agitur ad pœnam, & aliter cùm denunciatur ad pœnitentiam: quia tunc agitur ad pœnitentiã peragendam, non ad pœnã imponendã officij, vel beneficij: & sic intelligitur finis illius glossæ, quæ incipit, sic j. de simo. licet Heli. de hoc notatur in glo. prædict. Item nũquid reus posset petere à iudice, vt reinquireret contra illum, qui impetrauit inquisitionem, sicut contingit in aliis iudiciis, vbi admittitur reconuentio. s. de mutu. pet. per totum? Dicas, quod non quia inquisitio iudicis officio expeditur, non iure actionis: sic nec renunciatio, aut reaccusatio: quia tunc præsumitur, quòd ex odio hoc fiat: vt s. eod. cum P. & 3. q. 5. c. 2. & non relatione criminis [a], sed innocentia reus purgatur. ff. de pub. iud. is qui. Item testes compelli possunt ad probandum inquisitionem. s. de test. cog. super his: licet in iudiciis ordinariis compelli non debeant in criminalibus, si qua principaliter, vel incidenter obiiciantur: vt const. dilectorum. & ibi de hoc. Dic, vt ibi notatur in fine notulæ. Item & illud potest facere prælatus cùm infamia contra aliquem ad ipsum peruenit, vt præfigat terminum volentibus accusare, vt si aliquis apparuerit accusator, audiat illum, & procedat legitime in accusatione. s. c. prox. & 15. q. 5. c. 1. de pur. c. ex tuarum. si autem non apparuerit, tunc potest procedere ad inquirendum, vt supradicitur: vel indicere purgationem, in qua si defecerit, puniatur. vt sup. c. prox. sed melius est, quod inquirat: quia periculosum est accusare: quia de facili nullus accusaret. Quid si aliquis alterius diœcesis, vel de alia parochia hoc tacito impetret inquisitionem, vel denunciet, nunquid debet audiri, cùm ipsius non intersit? Præsumitur, quod non charitatiuè denunciet, vel impetret inquisitionem: vnde crede illum repellendum. arg. sup. de testib. ex parte. A. in verbo illo,

tacit, quòd miles fuerit, &c. Bernard.

a ¶ *Distinximus.*] In parte decisa ab illa decret. s. *eod. qualiter:* cuius verba hic ponuntur vsque ad § *debet.* Bern.

¶ *Glo. seq. [illegible] quòd iudex corrigit interlocutoriam, adducit tres concord. & tria similia.*

b ¶ *Redde rationem.*] Sed qualiter debet rationem reddere prælatus administrationis suæ? prælatus enim debet reddere rationem suæ administrationis tanquam tutor. *C. de ind. l. 2.* quia comparatur tutori, & procurator est, non dñs. s. *de dolo c. 2. & 12. q. 1. ca. 2.* potest dici, q stabitur suo iuramento, si aliter non potest reddere rationem, ar. *C. de do. i. pe. & C. vnde vi. si quando 2. q. 1. in primis. vers. gloriosus verò. & s. de his quæ vi metusve cau. fiunt. c. vls.* Ber.

ADDITIO. Ex hac auctoritate redde rationem, &c. nota duo. Primò quòd ipse inquirendus, est priùs interrogandus, & non testes: quia si cõfiteretur, non esset opus testibus. Secundò, quòd suæ excusationes sunt admittendæ. Hostien.

c ¶ *Et famam.*] Arg. famã nihil per se probare. *35. q. 6. si duo. suprà de eod. qui tog. consan. vsq. sux. super eod.* [b] *ar. contra s. de præsump. c. illud. & s. de consan. & affi. c. 2. & 4. q. 3. c. si testes. § item sæpe.*

d ¶ *A maleuolis.*] 11. q. 3. in cunctis si hoc constaret, q à talibus esset orta: aliàs difficile est probare famam ortam esse à talibus: cùm fama ab incerto auctore procedat. *de conse. d. 4. sanctum est.* vnde satis potest dici, quòd indicenda est purgatio, vndecunque procedat infamia, saltem propter scandalũ. *arg. j. de purg. c. accedens.* Bern.

e ¶ *Concussis columnis.*] *12. quæst. 2. gloria episcopi. & 2. quæst. 7. accusatio. 1.*

f ¶ *Morbum vtrunque.*] Vnus [c] morb. est, quando falsò, vel maliciosè accusantur: contra hunc, remedium medicinale est inscriptio. *j. eo. vers. 1.* Alter morbus est, quando delinquunt insolenter: contra hunc, remedium medicinale est inquisitio. *j. eod. vers. 2.* Hostien.

g ¶ *Præcedat inscriptio.*] Sic *s. e. super his, & j. de sim. licet Hely.*

DEBET. *In hoc §. dicitur*, quod ille, contra quem fit inquisitio, debet esse præsens, nisi per contumaciam se absentet, & illi sunt exponenda capitula, de quibus fuerit inquirendum, & dicta testium, & nomina ipsorum sunt ei publicanda, & exceptiones, & replicationes legitimæ admittẽdæ; ne per suppressionem nominum detur audacia infamandi, & per exclusionem exceptionum, deponendi falsum securitas præbeatur. Not. quòd ille, cõtra quem fit inquisitio, debet esse præsens, nisi contumaciter se absentet. Item ea, de quibus contra aliquem aliquis inquirit, debent ei manifestari, & omnis defensio sibi reseruatur.

h ¶ *Præsens is, contra quem.*] *Ex hoc § colligitur manifestè*, quòd ordo iuris seruandus est inquisitione facienda. *supr. eod. ad petitionem.* sed hoc verum est circa seculares, circa regulares non est vsquequaque seruandus, *vt dicit in fi.*

Luc. 16.

† illius.

† Distinximus plenius, deest in antiquis codicibus; deest, etiam in editione vulgata sacrorum Bibliorum.

Gen. c. 18.

† maledictis.

† non semel &c.

† Aliàs ita: non tanquam idem sit actor &c. aliàs ita: non tanquam idẽ sit actor, & index, &c. & vox, audiens, in concilio, & in veteri compilatione.

† Vide epistolam 2. Stephani Papæ primi de accusationibus episcoporum, vbi plenissime de hac materia habetur in primo tomo conciliorum nouissimæ editionis.

a Adde, quòd nunquam etiã inquiri potest. Bart. in l. 1. § qui quæstionem. ff. de quæst.

† sed &c.

† De hac artis. vide omnino, quos citaui suprà eod. ca. super his. verbo, a partes inferius bi.

b Adde, an, & quando proba. per se: vide non Bar. in l. de minore. § tormenta. ff. de qu. & ibi late Hippolytus Marsilius, & Iulius Clarus citatus s. eo. super glos. magna.

† Hoc fallit in crimine hæresis. Eymericus in Directorio inquis. par. 3. q. 75. vbi dixi plenissimè.

c Hæc glossula non est Bernardi, sed Hostiensis, vt finis indicat.

AD COR-

AD CORRIGENDOS. *In hoc §. dicitur*, quod prælatus tantò diligentiùs debet ad corrigendos excessus prælatorum descendere, quantò damnabiliùs eos dimitteret incorrectos, contra quos exceptis notoriis, tribus modis potest procedi; per accusationem videlicet, denunciationem, & inquisitionem ipsorum, ita vt diligés in omnibus adhibeatur cautela, vt accusatio nulla tenus admittatur, nisi legitima præcedat inscriptio: & denúciationem, charitatiua admonitio & inquisitioné clamosa debet insinuatio præuenire: hoc moderamine semper adhibito, vt secúdùm iudicij formam, séntétiæ quoque forma dictetur. Hunc ordinem circa regulares personas non credit Papa vsquequaque seruandum, quæ cum causa requirit, de facili possunt à suis administrationibus amoueri. Not. quòd accusationé inscriptio semper præcedere debet, admonitio denunciationem, & inquisitionem fama, siue clamosa insinuatio. Item sententia semper formáda est secundum modum agendi. Item regulares de facili remouentur à suis administrationibus.

† *Aliàs ita: tamen vt diligens omnibus adhibeatur cautela, &c. absque voce, in: sed in concilio, et in aliis vetustioribus Gregorij libris legitur, vt est impressum: in vno, pro, adhibeatur, adimpleatur, reperio.*

† *contra.*

† *obseruandum.*

† *Scilicet Innocentius iij. in concilio generali Later. c. 6. & c. 5. e. t. in 4 cóp.*

a *Hæ duæ glo. nec sunt Bernardi nec reperiuntur in antiquis exemplaribus.*

dacia præbeatur. ¶ Ad corrigendos itaque subditorum excessus, tantò diligentiùs debet Prælatus assurgere, quantò damnabiliùs eorum offensas desereret incorrectas. Contra quos, vt de notoriis excessibus taceatur, etsi tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denunciationem, & inquisitionem ipsorum: vt † tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne fortè per leue [a] compendium, ad graue [b] dispendium veniatur: sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitatiua monitio, & inquisitionem clamosa insinuatio præuenire: illo semper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij, sententiæ quoque forma [c] dictetur. ¶ Hunc tamen ordinem circa † regulares personas non credimus vsquequaque seruandum † : quæ, cum causa requirit, faciliùs [d], & liberius à suis possunt administrationibus amoueri.

a ¶ *Leue compendium.*] Id est, peruersum, & præcipitatum iudiciú leuis iudicis: quia forte vult breuiare lites.

b ¶ *Ad graue dispendium.*] Id est, ad pœnam auctoritate talis processus inflictam.

¶ *Glo. seq. tractat de triplici modo procedédi super criminibus, & eorú pœnis: circa secundum signat duo iura in contrarium, & vtrobique remittit.*

c ¶ *Forma.*] *Sic ῑ. de simon. licet Hely.* Forma illa triplex est, cum proceditur accusando, denunciádo, & inquirédo, vt si agatur in modú accusationis, & probatur crimé, deponatur reus; quia hic est effectus [b] accusationis: *vt ṡ. dicis in verbo, & criminalis accusatio*: quæ ad diminutioné capitis, id est, degradationé intenditur. Cú agitur per inquisitioné, alia pœna imponitur, vt dictum est in illa notula magna ibi: Crimine verò probato. vnde videtur scilicet per hác litterá, quod si per inquisitionem probetur simonia vel homicidium, quòd nó deponatur, quia ad hoc non est actum. *ṡ. de ordi. cogn. cum dilectus.* Arg. cótra. *ṡ. eo. inquisitionis, t. responso*, vbi de hoc *& de dol. & cótu. veritatis.* Dic, vt ibi Cùm verò proceditur per denunciationé, nisi in prædictis duobus casibus, ad pœnitentiá agitur peragédá, túc in prædictis duobus casibus etiá punitur: sicut cú agitur per accusationem, vel inquisitionem: *vt dicto c. veritatis*: sed cum agitur per denunciationé, tunc in prædictis casibus, nó est necessaria admonitio *ṡ. eo. cùm dilectus.* In aliis verò casibus, cùm agitur per inquisitionem, vel accusationé, punitur ad arbitriú iudicis *arg. ṡ. eo inquisitionis. t rñ. in fi. & ῑ. eo. c. vlt. & arg. ῑ. tit. prox. cap. vlt.* Denúciatio [c] verò regulariter fit ad pœnitentiam peragédá, & eius effectus, siue finis est pœnitentiæ impositio: & túc necessaria est charitatiua admonitio, vt hic dicit *& ṡ. eod. cùm dilectus, & c. 2.* aliàs repellitur denunciator, vt ibi dicitur.

b *Qualis sit effectus accusationis, denúciationis, & inquisitionis, plenè Hostiensis in sú. ma tit. de accusat. denunciat. & inquisi. cú videto, vt hanc glossá intelligas.*

c *Vide Specula. titu de denunciatione. §. 2. & Hostiensem paulo antè citatum.*

A D D I T I O. Pro supradictorum faciliori notitia nota versus sequentes.

Quattuor ecce modis agitur de crimine, cùm quis
Nunciat, accusat, inquirit, & excipit, ante
Admonet, inscribit, infamat, & obligat extra:
Sic tamen, & deponit, & amouet, atque repellit.

¶ Idem † in eodem.

¶ *Metropolitani ad correctionem excessuum, & reformationem morum, singulis annis facere debent prouinciale concilium: in quo statuere debent personas idoneas per singulas diœceses, quæ sollicitè inuestigét, & in sequéti concilio referant corrigenda, & Episcopi debent facere synodos Episcopales singulis annis, & publicare agitata in prouinciali concilio: & hæc negligentes, ab executione officij suspenduntur. Hoc dicit.*

d ¶ *Faciliùs.*] *Infrà, de sim. per tuas, circa fi.* Notare potes hîc arg. quod dignior [a] est cœtus clericorum, quam cœtus monachorum: *vt 16. q. 1. legi.* Bern.

d *Vide D. Thomam 2. 2. q. 184. per totum, & q. 186. a. 1.*

S*icut olim.*] Diuiditur in tres partes. In prima prouidet de prouinciali cócilio, & de agendis in illo. In secúda de testib. synodalibus, & eorum officiis. In tertia de pœna hoc non seruantiú: & tacitè infert de episcopalibus synodis. secúda ibi. *Vt autẽ.* Tertia ibi, *Quisquis.* Ab.

CAP. XXV.

SIcut † olim à sanctis Patribus noscitur institutum [e]: Metropolitani singulis annis, cum suis Suffraganeis, Prouincialia non omittant concilia celebrare [f]: in quibus de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, præsertim in Clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum: canonicas † regulas, maximè quæ statutæ sunt in hoc generali concilio, relegentes, vt eas faciant obseruari, debitam pœnam transgressorib. infligendo. Vt autem id valeat efficaciùs adimpleri, per singulas diœceses statuant [g] personas idoneas, prouidas videlicet, & honestas, quæ per totum annum, simpliciter, & de plano, absque vlla iurisdictione [h], sollicitè inuestigent, quæ correctione, vel reformatione sunt † digna: & ea fideliter perferant ad Metropolitanum, & Suffraganeos, & alios, in concilio subsequenti: vt super his, & aliis, prout vtilitati, & honestati congruerit, prouida deliberatione procedant: & † quæ statuerint, faciant obseruari: publicaturi ea in Episcopalibus synodis annuatim per singulas diœceses celebrandis. Quisquis autem hoc salutare statutum neglexerit adimplere, à sui executione officij suspendatur.

C A S V S. Statuit concilium generalé, sicut olim à sanctis patribus fuit statutú, vt Metropolitani singulis annis non omittát concilia celebrare in quib. diligenter, intendat circa correctioné, & reformationé clericorum, & mores eorú, relegétes regulas canonicas: præsertim huiusmodi cócilij, pœná debitam transgressoribus infligédo. Vt autem id valeat meliùs adimpleri, per singulas diœceses constituát personas idoneas, & honestas, q de plano, & sine aliqua iurisdictione diligéter inquirant, q correctione, & reformatione sunt digna, vt ea fideliter referát in cócilio subsequenti, vt super his, & aliis prouida deliberatione procedant, & ea, quæ statuerint, faciant obseruari, & in episcopalib. synodis annuatim celebrádis ea debeát publicare per singulas diœceses: quisquis aút hoc statutú neglexerit adimplere, ab executione sui officij suspendatur. No. q prouincialia cócilia celebranda sunt singulis annis. Itẽ statui debent in conciliis tales, qui statuta cócilij faciant obseruari. Item executores nullá habét iurisdictionem.

† *Vide concilium Trident. sessio. 24. de reformat. c. 2. & concilium Lateranẽ sub Leone x. sesso. 10.*

† *In codice Barbatiæ ita: canonicas regulas, & maximè quæ statuta sunt &c. in concilio ita: canonicas regulas, & maximè quæ statuta sunt, &c.*

† *fine.*

† *Aliàs ita: & quod statuerunt, faciant obseruari.*

e ¶ *Institutum.*] *18. d. quoniam quidem.*

f ¶ *Celebrare.*] Sic & Abbates, & Priores Abbates proprios non habentes de triennio in triennium celebrant Capitula sua. *sup. de stat. reg. in singulis. & c. seq.*

¶ *Glo. seq. tractat de testibus synodalibus, vnde esse debeant, & quales, quid agát, & quòd procurantur per loca, quæ visitant. ad hoc vltimum signat contrarium, sed tenet primum.*

g ¶ *Statuant.*] Isti erút quasi testes synodales: *sic ṡ. de testi. cogn. præterea. & 35. q. 6. episcopus in synodo.* & debét esse de eodem episcopatu, honesti, & discreti: quia tales melius possunt inuestigare veritaté, q̃ extranei. *arg. ṡ. de test. veniens 2. in fi. & 35 q 6. c. 1. & 2. ṡ. qui ma. accus. pos. videtur.* Et isti appellát visitatores, qui debét circuire totá parochiá de villa in villá: *vt 80. d. non debere.* vnde hoc sumptum vñ. & illi procurabuntur p parochias, ad quas accedunt: q a suis stipendiis hoc facere nó debét. *ṡ. de præscrip. cú ex officij. & 28. qu. 1. iam nunc. in fi. & 12. q. charitatem.* & officium suú nó debet eis esse damnosú. *arg. 4. q. 3. c. si testes §. vẽtum.* Arg. contrà, quòd episcopus debeat eos procurare, habes *sup. de offic. or. Inter cætera & 23. q. 1. militare.* Prioribus concordantiis credo standum: moderatos [e] tamen sumptus petent. Io.

e *Quia tales possunt episcopi petere, & non graues, vt ṡ. de censib. cap. cum Apostolus.*

¶ *Gloss. sequ. infert dubium, & soluit. quærit obiiciendo: respondet, & infert quod diminuta sit h. dic &c. dicens, quòd istis minùs, quàm aliis officialibus creditur, & causam reddit. subdit, quòd propter diligentiam prælatorum isti suum officium non omittunt.*

f *De his relatorib. siue nunciis, quorum officium est explorare delicta, quæ committantur, & referre superioribus, vt eis occurrás: notatur in l. eam quidem. C. de accusatio. vbi Salicetus, & alij.*

h ¶ *Absque vlla iurisdictione.*] Si isti non habent iurisdictionem, ergo non possunt aliquos cogere, vel citare, vt veniant vel respondeant immò possunt ei dicere: Ingressus es, vt aduena, nunquid vt iudices nos? *3. q. 6. leges.* Item videtur, quòd debeant esse iurati.

a ¶ Restituant.] Quia sine periculo eam retinere non possunt, vt hic patet: & cum pœna dupli debent restituere illam. in Auth. de san. Episc. in 2. coll. §. si verò laicus. & §. si autem secularis. coll. 9. & j. eod. audiuimus. & s. de immun. eccles. quia plerique. Hic not. quòd Ecclesiæ restitui debet, cui facta fuit iniuria. arg. 17. q. 4. si quis in atrio. & 27. quæst. 1. si quis rapuerit. & in Authent. de san. Episcopi. §. si quis autem. in 2. coll. & Ecclesia potest vendicare illam pecuniam. in Auth. eod. tit. §. si verò laicus. & §. sed neq; xenodochium, ar. contra. j. eo. veniens vbi restituitur ei, qui dedit. Alia. dixit, quod in decr. veniens restituta fuit ei, qui dedit de misericordia: & hoc quod hic dicit, est ius commune. Tu dicas aliter illa, veniens. loquitur de monacho, qui pecuniam dedit pro sua receptione, & illud est ius, & hoc similiter. si ergo aliquis det pecuniam monasterio, vt recipiatur, simonia cōmittitur. j. eod. quoniam simoniaca. ei ergo, qui dedit, debet restitui pecunia tam indignè à monachis accepta: vt cum ea in aliud monasterium intret, ne sit onerosus secundo monasterio. arg. 16. qu. 6. de lapsis. & 27. qu. 1. si quis rapuerit. & vbicumque siue monasterio, siue Ecclesiæ seculari pecunia taliter data, & accepta fuerit, prout dicit decre. veniens. restituenda est pecunia ei, qui dedit: nec Ecclesia, vel monasterium debet cum tali fraude esse in lucro, cùm ipsi clerici, vel monachi in hoc ita communiter delinquunt, cùm ipsi clerici de hoc sint puniendi, & ex eodem facto pœnam, & præmium consequi non debeant, vt ff. de neg. gest. sine hæreditaria. & ex hoc contingeret viam fraudibus aperiri: quod esse non debet. 93. d. peruenit. 2. & 35. quæst. 9. loci. in fi. & tale lucrum Ecclesia non debet habere, nec possent clerici, vel monachi pœnitere, nisi restituerent, quod simoniace receperunt. Vel posset dici, quod si clerici seculares sic communiter delinquũt, Ecclesiæ debet applicari, & clerici sunt omnes ab Ecclesia remouendi. cùm verò pecunia datur alicui, putà prælato soli, vel alij cuicunque, ita quòd Ecclesia non sit in culpa: tunc locum habet, quod prius dicitur, quod ille, qui pecuniam receperit, debet illam restituere Ecclesiæ, in cuius ignominiã data fuit: nec debet ei restitui, qui dedit, & præcipue si sit secularis, in quo casu intelliguntur authenticæ prædictæ. De regulari posset dici, quòd & tūc non debet ei restitui simpliciter, sed assignanda est secundo monasterio, ad quod transit: vt eo viuente habeat vsum illius arg. prædictorum. c. de lapsis, si quis rapuerit. & hoc cùm Ecclesia fuit in culpa. Bernar.

vt, si qua receperint † à præfato Episcopo, vt eius electioni præstarent assensum, Ecclesiæ Oxonieñ. sine diminutione restituant [a], cùm ea sine graui suæ salutis periculo retinere non possint.

¶ Idem Eboraceñ. Archiepiscopo.

¶ *Simoniacum est pro temporali obsequio, beneficium Ecclesiasticum promittere.*

CAP. XII.

CVm † essent in nostra præsentia cōstituti R. Clericus, & nobilis vir V. quia idem V. moram diutiùs facere non poterat, pro se in causa illa sufficientē constituit responsalem. ¶ Cúmque ab ore præfati R. intelleximus, quòd memoratus miles † promiserat [b] ei dare Ecclesiã, si quoddam negotium eiusdem in nostra posset præsentia promouere, ac per hoc promissionē ipsam continere simoniacam prauitatem: eidem R. super eadē Ecclesia silentium [c] duximus imponendum.

¶ Idem Cistreñ. Episcopo.

¶ *Notorius simoniacus in beneficio, ab illo deponitur: idem in infamato, qui se purgare non potest.*

CVm essent.] Primò ponit decisę controuersiam, & procuratoris dationem. Secundò diffinitionem, & eius causam ibi, Cúmque. Abb.

CASVS. R. clericus & V. nobilis erant in præsentia domini Papæ, pro controuersia, quam inter se habebant: sed quia nobilis ille in curia domini Papæ moram diutius trahere non poterat, pro se in causa illa constituit procuratorē: partibus in præsentia Papæ constitutis, clericus ille confessus est, quod miles ille promiserat ei dare Ecclesiam illam, super qua litigabant, si quoddam negotium ipsius militis posset in præsentia Papæ promouere: & quia promissio illa continebat simoniacam prauitatem, eidem R. Papa imposuit silentium super Ecclesia ipsa. Nota, quod sola promissio super re spirituali simoniacam inducit.

¶ Glo. seq. dicit. quod vitium fuit ex pacto, &c.

b Promiserat.] Hæc promissio, siue pactio illicita fuerat, & simoniaca. s. de pact. c. vlt. j. eod. tua. & 1. qu. 2. quàm pio. vnde miles per talē promissionem nō obligatur: quare ipsi R. imponitur silentium. Si verò sine aliqua pactione promouisset negotiũ illius, vel aliàs seruiuisset eidem, bene poterat eum remunerare, siue præsentando ipsum ad aliquod beneficium, siue etiam alio modo arg. 61. d. quid proderit. immò etiã naturaliter erat ei obligatus. ff. de petit. hæred. sed & si lege. §. consuluit. & arg. 12. quæst. 2. hæc huius placiti. Potest ergo licite quilibet seruire Episcopo, vel alij spe futuræ remunerationis, nec simonia cōmittitur in tali spe, cùm sine omni pactione, vel conditione seruiat, dũmodo principaliter hac intentione nō seruiat, nec Episcopus directe pro hoc seruitio ei prouidere in beneficio intēdat: quia sic esset immunis ab officio, & obsequio. 1. qu. 1. ordinationes, & c. sunt nonnulli, aliàs nisi speraret inde remunerationem, quare seruiret ei, cum ex debito ei nō teneatur, immò qui dignus est, potest sperare Episcopatum, & alios honores 59. d. si officia. 75. d. cō. omnis.

c ¶ Silentiũ.] Et bene, quia si Ecclesiam tali modo adeptus fuisset eam renuntiare teneretur: vt 1. quæst. 1. si quis neque. & in aspera pœna, vel pœnitentia semper esset, vt ibi: quam etiam agere non posset ea retenta. s. de accusa. inquisitionis.

CAP. XIII.

INsinuatum † est, quòd in Ecclesiis tui Episcopatus, plurimi Clerici per simoniam habere dicuntur ingressum [d], & infamia inde respergi. ¶ Vnde mandamus, quatenus si qui fuerint, quos in prædictis Ecclesiis publicum, & notorium [e] est † simoniacè intrasse, eos amoueas ab Ecclesiis taliter acquisitis. Illis autem, quorum crimen non est publicum, & notorium, si † publica laborant infamia, cùm quinta, vel sexta manu [f] sui ordinis, purgationem indicas: in qua si defecerint, beneficiis † huiusmodi Ecclesiarum perpetuò priues [g] eosdem.

¶ Idem.

¶ *Simoniacum est pretio, vel fauore celare peccatorem, vel reconciliare non pœnitentem, vel dignè pœnitētem à reconciliatione remouere.*

CAP. XIV.

NEmo † Presbyterorum xenium, vel emolumentum

INsinuatum.] Primò ponit Papa narrationem sibi factam: secundò contra eam prouideri mandat ibi, Vnde. Abbas.

CASVS. In Ecclesiis Cistreneñ. Episcopatus, complures clerici per simoniam dicuntur habere ingressum: de quo sunt infamia notati: vnde mãdat Papa diœcesano Episcopo, quatenus si notorium fuerit aliquos in Ecclesiis illis per simoniam intrasse, inde eos remoueat: illis autem, quorum crimen notorium non est, si tamen laborant infamia publica, indicat cum v. vel vj. manu sui ordinis purgationem, in qua si defecerint, beneficiis perpetuò priuet eosdē. Nota, quòd infamatus de simonia, si non potest se purgare, punitur tanquam conuictus.

d ¶ Ingressum.] Vnde fures sunt, & latrones: qui non intrant per ostium. s. de iure patr. relatum. 23. q. 4. tres personas. & 1. q. 1. ordinationes. 7. q. 1. non sinem.

e ¶ Notorium.] Dicitur tribus modis notoriũ. s. de cohabi. cleri. & mu. c. vlt. & ideo nulla probatio est necessaria. s. de accusa. euidentia. & 2. q. 1. de manifesta.

¶ Gloss. seq. signat contrarium de Canon. &c.

f ¶ Quinta, vel sexta manu.] Arg. contra 2. q. 5. presbyter si. & c. si mala. & c. omnibus. Sol. regulare est, quod ipse Episcopus debet se purgare cum 12. presbyteris, presbyter cum quinque, diaconus cum tribus: Vnde versus:

Pontificem parium manus expurgat duodena.
Quinta Sacerdotem: Leuitam tertia pura
Maior maiori, minor est adhibenda minori.

Quandoque tamen sunt pauciores: vt s. de accu. cum P. 2. qu. 5. omnibus. Quandoque plures. j. de purg. c. can. inter sollicitudines. hodie verò numerus compurgatorum arbitrarius est, secundùm arbitrium iudicis. s. tit. prox. inquisitionis. in fi.

¶ Glo. seq. obuiat concludendo per duo. &c.

g ¶ Perpetuò priues.] Nota, quod deficiens in purgatione punitur: vt hic patet, & s. eo. de hoc. & j. de purg. c. cum P. sed purgatio inducitur propter probabilem præsumptionem ortam ex fama: ergo videtur, quod ex probabili præsumptione posset diffinitiua sententia ferri. quod non est verum. Sed illa probabilis præsumptio transit in violentiam, ex eo quòd non habet testes honestatis. B.

NEmo.] Sunt duæ partes principales. Secunda ibi, Nec quamquam Abb.

CASVS. Statuit Alexãder, quòd nullus presbyter aliquod emolumentum temporale recipiat à quocunq; publice peccante, vt Episcopo,

† receperũt.
† Cap. 11. e. tit. in 1. cōp. & post conc. Latera. sub Alexan. iij. par. 2. ca. 24. Vide B. Th. 2. 2. qu. 100. art. 5. & Siluestrum lib. 9. de instit. & iure q. 7. ar. 3. & Turrecrematam in cardinationes. 1. q. 1.
† nobilis.
† Estumeñ.
† Castrensi.
† Calieñ.
Sed vt plurimum, vt est impressũ.
a Num autem soluta per simoniã repeti possint, vide Guidonem Papæ, decisione 581.
b De hoc articulo præter Hostiensem, vide hic latè per Panormitanum.
c De hoc articulo præter doctores hic, vide B. Thomam initio c. citatũ, & Syluestrum in summa, verbo, simonia, qu. 16.
† Ca. 12. eod. tit. in 1. compilation. & post concil. Later. part. 2. cap. 15. Et Cassadorum decisione 3. tit. de sequestratione, poss. & fructuum.
† sit.
† sed publica &c.
† Aliàs ita: ab huiusmodi beneficiis, &c.
† Cap. 13. eo. tit. in 1. compilatione.
Ad intelligentiã præter doctores hic, vide B. Tho. 2. 2. qu. 100. art. 5. vnde intelliges, qualiter in his exemplis possit committi simonia. adde Syluestrum in summa, verbo, simonia. q. 9.

Episcopo, vel eius ministris celet peccatū illius, nec pro respectu alicuius personæ, consanguinitatis, vel familiaritatis dimittat, quin peccatū illud Epõ innotescat. Secundò dicit, q̃ nullū dignè pœnitētem, vel etiā minus dignè pœnitentē, propter gratiam, vel fauorē ad reconciliationē adducat, & testimoniū reconciliatio-ni: ferat eidē, vel propter aliquem liuorē, siue odium remoueat à reconciliatione, quia vtrumq; simoniacū est. Nota, q̃ qui dat tēporale pro spirituali, simoniā cōmittit. & qui propter cōsanguinitatē, vel amicitiā non denuntiat Epõ peccatum alicui[b], simoniā cōmittit. Itē quicūque pœnitentem propter gratiā, vel fauorē ad pœnitentiā adducit, vel propter odium remouet à recōciliatione, simoniam committit, & sic fauor, vel gratia, siue odium succedit loco pretij.

quodlibet [a] temporale, immò spirituale detrimentū, à quocunque publicè peccante accipiat, vt Episcopo, vel ministris eius peccatum illius celet [b]: nec pro respectu cuiusque personę consanguinitatis [c], aut familiaritatis alienis communicans [d] peccatis, hoc Episcopo innotescere detractet: Nec quemquā pœnitentem, vel minùs dignè pœnitentē, gratia, vel fauore ad reconciliationē adducat, & testimoniū reconciliationis [e] ferat eidem: vel quocunq; liuore, dignè pœnitentem à reconciliatione remoueat: quia simoniacū est vtrumque [f].

¶ Idem Vigor. † Episcopo, & † Priori de Acra.

¶ Ecclesia emi vel redimi non potest, hoc dicit quo ad litteram.

CAP. XV.

QVerelam † Monachorum de Acra recepimus, quòd cū ipsi quoddam manerium cum pertinentiis suis, & Ecclesiam de Genen. à Monachis de Cardonio †, sub annuo censu quindecim librarum fuissent adepti, & inde chartam ab ipsis Monachis habuissent: Prior eorum Capitulo inconsulto [g], præscriptum † manerium, & chartam Monachis de Cardonio, accepta pecunia resignauit. ¶ Vnde quia præfati Monachi de Acra se conqueruntur iniustè grauatos: Mandamus, quatenus partibus conuocatis, præscriptam causam, concordia [h], vel iudicio terminetis: scituri, quod sicut emi non potuit [i], ita nec redimi Ecclesia memorata. Si verò Monachi de Cardonio legitimè citati, ad vestram præsentiam accedere, & iudicio vestro stare contempserint: vos ipsos Monachos de Acra in possessionem [k] eorum, de quibus controuersia vertitur, inducatis; nec permittatis eos exinde absque ordine iudiciario molestari.

† Idem.

¶ Pro chrismate ab Ecclesiis pecunia exigi non debet, etiamsi hoc habeat consuetudo.

CAP. XVI.

EA † quæ de auaritia: *& infra.* ¶ Audiuimus, quòd nummos pro chrismate [l] ab Ecclesiis extorquetis: quos nunc cathedraticum, aliquando Paschalem præstationem, interdum Episcopalem consuetudinem appellatis † [m]. Quia vero hoc simoniacum esse cognoscitur: Man-

a ¶ *Quodlibet.*] Id est, aliquod se quibuslibet *sim. 15. q. 1 mulier. & ꝫ. de condi. app. sit. verum. 1. q. 7. si quis eamem. in primo vers.*

¶ Glo. seq. notat quòd celare sit simoniacum, & sic aliquid facere signat contrarium, & soluit.

b ¶ *Celet.*] Nota, q̃ simoniam cōmittit, qui pro aliquo temporali celat peccatū alicuius, quod peccatum corrigere, vel denuntiare tenetur Epõ: sicut simoniacū est aliquid recipere, vt qui ordinandus est, nō ordinetur: vel vt electioni quis nō consentiat. 1. q. 1. §. *quia autem & c. seq. ad fin. q.* Et est hic ar. q̃ celare est aliquid facere. *sim. 36. d. si quis vult. Ar. contra ff. de præscrip. ver. solent. & ff. de condic. ob tur. causam. l. 3. §. vlt.* Sol. illa non tangūt istam materiam. hic loquitur de iudicio, quod fit ad pœnitentiam: ad quod tenetur quilibet, vnde nihil potest quis propter hoc accipere, cùm sit spirituale: illud de iudicio, quod fit ad furem capiendum, vel seruum fugitiuum, pro quo potest recipi merces laboralis. Ber.

c ¶ *Consanguinitatis.*] Ergo videtur, quod consanguinitas simoniam inducat, quia non refert, an iniustus cordis amor, an sordidæ preces interueniant. 1. q. 1. *si quis neque.*

d ¶ *Alienis communicans.*] 78. d. *quid est 86. d. c. 3.*

e ¶ *Reconciliationis.*] Pro reconciliatione, vel absolutione pretium exigi non debet. ꝫ. *eod. ad aures.*

f ¶ *Vtrumque.*] Primum scilicet dignè pœnitentem, vel minùs dignè, gratia, vel fauore adducere ad reconciliationem: aliud est dignè pœnitentem remouere à reconciliatione aliquo liuore: vtrumque enim istorum simoniacū est, & ita respicit istos duos modos tantùm: & quod primò dixit, simoniacum est: similiter, vt dicitur ibi vel potest respicere omnia præcedentia, vt ista duo vltima quasi pro vno reputentur. & quod primò dixit, celet, & innotescere detractet: quasi idem sunt: & sic illud vtrumque potest respicere illa sic coniuncta. Ber.

QVerelam.] Primò ponit querelam monachorum. Secundò committit causam, instruendo iudicem in principali ibi, *Vnde quia.* Abb.

CASVS. Monachi de Acra quoddam manerium cum pertinentiis suis, & Ecclesiam quandam adepti fuerunt à monachis de Cardonio, sub annuo cēsu xv. librarum, & super hoc chartam ab ipsis monachis habuerunt. Postmodum verò Prior monachorū de Acra, Capitulo suo inconsulto, chartam prædictam, accepta inde pecunia, dictis monachis de Cardonio resignauit: vnde monachi isti de Acra conquerebantur se iniustè grauatos: quare mandat Papa quibusdam, quatenus partibus conuocatis, causam concordia, vel iudicio terminare procurent, scientes, quòd sicut ecclesia prædicta emi non potuit, ita nec redimi. Si verò monachi de Cardonio legitimè citati, fuerint contumaces, iudices monachos de Acra inducant in possessionem eorum, de quibus controuersia vertitur inter eos, nec permittant eos exinde absque iuris ordine molestari. Nota, quòd Ecclesia non potest emi, nec redimi, aliàs simonia cōmitteretur. Item propter contumaciam rei ante litem contestatam actor mitti debet in possessionem rei petitæ, & iudex inductum in possessionem defendere debet. Item delictum Prælati Capitulo inconsulto non præiudicat ecclesiæ.

g ¶ *Inconsulto.*] Vnde non valet resignatio. 12. q. 2. *sine exceptione* ꝫ. *de empt. & vend. cum dilecti.*

h ¶ *Concordia.*] 5. q. 2. *si primates. & ꝫ. de transactio. c. vlt.* vbi plures cōcordantias inuenies de hoc.

¶ Glo. seq. obiicit ad rationem dupliciter. primò, quòd cum vniuersitate, &c. soluit. secundò quòd non est sufficiens, quoad manerium fatetur, dicens, &c.

i ¶ *Emi nō potuit.*] Quia nullum spirituale, vel spirituali annexum potest vendi, vel emi. ꝫ. *de iure patron. de iure. & ꝫ. de pact. cum pridem. & c. vlt. & ꝫ. de trāsact. super eo. & 16. q. 7. decimas.* ergo nec redimi. sed hæc ratio nō videtur habere locū: quia ecclesia, vel spirituali annexum, potest vendi cum vniuersitate, & obligari. ꝫ *de iure pat. ex litteris. & c. cum secundùm* sed manerii fuit, vt videtur, principale, in quo erat ecclesia: & ita potuit redimi tanquam accessorium. Dicas, quòd manerium cum pertinentiis suis, & Ecclesia fuerunt monachis concessa: ita quòd neutrum fuit accessorium alteri: & hoc colligitur bene ex littera: vt ibi dicit in princip. Quoddam manerium cum pertinentiis suis. & ita Ecclesia non fuit pertinens manerij, quia separata fuit à pertinentiis: & ita redemptio quantùm ad ecclesiam nulla fuit ipso iure. sed hæc ratio non habet locum in manerio, quod bene potest vendi, & redimi, & ita hac via non possunt reuocare manerium. Qualiter ergo aget pro manerio? Dicas, quod contractus, siue redemptio quoad manerium nullus fuit ipso iure ex alia causa: quia hoc factum fuit iure irrequisito Capitulo. *sim ꝫ. de emp. & vend. cum dilecti. & 12. q. 2. sine exceptione.* & hac eadem ratione non tenuit redemptio ecclesiæ. & ita etiamsi ecclesia fuisset accessoria ad manerium, idem esset.

k ¶ *In possessionem.*] Causa rei seruandæ, si lis non fuerit contestata. ꝫ. *vt lit. non contest. quoniam. §. in aliis* & si lis contestata esset, & non liqueret de causa, adiudicaretur ei possessio, salua quæstione proprietatis absentibus. ꝫ *de dolo & contuma. proint.* vbi de hoc: quam possessionem debent eis defendere iudices. vt dicit in fine: cùm remaneant adhuc iudices de illa re, vsque ad diffinitiuam sententiam. *supra testi. ex parte A.* vbi de hoc. Ber.

EA quæ.] Primò factum reprehensibile narratur. Secundò illud fieri prohibetur ibi, *Quia verò.* Tertiò pœnam comminatur ibi, *Pro certo.* Abbas.

CASVS. Quidam Episcopi extorquebant nummos à clericis pro chrismate, & illos denarios aliquando appellant cathedraticum, aliquando Paschalem præstationem, aliquando appellant illos consuetudinem episcopalem. Sed quia simoniacum est, mandat Papa, quatenus prætextu alicuius consuetudinis, & præstationis, denarios prædictos nullatenus exigant: quod si fecerint, periculum sui ordinis poterunt formidare. Nota, quod in delictis non excusat consuetudo, & variatio nominis non prodest.

l ¶ *Chrismate.*] Pro chrismate nummos accipere non conceditur, immò simoniacum est, vt 1. q. 3. *c. vlt. & ꝫ. eod. in sanctam. & ꝫ. eod. non satis. & c. cum in ecclesiæ. & ꝫ. eo. ad nostram.*

m ¶ *Appellatis.*] Similis variatio nominis habetur ꝫ. *c. in tantum.*

† *Vigorniensi.*

† *Vigorniē.*

† *Et in omnibus manu scriptis legitur ita: & Priori de patria: nec potest resoribi, Priori de Acra, cùm ii, & monachi conquerantur, vt indicant sequens decretales in alowsi: & Priori de Perna.*

a Ad intellectum huius glossæ, vide prae oculis hoc gentiū Im. Panormitanū. ver. sed oppono contra glossam.

† *Ca. 14. eo. ti. in 1. compilat. & post concilium Lateran. par. 2. c. 12.*

† *Cadomo.*

† *Cardonio. eadē varietas est paulo post.*

† *Aliàs ita prædictum manerium.*

Est autem manerium, seu mansus apud Italos, portio terræ, quæ sufficit duobus bobus ad arandum per totū annum: sed Galli manerium vocāt domū extra ciuitates cū rusticis, & terris adiacentibus, quò sæpe proficiscuntur nobiles delectationis gratia. Hostien. c. 1. supra de censib.

† *Cap. 15. eo. ti. in 1 compil. De materia, & intellectu huius plane per B. Thomam 2. 2. q. 100. art. 2. Soth. lib. 9. de iustitia & iure. q. 6. art. 1. & Turrecrematam in c. vlt. 1. q. 3.*

† *Facit ad hoc gl. in l. si quis in fisdi vocabul. ff. de lega. 1. & l. vnica. C. de muta. no.*

Sed bona denominatio non excusat malũ: quia quodcũq; nomẽ imponas, simonia est, sicut in vsura. 14. q. 3. plerique. & c. a sica. Ber.

¶ *Glo. seq. recitatur per quæstionem rationis, vel per obiect.*

a ¶ *Consuetudinis.*] Consuetudo illa quantumcumque longa, nõ excusat malum, immò magis accusat. 3. *eod. non satis.* & c. *cùm in Ecclesiæ.* & 3. *de consuetu. c. vlt.* cùm sit contra ea, quæ in veteri testamento prohibita sunt, & in sui natura mala: vt vendere sacramenta. 1. q. 1. *qui studet.* & c. *sunt eunuchus.* secus de illa consuetudine, quæ inducta est contra ius positiuum. 3. *de consuet. c. vlt.* vbi de hoc.

b ¶ *Periculum ordinis.*] s. depositionem, quia pœna simoniacorum est depositio: *vt* 3. *eo. de hoc.* & c. *insinuatum.* & 3. *de accu. inquisitionis.* 1. *respon.* Ber.

damus, quatenus prætextu alicuius consuetudinis [a], vel prælationis, præscriptos denarios nullatenus exigatis: Pro certo scituri, quòd si hoc præsũpseritis, periculũ ordinis [b], & dignitatis poteritis non immeritò formidare.

¶ Idem †.

¶ *Pro habẽdis spiritualibus homagium facere simoniacum est.*

CAP. XVII.

Ex † diligenti tua relatione innotuit, quòd H. Cant. Archidiaconus te induxit, vt ei homagium faceres, & fidelitatẽ præstares, ita quod ipse tibi beneficium Ecclesiasticum annis singulis exhiberet. Vnde † quoniam huiusmodi obligatio [c] illicita, & contra tuæ salutis [d], nec non & suæ profectum existit, absolui à nobis instantiùs postulasti: adiiciens, quòd ab eo deinceps nihil omnino [e] de beneficio acciperes constituto. Quocirca nos tuam petitionem honestam, & fauorabilem attendentes, te à præfati Archidiaconi homagio, † & fidelitate (præsertim cùm hæc taliter præstita, diuinis [f], & humanis [g] legibus contraire noscantur) absoluimus [h]: ita quòd ab Episcopo, vel sacerdote discreto [i] pœnitentiam inde condignam recipias.

¶ Verùm ne aliqua propter hoc nota, vel infamia [k] possis † respergi, absolutionis nostræ litteras tibi duximus indulgendas: quibus contra latrantium morsus, tutus, & præmunitus existas: & quas in testimonium indulgentiæ nostræ valeas demonstrare [l].

¶ Item Strigoñ. Archiepiscopo.

¶ *Ordinatio, vel consecratio non censetur simoniaca, licet ordinatori aliquid donatum fuerit non ex pacto.*

CAP. XVIII.

Etsi † quæstiones tuas de feruore religionis ad nos perferri nullatenus ignoremus, non tamen tibi est in his vltrà, quàm oporteat, dubitandũ: cùm leges humanæ dicant, quòd quidam tenui religione [m] sacramẽta † etiã necessaria [n], & legitima exhibere contemnunt: tenuem religionem vocantes, quæ † in talibus hæsitat [o], vbi non est aliquatenus hæsitandum. § In hoc itaque quòd P. Presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis Legatus pro electione tua, & vt pallium traderet, ad partes illas accessit, frater tuus eius præsciens necessitatem, ei equũ vnum te ignorante transmisit, quoniã per mare veniẽs, nullas, aut paucas secum equitaturas adduxit, te nullo modo timere oportet. Cùm in accipiendis,

† *Cap. 19. e. ti. in 1. compil.*

Ex [a] diligẽti.] In prima parte ponitur supplicantis narratio, petitio, & obligatio. In secũda petitionis exauditio cum determinatione, & litterarum datio ibi, *Quocirca*. Abb.

† *Hæc periodus in codice Barbatiæ habet ita: Vnde quoniã huiusmodi obligatio illicita est, & cõtra salutem animæ tuæ, necnõ & suæ profectum existit, &c.*

† *hominio.*

Casus. Archidiaconus Cantuarieñ. induxit quẽdam clericum, vt faceret ei fidelitatem, ita quòd ipse illi clerico beneficium Ecclesiasticum annis singulis exhiberet: clericus iste vidẽs, quòd huiusmodi obligatio illicita erat, petiit instanter à domino Papa absolui, dicens, quòd de prædicto beneficio nihil amplius acciperet: Papa videns petitionem huiusmodi honestam, & fauorabilem, ipsum ab illa fidelitate absoluit, cùm illud contrarium fuerit diuinis legibus, & humanis, ita quod à sacerdote discreto pœnitentiam accipiat: & ne nota infamiæ possit respergi, concedit sibi has litteras, quas possit ostẽdere in testimonium suæ indulgentiæ contra infamantes eundem. Nota, quòd fidelitas pro re spirituali acquirenda fieri non debet: quia simonia esset.

¶ *Glo. seq recitetur per quæstionem, an obligatio, &c.*

c ¶ *Obligatio.*] Obligatio ista turpis fuit, & illicita, ideo neq; de iure, neq; de facto ligat. 3. *de pact. c. vlt.* & est illud munus ab [a] obsequio indebitè impẽso. vnde simoniã inducit. 1. q. 1. *sunt nonnulli.* & pro spiritualibus homagiũ exigi nõ debet. 3. *de reg. iur. c. vlt.*

a *De hoc plene B. Thomas 2. 2. q. 100. art. 5. Sotus lib. 9. de Iustit. & iure. q. 7. artic. 3.*

d ¶ *Contra tuæ salutis.*] Iuramentum istud vergit in dispendium salutis æternæ: quia præstitum est pro re spirituali, pro Ecclesiastico beneficio scilicet, vnde non potest seruari 3. *de condi. app. c. si.* & 3. *de iureiur. si verò.* & 3. *quod met. cau. cùm dilectus.* & 22. q. 4. *si aliquid.* Alanus.

e ¶ *Nihil omnino.*] Aliàs certam pœnitentiam agere non posset. 3. *de accusatio. inquisitionis*, quia venia non datur nisi correcto. 24. q. 2. *legatur.* 23. q. 7. *quemadmodum.* sed pœnitere non potest, nisi renuntiet illud beneficium: vt dixi in prædicta decreta. inquisitionis.

f ¶ *Diuinis.*] Id est, canonicis: sic exponitur 3. q. 5. *quod suspecti.* & 1. q. 1. *quàm pio.* & q. 3. *si quis obiecerit.* & c. *saluator.* vel propriè, quia hoc est contra vetus, & nouum Testamentum 1. q. 1. *qui studet.*

b *Quo iure simonia sit prohibita, vnde prænissime explicatum per Dominic. Sotum l. 9. de Iust. & iure. q. 5. art. 2.*

g ¶ *Humanis.*] C. *de epis. & cleri. si quenquam.* & *in Auth. de sanc. episcopo. circa pr. §. sed neque. coll.* 9. Nota ergo, quòd crimen simoniæ grauissimum reputatur, ex quo diuinis, & canonicis, & humanis legibus condemnatur. *arg. 1. q. vlt. c. vlt.* Ber.

h ¶ *Absoluimus.* Ipso iure tamen absolutus erat: vnde expone, absoluimus, id est, absolutum ostendimus, & potius factum respice: talis absolutio. Tan.

i ¶ *Discreto.*] Nota verbum istud, quòd discretus pœnitentiarius est quærendus, qui sciat soluere, ac ligare. *de pæn. d. 6.* qui vult petita & obtenta licentia priùs proprij sacerdotis: aliàs non debet fieri. 3. *de pæn. & remiss. omnis. §. 1.* Bern.

k ¶ *Infamia.*] Simoniaci enim infames sunt. 1. q. 3. *c. vlt.* Et hæc est talis infamia, quòd nisi cum eo dispensetur per principem, ad aliquod Ecclesiasticum beneficium admitti nõ [c] debet: quoad Deum acta pœnitentia tollitur. *ar. 2. quæst. 3. §. hinc colligitur.*

† *Aliàs ita: possis in posterum respergi.*

c *Hæc Bernardi opinio non placet hic Hostiẽsi, quem laudat Io. And.*

l ¶ *Demonstrare.*] Aliàs non crederetur secum fuisse dispensatum, nisi ostenderet indulgentiam. 3. *de schismat. c. 2.* Ber.

Etsi.] Diuiditur. In prima quærentis conscientiam a puritate commendat, & scrupulosam curiositatem reprehendit. In secunda ibi, *In hoc*, factum narrat: distinguendo soluit, & concludit soluendo. Secundum ibi. *Cum in.* Tertium ibi, *Si ergo.* In tertia principali ibi, *Quod autem*, respondet auctoritati, ex qua dubitatio insurgebat. Abbas Siculus.

† *Cap. 20. eo. tit. in 1. comp. & post concil. Latera. sub Alexan. iij. par. 30. cap. 1. vide Turrecrematam in cap. sunt nonnulli. 1. q. 1.*

† *Vide Hostiensem in ca. excommunicamus 2. §. adiicimus. infrà de hæret.*

† *In tribus Vaticanis ita: qui in talibus hæsitant, &c.*

Casus. Quidam electus fuit in Archiepiscopũ Strigoñ. & confirmatus: Papa per quendam Cardinalem per mare euntem trãsmittit ei pallium: Frater illius electi occurrit obuiam Cardinali: & Cardinalis cùm paucas equitaturas haberet, obtulit ei Palefredum, Episcopo electo ignorante, & recipiente postmodum pallium ab eodem: postea Archiepiscopus hoc intelligens dubitauit, an esset sibi in aliquo imputandum: consuluit Papam super hoc, & ipse respondet, quòd in his vltrà, quàm oporteat, dubitare non debet: cum dicant humanæ leges, quòd quidam contemnunt sacramenta etiam necessaria exhibere, quadam tenui religione, dicentes tenuem religionem, quæ dubitat, vbi dubitãdum nõ est; & ideo pro eo quòd frater eius Cardinali equũ vnum illo ignorante transmisit, nullo modo ipsum dubitare oportet: cùm paucas equitaturas veniens per mare secum haberet: quia in accipiendis muneribus, vel dandis, tria sunt consideranda, s. qualitas dantis, & accipientis, quantitas muneris, & tempus donationis. qualitas personarum, vt à quo, & cui, an à paupere diuiti, vel econuerso; quantitas muneris, s. an magnum, vel paruum sit donum; tempus, an instante necessitate, vel alio tempore donetur. Si prædicta considerentur, non fuit magnum, si frater ille equũ vnum Cardinali donauit, quẽ histrioni etiã non petẽti donaret: & potiùs hoc fecit necessitate inspecta, quàm alia intentione: quod autem dicitur: *Beatus qui excutit manus suas ab omni munere*: de donis illis dictum est, quæ solent accipientes, vel accipientis animã allicere, in aliis, quæ accipientis animum nõ immutarẽt, Romana Ecclesia interpretari cõsueuit, accipientẽ non delinquere, vel donantẽ. Nota, quòd non debet Episcopus dubitare, vbi dubitandũ nõ est. Itẽ in donis dãdis tria considerãtur: vt littera dicit. Item modica non præsumũtur aliquem immutare.

d *Alij alia afferunt iurisconsulti verba; sed nemo habemus ea, quibus hic Pontifex vsus est.*

m ¶ *Tenui religione.*] In lege dicitur [d], quod quidam subtili reuerentia tenti: vt nec verum iuramentum præstare velint. C. *de fide instru. l. vlt. ad fin.* quandoque dicitur verecundia, vel timiditas. ff. *de constit. pecu. illud. in fi.* ff. *de condi. instit. quæ sub conditione.*

e *Hic error fuit Valdensium, vt refert Eymericus in Directorio inquisitor. part. 2. q. 14.*

n ¶ *Necessaria.*] Hæretici [e] etiam veritatem nolunt iurare: vnde eo ipso tanquam hæretici reputantur. 3. *de hære. excommunicamus. §. adiicimus. ver. si qui verò.*

o ¶ *Hæsitat.*] Simile 24. q. 2. *sanè quòd super. in princip.* & 3. *de rescri. cùm contingat.* Bern.

¶ *Glos.*

¶ Gloss seq. quatuor facit, ponit differentiam muneris ad donum: ponit per versus quatuor in muneribus attendenda: prosequitur demum septem, & recitat apophthegma.

vel dandis muneribus a, tria sunt maximè attendenda: personæ scilicet dantis, & accipientis qualitas, quantitas muneris, & donationis tempus. Qualitas personarum, vt à quo, & cui videlicet, an à paupere diuiti, vel econuerso, siue à diuite locupleti datum fuerit, æstimatio muneris, & donationis tempus, si magni, vel minoris pretij res data existat, & an instante necessitate, seu alio tempore conferatur. ¶ Si ergo prædictorum Cardinalis, & fratris tui personam, & qualitatem pensamus, non fuit magnum ab eodem fratre tuo Cardinali equum b vnum transmitti, quem etiam ioculatori † non petenti c, vir tantus, & tam abundans fortè donaret d: verùm si temporis necessitatem perpendimus, non alia intentione e hoc constat factum f fuisse, quàm vt Cardinali subueniretur in articulo prænotato: *& infrà.* ¶ Quod autem scriptum † est: [Beatus qui excutit g manus suas ab omni munere] de illis donis dictum est, quæ accipientis animum allicere, vel peruertere solent: quoniam † si ipsa etiam persona electi offerat ordinatori, vel consecratori suo electuarium, aut de vino, siue de aliis huiusmodi, quæ † modici pretij h fuerint, & quæ voluntatem recipientis inclinare, vel mouere non debeant: non tamen Ecclesia Romana interpretari consueuit, accipientem in his delinquere, vel donantem.

¶ Idem.

¶ Abbas, & maiores de Conuentu, pro receptione Monachi receperũt pecuniam ex pacto: ab officio, & beneficio suspenduntur: & taliter recepta pecunia restituitur, & in aliud monasteriũ ita receptus trãsfertur.

CAP. XIX.

VEniens † ad nos F. Presbyter proposuit, quòd Abbas, & fratres sancti R. noluerunt eum in Monachum recipere, quousque triginta solidos dare conuenit: conuentione autem facta, sequenti die cum monasticum † habitum induerunt: & iidem monachi triginta solidos, Abbas verò decem, & familia duodecim pro pastu, (asserentes hoc esse de consuetudine i monasterij) postularunt. ¶ Quoniam ergo factum huiusmodi perniciosum videtur: Mandamus, quatenus si ita esse inueneris, Abbatem, & Monachos ad restituendam k † pecuniam præfato F. tam indignè l receptam, compellas: & Abbatem, & maiores m personas monasterij, pro tantæ prauitatis excessu, ab officij executione suspendens n, præcipias o dicto F. vt in alio monasterio, in habitu monastico, Domino studeat deseruire.

¶ Idem.

¶ Si ordinãdus præsentatori suo aliquid dedit ex pacto, simoniacũ est: non tamẽ deponitur, si est occultum.

CAP. XX.

EX † tuæ fraternitatis litteris, & ex confessione Sacerdotis præsentium latoris accepimus, quòd cùm ad Sacerdotij ordinem non † aliter voluisset eum eius Archidiaconus præ-

a ¶ *Dandis muneribus.*] Aliud est munus, & aliud donum. *ff. de verb. signif. inter donum. Muneribus dandis attendas quatuor ista: Qui dat, quisue petens, quæ res, qua causa petendi.* Laur. Cõsiderari debet, quid offeratur. 19. *dist. cap. secundum.* Quale. 49. *dist. c. penul. & vlt.* A quo *etiam arg.* 3. *q.* 7. *in grauibus*, & ꝑ quo. 1. *q.* 1. *dictum est* 2. Itẽ ad quid offeratur, *de consec. dist.* 2. *& dixit.* Quaintẽtione. 8. *q.* 1. *in scripturis.* Quantum. 17. *qu.* 1. *Ananias.* Et hic consideratur quantitas ex persona dantis, & recipientis. Vnde Seneca: Quidam Cynicus petiit à Rege Antigono talentum, respõdit Rex, quòd plus est, quàm Cynicus petere debeat, & sic fuit repulsus: petiit denariũ Cynicus, Respondit Rex, quòd minus esset, quàm deceret Regẽ dare: & ita turpissimá cauillationẽ inuenit: qua neutrum daret, cum posset dare talẽtũ: tanquam Rex, & denarium tanquam Cynico.

† *Vide Caietanũ apud B. Thom.* 2. 2. *q.* 115. *ar.* 1.

b ¶ *Equum.*] Quandoque tamen lex solidi simoniam inducunt. ȷ. *eod. ex tua.*

† *Esdræ c.* 33. *refert Burchardus lib.* 1. *c.* 113. *Iuo par.* 5. *c.* 86. *Anselmus lib.* 6. *c.* 7. *Gratianus in cap. sunt nonnulli.* 1. *q.* 1.

c ¶ *Non petenti.*] Et ideo gratius, vnde Seneca: Non gratis accipitur munus, quod petenti donatur, vnde illud Apostoli: *Beatius est dare quàm accipere.* 16. *q.* 1. *prædicator.* qui enim donat, alium sibi naturaliter obligat. *ff. de petit. hæred. sed & si. §. consuluit*: & ille cui donatur, exhibere reuerẽtiá donatori compellitur, & obedire. 8. *q.* 2. *illud quidam*, vnde versus:

Gratius est donũ, quod venit ante preces. Vinc.

† *In vno manuscript. Vaticano ita: quoniam etiam si ipsa persona, &c.*

d ¶ *Donaret.*] Quod de iure fieri non debet, quia quod iaculatoribus donatur, arti nequissimæ donatur 86. *distinct. donare.*

† *Aliùs ita: quæ modici pretij fuerint ex quo voluntatem, &c. Sed nos vetustiora, & emẽdatiora, & omnia Vaticana exemplaria secuti lectionem impressam retinuimus.*

¶ Gloss. seq. arg. per exteriora, & c. secundo à contrario litera arg. quòd sic, & cap. duos casus excipit.

e ¶ *Intentione*] Hic interpretatur Papa intentionem alterius partis per exteriora: aliter non posset diuinare de intẽtione alieni cordis: quia nec etiam Paulus, licet spiritu Dei plenus fuerit, potuit diuinare. 22. *q.* 2. *beatus*, & ŝ. *vt Eccles. benef. vt nostrum*, & *ff. ad leg. Aquil. si putator in fin. & quod dicit hic.*

f ¶ *Constat factum fuisse*] Id est, præsumit & est arg. quod per exteriora præsumitur de interioribus. ŝ. *de præsump. c.* 2 & 3. & ita vt per litterá istá à cõtrario: ꝙ si alia intentione equũ Cardinali dedisset, aliás nõ daturus: nisi vt posset faciliũ expediri negotiũ fratris, licet eo ignorante, præiudicasset ei. 1. *q.* 5. *præsentiũ.* nisi in odium eius hoc fecisset. ȷ. *eo. nobis*: vel nisi eo prohibente hoc fecisset. ȷ. *eod. sicut* recurrendum est in talibus ad intentionem, & ex intentione ista considerantur, & in incertis locus est cõiecturis, & non in his, quæ certa sunt. *ff. de verb. obligat. continuus. §. cum ita. in fin.* cum enim res certa est, secus fit. *ff. lo. sed addes §.* 1. *Ber.*

g ¶ *Qui excutit.*] 1. *q.* 1. *sunt nonnulli.*

h ¶ *Modici pretij.*] Quæ videlicet ad magnam quantitatem non producantur. *ff. de offic. procons. solent, in fin. & ff. de offic. præs. plebiscito*: in his enim interpretatur Ecclesia simoniam non committi: quia non est verisimile, quòd propter huiusmodi modica, aliquis moueretur ad aliquod iniquum faciendum. Bern.

VEniens.] Prima pars ponit querelam presbyteri. Secundà dat iudicem, cui tria mandat ibi, *Quoniam.* Abbas Sicul.

CASVS. Quidam presbyter E. nomine voluit fieri monachus in quodam monasterio: Abbas, & fratres noluerunt eum recipere in monachũ, quousque conuenit eis dare triginta solidos: facta conuentione sequenti die receptus fuit in monachum: monachi postulauerunt ab ipso xxx. solidos. Abbas x. familia xij. pro pastu, dicentes hoc esse de consuetudine monasterij: monachus ille accessit ad Papá proponens prædicta coram Papa: vnde mandat cuidam, quatenus si est ita, compellat Abbatem, & monachos ad restituendam pecuniam presbytero indignè acceptam: & idem præcipiat, vt in alio monasterio in habitu monachali Dño studeat seruire Abbatẽ, & maiores personas monasterij ab executione ordinis sui suspendens, ꝓ tantæ prauitatis excessu. Nota pecuniam restitui monacho, quã dedit monasterio suo pro sua receptione.

† *Cap.* 1. *eod. tit. in* 2. *cõp. Vide Turrecrematam in ca. statuimus decretum.* 1. *q.* 1. & *B. Thom.* 2. 2. *q.* 100. *ar.* 3. *ad* 4. *argum. & plenè per Syluestrum in summa, verbo, simonia. q.* 15. *& de intellectu Conarruuiã in regula, peccatũ. par.* 2. *relectio. §.* 1. *in fine.*

† *Monachatum.*

† *De pœna simoniacorũ, vide plenè per Turrecrematam loco præcitato, adde B. Thom.* 2. 2. *q.* 100. *art.* 6.

i ¶ *De consuetudine.*] In hoc non valet consuetudo. ȷ. *c. Iacobus*, & 1. *q.* 3. *c. vlt.* & talis consuetudo dicẽda est potiùs corruptela. ȷ. *eod. sicut pro certo.*

k ¶ *Restituendam.*] Arg. contra. ŝ. *eod. de hoc.* vbi habes quid iuris sit super tali restitutione facienda.

l ¶ *Indignè.*] Simoniacè simi. ȷ. *eod. tua*, & ŝ. *de pac. cap. vlt.* Ber.

m ¶ *Maiores.*] Quorum consilio Abbas regitur. *argu.* 10. *q.* 2. *Episcopus habeat*: vnde grauius puniuntur, quia fuerũt auctores facti, qui debebant hoc prohibere. argum. ȷ. *de cleric. ex commun. min. latores.* 24. *qu.* 3. *qui aliorum. simile.* ȷ. *eod. dilectus, vbi de hoc.*

† *Cap.* 2. *eo. tit. in* 2. *cõp.*

† *In codice Barbatiæ ita: non aliter voluisset eũ suus archidiaconus præsentare, nisi sex solidos solueret eidem: & sic ordinem ab ipso præsentatus accepit.*

n ¶ *Suspendens.*] De pœna istorum regularium, qui per simoniam recipiuntur, & qui recipiunt, habes ȷ. *eod. quoniam.* Bern.

o ¶ *Præcipias.*] Ex eo quod dicit, præcipias, apparet, ꝙ monachꝰ fuit, aliás nõ præciperet: sed videtur, ꝙ nõ deberet esse monachus, quia istud esset contra substantiam monachatus. *arg.* ŝ. *de condi. appo. c. vlt. in tex. & in glos. quæ incipit: Quod dicitur; ad fi.* Ber.

EX tuæ.] Primò ponitur consultatio. Secundò responsio ibi, *Vnde.* Abbas.

CASVS. Quidam, cùm vellet ad Sacerdotij ordinem ascendere, accessit ad Archidiaconũ, vt eũ præsentaret ad ordinem Sacerdotis: qui noluit eum ad ordinẽ præsentare prius, nisi sex solidos soluisset eidem: & sic ordinem ipsum per eum præsentatus accepit. Episcopus diœcesanus, cui Sacerdos hoc in secreto fuerat confessus, quæsiuit à domino Papa, quid de ipso presbytero esset agendum? Respondet Papa, si hoc est secretũ, eundem Sacerdotẽ moneat, & inducat, vt ordinẽ alicuius religionis assumat: & perpetuò abstineat ab officio Sacerdotis: alioquin non debet ipsum ab officio Sacerdotis coẽrcere: cùm sit secretus eius excessus: pœnitentiam tamen secretam sibi iniungat. Nota, ꝙ crimen occultum prælatus punire debet: quia illud scit vt Deus non vt iudex.

¶ Glo. seq. not. quòd quantitas, &c. & dat simile, signat contr. & sol.

a ¶ *Sex solidos.*] Nota, quòd quantitas muneris diuersitatē inducit non inducit.14.q.*vlt.c.vlt.* ª & 1.q.1. *indices,& cap.placuit,& 1.q.3.si quis præbendas:*sicut in vsura quicquid sorti accedit, vsura est. 14. q.3. *plerique,& cap.vsca*: aliàs est sub *cap. plerique.* ꝭ. *de vsur.consuluit. Argum. contra.* ꝭ.*eo.& si quæstiones.* Solut. intentio consideranda est: furtum enim sine affectu furandi non committitur. 14. q.*vlt. cap. vlt.* sic etiam est in simonia, vt dictum est ꝭ.*e.& si quæstiones.*B.

ª Probat, quòd in re modica committitur furtū: ad idem *su.de appell. ca.de appellationibus fa cit 17.q.4.c. 1.24. quæ.1. odi. Ioan. And.*

¶ *Glos.seq.signat contrarium de decr.&c.& sol.*

b ¶ *Secretò.*] 2. q.1. *si peccauerit, & 6. q.2. si tantùm, & sup. de temp. ord. ex tenore, & c. vlt. & ꝭ.eo. Matthæus* altiùs prohiberi nō potest vt dicunt iura prædicta,& hic. Sed contrà. arg. ꝙ coerceri possit, *supr.de temp. ord. ad aures*: vbi dicitur, ꝙ contra voluntatem prælatorum suorum subditi promoueri nō debent: ergo eadem ratione debent abstinere. Illud loquitur de regularibus, qui contra obedientiam sui prælati promoueri non debent, nec habent titulum, ratione cuius promoueri debeant: hic loquitur de executione ordinis iam suscepti, à qua sine manifesta causa aliquis remoueri nō debet.

¶ *Vide Federicum de Senis, consil. 140.& Geminianum in c. si pauper. de præben.lib.6.*

¶ *Glos. seq. arg. in contrarium,& remittit.*

c ¶ *Coercere.*] Arg. ꝙ simoniacus non est ipso iure suspensus, b *arg. cō- tra* ꝭ.*eo.tanta, & 1. q.1. reperiuntur* De hoc dictum est ꝭ.*e. accusatum.*

†*Cap.3.eod. tit. in 2.cōp. Vide itaque in c. cùm in Ecclesiæ. & cap.veniens, suprà eod.*

b *De hoc articulo videto latiùs hic per Ioan. Andr. recentiores doctores.*

¶ *Glos.seq. signat contrarium,& soluit.*

d ¶ *Secretam pœnitentiam.*] *Arg. contra.24. q.2. legatur, & 23. q.7. quemadmodū, & arg.* ꝭ. *de accus. inquisitionis, &* ꝭ. *eod. Matth. in fin.* Sola pœnitentia quantùm ad vitam æternam sibi dari non potest, nisi recedat à peccato: vt dicunt iura prędicta,& *de pœnit. dist. 3. pœnitentes, & dist. 5. falsas*: tamen danda est ei, ne induresat in peccato suo. ꝭ. *de pœnit.& remiss. quod quidam, & 90. dist. si quis contristatus.* argum. quia forsitan timore pœnitentiæ etiam renunciabit, ad quod tenetur. 1.q.1.*si quis neque.* Bernard.

† *Cap.18.eo. t.in 1. comp. Vide Magistr. senten. & ibid. Doctor. Theologos, lib 4 di.25. §.differ. & §.simoniaca autem hæresis.*

sentare, sex solidos ª soluit eidem, & sic ordinem ipsum per eum præsentatus accepit. Vnde tibi sic duximus respondendum, vt si hoc non est publicum, sed secretum, eundem Sacerdotem secretò b conuenias, monens sine illa coactione propensiùs, & inducens †, vt ordinem alicuius religionis assumat, & perpetuò ab officio abstineat, quòd illicitè acquisiuit. Alioquin non erit tutum (cùm sit secretus eius excessus) ipsum inuitum ab eodem officio coërcere c, cui tamen secretam pœnitentiam d, secundùm quod tibi visum fuerit, iniungere non postponas.

¶ Idem.

¶ *Breue est, nec potest breuiùs summari.*

CAP. XXI.

AD † nostram: *& infrà.* ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus pro ministerio Ecclesiastico e exercendo, siue pro Vicariis assignandis, seu pro chrismate, nullatenus pecuniam exigatis.

¶ Lucius tertius.

¶ *Cum simoniacè ordinato, qui simoniacus non est, dispensari potest.*

CAP. XXII.

DE † simoniacè ordinatis certum tibi non possumus dare responsum, nisi pleniùs cognoscamus, qualiter fuerint ordinati, cùm quidam, licèt secundùm quandam speciem simonię, vtpote ipsis ignorantibus, simoniacè ordinentur, possunt (quia simoniaci non sunt) in suis ordinibus remanere f.

¶ Idem.

A *D nostram.*] C A S V S. In hoc capitulo dicitur, ꝙ pro ministerio Ecclesiastico, & pro vicariis, & chrismate, nihil omnino accipiatur. Not. ꝙ pro officiis Ecclesiasticis nihil dari dēt.

e ¶ *Ecclesiastico.*] ꝭ.*eod. non satis, cùm in Ecclesiæ. ea quæ.& ꝭ. eo. in tantum.* in quibus habes plene de his, quæ hic prohibentur.

D *E simoniacè.*] Non diuiditur.

C A S V S. Quidam ordinati fuerant simoniacè: quæsitum fuit de his, quid esset agendum? Papa respondet, super hoc certū non possumus dare responsum, nisi primò sciamus, qualiter fuerint ordinati: quia secundùm quandam speciem simoniæ quidam licet simoniacè sint ordinati, vtpote ipsis ignorātibus, simoniaci non sunt, & illi dispēsatiōe possunt in suis ordinibus remanere. Nota, quòd qui simoniacè ordinati sunt ipsis ignorantibus, non sunt simoniaci, cum quibus possunt Episcopi dispensare.

f ¶ *Remanere.*] Dispensatione: quia de iure renunciare tenentur, postquam hoc sciuerint, vt 1. q. 1. *præsentium, & ꝭ. eod. de regularibus, & cap. ex insinuatione, & cap. nobis, & ꝭ. de elect. c. per* Et etiam post liberam resignationem potest Episcopus cum talibus dispensare, vt in eisdem Ecclesiis recipiantur, vt dicit c. *præsentium, & ꝭ. eod. ex insinuatione.* Cum illis verò, qui simoniam commiserunt, vel eis scientibus est commissa, Episcopi dispensare non possunt, sed solus Papa, ꝭ. *eod. nobis, in fin.& cap. penult.* De hoc plene not. *sup. de renunciat. post translationem.* Bernard.

f *Dispensatione Papali, si simonia fuit in ordinat.& est manifesta: sed si est occulta, dispensat Episcopus secundùm Ala. Lau.& Tāc. Arg.* ꝭ. *eod. ex tua.* ecōdem *Host. Ioan. And.*

¶ *Si contradicētes electo, pro pecunia de volūtate electi tradita à contradictione cessat, electus postea confirmatus est simoniacus, & beneficio renunciare tenetur.*

CAP. XXIII.

MAthæus † Cardinalis secreta nobis insinuatione monstrauit, quòd cùm fuisses ad Ecclesiæ tuæ regimen de voluntate maioris g partis fratrum electus, paucis h tibi contradicentibus: quidam amicus tuus de conscientia tua, & voluntate turbata, ei, qui magister discordiæ videbatur, certæ quantitatis munus exsoluit, & sic contradictio conquieuit, nunc autem dubitas, quòd non sis à labe simoniæ prorsus immunis, donec in administratione volueris remanere.

¶ Quia igitur consilium requisisti, quid tibi sit faciendum, respondemus, quòd multùm tibi consulis i, si administrationem celeriter k, ac sponte l dimittas, illius verbi memor existens: [Nihil prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur.]

¶ Idem.

¶ *Pro absoluendo excommunicatū, pretium aliquod exigi non debet.*

CAP. XXIV.

AD † aures nostras peruenisse noueris, quòd cùm C. de Seneuilla, ꝑpter pecuniam, quam debebat, vinculo fuisset excōmunicationis astrictus, creditoribus satisfecit, sed ab excommunicatoribus decem libras pro absolutione quærenti-

M *Atthæus.*] Commenti diuisio. Secunda pars ibi, *Quia igitur.* Abbas.

C A S V S. Quidam electus fuit ad regimen cuiusdam Ecclesiæ de voluntate maioris partis, paucis contradicentibus: quidam amicus illius de voluntate electi turbata quandā pecuniam soluit illi, qui discordiam faciebat, & sic contradictio quieuit postea dubitans, ꝙ simoniā cōmiserit, per Cardinalem illum factum secretè domino Papæ intimauit, petens super hoc consilium salutare: & Papa respondet ei dicens, ꝙ multum consulit sibi, si administrationem sponte dimittat, memor existens illius verbi: *Nihil prodest homini, si vniuersum mundum lucretur: animæ verò suæ detrimentum patiatur.* Not. quod turbata voluntas non excusat.

† *Cap.31.eo. tit. in 1. cōp. & post Conc. Lateran. sub Alex. in. par. 40. cap.4.*

g ¶ *Maioris.*] Vnde valere debebat electio sua non obstante aliorum cōtradictione, nisi aliquod rationabile opponeretur. ꝭ. *de his, quæ fiunt à maio. par. cap. c. cùm in cunctis, de hoc not.* ꝭ. *de elect. Ecclesia vestra 2.*

Matth. 16. Luc.9.

¶ *Glos.seq.recit. per obiec.si contradictores erant pauci, ergo iniustè vexabant: sicut igitur redimere licet pauci,&c.*

h ¶ *Pauci.*] Licet pauci essent, poterant tamē se opponere, quia forte erant contempti. ꝭ. *de elect. ꝙ sicut, & c. venerabilem*: vel aliam exceptionem poterāt opponere electo: forte ꝙ erat matrius corruptæ, & ita ius habebant contradicendi: vnde nihil eis dare debuit: & quia eo sciente, & non contradicente pecunia data est, simoniacus est, non obstante voluntate turbata, sine coacta: quia voluntas turbata, siue coacta, voluntas est, *sup. de elect. cùm inter R.* nisi ex toto esset mente alienatus. 15. q. 1. *merito.* & ei est imputandum. 14. *distin. quod ait*: quia malorum mores informare autem non excusat. C. *si aduersus delictum. l. 1. si verò prohibuisset*, quàm citò hoc intellexerit, non imputaretur ei. ꝭ.*eod.si at.* Et est argum. quod turbata voluntas, voluntas est, sicut coacta *sup. de elect. cùm inter R.*

† *Cap. 4.eo. tit. in 2.cōp. Vide B. Thom. 2. 2. quæ. 100. artic.2.*

d *Dicit Innocentius, quòd infra, vel etiam esset contradictio: ante confirmationem dare nō licuit.& remittit.* ꝭ. *de elect.signifi- casti. Ioan. And.*

¶ *Glos.seq.recit. per ꝙ.quare Papa non prohibet,& c.*

i ¶ *Consulis.*] Hoc ideo dicit, quia etiam peccatum occultū erat, vnde illum expellere non poterat prohibere, nisi consulendo. ꝭ. *de tempo. ordi. ex tenore.* & c. vlt. & ꝭ. *eod. ex tua.* A de hoc: & licet dicatur consulis, necessitatem importat, si vult saluari: quia nisi renunciet, saluari non potest, vt dixi ꝭ. *eo. ex tua, in fin.* & hoc idē dicit litera, in fine & illud est salubre, seu salutare consilium.

k ¶ *Celeriter.*] Id est incontinenti: quia quantò tem amplius contractat, tantò grauius peccat. ꝭ. *eod. cùm in Ecclesiæ.* sicut fur, qui semper est in mora *ff. de condi. fur. in re furtiua.* § *& l. vlt.* Bern.

e *Facit, quod not.* ꝭ. *de eta. & qua- li. ad aures. in vit. glos. Ioan. And.*

l ¶ *Sponte.*] 1. q. 1. *si quis neque.*

A *D aures.*] Primò ponitur querela. Secundò iudicis datio ibi, *Quoniam.* Abbas.

C A S V S. Quidam C. nomine propter pecuniam, quam debebat excom-

excommunicatus fuit, quia eum ad terminum non persoluit: & tandem creditoribus satisfecit. Sed absolutionis beneficiū habere non potuit excommunicatoribus quærentibus 10. lib. pro absolutione: conquestus fuit ille Papæ, vnde mandat quibusdam, quatenus si prædictus C. debitum soluit, ipsum gratis absoluāt, si excommunicatores requisiti ipsum nō duxerint absoluendum. Nota, quod absolutio gratis est impendenda, cum sit spiritualis.

¶ *Gloss. seq. prim. reddit causam: secundò quærit, & soluit: tertio declarat interesse partis, vel iudicis hic non prohiberi.*

a ¶ *Absolutionis.*] Beneficium absolutionis, cùm sit Ecclesiasticum ministeriū, & spirituale, nihil est exigendum pro ipso præstando. ȷ. *eo. ad nostram, & cap. nemo, & c. cùm in Ecclesiæ.* & ideo qui precium pro ipso recipit, simoniacus est. 1. *qu. 3. non solum. & ca. quæsitum.* Sed illud potest dubitari, vtrum si distulisset aliquid pro absolutione, simoniā cōmittat? Et potest dici quòd non, quia inutile absolutio denegatur sibi, ex quo satisfecit, cū vexationem suam redimat [a]. ȷ. *eo. c. dilectus*, vbi de hoc: vnde non posset ab eo legitime appellari: cum graue immineat animæ periculum. arg. ȷ. *de appell. vt debitus.* Nihil ergo directe iudici pro absolutione dari debet: secus si aduersarius propter illius contumaciā fecit sumptus: quia illos soluere debet, antequam absoluatur. ȷ. *vt lit. non contest. quoniam. §. in aliis:* & idem credo, si propter hoc iudex fecisset sumptus propter contumaciā excommunicati: illos refundere debet antequā absoluatur: quia non datur intuitu absolutionis. arg. ȷ. *de sent. excom. sacro.* vt putā cùm iudex procedit ex officio suo. ȷ. *de appel. cum speciali:* sed si iniuste illum excommunicasset, sine omni difficultate absolui debet absque grauamine. ȷ. *de sent. excom. sacro.* Bern.

bus, non valuit absolutionis beneficium obtinere.

¶ Quoniam igitur indignum est, & Ecclesiasticæ rationi contrarium, vt absolutionis beneficium redimatur: Discretioni vestræ mandamus, quatenus si præfatus G. debitum soluit, ipsum gratis faciatis absolui, si excommunicatores id non fecerint requisiti.

Clemens tertius.

¶ *Monachi per simoniam recepti si sint simoniaci, ad arctiora monasteria transferuntur: alias post renunciationem in eisdē vel in aliis monasteriis eiusdem ordinis poterunt collocari.*

CAP. XXV.

De † regularibus Canonicis, seu Monachis nos cōsulere voluisti, qui per simoniam ingressum ipsis scientibus habuerunt. Vnde cùm super hoc auctoritates [b] multæ reperiantur expresse, nō aliud, quàm statutum est, respondemus: vt locum, quem taliter [c] adepti sunt, omnino dimittant [d], & solitudines, seu alia monasteria districtiora adeant, in quibus tam execrabilem excessum, sine intermissione deplorent. Si autem ignorantibus [e] ipsis pecunia data fuerit, cogas eos ad renunciandum [f] loco eidem: & postmodum in ipsum [g] reduce re †, (si ibi absque scandalo potuerint remanere) vel in alio, qui sit de ordine ipso, ad seruiendum Deo, poteris collocare.

¶ Idem.

¶ *Si quis Canonicatui renuncians, ad quem per simoniam ignorantes assumptus fuerat, postea de nouo assumatur ad illum: non potest ex prima receptione sibi aliquid vendicare.*

CAP. XXVI.

Ex † insinuatione tua nobis innotuit, quòd pater tuus interueniente [h] pecunia, olim tibi [i] Præbendæ beneficium acquisiuit. Cùmque ad annos discretionis perueniens, accepisses Dominicæ Crucis signum: dictam Præbendam in manu Præpositi, & fratrum liberè resignasti[k]. Sed iidem tibi compatientes, de nouo te in suum Canonicum elegerunt[l]: ita videlicet, quòd per electionem istam, postremum locum in choro, & in aliis obtineres: *& infra.*

¶ Respondemus †, vt indulgentia[m], quā fratres tui misericorditer tibi fecisse noscuntur, contentus existens, ratione primæ [n]

Marginalia (left): † Cap. 7. eo. tit. in 1. cōp. † Vide omnino Turrecremata in c. statuimus decretum. 1. q. 1. & alios quos citaui in c. venies. ȷ. eod. a Vide in fi. ubi Turrecrem. in c. quæsitum. 1. q. 1.

De regularibus.] Primò ponitur consultatio. Secundò respōsio ibi, *Vnde.* Abbas.

Casus. Quidam regulares canonici, & monachi, ipsis scientibus, per simoniam ingressum in monasteriis, & Ecclesiis regularibus habuerūt: quæritur, quid de ipsis sit agendum? Respondet, quòd cùm multæ super hoc auctoritates reperiantur expresse, nihil aliud est statuendum, nisi vt locum, quem taliter adepti sunt, omnino dimittant, & alia monasteria districtiora adeant, in quibus pœnitentiam agant. Si autem ignorantibus ipsis pecunia data fuit, compellendi sunt, vt eidem loco renuncient, & postmodum reducantur in eundem, si absque scandalo ibi poterunt remanere vel in aliis eiusdem ordinis collocentur. Nota, quòd illi, quibus scientibus simonia est cōmissa, in arctioribus monasteriis sunt ponendi, alii ignorantes simoniam in eisdem, vel in aliis locis eiusdem ordinis dispensatione possunt remanere.

b ¶ *Auctoritates*] 1. q. 1. *si quis neque & cap. qui studet, & in multis cap. eiusdem quæstionis: & per totam illam causam.*

c *Taliter.*] Simoniacè, scilicet.

¶ *Gloss. seq. quærit, arguit ad negatiuam, & soluit.*

d ¶ *Dimittant.*] Nunquid licet simoniaco dimittere Ecclesiam sine licentia superioris? Argumentum quòd non. ȷ. *de renunc. nisi cùm pridem. §. 1. & cap. post translationem §. rursus:* sed illa loquuntur tantùm in Episcopo: circa regulares tenet, quod dicitur ȷ. *eo. quoniam.* de aliis verò dic, quòd Episcopi non possunt renunciare in manibus prælatorum, sine licentia domini Papæ: inferiores renunciant in manibus prælatorum suorum. *argum.* ȷ. *de renunc. admonet:* qui si nollent recipere resignationem, nihilominus cedant: quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. 14. q. 6. *si res:* quia furtiuum est beneficium. 1. q. 1. *ordinationes,* & semper est in mora, sicut fur. *ff. de condic. furt. in re furtiua. §. 1. & l. vltim.*

e ¶ *Ignorantibus.*] Isti non sunt simoniaci, licet simoniacè promoti, vt ȷ. *eo. de simoniacæ:* & ideo possunt in suis ordinibus remanere: & post renunciationem, seu resignationem ad beneficia restitui dispensatiue, vt ibi dicitur: & hoc idem dicit Tanc.

f ¶ *Ad renunciandum.*] Quia aliter agere pœnitentiam non potest, de pœnitent. *dist. 5. falsas. arg.* ȷ. *de renuncias. nisi cum pridem. §. 1.*

g ¶ *In ipsum.*] ȷ. *eod. quoniam.* Bern.

Ex insinuatione.] Renuncians beneficio simplici, ad quod per simoniam eo ignorante fuerat assumptus, potest ex dispensatione in ea vocatione de nouo ad illud assumi, nihil tamen ex prima receptione sibi vendicabit. Communis dicit hoc. Secūdò ibi, *Respondemus.* Abb. Sicul.

Casus. Quidam paterna cupiditate, ipso tamē ignorante, in canonicum cuiusdā Ecclesiæ fuit receptus: postmodum ad annos discretionis veniens, signū Crucis assumpsit, & præbendam, quam taliter adeptus fuerat, in manu Præpositi, & fratrum sponte resignauit: sed idem Præpositus, & fratres sibi compatientes, ipsum de nouo in canonicum elegerunt: ita videlicet quòd post istā electionem postremum locū in choro, & in aliis obtineret. Iste quæsiuit à Papa, vtrum primū locum, quem habuerat secundùm primam electionem, valeat recuperare? Respondet ei Papa, vt indulgentia, quam fratres illi misericorditer sibi fecerant contentus existat, & ratione primæ receptionis nihil audeat in ipsa Ecclesia vēdicare. Nota, quod capitulū potest dispensare cum eo, qui ignoranter in Ecclesia beneficiū est adeptus, vt ad eam in ea Ecclesia in canonicū admittatur. Item actio semel extincta amplius non reuiuiscit.

h ¶ *Interueniente pecunia.*] Ex pacto ȷ. *eod. de hoc.* quod esse non debet. ȷ. *eod. tua. 1. q. 2. quam pio. & ȷ. de pact. c. vlt.*

i ¶ *Tibi.*] Ignoranti: aliter capitulum, vel Episcopus cum eo dispensare non potuisset ȷ. *c. prox. in fi.*

k ¶ *Resignasti.*] Postquam intellexit simoniam fuisse commissam, qui ad hoc tenebatur, vt ȷ. *cap. prox.* & sic factum alterius ei præiudicat, & sic punitur sine culpa: quod est contra illud generale: Rem quæ culpa caret. &c. ȷ. *de consti. c. 1. §.* ad hoc est specialis in casu, in odium simoniacorum: quia si non punirentur, nimis frequentaretur illud crimen.

l ¶ *Elegerunt.*] Dispensatiuè: & ita habes hic arg. quòd capitulum dispensat cum simoniaco. Sed potest dici, quod capitulum non dispensat, sed ipsum eligit per dispensationem Episcopi: nam Episcopus de consilio capituli cum talibus dispensat. 1. q. 5. *præsentium & ȷ. de elect. cap. penul.* obseruata distinctione ibi, circa prælationes. arg. ȷ. *c. prox. in fin. & ȷ. de iud. at si clerici, & 1. q. vlt. c. vlt. & 1. q. 1.* erga simoniacos contraria intelliguntur, quando ipsimet simoniacè commiserunt, vel consentiunt: sed ille simoniacus non fuit. ȷ. *eod. de simoniacæ.* & ideo non fuit indignus misericordia, quia alieno vitio laborauit. *C. de nat. lib. legem:* & ideo propter vitium alienum dispensatur cum eo.

m ¶ *Indulgentia.*] Ex hoc notatur, quòd capitulum dispensauit cum illo, sed potest intelligi, vt dictum est in prox. notata. & expone, indulgentia, id est, gratia: quia non tenebantur eum eligere, nisi vellent, & ita gratiam fecerunt ei.

n ¶ *Primæ.*] Simile ff. *de pac. dotal. inter f. trum in fi. ff. de statu homin. l. liber homo. C. de re. pign. l. vlt. in fin. & sup. de renun. cùm inter P.* & ita habes hic, quòd actio semel extincta amplius non reuiuiscit, *de consecrat. distinct. 4. quæris. ff. de solut. qui res § aream, & C. de remiss. pign. cùm ex causa. arg. contra.* ȷ. *de appellat. cum cessante.* Bernard.

Marginalia (right): † Redire, legitur in plerisque vulgatis, sed in omnibus antiquis, reducere: quod agnouit Hostiensis, dum ait: reducere poteris. quod ei ȷ. est sci. dispensatiue, hoc sic verbum erige, educare, in ipsius verbum, poteris. † eo. c. eo. s. de renunciatione in 2. comp. Et vide S. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 6 ad 3. argumentum, & Turrecremata in c. statuimus decretum. 1. q. 1. † aliàs ita: Mandamus quatenus, &c.

Nobis

NObis.] Duæ sunt partes principales. Secunda ibi, *Ad vltimum*. Abbas.

CASVS. Vacante quodam Plebanatu, capitulum eiusdem plebis dedit potestatem eligendi quatuor, qui eligerent Plebanum: amici illius, de cuius electione sperabatur, promiserunt vni de prædictis quatuor, vel etiam omnibus pecuniã se soluturos, eo tamen ignorante: & sic interueniente huiusmodi promissione electus fuit: quæritur, an talis electio propterea sit improbanda? Respondet Papa, quòd quamuis illius promissionis conscius non fuit: huiusmodi electio, si de hoc constiterit, est reprobanda, nisi constaret illos, qui promissionem fecerunt, fraudulenter id fecisse, in dispendiũ illius, qui fuerat eligẽdus. Secundò alia quæstiõ ponitur: Ecce aliquis est electus in Prælatum alicuius Ecclesiæ, illa electio reprobata est propter simoniacam prauitatem, vt dictum est. Quæritur, vtrùm Episcopus cum talibus valeat dispensare? & respondetur, quòd non. Nota, quòd simonia ab alio cõmissa, alij nocet, qui culpabilis non fuit: nisi illud factum fuerit in dispendiũ electi, quia ei non nocet, cùm fraus alicui prodesse non debeat.

a ¶ *Tamen ignorante.*] Nec ratum postmodũ habente: quia tunc ei noceret. j. eo. *sicut*. Ala. ¶ *Glos. seq. argu. à contrario, & id condiinnas per tertia iura, sed tenet contrarium, allegat duos canones.*

receptionis, nihil audeas in ipsa Ecclesia vendicare.

¶ Cœlestinus tertius.

¶ Electio simoniaca est cassanda, si propter hoc electoribus promissa fuit pecunia, quãuis electus ignoret: nisi hoc factum fuerit in fraudem electi. Hoc dicit primò. Cum electo reprobato per vitium simoniæ non dispẽsat Episcop. Hoc dicit secũdò. Abb.

CAP. XXVII.

NObis † fuit ex parte tua intimatum, quòd cùm quatuor essent à capitulo constituti, qui debebant quẽdam eligere in Plebanum: amici eius, de cuius electione spes habebatur, vni, vel omnibus eligentium promiserunt se pecuniam soluturos, eo tamen ignorante [a], qui huiusmodi promissione interueniente [b] postmodum est electus: & *infra*. ¶ Quia igitur super hoc consulere nos voluisti: Consultationi tuæ breuiter † respondemus, quòd nisi constaret illos, qui promissum tale fecerunt, per fraudem in dispendium illius, qui eligendus erat, id malitiosè fecisse [c]: quamuis ipse promissionis conscius non fuerit, eius tamen electio, tanquam simoniaca prauitate præsumpta, est penitus reprobanda [d]: & *infrà*. ¶ Ad vltimum, quod in fine consultationis tuæ inuenimus, hoc duximus respõdendum: Quòd aliquis † in Ecclesiæ cuiuslibet [e] Prælatum electus: & vt dictum est, per prauitatem simoniacam reprobatus, ab Episcopo suo dispensationem [f] aliquam obtinere de iure non potest.

¶ Idem Lincolnien. † Episcopo, & Priori de Pontefracto.

¶ Qui dat Prelato pecuniam, ne ipsum in iure suo de facto molestet: illam repetit, si Prælatus promissa non seruat. Hoc dicit inhærendo litteræ.

CAP. XXVIII.

DIlectus † filius R. Præpositus nobis exposuit, quòd cùm Eboracen. Archidiaconus eum multis grauaminibus affligere non cessaret, promisit ei certam quantitatem pecuniæ se daturum, vt ab ipsius desisteret læsione: verùm dictus Archidiaconus post receptionem pecuniæ, super dignitatibus, & beneficiis eius, ab eius molestia non quieuit. ¶ Ideoque discretioni vestræ mandamus, quatenus si res ita se habet, Archidiaconum restituere, quod accepit [g], (si eũ cõtra promissionem [h] suam venisse constiterit †) compellatis.

Margin notes (left): † Cap. quod. tit. in 2. cõp. Vide præ aliis hic Henrici. Boich. & Turrecremata in c. sunt nonnulli. 1. q. 1. — † Aliàs, aliter. — † In aliquot vetustioribus ita: quamuis ipse tempore promissionis conscius non fuerit: sed in antiquis, vt est impressum. — a Hæc etiã videtur sententia B. Thomæ 2. 2. q. 100. ar. 1. ad 5. argumentum. — b Et 1. q. 3. ex multis, & q. 5. cap. vlt. Ioan. And.

b ¶ *Interueniente.*] Innuitur ex hac littera, quòd licet pecunia promissa, vel data interueniat, si propter hoc ad eũ eligendũ nõ fuerunt moti, quẽ aliàs electuri erãt, non propter hoc est electio vitiosa, arg. *C. si ex fal. instru. l. 3. &* s. *de re iud. cum* l. *&* A. *&* 1. *q.* 6. *c. vlt.* sed verius est, quòd simonia cõmissa est: quia cõstat promissionem interuenisse ante electionem: qualiscunque fuerit intentio eligentium? nulla promissio, vel pactio debuit tunc interuenire. arg. 10. *d. nouit*. quod habetur ibi per Paleã. & 1. *q.* 1. *placuit*. Tan.

c ¶ *Malitiosè fecisse.*] Nota, quod malitiis hominum non est indulgendum, sic j. *eod. sicut.* & s. *qui mat. accus. poss. significante, &* s. *de rescrip. super litteris. & cap. sedes Apostolica. & ff. de rei vend. in fundo.* & alterius odio alius prægrauari non debet. *C. de inoff. test. si quis in suo.*

d ¶ *Reprobanda.*] Et ita alienum factum alij obest: sic alienum factum impedit vsucapionem bonæ fidei possessoris. *C. de vsuca. pro empt. l. 1.* licet enim ille non peccauerit, electio tamen vitiosa est propter eligentes: id est, cùm peccant electores in forma, licet electus non sit in culpa. s. *de elect. Cumana, & cap. Ecclesia vestra.* & quamuis ignorauerit iste de illa simonia, Episcopus hac vice cum illo non potest dispensare, secus in simplici beneficio post liberam resignationem. s. *de elect. cap. penult.*

e ¶ *Cuiuslibet.*] Id est alicuius, simile s. *eo. tit. nemo, in princ.*

¶ Glos. seq. ponit duas lectu. quæ patent.

f ¶ *Ab Episcopo suo dispensationem.*] Potest hoc intelligi, quando electus simoniã commisit, vel alius eo sciente, & ratum habente: vnde Episcopus cum tali dispensare non potest: quia erga tales nulla misericordia est adhibenda. 1. *q.* 1. *erga simoniacos*, & s. *de indic. at si clerici*: vt sic differat casus iste à præcedenti: cum eo, qui simoniam cõmittit, solus Papa dispensare potest, cum ignorantibus dispensant Episcopi: vt dicitur s. *eod. de simoniacis*, & plenius. s. *de renunc. post translationem* [b]. Vel intellige §. *illum in eodem casu, cum princ.* & prima quæstio fuit, quid iuris esset super electione taliter facta: vt ponitur in princ. Vltimò adiecit, si talem electionem contingeret reprobari, vtrùm Episcopus posset cum eo dispensare, vt iterum eligeretur & ad eandem prælationem? Et respondet, quòd non: & intellige, quòd non potest illa vice: quia hoc quærebatur, vt dixi *sup. in princ.* 2. *respond. in fin.* & hoc videtur velle illa littera: vt dictum est per prauitatem simoniacam, &c. & sic refert se ad primum casum, scilicet quando eo ignorante simonia commissa fuit. Bernard.

DIlectus.] Dans pecuniam alicui, ne in iure suo de facto molestetur, potest illam repetere: hoc dicit secundum generalem intellectum. Diuiditur. In prima, querela. In secunda dat iudicem ibi, *Ideoque*. Abb. Sicul.

CASVS. Archidiaconus Eboracen. R. Præpositum multis grauaminibus, & iniuriis affligebat, vt Archidiaconus ab iniuriis desisteret: Præpositus promisit ei certã pecuniæ quantitatẽ se daturũ, & persoluit: sed post receptione pecuniæ Archidiaconus super dignitatib᷒, & beneficiis ab eius molestia non quieuit. Vnde Præpositus dño Papæ fuit conquestus: mandat Papa quibusdam, quatenus si est ita, compellant Archidiaconũ restituere, quod accepit, si ipsum contra promissione suã venisse constiterit. Nota per hanc decret. quòd licitum est alicui redimere vexationem suã. ¶ *Glos. seq. notat ex eo quod restituitur danti, &c. distinguis demum, aut vexans habet ius, &c. tenet contrarium, & sol. c. decimas: quod videtur obstare.*

g ¶ *Restituere, quod accepit.*] Cum indebite & iniuste receperit. 1. *q.* 1. *nullus Eps.* Nota ex eo quòd præcipitur ei restituere, quod accepit, et quòd dedit, innuitur nõ esse turpitudinẽ ex parte dantis ius suũ redimere volẽtis. arg. j. *de magi. prohibdas, & arg.* 1. *q.* 3. *quæsitum, &* j. *de vsur. c.* 1. *&* s. *de feud. insinuatione.* Dicas, quòd ius suum nulli redimere [*] licet in re spirit. aliàs vbi ille, qui petit, ius habet in re illa: quia simoniam committeret, vt s. *eo. Matth.* sed agere debet per superiorem arg. s. *eo. ad aures*: sed cum ille, qui vexat, nullum ius habet, nisi quia illũ vexat de facto, malitiosè, & iniustè: Dicunt quidam, quòd nullo modo põt redimere. Sed verius, & æquius est, quòd cum iniuste vexatur [d], quòd possit redimere suã vexationẽ sine peccato, iuxta illud Apostoli *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* & hic est arg. Contrarium tñ arg. est 16. *q.* 7. *decimas* vbi dicitur, quòd laici decimas redimere nõ debent [*] à populo: & ibi populus nõ habet ius retinẽdi. Sol. per hoc ibi, quòd Episcopi decimas nõ redimãt à rusticis, ne alij inde sumãt exemplũ: & ne propterea credãt se habere ius in decimas: vñ compellant rusticos. & ita intelligitur *c. decimas*: sed non cõmitteret Episcopus simoniã, si quoque redimeret decimas. Idem dicendum est de bñficio, vel officio iniuste interdicto, & excõicatione iniusta: scilicet quòd non cõmittit simoniã, qui dat pro sua restitutione officij, vel bñficij, vel absolutione excõicationis, vel interdicti: sed ille, qui recipit, simoniã cõmittit: qui dat, nullũ ius acquirit: sed dat, vt ius acquisitũ retineat, vel redimat, quod licitũ est *arg.* 1. *q.* 3. *quæsitum est, &* j. *de vsur. c.* 1. si verò iste sit suspẽsus, vel excõicatus, si pretiũ dat, vt restituatur, vel absoluatur, simonia ex vtraque parte committitur. s. *eo. nemo.* 1. *q.* 1. *nullus Episcopus, & §. præcedenti, &* s. *eo. ad aures. &* 1. *q.* 3. *non solum.*

¶ *Glos. seq. arg. à contrario, quod si seruasset, &c. tenet contrarium, in in s. argum. quod non seruauit, & c. alleg. contrarium.*

h ¶ *Promissionem.*] Ergo videtur, quòd si contra promissionẽ nõ venisset, quòd non cõpelleretur restituere, quod taliter recepit quod nõ est verum: vñ supple, maximè: quia si constiterit, quòd iniuste acceperit, cõpelleretur ad restituendũ, & crimine cõcussionis punietur. *C. de condi. ob tur. cau. quod omittendi.* Crimen verò concussionis [*] est, cùm quis minatur alicui, nisi ita, vel ita faciat, vt 23. *quæst. militare, & ff. de concus. l.* 1. *&* 2. præterea non dimittitur peccatũ, nisi restituatur

Margin notes (right): † Aliàs ita: Quod aliquis in Ecclesia qualibet prælatus electus. — † Lincolnien. — † Cap. 10. eo. tit. in 1. cõp. Et intellige hanc decretalem iuxta diffinitionem B. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 5. arg. — † Archidiaconus, habẽt vetera Gregoriana exemplaria tum his, tum in sequentibus: sed in recentioribus, & in vetere compilatione, pro Archidiacono, est, Archiepiscopus. — c De hoc ita circiter doctores hic vide B. Thomam initio capitu citatum, & Turrecrematam in c. quæsitũ. 1. q. 3. — d In iure acquisito: secus in acquirendo, j. eo. c. fin. sup. eo. Matth. per quæ patet. Ioan. And. — e De hoc articulo vide plene per Turrecrematam in c. altare. 1. q. 3. — f Secundùm Alanũ, Tancredum, & Vincẽtium: idem Philip. Innocentius, & Hostiensis, quos videto: adde hic Ioann. And. — g Præter doctores, & Hostiensem hic vide Turrecrematam in cap. inbemus. 1. q. 1.

restituatur ablatum, 14. quæst. 6. si res. & de pœniten. distinct. 5. falsas. & quòd possit repetere, est argum. 14. quæst. 5. non sane. Item argum. ex hac littera, quod non seruanti fidem, fides non est seruanda, sic sup. de iureiur. peruenit. Argum. contra. 33. q. 5. quod Deo pari Bernard.

SVam.] Primo ponitur querela. Secundo iudicis datio. Secunda ibi, *Discretioni*. Abbas.

CASVS. Capellanus de Villa Frãca pro exequiis mortuorũ, & benedictionibus nubentium exigebat pecuniã à parochianis suis inuitis, & extorquebat: Parochiani illi conquesti sunt Papæ: vnde mandat quibusdã, quatenus Capellanum illum moneant, vt à tanta præsumptione desistat, & pro eo excessu satisfaciat competenter. Si autem obedire noluerit, ipsum puniat pœna canonica.

¶ *Glos. seq. recitatur per obiectionem, & distinguit.*

a ¶ *Pro exequiis.*] Sed nunquid licitum est sacerdoti recipere pro exequiis? Dico, quod sic si sumptus desunt. 1. q. 1. *iudices*: & tamen gratis dicitur celebrare, sicut testis, qui recipit sumptus. 4. q. 3. c. *si testes*. §. *venturis*, & Episcopus recipit procurationem pro consecratione Ecclesiæ. ꝫ. *eod. cùm sit Romana*: & iudex gratis iudicat, & tamen recipit sumptus. *ff. de offic. præsid.* plebiscito. ꝫ. *de vita, & honest. cler. cùm ab omni*. Nec est inconueniens, quòd clericus locet operas suas, cùm non habeat, vnde viuat. 91. dist. c. 1. & 3. *sed sacerdos*, qui ex officio suo ad hoc tenetur, & qui habet victũ suum: suis sumptibus tenetur spiritualia ministrare, *de consec. dist. 1. sufficit*. Si tamen consuetudo est, quod aliquid detur in exequiis mortuorum, & consimilibus: licet sacerdoti non detur actio ad hoc petendũ, tamen potest cogi populus ad obseruandam honestã consuetudinem. ꝫ. *eod. Apostolicam*: consuetudo enim attenditur in recipiẽdis muneribus circa spiritualia. arg. 1. q. 3. *quæsitum*, & 63. *dist. Agathosa* 9. q. 3. *conquestus*, & in *Auth. de san. episc. §. pro consuetudinibus*, 10. q. 1.

b ¶ *Benedictionibus nubentium*.] Quę sacramẽta sunt, vñ non reiterantur. ꝫ. *de secun. nup. c. 1.* & 3. *sic* ꝫ. *e. cum in Ecclesia, vbi de hoc.*

¶ *Glos. seq. recit. per obiec. de decret. de hoc.*

c ¶ *Satisfaciat competenter.*] Restituendo ablata. 14. q. 6. *si res*, & ita si satisfacere vult, & se emendare, non punitur: vnde non videtur simoniam commisisse directè: quòd si esset, deponeretur. ꝫ. *eod. de hoc*, & *cap. insinuatum*: *si non destiterit*, punietur canonica pœna: quia poterit ab Ecclesia remoueri: ideo noluit Papa eum punire, si se correxerit, quasi cum eo dispensando.

¶ Innocentius iij. Abbati de Iugo-Dei, & Priori de Silla.

¶ *Pro benedictionibus nubentium & exequiis mortuorum nihil exigi debet.*

CAP. XXIX.

SVam † nobis parochiani de Villa Franca querimoniam destinârunt, quòd † Capellanus eorum pro exequiis [a] mortuorum, & benedictionibus nubentium [b], minùs licitè pecuniam ab eis exigit, & extorquet: & *infrà*. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus dictũ Capellanum, vt à tanta præsumptione desistat, & etiam pro excessu satisfaciat competenter [c], moneatis: sibi (si obedire noluerit) pœnam canonicam infligentes.

¶ Idem Cantuarieñ. Archiepiscopo.

¶ *Si per accusationem constat Monachum simoniace fuisse receptum: receptus, & recipiens deponũtur. Si verò per inquisitionem, receptus in arctius monasterium detruditur: recipienti verò & maioribus pœna cõdigna imponitur: & interim ab executione ordinum sacrorum suspenduntur.*

CAP. XXX.

a DIlectus † filius A. nuncius tuus pro parte tua proposuit, quòd cùm Cantuarieñ. diœcesim visitans, in monasteriis, & religionis locis pullulâsse repereris simoniacam prauitatem: ita quòd in eis multi pretio sunt recepti, qui potiùs gratis recipi debuissent, imò etiam ad religionis obseruãtiam inuitari [d]. Dubitas igitur, an quia multitudo [e] reperitur in causa, seueritati sit aliquid detrahendum?

¶ Nos inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd si aduersus eos, qui labe fuerint huiusmodi maculati, accusatio coram te fuerit canonicè instituta, postquam † crimen ordine fuerit iudiciario comprobatũ †, tamẽ dantes [f], quam in recipientes canonicæ seueritatis [g] exerceas vltionem. Quòd si de hoc tibi per solam inquisitionem constiterit: eos, qui per simoniacam prauitatem in locis talibus sunt recepti, ab illis amotos [h], ad agendam pœnitentiam ad monasteria dirigas arctiora. Abbatibus autem, & Abbatissis, Prioribus, Prælatis quibuslibet, & Officialibus [i] eorundem iniungas pœnitentiam competentem: & donec illam peregerint, eos à sacrorum or-

a DIlectus.] Diuiditur. Nam in prima ponitur consultatio. In secunda distinguens respõsio ibi, *Nos*. In tertia mandat ibi, *Iniungens*. In quarta instruit ibi, *Illud tamen* Abbas.

CASVS. Archiepiscopus Cantuarieñ. dum ipse diœcesim suam visitaret, in monasteriis, & aliis locis religionis inuenit pullulasse simoniacam prauitatem: ita q̃ in eis multi pretio sunt recepti, qui gratis recipi debuerunt. Sed quia multitudo erat in causa, quęsiuit à Papa, an seueritati sit aliquid detrahendum? Et ipse respondet, q̃ si prædicti coram ipso fuerunt accusati, postquam crimẽ ordine iudiciario fuerit comprobatum: tam dantes, quàm recipientes canonica pœna puniat. Si autem per solam inquisitionem de hoc sibi constiterit: illos, qui per simoniã in locis talibus sunt recepti, inde remoueat, & ad monasteria dirigat arctiora ad pœnitentiã peragendã, & Abbatibus, Prioribus, & Prælatis quibuslibet & Officialibus eorundem iniungat pœnitentiã competentem: & donec illã peregerint, ab executione sacrorum ordinum suspendat eosdem: Iniungens Episcopis suis, vt hãc formam per suas diœceses faciat obseruari: tamen si gratis sine aliqua taxatione fuerit eis oblatum, illud gratanter recipi poterit. Nota pœnã regularium, qui per simoniã sunt recepti: vt qui conuictus est in modum accusationis, debeant deponi: qui in modũ inquisitionis, in aliud monasterium arctioris religionis debet detrudi ad pœnitentiam peragendã: hodie stãdum videtur illi constitutioni. ꝫ. *eo. quoniã*. Item si gratis aliquid detur sine aliqua taxatione, illud recipi pôt.

¶ *Glos. seq. not. quòd vbi, &c.*

d *Inuitari.*] Ex hoc videtur: q̃ in talibus non potest interuenire pecunia [a], vbi quis est inuitandus. ꝫ. *de pact. c. vlt.* & ꝫ. *eo. tua* & 1. q. 3. *quidam pro*. Ad hoc cum vtad fidem aliquis conuertatur, bene potest dari pecunia. 13. q. 4. c. *pe.* & q. 7. *quod autem*. 45. *dist. qui syncere*, & sub tali conditione possumus aliquam ducere in vxorem. 38. q. 1. *c. an.* & duriori pensione possum aliquem onerare, vt conuertatur ad fidem. 23. q. 6. *iam verò*. Talis enim conditio bona est.

e ¶ *Multitudo.*] Propter multitudinem detrahendũ est seueritati. 50. *dist. vt constitueretur*, & 44. *dist. comessationes*; & 23. q. 4. *non potest*. & ꝫ. *de temp. ord. vbi de hoc.*

¶ *Glos. seq. arg. quod propter connexitatem, &c. alleg. duo iura in contrarium: ponit opi. Ioan. sol. uit cum Vinc. & Ioan.*

f ¶ *Dantes.*] Arg. quòd ratione cõnexitatis sententia lata contra dantẽ præiudicat recipienti. arg. 81. *dist. tantis Daniel*. 3. q. 6. *hac quippe*. 59. *dist. ordinatos*. & *sup. de accus. ad petitionem. arg. contra*. ꝫ. *de adult. significasti*, & 1. q. 5. *interrogatum*: dixit Ioan. [b] q̃ tunc præiudicat, qñ sunt præsentes, & sciunt eam agitaliter non. *ff. de re iud. sæpe*. ꝫ. *de re iud. c. penul.* Dic, vt dixit Vin. & Tan. q̃ præiudicat, qñ tam accipientes, q̃ dantes de hoc accusantur, & conuincuntur: aliàs non. *ff. de adult. denunciasse*. §. *quæritur*, nisi quod præsumptione mouet si ob hoc esset orta infamia, indiceretur purgatio. arg. *illius decret. significasti*. Bern.

g ¶ *Seueritatis.*] Scilicet depositionis. ꝫ. *eod. de hoc*, & *cap. insinuatum*, & *sup. de accus. c. inquisitionis.*

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & ibi remittit.*

h ¶ *Amotos.*] Hic patet, q̃ conuictus de crimine simoniæ in modũ inquisitionis, non deponitur, sed tantùm remouetur ab administratione, siue beneficio, sicut in aliis criminibus fit: vt ꝫ. *de accus. qualiter*, & *c. cum dilect.* & ꝫ. *e. de regular.* contrarium tñ habes ꝫ. *de accus. inquisitionum, vbi de hoc.* Hodie videtur standum illi constitutioni ꝫ. *eod. quoniam, circa regulares simoniacos.*

¶ *Glos. seq. primò. dubitat, & soluit. Secundò quærit ad collegium, &c. argum. quod sic. per quatuor iura alleg. quatuor in contrarium, & rationem: ponit opin. Ioan. & tenet cum Tanc.*

i ¶ *Officialibus.* Sic ꝫ. *eo veniens*. Sed quare tantùm Prælati, & Officiales puniuntur, & non totũ capitulũ, cum oẽs in hoc deliquerunt, & oẽs de capitulo intelligentur scire, quæ sciunt eorũ maiores, vel administratores, vt *ff. ad munic. l. municipes*? Potest dici, q̃ ideo Prælati, & Officiales audiuntur, quia eorũ consilio, & auctoritate omnia fiunt. 10. q. 2. *Epi.* C. *de app. iudicibus*, & *l. quoniam* 2. vbi officiales puniuntur quia nõ restiterũt iudicibus perperã procedentibus, & arg. 2. q. 7. *quapropter*. Sed nunquid collegium, ipsum poterit accusari, aut inquiri de crimine ipsius? Vr, q̃ sic. 12. q. 2. *q manumittitur*, & ꝫ. *eo. veniens*: nam vniuersitas conuenitur ratione metus. *ff. quod met. cau. metũ*. §. 2. ecclesia etiã delinquere pôt. 7. q. 1. *sunt*. Sed contra vr, q̃ vniuersitas non pôt excõicari, vt *arg.* 24. *q.* 3. *si habes*. ꝫ. *de sen. excom. Romana*. §. *vlt. lib.* 6. nec dolum committere pot. *ff. de dolo sed si ex dolo* § *sed an.* nec vniuersitas dr̃ aliquid pössidere. *ff. de acqu. poss. l.* 1. § *pen.* Item vniuersitas per actorẽ, vel procuratorem syndicũ debet se defendere, sed in crimine nõ interuenit procurator. 5. q. 3. *in criminalibus*

† *Cap. 1. eod. lib. in 1. comp.* ꝫ *vide citatos sup. eo in ca. cum in Eccle sia.* & *in ca. veniens.*

† *Aliàs ita: quod Capellanus pro exequiis mortuorum, &c.*

† *Cap. 2. eod. tit. in 3. cõp. Vide Hoffi. in summa. ti. de simonia. §. qua pœna feriatur: & de variis pœ nis simoniacorum. adde Bernardinũ Diaz in pract. crim. cano. c. 85.*

a *Præter Doctores hic vide Guidonẽ Papæ decis. 80. vbi de simili materia.*

† *Aliàs ita: postquam crimen eorum, &c.*

† *patefactũ.*

b *Qui hoc etiam not. in præ. cap. 70. titu. distin. tantis, & 3. q. 6. hac quippe. Ioan. And.*

c *De hoc articulo Angelus consi. 217. Franc. Aret. consi. 164. Anchara nus consi. 157. Oldradus, consil. 64. Iason in l. si quis maior. de transact. & Felinus in c. dilecto. sup. de exceptio.*

minalibus, & *s. de accus. veniens*. Ioan. dicit, quod vniuersitas non potest accusari, vel puniri: sed maiores de vniuersitate: vt hic dicitur, & *s. eod. veniens*. T. dixit, & bene, quod licet vniuersitas, siue collegium nõ possit accusari: potest tamen inquisitio fieri de excessibus collegij, & canonicè puniri possunt: sed illi plus, qui magis delicti caussam esse constiterit. *j. de cler. excomm. min. latores, & hic. & s. eod. veniens, & 44. dis. comessationes, & 25. q. 2. ita nos, & ff. de condi. & demonst. municipibus*.

¶ *Glos. seq. opponit, & remittit*.

a ¶ *Suspendas.*] Sed nónne sunt ipso iure suspensi? Sic de hoc dictum est. *s. eod. accusatum*: acta verò pœnitentia restituuntur executioni auctoritate Papæ. Bern.

b ¶ *Taxatione.*] Hoc ideo dicit: quia taxatio est quædam venditio. *ff. de iure do. plerumque. §. si ante*, & quasi quædam pacto videtur.

c ¶ *Gratis.*] *j. eo. tua. sim. 18. di. de eulogiis*.

dinum executione suspendas [a]. Iniungens Episcopis tuis, vt hãc formã per suas diœceses studeãt obseruare. Illud tamen gratanter recipi poterit, quod fuerit sine taxatione [b] gratis [c] oblatum.

¶ Idem Priori sancti Victoris, magistris I. Bonoñ. & L. Modiceñ. Canónicis.

¶ *Abbas contra testes, qui deposuerunt contra eum de simonia in iudicio inquisitionis, excipere potest, quòd sunt inimici, & conspiratores: alias verò exceptiones criminum opponere non potest.*

CAP. XXXI.

LIcèt † Heli summus Sacerdos in se bonus existeret: quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit, & in se pariter, & in ipsis animaduersionis diuinæ vindictam excepit [d]: dum filiis [e] eius in bello [f] peremptis, ipse de sella corruens fractis ceruicibus expirauit [g] †. Ad corrigendos igitur subditorum excessus, tantò diligentiùs debet Prælatus assurgere: quantò damnabilius [h] eorum offensas deseret incorrectas. Contra quos (vt de notoriis [i] excessibus † taceatur) & si tribus modis procedi possit, per accusationem videlicet, denunciationem, & inquisitionem ipsorum: vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, sicut accusationem legitima præcedere debet inscriptio † [k], & sic denunciationem charitatiua correctio, & inquisitionem clamosa debet insinuatio præuenire.

¶ [Descendam [l] (inquit Dominus) & videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.] Tunc enim clamor peruenit ad Prælatum, cùm per publicam famam, aut insinuationem frequentem, subditorum sibi referuntur excessus: & tunc debet descendere, & videre, id est, mittere, & inquirere, vtrum † clamorem, qui venit, veritas comitetur. Nam iuxta canonicas sanctiones [m], si quid de quocunque Clerico ad aures Prælati peruenerit, quòd eum instè possit offendere, non facilè credere debet, nec ad vindictam eum res accendere debet incognita: sed coram Ecclesiæ senioribus diligenter est veritas perscrutanda: vt si rei poposcerit qualitas, canonica districtio culpam feriat delinquentis: non tanquam sit idem accusator, & iudex [n], sed quasi fama deferente, vel denunciante clamore, sui officij debitũ exequatur: eo semper adhibito moderamine, vt iuxta iudicij formam [o], sententiæ quoque forma dictetur. ¶ Cùm igitur

¶ *Cap. 3. eod. tit. in 3. cõp. & lib. 2. registri Innocentij iij. circa finem: vbi ex integra epistola clariùs intelliges, quæ ad hunc locum spectant.*

† *Lib. 1. Regum, cap. 4.*

† *Quia in notoriis non vsquequaque seruatur iuris ordo. Iulius Clarus in pra. cri. sen §. fin. q. 9.*

LIcet.] Diuiditur in tres partes. In prima ponit exordium. In secunda narrationẽ, & factum, & ordinem, processus, & allegat pro & contra. In tertia interloquitur. Secunda ibi, *Cùm igitur*. Tertia ibi, *Ne verò*. & clariùs declaratur hoc *ca. per cap. sequens*, quod venit ad declarationem huius. Abbas.

CASVS. Ostendit Papa in decretali præsenti, quòd prælati tantò diligentiùs subditorum excessus corrigere debent: quantò eorum offensas damnabilius deserunt incorrectas: quod ostendit exemplo Heli, qui licet in se bonus existeret, quia tamen filiorum excessus non corripuit, & in se, & in ipsis vindictam accepit. Prælatus enim contra subditos tribus modis (exceptis notoriis) procedere potest, per accusationem, denunciationem, & inquisitionem ipsorum: ita videlicet, quòd accusationem præcedat inscriptio, denunciationem admonitio, & inquisitionem clamosa insinuatio, & hoc probatur auctoritate Domini dicentis: *Descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint*. Cùm clamor peruenit ad Prælatum, descendere debet, & inquirere, & videre, an veritas sic se habeat: & hoc idem ostendit per canonem antiquũ: si quid de quocũq; clerico ad aures Prelati peruenerit, quòd iuste ostẽdere possit, nõ statim credat, sed priùs cum canonicis suis veritatẽ inquirat, vt si culpã inuenerit ipsam puniat, non tanquam ipse sit accusator, & iudex: sed fama deferente, suum officium exequatur: ita videlicet vt iuxta iudicij formam sententia formetur: his præmissis descendit ad casum, cuius occasione præmisit prædicta. Nota, quod ille, qui venit ad denũciandum, admittitur ad testificandum. Itẽ nota, quòd admonitio præcedere debet denunciationem: aliàs denuncians repellitur.

d ¶ *Excepit.*] Id est, recepit, *sic 23. q. 5. non est nostrum. s. vt lit. non contest. quoniam. §. fenitit.*

e ¶ *Filiis.*] Scilicet Ophni, & Phinees.

f ¶ *In bello.*] Quod habuerunt filij Israel cum Philistæis [a]. T.]

g ¶ *Expirauit.*] *37. dist. legant.*

ADDITIO. Vnde de eo dicitur:

Vulnere crudeli fractis ceruicibus Heli
Corruit à sella, tristi veniente nouella.

h ¶ *Damnabilius.*] *81. di. dictum est, & s. de offi. ord. irrefragabili.*

i ¶ *Notoriis.*] In notoriis non est necessarius accusator, vel testis, vel inquisitio, vel denunciatio. *s. de accus. euidentia: & 2. q. 1. de manifesta, & cap. licinis: & s. de accusat. qualiter 2.* nec est purgatio indicenda. *j. de purg. cano. dilectus*. Tanc.

¶ *Gloss. seq. ponit duos casus: in quibus monitio est necessaria, & tres in quibus non est necessaria: primus in acquisitione dupliciter soluens quædam contraria secundus in inquisitione: tertius in pecuniaria causa hinc opponit d. l. debitores, & soluit.*

k ¶ *Inscriptio.*] Ex hoc patet, quod vbi agitur in modum accusationis, non debet procedere admonitio: ad quid enim fieret admonitio, cùm etiã post pœnitentiam possit accusari [b], & deponi, si esset conuictus. *arg. 33. q. 2. admonere, & 25. d. primum*. Sed vbi de crimine ciuiliter agitur ad pœnitentiam, præcedere debet admonitio: & sic loquuntur illæ *decr. 2. q. 7. accusatio. & c. seq. & s. de accus. c. 2.* Item vbi agitur ad pœnam excommunicationis, præcedere debet admonitio. *6. q. 7. omnes decimæ. 17. q. 4. de presbyterorum. 12. q. 3. indignè, & j. de senten. excom. sacro*. sed in pecuniariis causis non est necessaria admonitio: licet sit. arg. contra. *C. de pign. debitores*: sed illud intelligitur ex honestate, & sic possent intelligi prædicta capi. *2. q. 7. accus. & cap. seq.* sed cùm agitur in modum inquisitionis, non est necessaria admonitio: sed sufficit sola fama, vel clamor, vt hic patet. Ioan.

l ¶ *Descendam.*] *2. q. 1. Deus omnipotens.*

m ¶ *Canonicas sanctiones.*] *86. distin. si quid verò.*

n ¶ *Iudex.*] Non enim potest quis esse accusator, & iudex simul: vel accusator, vel testis. *2. q. 1. in primis, & cap. nulli, & 4. q. 4. c. 1. & 2.* nisi in causa denunciationis. *11. q. 3. præcipue, & s. de testi. in omni negotio*. & idem videtur in causa matrimonij. *35. q. 6. Episcopus in synodo*: sed ille talis accusator, siue testis non sufficit, nisi testes inducantur. Ioan.

o ¶ *Iudicij formam.*] Sic *s. de accus. qualiter, vers. si*. & ibi expositum est. Et ita iudex sem per secundũ finẽ, ad quẽ quis agit, formabit sententiã, hoc est, depositionis in accusatione: remotionis ab administratione in inquisitione: pœnitentiæ peragendæ in denũciatione. *s. de ord. cog. cum dilectus, & s. de excep. c. 1. & s. de accus. super his, & ff. de neg. gest. Pomponius 2. in fi. & com. diui. vt fundus*. Arg. contra. *s. de conc. præb. ex parte*. vbi iudex aliter sententia, quàm allegatur. *s. de accus. inquisitionis*. ibi soluitur. Item contra. *ff. de ædili. ed. l. bmon §. aliquando*. vbi dicitur quod licet sit actũ quanto minoris, iudex tamen condemnare, ac si esset actum redhibitoria.

CVM IGITVR. Abbas Pompolianus erat infamatus apud dñm Papam de simonia, dilapidatione, periurio, & insufficientia: quidam monachi Põpoliani super his denũciauerũt ipsum Abbatẽ dño Papæ: contra quos Abbas excepit, quod denũciationẽ huiusmodi fraterna correctio nõ præcessit secundũ regulã Euãgelij: sed monachi asserebãt se illũ præmonuisse, & ad hoc probandũ induxerunt duos monachos. Sed quia super hoc contendere nõ desistebant, Papa ex officio suo voluit inquirere de præmissis. Vnde super prædictis criminibus recepit iuramenta monachorũ, tam qui contra ipsum, quàm qui pro ipso venerãt: quorũ depositionibus publicatis, cœperũt disputare super illis: sed quia per dicta illorũ, & confessionem Abbatis constitit Papæ, quod Abbas quandã summam pecuniæ ab antecessore suo dimissam expenderat, & in alia maiori monasteriũ obligauerat: propter hoc Papa ipsum tanquam de dilapidatione suspectũ, suspendit ab administratione: sed quia simonia multis modis videbatur esse probata, Abbas contra testes multas exceptiones opposuit, videlicet conspirationes, & inimicitias capitales: furtum, & adulterium, vt eos a testimonio remoueret: super quibus satis fuit disputatum, quidam dicebant, quòd omnes indifferẽter erant admittendi, cùm accusatio simoniæ ad instar criminis læsæ maiestatis procedat. Alij verò contrarium

b *Nisi probaretur dispensatum, de schismat. c. 2. vbi de hoc. Ioan. And.*

† *De hoc articulo vide quos citaui in c. super his verbo. oportet inscribi, supr. de accusat.*

Gen. cap. 18.

† *In antiquis codicibus, & in ipso registro Innocentij ita: vtrum clamorem veritas comitetur: nam duo illa verba, qui venit, non habentur.*

c *Adde istud idem sentire Bart. in l. diuus ff. de custod. reor.*

a *Hanc historiã habes in veteri testamento, li. 1. Reg. cap. 4. & cur filij Heli fuerint perempti, tradit Chrysostomus super Matth. Homi. 17. & quid tota historia significet, docet B. August. lib. 17. de ciuit. Dei, cap. 5.*

tearium dicebant: quia licèt crimina ista quantũ ad accusationẽ paria iudicentur, differunt tñ in multis: & præterea distinguendum est inter accusatores, & testes: Papa verò æquitate pensata, ne innocens succumberet, vel prauitas simoniæ effugeret impunita: illas exceptiones tñ admisit, quę si probẽtur, testes ipsi non zelo iustitiæ, sed ex odio procedere viderentur. Nota, q suspectus de dilapidatione suspẽditur ab administratione. Item conspiratores, & inimici capitales repelluntur à testimonio: quia ex odio deponere videntur.

de Abbate Pomposiano ea nobis frequenter insinuata fuissent, quę ab honestate regulari nimiũ dissonabant, Monachis ad præsentiam nostram accedentibus, quidã ex ipsis nobis ipsum Abbatem de simonia, periurio, dilapidatione, ac insufficientia detulerunt [a]. Contra quos cùm idẽ Abbas exciperet, quòd denunciationem huiusmodi fraterna † correctio, secundũ regulam Euãgelicam [b], non præcesserat, & iidem constanter assererẽt, quòd correctionem huiusmodi præmisissent: Licèt ad probandum hæc duorũ Monachorum iuramenta fuissent exhibita: quia tamen super † hoc ipsi nondum contendere desistebant: Nos, vt prædiximus, frequẽtibus clamoribus excitati, ex officio [c] nostro voluimus inquirere de præmissis: omnes Monachos, qui vel cum ipso, vel contra ipsum accesserãt, iuramenti vinculo astringentes, vt de propositis [d] plenam, quam scirent, exponerent veritatem: quorũ depositiones in scripturis redactæ, cùm publicatæ fuissent, super illis cœperũt multipliciter disputare. Quia † verò tum ex assertione Monachorum, tum ex ipsius Abbatis confessione cognouimus, quòd idem non modicam summam pecuniæ relictã à prædecessore suo expenderat, & in alia summa maiori Monasterium obligârat: Nos eũ, quasi de dilapidatione [e] † suspectum, ab administratione Abbatiæ duximus suspendendum: & quia simonia multis modis cõtra ipsum Abbatem videbatur esse probata: ipse contra testes multas exceptiones opposuit, super quibus fuit multipliciter disputatũ: aliis asserentibus in crimine † simoniæ, sicut in crimine lęsæ maiestatis omnes indifferenter [f], tam infames, quàm criminosos, non solùm ad accusandum, sed etiam ad testificandum admittendos: cùm ad instar publici criminis, & læsæ maiestatis procedat accusatio simoniæ: aliis econtrario respondentibus, quod licèt hæc duo crimina quantũ ad accusationem, quasi paria iudicentur, differunt tamen in multis: cùm alia pœna [g] pro vno, & alia pro altero inferatur: & inter personas accusatorum, & testium sit vtique distinguendum [h]: cùm non per accusatores, sed per testes crimina comprobentur. ¶ Ne verò vel innocentiæ puritas confusa succumberet, vel simonię prauitas effugeret impunita: Nos æquitate pensata, illas duntaxat exceptiones oppositas probandas [i] admisimus, quæ probatæ [k] non de zelo iustitiæ, sed de malignitatis fomite † procedere viderentur [l].

¶ Idem.

¶ Hoc capitulum est glossa præcedentis capituli: nam tendit ad declarationem illius, an, & quando testes criminosi admittantur in crimine simoniæ: & in effectu idem dicit, quod præcedens.

CAP. XXXII.

PEr † tuas nobis litteras intimâsti, te dubitare super qua-

a ¶ *Detulerunt.*] Id est, denunciauerunt, vt sequentia probant ibi.

b *Euangelicam.*] ĩ. *de iudi. nouit. & 2. q. 1. si peccauerit.*

¶ Glo. seq ad id, quod dicitur, denunciatores testificari, signat duo contraria: primum soluit.

c ¶ *Ex officio nostro.*] Quo prælatus debet purgare prouinciam. ſ. *de offic. ordin. c. 1. &* ſ. *de accusat. qualiter 2. & 35. q. 6. Episcopus in synodo, &* ſ. *de accusa. sicut olim. ff. de offic. præsi. l. 3. ff. de suspect. tut. l. 3. §. præterea.* Et nota, q dicit, quòd illi, qui venerant, ad denunciandum inquisitionẽ, testes admissi sunt, sic ſ. *de elect. in causis, &* ſ. *de renunc. post translationem. Argu. cõtra* ſ. *de accusat. cum P. &* ſ. *de elect. innotuit, ad fi.* sed hoc non nocet: quia in illa, cum P. repelluntur propter inimicitias, & mutuas accusationes: hic secus, quia hic non erant inimici denunciatores, aliàs non admitterentur: vñ possunt perhibere testimonium in inquisitione: quia ex quo admittuntur ad vnũ, & ad aliud. Vinc.

d ¶ *Propositis.*] Scilicet criminibus prædictis, de quibus denunciatus fuerat, & clamor ad Papam peruenerat: plenam, & meram debent dicere veritatem. ſ. *de accus. qualiter 1. §. forma.* Bernard.

¶ Glossa sequens præmisso de forma processus contra dilapidatorem, quærit, an si reddat Ecclesiam indemnem, &c. argum. quòd sic, & remittit.

e ¶ *De dilapidatione.*] Qui enim denunciatur de dilapidatione suspectus, interim dum cognoscitur de dilapidatione, debet interdici ei omne genus alienationis: & si meritò est de dilapidatione suspectus, dandus est ei coadiutor, sine cuius consilio nihil faciat de his, quæ pertinent etiam ad administrationem temporalem, ſ. *de accus. c. vlt. &* ſ. *de offic. deleg. venerabilis:* vbi plenè habes, qualiter procedatur in causa huiusmodi: hoc tamen scias, quòd talis, qui remouetur ob dolum, infamis efficitur: secus si ob culpam. *C. de suspect. tut. l. vlt.* Item quid si alia crimina non probarentur contra istum Abbatem, nunquid si vellet reddere Ecclesiam indemnem, remaneret in administratione Abbatiæ. Videtur, quòd sic. ſ. *de reb. eccle. non alie. si quis presbyterorum, &* ſ. *de elect. quod sicut:* vbi hæc quæstio expeditur. Dic vt ibi.

f ¶ *Indifferenter.*] Videtur, quòd hæc duo crimina parificentur quantum ad accusationem, & testimonium. *15. q. 3. sanè.* Item, quia simonia est maius crimen, quàm [a] hæresis. *1. q. 1. eos,* & infamis efficitur, *vt 1. q. 3. si quis præbendas:* immò maius est omnibus aliis criminibus. *j. c. prox. & 1. q. vlt. in cap. vlt.* sed in hæresi quilibet admittitur: ergo multò fortiùs in simonia quilibet admittetur. *sup. eod. tantæ 79. distinct. si quis Papæ, & C. de episcop. & cleric. si quenquam.* De hac materia dicitur plenè ſ. *de accusat. cùm P.*

g ¶ *Alia pœna.*] Quia in crimine læsæ maiestatis capite quis punitur. *6. q. 1. §. verùm, vers. si quis cùm.* Item iura paternorum sepulchrorum adimuntur. *ff. de suis, & legi. hered. l. 1. §. interdum.* Item non fuit lugendi. *ff. de relig. & sumpt. fu. minimè:* quæ pœna non spectat ad simoniacum, sed deponitur cum nota infamiæ. *1 quæst. 1. reperiuntur,* & eadem causa. *qu. 3. cap. vltim. & C. de epi-scop. & cler. si quenquam.* Vincent.

h ¶ *Distinguendum.*] Hoc ideo dicit: quia per testes crimina probantur, & non per accusatores: vnde non omnes, qui admittuntur ad accusandum, debent admitti ad testificandum. ſ. *de testi. de cætero.*

ADDITIO. *& suprà quia mai. accus. poss. cum in tua:* vbi de hoc tangitur.

i ¶ *Probandas.*] Scilicet conspirationes, & inimicitias capitales. j. *cap. prox. vbi hæc exponuntur.*

k ¶ *Quæ probatæ.*] Id est, quibus probatis. j. *cap. prox.* aliàs non habent verbum. *Sim. 7. qu. 1 qualiter,* & illud Euangelij: *Illi satiati, cessent murmuratio eorum.*

l ¶ *Viderentur.*] In fine huius cap. remotæ sunt illæ exceptiones: scilicet conspirationes, & inimicitiæ, furtum, & adulterium, &c. *vt in c. sequentib.* Bern.

PEr tuas.] Diuiditur in duas partes principales. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio ibi, *Noueris.* Et hæc secunda pars subdiuiditur in quatuor. Nam primò distinguit circa quinque: secundò coaptat illa quinque proposita, repetens factum, & declarans interlocutoriam præcedentis decretalis. Tertio transeundo concludit. Quartò recitat cessionem. Secunda ibi, *Hæc omnia.* Tertia ibi, *Tale.* Quarta ibi, *Vnde.* Abbas.

CASVS. c In Præcedenti decretali dicitur, quòd Abbas Pomposianus plures exceptiones opposuit contra testes inductos contra ipsum super crimine simoniæ, & Papa quasdam admisit, quasdam verò non vnde videbatur, quòd testes criminosi admitterentur in crimine simoniæ. Quæsitum fuit à Papa, qualiter decretalis illa esset intelligenda? Respondet Papa dicens, quòd illam *decretalem: Licet Heli.* edidit, ad cuius intelligentiam sic distinguit. Primò circa modum agendi: vtrùm agatur de crimine simoniæ criminaliter, aut ciuiliter: & si ciuiliter agatur vtrùm de rigore, aut æquitate. Secundò distinguit circa personam, contra quam proceditur, vtrùm sit regularis, an sæcularis: & si sit regularis, vtrùm sit inferioris gradus, aut excellentioris dignitatis: & an ille idem sit bonæ opinionis, vel malæ famæ: & vtrùm etiam possit puniri de facili, an sine scandalo non possit condemnari. Tertiò distinguit circa personas testium, vtrùm sint honesti, vel criminosi, vel emendati de crimine: an adhuc perseuerent in ipso, & an ipsi testificentur ex charitate, vel odio. Quartò, quæ crimina obiiciantur testibus: vtrùm eadem, vel minora: an paria, vel maiora. Quintò, an adsint alia adminicula, quæ adiuuent testes. Recollige illos quinque modos quantùm ad alteram partem. Si ergo agitur ciuiliter de crimine simoniæ secundum æquitatem, & persona, contra quam

† De hoc articulo vide omnino S. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. ad. & Martinũ Nauarrũ in Manuali cõfessariorũ c. 14. tit. de correctione fraterna.

† Super hoc ipso in registro, & in pluribus antiquis codicibus.

† In codice Barbatiæ ita: Quia verò tam ex accusatione Monachorum, quàm ex Abbatis confessione, &c.

† Quasi dilapidatio dicitur consũptio rerum mobilium: dilapidatio verò propriè consistit circa immobilia.

a Qualiter sit intelligẽdum simoniã maius esse crimen, quã hæresim, late & verè docet Turrecremata in c. eos. 1. q. 1. adde B. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 1. ad primũ arg.

† An simonia sit de criminibus exceptis, vide Iulium Clarum lib. 5. receptarum senten. §. simonia: vbi ex Aretino testatur communem esse opinionem inter crimina excepta numerandum.

b Hæc glossula desideratur in aliquot manuscriptis codicibus.

† fonte.

† Cap. 4. eiu. tit. in 3. cõp. Et de intellectu Gabriel Sarayna in adnotatio. ad singulare. Mat. Mathesila-ni. 70. incip. nota, quòd si statutum dicat: adde Bart. in l. quæstionib. ff. ad legem Iuliam maiest.

c Hic casus Bernardi est, & in antiquis exemplaribus habetur.

dam epistola decretali, quam nos asseris edidisse, de testibus admittendis contra simoniacam prauitatem.

¶ Noueris igitur, quòd nos illam epistolam, quæ sic incipit: *Quamuis ad abolendam* [a], nequaquam † edidimus: sed aliam, quæ sic incipit: *Licet Heli*, nos edidisse fatemur: ad cuius intelligentiam credimus distinguendum: vtrùm is, contra quem agitur de simoniaca prauitate [b], denunciaretur simpliciter [c] †, aut † criminaliter accusetur: & vtrùm agatur secundum iuris rigorem, an secundum temperantiam æquitatis. Item vtrùm ipse sit regularis, qui iam renunciauerit mundo, an sæcularis, qui adhuc in mundo existit: & an inferioris gradus, an excellentioris [d] sit dignitatis. Ad hæc, vtrùm ante fuisset claræ opinionis, & bonæ famæ: an grauiter infamatus [e], & valde suspectus: & vtrum de facili possit puniri, an sine scandalo [f] nequeat condemnari. Præterea vtrum testes sint honesti, an criminosi: & an sint emendati de crimine, an adhuc in crimine perseuerent. Rursus si crimina sint eadem, vel minora [g]: an paria [h], vel maiora: vtrúmve testes ex zelo iustitiæ, an ex malignitatis fomite [i] deposuisse credantur. Denique vtrùm ad prauitatem simoniacam detegendam sola dicta testium inducantur, an alia etiam adminicula [k] suffragentur. Hæc omnia sunt ad intelligentiam illius epistolæ distinguenda [l]. Ille quidem Pomposianus Abbas, qui iampridem renunciauit mundo, erat de simonia, periurio, dilapidatione, ac insufficientia [m] grauiter infamatus. Cúmque per Monachos, qui iurauerant perhibere testimonium veritati, simonia multis modis videretur esse probata: ipse contra testes multas exceptiones opposuit, conspirationes [n] videlicet, inimicitias capitales, furtum, & adulterium, vt eos à testimonio remoueret. Nos verò (ne innocentiæ puritas confusa succumberet: vel simoniæ prauitas effugeret impunita) illas duntaxat exceptiones probandas admisimus, quibus fortè probatis testes non zelo iustitiæ, sed malignitatis fomite processisse constaret, vt conspirationes, & inimicitias capitales [o]: cæteras autem exceptiones, vt furti, & adulterij [p] propter immanitatem hæresis simoniacæ (ad cuius comparationem cætera crimina quasi pro nihilo [q] † reputantur) duximus repellendas: quoniam etsi probatæ fidem testiũ debilitarent [r] in aliquo, nõ tamen euacuarent

quam agatur, sit regularis, & inferioris gradus, & malæ famæ: & de facili possit puniri, & adsint alia adminicula, vt contingit in Abbate Pomposiano, qui est persona regularis, & grauiter infamatus: & qui de facili potuit remoueri: contra talem personam secundùm Laur. testes, qui emendati sunt de crimine, vel secundum alios, qui adhuc in crimine perseuerant, cũ aliis adminiculis, vt putà furti & adulterij quæ sunt minora crimina: & qui ex charitate deponsit, & habent alia adminicula, admittantur in crimine simoniæ, propter criminis enormitatem: & testes tales admissi fuerunt contra illum Abbatem Pomposianum, non obstãtibus exceptionibus furti, & adulterij: alias verò exceptiones, id est, conspirationes, & inimicitias capitales, Papa probandas admisit: quia eis probatis patet, q ex odio testificãtur: & sic debet intelligi decretalis præmissa, *licet Heli*, quantum ad testium receptionem contra simoniacã prauitatem: quia ille Abbas grauiter infamatus denunciabatur simpliciter secundum æquitatem: vt remoueretur solummodo ab Abbatiæ administratione, & de facili poterat remoueri. vnde ipse non expectata sentẽtia cessit. Ergo intellige à contrario, si persona, contra quã taliter agitur de simonia, non sit talis: tales testes nullo modo admittuntur. B. Nota, quòd criminosi testes recipiuntur in crimine simoniæ de æquitate ciuiliter, cùm agitur non simpliciter, sed cum aliis adminiculis. Item conspiratores, & inimici capitales in nullo casu recipiuntur.

a ¶ *Quamuis ad abolendam.*] Quam habebas olim. *eod. tit. in secunda compilat.*

b ¶ *Simoniaca prauitate.*] Præterea idem videretur de alio crimine excepto, vt hic distinguitur circa modum agendi. Bern.

c ¶ *Simpliciter.*] Id est, in modũ denũciationis, & inquisitionis. B.

¶ *Glos. seq. opponit, quòd in iudiciis, &c. soluit.*

d ¶ *Excellentioris.* Putà Episcopus irregularis, cum quo non est taliter procedendum propter maius scandalum. Sed quare hoc dicit, cùm in iudiciis non debeat attendi dignitas alterius. 3. q. 9. c. vlt. & æqualitas seruanda est in iudiciis. *C. de prox. sacro. scri. in sacris. lib. 12.* Respondeo, hoc ideo dicit, propter maius scandalum, & reuerentiam ordinis excellentioris: & absurdum videretur, si taliter remoueretur Episcopus, sicut Abbas: & non ita de facili proceditur contra maiorem, sicut contra minorem. *arg. ¯s. de accus. qualiter, & quando. 2.* & vbi maius scandalum, sed periculum vertitur, cautiùs est agendum. *42. di. quiescamus. 7. q. 2. c. vlt. & ff. ad Carb. l. 1. §. sed & si quis:* & aliter puniuntur maiores, aliter minores. *24. q. 1. qui contra Ecclesiæ patem, & 45. di. cùm beatus. 10.*

e ¶ *Infamatus.*] Simile *2. q. 1. in primis.*

f ¶ *Sine scandalo.*] Vt ex hoc facilius admittantur, vel repellantur. *argum. 23. q. 4. non potest.*

g ¶ *Vel minora.*] Hoc ideo dicit, quia si sint eadem crimina, vt putà simonia eadem, de qua agitur, non admittitur: quia socius non admittitur. *¯s. de testi. veniens.* Bern.

h ¶ *An paria.*] Hoc ideo fortè dicit, quia licèt repelli omnino non possint, cùm sint emẽdati: quantò maiora crimina eis obiiciuntur, tanto minor fides eis adhibetur. Tanc.

i ¶ *Ex malignitatis fomite.*] Hoc dicit propter inimicos capitales, & conspiratores, qui non debent admitti, *vt ¯j. dicitur.* Ber.

k ¶ *Adminicula.*] Quia sine aliis adminiculis, & præsumptionibus viles testes in crimine simoniæ non sunt audiendi: quia vilibus sine tormentis credi non debet. *4. q. 3. c. si testes. §. si autem ea rei, & 2. q. 1. in primis:* & quia à tormentis non est incipiẽdum. *ff. de quæst. l. 1. & ¯j. de reg. iur.* cùm in contemplatione. Tanc.

l ¶ *Distinguenda.*] Hæc est intentio præcedentiũ distinctionum: aut enim agitur criminaliter, aut ciuiliter. Si criminaliter, tunc testes criminosi etiã in exceptis criminibus cõtra neminem audiuntur, siue accusatus sit bonæ famæ, siue malæ. Si verò agitur ciuiliter, tunc contra sæcularem prælatum non sunt audiendi, vel admittendi criminosi testes, nisi sint emendati de crimine: & tunc admittuntur de æquitate, non de rigore: nec etiã tũc audiuntur, nisi adsint alia adminicula, sed contra regulares Prælatos infamatos inferioris gradus admittuntur criminosi, si ciuiliter agitur de æquitate, sed non de rigore, & cum aliis adminiculis: & hoc intellige in testibus: ad accusandũ verò bene admittuntur infames contra illum, qui est malæ famæ, *vt ¯s. eod. tanta.* Ioan.

m ¶ *Insufficiẽtia.*] Propter insufficientiã remouetur Prælatus ab administratione. *¯s. de ætate, & qualit. c. vlt. & 18. q. 2. si quis.* Abbas.

n ¶ *Conspirationes.*] Conspiratio enim grauissimũ crimen est: ita quod meretur deponi. *11. q. 1. coniurationum, & c. conspirationum:* & ibi in subuersionem status alterius conspirant, vnde tanquam inimici repellendi sunt, & eis cõsentientes: *vt capitulis prædictis, & ¯s. de eo in dic. cùm 1. & 4.*

¶ *Glos. seq. tractat, quòd inimicitiæ non capitales non repellunt à testimonio, sed fidem minuunt. Et quid si facta fuerit reconciliatio.*

o ¶ *Inimicitias capitales.*] Propter alias verò non remouetur quis à testimonio. *4. q. 3. §. item in criminali:* ibi tamen non determinatur de qua inimicitia, *& ff. de ai b. licet. Instit. de excus. tut. §. inimicitiæ:* & leuis offensa non adimit legatum. *ff. de adi. leg. l. 3. §. non solùm, in fin.* sed minor fides eis adhibetur. *in Authent. de testi. §. si verò quis dicat. collat. 7. C. de testi. Auth. si testis producitur.* Tamen si inimici, & conspiratores redeant in amicitiam, post reconciliationem videtur, quòd possint admitti: quia & legatum per capitales inimicitias, vel alias grauissimas interuenientes adimitur: sed si redeant in amicitiam, redintegratur legatum. *ff. de adi. leg. l. 3. §. non solùm, in fin. & l. seq.* ita tamen quòd non in eo negotio, vel causa, pro qua conspirauerunt, & reconciliatio non sit recens. *arg. 3. q. 5. accusatores.* Bern.

¶ *Glos. seq. quærit de periuro, an admittatur, soluit quòd non.*

p ¶ *Furti, & adulterij.*] Et sic opponebantur minora crimina. Sed nunquid periurus admittetur? Dicendum est, quòd non, quantumcunque sit emendatus: quia qui semel est periurus, ad iuramentum ampliùs non auditur. *22. q. 5. paruuli, & ¯s. de præsumptio. litteras. 6. q. 7. non potest:* quia præsumitur, quod iterum deiéraret. *arg. ff. de ac. vs. si cui. §. iisdem, & 6. q. 1. quicunque:* & est expressum *¯s. de testi. testimonium.* Bern.

q ¶ *Pro nihilo.*] *V. 11. q. vlt. & ¯s. eod. tanta.* Bern.

r ¶ *Debilitarent.*] Et ita testis, qui fuerit criminosus, licèt sit emendatus, non facit plenam probationem [d], nisi adsint alia adminicula: criminosus enim semper habet caput vulneratum. *1. q. 1. ventum:* quia etsi pœniteat, quædam tamen irregularitas manet, quæ non abolet per pœnitentiam *50. distin. illud. 1. q. 7. si quis omnem, & 2. q. 3. cap. Prohibemium. §. hinc colligitur.* Laur. Debilitarentur dicta talium testium, si hæc probarentur: sed hæc non probantur, quia alia adminicula aderant: alias si nulla fuissent adminicula, non sufficerent dicta eorum: & est argum. quòd non debet quis admitti ad probandũ, quo probato non prodest. *C. de probat. ad probationem. fini. ¯s. de offi. deleg. cùm contingat.*

a ¶ Ex

† *Id est, verissimum: nã illa decretalis: Quamuis ad abolẽdam Clementis tertij est quam Raymundus non posuit in hac compil.*

† *In antiqua cõpilatione, ciuiliter, lego: sed Gregoriana exẽplaria, simpliciter habent: quod agnoscunt hic glossa, Hostiensis, & alij interpretes.*

† *Aliàs ita: an criminaliter accusetur.*

a *Extat adhuc in 2. cõpilat. ti. de simonia, c. 4. in qua ita scriptum est: Tu sedem Apostolicã duxisti consulẽdam, vtrùm mediatores, & interlocutores, per quos scelus illud plerunque committitur, ad testimonium possint cõtra sceleris auctores admitti: quod in eodem criminis admitti debeant, respondemus.*

b *Vide Iuliũ Clar. in pra. cri. q. 21. ver. scias etiã, & Simancam in catho. instit. tit. 64. de testibus.*

† *De grauitate simoniæ in comparatione ad hæresim, & alia crimina, vide latè per Turrecrematam, in c. eos, 1. q. 1. adde B. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad primum argumentum.*

c *De materia huius gl. vide plenissimè per Antonium Gomez tom. 3. variar. resol. c. 12. & quæ dixi latissimè lib. 3. cõmen. in Directorium inquisito. scho. 33. & scho. 123.*

d *Dicit Hostiensis hanc gl. intelligẽdam, quando de aliis criminibus agitur: vel de crimine simoniæ contra non infamatum: aliàs tales admitterentur, vt sequitur Ioan. Andr.*

a ¶ *Ex toto.*] Cùm iam essent emendati de crimine:& dic præsertim,id est,tantû:nô enim crederê testê infamê esse admittêdû côtra infamatû,nisi alia indicia præcederêt:cum à tormentis nô sit incipiendum. ꝫ. *de reg.iur.cum in contemplatione.* nec tales admittuntur sine quæst.2.*q.1.in primis ad fi.* & 5. *q.5. illi qui*: Lau.

b ¶ *Præsertim.*]Id est, tantùm, secundum alios tenetur propriè.

c ¶ *Emendati.*]Si enim testis emendatus est de crimine,admitti debet, si ciuiliter agitur:vt hic patet,& *arg. 50.d. quia sanctitas.* & *c. domino sancto.* & *hoc verum intellige*, si cû ex illo crimine comitetur infamia, & nisi in crimine periurij, qui etiamsi sit emendatus,non admittitur. ꝫ. *de testi.testimonium*: sed si criminaliter agitur, non admittitur,etiamsi sit emendatus:vt *in decre.testimonium.* & *6.q.1. qui crimen.* Item ex hoc videtur,quòd si testis,cui obiicitur crimen,vt repellatur,vult probare se emendatum,quòd debeat audiri,cùm iam non sit criminosus. ꝫ. *de excep.deniq; vbi de hoc.* & *arg.3.q.7.qui sine.*

ex toto [a], aliis adminiculis suffragantibus,præsertim [b] cû testes de crimine fuerint emendati [c]. ¶ Tales igitur contra talem [d] taliter [e] duximus admittendos [f]: non secundùm rigorem iuris,sed secundùm temperantiam æquitatis; cùm ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine; sed ciuiliter [g], vt ab administratione amoueretur [h], tanquam immeritus, & damnosus. Et vtique tales Prælati ex leuioribus [i] causis possunt ab administrationibus amoueri [k], sicut quorundam Religiosorum approbata consuetudo deposcit. Vnde prædictus Abbas non expectata sententia, quasi malè conscius sibi, cessit [l].

¶ Idem Abbati Iemblaceñ. †

¶ *Non imputatur electo confirmato, si eo prohibente,pro ipsius confirmatione pecunia data fuit.*

CAP. XXXIII.

SIcut tuis litteris intimasti, cùm in Iemblaceñ. Ecclesia fueris Monachus, fuisti tandem promotus ad regimen Ecclesiæ Floreñ. † verùm Abbate Iemblaceñ. pòst sublato de medio: ipsa, quæ te prius filium habue-

d ¶ *Tales contra talem.*]Scilicet regularem inferioris gradus, & malæ opinionis, qui de facili potest puniri: qualis fuit Abbas iste: & respicit secundam distinctionem. ꝫ. *ver. item vtrùm ipse regularis*,pro altera tantum.

e ¶ *Taliter.*]Scilicet,ciuiliter,cùm agitur per modum inquisitionis secundum temperantiam æquitatis,prout sequitur in littera & respicit primam distinctionem. ꝫ. *circa prin. ver. vtrùm is, &c.*& ita tales testes contra talem prælatum admittuntur,cùm ciuiliter agitur secundum æquitatem: ergo à contrario sensu colligitur,quòd si agatur criminaliter aut etiam ciuiliter,secundùm rigorem contra regularem,& infamatum,vt dictum est,nô admittuntur tales testes,qui non sunt emendati,etiam cum aliis adminiculis in crimine excepto,& multò minùs, si agitur contra sæcularem etiam ciuiliter, & secundùm æquitatem;quia tunc tales testes non admittuntur:& sic maius est priuilegium clericorum,quàm monachorum:quia in eodem modo agendi alij testes admittuntur contra clericos,& alij contra monachos.*ar.16.q.1.c.legi.* & *c.alia est causa.* & *93.dist.à subdiacono.* Sed arg. contra 2.*q.1. in primis.* vbi indistinctè dicit non distinguendo inter regularem,& sæcularem:sed illud loquitur in accusatione.Et sic patet,quòd si agatur criminaliter contra sæcularem, aut etiam regularem infamatum de crimine simoniæ, siue de crimine excepto:tamen honesti testes admittuntur,& sufficit,si sint emendati,& hoc de æquitate.videtur tamen per decre.Greg.quòd de iure,& non de æquitate admittendi sunt testes emendati, etiam sine aliis adminiculis,cùm agitur ciuiliter de crimine, sine aliqua distinctione. ꝫ. *de testi.testimonium* [b]. ergo in simonia multò fortiùs,cùm sit crimen exceptum; quoniam in aliis sunt admittendi testes emêdati,nisi in periurio,vel nisi eos infamia comitetur,vt ibi dicitur;nisi tu velles eam reducere ad æquitatem secundùm istam.Sed contrà potiùs videtur,vt, s. ipsa reducatur ad illam,tanquam ad posteriorem.*ff.de leg.non est nouum.*& sic nô habent locum permissæ distinctiones.Vltima pars primæ distinctionis tollitur, s. vtrùm agatur secundùm iuris rigorem &c.& sic remanet, vtrùm agatur criminaliter, an ciuiliter:vt si ciuiliter,admittantur testes emendati secundùm tenorem illius *decre.prædictæ*.Secunda dist.tollitur ex toto,s. vtrùm ipse sit regularis, &c.& illa distinctio,quæ fit,circa personas testium remanet. Ergo hoc remanet inquirendum,vtrùm agatur criminaliter,vel ciuiliter de crimine,& vtrum testes sint honesti,quib.crimina obiici non possunt,vt illi tamê admittantur,si criminaliter agitur, aut fuerint criminosi,& emendati:vt si agitur de crimine ciuiliter,illi bonû admitti possunt secûdùm decretalê prædictã. & sic difficultas huius decre.parum valet.Vel dic [c],quòd illa *decr.testimonium.* intelligitur, cum agitur ciuiliter,& de crimine excepto,& tunc de iure communi tamen testes emendati de crimine recipiûtur:hoc intelligitur, cû agitur de crimine excepto, simoniæ,s.ciuiliter.& tunc recipiûtur testes viles, & infames côtra infamatos,de æquitate,& non de rigore: qualis fuit iste Abbas,côtra quem tales testes recepti fuerunt de æquitate tantùm cû aliis adminiculis:vt hîc patet.*arg.op.* ꝫ. *de test.c.vlt.*Et hoc dicit.Tan.& Io. Lau.côtra,vt ꝫ. *in not.cû tã essent,&c.*& istud præsertim,secundùm Io.& Tanc. ponitur comparatiue. Lau.exponit, præsertim,id est,tãtùm:& sic vtraq; decre. remanet in suo loco. & hoc innuût ista verba: Tales contra talem taliter duximus,&c. & dic,tales,s.viles, & criminosos contra talem infamatum, & irregularem: taliter,s.ciuiliter,de æquitate,& non de rigore.

f ¶ *Duximus admittend.*] Verba ista sic expone secundùm Lau. tales,s.testes emendatos de crimine furti,adulterij,& consimilium criminum, qui ex charitate testificantur sine aliis adminiculis secundùm Lau.vel si non sunt emendati, admittuntur cum aliis adminiculis: vt dicitur in *fin.glo.*secundùm alios: & respicit distinctionem. ꝫ. *ver.præterea.* & *ver. vtrùm ne testes pro altera parte,* & *sequentem ver. denique.*

g ¶ *Ciuiliter.*]Quo casu admittuntur mulieres. ꝫ. *de testi. quoniam.* & *c.tam litteris.*Ber.

h ¶ *Ab administratione amoueretur.*] Secûdû Euangelicam veritatê. ꝫ. *de accu.qualiter.*

i ¶ *Leuioribus.*]Sic ꝫ. *de accu. qualiter. in fine* quia non ita pingue ius habent regulares, sicut sæculares. *arg.* ꝫ. *de statu mona. cùm ad monasterium. arg. eod. tit.c.2.in fin.*vel potius, quia non est tantum scandalum pro remotione regularis,sicut sæcularis:& hoc est de consuetudine approbata,vt dicit *in fin.cap.*Tan.

k ¶ *Amoueri.*] Vbi quis remouetur propter fraudem, infamis est [d]: secus si propter simplicitatem.*ff.de suspe.tut.l.3 §.qui ob segnitiem.* & *C. eo.tit. l.vlt. nisi sis patronus. Instit. de suspect. tuto. in prin.*si verò non exprimatur an per fraudem,vel simplicitatem aliquis amoueatur,non est infamis. *ff.eod.hæc enim causa.*Vin.

¶ *Gloss.seq. quæris, an propter cessionem inquisiti desistat Iudex, &c.*

l ¶ *Cessit.*] Et ita qui timore probationis cessit,non habebit aliquod priuilegium. *arg.24.dist. c.vlt.* Sed nunquid iudex debet desistere ab inquisitione propter ipsius cessionem,arg.quòd non. *ff.de iud.si quis postea.* Ar. contra. *ff.de suspect. tut. l.post finitiuam.* quia nec dolum facit, qui rem deserit, vt litem effugiat. *ff. de alie.iu.mu.causa fac.l.item si res. §. 1.* & qui diffidit de iure suo, licite cedit liti. ꝫ. *de post. præla.bonæ.* & iam finem inquisitionis consecuti sunt inquisitores:quare non debent ampliùs procedere inquisitores,nisi vt habeant ratam cessionem [e]. sic ꝫ. *de elect. dudum in fi.*Bern.

SIcut tuis.]In prima ponitur consultatio. In secunda responsio ibi, *Quamuis.* In tertia parte ponitur quædam determinatio ibi,*Illos*, Abbas.

CASVS. Vacante Ecclesia Iemblaceñ. quendam monachum suum virum prouidum, & discretum elegerunt in Abbatem; & quia Leodieñ.Ecclesia cathedralis pastore carebat,ad Colonieñ. Ecclesiam metropolitanam ipsius accessit, & de licentia ipsius interim ministrauit in monasterio Iemblaceñ. postmodum in Leodieñ. Ecclesia fuit institutus Episcopus, qui requisitus ab ipso electo,electionem ipsius noluit confirmare: sed comperto, quòd hoc fiebat pro extorquenda pecunia, protulit excômunicationem,ne pro facto huiusmodi aliqua pecunia persoluatur:& qui contra faceret,esset excommunicatus.Sed quidam de fratribus eius eo ignorante promiserunt pecuniam,& persoluerunt,& sic ab Episcopo inuitatus confirmationê, & institutionem accepit,postmodum peruenit hoc ad notitiã Abbatis ipsius, dubitauit,an posset licite ministrare in officio abbatiæ: quæsiuit à domino Papa,quid facere deberet:Respondet Papa:licèt secundùm canones etiam paruuli, qui cupiditate parentum Ecclesias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere teneantur: tamen quia aliud est,& longè diuersum non præbere consensum,& aliud est expresse prohibere,nihil debet sibi ad pœnam, & culpam imputari, ex eo quòd contra prohibitionem, & voluntatem suam, à qua postmodum non recessit,alius pecuniam soluit eo ignorante: præsertim cùm ille non sit ei aliqua consanguinitate coniunctus; nisi postea consenserit soluendo pecuniam promissam, aut reddendo solutam. Alioquin contingeret,quòd factum alicuius parantis insidias inimico suo,ei damnosum existeret, cui omnino displiceret: & sic aliquis de dolo suo commodum reportaret.Illi vero qui pecuniam dederunt, aut eam receperunt, in tantum culpabiles sunt, quod si eorum excessus manifestus esset ecclesiæ, pœna essent canonica feriendi. Nota primo arg. quòd Ecclesia vacante potestas confirmandi electiones prælatorum non pertinet ad capitulum,sed consuetudini statur.Item electus in abbatem,& confirmatus potest excommunicare.Item si pecunia soluatur contra prohibitionem electi, ei non obest: nisi postea consentiat ipsam soluendo. Item quod ab initio non nocebat, tractatu temporis per consensum sequentem imputatur, & sic ratihabitio retrotrahitur in maleficiis, & mandato comparatur.Item dolus vnius,alteri obesse non debet,nec sibi prodesse.

a De hoc expositione vide plures côcord.12. dist. illud. Io.An.

b Argumêtum ad hoc in l. quòd Labeo. ff. ad Carbo. & ibi Doctores.

c Intellectus c. testimonium. suprà de testibus.

† Iamblacen. † Tenblacen. † Gerablacen.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. comp. Et vide præ cæteris hic Henricum Boich. & extrauagantem Pauli secundi incip. Cû detestabile. & Cassadorum decisio. 1 tit. de simonia.

† Florinen.

d Hoc verû secundùm Hostiensem, nisi auctoritate,id est, degradando sit amotus tunc enim infamis est, etsi causa ignominiæ non addatur ff. de his, qui no. infa. l. 2. §. ignominiæ. Ioan. And.

e De hoc articulo vide ampliùs hic per Hostiensem Ioannem An. & alios

rit, in patrem per electionem canonicam [a] te vocauit: & quia pastore carebat Leodieñ. Ecclesia cathedralis, ad Colonieñ. [b] Ecclesiam (quæ tua est metropolis) proficiscens, ipsius auctoritate in Iemblaceñ. Ecclesia interim ministrasti. Ceterùm postquam in Leodieñ. Ecclesia fuit Episcopus institutus, is à te requisitus, electionem de te factã noluit confirmare. Verùm cùm hæc fieri pro extorquẽda pecunia comperisses: sub interminatione anathematis [c] vetuisti, ne pro facto huiusmodi aliqua pecunia offerretur. Sed quidam de fratribus te inconsulto, & ignorante, contra excommunicationis à te factæ sententiam venientes, promiserunt pecuniam, & etiam exoluerunt [d]: & sic ab Episcopo inuitatus, institutionẽ ab eo accepisti liberè, quemadmodum postulabas: *& infrà.* ¶ Quamuis autem secundùm sacrorum canonum [e] instituta, etiam paruuli, qui cupiditate parentum Ecclesias per pecuniã sunt adepti, eas dimittere teneantur: quia tamen longè diuersum est non præbere [f] consensum, & expressè aliquid prohibere: taliter duximus respondendum, quoniam [g] ex eo, quòd contra prohibitionem, & voluntatem tuam (à qua postmodum minimè recessisti) aliquis, te penitus ignorante, promisit pecuniam, & exoluit; præsertim cùm is nulla sit tibi consanguinitate [h] coniunctus, nihil debet tibi ad pœnam, vel culpam (sicut credimus) imputari [i]: nisi postea consenseris [k] pecuniam soluendo promissam, aut reddendo solutam: alioquin contingeret, quòd alicuius factum insidias inimico parantis [l], ei damnosum [m] existeret, cui penitus displiceret: & sic aliquis de fraude sua commodum reportaret [n]. ¶ Illos † autem, qui dederunt pecuniam, vel etiam receperunt, intantùm constat esse culpabiles, quòd si excessus eorum esset Ecclesiæ manifestus, (quæ non iudicat de occultis [o]) pœna essent canonica feriendi.

¶ Idem Decano Beluaceñ.

¶ *Si Clericus cum pacto confert Ecclesiæ bona sua, vt in ipsa recipiatur in Canonicum, & illa sibi retineat pro Præbenda, simonia committitur: secus, si hoc fiat sine pacto.*

CAP. XXXIV.

TVa † nos duxit discretio consulendos: *& infrà.* ¶ Deuotioni tuæ taliter respondemus, quòd si quis Clericus cum conditione, vel pacto largiatur, aut offerat bona sua, vt illa postmodum pro præbenda retineat, & in Canonicum admittatur: huiusmodi oblatio, vel receptio fieri non poterit sine

a ¶ [Cano]nicam.] Hic habes expressè, quòd electio potest fieri de ... Ecclesia. De hoc not. ʒ. *de elect. cùm inter canonicos.*

¶ *Glossa seq. obiicit, & contra obie. arguit. secundò fatetur obiect. & illis respondet.*

b ¶ *Ad Coloniensem.*] Sed quare hoc? nónne capitulum Ecclesiæ cathedralis potuit eius electionem confirmare: & ei dare licentiã ministrandi? Arg. quòd non. 71. *dist. fraternitatem. 24. dist. presbyteri.* sed verum est, quòd vacante Ecclesia, capitulum potest huiusmodi electiones confirmare. ʒ. *de maio. & obed. cùm olim.* vbi de hoc. sed hoc potest esse de consuetudine metropolis Ecclesiæ, quòd ad metropolitanum accedant. Ber.

¶ *Glo. seq. ar. quòd cõfirmatus, &c. secundò quòd per hoc verbũ, sub interminatione, &c. exponit, & remittit.*

c ¶ *Sub interminatione anathematis.*] Argu. quòd Abbas confirmatus possit excommunicare: quod verũ est: & Prior etiam. ʒ. *de maio. & obe. cùm in Ecclesiæ.* Et hæc fuit sententia excõmunicationis, & non [a] cõminatio, vt sequentia probant. & sic est argu. quòd per talia verba: Prohibeo sub interminatione anathematis, vel sub excommunicatione feratur sententia. ar. ad hoc ʒ. *de locato. c. 1. & ǰ. de eo qui fur. ord. recc. cap. 1.* Sed dicas, quod excommunicatio non fuit facta sub hac forma verborũ, sed expresse excõmunicauit, qui cõtrà facerent, sub hac forma: Quicunque soluerit aliquid, illum excommunico: & ita sub interminatione excommunicationis factæ sub conditione lata fuit hæc sententia: & sententia excommunicationis sub conditione potest ferri, & qui contrà facit, est excommunicatus. *infrà de sententia excom. à nobis. & ʒ. de appellat. præterea.* Papa refert hoc factum per istam formam: vnde si dicatur: Sub interminatione: vel, Sub pœna excommunicationis præcipio: non est excommunicatus, qui contrà fecit, & sic est comminatio tantùm. & hoc probatur ʒ. *de iure patro. relatum. §. 1. & ʒ. ne cler. vel monach. clericis.* & sic intellige omnia illa iura. *63. distin Salonitanæ. & prædictas decre. ʒ. de loco. cap. 1. & infrà de eo qui fur. ordi. rece. cap. 1. alia consimilia.* De hoc etiam dicitur *infrà de sagittar. cap. vnico.* Bernardum.

a *Præter Panormitanum, & alios hic, vide Geminianum in c. Salonitanæ. 63. distin & Innocentium in c. 1. ǰ. de sagittar.*

d ¶ *Exoluerunt.*] Fortè bono zelo, sed non secundùm scientiam, & ita errauerunt.

e ¶ *Canonum.*] 1. q. 5. *præsentium. & ʒ. eod. de regularibus, & c. ex insinuatione.*

¶ *Glo. seq. ponit duo genera de tacente: quòd consentit, & quòd contradicit, ad vtrumque signat contrarium de regula, qui tacet.*

f ¶ *Præbere.*] Quia sæpe, qui tacet, consentire videtur 54. *dist. si seruus sciente. C. de nupt. si vt proponis.* & sic iste Abbas consensisse præsumeretur, si postquam intellexerit, non contradixisset; sicut econuerso videtur contradicere, qui expresse non consentit *de consec. distin. 4. cum pro paruulis. ff. de procur. si. ius familias. §. inuitus. ff. de serui. vrba. prædi. inuitum. ʒ. de bap. maiores. ver. si. Arg. contrà. ff. de reg. iur. qui tacet.* Vincen.

g ¶ *Quoniam.*] Pro, quòd sic, & econuerso, quia ponitur pro, quòd, 3. q. 5. *quòd suspecti.*

h ¶ *Consanguinitate.*] ʒ. *de æta. & qualita. tuam.*

¶ *Glossa sequens ponit lecturam Vinc. distinguentis inter electionem, & confirmationem.*

i ¶ *Imputari.*] Dicit Vin. quòd hoc intelligitur, cùm iam aliquis est electus: & eo ignorante, & reclamante datur pecunia confirmatori. Si autem nondum esset electus: licèt eo reclamante daretur pecunia electoribus, obesset electo; quia per pecuniam eligitur, nisi dantes hoc facerent in odium eius: vt hic, & ʒ. *eod. nobis.*

k ¶ *Consenseris.*] Nam si consensisset, simoniam commisisset; quia consentire est quandocunque consentire, & antè, & pòst. 1. *q. 1. eos. in fin. & q. 3. si quis præbendas. & cap. si quis obiecerit:* quia in maleficiis ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. *ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quotiens. & ʒ. de restitu. spol. cùm ad sedem. in fin & 2. quæst. 1. notum.* & ita secundùm canones possum habere ratum, quod non meo nomine gestum est. 9. *qu. 2. Lugduneñ. & secundùm leges. ff. de nego. gest. si pupilli. §. item quæritur.* Quidam dicunt, vt Tanc. quod aliquis potest habere ratum: sed simoniam non committit, quamuis grauiter peccet. arg. ǰ. *cap. prox.* Et in hoc, quod dicit, pecuniam soluendo, potest esse arg. quòd non sit simoniacus per solam ratihabitionem.

† *Hodie quali[s]libet simoniacorum pœna, vide extrauagantem, Cum detestabile initio c. cinatam.*

l ¶ *Parantis.*] *Sic ff. si quis cau. l. 2. §. vlt.*

m ¶ *Damnosum.* Quod esset iniquum: cùm peccata tantùm tenere suos auctores debeant. *Cod. de pœn. sancimus. & ʒ. de his, quæ fiunt à ma. par. cap. quæsiuit.* & non debuit alius alterius odio prægrauari. *C. de inoffi. testam. si quis sin. §. legũ autem.*

† *Cap. 6. in ... in 3. com.*

n ¶ *Reportaret.*] Quod esse non debet: immò quandoque punitur in eo, in quo deliquit. ʒ. *de iure pat. pastoralis. & ʒ. de immu. Eccl. c. vlt.* Ber.

o ¶ *De occultis.*] 32. *dist. erubescant. 6. q. 1. si omnia. & 32. q. 5. Christiana. ǰ. c. prox.* Ber.

T*Va nos.*] Sunt duæ partes. In prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio ibi, *Deuotioni tuæ.* quæ distinguendo prosequitur duo membra: Secundum ibi, *Si verò.* cuius determinationem submittit ibi, *Licèt.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis clericus aliqua de bonis suis obtulit alicui Ecclesiæ, petens, vt idem clericus in canonicum admittatur, & eadem bona sibi retinere liceat pro præbenda in vita sua: quæritur, vtrùm bona illa recipi liceat, & idem clericus in canonicum assumi possit absque vitio simoniæ? Respondet Papa, quòd si clericus conditione, vel pacto offerat bona sua, vt ea retineat pro præbenda, & in canonicum admittatur: huiusmodi oblatio non potest fieri absque simonia, quia in talibus omnis pactio cessare debet. Si verò pure, & sine pacto, & conditione, bona sua offerat, rogans humiliter, vt in canonicum admittatur, & bona retinere liceat pro præbenda, & clerici pure consentiant, talis receptio poterit fieri absque simonia. In fine dicit Papa, quamuis taliter duxerimus respondendum: si tamen ille, qui talem facit donationem, ea intentione ducatur, vt per temporalia spiritualia valeat adipisci, & clerici eum aliter non reciperent: sine dubio tam iste, quàm illi apud Deum (quem nullum latet secretum) culpabiles iudicantur. Nota, quòd in spiritualibus adipiscendis nulla conditio, vel pactum debet interuenire. Item aliquis potest rogare, vt in canonicum admittatur. Item Ecclesia de manifestis tantùm, & non de occultis debet iudicare. Item arg. quòd intentio facit hominem simoniacum.

a ¶ *Omnis*

vitio simoniæ: cùm in talibus omnis pactio [a], aut conuentio [b] cessare debeat, iuxta canonicas sanctiones. ¶ Si verò purè, ac sine pacto, vel conditione qualibet offerat, rogans [c] † humiliter, vt in Canonicum admittatur, & bona sua retinere sibi liceat pro Præbenda, & Clerici eiusdem Ecclesiæ purè consentiant [d]: huiusmodi receptio fieri poterit absque scrupulo simoniacæ prauitatis. ¶ Licèt autem taliter duximus respondendum: quia nobis datum est de manifestis [e] tantummodò iudicare, si tamen is, qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, vt per temporalia bona, quæ offert, spiritualia valeat adipisci: & Clerici, qui eum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia perciperent, admissuri: sine dubio tam ille, quàm isti apud districtum Iudicem (qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum) culpabiles [f] iudicantur.

¶ Idem Priori Canturien. †

¶ Non debet quis ordinem recipere ab eo, quem credit simoniacum: sed ministrare potest in illis, quos prius ab isto recepit.

CAP. XXXV.

2 PEr † tuas litteras intimasti, quòd cùm B. in quadã domo Cartusien. Ordinis suscepisset habitum Monachalem à diœcesano Episcopo fuit in Subdiaconum ordinatus: sed postmodum didicit ex relatione quorundam [g], quòd Episcopus multotiens commiserat vitium simoniæ: propter quod idẽ Monachus, in suscepto formidat ordine ministrare, nolens ab eodem Episcopo ad superiores ordines promoueri: *& infrà.* ¶ Nos † igitur respondemus, vt idem in ordine sic suscepto securè ministret [h]: sed contra conscientiam ad superiores ordines non ascendat, ne fortè ædificet ad gehennam: licèt ex eo, quòd conscientiam nimis habuerit scrupulosam, in difficultatem huiusmodi sit collapsus: quam vtique non euadet, nisi deponat errorem.

¶ Idem Cantuarien. Archiepiscopo.

¶ Pro chrismate, vel inuestitura Ecclesiarum nihil exigi debet: nec excusat consuetudo, vel nominis variatio.

CAP. XXXVI.

IN tantùm † peccatis exigentibus, corda quorundam simoniaca prauitas deprauauit: *& infrà.* ¶ Sanè peruenit ad audientiam nostram, quòd cum

a ¶ *Omnis pactio.*] 1. q. 2. *quàm pio. &* ẽ. *de pact. c. vlt.*

b ¶ *Conuentio.*] Et modus etiam. ẽ. *vt eccle. bene. c. vno.* Bern.

c ¶ *Rogans.*] Nota, quòd aliquis potest rogare, vt in canonicum admittatur. de huiusmodi precibus not. ẽ. *de ata. & qua. tuã.* Ber.

d ¶ *Purè consentiant.*] Id est, sine aliqua pactione, vel mala intẽtione. Hic enim patet, quod eo tempore quo quis recipitur, potest aliquid offerre cessante omni cõditione, & pacto. Sed cõtra videtur, quod non liceat tempore receptionis. *ar. 1. q. 1. emẽdari.* nec q gratis fieri debet, pro precio fieri videatur habere speciem mali, à qua etiam abstinendũ est. *j. eod. audiuimus.* ẽ. *de vita, & honest. cleri. cùm ab omni. & est ar. ad hoc, 1. q. 2. quàm pio. in fin.* vbi dicit: Ac postmodum, &c. Sed verum est, vt hic dicitur, quòd tempore ingressus potest dari aliquid: & licitum est dum tamen cesset pactio, & conditio, vt hic dicitur, & ẽ. *de proba. cap. in præsentia &* ẽ. *de succes. ab intes. cùm dilectus. &* ẽ. *eod. dilectus 2. in fi.* nec ideo minùs donatio gratuita dicitur. *ar. ff. manda. si remunerandi. ar. 1. q. 1. indices. 18. dis. de eulogiis. & arg. ff. de offi. pro con. solent. § vlt. &* ẽ *eo. dilectus. 2. in fi.* aliàs dare siue ante, siue post, simonia est. 1. q. 1. *ex. insi.* Sed caueat ille, qui recipit, & qui dat, ne sub specie talium munerũ fraus committatur. 1. q. 1. *si quis neque. & j. sequitur.* Io.

e ¶ *De manifestis.*] ẽ. *ca. prox. in fi.*

f ¶ *Culpabiles.*] Non dicit, simoniaci: ad partem tamen pœnam tenentur propter intentionem, cum opere subsecuto. ẽ. *de biga. nuper.* isti simoniaci non dicuntur quantum ad Ecclesiam: nisi velis dicere, quòd sola intentio facit hominẽ simoniacum. *arg. 1. q. 1. qui studet. & c. reperiuntur. & 1. q. 3. non solùm:* sicut sola spes lucri facit hominem vsurarium. 14. q. 3. c. 1. *arg. j. de vsuris. consuluit.* Tanc. dicit, quòd sola pactio facit aliquem simoniacum. *arg. huius decret. &* ẽ. *vt eccle. bene. vt nostrum.* Ioan.

PEr *tuas.*] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Nos igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam B. nomine monachus ordinis Carthusiensis à diœcesano Episcopo suscepit ordinem subdiaconatus: postmodum monachus intellexit, quòd Episcopus ille multotiens commiserat vitium simoniæ: vnde monachus timebat in suscepto ordine ministrare, nolens etiam ab eodem promoueri ad maiores: quærebatur, quid facere debeat ille monachus? Respondet Papa, vt securè in ordine suscepto ministret, sed contra conscientiam ad superiores ordines non ascendat, ne forte ædificet ad gehennam: & licet in huiusmodi difficultatem sit collapsus ex eo, quod conscientiam nimis habuit scrupulosam: eam tamen non euadet, nisi deponat errorem. Nota, quòd contra conscientiam nullus debet venire, aliàs peccat mortaliter. Item conscientia erronea deponenda est.

¶ *Glo. seq. dicit asserentibus credi non debere: & signat contrarium.*

g ¶ *Ex relatione quorundam.*] Quibus credere non debuit. 33. *dist. habuisti. arg.* Si *dist. si quid verò.* arg. contra, quòd illud dicimur scire, quod ab aliis audiuimus. 22. q. 5. *hoc videtur.*

ADDITIO. Verum est, quando loquitur de proprio facto, non de alieno. Bern.

¶ *Glo. seq. primò ponit opinionem Io. deinde ponit contrarium, quam approbat. secundò obiicit, & sol. tertiò quærit, & soluit.*

h ¶ *Securè ministret.*] Cum non constet ei illum simoniacum esse: aliàs si sciret illum simoniacum, secus esset: quia simoniacus non habet executionem: vt ẽ *eo. tanta.* Vnde eam dare non potest. Præterea dixit Io. quòd licet quis committat simoniam, non perdit eo ipso executionem: nisi sit simoniacus in ordine. Alij dicunt contrarium, quòd omnis simoniacus ipso [b] iure suspensus est: vt 1. q. 1. *reperiuntur. & cap. quibusdam.* illud videtur verum, quòd siue ordinem, siue beneficium adeptus est per simoniam: impedit ordinis executionem etiã post peractam pœnitentiã. ẽ. *de accu. inquisitionis. 2. rñso.* Præterea si iste nescit pro vero illum esse simoniacum, quare Papa non dicit ei expresse, quòd recipiat ordines ab eodem, vt auferat ab eo errorem suum? videtur, quòd ei laqueum iniciat, quòd esse non debet. 27. q. *cap. vlt.* Sol. Papa non debet ei dicere, quòd recipiat ordines ab ipso, si habet super hoc conscientiam læsam, nec Papa eius conscientiam posset mutare, nisi ipsemet eam mutaret: quia vis animo fieri non potest: 31. q. 5. *proposito. & cap 1. & 2.* vnde dicit Papa consulendo potiùs, quàm præcipiendo, vt contra conscientiam non promoueatur ab illo episcopo, nisi primo illam deponat: quia qui facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. 28. q. 1. *omnes. § ex his, &* ẽ. *de restitu. spolia. litteras. &* ẽ. *de præscript. quoniam omne.* Sed nunquid potest aliquis recipere ordines ab eo, quem scit simoniacum in ordine? Dico, quod non, & recipiendo ordines ab eo, non recipit excusationem: cùm ordinator non habeat executionem. ẽ. *eo. tanta. & 1. q. 1. reperiuntur.* & potiùs debet pati excommunicationem, quàm recipere ordines ab ipso *j. de senten. excom. inquisitioni.* arg. si verò aliquis ignoranter etiam recipiat ordines à tali simoniaco in ordine, non recipit executionem, nisi cum eo dispensetur 1. q. 1. *si quis à simoniacis. &* ẽ *de ord. ab episcopo. qui renun. epi. cap. 1 & 2.* [c] quia si eam non habent, aliis eam dare non possunt. 1. q. 1. *& cap. qui perfectionem & q. 7. Dabertum.* Ber.

IN *tantùm.*] Prouidet circa duo. Secunda ibi, *Prauam.* Et prima subdiuiditur. Nam prima narrat factum. Secunda corrigi mandat, & punit ibi, *Cùm verò.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam suffraganei Cantuarien. Archiepiscopo recipere consueuerunt certam quantitatem pecuniæ pro chrismate, metuentes, pœnam canonicam, & correctionem propter hoc, anticipant tempus solutionis, recipiendo in media Quadragesima, quod recipere consueuerunt in Pascha: & nomen denariorum variabant, denarios, quos prius dicebant chrismales, secundò appellabant paschales, consuetudinem mediæ Quadragesimæ nuncupantes: peruenit hoc ad notitiam domini Papæ, qui respondet: cùm gratia sit gratis conferenda, & qui primo recipit pretium, quàm rem conferat pretiosam, expressam speciem exprimat venditionis. Mandat Papa Archiepiscopo, quatenus huiusmodi excessus corrigat, & suffraganeos suos, & officiales eorum taliter puniat, quòd aliorum culpa sibi ob suam negligentiam non imputetur ad pœnam. In hoc dicit, quod quandam prauam consuetudinem de sua prouincia studeat extirpare, secundùm quam pro inuestitura Ecclesiarum Archidiaconi marcham argenti exigebant: alij Prælati, scilicet Decani rurales vaccam albam, vel certam pecuniæ quantitatem pro vacca. Not. contra vsurarios, & simoniacos, quòd mutatio nominis contractus eius substantiam non mutat. Item honestas nominis, criminis malitiam non palliat. Item celebrata intelligitur venditio, si pretium recipiatur, quamuis traditio rei differatur. Item gratia gratis est conferenda

† *Humiles ergo preces à dignis emissæ, per consequẽs beneficio non indecentes fuerunt.*

1 *Vide Guidoni Papæ, decisione 80. vbi illa huic loco locem afferent.*

† *Carnisien.* † *Cartusien.* † *Carthusiẽ.*

† *Cap. 7. eo. tam 3. comp. Vide Archidiaconum & Geminianum in c. præter 32. di.*

b *Hinc spectat elegans decisio Cassiadori tit. de constit. decis. 5. an simonia ci sint ipso iure priuati, vel priuari debeant per sententiam.*

† *Aliàs ita. Nos itaque respondemus.*

† *Cap. 1. tit. de excessibus Prælatorum, in 3 compil. Vide citatos in c. ea quæ* ẽ. *eo. tit.*

c *Per quæ in ra. & infrà de cler. exco. mini. Apostolica. patet secundùm Hostiensem, quòd habens debet probabilis ignorantia excusata, quod intelligas quoad dispensationem. Ioan. And.*

conferenda. Item nihil dandum est pro aliquo spirituali, quodcunque sit illud. Item delictum subditorum imputatur negligentiæ prælati. Item consuetudo non excusat in delictis.

a ¶ *Chrismate.*] Sic ₃.eo.ca *quæ*. Vbi habes similem variationē nominis. Pro chrismate verò, vel oleo nihil est accipiēdum. ₃.eo. *non satis.* & qui contra fecerit, pœna canonica punitur, vt hic dicit: quæ est pœna depositionis cum nota infamiæ. 1.q.3.c.*vlt.* Ber.

olim quidam Suffraganei tui, pro chrismate[a] certam † consueuerint accipere pecuniæ quantitatem, non metuentes pœnam canonicam, & correctionem tuam eludere cupientes, tempus faciendæ solutionis anticipant[b], recipientes in media Quadragesima, quod recipere consueuere post Pascha: & vt causam recipiendi dissimulent, nomen denariorum variant[c], denarios, quos priùs chrismales, secundò Paschales dicebant, consuetudinem † mediæ Quadragesimæ nuncupantes: *& infrà.* ¶ Cùm verò expressius exprimat venditionis speciem, qui priùs[d] recipit pretium, quàm rem conferat pretiosam, & gratis[e] sit gratia conferenda: Mandamus, quatenus taliter excessus corrigas supradictos, Suffraganeos tuos, & Officiales eorum à tam illicita exactione compescens, quò aliorum culpa[f] tibi ob tuam negligentiam non imputetur ad pœnam. ¶ Prauam etiam illam consuetudinem[g] de tua prouincia studeas abolere, per quam pro Ecclesiarum inuestitura[h], Archidiaconi marcham argenti, minores verò Decani vaccam albam sibi dari postulant, vel certam solui pecuniæ quantitatem.

¶ Idem.

¶ Ordinatus in Subdiaconum, qui priùs præsentatori suo promisit, quòd nihil ab eo peteret, in suscepto ministrare, vel ad superiores ordines ascendere sine dispensatione non potest, etiamsi peccare non crediderit.

CAP. XXXVII.

3 PEr † tuas nobis litteras intimasti, quòd cùm D. lator præsentium vellet in Subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet: quendam Presbyterum exorauit, vt ipsum ad Ecclesiæ suæ titulum præsentaret: quòd cùm ille facere recusaret, ipse illi firmiter repromisit, quòd nunquam, si præsentaret eundem, in Ecclesia sua aliquam peteret portionem: & sic ad præsentationem eius † extiterit ordinatus, nec se in hoc illicitum egisse aliquid intellexit[i]: *& infrà.* ¶ Nos inquisitioni tuæ taliter respondemus: quòd nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum[k], nec † ad superiores ascendere, nec in suscepto debet ordine ministrare[l].

¶ Idem.

¶ Simonia est dare pecuniam pro vicariatu vel pro alia administratione rerum spiritualium, seu Ecclesiasticarum habenda: & dantes, & recipientes ab illa Ecclesia sunt eiciendi. Hoc dicit hoc ca. per alia verba, licèt sit breue.

CAP. XXXVIII.

COnsulere †: *& infrà.* ¶ Quicunque vicedominatum, vel aliam Ecclesiasticarum rerum administrationem[m] per pecuniam obtinere voluerint, tam ementes, quàm vendentes cum † Simone percelluntur, & ab illa Ecclesia, in cuius contumeliam dare pecuniam, & accipere voluerūt[n], iustè excludūtur.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ Simoniacum est aliquid exigere pro consecratione Episcoporum, & benedictionibus Abbatum, & ordinationibus Clericorum, nec excusat consuetudo.

CAP. XXXIX.

SIcut pro certo didicimus, in plerisque locis, à plerisque personis, quasi columbas in

b ¶ *Anticipant.*] Excogitata fraude de tempore ad tempus.

c ¶ *Variant.*] Talis variatio nominum nō prodest[a]: quia quodcunque nomen imponant, simoniam committūt, sicut in vsura. 14. qu.3. *plerique.* sic enim faciunt vsurarij, nunc appellant lucrū, nūc emolumentum: quandoque pœnam in fraudē. *arg. ff. si cer. pet. lecta est. sic C. de libe. cau. iubemus.* Ber.

d ¶ *Qui priùs.*] Emptor enim priùs tenetur offerre pretiū, quàm venditor ei rem tradat. *ff. de act. empt. & vend. Iulianus. §. offerri.* Sed si neuter habet fidem alteri, pretium, & res deponatur apud sequestrum[b]. *ff. de solu. si solutum. Io.*

e ¶ *Gratis sit gratia.*] 1. q.1. c.1.

f ¶ *Aliorum culpa.*] Arg. q. delictum subditorum imputatur plato. Sim. ₃. *de offi. ord. irrefragabili.* vbi de hoc Ber.

g ¶ *Consuetudinem.*] In talibus enim nō excusat consuetudo, sed potiùs accusat. ₃. *eod. non satis. & c. cum in Ecclesiæ.* quia malæ consuetudines tempore non confirmantur. *in Auth. vt nulli iud. §.1. ver. neque verò ab angariis. coll. 9.* Bernar.

h ¶ *Inuestitura.*] Pro qua nihil est dandum. ₃. *eo. cum in Ecclesiæ.* nec pro aliquo sacramento spirituali, vt ibi dicitur: nec pastum, nec pastellum quis dare debet[c] 1. qu. 3. *si quis præbendas.* Bern.

3 PEr tuas.] Duæ sunt partes, consultatio, & responsio. Secunda ibi. *Nos.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam clericus, cùm vellet in subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet, rogauit quendam presbyterum, vt ipsum ad titulum Ecclesiæ suæ præsentaret. Sed cùm presbyter hoc facere nollet, promisit eidem, quòd nunquam portionem aliquam peteret in Ecclesia sua, si præsentaret eundem: & sic ad eius præsentationem fuit ordinatus: quærebatur, quid iuris esset de ipso clerico? Respondet Papa, quòd nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum, nec in eo ordine debet ministrare, nec ad superiores ordines poterit promoueri. Nota, quòd qui ordinem scienter recipit per simoniam, non habet executionem, nisi cum eo dispensetur.

i ¶ *Intellexit.*] Propter hoc non excusatur, vt bene sequentia notant: quia potuit consulere peritiores. 37. *dist. c. non omnis. §. vlt. ff. de iuris & fact. igno. l. regula. § sed iuris.* Ber.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, soluit, & remittit.*

k ¶ *Dispensatum.*] Sic ₃. eo. ca. *penult.* vbi etiam imponitur pœna ordinatori præsentatori, & præsentato: & ita dispensari potest cū simoniaco in ordine. *Arg. contra. 1. qu. 1. erga simoniacos. & c. si quis neque.* sed illa capitula loquuntur in dignitate: & non negatur, quin possit cum talibus dispensari, sed nulla misericordia est adhibenda in dignitate seruanda, quin oporteat eos renuntiare: quia pœnitentiam (ordine, vel beneficio retento) agere non possunt. 1. q. 7. *requiritis. & suprà de accu. inquisitionis. 1. respon.* Quis possit cum talibus dispensare, dictum est *suprà eod. de simoniaic.* & melius *sup. de renuntia. post translationem.* De pœna illorum dicitur *infr. eod. cap. penul.* & quis cum talibus possit dispensare.

l ¶ *Ministrare.*] Triplici de causa, tum quia fuit hic munus à lingua. 1. qu. 1. *sunt nonnulli.* tamen quia nulla conditio debet interuenire, vt ₃. *eod. tua. & ₃. de pact. ca. vlt. & 1. q. 2. quàm pio.* tum quia per surreptionem voluit ordinem adipisci. *arg. 24. dist. quando. & ₃. de elec. cum dilecti.* Ioan.

COnsulere.] Non eget summario: quia breue, nec diuiditur. Abbas.

CASVS. Quicunque per pecuniam aliquam administrationem obtinuerit, tam dantes, quàm accipientes, cum Simone percelluntur, & ab illa Ecclesia repelluntur, in cuius ignominiam dare pecuniam voluerunt. Nota, quod tam ementes, quā vendētes Ecclesiarū administrationes, sunt simoniaci.

m ¶ *Administrationem.*] Quod hic dicitur, intellige per id, quod habes 1 *quæst. 3. saluator.* circa medium capituli, vbi habes, quod nulla administratio Ecclesiastica potest vendi, vel emi, Præpositura, œconomi officium, vicedominatus, aduocatia, siue castaldionatus, & iudicatura, aut quælibet alia administratio, vt c. *si quis Episcopus, in prin. causæ.*

¶ *Glo. seq. arg. & argumentum determinat.*

n ¶ *Voluerunt.*] Arg. quòd sola voluntas facit hominem simoniacum. 1. q. 1. *qui studet.* Sed hoc non credo, quòd sola voluntas facit hominem simoniacum, dummodo contenta sit suis terminis. ₃. eo. c. *vlt. licèt aliàs peccet.* vt ibi. Sed hic non fuit contenta suis finibus, immo processum fuit ad actum. & hic notatur per hoc, quod dicit: tam ementes, quàm vendentes, vel ad studia emendi processerunt, quantùm in eis fuit: vnde tanquam simoniaci iudicandi sunt 1. q. 1. *qui studet.* & sic intellige, quod dicit in fine, voluerunt.

SIcut.] Primò narrat excessum, & ipsius excusationem. Secundò ipsius excusationem reprobat, & excessum prohibet, & pœnam adiicit ibi, *Tantùm.* Abbas Siculus.

CASVS. In plerisque locis à multis prælatis fiunt turpes exactiones, pro consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, & consimilibus: & est taxatum, quantum debeat dari isti, vel illi, huiusmodi prauitatem per consuetudinem defendentes: Concilium huiusmodi consuetudinem, quæ dicenda est potiùs corruptela, penitus reprobat, prohibendo expresse, ne pro

† In nonnullis codicibus Vaticanis. & aliquot nostris ita: certam consueuerint accipere pecuniæ quantitatem, metuentes pœnam, &c. absque dictione, non, in codice Barbasiæ ita: nunc metuentes pœnam, &c.

a Aliquādo prodest. ₃. de sponsa. tua. secundum Goff. Io. An.

† Sed nominum variatio non excusat: nam vt ait Lactantius lib. 1. c. 5. diuinarum institution. non obstat appellationum diuersitas, cum ipsa significatione ad vnum omnia reuocantur.

b Vel caueatur de re vendenda, si pretium infra certum tempus fuerit numeratum. ff. de ædil. edict. l. ædiles § fin. & l. seq. Io. And.

† Ca. 1. eo. ti. in 4. compil. Ex hoc c. collige neminē ordinandum, nisi habeat, vnde viuat. concil. Tri. sessio. 21. de reform. c. 2.

c Vt not ₃. c. 1. & c. veniens. Ioan. And.

† ipsum.

† Aliàs nec: nec ad superiores ordines, &c.

† Ca. 2. eo. ti. in 4. comp.

† In codice Barbasiæ ita: cum Simone Mago percelluntur.

† Idem scilicet, Innocentius tertius in concilio generali Lateranensi. ca. 63 & c. 3. eo. tit. in 4. compilatione.

d Et c. 2. vbi de hoc Ioan. And.

e Et si pastus interuenit, esset detestabilius. aliàs mortalis, de hoc dixi ₃. eo. nemo. super gl. 1. Ioan. And.

ne pro talibus quocunque prætextu aliquis extorquere præsumat aliquid, vel exigere. Alioquin & qui dederit, & qui receperit, cum Giezi, & Simone condemnetur. Nota, quòd praua consuetudo abolenda est. Item pro consecrationibus Episcoporum, & benedictionibus Abbatum, & ordinibus clericorum, nihil est dandum, vel accipiendum.

templo vendentibus, fiunt exactiones, & extorsiones turpes, & prauæ, pro consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, & ordinibus Clericorum: éstque taxatum, quantum sit isti, vel † illi persoluendũ: & ad cumulum damnationis maioris, quidam cupiditatem, & prauitatem huiusmodi nituntur defendere per consuetudinem [a] longo tempore obseruatam.

¶ Tantum igitur abolere volentes abusum, consuetudinem huiusmodi (quæ magis dicenda est corruptela) penitus reprobamus, firmiter statuentes, vt pro his siue conferendis, siue collatis, nemo aliquid quocunque prætextu exigere, aut extorquere præsumat: alioquin & qui receperit, & qui dederit huiusmodi pretium, omnino damnatum, cum Giezi [b], & Simone condemnetur.

¶ Idem † in eodem.

¶ Religiosi pretio recepti, vnà cum recipientibus de Monasterio expelluntur, & in arctioribus Monasteriis ad agẽdam pœnitentiam detruduntur. Sed recepti ante istud cõcilium ponebantur sic recepti in aliis locis eiusdem Ordinis, nisi multitudo sit in causa: ita tamen quòd renuntient primæ receptioni, & de nouo recipiantur.

CAP. XL.

QVoniam † simoniaca labes adeo plerasque Moniales infecit, vt vix aliquas sine pretio recipiant in sorores, paupertatis [c] prætextu volentes huiusmodi vitium palliare: ne id de cetero fiat, penitus prohibemus: Statuentes, vt quæcunque de cætero talem cõmiserint † prauitatẽ, tam recipiẽs, quàm recepta, siue sit subdita, siue prelata, sine spe restitutionis de suo Monasterio expellatur [d] †, in locũ arctioris regulæ ad agendam perpetuã [e] pœnitentiam retrudenda. ¶ De his autem, quæ ante hoc synodale statutũ taliter sunt receptæ, ita duximus prouidendum; vt remotæ de Monasteriis, quæ perperam sunt ingressæ, in aliis locis eiusdem Ordinis collocentur. Quòd si fortè propter nimiam multitudinẽ [f] alibi nequiuerint commodè collocari: ne damnabiliter in sæculo euagentur, recipiantur in eisdem Monasteriis dispensatiuè de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis. Hoc etiam circa Monachos, & alios regulares decernimus obseruandum. ¶ Verùm ne per simplicitatem, vel ignorantiam [g] se valeant excusare: Præcipimus, vt diœcesani Episcopi singulis annis hoc faciant per suas diœceses publicari.

¶ Item † in eodem.

¶ Episcopi nihil exigere debẽt, vt permittant in Ecclesiis sibi subiectis Clericos institui, Monachos profiteri, vel mortuos sepeliri: alioquin exacta, restituentur duplicata.

CAP. XLI.

AVdiuimus de quibusdam Episcopis, quòd decedentibus Ecclesiarum rectoribus, ipsa interdicto subiiciunt, nec patiuntur alios in eisdem institui, donec ipsis certa summa

a ¶ *Per consuetudinem.*] Fingunt enim tales, quòd in consecratione aliquid licitè petitur, non pro consecratione, sed pro consuetudine. *arg. 63. dist. quia sancta. & c. Agathosa. & 1. q. 3. quæsitum. & in Authent. de san. epis. §. pro consuetudinibus. coll. 9.* [a] sed hoc non est verum: nec excusat consuetudo in huiusmodi spiritualib. vendendis: immò magis accusat. *ͥ. eod. non satis. & cap. cùm in ecclesiæ.* vbi talia reprobantur. Io.

b ¶ *Cum Giezi, & Simone.*] Gieziтæ [b] dicuntur à Giezi seruo Helisæi, qui primò in veteri Testamento vendidit gratiam sanitatis Naaman principi Assyriorum: vnde venditores spiritualium propriè dicuntur Giezitæ. Simoniaci dicuntur à Simone Mago: qui postea in nouo Testamento voluit emere gratiam Spiritus sancti. *1. q. 1. qui studet. & cap. cito turpem.* Bern.

QVeniam.] Sunt iiij. partes. Prima prouidet circa futura. Secunda circa præterita ibi, *De his.* Tertia prorogat ibi, *Hoc etiã.* Quarta publicationem fieri mandat ibi, *Verùm.* Abbas Siculus.

CASVS. Simoniaca prauitas apud multas moniales intantum inualuit, quòd vix recipere volunt aliquas in sorores sine pretio, paupertatis prætextu Præcipit concilium, ne de cætero istud fiat, statuens, vt quæcunque de cætero talem commiserit prauitatem, & recipiens, & recepta, siue subdita fuerit, siue prælata, sine spe restitutionis de monasterio expellatur, in arctius monasterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudenda. De his verò, quæ ante istud concilium taliter sunt receptæ, statuit, vt de illis monasteriis, in quibus perperam sunt ingressæ remoueantur, & in aliis eiusdem ordinis collocentur. Si autem propter multitudinem hoc fieri non poterit, ne damnabiliter in sæculo euagentur, de nouo dispensatiue in eisdem monasteriis recipiantur, mutatis locis prioribus, & inferioribus assignatis. Et hoc, quod dictum est de monialibus, obseruandum est de monachis & aliis regularibus: & ne per simplicitatem, vel ignorantiam aliqui se valeant excusare, præcepit, vt Episcopi per suas diœceses hoc faciant publicari. Nota, quòd secundùm istud concilium monachi, & omnes regulares, qui scienter, vel ignoranter sunt recepti per simoniam, sunt puniendi. Item constitutio extenditur ad præterita. Item propter multitudinem detrahendum est seueritati. Item propter multitudinem dispensatur, vbi aliàs non dispensaretur.

¶ *Glo. seq. textum adiuuat per canonem, & decre. & l. demum determinat. vlt. consuluit.*

c ¶ *Paupertatis.*] Prætextu enim paupertatis non debet quis operari peccatum mortale, sed potiùs quælibet mala pati. 32. *q. 5. ita ne. & ͥ. de his, quæ vi, metúsue cau. fi. sacris.* nec eo prætextu ignoscendum est illis. *ff. de ritu nupt. palam. §. non est.* Posset dici, quòd si ita pauperes sunt, quod non possunt ibi aliàs aliquo modo aliquem recipere, quia non haberent ibi victum, sub hac forma possent recipi: Non habemus, quid demus tibi pro victu, nisi tu portes tecum, vnde viuas: dum tamen hoc non dicatur in fraudem, & sine aliquo pacto. *argum. 1. quæst. 2. si quis propter hoc* [c]. Io. sed tutius est, vt nullo casu taliter aliquis, vel aliqua recipiatur. Bern.

¶ *Gloss. seq. obiicit de decre. dilectus. & inquisitionis. & soluit. demum ponit quæstionem, quam soluit, & remisit. Item aliam quæstionem, quam dupliciter soluit.*

d ¶ *Expellatur.*] Videtur hoc esse intelligendum cum distinctione illius decre. ͥ. *eod. dilectus*, vt si directe actum sit contra tales in modum accusationis quod deponantur. Si in modum inquisitionis fiat, vt hic dicitur, sic distinguit illa decret. dilectus. Item *argu contra. ͥ. de accusatio. inquisitionis.* vbi deponitur simoniacus in modum inquisitionis. Credo, quod hodie standum sit huic constitutioni circa regulares simoniacos: vt pœna ista solummodo imponatur, qualitercunque cõstet de crimine, vt in arctiori monasterio ad agendum perpetuam pœnitentiam detrudatur sine ordinis sui executione: cùm aliàs pœnitentiam agere non possunt. *1. quæstio. 7. requiritis. argumen. ͥ. de accusat. inquisitionis.* & satis intelliguntur depositi [d]. nam extra claustrum morari non debent; ne damnabiliter euagentur: vt infrà dicitur. *& argument. suprà de regul. & transeund. cap. vltim.* Sed nunquid restituitur ei pecunia? Potest dici, quòd sic. suprà, eodem. veniens. De hoc dictum est suprà, eod. de hoc. Quid si non inueniuntur arctiora monasteria? Nihilominus mutabunt ead. *argument. 81. distinct. vales.* vel si visum fuerit, renuntiabunt locis suis, & denuo restituentur in illis dispensatiue, prout sequitur infrà, de aliis, qui ante hoc statum sunt recepti, vt perpetuam pœnitentiam ibi agant.

e ¶ *Perpetuam.*] Sic 1 *q. 1. reperiuntur. & c. si quis neque*: sic hæretici, cùm redierint ad agendam pœnitentiam, in perpetuum carcerem detruduntur. *ĩ. de hære. cap. penult.* quia & simonia dicitur hæresis. *6. q. 1. sed licet.* Bern.

f ¶ *Multitudinem.*] Vt propter hoc detrahatur seueritati. sic *ĩ. de cleri. excomm. ministran. latores. & suprà. de temp. ord. c. 2.* Bernar.

g ¶ *Vel ignorantiam.*] Sic *ͥ. de loca. cap. 1.* [e] *sic 82. dist. d. proposuisti.*

AVdiuimus.] Sunt tres partes principales. In prima narrat factum. In secunda inhibitionem facit ibi, *Cùm igitur.* In tertia puniri mandat ibi, *Quòd si quis.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidã Episcopi decedentibus Ecclesiarũ rectoribus, Ecclesias ipsas subiiciunt interdicto, nec permittũt aliquos in eisdẽ institui,

† *Aliàs ita: illi vel aliis.*

a *Vide suprà eod. cum in ecclesiæ. super glos. 2. Io. And.*

b *De Giezi, vnde Giezitæ, vide li. 4. Regum, cap. 5. & de Simone Mago, vnde Simonia: siue Simoniani, vide late per Gabrielem Prateolũ li. 17. de sectis hæreticorũ. c. 35.*

† *Idem Innocentius tertius in eodẽ concilio Lateran. c. 64. & c. 4. eo. tit. in 4. compil.*

† *Vide Guidonem Papæ decisione 80. & latè per Syluestrũ in summa, verbo simonia. q. 15.*

† *commiserint*

c *Et idẽ notatur suprà c. non satis. in 1. glo. & de hoc 1. q. 2. in sum. Io. And.*

† *repellatur.*

† *Idem Innocentius tertius in concilio Lateran. c. 65. & c. 5. eo. tit. in 4. compilat. Et de materia vide citatos in c. cùm in ecclesiæ. & in c. dilectus. suprà eo. tit.*

d *Ex quo executionem non habent. sed ad hoc respõdet Hostiẽsis, quod cum deposita non sic de facili dispensabitur. de hoc suprà de cle. non resi. ex tua. Io. And.*

e *De Iudæ. ita quorundam. in fi. de pœnitent. & remi. omnis. secundũ Hostien. Io. And.*

institui, donec pecunia persoluatur. Item cùm miles aliquis, vel clericus domum religionis ingreditur, vel apud religiosos elegit sepulturam, si nihil reliquerit loco religioso, difficultates ingerunt, donec aliquid muneris recipiant, peruenit hoc ad notitiam Papæ, qui respondet: Cum ergo non solùm à malo, sed ab omni specie mali præcipiat Apostolus abstinere, concilium huiusmodi exactiones duxit inhibendas: & qui cōtra hoc fecerit, exacta, duplicata restituat, in vtilitatem locorum, in quorum fuerant soluta dispendium, fideliter conuertenda. Nota, quòd non solùm à malo abstinendum est, sed ab eo, quod speciem mali habere videtur. Item Ecclesia potest suum recipere in duplum. Item Ecclesiæ debet reddi pecunia, quæ in eius iniuriam data est, vel soluta.

pecuniæ persoluatur.[a] Præterea cùm Miles, aut Clericus domum religionis ingreditur, vel apud Religiosos eligit sepulturam, etiam si nihil loco religioso reliquerit, difficultates ingerunt, & malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum.

¶ Cùm igitur non solùm à malo, sed ab omni specie[b] mali sit (secundùm Apostolum) abstinendum: exactiones huiusmodi penitus inhibemus. Quòd si quis transgressor extiterit, exacta, duplicata[c] restituat, in vtilitatem locorum, in quorum fuerint soluta dispendium, fideliter conuertenda.

¶ Idem † in eodem.

¶ Sacramenta sunt liberè conferenda: cogit tamen Ordinarius laicos obseruare laudabiles consuetudines.

CAP. XLII.

AD Apostolicam audientiam frequenti relatione peruenit, quòd quidam Clerici pro exequiis mortuorum †, & benedictionibus nubentium, & similibus, pecuniam exigunt, & extorquent: & si fortè eorum cupiditati non fuerit satisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. Econtra verò quidam Laici laudabilem consuetudinem erga sanctam Ecclesiam pia deuotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere, sub prætextu canonicæ pietatis[d].

¶ Quapropter super his prauas exactiones fieri prohibemus, & pias consuetudines præcipimus obseruari: Statuentes, vt liberè conferantur[e] Ecclesiastica sacramenta. Sed per Episcopum loci, veritate cognita, compescantur, qui malitiosè nituntur laudabilem[f] consuetudinem mutare.

1. Thess. ca. 5.

¶ *Gloss. seq. soluit, quærit, & remittit.*

a ¶ *Persoluatur.*] Nunquid talis dicitur simoniacus, qui sic soluit pecuniam? Videtur, quòd non[a], quia redimit ius suum. vt s. eod. *dilectus.* vbi plene de hoc, sicut licitum est alicui corrumpere accusatorem suum: vt 2. q. 3. c. *si quem.* §. *notandum.* Io.

† Idem Innocentius tertius in concilio Lateran. c. 66. & c. 6. eod. tit. in 4. compilatione. Et pro intellectu præter Doctores hic, vide B. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 2. ad 4. argumentum. & Syluestrum in summa. verbo, simonia q. 8. vbi plenissimè. Bellameram consi. 32. inci. quodmulier.

a Immò verè est simoniacus, cùm non det pecuniā pro redimenda vexatione iuris quæsiti, sed quærendi. B. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 2. ad 5. arg. adde Panormitanum hic.

† Vide Paulum de Castro cons. 401. incip. viso processu. & consi. 342. incip. circa primum. &

b ¶ *Sed ab omni specie*] Argum. 1. q. 1. *emendari.* sup. *de vita, & hone. clericorum ab omni.*

c ¶ *Duplicatā.*] Sic s. *de cen.* *procurationes.* in fin. & s. *de immuni. Eccle. quia plerique.* & in *Authen. de san. Epis.* in 2. *colum.* §. *si verò laicus, coll. 9.* Ber.

AD *Apostolicam.*] Primo ponit clericorum, & laicorum excessum. Secūdò contra vtrumque prouidet ibi, *Quapropter.* Abbas Sic.

CASVS. Quidam clerici pro benedictionibus nubentium, & exequiis mortuorum, & similibus pecuniā exigunt, & extorquent: & nisi eis fuerit satisfactum, fraudulenter impedimenta opponunt. Econuerso sunt quidam laici, qui laudabilem consuetudinem erga sanctam Ecclesiam deuotione fidelium introductam infringere nituntur sub prætextu pietatis: vnde concilium super his prauas exactiones prohibet fieri, & pias consuetudines præcipit obseruari: statuit, vt liberè conferantur Ecclesiastica sacramenta, & per Episcopum loci compescantur, qui laudabilem consuetudinem mutare nituntur. Nota, quod laudabilis consuetudo seruanda est: & Episcopus loci per officium suum illam faciat obseruari.

d ¶ *Pietatis.*] Prætextu pietatis non est impietas committenda. 1. q. 1. *non est putanda.* & 14. q. 5. *neque enim si agris.* & 30. q. 1. *vnic.*

e ¶ *Liberè conferantur.*] Sacramenta enim Ecclesiastica gratis si ne aliqua exactione sunt conferenda. s. *eodem. cùm in Ecclesia.* & c. *ea quæ.*

¶ *Gl. seq. dupliciter legit finem cap. sed primam lecturam approbat.*

f ¶ *Nituntur laudabilem.*] Ergo laudabilis consuetudo seruanda est, cuius transgressor vt iniu. punitur. 11. *dist. in his.* Et videtur ex hac littera, quod clerici, licèt nihil petere possint pro talibus sacramentis, si consuetudo laudabilis super his seruari consueuit, quòd per superiorem cogi possunt officio iudicis implorato ad illam seruandam, quæ ex pietate introducta est. Vel potest intelligi, quòd hic dicitur, vt Io. dixit, quòd laici abutuntur consuetudinibus, quæ illis pietatis causa permissæ sunt, vt cùm permittitur eis præsentare clericum, ipsi volunt eum instituere, vel cùm ipsi requiruntur, vt consentiant, ipsi volunt eligere. De quibus habes s. *de iure patrona. cap. præterea.* & in pluribus aliis: quod non credo. Sed dic, vt prius dictum est. Bernard.

¶ Honorius tertius vniuersis Abbatibus, & fratribus Cistercien. Ordinis.

¶ Prohibet Abbates Cistercienses solemniter installari: & ponit formam obedientiæ, quam præstant suis Episcopis.

CAP. XLIII.

NE † Dei[g] Ecclesiam: & *infrà.* ¶ Installationis † solemnitates[h] in electis Abbatibus Ordinis vestri fieri prohibentes: Adiicimus, vt Archiepiscopi, & Episcopi ea sint forma professionis[i] contenti, quæ ab origine vestri Ordinis noscitur instituta, quæ talis est: Ego frater Abbas Cistercien. Ordinis subiectionem, & reuerentiam, & obedientiam à sanctis Patribus constitutam, secundùm regulam sancti Benedicti, tibi, domine Episcope, tuisque successoribus[k] canonicè[l] substituendis, & sanctæ sedi Apostolicæ, saluo Ordine[m] meo, perpetuò me exhibiturum promitto.

¶ Gregorius nonus Priori sancti Thomæ Escolañ.

¶ Recepto in Canonicum debetur Præbenda, & redditus, consuetudine non obstante, quòd non seruauerit prauam consuetudinem de aliquo temporali dando ipsis Canonicis.

CAP. XLIV.

IAcobus † Canonicus Esculanus exposuit, quod cum ipse in Ecclesia Aprutiñ. sit re-

NE *Dei*] Duæ sunt partes. Secunda ibi, *Adiicimus.* Abbas Siculus.

¶ *Gloss. seq. ponit casum litteralem.*

g ¶ *Ne Dei.*] CASVS.[b] Abbates Cistercień. ordinis consueuerant dare Archidiaconis Palafredum in sua installatione, vel aliud æquipollens: quod prohibuit Honorius Abbatibus, & ne de cætero taliter installentur, sed obedientiam faciant suis Episcopis prout dicitur in littera. B. Nota, quòd Episcopus diœcesanus Abbatem Cistercieñ. ordinis installare non debet: Licet in aliquo instrumento fiat mentio de aliquo alio, non ideo debet illud exhiberi. Item si non exhibetur statutum ordinis contrarium, adstringitur regularis mandato Episcopi. Item contra statuta regulæ non debet monachus diœcesano obedire.

h ¶ *Solemnitates.*] Installare Abbates, & Abbatissas in sede ponere, pertinet ad officium Archidiaconi. *suprà, de offi. Archidiaco. cap. vt nostrum.* & talis installationis solemnitas non requiritur in Abbatibus ordinis Cistercieñ. vt hic patet.

i ¶ *Forma professionis.*] Qua profitentur se præstaturos suis Episcopis subiectionem, & cætera quæ sequuntur. sic & Archiepiscopi debent esse contenti forma professionis à canonibus constituta. s. *de maio. & obe. dilecti.* qua & Papa contentus est, vt ibi dicitur.

k ¶ *Successoribus.*] Et ita postquàm fecit obedientiam prędecessoribus, amplius eam facere successoribus compelli non debet: vt s. *de interdiu. veritatis.* & idem in vasallo, vt ibi dicitur.

l ¶ *Canonice.*] Aliàs non teneretur: putà si esset intrusus sine consensu clericorum. 12. q. 2. *alienationes.* Ber.

m ¶ *Saluo ordine.*] Nam contra regulam obedire non tenentur, vt hic dicitur, in his quæ contra regulam, vel quæ illicita sunt, nullus obedire tenetur. 11. q. 3. *si quis Episcopus.* & c. *non semper.* & c. *si dominus.* & c. *Iulianus.* sed bonum, quod agitur, quandoque propter obedientiam intermittitur. 11. q. *quid ergo.* & est huic simile loco s. *de interim. ego enim.* Ber.

IAcobus.] Prætextu consuetudinis non debet exigi prandium à canonico de nouo recepto, hoc dicit. Diuiditur: nam prima pars ponit querelam: secunda dat iudicem ibi, *Quocirca.* Abbas Siculus.

CASVS. Iacobus iste canonicus Esculanus receptus erat in fratrē, & canonicū in Ecclesia Aprutiñ. canonici illius Ecclesię partem beneficij sui sibi assignare nolebant, nisi primò reciperent prandium

b Hunc casum inuenio in antiquis, & manuscriptis Gregorij exemplaribus.

† Qualiter hoc c. speciales ad iuramentum colliges ex casu, & clarius hic ex Panormitano, & aliis.

† Installatio fit, quando electus, & confirmatus introducitur in installum, id est, in sedem, siue locum constitutum in choro, & Abbati deputatum ad sedendum.

† Vide Doctores in c. 1. s. eod. tit. B. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 3. & Syluestrum in summa. verbo, simonia q. 8. & 9. & 13.

ceptus in Canonicum, & in fratrem, Canonici eiusdem Ecclesiæ, partem prouentuum, ac Præbendam sibi assignare recusant, quandam consuetudinem prætendentes, quòd prandium habere debeant à Canonico recepto de nouo.

¶ Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, dictos Canonicos, vt tali consuetudine [a] non obstante, sibi, sicut vni ex aliis, in prouentibus, & Præbenda prouideant, appellatione remota, compellas.

¶ Idem.

¶ Qui ordinauit aliquem sub promissione de non petẽdo ab ipso prouisionem: Ordinator per triennium à collatione, Præsentator verò ab executione ordinum etiam per triennium suspensi sunt; ordinatus verò ab ordine perpetuò fit suspensus: & solum per sedẽ Apostolicam cum eis dispensatur.

CAP. XLV.

SI † quis ordinauerit, seu ad ordinem præsentauerit aliquem, promissionem, vel iuramentum [b] ab illo recipiens, quòd super prouisione sua non inquietet † eundem: Ordinator à collatione, Præsentator verò ab executione ordinum per triennium [c], & ordinatus ab ordine sic suscepto, donec dispensationem [d] super hoc per sedem Apostolicam [e] obtinere meruerint, nouerint se suspensos [f].

¶ Idem.

¶ Habet duo dicta; secundum ibi, & ad resignationes. *Et propter breuitatem, & varietatem lecturarum aliter non summatur.*

CAP. XLVI.

MAndato † nostro recepto vt cum Monachis, qui per simoniam dato aliquo locum in Monasteriis sunt adepti, secundùm constitutionem generalis concilij [g], dispensares: & *infrà*.

¶ Consultationi tuæ breuiter respondentes, dicimus mandatum Apostolicum etiam ad Abbates [h] extendi: Et ad resignationes spiritualium, & temporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi [i] præcedente, vtrinque taliter acquiruntur, (in quo casu delinquentibus sufficit per solam pœnitentiam suo satisfacere creatori) eos pro simonia huiusmodi non teneri.

prandium ab eodem, consuetudinem prætendentes vt à canonico de nouo recepto prandium recipiant: Mandat Papa cuidam priori, quatenus si est ita, consuetudine illa nequaquam obstante, compellat canonicos illos, vt præbendam sicut vni ex aliis, illi, conferant, & assignent. Nota, quòd pro spiritualibus nihil dari debet, etiam obtentu alicuius consuetudinis.

a ¶ *Tali consuetudine.*] Quæ non excusat: *sic* *s. veniens.* immò potiùs simoniam inducit; quia pro pastu, vel pastello exigi aliquid non debet pro huiusmodi spiritualibus. *s. eod. cap. 1. & 1. quæst. 3. si quis præbendas*: non obstante aliqua consuetudine: *vt ibi s. eod. in plerisque cap.* Ber.

SI quis.] CASVS. Quia frequenter ordinantur aliqui sine certo titulo, propter quod fiunt promissiones illicitæ: statuit Gregorius, quòd si aliquis ordinauerit, seu ad ordinem præsentauerit aliquem, recipiẽs ab eodem promissionem, vel iuramentum, quòd super sua prouisione non inquietabit eundem: ordinator à collatione, & præsentator ab executione ordinum per trienniũ nouerint se suspensos: & ordinatus ab ordine sic suscepto nouerit se suspensum, donec dispensationem per sedem Apostolicam meruerint obtinere. Nota quòd quis punitur in eo, in quo deliquit. Item solus Papa dispensat cum illis, qui scienter per simoniam ordinant, vel præsentant, vel ordinantur.

¶ Glossa sequens, quod hic de iuramento dicitur, coadiuuat: demum signat contrarium.

b ¶ *Promissionem, vel iuramentum.*] Pactum tale, siue iuramentum turpe est, ideo nullam obligationem inducit. *s. de pac. ca. vlt. & ff. de verb. oblig. si stipuler, vt id.* Et ita habes, quòd si principale non tenet, nec iuramentum super hoc factum. *sim. s. de foro compe. si diligenti. in fin. C. de leg. non dubium. Arg. s. de iureiu. debitores.* & licet talis obligatio non tenuerit [a]: punitur ordinator à collatione ordinum: vt in eo puniatur, in quo peccarit, *s. de iure pa. pastoralis.* cum suis similibus.

¶ Gl. seq. recipit per obiect. quod deponi debebãt. ex quo, &c. soluit. solutioni obijcit, & respõdet. In fine, quæ fuit additio, dat verum intellectũ.

c ¶ *Ab executione ordinum per trienniũ.*] Et ita simoniaci iudicantur, nec tamen deponuntur, nisi quia ad tempus suspẽduntur: sed hoc fortè ideo est, quia nihil datur, vel recipit pro ordinatione vel præsentatione; quia simonia est [b] studiosa voluntas emẽdi, vel vendendi, spiritualia. *arg. 1. q. 1. qui studet*, sed emptio, vel venditio sine pretio non consistit. *Instit. de emp. & vend. § pretium autem, & ff. eod. l. 2. § fine*: sed hic nullum pretium datum est. Sed contra iste remisit ius, quòd sibi competeret ex tali præsentatione contra præsentatorem, vel ordinatorem, qui tenebatur sibi ad prouisionem *s. de præben. c. cum secundùm Apostolorum.* sed idem est redimere, quod dare. *s. de testi. veniens 1. & ff. de calum. quin etiam.* & ita debent deponi. Hic nihil remittitur: quia nihil adhuc debetur, sed renunciatur iuri, quod in futurum posset acquiri, si præsentetur debito modo: sed in contrarius remittitur, quod in præsenti debetur: sed si hic fieret talis remissio, deponeretur tam dans, quàm recipiens, si conuinceretur. *s. eod. de hx. & c. insinuatum.* & ideo minor pœna imponitur propter affectum cum opere subsecuto. *suprà, de biga. nuper. & cap. vlt.* & hoc intellige, si crimen sit occultum: si verò esset manifestum, semper essent suspensi. & si accusarentur, & conuincerentur, deponerentur ex tali promissione, vel iuramento. Bernard.

d ¶ *Dispensationem.*] *Sic s. eod. per tuas nobis.*

e ¶ *Per sedem Apostolicam.*] Hic patet, quòd cum simoniaco scienter in ordine, solus Papa dispensat: idem intelligo in dignitate, & beneficio: *vt dixi s. eod. de simoniacè. & s. de renun. post translationem.*

f ¶ *Suspẽsos.*] Ipso iure.

MAndato.] CASVS. Quidam recepit in mandatis à Papa, vt secundùm constitutionem generalis cõcilij. *suprà, eod. quoniam.* dispensaret cum monachis, qui per simoniam aliquo dato in monasteriis sunt recepti, nulla de Abbatibus in mandato Papæ habita mentione: consuluit iste Papa, vtrum auctoritate illius mandati posset dispensare cum Abbatibus. Item aliqui sunt adepti spiritualia, nullo dato pretio, nullo pacto dandi, vel recipiendi præcedente, sed illo affectu animi antecedẽte hinc inde: quæritur, vtrùm illi propter istum affectum teneãtur ad resignationem huiusmodi spiritualium? Ad primum respondet Papa, quòd mandatum Apostolicum ad Abbates extenditur: & sic constitutio illa, quoniam simoniaca, continet dispensationem per Papam exhibendam. Ad secundum respondet, quòd illi pro huiusmodi simonia non tenentur ad resignationem spiritualium vel temporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedente ex vtraque parte taliter acquiruntur: sed sufficit delinquentibus per solam pœnitentiam in hoc casu suo satisfacere creatori. Nota, quòd beneficium principis latissimè interpretandum est. Item simonia solo affectu animi non committitur: nec renuntiare quis tenetur spiritualia, vel temporalia pro tali simonia: licet aliàs peccet. Item affectus, siue voluntas punitur.

g ¶ *Concilij.*] *s. eod. quoniam.*

h ¶ *Abbates.*] Mandatum fuit alicui, vt dispensaret cum monachis, qui per simoniam monasterium sunt ingressi, nulla mentione habita de Abbatibus. & tamen hoc extẽditur ad Abbates, & ita habes hic argu. quòd beneficium principis largissimè interpretandum est *j. de verbo. sign. olim. & ff. de consti. princ. beneficium. & s. de dona. cum dilectus. in fin. argum.* quia in beneficiis, vt ibi dicitur, plena est interpretatio facienda. Item argu. cui conceditur minus, & maius concessum videtur: *vt 16. qu. 2. visis* [c]. sed potius contrarium dici consueuit. *s. de deci. ex parte.* sic quod de monachis dicitur, ad regulares extenditur. *s. de postul. ex parte.* Bernard.

i ¶ *Affectu animi.*] Ergo sola voluntas, siue affectus animi non facit aliquem simoniacum, licèt aliter peccet: *vt dixi s. eod. consulere.* & est simile *s. eodem tua. ad fin.* & simile *j. vsu. in ciuitate.* sed secus videtur in vsura, vbi sola vsurarij vsuram inducere videtur: *vt 14. quæst. 3. capitulo 1. & j. de vsur. consuluit.* Item habes hic, quòd affectus, siue voluntas punitur, & meritò: quia non ambitione, sed labore ad honorem conuenit peruenire. *Cod. de re milit. contra publicam. libro 12. & 61. distinctio. miramur in fin.* & talibus honor est auferendus. 8. *quæstione prima in scripturis. & 1. quæstione 6. sicut is.* & hæc ambitio sola pœnitentia purgatur sine reuocatione, & huiusmodi leuis simonia potest leuiter indulgeri. sicut *& suprà, de accusa. cùm dilectus.* & ita collige, quod aliquis promouetur cum mortali, nec deponitur, nec dicitur propriè simonia talis affectus animi. Bernard.

† *Vide Turrecrematam in ca. statuimus. & in c. ordinationes 1. q. 1. & Sylnestrum citatum in cap. præcedenti.*

† *inquietare.*

a *Adde, quod not. de præben. si episcopus cui. lib. 6. in vlt. glo.*

b *Vide beatum Thomã 2. 2. q. 100. a. 2.*

† *Notabilis est, & difficilis huius c. diffinitio. de cuius materia & intellectu vide Dominicum Sotum li. 9. de iustitia, & iure. q. 8. art. 1. ad 6. argumentũ. Martinum Nauarrum in Manuali confessariorum cap. 23. titu. de simonia. adde Couarruuiam in regula, peccatum, de reg. iur. lib. 6. in 2. part. Relec. in initio. & Romanum consil. 259.*

c *Concord. l. ad rem mobilẽ, & leg. legatũ. ff. de procur. & l. iuri gẽtium § adeò. C. de pact.*

NE PRÆLATI VICES SVAS, VEL Ecclesias, sub annuo casu concedant.

¶ *Suprà visum est de simonia in genere, nunc submittis de quadam ipsius specie ne prælati vices suas &c. Abbas Siculus.*

De materia tractatur 89. distin. & 1. q. 4 per totum. 21. quæst. præcipimus.

TITVLVS IV.

Ne Prælati vices suas, vel Ecclesias, sub annuo censu concedant.

¶ Alexander iij. in concilio Lateran. †

¶ *Qui dat pecuniam, vt Episcopalem, vel spiritualem iurisdictionem exerceat, officio suo priuatur: & sic conferens illud amplius conferre non poterit, & canonicè punietur. Hoc dicit cum sequentibus.*

CAP. I.

PRæterea, quoniam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui Decani [a] vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate [b] Episcopalem iurisdictionem exercent: Præsenti decreto statuimus, vt qui † de cætero hoc præsumpserit, officio suo priuetur: & Episcopus conferendi [c] hoc officium, potestatem amittat.

¶ Idem in concilio Turon.

¶ *Summatum est suprà capitulo proximo.*

CAP. II.

QVoniam † in quibusdam partibus, Decani quidam, vel Archipresbyteri, ad agendas vices Episcoporum, seu Archidiaconorum, & terminandas causas Ecclesiasticas, sub annuo pretio [d] statuuntur [e], quod ad Sacerdotum grauamen, & subuersionem iudiciorum non est dubium redundare: id vlterius fieri prohibemus. Quòd si quis de cætero fecerit, remoueatur à Clero: Episcopus autem, qui hoc sustinuerit, & † Ecclesiasticam iurisdictionem sua patitur dissimulatione peruerti, districtione canonica percellatur [f].

¶ Idem.

¶ *Regimen Ecclesiæ sub annuo censu committi non debet.*

CAP. III.

[a] QVoniam † enormis quædam consuetudo in quibusdam locis contra sanctorum Patrum institutiones inualuit, vt sub annuo pretio Sacerdotes ad Ecclesiarum regimen statuantur [g]: Ne id fiat, modis omnibus prohibemus [h]: Quia dum Sacerdotium [i] sub huiusmodi mercede vænale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

¶ Idem Exon. Episcopo.

¶ *Fructus Ecclesiarum sub annuo censu concedi possunt.*

CAP. IV.

QVerelam † magistri G. recepimus, quòd cùm Ecclesiam de Cephalai †, à G. persona eiusdem ad annuum censum tenendam, per septennium suscepisset: ipse antequam

PRæterea.] Primò ponit excessum, quem secundò punit ibi, *Præsenti*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam Episcopi pro certa quantitate pecuniæ vendebant Episcopalem iurisdictionem quibusdam, qui Decani vocabantur: statuit concilium Lateranen. quòd qui de cætero iurisdictionem Episcopalem taliter receperint, officio suo priuentur, & Episcopi conferendi hoc officium potestatem amittant. Nota, quòd iurisdictio Episcopalis vendi non debet, sed gratis conferri, aliàs puniuntur, vt hic dicitur. Item punitur quis in eo quo deliquit.

a ¶ *Decani.*] Id est, Archipresbyteri rurales, qui spiritualem habent iurisdictionem. 50. *dist. in capite. sic appellantur* s. *de censib. cùm Apostolus. &* s. *de offi. Archidiaconi ad hæc. §. vlt.* Bern.

¶ *Glos. seq. principium reci. per distinctionem, aut vicarius datur Episcopo &c. secundò arg. signat contrarium, & ibi remittit. tertiò dicit de pertinentibus ad titulum.*

b ¶ *Quantitate.*] Data Episcopo pro sua iurisdictione, quã emunt isti Decani: quod non licet, vt hic patet, sed econuerso Episcopus si committat vices suas alicui, potest, & debet ei constituere salarium de camera sua, cùm ille ad hoc non teneatur. *arg. 12. q. 2. charitatem. & cap. quicunque. 2.* [a] Item est hîc arg. quòd plebani, siue archipresbyteri non habent iurisdictionem, & hoc satis videtur, nisi habeant ex consuetudine. j. *de excess. præla. ad hoc arg. contra* s. *de offi. ordi. cùm ab ecclesiarum. vbi de hoc. & hæc decret.* & sequens pertinet ad primam partem tituli: & expone, vices, id est, iurisdictiones; vnde consueuit dici, Committo tibi vices meas, id est, iurisdictionem meam.

c ¶ *Conferendi.*] Vt in eo puniatur, in quo peccauit, sic s. *tit. prox. c. penult. &* s. *de elect. cùm in cunctis & c. nihil est. 1. q. 1. si qui Episcopi. &* s. *de tempo. ordi. litteras & pluribus aliis capitulis ibi*, & qui recipit, officio suo priuabitur. sic ergo patet, quòd iurisdictio vendi non potest. j. *cap. prox. & 21. q. 2. præcipimus arg. contra.* j. *eo. cap. vlt. non est.* contrà, quia ibi non loquitur de iurisdictione, sed de fructibus, qui conceduntur ad firmam Bern.

QVoniam.] Diuiditur: quia primò ponit excessum quem expressâ causâ finaliter prohibet. Secundò pœnam addit ibi, *Quod si quis.* Abbas Siculus.

CASVS. Episcopi, & archidiaconi ad agendas vices suas, & causas ecclesiasticas terminandas quibusdam Decanis, seu Archipresbyteris sub annuo pretio committebant, quod in subuersionem iudiciorum, & grauamen sacerdotum redundabat: statuit concilium Turon. quòd illud de cætero non fiat: quod qui fecerit, remoueatur à clero: & Episcopus, qui hoc sustinuerit, & iudicia ecclesiastica dissimulat peruerti, canonice puniatur. Nota, quòd Episcopus gratis iurisdictionem suam impendere debet.

d ¶ *Pretio.*] Quod non licet. s. *c. prox. immò simoniacum est*: & ne subditi hac occasione vltra debitum aggrauentur. *argum. 23. q. 1. militare.* & vbicunque Episcopus aliquid gratis facere debet ratione officij, si aliquid exigat, simoniam committere vr, maximè cùm iurisdictio sit spiritualis. vt 1. q. 3. ex *multis. & c. vendentes. & c. non solùm.* Tanc.

e ¶ *Statuuntur.*] Nunquid Episcopus potest dare ordinarium iudicem? Non, sed tantum princeps, vel lex. arg. 2. *quæst. 6. cap. à iudicibus. §. quod de arbitris. ff. de iuris. om. iu. & quia.* sed ab vniuersitate eligendus est: & tunc lex dat ei iurisdictionem ordinariam *argum. 63. dist. si in plebibus. in Authen. de defen. ciuita. §. nos igitur. colla. 3.* Si tamen consuetudo est, quòd Episcopus dat ordinariam, admittenda est, ita tamen vt perpetuò instituatur, & non sub censu certo. argu. *C. de emancip. lib. 4.* Lau.

f ¶ *Canonica percellatur.*] Vt dictum est s. *cap. prox.* quandoque tamen deponitur. 81. *dist. dictum.* quandoque verò ad tempus suspenditur. *1. q. 1. quicquid. & 21. q. 4. præcipimus. Episcopi, presbyteri. arg.*

[a] QVoniam.] Primò narrat consuetudinem, quam secundò prohibet ibi, *Ne id.* Tertiò causam reddit ibi, *Quia.* Abbas Siculus.

CASVS. Consuetudo erat in quibusdam locis contra institutiones sanctorum Patrum introducta, vt sacerdotes sub annuo pretio ad regimen Ecclesiarum constituantur. præcipit cõcilium Turonen. ne id de cætero fiat: quia dum sacerdotium taliter vænale disponitur, ad præmium retributionis æternæ consideratio non habetur. Nota, quòd cura animarum sub annuo censu constitui non debet.

g ¶ *Regimen statuantur.*] Tanquam prælati: quia simoniacum est, si pro pretio ecclesiarum regimen committatur. *1. q. salvator.* sed si iusta causa absens esset, vel aliàs intendere Episcopus non posset, constituere potest sibi vicarium, cui de suo prouideat: vt dixi s. *eod. c. 1.* & talis vicarius habebit curam animarum delegatam. s. *de offi. vica. c. vlt.* Lau.

h ¶ *Prohibemus.*] *21. q. 2. præcipimus. & 1. q. 3. si quis dator.*

i ¶ *Sacerdotium.*] Id est, prælaturæ: & pertinet ad secundam partem tituli. Vel ecclesias, id est prælationes, quæ pretio dari non debent, necesse debent censuales: sed Ecclesia bene posset constitui ab initio censualis. s. *de censi. sciente* s. *& c. prohibemus.*

QVerelam.] Primò ponit conductoris querelam. Secundò dat ei iudicem ibi, *Ideoque.* Abbas.

CASVS. Rector ecclesiæ de Cephalai, prouentus ipsius ecclesiæ concessit ad firmam, seu locauit magistro G. vsque ad septennium, certum censum eidẽ rectori annuatim reddendo, præstita fide ab ipso rectore dicto magistro, vsque ad dictum tempus nullam iniuriã vel grauamen super ipsa ecclesia inferret eidẽ: sed ipse contra fidem præstitam veniens, ante vnius anni spatium ecclesiam ipsi G. auferre præsumpsit: vnde idẽ magister conquestus est domino Papæ: ideoque mandat Papa Episcopo Exon. quatenus si ita est, rectorem illum compellat, vt præfatam ecclesiam dicto G. restituat, & vsque ad tempus constitutum secundum quod inter eos conuenit, ipsum eãdem ecclesiã permittat pacificè possidere. Nota, quòd Ecclesia, id est, obuentiones ecclesiæ possunt ad tempus locari, siue concedi pro certo censu annuatim reddẽdo.

a ¶ *Præli-*

† *Cap. 15. incip. Cùm in officiis, §. prætereaquoniã, & c. 1. tit. de Prælatis. ne vices suas, & c. in 1. cõp. Et de materia huius ca. & seq. præter citandos paulò pòst, vide Syluestrũ in summa, verbo, simonia. q. 14.*

† *In codice Barbatiæ itatur qui talia de cætero præsumpserint, officio suo priuentur.*

† *Post concilium Lateranen. sub Alex iij. p. 2. c. 1. & c. 2. tit. de Prælatis, ne vices suas. &c. in 1. campi. Et de intellectu, & materia vide Turrecrematam in c. præcipimus. 21. q. 2.*

a *Et suprà de offi. ord. inter cætera. & idem Innocentius. Goff. & Host. Ioan. And.*

† *Aliàs itur Ecclesiastica iudicia sua &c.*

† *Post concilium Later. sub Alexan. iij. par. 2. ca. 2. & c. 3. eo. tit. in 1. cõp. Et vide Turrecrematam in præcedenti c. citatum.*

† *Cap. 4. eo. tit. in 1. cõp. & post conci. Latera. par. 18. c. 1. Et de materia textus, & glossæ plenissimè Turrecrematam apud Gratianum. 1. quæst. 3 in princip.*

† *Cephaia.*

† *Capelly.*

b *Ad hoc* s. *de appe. cap. peruenit. de c. e. agro. de rectorib. de cl. non resid. c. pen. &* j. *de elec. cùm ex eo. §. porrò, lib 6. per quod videtur, quòd Episcopus hoc facere debeat. Ioan. And.*

eam, per vnius anni spatium tenuisset, auferre præsumpsit: quamquam præstita[a] fide firmauerit, quòd vsque ad statutum terminum[b], nullam ei exinde molestiam, vel grauamen inferret.

¶ Ideóque mandamus, quatenus, si constiterit ita esse, eum districtè compellas, vt præfatam Ecclesiam[c] dicto G. restituat: & vsque ad terminum constitutum (secundùm quod inter se conuenerint †) ipsum eandem permittat pacificè possidere.

TITVLVS V.

De magistris †, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

¶ Ex Concilio Lateranẽ. †

¶ Ecclesia cathedralis prouidere debet magistro de beneficio, qui Clericos eiusdem Ecclesiæ, & alios pauperes gratis doceat: & vendens licentiam docendi, aut interdicens idoneum ad docendum, beneficio priuatur.

CAP. I.

QVONIAM Ecclesia Dei, sicut pia mater prouidere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari non possunt, legendi, & proficiendi opportunitas subtrahatur, per vnamquamque[d] cathedralē Ecclesiam, magistro[e], qui Clericos eiusdem, & Scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium[f] præbeatur: & infrà.

¶ Pro † licentia verò docendi nullus pretium exigat[g], vel sub obtentu alicuius consuetudinis[h], ab eis †, qui docent, aliquid quærat: nec docere quenquam, qui sit idoneus[i], petita licentia interdicat. Qui autem contra hoc venire præsumpserit, ab Ecclesiastico fiat beneficio alienus. Dignum quippe videtur, vt in Ecclesia fructum † sui laboris[k] non habeat, qui cupiditate animi, dum vendit docendi licentiam, Ecclesiasticum profectum nititur impedire.

¶ Alexander tertius Vintoñ. † Episcopo.

¶ Pro licentia docendi nihil exigi debet, vel promitti: & exactum restitui, & promissum remitti debet: & negligente inferiore Prælato ad magistrum constituendum, supplebit hoc superior.

CAP. II.

PRohibeas †, ne in parochia tua pro licentia docendi exigatur aliquid, aut etiam promittatur[l]. Si quid verò postea solutum fuerit, vel promissum,

a ¶ *Præstita fide.*] Si enim contra fidem, vel iuramentum nulla venisset necessitate compulsus, priuari poterat Ecclesia. ȷ̃. *de iureiuran. querelam & ȷ̃. de fideiuss. peruenit.*

¶ *Glos. seq. quærit, & soluit.*

b ¶ *Statutum terminum.*] Sed pone, quod interim moriatur G. persona Ecclesiæ, quæ locauit, nunquid successor[a] tenetur stare contractui? Potest dici, si nomine Ecclesiæ pro vtilitate Ecclesiæ contraxisset, & pecunia inde recepta in vtilitatem Ecclesiæ conuersa fuisset, teneretur successor stare contractui. ȷ̃. *de solut. cap. 1. 12. qu. 2. cap. hæc huius placiti, & cap. quicunque suffragio, & 10. quæst. 2. hoc ius. & §. & his creditor. & ȷ̃. de deposi. cap. 135. distin. Ecclesiæ principes, in fin.* Si verò non pro vtilitate Ecclesiæ, sed vt ipse tanquam Prælatus perciperet reditus ad firmam, successor stare non tenetur. ȷ̃. *de pre. ca. 2.* quia vltra tempus suum Ecclesiam locare non potuit, & si soluit aliquid vltrà, sibi imputet, quia hoc præuidere debuit. *ff. loca. si quis domum. §. 1.*

¶ *Glossa seq. obijcit, & soluit ponendo sex significationes huius verbi, Ecclesia. Secundò quærit opponendo, & soluit. Tertiò quærit de ratione, & respondet.*

c ¶ *Præfatam Ecclesiam.*] Hæc decretalis videtur contraria rubricæ, & ȷ̃. de prox. vbi Ecclesia sub annuo censu cócedi prohibetur, & hic permittitur, vnde non facit ad titulum istud. Solue per hanc distinctionem. Ecclesia[b] multis modis dicitur: quia dicitur Ecclesia malignantium, vnde Psalmista: *In Ecclesiam malignantium non introibo.* Et dicitur Ecclesia collectio fidelium, *de consec. dist. 1. Ecclesia.* Et dicitur Ecclesia murorum ambitus, *de consecr. dist. 1. de fabrica.* Et dicitur Ecclesia corpus Christi. 1. q. 1. *Ecclesia & 16. q. 2. sed & illud.* Et dicitur etiam Ecclesia prælatura ipsius Ecclesiæ, *vt ȷ̃. c. proxi.* Item dicitur Ecclesia ipsæ obuentiones Ecclesiæ prouenientes occasione Ecclesiæ: vt hic. & in hac significatione, Ecclesia cóceditur ad firmā sub annuo censu reddendo: quod licet, quia nullum spirituale locatur: & ideo non contradicit. *cap. prox. neque rubricæ.* Sed quare ponitur in titulo isto: melius poneretur ȷ̃. *de precar.* vbi similis decretalis ponitur, *querelam.* Sed ideo ponitur, ne videretur prohibita talis locatio, eo quòd simpliciter videtur prohiberi, quòd Ecclesia sub annuo censu non concedatur in titulo isto. Sed quare potiùs prohibetur iurisdictio sub annuo censu concedi? Respondeo, quòd illi, qui iudicant, nihil debent accipere, *in Authent. vt indic. sine quoquo suffrag. coll. 2.* cùm ex officio suo ad hoc teneantur, & ex administratione: cùm Episcopatus ad hoc eis sint deputati: sed hic locantur ipsi fructus, qui etiam aliàs possunt vendi, & distrahi.

DE MAGISTRIS, ET NE ALIQVID exigatur pro licentia docendi.

¶ *Suprà visum est qualiter spiritualia pretio concedi non debent: nūc submittit de quibusdam se habentibus instar spiritualium: vt de magistris, & licentia docendi, vt in nigro. Abbas.*

De hac materia tract. 37. & 86. dist. per totum. 61. dist. statuimus, & cap. miserum. 8. qu. 1. oportet. 92. distin. quis dubitet, extrà de elect. cùm in magistrum.

QVoniam.] Diuiditur in tres partes. In prima prouideri mandat de magistro. In secunda factum reprehensibile inhibet. In tertia pœnam imponit, reddens causam. Secunda ibi, *Pro licentia.* Tertia ibi, *Qui autem.* Abbas Siculus.

CASVS. Volens Ecclesia tanquam pia mater pauperibus scholaribus, qui parentū opibus sustentari non possunt, prouidere, ne legēdi opportunitas subtrahatur eisdem: Statuit Conc. Lateranẽ. quod per vnāquamque cathedralē Ecclesiā, vni magistro cōpetēs beneficiū assignet: qui clericos, & scholares eiusdem gratis doceat. Secundò dicit, quod pro licentia docendi nullus pretiū exigat: vel sub obtentu alicuius consuetudinis ab his, qui docēt aliquid petat: nec aliquē qui sit idoneus, petita licētia impediat: qui autē cōtra hoc venire præsumpserit, ab Ecclesiastico beneficio fiat alienus: quia dignū est, vt in Ecclesia fructū sui laboris non habeat, qui Ecclesiasticū profectū nititur impedire. Nota, quod pro licentia docendi nihil debet exigi. Item qui est idoneus, admitti debet ad docendum. Item, punitor quis in eo, in quo delinquit, vt in fin. dicit.

d ¶ *Per vnāquamque.*] *Pe 37. dist. de quibusdam, & ȷ̃. eod. quia.*

e ¶ *Magistro.*] Nomē hoc dicitur à monēdo, siue à monstrando, *ff. de verb. signif. qu. bns.*

f ¶ *Competens aliquod beneficium.*] Sic ȷ̃. eo. quia: debet ergo Doctor beneficium habere sui laboris: sic & tutor dat alimenta præceptoribus pupilli, quā nō tantum præest rebus, sed moribus. *ff. de adminisl. tutor. cùm plures. §. cùm tutor.* & beneficium ei cōstitui debet secūdùm dignitatem, & scientiā suam, sicut aduocatis. *ff. de var. & extraordin. cogni. l. 1. §. in honorariis. argum* ȷ̃. *de præbend. de multa.* Vinc.

g ¶ *Pretium exigat.*] Quod si exactū fuerit, restituatur. ȷ̃. *cap. proxi.* quia gratis est danda docendi licentia, cùm donum Dei sit ȷ̃ *c. prox.* Bern.

h ¶ *Consuetudinis.*] Quasi simoniacum reputatur hic: quia cōsuetudo hic non habet locum, sicut in sacramentis Ecclesiasticis. ȷ̃. *de simon. cùm in Ecclesiis, & in pluribus aliis cap.* Bern.

i ¶ *Qui sit idoneus.*] Nota, quod ei, qui idoneus est, non est deneg2anda licentia docendi; quia per consequens denegat doctrinam ignorantibus: *vt dicitur in fin.* quam dispensare aliis tenetur. *arg. 16. qu. 1. reuertimini*[e]: ergo si non est idoneus, potest iuste denegari: quia malorum Doctorum doctrina mala est. 1. *qu. 7. conuenientibus*: & imperitus matheseos ritui patebit. *37 distin. qui de mensa.* qui alios docet, ab aliis tunc edoceri non debet, *in Auth. de san. episc. §. damus. coll. 9.* pœna verò huius est priuatio Ecclesiastici beneficij, *vt hic dicit.* Bernard.

k ¶ *Sui laboris.*] Furorem, & pietatem ex eodem facto vendicare non licet, vt hic, & 17. q. 4. *minor. cap. frater & corpiscopus. & ff. de minor. auxilium.*

PRohibeas.] Sunt duo dicta. Secundùm ibi, *Sanè.* Abb. Siculus.

CASVS. Quia quidam pro licentia docendi pecuniā exigebant, præcipit Papa Vintoñ. Episcopo, vt prohibeat, ne pro licētia docēdi in parochia sua aliquid exigat, aut etiā promittatur: & si postea solutū aliquid fuerit, illud faciat restitui: & si aliquid promissum fuerit, faciat remitti promissum, quia scriptū est, *Gratis accepistis, gratis date.* Secundò dicit, quod si aliquis diffulerit instituere magistros in locis congruis, liceat huic Episcopo appellatione postposita, ad instructionē aliorū ibi præficere viros ad hoc idoneos. Nota, quod exactū, vel promissum pro licētia docēdi pōt repeti: & promissum facere remitti. Item negligentiā subditorū Episcopus supplere debet. Item per negligentiā amittit ius suū. Sed hic nō est appositū tempus: sed posset dici, quod hoc potest referri ad arbitriū superioris: vel tm̄ tempus posset dari, quantū datur pro beneficiis vacātibus, scilicet, vt per sex mēses expectetur ille, qui debet instituere magistros, quia in tanto tēpore non est magnū damnum.

¶ *Glos. seq. obijcit, dat solu. Vinc. & aliam subdit.*

l ¶ *Exigatur aliquid, aut etiam promittatur.*] Ex hoc videtur,

a *De materia huius glossæ vide pene per Antoninum Gomezium, tom. 2. variar. resol. c. 3. de locatione, & conductione.*

† *commissis.*

† *Vide omnino Concil. Trid. sess. 5. de reformat. cap. 1. & sess. 23. de reformat. cap. 18.* † *Latera. sub Alex. iij. c. 18. & c. 1. eo. tit. in 1. compil. Et præter Conc. Trid. proximè citatum concordat, Conc. i. Lateran. sub Innocētio iij. c. 11. refertur inf. c. quia. ȷ̃. eod. vbi hoc statutum roboratur.*

b *De varia significatione huius nominis, Ecclesia, vide plenissimè per Turrecremata in sum. de Ecclesia, lib. 1. c. 2. vbi plures alias affert significationes.*

† *De hoc articulo vide, quos citabo in cap. seq.*

† *In aliquot Gregorian. ita: ab eis, qui docent, &c.*

† *fructus.*

† *Vincoñ.*

† *intention. quod est aptius.*

† *Cap. 2. eod. tit. in 1. cōpi. & post Cōci. Lateran. sub Alex. iij. par. 2. cap. 17.*

e *Adde, quæ requiruntur, vt dicatur idoneus: notatur in l. vnica. C. de profess. qui in vrbe Constant. lib. 9. iuncta l. magistros. C. de profess. lib. 10.*

quòd turpitudo ex vtraque parte versatur tanquam in spiritualibus, vt 1.q.1.quod constituerit. Quid est ergo, quod dicit solutum restitui, cum in pari causa turpitudinis potior sit conditio possidentis. ff. de condit. ob tur. cau. l. 3. & l. si ob turpem causam? Dixit Vinc. quod subuenitur huic non in fauorem sui, sed in odium exigentis, simi. ẽ. de simo. veniens. Sed qualiter illud intelligatur, dictum fuit eod.tit. de hoc. Vel potest dici, qui soluit, licet nihil dare debuerit, quia tamen quasi coactus redemit ius suum, non delinquit, vnde sibi potius restitui debet, quàm remanere penes illum, qui plus peccauit, vt 1.q.3.si quis dator.

† In codice Barbatiæ ita: ibi ad aliorum institutionem, præficere viros prouidos, & discretos.

¶ Gloss.seq. dat duplicem lecturam eius, quod de remissione hic dicitur.

a ¶ Remitti.] Hoc bene notabile est, quòd auctoritate huius canonis non solùm habet quis exceptionem, sed etiam liberationis conditionem, simil.ff.de neg. gest. si quis mandato. ff. de contrahend. empt. pactum. ff. de li. leg. si ei cui fundum, & ff. de cond.cau. da. causa non secuta, qui se ff. de condi. sine cau. qui sine causa. ff. quod met. cau. metum. §. sed quod prætor, & ẽ. de iureiur. ex administratis. ẽ. de vsu.tua. vel quod dicit remitti, intellige de facto, quoniam turpes promissiones nullæ sunt. ẽ. de pact. cap. vlt. ff. de verb. obligat. generaliter. Laur.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. com. & post Conci. Lateran. sub Alex. in p. 2. c. 18. Hoc c. vtait Vincentius, fuit impetratum contra Cancellarium Parisiensem, qui marcham vnam à quolibet docente exigebat, quod est notandum pro intellectu huius c. & præcedentis.

b ¶ Gratis accepistis.] 1. q. 3. si quis Episcopus, & c. res Ecclesiæ.

c ¶ Liceat.] Negligentiam subditorum Episcopus supplere debet. 9.q.3.cùm simus, & ẽ. de concess. preb. nulla. ẽ. de supplend. neglig. prælat. sicut nobis, & ca. dilecti. Ala.

remitti [a] promissum facias, & restitui appellatione cessante solutum, sciens, quòd scriptum est: Gratis accepistis [b], gratis date. ¶ Sanè si quis distulerit magistros in locis congruis instituere, tibi liceat [c] appellatione postposita ibi † aliorum instructioni præficere viros prouidos, honestos, & discretos.

¶ Idem.

¶ Pro licentia docendi pecunia exigi non debet, etiamsi hoc habeat consuetudo.

CAP. III.

QVanto † Gallicana Ecclesia: & infrà. ¶ Dignos esse animaduersione censemus, qui nomen magistri scholarum, & dignitatem assumunt, & sine certo pretio Ecclesiasticis viris docendi alios licentiam non impendunt. Cùm autem hæc praua consuetudo à cupiditatis [d] radice processerit, & decorem admodum Ecclesiasticæ honestatis confundat: Mandamus, quatenus (consuetudine ipsa de vestris Ecclesiis extirpata) sub anathematis interminatione hoc inhibere curetis: districtè præcipientes, vt quicunque viri idonei [e], & litterati voluerint regere studia litterarum: sine molestia, & exactione qualibet, scholas regere permittantur [f]. Si qui verò huiusmodi prohibitionis, vel præcepti extiterint transgressores, eos officiis [g], & dignitatibus spolietis.

QVanto.] Primò ponit factum damnabile. Secundò pœnam apponit ibi, Si qui verò. Abbas.

CASVS. Consuetudo erat in Ecclesia Gallicana, quòd magistri scholarum sine certo pretio alicui docendi licentiam non concedebant. Papa volens illam prauam consuetudinem extirpare, quæ de radice cupiditatis procedit, prohibet sub anathematis interminatione, vt quicunque idonei fuerint regere scholas, sine molestia, vel exactione aliqua permittantur: & si qui huiusmodi prohibitionis fuerint transgressores, officiis, & dignitatibus suis spolientur. Nota, propter dignitatem delinquentis crimen grauius puniendum esse. Item Prælatis ascribitur, quod in subditis laudabile reperitur, & eis imputatur, quod in eis reprehensibile probatur. Item nota magistros scholarum dignitatem habere.

d ¶ A cupiditatis.] Quæ est radix omnium malorum 47. distin. bonorum.

e ¶ Idonei.] Sic ẽ. eod. c. 1. huiusmodi autem magistri primùm moribus, deinde facundia excellere debent. C. de prof. & medi. magistros, lib. 10. bonam enim conuersationem debet habere testem doctrinæ. 63. dist. Valentinianus.

¶ Gloss. seq. quærit, & soluit.

f ¶ Permittantur.] Quid si vult regere in sua persona, nec licentiat alium, nunquid debet compelli? Arg. quod non. 93. dist. illud credo, quòd nihilominus tenetur dare aliis licentiam.

g ¶ Officiis.] Sic ẽ. eod. c. 1. Bernar.

QVia nonnullis.] Primò ponit antiquum consilium, quod secundò innouat, & supplet ibi, Verùm. Abbas Sicul.

CASVS. Statuitur in Lateran. Concilio, quòd in vnaquaque cathedrali Ecclesia instituerétur magister, qui pauperes clericos gratis doceret: sed quia illud malè obseruabatur, Concilium generale illud præcipit obseruari, adiiciens, vt non solùm in cathedrali Ecclesia, sed etiam in qualibet alia, vbi facultates sufficiunt, constituatur magister idoneus, & in Metropolitana Ecclesia Theologus constituatur, qui Sacerdotes, & alios in sacra pagina doceat, & in aliis, quæ ad curã pertinent animarum, & cuilibet magistrorum à capitulo assignentur prouentus vnius præbendæ: & pro Theologo à Metropolitano tantundem; non tamen propter hoc efficitur canonicus. Quòd si forte Metropolitana de duob[us] grauetur, Theologo prouideat, & Grãmatico faciat in alia Ecclesia prouideri. Nota, quòd magister idoneus debet institui in Ecclesia, in qua sufficiunt facultates. Item magister iuxta posse suum debet instruere discipulos suos. Item à Capitulo debent assignari magistro prouẽtus vnius præbendæ. Itẽ aliquis põt habere prębendã sine canonia.

¶ Innocentius tertius in Concilio generali. †

¶ In qualibet cathedrali Ecclesia, vel alia in facultatibus sufficienti, debet à Prælato, vel Capitulo vnus magister eligi, cui reditus vnius prabenda debent assignari, in Metropolitana verò Ecclesia etiam eligi debet Theologus: & si ad Grammaticum & Theologum non sufficit, prouideat ipsi Theologo ex reditibus sua Ecclesia, & Grammatico faciat prouideri in aliqua Ecclesiarum sua ciuitatis, vel diœcesis.

† Scilicet, Lateran. ca. 11. & c. vnico, eo. tit. in 4. comp. contra Lat. Conc. Latera. sub Alex. in ca. 18. relatum ẽ. eod. tit. ca. vide nouissimè decretum in Conc. Tri. sess. 5. de reform. c. 1. & sess. 23. de reformat. c. 18.

CAP. IV.

QVia nonnullis propter inopiam, & legendi studium, & opportunitas proficiendi subtrahitur [h], in Lateran. [i] Concilio pia fuit cõstitutione † prouisum, vt per vnamquamq; cathedralem Ecclesiam, magistro, qui eiusdem Ecclesiæ Clericos, aliósque Scholares pauperes [k] gratis † instrueret, aliquod competens beneficium præberetur: quo & docentis releuaretur necessitas, & via pateret discentibus ad doctrinam. Verùm quoniam in multis Ecclesiis id minimè obseruatur [l], Nos, prædictum roborantes statutum, adiicimus, vt non solùm in qualibet cathedrali Ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, constituatur magister idoneus, à Prælato cum Capitulo, seu maiori, & saniori parte Capituli eligendus, qui Clericos Ecclesiarum ipsarum gratis in Grammatica † facultate, ac alios instruat iuxta posse.

h ¶ Subtrahitur.] Quia non habent, à quo discant, vnde habent excusationẽ: alias non. 37. dist. §. vlt. & ff. de iur. & fact. ignor. l. regula. §. 1. ff. de bon. poss. in bonorum: & quia quidam expensas non habent, vnde statuitur, vt beneficia habeant, prout sequitur.

† instruatione.

† De memoria textus, & glossa, vide B. T. homil. 2. 2. qu. 100. art. 3. ad 3. argumẽtum. Sotum li. 9. de iustit. & iure. qu. 6. art. 2. ad 3. argumẽtum. Tunrecrematam in c. non solùm. 1. qu. 3. Symoniam, verbo, Simonia. 9. 10. & Hostium Lucium tract. de priuil. Scholarium, priuilegio 88.

† Grammatica.

i ¶ In Lateran.] Ẽ. eo. c. 1.

¶ Glossa seq. quærit ad negatiuam, alleg. tria: soluit distinguendo.

k ¶ Pauperes.] Sed nunquid à diuitibus potest petere collectã? Videtur, quòd nõ: quia si vult dici Philosophus, proiiciat pecuniam exemplo Socratis. 12. quæst. 2. Socrates: alias est sub illo cap. gloria Episcopi. Item scientia donum Dei est, ergo vendi non potest. 1. quæst. 3. non solùm. Item professores iuris licitè recipiunt pecuniam, sed non licitè petunt. ff. de var. & extraordin. cognit. l. 1. §. si enim quidam. Potest dici, quod ille, cui competens beneficium constitutum non est, à diuitibus potest petere collectam, & hoc non prohibetur ex ista litera: sed à clericis eiusdem Ecclesiæ, & à pauperibus nihil exigere debet, sed gratis docere: quia propter illos statuitur beneficium, & non propter diuites: sed si ex honestate gratis omnibus seruiret, honestè faceret, & laudandus esset: aliàs diuitibus gratis laborem suum impendere non tenetur. si verò beneficium nullum super hoc constitutum est, sicut Bonon. Doctoribus, licitè exigunt collectam: quia suis sumptibus hoc facere non coguntur. ẽ. de præscript. cùm ex officij. 12. quæst. 2. charitatem, & cap. quicunque, & cap. Ecclesiasticis, & 28. quæst. 1. iam nunc, in fine: sicut iurisperitus consilium vendere potest. 14. quæst. 5. non sanè. Nec obstat si dicas, quod gratis debent docere: quia nihilominus potest petere laboris sui mercedem: sicut testis, qui gratis testificatur, licitè petit sumptus. 4. quæst. 4. cap. si testes. §. venturis, & sup. de simon. cùm sit Romana. & iudex petit sumptus, qui gratis debet iudicare. ẽ. de vita & honest. cler. cùm ab omni: licitè ergo potest petere collectam, cui beneficium constitutum non est. Ioan.

† Hæc glossulam non inuenio in antiquis exemplaribus, nec puto Bernardi esse.

l ¶ Minimè obseruatur.] Vnde instaurandum est, & procurandum, vt hac. 18. distinct. quæ contra.

¶ Gloss. seq. quærit, & soluit: iterum quærit, alleg. pro, & contra, & solubiliter: quærit, & soluit.

a ¶ Vnius

a ¶ *Vnius præbendæ.*] Quid si non vacat aliqua præbenda? Expectetur, quousque vacet. Nunquid canonici tenentur alium eligere, vt numerus sit plenus, cum ille magister non sit canonicus? Videtur, quod sic. ȝ. *de instit. in Ecclesia. ff. de decur. l. generaliter. §. penul.* & si canonici ad tempus iusta de causa retineāt fructus præbendæ: nihilominus eligere debēt alias curreret tempus. ȝ. *vt eccles. benefic. vt nostrum*: maximè si numerus certus est, & iuratus. Sed hoc non videt, quia iste electus nihil percipere, cùm spiritualia sine temporalibus diu esse non possunt, sicut nec anima sine corpore. 1. q. 3. *si quis obiecerit.* Et dic quod canonici eligere nō debent aliū auctoritate huius Concilij, nec dicuntur facere contra numerum, vel iuramētum, nec currit eis tempus ad eligendum beneficio huius constitutionis, quādiu fuit ibi magister, qui doceat, & percipiat illud beneficium: quia nec dicitur beneficiū illud vacare, nisi ab eo tēpore, quo magister ibi nō fuerit: secus dico cùm ex causa retinerentur prouentus ad tempus: quia tūc currit tēpus, vt in prædict. decre. vt nostrum: quia tunc electus modicum tempus potest expectare. Item nunquid aliquis magister potest eligi in canonicum sub ista conditione, vt doceret? Non credo: quia cessate debet omnis cōditio. sed si vacante aliqua præbenda statuerūt, quòd illud onus esset annexum illi præbendæ: nō credo, quod tunc esset simonia. arg. *sup. de præben. significatum*: immò satis licitum. Bern.

b ¶ *Prouentus.*] Non tñ perciperet quotidianas distributiones, quę tantum residentibus dari consueuerunt. ȝ. *de præbend. licet.* Bern.

a Et idem in comunicatus cōferetur duplici iure, vt habente spiritualia: & alia habente temporalia: quod non debet esse. 1. q. 2. cognouimus secundùm Gof. fe. sud.

† Aliàs ita de ambobus magistris.

b De hoc articulo vide amplius hic per Hos. Io. Andr. Panor. mitanum, & Doctores.

† Post hanc c. ȝ. tit. ne derivel monet. & ȝ. de priuileg. cap. super specula. Hæc glossa deest in antiquioribus codicibus.

¶ Sanè Metropolis Ecclesia Theologum nihilominus habeat, qui Sacerdotes, & alios in sacra pagina doceat: & in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur autem cuilibet magistrorum à capitulo vnius præbendæ[a] prouentus[b]: & pro Theologo à Metropolitano tantundem. Non quòd propter hoc efficiatur Canonicus, sed tandiu reditus ipsos percipiat, quandiu perstiterit in docendo. Quòd si fortè de † duobus Ecclesia Metropolis grauetur, Theologo iuxta modum prædictum ipsa prouideat: Grammatico verò in alia Ecclesia suæ ciuitatis, siue diœcesis, quæ sufficere valeat, faciet prouideri.

¶ Honorius tertius.

¶ Prælati, & Capitula ad studia Theologiæ Scholares dociles transmittere tenentur, qui in absentia reditus Prabendarum suarum, & beneficiorum, per quinquennium integraliter percipient: & si proprij reditus ad sustētationem studentis non sufficiunt, debet Prælatus cum Capitulo eis prouidere: Magistri verò donec docuerint, integrè percipiunt fructus beneficiorum suorum.

CAP. V.

SVper † specula: & *infrà.* ¶ Volumus, & mandamus, vt statutum in Concilio generali[c] de magistris Theologis per singulas Metropoles statuendis, inuiolabiliter obseruetur[d]: Statuentes, vt quia super hoc propter raritatem[e] magistrorum se possent aliqui forsitan excusare, ab Ecclesiarum Prælatis, & Capitulis, ad Theologicæ † professionis studium aliqui dociles[f] destinentur: qui cùm docti fuerint, in Dei Ecclesia velut splendor † fulgeant firmamenti: ex quibus postmodum copia possit haberi Doctorum: qui velut stellæ in perpetuas æternitates mansuri, ad iustitiam valeant plurimos erudire: quibus si proprij prouentus Ecclesiastici non sufficiunt, prædicti[g] necessaria subministrent. ¶ Docentes † verò in Theologica facultate, dum in scholis docuerint: & studentes in ipsa, integrè[h] per annos[i] quinque percipiant de licentia[k] sedis Apostolicæ prouentus Prębendarum, & beneficiorum suorum: non obstante aliqua alia consuetudine, vel statuto: cùm denario[l] fraudari non debeant, in vinea Domini operantes.

TITVLVS VI.

De Iudæis, & Sarracenis, & eorum seruis.

¶ Ex Concilio Matisc. †

¶ Si seruus à Iudæo emptus causa mercimonij factus est, vel fieri desiderat Christianus, duodecim solidis redimitur.

CAP. I.

PRæsenti Concilio sancimus, vt nullum Christianum mancipium Iudęo

SVper specula.] Primò ponit statutum antiquum, quod secundò addendo corroborat ibi, *Statuentes.* Abbas.

CASVS. Quod statutum fuit per Concilium generale in capitulo præcedenti de magistris Theologis, præcipit Honorius inuiolabiliter obseruari, statuens, ne propter raritatem magistrorū se forsan possent aliqui excusare, vt ab Ecclesiarū Prælatis & capitulis ad Theologiæ studium aliqui dociles destinentur: qui cum docti fuerint, alios postmodum instruant, & informent, quibus si prouentus Ecclesiastici non sufficiunt, Prælati & capitula necessaria subministrent. In fin. dicit, quod docentes in Theologica facultate, & studentes in ipsa, integrè per annos v. de licentia sedis Apostolicæ, percipiant beneficiorum, & præbendarū suarum prouentus, non obstante contraria cōsuetudine vel statuto: cum præmio fraudari non debeāt in vinea Domini operantes. Nota, quod vna constitutio confirmat aliam. Item docentes, & studentes in Theologia debent per quinquennium prouentus beneficiorum suorum percipere. Item colligitur consuetudo inducta contra istud statutum.

c ¶ *In Concilio generali.*]ȝ. *cap. prox.* Bernard.

d ¶ *Obseruetur.*] Nec tamen seruatur, & ita nullus est fructus illius statuti & aliorum.

e ¶ *Propter raritatem.*] Qui non habent, à quo discant, bene habent excusationem alias non. 38. dist. §. *vlt. & ff. de iur. & fact. ignor. regula. §. 1. & ff. de bon. poss. in benor.* & quia quidam expensas nō habēt, vnde statuitur, quòd beneficia habeāt, prout sequitur.

¶ *Gloss. sequēs dicit, principium, & finis de missione, & suppletione, medium de superfluitate.*

f ¶ *Dociles.*] Id est, habiles ad docendum[d]: & isti à capitulis possunt eligi, vt mittantur, vt postmodum doceant: & si propria beneficia illis non sufficiāt, de bonis capituli suppleantur, prout sequitur. Sed vt quid etiam membranas occupant? 19. *dist. in. si Romanorum*: cum illius constitutionis quoad hunc articulum nullus sit effectus, sicut nec præcedentis. leges enim istæ impositæ sunt verbis, & non rebus, cùm potius contrarium sit verum. C. *communia. de legat. l. 3. in fin.* Sed nunquid, qui docibiles sūt, possunt petere, vt suppleatur, quod eis deest? Arg. quod sic ex hac cōstitutione. Bern.

g ¶ *Prædicti.*] Scilicet, Prælati, & capitula: ex hoc est argu. quod possunt ad hoc compelli.

h ¶ *Integrè.*] Non tñ percipiant quotidianas distributiones, quę tātùm residentibus dari consueuerūt. ȝ. *de præbend. licet*, vbi de hoc.

¶ *Gloss. seq. quærit, respondet, alleg. contrarium.*

i ¶ *Per annos quinque.*] Nunquid determinatio ista determinat omnia præcedentia? non videtur, quia primus aliquod tempus adiectum: sed docentibus, & aliis, qui à capitulo non eligentur, & quia illi maius tempus requirunt ad hoc, vt doceant, quod satis videtur ex hoc §. quia hic nō fit mentio de illis. Sed contra. ȝ. *de appellat. inquisitionē, arg. in fin.* quia hæc determinatio in fine ponitur, vt ibi dicitur.

k ¶ *De licentia.*] Scilicet generali concessa auctoritate huius constitutionis: vnde nō est necesse aliā indulgentiam impetrare, sic 80. *distin. non debere, & 16. q. 1. consilio, & 100. dist. quoniam. & ȝ. de transactionibus. inter corporalia, & ff. de condi. instit. qua sub conditione. §. vlt.* sed executio sola impetrari debet, si capitula hoc non faciant, quia parum valeret esse iura in ciuitate, nisi esset, qui exequatur. *ff. de orig. iur. l. 2. post originem.* Bern.

l ¶ *Denario.*] Id est, præmio, immò *Qui venit extremus, dispensatore vocante Tantundem recipit, quantùm qui venerat ante. arg. ȝ. de constit. cùm omnes.* Ioan.

d Vnde melius dixisset, dociles: quia homo docilis, scientia dociblis: quādoque tamē sumitur vnū pro alio. Vide Ioann. 6. Et erunt omnes dociles Dei: & simile verbum 32. dist. qui Episcopus, secundùm Gof. Ioan. Andre.

† Theologię.

† Vide in Authent. habita. C. ne filius pro patre.

† Vide Conc. Trid. sess. 5. de reformat. 1. circa fine. §. docentes verò, & Hostiensem Lucium tract. de priuil. scholarium, priuileg. 98. vbi plenissimè de materia huius §.

† Matiscen.

† Matiscen.

† Matisc. Sed extat in Concilijs editis in Concilio Matisconen. 1 ca. 16. refert Burchar. lib. 4. decre. ca 88. Iuo par. 1 c. 282. Gratian. fine Palea. 54 dist. cap. 18 & c. 1. co. tit. in 1. cap. & vide notas in hoc tit.

DE IVDÆIS, ET SARRACENIS, & eorum seruis.

¶ *Suprà visum est de his, qui Spiritum sanctum per simoniam vendendo blasphemant: consequenter submittit de his, qui Deum deberant male colendo, vt sunt Iudæi, & Sarraceni, & de his auctor tractaturus submittit etiam de eorum seruis. Et aduerte, quia serui dicuntur stricto modo carentes libertate: sed largo modo, etiam seruientes pro mercede, vt famuli, dicuntur etiam serui à seruiendo: & de vtrisque tractatur in hoc titulo. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 23. q. 4. & qu. 5. & qu 6. & q. 8. in cap. dist. par. & 28. q. 1. & q. 2. per totum, & 56. dist. Ismael. 45. dist. cap. 2. & cap. 4. 11. q. 3. ad mensam.

PRæsenti.] Primò ponit constitutionem de baptizato, vel baptizari volente. Secūdò eius causam ibi, *Quia.* Abbas Siculus.

CASVS. Iudæi retinebant seruos Christianos: statuit Concilium istud, quòd de cætero Iudæi seruos Christianos non retineant, sed liceat Christiano, vel liceat Christiano cuilibet datis

datis xij. solidis pro quolibet mancipio, ipsum redimere siue ad libertatem, siue ad seruiendũ sibi. & si seruus Iudæi Christianus fieri desiderat, & nõ permittitur, idẽ fiat, quia nefas est Iudęũ in seruitutis vinculis retinere illũ, quẽ Christus sanguine suo redemit. Nota, ꝙ Iudæi, vel Pagani Christianos seruos habere nõ possunt, sed hoc ipso in libertatem scribuntur.

seruiat [a]; sed datis [b] duodecim solidis pro quolibet bono mancipio, ipsum quicunque Christianorum, seu ad ingenuitatem, seu ad seruitium [c], licentiam habeat redimendi. Et si Christianus fieri desiderat, & non permittitur, idem fiat [d]. Quia nefas est, quem Christus redemit, blasphemum [e] Christi in seruitutis vinculis detinere.

¶ Gregorius Episcopo Luceñ.†

¶ Iudæus Christianum in seruum habere non potest, in ascriptitium vero potest.

CAP. II.

MVltorum † ad nos: *& infrà.* ¶ Nulli Iudæo liceat Christianum mancipium in suo dominio retinere: sed si qui apud eos inueniuntur, libertas [f] eis seruetur. ¶ Hi verò, qui in possessionibus eorum sunt, licèt legum districtione sint liberi [g]: tamen quia colendis terris eorum diutiùs adhæserunt [h], vtpote conditione † loci debentes [i], ad colenda rura remaneant, consuetas pensiones prædictis viris præbentes. Cuncta etiam, quæ de colonis, vel originariis iura præcipiunt, peragant, & nihil eis extra hoc oneris indicatur. ¶ Quòd † si quisquam Iudæorum aliquem de his [k], vel

a ¶ *Seruiat.*] Nec cum Iudæis Christiani morentur. 28. *q.* 1. *Iudæi, & cap. sæpè, & cap. nullus.* Sed in agro, vbi cum Iudæo non moratur, bene potest seruire. j. *cap. prox.*

b ¶ *Datis.*] Sic j. *cap. prox.* vbi de hoc. Et intellige hoc cap. secundùm illud de mãcipio empto causa mercimonij: aliàs nullo pretio dato eripitur in libertatem. Vel si venalis infra tres menses non fuerit expositus, vt ibi. Bern.

¶ *Glos. seq. declarat, de quo seruitio intelligatur, & quid si pretium habere non potest: subdit, & soluit duas quæstiones.*

c ¶ *Seruitium.*] Non tamen erit seruus illius sed restituet ei pretiũ, & erit omnino liberatus. *argu. Instit. de noxa. accus. §. dominus.* Vel si non potest habere statim pretium, seruiat ei tantùm, quòd seruitiũ compensetur cum pretio, & postea erit liber, quò vult. *C. de capti. & postlim. reuer. l. vlt.* 36. *q.* 1. *de raptorib.* Quid si plures emptores simul concurrant [a]? Locus erit gratificationi. s. *de iure patron. cùm autem. ff. ad Syllan. si quis in graui. §. si cùm omnes.* Quid si nullus emptor appareat? nihilominùs erit liber, & ostiatim quærat pretium. *ff. de manumis. l. 4. § suis autem.* aut pro pecunia operas præstet, vt dicitur in *l. prædicta. C. de capt. l. vlt.* scilicet quinque annis, vt ibi dicitur.

d ¶ *Fiat.*] Prout dictum est, *& eod. cap. vlt.*

e ¶ *Blasphemum.*] Id est, Iudæum blasphemantem Christum. *arg.* j. *eod. cùm sit.*

MVltorum.] Diuiditur, quia duo sunt dicta. Secundum ibi, *Hi verò.* Abbas.

CASVS. Dicitur hic, quod nullus Iudæus Christianum mancipium debeat in suo dominio retinere: sed qui apud eos inueniũtur, libertate donentur. Secundò dicitur, quòd originarij, qui in possessionibus Iudæorum sunt, qui diutiùs adhæserũt, quamuis liberi sint, remaneant ad colenda rura illorũ, & iura sua eis exhibeant: & nihil aliud ab eis exigant. Tertiò dicitur, quòd si aliquis Iudæorum aliquem de originariis suis ad alium locum transferre voluerit, vel in seruitio suo secum retinere: ius colonarium, quod habet in eo, amittat. Nota, quòd Christiani cum Iudæis habitare non debent. Item originarij liberi sunt, quamuis glebæ sint astricti. Item argum. quòd ex tempore seruitus acquiritur. Item Iudæus, qui Christianum liberum cõtra ius retinere voluerit, hoc ipsò ius illud amittit. Item argument. quod iuris seueritas, siue rigor seruandus est.

f ¶ *Libertas*] 44. *distinct. mancipia.*

g ¶ *Sint liberi.*] Nota originarios, siue ascriptitios liberos esse. *C. de agricolis, & censi. l. diffinimus, lib.* 11. ergo non repelluntur à legitimis actibus. *argum. ff. de test. l.* 1. *C. de postul. l. vlt.* quod verum est, tamen ad ordines non admittuntur, nisi de licentia dominorum. 54. *distinct. si quis obligatus, & cap. admittuntur. Argum. contra distinct. cap. si seruus:* sed ibi nihilominus tenetur seruire domino. Ala.

¶ *Glos. seq. arg. & signat contrarium, & remittit secundò arg. & soluit contrarium.*

h ¶ *Diutiùs adhæserunt.*] Argum. quòd ex tempore seruitus acquiritur, & seruitia consueta præstari debent. 18. *q.* 2. *seruitium. ff. de aqua pluuia arcend. l.* 1. *§ sicut. ff. si seru. vend. si quis diuturno. b. Cod. de seru. l.* 1. *&* 2. Argument. contra 1. *qu.* 1. *nullus Episcopus:* de hoc dictum est s. *de consuet. cap. vlt.* s. *de censibus. peruenit.* Et ita habes hic, quòd ex tempore aliquis efficitur originarius, scilicet xxx. annorum. *C. de agric. & censibus. listibus, cum satis lib.* 11. Argument. contra. *C. de præscrip. quæ pro libertate opponitur. l. vltim.*

ad alium trãsferre locum, vel ad aliud obsequiũ retinere [l] voluerit: ipse sibi imputet [m], qui ius colonarium, & ius dominij [n] sibi iuris seueritate [o] damnauit [p].

¶ Idem Geñ.† Episcopo.

¶ Iudæi antiquas synagogas retinere possunt, nouas erigere nõ possunt.

CAP. III.

IVdæi † de ciuitate: *& infrà.* ¶ Sicut legalis [q] diffinitio Iudæos nouas non patitur erigere synagogas: ita eos sine inquietudine veteres habere permittit [r].

¶ Alexander tertius.

¶ In die Veneris sancta, non licet Iudæis tenere ostia, vel fenestras apertas.

CAP. IV.

QVia † super his: *& infrà.* ¶ Generaliter interdicas, vt Iudæi ostia, vel fenestras, in die Parasceues aperta † nõ habeãt [s], sed clausa teneant tota die.

¶ Idem in Concilio Lateraŋ.†

¶ Excommunicari debent Christiani, qui in domo seruiunt Iudæis, vel Sarracenis, siue Paganis. Et principes sæculares excommunicari debent, qui Iudæos baptizatos suis bonis spoliare præsumunt.

i ¶ *Debentes.*] Id est, obligati, & astricti ad colenda rura. Bern.

k ¶ *De his.*] Scilicet, originarius, vel colonis.

l ¶ *Retinere*] Forte in domo ad seruiendum sibi: quod esse non debet, vt dicit in princip. *cap. &* s. *eod. ca.* 1. j. *eod. Iudæi siue.*

m ¶ *Ipse sibi imputet.*] Scilicet, Iudæus, qui transtulit colonum ad alium locum, vel ad aliud seruitium, imputet sibi, quia hoc ipso amisit ius colonarium, quod habebat in colono, & colonus liber erit ab illo iure: sic & in colono liberi hominis: vt si dominus velit vendere fundum, & transferre colonũ ad alium locum: non potest eo inuito. *Cod. de agric. & censitis, quis prædium lib.* 11. vel si velit diuidere aliquam agnationé colonorum, vel affinitatem, transferendo eos ad aliam colonariâ, redintegrandi sunt. *C. communia vtriusque iud. possessionem, & de agri. & cens. diffinimus, lib.* 11. & sic Iudæus sibi imputet.

n ¶ *Ius dominij.*] Scilicet, quod habuit in gleba, quòd ab ea recedere non poterat: dominus enim personę non fuit, quia homo est, vt s. *eod. cap.*

o ¶ *Iuris seueritate.*] Argument. quòd iuris seueritas, siue rigor seruandus est, sed hoc est in odium illorum Iudæorum. Bernardus.

p ¶ *Damnauit.*] Id est, abstulit, sibi ius colonarium ipso facto. Vel expone, damnauit, id est, fecit id, propter quod damnatur, & aufertur ei ius colonarium, vel ipse colonus sibi imputet, qui non vult agere contra Iudæum, qui transtulit ipsum: sed primum verius quantum ad alteram partem disiunctæ, vt si vellet retinere Christianum colonum secum in domo, illud non est permittendum, immò excommunicandi sunt, *infrà eodem. Iudæi.* 2. *responso. & capit. ad hoc:* vbi redditur causa, quare. Bernardus.

IVdæi de.] CASVS. Iudæi secundùm leges nouas synagogas erigere non debent, sed veteres permittuntur habere. Nota, quòd Iudæi non possunt facere nouas synagogas, licèt possunt veteres retinere.

q ¶ *Legalis diffinitio.*] *C. de Iudæis. l. vlt.* Bernard.

r ¶ *Habere permittit.*] Et si corruerint, de nouo possunt illas reædificare in pristinum statum, non tamen vt ampliores faciant, *infrà eodem, consuluit, argument. ff. de noui operis nunciat. lege prima § opus nouum, & paragraph. si quis ædificium.* Bernardus.

QVia super.] CASVS. Dicitur, quòd in die Parasceues nullus Iudæus aperiat fenestras suas, nec exeat in publicum, sed teneat eas clausas. Nota Iudęos in die Parasceues ostia, vel fenestras aperire non debere, nec in publicum exire.

s ¶ *Aperta non habeant.*] Consueuerunt enim tunc deridere Christianos in contumeliam creatoris. j. *eod. in nonnullis:* cum enim fidem nostram contemnant, nec ritus suos eis permittimus. *C. de Iudæ. Iudæi:* vnde in publicum exire non debent. j. *eod. in nonnullis.* Bernard.

Iudæi.

† *Aliàs ita: Luceñ. sed ex registro B. Gregorij li. 3. in dict. 12. epist. 21. videtur legendum: Episcopo Lunensi.*

† *Cap. 3. eod. tit. in 1. cõpi. Et vide Marquardum, tract. de Iudæis, part. 2. cap. 5. & notas nostras in 1. c. huius tit. adde extrauagãtem Pauli iiij. incipi. Cùm nimis absurdum, & extrauagãtem Pij V. incip. Romanus Pontif. quas omnino videas.*

† *conditioni.*

† *conditionẽ.*

a *Primò Episcopus loci eligat magis idoneum. ff. de accus. l. si plures. Gof. ad hoc, de procu. si duo. lib. 6. Dico, quòd si alter meliorẽ causam offert, vt redimat ad libertatem, facti ad seruitium, ille præeligatur. Ioan. Andr.*

† *Aliàs ita: Verùm si quisquam.*

b *Qui diuturno vsu, & longa quasi possessione ius aquæ ducendæ nactus est: nõ habet docere, quo iure constitutum sit. Ioan. Andr.*

c *Et tunc etiam proles est originaria: licet xxx. annis ibi non mãserit, vt in l. cùm satis. Ioan. Andr.*

† *Geñuen.*

† *Ianũ.*

Sed in registro B. Gregor. libr. 7. epist. 5. Indict. 2. vnde hoc est sumptum, ita habetur, Ianuario Episcopo Caralitano.

† *Cap. 4. eo. tit. in 1. cõpi. Vide extrauagãtes præcedenti cap. citatas, & Marquardũ tract. de Iudæis, part. 1. cap. 3.*

† *Cap. 7. eo. tit. in 1. cõpi. Vide repertoriũ inquisitorum: verbo, Iudæus. § vlt.*

† *Aliàs ita: apertas non habeant: sed clausas, &c.*

† *In Concilio Lateran. cap. 26. & ca. 5. eod. tit. in 1. compilat. Vide notas nostras in hoc decretũ.*

a IVdæi. siue.] Duo sunt dicta. Secundum ibi, *Si quis*. Abb. Sic.

CASVS. Primò dicitur, quòd Iudæi, siue Sarraceni Christianas mulieres, vel Christiana mancipia nulla de causa secum debent habere, & quicunque Christianus cum his habitare præsumpserit, excõicetur. Secundò dr̃, quòd si aliqui Iudæi, vel Sarraceni, Deo inspirante, ad fidem Christianã se conuerterint, à possessionibus suis nullatenus expellantur: cùm propter hoc melioris debeant esse conditionis, quàm ante fidem receptam. Si autẽ secus factũ fuerit, præcipit Papa Potestatibus locorũ, vt partem hæreditatis, & omniũ bonorum suorum ex integro eis faciant exhiberi. Nota, quòd Iudæi Christiana mãcipia habere non debent. Item Christiani cum Iudęis, vel Sarracenis habitare non debent. Item Ecclesia iudicat de his, qui foris sunt. Item Iudæus ad fidem conuersus, à possessionib. suis excludi nõ debet. Item fidelis melioris conditionis est, quàm infidelis. Item argum. quòd iudices sęculares compelli possunt per excommunicationis sententiam ad iustitiam faciendam. Item Papa ratione fidei, de hæreditate iudicat.

† *Concordat extrauagans Pauli Papæ tertij, quæ incipit: Cupientes Iudæos, vbi multa in fauorem conuersis priuilegia conceduntur.*

CAP. V.

2 IVdæi, siue Sarraceni [a], neque sub alendorum puerorum suorum obtentu, nec pro seruitio [b], vel alia qualibet causa, Christiana mãcipia in domibus suis permittantur [c] habere. Excommunicetur autem, qui cum eis præsumpserint habitare: *& infrà.* ¶ Si qui † præterea Deo inspirante ad fidem se conuerterint Christianam, à possessionibus [d] suis nullatenus excludantur: cùm melioris conditionis ad fidem conuersos esse oporteat, quàm antequam fidem susceperint, habebantur. Si autem secus factum fuerit, Principibus, seu Potestatibus eorundem locorum iniungimus sub pœna excommunicationis [e], vt portionem hæreditatis suæ, & bonorum suorum ex integro [f], eis faciant exhiberi.

† *Idem scilicet Alex. iij. in Conci. Later. c. 24. & cap. 6. ex. sicut. comp. Et vide notas nostras in hoc decretum.*

¶ Idem † in eodem.

¶ *Christiani deferentes Sarracenis merces prohibitas, vel in ipsorum nauibus nauigantes, excommunicandi sunt, & rebus eorum priuãdi, & efficiuntur capientium serui.*

CAP. VI.

CASVS. Quidam Christiani cœca ducti cupiditate deferunt Sarracenis arma, ferrum, & ligamina galearum: & dum ad impugnandum Christianos prædicta eis ministrant, superiores illis fiunt in malitia. Item sunt & alij, qui in galeis, & nauibus Sarracenorum curam gubernationis assumunt: omnes prædictos Lateranẽ. Cõcilium excommunicauit, & præcipit illos per potestates locorum bonis suis priuari, & capientium seruos fieri, & præcipit, vt per ciuitatẽs maritimas crebra, & solẽnis excõmunicatio proferatur. Nota, q̃ Christiani, qui cum Sarracenis impugnant Christianos auxilio, vel facto, deteriores sunt, q̃ Sarraceni. Itẽ seruitus hic inducitur iure canonico. Item excommunicatus potest iterum excommunicari.

ITa quorundam animos occupauit sęua cupiditas, vt, qui gloriantur [g] nomine Christiano, Sarracenis arma, ferrum [h], & limina † deferant galearum: & pares, aut etiam superiores in malitia fiant illis, dum ad impugnãdos Christianos, arma eis, & necessaria subministrant [i]. Sunt etiam, qui pro cupiditate sua in galeis, & piraticis Sarracenorũ nauibus, regimen, & curam gubernationis exerceant. ¶ Tales igitur ab Ecclesiastica communione præcisos, & excõmunicationi subiectos [k], rerum suarum per Principes catholicos, & consules ciuitatum, priuatione [l] mulctari †, & capientium fieri seruos [m] censemus. Præcipimus etiam, vt per Ecclesias maritimarum vrbium crebra, & solemnis in eos excommunicatio [n] proferatur.

† *ligamina.*

¶ Idem.

¶ *Iudæi veteres synagogas in priorem statũ reformare possunt: de nouo erigere non possunt.*

CAP. VII.

COnsuluit †: *& infrà.* ¶ Iudæos de nouo construere synagogas, vbi non habuerunt,

a ¶ *Iudæi, siue Sarraceni.*] Et ita cum Sarraceno morari [a] non licet, sicut nec cum Iudæo: nisi aliquis spiritualis vellet ire, vt eis prædicaret: quod licet, vt ĩ. eod. quòd sit. & sic intellige 11. q. 3. *ad mensam.*

a De hoc articulo vide omnino B. Thom. 2. 2. q. 10. ar. 9.

b ¶ *Seruitio*]ĩ. eod. cap. 1. & 2.

¶ *Glossa sequens obijcit, & soluit, ponendo decem casus, quibus Ecclesia coërcet Iudæos.*

c ¶ *Permittantur*]Sed quid ad nos de his, qui foris sunt, vt 2. q. 1. *multi. & 45. dist. qui syncera.* Solu. de his, qui foris sunt non iudicat Ecclesia: vt pœnam spiritualem infligat. In casibus tamẽ iudicat de eis: quia repellit Iudæos communione Christianorum. 27. q. 1. *sæpe.* ne ab eis corrumpantur, vt ibi, & ĩ. eod. *ad hæc. & hic:* repellit enim eos à legitimis actibus, 2. q. 7. *alieni.* & ab officiis publicis. 54 *dist. nulla officia. &* ĩ. *eod. cùm sit, & c. penult.* & ne possint emere Christiana mancipia. ĩ. *eod. c. vlt. & 54. dist. fraternitatem.* Item non permittit eos facere nouas synagogas ĩ. *eod. consuluit.* Item quòd in diebus lamentationum non exeant in publicum. s̃. *eod. c. prox. & inf. eod. in nonnullis.* Item, q̃ soluant decimas de terris, quas colunt, s̃. *de deci. de terris.* & ne Christiana mancipia circuncidant: 54. *dist. nulla*, ne ex testamento Christiani aliquid capiant, & ille Christianus est excommunicandus etiam post mortem. 2. q. 2. *sanè profertur*, & excedentes verberibus subiiciuntur. ĩ. *de rapt. in Archiepiscopatu:* hic ergo Ecclesia excõmunicat tãtùm illos Christianos, qui cum eis habitare præsumunt: quandoque tñ indirectè excõmunicat eos, quia excommunicat Christianos, ne cum eis aliquod commercium habeãt. ĩ. *de vsur. post miserabilem &* ĩ. *eod. etsi, in fin. & cap. postulasti.* R.

b Qualiter index Ecclesiasticus animaduertat in Iudæos, & quibus casibus præter Doctores hic vide late Eymericum in Directorio inquisitorum, par. 2. q. 46. Repertorium inquisitorum: verbo, Iudæus. §. an, & ex qua causa, & Zanchinum tract. de hæret. ca. 36.

d ¶ *A possessionibus.*] Nisi fuerint comparatæ de vsuris, quas tenentur vendere, & pecuniam restituere. ĩ. *de vsur. cùm in.*

¶ *Glos. seq. arg. & recit. potest obiiciendo de dec. causam.*

e ¶ *Excommunicationis.*]Argu. quòd iudex sæcularis compelli potest ad iustitiam seruandam. 23. q. 5. *administratores.* Et hoc videtur facere ratione fidei, quod intromittit se de hæreditate, aliàs non debet. s̃. *qui fil. sint legi. causam:* sed illud intellige in quocunque casu, vbi iudex sæcularis negligens est facere iustitiam, quòd Ecclesia se intromittere debet, & compellere ipsum 23. q. 5. *administratores, & q. 1. dominus, &* ĩ. *de maledic. c. 2.* Ber.

f ¶ *Ex integro.*]Præter seruos, qui eos præueniunt in fide. C. *de episc. & cler. Deo nobis. §. his ita.* Ala.

ITa quorundam.] Primò ponit duplicem Christianorum excessum. Secundò tripliciter punit ibi, *Tales.* Abbas.

g ¶ *Qui gloriantur.*]Simile 28. q. 1. *perniciosam, & 86. dist. tanta.*

h ¶ *Ferrum.*]Vt ĩ. eod. *ad liberandam:* vbi hoc totum habes, quod hic dicitur: de quibus hic habetur, ad hostes trãsferri nõ debent. C. *quæ res exponi non debeat. l. 2. & illi sunt decapitandi* vt ibi, & *Cod. de commerc. mercatores. ff. de pub. & vectig. cotem ferro:* si enim non habent ferrum, nec arma. Nam *Cansatum perimis, causa perempta suum:* & appellatione armorum intelliguntur fustes, & lapides. *ff. de verb. signific. armorum appellatio.* Laur.

† *Adde, q̃ de iure ciuili puniuntur capitis cum confisca. bonor. l. 2. Cod. quæ res exp. non debeant.*

c *Idem in his, qui docent eorum naues facere, cùm priùs illi me rei peritiam nõ haberent. C. de pen. l. final. Ioan. Andr.*

¶ *Glo. seq. arg. quod clericus ministrans, &c.*

i ¶ *Subministrant.*] Argum. clericum pro homicida haberi, qui pugnãtibus arma ministrat, dummodò ibi fiant homicidia. *arg. 50. dist. si quis viduam. 24. q. vlt.* ĩ. *de homic. sicut dignum. § illi etiam. & §. hi quoque.*

† *Cap. 1. eo. tit. in 1. compi. par. 5. c. consuluit. 3.* s̃. *de appell. Et de materia, & intellectu præter Doctores hic, vide Maquardum tract. de Iudæis, part. 1. c. 3.*

k ¶ *Subiectos.*] Et sic ipso iure sunt excõicati. ĩ. *eod. quod olim.*

l ¶ *Priuatione.*] Hoc potuit Papa facere contra laicos, ratione criminis commissi. Bern.

¶ *Glos. seq. not. triplici iure seruitutem inductam.*

m ¶ *Seruos.*] Nota seruitutem de iure naturali inductã. 35. *dist. sexto die.* Item de iure gentium. *dist. 1. ius gentiũ.* Idem de iure canonico 15. *q. vlt. cùm multæ. & hic, &* ĩ. *eo. ad liberandam.* Vinc.

¶ *Glos. seq. not. excommunicatum iterum excommunicari, alleg. concord. & demum contrariam ponit opin. dat solutionem.*

n ¶ *Crebra, & solemnis in eos excommunicatio.*]Et tamen isti ipso iure sunt excommunicati, & sic excommunicatus potest iterum excommunicari. 3. q. 4. *Engeltrudam, & arg. 11. q. 3. excellentissimus. 12. q. 2. de viro, & 87. dist. vnt. qui.* & qui in sordibus est, adhuc sordescat. 47. *dist. quantumlibet, in fin. Arg. contra 2. q. 1. multi:* quia de his, qui foris sunt, nihil ad nos. 24. q. 1. c. 1. 2. 3. *& 4. &* s̃. *de iudic. cùm non ab homine.* Item qui est extra Ecclesiam, non potest esse magis extra Ecclesiam. 11. q. 3. *omnis Christianus.* Item arg. contra. *ff. de verb. oblig. qui bis idem.* M. dixit, quod excommunicatus ampliùs excommunicari non potest, sed denunciari potest excommunicatus, & sic intelligit omnia iura, vbi sæpius vel aliquis excõicari: & sic intelligit hic, sed tu dicas, quod excõmunicatus potest iterum excõicari. Et sunt duo effectus excõicationis, vt dicunt quidã. Primus effectus est eiiciendi extra Ecclesiã. Secundus est detinendi extra: sicut qui est ligatus vno vinculo, potest iterũ ligari [d], non est dubiũ, quin excõicatus possit adhuc excõicari: sicut qui est in vno peccato, põt aliud cõmittere: & sic plus punitur, & sic potest pluries excõicari, & magis ex hoc punietur, & secunda excõicatio tunc primò incipit habere suũ effectum, cùm absoluitur à prima, & tñ prima absolutio nõ habuit suum effectũ propter secũdã excõicationem, & ita finaliter nõ prodest prima absolutio, nisi cùm absolutus fuerit à secũda. De hoc dixi s̃. *de offic. ordi. ex parte, &* ĩ. *de sent. excom. cùm pro causa.* Bern.

d Et bannitus iterum banniri citatione solũ facta, vbi habitare cõsueuerat. De hoc in Spec. de accus. ad finem, Ioan. And.

COnsuluit.] Duę sunt partes. Secunda ibi, *Verùm.* Abbas.

CASVS. Iudæi nouas synagogas erigere nõ debent: sed antiquas,

tiquas, si corruerint, possunt reædificare in pristinam formam, siue statum, & non amplius exaltare, quàm fuerunt: & hoc pro magno beneficio habere debent. Nota, quod aliud est de nouo facere, aliud est reficere. Item licitum est consummare, quod non est licitum incipere. Item Ecclesia sustinet Iudæos in suis obseruantiis.

a ¶ *Antiquæ.*] Constantinus Imperator contulit libertatem Ecclesiis: & Iudæos seruituti subiecit [a]: postea verò Iulianus Imperator apostata dedit Iudæis etiam licentiam nouas construere synagogas [b], vt legitur in Chronicis. Tanc.

b ¶ *Reædificent.*] Sic j. eod. *Iudæi. Cod. de Iudæ. l. vltim.* quia aliud est tueri, quod positũ est: & aliud nouum facere. *ff. de vsufruct. vsufructuarius nouum.*

c ¶ *Exaltent.*] Non enim licet cuilibet possessori trãsformare possessionem, puta vsufructuario *ff. de vsufruct. æquissimum. §. sed & colores.* Bern.

a De facto, de iure enim hoc fecit mors Christi. j. eo. & si Iudæos in princ. & fin. Hostien. Ioan. Andr.

b Puto glossam respexisse ad illud Iuliani, qui Iudæos cohortatus est, vt templum Hierosolymis in edificarẽt, Christianorum refecerent, vt refert Niceph. lib. 10. historiæ Ecclesiæ. ca. 32. & Cassiodorus in tripartita, lib. 6. cap 43.

pati non debes. ¶ Verùm si antiquæ [a] corruerint, vel ruinam minantur, vt eas reædificent [b], potest æquanimiter tolerari: non autem, vt eas exaltent [c], aut ampliores, aut pretiosiores faciant, quàm antea fuisse noscuntur: qui vtique hoc pro magno debent habere, quod in veteribus synagogis, & suis obseruantiis tolerantur.

¶ Idem.

¶ In familiari seruitio Iudæorum Christiani esse non debent.

CAP. VIII.

AD † hæc omnibus Christianis, qui sunt in iurisdictione vestra penitus interdicatis, & si necesse fuerit districtione Ecclesiastica compellatis eosdem †, ne Iudæorum seruitio se assiduè [d] pro aliqua mercede exponant: quod etiam obstetricibus, & nutricibus eorum prohibere curetis, ne infantes Iudæorum in eorundem domibus [e] nutrire præsumant. Quoniam Iudæorum mores, & nostri in nullo concordant [f]: & ipsi de facili ob continuam conuersationem, & assiduam familiaritatem, ad suam superstitionem, & perfidiam simplicium [g] animos inclinarent.

AD hæc.] Primò prohibet. Secundò prohibitionis causam reddit ibi, *Quoniã.* Abbas Siculus.

CASVS. Præcipit hic Papa Prælatis Ecclesiarum, quod ipsi prohibeant omnibus Christianis, & compellant, si necesse fuerit per censuram Ecclesiasticam, ne in seruitio Iudæorum morentur, nec infantes Iudæorum nutrices mulieres in domibus eorum nutrire præsumant: quoniam Iudæorum mores moribus Christianorum non concordant: & per assiduam conuersationem simplices ad suam perfidiam inclinarent. Nota, quòd familiaritas malorum vitanda est, ne boni corrumpantur ab eis.

¶ *Glos. seq. arguit à contrario. quod statim determinat.*

d ¶ *Assiduè.*] Sic j. eo. *cap 1 & 2. & cap Iudæi 2.* & est argument. ex eo quòd dicit assiduè, quòd interpolatim possunt seruire: quod intellige secundum tenorem illius *cap.* j. *eodem multorum. §. 1.* sed in domibus nullo modo, prout j. *sequitur, & prædi. concord. 28. quæst. 1. Iudæorum. sæpe. & j. eodem. etsi Iudæos.*

e ¶ *In eorundem domibus*] Et ita videtur, quòd extra domum Iudæorum possint: eadem prohibitio est. j. *eod. etsi.*

f ¶ *Concordant.*] 23. *quæst. 8 dispar.* & in habitu etiam differre debent à Christianis, vt possint melius caueri. j. *eodem, in nonnullis.*

g ¶ *Simplicium.*] Quia innocens credit omni verbo. 23 *qu. 4. innocens, sime 28 q 1. cap. sæpe.*

† Cap. 2. eo. tit. in 2. compi. & post Concil. Lateran. sub Alexan. iij. part. 20. cap. 2. §. ad hæc. Vide not. 1. & 5. hoc tit. adde Abbatem in cap. post miserabilem. j. de vsur.

† Dictio, eosdem, deest in antiquis.

¶ Clemens tertius.

¶ Iudæi inuiti non sunt baptizãdi, nec ad hoc cogendi, nec sine iudicio puniendi, aut rebus suis spoliandi, vel in suis festiuitatibus molestandi, nec ipsorum cœmeteria violãda, aut eorum corpora exhumanda.

CAP. IX.

SIcut † Iudæi: *& infrà.* ¶ Statuimus, vt nullus inuitos [h], vel nolentes Iudæos ad baptismum venire compellat. Si quis autem ad Christianos causa fidei confugerit, postquam voluntas eius fuerit patefacta, Christianus absque calumnia efficiatur: quippe Christi fidem habere [i] non creditur, qui ad Christianorum baptismum † non spõtaneus, sed inuitus cogitur † peruenire. ¶ Nullus etiam Christianus eorum quemlibet sine iudicio terrenæ potestatis [k] vel occidere †, vel vulnerare, vel suas pecunias auferre præsumat, aut bonas [l], quas hactenus habuerunt, consuetudines immutare: præsertim in festiuitatum suarum celebratione quisquam fustibus, vel lapidibus eos nullatenus perturbet: neque aliquis ab eis coacta seruitia exigat, nisi quæ ipsi tempore præterito facere consueuerunt.

¶ Ad hoc malorum hominum prauitati, & auaritiæ obuiantes: Decernimus, vt nemo cœmeterium [m] Iudæorum mutilare, aut inuadere audeat, siue obtentu pecuniæ [n] corpora humata effodere [o]. Si quis autem huiusmodi decreti tenore cognito (quod absit) contraire præsumpserit, honoris, & officij sui periculum patiatur, aut excommunicationis [p] sententia plectatur †, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit.

SIcut Iudæi.] Diuiditur, quia continet multa dicta, quæ patent. Abbas.

CASVS. Statuit Clemens Papa, quòd nullus Iudæus compellatur ad fidem venire inuitus: & si aliquis ad fidem confugerit Christianam, postquam voluntas eius patefacta fuerit, absque impedimento Christianus efficiatur: fidem enim habere nõ creditur, qui non sponte sua ad fidem accedit. Secundò dicit, quod nullus Christianus sine iudicio secularis potestatis Iudæum occidere, vel mutilare, vel pecunias suas auferre præsumat, vel bonas consuetudines Iudæorũ immutaret, nec in festiuitatibus suis perturbet, vel coacta seruitia exigat. Tertiò statuit, vt nullus cœmeterium Iudæorum mutilare, aut inuadere, siue obtentu pecuniæ humana corpora effodere præsumat: & si quis contra hoc fecerit, honoris, & officij sui periculum patiatur, aut excommunicetur, nisi satisfecerit. Nota, quòd Iudæus non est compellendus inuitus recipere baptismum. Item coacta seruitia non sunt à Iudæis extorquenda. Item Iudæi possunt habere cœmeterium.

h ¶ *Inuitos.*] Hoc ideò dicit: quia nullus ad fidem cogendus est. 23. *quæst. 5. ad fidem. 45. distinct. de Iudæis:* quia si simpliciter, & absolutè compellantur, nõ reciperent characterem: sed si conditionaliter compellantur, bene recipiũt, & compellendi sunt, vt fidem sic susceptam obseruent. *vt suprà de baptis. maiores. §. item quæritur. 45. distinct. de Iudæis, & ff. de ritu nupt. si patre, & Cod. eod. titu. nullus.* Bern.

i ¶ *Christi fidem habere.*] Probatio eius, quod nullus compelli debet ad fidem: quia fides ex necessitate esse non debet. 45 *distin. qui autem, & cap. qui syncera, & 23 quæst. 5 ad fidem.*

k ¶ *Sine iudicio terrenæ potestatis.*] Nulli enim permissum est occidere, vel pœnam infligere, nisi cui ex officio permittitur. 23. *quæst. 5. qui malos, & cap. miles, & cap. cum minister.* & pœna non est inferenda, nisi per iudicem. 33. *quæst. 2. inter hæc. & c. interfectores §. in hoc.* Bern.

l ¶ *Bonas.*] Secus si malas, ne deludant Christianis prætendẽtes signa lamentationis, & non prorumpant in contumeliam creatoris. j. *eod. in nonnullis,* & ne annuatim simulatam speciem crucis exurant. *Cod. eod. Iudæos,* sed suas festiuitates more solito celebrent. 45. *distinct. qui syncera:* vt hic dicitur.

† Cap. 3. eo. tit. in 2. compi. & post Conci. Lateran. sub Alex. iij. par. 20. cap. 1. Et de prima contentus parte vide D. Thom. 2. 2 q. 10. art. 8 & ibi Caietan. & Thom. retrematam in cap de Iudæis dist. 45.

† baptismo.

† cogno[s]citur.

† Vide Beatum Thom. 2. 2. q. 64. artic. 2 & 3. & Dominicum Sotum, lib 5 de iust. & iure, q. 1. art. 2. & 3.

† plectetur.

c Hoc spectat horrendum illud facinus, quod narrat Nicephor li. 4. hist. Ecclesi. cap. 16. vbi Iudæi in Christi contumeliam, infante in cruce excarnificant.

¶ Idem.

¶ Ponit duas indulgentias illorũ, qui Paganis prædicant.

C eod. tit nemo. A.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*

m ¶ *Cœmeterium.*] Argument. contra. *ff. de sepul. viol. sepulchra.* Solut. sepulchra hostium religiosa non sunt, vt ibi dicitur nec illud infringens incidit in edictum. Iudæi verò non reputantur hostes. 23. *quæst. 8. dispar.* licet sint hostes fidei nostræ. j. eo. *& si Iudæos.*

n ¶ *Pecuniæ.*] Quæ in sepulchris ponenda non est. *argument. ff. de religios. & sum. fun. si quis impediat. §. funeris causa, & decima tertia quæstione secunda, non æstimemus, circa medium,* Tanc.

o ¶ *Effodere*] Quod qui fecerit, sepulchri violati tenetur. *ff. de sepulcr. viol. l. 3. § si quis,* & secundum quosdam hæc actio infamat. *ff. de sepulcr. viol. l. 1.* Alij dicunt, quòd non infamat, cùm sit actio in factum, *& in l. illa impropriè ponitur aliis.* Ala.

p ¶ *Aut excommunicationis.*] Et ita videtur in optione iudicis, quod vnum illorum pro pœna imponat, si non satisfecerit, & si iste vult satisfacere, non punitur, *simi. 35. distinct. Episcopus, aut presbyter. & 47. distinct. 1. & 92. distinct. cap. vltim.* ita est argument. quod pro quolibet peccato non debet Episcopus sententiam in aliquem fulminare, vel excommunicare, vel deponere. Bernard.

Quia

QVàm sit.] Du[o] sunt dicta. Secunda pars ibi, *Insuper*. Abbas.

CASVS. Quidam Episcopus, qui volebat prædicare fidé Catholicam Paganis, quæsiuit à Papa, vtrùm deberet vti cibis illorum: concedit ei dominus Papa, & socijs eius, vt cùm exibūt ad prædicandam fidem Paganis, liceat eis vti his cibis cum gratiarum actione, qui sibi ab ipsis infidelibus apponentur, dummodo abstineant ab esu carnium his diebus, quibus carnibus vti nō licet iuxta canonicas sanctiones. Insuper concedit eidem, vt quicunque religiosi, aut clerici idonei ad prędicandum fidem sibi adhærere voluerint, liberā habeant facultatem, petita, & obtenta Prælatorū suorū licentia. Nota, quod à carnibus abstinendū est diebus à canonibus constitutis. Item nemo potest prædicare sine licētia sui prælati. Item non sufficit petere licētiam, nisi sit obtenta.

† *Cap. 4. eod. tit. in 2. comp. Et vide Marquardū trac. de Iudæis. par. 1. c. 4. vbi plenè: adde Beatum Thomam 2. 2. q. 10. ar. 9.*

† *Scriptores Christiani Paganos vocant omnes idolorum cultores, qui nūquam fidem Catholicam agnouerunt.*

CAP. X.

QVàm † sit laudabile: *& infrà*. ¶ Tuis, frater Episcope, petitionibus annuentes, tibi, tuisque sociis, cum ad prædicandam Christi fidem Paganis † exibitis, Apostolica auctoritate concedimus, vt vobis his cibis cum modestia, & gratiarum actione, seruata temporum qualitate [a] iuxta canonicas sanctiones, vti liceat [b], qui vobis ab ipsis infidelibus apponuntur [c].

¶ Insuper indulgemus, vt quicunque Religiosi, seu Clerici idonei ad annunciandum Gentibus Euangelicam veritatem, requisita, & habita [d] Prælatorum suorum licentia, tibi voluerint adhærere, id absque contradictione qualibet, liberam exequendi habeant auctoritate Apostolica facultatem.

¶ Idem †.

¶ Pro redimendis captiuis, licet ire Alexandriam iurantibus, quòd nihil deferent auxilij, seu subsidij extra redemptionis articulum. Portans, vel mittens, etiam post treugas, merces prohibitas excommunicatus est, & pacis appellatione non veniunt treuga.

CAP. XI.

SIgnificauit † nobis tua fraternitas, quomodo aliqui ciuium tuorum in Alexandriam valeant proficisci pro recuperandis conciuibus suis, qui illic in captiuitate tenentur. Hoc arbitramur licitè posse fieri, dummodò nihil in mercibus suis, vel alio modo secum illuc deferant, vnde possit Sarracenis (excepto redemptionis articulo) aliquod commodum [e], aut subsidium prouenire: quod etiam coram te priùs iuramento [f] firmabunt. ¶ Illi quoque, qui post treugam in transmarinis partibus factam, cum commercio Alexandriam adiuerint, si detulerint merces prohibitas causa lucrandi, excōmunicationis [g] vinculum non euadunt †: sicut nec illi, qui in personis propriis non euntes, merces eis per nuncios [h] destinarunt. ¶ Ad vltimum, illos, qui iurauerunt se amplius in terram Sarracenorum cū mercibus non ituros, nisi pax esset inter Christianos, & ipsos, & post treugam [i] factam venerunt illuc, conditio illa de pace, aut treuga habenda, ab excommunicationis vinculo non absoluit [k].

¶ Idem.

¶ Excommunicati sunt, qui cum Sarracenis, tēpore guerræ, aliquod habent commercium, vel eis præstant subsidium.

CAP. XII.

QVod † olim præceptum fuit: *& infrà*.

¶ Sanè licèt hoc fuerit in Con-

a ¶ *Temporum qualitate.*] Vt abstineant his diebus, & temporibus, quibus à carne est abstinendum secundùm canones. 4. *dist. denique, & de consecr. dist. 3. de esu carnium, & ca. sabbatho*, de quibus canonibus hic fit mentio.

¶ *Glos. seq. signat contrarium & soluit, ex solutione quæstionem infert, & respondet. Iterum quærit, & soluit.*

b ¶ *Vti liceat.*] Aliter enim non possent illos lucrari, & sic licet eis loqui, & comedere cū eis exemplo Domini. 23. q. 4. *infideles, & 11. q. 3. ad mensam*, dummodo & alis nō coinquinentur. *Arg. contra.* 28. q. 1. *nullus, & cap. omnes*. Solut. contraria intelligūtur de Iudæis, qui discernunt cibos: hoc & *cap. ad mensam, & cap. infideles*, de Paganis intelligitur. Sed quare potiùs vitamus conuiuium Iudæorum, quàm Paganorum? Ratio illa est: quia illi, scilicet Iudæi, discernunt cibos nostros, vnde non debemus cibis eorum vti, ne videamur inferiores illis: vt dicit prædictum cap. *omnes*. Pagani verò non discernunt cibos: sed hodie & isti, & illi discernunt: vnde non debemus comedere apud eos, nec ipsi apud nos, licèt hoc non contineatur in verbis edicti, vt patet hic, & cap. ad mensam: sed quātùm ad sententiam eos vitare debemus. *argum. ff. de petit. hæred. item veniunt. §. ait senatus.* Sed quare potius vitamus conuiuium, quàm colloquium? Ideo loquimur eis, vt eos possimus lucrari, quod alids facere non possemus, vt *in cap. infideles*.

† *Cap. 5. eo. tit. in 2. comp. Vide Martinum Nauarrum in Manuali cōfessariorum, cap. 27. titu. de excommunicationibus à iure latis: & primùm de reseruatis Papæ per Bullam cœnæ. §. excommunicamus omnes illos: adde notata in cap. ita quorundam. [illegible]*

c ¶ *Apponuntur.*] Quæcunque ergo apponuntur, vti possunt, nisi dictum fuerit, quod sit idolis immolatum? vt 1. q. 4. §. *vlt. & 16. q. 2. si de area*: tunc enim sanctius est mori fame, quàm idolothytis vesci. 32. q. 4. *sicut sanctimo*. Bern.

¶ *Glos. seq. mistim signat contraria.*

d ¶ *Requisita, & habita.*] Quia nullus potest prædicare [a] nisi ex officio sibi commisso, vel nisi habeat auctoritatem à suo prælato. j. *de hæred. cùm ex iniuncto. & cap. excommunicamus §. quia verò*: nec sufficit petere licentiam, nisi sit obtenta, vt hic patet, & simile *de consecrat. distinct. 5. non oportet. 11. q. 3. quid ergo. 19. q. 2. duæ.* Argum. contra. s. *de regular. licet, & s. de arb. cùm olim.*

a [illegible]

SIgnificauit.] Habet tria. Secundum ibi, *Illi quoque*. Tertium ibi, *Ad vltimum*.

CASVS. Quidam erant in captiuitatem Sarracenorum: amici, siue consanguinei illorum volebant illuc ire pro ipsis recuperandis, quæritur, qualiter valeant illuc proficisci? Respondet Papa, quòd bene possunt ire, dummodo nihil in mercibus portent, vel alio modo, vnde possit Sarracenis aliquod subsidium prouenire: excepto redemptionis articulo: ita tamen quòd hoc priùs firment proprio iuramento. Secundò dicit, quòd illi, qui post treugam factam inter Christianos, & Sarracenos portant illuc merces prohibitas, ab excommunicatione nullatenus excusantur, sicut nec illi excusantur, qui per alios merces prohibitas illuc transmittunt. Tertiò dicit: aliqui iurauerunt in terrā Sarracenorum cum mercibus prohibitis se ampliùs non ituros, nisi pax esset inter Christianos reformata: & post factam treugam iuerunt illuc cum mercibus prohibitis: quæritur, an excusentur ab excōmunicatione? Respondet Papa, quòd conditio illa de pace, vel treuga, eos ab excommunicationis vinculo nō absoluit, nec etiam à periurio. Nota, quòd qui portāt merces prohibitas Sarracenis, sunt ipso iure excommunicati: & nullo tempore pacis, vel treugæ excusantur.

† *euadens.*

e ¶ *Aliquod commodum.*] Secundùm quod dicitur s. *eod. ita quorundam*: vbi de hoc, & j. *eod. ad liberandam*: nihil ergo in mercibus portandum est, nisi illud, vnde possint redimere captiuos, vt hic dicit. Sed quid si non possunt redimere captiuos, nisi portent eis arma, vel ferrum, nunquid hoc facere possunt sine pœna excommunicationis? Argum. quòd sic, ex eo, quòd hic dicit, excepto redēptionis articulo: sed non credo, nisi primo requiratur auctoritas Papæ, ne aliquid fraudis fiat. Bern.

† *Cap. 6. eo. tit. in 2. cōpi. Vide Martinum Nauarrum superiori cap. citatum.*

¶ *Glos. seq. obijcit, & dupliciter soluit.*

f ¶ *Iuramento.*] Sed nónne sufficit pœna excommunicationis? Potest dici: quòd hoc exigitur à suspecto. *argument. 28. distinct. de Syracusanæ, & 10. quæst. vltim. cap. vltim.* quoniam eorum ruinæ debent occurrere Prælati. 93. *distinct. Diaconi, & 22. quæst. 5. hoc videtur*: & ad maiorem cautelam exigitur iuramentum etiam à quocunque. Laur.

g ¶ *Excommunicationis.*] De qua habes s. *eod. ita quorundam*: & ideo, quia licèt treuga sit facta, non tamen pax perpetua, vt j. *§. prox.* vnde prohibitio non intelligitur propterea relaxata de mercibus prohibitis. Bernard.

h ¶ *Per nuncios.*] Sic j. *cap. prox.* qui per alium facit, per se facere videtur: vt hic, & j *de sentent. excommunicatio. mulieres. 46. distinct. sicut non suo. ff. de administrat. tutor. ita tamen. §. gessisse.* Bernard.

i ¶ *Post treugam.*] Treuga est securitas personis, & rebus ad tempus concessa. s. *de treuga. cap. 1.* & qui facit treugam [b], non facit pacem, nec desistit à guerra, nisi ad tempus: quia qui distulit, non in totum destitit. 2. *quæst. 3. notandum, & ff. de iud. destitisse.*

b Et vbi pax requiritur, treuga non sufficit: vide Paulum de Castro, Angelū, & præcipuè per Alexandrum in l. conuentionem. ff. de pact. adde Baldum in titul. de pace Constan. §. vasallitu bi dicit, quod treuga magis accedit ad naturā belli, quàm pacis.

k ¶ *Non absoluit.*] Nec etiam à periurio: quia licèt treuga sit facta, non tamen pax, & ita non extitit conditio, vnde incidit in sententiam excommunicationis, & in periurium, & sic treuga non est pax.

QVod olim.] Primò excommunicat. Secundò hortatur illos, quibus scribit ibi, *Vestræ igitur*. Abbas Siculus.

CASVS. In Lateran. Concilio prohibitum fuit, quòd nullus merces prohibitas Sarracenis portaret per se, vel alium, & Clemens Papa omnes illos excōmunicationi supponit, qui ampliùs cum Sarracenis mercimoniū habuerint per se, vel per alios: aut quocūque modo aliqua rerum subsidia, dum guerra durauerit, duxerint impēdenda: vnde mandat quibusdam, quatenus nullo modo,

modo, aut quocunque ingenio eis mercimonia, cōsilia, vel alia subsidia transmittant: & si qui contrà fecerint, non solùm sint ipso iure excommunicati, verùm etiam iram Dei viuentis incurrant. Nota, quòd quicunque cum Sarracenis mercimonia habuerint, ipso iure sunt excommunicati.

f ¶ *Pro gratia.*] *s. de fideiuss. peruenit, & s. de renunc. sanè.* Bernar.
g ¶ *De familiaritate.*] Nimia familiaritas parit contemptum, *vt ff. de offic. procons. nec quicquam. §. circa* & *86. distinct. quoniam. & ff. de offic. præsid. obseruandum.*
h ¶ *Mus in pera.*] *V. 13. q. 1. c. Ecclesias. §. item præcepit dominus.*

† *Lateran. sub Alex. iij. cap. 24.*

a ¶ *In Concilio Lateranensi.*] *s. eod. ita quorundam.* Bern.
¶ *Glos. sequens quærit, & soluit.*
b ¶ *Supponimus.*] Etiam suppositi erāt per Alex. in Concilio Lateranen. ita quorundā: & sic est canō latæ sententiæ, vt patet in fine: & ita videtur, quod qui contrà faciunt, duplici excōmunicatione sunt ligati. Sed quis absoluet tales? Potest dici, q Episcopi, ipsorū, quia ex quo Papa sibi hoc non retinuit, aliis indulsisse videt. *j. de sent. excomm. nuper.* quia sibi reseruasset, si hoc non intēdebat. *s. de præben. graue, in fin. & j. de cri. fal. dura. in fin.* Bern.

a *Hodie solus Papa absoluit, cùm sit casus Papæ reseruatus per Bullam Cœnæ Domini. §. cæterùm à prædictis sententiis.*

c ¶ *Subsidia.*] *s. eo. ita, & j. eo. ad liberandam, & Cod. quæ res export. non poss. per totum, & C. quæ res vend. non poss. per totum.*
d ¶ *Iram Dei.*] Ratum habentis, quod ab Ecclesia iustè factum est. *24 q. 1. quodcunque.*

ETsi.] Primò posuit exordium. Secundò facti narrationem. Tertiò prohibet. Quartò pœnā imponi mandat. Secunda ibi, *Accepimus.* Tertia ibi, *Inhibemus.* Quarta ibi, *Si verò.* Abbas Sicul.

†*Cap. 1. eod. tit. in 3. cōpi. Vide not. c. 1. & 5. hoc eod. tit.*

CASVS. Quamuis Christiani pro sola humanitate recipiant Iudæos, & sustineant cohabitationem illorum: tamen ingrati Christianis esse non debent, vt reddāt Christianis pro gratia contumeliam, & de familiaritate contemptū: & illam retributionem impendunt, de qua dr̄ iuxta vulgare prouerbium, Mus in pera, serpēs in gremio, & ignis in sinu hospites suos malè remunerare consueuerunt: ipsi enim faciunt Christianas mulieres nutrire filios suos: & cùm in die Resurrectionis illas recipere corpus, & sanguinem Domini cōtingit, per triduū, antequam lactent filios suos, lac effundere faciunt in latrinam, quod horrendum est dicere: & alia turpia contra fidem Catholicam committunt, propter quod timendum est, ne fideles diuinam indignationem incurrant, cùm eos patiuntur talia perpetrare: vnde prohibet Papa districtè, ne de cætero nutrices, vel seruientes habeant Christianos: ne filij liberæ filiis famulentur ancillæ. Si verò nutrices, & seruientes non dimiserunt Christianos, præcipiatur omnibus Christianis sub pœna excommunicationis, ne cum eis commercium audeant exercere. Nota, quod nullus debet esse ingratus accepti beneficij. Item nota prouerbium illud vulgare, Mus in pera, &c. Item Christianus Iudæo seruire non debet. Item Iudæi serui sunt Christianorum.

† *In codice Barbatiæ ita: qui tam misericorditer, &c. q magis places.*

† *Vide Marquardū tract. de Iudæis, part. 1. cap. 3. nu. 15. & c. 4. num. 18.*

e ¶ *Ingrati.*] Si enim Iudæi isti ingrati sunt, possunt priuari gratia sibi concessa. *s. de don. vit. & 12. q. 2. eleemosy dispensio, & C. de renunc. do. l. vlt.* Bernard.

cilio Lateranensi, [a] † districtè inhibitum: Nos tamen omnes illos excommunicationi supponimus [b], qui iam ampliùs cum Sarracenis mercimonium habuerint, vel per se, vel per alios: nauibus, seu quocunque alio ingenio eis aliqua rerum subsidia [c], seu consilia, quandiu inter nos, & illos guerra durauerit, dixerint impendenda.

¶ Vestræ igitur discretioni mandamus, quatenus nec per vos, nec per vestras naues, nec alio quocunque modo, aut ingenio eis mercimonia, cōsilia, vel alia subsidia transmittatis: ne, si aliqui in sua malitia indurati, secus agere præsumpserint, non solùm ipso iure incidant in excommunicationem illam, verumetiam iram [d] Dei viuentis incurrant.

¶ Innocentius iij. Archiepiscopo Senon. & Episcopo Parisien.

¶ *Iudæi nutrices, vel seruientes Christianos habere non debent: cōtrà facientibus interdicitur Christianorum commercium.*

CAP. XIII.

ETsi † Iudæos, quos propria culpa submisit perpetuæ seruituti, pietas Christiana receptet, & sustineat cohabitationem illorum: ingrati [e] tamen nobis esse non debent, vt reddant Christianis pro gratia [f] contumeliam, & de familiaritate [g] contemptum; qui † tanquam misericorditer in nostram familiaritatem admissi, nobis illam retributionem impēdunt, quā (iuxta vulgare prouerbium) Mus [h] in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu, suis consueuerunt hospitibus exhibere.

¶ Accepimus autem, quòd Iudæi faciunt Christianas filiorum suorum † nutrices [i]: & (quod nō tantùm dicere, sed etiam nefandum est cogitare) cùm in die Resurrectionis Dominicæ illas recipere corpus, & sanguinem Iesu Christi contingit, per triduum antequam eos lactent, lac effundere [k] faciunt in latrinam. Alia insuper contra fidem Catholicam detestabilia †, & inaudita committunt, propter quæ fidelibus est verendum, ne diuinam indignationem incurrāt: cùm eos perpetrare patiuntur [l] indignè, quæ fidei nostræ confusionem inducunt: *& infrà.*

¶ Inhibemus ergo districtè, ne de cætero nutrices, vel seruientes habeant Christianos: ne filij liberæ [m], filiis famulentur ancillæ [n]: sed tanquam serui à Domino reprobati, in cuius mortem nequiter coniurârunt, se † saltem per effectum operis recognoscant seruos illorum, quos Christi mors liberos, & illos seruos effecit: *& infrà.*

¶ Si verò nutrices, & seruientes non dimiserint Christianos, sub excommunicationis [o] pœna inhibeatis † districtè omnibus Christianis, ne cum eis commercium aliquod audeant exercere.

¶ Idem.

¶ *Iudæus, qui percusserit Clericum, temporaliter punitur: & si de facto puniri non potest, interdicitur sibi Christianorum commercium, donec satisfecerit iniuriam passo.*

CAP. XIV.

POstulasti †, qualiter contra Iudæum procedere debeas, qui manus iniecit in quendam Clericum violentas? Ad quod breuiter respondemus, quòd si dictus Iudæus tuæ iurisdictionis existit, ipsum pœna pecuniaria [p] punias, vel alia (secundùm quòd conuenit) temporali, faciens læso satisfactionem [q] congruam exhiberi: alioquin

i ¶ *Nutrices.*] Quod esse non debet. *s. eod. Iudæi, & c. ad hoc.* Bern.
k ¶ *Effundere.*] Credebant forsan corpus Christi descendere in stomachum, & incorporari: quod est falsum: *de consecr. distin. 2. tribus gradibus*: non est iste panis, cibus enim animæ est. *distin. ead. credere.* Laur.
l ¶ *Patiuntur.*] Argu. quod qui potest prohibere, & non prohibet, sibi imputatur. *86. dist. c. 3. j. de reg. iur. cap. pen. & j. tit. proxi. cap. 2. & 23. q. 9 præterea. argu. j. de sent. excom. quantæ præsumptionis.*
m ¶ *Liberæ.*] Id est, Ecclesiæ, non enim erit hæres filius ancillæ cū filio liberę. *22. q. 4. dicat aliculus.* Bern.
n ¶ *Ancillæ.*] Id est, Agar: quæ significat synagogā. Libera, id est, Sarra: quę significat Ecclesiam: de Agar ancilla Sarræ descenderunt isti, qui debent esse serui illorum, qui descenderunt à Sarra: in quibus Ecclesia fundata est. Bernard.
o ¶ *Sub excommunicationis pœna.*] Immò excommunicari possunt, si communicent eis postea. *j. de vsur. post miserabilem, & j. cap. prox. & sic indirectè iudicat Ecclesia de Iudæis, & de hoc dixi s. eo. ita. & cap. Iudæis.* Bernard.

POstulasti.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Ad quod.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam Iudæus manus in quendam clericum iniecit violētas: quæritur, qualiter contra illum sit procedendum? Respondet Papa, quod ille cuius iurisdictionis existit, pœna pecuniaria ipsum puniat, vel alia temporali, secundùm quod sibi visum fuerit, & faciat læso congrue satisfieri. Alioquin dominus eius monēdus est, vt passo iniuriā, & Ecclesiæ faciat satisfieri competenter: quod si dominus eius hoc neglexerit, prælatus loci præcipiat Christianis per censuram Ecclesiasticam, ne cum ipso Iudæo commercium habeant, donec satisfaciat. Nota, quòd pro iniuria illata potest quis pecuniaria pœna puniri. Item ante absolutionem debet læso satisfieri. Item propter negligentiam iudicis sæcularis deuoluitur iurisdictio ad iudicem Ecclesiasticum. Item indirectè excommunicantur Iudæi.

p ¶ *Pœna pecuniaria.*] Ad arbitrium iudicis. *s. de offic. leg. de causis. §. fin.* quia spirituali pœna ipsum puniri non potest, cum sit extra Ecclesiam: quia nihil ad nos de his, qui foris sunt. *2. q. 1. multi*: quando Ecclesia possit punire Iudæos, dictum est *s. cap. ita, & meliùs in cap. Iudæi.* Bernard.

q ¶ *Læso satisfactionem.*] Hoc regulare est, vt semper ante absolutionem satisfaciat læso, *& j. de senten. excommun. porrò* parochiano

b *Sequitur aduocatos, patiētiam esse proconsulem oportet: sed cum ingenio, ne cōtemptibilis esse videatur.* Io. And.

† *Vide Nicephorū lib. 4. c. 6. & li. 14 ca. 16. historiæ Ecclesiæ. & B. Clemen. lib. 2. consti. Apostolicarū, ca. 64. vnde intelliges odium Iudæorum in Christianos.*

† *In codice Barbatiæ ita: saltē per effectum operis recognoscant se esse seruos illorum, &c.*

† *Vide B. Tho. 2. 2. q. 10. art. 9.*

† *De intellectu huius decretalis vide Nicolaum Eymericum in Directorio inquisitorum par. 2 q. 46. num. 8. & 9.*

c *Et s. de diuort. gaudemus, per quæ iura patet illos ex iniectione excommunicatos non esse: & ideò non mandat hic illos absolui: facit, q scripsi de iniur. sicut 3. prope finem.* Ioan. Andr.

chianos. conquesti. & pluribus aliis ca. & Ecclesiæ satisfacere debet, cui fuit facta iniuria in personam eius ministri. *vt 3. q. 1. nulli in fin. & 2. q. 7. ace vsatio.* Ber.

a ¶ *Christianis.*] Et ita indirectè excommunicantur Iudæi. De hoc, vt dictum est *s. eod. ita quorundam.*

e ¶ *Prodeant.*] *s. eod. quia.*

f ¶ *Illudere.*] Sic reddunt nobis pro gratia contumeliam, & contemptum: vt *s. eod. & si Iudæus.*

g ¶ *Animaduersionis.*] Scilicet pecuniaria pœna; vel alia temporali, prout visum fuerit iudici. *s. c. proxi.* Ber.

h ¶ *Blasphemare.*] *s. eo. cap. 1. & j. cap. prox.* Bernar.

IN *nonnullis.*] Tria ibi dicta. Secundum ibi, *In diebus.* Tertium ibi, *Illud autem.* Abbas Sicul.

CASVS. In quibusdā prouinciis Iudæi, seu Sarraceni, per habitum distinguuntur à Christianis, in quibusdam verò non: vnde contingit aliqn̄, quod Christiani Iudæis, & Iudæi Christianis mulieribus per errorem carnaliter commiscentur. Ne igitur tam damnatus excessus per talem errorem vlterius committatur, statuit concilium generale, vt Iudæi, siue Sarraceni vtriusque sexus in qualibet prouincia Christianorum, per habitū publicè distinguantur à Christianis. Secundò dicitur, quòd in diebus lamentationum Iudæi siue Sarraceni non exeant in publicum: quia vt dicitur, tunc ornatiùs incedere non erubescunt, & Christianis, qui Passionis sacratissimæ memoriam exhibentes, lamentationis signa prætendunt, illudere non formidant. Tertiò prohibetur, ne in contumeliam creatoris prosilire præsumant: & quia contumelia creatoris dissimulari non debet, præcipit concilium huiusmodi præsumptores per Potestates locorum condignè compesci, ne Crucifixum pro nobis blasphemare præsumant. Nota, quòd Iudæi, & Sarraceni à Christianis per habitum discerni debent. Item Iudæi, siue Sarraceni Christianis mulieribus non sunt commiscendi. Item in die lamentationum in publicum exire non debent. Item iudex ecclesiasticus potest compellere Principes, vt compescant Iudæos à suis præsumptionibus.

¶ *Gloss. seq. circa distinctionem habitus ponit quatuor similia.*

b ¶ *Distinguit.*] Sic per habitum debent distingui nouitij à professis. *s. de stat. regulari. cap. penult. & meretrix à matrona. j. de sen. excom. in audientiam & ff. de iniuria. item apud. §. si quis virgines.* & masculi à fœminis per crines, & vestes. *30. distin. si qua mulier.* sic & liber distinguitur à seruo per pileum. *C. de lati. liber. tollend. 1. § sed & qui pileati.* Io.

c ¶ *Commixtionis.*] Quia nec matrimonium inter Iudæum, & Christianam esse potest. *28. q. 1. caue.* Ber.

d ¶ *Erroris.*] Ergo si ignoranter commisceatur Christianus Iudææ, dummodo nō sit crassa, siue affectata ignorantia, excusatur, vt in eo quod Iudæa ar. *34. q. 2. in lectum. & j. de obser. excom. Apostolicæ.*

eius dominum moneas, & inducas, vt passo iniuriam, & Ecclesiæ ab eo satisfieri faciat competenter: quod si dn̄s eius neglexerit adimplere, tu Christianis a omnibus † per censuram Ecclesiasticam interdicas, ne cum ipso Iudæo, antequam satisfaciat, præsumant commercia exercere.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Iudæi, & Sarraceni vtriusque sexus, debent in terris Christianorum ex habitu, per quem à Christianis discernantur: & in die Passionis Domini non debent in publicum progredi, nec in contumeliam creatoris prosilire.*

CAP. XV.

IN † nonnullis prouinciis à Christianis Iudæos, seu Sarracenos habitus distinguit b diuersitas: sed in quibusdam sic quædam inoleuit confusio, vt nulla differentia discernantur †. Vnde contingit interdum, quòd per errorem Christiani Iudæorum, seu Sarracenorum, & Iudæi, seu Sarraceni Christianorum mulieribus commiscentur. Ne igitur tam damnatæ commixtionis c excessus, per velamen † erroris d huiusmodi vlterioris † excusationis possint habere diffugium: Statuimus, vt tales vtriusque sexus in omni Christianorum prouincia & omni tempore, qualitate habitus publicè ab aliis populis distinguantur †. ¶ In diebus autem lamentationis, & Dominicæ Passionis in publicum minimè prodeant e: eo quòd nonnulli ex ipsis talibus diebus (sicut accepimus) & ornatiùs non erubescunt incedere, ac Christianis, qui sacratissimæ Passionis memoriam exhibentes, lamentationis signa prætendunt, illudere f non formidant. ¶ Illud autem districtissimè inhibemus, ne in contumeliam creatoris † prosilire præsumant. Et quoniam illius dissimulare non debemus opprobrium, qui probra nostra deleuit: Præcipimus præsumptores huiusmodi per Principes sæculares, condignæ animaduersionis g adiectione compesci, ne Crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare h præsumant.

¶ Idem † in eodem.

¶ *Præponens Iudæum, vel Paganum publicis officiis: per concilium prouinciale corripitur, & præposito denegatur Christianorum commercium, donec deposuerit officium: & in vsus Christianorum pauperum restituet inde quæsita secundum Episcopi prouidentiam.*

CAP. XVI.

CVm † sit nimis absurdum, vt blasphemus i Christi in Christianos vim potestatis exerceat: quod super hoc Toletanum † concilium k prouidè statuit, nos propter transgressorum audaciam in hoc generali concilio innouamus: Prohibentes, ne Iudæi publicis officiis præferantur: quoniam sub tali prætextu Christianis plurimùm sunt infesti. ¶ Si quis autem eis officium tale commiserit: per prouinciale l concilium, quod singulis annis præcipimus celebrari, monitione præmissa, districtione, qua cōuenit, compescatur. ¶ Officiali verò huiusmodi, tandiu Christianorum communio in commerciis, & aliis denegetur, donec in vsus pauperum m Christianorū, secundùm prouidentiam diœcesani Episcopi conuertatur, quicquid fuerit à Christianis adeptus occasione officij sic suscepti: & officium cum pudore dimittat quod irreuerenter assumpsit. Hoc idem extendimus ad Paganos.

¶ Idem in eodem.

¶ *Concilium generale repetit cōcilium Lateranē. supra eo. c. ita, & addit pœnam satisfactionis tempore absolutionis impendendam.*

CVm *sit.*] Prima pars constitutionem innouans, olim inhibitam prohibet: & omnes causas reddit. Secunda punit præponentem. Tertia præpositum. Quarta prorogat. Secunda ibi, *Si quis.* Tertia ibi, *Officiali.* Quarta ibi, *Hoc idem.*

CASVS. Statuit concilium Toletanum, quod nullus Iudæus super Christianos vllum officium, vel potestatem exerceat. Sed quia illud non bene seruabatur, concilium generale innouauit cōcilium Toletanū, prohibens, ne Iudæi publicis præferantur officiis, quia sub tali prætextu Christianos infestant plurimùm, & molestant: & si eis tale fuerit officium commissum, per prouinciale concilium annuatim celebrandum, monitione præmissa, compescatur, & tali officiali communio Christianorum in commerciis, & aliis denegetur, donec restituerit, quicquid ex tali officio habuit à Christianis, conuertendum in vsus pauperum Christianorum secundùm Episcopi diœcesani prouidentiam: & officium ipsum cùm pudore amittat, quod irreuerenter assumpsit: & quod de Iudæis dicitur, extenditur ad paganos. Nota, quòd infideles fidelibus præponi non debent, nec publicis officiis præfici. Item quod percipit ex officio, quod habere nōn licet, restitui debet: quia si principale non licet, nec eius accessorium.

i ¶ *Blasphemus Christi.*] Id est, Iudæus blasphemans Christum *s. eod. cap. 1.*

k ¶ *Toletanum concilium.*] *54. dist. nulla. & j. eod. ex speciali.*

l ¶ *Prouinciale cōcilium.*] *s. de accusationibus olim.*

¶ *Glo. seq. obijcit, & soluit.*

m ¶ *In vsus pauperum.*] Sic ergo pauperibus restituitur, quod iniustè extortum est: vt *s. de immunit. Eccle. quia.* si verò officium licitū esset: tūc si vellet, posset dare pauperibus, quod iniustè extortū est. *14. q. 5. non sanè.* sed contra videtur, quod restituendum sit illis, à quibus est extortum, & non pauperibus. *j. de homi. sicut dignum. & j. de vsuris cum tu. & s. de inuentis. cum tu. & s. de decimis tua. & 18. dist. quoniam* hoc ideo fit in hoc casu, quia nescitur, à quibus extortum sit, maior pœna ponitur in sequenti capitulo, qui mercem prohibitam portant ad Sarracenos. Io.

† *Dictio, omnibus, deest in antiquioribus codicibus.*

† *Idem scilicet Innocentius 3. in concilio generali Lateran. c. 68 & c. 1. eod. tit. in 4. compilatio.*

† *Vide Marquardum tra. de Iudæis p. 1. ca. 4. & extrauagantes cōmunes super eo. tit. c. 2. & de intellectu Eymeric in Directorio Inquisit. par 2. q. 46. nu. 10.*

† *discernantur.*

† *velamentum.*

† *vlterius.*

† *Post verbum, distinguantur, in concilio, & in antiqua compilatione additur hæc verba. Cum etiam per Mosen hoc ipsum legatur eis iniunctum.*

† *Redemptoris, vox est in concilio, & in veteri compilat.*

† *Idē Innocentius tertius in concilio Lateranen. c. 69. & c. 2. eo. tit. in 4. compil.*

† *Videto notas nostras in hoc decretum.*

† *Hoc statuit Toletanum concilium tertium, c. 14. et concilio alii, quod apud Gratianum in c. nulla. 54. dist. tribuitur concilio Toletano quarto.*

CAP. XVII.

AD † liberandam terram Sanctam: *& infra.* ¶ Excommunicamus[a], præterea, & anathematizamus illos falsos, & impios Christianos, qui contra ipsum Christum, & populum Christianum, Sarracenis arma, ferrum, & ligamina † deferunt galearum: eos etiam, qui galeas eis vendunt, vel † naues: quique in piraticis Sarracenorum nauibus curam gubernationis exerceant: vel machinis, aut quibuslibet aliis aliquod eis impendunt consilium, vel auxilium, & in dispendium terræ Sanctæ: ipsósque rerum suarum priuatione[b] mulctari, & capientium seruos fore censemus. Præcipientes, vt per omnes vrbes maritimas diebus Dominicis, & festiuis, huiusmodi sententia publicè innouetur. Et talibus gremium non aperiatur Ecclesiæ, nisi † totum quòd ex commercio[c] tam damnato perceperint, & tantundem de suo in subsidium terræ Sanctæ transmiserint, vt æquo iudicio, in quo deliquerint[d], puniantur. Quòd si fortè soluendo non fuerint, sic aliàs[e] reatus talium castigetur, quòd in pœna ipsorum aliis interdicatur[f] audacia similia præsumendi.

¶ Gregorius nonus Astoricen. † & Lucen. Episcopis.

¶ Iudæi, vel Pagani publicis officiis præficiendi non sunt: & si eis regalia iura vendantur, ad ea colligenda præficiendus est Christianus, non suspectus.

CAP. XVIII.

EX † speciali, quem erga illustrem Regem Portugalliæ gerimus, charitatis affectu: *& infra.* ¶ Mandamus, quatenus Regē ipsum sollicitè inducatis, ne in officiis publicis Iudæos Christianis præficiat, sicut in generali concilio[g] † continetur. Et si fortè redditus suos Iudæis vendiderit, vel Paganis, Christianum tūc deputet de grauaminibus inferendis Clericis, & Ecclesiis, non suspectum[h]: per quem Iudæi, siue Sarraceni, sine Christianorum iniuria, iura regalia consequantur.

¶ Idem.

¶ Seipsum summat.

CAP. XIX.

NVlli † Iudæo baptizatum vel baptizari volentem, emere liceat, vel in suo seruitio[i] retinere. Quòd † si quem nondū ad fidem conuersum causa mercimonij[k] emerit, & postmodum factus sit, vel fieri desideret Christianus: datis pro eo duodecim solidis[l], ab illius seruitio protinus subtrahatur.

¶ Si autem infra tres menses[m] ipsum vænalem non exposuerit, vel ad sibi seruiendū emerit eundē: nec ipse vēdere, nec alius audeat comparare, sed nullo dato pretio perducatur ad præmia libertatis.

AD liberandam.] Duæ sunt partes. Secunda ibi, *Et talibus.* Abbas.

CASVS. In concilio isto dicitur illud, quod legitur supra eod. ita quorundam, hoc adiecto, quòd illis, qui prædicto modo delinquunt, gremium non aperiatur Ecclesiæ, nisi totum, quod ex tam damnato commercio perceperunt, & tantundem de suo in terræ Sanctæ subsidium destinauerint: vt in eo puniantur, in quo peccauerunt. Quod si soluendo non fuerint, sic aliàs delictum istorum taliter puniatur, quòd alij attentare similia pertimescant. Nota, quòd qui contra Ecclesiam delinquit, in eo punitur, vt ab ea non recipiatur, donec satisfaciat. Item punitur quis in eo, in quo deliquit. Item pœna vnius debet esse metus alterius.

† Vide Martinum Nauarrū ci tatum suprà hoc tit. in ca. significauit. & notas nostras in hoc decretū.

† lignamina.

† &

a ¶ *Excommunicamus, & anathematizamus.*] Sicut *suprà eod. ita. & cap. quod olim.*

b ¶ *Priuatione.*] Hoc totum habes ī. eod. ita.

¶ *Gloss. seq. dat simile de vsuris; concludit tamen quòd hoc grauius.*

c ¶ *Totum quòd ex commercio.*] Totum ergo lucrum, quod ad eos peruenit ex hoc commercio, debent dare in subsidium terræ Sanctæ, in cuius detrimentum hoc fecerunt: & simile est crimini vsurarum: in quo quicquid sorti accedit, vsura est, vnde totum debet restitui. ī. *de vsur. consuluit, & 14. q. 3. putaui. & cap. seq.* immo videtur quod maius, quia isti videntur fidem Christianam impugnare, vnde plus puniuntur, quia tantundem pro pœna dare coguntur in subsidium terræ Sanctæ: & nemo dubitat grauius esse commissum, quod est grauiùs vindicatum. 24. q. 1. *non afferamus. & in Auth. vt fra. fi. coll. 9. in fi.* vbi dicit: In delicto enim æquali proximas eis imminere pœnas iustum putamus.

† In Concilio ita. nisi totum quòd ex substātia tam damnata perceperint, &c.

† Episcopatus sūt Hispaniæ de quibus Vasæus in Annalibus Hispaniæ, c. 10.

d ¶ *In quo deliquerint.*] Sic ī. *de immu. Eccle. c. vlt. & de iure pat. pastoralis. & ī. de temp. ord. litteras. & ī. de foro comp. vniltus. sim. 11. q. 3. de viro, & 17. q. 4. frater coepiscopus.*

e ¶ *Sic aliàs.*] Qui poterunt subiici verberibus loco pœnæ. 14. *q. 6. si res. & 12. q. 2. fraternitatem. & 5. q. 6. quia iuxta.*

f ¶ *Aliis interdicatur.*] Sic ergo pœna vnius est metus alterius: vt *2. q. 7. quapropter. & ī. de off. ordi. irrefragabili. & ī. de transla. c. 1. in fin. & ī. de sta. reg. ea quæ. ī. de calum. c. 2. ff. de pœn. l. capitalium. §. famosos. ff. depos. bona fides. 2. responso. in fi.*

EX speciali.] In prima parte punitur culpa Regis, & excusatio. In secunda contra vtrumque prouidetur ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

CASVS. Rex Portugalliæ in officiis publicis Christianis præferebat Iudæos contra concilium generale. ī. *ea cum sit.* vnde mandat Papa duobus Episcopis, quatenus Regem ipsum moneant, & inducant, ne in publicis officiis Iudæos præficiat Christianis contra concilium generale: quòd si forte redditus suos Iudæis vendere voluerit, vel Paganis, aliquem Christianum deputet non suspectum de grauaminibus clericis, & Ecclesiis inferendis, & per illum Iudæi, & Sarraceni, sine Christianorum iniuria, iura regalia consequantur. Nota Iudæos Christianis non esse præferendos. Item officiales suspecti non debent præponi clericis.

g ¶ *Generali concilio.* ī. *eod. cum sit. & 54 dist. nulla.*

h ¶ *Non suspectum.*] Qui fideliter, & sine fraude officium suum exequatur, ne per hoc fraus fiat Christianis clericis, aut Ecclesiis qualis fuit Ioseph: de quo habes 23. *q. 2. quod autem ait qui fuit dispensator Pharaonis*[a]. Ber.

a Gen. 41.

NVlli.] Diuiditur. Nam tria facit. Primò ponit dictum. Secūdò mercatori prouidet. Tertiò prouisionem determinat. Secunda ibi, *Quod si.* Tertia ibi, *Si autem.* Abbas Siculus.

CASVS. Iudæi emebant seruos Christianos, & eos in suo seruitio retinebant: quod fieri non debet: vnde statuit concilium generale, quòd non liceat Iudæo baptizatū, vel baptizari volentem emere, vel in suo seruitio retinere. Secundo dicit, quod si aliquis Iudæus causa matrimonij emerit aliquem nondum ad fidem conuersum, & postmodū factus fuerit Christianus, vel desideret fieri, dentur ab aliquo xij. solidi, & ille ab illius seruitio subtrahatur. Si verò infra tres menses ipsum vænalem non exposuit, si emit eundem ad seruiendum sibi, ipse nec eum postea vendere, nec alius ipsum audeat comparare, sed nullo dato pretio ad libertatem perducatur. Nota, quòd si Iudæus aliquis seruum emerit causa mercimonij, & factus sit Christianus, infra tres menses illum vænalem exponat. Alioquin præsumitur, quod illum emerit causa seruiendi sibi: contra quam præsumptionem non inducitur probatio & ita est præsumptio iuris, & de iure. Item fauor fidei priuat aliquem seruo suo.

† Vide Marquardum tract. de Iudæis, p. 2. ca. 6. & 7. & notas in c. cum sit nimis. hoc eo. tit.

† In generali concilio Lateran. sub Innocētio iij. c. 69.

† Vide notas huius decretalis, & notas c. 1. h. tit.

† Qualiter ecclesia iustè potuerit hoc statuere de rebus Iudæorum, tradit luculenter B. Thomas 2. 2. q. 10. ar. 10. post medi.

i ¶ *Seruitio.*] ī. eod. c. 1. & *cap. Iudæi* 2. immo quàm citò voluntas ipsius fuerit patefacta, quòd velit fieri Christianus, in libertatem modis omnibus vendicetur. *54. distin. fraternitatem.* nisi emptus sit causa mercimonij, vt ibi dicitur. *& hic infra.* Ber.

k ¶ *Causa mercimonij.*] In quo casu non fraudabitur ex toto Iudæus, siue Paganus, dummodo infra tres menses illum vænalem exponat, *vt cap. fraternitatem.* Ber.

¶ *Glo. seq. quærit, & finit. l. con quærit & remittit.*

l ¶ *Duodecim solidis.*] Sed de qua moneta dabuntur? Respondetur, de illa, quæ est in vsu in loco illo *arg. ff. de leg. 30 nummis. ff. de leg. 1. si seruus plurium. §. si numerus.* Quid si non sit, qui soluat illos duodecim solidos? De hoc dictum est ī. *cap. 1.*

m ¶ *Si autem infra tres menses.*] Eo ipso quòd non exposuit ipsum infra tres menses vænalem, præsumitur, quòd non causa mercimonij emerit, sed ad seruiendum sibi; vnde nullo pretio dato perducetur ad præmium libertatis: nec admitteretur probatio in contrarium, cùm hic sit præsumptio iuris: ex qua ius statuitur *vt 54. dist. fraternitatem. quod cap. intellige per istud. & istud est. quod glo. & expositio illius, si præsumptio est.* ī. *de præsu. qui.* Vbi habes præsumptionem iuris, & si alius eum compararet, talis emptio non valeret, & nihilominus erit liber nullo pretio dato. Si scienter emit illum: si ignoranter, agat ad pretium, siue ad interesse contra Iudæum, qui ipsum decepit. *ff. de contrahen. empt. liberi hominis,* argu. Et nota, quod fauor fidei priuat aliquem seruo suo, vt hic patet. Item priuat aliquem filio suo *vt ī. de conuer. infid. cap. vlt.* Item priuat aliquem vxore, *vt ī. de diuor. gaudemus. & 28. q. 1. si infidelis.* Bern.

DE HÆRETICIS.

Visum est de his, qui non baptizati Deum blasphemant male colendo: nunc videndum est de illis, qui iam baptizati incidunt in hæresim. Abbas.

De hac materia tractatur 24. q. 1. per totum. & q. 3. §. quia verò. vsque ad fin. q. & q. 7. & 11. qu. 1. & 23. q. 7. per totum. 8. distin. quæ contra. 1. qu. 1. in multis capitulis.

TITVLVS VII.
De Hæreticis. †

¶ Stephanus † Papa omnibus Episcopis.

¶ Infidelis est, qui non habet certitudinem fidei: & infideli nõ est credendum in præiudicium alterius.

CAP. I.

Dubius † in fide [b] infidelis est. Nec eis omnino credendum est [c], qui fidem veritatis ignorant.

¶ Leo Papa.

¶ Errare in fide conuincitur, qui alios errantes, cùm potest, ab errore non reuocat.

CAP. II.

Qui † alios, cùm potest, ab errore non reuocat [d], seipsum errare demonstrat.

¶ Augustinus de fide catholica.

¶ Hæreticus perseuerans, æternaliter damnatur: cui nec prodest baptismus, nec eleemosyna, vel martyrium, vel aliud quodcunque bonum, quoad hoc, vt consequatur vitam æternam.

CAP. III.

Firmissimè † tene, & nullatenus dubites, omnem hæreticum [e], vel schismaticũ, cum Diabolo, & Angelis eius, æterni ignis incẽdio participandum †: nisi ante finem vitæ, catholicæ fuerit incorporatus, & redintegratus Ecclesiæ. *& post pauca:* Omni homini, qui Ecclesiæ catholicæ non tenet vnitatem, neque baptismus, neque eleemosyna quantumlibet copiosa, neque mors [f] pro nomine Christi suscepta, proficere poterit ad salutem [g].

¶ Gregorius † Anastasio Antiocheno.

Damnato auctore, damnantur eius scriptura, & libri, & opera.

CAP. IV.

Fraternitatis tuæ: *& infrà.* ¶ Cùm Cælestinus, atque Pelagius [h] in Ephesina synodo sint damnati, quomodo poterũt illa capitula recipi, quorum dãnantur auctores?

Ex concilio Africano. †

¶ Episcopus hæredem instituẽs hæreticum cõsanguineum, vel extraneum, vel Paganũ, etiam post mortem excommunicatus nuntiatur. Hoc dicit secundum communem, & veriorem intellectum: & vt faciat ad titulũ, potest intelligi, quòd ex hoc præsumatur hæreticus.

CAP. V.

Si quis Episcopus [i] hæredes instituerit extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut

---

Dubius.] Casus. Dicitur in hoc capitulo, quòd qui in fide dubitat, infidelis est: nec est credendum testimonio eorum, qui fidem veritatis ignorant. Nota, quòd dubius in fide, infidelis est. Item infidelis testis esse non potest.

a ¶ *Dubius.*] De fide enim nullus debet dubitare, sed firmiter credere articulos fidei. *s. de sum. Tri. cap. 1. in prin.* aliter saluus esse non poterit, *vt in Psal. Quicunque vult. & 24. dist. quando episcopus. & 24. quæst. aperte.* nullus enim titubare debet in fide, *vt ibi dicitur.* Ber.

b ¶ *In fide.*] Etiam in vno articulo. *Cod. de hæret. l. 2. in fin.* sic ex leui offensa reuocatur libertus in seruitutem. *C. de liber. & eorum lib. si manumissus.* & hoc quoad articulos fidei, qui cõtinentur in symbolo: *Credo in Deum:* quibus per fidem sola adhibenda est credulitas: quia fides est de re non visa. *de pænit. dist. 4. in domo. C. de sum. Trinit. l. 1.* non per signa, sed per fidem veritas est colenda. *de consec. dist. 4. verus sacerdos.* Lau.

c ¶ *Credendum est.*] Ergo dubius in fide, testis esse non potest, *23. q. 4. ipsa pietas.*

Qui alios.] Casus patet. Nota, quòd qui alium ab errore nõ reuocat, seipsum errare demonstrat: & est arg. quòd, qui tacet, consentire videtur.

¶ *Glo. seq. quærit, & soluit distinguendo.*

d ¶ *Non reuocat.*] Cum potest. *ff. ad leg. Aquil. scientiam. 83. distin. error. & arg. s. sit procur. & si Iudæus. & 2. quæst. 7. negligere.* Sed nunquid istud pertinet ad omnes? Respondeo, de crimine iam commisso soli Prælati tenentur corripere [h], *23. quæst. 2. duo ista. & cap. ita planè.* à peccato autem committendo quilibet tenetur alium corripere occultè, *infrà, eod. cùm ex iniuncto. vbi de hoc. & argument. 23. quæst. 4. ipsa pietas. 22. quæst. 5. hoc videtur. & 93. distinct. diaconi & suprà, de cog. spiritua. & 2. quæst. 7. quapropter.* sed istæ duæ vltimæ concordantiæ intelliguntur in denuntiatione. Tanc.

Firmissimè.] Duæ sunt partes. Secunda ibi, *Omni homini.* Abbas Siculus.

Casus. Quæsitum fuit ab Augustino, vtrùm hæreticus, vel schismaticus saluari possit? Respondet Augustinus: Firmiter teneas, & nullatenus dubites, quòd omnis hæreticus, & schismaticus, cum diabolo, & angelis eius, æterni ignis incendio punietur nisi ante finem vitæ, catholicæ Ecclesiæ fuerit reconciliatus: quia nulli homini de mundo, qui Ecclesiæ catholicæ non tenet vnitatem, baptismus, vel eleemosyna quantumcunque copiosa, aut mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem. Nota, quòd extra Ecclesiam catholicam nullus saluatur quantumcunque bona opera fecerit.

¶ *Glo. seq. ponit septem modos, quibus dicitur hæreticus.*

e ¶ *Hæreticum.*] Hæreticus multis modis dicitur: ille dicitur hæreticus, qui peruertit sacramenta Ecclesiæ, vt simoniacus. *1. quæst. 1. eos qui per pecuniam. & 6. quæst. 1. cap. cum sequentes. §. sed illud.* Item ille, qui scindit se ab vnitate Ecclesiæ. *7. quæst. 1. denique.* Item omnis excommunicatus. *4. quæst. 1. quòd autem hi.* Item qui errat in expositione sacræ scripturæ. *24. quæst. 3. hæresis.* Item qui confingit nouam sectam, vel confictam sequitur *24. quæst. 3. hæreticus.* Item qui aliter sentit de articulis fidei, quàm Romana Ecclesia. *24. qu. 1. hæc est fides, & c. quoniam.* Vel qui malè sentiunt de sacramentis Ecclesiæ. *s. eod. ad abolendam. in princ.* Tan.

f ¶ *Neque mors.*] Vnde Apostolus: *Etsi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. de pænit. distinct. 3. circa fi. cap. si quis. & de consec. distin. 4. sicut & 1. quæst. 1. vide quantum bonum.* Ber.

g *Ad salutem.*] Æternam, scilicet: valent tamen ad bona temporalia promerenda. *arg. 22. qu. 2. si quælibet. in fi. ad mitius supplicium subeundum. de pæni. distinct. 4. ad finem. §. post etiam.* Bern.

Fraternitatis.] Scribe prà per hæreticos non habent fidem autenticam. Commonis diuisio. Secunda ibi, *Cum Cælestinus.* Abbas.

Casus. Cælestinus, & Pelagius condemnati fuerunt de hæresi in synodo Ephesina. Antiochenus Patriarcha dubitauit, an scripta ipsorum recipi debeant? Respondet Papa, quòd non: quia ex quo auctores damnati sunt, scripta illorum quomodo admitti possunt? quasi diceret, non possunt. Nota ratione auctoris aliquid damnari, vel reprobari: qualis enim auctor fuerit, talia eius opera præsumuntur. *Item arg. quòd destructo principali, destruitur accessorium.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, quod dupliciter fortificat, & soluit.*

h ¶ *Cælestinus, atque Pelagius.*] Isti duo damnati erant in synodo Ephesina de hæresi: dubitabat Patriarcha Antiochenus, an scripta [d] eorum essent recipienda. Et dicitur, quòd non; quia ex quo condemnatus est auctor, & scripta illius admitti non debent, *vt 3. q. 4. nullus. & 6. dist. cantnes,* quamuis aliqua vtilia sint ibi. *arg. s. de test. licet. Arg. tñ,* quòd ratione etiam bonæ sententiæ recipi possent. *1. quæst. Dominus declarauit. 37. dist. si quid veri.* sicut & notitia legis abrogatæ necessaria est, *dist. 7. Moyses.* & Papa etiam argumentatur ex lege Theodosiana abrogata. *s. de ind. nouit.* Sed verum est, quod scripta istorum non valent, etiamsi alias bona sint, nec sunt recipienda. *s. eod. excommunicamus. §. credentes. ar. ad hoc 69. dist. bene quidem.* tamen ratione bonæ sententiæ scripta Origenis approbata fuerunt. *16. qu. 7. & hoc dicimus,* qui damnatus fuit post mortem. *24. qu. 2. sane profertur.* & si approbarentur, valent: alias non. *arg. s. de sum. Trinit. cap. 2. in fin. Item argumen. quòd destructo principali, destruitur accessorium, sicut in cap. præced. & hic diximus.* Ber.

Si quis Episcopus.] Casus. Quæsitum fuit in concilio Africano, vtrùm hæretici possint institui hæredes ab Episcopo? Respondet concilium, quòd si Episcopus instituerit sibi hæredes extraneos à consanguinitate sua, vel etiam instituerit consanguineos hæreticos, vel Paganos, post mortem debet excommunicari, & nomen eius inter sacerdotes Dei nullatenus recitetur. Et idem intellige de omnibus clericis, & hoc dicitur in sequẽti capitulo. Nota, quòd hæreticus iure hæreditario, catholico succedere nõ debet. Itẽ aliquis potest post mortem excõmunicari.

¶ *Glo. vlti. per obiectionem, & soluit.*

i ¶ *Si quis Episcopus.*] Sic ordina istã litterã: Si quis epũs instituerit hæ-

---

† De materia tumidi in genere vide B. Thomam 2. 2. q. 11. & quæ per totum titulum traiecimus.

† Vide notã in hunc titulum, & in cap. 1.

† De intellectu Pelagianorum Romanum in allegatione de hæresi. §. 5. incip. Et per ipsa, & Melchiorem Canum lib. 11. de locis theol. c. 9. circa 9. circa medium.

a De intellectu l. 2. C. de hæret. quem hic citas glossa, vide præter doctores hic, Petrum Godefredũ in d. l. 2. C. de heret.

† Cap. 2. eod. tit. in 1. compilatione, & vide notas huius capitis.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. compilatione, & vide notas huius capitis.

b De materia huius glossæ vide plenè per B. Thomam 2. 2. q. 33. ar. 3. & sequentibus.

† mancipandum.

† In multis editis, Gregorius nomen legitur, sed mendosè. id habes Gregorius primus in registro lib. 7. epist. 47. indic. 2. & ca. 4. eod. tit. in 1. compilat. & vide omnino notas huius c.

c De articulo huius glossæ vide omnino B. Thomam 3. pa. q. 89. ar. 6. ad 3. arg.

† Adde ca. 48. in conciliis latinis, & in synodo Carthaginensi c. 84. apud Theodorum Balsamonẽ, & c. 8. eo. tit. in 1. compi. sed vide notas huius capitis.

d De materia huius glossæ, quatenus agit de libris hæreticorum recipiendis, vel non, vide, quæ dixi plenissimè lib. 2. Comment. in Directorium inquisi. scho.

rit hæreticos hæredes extraneos à consanguinitate sua, vel etiam si constituerit cõsanguineos hereticos heredes, aut Paganos pertulerit: saltê post mortem, &c. & sic repete illam dictionem, hæreticos. Et ita nullus debet instituere hæreticum, siue sit consanguineus, siue non: vt hic patet. & ̅j. cap. prox. Episcopus ergo instituat Ecclesiam, ex quo non habet consanguineos Catholicos. 12. q. 2. *Episcopus qui filios. & cap. cognouimus. & in Authen. vt cum de appel. cog. §. dicimus & §. siquis. coll. 8.* quia illi hæretici iam non dicuntur filij, vel consanguinei, vnde dicitur in lege: Si frater tuus, & amicus tuus, & vxor tua deprauare voluerint veritatem, sit manus tua super illos. 23. q. 8. *leg.* & vxor est expellenda. 28. q. 1. *vxor. in fin.* Hoc intellige, nisi pœnituerint illi consanguinei: delicti enim veniam pœnitentibus nõ negamus. *C. eod. Manichæ*. Ber.

Paganos [a] pertulerit †: saltem post mortem [b] ei anathema dicatur: atque eius nomen inter Dei Sacerdotes nullo modo recitetur.

¶ Ex eodem †.

¶ *Loquitur de eadem materia cum præcedenti, & extenditur, quod ibi dictum fuit de Episcopis, ad presbyteros, & alios clericos.*

CAP. VI.

IN eos, qui Catholici non sunt, etiamsi consanguinei [c] fuerint, Episcopi, vel Presbyteri nihil conferant [d]: denique hoc, quod de Episcopis, & Presbyteris dictum est, debet de reliquis [e] Clericis exaudiri.

¶ Alexãder iij. Remeñ. Archiepiscopo.

¶ *Christus fuit verus Deus, & verus homo; sentiens oppositum, hæreticus est, & excommunicatus.*

CAP. VII.

CVM † Christus perfectus Deus, & perfectus sit homo: Mandamus, quatenus sub anathemate [f] interdicas, ne quis de cætero audeat dicere, Christum nõ esse aliquid secundùm quod homo: quia sicut Christus verus est Deus, ita verus est homo, ex anima rationali, & humana carne subsistens.

¶ Ex concilio Lateran. †

¶ *Hæretici, receptatores, & fautores eorum, excommunicati sunt: & decedẽtes in hoc peccato, in cœmeterio Ecclesiæ sepeliri non debent, nec pro eis orari.*

CAP. VIII.

SIcut ait beatus Leo [g]: & *infrà*.

¶ Quia in partibus Tholosanis, hæreticorum, quos alij Catharos, alij Patarenos, & alij alijs nominibus vocant, inualuit dãnanda peruersitas: eos, & defensores [h], & receptatores eorum anathemati decernimus subiacere. Et sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere, vel fouere, aut negotiationem cum eis exercere præsumat. Si autem in hoc peccato decesserit, neque sub priuilegiorum nostrorum quibusdam indultorum obtentu [i], neque sub alia quacunque occasione oblatio [k] pro eo fiat: aut inter Christianos accipiat sepulturã †.

¶ Lucius tertius.

¶ *Hæreticus malè sentiens, vel malè docens de sacramentis Ecclesiæ, excommunicatus est, & conuictus, nisi se correxerit, & errorem abiurauerit: si Clericus est, degradetur, & curiæ sæculari tradatur: per quã etiam Laicus punietur. Eadem etiam est pœna suspectis de hæresi, si se nõ correxerint: & relapsis omnino audientia denegatur. Seculares Principes, qui iurare nolunt de Ecclesia contra hæreticos defendẽda, excommunicantur, & terra eorum supponuntur interdicto: ciuitates verò ipsorum resistentes, aliarũ commercio, & Episcopali dignitate priuantur: exempti verò subsunt Ordinariis, super his, quæ contra hæreticos instituuntur.*

CAP. IX.

AD abolendam: & *infrà*. ¶ Vniuersos, qui de sa-

a ¶ *Paganos.*] Et ita idem iuris est in Paganis, quod de hæreticis. Et idem est de omnibus, qui Catholici non sunt. ̅j. c. prox. B.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Post mortẽ.*] Sic 24. *qu. 2. sane profertur. & arg. C. e. l. Manichæis. arg. contra*, quia crimina morte extinguũtur 23. *dist. quorundam*, 23. *quæst. 2. c. 1.* & crimen cũ pœna sit extinctum. *C. si reus, vel accu. mor. fue. l. 2.* hoc tamen speciale est in crimine hæresis, in criminis detestationem, vt post mortem possit accusari, & excommunicari & ne Ecclesia oret pro eo, quia non fuit accusatus in vita. Ber.

IN eos.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quòd nullus Episcopus vel presbyter transferre debet bona sua in eos, qui catholici non sunt, etiamsi consanguinei fuerint: & quod de Episcopis, & presbyteris dicitur, ad alios clericos extenditur. Nota, quòd vbi eadem causa iuris est, idem ius est statuendum.

c ¶ *Etiamsi consanguinei.*] Sic vt ̅s. c. proxi.

d ¶ *Nihil conferant.*] Non distinguitur in morte, vel in vita, ergo nec nos distinguamus: quia nihil capere possunt ex testamento. ̅j. *eod. excommunicamus. §. credentes.* causa pietatis forte posset eis dari, ne perirent fame. *86. dist. pasce fame.* quia adhuc possunt conuerti ad fidem: quia de nemine desperandum est *de pœn. dist. 7. c. nemo. & 32. q. 2. ancillam. & arg. etiam ad hoc 42. dist. quiescamus, & 11. q. 3. quoniam multos* Ber.

e ¶ *De reliquis.*] In hoc omnes pares sunt. *arg. 16. q. 1. prædicator in prin. 24. q. sane. profertur.* Ber.

CVm Christus.] CASVS. Quidam Theologi, vltra quàm oporteret subtiliter intelligentes, dicebant Christũ non esse aliquid, secundùm quod homo. Cum igitur Christus perfectus Deus, & perfectus homo sit, mandat Papa Remeñ. Archiepiscopo, quatenus sub anathemate interdicat, ne aliquis de cætero audeat dicere Christum non esse aliquid secundum quod homo; quia sicut est verus Deus, ita est verus homo, ex anima rationali, & humana carne subsistẽs. Nota, quòd Christus est verus Deus, & verus homo.

f ¶ *Sub anathemate.*] Quicunque ergo contrarium dixerit, est excommunicatus: quia hoc dicere hæreticum est, & hæretici omnes sunt excommunicati. *infrà, eodem ad abolendam. & cap. excommunicamus*, & quod Christus verus sit homo ex humana carne subsistens, habes suprà, *de sum. Trinit. cap. 1.* & est articulus fidei nostræ de quo habetur in prædicta constitutione, & de alijs, quos scire quilibet Christianus tenetur per fidem. *argumentum ad hoc de consec. dist. 4. ante 21. & capit. baptizandos. & cap. prima.* ad illos articulos, de quibus tractatur in illa constitutione, firmiter credimus. omnes indistinctè tenentur tam clerici, quàm laici: sed clerici magis qui legem perscrutabiliter scire tenentur. 38. *distinct. omnes psallentes. 24. distinct. quando Episcopus.* Quilibet ergo tenetur credere, secundùm quod Catholica tenet Ecclesia, & hoc sufficit in talibus articulis, dummodo nihil in contrarium sentiat. ̅j. *eod. ad abolendam.* Ber.

SIcut.] CASVS. In capitulo isto Lateranen. concilium excommunicat omnes hæreticos, quibuscunque nominibus censeantur, & omnes defensores & receptatores eorum, & præcipit sub interminatione anathematis, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere, vel fouere præsumat, aut cum eis negotiationem habere. Si quis autem in hoc peccato decesserit, oblatio pro eo non fiat: nec inter Christianos accipiat sepulturam, non obstante aliquo priuilegio quibuscunque indulto. Nota, quòd fautores hæreticorum cum hæreticis æqualiter puniuntur. Item priuilegium non excusat aliquem à peccato. Item ratione delicti perditur priuilegium: quia priuilegium non extenditur ad illicitum casum, nec tuetur aliquem in malo.

g ¶ *Leo.*] 23. *quæst. 5. res omnes.*

h ¶ *Defensores.*] *Infrà eod. excommunicamus. §. credentes. & 79. distin. si quis Papa. ar.*

i ¶ *Obtentu*] Sic ergo ratione delicti perditur priuilegium. ̅j. *cap. proxi. in fi.* quia priuilegium non extenditur ad illicitum casum, nec tuetur aliquem in malo. ̅j. *de sent. excom. nulli.* & omni priuilegio cessante mali puniendi sunt. *C. vbi de cri. agi opor. Authen. quia in prouincia.* Ber.

k *Oblatio.*] Quia constat eum decessisse in mortali peccato. 23. q. 5. *placuit. & est simile ̅j. de vsur. quia in omnibus.*

AD abolendam.] CASVS. Lucius Papa in c. isto excõmunicat omnes illos, qui de sacramento corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, & de alijs ecclesiasticis sacramentis aliter sentiunt, vel docent, quàm sancta Romana Ecclesia prædicet, & obseruet: & omnes illos, quos Romana Ecclesia, vel singuli Episcopi, vel clerici, vacãte Ecclesia, cũ cõsilio vicinorũ Episcoporũ hæreticos iudicauerint. Secũdò statuit, vt quicunq; deprehẽsi fuerint manifestè in hæresi, si clerici fuerint, eis prius degradatis, sæculari potestati relinquãtur animaduersione debita puniẽdi: nisi statim post deprehensionẽ erroris sponte ad catholicã vnitatẽ redierint, & ad arbitrium episcopi satisfecerint. Si verò laici fuerint, nisi (vt dictum est) abiurata hæresi ad arbitrium Episcopi satisfecerint, sæcularis iudicis arbitrio relinquantur. Tertiò dicitur, quod qui post abiuratam hæresim, vel postquàm ad arbitrium episcopi se purgauerint, deprehensi fuerint in hæresim recidisse: sine vlla audientia sæculari iudicio relinquantur. Quartò statuit, vt omnes rectores cuiuslibet loci, iuxta commonitionem Episcoporum iuramento proprio promittant, quod cum

† præmlerit. † eius.

† In concilio Africano hoc nondum reperi: sed habetur in concilio Carthaginensi iij. c. 13. & apud Theodorum Balsamonẽ in synodo Carthaginẽ. c. 25. & c. 9 ... compilat. vide notas capitis proximè præcedentis.

† Cap. 5. e. t. in 1. compilatione, & post concil. Latera. sub Alexan. iij. p. 49 c. 20. Vnde faciliùs intelliges hoc fragmentum.

a De materia huius glossulæ præter Doctores hic, vide Antonium Gomezium tomo 3. variar. resolut. cap. 1. num. 80. & Ioannem Lupum singulari 134.

† Later. sub Alex. iij. cap. 27. & cap. 6. eod. tit. in 1. compilat. Et vide notas huius c.

b De hoc dubio vide glossam. & ibidem Archidiaconum, & Turrecrematam 30. dist. cap. 1. & in legibus septipartitis Hispaniæ, partit. 1. tit. 24. l. 8.

e De materia huius glossæ vide B. Tho. 2. 2. qu. 2. art. 5. & 6. & Eymericum in Directorio Inquisit. par. 1. q. 7. & qu. 11.

† Vide Alfonsum Castrum lib. 2. de iusta hæreticorũ punitio. ca. 18. & quæ dixi lib. 3. commẽtar. in Directorium inquisitorum schol. 1. & 2 super q. 40.

† Cap. 11. eo. tit. in 1. compil. & vide notas in hãc decretalem.

cramento corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de baptismate, seu de peccatorum confessione, matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis sacramentis, aliter sentire, aut docere non metuunt, quàm sacrosancta Romana Ecclesia prędicat, & obseruat [a]: & generaliter quoscunque eadem Romana Ecclesia, vel singuli Episcopi per diœceses suas cum consilio Clericorum vel Clerici ipsi Sede vacante [b] cum consilio (si oportuerit) vicinorum Episcoporum, hæreticos iudicauerint, vinculo perpetui anathematis innodamus: *& infrà.*

¶ Præsenti nihilominus ordinatione sancimus †, vt quicunque manifestè fuerint † in hæresi deprehensi [c]: si clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuscatus, totius Ecclesiastici ordinis prærogatiua [d] nudetur: & sic omni officio, & beneficio spoliatus Ecclesiastico, sæcularis relinquatur [e] arbitrio Potestatis, animaduersione debita puniendus, nisi continuò † post deprehensionem erroris, ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere [f], & errorem suum ad arbitrium [g] Episcopi regionis publicè consenserit abiurare, & satisfactionem congruam exhibere.

¶ Laicus [h] autem, nisi (prout dictum est) abiurata hæresi, & satisfactione exhibita, confestim ad fidem confugerit orthodoxam sæcularis Iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem: *& infrà.*

¶ Qui verò inuenti fuerint sola suspicione notabiles: nisi ad arbitrium Episcopi, iuxta considerationem suspicionis, qualitatémque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, simili sententiæ subiacebunt. ¶ Illos quoque, qui post † abiurationem erroris, vel postquàm se (vt diximus) proprij Antistitis examinatione purgauerint, deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, sæculari iudicio, sine vlla punitus audientia [i] decernimus relinquendos †: *& infrà.* ¶ Statuimus insuper, vt Comites, Barones, Rectores, & Consules ciuitatum, & aliorum locorum, iuxta commonitionem Episcoporum, præstito corporaliter iuramento [k] † promittant, quòd fideliter, & efficaciter, cùm ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices, adiuuabunt bona fide iuxta officium, & posse suum. Si verò id obseruare noluerint, honore [l], quem obtinent, spolientur, & ad alios nullatenus assumantur: eis nihilominus excommunicatione ligandis [m], & terris ipsorum interdicto Ecclesię supponendis.

¶ Ciuitas autem, quæ his institutis duxerit resistendum: vel contra commonitionem Episcopi punire neglexerit resistentes: aliarum careat commercio ciuitatum: & Episcopali [n] se nouerit dignitate priuandam: *& infrà:*

¶ Si qui † verò fuerint, qui à legè diœcesanæ iurisdictionis exempti soli subiaceant sedis Apostolicæ potestati: nihilominus in his, quæ sunt contra hæreticos instituta, Episcoporum subeant iudicium: & eis in hac parte, tanquam à sede Apostolica delegatis [o], (non obstantibus libertatis suæ priuilegiis) obsequantur.

cùm ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hæreticos adiuuabunt bona fide. Si verò id obseruare noluerint, honore priuètur, & ad alios nullatenus assumantur, & ipsi excommunicétur, & terræ illorum interdicantur, & ciuitas, quæ his institutis duxerit resistendum, vel punire neglexerit resistentes, episcopali dignitate priuetur, & aliarũ careat commercio ciuitatum. Quantò dicit, quòd si aliqui fuerint exempti à iurisdictione Episcoporum, & soli Ecclesiæ Romanæ subiecti, nihilominus in his, quæ contra hæreticos sunt instituta, subeant iudiciũ Episcoporũ, & eis, tanquam super hoc à sede Apostolica delegatis, obsequantur, non obstantibus aliquibus priuilegiis libertatis. Not. primò, quòd vacãte sede, capitulum obtinet vicè Episcopi in his, quæ pertinent ad iurisdictionem. Item omnes, qui malè sentiunt de sacramentis ecclesiæ, sunt excommunicati. Item arg. quòd clericus depositus non gaudet clericali priuilegio. Item ab errore reuersus, errorem suũ publicè abiurare debet. Itẽ iterata delicta grauiùs puniuntur. Item lapsis in hæresim appellatio est deneganda. Item ratione delicti amittit quis priuilegiũ libertatis, sed Episcopi tunc tanquam delegati à Papa eos puniunt, & nõ tanquam ordinarij.

a ¶ *Prædicat, & obseruat.*]Sim. *24. qu. 3. hæresis.* hoc ergo, quod Romana Ecclesia seruat, & mandat ab aliis obseruari, generaliter est obseruandum. 11. *dist. quis nesciat* quicunque ergo male sentit de sacramentis ecclesiæ, hæreticus est habendus: vt hic patet.

¶ *Glo. sequens argum. & remittit.*

b *Clerici ipsi Sede vacante*] Habes hic arg. quòd vacante Ecclesia, iurisdictio remanet penes capitulum. *arg. 65. distin. cap. vlt. 23. dist. in nomine Domini. 7. q. 1. pontifices.* De hac materia plene dictum est *s. de maio. & obed. c. his, quæ. & c. cùm olim.*

c ¶ *Deprehensi.*]Facti euidentia: puta quia publicè prædicat hęresim. *arg. ff. de rit. nupt. palam. §. vlt.* vel legitima probatione, puta per testes: vel ex sua confessione. Ala.

¶ *Glo. seq. arg. pro epi. Ala. sed tenet contrarium. Vg.*

d ¶ *Prærogatiua.* Arg. quòd clericus depositus nõ habet priuilegiũ clericale: & hoc concedit Ala. arg. 54. *dist. ex antiquis. in fi.* quod non est verum, quia tenetur viuere clericaliter, quãuis sit depositus: vnde si hoc faciat, adhuc gaudet priuilegio clericali. 81. *dist. dictum.* Et hoc dixit Hug. Si verò incorrigibilis esset: tunc non solum perderet priuilegium clericale, verum etiam sęculari traderetur. *s. de iudi. cum non ab homine,* sed in casu isto perdit omne priuilegium, nisi reuertatur: vt sequitur.

¶ *Glo. seq. ponit casus quibus, &c.*

e ¶ *Relinquatur.*] Tribus enim casibus relinquitur aliquis curiæ sæculari statim post depositionem. In crimine heresis, vt hic, & *j. e. excommunicamus.* Item in crimine falsi. *j. de cri. fal. ad falsariorum.* Et in alio, cum propter calumniam, vel contumeliam, quam contulit Episcopo suo, aliquis depositus est. 11. *qu. 1. si quis sacerdotum.* aliàs autem licet clericus sit depositus, non traditur statim curiæ sæculari: immò adhuc tenetur viuere clericaliter, & Ecclesia eum tuebitur, & gaudet priuilegio clericali, vt dictũ est in proxima notula. Si vero sit incorrigibilis, postea traditur, secundùm quòd dicitur. *s. de iud. cùm non ab homine.* Qualiter debeat tradi, dicitur *j. de verbo. signifi. nouimus.* Qualiter puniri debeant hæretici, dicitur *j. eod. excommunicamus.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

f ¶ *Sponte recurrere.*] Sed videtur, quòd etiã compelli debeat seruare fidem. 45. *dist. de Iudæis.* postquam condemnatus est hæreticus, non compellitur: sed si vult sponte redire, debet recipi abiurato errore: 24. *qu. dicit Apostolus:* & in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam intrudi. *j. eod. cap. penul.* Ber.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

g ¶ *Arbitrium Episcopi.*] Ar. contra 1. *qu. 7. si quis episcopus.* illud olim obtinuit, vt in concilio tantùm reciperetur, sed hodie sufficit, quod hic dicit. Tan.

h ¶ *Laicus.*]Laici enim per ecclesiam condemnandi sunt de hæresi: sed iudex sæcularis illos punire debet, nec traditur laicus curiæ sæculari, sed clericus solummodò. *s. de verb. sig. nouimus.* quia laicus semper est de foro sæculari, sed in casu illo sententia debet ferri per ecclesiam: executio fit solummodo per iudicem sęcularem. Qualiter tales puniri debeant, dicetur *j. eod. excommunicamus.* Ber.

¶ *Gloss. sequens obiicit, & soluit.*

i ¶ *Audientia.*] Sim. 23. *dist. in nomine Domini.* Sed si volunt redire, nónne debent audiri, & recipi: quia Ecclesia non claudit gremium volentibus redire ad ipsam. *C. de sum. Trin. inter claras, circa fin.* & delicti veniam petentibus non negamus, dicit Imperator, *C. eod. tit. Manichæos. de pæn. dist. 3. adhuc instant.* Videtur, quòd debeant recipi, quia Dominus non vult mortem peccatoris, &c. 26. *q. 6. agnouimus.* sed vt conuertatur: & in carcerem perpetuum detrudatur. *j. eodem cap. penult.* sed audientia denegatur quoad bona, etiam si aliàs vellet se defendere, tamen littera ista contradicit. Tanc. Hodie seruandum est, prout traditur. *j. eod. cap. penult. §. si qui.* Ber.

k ¶ *Iuramento.*] Hoc idem dicitur *j. eod. excommunicamus. §. moneantur.* Ber.

l ¶ *Honore.*]Quia hoc ipso contra ecclesiam esse videntur: vnde dignitate debent priuari. 24. *q. 1. qui contra Ecclesiæ pacem. & sim. 32. q. 5. præceptum.* Ber.

m ¶ *Ligandis*] Sim. *j. eod. excommunicamus. §. moneantur.*

n ¶ *Episcopali.*]Propter delictum suum sim. 35. *q. 2. ita nos.*

¶ *Glo seq. dicit. hoc allegari, quod ratione delicti, &c. & respondet.*

o ¶ *Delegatis.*] Auctoritate generali huius decre. sim. *s. de offic. ord. irrefragabili. §. cæterùm.* & sic ratione delicti perdunt priui- legium:

† *Vide Eymericum in Directorio Inquisito. 3. par. q. 91.*

† *statuimus.*

† *In vulgatis ita: fuerit in hæresi deprehensus, &c. sed in antiquis codicibus, vt est impressum.*

† *Qualiter hæ voces, maximè, cõfessum, & aliæ similes in hac materia accipiãtur, habes tradit Eymericus in Directo. inquisit. par. 3. qu. 98. & Simancas in cathol. instit. tit. 47 de pœnitentibus, & carnificis.*

† *Hic §. vt plurimum desideratur in manuscriptis codicibus vsque ad illa verba: Illos quoque: sed videto notas in hunc locum.*

a *De materia huius glossæ vide Bernardinũ Diaz in practic. crimin. cano. ca. 126. & 130. & seq.*

† *In vulgatis codicibus ita: post abiurationem præfati erroris, &c. verumtamen vox, præfati, nusquam apparet in antiquis exẽplaribus.*

† *Vide beatum Thomam 2. 2. q. 11. art. 4.*

† *Vide Repertoriũ Inquisito. verbo: iuramentum & Eymericum in Directorio. p. 3. q. 32.*

b *Vide Simancam cathol. instit. tit. 1. de abiuratione.*

† *De materia huius §. vide eundẽ Eymericum in Directorio Inquisit. par. 3. q. 26. & sequ. vbi latè dixi in cõmentariis.*

legiũ:quia priuilegium non dat causam delinquendi *C. de priuileg. sin. l. 2. lib. 12.* nec permittas nocentes aliquibus priuilegiis vti: vt in *Authent. de man. princ. §. quòd si delinquentes. coll. 3 & 5. cap. pra.* sic & remissio peccati non dat licentiam delinquendi. *1. q. 7. exigant.* Consueuit hic allegari, quòd ratione delicti perditur priuilegium: quod non est verum: quia si aliqui exempti sunt, & delinquant, non perdũt priuilegiũ propter hoc, sed puniri debent. Nec dicuntur propriè recidere in iurisdictionẽ Episcoporum: quia non cognoscunt Episcopi iure ordinario, sed auctoritate sibi delegata: vt hic patet, & *5. de offi. ordin. irrefragabili.* & perinde est, ac si ipse Papa cognosceret, vel specialiter alius delegaret: per abusum enim, vel per negligentiam perditur priuilegium. *j. de priuil. accedentibus. & c. si de terra. & 11. qu. 3. priuilegium.* De hoc dicitur *j. de priuileg. ex tenarum.* Bernar.

† *Habetur integra lib. 2. registri Innocētij iij. Epistola 1. & cap. 1. eo. tit. in 3. cõpil. Et de materia, & intellectu vi de Zanchinum tract. de haeret. ca. 25. & quæ copiosè dixi, lib. 2. cõment. in Directorium Inquisitor. schol. 6. lib. 3. schol. 151.*

¶ Innocentius tertius.

¶ *Bona hæreticorum confiscantur, & in terris Ecclesiæ applicantur fisco Ecclesiæ: in terris Imperij, Iudicis sæcularis fisco, & procedit etiãsi Catholicos habent filios.*

CAP. X.

VErgentis † in senium sæculi corruptelam; *& infra.* ¶ In terris verò temporali nostræ iurisdictione subiectis, bona hæreticorum statuimus publicari; & in aliis idem præcipimus [a] fieri, per Potestates, & Principes sæculares: quos ad id exequendum (si fortè negligentes extiterint) per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compelli volumus, & mandamus. Nec ad eos bona eorum vlteriùs reuertantur, nisi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum consortium, misereri [b] aliquis voluerit: vt tẽporalis saltem pœna corripiat, quẽ spiritualis nõ corrigit disciplina [c]. Cùm enim secundùm legitimas sanctiones, reis læsæ maiestatis punitis capite, bona confiscentur [d] eorum, filiis suis vita solummodo ex misericordia conseruata: quantò magis qui aberrantes in fide, Domini Dei filium Iesum Christum offendunt, à capite nostro, quod est Christus, Ecclesiastica debent districtione præcidi, & bonis temporalibus spoliari: cũ longè sit grauius [e] æternam, quàm temporalem lædere maiestatem. ¶ Nec huiusmodi seueritatis censuram, orthodoxorum † exhæredatio [f] filiorũ, quasi cuiusdã miserationis prætextu, debet vllatenus impedire: cũ in multis casibus (etiam secundùm diuinum † iudicium) filij pro patribus temporaliter puniantur: & iuxta canonicas [g] sanctiones, quandoque feratur vltio, non solùm in auctores † scelerum, sed etiam in progeniem damnatorum.

† *In registro ita: quantò magis qui aberrantes in fide. Deũ Dei filium Iesum Christum, &c.*

VErgentis.] Diuiditur. Nam primò præmittit decisũ exordium. Secundò ponit statutum de publicatione: quod probat per argumentum à maiori. Tertiò soluit obstaculum. Secunda ibi, *In terris.* Tertia ibi, *Nec.* Abbas.

CASVS. Statuit dominus Papa, quòd in terris suæ temporali iurisdictioni subiectis, bona hæreticorum publicentur: & in aliis idem præcipit obseruari per rectores locorũ: & si ad hoc negligẽtes extiterint, per censuram Ecclesiasticam cõpellantur: nec ad eos bona illa vlteriùs reuertantur: nisi redierint, & abnegauerint hæreticam prauitatem, nisi ex sola misericordia aliquis eis voluerit misereri: vt temporalis saltem pœna corripiat, quem spiritualis non corrigit disciplina: cùm enim secundùm leges, reis læsæ maiestatis capite punitis bona publicentur, eorum filiis vita solummodo ex misericordia reseruata: multò fortiùs isti, qui aberrantes à fide, filium Dei Iesum Christum offendũt, à capite nostro, quod est Christus debent præscindi, & bonis temporalibus spoliari: quia grauius est æternam, quàm temporalem lædere maiestatem: nec exhæredatio filiorum catholicorum debet impedire censuram huius seueritatis prætextu alicuius misericordiæ: cùm in multis casibus filii pro patribus temporaliter puniãtur & secundùm canones quandoque non solùm puniuntur auctores scelerum, sed etiam progenies damnatorum. Nota, quòd iudex ecclesiasticus potest compellere iudicem sæcularem ad iustitiam faciendam. Item grauius est æternam, quàm temporalem lædere maiestatem. Item in crimine hæresis non parcitur filiis circa bona paterna, sed in totum priuantur bonis paternis.

¶ *Glo. seq. per q. an Papa possit principare.*

a ¶ *Præcipimus.*] Quod facere potest Papa ratione peccati. *5. de iud. nouit.* & potest eos dignitate priuare: vt *5. cap. proxi. § statuimus.* & propter alias iniquitates potest etiam Papa remouere eos à dignitate. *15 qu. 6. alius.* & imperium ipse transtulit de loco ad locum: propterea quia non defendebant ecclesiam. *5. de elect. venerabilem.* vt ibi notatur. & iudex sæcularis potest excommunicari, si negligat facere iustitiam. *23. q. 5. administratores.* & hic expresse dicitur. & *5 cap. proxi § penult. & j. de maledicl. cap. 2.*

b ¶ *Misereri.* De sola ergo misericordia restituuntur bona, vt hic dicitur: & etiam episcopatus: *vt 23 qu. 4. ipsa pietas. ver. item si inquiunt. in fin. & quæst. 7. quod autem. & 1. quæst. 7. communionibus.*

c ¶ *Disciplina.*] *5. de elec. cùm in cunctis. 82. dist. plurimos. in fi. & C. de emend. propin. l. vnica. & argum 50. dist. ex consistentetur.* Ber.

d ¶ *Bona eorum confiscentur.*] Quod dicit hic, habes. *6. q. 1. c. quæro. §. verùm. & c. si quis cum militibus. & C. ad leg. Iul. ma. quisquis.*

e ¶ *Longè sit grauius.*] *17. quæst. 4. si. ut qui Ecclesiam & 23. quæst. 5. si apud.* & quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam, & publicum crimen committitur. *Cod. eod. titul. Manichæos.* vnde grauius est.

¶ *Gloss. ista signat contrarium, & soluit.*

f ¶ *Exhæredatio.*] Hic expresse habes, quòd bona hæreticorum cõfiscantur: siue habeant filios, siue non: nec catholicis filiis hæreticorum aliquid relinquendum est, vt hic dicitur. Sed contrà dicit *l. Cod. eod. tit. Manichæos, & l. cognouimus. & Authent. idem est de Nestorianis.* vbi dicitur, quod filij Catholici propter hoc hæreditate paterna nõ priuantur: statur enim hodie huic decret. in odium criminis: sicut in crimine læsæ maiestatis vbi filij puniuntur quoad bona, vt hic dicit, *& 6. quæst. 1. cap. quæro. §. verum. & cap. si quis cum militibus.* multò fortius in isto crimine, vt hic dicitur: & hoc est expressum in constitutione Frederici, hac edictali, quæ olim erat in quinta compilatione, eodem tit. & in alio casu etiam filij pro delicto parentum puniuntur temporaliter vsque ad quartam generationẽ, secundùm quod habes *infrà, de pæn. in quibusdam.* & in hac opinione fuerunt Ioan. Lau.

g g *Canonicas.*] *15. q. 8. cùm multæ. & 1. q. 4. cum ecclesia. § item peccato Israelitarum. & 5. de fil. presb. per totum.*

† *Vide Paulum Grillãdum tract. de hæred. q. 4. & Iuliũ Clarum lib. 5. sent. recept. § hæresis. vers. & scias, quod.*

† *De hoc articulo latissime scribit Alfonsus Castrus lib. 2. c. 11. de iusta hæret. punitione, & Ioannes Roias in singularibus fidei, singul. 66.*

† *auctores.*

a *De materia huius glossæ vide late per cius ter in textu.*

¶ Idem.

¶ *Aduocati, vel Notarij hæreticis, vel eorum defensoribus fauentes, aut sub eis litigantibus patrocinantes, & pro eis instrumenta scribentes, infames sunt, & ab illo officio suspensi.*

CAP. XI.

SI † aduersùs nos terra consurgeret: *& infrà.* ¶ Quia plus timeri solet, quod specialiter [h] iniungitur, quàm quòd generaliter imperatur: vobis Aduocatis, & Scriniariis [i] firmiter inhibemus, ne hæreticis, credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorundem, in aliquo præstetis auxilium [k], consilium, vel fauorem: nec eis in causis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus sub eorum examine, vestrum patrocinium præbeatis: & pro ipsis publica instru-

† *Cap. 2. eo. tit. in 3. compilatione. Et de materia, & intellectu præter Doctores, hic vide Matthæum de afflictis super constitutione inconsutilem. de hæret. notabili. 15. vers. Hinc sumpta occasione, quæra. adde Simãcam cathol. instit. tit. 5. de aduocatis.*

SI aduersus.] Primò ponit decisum exordium. Secundò prohibitionem. Tertiò pœnam. Secunda ibi, *Quia.* Tertia ibi, *Quod si.* Abbas.

CASVS. Quamuis generaliter prohibitũ sit, vt nullus consilium, vel auxilium, vel fauorem præstet hæreticis: quia tamen solet plus timeri, quod specialiter iniungitur, quàm quod generaliter præcipitur, prohibet Papa aduocatis, & notariis, ne hæreticis, credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorundem, in aliquo præstent consilium, auxilium, vel fauorem: nec eis in aliquibus factis, vel causis, vel aliquibus litigantibus sub eis præbeant patrocinium, nec pro ipsis publica conficiant instrumenta, vel scripta: quod si contrà fecerint, ab officio suo nouerint se suspẽsos, & perpetuæ infamiæ subiacere. Nota regulam, quod plus timetur, quòd specialiter præcipitur, quàm quod generaliter imperatur. Nota aduocatos, & notarios esse infames, qui aduocant, vel instrumenta conscribunt pro hæreticis, & nihilominus sunt excommunicati. Item Papa potest infamiam irrogare.

h ¶ *Quod specialiter.*] Hoc sumptum est ex illo canone *23. dist. quanquam.* ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur neglecta *ff. de minor. item apud Labeonem. § ait prætor. ar. 5. de consec. vti bonæ. & 5. de dolo. cap. 2.*

i ¶ *Scriniariis.*] Id est, tabellionibus. *sic, 25. quæst. 2. c. dicens. §. vniuersa.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

k ¶ *Auxilium.* Cùm sint excommunicati. *j. eod. excommunicamus. 1. §. credentes. & 5. eod. sicut.* Sed videtur, saltem si conueniantur,

uenantur, quòd non sit auxilium denegandum, aut etiam iusta sententia. ſ. de excep. cùm inter. & in pluribus. cap. ibidem. Hoc potest habere locum infra annum: postquam verò constiterit eos esse tales, anno elapso inter hæreticos computantur, nisi intra annum se correxerint. ſ. eod. excommunicamus 1. §. credentes. & sicut hæretici puniuntur. ſ. eod. cap. penult. vnde non admittuntur ad aliquam defensionem: cùm ipsorum bona debeant confiscari, sicut aliorum hæreticorum: immò licitè eis auferuntur sua: vt 8. distin. quo iure. 23. q. 5. non vos. & q. 7. cap. 1. 2. & 3. sed melius est, si auctoritate iudicis hoc fiat. 23. q. 3. sex sunt. & C. de pig. l. 3.

¶ Glos. seq. not. probat, & signat contrarium.

a ¶ *Infamiæ.*] Et ita Papa potest infamiam irrogare, quoad forum ciuile: quia & tollere eam potest. argu. ſ. qui filij sint legiti. per venerabilem. Argumen. contrà. 2. q. 3. §. hinc colligitur. Ber.

ADDITIO. Sol. hoc verum est de infamia facti, non iuris.

C*Vm ex.*] Primò ponit triplicem reprehensionem laicorum, quam secundò prosequitur. Primò, primam ibi, *Deus.* Secundò secundam ibi, *Sicut enim.* Tertio tertiam ibi, *Licèt.* Abbas.

CASVS. Quidã laici in vrbe Metensi præcipuè delinquebant, in quibusdam articulis, faciebant sibi diuinas scripturas exponi, vt secundùm eas sibi assumerent officium prædicandi. Item occulta conuenticula faciebãt, vsurpantes sibi officium prædicandi, sacerdotum simplicitatem eludunt, & aspernantur eorum consortium, qui sibi in talibus non inhærent. Primò improbat Papa occulta conuenticula: Deus enim intantum odit opera tenebrarum: vt Apostolos suos prædicaturos Euangelium missurus præceperit eis, dicens: *Quod dico vobis in aure, prædicate super tecta.* Secundò impugnat eorum officium prædicandi: sicut etiam multa membra sunt corporis, sed non habent eundem actum: ita sunt plures ordines in ecclesia, sed non habent omnes idem officium: quia, vt dicit Apostolus: *Dominus alios dedit Apostolos, alios Prophetas, alios Doctores*: sed ordo Doctorum præcipuus est in Ecclesia, & ideo non debet quis indifferenter officiũ prædicationis assumere: quia, vt dicit Apostolus: *Non prædicabũt, nisi mittantur.* & Dominus etiã dixit Apostolis: *Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam*: Sed si forte aliquis illorum diceret, quod tales inuisibiliter mittuntur à Deo: potest ei responderi, quod cùm illa missio sit occulta, non sufficit cuiquã dicere, quòd sit missus à Deo, cùm hoc quilibet hæreticus asseueret: sed oportet, quòd illam inuisibilem missionem astruat per operationem miraculi: quod ostendit duobus exemplis, scilicet Moysis, & Ioannis Baptistæ.

LICET AVTEM Hic tertiò dicit, quòd nullus eludere debet simplicitatem sacerdotum: licet enim necessaria sit scientia sacerdotibus ad doctrinam: non est tamen simplicibus sacerdotibus detrahendum, etiam à scholasticis, nedum à laicis, cùm in eis debeat sacerdotale officium honorari: vnde præcipit Dominus: *Diis tuis non detrahes*: de sacerdotibus intelligens: qui propter excellentiam ordinis Deorum nomine nuncupãtur: nec

menta, vel scripta facere nullatenus attètetis. Quòd si cõtrà præsumpseritis, ab officio vestro suspensos, perpetuæ vos decernimus infamiæ [a] subiacere.

¶ Item vniuersis Christi fidelibus tam in vrbe Meteñ. quàm in eius diœcesi constitutis.

¶ *Laici non prædicent, nec occulta conuenticula faciant, nec Sacerdotes reprehendant.*

CAP. XII.

CVm † ex iniuncto: *& infra.* ¶ Licèt autem desiderium intelligendi diuinas scripturas, & secundùm eas studium adhortandi, reprehendendum non sit, sed potiùs commendandum: in eo tamen apparent quidam Laici meritò arguendi, quòd occulta conuenticula [b] celebrant, officium prædicationis Christi † sibi vsurpant, Sacerdotum simplicitatem [c] eludunt, & eorum consortium aspernantur, qui talibus non inhærent.

¶ Deus [d] enim lux vera, quæ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, intantum odit opera tenebrarum, vt Apostolos suos in Mundum vniuersum prædicaturos Euangelium omni creaturæ missurus, eis præceperit apertè dicens: [Quòd dico vobis in tenebris, dicite in lumine [e] †: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.] *& infra.* ¶ Sicut enim [f] multa sunt membra corporis, omnia verò non eundem actum habent: ita multi sunt ordines in Ecclesia, sed non omnes [g] idem habent officium: quia secundùm Apostolum: [Alios [h] Dominus dedit Apostolos, alios Prophetas, alios autem Doctores: &c.] Cùm igitur Doctorum ordo sit quasi præcipuus [i] in Ecclesia, non debet sibi quisquam indifferenter prædicationis officium vsurpare. Nam secundum Apostolum, [Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?] Et veritas ipsa præcepit Apostolis, [Rogate [k] dominum messis, vt mittat operarios in messem suam:] Quòd si fortè [l] quis argute respondeat, quia tales inuisibiliter mittuntur à Deo, etsi non visibiliter mittantur ab homine: cùm inuisibilis missio multò sit dignior, quàm visibilis; & diuina longè melior, quàm humana †: potest rationabiliter responderi, quòd cùm interior illa missio sit occulta, non sufficit [m] cuiquam nudè tantùm asserere, quòd ipse sit missus à Deo, cùm hoc quilibet hæreticus asseueret; sed oportet, quòd astruat illam inuisibilem missionem, per operationem miraculi [n], vel scripturæ testimonium speciale. Vnde cùm Dominus vellet mittere Moysen in Ægyptum ad filios Israel: vt crederent ei, quòd mitteretur ab ipso, dedit ei signum, vt conuerteret virgam [o] in colubrum, & virgam iterum reformaret. Ioannes quoque Baptista, speciale suæ missionis testimonium protulit de scriptura, dicens: [Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domino] sicut ait Esaias Propheta, *& infra.*

aliquis istorum defendat audaciam suam illo exemplo, quòd asina reprehendit Prophetam Balaam: vel quia Dominus ait, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* quia aliud est, cùm quis occultè reprehendit fratrem suum in se peccantem (ad quod quilibet tenetur secundum Euangelicam veritatem, in quo casu non potest intelligi quod asina reprehendit Prophetam) & aliud est, patrem suum delinquentem manifestè reprehendere: quod nulli licet. Aliud est, cùm Prælatus de sua innocentia confidens, supponit se accusationibus subditorum: in quo casu potest intelligi verbum Domini: *Quis ex vobis, &c.* & aliud est, quando subditus animo reprehendendi insurgit in Prælatum suum, cùm potiùs eum debeat obsequi. Sed si tanquam inutilis debeat remoueri, tunc agendum est ordinate apud Episcopum suum, ad cuius obsequium pertinet institutio, & destitutio sacerdotum. Nota, quòd, qui malè agit, odit lucem. Item laici, quantumcunque idonei, prædicare non debent, nec etiam clerici, nisi quibus ex officio concessum est. Item non sufficit alicui dicere, quòd sit missus à Deo, nisi hoc ostèdat. Item sacerdotibus nullus detrahere debet. Item quilibet tenetur alium in se peccantem corrigere secretò. Item quilibet tenetur ad denuntiandum. Item sicut institutio sacerdotum pertinet ad Episcopos, ita eorum destitutio.

b ¶ *Occulta conuenticula.*] Sicut cõspiratores, 11. q. 1. conspirationum. 79. dist. si quis Papa. *Isti* enim conspirant contra Deum: vnde fortiùs sunt puniendi, quàm si conspirarent contra hominem. ſ. eod. vergentis ad fin.

c ¶ *Simplicitatem.*] Et malè. 38. dist. sedulò.

d ¶ *Deus enim.*] Hic incipit improbare factum istorum.

e ¶ *In lumine.*] Hæc est improbatio contra occulta conuẽticula.

f ¶ *Sicut enim.*] Hic improbat, quòd assumebant officium prædicandi.

g ¶ *Non omnes.*] Immò singula officia singulis debent esse commissa. 89. dist. singula.

h ¶ *Alios.*] Sic ſ. eod. tit. cap. sicut. 16. q. 1. adijcimus. quia nullus audet prædicare, nisi sacerdos, vt ibi dicitur, & ſ. eod. excommunicamus. §. quia verò. vel nisi esset missus, vt ibi 23. q. 4. displicet. argu. ibi, missus est, vt quatia, &c.

i ¶ *Præcipuus.*] Et priuilegiatus. ſ. destatu. reg. quod Dei timorem [b].

k ¶ *Rogate.*] 21. dist. in nouo. ergo quia isti non erant missi, nec sacerdotes, prædicare non debebant.

l ¶ *Quod si fortè.*] Hic opponit, quia posset ei opponi ab alio: & ita statim respondet.

m ¶ *Non sufficit.*] Benè dicit: quia & si martyres etiam aliqua mandant fieri, statim non sunt facienda: sed ante est, vt sciamus illos impetrare à Deo, quæ postulant. 50. distin. si quis præpostera. & 42. distin. quiescamus. Ber.

n ¶ *Miraculi.*] Nec istud statim credendum est: quia quandoque miracula fiunt per malos [c]. 1. q. 1. teneamus.

o ¶ *Virgam.*] De consecra. dist. 2. re vera.

a Idem tenet Archidiaconus in cap. si vos. 23. q. 5.

† Extat integra lib. 2. registri Innocentij iv. & c. 3. eo. tit. in 3. compil.

Et videto notas in ĩlãc decretalem.

† Vox, Christi, nec in registro, nec in quo quis codicibus reperitur. Ioan. 1.

Mar. vlt.

Matt. 10.

† Luce.

1. Cor. 12.

Ephe. 4.

Rom. 10.

Matth. 9.

Luc. 10.

† Post hæc verba sequitur in registro exemplum de ... Baptista ... quod ... missis ... thus ... autem huic loco.

Exod. 4.

Ioan. 1.

Esa. 40.

Matth. 3.

b Adde, de eorum priuilegiis in iure ciuili habetur in l. medicos. & l. seq. C. de professo. & me. lib. 10. & in l. 1. C. de profes. qui in vr. Constan. lib. 12.

c Vide beatum Thomã 2. 2. q. 178. art. 2.

¶ Licèt autem [a] scientia sit valde necessaria Sacerdotibus ad doctrinam, quia iuxta verbum Propheticū: [Labia [b] Sacerdotis custodiunt [c] scientiam, & legem exquirūt [d] ex ore eius] non est tamen simplicibus Sacerdotibus, etiam à Scholasticis detrahendum, cùm in eis Sacerdotale officium debeat honorari: propter quod Dominus in lege [e] præcepit: [Diis non detrahes] Sacerdotes intelligens: qui propter excellentiam ordinis, & officij dignitatem Deorum nomine nuncupantur: *& infra.*

¶ Nec quisquam [f] suæ præsumptionis audaciam illo defendat exemplo, quòd asina [g] legitur reprehendisse Prophetam: vel quod Dominus ait: [Quis ex vobis arguet me de peccato?] Cùm aliud sit fratrem in se peccantem occultè corripere: quod quisque tenetur [h] † efficere secūdum regulam Euangelicam, in quo casu sanè potest intelligi, quòd Balaam fuit correptus ab asina: & aliud est patrem † suum delinquentem reprehendere manifestè: quod vtique nulli licet secundum Euangelicam veritatē: nam qui etiam dicit fratri, fatue [i]: reus erit gehennæ ignis. Rursus aliud est, quòd Prælatus sponte de sua confisus innocentia, subditorum se accusationi supponit [k]: in quo casu præmissum [l] Domini verbum debet intelligi: & aliud est, quòd subditus non tam animo reprehendendi, quàm detrahendi, exurgit temerarius in Prælatum: cùm ei potiùs incumbat necessitas obsequendi. Quòd si fortè necessitas postularet †, vt Sacerdos tanquam inutilis [m], & indignus, à cura gregis debeat remoueri: agendum est ordinatè [n] apud Episcopum, ad cuius officium, tam institutio [o], quàm destitutio Sacerdotum noscitur pertinere.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Excommunicati sunt omnes hæretici, quibuscunque nominibus nominentur. Hoc dicit vsque ad §. damnati.*

CAP. XIII.

Excommunicamus itaque, † & anathematizamus omnem hæresim, extollentem se aduersùs hanc sanctam orthodoxam, & Catholicam fidem,

a ¶ *Licèt autem.*] Hic improbat, quòd deludebant simplicitatem sacerdotum. Ber.

b ¶ *Labia Sacerdotis.*] 43. *dist. sit rector. & 11. q. 1. sacerdotibus.*

c ¶ *Custodiunt.*] Id est, custodire debent.

d ¶ *Exquirunt.*] Subditi à scholasticis. 38. *dist. sedulo.* Ber.

e ¶ *In lege.*] Mosaica.

f ¶ *Nec quisquam.*] Respondet ad obiectione, quam possent facere isti hæretici.

Mala. 2.

g ¶ *Asina.*] vt 2. q. 7. *secuti sunt. & c. nisi §. item cum Balaam.*

h ¶ *Quod quisque tenetur.*] Ad correctionem quilibet tenetur, sicut hic dicit: & hoc intellige de occulta correctione, siue reprehēsione. arg. 23. q. 5. *non putes.* vt hic dicit. Sed manifestè corripere pertinet ad Prælatos, vel ad illos, qui habent aliquā potestatem in aliquos. 23. q. 4. *duo ista. & cap. forte.* pater enim filium potest corripere, & Prælatus subditum & occultè, & manifestè: vnde Apostolus: *Argue, obsecra, increpa.* vt 45. *distin. cap. 1. & 8. q. 1. quòd autem.* sed filius non potest publicè reprehendere, siue corripere patrem, nec subditus Prælatum: vt hic sequitur in littera: & 22. *distin. nolite.* erubescit enim lex filios castigaturos parentes, in *Authen. de nup. §. sed quod sancitum est. coll. 4. versus fin.* per vnam colum. hæc est canonica correctio secundum Euangelicam veritatem, vt occulta ad omnes manifesta ad Prælatos, vel alios aliquam potestatem habentes, pertineant, vt hic distinguit: & sic potest intelligi. 2. q. 1. *si peccauerit*, & est ad hoc 22. q. 5 *hoc videtur.* Ad denuntiationem verò Euangelicam, quæ exigit admonitionem, & probationem. vt 40. *dist. sed illud ver. neque illud.* & § *de testibus. In omni negotio. & 2. q. 1. si peccauerit*, quæ fit ad pœnitentiam, videtur, quòd quilibet teneatur. arg. 2 q. 7 *quapropter.* §. *de regna. spi. tua.* dummodò persona sit honesta, & bonæ famæ: quia viles personæ non admittuntur ad denuntiationem, § *de sponsa. cùm in tua* [a]. vbi de hoc.

Exod. 22.
Ioan. 10.
Num. 22.
Ioan. 8.
† De materia textus, & glossa in verbo, quod quisque tenetur, præter Doctores hic, videbon tum Thomā 2. 2. q. 33. art. 2. & sequentibus.
Matth. 5.
† Aliàs, fratrem, in plerisque Gregorianis codicibus, in aliis, & in registro legitur, patrē.
a Adde, quod not. suprà eo. tit c. 2. de hoc dixi suprà de iudi. nouit. Io. And.

i ¶ *Fatue.*] 55. *dist. si Euangelica.*

k ¶ *Supponit.*] Vt 2. q. 7. *nos si incompetenter.*

l ¶ *Præmissum Domini verbum.*] Scilicet, quis ex vobis arguet me de peccato?

m ¶ *Inutilis.*] Si enim prælatus inutilis, aut negligens fuerit, remouendus est. § *de offic. custo. c. 1 81. dist. dictum. & § prox. in fi. & 18. q. 2. si quis Abbas. & C. de offic. præfec. præto. orient. si quos.*

n ¶ *Ordinatè.*] Denuntiando, vel accusando, secundùm quod traditur. § *de accusatio. qualiter.* § *de simo. licet.* & est arg. iuris ordinem esse seruandum.

o ¶ *Tam institutio, quàm destitutio.*] Ad quem pertinet institutio, & destitutio. § *de capel. mo. cap. 1. & cap. 2. & §. de priuileg. cùm & plantare. §. in Ecclesiis.* & examinatio pertinet ad eum, ad quem manus impositio spectat § *de elect. venerabilem. & c. nihil. & c. cùm nobis olim.* institutio enim ad Episcopum pertinet. 16. q. 6. *nullus.* Ber.

E*Xcommunicamus.*] Habet multa dicta, & potest summari secundum varietatem dictorum per partes, quæ patent per §§. Abb.

Casus. In prima parte huius capituli excommunicat concilium omnes hæreticos, quibuscunq; nominibus censeantur, facies quidem diuersas habentes, sed caudas adinuicem colligatas; damnati verò de hæretica prauitate præsentibus potestatibus, aut eorum nuntiis relinquantur pœna debita puniendi, clericis priùs à suis ordinibus degradatis, bonis damnatorum publicatis: si laici fuerint, confiscentur: si verò clerici Ecclesiis applicentur, à quibus stipendia receperunt. Secundò dicit, quòd si aliqui fuerint sola suspitione notabiles, nisi ad arbitriū Episcopi se purgauerint, excommunicentur: & si per annum sic steterint, post annum tanquam hæretici condemnentur.

MONEANTVR. Tertio loco dicitur, quòd Potestates locorum moneantur, &, si necesse fuerit, per censuram Ecclesiasticam compellantur, quibuscunque fungantur officiis, vt pro defensione fidei præstent publicè iuramentum, quòd de terris suæ iurisdictioni subiectis expellant hæreticos ab Ecclesia denotatos: & quicunq; de cætero in potestatem assumptus fuerit, hoc capitulum teneatur iuramento firmare. Si verò dominus temporalis requisitus ab Ecclesia, terram suam hæreticis purgare neglexerit, per Metropolitanum, & comprouinciales Episcopos excommunicetur: & si satisfacere cōtempserit infra annum, significetur hoc domino Papæ, vt ex tunc vasallos illius, ab eius fidelitate denūtiet absolutos, & terram illius exponat catholicis occupandam: qui exterminatis inde hæreticis, eam possideant, & in fide conseruent: salno iure Domini principalis, dummodo super hoc nullum præstet impedimentum: & idem seruetur circa illos, qui non habent dominos principales. Quartò dicit, quòd Catholici, qui contra hæreticos illos crucem assumpserint, illa gaudeant indulgentia, & illo priuilegio sint muniti, quæ conceduntur accedentibus in subsidium terræ sanctæ.

† postulauerit.
† Idem scilicet Innocentius iij. in concilio generali Lateran. c. 3. & ca. 14. tit. in 4. Compi. Et cōde notas in hāc decretalem.
† Dictio, itaque, deest in concilio, sed habetur in antiquis codicibus.

CREDENTES. In §. *isto* excommunicat concilium receptatores, defensores, & fautores hæreticorum: statuens, vt quàm citò quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, nec ad aliqua officia admittatur, seu consilia, nec ad alios eligendos ad huiusmodi, nec admittatur ad testimonium, nec testamentum facere possit, nec capere aliquid ex testamento: nullus ipsi respondeat, ipse verò omnibus respondere teneatur, & si iudex fuerit, eius sententia non teneat, nec causæ deferantur ad ipsum: & si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittitur: si tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius sint momenti: sed cum auctore damnato damnentur: & in similibus idem est obseruandum. Si verò clericus fuerit, deponatur: & aliqui, postquam tales ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicentur vsque ad debitam satisfactionem.

SANE. Clerici huiusmodi viris non exhibeant Ecclesiastica sacramenta, nec eos sepeliant, nec eleemosynas, vel oblationes eorum recipiant: quod si fecerint, officio suo priuentur, ad quod nunquam restituantur sine speciali mandato domini Papæ: & idem faciant regulares: & eadem pœna infligatur eisdem, & illorum priuilegia non seruentur in illa diœcesi, in qua tales excessus perpetrauerint.

QVIA VERO. Hic dicitur, quòd nullus prædicationis officium vsurpare præsumat: quia, vt dicit Apostolus: *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* & qui contra hoc fecerint, excommunicentur, & nisi se correxerint, alia pœna puniuntur.

ADIICIMVS INSVPER. In § *isto* dicitur, vt quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus per se, vel per Archidiaconum suum, vel alias honestas personas visitet parochiam suam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, & ibi tres, vel quatuor viros idoneos: aut si expedire viderit, totam viciniam iurare compellat, vt si aliquos hæreticos scierit, vel aliquos occulta conuenticula facientes, vel si etiam discrepent à vita, & moribus aliorum, Episcopo studeant nunciare, & ipse vocet ad præsentiam suam denuntiatos: qui si se non purgauerint, vel si post purgationem præstitam relapsi fuerint, canonicè puniantur.

quam superiùs a exposuimus: condemnantes hæreticos vniuersos, quibuscunque nominibus censeantur: facies quidem diuersas habentes, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate † conueniunt in idipsum.

¶Damnati de hæresi, per sæcularem Iudicem puniuntur, & bona Laicorum hæreticorum confiscantur, & Clericorum bona applicantur Ecclesiis, vbi beneficiati erant. Hoc dicit vsque ad §. qui autem. Abbas Sicul.

¶ Damnati b † verò, præsentibus sæcularibus Potestatibus c, aut eorum Balliuis relinquantur d animaduersione debita puniendi: Clericis priùs à suis ordinibus degradatis e: ita quòd bona huiusmodi damnatorum, si Laici fuerint, confiscentur f: siuerò Clerici, applicentur Ecclesiis, à quibus stipendia g receperunt†.

¶ Si suspectus de hæresi se non purgat ad arbitrium superioris, excommunicatur, & existens per annum in excommunicatione, vt hæreticus, damnatur. Hoc dicit vsque ad §. moneantur. Abbas Siculus.

¶ Qui † autem inuenti fuerint sola suspicione h notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis i, qualitatémque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur: & vsque ad satisfactionem condignã ab omnibus euitentur: ita quod si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur k.

¶Potestates sæculares perpetui, vel temporales, iurare tenentur, vniuersos hæreticos ab Ecclesia damnatos pro viribus exterminare: & temporalis dominus non purgans terram suam hæreticis excommunicatur: & si perstiterit in excommunicatione per annum, nunciatur Papæ, qui fideles eius à iuramento absoluet, & eius terram fidelibus exponet, saluo iure principalis domini: nisi & ipse sit in culpa. Hoc dicit vsque ad §. Catholici. Abbas Siculus.

¶ Moneantur autem, & inducantur, & si necesse fuerit, per censuram Ecclesiasticam compellantur sæculares † Potestates, quibuscunque fungantur officiis, vt sicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publicè iuramentum, quòd de terris suæ iurisdictioni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide, pro viribus exterminare studebunt: ita quòd amodò quandocunque quis fuerit in Potestatem siue † perpetuam, siue temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare l. Si verò dominus temporalis requisitus, & monitus ab Ecclesia, terrã suam purgare neglexerit m ab hæretica fœditate, per Metropolitanum, & cæteros comprouinciales Episcopos, excommunicationis vinculo innodetur. Et si satisfacere contempserit infrà annum, significetur hoc summo Pontifici, vt extunc ipse vasallos ab eius fidelitate denunciet absolutos n, & terram exponat Catholicis occupandã: qui eam, exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent, saluo iure domini o † principalis: dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege seruata circa eos, qui non habent dominos principales.

SI QVI VERO. Dicitur in glo., quòd si qui de prædictis iurare noluerint, ex hoc ipso tanquam hæretici reputentur. Mandat Papa, & in virtute obedientiæ districtè præcipit, vt ad hæc salubriter exequenda Episcopi diligenter insurgant: si canonicam voluerint effugere vltionem, & si quis super hoc negligens, vel remissus fuerit, cùm de hoc constiterit, ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alius instituatur idoneus, qui velit, & possit hæreticam contundere prauitatem. Nota, quòd diuersitas nominum rei substantiam nõ immutat. Item sola suspicio siue præsumptio purgationẽ inducit in crimine hæresis. Item trãscursus tẽporis probat crimen. Item iudices sæculares tenẽtur hæreticos de prouinciis sibi subiectis exterminare. Item si iudex sæcularis in exterminatione hæreticorum negligens fuerit, potest excommunicari. Item dominus Papa principem sæcularem deponere potest propter hæresim. Item argu. quod propter delictũ vnius, alius puniri non debet. Item auctoritate Ecclesiæ bellum fieri potest. Item pari priuilegio, & indulgentia gaudent cruce signati contra hæreticos, cùm illis, qui vadunt contra Sarracenos. Item consentientes, & agentes pari pœna puniuntur. Item nota hic multas pœnas editas contra fautores, & defensores hæreticorum. Item hæreticus cui tenet respondere tenetur, & nemo sibi. Item sententia, vel scriptura publicè excommunicati non valet. Item in similibus simile iudicium est habendum. Item qui in maiori dignitate est, plus punitur, & sic circunstantiæ aggrauant peccatum, & vindictã. Item absolutio, & restitutio excõmunicati participantis cum hæretico excommunicato pertinet ad solum Papam. Item argu. quòd vniuersitas præstare potest iuramentum calumniæ. Item deficiens in purgatione, punitur. Item qui iurare non vult, pro condemnato hr. Item per ind cia probatur crimẽ. Item propter negligentiam deponitur, vel remouetur prælatus.

† Aliàs, vanitate, quod etiã agnouit hic Hostiens.

† De materia, Eymericus in Directorio inquisitor. 3. p. q. 103. & q. 112. vbi dixi plenè.

† Peregrinant, in Concilio.

† Eymericus in Directorio inquisit. p. 3. q. 83. & q. 124. & Simãcas catho. instit. ti. 1. de abiuratione. & titu. 56. de purgatione canonica.

a ¶ *Superiùs.*] ī. *de sum. Trinit. cap. 1. & 2.*

b ¶ *Damnati.*] Scilicet de hæresi.

c ¶ *Potestatibus.*] Sic ī. *de verb. signif. nouimus*, tñ si voluerint redire, in perpetuum carcerem tenẽantur. ī. *eo. excommunicamus.*

d ¶ *Relinquantur*] Qualiter hoc intelligitur, dicitur ī. *eod. ad abolendam.* Bernard.

e ¶ *Degradatis.*] ī. *cap. prox. & cap. penult.*

f ¶ *Confiscentur*] D. hoc dictum est ī. *eod. vergentis.*

g ¶ *Stipendia*] Si plura stipendia habuerint, inter Ecclesias diuidantur pro rata ī. *de resti. spoliat. relatum.*

h ¶ *Suspicione* Id est, præsumptione. Et nota, quòd sola suspicio, siue præsumptio purgationem inducit: quod si non fiat, punitur, vt hic patet. *arg. de cohab. cler. & mulie. tua nos.* & intellige, q̃ sit probabilis præsumptio, siue suspicio: aliàs non indiceretur purgat. & sic non obstat 2. q. 1. *primo, & ita hic respicitur infamia.*

† Vide, quæ plenissimè scripsi in cõmẽtariis ad Direct. li. 3. Schol. 154.

i ¶ *Suspicionis*] Hoc semper est attendendum, vt secundum qualitatem infamiæ, & personæ, indicatur purgatio. 2. q. 5. *omnibus, & ī. de purgat. can. inter.*

¶ *Glos. seq. signat contrarium de decret. litteras, & soluit. iterum signat contrarium de sup. conuenientibus, & soluit.*

k ¶ *Condemnentur.*] Videtur hic, quod aliquis sit condemnandus de hæresi, licet non videatur violenta præsumptio contra ipsum. Arg. contrà. ī. *de præsumpt. litteras*, vbi dicit, quod licet sit vehemens præsumptio, non vult Papa illum cõdemnare de tam graui crimine: hæc vero est sumta ex præsumptio, cum primò probabilis fuerit propter infamiam: & quia noluit se purgare, fuit excommunicatus: & quia per annum stetit in excommunicatione pro conuicto habetur. 11. q. 3. *rursus, & cap. quicunque*: secus in aliis criminibus, quia si bona alicuius contumacis propter crimen annotata sunt, si infra annum non venit, bona deuoluuntur ad fiscum: sed quoad crimen non obest, quin post annum possit probare innocẽtiam suam. *ff. de requirend. reis, l. 1.* Sed quid est, quod dicit, q̃ statim est condemnandus, cùm sæpius est admonendus, vt redeat. 1. *quæst. 7. conuenientibus*. Respondeo non contradicit: quia licet sit condemnandus, monendus est, vt redeat, vt 24. *q. 1. qua digni or, in fin.* vbi dicitur, quòd post admonitionem est vitandus: hoc est verum in hoc, quòd non sunt ei secreta nostræ fidei exponenda. 43. *dist. in mandatis.* vt impugnet nos, vt ibi. Nec intelligas, quòd si pro criminе, sed contumacia steterit per annum in excõmunicatione, quòd habendus sit hæreticus, sed tantùm excommunicatur per suspicionem hæresis.

† sæculi.

b De gradibus præsumptionum in crimine hæresis, vide Eymericum in Directorio inquisitor. p. 2. q. 55. & Simã. de cathol. institu. tit. 50. de præsumption.

† In Concilio ita: siue spiritualem, siue temporalem assumptus, &c. quasi nõ solùm principes sæculares, sed etiã Ecclesiastici, qui per potestatem spiritualem possunt intelligere: hoc moneantur præstare iuramentum.

† domini.

l ¶ *Iuramento firmare.*] Sic ī *eod. ad abolendam. § statuimus.* & non solùm hoc iurare tenetur, sed hoc iurare debet, quòd ipse idem catholicus sit. in *Authent. iusiuran. quòd præst. ab his, qui admin. accipi. circa princ. collat. 2.*

m ¶ *Neglexerit.*] Iudex, qui negat facere iustitiam, excommunicatur. 23. q. 5. *administratores*, & facit litem suam, cap. causa, & cap. 1. *de iudic. & 3. q. 7. qui sine argum. & in Authent. vt differ. iud. § penult. & vlt. collat. 9. & 2. q. 7. sicut.*

n ¶ *Absolutos.*] ī. *eod. cap. vlt.* & ita Papa potest propter hæresim deponere omnes tam laicos, quàm clericos à dignitatibus suis, vt ī. *eod. ad abolendam. § statuimus, & ī eod. vergentis*, vbi de hoc.

o ¶ *Saluo iure domini.*] Argum. quod propter delictum vnius, alius puniri non debet: quoniam pœna debet tenere suos auctores, suprà de his, quæ fiunt à maior. par. cap. quæsiuit. C. de pœnis. sancimus: & iniquum est aliquem alterius odio prægrauari. C. de inoffic. testam. si quis in suo. Argumentum contrà. ī. eod. vergentis.

¶ *Cruce signati ad exterminationē hæreticorum gaudent priuilegio cōcesso cruce signatis in subsidium terræ Sanctæ. Hoc dicit usque ad §. credentes. Abbas.*

¶ Catholici † verò, qui crucis assumpto charactere, ad hæreticorum exterminium se accinxerint [a], illa gaudeant indulgentia, illóque sancto priuilegio sint muniti, quæ accedentibus in terræ Sanctæ subsidium conceduntur.

¶ *Ibi ponitur pœna credentium, receptatorum, & defendentium hæreticos: primò Laicorum, secundò Clericorum, usque ad §. quia. Abbas.*

¶ Credentes † præterea, receptatores [b], defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus subiacere: Firmiter statuentes, vt postquam quis † talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, extunc ipso iure sit factus infamis †, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis [c], vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quòd si fortè iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit Aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si Tabellio, instrumenta † confecta per ipsum nullius sint momenti sed cum auctore † damnato damnentur [d]. Et in similibus idem præcipimus obseruari. Si verò Clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur, vt in quo maior est culpa, grauior exerceatur [e] vindicta. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententia, usque ad satisfactionem idoneam percellantur [f].

¶ Sanè Clerici † non exhibeant huiusmodi pestilentibus Ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ, nec eleemosynas, aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto Sedis Apostolicæ speciali [g]. Similiter quilibet regulares [h], quibus etiam hoc infligatur, vt eorum priuilegia [i] in illa diœcesi non seruentur, in qua tales excessus præsumpserint perpetrare.

¶ *Nullus debet sibi officium prædicandi assumere, nisi super hoc sibi à iure, vel à sede Apostolica, vel à diœcesano Episcopo licentia concedatur: alias excommunicatur: & nisi resipuerit, alia pœna imponitur. Hoc dicit usque ad §. adiicimus. Abbas.*

¶ Quia † verò nonnulli sub specie pietatis virtutem eius (iuxta quod Apostolus ait) abnegantes, auctoritatem sibi vendicant prædicandi, cùm idem Apostolus dicat: [Quomodo prædicabunt, nisi mittantur [k]] omnes, qui prohibiti, vel non missi præter auctoritatem ab Apostolica sede, vel Catholico Episcopo loci susceptam, publicè, vel priuatim, prædicationis officium vsurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodentur: & nisi quàm † citiùs resipuerint, alia competenti [l] pœna plectentur †.

¶ *Archiepiscopi, & Episcopi inferiorum suorum prouincias, & diœceses suspectas habentes de hæresi, saltem semel in anno per se, vel per alios idoneos visitent: qui etiam debent, si hoc expedire videbitur, exigere iuramentū ab illis de vicinia, ad reuelandos hæreticos, & occulta conuenticula celebrantes: quos reuelatos, vel lapsos canonicè puniant: & renitentes iurare, vt hæretici condemnentur. Hoc dicit usque ad §. volumus. Abbas.*

¶ Adiicimus † insuper, vt quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus per se, aut per Archidiaconum suum, aut alias honestas, idoneásque personas, bis, aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat: & ibi tres, vel plures boni testimonij viros, vel etiam (si expedire videbitur) totam viciniam [m] iurare compellat: quòd † si quos ibidem hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita, & moribus [n] dissidentes, eos Episcopo studeat indicare [o]. Ipse autem Episcopus ad præsentiam suam conuocet accusatos: qui, nisi se ab obiecto reatu purgauerint [p], vel si post purgationem exhibitam, in pristinam fuerint

a ¶ *Accinxerint.*] Arg. quòd auctoritate Ecclesiæ bellum † fieri potest. 23. q. 8. *igitur, & cap. hortatu, 15. q. 6. auctoritatem. 63. dist. Hadrianus.* quod verum est contra inimicos fidei, & contra illos, qui Ecclesiam impugnant.

b ¶ *Receptatores, defensores.*] Sine quibus hæretici manere diu non possunt. argu. *ff. de offic. præsi. congruit. ff. recepta. l. 1.* vnde meritò illi sunt puniendi: immò grauius delinquunt, qui aliorum errores defendunt, & acriùs puniri debent. 24. *q. 3. qui aliorum*: & ideo simili pœna cum hæreticis puniuntur. 11. *q. 5. qui consentit, & j. eod. c. pen. in fi. & C. de his, qui latron. occult. l. 1.* etiamsi essent consanguinei. argu. 27. *q. 1. de filia, & s. 60. si quis Eps*, vbi de hoc. Bern.

c ¶ *Sit etiam intestabilis.*] Illi enim (vt hîc patet) à quolibet actu legitimo repelluntur, nec donare, nec vendere, nec contrahere possunt: prout hæc omnia traduntur. *C. eod. Manichæos.*

d ¶ *Cum auctore damnato damnentur.*] Sic s. *eo. fraternitatis*: vbi de hoc, sim. s. *de testib. licet*: sic etiam scriptura, vel sententia publicè excommunicati non valet. s. *de re iud. ad probandum, & s. de excep. exceptionem*: nec rescriptum, s. *de rescript. dilectus.* 1. hoc est, quod sequitur: Idem in similibus præcipimus obseruari. Tamen de rescripto impetrato ab excommunicato secus est: quia rescriptum non sumit auctoritatem ab impetrante, sed à concedente. De quo dic, vt s. *de except. pia, in notula, sed mirum.* Bern.

ADDITIO. Hodie rescriptum ab excommunicato impetratum, suppressa excommunicatione, est ipso iure nullum, nisi in certis casibus, *cap. 1. de rescriptis, lib. 6.*

e ¶ *Grauior exerceatur.*] Vt 50. *distin. quia tua*: hic habes argum. quòd qui in maiori dignitate est, plùs punitur, & ita circumstantiæ aggrauant vindictam. argu. 32. *q. 5. qui viderit, & 25. q. 1. nulli fas, & 40. dist. homo Christianus.* Crimen enim augetur per dignitatem. *ff. de re milit. omne delictum. §. 1. 19. distinct. nulli*, & qui magnus sine comparatione creatus fuit, sine venia damnatus est, de pœnit. distinct. 2. *cap. principium enim, & s. de iureiuran. cùm quidam*, ibi hoc soluitur. Bernard.

f ¶ *Percellantur.*] Qui participat excommunicato scienter, & non se corrigit, excommunicandus est. j. *de sent. excommunic. quod in dubiis. 11. q. 3. qui communicauerit.*

g ¶ *Apostolicæ speciali.*] Hic reseruat sibi Papa absolutionem, siue restitutionem talium: ergo per hoc aliis prohibere videtur, sim. s. *de præben. de multa, in fi. & cap. graue, in fin.* & sic e conuerso, ex quo sibi non reseruat, aliis indulgere videtur. j. *de sentent. excommunic. nuper.* & est ad hoc argumen. quod Episcopi dispensare possunt, vbi Papa non reseruat sibi dispensationem. Quare ergo Papa sibi specialiter reseruauit talem restitutionem, nisi vt aliis prohiberet? Et licet Episcopus ipsum restituere ad officium suum non possit, tamen reconciliare potest ipsum Ecclesiæ. s. *eod. ad abolendam. §. 1. vbi de hoc.*

h ¶ *Quilibet regulares.*] Repete [b], non exhibeant Ecclesiastica sacramenta: alioquin, &c.

i ¶ *Eorum priuilegia.*] Prætextu priuilegiorū participare excommunicatis non possunt. j. *de senten. excommun. nulli*: & in hoc casu possunt ab Episcopo loci, tanquam à delegato à Papa, puniri. s. *eod. ad abolendam, in fin. vbi de hoc.*

k ¶ *Nisi mittantur.*] s. *eod. cap. proxim. vbi de hoc.*

l ¶ *Alia competenti.*] Prout visum fuerit superiori. s. *de offic. deleg. de causis.*

m ¶ *Totam viciniam.*] Argument. quod vniuersitas potest præstare iuramentum calumniæ, sic 30. *q. 6. Episcopus in synodo, sic s. de* [illegible]

n ¶ *Vita, & moribus.*] Hæc omnia suspicionem inducunt. 41. *dist. quisquis. 86. dist. indecorum. 23. q. 8. præterea. ff. ad l. Aquil. scientiam. ff. de his, qui not. infam. quid erg. § 1.*

o ¶ *Indicare.*] 2. *q. 7. quapropter, & argum. 22. q. 1. si quis per capillum.*

p *Purgauerint.*] Nota deficientem in purgatione

a De hoc articulo vide B. Thom. 2. 2. q. 40. arti. 1. & Alphons. Castrum, li. 3. de iusta hære. punit. cap. 14.

† De materia huius §. vide citatos in c. ex multa suprà de vo. & redempt. & Eymericum in Directorio inquisitorum p. 3. 3. q. 129.

† De his latè Eymeric. in Directorio inquisitorū p. 2. quæst. 50. 51. 52. & 53. & Archidiaconum in c. quicunque, de hæret. li. 6.

† quilibet.

† Eædem pœnæ, quæ hic statuuntur contra hæc hominū monstra, continentur in extrauagāti Gregorij noni incip. excommunicamus, & in l. Federici, incip. Cathar. habentur in literis Apostolicis post Directoriū inquisitorum.

† In Concilio ita: eius instrumenta confecta per ipsum &c.

† Auctore: actore.

† Vide Bernardinum Diaz in pract. crim. can. c. 107.

† De materia vide sancita in Conc. Trid. sess. 5. de refor. cap. 2. & sess. 24. de reform. c. 4. adde citatos in capp. seq.

2. Timot. 3. Roman. 10.

† quàmtocyus.

† plectantur.

b Hæc glossula non est Bernardi, nec habetur in antiquis libris.

† De materia vide Eymericum in Directorio inquisitorum p. 3. q. 62. & 88. & Simancam cathol. institu. tit. 25. de Episcopis, & Burchardum, lib. 1. decret. cap. 83. & 87.

† In Concilio & vetustioribus Gregorij codicibus ita: quòd si quis ibidem hæreticos, &c.

gatione puniendum. ȝ. *de simon. de hic. & cap. insinuatum.*
a ¶ *Relapsi.*] Isti magis puniendi sunt: deterior namque dolus eius cognoscitur, qui interruptam iterum litem deferuit, quàm qui semel cœptam dereliquit, *in Auth. de litig. §. ceita, in fin. coll. 8.*
b ¶ *Iurare.*] Per iuramentum debet quis purgare conscientiam suam de hæresi, *de consecr. dist. 2. ego Berengarius, & 2. q. 7. quotiens:* vnde si iurare non vult, pro condemnato debet haberi: sicut qui de calumnia iurare non vult, actor cadit à causa, & reus pro condemnato habetur. ȝ. *de iuramenti. calum. c. vlt. & C. eod. tit. cùm & iudices. §. quòd si actor.* Et est similis illi, qui neque defendit, neque exhibet, & condemnatur, vt contumax. *ff. de nova. quotiens. §. in potestate.* Tenui enim religione iuramenta etiā necessaria cōtemnunt. ȝ. *de simon. & si quæstiones, & C. de fide instrum. l. vlt.* Bern.
c ¶ *Indiciis.*] Nota, quod per indicia probatur crimen. ȝ. *eod. c. § pen.* ibi, quòd si quis, &c. & *2. q. 8. sciant, & 32. q. 1. dixit Dominus, & ȷ. de priuil. cùm olim. 1. & C. de rei vend. indicia.* Item habes hic, quod propter negligentiam remouetur Prælatus. *arg. ȝ. c. prox. in fin. & 1. q. 1. c. si qui Episcopi. §. ecce cùm.* Bern.

Sicut.] Casus. Dicitur in isto capitulo, quod timendum est, ne sub specie pietatis impietas pallietur, & ideo prohibet Papa, ne laici cuiuscunque sint ordinis, officiū prædicandi assumant. Et hoc, quod hic dicitur, habetur ȝ. *c. prox. §. quia verò, & ȝ. eo. cùm ex iniuncto.* Nota, quod sub specie pietatis non est committenda impietas. Item omnibus laicis officium prædicandi est interdictum.
d ¶ *Sub specie virtutum.*] ȝ. *eod. c. prox. §. quia verò. 41. dist. sæpe* vitia quia prætexto pietatis non est impietas committenda. *30. q. 1. nosse:* & ita nullus potest prædicare, nisi mittatur: vnde Dominus ait discipulis suis: *Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ:* & iubēte Domino in toto orbe dispersi sunt. *21. dist. in novo,* vnde Esaias: *Ecce ego, mitte me. 8. q. 1. in scripturis. & 16. q. 1. §. hoc idem. arg. ff. de tuto. & cura. vbi & l. pactor.*
e ¶ *Alios Dominus Apostolos.*] Sic ȝ. *eod. cùm ex iniuncto.* Nec vniuersitas alia poterat ratione subsistere nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. *89. distin. ad hoc:* laici ergo cuiuscunque ordinis sint, vel meriti, prædicandi officium non debent assumere.
a *Excommunicamus.*] Istud cap. habet quatuor dicta. Secundum ibi, *Damnati.* Tertium ibi, *Si qui.* Quartum ibi, *Credentes.* Abbas Siculus.
Casus. Primò dicitur idem, quod dictum est ȝ. eod. excommunicamus. 1. responso. Vltimo adiicit, quòd si quis de prædictis, postquam fuerit deprehensus, redire voluerit ad agendum condignam pœnitentiam, in perpetuo carcere detrudatur. Et credentes eorum erroribus, hæreticos iudicat. Nota hic, qualiter recipiuntur de hæresi condemnati ad perpetuum carcerem.

† *De relapsis, & eorū pœna vide Eymericum in Directorio par. 2. q. 58. & Zāchinum tract. de hæret. ca. 26.*

† *Præter citatos in præcedenti §. vide Conradum Brunum, lib. 6. de hæret. cap. 1.*

† *volunt.* † *voluerint.*

† *De materia vide plenè per Simā. cum cathol. instit. tit. 49. de prædicatoribus. adde, quæ dixi lib. 2. commen. in Directoriū sibi: & adde omnino notas nostras in hanc decretalem. Ephes. cap. 4.*

relapsi[a] † perfidiam, canonicè puniantur. Si qui verò ex eis iuramenti religionem obstinatione damnabili respuentes, iurare[b] fortè noluerint, ex hoc ipso tanquam hæretici reputentur.

¶ *Episcopus negligēs in hæresi persequenda, à dignitate Episcopali est remouendus, & alius idoneus est surrogandus. Hoc dicit vsque ad finem. Abbas Siculus.*

¶ Volumus † igitur, & mandamus, & in virtute obedientiæ districtè præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda, Episcopi per diœceses suas diligenter inuigilent, si canonicam velint † effugere vltionem. Si quis enim Episcopus super expurgando de sua diœcesi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remissus: cùm id certis indiciis[c] apparuerit, ab Episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit, & possit hæreticam confundere prauitatem.

¶ Gregorius nonus Archiepiscopo Mediolanen.

¶ *Laici cuiuscunque professionis sint, prædicare non debent.*

CAP. XIV.

Sicut † in vno corpore: & *infra.* ¶ Cùm igitur nonnulli Laici prædicare præsumāt, & verendum nimis existat, ne vitia sub specie virtutum[d] occultè subintrent: Nos attendentes, quòd Doctorum ordo est in Ecclesia Dei quasi præcipuus: Mandamus, quatenus cùm alios Dominus Apostolos[e] dederit, alios Prophetas, alios verò Doctores, interdicas Laicis vniuersis, cuiuscunque ordinis censeantur, [vsurpare] officium prædicandi.

¶ Idem.

¶ *Hoc c. vsque ad §. si qui autem, habetur in c. excommunicamus, ȝ. eod. tit. in princip. vnde summa, & declaratio, prout ibi fuit dictum.*

CAP. XV.

Excommunicamus †, & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscunque nominibus censeantur: facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt[f] in idipsum. ¶ Damnati verò per Ecclesiam, sæculari iudicio relinquantur, animaduersione debita puniendi[g]: Clericis priùs, à suis ordinibus, degradatis.

¶ *Si in hæresi deprehensi volunt redire ad fidem, detrudendi sunt in perpetuo carcere ad pœnitentiam peragendam: & credentes erroribus hæreticorum, hæretici sunt. Hoc dicit.*

¶ Si[h] qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi[i] redire voluerint ad agendam condignam pœnitentiam: in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus.

¶ Idem.

¶ *Liberātur ab omni obligatione, qui hæreticis tenebantur astricti.*

CAP. XVI.

Absolutos[k] † se nouerint à debito fidelitatis hominij †, & totius obsequij, quicunque lapsis manifestè in hæresim, aliquo pacto[l], quacunque firmitate vallato, tenebantur astricti.

f ¶ *Conueniunt.*] ȝ. *eod. excommunicamus:* quia ad eundem finem tendunt, scilicet deceptionis.
¶ *Glos. seq. quæris, sunt solutioni obiicit, & respondet.*
g ¶ *Puniendi.*] Et hoc totum habes ȝ. *eod. excommunicamus.* Sed qualiter isti hæretici puniri debent secundum leges, postquā per Ecclesiam sunt cōdemnati, vt hic dicit? Vltimo supplicio puniuntur per iudices sæculares, cum distinctione, vt videtur, vt docentes vltimo supplicio, addiscentes verò decem libris auri, *vt C. eo. tit. quicunque, ad fi.* Sed Contrà *C. de malef. & mathe. culpa:* vbi dicitur, culpa similis est, tam prohibita discere, quàm docere: non est contrà: quia lex, quicunque intelligitur de illis, qui nondum didicerunt, sed causa addiscendi ad hæreticos accesserunt: si autem ad actum peruenissent, simili pœna punirentur, vt docentes, secundùm legem illā, culpa. Bern.
h ¶ *Si qui autem.*] Ab hoc loco vsque ad finem additum est: aliud totum habes. ȝ. *eo. excommunicamus, & cap. ad abolendam. §. 1. & 2.* Bernard.
i ¶ *Deprehensi.*] Publice, ita quòd notorium: vel etiam condemnati. Si verò postea redire voluerint, recipiendi sunt: quia Ecclesia non claudit gremium redeuntibus ad ipsam. *C. de sum. Trin. inter claras,* circa finem: & delicti veniam pœnitentibus damus. *C. eod. tit.* Manichæos: ita tamen, vt in perpetuum carcerem permaneant, vt hic patet. Sic & simoniaci in monasterio sub perenni pœna detrudantur. *1. q. 1. reperiuntur, & ȝ. de simon. quoniam:* quia & ipsi hæretici censentur. *1. q. 1. eos, qui. & 6. q. 1. cap. nos sequentes. §. sed licèt.* Ber.
Additio. Et idem iudiciū est de credentibus eorum erroribus habendū, sicut de ipsis, vt hic in fin.

Absolutos.] Casus. Dicitur hic, quòd quicūque obligati sunt lapsis manifestè in hæresim, nouerint se absolutos ab omni debito fidelitatis, & totius obsequij, & omni pacto quācunque firmitate vallato. Nota, quòd ipso iure absolutus est, quicunque aliquo genere obligationis tenetur astrictus hæreticis, vt iterum ei nihil facere teneatur. Et sic nota, quod Papa potest laicum absoluere iuramento fidelitatis.
k ¶ *Absolutos.*] Ipso iure: ex quo manifeste lapsi. *fuit. 15. q. 6. iuratos, & cap. nos sanctorum,* & est arg. quod Papa potest absoluere laicum à iuramento fidelitatis. *arg prædictorum. c. quia ad ipsam* spectat interpretatio iuramenti. ȝ. *de elect. venerabilem.*
¶ *Glos. seq. recitatur per quæstionem.*
l ¶ *Aliquo pacto.*] Arg. si sub pœna aliquis tenetur eis aliquid soluere certa die, licet non soluat, non incidit in pœnam: & eodem modo, si per iuramentum, quod est verum: quia in illa obligatione, & iuramento tacite subintelligitur: si talis permanserit, cui communicare liceat. *22. q. 2. ne quis arbitretur. ff. de solut. cùm quis. 1. respons. ȝ. de iureiur. an. quemadmodum. & ȝ. eo. excommunicamus. §. credentes.* Bernard.

a *Hodie nulla est talis distinctio: nam magistratus sæcularis quemcunque hæreticum sibi à iudicibus fidei traditū debet vltimo supplicio afficere, c. vt inquisitionis, de hæret. lib. 6.*

† *Vide notas in hanc decretalem, vbi plurima huc spectantia traduntur: adde Petrum Godofredum in Auth. Gazaros, C. de hæret.*

† *Vide B. Th. 2. 2. q. 12. ar. 2. & Alphonsum Castr. lib. 2. de iusta hære. punit. c. 7. & Siman. à cathol. instit. ti. 46. de pœnis.*

† *Vox hominij, mutata est in vocē, domini, vel domini, fere in omnibus recentioribus quam nos ex antiq. codicib. restituimus.*

DE SCHISMATICIS
[& ordinatis ab eis.]

¶ *Quia schismatici incidunt in hæresim diuidendo se ab vnitate Ecclesiæ, & constituendo sibi sacerdotes & reliquos clericos. 24. q. 1. loquitur: ideo subijcitur ista rubrica. Abbas.*

De hac materia habetur 24. q. 1. in multis cap. & q. 3. in §. quia verò, & 7. q. 1. denique, de consecr. dist. 2. prima, inquit. & 23. quæst. 3. in multis cap. 12. q. 2. alienationes. 1. q. 7. qui in qualibet, de consecrat. dist. 4. hi qui apud, & c. seq. & c. ostenditur, & in pluribus cap. eiusdem distinctio.

† Hæc verba: & ordinatis ab eis, desunt in omnibus manuscriptis.

† Lateranē. scilicet sub Alex. iij. c. 2. & c. 3. eo. tit. in 1. cōpilat. & vide notas in hoc decretum.

TITVLVS VIII.

De Schismaticis [& † ordinatis ab eis.]

¶ Ex Concilio Laterañ.

¶ *Irrita sunt ordinationes, beneficiorum collationes, & Ecclesiasticarum rerum alienationes per schismaticos facta: & à dignitate & ordine suspēduntur, qui schisma tenere iurant.*

CAP. I.

Qvod à prædecessore nostro: *& infra.* ¶ Ordinationes ab Octauiano [a], & Guidone hæresiarchis factæ, & ab ordinatis ab eis, irritas [b] esse censemus. Adiicientes, vt qui dignitates Ecclesiasticas, seu beneficia per dictos schismaticos acceperunt, careant impetratis. Alienationes [c] quoque: quæ per eosdem schismaticos, seu per Laicos factæ sunt de rebus Ecclesiasticis omni careant firmitate [d], & ad Ecclesias sine omni onere reuertantur. Si quis autem contraire præsumpserit, excommunicationi se nouerit subiacere. ¶ Illos verò, qui sponte iuramentum, de tenendo schismate præstiterint, à sacris ordinibus, & dignitatibus decernimus manere suspensos.

Qvod à prædecessore.] Ponit quatuor dicta, quę patent per §§. Abb.

CASVS. Tempore Alexandri Papæ fuit schisma in Romana Ecclesia, & tunc iste Octauianus ordinatus est per schisma in Papam, & post illum Guido. Isti schismatici plures ordinauerunt in Episcopos, qui adhæserant eis: quidam etiam sponte iurauerunt de schismate tenendo: per istos schismaticos alienationes de bonis Ecclesiarum factę fuerunt: illi etiam dignitates, & beneficia contulerunt. Super his omnibus statuit Lateraneñ. Concilium, ordinationes ab istis duobus factas, & ab ordinatis ab eis, irritas esse. Item qui dignitates Ecclesiasticas, seu beneficia per dictos schismaticos acceperunt, careant impetratis: & alienationes, quæ per dictos schismaticos, seu per laicos factæ sunt de rebus Ecclesiasticis, omni careant firmitate, etiam ad Ecclesias libere reuertantur, & si quis contraire præsumpserit, excommunicatum se nouerit, & illi, qui sponte iurauerunt de tenendo schismate, à suis ordinibus, & dignitatibus nouerint se suspensos. Nota, quòd ordinationes schismaticorum carent executione, & alienationes ab eis factæ nullæ sunt.

a ¶ *Octauiano.*] Hic Octauianus Ioannis maledicti, vocatus fuit Victor, & vixit annis nouem, & mensibus septem: eo mortuo successit ei Guido: iste vocatus est Paschalis. Isti duo schismatici fuerunt, quorum facta hîc damnantur. Bern.

b ¶ *Irritas.*] a *Vt 9. q. 1. ordinationes.* Et intellige, quantùm ad executionem, nisi cum eis fuerit dispensatum: *j. cap. prox.* vel nisi ordinatus probaret se nesciuisse illum fuisse schismaticum, qui ordinauit, *vt 9. q. 1. ordinationes, simi. 1. q. 1. si quis à simoniacis:* quia tunc dispensatur cum mercede: quia conferunt sacramenta, dummodo in forma Ecclesiæ: sed non executionem, quia eam non habent.

a De materia huius glos. vide Magistrũ, & Doctores lib. 4. sent. dist. 13. & B. Thom. 2. 2. q. 83. art. 7.

c ¶ *Alienationes:*] *Sic 11. q. 2. alienationes.*

d ¶ *Firmitate.*] Quia dum Ecclesia habet pastorem hæreticum vel schismaticum, vacare intelligit. *s. de præscript. c. 1.* vnde non valent, quæ à tali Prælato fiunt in iudicium Ecclesiæ. *12. q. 2. si qua de rebus.* Sed pone, quòd talis Prælatus acquisiuit aliqua Ecclesiæ, videtur similiter, quòd non teneat: commodum enim cum incommodo compensari debet. *ff. de neg. gest. si negotia.* Credo tamen, quòd illud in fauorem Ecclesiæ introductum est, quòd si acquirit, teneat, nec cassabitur: quia quod fauore alicuius introductum est, nec conuenit in eius læsionem retorqueri. *C. de legat. quod fauore. & ff. de mino. si index.* Vinc.

Fraternitati.] In prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio ibi, *Priorem.* Abbas.

CASVS. Quidam prior ordinatus fuit schismatico: quæsitum fuit à Papa, quid agendum sit de ipso? Respondet dominus Papa, quod poterit ab officio repelli, nisi probauerit secum misericorditer dispensatum fuisse, & ab illa persona, quæ dispensandi habuit potestatem. Nota, quòd qui dicit secum fuisse dispensatum, dispensationem probare tenetur, & per talem, qui poterit dispensare.

¶ *Glos. seq. recit. per quæst. an scienter promouens, &c. & tenet, quòd non submittit de probatione dispensationis, & distinguit inter crimen publicum, & occultum.*

¶ Innocentius iij. Bisuntiñ. Archiepiscopo.

¶ *Ordinatus à schismatico, ab officio est repellēdus, nisi probet secum dispensatum per habentem potestaē.*

CAP. II.

Fraternitati † tuæ: & *infrà.* ¶ Priorem, quam à schismatico asseris ordinatum, ab officio poteris repellere incunctanter nisi legitimè probauerit secum fuisse misericorditer dispensatum [e], & ab ea persona, quæ super hoc potestatem [f] habuerit dispensandi.

e ¶ *Dispensatum.*] Nota [b], quod non sufficit ad probandum dispensationem cum aliquo factam quòd à tali ordinatus est, qui sciebat, eum indignum, & qui cum eo poterat dispensare. *s. de cler. coniug. diuersis fallaciis, & 51. dist. qui in aliquo, in fi. 81. distin. quicunque, in fin.* vbi deponitur concubinarius ordinatus ab eo, qui secum poterat dispensare. Exigitur ergo, vt intendat dispensare: quod expressa causa præsumitur. *50. dist. clerico iacente. 16. q. 1. cùm pro vtilitate. 55. distin. priscis,* poterit autem probari dispensatio per testes. vel si occultũ est peccatum, confiteatur Episcopo in secreto, & petat dispensationem, & obtineat litteras super hoc. Si verò publicum fuerit crimen, & publicè dispensatũ est, postea accusari non poterit. *s. de fil. presbyter. ex tua, & s. de accusat. de his.* Si verò dispensatur in occulto, adhuc potest accusari: quia etiā post pœnitentiam potest quis accusari. *33. q. 2. admonere.* Vinc.

¶ *Glos. seq. recit. per q. quis dispenset cum tali, &c. ponit opin. & tenet contrarium.*

b Ad declarationem huius glo. vide Henricum Boich. in c. veniens. s. de fil. presb.

† Ca. vnico. eo. ti. in 2. cōpil. Et de materia textus, & glossæ pręter Doctor. hîc vide Bernard. Diaz, in pract. crimino. ca. 24. & seq.

f ¶ *Potestatem.*] Aliàs nisi haberet potestatem, nihil esset actũ. *s. de consuet. ad nostram, Cod. si à non compet. iudic. l. vlt.* & hoc fortè ideo dicit, quia ipse quidem schismaticus conuersus ad vnitatem Ecclesiæ, & receptus in ordine suo, cum ordinato à se dispēsare non posset, sicut nec Episcopus simoniacus cum ordinato à se dispensare non potest. *1. q. 5. præsentium. Ibi,* non Episcopo: quasi dicat, si pecunia esset data Episcopo, ipse non posset dispensare cum eo, qui dedit: & quia hoc Papa non retinet sibi dispensationem, aliis permittere videtur: si enim ipse tantum dispensare posset, sibi hoc reseruasset. *vt s. tit. prox. excommunicamus. § sane.* sed potius credo, quòd solus Papa possit dispensare cum eo, qui scienter ordinem à schismatico recepit. *arg. s. de elect. quia diligentia:* sicut Papa solus dispensat cum eo, qui in apostasia ordinem recepit. *j. tit. prox. cap. vlt.* & hoc satis innuitur ex eo, quod dicit: Ab ea persona, quæ potestatem, &c. Ioan. tamen dicit, quòd Episcopus dispensat cum schismatico. arg. 50. distinct. vt constitueretur. Bern.

Vide Bernardinum Diaz, in prac. crim. can. c. 104.

TITVLVS IX.

De apostatis †, & reiterantibus baptisma.

¶ Alexander tertius.

¶ *Clericus, qui dimisso habitu, & tonsura immiscet se enormitatibus: perdit priuilegium canonis: Si quis suadente, vnde eum deprehendentes non incidunt in canonem, scilicet excommunicationem.*

† Vide S. Tho. 2. 2. q. 12. ar. 1. Eymeri. com. in Directorio Inquisitor. par. 2. q. 49. vbi dixi, & Hostien. in sum. tit. de apostatis, & Conc. Triden. sess. 24. de reform. c. 11.

CAP. I.

Præterea † Clerici, qui relicto ordine Clericali †, & habitu suo, in apo-

† Cap. 2. eod. tit. in 1. cōp. & post Concil. Lateran. p. 16. cap. 16.

† Vox, clericali, deest in vetustiorib. exemplaribus.

DE APOSTATIS, ET REITERANTIBUS BAPTISMA.

¶ *Quia hæretici, & schismatici incidunt in apostasiam: ideo congruo ordine subijcitur ista rubrica. Et quoniam reiterantes baptismum videntur apostatare, dum recedunt à priori baptismate: ideo subdit de reiterantibus baptismum. Et aduerte, quia secunda decretalis facit tantùm ad secundam partem rubricæ: aliæ verò faciunt ad primam partem. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 6. q. 1. in multis cap. & 11. q. 3. Iulianus, & cap. seq. 50. dist. cap. vlt. 6. q. 1. legi. 10. q. 3. cap. 1. & 2. & 3. q. 3. cap. 1. 2. & 3. de consecrat. dist. 4. non licet fieri: vsque ad cap. presbyterus. 2. q. 7. alieni. 16. q. vlt. non obseruetis.

Præterea.] Non summatur per Ioan. And. & fortè propter breuitatem, & varietatẽ lectionũ: sed dominus Antonius sic summat: Clericus sine habitu, & tōsura deprehensus in crimine, non gaudet priuilegio clericali. Sed certè hæc summatio est nimis generalis, & contra multos canones, & maximè contra *c. si iudex laicus, de sent. exco. li. 6.* & contra

contra cap. contingit, & cap. in audientia. ȷ. *de sent. excommunic.* vnde aliter summo: & primò secundùm vnum intellectum sic: Per censuram Ecclesiasticam non liberantur clerici à manibus laicorũ, si sine habitu, & tonsura sunt deprehensi, si prius se habebat per omnia, vt laici, hoc dicit. Vel sic, secundum alium intellectum, vt in rubro: & non recipit congruam diuisionem. Abbas Siculus.

Casvs. Dicitur in capitulo isto, quod clerici qui habitum clericalẽ, & tonsuram dimittunt, & in apostasia tanquam laici conuersantur, si in criminibus deprehensi teneantur, præcipit Papa per censuram Ecclesiasticam illos non liberari. Nota, quòd Ecclesia non defendit clericos in criminibus cõprehensos, & detentos.

¶ *Glos. sequ. distinguit triplicem apostasiam.*

a ¶ *Apostasia.*] Est autem triplex apostasia [a], scilicet perfidiæ, quando quis recedit à fide. 2. *q.* 7. *non potest.* Inobedientiæ, quãdo quis trãsgreditur præceptũ, ȝ. *de mai. & obe. si quis venerit, & c. illud.* Irregularitatis, cum quis recedit ab ordine suo, siue semper religionis, vt hic, *& 50. dist. c. vlt.* & dicitur apostata, id est, retrò stans. *q. vlt. c. potest. 3. q. 4 si quis verò, & c. beatus* Vinc.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & tripliciter soluit.*

b ¶ *Liberari.*] *Argum. contra.* ȷ. *de sent. excom.* si verò aliquis: illud intelligitur, qñ clericus, licet tonsuram nõ portat, aliàs clericaliter se habet: si verò tãquam laici per omnia se habebant. Vel sic, non denegatur hoc, quin capiẽtes tales sint excõicati, sed Ecclesia non præcipit illos liberari, *sic* ȝ. *ne cler. vel mon. c. 2.* Si verò tertio essent admoniti, & se nõ correxerint, nullo priuilegio postea gauderẽt. ȷ. *de sen. excõ. in audientia & c. contingit:* & si de talibus vis intelligere, quod hic dicit, planum est.

† Ca. 3. eod. tit. in 1. cõp. & post Concil. Later. par. 26. c. 1. Et quàm sit graue sceins rebaptizare, docet B. Clemens lib. 6. c. 15 constit. Apostolicarum.

a De materia huius glossæ vide citatos in principio tituli, adde Simancam catho. instit. titu. 7. & 5ũ missas, verbo, Apostasia: & Alphõsum Castrum lib. 1. cap. 7. de iusta hęret. punit.

† videtur.

...stasia [a] tanquam laici conuersantur: si in criminibus comprehensi teneantur, per censuram Ecclesiasticam non præcipimus liberari [b].

Idem Abbati sanctæ Genouefæ.

¶ *Si crimen Acolythi, qui rebaptizanti præbuit ministerium, est occultum, promoueri potest: si publicum, non nisi cum eo religionem intrante dispensetur.*

CAP. II.

Ex † litterarum tuarum tenore perpendimus, quòd quidam ægritudine longa confectus, insano [c] sortilegarum mulierum credens consilio, vt sanaretur, per iterationem fecit iniuriam [d] baptismatis sacramẽto: *& infra.* ¶ Quia ergo tua nos duxit prudentia consulendos, qualiter puniri debeat Acolythus [e], quem minor ætas [f], & intentio [g] fraternæ salutis excusare videtur †: Discretioni tuæ præsentibus litteris respondemus, quòd ad superiores ordines promoueri (si publicum est, quod proponitur) non [h] valebit: nisi ad religionem transire voluerit, vt fauore religionis [i] ipsius, circa eum valeat dispensari. Si verò occultum est, promoueri poterit, & excessum suum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

Ex litterarum.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Quia ergo.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam ægritudine longa confectus, de consilio quarundam mulierum, vt citiùs sanari posset, se fecit iterum baptizari: quidam acolythus frater illius infirmi, ministerium præstitit scienter presbytero baptizanti: quæsitum fuit, qualiter puniri debeat acolythus iste, qui minoris erat ætatis, & vt frater eius saluari posset, hoc fecit: vnde excusandus videbatur? Respondet Papa, quòd ad superiores ordines non potest, si publicum est factum eius, promoueri, nisi ad religionem transire voluerit, vt fauore religionis dispensetur cum ipso: si verò occultum est, poterit promoueri, & de commisso pœnitentiam agit. Nota argu. quòd ætati minori parcendum est. Item baptisma iterari non debet. Item fauore religionis dispensatur cum aliquo.

c ¶ *Insano.*] Et verè insano, de consecrat. *dist. 4. qui bis. 51. dist. qui in aliquo. 24. q. 1. miramur. §. his auctoritatibus.*

¶ *Glos. seq. quærit, & soluit.*

d ¶ *Iniuriam.*] Quod fieri non debet. 1. *q.* 1. *quod quidam, de consecrat. dist. 4 ostenditur, & 24 q. 1 miramur. § his auctoritatibus.* Sed quid est facere iniuriam sacramento? Dixit Vinc. animæ [b] insignitur quædam imago, siue pictura, vel character: vnde si alia imago superponeretur, illa prima pictura obscuraretur: & ita videretur obscurari primum sacramentum.

e ¶ *Acolythus.*] Supple, qui ministeriũ suũ præstitit rei nefandæ. Additio. E. sic erat in antiqua compilatione: quam si videris, facilius intelliges hoc cap.

¶ *Glos. seq. arguit, declarat, & remittit.*

f ¶ *Minor ætas*] *Argum.* quòd ætati minori [c] subuenitur, *de consecrat. dist. 4. cor. & cap. qui bis, & 15. q. 1. c. illud. §. itaque, in fin. & ff. de minor. auxilium. §. in delictis:* ibi, nisi quatenus miseratio, *& cap. argu. ff. eod. si ex causa. §. nunc videndum:* sed illud verum est, quòd minor ætas non excusat in totum: sed miseratione ætatis mitiùs punitur. *ff. eod. auxilium. § in delictis, &* ȷ. *de delict. puer. pueris. vbi de hoc.*

b Plures, & veriores causas, cur baptismus non debeat iterari tradit B. Thom. 3. p. q. 66. artic. 9. quem omnino videat.

c De materia huius glo. vide latè per Tiraquellũ, trac. de pœnis temperandis, aut remittendis, causa 7. & quæ dixi li. 2. cõmentar. in Directorium inquisitor. Schol. 12.

g ¶ *Intentio.*] Vnde facilè abstergitur hæc culpa, propter fraternam pietatem. 22. *q.* 2. *si quælibet.*

h ¶ *Non valebit.*] Nam delicti manifestatio dispensationem prohibet propter scandalum, quod non est in occulto: immo post actam pœnitentiam, & in susceptis remanere, & ad alios promoueri potest præter reos homicidij. ȝ. *de tempor. ordin. c. vlt.*

¶ *Glos. seq. not signat contrariũ, soluit distinguendo, & opin. ponit.*

i ¶ *Religionis*] Ex hoc videtur, quòd ingressus religionis non tollit irregularitaté, ex qua sine dispensatione promoueri nõ potest. *Arg. contrà.* ȝ. *de fil. presbyt. cap. 1. & 56. dist. cap. 1. & in Authent. de mon. in princip. col. 1* vbi dicitur, quòd ingressus religionis omnem tollit irregularitatem, tollit etiam ingratitudinem. *19. quæst. vlt. non licet.* Sol. irregularitas illa, quæ consurgit ex proprio delicto, non tollitur per ingressum religionis, sed fauore religionis cum eo dispensatur: vt hic, & ȷ. *de eo, qui fur. ordin. re. cap. 1.* cum verò nõ surgit ex delicto proprio, vt ȷ. *de pur. cano. accedens:* tunc per ingressum religionis tollitur illa irregularitas, ita quòd sine dispensatione potest ad ordines promoueri, vt in contrariis, sed non ad dignitatem sine dispensatione. ȷ. *de panit. in quibusdam.* ȝ. *de fil. presbyter. cap. 1.* Quidam dicunt, quod in neutro casu tollitur, sed defertur tantùm ad facilitatem dispensandi. Bernard.

† Ca. vnico, eo. ti. in 3. cõpilat. Et vide Hostiensem in summa. tit. de apostatis. §. qualiter puniantur.

† Idem scilicet Innoc. iij. in Concilio generali Late. c. 70. Et vide notas in hoc decretum.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Infamatus de apostasia, compellitur se purgare.*

CAP. III.

Tuæ † fraternitati: *& infrà.* ¶ Super secundo articulo inquisitioni tuæ duximus respondendum: Quòd Clerici, qui sunt de apostasiæ crimine infamati, qui videlicet abiecerunt habitum Clericalem [k], non sunt in sæculari habitu tolerandi [l]: sed per districtionem Ecclesiasticam coërcendi, donec deficiente probatione ad infamiam abolendam purgationem canonicam curauerint exhibere.

¶ Idem † in Concilio generali.

¶ *Baptizati, alterius sectæ, vel fidei ritus dimittere compelluntur.*

CAP. IV.

Qvidam (sicut accepimus) qui ad sacri vndam baptismatis voluntarij † accesserunt, veterem hominem om-

† voluntariè.

Tvæ.] Primò ponitur decisa consultatio. Secundò responsio ibi, *Super secundo.* Abbas.

Casvs. Quidam clerici infamati erant de apostasia, qui abiecerant habitum clericalem: quæsitum fuit, vtrùm deberent taliter tolerari, vel compelli, vt habitum reassumant? Respondet Papa, quòd clerici, qui taliter sunt infamati, tolerandi non sunt in habitu sæculari, sed per censuram Ecclesiasticam coercendi, vt habitum reassumant, donec se purgauerint deficiente probatione. Nota clericos cõpellendos, vt habitum clericalem dimissum reassumant. Item infamatus ad purgationem cogi debet.

k ¶ *Habitum Clericalem.*] Qui habitum clericalem abiicit, nisi trina monitione præmissa etiam ipsum reassumat, perdit priuilegium clericale. ȷ. *de sent. excom. in audientia & c. contingit. 2.*

¶ *Glos. seq. quærit obiiciendo, & soluit.*

l ¶ *Tolerandi.*] Sed quare nõ sunt tolerandi in habitu sæculari, cùm liceat illis, qui sunt in minoribus ordinibus, vxoré recipere, & cum ea morari. ȝ *de cler. coniug. c. 1. 32. dist. si qui verò. & c. lectores, & c. seriatim.* apostata enim excommunicatus non est. Vt cesset omnis obiectio, intellige, quòd hic dicitur, de eo, qui infamatus est in ordine sacro, vel in aliqua professione, cui non licet vltra ad sæculum redire: vnde tolerandi non sunt in habitu sæculari, sed per censuram Ecclesiasticam compellendi, nisi se purgauerint, accusatore deficiente redire ad ordiné, vel religionem: *arg.* ȝ *de reg. ex pen. & 10 q 3 cor. qui semel.* Immo incarcerari possunt. ȷ. *eod. c. 1.* ne damnabiliter euagentur. De alijs in inferioribus ordinibus constitutis intelligi non posset: quia possunt renunciare in totum ordini clericali. ȝ. *de vit. & honest. cler. c. vlt. &* ȝ. *de cler. coniug. Ioannes, & c. pen. & vlt.* Bern.

Qvidam.] Iudæi baptizati ritus Iudaicos compelluntur dimittere. Primò ponit Iudæorum baptizatorum excessum, contra quem secundò prouidens duas auctoritates præmittit, & duas rationes submittit. Secunda ibi, *Cùm autem.* Abbas. Sicul.

Casvs. Quidam Iudæi, seu infideles voluntarij baptizati fuerunt: veruntamen reliquias prioris ritus non reiiciunt: vnde

Christianæ

Christianæ religionis decorem confundunt: quæsitum fuit in concilio, quid de talibus sit agendum? Cùm maledictus sit homo, qui duabus viis terram ingreditur, & indui non debeat veste de lana, & lino contexta, statuit concilium, vt per Prælatos Ecclesiarum tales obseruantiæ veteris ritus compescantur, vt sicut libero arbitrio ad baptismum accesserunt, ita necessitas coactionis eos in eius obseruatione conseruet: cùm minùs malum existat viam Domini nó agnoscere, quàm post agnitam retroire. Nota, quòd qui baptismum recipiunt sponte, compellendi sunt, vt fidem obseruent. Item duabus viis homo ire non debet. Item plùs peccat Christianus aberrans à fide, quàm ille, qui fidem non agnouit.

Ecclesia. c. 3. Exo. cap. 22.

...nino non exuunt, vt nouo [a] perfectiùs induantur: cùm prioris ritus reliquias retinentes, Christianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cùm autem maledictus sit homo, qui terram duabus [b] viis ingreditur, & indui veste non debeat, lino, lanáque [c] contexta: Statuimus, vt per Prælatos Ecclesiarum talis obseruantia veteris ritus omnimodo compescatur: vt quos Christianæ religioni liberæ voluntatis [d] arbitrium obtulit, salutiferæ coactionis necessitas, in eius obseruatione cōseruet: cùm minus malum existat viam Domini non agnoscere, quàm post agnitam retroire [e].

¶ Honorius 3. Archiepiscopo Turoneñ.

¶ Apostata incarcerari, & affligi possunt, vt habitum reassumant.

CAP. V.

A Nobis † expetiit tua fraternitas edoceri, quid de apostatis sit agendum, cùm in custodia detinentur, qui minis [f], vel blanditiis [g] nullatenus possunt induci, vt abiectum habitū reassumant. Ad quod tibi breuiter respondemus, quòd tales (si volueris) poteris † sub graui custodia carcerare, ita quòd solummodo vita sibi misera reseruetur [h], donec à suæ præsumptionis nequitia resipiscant [i].

a ¶ *Vt nouo.*] Istud, vt non tenetur consecutiue, sed tronicè hîc dicitur: quia non induunt nouum hominem, ex quo reliquias prioris hominis retinent.

2. Petr. 2.

b ¶ *Duabus viis.*] Nisi quandoque ratione officij. *3. q. 7. §. tria, in fin. & ex. de præsumpt. litteras. & ff. de rei vindic.* inter officium: sed illud ignorauit, quòd præstaret patrocinium in re sua.

c ¶ *Lanáque.*] *16. q. 7. in noua. & ex. de elect. & electi pot. cum causam:* & nemo debet claudicare in duas partes. *49. dist. c. vlt.* & nemo potest duobus dominis seruire. *26. dist. acutius, & ex. de cleric. coniugat.* diuersis fallaciis: nemo autem filius Dei & diaboli simul esse potest. *de pœnitent. dist. 1. c. resuscitatus. §. item vt Christus ait:* Nec duobus dominis seruire, vt ibi.

† Vide Hosti. in sum. ti. de apostatis. §. qualiter puniantur, & Bernardinum Diaz in pra. crim. cano. c. 104.

† potes.

d ¶ *Voluntatis.*] Sicut enim libero arbitrio homo obediens serpenti periit: sic se gratia Dei vacante propriæ mentis conuersione saluetur: sed tamen si conditionali conditione coactū fidem susceperint, eam seruare coguntur. *45. distin. de Iudæis, & cap. 1. & 2. & 23. q. 5.* ad fidem, & hic.

e ¶ *Retroire.*] Quia qui posuerit manum ad aratrum, & respexerit retrò, non est aptus regno Dei. *ex. de voto & voti* [illegible]*, sic 12. quæst. 1.* scimus, in fine, *de pœnitent. distinct. 4. si refugientes, versus fin.* Bernard.

A *Nobis.*] Communis diuisio. Secunda ibi, *Ad quod.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam clerici apostatæ in custodia detinentur, nec induci possunt minis, vel terroribus, vt habitum reassumant: quæritur, quid de his sit agendum? Respondet Papa, quòd tales sub graui possunt custodia detineri, & carcerari, ita quòd solummodo misera sibi vita reseruetur, donec à malitia sua resipiscant. Nota clericos apostatas posse in carcere detineri, donec à sua nequitia resipiscant.

f ¶ *Minis.*] Commutando diuinum iudicium. *2. q. 1. si peccauerit. 24. q. vlt. si res 27. q. 1. cap. vlt & ex. de tempo. ord. c. vlt.*

g ¶ *Blanditiis.*] Blanditiis enim, & non asperitatibus ad fidem est aliquis inuitandus. *45. distinct. qui syncera.* minis & præmiis quandoque. *23. q. 4.* debet homo: tamen si isti apostatæ per huiusmodi non proficiunt, fiat, quod hîc dicitur: quod intelligo de his, qui sunt in sacris ordinibus, aut in aliqua professione: *vt supra eod. tit.*

h ¶ *Reseruetur.*] Sicut reseruatur vita de misericordia filii, eorum, qui crimen læsæ maiestatis committunt. *6. q. 1. cap. quæro. §. verum, ver. fin. C. ad l. Iul. ma.* si quis cum militibus, vt vitam sibi pœnam existiment. *74. distin. 1.* quorundam: sic clericus potest vxorem suam ligare. *33. quæst. 2.* placuit, vt sic pœna doceat huiusmodi obedire, *suprà de electio. cùm in cunctis, & 27. qu. 1. si homo esses.*

i ¶ *Resipiscant.*] Tunc cum venia poterit recipi: quia Ecclesia non claudit gremium redeuntibus. *C. de sum. Trinit. inter claras, in fi. Et est arg. 1. q. 7. si quis omnem.*

¶ Idem Archiepiscopo Lugduneñ. †

† Lunden.

¶ Monachus in apostasia ordinatus, non potest sine dispensatione Papæ in suscepto ordine ministrare.

CAP. VI.

COnsultationi † tuæ breuiter respondemus, quòd Monachus aliquem sacrum ordinem in apostasia recipiens, quantumlibet suo fuerit reconciliatus Abbati, & receperit pœnitentiam, absque dispensatione [k] Romani Pontificis ministrare non poterit in ordine sic suscepto.

COnsultationi.] Casvs. Quidam monachus sacrū ordinem in apostasia recepit: tandem pœnitentiam agens, Abbati suo recōciliatus fuit: quæritur, vtrùm ministrare possit in ordine sic suscepto? Respondet Papa, quòd quantumcunque reconciliatus fuerit, & pœnitentiā egerit, absque dispensatione sedis Apostolicæ in ordine sic suscepto ministrare non potest. Nota, quòd solus Papa dispēsare potest cum eo, qui in apostasia ordines suscepit, vt in ordinibus sic susceptis ministret.

† Vide præ aliis hic Henricum Boich, & Hostiensem præcedenti c. citatum.

k ¶ *Dispensatione Romani Pontificis.*] Hic ergo Papa reseruat sibi dispensationem, *sic ex. de hæret. excommunicamus. §. sanè, sic ex. de filiis presbyt. cap. penult. & vlti.* Item si iterata vnctione fuerit maculatus. *1. q. vlt. cap. saluberrimum, in fin.* Item qui rebaptizati sunt, *de consecrat. dist. 4. qui bis, & cap. eos, quos.* Item & qui in subuersionem fidei, ordinationem recipiunt ab hæreticis. *1. q. 7. conuenientibus, in fin.* in quibus casibus solus Papa potest dispensare: tamē si ad aliam religionem transisset, & ordinem ibi suscepisset, sine dispensatione posset in suscepto ordine ministrare, *supra, de tempo. ordin. ex parte:* quia ordinem non suscepisset in apostasia. Bernard.

TITVLVS X.

De his, qui filios occiderunt.

¶ Alexander iij. Tornaceñ. Episcopo.

¶ Mulier occidens sponte filium, debet perpetuò in monasterio pœnitere: si tamen timetur de incontinentia, datur, vel saltem non denegatur sibi licentia nubendi.

CAP. I.

VEniens † ad nos M. mulier lacrymabili nobis confessione monstrauit, quòd cum de quodam filium genuisset, & ille sibi sæpe turgido vultu improperasset, quòd filius eius non esset, ipsa iracundiæ [l] calore ducta, eundem filium interfecit [m]: *& infrà.*

† Ca. 1. eod. ti. in 1. comp. & post Concil. Lateranē sub Alex. iij. par. 50. c. 12. Et præter Decreta hic vide late per Hostiens. in summa hoc eo. tit.

DE HIS, QVI FILIOS occiderunt.

¶ Suprà quatuor proximis titulis visum est de his, qui peccant principaliter in Deum: consequenter restat videre de his, qui peccant in hominem, & in Deum etiam, vt de committentibus homicidium: sed quia inter homicidiorum genera, homicidium filiorum est grauius, ideo primò de his præmittitur. Abbas Siculus.

VEniens.] Loquitur ista decretalis in foro animæ: & duæ sunt partes, consultatio, & responsio. Secunda ibi, *Mandamus.* Abbas.

Casvs. Quædam mulier filium de quodam susceperat, [illegible] verò improperabat eidem, quod eius filius non fuisset: vnde ipsa diabolico furore accensa filium interfecit: vnde ipsa lacrymabiliter ad Papam accedens, petiit sibi impendi consilium salutare: Mandat Papa Episcopo loci, vt laboret eam inducere, vt ad aliquod monasterium transeat, in quo pœnitentiam agat de commisso. Si autem ad hoc induci non poterit, det ei licentiam, vt in Domino nubat: quia tutius videtur, vt nubat viro, quàm inhoneste multos admittat. Nota, quòd dominus Papa votum reuocat, & commutat, etiamsi de iure naturali debeatur.

l ¶ *Iracundiæ calore.*] *11. quæst. 3. ira sæpè, & capite cùm apud.* Bernardus.

m ¶ *Interfecit.*] Sic *ex. cap. prox.* De pœna istius habes *C. eo tit. l. vnica:* secundum canones non ita puniuntur: quia Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, *& c. 26. q. 6. agnouimus. & 23 q. vlt. his à quibus.* De hac pœna secundum canones dicitur *ex. eo. c. vlt.*

a Præter Decreta hic vide legislas in d. l. vnica. C. de his, qui parentes, vel liber. occidit. & in §. alia deinde. Instit. de public. iud.

a ¶ Multos

a ¶ *Multos.*] *Simil. 31. q. 1.* quomodo virginibus, *& simi. 3. qui dic. vel secun. venens*: si autem non esset præsumptio de ipsius incontinentia, non daretur sibi licentia contrahendi propter crimen suum. *23 quæst. 2. in adolescentia.*

I *Ntelleximus.*] Non diuiditur. Et loquitur in foro animæ, vt dixi in præcedenti cap. Abbas.

Casvs. Quædam mulier diabolo instigante filiam suã occidit, propter quod dominus terræ maritũ ipsius ipsam compulit abiurare. Significatum fuit hoc domino Papæ: vnde mandat Episcopo diœcesis, quatenus super hoc ita prouideat, quod de commisso excessu pœnitentiam agat, & saluti suæ, & filiorum consulatur: & non obstante iuramento prædicto, eam viro suo restituat, ita quòd filios suos possit liberè gubernare. Nota, quod iuramentum illicitum non est seruandum. Item nullum maleficium separat matrimoniũ legitimè contractum, quò minùs alter alteri adhærere teneatur: nisi esset crimen idololatriæ.

b ¶ *Abiurare.*] Et malè: quia quos Deus coniunxit, homo non separet. *33. q. 2. cap. 2.* & ob hanc causam eam maritus dimittere non posset. *32. quæ. 2. quicquid. & qu. 7. omnes causationes.*

c ¶ *Iuramento.*] Tale iuramentum illicitum fuit. *s. de iureiur. inter nos*: tamen in hoc non multùm peccauit: quia compulsus hoc fecit, sed potiùs debuit quælibet mala pati, quàm malo consentire. *33. q. 5. istæ.* vnde iurare non debuit: quia sine periculo salutis æternæ seruare non potuit iuramẽtum: mitiùs tñ agatur cũ ea, propter filios, quos debet nutrire.

† *Cap. 2. tit. 11. in 1. comp. & post Concil. Later. par. 50. c. 25.*

a *Id est, si est et sic, aut causa cuiuslibet alterius infidelitatem, non tamen dissoluit matrimonium legitimè contractum. Concilium Trident. sess. 24. de sacramento matrimonij. canon. 5.*

¶ Mandamus, quatenus eam labores inducere, vt ad aliquod monasterium transeat, in quo peccata sua perpetua pœnitentia deploret. Si autem (repugnante carnis fragilitate) ad hoc induci noluerit, licentiam in Domino nubendi tribuas: quia tutius nobis videtur, vt in Domino nubat vni soli, quàm inhonestè multos a admittat.

¶ Lucius iij. Parisien. Episcopo.

¶ *Mulier occidens filiã, propter hoc à viro separari non debet, sed alia pœnitentia sibi imponitur.*

CAP. II.

I Ntelleximus †, quòd M. mulier filiam paruam furore accensa diabolico iugulauit: propter quod dominus terræ, maritum eius, & ipsam compulit abiurare b. Quia verò illam alios habere filios intimâsti: Mandamus, quatenus ita super hoc prouideas, quòd sui sceleris pœnam luat, & saluti eius, ac filiorum per tuam prouidentiam cõsulatur: & non obstante iuramento c, quòd à viro dictus dominus proponitur extorsisse, eam (sicut expedire videris) eidem viro restituas: ita quòd filios suos liberè possit, & pacificè gubernare.

¶ Idem.

¶ *Se[illegible] ponens pœnitentiam parentum, circa quos pueri reperiuntur oppressi.*

CAP. III.

D E † infantibus autem, qui mortui reperiuntur cum patre, & matre, vel non apparet, verùm à patre, vel à matre oppressus sit ipse, vel suffocatus, vel propria morte defunctus: non debent inde securi esse parentes, nec etiam sine pœna d: sed tamen consideratio debet esse pietatis, vbi non voluntas, sed euentus e mortis causa fuerit. Si autem eos † non latet, ipsos interfectores esse, scire debent se grauiter deliquisse. Quidam autem pœnitentiam trium annorum iudicant esse debere, quorum vnum peragant in pane, & aqua.

† *Cap. vnico, eo. tit. in 2. compil. Et vide notata in hanc decretalẽ, & Sylu. in summa, verbo, homicidium, 2. q. 23.*

D *E infantibus.*] Casvs. Infantes aliquando reperiuntur mortui cum patre, & matre in lecto, nec apparet, verum à patre, vel à matre oppressi sint, vel propria morte defuncti: quæritur, quid sit in hoc casu agendum patri, vel matri? Respondet Papa, quòd parentes non debent esse inde securi, nec sine pœna: verumtamen discretio pietatis debet adhiberi, vbi non fuit voluntas, sed euentus mortis causa. Si verò eos interfecerint: scire debent se grauiter deliquisse. Quidã dicunt, quòd pœnitentiam trium annorum agere debent, quorum vnum peragant in pane, & aqua. Nota, quòd in pœnitentia imponenda, voluntas, euentus, & aliæ circumstantiæ consideranda sunt.

¶ *Glos. seq. obijcit, & soluit, determinans demum, quid si sponte, vel casu, ex graui, vel leui culpa, vel ex nulla.*

d ¶ *Nec etiam sine pœna.*] Sed si non constat eos interfectos à patre, vel matre, sed euentus fuit causa mortis, non debet eis pœnitentia imponi: quia non peccauerunt. licet hoc non constet, tamen ad cautelam tutius est, quòd inde pœnitentiam agant: quia forsitan minorem diligentiam illis adhibuerunt, *argu. 23. q. 5. excommunicatorum, & 34. q. 2. in lectum mariti*: quia bonarum mentium est, ibi culpam timere, vbi culpa non est. *s. de consecr. ... consecratum, § 2. & j. 5. distinct. ad eius verò, & j. de pœnit. & remiss. quæsitum. Et argum. s. de sponsal. iuuenis*, & hoc secundum discretionem pietatis, vt hic dicit, ad arbitrium imponentis: vt in *cap. quæsitum, de pœnit. & remis.* Si verò sponte hoc fecerint, tunc grauissima pœnitentia debet eis imponi, aliquantulùm maior, quàm pro alio homicidio: quia magis peccare videtur proprium filium occidendo. *Argum. j. de homi.* cum iuramento, *& de pœnit. distinct. 1. cap. aut facta*: & secundum leges fortiori pœna puniuntur. *C. eod. titu. l. vnica, & ff. ad leg. Pompe. de parricidiis. l. 1.* Si non casu, sed culpa graui præcedente, tunc pœnitentia vij. vel v. annorum est eis imponenda. *argument. 50. distinct. si qua fœmina, si quis sponte, & j. de pœnit. & remis. quæsitum.* Si verò leuis culpa præcessit, potest imponi pœnitentia trium annorum, vt hic dicit. Si autem nulla præcessit culpa, vel negligentia, de iure in nullo sunt puniendi. *Argument. j. de homic. ex litteris. 1.* sed ad cautelam (vt dictum est) debet imponi propter ambiguum duplicitatis, consideratis omnibus circumstantiis, *de pœnitent. distin. 5. consideret, & j. de pœnit. & remiss. in qui. Tanc.*

e ¶ *Euentus.*] *50. dist. studeat.*

† *Vox, eos, deest in quibusdam exemplaribus.*

TITVLVS XI.

De infantibus †, & languidis expositis.

Gregorius nonus.

¶ *Infans expositus à patre, vel alio, eo consentiente, vel ratum habẽte, hoc ipso à patria potestate liberatur. Idem in seruo, & liberto, qui ob prædictam causam liberantur à dominica potestate. Et idem iuris est in prædictis languidis cuiuscunque ætatis sic expositis: vel si eis alimẽta denegantur: hi tamen, qui prædictis alimenta præstiterint, nullum ius in eis acquirunt.*

Cap. I.

S I † à patre, siue ab alio sciẽte f ipso, aut ratũ habẽte g (relegato pietatis h officio) infans expositus extitit: hoc ipso à potestate fuit patria liberatus i.

DE INFANTIbus, & languidis expositis.

¶ *Quia exponentes infantes, & languidos, eos quasi occidunt, ideo post rubricam præcedentem, subiicit istam. Abbas.*

De hac materia tractatur 87. dist. cap. vlt. & infrà in rubrica de homicidio, ver. quid iuris de infantibus.

† *In codice Barbatiæ ita: De infantibus languidis, vel expositis.*

S I à patre.] Casvs. Si à patre, aut ab alio (patre sciente, aut ratum habente) infans expositus fuerit contra officium pietatis, hoc ipso filius à potestate patria est liberatus: & in hoc casu libertus efficitur ingenuus, & seruus in libertatem eripitur. Et hoc idem intellige de languidis prædictis expositis, cuiuscunque ætatis fuerint, vel si alimenta alicui de prædictis personis, scilicet filiis libertis, & seruis languidis negari contigerit: veruntamen qui hoc suscipiunt, propter hoc in eorum personis ius aliquod vendicare non possunt. Nota, quòd ratihabitio in maleficiis retrotrahitur, & mandato comparatur.

† *De materia, & intellectu præter Doctores hic vide Turrecrematam in c. si expositus 87 dist. Syluestrum in summ. verbo, expositus, & Iulium Clarum in pract. crim. q. 83.*

f ¶ *Sciente.*] Ipso simi. *54. distinct. si seruus sciente, & s. de his, quæ. fi. à prælat. si consen. capitul. cap. 2.* & ita est hic argu. quòd qui tacet, consentire videtur, *vt 65. dist. si forte, & 27. dist. diaconus, vbi de hoc.*

g ¶ *Ratum habente.*] Rati enim habitio in maleficiis retrotrahitur, & mandato comparatur. *ff. de vi, & vi armat. l. 1. § sed & si cum quis, & s. de restit. spol. cùm ad sedem, in fin.* & generaliter dicit lex, quòd omnis ratihabitio retrotrahitur. *C. ad Maced. l. si filiusfam. ...* Bernard.

h ¶ *Pietatis officio.*] Et tenera relegato: quia debuerunt viscera eius commoueri super filio suo, supra de præsumpt. afferre, & paternus affectus omnem vincit affectum. *C. de cura. fur. l. vltim.*

¶ *Glos. seq. distinguit, & recit. potest fieri ... contrarium. de cap. fin 87 distinct.*

i ¶ *Liberatus.*] De istis expositis habe. *87. distinct. cap. vltim.* & intelligas illud secundum istud. Nota ergo super hoc: aut exponitur infans sciente patre, vel domino, seu patrono, aut ignorante. Si sciente, & non contradicente, vel ratum habente expositus sit, filij sic expositi sui iuris existant, liberti in ingenuitatem, serui in libertatem eripiantur: & multò magis si ipsemet ipsum exposuit: quia nec dicere suum postea poterit,

p° terit, qui percutientem cõtempsit. C. eo. tit. l. 2. & 3. tenor. quarũ hic comprehenditur: si enim ipsum alere nõ poterat, cum in Xenonem mittere debuit, vel quo poterat modo eum adiuuare. C. de lati. lib. tol. l. unica. §. sed scimus. & videtur, quod nunquã homicidæ damnentur, ut 87. dist. c. vlt. & ff. de libe. agno. necare: vnde expositi sanguinolenti dicuntur. C. eod. in rubr. Si verò ignorante, vel inuito, non præiudicat ei, quin possit illum repetere, sed restituat expensas: nisi à fure vendiceretur. C. eo. l. 1. & hic in prin. vbi dicit, sciente eo, aut ratũ habente: ergo si ignorante, vel contradicente, non nocet patri, vel domino. c. illud, si expositus, intelligit Hug. qñ infans expositus est ab alio, quàm à patre, vel domino, vt tunc possit repeti post contestationẽ publicè factã infra decem dies, & hoc cap. nõ contradicit. Bern.

† In codice Barbatiæ item: Nam etiam in hoc casu, &c.

† Vide Cõc. Trident. sess. 14. de refor. c. 7.

† Exo. ca. 21. & c. 1. eo. tit. in 1. cõpilat.

¶ Glos. seq. inducit simile de monacho.

a ¶ Languidis.] Idem iuris est circa prædictas personas cuiuscunque ætatis sint, si languidæ fuerint, siue alimenta eis impiè negentur, vt tam filij sui iuris efficiantur, quàm serui, & liberti in libertatem, & ingenuitatem eripiantur: quia habent hos pro derelictis. ff. pro dere. l. vlt. & C. de lati. lib. tol. l. vnica. §. sed scimus: nec ad eorum bona vlteriùs aspirabunt, vt §. sed scimus. Sic & Abbas debet recolligere monachũ suũ ne damnabiliter euagetur, ne pereat. ĩ. de relig. & transe. ad relig. c. vlt. quòd si non fecerit, & ille in sæculo remanens aliqua acquirat, & sic moriatur: monasterium, quod neglexerit illum ab ipsius bonis maneat segregatum: argu. prædicti. §. & est hic argum. ad hoc, quod crederem, si monasterium ipsum expulit, vel etiam si redire voluit salua ordinis disciplina, & non fuit admissus: quia sic impiè alimenta negauit. Bern.

† De multiplici intellectu præter Antonium Butrium, & alios hic vide Guidonẽ Papæ, decisio. 121. incip. in camera.

† Cap. 4. eod. tit. in 1. cõp. Burchard. lib. 11. cap. 60. & li. 19. c. 5. Iuo par. 13. c. 46. Gratianus sub palea. 13. q. 2. c. vlt. & vide notas in hoc cap.

Nam † & hoc casu in ingenuitatem libertus, & seruus in libertatem eripitur, quod & de prædictis cuiuscunque ætatis languidis [a], si expositi fuerint, vel si alicui eorum alimenta impiè denegari contigerit, est dicendum. Sanè qui hos suscipient, non possunt propter hoc in eorum personis ius aliquod vendicare [b].

TITVLVS XII.

De homicidio voluntario, vel casuali.

¶ In Exodo †.

Homicida incorrigibilis debet deponi, & tradi curiæ sæculari, vt moriatur.

CAP. I.

SI † quis per industriam [c] occiderit proximum suum & per insidias [d], ab altari meo euelles eum, vt moriatur.

¶ Ex pœnitentiali Romano †.

¶ Ponit pœnitentiam occidenti latronẽ cùm se poterat aliter liberare: si verò aliter liberare se nõ poterat, non tenetur agere pœnitentiam, nisi ad cautelam.

b ¶ Vendicare.] Immò liberi erunt, & sibi acquirunt, vt C. eod. tit. l. vlt.

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO, vel casuali.

¶ *Viso de homicidio in specie: meritò subijcit rubricam generalem de homicidio: & quia homicidium quoddam est necessarium, quoddam voluntarium: vt ĩ. eod. sicut dignum: ideo subijcit de vtroque. Abbas.*

De hac materia tractatur 50. dist. §. quòd verò. vsque ad §. sed exemplo. 23. q. 5. quæst. vlt. si quis. & de pœnit. distinct. 1. periculose. vsque ad cap. si propterea, & c. si quis cum telo. & cap. seq. & præced. 15. q. 1. & 32. q. 2. quod non est, & duobus cap. seqq. & 33. q. 2. latorem.

S *I quis.*] Non potest congruè summari propter breuitatem, & lecturarum varietatem: sed secundum intellectum glossæ hoc dicit: Homicida ex proposito, non gaudet immunitatibus Ecclesiasticis: hoc dicit, sed iste intellectus non procedit de iure, vt in cap. fin. de immu. Eccl. vt dicit Panorm. immò potiùs debebat in illo titulo collocari. Ideo ad illum intellectum sic summari potest: Homicida ex proposito, debet deponi ab altaris ministerio. Abbas.

C A S V S. Dicitur hic, quod si aliquis per industriam, vel insidias hominem interfecerit, euellatur ab altari, & interficiatur. Nota, quòd publicus latro ab Ecclesia extrahi potest immunitate non obstante.

c ¶ *Per industriam.*] Secus, si casu, argu. 15. q. 1. si quis non iratus, & ĩ. in pluribus capitulis.

¶ *Glos. seq. addit duos similes casus.*

d ¶ *Per insidias.*] Simi. 24. dist. §. de his, ille qui per aggressionis insidias occidit, ab Ecclesia immunitatem non habet, de tali loquitur hic: nec publicus latro. ĩ. de immunit. Eccles. inter alia, & C. quando lib. vni. sine indic. se vin. l. 1. & 2. & 17. q. 4. §. vt antiquitus. Item, qui ea spe in Ecclesia, vel cœmeterijs delinquunt, vt ibi liberentur, non defenduntur ibidem. ĩ. de immun. eccles. cap. vlt. & ita ille euelletur ab altari, si confugerit illuc. Bern.

CAP. II.

INterfecisti † furem aut latronem [e], vbi comprehendi poterat absque occisione: quia ad imaginem [f] Dei creatus est, per quadraginta dies non intres Ecclesiam, & lanea veste [g] indutus ab escis [h] & potibus, qui interdicti sunt, & à thoro [i], gladio [k], & equitatu, illos supradictos dies abstineas. In tertia autem, & quinta feria, & sabbatho, aliquo genere leguminum, vel oleribus, pomis, & paruis pisciculis cum mediocri ceruisia [l] vtere temperatè [m]. ¶ Si autem sine odij meditatione, te tuáque liberando, huiusmodi diaboli membra interfecisti (secundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei) si aliquid ieiunare volueris, bonũ [n] est tibi: & eleemos. nam fac largiter. Si † presbyter eadem fecerit, non deponatur [o]: tamen quandiu viuit †, pœnitentiam agat.

I *Nterfecisti.*] Duæ sunt partes. Secunda ibi, *Si autem.* Abbas.

C A S V S. Dicitur hic, quod si aliquis interfecit furem, vel latronem, quẽ capere poterat absque occisione, quadraginta dies in pane, & aqua pœniteat: & alia facere debet, quæ in littera sequuntur. Si verò sine odio liberando se, & sua, huiusmodi hominem interfecit (secundùm indulgentiam dicit: quia ad imaginem Dei factus erat) si aliquis ieiunare voluerit, bonum erit, & eleemosynam faciat. Si autem presbyter hæc eadem fecerit, non deponatur: tamen quandiu viuit, pœnitentiam agat. Nota, quod quàdiu aliquis se defendere, vel sibi consulere aliter potest, neminem (etiam se defendendo) occidere debet.

e ¶ *Latronem.*] Non intelligas de publico nocturno depopulatore agrorum: quia licitũ est occidere illum. C. quando li. vni. sine ind. l. 1. & 2. sed non clericis †. Bernard.

f ¶ *Ad imaginem.*] 33. q. 5. hæc imago: vnde facies hominis, quæ facta est ad imaginem cœlestis pulchritudinis, minimè maculetur. C. de pœnis. si quis in metallum. Bernard.

† Vide beatum Thom. 2. 2. q. 64. art. 2. & seq. & Dominicum Sotum lib. 5. de iustitia, & iure. q. 1. per multos articulos.

† Vide Bernardinum Diaz in pract. crim. can. cap. 88.

† vinea.

† Exod. c. 22. Augustin. quæstionum in Exod. q. 84. vt refert Iuo par. 10. c. 43. referens c. 5. eo. tit. in 1. cõpil. & vide notas in hoc cap.

¶ Augustinus super Exodo †.

¶ Non occiditur fur diurnus sine culpa, sed nocturnus sic.

CAP. III.

SI perfodiens [p] inuentus fuerit fur, & percussus mortuus

g *Lanea veste.*] Id est, cilicio. 50. dist. in cap. Bernard.

h ¶ *Ab escis.*] 2. dist. denique.

i ¶ *A thoro.*] Quantum in ipso est, vt non exigat: sed reddat exactus. 33. q. 4. cap. vlt. & q. 5. si dicas, sic ĩ. de sent. excommun. inquisitioni. Bernard.

k ¶ *Gladio.*] Hoc prohibetur omni pœnitenti. 33. q. 3. admonere, & de pœnit. dist. 5. falsas: vbi dicitur, quod ab omnibus illicitis est abstinendum, non quòd militare sit malum. 23. q. 1. militare. sed propter pronitatem peccandi prohibentur pœnitentes.

l ¶ *Ceruisia.*] De Anglia fuit, vbi fuit ceruisia.

m ¶ *Temperate.*] Id est, non vltra tertiam vicem, vt in illa palea. 44. dist. quando presbyteri.

n ¶ *Bonum est tibi.*] Saltem ad cautelam: quia bonarum mentium, &c. ĩ. de obseru. ieiun. consilium. §. 2. & 3. dist. ad eius.

¶ *Glos. seq. recit per quæ.*

o ¶ *Non deponatur.*] Quia non dicitur directè homicidium fecisse, tamen irregularis (vt credo) factus est quia potius debuit dimittere sua, quàm ipsum interficere. ĩ. eod. suscepimus: sed dispensatur cum eo, vt beneficiũ habeat ex misericordia sine ordinis executione. arg. 28. dist. presbyterum. Vel intellige, vt dicitur, ĩ. eo. sicut in glo. quæ incipit, not. in fi. quando non potuit euitare.

a Vide beatum Tho. 2. 2. q. 64. art. 4. & Sotum lib. 5. de instit. & iure, q. 1. artic. 4.

b De hoc articulo vide omnino Couarruuiam super Clem. si furiosus, de homicidio, in 3. relectionis parte. §. vnic. & de Syluestrum in sum. verbo, homicidium. 3. q. 16.

S *I perfodiens.*] Primo ponuntur verba Exodi. Secundo verba Augustini exponentis. Secunda ibi, *intelligitur.* Abbas.

C A S V S. In Exodo legitur: *Si perfodiens domum inuentus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit, non imputabitur illi homicidium, Si autem orietur super eum Sol, reus erit.* Augustinus exponens verba ista dicit, quod si nocturnus fur occiditur, non reputatur homicidium. Si autem diurnus, ad homicidium pertinet: quia poterat discernere, quòd ad furandum venisset, non ad occidendum: vnde non debuit occidi: hoc etiam in sæcularibus legibus inuenitur, scilicet nocturnum furem impunè occidi, (quibus ista est antiquior) diurnum non. quòd si defendat se telo, iam plus est, quàm fur. Nota quod magis causa facti, quàm ipsum factum considerari debet. Item nocturnus fur impunè interfici potest, diurnus non autem.

p ¶ *Si perfodiens.*] De nocte scilicet, per id quod sequitur. Bern.

a ¶ *Interi-*

fuerit, non eſt illi homicidium imputandum. Si autem oriatur Sol ſuper eum, rèus erit.

¶ Intelligitur [a] ergo non pertinere ad eum homicidium, ſi fur noctùrnus † occidatur: ſi autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinere. Hoc eſt enim, quod ait. [ſi oriatur Sol ſuper eũ, &c.] quia poterat diſcernere quòd ad furandum, non ad occidendum veniſſet: & ideo non debet occidi. Hoc etiam in antiquis legibus ſæcularibus [b] (quibus iſta eſt antiquior) [c] inuenitur; impunè ſcilicet occidi nocturnum furem, quoquomodo: diurnum autem, ſi ſe telo [d] defenderit: iam enim plus eſt, [e] quàm fur.

¶ Hieronymus. †

¶ *Sub generali pollicitatione, ſeu promiſſione etiam iurata, non venit illicitum.*

CAP. IV.

CVm iuramento pollicitus eſt Herodes ſaltatrici dare, quodcũque poſtulaſſet ab eo, ſi ob iuſiurandum [f] feciſſe [g] ſe dicat, ſi patris, matriſve interitum poſtulaſſet, facturus [h] eſſet, an non [i]: quod ergo in ſuis repudiaturus fuit, contemnere debuit [k] in Propheta.

¶ Ex concilio Guarmacien.

¶ *Homicida eſt, qui facit, vel dat ſortilegia, vel venena ſterilitatis.*

CAP. V.

SI † aliquis cauſa explendæ libidinis, vel odij meditatione, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandũ dederit, vt non poſſit generare, aut concipere, vel naſci ſoboles, vt homicida [l] teneatur †.

Alexander iij. Exonien. † Epiſcopo.

¶ *In pœnitentia imponenda, iudex debet attendere circunſtãtias, ex quibus augetur, vel minuitur delictũ. h. d. vſque ad §. illi autem.*

CAP. VI.

SIcut † dignũ: *& infrà.* ¶ Sanè, cùm vir diſcretus exiſtatem litteræ. Abbas Siculus.

a ¶ *Intelligitur.*] Hucvſque ſunt verba Exodi, poſtea ſunt verba Auguſtini exponentis Auctoritatem. Bern.

b ¶ *Legibus ſæcularibus.*] *ff. ad l. Aquil. itaque §. lex. & ff. ad leg. Cor. de ſica. furem.* Sed pone, quòd vult me interficere: nunquid poſſum eum præuenire? Dicunt quidam, quòd ſic. *arg. C. ad leg. Cor. de ſica. l. 1. & 3. & 4. de inſti. & iure, vt vim. & l. prædicta, itaque. in principio.* Sed pone quòd percuſſit me, & receſſit: nunquid poſſum eum inſequi, vt percutiam? Hug. dicit, quòd non: quia ſic iniuriam vellet vlciſci, & non repellere eã: quod non licet. *46. diſt. ſeditionarios.* quia incontinenti, & ſine interuallo licet vim vi repellere. *Ʒ. de ſentent. excomm. ſi vero. 1. & Ʒ. eo. ſignificaſti 2. vbi de hoc.*

c ¶ *Antiquior.*] Quoniam à lege diuina omnis ſcientia ſumpſit exordium, *38. diſt. cap. legimus. §. hinc etiam.* & ita primò fuit lex diuina, quàm ſæcularis.

d ¶ *Telo.*] Telorum nomine ſuſtes, & lapides intelliguntur. *ff. fur. ſi pignore. §. furem.* & ferrum, & omne quod arcu, & manu mittitur. *Inſti. de publicis iud. § item lex Corneli. Vin.*

e ¶ *Plus eſt.*] Et ita videtur, quod liceat ſe vindicare. *C. quando liceat vnicuique ſe vind. l. 1. & 1. diſt. ius naturale.* Ber.

CVm.] Iuramentum generale non extenditur, vt quis teneatur ad homicidium, hoc dicit. Abbas.

CASVS. Herodes cum iuramento promiſit puellæ ſaltanti daturum quicquid peteret, etiamſi dimidium regni ſui poſtulaſſet: puella illa de conſilio matris petiit caput Ioannis Baptiſtæ, & accepit: dicit Hieronymus: Si propter iuſiurandum hoc feciſſe ſe dicat, nunquid ſi patris, vel matris poſtulaſſet interitum, facturus eſſet hoc, vel non? quaſi dicat nõ feciſſet: ergo quod non feciſſet in ſuis, contemnere debuit in Propheta. Nota, quòd iuramentũ non extenditur ad illicita. Item, quòd quis non faceret in ſuis, non debet in alijs attentare. Item qualem diligentiam adhibet quis in ſuis rebus, talem adhibere debet in alienis.

f ¶ *Si ob iuſiurandum.*] Verba ſunt Hieronymi exponentis prædicta verba.

g ¶ *Feciſſe.*] Homicidium ſcilicet.

¶ *Gloſ. ſequ. reci. per q. an in ſuis facere debuiſſet.*

h ¶ *Facturus eſſet.*] Certe non debuit facere: quia in generali ſermone, ſiue promiſſione multa excipiuntur. *ff. de ſerui. ſi cui.* quia omnia licita intelliguntur excepta. De hoc habes plura. *ar. Ʒ. de iureiu. quemadmodum.* & ea etiam non veniunt, quæ ſpecialiter non dediſſet. *ff. de pig. l. obligatione.* vnde Herodes non fuit obligatus ſuo iuramento, vt daret caput Ioannis mulieri ſaltanti, per illa verba generalia: Quodcunque poſtulaſſet, &c. quia ſi ſpecialiter petiiſſet, non dediſſet: & ideo tale iuramentum ipſum non excuſauit [a].

¶ *Glo. ſeq. reci. per q. an excuſetur, ſi de facto in ſuis, &c.*

i ¶ *An non.*] Quaſi dicat, non: immò ſi feciſſet in ſuis, non ideo debuiſſet facere in alijs. Nam in proprijs ſtultitia culpanda, in alienis coercenda eſt. *ff. ſolu. matri. ſi conſtante. §. ſi maritus.* non enim ad minorem diligentiam tenetur in rebus alienis, quàm in ſuis. *C. man. in re mandata. Inſtitu. quib. mo. re con. obli. §. at is qui ff. commo. ſi vt certo.* & bona fides abeſſe præſumitur, ſi rebus ſuis exiſtentibus ſaluis, res depoſitas amiſiſti. *Ʒ. depoſ. bona fides.*

k ¶ *Debuit.*] *dift. humanum genus. 50. diſt. pondere. 2. q. 1. primo ſemper.* Ber.

SI aliquis.] CASVS. Si aliquis cauſa libidinis explendæ, vel odio, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel dederit ad potandum, vt non poſſit generare, vel concipere, vel quòd ſoboles non naſcatur, vt homicida tenetur. Nota, quòd aliquis occaſionaliter eſt homicida.

¶ *Gloſ. ſeq. diſtinguit pœnam legalem, ſpiritualem, & irregularitatem: diſtinguit etiam, an conceptum ſit animatum, nec ne.*

l ¶ *Vt homicida.*] Quantùm ad pœnam legalem. *ff. de pœn. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. & ff. ad l. Cor. de ſica. ſi mulierem.* & quantùm ad pœnam ſpiritualem: ſed non eſt irregularis, ac ſi hominem interfeciſſet. Illa etiam regularitas non contrahitur niſi actu homo interficiatur iã animatus. *Ʒ. eod. ſicut. & 32 quæſt. 2. quod verò.* quia non videtur homicidium feciſſe, vt ibi dicitur, & *ſ. ſeq.* Vnde ſi quis percuſſerit mulierem, & abortum fecerit, ſi informatum erat conceptum, punitur pecunia, vt *ead. cauſa & quæſt. Moyſes.* vnde talis dicitur homicida occaſionaliter *86 diſt. paſce fame. & 87. diſt. ſi expoſitus. & C. de infan. expoſi. l. vlt. & § ſe liber. agno. necare. & 55. diſtin. ſi quis abſciderit.* Bern.

SAnè.] Præmittẽpro intellect huius capitis, q. Papa mandauit Epiſcopo Exonien. quatenus abſolueret omnes occiſores beati Thomæ, & alios, qui fuerant eius morte culpabiles: Epiſcopus verò committitus repetit varios variis culpis adſtrictos: vnde dubitauit de pœnitentia iniungenda tempore abſolutionis, & hoc conſuluit Papam: qui ſibi reſpondit, vt habetur in littera: & aliter non ſummat. Ioan. And. propter prolixitatem litteræ. Abbas Siculus.

CASVS. Rex Angliæ ad ſuggeſtionem quorundam fecit occidi Archiepiſcopum Cantuarien. quorum quidam venerunt ad confeſſionem ad Epiſcopum Exonien. Epiſcopus Exonien. quæſiuit à Papa, qualiter cum illis eſſet agendum? Reſpondet ei Papa, cùm ipſe ſit vir prouidus, & diſcretus, plene nouit, quòd in exceſſibus ſingulorum quædam ſunt conſideranda: videlicet quantitas, & qualitas delicti, ætas, ſcientia, ſexus, & conditio delinquentis, & locus, & tempus, quo delictum committitur: iſtis conſideratis pœnitentia debet imponi: quia idem exceſſus plùs in vno, quàm in alio punitur. Tandem reſpondet ad quemlibet articulum, de quo quæſiuit. Secundò dicit, quòd illi, qui venerũt animo occidendi, feriendi, aut capiendi illum ſanctum virum, tamen manus non iniecerunt in illum, ſi de captione alia mors ſubſecuta fuiſſet, pari pœnitentia, vel ferè pari, ſunt puniendi cũ occiſoribus. Tertiò dicit, quòd illi, qui non venerunt, vt ferirent, ſed vt ferrent opem percuſſoribus, ſi ab alijs impedirentur, paulò minori pœnitentia debent puniri: quia ſcriptum eſt: *Qui poteſt hominem liberare à morte, & non liberauit, eum occidit*: quia conſtat eos immunes non eſſe à reatu homicidij, qui venerunt, vt occiſoribus opem ferrent. Quartò dicit, quòd illi qui ſe aſſerunt animum Regis inflammaſſe ad odium, vnde homicidium ſecutum fuit, dure, & aſpere ſunt puniendi, ſed non ita ſeuere, niſi forte ipſum Regem ad homicidium prouocaſſent, cùm alias id nõ feciſſet: Quintò dicit, quòd illi non fuerunt immunes à culpa, nec debent eſſe immunes à pœna qui licet ignari fuiſſent homicidij, in cuſtodiendis tamen rebus ſuis miniſterium præbuerunt. Sextò dicit, quòd illi, qui occupauerunt bona illius ſancti viri poſt mortem ipſius, ſi nihil aliud fecerũt, à pœna mortis ſunt immunes, ſed illa, quæ occupauerunt, reſtituere tenentur illis, quorum fuerunt, ſi habent, vnde reddere poſſint: & licet quidam dicant ſe illa pauperibus erogaſſe: non ſufficit eis, ſi poterunt illa eis, quorum fuerunt, reſtituere.

ILLIS PRÆTEREA. Dicitur hic, quòd illis, qui participauerunt illis excommunicatis, pœnitentia debet indici, ſi ſcienter participauerunt eiſdem, conſiderata mora temporis, & vtrùm affectione, vel timore participauerunt.

CLERICVM AVTEM. In iſto vltimo §. dicitur, quòd clerici, qui armati tanto facinori interfuerunt, vel conſilium dederunt, vt ſanctus vir caperetur, perpetuò ab altaris miniſterio ſunt deponendi, & in eccleſijs nullo tempore lectiones legant, vel reſponſoria, in choro ſeparatim canent, & in clauſtro monachorum, vel canonicorum regularium (ſi fieri poteſt) ſunt recludendi

† De hoc articulo vide pitnè per Iuliũ Clarum lib. 5. ſenten. § homicidiũ. verſ. vltima iſt defenſio. Antonium Gomezium to. 3. variar. reſolu. cap. 3. de homicidio & Couarruuiam in Cle. ſi furioſus. de homicid. in 3. par. relectio nis. §. vnico.

† 8. Hieronymus ſuper Matthæum ca. 14. refert Burchardus lib. 12. decret. ca. 16. Inop. & ca. 73. & c. 6. eo. tit. in 1. compil. Et de materia plurima huc ſpectantia tradit Iaſon in Lꝫa ſtipulatus, la grande ff. de ver. obli. vbi Alexander.

a Conſideratione digna ſunt de hac re beati Hieronymi verba præcitato loco dicentis ita: Ego non excuſo Herodem quòd inuitus & nolẽs propter iuramẽtũ homicidiũ fecerit: qui ad hoc fortè iurauit, vt futuræ occiſioni machinas prepararet. hæc ille, ſequitur mox reliqua huius verba.

† Guarmacien. ſed Burchardus lib. 17 decret. c. 57. tribuit cõcilio Wormacien. 30. habetur ead. cap. 13. eo. tit. in 1. compil.

† Vide Syluestrum in ſumma verbo homicidiũ 2. q. 19 & Antoniũ Gomezium to. 3. variar. reſolut. cap. 3. nu. 32. & 33.

† tenetur.

† Exonien.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. compilatione, & poſt concilium Lateran. ſub Alex. iij. p. 35. c. 1. Et de materia, & intellectu huius illuſtris decretalis præter Doctores hic vide Iulium Clarum in § homicidiũ. & Antoniũ Gomezium to. 3. varia. reſol. cap. 3. & Couarruuiam in Clement. ſi furioſus. de homic. par. 2. relectionis. § 2.

cludendi, ita quòd vsque ad septennium, vel quinquennium debeant ab introitu Ecclesiarum coerceri. Nota in principio capituli, quòd in pœnitentijs imponendis consideranda sunt quantitas, & qualitas delicti, ætas, scientia, sexus, atq; conditio delinquentis, locus, & tempus, quo delictum committitur. Item dignitas personæ aggrauat delictum. Item voluntas punitur, licet non processerit ad factum. Item consentientes, & agentes, & opem dantes, pari pœna puniuntur. Item de persuasu tenetur quis. Item in debito facultas debitori considerari debet. Item argumen. de rebus alienis, & male acquisitis eleemosynas fieri nó posse. Item non remittitur debitú, sed augetur, si alij soluatur, quod alij ex debito debetur. Item mora téporis aggrauat peccatum. Item timor attenuat culpá. Item ignorantia excusat participantem cú excómunicatis. Itẽ consilio committitur homicidium.

...stas, plenius nosti [a], quòd in excessibus singulorum non solùm quantitas [b], & qualitas [c] delicti; sed ætas [d], scientia [e], sexus [f], atq; conditio [g] delinquentis sunt attendẽda; & non solùm secundùm prædicta, sed secundùm locum, & tempus, quo delictum committitur, vnicuique pœnitentia debet indici: cùm idem excessus magis sit in vno, quam in alio puniendus [h].

¶ Socians homicidam animo occidendi, licet non apponat manum, si tamen ex sua causa mors secuta est, tenetur ferè pari pœna cum homicida. Hoc dicit vsque ad §. illi etiam. Abbas Siculus.

¶ Illi † autem, qui animo occidendi [i]; feriendi, aut capiendi illum sanctum, & reuerendum virum quondam Cantuarieñ. Archiepiscopum, citra manuum iniectionem se fatentur venisse [k]: si de illa captione mors [l] eius secuta fuisset, pari pœnitentia †, vel fere pari existerent puniendi.

¶ Qui sociat homicidam tantum animo prohibendi, ne impediatur: tenetur paulò minori pœna. Hoc dicit vsque ad §. qui verò.

¶ Illi etiam, qui non vt ferirent, sed vt percussoribus opem ferrent, si fortè per aliorum violentiam impedirentur, paulò minori debent pœna mulctari: quia cùm scriptum † sit: [Qui potuit [m] hominem liberare à morte, & non liberauit, eum occidit:] constat ab homicidij reatu immunes non esse, qui occisoribus opem [n] contra alios præstare venerunt: nec caret scrupulo [o] societatis occultæ [p], qui manifesto facinori † desinit obuiare.

¶ Incitans alium ad homicidium, minus punitur, quàm homicida: secus autem, si incitauit ad certum homicidium: nam eo secuto, tenetur, vt homicida. Hoc dicit vsque ad §. hi quoque.

¶ Qui verò se asserunt animum

a ¶ *Plenius nosti.*] Simile 11. *dist.* c. *eis.*

b ¶ *Quantitas.*] An sit enorme, vel mediocre: adulteriú, vel incestus.

c ¶ *Qualitas.*] An sit occultum, an manifestú.

d ¶ *Ætas.*] 15 *q.* 1. *illud reatum peræquè.* Bernar.

e ¶ *Scientia.*] An sit discretus, vel non sanæ mentis. 3. *q.* 9 *indicas.* vel minus discretus

f ¶ *Sexus.*] 32 *q.* 6. *indignantur.*

g ¶ *Conditio.*] 22. *q.* 5. *qui compulsus.* & *de pœni. distin.* 1. *cap. aut facta.* Hæc, quæ hic tanguntur, & alia expressè habentur *de pœni. dist.* 6 *consideret.* & j. *de pœni. & remis. si qui.*

h ¶ *Puniendus.*] 11. *q.* 5. *qui viderit.* s. *de hæret. excommunicamus.* §. *credentes in fin.* & s. *de iureiuran. cum quidam. vbi de hoc.*

i ¶ *Animo occidendi.*] Ex corde enim procedũt homicidia, & adulteria. 23. *q.* 8. *occidit.* 15. *q.* 6. c. 1 *ad finem.*

k ¶ *Venisse.*] 50. *distin. studeat.*

l ¶ *Mors.*] Nota, quòd voluntas punitur, licet non processerit ad effectum; & ita propter propositum puniuntur: cõsenserunt enim cooperando. 17. *q.* 4 *omnes.* ideoque puniendi sunt eadem pœna, vt ibi dicitur.

m ¶ *Qui potuit.*] Vnde tenetur, si non prohibuit. 83. *dist.* c. 1 & *cap. error.* & s. *de hæret. c.* 2. alias culpa caret, etsi prohibere non potuit. *de reg. iur. culpa caret.*

n ¶ *Opem.*] 23 *q.* 3 *sit si quæritur.*

o ¶ *Scrupulo.* s. *de test. constitutus.*

p ¶ *Occultæ.*] 86. *d. facientis.*

q ¶ *Inflammasse.*] De persuasu tenetur quis ff. *ad leg. Aqui. item si obstetrix.* § 1 86. *dist. facta* ff. *de ser. cor. l.* 1. § *vlt.*

r ¶ *Prouocassent.*] Forte alias non facturum: vnde æquè tenentur: quia dolo ad hoc induxerunt Regem, qui aliàs forte non fecisset: vt ff. *de dolo,* & eleganter.

s ¶ *Sicarios.*] Sicarij dicuntur à sica, quod significat ferrum, siue cultrum. *Insti. de publi. iudi.* § *sicarij.* & sicarij etiam possunt dici, qui armis vitæ alterius insidiantur. *de pœn. dist.* 1 c. *si quis non iratus.* Vnde tenentur lege Corn. de sicar. ff. *ad leg. Corn. de sica. l.* 1. Ber.

† Vt sequentia apertiùs intelligantur, obseruandum est, Thomam Cãtuarien. Archiepiscopum circa annum Christi 1171. fuisse Alexan. 3. à sceleratis hominib. crudeliter occisum, quia ecclesiasticã libertatem viriliter defendebat: vide c. 41. inci. qua fronte. de appellat. in 1. compilatione.

† pœna.

† Fortassis respicit illud prou. ca. 24. vbi scriptum est ita: Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.

† Ist. in plerisque recentioribus codicibus adest dictio, non, quam abesse oportere & sententia huius loci, & vetera indicant exemplaria.

Regis inflammasse [q] ad odium, vnde homicidium fuit secutum; durè, & asperè, sed non ita seuerè sunt puniendi; nisi fortè Regem ipsum ad illud homicidium suis suggestionibus prouocassent [r].

¶ Custodientes sarcinas occidentiũ, scientes eos esse sicarios, non sunt immunes à pœna homicidij. Hoc dicit vsque ad §. eos insuper. Abbas.

¶ Hi quoque non sunt † à culpa liberi, nec à pœna debent esse immunes, qui licèt fuerint illius machinationis ignari, tamen eis, quos sicarios [s] esse sciebant, in sarcinis custodiendis ministerium [t] præbuerunt.

¶ Occupans bona occisi, non per hoc tenetur de homicidio: & non sufficit occupanti, quòd eroget illa pauperibus, cùm poterit restituere eis, quorum constat fuisse. Hoc dicit vsque ad §. illis præterea. Abbas.

¶ Eos insuper, qui dicuntur illius sancti viri, & suorum, post mortem eius, spolia occupasse: si nihil aliud in tanto facinore commiserunt, à pœna mortis eius arbitramur esse immunes [u]: sed quæ occupârunt, eis, quorum fuerunt, tenentur in integrum restituere [x], si habent [y] in facultatibus, vnde possint ea reddere: & ipsis ex hoc moderata est pœnitentia iniungenda: quia licèt quædam ex his, quæ occupauerunt, fateantur se pauperibus erogasse, non tamen aliena [z] (cùm ipsa potuissent eis, quorum fuerint, † restituere) debuerunt pauperibus erogare.

¶ Participantes interfectoribus in excommunicatione, diuersimodè puniuntur, iuxta modum participationis. Hoc dicit vsque ad §. clericos. Abbas.

¶ Illis præterea, qui sola excommunicatorum participatione se reos esse cognoscunt, considerata temporis mora [a], quo in eadem nequitia perdurârunt, & inquisito, si eis, timore [b], vel

t ¶ *Ministerium.*] Vnde quodammodo consentire videbantur.

u ¶ *Immunes.*] Quia pœnas suos tãtum debet tenere auctores. C. *de pœn. sancimus.* & s. *de his, quæ vi, metusue causa fiunt. cap. quia, iuxta.*

x ¶ *Restituere.*] Quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si restitui potest: vt hic dicit, & 14. *q.* 6. *si res.* 12. *q* 2. *in legibus de pœn. dist.* 5. *falsas.*

¶ *Glo. seq. alleg. contraria, & soluit.*

y ¶ *Si habent.*] Aliàs inanis est actio. ff. *de dol. nam si.* & s. *de restit. spol. olim* *tabu* 2. *sic* j. *de vsur. cùm tu.* & ff. *de furt. itaque fulo.* Ar. contrà. 12. *q* 2. *paternitas.* ff. *qui bon. ce. poss. per totum.* & Cod. *eod. tit. l.* 1 Sol. hoc regulare est, quod si non habet, non tenetur politia: tamen actio non tollitur cum exceptione: imò si perueniant ad pinguiorem fortunam, reddere tenentur. s. *de solut. Odoardus,* ff. *de cessi. bon. si qui bonis. arg.* 26. *q.* 6. *is qui.* & j. *de senten. exc. quamuis in fin.* & ca. *de cætero. in fi.* nisi pro eo iam sustinuisset pœnas corporales: vt 24. *q.* 6 *si res. arg.* 12. *qu.* 2. *fraternitas.* non enim consurget triplex tribulatio. 23. *qu.* 5. *quod ergo.* ff. *de in int. vo. l. vlt.* & s. *de iudi. at si clerici. in fi.* Lau.

z ¶ *Non tamen aliena.*] Quia non remittitur debitum, sed augetur, si alij soluatur, quod alij ex debito est soluendum. s. *de iureiur. cum tu.* & s. *de deci. tua* 2. & 1. *quæst.* 1. *non est putanda.* qu. *dict. oblationes.* 14. *qu.* 5. *cap.* 1. 2. & 3. *c. eleemosyna* & *c. neque.* & C. *de sacrosanct.* [a]. & hoc intellige, si illos, quorum fuerant, poterant inuenire: aliàs sufficit, immò tenentur pauperibus erogare: & nihilominus est talibus pœna imponenda, vt hic dicit, propter peccatum, quod ipsi contraxerunt contrectando res alienas inuitis dominis.

a ¶ *Temporis mora.*] Quia in hoc magis grauãtur; quia lõgo tẽpore talibus participauerunt. s. *de sent. excom. latere.* & *cum in Ecclesiæ.*

b ¶ *Timore.*] Ideo dicit: quia si timore participauerunt, minus puniuntur, licet in totum non absoluantur: quia potius debebant omnia mala pati, quàm malo consentire. 32 *q* 5 *ita ne.* sed si essent violenter attracti, absolutè non punirentur, vt hic patet & s. *quod met. caus. factis.*

† fuerunt.

† fuerunt.

a Si inuito, vel ignorante creditore alteri soluo, non liberor: secus si ipso mandante, vel ratum habente. Io. And.

a ¶ *Asse*

a ¶ *Affectione.*] Ex hoc magis puniuntur: quædam sunt tamen personæ, quæ sine pœna possunt excommunicatis participare. 11. q. 3. quoniam multos. & *j. de sent. excom. inter alia.*

b ¶ *Ignoranter.*] In hoc casu non tenentur, si ignorabant illos talia perpetrasse: quia si ignoras illum excommunicatum esse, non peccas illi participando, nisi illa ignorantia crassa fuerit, & supina. *s. de eo qui remun. epi. cap. 1. & j. de cler. excommun. cap. penult.*

d ¶ *Quinquennium.*] Hæc est amplectenda tamquam benignior, in quam omnes conuenerint. *ff. de arbi. diem proferre. §. si p. decr.*

PResbyterum.] A sacerdotio deponitur percutiens causam disciplinæ, si modum excedat, & mors inde sequatur. Abbas Siculus.

affectione [a] communicauerint scienter, vel ignoranter [b], est pœnitentia indicenda.

¶ *In isto § vsque ad finem ponitur pœnitentia Clericorum præstantium prædictæ mortis auxilium, consilium; vel fauorem. Hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶ Clericos † autem, quos constat armatos interfuisse tanto facinori, & illos, qui consilium [c] dederunt, vt sanctus † vir exprimeretur, perpetuò non solùm ab altaris ministerio deponendos esse censemus, sed etiam quòd in Ecclesiis nullo vnquam tempore lectiones legãt, vel responsoria in choro separatim cantent: sed in psalmis apud Deum de commisso satagant veniam impetrare: Insuper in districto claustro Monachorum, vel Canonicorum regularium (si fieri potest) sunt recludendi: ita quòd vsque ad septennium, vel quinquennium [d], debeant ab Ecclesiarum introitu coerceri.

¶ Idem †.

¶ *Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ si non adhibuit diligẽtiam, quam debuit.*

CAP. VII.

PResbyterum †, qui quendam puerum intuitu disciplinæ percussit in capite, cùm post paucos dies expirâsset [e], tam ab omni altaris ministerio debes [f] perpetuò remouere, quàm ab officio Sacerdotali deponere, si ex ipsâ percussione interiit, vel aliã infirmitatem [g] incurrerit, de qua noscitur expirâsse.

¶ Idem Cusentinẽ. † Archiepiscopo.

¶ *Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam rei illicitæ, vel etiam licitæ secundum alium intellectum; si non adhibuit omnem diligentiam, quam debuit.*

CAP. VIII.

COntinebatur † in litteris tuis, quòd cùm Diaconus præsentium lator, & quidam alij Clerici à vineis Ecclesiæ opere cõsummato redirent, leuiandi laboris gratia, quendam ludũ [h] imitati viatorum, baculos suos studebant iacere in directum, & alter alterius fustem ferire: cuius ludi solet esse conditio, vt qui alterius baculum percuteret, quasi victor pro equo alio vteretur: sed præfati Clerici equitandi licentia non vtentes sola erant iactione † contenti. Quidam autem Laicus, dũ baculum eiusdem [i] Diaconi percussisset, incautus in eum equitaturus insiliit, & sic à falce illius Diaconi, qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo post dies octo expirauit.

¶ *Glos. seq. distinguit homicidium voluntarium, casuale, & necessarium, & in secundo, & in tertio subdistinguit.*

c ¶ *Consilium.*] Nota, quod homicidium committitur facto, cõsilio, præcepto, & defensione. 50. *dist. si quis viduam. & 23. q. vlt. c. vlt. & j. de cle. pug. in duello. cap. 2. & j. eod. significasti 2.* Et sic distingue circa hanc materiam, aut committitur homicidium voluntate, aut casu, aut necessitate. Si voluntate, quod fit tribus modis, facto, præcepto, & consilio, vt c. *prædic. si quis viduam.* & lingua siue adhortatione. *s. eod. §. qui verò. & j. de pœn. quod in dubiis. & de pœn. dist. 1. periculose.* In quocunque istorum casuum quis committit homicidiũ, non solum non debet promoueri, sed in perpetuum debet deponi, vt hic dicit, & cap. si quis viduam. & etiam si Paganum interficiat, irregularis efficitur: siue Sarracenum. 50. *distinct. clericum. & 50. dist. de his clericis. & j. eo. cap. penult.* & cum tali nunquam dispensatur. 50. *dist. miror.* etsi etiam sit occultum, ministrare in suo ordine non potest, cùm omnes alij possint. *s. de temp. ord. cap. vlt. iuxta illud 2. Non ædificabis mihi templum: quia vir sanguinum es. 1. q. 7. si quis omnem.* Si verò casu committitur homicidium, aut dabat operam rei licitæ, aut non: si dabat operam rei licitæ, & adhibuit diligentiam, quam potuit, & debuit, in nullo imputatur sibi, ac si non fecisset. *j. eo. ex litteris 2. & cap. significasti 1. & cap. dilectus. 50. dist. si duo fratres. & c. ibi qui. in prin. & c. sæpe. ad fin. & j. eo. cap. vlt.* nisi scandalum graue esset, vel tanta laboraret infamia, quòd purgatio esset indicenda. *j. eo. ex litteris. 1.* Si verò non adhibuit diligentiam, quam debuit; imputatur ei propter negligentiam, quæ culpæ annumerari videtur in hoc: ita quòd nec promouetur ad ordines superiores, nec vtitur ordine iam suscepto. *j. eo. c. pres. & cap. ad audientiam.* nisi cum eo per dominũ Papam fuerit dispensatum. 50. *dist. clerico iacente & j. eo. tua nos.* Si vero dabat operam illicitæ rei, siue adhibuit diligentiam, siue non, semper imputatur. 56. *dist. clerico.* & si quis voluntate. & *j. eo. continebatur. & c. dilectus. in fi. arg. 15. q. 1. c. illud § vt itaque. de reg. iuris.* culpa est. Si vero necessitate, sub qua continetur, quod primo dixi de defensione: aut necessitas illa fuit euitabilis, aut ineuitabilis; si euitabilis, imputatur: ita quòd ad superiores ordines non potest promoueri: sed in suscepto de misericordia toleratur. 50. *dist. de his clericis.* Si fuerit ineuitabilis, sine omni dispensatione potest in ordine suscepto ministrare 50. *dist. quia te.* quod intelligitur de ineuitabili necessitate: vt puta clericus habebat gladium in manu sua ad defensionem Paganorum: Paganus irruit in eum, ita quòd clericus nullo modo potuit euitare, & iste Paganus mortuus est cum gladio, quam clericus tenebat, præter propositum ipsius clerici. *arg. j. eo. lator.* in quo potest intelligi. *s. eo. cap. 2.* sed ad superiores non ascendet sine dispensatione, vt dicit Io. sed Hug. dixit contra: *j. eo. lator.* sed Io. intelligit illam. *lator* de dispensatione.

CASVS. Quidam presbyter causa disciplinæ percussit quendã puerum in capite, qui post paucos dies mortuus est: quæritur, quid sit agendum de ipso presbytero? Respondet Papa, quòd ab omni ministerio altaris debet perpetuò remoueri, & ab officio sacerdotali deponi, si ex percussione illa interiit, vel aliã infirmitatem incurrit, vnde mortuus est. Nota, quòd qui fines disciplinæ excedit, in culpa est. Item qui causam homicidij præstat, & qui homicidium committit, æqualiter puniuntur. Item arg. quòd ita puniri debet, qui occasionem causæ præstat, sicut & qui causã.

¶ *Glo. seq. arguit contrarium, & soluit.*

e ¶ *Expirasset.*] Et ita excessit fines disciplinæ: vnde in culpa fuit. *ff. ad legem Aquil. præceptoris.* leuis enim castigatio magistris permissa est. *ff. eod. sed & si. §. vlt. & l. seq. & 23. q. 5. c. 1. circa. fi. & j. de sentent. exc. cum voluntate. & c. 1. ar. contra 15. q. 1. si quis* non irato: sed ibi dicit, quantum ad gratiã innocens est, sed non quãtum ad legẽ promotionis. & ita nõ cõtradicit, quia ille quantùm ad gratiam innocens erit, quæ voluntatem requirit, non opus, vt ibi.

f ¶ *Debes.*] *ff. ad le. Cor. de sica. l. 4.* Ber.

¶ *Glo. seq. argu. ab ipsis, & soluit: demum quærit, & soluit.*

g ¶ *Aliam infirmitatem.*] Vnde mortuus fuerit 50. *dist. studeat* quia occasionem dedit. *j. eo. de cetero.* hic est arg. quod ita punitur, qui causam causæ præstat, sicut & qui proximam causam præstat. *j. eo. de cetero. ar. contra ff. si quadru. paup. fec. dica. l. vlt.* Sed illud locum habet, cùm aliàs contra naturam mouetur. Sed nunquid si postquam conualuit, recidiuauit, tenetur magister? ita: nam semper causa efficit. *de pœn. dist. 2. si quis semel. & j. eo. ad audientiam.* saltem propter dubium.

COntinebatur.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Ideoque.* Abbas.

CASVS. Cùm quidam diaconus & alij quidam clerici à vineis suis opere completo redirent, causã leuandi laboris, imitati sunt quendam ludum viatorum, proiiciendo baculos suos in directum, vt alter alterius fustem feriret, cuius ludi conditio talis est, vt ille, qui percutit baculum alterius, quasi victor pro equo vtatur alio: sed clerici equitandi licentia non vtẽtes, sola iactione contenti erant. Quidam laicus superuenit, & percussit baculum diaconi prædicti: ipse statim indiscrete dorsum ipsius diaconi insiliit, & à falce ipsius diaconi, quam ad cingulum habebat, mortale vulnus accepit, de quo infra octo dies expirauit: post hæc diaconus cum litteris Archiepiscopi sui negotium continentibus ad Papam accessit: vnde mandat Papa eidem Archiepiscopo, quatenus si res ita se habuit, eundem diaconum sine licentia Romani Pontificis ad superiorem ordinem non ascẽdere, nec in officio diaconatus ministrare permittat, sed eum dispensatiue permittat in subdiaconatus officio ministrare. Nota, quòd clericus cum laico ludere non debet. Item, qui non adhibet diligentiam, quam debet, in culpa est.

h ¶ *Ludum.*] Iste ludus clericis non congruebat: & ideo si ludendo fecit, fuit in aliquantula culpa. *ff. ad legem Aqu.* Nã ludus.

i ¶ *Eiusdem Diaconi.*] In hoc similiter fuit clericus in culpa; quod

† Pro intelligentia huius §. & glossæ in verbo, consilium, vide Bernardinũ Diaz in pract. crimi. can. c. 83.

a De materia huius glossæ præter ea de his, vide Couarruuiam in Clẽ. si furiosus. de homicid. 2. par. relectionis § 1. & 4.

† dictus.

† Cap. 8 eo. tit. in 3. compilatione, & post concilium Lateran. par. 26 cap. 7. Et de intellectu vide Sylvestrũ in summa, verbo, homicidiũ. 2. q. 2. & Couarruuiã in Cl. si furiosus 2. par. relectionis. § 4. ver. ad vndecimum.

† Aliàs, Cusentino. sed videtur, scribendum, Cõsentino; est autem Consentia, vrbs apud Plinium in Italia.

† Cap. 9 e. t. in 1. compilatione. & post concilium Lateranen. sub Alex. iij. par. 26. ca. 11. Et ero intellectu vide Couarruuiam, & Sylvestrũ in locis præcedẽti cap. citatis: illum nu. 8. hunc verò q. 3.

† iactatione

quòd ludum miscuit cum laico. *arg. 2. q. 7. laicos. 22. dist. his igitur. in prin.* cùm ludus perniciosus non debeat esse impunitus. *ff. de fur. in furti actione. §. cum eo.*

a ¶ *Romani Pontificis.*] ↓ *cap. proxi. contra.* ibi liberè promouetur ad ordines superiores, hic non, sine licentia Papæ. Et idem casus videtur. Quid ergo fines fecit esse diuersos? Solu. hic dabat operam illicitæ rei ludendo cū laico: quod non licet. Vel si etiam licitum fuisset, non adhibuit diligentiam, quā debuit: quia cùm sciret ludi consuetudinem, non remouit falcem à se, vnde fuit in culpa, quare promoueri ad superiores ordines non debet sine licentia Papæ, vt hic dicit. *& in ca. seq.* ludebat cum clerico, & licito ludo: & de illo cultello non sperabatur aliquod mortale, & ille potiùs ingessit se, proiiciendo alium ad terram: & sic non fuit in culpa. *sic 12. q. 4. inter cætera. in fin.* sed ille, qui ipsum proiecit, fuit in culpa. *arg. ff. si quadr. pau. fe. dica. l. 1. §. cùm arietes.* Ioan. verò intelligit *seq. cap.* similiter de dispensatione, & cum eo dispensauit: sed hic reseruauit sibi dispensationem & non negatur, quin cum eo dispensetur, sed ex littera hoc non colligitur. Vel posset dici, quòd quadam ineuitabili etiam necessitate hoc contigit, quod non impedit promouendum: vt dictum est *s. eod. sicut dignum. in penult. nota.* sed idem videtur *in ca. proxi.* sed ibi ludèbat cum laico, vt dictum est: quod non licet clericis. *in cap. seq. cum clerico.* Ber.

† *Diaconem, in antiquis.*
a *Rationem diuersitatis plenè tradit Couarruuias loco præcitato, cum vide to.*
† *Dictio, nō, deest in antiquis codicibus, eam habent recentiores, sed videtur abesse oportere.*
† *Ca. 10. eod. ti. in 1. compilatione, & post concilium Latera. par. 26. c. 14. Vide Couarruuiam, & Siluestrum citatos s. c. 7. illum num. 8. Syluestrum verò q. 4.*
† *Vebeia.*
† *Nebia.*
† *Ca. 11. eo. tit. in 1. compilatione, & post concilium Lateran. par. 50. c. 27.*

¶ Ideoque mandamus, quatenus eundem Diaconum † sine licentia Romani Pontificis[a] ad superiorem gradum non † ascendere, vel in Diaconatus officio nullo vnquam tēpore ministrare permittas: sed cum dispensatiuè ministrare in Subdiaconatus officio patiaris.

¶ Idem Exoñ. Episcopo.

¶ *Homicidium casuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa.*

CAP. IX.

LAtor † præsentiū P. Clericus nobis proposuit, quòd cum quadam die, casu, cum quodam Clerico luderet[b], contigit, quòd ille proiecit istum ad terram[c], cuius cultellus, quem ad latus suum habebat, in alterum incidit, & fortuito casu occubuit vulneratus. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si ita res se habuit & alia iusta causa non impedit, prædictum P. liberè[d] permittas ad sacros ordines promoueri.

¶ Idem Abbati sancti Benedicti de Verbia †.

¶ *Is, ex cuius opera illicita sequitur homicidium, irregularis efficitur.*

CAP. X.

SVscepimus † litteras tuas, per quas cognouimus, quòd cùm lator præsentium in custodia cuiusdam domus cum altero fratre maneret, ingredientes de nocte quidam latrones ad eos, turpiter ipsos in personis affligere, & denudare vestimentis propriis præsumpserunt: in quos isti resumptis viribus insurgentes, ligauerunt[e] illos, & detinere[f] vsque ad notitiam capituli voluerunt. Cùm autem iste, rem ad tuam audientiam perlaturus, ligatos eos in fratris sui custodia dimisisset, & fures se soluere niterentur, frater illos (ne ipse ab eis interimeretur[g]) occidit. ¶ Verùm quoniam expediebat † potiùs post tunicam relinquere pallium, & rerum sustinere iacturam[h], quàm pro conseruandis vilibus rebus, & transitoriis tam acriter in alios exardescere, abstineat iste humiliter ab altaris ministerio: & vterque peccatum suum ad arbitrium[i] tuum studeat expiare. Constat enim eos contra mansuetudinem Ecclesiasticam, ex vtriusque[k] ope interemptos.

¶ Idem Lucanñ Episcopo.

¶ *Dans causam homicidio, irregularis est.*

CAP. XI.

DE † cætero noueris, quòd Diaconus, qui homicidio causam dedisse[l] videtur, non videtur ad Sacerdotium promouendus.

uere niterentur, frater ille timēs ne occideretur ab illis, illos occidit. Ille, qui rem ad notitiā Abbatis deferebat, dubitauit, quod factum illud sibi imputaretur: ad dominum Papam cum litteris Abbatis sui accessit: vnde scribit Papa ipsi Abbati dicens, quod potiùs expediebat relinquere tunicā, & pallium, & rerum sustinere iacturam, quàm pro rebus vilibus, & transitoriis conseruandis taliter in aliquos exardescere: vnde ille abstineat à ministerio altaris, & vterq; illorum ad arbitrium Abbatis peccatum suum studeat expiare: quia constat eos ex studio vtriusque esse interemptos. Nota, quòd qui licitæ defensionis fines excedit in culpa est. Item pro amissione rerum temporalium nullus debet homicidiū incurrere. Item ar. quòd pœnitentiæ sunt arbitrariæ. Item arg. quod ita punitur, qui causam præstat, sicut ipse faciens. Ber.

¶ *Glo. seq. distinguit inter clericum, & laicum, & signat contrarium.*

e ¶ *Ligauerunt.*] In hoc excesserunt fines licitæ defensionis, cum possent aliter euadere: vnde homicidiū subsecutum imputatur vtrique, quia licet clericus latronem capere possit, vt res suas recuperet. *arg. 24 qu. 6 si res. & s. de dep. c. cap. 1.* illi tamen ad hoc procedere non debuerunt: cum res suas saluas haberet: clericus verò sua defendendo non debet armis resistere, nec aliquem propter res interficere. *arg. 23 q. 8 cap. 1. & cap. conuenior. & arg. 36. dist. si quis vult. Arg. contra; suprà eod. capite 2.* Laicus verò potest res suas, & patriam armis tueri: & præuenire hostem. *arg. C. vnde vi. l. 1. & 23. quæst. 2. Dominus.* sed clericus cum armis pugnare non debet etiam contra Sarracenos. *s. de vo. ex multa. & 50. dist. clericum qui* Paganum Ber.

¶ *Glo. seq obycit, & soluit.*

f ¶ *Detinere.*] Immò videtur, quòd licitum erat occidere, cum essent nocturni latrones, *s. c. si perfodiens.* sed non est verum: *vt ff. ad l. Cor. de sic. furem.*

¶ *Glo. seq. reci. per obiect & soluit.*

g ¶ *Interimeretur.*] Quia tutius est ante tempus occurrere, quā post causam vulneratam remedium quærere. *C. in qui. cau. in integ. resti. non est necess. l. vlt. in fin. & C. quando liceat vnicui sine iudi. se vin. l. 1.* sed hoc non fuit licitum ei: immo potius debuit fugere, dum soluere se nitebantur: sicut Dominus fugit in Ægyptum, cum ab Herode ad interficiendum quæreretur. *23. qu. 3 §. 1.* Bern.

h ¶ *Sustinere iacturam.*] *23. q. 3. 1.* Et dicit Apostolus: *Non vos defendentes, sed date locum iræ. ead. causa. & q. 1.* sed magis fraudem patimini. *ead. causa. q. ea.* nisi bella.

i ¶ *Arbitrium tuum.*] Et ita est arg. quòd pœnitentiæ arbitrariæ sunt *26. q. 7.* tempora pœnitudinis. Ber.

k ¶ *Vtriusque ope.*] Alter facto, ille ope, s. ligando. *s. eod. sicut. §. 2.* Et ita est arg. quod ita punitur, qui causam præstat, sicut & ipse faciens. *arg. s. eod. presbyterum & j. eod. c proxi.*

DE *cætero.*] CASVS. Quidam diaconus præstitit causam homicidio: quæritur, vtrum possit ad sacerdotium promoueri? Et respondet, quòd non. Nota, quod qui causam damni dat, damnum dedisse videtur.

¶ *Glo. seq. arg. & distinguit causam remotam, & propinquam.*

l ¶ *Causam dedisse.*] Forte consilio, præcepto, vel ope. *50. dist. si quis viduam. & s. eo. sicut. §. 2. & §. vlt.* vel suggestione: vt cap. sicut.

† *Ex hoc gl. colligitur aperte non licere clericis occidere latrones pro rebus conseruandis: de quo articulo vide Iasonem in l. vt vim. ff. de iust. & iure.*

b *Vide beatum Thom. 2. 2. q. 64. ar. 4. & Dominicum Soto lib. 5. de iust. & iur. q. 2. art. 4.*

† *Cap. 12. eo. tit. in 1. compilatione. De materia textus, & glossæ vide citatos s. eo. in c. sicut dignum. & Syluestrum in summa. verbo. homicidium. 2. q. 21.*

c *De hoc dubio præter Henricum Boich. & alios hic vide Iasonem in l. vt vim circa finem. ff. de iustitia & iure.*

LAtor.] Communis diuisio. Consultatio, & responsio. Secunda pars ibi, *Ideoque.* Abbas Sic.

CASVS. Quidam clericus P. nomine, cum quadam die casu cum quodam clerico luderet, contigit, quòd ille clericus proiecit istum P. ad terram: cuius Petri cultellus, quem ad latus habebat, incidit in illum clericum proiicientem, & occubuit vulneratus: vnde ille P. accessit ad Papam, hæc sibi exponens: mandat Papa Episcopo diœcesano, quatenus si est ita, & alia iusta causa non impediat, permittat illum P. ad sacros ordines liberè promoueri. Nota, quòd homicidium casu commissum, culpa non præcedente, non est imputandum.

¶ *Gl. seq. recitatur per quæstionem.*

b ¶ *Luderet.*] Licet enim quandoq; ludere, sicut Isaac. *32. q. 4. recurrat.* Lusit etiā Ioseph cū fratribus suis. *22. q. 2. quod autem.* & sic ludus iste licitus fuit, & quia cum clerico: vt dixi in proxi. c.

c ¶ *Proiecit illum ad terram.*] Et sic passus est tantum, & nihil fecit ille: vnde huic non est imputandum. De hac materia dictum est *s. eod. sicut.*

¶ *Gl. seq. ponit duas opiniones contrarias.*

d ¶ *Liberè.*] De iure communi, vt dicunt quidam, quod satis videtur: alij dicunt liberè per dispensationem Papæ, scilicet vt dicitur *s. c. prox.* Ber.

SVscepimus.] Homicidium imputatur ei, qui fuit in culpa, hoc dicit. Communis diuisio. Secundæ pars ibi, *Verùm* Abbas.

CASVS. Duo monachi erant in custodia cuiusdam domus de mandato Abbatis: & dum in custodia essent, quidam latrones de nocte ingredientes ad eos, cœperunt illos in personis affligere, & vestimentis etiam denudare: monachi illi resumptis viribus ligauerunt eos, & illos retinere voluerunt, quousque capitulo nuntiarent: dum vnus illorum ad notitiam Abbatis rem perferret, dimittens illos in custodia fratris: & cùm latrones illi se sol-

sicut. §. qui verò. & s. eod. cap. proxi. in fi. Et est arg. quòd qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. 50. dist. si ideas. & ff. ad leg. Aquil. qui occidit. §. pen. & ff. ad legem Cor. de sica. nihil. & j. de iniurias. c. vlt. maxime cum propinquam causam dedit. secus videtur in remota. ar. ff. loca. qui domum habebat. in fin. & j. ea. tit. c. tubitia. Idem videtur in remota, si animo nocendi hoc faciat, vel minori diligentia, s. ea. presbyterum in fin. [a] C. ad leg. Corn. de sica. si quis necandi.

a Ibi non est causa remota, immò propinqua, & coharent. vnde idem iurum est arg. ff. de rei vera. que religiosi. secundù Hostiensem. Io. And.

¶ Clemens iij.

¶ *Homicidium casuale imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ; si nō adhibuit diligentiam, quam debuit.*

CAP. XII.

AD † audientiam Apostolatus nostri peruenit, quòd cùm quidam Presbyter volens corrigere quendam de familia [a] sua, cingulo, quo cingi solebat, ipsum verberare tentasset: contigit, quòd cultellus de vagina, quæ cingulo adhærebat, elapsus eum in dorso aliquantulum vulnerauit. Postmodum verò cùm ille vulneratus aliquandiu vixisset, & conualuisset à vulnere: alia † grauiori (vt dicitur) infirmitate percussus, viā est vniuersæ carnis ingressus. Quia verò vtrum occasione vulneris decessisset, dubium habetur: vestræ discretioni duximus respondendum, quòd cùm in dubiis [b] semitam debeamus eligere tutiorem, vos conuenit iniungere Presbytero memorato, vt in sacris ordinibus non ministret: iniuncta tamen pœnitentia congruenti, sibi poteritis concedere, vt minoribus [c] ordinibus sit contentus. Si verò ille ex alia infirmitate obierit, (sicut erat solitus) diuina officia ministrare.

AD audientiam.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Quia verò.* Abbas.

CASVS. Quidam presbyter volens corrigere quendā de familia sua, corrigia, qua cingi solebat, ipsum verberare tētauit: contigit, quòd cultellus de vagina, quæ cingulo adhærebat, elapsus, in dorso aliquantulum eum vulnerauit: postmodū cùm ille vulneratus conualuisset à vulnere, grauiori infirmitate percussus decessit: quæsitum fuit à Papa, quid de ipso sit agendum? Respondet Papa, quia dubitatur, vtrum occasione vulneris decesserit, & in dubiis via sit tutior eligenda: prædictus sacerdos in sacris ordinibus non ministret: tamen iniuncta sibi pœnitentia competenti concedi potest eidem, vt minoribus ordinibus sit contentus. Si verò ille ex alia infirmitate decessit, vt prius suum officium exequatur. Nota, quod qui non adhibet diligentiam, quam debet, imputatur ei, licet dēt operam rei licitæ. Item in dubiis via tutior eligenda est. Item verbum, dispensationis, ius commune continet.

† Cap. 1. eo. ti. in 1. compilatione. Et de materia præ aliis videtis hic latissimè Martinum Senonum, adde Concordantiā in Clement. si furiosus in 2. par. relectionis. §. 4. & in 2. par. in ini. n. §.

† Dictio, alia, deest in antiquioribus exemplaribus, & in veteri cogd.

† Lingonen. † Lugdunen.

¶ Innocentius iij. Episcopo Lingon. †

¶ *Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.*

CAP. XIII.

DIlectus † filius A. Capellanus proposuit, quòd cùm quadam corporis molestia grauaretur, vt comedendi appetitum aliquantulum excitaret, equum, quem nutriebat, ascendit: qui cùm bene non parêret habenis, sed præter sessoris arbitrium saltibus lasciuiret, ipse (vt eius refrænaret impetum) freno [d] vim intulit, equúmque calcaribus stimulauit: cúmque fracto fræno equus proprio arbitrio relictus curreret festinanter, quædam mulier veniens ex obliquo infantulum baiulans obuiauit: in quam equus irruens (procul abiecto sessore) puerum prædictum oppressit. Ideoque mandamus, quatenus si est ita, cùm idem Capellanus nec voluntate [e], nec actu [f], homicidium perpetrauit, nec dedit operam illicitæ [g] rei, non impedias, quò minùs diuina possit officia celebrare.

¶ Gloss. seq. voci. per q. & sol. secundo signat contrarium, & soluit.

a ¶ *Corrigere quendam de familia.*] Quod benè licet leuiter, etiamsi sit clericus. j. de senten. excom. voluntate. quia ius emendationis concessæ nemo transgredi debet. C. de emen. propin. l. vnica. in fin. sed iste indiscretè correxit. ar. contrà. s. eo. lator. iste non adhibuit diligentiam remouendo cultellum: ille non tenebatur ad hoc: quia nec per se aliquid fecit, sed sibi factum fuit.

b ¶ *In dubiis.*] Sic s. de spon. iuuenis. & j. eod. significasti. 2. & cap. penul. j. de cler. excom. minist. illud. ergo tene certum, & dimitte incertum, de pœni. dist. 7. si quis positus in fi. ff. de reg. iur. in ambiguis. & in re dubia certa non potest ferri sententia 11. q. 3. grauiter. & 30. q. vlt. §. vlt. in eo enim facto, quod furtum est, non est locus coniecturis. ff. de verb. oblig. continuus. §. cùm ita, in fin. & vnde quandoque propter ambiguum duplicitatis imponitur pœnitentia. j. de his, qui fi. occi. cap. vlt.

c ¶ *Vt minoribus.*] Dispensatiue tamen. s. eod. continebatur. Bern.

Vide Concordantiā in Clemen. si furiosus de homicid. in 2. par. relectionis. §. 4. ver. tertiò ad idem conducit. & Martinum Nauarrum in Manuali confessariorū c. 27. tit. de quinta specie irregularitatis.

b Quòd promissio Episcopi dare, ex quo promissio, etiamsi diploma sit vsus, præstare obligatus est. Io. And.

DIlectus.] Communis diuisio: Secunda pars ibi, *Ideoque.* Abbas.

CASVS. Quidam Capellanus A. nomine dum infirmitate corporis grauaretur, vt comedendi appetitum excitaret, equum, quem nutriuerat, ascendit: sed cùm non bene pareret habenis, propter voluntatem sedentis cœpit saltibus lasciuire. capellanus (vt eius impetum refrænaret) vim intulit fræno, & equum calcaribus stimulauit, & fræno fracto, dum curreret festinanter arbitrio proprio, quædam mulier infantem portans, veniens ex obliquo, obuiauit: equus in eam ruens, puerū interfecit, procul abiecto sessore. Capellanus ad Papam accedens eidem prædicta exposuit: vnde mandat diœcesano Episcopo, quatenus si est ita, ipsum non impediat, quò minùs suū officiū exequatur, cū ipse nec voluntate, nec actu homicidium perpetrauit, nec dabat operā illicitæ rei, & adhibuit diligētiam, quam debuit adhibere. No. quod duobus modis cōmittitur homicidiū, actu sc. & volūtate. Itē volūtas, & propositum distinguūt maleficia. Itē nota distinctionē, an quis det operā rei licitæ, vel illicitæ. Itē si homicidiū casu cōmittat, & culpa nō præcedat, nō imputat.

d ¶ *Fræno.*] Quod de leui frangi non credebat: aliàs in culpa esset. arg. j. ea. significasti. 1. & ff. ad leg. Aquil. idem iuris. §. 1. vel si propter imperitiā suā equus taliter lasciuisset. Inst. ad l. Aquil. §. impetu quoque.

e ¶ *Voluntate.*] Et ideo non imputatur, quoniā volūtas, & propositum distinguūt maleficium. ff. de fur. qui iniuria. & j. de sen. excom. cum voluntate. ad cor enim respicit Deus. vt 14. q. 5. si quod inuenisti. & 15. q. 6. c. 1. ad fin. Tanc.

f ¶ *Nec actu.*] Qui tamē solus nō sufficit, vt reddat hominē irregularē, nisi adsit voluntas, vel culpa, 50. dist. in q. & j. ee. c. proxi. nisi scādalū aliud induceret, vt ibi: at, ꝑmouēdo tñ secus est, quia solo actu redditur irregularis [t] 15. q. 1. c. vlt. De hac tñ materia dicitur. s. eod. sicut.

g ¶ *Nec dedit operam illicitæ rei.*] Quod si esset, imputaretur: vt plene dictum est in cap. sicut.

† Meten. † Anetèn.

¶ Idem Meten. † Episcopo.

¶ *Summatur, vt suprà. cap. proxi.*

CAP. XIV.

EX † litteris tuæ fraternitatis accepimus, quòd cùm H. Presbyter fœnum vellet de curru deponere, perticam superiùs alligatam proiecit in terram: & cùm fœno insisteret deponendo, quidam † puerum quendam iuxta currum reperit semiuiuum, in quo propter modicum liuoris in fronte, nihil inueniri potuit læsionis. ¶ Nos autem ab eodem quæsiuimus Sacerdote, si priusquam iaceret perticam, circumspexisset [h] sollicitè, an esset aliquis circa currum: qui, quòd diligenter circumspexit †, asseruit: sed, quòd vidisset aliquem, denegauit. Ad te igitur remittentes eundem: Mandamus, quatenus si res ita se habet, nisi contra eundem graue scandalum [i] sit exortum.

† Cap. 2. eod. tit. in 3. compilatione. Vide citatos in cap. proxime præcedenti.

† Vox, quidam, in plerisque codicibus desideratur: est tamen in antiquioribus, & vetere compilatione decet adesse oportere.

† Hunc articulum latius pertractans hic Doctores, quos videas.

† circumspexisse.

EX litteris.] Primò ponitur cōsultatio. Secundò Papæ indagatio ibi, *Nos* Tertiò decisio ibi, *Ad te.* Abb. Si.

CASVS. Quidā presbyter, dū fœnū vellet de curru deponere, perticā, qua fœnū ligabat, proiecit in terram: & dū fœnū in terrā proiiceret, quendā puerū iuxta currū quidā inuenit semiuiuum: qui modicum cruoris in fronte habebat, & nihil aliud læsionis: dubitauit sacerdos, in hoc esset ei imputandum: accessit ad Papam cum litteris Episcopi sui: Papa quæsiuit ab eo, vtrū circa currū sollicitè circumspexit, priusquā perticam proiiceret in terrā, an esset aliquis circa currū: qui respondit, quòd diligenter circūspexit, sed neminē vidit: vnde Papa ipsum ad Episcopū suū remisit, mandās, quatenus si est ita, ipsum libere permittat exequi officiū sacerdotis, nisi cōtra eum graue scandalū sit obortū, vel tanta laboret infamia, quod inde debeat se purgare. Nota quod qui diligentiā adhibet, quam debet, dādo operā licitæ rei, si inde homicidiū contingat, non imputatur. Itē scandalum reddit hominem irregularem, & indicit purgationem, licet veritas aliter se habeat. & sic punitur quis sine culpa.

h ¶ *Circumspexisset.*] Et sic diligentiam adhibuit dando operam licitæ rei: vnde non imputatur, vt 50. dist. si duo. Bern.

i ¶ *Graue scandalum.*] Nota ergo, quòd solum scandalum reddit hominem irregularem, sic punitur innocen. propter scandalum s. de cler. ægrotan. & s. de præbend. cùm teneamur.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*
a ¶ *Vel tanta.*] Et ita aliud est infamia, quã scandalum, & plus importat graue scandalum, quàm infamia: quia infamia tollitur per purgationem, vt hic; sed vbi graue scandalum est, non inducitur purgatio: vt hic patet. Argu. contrà. 3. *de cohabi. cler. & mu-li. tua.* vbi propter scandalum inducitur purgatio. non est contrà: quia purgatio ad vtrumque refertur. Ber.

a EX *litteris.*] Diuide, vt 3. *eo. dilectus.* Abb. Siculus.

CASVS. Quidam monachus dum deponeret de cãpanili campanam, quoddã lignũ corruit, & quendã puerum occidit, quæritur, quid iuris sit? Respondet Papa: si monachus rẽ necessariam, & vtilem agebat, & in loco, per quẽ non crederet aliquẽ trãsire, vel ibi esse, vel aliquem illuc, de consuetudine venire, quĩ lignum mouebat, bene poterit ad maiores ordines, pfertim in monasterio, promoueri. Nota, quòd homicidiũ casuale nõ imputatur alicui, si dat operã rei licitæ, & adhibet diligentiam, quam debet.

b ¶ *Si monachus.*] Sim. j. *eo. tua.* nam rem necessariam agebat, & vtilem. j. *eo. c. vlt.*

c ¶ *Transire non crederet.*] Vel si credebat aliquem transire: vel ibi aliquẽ esse, & ante casum clamauit, caue, caue. j. *eo. c. vlt* & 50. *dist. si duo. & ff. ad l. Aquil. si putator. & Instit. e. §. si putator* vbi ponitur tenor verborũ, quæ hic sunt. aliàs imputaretur. 50. *distin. sæpe. in prin.* quia non adhibuit diligentiam, quam debuit. 3. *eod. ad audientiam.*

d ¶ *Præsertim.*] Id est, maximè: quoniã alibi posset sine dispensatione: quia sibi imputari non debet: quia fortuitos casus, qui præuideri non possunt, non præuidit. j. *eod c. vlt.*

SIgnificasti.] Cõmunis diuisio. Secunda ibi, *Ideoque.* Abbas Sic. CASVS. Quidam clericus, cùm equitaret, equus tam se, quàm ipsum proiecit in aquam, propter quod clericus equum grauiter calcaribus stimulauit: equus verò (cùm esset bucca durus) præter voluntatem sessoris raptus est in cursum, & quandam mulierem, quam obuiam habuit, interfecit: clericus ad Papam accessit: & ipse fecit inquiri ab ipso, verum equi vitium priùs sciret: & ille asseruit se ignorasse: mandat Papa Episcopo suo, quatenus si est ita, ad cautelam iniungat ei pœnitentiam competentem: qua peracta, non impediat ipsum, quò minùs in suscepto ordine ministret, & ad maiores valeat promoueri. Nota, quòd quis tenetur probare ignorantiam suam. Item quandoque pœna indicitur ad cautelam.

e ¶ *Improuisò.*] Et sic non affuit occidendi voluntas.

f ¶ *Priùs sciuisset.*] Quia si sciret, non fuisset absq; culpa, cùm sciret se non sufficere ad eius retentionem. *ff. ad leg. Aquil. idem iuris. §* 1. cùm affectare quisque non debeat, in quo intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam alijs periculosam futuram, vt ibi dicitur. *Inst. in eod. § impenn quoque ver. sed & si & 3 eod dilectus.* argumen. hoc non leuissima culpa facit hominem irregularem. 3. *eod. continebatur.*

¶ *Glos. seq. quærit, & soluit.*

† Ca. 3. eo. ti. 3. compilat. Vide Syluestrum verbo, homicidium. 2. q. 10. & Couarruuiã in Clement. si furiosus. in 2. par. relectionis. §. 4. vers. tertiò eadem posterior pars.

† Vox, quod damnum, deest in antiquis codicibus.

† Ca. 4. eo. ti. in 3. compil. Vide citatos in cap. dilectus. 3. eo. ti.

† Aliàs ita. in iterum quam iam obuiam habuit, quam ex improuiso, &c. sed lectio, quam retinuimus, planior est.

a Secundùm Ioan. Vnde dicebat Goffre. quòd si ab instructo, & perito in conitando potuisset hoc præuideri, imputaretur ei. j. ex vlt. Ioan. And.

vel tanta [a] laboret infamia, quòd deficiente accusatore oporteat eidem † canonicam purgationem indici, ipsum liberè permittas exequi officium Sacerdotis.

¶ Idem Bisantin. Archiepiscopo.

¶ *Summatur etiam, vt suprà. eod. dilectus.*

CAP. XV.

2 EX † litteris tuæ fraternitatis accepimus, quòd quidã Monachus ad deponendam de campanili campanam subseruiens: quia quoddam † lignum corruit ipso mouente, quendam puerum oppressit, & occidit. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si monachus [b] ipse rem necessariam agebat, & vtilem, & in loco, per quem aliquem transire [c] non crederet, vel ibidem existere, vel etiam illuc de consuetudine venire, quando lignum mouisse dignoscitur; satis poterit, præsertim [d] in monasterio, ad alteriores ordines promoueri.

¶ Idem Episcopo Paduano.

¶ *Summatur vt suprà. eo. dilectus.*

CAP. XVI.

SIgnificasti † nobis, quòd cùm F. Clericus equitaret, equus, cui insidebat, tam se, quàm ipsum proiecit in aquam: vnde clericus ipsum grauiter calcaribus stimulauit: equus verò cùm existeret bucca durus, præter voluntatem sessoris raptus in cursum, quandam † mulierem, quam obuiam habuit ex improuiso [e], pedibus interfecit. Cúmque nos ab eodem Clerico fecissemus inquiri, vtrùm equi vitium priùs sciuisset [f], illud asseruit se ignorasse. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si ita [g] est, ad cautelam [h] iniungas eidem pœnitentiam competentem [i]: qua peracta, non impedias, quò minus in susceptis ministret ordinibus, & ad maiores valeat promoueri.

¶ Idem.

¶ *Non censetur homicida is, quo prohibente, & causam non dante, à consanguineis homicidium committitur.*

CAP. XVII.

PEtrus † Diaconus, & Monachus sancti Ioannis de Puna, sua nobis insinuatione monstrauit, quòd cùm ipsum quondam in sæculari habitu in Ecclesia de Rigelo † beneficium obtinentem, Abbas illius Ecclesiæ eodem beneficio spoliasset: cognati, & amici eius irati plurimùm, & commoti, nocte quadam in domo Diaconi conuenerunt, & cœna facta dicebant, quòd vindictam volebant sumere de Abbate: Inhibiti autem expressè ab eodem Diacono, ne Abbatem occiderent, aut aliquid sibi facerent, vnde ordinis sui discrimen incurreret, & animæ detrimentum: nihilominus irruerunt in eum: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto, qui post dies aliquot † expirauit: *& infrà.* ¶ Quocirca mandamus, quatenus si præmissa noueris [k] veritate subnixa, sæpedicto Diacono, non solùm in Diaconatus officio ministrare, sed etiam ad ordinem presbyteratus ascendere (si aliud canonicum non obstiterit) liberam concedas auctoritate Apostolica facultatem, præsertim [l] si super hoc non

g ¶ *Si ita est.*] Sed qualiter constabit de hoc? Quia forsitan solus erat: ob defectum probationis per iuramentum proprium faciet fidem: quia solum Deum habet vltorem, *C. de rebus credi. l.* 2. & præcipuè, cùm de conscientia alicuius quæritur, statur iuramento ipsius, 3. *de senten. excom. si verò.* 2. & 3. *de testi. præsentium. & 3. de excep. pastoralis. & 3. qui matri. accu. poss. cùm in tua. & 31. q. 2. si verum esset.* & præcipuè si est bonæ famæ: *vt ff. de re mili. non omnes. §. à barbaris.* Et super hoc poterit adiungere compurgatores [b] propter excellentiam ordinis. j. *de purga. cano. ex tuarum.* quia circa maiora cautiùs est agendum. *7. q. vlt. c. vlt. & ff. de carbo. edic. l. 1. §. 2. & 24. dist. quiescamus.*

h ¶ *Ad cautelam.*] j. *eo, significasti.* propter ambiguum duplicitatis. 23 *q.* 5. *excommunicatorum.* Sicut ad cautelam quandoque aliquis absoluitur. j. *de senten. excom. venerabili. & 3. de appel. ad præsentiam. & 3. de testi. venerabilis in fin.*

i ¶ *Competentem.*] Arbitrio superioris. Et leuis debet esse, cùm ea culpa non fuerit.

PEtrus.] Primò facti narratio. Secundò prouisio. Secunda ibi, *Quocirca.* Abbas. CASVS. Petrus diaconus, & monachus, dum olim esset in habitu sæculari, quoddam beneficium obtinens in Ecclesia de Rigelo, Abbas illius Ecclesiæ ipsum eodem beneficio spoliauit: propter quod amici illius commoti, nocte quadam in domo diaconi conuenerunt: & cœna facta dicebant, quòd volebant vindictam sumere de Abbate: sed diaconus illis expressè inhibuit, ne Abbatem occiderent, aut aliquid facerent, vnde posset periculum sui ordinis incurrere: ipsi nihilominus irruerunt in eum, & plagis impositis, post aliquos dies expirauit: monachus iste domino Papæ rem per ordinẽ explicauit: vnde mandat Papa Episcopo diœcesano, quatenus si præmissa vera sunt: diaconus prædictus nõ solùm in diaconatus officio poterit ministrare, sed etiã ad superiores ordines poterit promoueri, nisi aliud canonicum impediat: præsertim si super hoc non fuerit infamatus: cùm sibi obesse non debeat, quod cõtra prohibitionem ipsius expressam, eo causam, vel occasionem non donante fuit ab ipsius consanguineis attentatũ. Nota, quòd infamia respersus promoueri non potest. Item non est imputandum alicui, quod contra prohibitionem eius expressam actum est: alioquin dolus alterius ei obesset, qui culpabilis non fuisset. Item qui causam, vel occasionem damni dat, damnum dedisse videtur.

¶ *Glo. seq quærit, & remittit.*

k ¶ *Noueris veritate.*] Et qualiter poterit ei de hoc cõstare? Dic, vt dixi. 3. *eo. c. proxi.* & si infamatus esset, se expurget. j. *de purg. c. ex tua,* nisi graue scandalum esset. 3 *eo. ex litteris. & 3. c. proxi. ar.*

l ¶ *Præsertim.*] Id est, tantùm; quia si esset infamatus, debet se purgare, vt dixi.

¶ *Glo seq. recit. per quæst. quid si non prohibuisset. ar. pro, & contra, & soluit.*

b *Non putat Hostiensis hoc necessarium, nisi laboret infamia.* 3. *ca.* 2. *& j. tit.* 2. *10. An.*

† *Ca. 1. eo. tit. in 4. compilatione. Vide Gundisaluum tra. de irregular. c. de percussore. & latè Couarruuiã in Clemen. si furiosus in 2. par. relectionis. §. 1. vers. nono subsequitur.*

† *Rigulo.*

† *aliquos.*

c *Et ibi dicit, quòd per iuramentum, putat Hostiensis hoc probari posse per testes, si qui fuerunt prohibitioni præsentes & in defectu etiam per illos, quibus prohibitio facta fuit. de testi. eo. in. fi. Ioan. And.*

a ¶ Contra

fuerit respersus infamia: cùm ei non debeat imputari, quòd contra prohibitionem a eius expressam, eo causam, vel occasionem b non dante, ausu sacrilego fuit ab ipsius consanguineis attentatum.

¶ Idem Abbati sanctæ Trinitatis de Meldembeig. †

¶ Irregularis censetur, qui alium lethaliter percussit, licet ab aliis fuerit extinctus: idem si nõ apparet, an lethaliter, si etiam percussus ab aliis obiit, & non apparet ex cuius vulnere decesserit: idem est si percusserit non lethaliter, si animum occidendi habuit, & ex aliorum vulneribus percussus expirauit. Hoc dicu notabiliter. Abbas.

CAP. XVIII.

a Significasti † nobis, quòd cùm quidam maleficus ingressus Ecclesiam, Eucharistiam cum altarium ornamentis, & libris Ecclesiasticis extra Ecclesiam asportâsset: L. Presbyter Ecclesiæ Canonicus regularis præfatum iniquitatis filium fossorio arrepto percussit: sed si ad mortem fuit ictus huiusmodi, tu, & ipse penitus ignoratis: quem parochiani Ecclesiæ videntes, ornamenta Ecclesiæ asportantem, arreptis gladiis, & fustibus, in eodem loco protinus occiderunt: & infrà. ¶ Nos in præmisso casu credimus distinguendum, vtrùm constare possit, quòd præfatus Sacerdos non inflixit † percussionem lethalem, de qua, si aliorum non fuissent vulnera subsecuta, percussus minimè interiisset, & si percussor voluntatem non habuerit c occidendi, neque ipsius studio d, consilio, vel mandato e processerint alij contra illũ. ¶ Et quidem, si hoc ita se habet, (quod forsan ex eo posset ostendi, si certa apparuisset percussio ab eodem inflicta tam modica, & tam leuis, in ea parte corporis, in qua quis de leui percuti non solet ad mortem, vt peritorum iudicio Medicorum talis percussio assereretur non fuisse lethalis) cùm de cæteris credendum f sit ipsi, qui non accusatur, vel denunciatur ab aliquo, sed per seipsum cõsilium appetit salutare, post pœnitentiam ad cautelam iniunctam, in Sacerdotali poterit officio ministrare: maximè religionis accedente fauore, cùm sit Canonicus regularis, & sine omni scandalo possit Sacerdotale officium celebrare. ¶ Quòd si discerni g non possit, ex cuius ictu † percussus interiit: in hoc dubio h tanquam homicida debet haberi Sacerdos: & si fortè homicida non sit, à Sacerdotali officio abstinere debet: cùm in hoc casu cessare sit tutius, quàm temerè celebrare: pro eo, quòd in altero nullum, in reliquo verò magnum periculum timeatur: & infrà. ¶ Si verò (quemadmodum perhibetur) Sacerdos iste, priùs ab illo percussus sacrilego, mox eũ cum ligone in capite repercussit: quiuis vim vi repellere i, omnes leges, & omnia iura permittant: quia tamẽ id debet fieri cum moderamine † inculpatæ tutelæ k non ad sumendam vin-

a ¶ *Contra prohibitionem.*] Sic *s. de sim. sicut.* 2. immò etiam si non prohibuisset dummodo tamen non dedisset consilium, non tenetur. 1. *q.* 4. *quia præsulatus*, vbi est similis casus. Nec de voluntate debet aliquis se purgare. Ar. contra. *in præcedenti cap. quia præsulatus*, ibi, quòd absque sua voluntate. & *j. c. prox. C. de fide instru. l. vlt. C. de his, qui ad eccle. confu. præsenti, circa princ.* quod videtur potiùs consentire: quia si eo audiente, & non contradicente, & tacente talia dicebant, consentire præsumeretur, vnde imputaretur ei. Vin.

b ¶ *Causam, vel occasionem.*] Non intelligas istud ita largè, ne sit contra 23. *q.* 5. *homo & cap. de occidendis.* sed de causa, vel occasione propinqua *arg. s. eo. ad audientiam. & ca. de cætero.* quia in veritate propter eum fuit occisus Ber.

a *Significasti nobis.*] Istud c. est multũ allegabile, & ita communiter solet summari: Quoad legem promotionis censeatur irregularis, & pro homicida, qui vulnerauit, licet non posset sciri, an vulnus fuerit lethale, ex quo vulneratus ab aliis obiit. Diuiditur. In prima ponitur consultatio. In secunda responsio distinguens ibi, *Nos.* Primum membrũ prosequitur ibi, *Et quidem.* Secundum ibi, *Quòd si.* Abbas Siculus. CASVS. Quidam maleficus intrauit Ecclesiam, vt ornamenta altaris, & libros Ecclesiasticos, & Eucharistiam asportaret: Laurentius presbyter eiusdem Ecclesiæ canonicus regularis, accepto ligone maleficum illum percussit, sed si ad mortem fuerit ictus huiusmodi penitus ignorauit: parochiani illius Ecclesiæ videntes illum ornamenta Ecclesiæ asportantem: acceptis fustibus, & gladiis interfecerunt eundem: presbyter iste de sua salute cogitans, confessus est abbati suo prædicta: vnde Abbas domino Papæ supplicauit, vt cum eo misericorditer agere dignaretur: dominus Papa in casu præmisso dicit distinguendum, vtrum cõstare possit, quòd præfatus sacerdos nõ inflixit mortalem percussionem, de qua mortuus non fuisset, si aliorum vulnera non fuissent subsecuta: & si ille percussor voluntatem non habuerit occidendi, nec studio, consilio, vel mandato illius processerunt alij contra illum: & si hoc ita est, post pœnitentiam ad cautelam iniunctam, in officio suo poterit ministrare religionis fauore, & sine scandalo sacerdotale officium potest exercere, cùm regularis existat, cùm de his sit ei credendum, qui non accusatur, vel denunciatur: sed per seipsum consilium appetit salutare: quòd si discerni non possit ex cuius ictu mortuus fuerit, in hoc dubio tãquam homicida debet haberi Sacerdos: & si homicida non sit, à sacerdotali debet officio abstinere: quia in hoc casu tutius est abstinere, quàm celebrare, pro eo quod in abstinendo nullum, in celebrando verò magnum periculum timeatur. Si verò sacerdos priùs percussus ab illo malefico, vt dicebatur, cum ligone illum repercussit in capite: licet vim vi repellere liceat, quia tamen id fieri debuit cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad repellendam iniuriam: non videtur sacerdos ab homicidio excusari, tum ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, quod non solet leuem plagã inferre, cùm graue sit, tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de modico ictu mortaliter quis solet lædi. Nota argumen. quòd voluntas imputatur in homicidio. Item consilio, mandato, studio committitur homicidium. Item in pœnitentia cuilibet est credendum: quia non est verisimile, quod aliquis sit immemor suæ salutis. Item pœnitentia iniungitur alicui ad cautelam. Itẽ fauore religionis fit, quod aliàs non fieret. Item nihil cum scandalo est faciendum. Item in dubiis via tutior est tenenda. Item punitur quis sine culpa. Item vim vi repellere licet, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ, scilicet cum æquali repulsione. Item vindicta nõ est sumenda, sed iniuria propulsanda. Item ratione instrumenti, cũ quo quis percutitur, & ratione partis, in qua percutitur, iudicatur homicidium.

c ¶ *Habuerit.*] Arg. quòd voluntas imputatur in homicidio, licet ex suo vulnere mortuus non fuerit. *argu.* 1. *q.* 4. *quia præsulatus.*

d ¶ *Studio.*] Id est, suggestione, vel adhortatione, *s. eo. sicut. §. qui verò eadem. j. de excess. præla. ex litteris.* Bern.

e ¶ *Consilio, vel mandato.*] De hoc dictum est. *s. eo. sicut.*

f ¶ *Credendum sit.*] Arg. quòd in iudicio animæ cuilibet est credendum. quia non est verisimile, quòd sit immemor suæ salutis. 1 *q.* 7. *sancimus.*

¶ *Glossa sequens alleg. concord. ponit diuersitatem inter legem, & canonem.*

g ¶ *Quòd si discerni.*] Eandem distinctionem ponit lex. *ff. ad l. Aquil. item Mela. §. sed si plures.* Vnde hoc sumptum fuit: sed in hoc est diuersitas, quòd si vnus primò percussit, & alter postea occiderit, primus non tenetur nisi de vulnerato, secundus tenetur tanquam de occiso. *ff. eo. huic scripturæ. §. 1. & l. idem Mela & Celsus.* secùs secundum canones hic & 23. *q. vlt. cap. vlt.*

h ¶ *In hoc dubio.*] In quibus etiam viam debemus eligere tutiorem, vt hic dicitur, & *j. de reg. iur. c. &* *j. eo. c. pe. & s. eod. ad audientiam*, vbi de hoc.

i ¶ *Vim vi repellere.*] *j. de senten. excomm. si verò* 1. *distin. ius naturale ff. de vi, & vi ar. l.* 1. *§. vim vi ff. ad l. Aquil. scientiam. §. qui cum aliter.*

¶ *Glossa sequens alleg. 4. concor. & litteram exponit. Secundò alleg. 7. contraria. Tertiò soluit pro prima parte, si tria concurrant. Quartò ponit distinctionem. Ala. & Ioan.*

k ¶ *Moderamine inculpatæ tutelæ.*] *C. vnde vi. l.* 1. *& j. de sen. excomm. ut famæ. §. vlt.* tamen si defendens ex proposito, non excedat modum, non tenetur. 23. *q.* 3 *non inferenda. & ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius.* nec dicitur excommunicatus, qui excedendo modum non ex proposito, repercutit clericum. *arg. s. de resti. spoliatis* 1. *in fin. & j. de sent. excomm. perpendimus. ar. contrà.* quod non liceat vim vi repellere. 46. *dist. sedicionarios.* 23. *q.* 1. *& c.* 1. *& q.* 3. *§.* 1. *& s. eod. c. suscepimus. &* 23. *q.* 4. *inter querelas. & C. de episc. & cleri. si quis* in hoc genere. Ad hoc dicas, quòd vim vi repellere licet, vt hic dicit, & in concor. primis. tamen quædam consideranda sunt in repulsione tali: vt incontinenti fiat; & non ex interuallo. *ff. de vi & vi ar. idem est. §. cum*

† Mald. † Maldron. † Malebron.

† Cap. 2. eo. tit. in 4. cõp. Eiusdem hac in materia, & intellectu huius decretalis latissimè Couarruuias in Clement. si furiosus de homic. in 2. par. relectionis §. 2. ver. sed primò hac eadem ratione. Antonius Gomezius to. 3. var. resolut. cap. 3. de homicidio, num. 36. adde omnino concilium Triden. sess. 14. de refor. c. 7.

† inflixerit.

† Præter citatos initio decretalis, vide de Iulii Clari lib. 5. sent. §. homicidium. ver. Alia etiam est dist...

† De articulo huius textus, & glossæ in verbo moderamine inculpatæ tutelæ, vide plene per B. Thomam, & ibi Caietanum 2. 2. q. 64. ar. 7. & per Sotum lib. 5. de iust. & iure, q. 1. ar. 8. & per doctores in l. vt vim ff. de iust. & iure.

igitur qui. & ⁊. de senten. excommunica. si verò. Item si causa defensionis, & non vlciscendi: *ff. ad l. Aquil. scientiam. §. vlti.* [illegible] & cum moderamine inculpatæ tutelæ. tamen si quis modum excedat, & non ex proposito, non tenetur, vt dictum est in prædictis concord. Ala. & Io. distinguunt, an fiat vis personæ, an rebus: Si personæ, tunc antequam sit vis illata, repellenda est: & si aliquis vim factam repellat, potius prælium debeat: quòd defendendi non vlciscendi causa hoc fiat, dummodò in ipso negotio fiat. *ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius.* & hoc si primus percussor denuo volebat percutere: alioquin si nolebat ipsum repercutere, & aliter percussit, potiùs dicitur esse vindicta, quàm repulsio iniuriæ, & hoc æquum videtur. Seruatur enim moderamen, si illud tamen fiat, quo omisso violentia repelli nō posset. Si ergo violentum interficis, sic q. periculum mortis ab eo vitare nō poteras, eum sine pœna interficis. *ff. ad leg. Aquil. l. 4. C. ad leg. Cor. de sic. l. 2. & 3. ar. ⁊. eo. c. 2.* Si autem vis infertur rebus, licitū est repellere illatam vim incontinenti, & inferendam, vel quam citius sciuerit, & poterit collectis amicis. *ff. de acqui. poss. quod meo. §. vlt. & l. clam possidere. & qui ad nundinas. & ⁊. de resti. spo. olim.* Iniuriam vero iam illatam personæ ex interuallo repellere non licet: quia sic esset vindicta: & ita intelliguntur contraria hic signata.

TVa nos.] Diuiditur in duo sunt quæsita. Secundū ibi. *Ad vltimum.* Et quælibet pars potest [illegible] in cōsultationē, & [illegible], quæ patēt in litera. Ab. CASVS. Quidam monachus credēs se quandam mulierē à gutturis tumore laborare, tumorem illum aperuit, præcipiens illi mulieri, ne vento se exponeret vllo modo: ne forte si vētus subintraret, causam mortis inferret: sed mulier contempto eius mandato dū messes colligeret, vento se exposuit incautè, & sic per aperitionem gutturis, sanguis multus effluxit, & sic mulier diē clausit extremū: quæsitum fuit, quid de illo monacho sit agendum? Respondet Papa, quod licet ipse monachus multum deliquerit alienū officium vsurpando, quod sibi nō conueniebat, si tamē causa pietatis hoc fecit, & peritus erat in exercitio chirurgiæ, & adhibuit diligentiam, quā debuit, ex eo quod per culpa mulieris contra illius consiliū hoc ei cōtigit, non est repellēdus, quin post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi posse, vt valeat celebrare diuina: alioquin interdicenda est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore.

AD VLTIMVM Alia quæstio facta fuit domino Papæ, & Ecclesiæ. Quidā scholaris timēs, ne latrones essent in domo, surrexit de lecto, & inuenit ibi furē, qui scholarē vulnerauit, & recessit: manè facto, scholares quærūt eundem latronem, & inuentus est vulneratus, & traditus Potestati, coram quo asseruit, q prædicta nullatenus perpetrasset: Potestas ad scholarem illum nuntios misit, vt diceret, quicquid sciret de fure illo, vel traderet intersignia: qui cultrum, quem ipsi latroni abstulit, & sotulares, quos ibi dimiserat, nuntiis tradidit: nihil amplius de ipso facto se intromittens: Potestas his receptis latrone ipsum Apparitoribus suis tradidit puniendum: qui sibi amputauerunt virilia, & oculos eruerūt: latro ira, & dolore commotus, nec cibum sumere voluit, nec potū, & sic mortuus est: quæritur, vtrū scholaris ille possit ad sacros ordines promoueri? Rūdet Papa, q si præfatus scholaris aliàs dignus est, propter prædictū euentum à sacris ordinibus non est prohibendus. Nota, q nullus debet vsurpare officiū, quod ad ipsum nō pertinet. Itē, q diligentiam adhibet in factis suis, licet aliqd sinistrū eueniat, ei non est imputandū. Itē q nō est in culpa, non est ab ordinibus phibendus.

dictam, sed ad iniuriam propulsandam: non videtur idem Sacerdos à pœna homicidij penitus excusari: tum ratione instrumenti, cum quo ipse † percussit, quod cùm graue sit, non solet leuem plagam inferre: tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de modico ictu quis lethaliter solet lædi.

¶ Idem †.

¶ Religiosus chirurgiam exercens, si ex ea mors sequitur, irregularis est, etiamsi sit peritus, & diligens, & hoc fecerit causa pietatis: sed cum eo post satisfactionem misericorditer dispensari potest. Hoc dicit vsque ad §. Ad vltimum.

CAP. XIX.

TVa † nos duxit fraternitas consulendos: *& infra.* ¶ Quæsiuisti, quid sit de quodam Monacho sentiendū, qui credens se quandam mulierem à gutturis tumore curare, vt chirurgicus cū ferro tumorem illum aperuit: & cum tumor aliquantulum resedisset, ipse mulieri præcepit, ne se vento exponeret vllo modo, ne fortè ventus subintrans gutturis apertionem, sibi causam mortis inferret: sed mulier (eius mandato contempto) dum messes colligeret, vento se exposuit incautè, & sic per apertionem gutturis, sanguis multus effluxit, & mulier diem vltimum sic finiuit: vtrùm videlicet cum prædictus Monachus sit Sacerdos, liceat ei Sacerdotale officium exercere? Nos igitur fraternitati tuæ respondemus, quòd licèt ipse Monachus multum † deliquerit alienum officium vsurpando, quod sibi minimè congruebat[a]: si tamen causa pietatis, & non cupiditatis id egerit, & peritus erat in exercitio chirurgiæ, omnémque studuit, quam debuit, diligentiam[b] adhibere, non est ex eo, quòd per culpam mulieris contra consilium eius accidit, adeo † reprobandus, quod non post satisfactionem[c] condignam cum eo misericorditer agi possit, vt diuina valeat celebrare: alioquin[d] † interdicenda est ei Sacerdotalis ordinis executio de rigore.

¶ Qui Iudici sæculari dedit intersignia furis, à quo fuit vulneratus, irregularis non est, licèt ille postmodum occidatur. Abb. Sicu.

¶ Ad † vltimum fuit ex parte tua propositum, quòd quidam Scholaris metuens, ne latrones in hospitio suo essent, de strato consurgens reperit ibi furem: qui non solùm ipsum Scholarem prostrauit ad terram, sed penè ad mortem vulnerauit eundem: *& infra.* ¶ Manè itaque Scholares latronem quæsiuerunt eundem, quem vulneratum inuentum Potestati Vincentiæ † tradiderunt: coram quo constanter negauit, quòd præmissa minimè perpetrauit: vnde præfatus Potestas ad eundem Scholarem nuntios destinauit, vt exponeret, si qua sciret de fure prædicto, vel traderet intersignia †: qui cultrum, quem ipsi latroni abstulerat, & sotulares ab eodem in ipsius domo dimissos, quos abstraxerat, ne pedum strepitus audiretur: nuntiis tradidit[e] memoratis, super eodem facto se nihil amplius intromittens. Potestas igitur, receptis talibus intersigniis †, latronem ipsum Apparitoribus suis tradidit puniendum[f]: qui sibi amputauerunt virilia, & oculos eruerunt. Latro verò ira, & dolore commotus, nec potum

a ¶ *Congruebat.*] ⁊. *ne cler. vel mona. cap. 3. & c. sententiam sanguinis.* vnde in culpa fuit alienū officium vsurpādo. *ff. de reg. iur. culpa est.*

b ¶ *Diligentiā.*] Quia si per imperitiā accidisset, ei imputaretur. *Inst. ad l. Aquil. §. imperitia* quoq, sed euetus mortalitatis nō imputatur medico. *ff. de offi. præsi. illicitur. § sicuti.* Prætextu enim humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo hominis innexium esse non debet, vt ibi dicitur. simile ⁊. *de æta. & qualita. ad aures.*

ADDIT. Vnde versus: *Non est in medico, semper releuetur vt æger.*

c ¶ *Post satisfactionē.*] Ex hoc patet, quod fuit in culpa, & ex eo quod sequitur, Misericorditer alienū officiū vsurpādo: & sic quadoque imputatur alicui aliquod delictum, ea tamen quæ sequuntur ex eo, non imputantur. 15. *qu. 1. inebriauerunt Lot.* Culpa enim mulieris huic imputari non debet, quæ cōtigit contra consilium ipsius. *sim. 50. dist. sæpe*

d ¶ *Alioquin.*] Id est, si nō erat peritus: & si nō adhibuisset diligentiā, quam debuit: aut ex cupiditate fecit. Ber.

¶ *Glo. seq. obijcit alle. 4. & soluit dupliciter.*

e ¶ *Nuntiis tradidit.*] Sed videtur, quod ille scholaris potiùs tacere debuisset. 22. *qu. 2. ne quis.* Item nonne dictum eius est occasio mortis illius. 23. *qu. 5. vnum solum, in fi. & ⁊. de excess. prała. ex litteris.* Item promouendus abstinere debet ab omni eo, per quod possit ad effusionem sanguinis peruenire. 50. *dist. clericum qui.* Item ille, quasi testis inductus fuit, quod non licet clerico in causa sanguinis. 11. *q. 1. testimonium. & ⁊. ne cleri. vel mona. sententiam.* Ad hoc dico, quòd non fuit inductus tanquam testis, quia nec ad præsentiam iudicis accessit. quod fit in criminalibus. *in Auth. de testib. §. quoniam in fi. colla. 7.* Cum ergo ille nec præcepto, nec consilio, nec defensione, nec lingua, nec adhortatione homicidium fecerit, non debet ab ordinibus impediri. quibus modis homicidium committitur, & imputatur, vt dictum est. ⁊. *eo. sicut dignum.* & præterea ille seipsum occidit.

f ¶ *Traditi puniendum.*] Tamen per illud non fuit conuictus de furto: non enim eo ipso est fur, qui animo furandi domum intrauit. *ff. de furt. vulgaris. §. qui furium.*

Sicut.]

† *ipsum.*

† *In codice Barbatiæ ita: Idem Episcopo Placētin.*

† *Ca. 3. eo. ti. in 4. cōpilat. De materia, & intellectu*

● *Martinus Nauarrus in Manuali confessariorum c. 27. n. de quinta specie irregularitatis. Syl uester verbo homicidium. 2. qu. 12. & Couarruuias in Clement. si furiosus. in 2. par. relectionis. §. 4.*

† *Dictis, multum, deest in manuscriptis exemplaribus.*

† *In codice Barbatiæ ita: adeo reprobandus, quin post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit &c.*

† *Antiq. ita: alioquin interdicta est, &c.*

† *De materia huius §. vide Sylvestrum verbo, homicidium. 3. q. 4. & 5. & Couarruuiam in Clement. si furiosus in 2. parte relectionis §. 5.*

† *Vincentiæ.*

† *Intersignia*

† *Intersignis*

Sicut.] Communis diuisio, consultatio, & responsio. Secunda ibi, Nos vero. Abbas Siculus.

Casus. Quidam monachus Carthusiensis ordinis, quandam mulierem asserentem se concepisse ex eo, traxit per zonam quasi ludens cum ea: ipsa per hoc sic asseruit esse laesam, quod huiusmodi occasione fecit abortum: propter quod dictus Sacerdos de consilio quorundam, ab altaris ministerio se suspendit: quaesitum fuit, quid esset de eo agendum? Respondet Papa, quod si non erat viuificatus conceptus, poterit ministrare: alioquin debet ab altaris ministerio abstinere. Nota, quod antequam conceptus sit animatus, non dicitur committi homicidium per abortum.

¶ Glos. seq. inducit duo similia, alleg. in contrarium duo iura. Primum soluit, secundum remittit.

a ¶ Viuificatus.] Sic 32. q. 2. quod vero, & cap. Moyses, quod pro vtraque parte potest induci argum. contra, 23. q. 5. consuluisti, & 3. eod. si aliqua, cap. illud consuluisti: intelligitur, quod puerperium iam erat animatum, &c. Moyses, & c. illud, si aliquis. 3. eod. ibi exponitur istud, & cap. quod vero: intelligitur, quod nondum habet animam. Similiter distinguit lex. ff. de poenis, si quis aliquid. §. qui abortionis: tamen licet non teneatur lege canonica, vt hic patet, nec lege Mosaica, tamen tenetur lege Cornelia de sicar. ff. ad leg. Corn. de sicar. si mulierem, & etiam lege Aquil. vt ff. ad leg. Aquil. si seruus. §. si mulier. De eo, qui procurat venena sterilitatis, dictum est 3. eo. si aliquis, vbi etiam de hoc.

† Carthusiae. † Carthusien. ordinis, in codice Barbatiae.

† Cap. 4. eo. tit. in 4. comp. Vide Antonium Gomezium, tom. 3. variar. resol. c. 3. num. 32. Albertum Trotium, lib. 2. de perfecto clerico cap. 24. & Couarr. in Clement. si furiosus, de homicid. par. 2. relectionis. §. 3.

† Alias: ab eo.

† huius.

Postulasti.] Consultatio & responsio. Secunda ibi, Ad quod. Abbas Siculus.

Casus. Quidam (quia decimas debitas Ecclesiis non soluebant) excommunicati fuerunt: ipsi excommunicatione contempta, decimas soluere non curabant: quaesiuit Episcopus, vtrum licitum esset illi potestatem regiam implorare, cum ad solutionem ipsarum absque sanguinis effusione vix possent compelli? Respondet Papa, quod si de huiusmodi querimonia simpliciter deponat apud Regem, & ipse in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatem, eorum erit duritiae imputandum. Nota, quod si clericus simpliciter conqueratur de laico coram Potestate saeculari, si propter inobedientiam ipsius ipsum durius puniat, quam natura querimoniae requirat, clerico non imputatur. Item gladius est commissus Regi ad vindictam malorum, laudem vero bonorum.

b ¶ Bonorum laudem. 3. de maio. & obed. solitae.

¶ Glos. seq. recit. per quasi. & sol. contra quam alleg. 4. iura.

c ¶ Imputandum.] Nota, quod clericus potest agere ciuiliter contra laicum coram suo iudice de crimine, ad hoc vt sit in perpetuum carcerem, vel vt puniatur pecuniariter. 23. q. 5. non vos. ad fin. & arg. 3. de Iudae. quicumque. & si iudex saecularis per talem querelam durius puniat, quia ille non vult aliter obedire iudici, vt hic dicit, non imputatur clerico. 23. q. 3. Maximianus & quae. l. 5. non vos, ad fin. & cap. relegantes, ad fin. ff. de bon. lib. qui cum maior. §. 1. verse. si tamen, & argum. ff. de rutil. si per imprudentiam, & argum. 3. ead. c. tua nos: ibi, vt ea quae propter bonum facimus, nobis imputentur, si praeter voluntatem nostram cuiquam malum contingat. 23. q. 5. de occidendis. alioquin Paulus in effusione sanguinis, seu crimine argueretur, vt ibi dicitur, quod nefas esset dicere, vt ibi. Argum. contra. 23. q. 5. c. 2. & c. vnum solum. in fi. de poenit. dist. periculose, & 3. de excess. praelat. ex litteris.

Additio. Hodie dicendum est, vt habetur in cap. 2. eod. tit. li. 6. vt praemittatur protestatio. Abbas.

sumpsit, nec cibum: & sic de medio est sublatus. Vnde per nostrum oraculum postulas edoceri, verum praefatus Scholaris ad sacros valeat ordines promoueri? ¶ Nos igitur inquisitioni tuae aliter respondemus, quod si praefatus Scholaris dignis meritis adiuuetur, propter praescriptum euentum a susceptione sacrorum ordinum nullatenus est arcendus.

¶ Idem Priori, & fratribus Carthusien. †

¶ Qui dat causam abortioni, homicida est, si conceptum erat viuificatum anima rationali: alias secus.

CAP. XX.

Sicut † ex litterarum vestrarum tenore accepimus, cum quidam Presbyter vestri ordinis, qui prius fuerat niger Monachus, quandam mulierem praegnantem, cum qua contraxerat consuetudinem inhonestam, & quae asserebat se concepisse ex † eo, per zonam arripuerit quasi ludens, ipsa per hoc sic se asseruit esse laesam, quod occasione huiusmodi † abortiuit, propter quod idem Presbyter proborum virorum vsus consilio, seipsum duxit ab altaris ministerio sequestrandum: & infra. ¶ Nos vero deuotioni vestrae insinuatione praesentium respondemus, quod si nondum erat viuificatus [a] conceptus, ministrare poterit: alioquin debet ab altaris officio abstinere.

¶ Idem Episco. †

¶ Non imputatur Clerico ciuiliter iustitiam petenti de Laico, si Iudex in Laicum exercet vindictam sanguinis.

CAP. XXI.

Postulasti †: & infra. ¶ Quaesiuisti praeterea, vtrum contra quosdam contempta excommunicationis sententia debitas Ecclesiis decimas subtrahentes, tibi Regiam implorare liceat potestatem: cum ad solutionem ipsarum vix absque sanguinis effusione valeant coarctari? Ad † quod respondemus, quod si te huiusmodi querimoniam simpliciter deponente, Rex (cui ad bonorum laudem [b], vindictam vero malorum, gladius est commissus) in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatem, eorum erit duritiae [aut † malitiae] imputandum [c].

¶ Honorius iij. Episcopo Eboracen. †

¶ Homicidium casuale non imputatur ei, qui non occidit, nec fuit in culpa, etiamsi ad cautelam veniam postulauerit.

CAP. XXII.

Exhibita † nobis I. Clerici confessio patefecit, quod cum in puerili [d] esset constitutus aetate, cum quibusdam coaetaneis suis ludens [e], & insequens vnum ex illis, lapidem post eum non animo [f] laedendi, sed timorem incutiendi proiecit [g]: qui licet † ex proiecto lapide percussus non fuerit, neque tactus, ad alium tamen lapidem corruens [h], & caput offendens, tum propter imperitiam medicantis, tum propter patris incuriam, qui laboribus, & sudoribus ipsum exposuit, expirauit. Quia

Exhibita.] In prima parte ponitur petitio. In secunda exhibitio ibi, Quocirca. Abbas Siculus.

Casus. Quidam clericus I. nomine, cum esset in puerili aetate constitutus, & cum quibusdam aliis pueris luderet, & insequeretur vnum ex illis, lapidem post illum proiecit, non animo laedendi, sed timorem incutiendi: qui lapide proiecto non fuit tactus, sed cadens ad alium lapidem, caput laesit, & tum propter imperitiam medici, tum propter patris incuriam, qui laboribus ipsum exposuit, expirauit: dictus I. veniam postulauit a patre illius, vt mitigaretur dolor ipsius propter quod Episcopus illum a sacris ordinibus repellebat, quamuis pater defuncti laborans in extremis confessus fuerit Episcopo, quod nihil dictus clericus in mortem filii sui commisit: vnde petebat clericus ille a Papa, vt cum laesam conscientiam de morte illius non haberet, cum eo misericorditer agere dignaretur: vnde mandat, quatenus si constiterit ita esse, a sacris ordinibus propter hoc nullatenus repellatur. Nota, quod aetas excusat a delicto. Item si percussus ab alio culpa sua in maiorem infirmitatem inciderit, non tenetur percussor.

d ¶ In puerili.] Vnde beneficio talis aetatis excusatus videtur, de consecrat. dist. 4. eos, & 3. de sentent. excommu. cap. 1. quia illa aetas ignorat, quod videas. C. de fals. mon. l. 1. in fi. ff. qui & a quib. pupillus.

e ¶ Ludens.] Quod ei licebat: quia lusit & Isaac, vt dictum est 3. eo. lator. & pueris permissum est ludere. 1. q. 1. c. Spiritus sanctus. §. ecce, quando erat tamen doli capax, quod patet ex eo, quod dicitur: Non animo laedendi: alias nihil esset, quia talis furioso comparatur. 15. q. 1. illud, & ff. de acquir. poss. l. 1. §. 1. Doli capax dicitur, qui est proximus pubertati, vt ff. de reg. iur. pupillum.

f ¶ Non animo.] Ex hoc probatur, quod erat doli capax, nec tamen in culpa propter hoc, quia nec voluntate, nec actu homicidium perpetrauit. 3. e. dilecti. & c. signif. quia voluntas in maleficiis spectatur, non exitus ff. ad l. Corn. de sicar. diuus. & C. eod. tit. l. 1. & 3. de sent. excom. cum voluntate, secundum istam legem promouentis vt, quod opus potius spectetur, non exitus, 15. q. 1. si quis non iratus.

g ¶ Timorem incutiendi proiecit.] In hoc videtur esse poenam ludus noxius in culpa est. ff. ad l. Aquil. nam ludus, & arg. 3. de praesump. cap. 1. Vnde versus: Non ludo poteris sed non incidere ludum.

¶ Glos. seq. recit. per ebrieti.

h ¶ Corruens.] Ipse puer, qui fugiebat propter timorem illius vnde culpa constituisse videtur, eo quod dedit occasionem damni dedisse vt, vt ff. ad l. Aquil. quoties. §. pen. 3. eo. in caetero. & c. presbyterum: sed excusatur propter imperitiam medicantis & propter incuriam patris. arg. 3. eod. tua. & propter aetatem: quia causa multum fuit remota.

† Praeter Ioannem Ananiam, & alios Doctores hic vide Syluestrum, verbo, homicidium. 3. q. 5. & Couarruuiam in d. Clement. si furiosus, de homicid. in 2. part. relectionis. §. 5.

† Alias ita: Ad quod breuiter respondemus. Rom. c. 13.

† Haec duo verba, aut malitia, desunt in antiquis exemplaribus.

† Ebriacen. † Ebraicen.

† Vide Toletum, verbo, irregularitas. 3. §. 4. Syluestrum, verbo homicidium. 2. q. 10. & deinde Couarruuiam in Clement. si furiosus; in 2. part. relectionis. §. 4. num. 6.

† Ex praecedentibus, in recentioribus contra veterum fidem.

a De materia huius gloss. vide Tiraquellum tract. de poenis temperand. aut remittendis causa 7.

¶ *Gl. seq. recitatur per obiectionem.*

a ¶ *Postulauit à nobis.*] Per hoc videbatur culpabilis, sed non est, quia hoc fecit ex benignitate, & humilitate vnde Episcopus non debuit ipsum propter hoc repellere, maximè cùm pater defuncti hoc iurasset, & quia ea sunt in nostris officiis gratiosa: quæ cùm liceret nobis non impendere, causa tamen dilectionis impendimus. 28. q. 1. *iam nunc.*

¶ *Gl. seq. argum. & tenet contrarium.*

b ¶ *Misericorditer.*] Argument. quòd hæc decret. contineat dispensationem, sed non credo: nam quicquid facit Ecclesia, totum est misericordia, & veritas: qua vbi iustitia obseruatur, misericordia adhibetur. 45. *distinct. disciplina*, quod patet ex responsione. Bernard.

IOannes.] Prima pars narrat factum. Secunda diffinit ibi, *Nos igitur.* Abbas Siculus.

Casvs. Sacerdos iste dum pulsaret campanam, vt populus fidelium ad diuina officia conueniret, campana cecidit, & occidit quendam puerum coram ipso: vnde ipse hoc domino Papæ humiliter intimauit: Papa considerans, quòd dictus Sacerdos dabat operam licitæ rei, non debet sibi imputari, si casus omnes fortuitos non præuidit: vnde mandat, quatenus si constiterit ita esse, dictus Sacerdos liberè suum officium exequatur. Nota, quòd de casu fortuito nullus tenetur, cùm præuideri non possit.

c ¶ *Signo.*] 1. *distin. ius militare*, & j. *de offic. custod. cap. 1. & 2.*

d ¶ *Rei licitæ.*] §. *eod. ex litteris*, & j. *eod. cap. vlt.* Bernard.

e ¶ *Fortuitos.*] j. *eod. cap. vlt.* vbi de hoc.

f ¶ *Permittatis.*] De iure communi. Absit enim, quòd ea, quæ propter bonum facimus, nobis imputentur, si præter voluntatem nostram alicui quicquam mali contingat. 23. q. 5. *de occidendis.* Bernard.

PEtitio.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

Casvs. Sarraceni inuaserunt quoddam castrum, in quo Pelagius Presbyter morabatur: tandem Christiani tam laici, quàm clerici exiuerunt contra illos: & inuicem confligentes hinc, & inde multi occisi sunt, vel fuerunt: vnde cùm sacerdos iste aliquos percussisset, timebat, ne irregularitatem incurrisset: propter hoc exposuit hoc domino Papæ, & ipse mandat eidem quatenus si de interfectione cuiusquam in illo conflictu ipsum conscientia sua remordet, à ministerio altaris abstineat reuerenter, cùm in hoc casu tutius sit abstinere, quàm temere celebrare. Nota, quòd clerici pugnare nó debent etiam contra Sarracenos. Item in dubiis via tutior eligenda est.

verò dictus Clericus, vt mitigaretur dolor patris defuncti, veniam super hoc postulauit ab ipso, tu eum à sacrorum ordinum susceptione repellis: quanquam idem defuncti pater in extremis laborans, tibi, & Presbytero, cui suam aperuit conscientiam, confessus fuerit, & præstito firmauerit iuramento, nihil ipsum in morte filij sui (prout sibi constiterat) commisisse. Quare idem Clericus postulauit [a] à nobis, vt cùm de illius obitu læsam nó habeat conscientiam, dignaremur agere misericorditer [b] cum eodem. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si constiterit ita esse, ipsum propter hoc à receptione sacrorum ordinum non repellas.

¶ Idem Episcopo, & Capitulo Veneteñ.

¶ *Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.*

CAP. XXIII.

IOannes † Sacerdos humili nobis insinuatione mõstrauit, quòd cùm pulsaret campanas, vt signo [c] dato conueniret populus fidelium ad diuina, cadens tintinnabulum percussit quendam puerum coram eo: qui (cùm vulnus esset mortale) decessit. ¶ Nos igitur attendentes, quòd dicto Sacerdoti, qui dabat operam rei licitæ [d], nihil potuit imputari, si casus omnes fortuitos [e] non præuidit: Discretioni vestræ mandamus, quatenus si constiterit ita esse, dictum Sacerdotale officium exequi permittatis [f].

† *Vide præ aliis hic Ioannem de Anania, ab citatos, j. eo. tit. in ca. ex litteris, lib. 2.*

¶ Idem Pelagio † Presbytero.

† *Aliàs: P. Presbytero.*

¶ *Clericus pugnando etiam contra inimicos fidei Catholicæ, si quenquam percussit, & de interfectione ipsum remordet conscientia, à ministerio altaris abstinere debet.*

CAP. XXIV.

PEtitio † tua nobis exhibita continebat, quòd cùm inimici Dominicæ Crucis, ac blasphemi nominis Christiani, castrum quoddam, in quo morabaris, grauiter inuasissent, exeuntibus inde habitatoribus, tam Clericis, quàm Laicis cõtra eos, ac † inuicem confligentibus, hincinde occisi quamplurimi extiterunt. Vnde cum pro eo, quòd aliquos percussisti, irregularitatem metuas incurrisse: Mandamus, quatenus si de interfectione cuiusquam in illo conflictu tua conscientia te remordet [g], à ministerio altaris abstineas reuerenter: cùm sit consultius in huiusmodi dubio [h] abstinere, quàm temerè celebrare.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Idem dicit quod cap. Iohannes, suprà, eodem: & tantùm ponit diuersitatem in facto.*

CAP. XXV.

QVidam † (vt asseris) ad ædificationem Ecclesiæ in adiutorium à Presbytero euocatus, ruens cum laqueari, quod idem Presbyter soluere nitebatur, hac occasione rebus est humanis exemptus: & *infrà.* ¶ Attendentes igitur quòd Sacerdos ipse dabat operam licitæ rei [i]: studuit etiã, quam debuit, diligentiam adhibere: circunstantibus, quibus periculum imminebat, ita tempestiuè, & alta voce præmonitis [k], quòd & intelligere, & fugere potuerunt: Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd ob hanc causam, vel quia omnes casus fortuitos (qui præuideri non possunt [l]) fortitan non præuidit, non debet quoad officium, vel beneficium impediri.

g ¶ *Remordet.*] Scilicet, quòd aliquem interfecerit: licet enim clerici [a] alios possint hortari ad pugnam in iusto bello contra hostes, quale fuit illud, 23. *quæst.* 8. *omni igitur* hortatu, omni timore: vt pridem, & *quasi* 2. *dominus*, & 63. *distinct. Hadrianus.* in propria tamen persona pugnare non possunt, vt 23. q. *vlt. quicunque*, & *cap. clerici*, & 50. *distinct. clericum qui*, & *cap. de his clericis*: quia eorum officium reddit eos inhabiles ad pugnãdum, vt j. *de voto, ex multa ad finem.*

h ¶ *In huiusmodi dubio.*] Sic j. *eod. significasti.* & *cap. ad audientiam*, vbi de hoc simul. j. *de clerici excommuni. illud.* Et sanctius est in hac vita Domino sub inferiori habitu famulari, quàm alta indebitè appetendo damnabiliter ministrare. 50. *distinct. de his, in fin.* & j. *de tempor. ordin. ad aures.*

a *De materia huius gl. vide omnino B. Thom. & ibi Caietan. 2. 2. qu. 40. art. 2. & qu. 64. artic. 4. vnde intelliges, quamdiu liceat, clericis in Belli, aide plenissime per Fabirium, verbo, Irregularitas 13. § 10.*

† *Vide bea- tum Thomã super glos- hanc ca. citatum, & S. Antonin. 3. part. tit. 28. c. 2. § 6. Sylvestrum, verbo, homicidium. 3. q. 6. & Conarruuiam in Clemen. si furiosus in 2. par. relectionis. § 3.*

† *Aliàs: & ita inuicem, &c.*

QVidam.] Casvs. Quidam presbyter euocauit quendam in adiutorium ad ædificationem Ecclesiæ: & dum presbyter quoddam lignum dissolueret, ille homo cũ ligno ruit in terram, & mortuus fuit: dubitabatur, an illi presbytero esset hoc imputandum: significatum fuit hoc domino Papæ: ipse vero considerans, quòd Sacerdos dabat operam licitæ rei, & etiam adhibuit diligentiam, quam debuit adhibere, circunstantibus præmonitis in alta voce, quòd intelligere potuerunt: Respondet, quòd propter hanc causam, vel quia omnes casus fortuitos non præuidit, qui præuideri nõ possunt, non debet idem quoad officium vel beneficiũ impediri. Nota, quòd casus fortuitos nemo potest præuidere: & ideò iste presbyter non tenetur de homicidio.

† *Præter Doctores hic tũ de citatos in c. ex litteris, lib. 2. j. eod. tit.*

i ¶ *Licitæ rei.*] Sic j. *eod. cap. ex litteris*: vbi similis casus ponitur, & j. *eod. Ioan.*

k ¶ *Præmonitis.*] Dicendo, caue, caue. 50. *distinct. si duo*: vnde si incuria illius mortuus est, huic, qui ipsũ monuit, non imputatur. 50. *distinct. sæpè, ad fin.*

l ¶ *Præuideri non possunt.*] Fortuitos enim casus nullum hominum consilium præuidere potest. *ff. de admin. re. ad ci. perti. l. 2. § si eo tempore*: quare nemini sunt imputandi. *ff. qui. & à quib. ma. li. non fi. Iulianus.* Casus enim fortuiti non imputantur, nisi culpa quis incidat in casum, vel pacto, vel mora præcedentibus casum. j. *de commo. cap. vnico*, & j. *de depo. bona fides*, vbi de hoc: quia nemo tenetur diuinare. j. *vt ecc. bene. si. nefrum. ff. ad legem Aquiliam. si putator*, & *ff. man. si fideiussor. §. si cum debitor.* & Paulus spiritu Dei plenus diuinare non potuit. 22. *quæst.* 2. *beatus.* Bernard.

DE

DE TORNEAMENTIS.

¶ Viso de homicidio in genere, & in specie, videndum restat de quibusdam actibus, per quos licet quandoque, non semper tamen deuenitur ad homicidium: ideo subiicit hanc rubricam, & duas sequentes. Abbas.

De hac materia, & de clericis in duello pugnantibus, & de sagittariis habetur 2. q. 5. §. sed qualibet, vsque ad fin. q. & suprà in rubrica de homicidio, versi. quid iuris.

TITVLVS XIII.

De torneamentis.

¶ Ex concilio Lateran. †

¶ Torneamenta fieri non debent: & vulneratis in eis conceditur pœnitentia: sed si moriatur, denegatur ei sepultura Ecclesiastica, si accessit animo pugnandi: secus si accessit alia causa: putà, vt debita sibi exigeret. Hoc dicit cum cap. sequ.

† Conc. Later. sub Alex iij. cap. 20. refertur in 1. & nouissimè li. 8. tit. 11. c. 11. & inno c. 148. & c. 1. eod. tit. lib. 5. comp.

Felicis memoriæ.] Primò prohibet. Secundò pœnã imponit. Secunda ibi, Quid si. Abb. Sicu.

CASVS Lateran. Concilium inhærendo vestigiis Innocentij, & Eugenij, prohibet detestabiles nundinas illas, vel ferias, quæ vulgò torneamenta vocantur, in quibus milites ad ostentationem virium suarum conueniunt, vnde mortes, & animarum pericula sæpe proueniunt. Quod si aliquis eorũ ibi mortuus fuerit, careat Ecclesiastica sepultura: pœnitentia tamen ei non denegetur. Nota, quòd aliquid prohibetur propter malũ, quod inde sequi potest. Item nota hic casum, vbi maius conceditur, & minus denegatur. Item nota argum. cum aliquo communicandum viuo, nõ tamẽ mortuo.

† Vide Conc. Trid. sess. 25. de refor. ca. 19. & praeter Doctores hic cõsule B. Th. & ibi latiùs Caietanũ 2. 2. q. 95. ar. 8. ad 3. argum. addito notas in hoc decr.

CAP. I.

Felicis † memoriæ Innocentij, & Eugenij prædecessorum nostrorũ vestigiis inherentes, detestabiles illas nundinas, vel ferias, quas vulgò torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto conuenire solent, & ad ostentationem [a] virium suarum, & audaciæ, temerè [b] congredi: vnde mortes hominum, & animarum pericula sæpe proueniunt [c], fieri prohibemus. Quòd si quis eorum ibi mortuus fuerit, quamuis ei poscenti pœnitentia non negetur [d], Ecclesiastica tamen careat sepultura [e].

a ¶ *Ostentationem.*] Secundùm leges tamen licet aliquid facere ad ostentationem virium, vt *ff. de alea. solent* [a]: aliàs non licet, vt *l. seq.* nec huiusmodi tenentur lege Aquilia. *ff. ad leg. Aquil. qua actione. §. si quis.*

a Licet pecunia ludere, & sponsionẽ facere virtutis causa, vt hasta, vel pilã iaciendo, saliendo, currendo, luctando: aliàs non licet, vt in l. seq. Io. And.

b ¶ *Temerè.*] Et ideo talis ludus tanquã noxius prohibetur hic, & *ff. ad l. Aquil.* nam ludus.

¶ Alexander iij. Anateñ. Episcopo.

¶ Idem dicit, quod in superiori cap.

CAP. II.

Ad audientiam nostram noueris peruenisse, quòd cùm quidam ad locum deputatum torneamentis causa requirendi debita accessisset: & infrà. ¶ Nos attendentes, quòd his tantùm Ecclesiastica sepultura debeat interdici, qui ad torneamenta animo id faciendi [f] tantùm accedentes, decedunt ibidem: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd ad prædictum torneamentum non animo ludendi, sed percipiendi credita peruenisset, licèt ibi fortuito casu [g] obierit, corpus eius dispensatione [h] † Ecclesiasticæ tradi facias sepulturæ: maximè [i] si Dominicum corpus susceperit, & sacri olei fuerit vnctione perunctus.

c ¶ *Proueniunt.*] Argu. aliquid prohiberi propter consequens. *22. q. 1. in nouo, & ĩ. de iniuriis. & §. Christus. simil. de consecrat. distin. 3. peruenit.*

Cap. vnico, eo. tit. in 2. comp. Adde citatos in precedenti c. & in c. 1. ĩ. de corpore vitiatis, & nostra in hanc decretalem.

d ¶ *Non negetur.*] Nec etiam viaticum. *26. q. 6. §. si quis de corpore. 50. dist. pœnitentia*: quia & per pœnitentiam viaticum intelligitur, quod decedentibus pœnitentibus non negatur. *ĩ. de pœnis. & remiss. quod in te.*

¶ Gloss. seq. Brocar. all. 7. simili. secundò, & tertiò soluit contraria.

e ¶ *Careat sepultura.*] *Simi. ĩ. de rapt. cap. 2.* & sic conceditur, quod est maius, & quod minus est, prohibetur. *argu. 88. dist. Episcopus gubernationem. ff. de ritu nupt. oratione, & 1. q. 1. si qui Episcopi, & 33. q. 2. latorem. C. quando imper. inter pu. & vid. l. vnica, & 80. dist. Episcopi non in castellis. argum. contra. 44. dist. nulli clerico. 13. q. vlt. c. vlt. & ff. de pena. qui indignus ff. de ser. exportan. cui pacto. 32. q. 7. Apostolus, in fin. 24. q. 1. miramur: & ĩ. de deci. ex parte.* Sol. generale est, quòd cui licet maius, & minus: nisi ab illo minore prohibeatur ex causa, ne vilipendatur honor personæ, vt patet per primas concordantias. Hic verò alia ratio est, vt potius consulatur viuis, quàm defunctis, vt alij terreantur, & abstineant à talibus, cùm viderint illos sepeliri in campis, quia vilis sepultura illis defunctis non nocet [b] *ĩ. de sepul. sacris. 13. q. 2. animæ defunctorum*, sic intelligitur *ĩ. de rap. cap. 2. Ber.*

b Hæc distinctio, indistinctè nõ est vera. Quare vide B. Tho. & Sotum 4. sent. dist. 45. q. 2. artic. 3. quæstiuncula 3.

Ad audientiam.] CASVS. Quidam causa requirendi quædam debita, accessit ad locum torneamentorum, contigit, quod casu de equo cadens mortuus est, non in torneamento: sed quia ibi mortuus fuit, denegabatur ei sepultura: quæsitum fuit à Papa, quid iuris esset. Papa verò considerans, quòd illis tantum, qui ad torneamenta animo ludendi accedentes, decedunt ibidé, Ecclesiastica sepultura debet interdici, mandat, quatenus si constiterit, quòd ad prædictum torneamentum non animo ludendi, sed percipiendi credita accessisset, licèt ibi casu obierit, non debet carere Ecclesiastica sepultura: maximè cùm Dominicum corpus acceperit, & fuerit oleo sacro perunctus. Nota, quòd voluntas, & propositum distinguunt maleficia. Item quæ fortuito casu accidunt, imputari non debent.

f ¶ *Animo id faciendi.*] Ergo ad animum recurrendum est: & quia iste mortuus fuerat ad locum torneamenti, denegabatur ei sepultura, & malè: quia non ludebat in torneamento, sed casu sub equo mortuus est, nec ex ea causa accesserat, sed alia, vt dicit littera. Volũtas enim, & propositũ distinguunt maleficium, *vt ff. de fur. qui iniuriæ, & ĩ. de sententia excommunicat.* cum voluntate, & ad animum recurrendum est. *22. quæst. 2. si autem, & cap. homines, in fin.* & ideò non debet ei denegari sepultura, vt dicit *in fine.*

g ¶ *Fortuito casu.*] Quoniã præuidere nõ potuit. *ĩ. titul. proxim. Iohannes, & cap. vltim.* vnde sibi non debet obesse. *23. qu. 5. de occidendis.*

h ¶ *Dispensatione.* Non intelligas, quòd dispẽsetur cum isto, vt sepeliatur in cœmeterio Ecclesiæ, sed ex dispensatione secundùm quã Ecclesia disponit, vt corpora Christianorũ sepeliantur in cœmeteriis [c], quoniam olim in campis sepeliebantur [d] *ff. de sepulc. violat. l. 3. §. diuus.*

† Aliàs, dispensatiue. Aliàs ista: dispensatione Ecclesiæ tradi facias, &c. & hanc lectionem agnoscit hic Hostiensis, quam etiam habent vetustiores aliquot codices manuscripti.

i ¶ *Maximè.*] Quia idem est, etiamsi hæc duo sacramenta non recepisset, dummodo pœnitentiam recepe-rit, & iste illa tria percepit, vt patet in integra. Bernard.

c Rationes quare 13. q. 2. c. cum gratia. Ioann. And.

TITVLVS XIV.

De Clericis pugnantibus in duello.

¶ Alexander tertius.

¶ Clericus iniens duellum, siue obtulerit, siue susceperit, deponendus est: poterit tamen Episcopus cum eo dispensare, si mors, vel mutilatio membri non sit inde secuta.

CAP. I.

Porro † si Clericus alicui sponte duellum obtulerit, vel oblatum susceperit [k]: siue victor, siue victus fuerit, de rigore iuris est meritò deponendus [l]. Sed quantumcunque eius

† Cap. 1. eod. tit. in 1. cõpi. & post Con. Lateran. sub Alex. iij. par. 26. cap. 5. & de interdicto hoc duellorum genere tene, quòd nouissimè sācitū Concilii Tridentini, sess. 25. de refor. cap. 19.

DE CLERICIS PVGNANTIBVS IN DVELLO.

¶ Visum est suprà de torneamentis, vbi plures pugnant: nunc subijcit de duello, vbi duntaxat duo pugnant. Abbas Siculus.

Porrò.] Diuiditur, quia in prima ponitur excessus punitio. In secunda dispensatio ibi, *Sed quantumcunque.* Abbas Siculus.

CASVS. Quæsitum fuit à Papa, qualiter puniri deberet clericus, qui duellum alicui sponte obtulit, vel suscepit oblatum? Respondet Papa, quod siue victor fuerit, siue victus fuerit clericus, qui duellum obtulerit, vel susceperit, de rigore iuris est deponendus: verumtamen quantumcunque excellens Episcopus tuus cum eo poterit dispensare, dummodò ex ipso duello homicidium, vel membrorum diminutio nõ fuerit subsecuta. Nota, quòd non licet clerico in duello pugnare. Item Episcopus cum clerico in duello pugnante dispensare potest. Item argum. quòd Episcopus cum clerico homicida, vel membri detruncatore dispensare non potest.

d Ne vniuersi corrumperent fœtore. C. de reli. l. mortuorum. Io. And.

k ¶ *Oblatum susceperit.*] Nec offerre, nec oblatum suscipere debuit aliquo modo: quia hoc prohibitum est. *2. quæst. 5. monomachiam, & ĩ. de purgat. vulg. per totum*: sed potiùs debet omnia mala pati, quàm hinc malo, vel alij consentire. *32. quæst. 5. ita ne*: quia facere debemus, quod fieri debet de iure *22 quæst. 2. faciat homo.*

l ¶ *Deponendus.*] Quia huiusmodi pugiles homicidæ existunt. *ĩ. c. prox.* vnde cùm ad hoc accesserit, nõ potest quis promoueri. *51. distin. si quis post*: nec dispensatur [e] cum tali, si mors, vel membrorum mutilatio fuerit subsecuta. *ĩ. cap. prox.* alias potest cum tali

e Vide Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 7. vbi de dispensatione cum homicidis.

tali Episcopos dispensare, vt ĩ. sequitur. Bernard.

Henricus.] Prima pars narrat factum. Secunda prouidet ibi, Quia igitur. Abbas Siculus.

Casvs. Quidam nomine H. conuenit quendam super furto coram sæculari iudice: & quia intentionem suam non potuit probare per testes, secundum consuetudinẽ terræ, pugilem obtulit, qui aduersarium adeo vulnerauit, quod exinde mortuus fuit: Sacerdos ille significauit hoc domino Papæ: & diœcesanus Episcopus cõsuluit dñm Papam, quid de eo sit agendũ. Respondet Papa, quod tales pugiles veri homicidæ sũt: & prædictus Sacerdos non debet in sacris ordinib[a] ministrare: quãuis non pugnauerit in duello, sed alius pro ipso: homicidium enim cõmittitur tam facto, quã præcepto, consilio, aut defensione: tamen circa beneficiũ habendum cum dicto presbytero poterit dispensari. Nota, quod consuetudo non excusat aliquem à delicto. Item quatuor modis cõmittitur homicidium, facto, præcepto, consilio, & defensione. Item nota casum, vbi Episcopus potest dispensare in beneficio, & non in executione ordinis.

in hoc grauis sit enormis excessus, euadere potest depositionis sententiam, si cum ipso suus Episcopus duxerit misericorditer dispensandum: dummodo ex ipso duello homicidium vel membrorum diminutio non fuerit subsecuta.

¶ Cœlestinus † tertius.

¶ Irregularis est Clericus, non solum si ipse interfecit per se, sed etiã si pugil ab eo datus aduersarium occidat, nec excusat consuetudo: poterit tamen cum eo circa beneficium habendum dispensari.

CAP. II.

Henricus † presbyter nobis humiliter intimauit, quòd cùm Laicum quendam super furtó in sæculari placito conuenisset: quia testes sui defecerunt, pugilem secundùm prauam[a] terræ consuetudinem introduxit, qui reũ vsque adeo ictibus † vulnerauit, quod coactus est expirare. ¶ Quia igitur super hoc nos cõsulere voluisti, ambiguitatem tuam responsione huiusmodi remouemus: quòd tales pugiles homicidæ[b] veri † existunt: nec prædictus Sacerdos, licèt non ipse, sed alius pro eo in duello pugnauerit, debet in sacris ordinibus ministrare, sicut tradunt sacrorum canonum instituta †. Homicidium autem tam facto[c], quàm præcepto, siue consilio, aut defensione non est dubium perpetrari: poterit tamen cum eo circa habendum beneficium[d] misericorditer dispensari.

† *Alids: Clemens tertio.*

† *Cap. 1. eod. tit. in 2. cõpi. Et de materia huius decretalis tamen, quod nouissimè diffiniuit Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 19.*

† *Dictio, ictibus, deest in antiquioribus Gregorij codicibus, & in omnibus Vaticanis.*

† *Alids, veri, sed in recentioribus.*

† *Cap. miror, & cap. si quis viduã. 50. dist. & c. qui in aliquo 51. dist.*

a ¶ *Prauã.*] Et reprobatam. ĩ. *de purg. vulg. per totũ, & 2. q. 5. monomachiam*: quia Deum tentare videntur.

b ¶ *Homicidæ.*] Verè quantũ ad propositum, vel occasionaliter, vel verè quandoque, vt hic patet. & sententia lata per talem probationem non transit in rem iudicatam. ĩ. *de purgat. vulg. cap. 2.* Bern.

c ¶ *Facto.*] Istis quatuor modis, siue lingua, siue adhortatione committitur directum homicidium. De hoc dicitur ĩ. *de homicid. per totum.*

d ¶ *Beneficium.*] 50. *dist. c. studeat. 28. dist. presbyterum*, scilicet ne cogatur in clerici opprobrium mendicare. 93 *dist. in c. diaconi*, ibi: Mendicat infelix clericus, &c.

DE SAGITTARIIS.

¶ *Continuata est suprà de tormentis. Abbas Siculus.*

Artem.] Casvs. Præcipit Papa sub interminatione anathematis, quod nullus debeat exercere aduersus Christianos, & Catholicos artem illã mortiferam, & odibilem ballistariorum, & sagittariorum. Nota, quod contra Catholicos pugnare non licet: & intellige de bello iniusto, secus de iusto.

e ¶ *Christianos.*] Secus de Sarracenis[a], à contrario sensu: & intellige de bello iniusto. *argu.* ĩ. *de iureiur. sicut si consisterit. 3. quotiam* si iustum esset, licitum esset pugnare. 23. q. 2. *dominus, & q. vlt. vt pridem.*

¶ *Gosfr. recit. per quest. an per hæc verba, &c. ad affirmatiuam alleg. duo iura. Secundò distinguit inter sententiam iuris, & hominis. Tertiò soluit.*

f ¶ *Sub anathemate.*] Videtur, quòd sit canon latæ sententiæ. *arg 63 dist. Salonitanæ*, & ĩ. *de eo qui fur. ordi. recep. cap. 1.* sed secus est. Nam multum interest, an à lege aliquid prohibeatur sub anathemate. 90. *dist. in. per totum.* an ab homine, & tunc videtur, quod sit excommunicatus, vt in c. *Salonitanæ arg. ad hoc ff. de arb. Celsus, & ff. cum dies. §. vltim. ff. de contrahen. empt. l. si si sciens vt sic* mitius agatur cum lege, quàm cũ ministro legis. Dicas[b], quòd si iudex dicat: Præcipio sub pœna excõicationis, siue præcipio sub interminatione excõicationis, siue anathematis, siue sub excommunicatione, vt hoc facias: non est excõicatus contrarium faciens, sed excõicandus, & cap. illud, Salonitanæ, & ĩ. *de iocat. cap. 1. &* ĩ. *de eo, qui fur. ordi. recep. cap. 1.* & omnia consimilia intelliguntur cum sub conditione excommunicatio lata fuit sic. Excommunico, quicunque furtiue ad ordines accesserit: & tunc contrarium faciens est excommunicatus. De hoc dixit ĩ. *de simo. Sicut a.* Bern.

a Idem sentias de aliis infidelibus, & quatenus agit de bello iusto, & iniusto, quid illud sit tradit B. Thom. 2. 2. q. 40 ar. 1 & Alphõsus Castr. li. 2. c. 4. de iusta hæret. punit.

b De hoc articulo vide hic præ aliis latissimè Iohann. Anan.

TITVLVS XV.

De sagittariis †

¶ Innocentius tertius †.

¶ Excommunicandus est sagittarius, & ballistarius contra Christianos. Hoc dicit.

CAP. I.

Artem † illã mortiferam, & odibilem ballistariorũ, & sagittariorum aduersus Christianos[e], & Catholicos exercere de cætero sub anathemate[f] prohibemus.

† *Sagittariis, & ballistariis in codice Barbaria.*

† *Secũdus, in veteri cõpilatione.*

† *Cap. vnico. eod. tit. in 1. cõpilatio.*

TITVLVS XVI.

De adulteriis, & stupro †.

¶ In Exod. †

¶ Stuprans virginem, tenetur eam dotare, & ducere in vxorem: & si non vult cum ea contrahere, vltra dotem corporaliter castigabitur. Hoc dicit cum cap. sequenti.

CAP. I.

Si seduxerit quis virginem, nõdum desponsatam, dormieritque cum ea: dotabit[g] eam, & habebit vxorem[h]. Si verò pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta[i] modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt.

¶ Gregorius † Sidon. Episcopo.

¶ Summatum est suprà cap. prox.

CAP. II.

Peruenit ad nos, quòd Felix quandam virginem stupro

DE ADVLTERIIS, & stupro.

¶ *Suprà visum est de homicidio, & de quibusdam artibus, ex quibus prouenit homicidiũ quãdoque: sed quia secundùm ordinem decalogi, id est, legis antiquæ continentis decem præcepta, post homicidium sequitur adulterium, seu mœchia, vt patet ibi: Non occides, Non mœchaberis: ideo post homicidium sequitur hic de adulterio: sed quia nomine mœchiæ omnis illicitus coitus continetur, ideò subiicit de stupro. 32. quæst. 4. meretrices.*

De hac materia habetur 36. q. 1. c. 2. & §. cùm ergo.

Si seduxerit.] *Hoc cap. & seq. ponunt* pœnam stuprantis virginem. Abbas.

Casvs. Legitur in Exodo, quod si quis virginem seduxerit nõdum desponsatam, & dormierit cum illa, dotabit eam, & habebit in vxorem. Si verò pater puellæ eam sibi dare noluerit, dabit ei pecuniam secundum modũ dotis, quam virgines recipere consueuerunt. Nota hic pœnã stupri secũdùm antiqua tempora.

g ¶ *Dotabit eam.*] Id est, donationem propter nuptias assignabit ei. Vel propriè ponimus, quia dabit pecuniã mulieri, quam retinebit sibi pro dote, quod fieri potest. *ff. de donat. inter vir. & vxor. si quis vxori. Cod. de do. can. non num. l. 2.* & si cum ea non contrahat, nihilominus habebit illam pecuniam, vt sequitur in littera. Si verò ante matrimonium donet ei, tenebit donatio. *ff. de pub. in rem act. cùm sponsus*: si in tempus matrimonij porrigatur donatio, non tenet. *C. de donat. inter vir. & vxor. quod sponsæ.* ĩ. *eod. cap. vlt. vbi de hoc.*

h ¶ *Vxorem.*] Si pater eam dare sibi voluerit, & ipsa in eum consenserit, & etiam si ipse eam accipere voluerit: alias punietur. ĩ. *cap. proxim.*

i ¶ *Iuxta modum.*] Qui æstimabitur iuxta facultates illius, & dignitatem puellæ. *C. de episc. audi. l. penult. C. de rei vxor. act. Authent. sed quis, & ff. de iure do. sine generalis. 35. quæst. 5. nullum.* hæc olim fuit in Exodo[c], hodie alia secundum leges, *vt not.* ĩ. *cap. proxim.*

Peruenit.] Casvs. Quidam Felix nomine, decepit quandam virginem stupro: quæritur, qualiter sit puniendus? Respondet Papa: Si verum est, secundùm legem debet puniri: sed aliquantulũ temperat pœnam legis, statuẽs, vt aut illam in vxorem accipiat, aut si noluerit, corporaliter castigatus, & communione sacramentorum priuatus, in monasterio detrudatur ad pœnitentiam peragendam: nec inde recedat sine licentia. Nota, quod pœnæ restringendæ sunt, non ampliandæ. Item mitius agit

† *Exod. cap. 22. & cap. 1. eod. tit. in 1. compil. Ino p. 16. c. 292. & c. 293. V. j de B. Thom. 2. 2. qu. 154. ar. 6. & ind. Clarum lib. 5. sen. §. stuprum. & de intellectu Ferdinandũ Vasquiũ li. 1. c. 7. contro. vsum frequentium, & citatos in cap. seq.*

† *Grego. Sipontino Episcopo, lib. 2. registri epistolar. 42. c. 81. indic. 11. & c. 2. eod. tit. in 1. cõpi.*

c Obseruandũ est, quod admonuit Bernardus Papiensis in cap. 1. de commodato, in 1. compi. dicẽs, se multa ex textu Pentateuchi adduxisse, non vt obseruarentur, sed vt intelligerentur, quod de his esset in veteri lege statutum: idem forsitan voluit Raymundus, vt his obseruet glossa.

agit canon, quàm lex. Item nota hic pœnam canonicam pro stupro impositam, scilicet in monasterio detrusionem.
a ¶ *P.ectendus.*]Scilicet vt relegetur, vel si vilis persona fuerit, verberetur. *Instit. de pub. iudic. §. 2.* si autem per vim hoc fecerit, capite plectitur. *Instit. eod. fin autem.*

decepit: quod si verũ est, quamuis esset de lege pœna plectendus [a], nos aliquatenus legis duritiem mollientes, hoc modo disponimus: Vt aut, quam stuprauit [b], vxorem habeat [c]: aut si tenuendum putauerit, corporaliter castigatus [d], excommunicatúsque [e], in monasterio †, in quo agat pœnitentiam, retrudatur, de quo nulla sit egrediendi sine præceptione † licentia.

¶ Ex Concilio Arelaten. †

¶ *Maritus retinens adulteram coniugem non peracta pœnitentia, particeps est delicti: secus si egit pœnitentiam: non tamen debet eam sæpe recipere.*

CAP. III.

SI vir sciens vxorem suam deliquisse [f], quæ non egerit pœnitentiam, sed permanet in fornicatione, vixerit cum illa: reus erit [g], & eius peccati particeps. Quòd si mulier dimissa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum suum reuerti, debet [h], sed non sæpe [i], recipere peccatricem.

¶ Ex concilio Parisien. †

¶ *Maritus propter suspicionẽ potest accusare vxorem de adulterio, & in accusando præfertur cæteris.*

CAP. IV.

MAritis etiam ex suspicione [k] vxores accusare permissum est: & ipsi plus cæteris [l] de adulterio, & accusare possunt, & defendere.

b ¶ *Stuprauit.*] Stuprum * proprie committitur in virgine. 36. *quæst. §. 1.*
c ¶ *Vxorem habeat.*] Si ipsa, & pater voluerit. *s. c. prox.* Bern.
d ¶ *Castigatus.*] Secundùm quod visum fuerit iudici: aliter secundùm leges, vt dictum est.
e ¶ *Excommunicatúsque.*] Quoad communionem sacramentorum, quousque visum fuerit superiori: finaliter tamen nõ compelletur eam recipere, sed quia illam decepit, ad tempus punietur.
SI vir.] Distinguitur, Secundum membrum ibi, *Quòd si mulier.* Abbas Siculus.
CASVS. Dicitur in isto cap. quòd si vir scit vxorẽ suam deliquisse, quæ non egit pœnitentiam, sed permanet in fornicatione, & steterit cum illa, reus erit peccati illius. Si verò mulier pœnitentiam egerit, & voluerit ad virũ reuerti: qui eam propter peccatum suum dimiserat, debet eam recipere, sed non sæpe. Nota, quòd qui vxorẽ propriam adulterã detinet, seipsum adulterũ reddit. Item nota argu. delicta sæpius commissa, grauius punienda.
f ¶ *Deliquisse.*] Adulterando cum alio.
¶ *Glos. seq. obuia, & soluit: & arg. quòd crimen lenocinij contrahunt.*
g ¶ *Reus erit.*] 32. q. 1. si quis vxorem: quia patronus est turpitudinis, qui crimen celat vxoris. 32. q. 1. c. 1. *s. de iureiur.* quemadmodũ. & *C. de adulter. l. 2.* vel crimen lenocinij committit: & nisi denunciet eam ad pœnitentiam, mortaliter peccat. 2. *quæst.* 1. si peccauerit, & *s. de iureiur.* quemadmodum.
h ¶ *Debet.*] Debito honestatis, & non necessitatis, quia etiam post pœnitentiam posset eam accusare de adulterio. 33. *quæst. 2. admonere.*
i ¶ *Sed non sæpe.*]Immò videtur, quòd non solùm semel, sed septuagies septies, *de pœnis. dist. 3.* adhuc instant. *s. de iureiur.* quemadmodum, *ad fin.* quare ergo dicit: Sed non sæpe? Dico, quod si mulier delinquat sæpius, maritus semper potest ei parcere, si vult, & eam post pœnitentiam recipere secundùm Euangelicam doctrinam: sed Ecclesia non intercedet pro ea, ex quo aliquoties ei pepercit, & ideo dicit hi. Nõ sæpe, ne Ecclesia videatur ei dare licentiam peccãdi: & ad terrorem dicitur etiam hoc. Item argu. delicta sæpius cõmissa, grauiùs puniri. *C. de epi. audi. l. 3. & ff. de re milit. l. 3. § si tyronibus, & ff. de pœnis. l. aut damnum. § quisquis 25. q. 2. ita nos, & argum. 35. q. 3. extraordinaria.*
MAritis.] CASVS. Dicitur hic quòd maritus ex sola suspicione accusare potest vxorem de adulterio, & plus cæteris de adulterio accusare, & defendere potest. Nota, quòd maritus præfertur aliis in accusatione adulterij contra vxorem. Item crimen adulterij est publicum.
k ¶ *Ex suspicione.*] Violenta scil. 32. q. 1. dixit Dominus: ex temeraria enim non licet, de qua intelligitur 2. q. 1. *primò semper.*

a *Vide B. Tho 2. 2. q. 154. ar. 6. vbi late de hoc.*
† *monasterium.*
† *præcepto.*
† *Alias, Aurelian. Vide c. 3. eo. tit. in 1. compil. & notas huius cap.*
† *Burchard. li. 6. decret. c. vlt. etiam tribuit Concilio Parisien. c. 3. quod nondũ tamen est. reseruat cap. 5. eo. ti. in 1. comp. Vide Antoninum Gomezium, & Palacium Rubium, super lege Tauri. 80 incip. Et marido.*
b *Vide Alexandrũ post Bar. in l. 2. §. 5. ff. e. & Panor. in c. ex litteris. s. de præsumptio.*

l ¶ *Plus cæteris.*]32. q. 1. *apud misericordem. § publico.* Vel intellige, quod dicit, Plus cæteris, quia maritus infra lx. dies potest accusare vxorem iure mariti sine metu calumniæ, postea vero non, nisi iure extranei. *C. de adult.* iure mariti: sed hoc hodie non videtur habere locum. *s. de procur. ius.*

puniri, sed sibi infamato potest indici purgatio: quam si præstiterit, absoluitur: deficiens verò suspenditur ab officio.

CAP. V.

SIgnificasti † nobis quendam Presbyterum cum alterius coniuge infra Ecclesiam dormiuisse, quæ se, & illum cuidam Sacerdoti huiusmodi delictum cõfessos fuisse, publicè tibi detexit: & hoc ipsum idem Sacerdos nomen adulteri celans [m], in præsẽtia tua dixit. Super quo quid fieri debeat, cùm negante adultero mulier in confessione persistat, consilium requisisti.

¶ Ideóque mandamus, quatenus condignam pœnitentiam præfatæ imponens [n] adulteræ, Ecclesiam per aspersionem aquæ benedictæ reconciliare [o] procures: prædicto autem Sacerdoti, ne (contra Apostolum) infirmorum corda mala fama ipsius percutiantur, & ne vituperetur [p] ministerium nostrum, neque securiores Presbyteri existentes, in peccatum licentiùs prolabantur, cum vicinis quinque Presbyteris, quos se nolle peierare cognoueris, iuxta arbitrium [q] tuum purgationem indicas: quem, si purgare se poterit, in officio suo ministrare permittas: alioquin [r] ab officio suo ipsum suspendere non postponas.

¶ Innocentius tertius Turon. † Archiepiscopo.

¶ *Coniunx coniugem de adulterio impetere non potest, si & ipse adulterium commisisse conuincatur.*

SIgnificasti.] Sacerdoti de adulterio infamato inducitur purgatio: quam si præstiterit, in officio dimittitur: aliàs ab ipso suspenditur, sic communiter summatur. Sed ista summatio non continet in se dubitationem. Secunda pars ibi, *Idéoque.* Abbas.
CASVS. Quidã presbyter infra Ecclesiam dormiuit cum quadam coniugata: tandem tam mulier, quàm Presbyter ille confessi fuerunt huiusmodi peccatum cuidam Sacerdoti, qui postmodũ publicè hoc detexit Episcopo diœcesano: & hoc ipsum idem Sacerdos in præsentia Episcopi dixit nomen adulteri celans: sed sacerdos ille hoc negabat, muliere in sua confessione perseuerãte: qua fiunt Episcopus, quid super isto negotio fieri debeat: mandat Papa, quatenus cõdignam pœnitentiam mulieri iniũgat, & Ecclesiam per aspersionẽ aquæ benedictæ recõciliare procuret: & quia Presbyter ille sup hoc non famatus, sed infamatus erat, ei purgationem indicat, secundùm quod sibi visum fuerit cũ vicinis Presbyteris, de quibus non sit verisimile, quòd debeant peierare, ne populus in eo scandalum patiatur, & ne alij ad similia prolabantur: si autem se purgare non poterit, ab officio suo suspendat eundem. Nota, quòd cõfessio vnius super eodem crimine, alteri nõ nocet, quamuis illa sint connexa: sed purgatio debet indici propter infamiam inde ortam. Item ad dictum vnius, licèt alter hoc neget, Ecclesia debet reconciliari. Item purgationes arbitrariæ sunt. Item deficiens in purgatione punitur.
m ¶ *Celans.*]Et bene. *s. de offi. ordi. si sacerdos. & ff. de quæst. l. 1. § qui quæstionem.*
¶ *Glos. seq. arg. & signat contrarium.*
n ¶ *Præfatæ imponens.*] Arg. quod licèt aliqua duo sint connexa, quamuis constet de vno, non tamen de aliis. 2. q. 5. *interrogatum. ff. ad leg. Iul. de adult. denunciasse § quæritur. & ff. de libe. caus. duobus, & l. liberto. § si duo. argu. contra. s. de offic. deleg. at. præterea. & cap. prudentiam, ad fin.* Bernard.
o ¶ *Reconciliare.*] Quis debeat reconciliare Ecclesiam, & qualiter, dicitur *s. de consecrat. Eccles. vel alta aqua.*
p ¶ *Ne vituperetur.*]Sic 2. *quæst. 5 si mala.*
¶ *Glos. seq. obiicit, & soluit.*
q ¶ *Iuxta arbitrium.*] Et sic huiusmodi cõpurgationes arbitrariæ sunt. 2. q. 5. *omnibus vobis, & i. de purgat. can. ex tuarum.* Sed quare cõpellitur ille ad purgationẽ propter confessionem mulieris, contra illud. *C. de adul.* & si crimine, cùm nõ infametur apud homines: nam leues sunt, qui mala credunt, quæ probari nõ possunt. 11. q. 3. *in canitia.* Dicas, quod iste infamatus erat de muliere illa, aliàs nõ indiceretur illi purgatio propter dictũ illius, quia etiam dicta paucorum non infamant. *s. de accus. inquisit. ad fin.* Laur.
r ¶ *Alioquin.*]Nota deficiente in purgatione puniri. *s. de simo. de hoc,*

† *Cap. 6. eo. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. p. 50. ca. 31. Et de materia plene agit Bernardinus Diaz in pract. crim. canon. c. 79. & Paulus Grillus trac. de pœnis omnifariã coitus q. 9.*
1. Cor 8. & 2. cap. 6.
† *Tullen. Episcopo.*
c *Et i. de pœ. omnis, de excessi prælat. dilectus. Ioan. Andr.*

de hoc, *& cap. insinuatum. & ∫. de purgat. cano. cum P.*

I*Ntelleximus.*] Mulier petens restitutioné mariti, repellitur per exceptioné adulterij manifesti: nisi & ipse vir adulteratus fuerit, & probetur, hoc dicit. Diuiditur. Primò facti narratio. Secundò iudicis datio ibi, *Quocirca*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam S. nomine vxorem suam nomine Elizabeth à se remouit: illa cum alio adulterium commisit: diœcesanus Episcopus hoc audiens, eam, & adulterum excómunicauit: quæ tandé adultero abiurato absolutione recepta virú suú sibi restitui postulauit: ille obiecit sibi adulterium, & quod ab eo sponte recesserat, & ideo restitutionem petere nó valebat: quod mulier negás replicauit, quòd & ipse fuerat fornicatus: ad hæc probáda testes fuerunt inducti: & vir testes induxit ad reprobádos testes mulieris, per quos adulterium viri probare volebat: quæsitum fuit à Papa, quid in hoc negotio sit agendú: mandat Papa diœcesano Episcopo, quatenus ipsum recipere compellat eandem, nisi constiterit mulierem prædictam adulterá esse, vel per euidentiam rei, vel per confessionem mulieris, cessante etiá probatione adulterij, quod vir dicitur commisisse. Si auté de fornicatione cóstiterit mulieris,

† *Cap. 1. eod. tit. in 3. cópi. Et præter Ioannem Ananiam hic, vide Conarruuiam in epitome, lib. 4. decre. par. 2. cap. 7. § 5.*

CAP. VI.

I*Ntelleximus* †, quòd cùm S. Laicus H. vxorem suam à maritali consortio depulisset, diœcesanus eorum audiens eandem cum quodam adultero fornicari, eam, & illum vinculo excommunicationis astrinxit: quæ tandem adulterum abiurans, absolutione recepta, coram Episcopo memorato, prædictum virum sibi restitui postulauit: at ille obiiciens ei adulterium, & quòd ab ipso non expulsa, sed spontanea [a] recessisset, restitutionem sui proposuit minimè faciendam: quod mulier inficiens, replicauit in ipsum, quòd fuerat fornicatus [b]: *& infrà.*

¶ Quocirca mandamus, quatenus (nisi tibi constiterit vel per euidentiam [c] rei, vel per confessionem [d] legitimam mulieris, quòd adulterata sponte † fuisset) adulterij etiam, quod vir dicitur commisisse, probatione cessante [e], ipsum recipere cópellas eandem. Quòd si prædicto modo de mulieris fornicatione constiterit, (nisi testes, per quos viri adulteriú est probatum, fuerint reprobati, cum matrimonij ius in vtroque læsum † consistat, & paria delicta mutua compensatione [f] tollantur) nihilominus eum cogas, vt eam recipiat, & maritali affectione pertractet: alioquin [g] mulieri silétium imponere non postponas.

† *Dictio, sponte, deest in nonnullis codicibus Vaticanis, & in plerisque aliis.*

† *Dictio, ipsum, deest in nonnullis exemplaribus Vaticanis, & in multis aliis.*

¶ Idem Episcopo Ambianeñ. †

† *Ambleñ.*

¶ *Non debet separari matrimonium quoad torum, propter adulterium, quando ambo coniuges fuerunt adulterati.*

CAP. VII.

T*Va* † fraternitas requisiuit, verùm aliquo denegante vxori suæ in adulterio deprehensæ debitum coniugale, si postmodum ipse cum alia perpetret adulterium manifestè, cogi debeat, vt eandem maritali affectione pertractet: [*& infrà* †.] ¶ Super quo tibi respondemus, quòd cùm paria crimina compensatione mutua deleantur, vir huiusmodi fornicationis [h] obtentu, suę vxoris nequit consortium declinare.

† *Cap. 2. eod. tit. in 3. cópi. præter Conarruuiam præcedenti cap. citatū vide Dominicum Sotū lib. 4. senten. dist. 36. q. vnic. art. 3. & 4. in quibus intelliges etiam glossam hic.*

† *Hæc duo verba, & infrà, desunt in omnibus antiquis vtibne codicibus, & in veteri cópilat. vnde constat nihil hic omisisse Raymundū.*

cùm constet virum adulteriú commisisse, & paria delicta mutua compensatione tollantur: nihilominus cópellat eúdem, vt eam recipiat, & maritali affectu pertractet, nisi testes mulieris, per quos viri adulterium est probatum, fuerint reprobati: alioquin mulieri silentiú imponatur. Nota hic, quòd cótra exceptionem doli datur doli replicatio. Item aliquid dicitur constare euidentia, vel confessione legitima. Itë confessioni mulieris statur, cùm agitur ad tori separationé. Itë ius matrimonij in vtroque, scilicet viro, & muliere, pari modo consistit. Item compensatio admittitur in criminibus, quia paria delicta, &c.

a ¶ *Spontanea.*] Licet mulier de domo viri sui sponte recedat, si tamen voléś redire non fuerit admissa, intelligitur spoliata *ff. de acquir. possess. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. Insti. de interdi. § quinetiam.* & ideò audienda est.

b ¶ *Fornicatus.*] Et ad hoc testes induxit: ad quos reprobandos maritus alios induxit, *vt ∫. sequitur.*

c ¶ *Euidentiá.*] Puta, quia publice fuit fornicata, vel filiú inde habet testem. 28 *dist. priusquam, & ∫. de diuort. significasti, & ∫. de accusa. euidentia, & ∫. de cohabi. cler. & mulie. c. vlt. & ∫. cap. prox.*

d ¶ *Confessionem.*] Factam in iure, *vt ∫. de coha. cler. & mulie. c. vlt.* & sponte: quia si compulsa, non obesset. 32. q. 1. Lotharius, & sic confessio sola sufficit ad tori separationem: vt hic, *& ∫. de diuort. ex litteris.*

e ¶ *Cessante.*] Eo enim probato, dolus dolo compensabitur, vt sequitur hic. *& ∫ c. prox. & ∫. de diuort. significasti.*

¶ *Glos. seq. alleg. ¶. concord. signat contrarium, & remittit: demum subdit sex casus, in quibus coniunx coniugi non opponit contrarium.*

f ¶ *Mutua compensatione.*] Sic *ff. solut. matr. viro, atque vxore, ff. de compensat. si ambo. ff. de do. si duo dolo malo, & ∫. de except. cum Ecclesiasticæ. & 32. qu. 6. nihil argum. contra ff. de doli except. apud Celsum §. Marcellus.* Qualiter contrarium illud sit intelligendú, dicitur *∫. de excep. dilecti.* vir enim vxori obiicere adulterium non potest, si ipse est in simili delicto, vt hic patet. Item si eam tradidit adulterandam. *∫. de eo, qui cognou. consang. vxo. suæ* discretionem. Item si violenter fuerit oppressa † *ff. ad legem Iul. de adulter. vim passam.* Item si ignoranter cognita fuisset ab alio, quem crederet virum suum fraudulenter. *arg. 34. par. 2. in lectum.* Item si credens virum absenté mortuum esse, alij nupserit. *34. quæst. 2. cùm per bellicam.* Item si post adulterium reconciliauerit eam sibi *∫. de iureiur. quemadmodum. & 13. quæst. 4. si illic.*

g ¶ *Alioquin.*] Id est, si cóstiterit de adulterio mulieris, & nó viri.

† *Etiamsi oppressio euenerit quia misit in domo, cum tamen vir mandasset, vt fugeret, vt notat ex Bart. Ioan. Andr. hic.*

T*Va fraternitas.*] Adulteria coniugum mutua cópensatione tollútur. Hoc dicit Vel sic. Non potest maritus consortiú, vel cohabitationem vxoris declinare propter adulterium, si & ipse fuit adulteratus. Secunda pars ibi, *Super quo.* Abbas.

CASVS. Si aliquis deprehendit vxorem suam in adulterio, propter quod negauit ei debitú coniugale, postmodum cum alia commisit adulterium manifestè: quæritur, vtrum vir cogi debeat eidem recipere in vxoré? Respondet Papa, quòd cum paria crimina, mutua cópésatione deleantur, vir prætextu fornicationis huius, neque vxoris consortium declinare. Nota, quòd delictum superueniens rei iudicatæ affert præiudicium. Item paria delicta, mutua compensatione delentur. Et sic nota, quòd compensatio admittitur in delictis, & hoc intelligunt quidam quoad exceptionem, & replicationem, alter nunquam.

¶ *Glos. seq. recit per duas quæstiones, alteq́; 6. iura, recit. opin. Ioann. contrariam, & quamuis ipsius mutina. tenet primam, & remittit.*

h ¶ *Fornicationis.*] In hoc fuit dubitatio, an delictum superueniens rei iudicatæ de iure, vel facto afferat præiudicium. Videtur, quòd sic; vt hic patet. Et ex hac decretali videtur, quòd eo ipso, quod alter coniugum fornicetur, reliquus possit ei debitú denegare: quod verum est si publice fornicetur, & si postmodú alter publice fornicet, alter recuperet seruituté amissam ex delicto alterius: vt hic patet, *& ∫. de diuor. ex litteris:* & sic paria delicta, mutua compensatione tollantur, *vt ∫. c. prox.* Et ita solo facto, licet non sit lata senté̃tia de adulterio, adulteriú priuat iure petédi debitú, nec alter ei tenetur reddere debitum: quia vbi nulla petitio, nulla mora. *ff. de verb. oblig. si pupillus:* & si tunc reddit debitú, sibi præiudicat, vt eá postea accusare non possit. *32. q. 1. c. 1. 2. 3. & 4. ff. de adult. si vxor §. vlt.* Sed si ad mandatum Ecclesiæ reddat debitú, tunc non videtur obstare, quin possit postea eam accusare de adulterio. *arg. ∫. de restit. spol. litteras. §. penul.* & licèt vxori adulteræ vir debitum reddere non teneatur, expellere eá de sua domo auctoritate ꝓpria nó debet, etiamsi sit notoriú crimen eius. *∫. de diuor. porrò. arg.* Sed contrarium puto, quòd possit eá repellere à se: quia ex quo notoriú est crimen suú, priuata est iure, quod habebat in viro. *∫. de diuort. significasti:* & doté suá amisit. *∫. de donat. inter vir. & vxor. plerunque.* Hug. dixit, quòd nunquá adulteriú priuat aliquem iure petendi debitum, sed tantùm senté̃tia Ecclesiæ: vnde pendente lite tenetur debitú reddere alter alteri, *arg. ∫. vt lité pend. l. laudabilé, & 8. q. 4. non. 15. q. vlt. c. vlt. 33. q. 2. sæculares:* quia pœna non est inferenda nisi per iudicem. *33. q. 2. c. fin. §. in hoc:* sed hoc intelligo, quando crimen non est notoriú: quod patet per concor. Item, vt dixi, ex hac decret. habetur, quòd propter superueniés delictú renascat seruitus amissa, etiásí senté̃tia lata sit propter adulteriú *ff. de adult. l. adulterium. ∫. de iureiur. sua. & ∫. de diuor. ex litteris:* nam iniuria rei ista renascitur ex delicto. *15. q. 7. c. 1. de pœnit. dist. 3. c. nihil. §. ex persona.* In quibusdam libris est verbum illud in sequenti §. hac auctoritate: & senté̃tia, à qua nó est appellatú, reuocatur. *∫. de frigi. malefic. fraternitatis ∫. de purg. vulg. c. 2.* Ioan. dixit [b], quod senté̃tia nó retractatur propter delictú superueniens. *arg. ff. de itine. actúque priua.* nec enim, quia actio semel extincta amplius non renascitur, *de consecr. dist. 4. quæru ff. de solut. qui res. §. aream:* nec prætextu noui auxilij retractatur senté̃tia. *∫. de re iudi. inter monasterium:* vnde cùm seruitus sit sublata, nó fit iniuria alteri per fornicationem alterius. *32. q. 7. quemadmodum:* sed si senté̃tia nó sit lata, tunc renascitur. Et ista prædicta intelligenda sunt, quòd iudex ex officio suo eos adinuicé restituet. Quod prius dictú est allegando, verius credo, scilicet quòd illa possit petere virú nó obstante senté̃tia: quia vir sibi senté̃tiæ renúciauit adulterádo post sententiam. De hoc dictum est in c. ex litteris. *de diuort.* Bernard.

b *Cuius fuit hæc glos. & Goff. Ioann. Andr.*

DE RAPTORIBVS, ET INCENDIARIIS, & violatoribus Ecclesiarum.

¶ *Quia inter cætera præcepta Decalogi scribitur: Non occides. Non mœchaberis, Non furtum facies, &c. & post mœchiam sequitur prohibitio furti, meritò subdit de furto. Sed quia rapina partim se habet ad mœchiam, cùm scilicet rapitur mulier: partim se habet ad furtum, cùm committitur in aliis rebus, meritò interjecit hanc rubricam de raptoribus: & quia frequenter committuntur in his delictis incendia, & violationes Ecclesiarum: ideo de his subjecit in eadem rubrica. Bernar.*

De hac materia habetur 14. q. 5. & q. 6. & 16. q. 1. in multis, cap. de pœni. dist. 1. vulgaris, & 56. dist. aut facta, de consecr. dist. 5. discipulos. De crimine rapinæ tractatur 36. q. 1. per totum 36. q. 2. §. hic conceditur, vsque ad finem quæstionis.

† *Conc. Meldense ca. 2. vt refert Burchardus, lib. 11. decret. ca. 45. & Ivo par. 14. c. 109. habetur c. 1. eod. ti. in 2. compilat. & apud Gratianum, siue paleam. 6. q. 3. cap. vlti. Vide citatos super glossa.*

TITVLVS XVII.

De raptoribus, & incendiariis, & violatoribus Ecclesiarum.

¶ Ex Concilio Melden. †

¶ *Ratione rapinæ sortitur quis forum non sui Iudicis, & ab eo poterit puniri, proprio Iudice suffragante.*

CAP. I.

De illis autem, qui de loco ad locum iter faciunt, & ibi rapinas, & deprædationes peragunt: placuit, vt ab illius loci prælato excommunicentur [a]: nec antè ex parochia illa exeant, quàm dignè, quæ perpetrârunt, emendent: quorum excommunicatio proprio Episcopo significanda est, ne eos recipiat antequam illuc redeant, vbi rapinam fecerint †, & omnia plenè emendent.

† *fecerunt.*

¶ Eugenius tertius.

¶ *Manifestus raptor, vel Ecclesiæ violator, si restituit, vel de restituendo cauet: in vita & in morte ad pœnitentiam, & ad sepulturam admittitur: si verò noluit cauere, cùm posset, & in morte non potest: Clerici eius sepulturæ interesse nō debent: & Clerici interessentes, vel iniungentes pœnitentiam contra hanc dispositionem, deponuntur ab officio, & beneficio.*

De illis.] Raptor ab illo Episcopo punitur, in cuius diœcesi rapinā cōmisit, & iudex domicilij suffragatur. Primò ponitur excessus. Secundò pœna ibi, *Placuit.* Abbas Siculus.

Casvs. Contingit aliquando, quòd aliqui de vno loco ad alium iter faciunt, & ibi rapinas, & deprædationes committunt: quæsitum fuit in concilio, à quo puniri debeant: placuit Concilio, vt à Prælato illius loci, in quo delinquunt, excommunicentur, nec antea de parochia exeant, quàm satisfaciant: & eorum excommunicatio proprio Episcopo intimanda est, ne illos recipiat, antequam redeant illuc, vbi rapinam commiserunt, & omnia emendent. Nota, quòd ibi crimen puniri debet, vbi quis deliquit. Item ratione delicti sortitur quis forum.

¶ *Glos. seq. pro foro delicti inducit quinque iura. ponit opin. quam reprobat, & dat generalem doctrinam, à qua casum vnum excipit, & subdit opin. Hug.*

a ¶ *Excommunicentur.*] Quia ratione delicti, facti sunt de foro illius, ibi possunt conueniri. 3. q. 6. c. 1. & 6. q. 3. placuit 2. & ī. de *foro compet. c. vlt. lasti, & c. vlt. vbi de hoc, & C. vbi de crim. agi opor. Auth. qua in prouincia.* Dicebant quidam, quod vbi quis crimen committit, ibi debet conueniri, sed causa terminabitur per suum iudicem. *arg. ff. de re milit. & exhib. rer. de militib.* sed hoc non est verum, immò iudex illius loci, vbi deliquit, potest clericum condemnare, sententia tamen executioni mandabitur per Epm proprium. ī. *de foro compet. postulasti*: nisi velit iudici illius deferre, vel ipsum remittat ad illum condemnandum, sicut dicitur de Metropolitano, quod potest absoluere excommunicatum à suo Epo, nisi velit ei deferre. ī. *de senten. excom. per tuas.* Nec dicitur ferre sententiam in alienū subditū, sed in suū ratione criminis, vt dicunt primæ concordantiæ: & hæc sententia bene probatur per hanc decret. quia etiam iubentur redire illuc, vbi delinquunt. *Et est arg. ad hoc in Auth. vt nulli iudic. §. si verò quis compromissorum. coll. 9.* qui de hoc optime dicit, *& concor. cum hac decret.* Tamen si crimen facilè fuerit, potest de illo cognoscere suus iudex. Si verò graue fuerit crimen, remittitur [b], vbi deliquit. *ff. de remitt. d. terrorem, in princ.* ab hac tamen generalitate excipitur quilibet superior qui vbicunque crimen committit, non pōt iudicari nisi à Papa, si agatur ad depositionem. Quid si crimen tale est, quod non inducat depositionem? Dicit Hug. quòd possit iudicari à suo maiori, & nō ab inferiori, si crimen cōmittat in sua parochia. Sed si Archieps cōmittat tale crimen in parochia alterius Archiepiscopi, vel Epi suffraganei alterius Archiepi, dicit Hug. quòd potest tunc iudicari ab illo Archiepiscopo, vel Episcopo, *arg. ad hoc. 96. dist. 2. vbi Ambros.* ratione criminis commissi in sua parochia excōmunicauit Imperatorem: quòd aliàs non auderet.

a *De materia huius gl. præter Decius in c. postulasti, & in c. vlt. ī. de foro cōpe. & in Auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. vide Couarruuiam in practicis quæstionibus, ca. 11.*

b *Vbi, & quādo locū habeat remissio in delictis præter Couarruuiam paulò ante citatum, vide Gutiérrez Papam decis. 201. incip. in remiss. & tuli um Clarū in pract. crim. q. 38. vbi latissimè.*

Super eo.] Quatuor sunt partes. Secunda ibi, *Si verò.* Tertia ibi, *Qui autem.* Quarta ibi, *Quòd si.* Prima tractat de satisfactione in vita, vel in morte. Secūda de satisfactione in morte. Tertia de volente satisfacere in morte, sed non valente. Quarta de pœna imponenda transgressoribus. Abbas Siculus.

CAP. II.

Super † eo verò: *& infrà.* ¶ Statuimus, vt quicunque ex his, qui violenter surrexerint in rapinam, siue in Ecclesiarum violatione manifestè fuerit deprehensus: nisi priùs ablata restituat, si poterit [b]: vel emendandi firmam, & plenam securitatem fecerit, pœnitentiæ beneficium ei penitus denegetur [c]. Si verò vsque ad obitum in contumacia sua durauerit, & in extremis positus remedium pœnitentiæ humiliter postulauerit: si emendationem [d], vel emendandi securitatem præstiterit: ei pœnitentia, & sepultura Ecclesiastica concedantur.

¶ Qui autem in sanitate obstinata mente non pœnituerit, vel emendauerit, & in morte securitatem præstare nequiuerit, solemnitas pœnitentiæ parum prodesse [e] videtur, cui credimus, sed † de peccato con-

† *Cap. 5. eod. tit. in 1. compilatione, ex Concilio Lateran. sub Alexan. iij. part. 34. 1. Vide Bernardinum Diaz in pract. crim. canon. cap. 8. & 99.*

Casvs. Statuit Eugenius Papa in hac decretali, vt quicunque rapinam fecerit violēter, siue in Ecclesiarum violatione manifestè fuerit deprehēsus: pœnitētia sibi denegetur, nisi priùs ablata restituat, si poterit, vel saltem emendandi securitatem præstiterit. Si verò in cōtumacia sua vsque ad obitum durauerit, & in extremis positus pœnitentiā postulauerit, si satisfecerit, vel emendandi securitatem præstiterit: ei pœnitētia, & sepultura Ecclesiastica cōcedantur. Tertiò dicit, q. qui in sanitate obstinata mente nō pœnituerit, vel emendauerit, & in morte securitatē emēdandi præstare nequiuerit, pœnitentia parū sibi prodesse videtur. Sed si de peccato contritus fuerit, viaticum non negetur, ita tamen quòd nullus clericorū sepulturæ suæ intersit, nec eius eleemosynam quisquā accipiat. Quarto refert se ad primum casum, vt si aliquis clericorum contra hæc in vita, vel in morte pœnitentias dare, aut sepulturæ interesse, vel eorū eleemosynas accipere præsumpserit, vel particeps huius rapinæ fuerit, periculū sui ordinis patiatur, & careat Ecclesiastico beneficio. Nota casum, in quo pœnitentia denegatur. Item non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si restitui possit. Item ad terrorem clerici nō debēt interesse sepulturę violenti raptoris, vel violatoris Ecclesiarum, nec illorum eleemosynas accipere debent. Item clerici non debent interesse sepulturæ illius, qui in mortali decedit, nec eleemosynas illius accipere.

† *In recentioribus ita: sed de peccato contrito corde viaticum, &c. verùm in omnibus manuscriptis habetur, vt est impressum, absque voce, corde.*

¶ *Glos. seq. primò obijcit texui: secundò ipsum coadiuuat: tertiò dat duas solutiones, & secundam approbat.*

b ¶ *Si poterit.*] Bene dixit, si poterit, quia inanis est actio, &c. *ff. de dolo*: nam 15, & ī. *de restit. spol. olim* 2. & ī. *de solut.* Odoardus. ī. *de homicid.* sicut dignum, & ī. *de vsur.* cum tu, & 14. qu. 6. si res, & impossibilium nulla est obligatio. *ff. de reg. iur.* impossibilium, & 21. q. 4. Nabuchodonosor.

c ¶ *Denegetur.*] Argu. contrà, quia si aliquis pœnitentiam petat de aliquibus criminibus, & non de quibusdam, pœnitentia tamen non est ei deneganda. ī. *de pœnit. & remiss. quod quidam, & 16. q. 7. cognouimus, & de pœnit. dist. 3. §. vlt. arg. contrà. 24. qu. 2. legatur, & de pœnit. dist. 3. sunt plures.* Quidam dicunt, quod hoc statutum fuit ad terrorem, vt denegetur pœnitentia de omnibus nisi de illo satisfaciat: quia talis pœnitentia non est fructuosa. Alij dicunt, quòd melius videtur, quòd super illo crimine tantùm denegatur pœnitentia, sed super aliis imponetur: & licet non sit fructuosa quoad vitam æternam, valebit ad mitius supplicium subeundum, *de pœnit. dist. 3. §. vlt. capitule.*

c *Nebi errores vide B. Thom. 3. p. q. 86. art. 3. Sotum 4. sent. dist. 15. q. 1. art. 3.*

d ¶ *Emendationem.*] 14. *quæst. 6. si res. 17. quæst. 4. si quis clericus, & 23. quæst. vlt. si quis membrorum, & cap. pessimam, & de pœnit. dist. 1. §. 5. falsas.*

e ¶ *Parum prodesse.*] Hoc quantum ad pœnam temporalem, quæ pro peccato debetur. Duplex enim pœna pro quolibet peccato debetur, æterna, & temporalis: & hæc æterna sola cordis contritione remittitur, *de pœnit. dist. 1. in princip. & 26. qu. 6. cognouimus*: & temporalis, quæ exteriori satisfactione remittitur: quę satisfactio, si in hac vita non fuerit completa, in purgatorio completur *arg. 1. q. 1.* quid ergo: & ita solemnitas pœnitentiæ parum prodest quoad pœnam purgatorij, valebit tamen quoad vitam æternam, si de peccato contritus fuerit.

d *De materia huius gl. cōsule Theolog. in 4. sen. dist. 15. & ibi præ aliis Sotum qu. 1. art. 4.*

a ¶ *Viati-*

a ¶ *Viaticum.*] Quod omnibus pœnitentibus est dandum. *j. de pen. & rem. j. quod in te. & 26. q. 6. si quis de corpore, 90. dist. pœnitentes.*

¶ *Glos. seq. recit. potest per modum obiec. & remissionis.*

b ¶ *Pœnitentias dare.*] Hoc referas ad primam partem capituli

trito viaticum [a] non negetur: ita tamen, vt nullus Clericorum sepulturæ illius intersit, nec eius eleemosynam præsumat accipere. ¶ Quòd si qui Presbyterorum, vel Clericorum contra hoc in vita, vel in morte pœnitentias dare [b], aut sepulturæ [c] interesse, vel eorum eleemosynas accipere attentauerint, seu huiusmodi rapinæ participes inuenti fuerint: ordinis sui damnum irrecuperabiliter patiantur, & Ecclesiastico beneficio careant.

¶ Ex Concilio Lateran.†

¶ *Excommunicari debent, qui capiunt, vel spoliant fideles ex iusta causa nauigantes. Hoc dicit primò. Excommunicati sunt spoliãtes naufragium patientes, nisi ablata restituant. Hoc secundò.*

CAP. III.

EXcommunicationi subdantur, qui Romanos, aut alios Christianos pro negotiatione, vel aliis honestis [d] causis nauigio vectos, aut capere, aut rebus suis spoliare præsumunt. ¶ Illi etiam, qui Christianos naufragium patientes, (quibus, secundùm regulam fidei [e], auxilio esse tenentur) damnata † cupiditate spoliant rebus suis: nisi ablata reddiderint, excommunicationi se nouerint [f] subiacere [g].

¶ Alexander iij Panormitano Archiepiscopo.

¶ *Ex Principis delegatione possunt Prælati de raptu, & aliis criminibus iudicare: pœnam tamẽ sanguinis infligere non possunt.*

de illis, qui nec in vita, nec in morte satisfacere volunt, & possunt, istis deneganda est pœnitentia in fine, & alia Ecclesiastica sacramenta, cùm in mortali decedant eo saluo, quod dixi primò, cum petũt in vita pœnitẽtiam de aliis criminib⁹: & oblationes talium nõ sunt accipiendæ. *j. de vsur. quia in omnibus, & 17. q. 4. mirer. 90. dist. c. 2. & 33. q. 2. latorem.* Bernard.

c ¶ *Sepulturæ.*] Hoc referas ad vltimã partem capituli de illis, qui in morte pœnitẽt, sed satisfacere nõ possunt: istis ergo denegatur sepultura, id est, clerici non debent interesse, sed cœmeteriũ eis non denegatur: ad terrorem potiùs aliorum, vt alij, cùm possint, satisfaciant timore huiusmodi pœnæ, sed eis non nocet [a] *sic j. de tornea. cap. 1. vbi de hoc, & argu.* quòd cui conceditur, quòd est maius, non conceditur, quod est minus vt ibi dictum est. Bernard.

EXcommunicationi.] Duæ sũt partes, put duo sũt dicta: secunda ibi, *Illi etiam.* Abb.

CASVS. Statuit Lateranẽ. Conciliũ, quòd illi, qui spoliare præsumunt Romanos, vel alios nauigio vectos pro negotiatione, vel aliis iustis causis, excommunicentur. Secundo dicit, quòd illi, qui spoliant Christianos naufragium patiẽtes (quibus potius auxiliũ præstare deberent) nisi ablata restituerint, excommunicationi ipso facto se nouerint subiacere. Nota, quòd qui spoliant patientes naufragiũ, sunt excõicati, cùm non sit afflictis addenda afflictio.

d ¶ *Honestis.*] Vt 24. q. 3. *si quis Romipetas. j. de treu. & pa. c. 2.* B.

e ¶ *Regulam fidei.*] Illam scilicet, diliges proximum tuum sicut teipsum, *de pœn. dist. 2. charitas, & 1. dist. in humanum genus, & 50. dist. ne tã ponderet.*

f ¶ *Nouerint.*] Et sic qui contra hoc faciunt, sunt ipso iure excommunicati, & tenentur infra annum in quadruplũ. *C. de furt. in cum. ff. de incen. rui. nauf. l. 1.* & furtum isti committunt. *ff. de acquir. rer. do. qua ratione. §. vlt.* Nec fiscus etiam sibi aliquid vendicet in calamitate alterius. *Cod. de naufra. l. 1. lib. 11.* communiter tamen damnum nauis resarciet. *ff. de incen. rui. nauf. l. ratis.* Laur.

g ¶ *Subiacere.*] Post admonitionem, vel postquam fuerint in mora, cùm possunt restituere, & non restituunt.

IN *Archiepiscopatu.*] Communis diuisio. Secunda ibi, *Consultationi*, quæ distinguit: & secundum membrum prosequitur ibi, *Si verò.* Abbas Siculus.

CASVS. Rex Siciliæ cõmiserat Archiepiscopo Panormitano, & aliis Episcopis, excessus Sarracenorum puniendos: cõtingebat enim aliquando, quod Sarraceni mulieres Christianas, & pueros rapiebant, & eis abutebãtur: & quosdam occidere non verebant: quæsiuit Archiepiscopus, qualiter huiusmodi excessus puniret? Respondet Papa, q̃ tales existentes in iurisdictione illius, pecuniaria pœna poterit punire, & etiam flagellis afficere, ita tamen q̃ flagella in vindictam sanguinis non transeant. Si verò ita fuerit grauis, & enormis excessus, quòd mortem, vel truncationem membrorum debeant sustinere, vindictam illam regi reseruet. Nota, quod Princeps Prælatis Ecclesiarũ causas criminales delegare potest, vbi pœna sanguinis nõ sequitur. Et sic nota, quod clerici pœnam sanguinis inferre non debeant.

† *Ex Conci. Lateran. sub Alex. iij. ca. 24. §. excommunicationis quoque, & cap. 2. eo. tit. in 1. cõpi. concordat processus bullæ in Cœna Domini, qui singulis annis legitur.*

a *Vide citatos in cap. 1. j. de torneamentis.*

† *Damnanda in Concilio.*

h ¶ *Abuti.*] Propter illud vitium ira Dei venit in filios diffidentiæ. *j. de exces. prælat. c. eruit. sic 56. dist. in. si gens Anglorũ.* quia nõ sic homines fecit Deus, vt se illo vterentur modo. *32. q. 7. flagitia.*

CAP. IV.

IN † Archiepiscopatu tuo quandoque Sarraceni mulieres Christianas, & pueros rapiunt, & eis abuti [h] præsumunt, & quosdam etiam interdum occidere nõ verentur: cùm autem excessus huiusmodi Rex Siciliæ tibi, & aliis Episcopis commiserit [i] puniendos: Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd tales in iurisdictione tua existẽtes, pecuniaria poteris [k] pœna mulctare, & etiam flagellis [l] afficere, ea moderatione adhibita, quòd flagella in vindictam sanguinis transire minimè videantur. Si verò ita fuerit grauis excessus, quòd mortem, vel detruncationem membrorum debeant sustinere, vindictam reserues [m] Regiæ potestati.

¶ Idem Claremonteñ. † Episcopo.

¶ *Incendiarius Ecclesiæ in morte pœnitens, & absolutus, in cœmeterio sepelietur: & hæredes compelluntur ad satisfaciendum iuxta facultates defuncti. Hoc dicit.*

CAP. V.

IN † litteris tuis continebatur, quòd cum H. multis fuisset criminibus irretitus, qui Ecclesiarum incendium Diabolo [n] instigante commiserat, tandem in ægritudine constitutus, accepta pœnitentia de commissis, per manum Capellani sui fuit à sententia anathematis [o] absolutus, sed moriens Ecclesiasticam sepulturam habere nequiuit.

i ¶ *Commiserit puniendos.*] Delegare potest princeps Prælatis Ecclesiarũ causas criminales, vbi causa sanguinis non sequitur, vt hic *23. q. 8. sæpe.* Iudices verò in causis, vbi etiam pœna sanguinis infert, clerici [a] instituti non debent. *j. ne cler. vel mona. sed nec. & c. clericis, & c. sententiam.*

k ¶ *Pecuniaria poteris.*] Commutando pœnam statutam, quæ est pœna capitis. *ff. ad l. Corn. de sicar. l. 3. §. pen. & Cod. de adu. l. cũ vir. C. de rapt. virg. l. 1. & in Auth. vt non lux. contra. na. col. 6.* Quòd iudex vnam pœnam in aliã mutare possit, est ad hoc argu. *ff. de his, qui not. infa. quid ergo. §. pœna. & C. ead. tit. etsi seuerior.*

l ¶ *Flagellis.*] *24. q. 6. c. 1. 12. q. 1. fraternitas, & 5. q. 5. non quis. ita quod flagella ad sanguinem nõ procedant. 32. q. vlt. his à quibus, & c. seq.*

m ¶ *Reserues.*] Cùm sis delegatus. Si verò habes iurisdictionem temporalem, demãdes eam alicui, cui hoc cõpetat: quod licet secundum canones. *23. q. 4. illud:* sed non secũdum leges, nisi quando prohibetur. *ff. de offi. pro-consul. solent, & ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. l. 1.* Omnia verò hodie cõmitti possunt præter vltimũ supplicium, aut membri abscissionem, *in Authent. de collat. §. ad hoc adhibemus, collat. 9.* Laur.

IN *litteris.*] Cõis diuisio. Secunda pars ibi, *Quapropter.* Abbas.

CASVS. Quidam H. nomine multis criminib. fuerat irretitus qui Ecclesiarũ incendiũ diabolo instigante cõmiserat: vnde fuerat excommunicatus: tandem in ægritudine constitutus, accepta pœnitentia de commissis, per capellanũ suũ fuit ab excommunicatione absolutus, sed eo mortuo sepulturam Ecclesiasticam habere nõ potuit: quæritur, quid iuris sit? Mandat Papa, quatenus si est ita, corpus illius in cœmeterio sepeliatur, & hæredes eius monẽdi sunt, & compellendi, vt illis, quibus ille damnum dedit contra iustitiam per incendium, vel alio modo, secundum facultates defuncti satisfaciant, vt sic à peccato valeat liberari. Nota, quòd simplex sacerdos in necessitate potest absoluere à maiori excommunicatione, de qua aliàs absoluere non posset. Item hæredes tenentur ex delicto defuncti, etiamsi ex illo delicto ad eos nihil peruenerit. Item nota hic argum. ex delicto defuncti hæredes non teneri vltra facultates, vel vires hæreditatis defuncti.

n ¶ *Diabolo instigante.*] *17. q. 4. si quis suadente.*

o ¶ *Anathematis.*] Quod bene potuit in extrema necessitate. *17. q. 4. si quis suadente. & 26. q. 6. presbyter inconsulto, de conse. dist. 4. sanctum est:* aliàs absolui non potuisset, nisi à solo Papa. Incendiarij enim postquam sunt ab Ecclesia publicati, ab alio absolui non possunt, *vt sed à de sent. excommun. tua nos.* incendiarij, & effractores Ecclesiarum sunt ipso iure excommunicati, vt hic colligitur, *vt j. de sent. excommu. conquesti. prout ibi notatur consuetũ.* Bernard.

a ¶ *Sepeliri.*]

b *Vide D. Tho. 2. 2. qu. 154. art. 11. & 12. & ibidem plenè per Caietanum.*

† *Cap. 3. eod. tit. in 1. compilatione. & Conci. Latera. par. 40. cap. 48. De intellectu Eymericus in Directorio inquisitorum 2. q. 46. nu. 11. & Commentarius lib. 4. variar. resolut. cap. 20.*

c *Vide Bernardinum Diaz in pract. crim. can. cap. 56.*

† *Claremontem, sed vt plurimum legitur, Claromon.*

† *Cap. 6. eo. tit. in 1. compilat. & post Conc. Later. p. 34. cap. 2. Vide Bernardinum Diaz in pract. crim. can. cap. 98. adde Iulium Clarum, in pract. crim. fine § finali. q. 68. & q. 77.*

d *Rectè loquitur glos. quia in art. mortis nulla est casuum reseruatio. Conci. Trid. sess. 14. ca. 7. de casuum reseruatione.*

¶ Quapropter, si ita res se habet: Mandamus, vt corpus eiusdem, appellatione cessante, facias in cœmeterio sepeliri [a]: & hæredes [b] eius moneas, & compellas, vt his, quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerat, iuxta facultates [c] suas condignè satisfaciat, vt sic à peccato valeat † liberari [d].

¶ Lucius iij. Burgeñ. † Episcopo.

¶ Raptus non dicitur, vbi volēs pro matrimonio adducitur: raptor tamen cum rapta matrimonium contrahere potest: & post cōsummationem matrimonij, alter sine consensu alterius religionem ingredi non potest. Hoc dicit, cū capitulo sequenti.

CAP. VI.

CVm † causam [e], quæ inter E. militem, & vxorem eius vertitur: *& infra.* ¶ Respondemus, quòd cùm ibi raptus dicatur admitti [f] †, vbi nihil antè de nuptiis agitur: iste raptor dici nō debet, cum habuerit mulieris assensum, & priùs eam desponsauerit, quā cognouerit, licèt parentes reclamarent [g] †, à quibus eam dicitur rapuisse. Præterea cùm post matrimonium carnis commixtione perfectum (teste Apostolo) vxor sui corporis potestatem non habeat: sed maritus [h], & econuerso: si præcessisse matrimonium, vel ex probationibus viri: vel ex mulieris confessione [i] claruerit, postmodum † sine assensu viri non potuit ipsa monasterium ingredi, aut aliter continentiam profiteri. Nō ergo pro eo, quòd post matrimonium cōsummatum rapta per vim in monasterio fuerit, viri poterit consortium declinare, maximè si probari nequeat virum, vt mulier profiteretur continentiam, assensisse [k] †.

¶ Innocentius iij. Episcopo Saroneñ. †

¶ Rapta potest matrimonium contrahere cum raptore, vbi datur libera facultas in contrahendo.

CAP. VII.

ACcedens † ad Apostolicam sedem: *& infrà.* ¶ Rapta puella legi: imò contrahet cum raptore [l], si prior dissensio transeat postmodum in consensum [m]: & quod antè displicuit, tandem incipiat complacere: dummodò ad contrahendum legitimæ sint personæ.

TITVLVS XVIII.

De furtis.

¶ In Exodo †.

CAP. I.

QVi furatur hominem [n], & vendiderit: conuictus morte moriatur.

¶ Ex concilio Triburieñ. †

¶ Furibus, & latronibus in peccato obeuntibus, sacramenta Ecclesiastica deneganda sunt: secus si in morte eos pœnituit.

CAP. II.

FVres, & latrones, si in furando, vel deprædando occiduntur, visum est pro eis non

a ¶ *Sepeliri.*] Arg. contra. ʒ. *eod. super eo.* sed ibi denegatur sepultura ad terrorem aliorum, nec poterat satisfacere, hic poterat satisfacere. Ber.

b ¶ *Hæredes.*] Hic habes, quòd hæredes tenentur pro delicto defuncti. Super hoc dicas, vt dixi. ʒ. *de sepul. c. vlt.* quæ ponit similem casum, & idem quasi dicitur in vtraque.

c ¶ *Iuxta facultates suas.*] Defuncti, extra vires hæreditatis nō tenētur, si fecerint inuentarium. *C. de iure delib. l. scimus. §. sin autem. & §. sequen.*

d ¶ *Liberari.*] Ar. cōtrà. 25 *dist. qualis.* Sol. à venialibus, & à temporali satisfactione liberatur quis in alio sæculo, sed à pœna æterna nunquam, vt ibi.

C*Vm causam.*] Diuiditur. Nam in prima parte ponitur decisa consultatio. In secunda responsio ibi, *Respondemus*, quæ responsio triplicatur: Nam primò respondet de raptu cum redditione causæ. Secundò ibi, *Præterea* de ingressu, & causam reddit. Tertio de vtroque concludit ibi, *Non ergo*. Abbat Sicul.

¶ *Consequens ponit casum.*

e ¶ *Cum causam.*] CASVS. Quidam miles volebat contrahere cū quadā: parētes eam sibi dare nolebant: tandem de cōsensu puellæ eam rapuit, & cum ea contraxit, & carnaliter eam cognouit: deinde illa monasterium intrauit: vnde miles eam tanquam vxorem suam petebat: quia sine licentia sua monasterium post carnalem copulam intrare nō potuit: dicebat mulier, quòd non tenebatur ei tanquā viro adhærere: quia eā rapuit: & raptor cū rapta nō potest contrahere. Ad hoc respondet Papa, quòd non fuit raptus, cùm ipsa consenserit. Et post matrimonium consummatum religionem intrare non potuit inuito viro, licèt rapta fuerit: quia si hoc constiterit, debet ei restitui: quia sine ipsius consensu monasterium intrare non potuit. Ber. Nota, quòd mulier consentit, raptus non dicitur. Item post matrimonium carnali copula consummatum, vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, & econuerso. Item confessioni alterius coniugum statur in præiudicium spiritualis matrimonij. Item ar. quòd solus consensus sufficit ad hoc, quòd alter coniugum possit religionem intrare.

f ¶ *Dicatur admitti.*] Secundum leges etiam in sponsa propria raptus committitur. *C. de rapt. virgi. l. vnica ad medium.* sed canon præiudicat, vt hic, & *27. q. 2. §. 1. & cap. lex illa.* qualitercunque aliqua sit rapta, bene potest contrahere cum raptore, si prior dissensio transeat postmodum in consensum ʒ. *c. prox.* & *36. q. 2. tua.* sed raptus non est, si puella consentit, vt hic patet.

g ¶ *Reclamarent.*] Talis reclamatio non impedit matrimonium, quia solo consensu contrahitur. *27. q. 2. sufficiat.*

h ¶ *Sed maritus.*] ʒ. *de conuer. coniug. quidam intrauit.* T.

¶ *Glo. seq. [illegible] de dece. super eo.*

i ¶ *Mulieris confessione.*] Ergo creditur mulieris confessioni in præiudicium matrimonij spiritualis: quod non fit in carnali ʒ. *de eo qui cogn. consang. vxo. suæ. super eo.* Sed aliud est in matrimonio carnali, & aliud in spirituali. In matrimonio carnali non statur confessioni viri, & vxoris, si contra matrimonium confitentur: quia sæpe adinuicem colluderent, vt separarentur, vt dicit prædicta *decr. super eo.* Sed in spirituali matrimonio, si aliqua, de qua constat, quòd fuerit primò vxor ante ingressum monasterij, postea confiteatur in iudicio, quòd ante ingressum cognita fuerit à viro, debet sibi restitui: quia eo inuito monasterium intrare non potuit, vt hic dicit: immò si aliter confiteretur, saluari non posset, nisi ad virum rediret. Non est enim credendum, quòd illa sit immemor suæ salutis. *1. q. 7. sancimus.* Arg. ad hoc. ʒ. *de homicid. significasti 2.* vnde reddenda est viro suo, vbicumque confitentur vir, & vxor. Ad dissolutionem matrimonij carnalis non creditur illis, nisi saltem adsit fama publica. *35. quæst. 6. si duo.* sed vbi confitentur ad dissolutionē mutuæ seruitutis propter adulterium, bene creditur eis. ʒ. *tit. proxi. cap. penult.* & ʒ. *de diuor. ex litteris*, Vin.

k ¶ *Assensisse.*] Arg. quod solus consensus sufficit ad hoc, vt alter coniugum possit monasterium ingredi. *27. qu. 2. Agathosa.* vbi de hoc. & *c. si quis.* & *33. q. 5. qui vxorem.* De hoc dictum est latius ʒ. *de conuer. coniug. in c. vxoratus.* & *c. sequenti.*

A*Ccedens.*] CASVS. Quæritur, vtrum raptor possit contrahere cum rapta? & respondet Papa, quòd sic, si prior dissensus transeat postmodum in consensum, & quod priùs displicuit, postea incipiat complacere: dummodo aliàs sint legitimæ personæ ad contrahendum. Nota, quòd raptor potest contrahere cum rapta, dummodò consentiat.

l ¶ *Cum raptore.*] Secundùm antiquos canones, & secundum leges non poterat raptor contrahere cum rapta. *36. q. 2. de puellis & c. si autem. & c. placuit. & C. de rapt. virg. l. vnica. § sin autem*, hodie secus, vt hic. & *36. q. 2. denique & c. tria.* Ber.

m ¶ *Consensum.*] ʒ. *de spons. ad id quod.* & ʒ. *de spon. impube. de illis. argum. Cod. quod met. cau. l. 2. ff. de cond. ob tur. cau. si ob turpem.*

DE FVRTIS.

¶ *Continua est ista rubrica suprà in proxim. tit. dic, vt ibi.* Abb. Sicul.

Q*Vi furatur.*] Casus planus est. Nota hic pœnam eius, qui hominem furatur, & eum vendiderit. Bernard.

n ¶ *Qui furatur hominem.*] Scilicet liberum: quia si furatur seruum, hac pœna non tenetur. *ff. ad leg. Fa. de plag. l. victim.* sed secundum canones hæc pœna non imponitur, ʒ. *tit. proxi. in archiepisc. patu. 33. q. 2. inter hæc.* Tan.

F*Vres.*] CASVS. Dicitur, quòd si fures, & latrones in furando fuerint interfecti, non est orandum pro illis. Sed si comprehensi, aut vulnerati confessi fuerint, communio eis negari non debet. Nota in furto occisos, ab Ecclesia non recipiendos, nec pro eis orandum esse. Et nota, quod non est orandum pro decedentibus in mortali peccato.

a Et vide hic de manifesto, hic de occulto, [illegible] obstinato, [illegible] obstinati. Ioā. And.

† Aliàs vocabulis, scilicet hæredes, [illegible] obseruat hic. Ioan. And.

† Aliàs ita: Al. Burgen. Episcopo.

† Cap. 4. et. sicut 1. compilat. & post concilium Laterā. sub Alexandro iij. p. 50. c. 4. Vide citatū in c. sequenti.

† committi. reclamarent.

b Hic casus, prout est repertus, in vetustis exēplaribus reperitur.

1. Cor. 7.

† In plerisque recentioribus Ita: post matrimonium sine consensu, &c. sed in vetustioribus codicibus legitur, vt est impressum.

c Aliàs rapior.

† consensisse.

† Latonien. † Glaceniē. † forte Granonien. sed vt plurimè legitur, Latonien.

† Ca. vnico. e. tit. in 3. compilat. Vide concilium Chalcedonē se can. 27. Obseruatione cap. 77. & quod nouissimè diffinitū est, concilio Tridentino sessio. 24. de reform. matrimonij cap. 8. [illegible] 2. 2. q. 154. art. 7.

† Exod. cap. 21. & c. 1. eo. tit. in 1. compilat. Vide in hic præ alis Ioannē [illegible].

† Addi potest c. 31. sed non eisdem verbis refertur Burchardus lib. 11. decret. c. 59. in 10 p. 13. c. 45. Gratianus siue Palea. 13. q. 2. c. furtis. & c. 42. eo. tit. in 1. comp.

d Et infra de hæc. tum secundum. lib. 6. Ioan. And.

a ¶ *Non esse orandum.*] Quia in mortali eos decessisse cõstat. 23. q. 5. *placuit.*

b ¶ *Diacono.*] In necessitate etiam laico. *de conse. dist. 4. sanctum est. de poeni. distinct. 1. quem poenitet, versu. si. & dist. 6. c. 1. circa prin.*

De materia huius glossæ, vide Nauarrum de poeni. dist. 6. c. 1. nu. 72. & seq. Sotũ 4. dist. 18. qu. 4. art. 4.

c ¶ *Communionem.*] Id est, Eucharistiam. timi. 1c. 50. *dist. poenitentes.* & sepulturam etiam, ex quo confessi sunt. 13. q. *vlt. c. vlt.*

esse orandum. Sed si comprehensi, aut vulnerati, Presbytero, vel Diacono confessi fuerint, communionem eis non negamus.

¶ Ex poenitentiali Theodori.

¶ *Committens furtũ ex necessitate non multum vrgente, peccat, sed nõ grauiter: vnde imponenda est ei leuis poenitentia. Hoc dicit secũdum communem intellectum.*

CAP. III.

SI † quis propter necessitatem famis, aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus, poeniteat hebdomadas tres: & si reddiderit, non cogatur ieiunare.

¶ Hieronymus super parabolas. †

¶ *Non indicans furem propter lucrum, quod ab eo consequitur, reum peccati est.*

CAP. IIII.

QVi cum fure partitur, occidit animam suam.] Non fur solùm †, sed ille reus tenetur, qui furti conscius, quærente possessore, non indicat.

¶ Alexander iij. Cremonen. Episcopo.

¶ *Fur occultus potest post restitutionem, & poenitentiam ad sacros ordines promoueri.*

CAP. V.

SI quis.] Breue est, nec recipit congruã summationem, maximè propter varietatem intellectuum. Ab. Casus patet. Notã, quod necessitas omnino non excusat à furto, & intelligitur quidem de modica necessitate: secus de magna.

† *Cap. 5. eo. ti. in 1. compilatione.*

¶ *Gl. seq. no. quòd modica, &c. quæris demum obijciendo de duobus sol.*

d ¶ *Poeniteat.*] Ex eo enim, quòd poenitentia imponitur, colligitur quòd modica fuerit necessitas: si enim magna fuisset, non imponeretur poenitentia. *ar. contra. de conse. distinct. 5. discipulos.* quia in necessitate omnia sunt communia. arg. 42. dist. c. 1. & 12. q. 1. c. 2. 23. qu. 7. *quod autem.* & 47. *dist. sicut hi.* debuit enim credere dominum permissurum. *Insti. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. §. placuit.* modica poenitentia imponitur, quia modicũ peccauit. Sed quare non excusatur mulier à fornicatione propter necessitatem fami. *ff. de ritu nup. palam § non est. sicut à furto?* Respondeo, propter necessitatem res facta est cõis, quam furatur; sed in fornicatione nõ est ita, immò potiùs debet quælibet mala pati, quàm malo cõsentire: vt 32. q. 5. *ita ne.* Itẽ quare excusor ab homicidio, si ex necessitate me defendẽdo al que occido, & non à fornicatione? Respondeo, non interficio, immò potiùs ipse se interficit, qui me aggreditur. *arg. ff. si quadru. pau. fe. di. l. 1. § cum arietes & arg. ĩ. de homic. lator.*

¶ *Prouerbiorum c. 29. & c. 6. eo. tit. in 1. compila.*

† *Aliàs, tãtummodò.*

QVi cum fure.] Breue est, & vario modo intelligitur, & potest summari secundùm vnum intellectum, vt in rub. & potest aliter summari: vt ĩ patet ex veritate intellectuum. Abb.

CASVS. Qui furtum cum fure partitur, occidit animam suam. Item non solùm fur tenetur furti, sed ille etiam, qui conscius furti non indicat domino ipsum quærenti. No. quòd consentientes, & agentes pari poena puniri debent. Item quilibet tenetur furem indicare, aliàs furti tenetur.

e ¶ *Partitur.*] Per consensum etiam accipiendo, vel occultando; tales enim tenentur de furto. *Insti. de obli. quæ ex delic. nas. §. si verò ope.*

f ¶ *Non fur.*] Hæc sunt verba Hieronymi exponentis præcedentia verba Salomonis.

g ¶ *Possessore.*] Id est, domino, vel quocunque, cuius interest. *ff. de verb. sign. interdum.*

¶ *Gl. seq. alleg. 6. concor. signat contrarium. & solu's.*

h ¶ *Indicat.*] Et ita habes hic, quòd quis tenetur indicare furem. *ff. de recepta l. & l. 2. C. de fur. simile est ar. ff de iure fisci & quibusdã. § diebus. C. ad leg. Corn. de fal. maiorem. C. de his, qui ad Eccle. confu. præsenti. § quòd si in fundo. ar. contrà. ff. de præscript. verb. non solum. ff. de condi. ob tur. cau. l. 4. § vlt.* vbi non peccat, qui aliquid accipit, vt indicet: secus verò secundùm canones, vt hic patet: quia consentire videtur: vnde dicit, & vterque reus est.

EX litteris] Diuiso. Secunda ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam clericus B nomine quendam calicem surripuit de Ecclesia non minus caute dimissum, & longo tempore ipsum tenuit, sed postmodum restituit ipsum: volebat ad sacros ordines promoueri: quæritur, quid iuris sit? Respondet Papa, si sponte confessus fuerit, & exinde Ecclesiæ, cuius erat calix, satisfecit, nec est super hoc infamatus, post peractam poenitentiã, aut partẽ ipsius, dummodo aliàs idoneus sit, ad sacros potest ordines promoueri. Non tamen agendum cum sponte cõfesso, quàm cum conuicto. Item non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, si restitui potest. Item infamatus de furto, non debet promoueri. Item licet quis satisfaciat de furto, nihilominus est illi poenitẽtia imponẽda. Item nota partem poenitentiæ peractam sufficere, vt cum criminoso dispensetur.

EX † litteris tuis innotuit, quòd B. calicem quendam in Ecclesia minùs caute dimissum rapiens, longo tempore detinere præsumpsit: *& infrà.*

¶ Mãdamus, quatenus si sponte confessus fuerit, & exinde Ecclesiæ, cuius calix fuerat, satisfecerit, nec est super hoc nota, vel infamia manifesta respersus: post peractam poenitentiam, aut congruam partem poenitentiæ (dummodo aliàs idoneum ipsum esse cognoscas) ad sacros ordines non dubites promouere.

† *Cap. 7. eo. tit. in 1. compilat. in.*

De materia præter doctores hic, vide Iuliũ Clarũ lib. 5. sent. §. sacrilegium, & Antoniũ Gomezium Tom. 3. varia. reso. ca. 5. de furto. vers. secundum.

i ¶ *Sponte.*] Arg. quòd mitiùs agitur cum ipso, qui confessio, quàm cum conuicto. 6 *di. presbyterum* 11. q. 1. *non ducatis.*

k ¶ *Satisfecerit.*] Aliter poenitere non potest, dummodo possit satisfacere. 14. qu. 6. c. 1. & ĩ. *de homici sicut. §. vos. & ĩ. tit. peni. cùm tu.*

l ¶ *Infamia.*] Alicui, vel grauis opinio. ĩ. *de cohab. cleric. & mul.* & à promotione repellit. 81. *dist. cantis Daniel.* & 33. *dist. iam. & supra. de accus. omnipotens.*

m ¶ *Post peractã.*] Quia iam incipit esse, quod non fuit. 50. *dist. ferrum & cùm exaudita.*

n ¶ *Poenitentiæ.*] ĩ. *de tem. ord. ex tenore.*

o ¶ *Promouere*] Etiam de iure communi, cùm peccatum sit occultum ĩ *de temp. ord. c. vlt.* & præcipue secundùm illos, qui dicunt, quòd peccatum occultũ non reddit hominem irregularem, secundùm alios, qui dicunt cõtrarium, loquitur cap. istud de dispensatione.

TITVLVS XIX.

De vsuris. †

† *De materia huius tituli plurima cõgessit Cardin. necessaria tradit D. Thom. 2. 2. q. 78.*

¶ Alexander iij. in concilio Turon.

¶ *Vsura est lucrifacere fructus rei pignoratæ: fallit in casu hic excepto.*

CAP. I.

PLures † Clericorum: *& infrà.*

¶ Generalis cõcilij decreuit auctoritas, vt nullus constitutus in Clero, vel hoc, vel aliud genus vsuræ exercere præsumat. Et si quis alicuius possessionem data pecunia sub hac specie [vel † conditione] in pignus acceperit: si sortem suam

† *Cap. 1. eod. in 1. compilatione: & post concil. Late. p. 16. c. 9. De intellectu Couarruuias li. 3. varia. resol c. 1. nu. 4. & de poena cleri. vsurary Bernardinus Diaz in pract. crimin. canon. c. 21.*

† *Hæc duo verba, vel conditione, desunt in omnibus antiquis codicibus Gregorianis.*

DE VSVRIS.

¶ *Quia vsuram exercens, rapinam, & quodammodo furtum committit. 14. q. 4. si quis vsuram: & subiacet restitutioni sicut furtum committens, seu rapinam: vt in c. cùm tu. infrà eod. ideò competenti ordine subnectitur de vsuris. Abbas.*

De hac materia tractatur 46. dist. & 14. q. 4. & q. 5. & q. 6 per totum 46 dist. c. penult. & vlt 88. dist in Pa[...]

PLures.] Si creditor percipit sortem ex fructibus pignoris, deductis expensis, tenetur pignus restituere debitori, & vnum casum excipit, hoc dicit. Diuiditur in tres partes. Nam primo prohibet clericis vsuram generaliter, & inde nominatim certam speciem. Secundo ibi. *Quòd si, ponam* addit. Tertio à prædicta specie vnum casum excipit ibi, *Nisi.* Abbas.

CASVS. Quia plures clerici data pecunia possessiones recipiebant in pignus, dicentes non esse vsuram: statuit concilium Turon. vt nullus constitutus in clero, hoc, vel aliud genus vsuræ exercere præsumat: quod si aliquis possessiones alicuius data pecunia recepit in pignus, si sortem suam receperit deductis expensis, possessionem libere restituat debitori: si minus aliquid habet, eo recepto possessio ad dominum reuertatur. Si verò post illud statutum aliquis clericus vsurarum crimen commiserit, officij sui periculum patiatur, nisi fuerit beneficium Ecclesiæ, quod redimendum sibi hoc modo videatur. Nota fructus pignoris computandos in sortem. Item clericus vsurarius de regore iur. ab officio Ecclesiastico debet repelli. Item habes hic casum, in quo fauore Ecclesiæ fructus non computantur in sortem.

b *Si legeris veterem compilati nem, apertissimè intelliges falli speciem quæ ex fragmento omisso à Raymundo redacta est paulò obscurior.*

p ¶ *Generalis concilij.*] Scilicet Turon. cuius est hoc capitulum.

q ¶ *In Clero*] Maximè: quia idem est de laicis.

r ¶ *Aliud genus.*] Multa. n. sunt genera vsurarum, *ar. 14. qu. 3. c. 1. 3. & 3.*

¶ *Glo. seq. tractat de expensis deducendis, & quæris, & soluit.*

a ¶ *Dodo-*

a ¶ *Deductis expensis.*] Deducendæ sunt expensæ: & quod superest, est fructus. ff. sol. mat. fructus. *ff. de petit. hered. si à domino. § fructus in fi. & 12. q. 2. rebus. & C. de fruc. & lit. expen. l. 3.* & ipso iure per fructus perceptos liberatur pignus. *C. de distrac. pig. l. 1. & C. de pig. act. l. 1. & 2.* fructus n. semper computatur in sortē. j. *c. prox. & c. conquestus.* & hic expensæ illę non debēt esse superfluæ. ar. *ff. de rei. ven. in fundo.* & illæ tantùm sunt deducendæ, quæ in ipsam rē necessario factæ sūt, & pro fructibus colligendis. *C. de pig. in summa.* Potest ergo re retinere, donec deducat expēsas. Sed quid si restituit rem nōdum deductis expensis? Petat per conditionē indebiti. *ff. de impen. in re. do. fac. l. quod dicitur. §. si dos.* vel per contrariam actionem pignoratitiā. *ff. de pig. act. si necessarias.*

b ¶ *Post huiusmodi.*] Maxime: quoniā idem erat ante. *14. q. 4. si quis oblitus. & j. eo. cum in.*

c ¶ *Beneficium.*] Hoc ita pōt intelligi, putà laicus aliquis iniustè detinet possessionē aliquā, quæ fuerat clerico in beneficium assignata: licitú est clerico de manu laici taliter eam redimere, vt ecclesia, vel ipse clericus fructus taliter perceptos retineat: nec est vsura, cum tantum suū recipiat: quia si forte possessio ad ecclesiā reuerteretur hoc modo: quia forte aliàs nō poterat recuperari. Et idē est, si esset feudū ecclesiæ, quia fructus ecclesiæ non computabit in sortem. j. *c. conquestus.* sed ecclesia interim seruitia à vasallo recipere nō debet. *s. de feu. c. 1.* Idē intelligo de laico, quia hoc modo sibi licet redimere possessionē de manu iniusti detentoris: alienā tñ possessionē taliter redimere non posset, quia fructus illi nō sunt sui: vñ si illos retineret, vsura esset. Idem esset de clerico, si possessionem ecclesiæ, quæ nō fuit sibi pro beneficio assignata, taliter in pignus reciperet: nisi de licētia ecclesię hoc faceret, quasi percipiendo cōnomine ecclesię. Ber.

† *Cap. 4. eo. ti. in 1. compilatione, & post concilium Later. p. 16. cal. Et Couarruuiam in præcedenti c. citatum. vide Sotum de iustit. & iure, lib. 6. q. 1. art. 2. & Syluestrum, verbo, vsura. 3.*

† *Appellatio.*

† *Idem, scilicet Alexander iij. in concilio Lateran. c. 25. & c. 3. eo. tit. in 1. compilatione. Et pro intellectu vide Archidiaconum in c. miror. 17. q. 4.*

(deductis expensis,ᵃ de fructibus iam perceperit: absolutè possessionem restituat debitori. Si autem aliquid minus habet, eo recepto, possessio liberè ad dominum reuertatur. ¶ Quòd si post huiusmodiᵇ constitutum in Clero quisquam extiterit, qui detestandis vsurarum lucris insistat, Ecclesiastici officij periculum patiatur. Nisi fortè Ecclesiæ beneficiumᶜ fuerit, quod redimentum ei hoc modo de manu laici videatur.

¶ Idem Cantuarieñ. Archiepiscopo, & eius Suffraganeis.

¶ Idem in effectu dicit cum præcedenti cap. sed addit tacitè idem esse in Laicis: nam in præcedenti cap. tantum fuit facta mētio de Clericis.

CAP. II.

QVoniam † non solùm viris Ecclesiasticis, sed etiam quibuslibet aliis periculosum est vsurarum lucris intendere: Auctoritate præsentium duximus iniūgendum, vt eos, qui de possessionibus, vel arboribusᵈ, quas tenere in pignore noscuntur, sortem (deductis expensis) receperunt: ad eadem pignora restituenda, sine vsurarum exactione, Ecclesiastica districtione compellas †.

¶ Idem † in concilio Laterañ.

¶ Manifesti vsurarij ad cōmunionē altaris, & Ecclesiasticam sepulturam, & oblationem offerendam admitti non possunt: & Clerici contra hoc facientes, puniuntur, vt hîc dicitur.

CAP. III.

QVia in omnibus ferè locis ita crimen vsurarum inualuit, vt multiᵉ (aliis negotiis prætermissis) quasi licitè vsuras exerceant, & qualiter vtriusque † testamenti pagina condemnētur, nequaquam attendant: Ideoque constituimus, vt vsurarij manifesti †, nec ad communionem admittantur altaris, nec Christianam (si in hoc peccato decesserint) accipiantᶠ sepulturam: sed nec oblationesᵍ eorum quisquam accipiat. Qui autem acceperit, vel Christianæ tradiderit sepulturæ: & quæ acceperit, reddereʰ compellatur, & donec ad arbitrium Episcopi satisfaciat, ab officij sui maneat executione suspensus.

¶ Idem Panormitano Archiepiscopo.

¶ Potest intelligi dupliciter. Primò in mutante. Secundo in recipiente vsuras: & secundùm primum intellectum hoc dicit: Etiam pro opere pio non licet vsuras recipere, quādo per receptionem datur causa vsuræ committendæ. Hoc dicit. Vel sic, & clarius. Non licet inducere quem ad exercendam vsuras, etiam pro pio opere: & ista lectura colligitur ex decisa.

CAP. IV.

SVper † eo verò: & infrà. ¶ Respondemus, quòd cùm vsurarum crimē vtriusque testamenti pagina detestetur, super hoc dispensationemⁱ aliquam posse fieri non videmus; quia cùm scriptura sacra prohibeat pro alterius vita mentiriᵏ, multò magis prohibendus est quis, ne etiam pro redimenda vita captiui, vsurarum crimine inuoluatur.

QVoniam.] Casus. Dicitur hîc, quòd non solùm viris ecclesiasticis, sed etiam laicis periculosum est vsuris intendere, & ideo mandatur, quòd postquā de possessionibus, vel fructibus arborum, quas in pignore tenent, receperint sortem suam deductis expensis, restituantur possessiones suis dominis. Nota, quod vsuræ reprobantur in laicis, sicut in clericis. Item fructus pignoris computari debent in sortem, prius inde deductis expensis.

d ¶ *De possessionib. vel arborib.*] *Sic s. c. prox. & j. c. conquestus. & s. de emp. & vend. ad nostram. s. de pig. cum contra. C. de pig. act. l. 1. & 2. C. de pact. pig. l. 1. & vlt. ff. de pig. & l. si conuenerit.*

QVia in omnibus.] Iste textus est multum allegabilis, & multa iura faciunt mentionem de isto concilio Lateran. & tria facit. Primo ponit factum damnabile per constitutionis causam. Secundò tripliciter punit vsurarios manifestos. Tertio punit dupliciter clericos transgressores. Secunda ibi, *Ideoque.* Tertia ibi, *Qui autem.* Abbas Siculus.

C a s v s. In multis locis tantū inualuit vsurarū consuetudo, vt multi aliis negotiis prætermissis, vsuras exerceāt tanquā licitas, non considerantes, qualiter crimen istud vtriusque testamenti pagina condemnetur: & ideo statuit Laterañ. concilium, vt vsurarij manifesti ad cōmunionem nō admittantur altaris: nec Christianā accipiant sepulturam, qui in hoc peccato decesserint: nec oblationes eorum quisquam accipiat: qui autem acceperit, aut Christianæ tradiderit sepulturæ; quod acceperit, restituat, & ab officio suo suspensus maneat, donec ad arbitrium Episcopi satisfaciat. Not. quòd hæc est pœna, quæ primò imponi dēt, de qua fit mētio in rescriptis contra vsurarios impetratis.

¶ *Glo. se. ostēdit gl. istam etiam iure ciuili, &c.*

e ¶ *Multi.*] Propterea, quia multi sunt, nō excusantur. *2. qu. 1. multi. in fi.* & etiamsi omnes homines essēt vsurarij. simile *32. qu. 7. flagitia.* cùm in veteri testamēto, & nouo prohibitæ sunt vsuræ. j. *c. prox.* immo etiam iure ciuili vsuræ prohibitæ sunt: vnde nullo iure peti possunt: *in Authen. de eccl. tit. in pr. col. 9.* licet nō obseruetur: quia ibi dicit Iustinianus, se quatuor synodos generales obseruare: sed Nicæna synodus est vna de quatuor principalibus, quæ ita obseruari debet, sicut quatuor Euangelia. *15. dist. sicut.* & in Nycæna synodo prohibentur vsuræ. *47. dist. in quoniam multi.*

f ¶ *Accipiāt sepulturā.*] Idem est de quolibet, quem constat decessisse in mortali. *13. qu. 2. pro obeuntibus. 23. qu. 5. placuit. 21. qu. 3. Cyprianus. & s. de sta. reg. monachi. cum similibus.*

g ¶ *Oblationes.*] *Sic 90. dist. in fi. oblationes. & 17. qu. 4. miror. s. de rap. super eod. ad fi.* & nihilominus excommunicādi sunt, si non satisfaciant. *j. eod. præterea. & s. de iniur. debitores. & c. sequen.*

¶ *Glossa sequens quærit, & arg.*

h ¶ *Reddere.*] Sed cui debet restitui? dantí non videtur. *17. q. 4. sunt qui. 12. qu. 2. nulli liceat.* Ala. dixit, quòd episcopo loci: sed potius credo, quòd illi, qui dedit, & ille postea restituet ei, à quo recepit. argum. *j. eo. cùm tu & s. de homi. sicut dignum § eos.*

† *De hoc articulo plenè Couarruuias variarum resol. c. 1. nu. 5. cum videto, & Marquardum tract. de Iudæ. p. 1. c. 11.*

† *Vsurarij manifesti qui dicantur, tradit Iulius Clarus lib. 5. sen. §. vsura. vers. sed hic quæro. Syluester verbo, vsura. 9. q. 1. & Couarruuias l. 3. variar. resolut. c. 3.*

† *Cap. 3. e. t. in 1. compil. & post concil. Late. sub Alex. iij. p. 16. c. 1. Vide Romanum consil. 400. & præ cæteris hic Ioannem Ananiam.*

SVper eo.] Diuiditur. Nam primò ponitur decisa consultatio. Secundò responsio ibi, *Respondemus.* & responsionem probat per argumentum à maiori. Abbas Siculus.

C a s v s. Quidam exercebant vsuras, vt inde captiui redimerentur: quæritur, an liceat? Respondet Papa, quòd cùm vsurarum crimen vtroque testamento condemnetur, super hoc non est aliqua dispensatio adhibenda: quia etiam dicit scriptura: pro alterius vita mentiri non licet, multò magis prohibendus est aliquis, ne vsurarum crimen exerceat pro redimenda vita captiui. Nota circa crimen vsurarum dispensari non posse. Item prætextu pietatis non est impietas committenda. Item non debet quis mentiri pro vita alterius saluanda. Item arg. quòd vsura est maius peccatum, quàm mendacium.

¶ *Glo. sequens arguit, & remittit.*

i ¶ *Dispensationem.*] Arg. quod prætextu boni, malum fieri non debet. *1. q. 1. non est putanda. 33. qu. 5. si dicat. & 14. q. 5. c. 1. 2. & 3. & c. neque. Arg. contra. 28. q. 1. non oportet. Dic,* vt plene dictum est *s. ne cle. vel mona. non magn.* in magna notula.

k ¶ *Mentiri. 22. q. 2. ne quis arbitretur, vbi de hoc.*

CVm tu.] Diuiditur: nam in prima ponitur consoltatio tres articulos continens, quorum duo sunt decisi. Secundo ordinate ad illos respondet ibi, *Super his.* Abbas.

CASVS. Archiepiscopus Salernitanus secundùm prædictum concilium. *s. eod. quoniam.* præcepit vsurarios manifestos communione altaris, & Ecclesiastica sepultura priuandos, donec restituant vsuras: quidam ad excusandas excusationes in peccatis, dicebant illas vsuras tantum restituendas, quæ post prædictum cōciliū sunt receptæ: Alij dicebant, quod non habebant, vnde restituere possint vsuras. Alij dicebant, q̄ de pecunia vsuraria possessiones fuerant cōparatæ, quas dederant filiis, & parentibus suis: vnde pecuniā illā restituere nō poterant: quæsiuit Archiepiscopus, quid super his sit agendum. Respōdet Papa ad primam, q̄ siue ante, siue post concilium prædictum vsuræ sint extortæ, cogendi sunt per pœnam illius concilij ad eas restituendas his, à quibus extortæ fuerunt, vel eorum hæredibus: vel si non extant aliqui hæredes, pauperibus dentur, dummodò habeant in facultatibus, vnde reddere possint: quia vt dicit Augustinus: *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum:* illi verò, qui nō habent, vnde reddere possint, non debent illa pœna puniri, quia paupertas eos excusat. Possessiones autem de vsuris comparatæ debent vendi, & pretia inde recepta restitui his, à quibus extortæ sunt vsuræ: vt sic à peccato, & pœna prædicta possint liberari. Nota constitutionem extendi ad præterita. Item non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Item paupertas excusat. Item res emptæ de vsuris succedunt loco pecuniæ de vsuris receptæ. Item quandiu inuenitur, cuius est res restituenda, vel eius hæredes, non debet dari pauperibus.

† *Cap. 5. eod. tit. in 1. compilat. & post cōcil. Later. sub Alexan. iij. p. 16. c. 5. Vide B. Thoman. 2. 2. q. 78. art. 3. & Sotum. li. 7. de iust. & iure. q. 1. art. 4.*

† *Summuntur hæc ex Psal. 140.*

† *Aliàs cæteris omissis ita: Vnde possint restituere.*

¶ Idem Salernitano Archiepiscopo.

¶ *Vsurarij, qui sunt soluendo, cogūtur per pœnas Lateran. concilij vsuras restituere: etiam quas ante cōcilium receperunt: & facultatibus non extantibus, debent possessiones emptæ ex pecunia fœnebri vendi, & debentibus recipere, satisfieri.*

CAP. V.

CVm † tu manifestos vsurarios iuxta decretum [a] nostrum, quod nuper in concilio promulgatum est, communione altaris, & Ecclesiastica præceperis sepultura priuandos [b], donec [c] reddāt, quod tam prauè receperant: quidā eorū, ad † excusandas [d] excusationes in peccatis, impudenter affirmant illas duntaxat vsuras restituendas, quæ sunt post interdictum nostrum receptæ: *& infra.* ¶ Super his fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd siue ante, siue post [e] interdictū nostrum vsuras extorserint, cogendi sunt per pœnam [f], quam statuimus in concilio, eas his, à quibus extorserunt, vel eorum hæredibus restituere: vel his non superstitibus [g], pauperibus erogare: dummodo in facultatibus habeant, vnde † ipsis possint eas restituere: cùm iuxta verbum beati Augustini †: Non remittatur peccatum, nisi restituatur [h] ablatum. Illi autem, qui nō habent in facultatibus [i], vnde vsuras valeant restituere, non debēt vlla † pœna mulctari: cùm eos nota paupertatis euidenter [k] excuset. ¶ Possessiones verò, quæ de vsuris comparatæ sunt, debent vendi [l], & ipsarum pretia his, à quibus vsuræ sunt extortæ, restitui: vt sic non solum † à pœna, sed etiam à peccato possint (quod per vsurarum extorsionem incurrerant) liberari.

† *Augustinus epistola 54. ad Macedonianum refert Ino p. 13. c. 4. p. 350. c. 25.*

† *Aliàs: illa pœna in plerisque antiquis.*

† *Aliàs hæc non solum à pœna illa.*

a ¶ *Decretum.*] *Suprà. eo. quia in omnibus.*

b ¶ *Priuandos.*] Et ita can. n. ille, Quia in omnibus, non est latæ sententiæ, sed ferendæ. Ber.

c ¶ *Donec.*] Ergo quam citò restituunt, sunt ipso iure restituti cōmunioni. ar. *81. dist. qui sunt.* tamen post satisfactionem relaxandum est interdictum.

d ¶ *Ad excusandas.*] Hæc verba sunt, *16. q. 1. prædicator.*

e ¶ *Siue post.*] Arg. q̄ cōstitutio retrotrahitur, & hoc ideo dicit, quia crimen istud ante illā constitutionē prohibitum erat vtroq; testamēto. *s. c. prox.* hoc enim diuinū fuit præceptū. *14. q. 4. quoniā multi.* Quādo cōstitutio retrotrahatur, dictū fuit *s. de consti. c. vlt.*

¶ *Glo. seq. cum se formans, & soluens duas quæstiones.*

f ¶ *Per pœnam.*] Statutā *s. eo. quia.* & etiam per excommunicationem. *i. eo præterea.* Sed quare fit mentio in omnibus commissionibus de pœna illius canonis, quia, & non de excommunicatione? Respondeo, quia ab illa semper incipiendum est, tanquam à minori, & postea infligenda est maior, si hoc meruit proteruitas contumacis. *s. vt lite non contest. c. quoniam. in fi.*

g ¶ *Non superstitibus.*] Sed pone, q̄ ille, cui debet restitui vsura, lōge sit absens: nūquid tenetur vsurarius mittere ad eum vsuram? Tenetur quidē, sed sumptibus illius absentis. ar. *ff. de ope. li. opere enim* Si autem sumptus itineris rei summā excedant, det pauperibus. arg. huius *cap. 2. q. 6. anteriorum.* Et hoc intellige, si vsurarius nouit, vbi habitet. quia si ignoret, non tenetur inquirendo vagari. arg. *ff. de ope. li. q. nisi. in fi.* & quousque fieri potest restitutio illi, qui soluit, nunquam illa pecunia debet dari pauperibus. *s. de homici. sicut dignum. §. eos. & s. de iureiu. cum te.*

h ¶ *Restituatur.*] 14. q. 6. c. 1.

¶ *Glo. ista cum seq. recitari possunt per tres quæstiones.*

i ¶ *In facultatibus.*] Et licet amiserit vsuras, nihilominus tamen tenentur propter morā, quæ illis nocere debet: vnde omnia refundere debēt, si aliàs facere possunt. arg. *ff. de vi & vi arma. l. 1. §. rectissimè. & ff. de leg. 1. cùm res legata.* sed si nihil habent, liberantur ex toto, vt hic. Si tñ ad pinguiorē fortunam peruenerint, tenētur vt prius. *s. de sol. Odoardus. & ff. de cess. bo. l. si debitoris. ar. 16. q. 6. si quis de corpore. & c. de his verò. & in solidum.* nec habetur ratio, ne egeat: licèt aliàs dicat lex, quòd qui bonis cedit, non conuenitur postea, nisi inquantum facere potest. *ff. de cess. bo. l. is qui.* Ala.

k ¶ *Euidenter.*] Si enim credatur habere, verberibus veritas eruatur. *5. q. 5. illi qui. 13. q. 6. c. 1.* vel iuret se non habere, vnde reddat. quod potius vī q̄a non dēt vlla pœna puniri, vt hic dicit; quia inanis est actio, &c. *ff. de dolo. nam is. & s. de restitu. spoli. cùm.*

l ¶ *Debent vēdi.*] Ex hoc vī, q̄ ad quemcunque perueniat res empta de pecunia vsuraria, tenetur illā restituere: licet enim res emptæ ex tali pecunia peruenerāt ad filios, vel cōsanguineos vsurariorum, nihilominus venduntur: vt hic dicit: quia res illa succedit loco alterius pecuniæ *ff. de lega. 1. Imperator. in fi. & ff. de lega. 3. fideicommissa. §. si rem suam. & s. vt lite pen. Ecclesia.* vbi de hoc quod verum est, vbi ex causa lucratiua res peruenit ad ipsum. Si verò ex alia causa, putà quia emit ignoranter, secus esset fortè.

† *Ianuen.*

¶ Idem Genuen. † Archiepiscopo:

¶ *Vendens rem plus, quàm valeat, quia solutionem differt, peccat: nisi dubium sit, an tempore solutionis erit valor rei variatus: & venditor non erat venditurus tempore, quo vendit. h. d. secundùm communem intellectum.*

CAP. VI.

IN † ciuitate tua dicis sæpe contingere, quòd quidam piper, seu cinamomum, seu alias merces comparant [m], quæ tunc vltra quinque libras non valent [n], & promittunt se illis, à quibus illas merces accipiunt, sex libras statuto termino soluturos: Licèt autem cōtractus huiusmodi ex tali forma [o] nō posset ...

† *Cap. 8. eo. ti. in 1. cōpilatione. & post concil. Later. p. 16. c. 2. De ratione huius decretalis vide plenissimè per Caietanum apud B. Tho. 2. 2. q. 78. ad 7. argumentū. & per Syluestrum verbo vsura. 2. q. 2. & Soto citato infrà. eo. in c. nauiganti.*

Et speciale est hoc in re empta ex pecunia fœnebri: aliàs regulare est, quòd in re empta ex pecunia tua, non nomine tuo, nihil iuris habes. *C. de rei ven. si ea pecunia. & C. de proba. ad probationem ff. de fur. qui vas. in fi. a. iom casum habes. C. de rei vendi. si vt proponis. tertium. C. arbi. tute. l. 3. & s. de pecu. cle. inquirendum.* Ala.

IN ciuitate.] Cōmunis diuisio. Secūda pars ibi, *Licèt.* Abb. Sic.

CASVS. Quidā mercatores emunt piper, cinamomum, seu alias merces, quæ tēpore vēditionis non valent vltra quinque libras, & promittūt se soluturos in termino constituto sex libras: quærebatur, vtrùm talis cōtractus esset vsurarius? Rñdet Papa, licet talis cōtractus ex forma vsurarius nō possit iudicari, tñ vēditores nihilominus peccatū incurrūt, nisi dubiū esset merces illas plus, vel minùs valituras tēpore solutionis faciendæ: & ideo qui sic cōtrahūt, meliùs facerēt, & bene sibi consulerent, si à tali cōtractu abstinerēt, quia hominū cogitationes Deo occultari non possunt. Not. aliquem excusari à peccato vsuræ propter dubium.

¶ *Gloss. seq. reci. per modum obiec. de eo, quòd licet contrahentibus &c. secundo obijcit, & soluit in fine.*

m ¶ *Comparant.*] Non decepti in iusto pretio, sed scienter plùs emerunt propter dilationem solutionis: si enim decepti essent, quia darent vltra pretium iustum, non haberent speciem vsuræ: quia licet contrahentibus sese adinuicem decipere. *ff. de mino. in causæ. §. in pretio vsque ad dimidium iusti pretij s. de emp. & ven. cùm dilecti. & c. penult. C. de rescin. ven. l. 2.* Ala.

n ¶ *Non valent.*] Immò videtur, quòd tantum valeat: res enim tantum valet, quantùm vendi potest. *ff. ad Treb. l. 1. §. si hæres & ff. ad l. Fal. quærebatur. & ff. de fur. si quis vxori. §. vlt. & ff. de dona. cau. mor. l. mortis causa. §. vlt. & ff. ad l. Rhod. de iac. l. 2. § portis.* pretia enim rerum non ex affectu singulorum, sed communiter æstimantur. *ff. ad l. Fal. pretia.* arg. contrà *ff. de man. cum seruus.* Sed hic non fuit emptio facta æstimatione communi. B.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

o ¶ *Ex tali forma.*] Sim. *s. de pig. illo vos. & ita forma contract. inspici*

a *Hoc lege ciuili permittitur, sed lege diuina nō licet. cæterū de hoc dicto vide plenè per S. Thō. 2. 2. q. 77. arti. 1. ad 1. argumentum, & Dominicum Sotum lib. 6. de iust. & iure. q. 3. ar. 1. ad 1. ar.*

sit censeri nomine vsurarum a, nihilominus tamẽ venditores b, peccatum incurrũt: nihil dubiũ c sit merces illas plus, minúsve solutionis tempore valituras: Et ideo ciues tui saluti suæ bene cõsulerent, si à tali contractu cessarẽt; cùm cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari d.

¶ Idem.

¶ Vsurarius monitus non desistẽs, si Clericus est, ab officio, & beneficio suspenditur: si Laicus, excommunicatur.

CAP. VII.

PRæterea † parochianis tuis vsuras recipere interdicas e. Qui si parêre contempserint, si Clerici sint, eos ab officio, beneficióque suspendas f. Si laici, vsque ad dignam satisfactionem ipsos vinculo excommunicationis g astringas.

Idem Abbati, & fratribus sancti Laurentij.

¶ Fructus rei pigneratæ computari debent in sortem, & excipit vnum casum.

CAP. VIII.

COnquestus † est nobis C. Clericus: *& infrà.* ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si terram ipsam titulo pignoris detinetis, & de fructibus eius sortem recepistis h: prædictam terram Clerico memorato reddatis: Nisi terra ipsa de feudo i sit monasterii vestri.

¶ Idem Episcopo Placentino.

¶ Hæres vsurarij filius, vel extraneus, vsuras extortas per defunctũ restituere compellitur.

CAP. IX.

TVa † nos duxit fraternitas consulendos, quid sit de vsurariorum filiis obseruandum, qui eis in crimine vsurarum defunctis succedunt: aut de extraneis, ad quos bona vsurariorum asseris deuoluta? Tuæ igitur quæstioni litteris præsentibus respondemus, quòd filii ad restituẽdas vsuras, ea sunt districtione cogendi k, qua parẽtes sui †, si viuerent, cogerentur. Idipsum etiam contra hæredes extraneos credimus exercendum.

¶ Vrbanus tertius.

¶ Mutuans ea mente, vt vltra sortem aliquid recipiat, tenetur in foro animæ ad illud restituendum, si ex hoc aliquid consecutus est. Idem in non dante parabolam iuramẽti, nisi aliquid inde recipiat. Et idem in vẽdente rem plus, quàm valeat, quia differt solutionem.

CAP. X.

COnsuluit † nos tua deuotio, an ille in iudicio animarũ quasi vsurarius debeat iu-

spici debet, ad hoc vt vsurarius censeatur: quia omne esse est ex forma: sed non est semper verum in casu isto: *vt ĩ. dicitur.* Ber.

a ¶ *Vsurarum.*] *Arg. contrà. s. eo. consulit. ibi soluitur.* Ber.

b ¶ *Venditores.*] Isti vẽditores propter dubiũ excusantur à peccato: aliàs non venditur. *ĩ. e. c. vlt. in fi.* vnde propter dubiũ excusantur à peccato vsurarum: & expone peccatum, i. vsurarum. *ĩ. eod. c. vlt.* & secundum illam intellige istam: licèt enim ex forma non sit cõtractus vsurarius, potest tamen fieri in fraudẽ vsurarũ: vnde æquè tenetur. *a. s. de pig. illos vos.* & quodcunque nomen imponas, vsura est. *14. q. 3. c. 1. & 2.*

c ¶ *Nisi dubium.*] *ĩ. eo. c. vlt. vbi de hoc.* in tali dubio potiꝰ esset abstinendum: quia quandoque dicũt aliqui se dubitare, vbi nõ est dubitandũ, & econuerso: & tutior via est eligenda *ĩ. de cler. excom. mi. illud.* vnde dicit: Saluti suæ bene cõsulerẽt, &c. q a periculũ est in his. Ber.

d ¶ *Occultari.*] Quia secretorũ Deus cognitor est. *32. di. erubescant. & 2. q. 5. consuluisti.* quẽ nõ latet peccati qualitas, neq; peccãtis affectus. *24. q. 3. Deꝰ qui.* Tã.

PRæterea.] Duæ sunt partes: secunda ibi, *Si laici.* Abbas Siculus. CASVS. Mandat Papa cuidam Epõ, quatenus omnibus parochianis suis vsuras recipere interdicat: quod si facere cõtempserint, si clerici fuerint, illos ab officio, & beneficio suspendat. Si laici, eos excõmunicet vsq; ad debitã satisfactionẽ. Not. qualiter puniri debent vsurarij, tam clerici, quàm laici.

e ¶ *Interdicas.*] *14. qu. 3. & 4. per totum & 47. dist. quoniam multi.*

¶ *Glo. seq. & quærit, & soluit.*

f ¶ *Suspendas.*] Talis enim repellitur ab obtento: vt hîc dicit, & *14. q. 4. si quis oblitus: & c. quoniam multi.* & repellitur ab obtinendo multò fortiùs. *ĩ. de exces. præla. inter dilectos.* Sed nunquid Episcopus potest cũ tali dispẽsare? Dico, quod sic, post satisfactionẽ, & pœnitentiã, quia hoc nõ prohibetur: & hoc probatur per hãc decre. In antiqua dicebatur, quod ad præsentiã Papæ tales mittantur: vnde collige, quòd Episcopi cum talibus misericorditer agere possunt. De hac materia traditur *s. de iudic. at si clerici.*

g ¶ *Excommunicationis.*] Primo inflicta pœna illius constitutionis. *s. eo. quia in omnibus.*

COnquestus.] Primò ponit decisam quæstionẽ. Secũdò prouisionẽ ibi, *Discretioni.* Tertiò exceptionem ibi, *Nisi.* Abb. Sic. CASVS. Idem dicitur hic, quod dictum est *s. eo. c. 1.* fructus enim pignoris semper cõputandi sunt in sortẽ: nisi terra fuerit de feudo monasterij. Nota q fructus pignoris computari debẽt in sortem. Item nota hic casum, vbi fructus non cõputantur in sortem.

h ¶ *Sortem recepistis.*] Deductis etiam expensis, *vt s. c. 1. & 2. vbi de hoc.*

i ¶ *De feudo.*] In isto a casu fructus nõ cõputãtur in sortẽ; interim tñ nõ debẽt seruitiũ recipere à vasallo: nec est vsura. *sic s. de feudis. c. 1.* in quo casu põt etiã intelligi *s. e. c. 1.* sed ibi illud exponit. dic, vt ibi. Habes ergo vnũ casũ, in quo nõ cõmittitur vsura vltra sortẽ recipiẽdo: *vt s. eo. c. 1.* & hoc fauore ecclesiæ. Itẽ & in alio. *ĩ. eo. salubriter,* aliàs etiã posset attẽtari, q vsuræ possunt peti etiã secundũ canones, vt cũ vẽdo tibi prædiũ, & trado, & percipis fructus, nec soluis mihi pretiũ ad terminũ. *ar. C. de vsur. l. 2.* quia huiusmodi vsuræ nõ quasi vsuræ, sed quasi interesse petũtur. *ar. 14. q. 4. quoniam multi, ibi, ad quæstũ. & c. si quis oblitus, ibi, aliqua incrementa & ff. pro so. socij. qui. dãna verò,* & interesse secũdũ canones peti possunt. *12. qu. 2. si quis de clericis. & s. de fo. compe. dilecti. & s. de fideiuss. peruenit. & c. constitutus. & ar. ff. de eo quod cer. lo. l. 2.* § *vlt.* maximè in cõtractibus bonæ fidei, vbi vsuræ veniũt ex mora. *ff. de vsur. l. mora. §. in bonæ. & ff. de peri. & commo. rei ven. l. vlt. & C. de act. empt. & vend. fructus.* quia nõ dr vsura, sed potiùs interesse q a nõ dicit recipere vltra sortẽ. Et quod dicit: Quidquid sorti accedit, vsura est. illud põt intelligi in mutuo, vel vbi aliq d excogitatur in fraudẽ vsurarum. Illud nota, q duo sũt cõtractus, q de sui natura volunt esse gratuiti: vt mutuum, & cõmodatum: mutuum enim nisi sit gratuitũ, statim vsura est: vnde illud, *Mutuũ dantes, nihil inde sperantes. ĩ. e. cõsuluit.* Ite commodatũ si nõ sit gratuitũ, & pecunia recipiatur pro re cõmodata, desinit esse cõmodatum: & in locationẽ transire vr, non tñ est vsura. Itẽ si vẽdo tibi fundũ iusto pretio, ea lege, vt quandocũq; tibi soluero pretiũ, q mihi das, fundus ad me reuertatur. *Cod. de pact. inter empt. & vend. l. 2.* in casu isto lucraf fructus. aliàs si modicum esset pretium, præsumitur cõtractus in fraudẽ vsurarum. *s. de empt. & vend. ad nostram.* & præcipue si emptor cõsueuit exercere vsuras. *s. de pigno. illos vos.* Item vbi pecunia daf ad põpam, possum inde recipere mercedẽ; quia non est mutuũ, sed potiùs cõmodatũ, siue locatio. *ff. commo. sed mihi. §. non fit. & l. sequ.* Itẽ vbi aliquid apponif nomine pœnæ, dũ tñ nõ in fraudẽ vsurarũ *12. q. 2. fraternitas.* tamẽ in omnibus prædictis casibus nõ dicũtur vsuræ: sed potius interesse videtur. Laur.

TVa nos.] Cõmunis diuisio. secũda pars ibi, *Tuæ igitur.* Ab. Sic. CASVS. Quæsitũ fuit à Papa, quid sit obseruandũ de filiis vsurariorũ, q eis succedũt in crimine vsurarũ, aut etiã de extraneis hæredibus, ad quos bona illorũ peruenũt? Rñdet Papa, quòd filij eadẽ districtione cogẽdi sunt vsuras restituere, qua parẽtes eorũ cogerentur, si viuerent: & idẽ est faciendum de hæredibus extraneis. Not. quòd res trãsit ad successorẽ cum suo onere, vel causa.

¶ *Gl. seq. quærit. al. ad negatiuam vnam legem, & ad affirmatiuam tres, & sol.*

k ¶ *Cogendi.*] Tenẽtur filij pro parẽtibus pro hæreditaria portione, & alii, ad quos bona vsurariorũ peruenerunt: vt hic dr, & *ff. de reg. iur. ex qua persona.* Sed pone, quod alter hæredũ efficiatur nõ soluendo ante restitutionẽ vsurarũ: nũquid alter cõuenitur in solidum? non vr. *ff. de fideius. inter eos §. cum inter. ar. contrà. commoda. sed mihi. §. hæres. & ff. de fideius. inter fideiussores. ff. de fideius. tu. l. si fideiussores.* Satis potest dici, q in solidum cõueniri possunt, q a omnia bona defuncti erãt illi obligata. *ar. s. e. cum tu.* & præcipue cùm succedit in crimẽ: hæredi enim succedẽtis in vitiũ, par fortuna habẽda est. *C. de fru. & lit. exp. l. 2.* & etiam hæredis ignorantia defuncti vitiũ nõ excludit. *ff. de diuer. & tem. præscr. cũ hæres.* Si ergo hæres succedat in bonis defuncti, siue hæres idẽ crimẽ cõmittat, siue nõ, semper tenetur restituere vsuras, quas defunctꝰ extorsit, in quãtũ se extẽdit illiꝰ hæreditas, vt hic patet. & ecõuerso hæres põt repetẽre vsuras extortas à patre. *ĩ. e. Michaël.* Vin.

COnsuluit.] In prima ponitur consultatio tria continens: In secunda simul ad omnia respondet ibi, *Verùm.* Abb. Siculus. CASVS. Tres quæstiones hîc formantur. Prima est talis: Aliquis mutuat pecuniam sine aliquo pacto, vel conuentione, eo tamen animo, vt aliquid vltra sortem recipiat, aliàs non mutuaret, si nihil crederet habere vltra sortem: quæritur, an talis saltem in iudicio animæ vsurarius sit censendus? Secunda quæstio est: Aliquis mutuauit pecuniã ad certũ terminũ: termino adueniẽte creditor non vult dare parabola iuramenti, donec aliquod emolumentũ percipiat: nõ tamen aliquid petit, vel exigit à debitore;

† Cap. 9. eo. tit. in 1. compilatione. Et post concilium Lateran. p. 10. c. 2. §. præterea. Et quatenus puniis clericos, & laicos, vide Bernardinũ Diaz in pra. crim. cano. c. 81. & Felinum in c. cùm sit generale. supra, de foro compet. & Alexandrũ in l. si non sortem. ff. de condi. indeb.

† Ca. 10. eo. tit. in 1. compilat. Iam de intellectu huius decretalis vide latè per Couarruuiam li. 3. variar. resolut. c. 1. nu. 4.

a In hac glossa continentur multi articuli de quibus dubitatur, an sint vsurarij necne, & ob id ne quis facilè labatur præter canonistas hîc cõsulas theologos, B. Thomam, & ibi Caietanum 2. 2. qu. 78. per totum. Sotum lib. 6. de iustitia, & iure, q. 1. 2. & seq. Nauarrũ in Manuali confessariorum, cap. 17. Syluestrum, & sũmistas verbo, vsura.

† Cap. 11. eo. tit. in 1. compilation. Et de materia textus, & glossæ vide plenissimè per Couarruuiam lib. 3. varia. resol. cap. 3. & per Syluestrum in summa verbo, vsura 6.

† Dictio, sui, deest in antiquioribus codicibus.

† Cap. 12. eo. tit. in 1. compilat. Vide Couarruuiã in regula peccatum. de reg. iur. lib. 6. in 2. par. relectionis, in initio. ver. ex hoc item. adde citatos in c. vl. suprà de simonia.

quæritur, vtrùm iste eodem crimine cū primo inuoluatur. Tertia quæstio est: Aliquis negotiator vendit merces suas longe maiori pretio, vt alio tēpore pretium persoluatur, quàm si ei incōtinēti pretium persolueretur; quæritur de isto, an pœna simili debeat condēnari: ad hoc respōdet Papa, quod ex Euangelio Lucæ colligitur, quid in his casibus sit tenēdum: in quo dr: *Mutuum dantes, nihil inde sperantes*: homines isti pro intētione lucri, quam habent, cum omnis vsura, & superabundantia prohibeatur in lege, iudicādi sunt malè agere: & ideo in animarū iudicio efficaciter sunt inducēdi, vt taliter accepta restituāt. Nota, quod quicquid recipit vltra sortē: licèt ex forma cōtractus non sit vsurar.[a] quo ad Ecclesiā iudicādus, propter intētionē tñ, quoad Deum tanquam vsurarius punietur, nisi restituerit, & sic aliquis nō est vsurarius quoad Ecclesiā, sed quoad Deum.

dicari, qui non aliàs mutuo traditurus, eo proposito mutuā pecuniā credit, vt licèt omni conuentione cessante, plus tamen sorte recipiat: Et vtrum eodem reatu criminis inuoluatur, qui (vt vulgò dicitur) non aliter parabolam iuramenti concedit[a], donec, quamuis sine exactione, emolumentū aliquod inde percipiat: Et an † negotiator pœna consimili debeat condemnari, qui merces suas longè maiori pretio distrahit, si ad solutionem faciendam prolixioris † temporis dilatio prorogetur, quàm si ei incontinenti pretium persoluatur. ¶Verùm quia quid in his casibus tenendū sit, ex Euangelio Lucæ manifestè cognoscitur, in quo dicitur: [Date mutuum, nihil inde sperantes[b]:] huiusmodi homines pro intentione lucri, quam habent (cùm omnis † vsura, & superabundantia prohibeatur in lege[c]) iudicandi sunt malè agere[d]: & ad ea, quæ taliter sunt accepta, restituenda in animarum iudicio efficaciter inducendi.

¶Innocentius tertius Prælatis in regno Franciæ constitutis.

¶Manifestus vsurarius appellās ad subterfugiendum restitutionem, audiendus non est.

CAP. XI.

QVàm † perniciosum: & *infrà*. Mandamus, quatenus manifestos vsurarios (maximè quos vsuris publicè renunciasse constiterit) cùm aliquis eos conuenerit de vsuris, nullius permittatis appellationis subterfugio se tueri[e].

¶Idem Narboñ. Archiepiscopo.

¶Per subtractionem communionis Christianorum, & per Principes seculares cogendi sunt Iudæi ad vsuras restituendas.

CAP. XII.

POst † miserabilem: & *infrà*. ¶Iudæos, ad remittendas Christianis vsuras, per Principes[f], & Potestates compelli præcipimus sæculares. Et donec eis remiserint, ab vniuersis Christi fidelibus, tam in mercimoniis, quàm in aliis, per excommunicationis sententiam, eis iubemus communionem[g] omnimodam denegari[h].

¶Idem Mutineñ. Episcopo.

¶Non obstante iuramento de non repetendis vsuris per debitorē præstito, potest Iudex ex officio suo vsurarium ad restituendas vsuras compellere.

CAP. XIII.

TVas † dudum recepimus quæstiones, quòd quidam vsurarij eos, quibus dant pecuniam ad vsuram, præstare faciūt iuramentum, quòd vsuras non repetant: & super his, quas soluerint, nullam moueant quæstionem. Nos igitur respondemus, vt vsurarios ipsos monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, cōpellas, ante vsurarū solutionē ab earum exactione desistere[i]: vel restituere[k] ipsas, postquam fuerint persolutæ: ne de dolo, & fraude contingat eos commodum reportare.

a ¶ *Concedit.*] *ff. quod met. caus. l. viii. §. si fænerator.*

b ¶ *Sperātes*] Supple[a] causā mutui, in spe lucri principaliter posita: secūdario tamē aliquid sperare nō puto malū, vt & ipse seruiat illi. *ar. 61. dis. quid proderit. & 59 di. si officia.* nec etiam recipere ex tali spe. arg. 1. q. 1. *quam pio.* immò naturaliter debitor est illi obligatus ad antidota. *ff. de pet. hære sed si lege. §. consuluit. & ē. de test. cum in officiis. Ala.*

c ¶ *In lege.*] 14. q. 3. ca. 2 & 3 Ber.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

d ¶ *Male agere.*] *Ar. cōtra. ē c. in ciuitate.* illud intelligitur quātum ad iudiciū Ecclesiæ: & pōt excusari illud, propter dubiū, istud de iudicio animæ, vt hic patet: & ita nō est cōtra. ibi quo ad formam contractus vsurarij nō dicūtur: sed isti propter intentionē, quā habuerūt, iudicandi sunt in iudicio animæ malè agere: & inducendi sunt, sed non compellendi, vt sic recepta restituant; nec tanquam vsurarij puniendi sunt, sed reuera quoad Deum vsurarij videntur: quia restituere tenentur sic accepta. Et hic habes manifestè, quòd intentio facit hominem vsurarium, intellige cum effectu. sic & expectatio. 14 *q. 3. c. 1. & q. 4. si quis clericus.* B.

QVàm.] Communis diuisio. Secūda ibi, *Mandamus.* Abb. Sic.

Casvs. Aliqui sunt manifesti vsurarij: quorū quidam publicè renūtiauerunt vsuris: cùm isti vsurarij manifestè conueniebantur super vsuris, appellabāt: quæritur, an appellationib. eorū sit deferendū? mandat Papa prælatis, quatenus manifestos vsurarios, & præcipue illos, quos constiterit publicè renūtiasse vsuris, cū aliquis eos cōuenerit, non permittāt appellationis beneficio se tueri. Not. quod nō tenet appellatio, vt in crimine quis remaneat.

e ¶ *Se tueri.*] Idem est in quolibet crimine manifesto. *ē. de app. cū sit Romana.* aliàs si iniustè grauaretur, non est appellatio deneganda, sic multotiens condemnaretur iniustè, qui foret absoluēdus. *ē. de excep. cùm inter.* & ita intellige de his, qui appellant existendo in crimine; & hoc constat; quia non exprimit iustam causam appellandi: aliàs non auditur ante sententiam appellans. *ē. de appel. vt debitus honor.*

POst.] Ponit duplicem prouisionem contra Iudæos vsurarios. Secunda ibi, *Et donec.* Abbas.

Casvs. Quærebatur, qualiter Iudæi compellendi sunt ad vsuras restituendas, vel remittēdas: præcipit Papa Iudæos cōpelli ad remittēdas vsuras Christianis per principes, & potestates sæculares: & donec eis remiserint, vel restituerint, ab vniuersis fidelibus, tam in mercimoniis, quàm aliis iubet Papa per excommunicationē omnē communionem denegari. Nota Iudæos indirectè compellēdos ad vsuras remittendas. Item Ecclesia iudicat de his qui foris sunt.

f ¶ *Principes.*] Quorū legibus[b] in temporalibus subiiciūtur Iudæi. 8. *di. quo iure. & C. de iudæ. iudæi,* quia si ad nos veniunt proteguntur. *ē. de iudæ. sicut. & C. de Iudæ. nullus.* pari ratione altos contra eos protegamus. *arg. ē. de restit. spol. per totum.* maximè in his, in quibus legem suam offendunt. *ē. eo. sicut. & 14. q. 4. quoniam. & . . . tit. Vin.*

g ¶ *Communionem.*] Sic *j. eo. quanto.*

¶ *Gloss. se signat contrarium, & dupliciter soluit, & remittit.*

h ¶ *Denegari.*] Nō est dubium, quin pœna corporali puniūtur Iudæi per Ecclesiam, & etiam pecuniaria 23. q. 1 *ipsa in si. 17. q. 4. constituit.* ita tamen quod vsque ad vindictam sanguinis nō procedatur. *ē. eod. de rapt. in Archiepiscopatu.* Sed contra: quia nihil ad nos de his, qui foris sunt. 2. *quæst. 1. multi. & ē de diuort. gaudemus.* Sol. quod dr ibi, Nihil ad nos, &c. illud intelligitur, in quātum Deū offendunt: sed in quantū hominē offendūt, secus est. Vel pōt intelligi illud de directa coërtione, quam in eos nō exercemus: secus de indirecta, vt hic, & ē. de deci. c. de terris. cū etiam propter delictum efficiuntur de foro nostro. *ē. de iudi. nouit. & ē. de fo. compe. cùm sit generale. & 6 q. 3. placuit. & ē. de rap. c. 1. & de hoc dictum est ē de Iudæ. ita quorundam.* B.

TVas.] Vsurarius, qui fecit debitorē iurare de soluendis, vel de non repetendis vsuris, Ecclesiastica censura compellitur ab exactione desistere, & exactas restituere, h. d. Communis diuisio: secunda ibi. *Nos.* Abb. Sic.

Casvs. Quidam vsurarij faciunt iurare illos, quibus mutuant pecuniam quòd vsuras non repetant ab eis, & super solutis nullam moueant quæstionem: quæsitum fuit à Papa, quid super hoc sit agendum? Respondet Papa Episcopo diœcesano, vt vsurarios ipsos monitione præmissa, ecclesiastica censura compellat ante solutionem vsurarum desistere ab earum exactione, vel restituere ipsas, postquam fuerint persolutæ; ne de dolo suo videantur commodum reportare. Not. hanc decretalem contra vsurarios, per quam possunt compelli, vt relaxent debitoribus iuramentum præstitum pro vsuris soluendis, vel repetendis solutis. Item de dolo, & fraude non debet quis commodum reportare.

¶ *Gloss. seq. p. ff. reci per duas q. & obiect. ad solutionem secundæ.*

i ¶ *Desistere.*] Relaxato prius iuramento. *ē. de iureiur. ex administrationis.* & hanc relaxationē potest petere, qui iurauit, cùm huic petitioni nō renuntiauerit. vt *ē. de renun. cùm inter P. & ē. quod met. caus. ad audientiā.* immò etsi iurauit non petere absolutionē: potest illud denunciare. *ē. de iureiur. quemadmodum.* Et licet ob priuatū cōmodum denunciet, non tñ repellitur ab ea, quia proderit vsurario, cùm pœnituerit. *arg. 8. q. 1 sunt in Ecclesia.* Ber.

k ¶ *Vel restituere.*] Sic *ē. de iureiur. ad. debitores. & ē. de emp. & vendi. ad nostram.*

† *De hoc articulo vide plenè Sotum lib. 6. de iustit. & iure, q. 4. a. 1. & Syluestrum verbo vsura 2. q. 1.*

† *Prolixi, in antiquis codicibus.*

Luc. 6.

a *De intellectu huius glossæ vide Couarruuiā l. 1. var. a. resolutio. c. 20. n. 4. adde Caietanū apud B. Thomam 2. 2. q. 78 ar. 1. ad 4. argumentum.*

† *Verba sūt Ezechielis c. 18. vide B. Hieronymū ea exponentem ibi, & apud Iuenē p. 13. c. 18. & apud Gratianum 14. q. 3. c. putans.*

† *Cap. 1. e. t. in 3 compilatio. Et vt sciat, quis dicatur vsurarius manifestus, vide citatos in c. quia in omnibus supra eo. tit.*

b *De hoc articulo vide latè per Marquardum tract. de Iudæis p. 2. c. 1.*

† *Cap 2. eo. tit. in 3 compilat. extat integra in registro Innocentij in. lib. 1. epist. a. incipiente, post miserabile. De materia vide extrauagantem Pauli iiij. inci. Capientes Iudæos. & Marquardum tractat. de Iudæis p. 1. c. 21.*

c *Quibus pœnis possint Iudæi per Ecclesiam coerceri, tradit Zanchinus tract. de hæret. c. 36. & ibi latè Campegius.*

† *Cap. 3. eo. tit. in 3 compilatio. De materia huius decretalis præter doctores hic, vide Angelum & Syluestrum, verbo, vsura 6. adde Couarruuiā in c. cum nos. supra e. & B. Thom. 2. 2. q. 78. a. 4.*

Quid

QVia.] Præmiſſa cauſa ſtatuti ponit ipſum ſtatum ibi, *Statuimus.* Abbas.

CASVS. Quia fruſtra legis auxilium implorat, qui cõmittit in legẽ, ſtatuit Papa, vt ſi aliquis vſurarius litteras impetrauit ſuper reſtituẽdis ſibi vſuris, vel fructibus computandis in ſortẽ, aucto-

¶ Idem.

¶ Non auditur vſurarius repetẽs vſuras, niſi prius reſtituat extortas.

CAP. XIV.

QVia † fruſtra legis auxiliũ inuocat, qui committit in legẽ [a]: Statuimus, vt ſi quis vſurarius à nobis litteras impetrauerit ſuper reſtituendis vſuris, vel † fructibus computandis in ſortẽ, niſi priùs ipſe reſtituerit [b] vſuras, quas ab aliis noſcitur recepiſſe, auctoritate litterarum ipſarum nullatenus audiatur.

¶ Idem Altiſſiodoreñ. Epiſcopo.

¶ Conuictus de vſuraria prauitate per famam, & alia argumenta, poteſt manifeſtatis vſurarius, & tanquam manifeſtus vſurarius compeſci ſecundum diſpoſitionem Lateran. concilij.

CAP. XV.

CVm † in diœceſi tua ſint quamplurimi vſurarij, de quibus minimè dubitatur, quin ſint vſurarij manifeſti: contra quos propter timorem poten-

ritate illarum litterarũ nullatenus audiatur, niſi prius reſtituerit vſuras: quas ab aliis noſcitur extorſiſſe. Not. regulã, Fruſtra auxilium legis inuocat, qui committit in legẽ. Item vſurarius repetens vſuras non auditur, niſi priùs receptas reſtituat: & ſic not. ꝙ qui morbo conſimili laborat, contra alium nõ eſt audiendus. Item obiectu criminis ciuilis actio retardatur.

a ¶ *In legem.*] Eandem *ſ ff. quod met. cau. ſi quidem. & ſ. de appella. an ſit & c. conſtitutus. & C. de iur. delib. ſcimus §. ſi verò poſtquam. Arg. contra. ſ. de appe. dilectis filiis.* vbi decanus, qui nõ detulit appellationi, auditur appellans in eodẽ negotio: & idem videtur, ſi in alium delinquat. *ff. de ri. nup. filio patroni. §. 1. vbi patronus,* qui cõtra vnam legem venit, beneficium alterius amiſit. *ff. de mino. l. auxilium. in fi.* vbi minor delinquens beneficium reſtitutionis amittit. Vin. & Io. relinquerunt hoc diſputationi, vtrũ delinquens contra legem vnã, aliarum perdat beneficium. Ego nõ credo, ꝙ propterea perdat beneficiũ alterius, quia ſic puniretur in eo, in quo nõ deliquit: ſufficit ergo ꝙ amittat legis beneficiũ, quã contẽpſit: vt dicũt primæ cõcor. & illa lex, auxiliũ, loquit. in crimine. vbi nõ reſtituit minor: nec illa, filio patroni, obſtare vr:

¶ Gloſſ. ſeq. quæris, & ſoluit duos caſus excipiendo, ſecundò quærit, ponit op. Io. & Tan. & ſol. in fi. elicit arg. quod ſtatim determinat.

b ¶ *Reſtituerit.*] Nũquid ſufficit cautio de reſtituẽdo? Reſpõdeo, ꝙ nõ *arg. ſ. de re iud. cum aliquibus ff. de pig. act. quod ſi non ſoluerit,* niſi forte magna cauſa interuenerit. *ar. ff. de re iud. l. 4. §. ait prætor.* putà ſi nõ ſit ſoluẽdo, tũc ſufficit præſtare cautionem, ꝙ ipſe reſtituet: & audiri debet, vt poſtea alij reſtituat. *ar. ſ. de regu. ſpo. odiam. 2. & ſ. de ſolu.* Odoardus. *& ff. de ſeſ. bo. ſi debitoris.* vel ſi ille, cui debetur, conſentiat, quia ſatis factum intelligitur. *ff. de pig. act. ſi re. §. omnis. ar. ſ. de re indi. quod ad conſultationem.* Item quid ſi nullus agit contra iſtum pro vſuris? Dixit Io. & Tan. ꝙ facta denũtiatione in publico, ſi nullus apparet, qui petit, debet ille audiri per litteras: ſicut facit, qui rẽ inuenit alienã, ad euadẽdum pœnã furti, denũtiet publice, vt cuius eſt res, veniat. *ff. de fur. falſus. §. qui alienũ.* Hoc non credo ſufficere: non enim excuſatur vſurarius, ſi nullus repetat ab eo, vel ſi denũtiet: immò ẽt tenetur vſurã reſtituere ſaltẽ pauperibus, ſi nullus apparet, cui reſtituat: aliter nõ liberatur à peccato, *vt ſ. e. cũ tu.* vñ cũ nõ ſit adhuc emẽdatus, ſi in crimine perſeueret retinẽdo alienũ, nõ eſt audiẽdus. & hoc patet per litterã iſtã: Quia niſi reſtituerit, vel adhuc reſtituat cum effectu, ergo beneficium legis habere nõ debet, cùm adhuc contra illi in crimine perſeueret: vnde põt ei dici: Eiice primò trabẽ de oculo tuo, quàm feſtucã de oculo fratris tui. *1. q. 1. multi. & 3. q. 7. c. infamis. § porrò. in fi.* & ita iudex non procedat per litteras tales, niſi poſtquam cõſtiterit, quòd plenè purgatus fuerit: & hoc intellige, cùm eſt manifeſtus vſurarius, aliàs iudex non denegaret ei audiẽtiam: & ſic iudex ex officio ſuo poteſt eum repellere exemplo Domini: *3. q. 7. qui ſine. c. poſtulatus. & ſ. de excep. exceptionem. & j. cũ praxi. & ſ. eo. quam pernicioſum. arg. idem erit, ſi* non ſit manifeſtus vſurarius, & reus excipiat, quòd non debet audiri, cum eodem reatu criminis inuoluatur, probatione recepta non auditur, niſi reſtituat, vt dixi. Item quid ſi aliquis contendat in iure cum ipſo impetrante, & appelletur ante cauſam, nunquid expedietur ante cauſam appellationis? arg. eſt hic, quòd ſic, ex eo quod dicit: Niſi prius reſtituerit, &c. ſi vſurarius impetrator appellet, non audirent illum interim per litteras illas. Item habes hic, quòd litteræ, quæ ab initio non valent, poſtea conualeſcunt. *ſ. de fo. compet. verum licet. & ex tenore.* & hoc verum eſt, quando ab initio non ſunt nullæ ipſo iure. Ber.

† Cap. 4. eo. ti. in 3. cõpilatione. Et de intellectu vide Romanum ſingu. 340. incip. c. quia fruſtra. & Marſiliũ ſingu. 609. incip. aduerſus ad vnũ. † &.

a Per hanc regulã, quòd nõ ſit dignus legis auxilio, is qui facit cõtra legem, vide, quod dicat Fredericus de Senis cõſil. 89. refert Abbas in c. 2. ſuprà de iureiurando.

† Cap. 5. eo. ti. in 3. cõpilatione. Et qui dicãtur vſurarij manifeſti, tradunt latè citati in c. quia in omnibus. ſuprà eo. adde omnino Aretinum in § ex maleficiis. Inſtitut. de action.

CVm in.] Manifeſti vſurarij, etiã nullo accuſãte poſſũt cõpelli per pœna Laterã. cõcilij. hoc dicit. vel aliter, & ſic vt in rubrica nota ſecundùm verum intellectũ. *c. nã primum ſummarium.* Io. And. parum habet dubij. Secunda pars ibi, *Fraternitati.* Abbas.

CASVS. In diœceſi Altiſſiodoreñ. plures erãt vſurarij manife-

tum [c], qui tuentur eoſdem, nullus accuſator apparet, nec iidem ſunt per ſententiam condemnati: Fraternitati tuæ taliter reſpõdemus, quòd licèt contra eos nõ appareat accuſator: ſi tamen aliis argumentis illos conſtiterit eſſe vſurarios manifeſtos [d]; in eos pœnam in Lateranẽ. † concilio contra vſurarios editam, liberè poteris [e] exercere.

¶ Idem

¶ Maritus recipiẽs pignus pro dote promiſſa, non tenetur fructus in ſortem computare. Hoc dicit, & eſt caſus ſingularis: & alibi non probatur.

CAP. XVI.

SAlubriter †: & *infra.* ¶ Sanè generum ad fructus poſſeſſionum, quæ ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in ſortem [f], non credimus compellendum: Cùm frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera [g] matrimonij ſupportanda.

ſti, ſed propter timorẽ potentũ, qui defendũt eoſdẽ, nullus accuſator contra eos apparet, nec ſunt per ſniam cõdenati, quæſitũ fuit, quid de illis ſit agendũ? Rñdet Papa Epõ diœceſano, ꝙ quis contra eos nõ appareat accuſator, tñ ſi aliis argumẽtis cõſtiterit illos eſſe vſurarios manifeſtos, pœnã Lateranẽ. cõcilij cõtra illos poterit exercere. Not. ꝙ iudex ex officio ſuo põt procedere contra criminoſos manifeſtos, quamuis nõ accuſentur.

c ¶ *Potentum.*] Vnde excõmunicari poſſent, ſi præſtẽt impedimentum volentibus agere contra illos. *ſ. de off. deleg. c. 1 & 11. q. 3. inſiſtunt.*

¶ Glo. ſeq. obiicit per locum à diuiſione, & dupliciter reſpondet.

d ¶ *Manifeſtos.*] Si intelligas manifeſtos [b], i. notorios, non eſt opus aliis argumentis. *ſ. de accuſat. euidentia. ſ. de iureiu. ad noſtram & 2. q. 1. de manifeſta.* Sed autem loquitur de manifeſtis non notoriis; ſecundùm hoc euidens probatio requiritur ſecundum iuris ordinem. *11. q. 3. eorum, in fin.* Ad hoc poſſet dici, quod illud notorium non habet facti perſeuerantiam, vnde aliqua requiruntur argumenta. Vel dic, quod ſolemnis fama docet ipſos eſſe vſurarios, & ideo per famam, & alia argumenta puniuntur, quia ſola fama non ſufficit ad condemnationẽ. *ar. 35. q. ſi duo & 3 q. 3. §. Item ſæpe fit. & ſ. de inre. ex litteris.*

e ¶ *Poteris.*] Ex officio tuo, *vt dixi ſ. eo. c. prox.* licet nullus appareat accuſator.

SAlubriter.] Maritus fructus rei dotalis, vel oblatæ pro dote non tenetur in ſortem computare. hoc dicit. Primò ponit dictum. Secundò eius cauſam aſſignat ibi, *Cùm frequenter.* Abb. Sic.

CASVS. Aliquis accepit aliquã in vxorẽ certa dote ſibi à ſocero conſtituta: ſed quia ſocer ille pecuniã tunc tẽporis non dedit, cũ genero ſponſam daret, tradidit ei quaſdã poſſeſſiones pro dote, quas dedit ſibi in pignus, quouſque dos eis fuerit perſoluta: quæritur, verũ fructus percepti de iſtis poſſeſſionibus pignori obligatis debeãt cõputari in ſortẽ: & reſpondet Papa, ꝙ nõ: cùm frequenter fructus dotis non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda. Not. hic caſum, in quo fructus non computantur in ſortem.

f ¶ *In ſortem.*] Hic eſt caſus, in quo fructus non computantur in ſortem, alios habes notatos *ſ. eo. cum tu ſicut.*

¶ Glo. ſequens tractat de fructibus dotalibus, quando cedant marito, & quando non: ſecundò tractat de periculo euictionis, vel deteriorationis rei dotalis, ad quem ſpectat.

g ¶ *Onera.*] Hoc ideo dicit, quia fructus dotis cedũt lucro marito propter onera matrimonij. *C. de iur. dot.* pro oneribus, ad hoc aũt, vt maritus lucretur fructus rei dotalis, requirit, vt ſuſtineat onera matrimonij. *ff. de doli excep. l. pater. in pr.* Item oportet, ꝙ poſſeſſio rei dotalis tradita ſit. *ff. ſolu. mat. de diuiſione:* fructus verò percepti ante matrimonium reſtituuntur mulieri, nec cedunt lucro marito. *ff. de vſur. videamus. §. antepenult.* ſimiliter fructus, & fœtus pecudũ dotaliũ lucratur maritus. *ff. de iur. dot. plerunque. § ſi ſerui.* Idem eſt in fundo cretifodino, vel argentifodino. *ff. ſol. ma. diuertit. § ſi vir in fundo.* ſecus tñ eſt in fœtu ancillarum dotalium [c], qui non cedit lucro ipſi marito. *ff. de iur. dot. l. plerunque § ſi ſerui.* Item ſecus eſt in lapicidinis, vbi lapis nõ renaſcitur, & in arboribus non cædendis [d]. *ff. ſol. ma. diuortio. § ſi fundum. & duob. §§. ſe.* Itẽ fallit hic illa regula, Cuius eſt emolumentũ, eius dẽ eſſe periculũ. licet. n. ad illos ſpectet emolumentũ rei dotalis, non tñ rei periculum, vel euictionis, vel deteriorationis. *ff. de iur. dot. plerunque in pr. & § 1. & C. ex. tit. l. 1.* tñ cum diſtinctione, an res datæ in dotẽ ſint æſtimatæ, vel nõ, vt ibi diſtinguitur: ſed hoc eſt verũ, niſi res dotalis conſiſtat in numero, põdere, vel menſura: nam periculum taliũ ſpectat ad virum *ff. de iure do. rei in dotem. l.*

† In Lateranen. concilio ſub Alexãdro iij. c. 25. quod refertur in c. quia in omnibus. ſuprà eo. tit.

† Cap. 1. eo. ti. in 4. compil. Et de materia, & intellectu huius decretalis vide latè Couarruuiam, & citatos ibi per eum lib. 3. variar. reſolu. c. 1. n. 3.

b Manifeſtus vſurarius ex quibus cõmunicatur præter Aretinum initio huius cap. citatum vide Alexãdrum conſil. 172. in 2. p. Fulgoſiũ cõſil. 138. incip. viſis, & Abbatem conſil. 81. incip. In themate. in 2. volu.

c Et ſit ratio, quæ habetur ff. de vſur. in pecudum in fi. ibi dicitur abſurdum videri homi nem in fructu eſſe, cùm omnes fructus rerum natura hominũ gratia comparauerit. vide M. Tullium li. 1. de offic.

d Cædendis, alias cæduis, hoc is ſcdic. ſi eſſet ipſius cædua, arbores bene eſſent in fructu. Io. And.

Michael.] Primò ponit partis querelam. Secundò clausulam, quam stylus curiæ apponit in litteris, quæ impetrantur ad recuperandas vsuras. Abbas.

CASVS. Michael laicus conquestus fuit domino Papæ, quod M. & quidã alij ciues Bonoñ. multa extorserunt ab ipso, & à patre suo, cuius hæres extitit, per vsurariam prauitatem: vnde mandat Papa Epo Bonoñ. vt in causa procedat secundũ quod de iure fuerit procedendum: prouideat tñ attentiùs, ne in negotio procedat eadẽ auctoritate illarũ litterarum, nisi dictus Michael restituerit, vel adhuc restituat, si quas ipse aliquando, vel pater eius extorsit vsuras. Nota, quod frustra legis auxiliũ inuocat, qui cõmittit in legẽ. Item qui morbo consimili laborat, contra alium nõ est audiendus. Item ex qua persona quis lucrũ capit, de eius facto tenetur. Item filius tenetur ex facto patris.

¶ Idem Episcopo Bonoñ.

¶ *Repetens vsuras non auditur, nisi restituat extortas per se, vel per alium, à quocunque causam habeat.*

CAP. XVII.

MIchael † Lucius suam nobis querimoniam destinauit, quòd M. & quidam alij Bonoñ. ciues multa extorserunt in eo, & à patre suo, cuius hæres extitit [a], nomine vsurarum: *& infra.* ¶ Attentiùs prouisurus, ne auctoritate nostra in negotio procedas eodem: nisi dictus conquerẽs restituerit, vel adhuc [b] restituat, si quas aliquando ipse, vel pater [c] eius extorsit vsuras.

† *Cap. 2. eo. ti. in 4. compilatio. præter doctores hic vide citatos in c. quia frustrà supra eo. & Syluestrum verbo, vsura 6. vbi plenissime: adde Couarruuiã citatũ super glossa.*

a ¶ *Extitit.*] Aliàs non teneretur, nisi esset hæres *s. eod. tua nos.*

b ¶ *Adhuc.*] Hoc expositum est *s. eo. quia frustra.*

¶ *Glossa seq. primò notat, quòd filius ex facto patris conuenit, & conuenitur: secundò quærit, & soluit: tertiò quærit, & fortificat, all. ad negatiuã: cõtra quam allegationem induxit decre. tua. & sol. & ad affirmatiuã, & hanc partem tenet, licèt vacillando: quartò iterum quærit. arg. affirmatiuè, sed contrarium soluit.*

c ¶ *Pater.*] Hic habes, quod filius tenetur ex delicto patris. *sic s. eo. tua nos* & agit ex facto patris, vt hic patet. & sic repetitio vsurarum datur hæredi, & contra hæredem, vt hic patet: cùm enim iste agat ex persona patris, ipsum tenetur defendere *ff. de reg. iur. ex qua persona. & ff. de procu. seruorum quoque. §. pe.* aliàs denegatur ei actio: vt ibi dicitur. Sed pone, quod iste non agat ex persona patris, nunquid obest ei, si excipiantur cõtra ipsum, quòd pater, vel auus receperunt vsuras? Vñ, quod sic, quia vsuræ repetuntur ab hærede, & à quocunque etiam extraneo. *s. e. tua.* immò hæres tenetur ex delicto defuncti, & si nihil peruenerit ad ipsum secundùm canonẽ, *s. de rap. in litteris. & s. de sepul. c. vlt. vbi de hoc. & 16. q. 6. si Epm. in fi. 12. q. 2.* Episcopus qui filios. ergo si agi põt, multò fortiùs excipi. & hoc cõcedit Io. quia hæres non conuenitur hic ex maleficio, sed potiùs ex quasi [a] cõtractu ratione indebiti soluti. *Insti. de obli. quæ ex quasi contractu. § item is, cui per errorem.* & quod possit sic excipi de facto patris eo agente, satis probatur per hanc litterã. Sed si nõ fecisset iste mentionem in litteris de patre, nunquid eo agẽte ex facto suo põt excipi contra ipsum, quòd pater fuerit vsurarius, nec rest. fuerit vsuras? Videtur, quod nõ: quia per tales litteras nõ põt agere de facto patris: ergo nec excipi põt contra ipsum, aliàs iniquum videtur *ar. contra. s. eo. tua.* sed ille loquitur in ordinario: immò alia ratione videtur, quod possit excipi: quia in vitium successit patris. *vt s. eod. tua.* & sic culpam alienam fecit suam, retinendo scienter alienum: ergo antequam aliũ impetat, debet esse illo crimine purgatus. vt dictum est *s. eod. quia frustra.* Satis videtur, quòd non possit excipi. *arg. huius ca. ex querimonia, & commissione.* nunquam enim clausula illa ponitur in litteris, nisi quando de patre fit mentio in litteris, sicut hic factum fuit, sed ita videtur, quod possit excipi. tenetur enim restituere vsuras, quas pater extorsit: cum ei successerit in bonis quod potius credo. Sed nunquid repelli potest ab agendo, qui nomine alieno repetit vsuras? Videtur, quod sic: *arg. 45. dist. sicut nouimus.* sed hoc non videtur, quia nihil in suam vtilitatem versum est, nec secundùm istum ageretur ad vsuras repetendas, immo contra illum, qui habuit aliam vtilitatem.

† *Idem scilicet Innocentius iij. in concilio generali Later. c. 67. & c. 3. eo. ti. in 4. compilat. Et de materia vide in citatos in c. post miserabilẽ. suprà eo. ti. & præcipuè Marquardum.*

† *Insolescit, in codice Barbatiæ, idest, crescit.*

a *Hæc opinio glossæ cõmunis est, vt testatur Couarruuias lib. 3. varia. resol. c. 3. ver. Tertiò inquirendũ est. vbi latè agit de materia huius decretalis, & glossæ.*

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Etiam Iudæi compellẽdi sunt ad restituẽdas vsuras extortas à Christianis, & ad soluẽdas decimas, vel oblationes, de eorum possessionibus.*

CAP. XVIII.

QVantò ampliùs Christiana religio ab exactione compescitur vsurarum, tantò grauiùs super his Iudæorum perfidia insolescit †, ita quòd breui tempore Christianorum exhauriunt facultates. ¶ Volentes igitur in hac parte prospicere Christianis, ne à Iudæis immaniter aggrauentur, synodali decreto statuimus, vt si de cætero quocunque prætextu, Iudæi à Christianis graues, immoderatásve [d] vsuras extorserint, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato grauamine satisfecerint cõpetenter: vnde Christiani (si opus fuerit) per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compellantur ab eorum commerciis [e] abstinere. Principibus autem iniungimus, vt propter hoc non sint Christianis infesti, sed potiùs à tanto grauamine studeant cohibere Iudæos. ¶ Hac eadem pœna Iudæos decernimus compellendos ad satisfaciendum Ecclesiis pro decimis, & oblationibus debitis, quas à Christianis de domibus, & possessionibus † aliis percipere consueuerant, antequam ad Iudæos quocunque titulo deuenissent [f]: vt sic Ecclesiæ conseruentur indẽnes.

QVantò.] Iudæi, qui extorquent graues vsuras à Christianis, vel de possessionibus decimas, vel oblationes [illegible] percipi per Ecclesias eis nõ soluunt, priuatur Christianorum communione. hoc dicit. Vel sic, vt in rubro. Duo sunt dicta. Secundum ibi, *Hac eadẽ.* primũ dictũ facit, tria. Primò ponit causam statuti. Secũdo statutũ ibi, *Volentes.* Tertiò prouidet cõtra grauamen suspicatum ibi, *Principibus.* Ab. Sic.

CASVS. Quantò ampliùs Christiani cõpescuntur ab exactione vsurarum, tãto grauiùs Iudæi super his Christianos infestant, grauiores, & immoderatas extorquendo ab eis vsuras: vnde statuit concilium generale, vt de cætero si Iudæi quacũque occasione graues, & immoderatas à Christianis vsuras extorserint, Christianorum eis participiũ subtrahatur, donec de immoderato grauamine satisfecerint: & si opus fuerit, Christiani per censurã Ecclesiasticam compellãtur ab eorum cõmercijs abstinere. Præcipit insuper cõcilium Principibus, vt propter hoc non sint Christianis infesti, sed Iudæos cõpescant à tanto grauamine: in fine dicit, quod eadẽ pœna compellãtur Iudæi ad satisfaciendum Ecclesiis pro decimis, & oblationibus, quas à Christianis de domib⁹, & possessionibus aliis percipere consueuerũt, antequam ad Iudæos peruenissent: vt sic Ecclesiæ conseruentur indemnes. Nota, Iudæos compescendos ab exactione vsurarum indirectè: & vt satisfaciant Ecclesiis de domibus, & possessionibus pro decimis, & oblationibus sibi debitis. Et sic nota, quod Iudæi tenentur soluere decimas tam personales, quàm prædiales. Item res transit cum onere suo.

d ¶ *Immoderatásve.*] Ergo moderatas videtur permittere, à contrario sensu. 25. *dist. quædam. ff. de iudi. cùm prætor,* quod non est verum. *s. eo. post miserabilem.* & ita cessat hoc arg. à contrario sensu. *C. de epis. & cle. conuenticulam.* & graues vsuræ dicuntur, quæ excedunt legitimum modum lege statutum [b]. *C. de vsur. eos.*

e ¶ *Commerciis.*] *Sic s. eod. post miserabilem.*

f ¶ *Deuenissent.*] Et ita res transit cum suo onere. *s. de deci. cùm non sit. & suprà de pigno. ex litteris. & 16. q. 1. si quis laicus. ff. de pigno. actio. si conuenerit. § si fundus.* Ber.

† *Hodie Iudæi non possunt habere bona immobilia per extrauagantẽ Pauli iiij. & Pij V. Pont. Max. quæ citantur in c. multorum. suprà de Iudæis.*

¶ Gregorius nonus fratri R.

¶ *Vsurarius est, qui à debitore recipit aliquid vltra sortẽ, etiãsi suscipiat in se periculũ. Hoc dicit primò. Nõ est vsurarius emptor rei minus iusto pretio, si tunc verisimiliter dubitetur, an tẽpore solutionis plus vel minus sit res valitura. Hoc dicit secundò. Propter dubium excusatur is, qui ex eo, quòd differt solutionem pretij, vendit rem plus, quã valeat, si non erat eam aliàs vendíturus. Hoc dicit tertiò.*

CAP. XIX.

NAuiganti †, vel eunti ad nundinas, certam mutuans

NAuiganti.] Tria dicta hic continentur. Secundum ibi, *Ille quoque.* Tertium ibi, *Ratione huius.* Abbas.

CASVS. Aliquis mutauit certam pecuniæ quantitatem alicui nauiganti vltra mare, vel eunti ad nundinas: & pro eo quòd creditor recipit in se periculum pecuniæ, recipit aliquid vltra sortem: quæritur, vtrum vsurarius sit censendus? Et respondet Papa, quod sic. Secundò ponit aliam quæstionem: Ecce aliquis dat decem solidos, vt alio tempore tot pro totidem mensuris vini, olei, vel frumenti, quæ tunc plus valent, quæritur, vtrum ille sit vsurarius censendus? Respondet Papa, si dubium sit, vtrum plus, vel minus sint valituræ tempore solutionis, non debet propter hoc vsurarius reputari: & ita propter dubium excusatur. Tertiò ponitur alia quæstio: Ecce aliquis vendit pãnos, granum, vinum, vel alias merces, vt amplius recipiat termino constituto, quàm valeant tempore venditionis: quæritur, vtrum iste vsurarius sit censendus? Respondet Papa, quod iste etiam ratione dubij excu-

† *Vide citatos in c. in ciuitate. suprà eo. ti. & Dominicum Sotum li. 6. de iustitia. & iure q. 4. artic. 2. vbi plene expendit intellectum huius decretalis. adde Angelum Clauasium in summa, verbo, vsura. 1. nu. 38. ver. tertiũ mutuari pecuniam. & S. Antoninũ 3. p. ti. 1. c. 7. § 22.*

b *Vel fuit hoc dictum, quia quælibet vsura dicitur immoderata, & grauis. secundũ Hostien. Ioan. And.*

excusatur ab vsura, dummodò merces suas tempore contractus non fuerat venditurus. Nota, quòd mutuans pecuniam mercatori, vt aliquid vltra sortem recipiat, pro vsurario habetur: licèt periculum pecuniæ in se suscipiat. Et sic nota, quòd non admittitur compensatio in vsuris. Item non solùm abstinendum est à malo: immò à specie mali. Item dubia in meliorem partem sunt interpretanda. Item ratione dubij excusatur quis ab vsura. Item non quodcunque dubium excusat ab vsura: sed quando probabiliter dubitari potest.

¶ *Glos. seq. recitetur per obiectionē, & solutionem.*

a ¶ *Periculum.*] Quia iste recipiebat in se periculum, videbitur, quòd quasi quadam compensatione licite aliquid vltra sortem recipere posset: quia periculum pecuniæ mutuatæ pertinebat ad debitorem, cùm sua facta fuisset: sed nihilominus est vsurarius, cùm excedat naturam mutui: vt dictum est ꝫ. eo. *consuluit*: quia si nullum periculum sequutum fuit & aliquid vltra sortem recepit, illud fuit vsura: quia cùm sit hinc inde mutuum, nihil inde sperare debet, iuxta illud: Date mutuum, nihil inde sperantes. ꝫ. eo. *consuluit.* 14. *qu.* 3. *per totum*: & nulla compensatio, siue dispensatio admitti debet, vt vsura exigatur. ꝫ. *eod. super eod.* ergo siue recipiat in se periculum, siue non, nihil vltra sortem recipere debet.

pecuniæ quantitatem, pro eo, quòd suscipit in se periculum a, recepturus aliquid vltra sortem, vsurarius est censendus. ¶ Ille quoque, qui dat decem solidos, vt alio tempore totidem sibi grani, vini, vel olei mensuræ reddantur: quæ licèt tunc plùs valeant, verùm plùs, vel minùs solutionis tempore fuerint valituræ, verisimiliter dubitatur b: non debet ex hoc vsurarius reputari. ¶ Ratione huius dubij etiã excusatur, qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, vt ampliùs, quàm tunc valeant in certo termino recipiat pro eisdem: si tamen ea tempore contractus non fuerat c venditurus.

TITVLVS XX.

De † crimine falsi.

¶ Augustinus †.

¶ *Testis falsidicus tres lædit, Deũ, Iudicem, & partem: & falsus est non solùm qui mendaciũ dicit, sed etiã qui veritatem occultat.*

† In quodam vetere manu scripto ita: De falsariis. & crimine falsi.

† Hæc non sunt Augustini, sed Isidori li. 3. de summo bono c. 59. refert Burchard. li. 16. ca. 12. decreti. & habetur c. 2. eo. tit. in 1. compilat. Vide Felin. in c. sent. ꝫ. de re iud. & Simã. catho. instit. tit. 64. de testibus.

a De articulo vide plene per Tho. 2. 2. q. 60. art. 4.

¶ *Glos. seq. in principio, & fine argu. quòd propter dubium aliquid excusatur, & permittitur, in medio argum. dubia in melius interpretanda: allegat contrarium & soluit.*

b ¶ *Verisimiliter dubitatur.*] Ergo si certum esset, quod tempore solutionis plus valerent, vsurarius est censendus. ꝫ. *eod. in ciuitate. arg.* ꝫ. *c. prox.* & ita propter dubium excusatur: quia tam emptor, quàm venditor, equaliter commodum, & incommodum ex dilatione expectat: & est sic. C. *de sent. l. penult.* Item argu. est hic, quòd dubia in meliorem partem interpretari debent. ꝫ. *de reg. iur. cap.* 2. quia promptiores debemus esse ad absoluendum quàm ad condemnandum. ꝫ. *de probat. ex litteris. ff. de actionib. & oblig. l. Arrianus.* Sed contrà videtur quòd potius in tali dubio abstinendum esset à talibus contractibus propter periculum. *arg.* ꝫ. *de cler. excommun. minist. illud.* Quandoque enim aliqui fingunt se dubitare, vbi dubitatio non est: tamen relinquendi sunt in talibus conscientiæ suæ. Item *argum. quòd ratione dubij aliquid permittitur, quòd aliàs non licet.* 13. *q.* 2. *non æstimemus. ff. de vent. inspi. l.* 1. *§.* 1. *ff. de iudic. si quis ex aliena. C. de vsur. l. si ea lege*: & ratione huius dubij excusatur, vt in *§. sequenti.*

c ¶ *Tempore non fuerat venditurus.*] Aliàs non excusatur: quia si tunc fuerat venditurus pro minori, & ex certa scientia plus recipit alio termino, vsura est, & sic intellige, ꝫ. *eod. in ciuitate*, vt ibi etiam dixi.

DE CRIMINE FALSI.

¶ *Quia inter cætera præcepta legis diuinæ continetur: Non furtum facies: Non falsum testimonium dices: & suprà visum est de furto, & vsura, quæ est species furti, ideo agitur de crimine falsi.*

De hac materia habetur in decret. in cap. in memoriam. 19. dist. & 11. q. 2. *quisquis* 4. *q.* 3. *qui falsò. Abbas Siculus.*

Falsidicus.] Duæ sunt partes. Secunda ibi, *Vterque.* Abbas.

Casvs. Testis, qui falsum testimonium dicit, tribus personis obnoxius est: Deo, cuius præsentiam contemnit: iudici, quem fallit: & illi, contra quem falsum testimonium dicit. Item ille reus est, qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: primus non vult prodesse, secundus verò nocere desiderat. Nota, quòd testis falsus tribus personis obnoxius est: scilicet Deo, iudici, & proximo: & in tribus debet puniri. Item qui veritatem celat, peccat: & ideo testis compellitur ferre testimonium.

d ¶ *Obnoxius.*] Id est, obligatus.

¶ *Glos. seq. ponit duplicem modum puniendi falsum testem, & quòd sententia ad eius dictum lata retractatur: nec fit eius executio: & duplicem ponit opinionem de ipsius nullitate.*

Cap. I.

Falsidicus testis tribus personis est obnoxius d: primùm Deo, cuius præsentiam contemnit: deinde Iudici e, quem mentiendo fallit: postremò innocenti, quem falso testimonio lædit f. ¶ Vterque reus g est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat.

e ¶ *Iudici.*] Qui a cum extraordinariè puniri potest causa durante. C. *de testib. nullum*: sed causa finita, potest accusari lege Cornelia de falsis. *ff. ad l. Corn. de fal. l.* 1. *& etiam leg. Corneliæ de sic. ff. ad l. Cornel. de sicar. l.* 1. 1. *respon. &* §. 1. Punitur enim falsus testis, etsi conatus non habuit effectum, sententia tamẽ per falsum testimoniũ dicta, vel instrumenta facta retractari debet falsitate reperta vsque ad 20. annos. ꝫ. *de except. cùm, venerabilis*: nec est mandanda executioni si hoc obiicitur. ꝫ. *cap. proxi.* vbi de hoc, & nulla est secundùm quosdam: quia ex ea non datur exceptio. *ff. de except. qui agnitis*: dominus Azo dicebat, quòd est aliquatẽd non datur ex ea exceptio cum effectu. *ff. de re iudic. diuus*: quousque enim constet de falsitate, habetur interim pro sententia. ꝫ. *de fide instrum. accepimus*, vbi de hoc.

b De materia huius glossæ Decius hic vide & Zambinum tract. de hæres. c. 14.

¶ Lucius tertius Vigoriẽs. † Episcopo.

¶ *Sententia lata per falsas litteras, non debet executioni mandari.*

CAP. II.

SVper † eo, quòd sententiam auctoritate litterarum falsarum h latam noluisti executioni i mandare, tuam prudentiam commendamus: Mandantes, vt quotiens aliqua scripta sub

† Vigorn.

† Cap. 4. titu. de re iudicata, in 2. cõpilatione, quod etiam hic admonet Ioan. Andr.

¶ *Glos. seq. triplicis culpæ triplicem ponit pœnam.*

f ¶ *Lædit.*] Quia in tribus offendit, triplex pœna ei debetur. Primò, quia Deum offendit, septennis pœnitentia sibi iniungitur pro periurio. 6. *q.* 1. *quicunque*: quia iudicem delusit, infamabitur. 12. *quæst.* 5. *quisquis conuictus, & verberibus castigabitur.* 5. *quæst.* 5. *illi qui*: vel extraordinariè punietur, vt dictum est in proxima notula: & quia proximum lædit, iuxta modum læsionis punietur, *argum.* 3. *quæst.* 9. *nihilominus*: licet ibi non loquatur de tali pœna.

g ¶ *Reus.*] De hoc habes, 11. *q.* 3. *quisquis.*

SVper.] Primò commendat eum, cui scribit de præterito. Secundò instruit eum de futuro ibi, *Mandantes.* Abbas.

Casvs. Quædam sententia lata fuit auctoritate falsarum litterarum: ille, pro quo lata fuit sententia, impetrauit executionẽ faciendam per Episcopum Vigoriẽ. ille citatis partibus, vt sententiam executioni mandaret, oppositum fuit coram illo, quòd cùm sententia illa lata esset auctoritate falsarum litterarum, non debebat executioni mandari, cùm nulla esset: Episcopus litteris illis visis, noluit eam executioni mandare, cùm essent falsæ: consuluit Papam, & Papa commendat ipsum, quia noluit sententiam illam latam per falsas litteras mandari executioni, præcipiens ei, vt quotiens aliqua scripta sub nomine Papæ destinata, redarguenda viderit falsitatis, nullam eis fidem exhibeat, nec obseruet, quòd per ipsas mandauit, sed eum, qui præsentauerit illas, faciat detineri. Nota, quòd falsæ litteræ non conferunt iurisdictionem: & ideo nullo tempore conualescit, quòd per eas iudicatum est. Item iudex non debet sententiam mandare executioni, vbi videt eam nullam, secus si esset iusta. Item falsarius debet detineri.

¶ *Glos. seq. distinguit duplicem falsitatem.*

h ¶ *Falsarum.*] Hic dicebat Laur. quòd sine temporis præfinitione semper retractanda est sententia de falso: quia ipso iure nulla est c: quia defectus est in iurisdictione: quia falsæ litteræ nullam attribuunt iurisdictionem: sed vbi aliàs ageretur de falso, retractatur vsque ad viginti annos, vt dixi suprà eod. *cap. proxi.*

c Adde, quod not. Cyn. in l. 1. C. si ex fals. instrum. idẽ in l. querelam in 4. oppo. C. de fals.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & remittit.*

i ¶ *Executioni.*] Et ita patet, quòd executor subsistere debet, vel sustinere, si obiiciatur, quòd sententia lata sit per falsas litteras, *sic ff. de iudiciis, si prætor. Argumen. contrà* ꝫ *de offic. delegat. cap. pastoralis*, & ibi soluitur hoc: vbi plene habes, quando fieri debeat executio, vel quando non: suprà, *de re iudic. de cætero.*

a ¶ *Non obserues.*] Et si per errorem per talem sententiam solutum est, potest reuocari. *C. si ex falsis instrumentis l. prima, & secunda, & ff. de exceptio. l. qui agnitis.* Bernard.

AD *audientiam.*] Cōmunis diuisio: Secunda ibi, *Fraternitati.* CASVS. Quidam clerici falsauerant sigillum Regis Franciæ: Episcopus quidam posuit eos in carcere, & significauit hoc domino Papæ, & quæsiuit, qualiter essent puniendi? Respondet Papa, q nec membrum eis auferri faciat, nec pœnam infligi corporalē, per quā mortis periculum incurrere possint: sed eis à suis ordinibus degradatis, in signum maleficij aliquem characterem imprimi faciat, per quod inter alios homines cognoscantur, & prouinciam eos abiurare compellat. Nota, q sigilla Regum sunt authentica. Item Ecclesia pœnā sanguinis non infert. Item aliter puniuntur falsarij clerici litterarum dñi Papæ, quàm sigillorum Regum: sed illud est speciale in litteris domini Papæ.

b ¶ *Mortis.*] Hanc pœnam Ecclesia non imponit. 23. *q. vltim. his à quibus, & c. sæpe, & s. de cler. vel monaste. sententiam sanguinis.*

¶ *Glos. seq. cum seq. signat duo contraria, & soluit.*

c ¶ *Degradatis.*] Sic s. *de iudic. cùm non ab homine.* Sed contrà videtur j. *eod. ad falsariorum:* vbi traditur sæculari potestati puniendus: sed illud speciale est in falsarijs litterarum domini Papæ[b], vt statim tradantur sæculari potestati.

d ¶ *Characterem.*] Argum. contrà. s. *de rapt. in Archiepiscopatu, & s. ne cler. vel mona. sententiam. Sol.* character iste non ita profundè debet infligi, vt sanguiné eliciat: sed cutis superficies deformetur in signū maleficij, & hoc propter odiū criminis: quia facies hominis ad instar cœlestis pulchritudinis facta, fœdari non debet. *C. de pœnis si quis in metallū:* sed illa pœna aliàs infligi non debet à iudice Ecclesiastico: quia periculū imminet in ipsa infligenda: & huiusmodi adustio clericis est prohibita. s. *ne cler. mon. sententiā.*

DVra.] Prima pars punit non recipientes litteras de manibus Papæ, vel Officialium. Secunda punit non destruentes litteras falsas ibi, *Adijcientes.* Abbas Siculus.

CASVS. Quia clerici, & alij recipiebant litteras in curia à quibuscunque, propter quod falsitatis periculū imminebat, statuit Innocentius, & sub pœna excōicationis, & suspēsionis ordinis, & beneficij districtius inhibet, ne aliquis apud sedem Apostolicam litteras Papæ recipiat, nisi de manibus dñi Papæ, vel de manibus illorum, qui ad hoc officium de mandato Papæ sunt deputati. Si verò persona tantæ fuerit auctoritatis, vt ipsum deceat per nuntium litteras recipere, nuntium ad Cancellariā, vel ad Papā mittat idoneum, per quē litteras recipiat iuxta modū prædictum. Si verò aliquis huius mandati transgressor extiterit, si laicus fuerit, excōicationi subiaceat: si clericus, officij, & beneficij sui suspensione damnetur. Statuit etiā, vt Prælati Ecclesiarū generale ferāt sententiā, quam per singulas parochias frequentius faciāt innouari: q si qui falsas litteras se habere cognoscat, infra viginti dies illas destruat, aut resignet, si pœnam illā voluerit euadere, quam sententiam nullus relaxare præsumat sine speciali mandato dñi Papæ, nisi in mortis articulo, & si absolutio contra hoc præsumpta fuerit, nullā obtineat firmitatē. Nota, q litteræ Apostolicæ de manu Papæ, vel illius, qui ad hoc officiū per Papā deputatus est, debent recipi: aliàs præsumptio est contra eas. Item qui cōtra hoc fecerit, si laicus est, excōicationi subiaceat: si clericus, debet officio, & beneficio damnari. Item argum. q litteræ per excommunicatum impetratæ non valēt. Item qui habet falsas litteras, infra viginti dies illas destruat, aliàs cum sententia super hoc lata est, erit excommunicatus. Item excommunicatio in diem lata non ligat, nisi post diē elapsum. Item falsarius litterarum dñi Papæ non potest ab alio, quàm à domino Papa absolui, nisi in articulo mortis. Item in casu isto, qui excommunicat, nō potest absoluere: & hoc est, quia Papa hoc prohibuit, & si fiat, non tenet absolutio, quia & hoc præcipit.

nomine nostro destinata, redarguenda videris falsitatis, nullam eis adhibeas fidem: & quod per ipsas mandatum fuerit, non obserues[a]: sed cum, qui præsentauerit, retineri facias diligenter.

¶ Vrbanus tertius.

¶ *Clericus falsans sigillum Principis, deponitur. Itē ei character imprimitur, & in exilium mittitur.*

CAP. III.

AD † audientiam nostram te significante peruenit, quòd cùm quosdam Clericos, qui falsauerant sigillum Regis Francorum, carcerali custodiæ mancipaueris: *& infrà.* ¶ Fraternitati tuæ taliter respondemus, vt eis nec membrum auferri, nec pœnam infligi facias corporalem, per quam periculum possint mortis[b] incurrere: sed eis suis ordinibus degradatis[c], in signum maleficij characterem[d] aliquem imprimi facias, quo inter alios cognoscantur: prouinciam ipsam eos abiurare compellens, abire permittas.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Existēs in curia litteras Apostolicas non recipiat, nisi de manibus Papæ, vel officialium ab ipso deputatorum: personæ tamen solēnes per nuntios recipere poterunt, de manibus tamen prædictorum. Contrà faciens, si Laicus est, excōmunicationi subiacet, si Clericus, ab officio, & beneficio deponitur: Hoc dicit vsque ad §. adijcientes.*

CAP. IV.

DVra † sæpe mandata: *& infrà.* ¶ Statuimus, & sub excommunicationis pœna, & suspensionis ordinis, & beneficij districtius inhibemus, ne quis apud sedem Apostolicam litteras nostras nisi à nobis, vel de manibus illorum † recipiat, qui de mandato nostro ad illud sunt officium deputati. Si verò persona tantæ auctoritatis extiterit, vt ipsum deceat per nuntium[e] litteras nostras recipere: nuntium ad Cancellariam nostrā, vel ad nosipsos mittat idoneum[f], per quem litteras Apostolicas iuxta formam præscriptam recipiat. Si quis autem in hac parte mandati nostri transgressor extiterit, si laicus fuerit, excommunicationi subiaceat[g]: si Clericus, officij, & beneficij suspensione damnetur: *& infra.*

¶ *Per excommunicationis pœnam prouidet contra nō resignantes, nec destruentes litteras falsas infra viginti dies: & absolutio Papæ reseruatur, & contra factum non tenet. Hoc dicit. Abbas.*

¶ Adiicientes statuimus, vt generalem excōmunicationis sententiam promulgetis, quam per singulas parochias faciatis frequentiùs innouari[h]: quòd si quis falsas litteras se habere cognoscit, infra viginti dies[i] litteras illas aut destruat[k], aut resignet[l], si pœnā excommunicationis voluerit euadere[m]: quam (nisi forsan in mortis articulo[n]) sine speciali mandato nostro, à quoquam nolumus relaxari[o]:

e ¶ *Per nuntium.*] Specialiter cum mandato ad hoc destinatum. s. *de rescrip. nonnulli.* Io.

¶ *Glos. seq. arguit, & remittit.*

f ¶ *Idoneum.*] Argum. q non valent litteræ per excōicatum[c] impetratæ: aliàs enim per quamcunque personā, etiamsi per seruum impetrentur, valent. *C. de preci. impe. offer. vniuersis:* quod forte posset intelligi, cùm princeps ex certa scientia ei concessit litteras, argum. *ff. de bon. pos. seruus.* instrumentū enim suspectum est ex persona. arg. s. *de rescript. ad audientiam. ff. de eden. si quis:* similiter non valet rescriptum ab hæretico[d] impetratum. *C. de sum. Trin. l. 2.* Ioan.

g ¶ *Subiaceat.*] Ex hoc videtur, quod qui contra facit, sit ipso iure excommunicatus: sed non credo, quòd sit excōmunicatus ipso iure, quia nec seruatur hoc, immò indifferenter videmus, quòd quilibet per nuntium litteras impetrat, & hoc Papa scit, & tolerat, nec aliquem repellit, nisi esset excōmunicatus: sed hoc intelligitur, cum litteræ de manibus dñi Papæ, vel bullatoris tantùm sunt recipiendæ, quia aliàs falsæ sunt. j. *cap. prox. &* ille, qui litteras recipit, est excommunicatus, vt hic dicit.

h ¶ *Innouari.*] *Vt s. de iudic. ita quorundam, in fin. vbi de hoc.*

i ¶ *Dies.*] In quibus deliberet super litteris. *sic 3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur, & j. de cler. excommun. minist. illud, & ff. ex qui. cau. maior. l. ab hostibus. §. vlt.*

k ¶ *Destruat.*] *Simi. 5. quæst. 1. quidam, & l. si quis famosum. C. de famos. lib.*

l ¶ *Resignet.*] Tali, qui possit prodesse, & non obesse: *arg. 22. q. 5. hoc videtur.*

¶ *Glos. seq. duas quæstiones format, & soluit.*

m ¶ *Euadere.*] Si super hoc lata est per diœcesanum, vt hic præcipitur: tamen aliam sententiam domini Papæ, siue canonis incurrit. j. *eod. falsariorum.* Quid si aliquis simplex vtitur litteris talibus ignoranter? non excusatur: quia per alios debet hoc inquirere, *arg. 37. dist. §. vlt.* Quid si falsitas fuit ita latens, quod non potuit videri etiam à perito? Respondeo, quòd si fecerit diligentiam, quam potuit, per se, & per alios, non credo ipsum teneri, alioquin non excusatur. *argum. s. de homic. cap. Ioannes, & cap. vlt. & in aliis pluribus, cap. & 50. dist. si duo.* Bern.

n ¶ *Mortis articulo.*] Casus iste semper excipitur. 17. q. *si quis suadente j. de sent. excom. à nobis, & s. de offic. ordin. pastoralis.*

o ¶ *Relaxari.*] Arg. ex quo Papa sibi aliquid specialiter reseruat, illis denegat facultatem disponendi aliquid super illo: sed vbi absolutio

a *Melius leg. quæ est. vltim. vbi dicitur, quod executio rei iudicatæ suspenditur, & solutum per talem sententiam repetitur. Ioann. Andr.*

† *Cap. eod. tit. in 2. cōp. Vide Iuliū Clarum in §. falsum. versic. sunt etiam alij casus: & in pract. crimi. q. 36. & Guidonem Papæ decisio. 455.*

b *Adde, quæ pœna puniatur falsificās primariā scripturam. not. in l. penult. Cod. de fals. Bart. i. l. si quis. ff. ad l. Corn. de fal.*

† *Cap. 1. tit. de falsariis, in 3. compil.*

† *eorum.*

c *Vide Panormitan. in cap. significauerunt. s. de except. & Specula. tit. de actore.*

d *Quoniam hæretici ea re omni legum auxilio. l. Manichæos. C. de hær.*

nec etiam si præsumpta fuerit contra hoc absolutio, quicquam habeat firmitatis.

¶ Idem Archiepiscopo, & Canonicis Mediolanensibus.

¶ Ponit nouem modos falsandi litteras Papales.

CAP. V.

Licet † ad regimen: *& infra.* ¶ Vt autem varietates falsitatis, circa nostras litteras deprehendere valeatis, eas vobis præsentibus litteris duximus exprimendas.

Prima species falsitatis hæc est, vt falsa bulla falsis litteris apponatur [b].

Secunda, vt filum de † vera bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immissum, falsis litteris inseratur.

Tertia, vt filum ab ea parte, in qua charta plicatur incisum, cum vera bulla falsis litteris immittatur, sub eadem plicatura cum filo similis canabis restauratum.

Quarta, cùm à superiori parte bullæ, altera pars fili sub plumbo rescinditur, & per idem filum litteris falsis inserta, reducitur infra plumbum.

Quinta, cùm litteris bullatis, & redditis, in eis aliquid per rasuram tenuem [c] immutatur.

Sexta, cùm scriptura litterarum, quibus fuerat apposita vera bulla, cum aqua, vel vino vniuersaliter abolita, seu deleta, eadem charta cum calce, & aliis iuxta consuetum artificium de-

absolutionem non reseruat, alias intelligitur esse concessum. ℈. *de sententia excommunicat. nuper.*

Licet.] Casvs. In decretali præsenti distinguit Papa septem species falsitatis, per quas litteræ Apostolicæ cognosci debent, vtrùm sint falsæ, quas quilibet diligens, qui per litteras Apostolicas conuenitur, debet aduertere diligenter, quas per singulos §§. videas per teipsum. In §. *Eos etiam*, dicit Papa, quod illi nó sunt immunes à crimine falsitatis, qui litteras Apostolicas recipiunt contra tenorem cóstitutionis proximè prædictæ. Item quidam sunt, qui accedunt ad bullam, & falsas litteras proiiciunt, vt de vera bulla cum aliis sigillentur. Sed istæ duæ species falsitatis non possunt de facili comprehendi, nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ, vel in qualitate chartæ falsitas cognoscatur. In aliis autem diligens indagator consideret, vel in coniunctione filorum, vel in collatione bullæ, vel motione, vel obtusione, si bulla non sit æqualis. Nota diligenter hanc decret. & inuenies in ea multos modos falsitatis litterarú Domini Papæ, qui qualiter deprehedantur, satis patet in littera.

¶ *Gloss. seq. vltra nouem species falsitatis, quas ponit textus, ponit 7.*

a ¶ *Falsitatis.*] Circa huiusmodi vitium falsitatis nota, quòd præter hos modos, qui hic exprimuntur, sunt alij casus falsitatis. Ex dicto, enim, vel tacito dicuntur litteræ falsæ. ℥. *de rescrip. super litteris*: & in tali falso distinguitur, prout ibi dicitur, & pro tali falso nó punitur, nisi quia nó habet commodum litterarum. Et est argu. ad idem. *ff. de fals. si quis obie. eris.* Item charta dr̃ falsa scripto, vt cùm scriptum est in ea, omnes canonicos fuisse præsentes, qui non fuerunt omnes præsentes: & talis, vt falsarius, punitur, vt ℥. *de his, quæ fi. à præla. si. consen. c. quanto*: & ab officio, & beneficio talis suspenditur. ℥. *de testi. tam litteris.* Item dicitur charta falsa, si appareat rasa, vel mutata in loco suspecto. ℈. *de priuil. cùm olim, &* ℥. *de fid. instru. inter dilectos, &* ℥. *de reli. domib. cùm venerabilis*: immò & qui litteras iudicú tali modo falsat, puniri debet in beneficio suo. ℥. *de rescript. olim.* de hac rasura dicitur. ℈ *eo. §. quinta.* Item præsumitur falsum rescriptú, licèt forsitan non sit, ita q̃ per ipsum non procedatur, si habet in se vitium latinitatis. ℥. *de rescript. ad audientiam.* Item si instrumentum suspectum inducitur, & ei non imponitur fides, dicitur falsum. *C. de probat. iubemus* [b]. Item dicuntur litteræ, si falsæ, si Eps̃ appellatur filius: Vel si Papa vni loquitur in plurali. ℈. *eo. c. prox.* Item rescriptum dicitur falsum, si est impetratum sine mandato. ℥. *de rescript. nonnulli.* Item alios nouem modos falsitatis habes hic expressos. Et quicunque tali modo, vel alio quocunque litteras domini Papæ falsauerit [c], vel vsus fuerit illis scienter, excommunicatus est, vt ℈. *eod. ad falsariorum*: & debet tradi curiæ sæculari conuictus, & degradatur, vt ibi dicitur: in aliis autem falsitatibus prædictis, licet puniri debeant, non sunt ipso iure excõicati, nec curiæ sæculari tradendi, nisi fortè Eps̃ diœcesanus generalẽ tulerit excõicationem, sicut Bononien. fecit, qui excommunicauit omnes illos, qui falsum instrumentum fecerunt, vel fieri fecerũt: vel qui testimonium falsum tulerit, vel procurauerit fieri: vel qui ignem apposuerit.

albata de nouo rescribitur.

Septima, cùm chartæ, cui fuerat apposita vera bulla, totaliter abolitæ, vel abrasæ, alia subtilissima charta eiusdem quantitatis scripta cum tenacissimo glutino coniungitur. ¶ Eos etiam à crimine falsitatis non reputamus immunes qui contra constitutionem nostram, scienter litteras non de nostra, vel Bullatoris nostri manu recipiunt. ¶ Illos quoque, qui accedentes ad bullam, falsas litteras cautè proiiciunt, vt de vera bulla cum aliis sigillentur. Sed hæ duæ species falsitatis non possunt facilè comprehendi: nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ [d], vel qualitate chartæ [e] falsitas cognoscatur. ¶ In cæteris autem diligens indagator falsitatem poterit intueri, vel in adiunctione filorum, vel in collatione bullæ, vel motione, vel obtusione, præsertim si bulla non sit æqualis, sed alicubi magis tumida, & alibi magis depressa.

¶ Idem Attinaceñ. † Episcopo.

¶ Falsæ sunt litteræ Papales, in quibus Episcopus vocatur filius, vel inferior frater, vel vni scribitur in plurali.

CAP. VI.

Qvàm † graui pœnæ subiaceat: *& infra.* ¶ Nos vero litteras, quæ tibi sub nostro nomine præsentatæ fuerunt, diligentiùs intuentes, in eis tam in continentia, quàm

Additio. Modi falsitatis bullarum Apostolicarum comprehenduntur his versibus:

Forma, stylus, filum, membrana, litera, sigillum.
Hæc sex falsata dant scripta valere pusillum.

b ¶ *Apponatur.*] Apponens secundùm leges aqua, & igne interdicitur. *ff. ad leg. Corn. de fals. l. vltima* [d].

¶ *Gloss. seq. tractat de rasura duplici, scilicet litterarum Apostolicarum, & aliarum instrumentorum, & vtriusque dictis soluit vnum contrarium.*

c ¶ *Tenuem.*] Quicunque tradit, vel immutat rescriptum domini Papæ tibi assignatum, excõicatus est, & falsarius, vt dixi in proxima notula: & in hoc nullã distinctionem adhibeo, licet sit, *argu. contrà.* ℥. *de fi. instr. litteris*: quia intelligo illam rasuram factã per illum, qui litteras ipsas scripsit, & non per illum, qui vtebatur illis. Si verò litteræ clausæ essent, non nocet rasura, in quocunque loco fuerit: quia nõ est præsumptio cõtra impetrantem [e]. In aliis autem litteris, vel instrumentis potest distingui, vtrùm sint rasuræ in loco suspecto, vt tunc obsit. ℥. *de relig. domi. cùm venerabilis*: vel non suspecto, vbi nulla vis est, & tũc non obest, arg. *illius decret.* ℥. *de fid. instru. ex litteris, & c. cùm venerabilis*: & hoc intelligitur, quãdo rasura est in loco suspecto: & sic non contradicit. ℈. *eo c. vlti.* quæ intelligitur, quando rasura non est in loco etiã suspecto, & modica est rasura, scilicet paucarum litterarum.

d ¶ *In forma scripturæ.*] Quia per comparationem litterarum probatur falsitas. *C. de fid. instrum. l. comparationes*, & ex stylo dictandi fit comparatio, vt hic dicit, in aliis autem litteris non attenditur talis comparatio.

¶ *Gloss. seq. ponit quandam expertam doctrinam.*

e ¶ *Chartæ.*] Et in hoc est alia cõparatio notanda, scilicet quòd rasura chartæ quantumcunque sit subtiliter rasa, siue incisa, si aliter discerni non possit, eleuari debet ad solem, & interponi debet inter solem, & oculos, & statim apparebit rasura.

Qvàm graui.] Primò ponit admirationem. Secundò ibi, *Cùm scirem* tribus, quæ sunt de stylo curiæ, informat, & primò reducit propositum. Tertiò ibi, *Propter quod*: generaliter concludit. Abbas.

Casvs. Quidam Eps̃ coram legato Apostolicæ sedis sup̃ quibusdam criminibus accusatur, renunciauit episcopatui: postmodũ ad Apostolicam sedem accedens, quasdã litteras sub nomine Apostolicæ sedis ad Archiepiscopum suum Attinacẽsem reportauit, in quibus continebatur, q̃ ipsum restitueret ad Ecclesiam suam, altero substituto inde remoto, quod & fecit. Rex illius loci, non credens litteras illas à sede Apostolica emanasse, præcepit litteras illas, & ipsum impetrantem ad sedem Apost. præsentari: dñs Papa visis litteris, quæ ipsi Archiepiscopo fuerãt præsentatæ, rescribit eidem, dicens, quòd in eis tam in cõtinentia, quàm in dictamine falsitatẽ inuenit, & in hoc fuit admiratus, q̃ litteras illas à sede Apostolica credidit emanasse, cùm ipse scire debeat consuetudinem Apostolicæ sedis talẽ esse, vt Patriarchas, Archiepiscopos, Epos, fratres appellet, cæteros omnes dilectos filios in suis litteris nominando: & quando vni personæ scribit, nũquam ei loquitur in plurali, vos, vel vester appellando, sed in litteris

præsenta-

¶ *Capa. eod. tit. in 3. cõp. De materia simili vide Ar. bidiaconũ. & Turrecrematam in c. in memoriam. 19. dist. in. adde omnino Rebuffum in praxi. benefic. titu. de his, quæ opponi contra bullam possunt, vbi de materia huius cap.*

† *ex vera bulla.*

a *In codice Barbatiæ hoc glossæ dictum legitur sic: Ex dicto enim, vel tacito, vel facto dicuntur litteræ falsæ, &c. illa autem verba vel tacito, rectè habent, vt constat ex d. c. super litteris, de rescri. hic citato.*

b *Illa lex dicit productũ vt falsariũ desinendũ. Io. And.*

c *Vide citatos infrà in d. c. ad falsariorum.*

d *Loquitur in illo, qui vtitur falso rescripto, vel falsa constitutione, nullo auctore habito. Io. An.*

e *Argu. ad hoc in l. comparationes. C. de fid. instrum. & in l. si vnus. C. de test.*

† *Attinacen.*

† *Antibaren.*

† *Ca. 3. eod. ti. in 3. comp. & quatenus hic tractant doctores de stylo Romanæ curiæ, vide latè per Felinum in c. 2. ℥. de ref. adde Roma. consi. 316. incip. quæst. est.*

præsentatis huic, dilectus filius vocabatur: vnde mandat, quatenus litteras Apostolicas taliter studeat intueri tam in filo, bulla, charta, quàm stylo, quòd veras pro falsis, & falsas pro veris nullo modo admittat. Nota, quòd Papa omnes Episcopos, & superiores, fratres appellat: inferiores autem omnes, dilectos filios: & si aliter appellentur, litteræ sunt falsæ. Item vni non loquitur in plurali, cuiuscunque dignitatis sit. Item falsitas præcipue deprehenditur in bulla, filo, charta, & stylo.

a ¶ *Dictamine.*] *Suprà cap. prox. in fine.* Bern.

¶ *Glos. seq. recitari potest per contrarium.*

b ¶ *In plurali.*] In hoc ergo potest deprehendi falsitas, & de facili: quia facile est videre, qualiter appellet Episcopum, vel inferiores, & cui loquitur in plurali: secundùm antiqua tempora hoc non seruabatur. Gregorius enim loquebatur vni in plurali, & de se quandoque singulariter, quandoque pluraliter. *s. de præscri. nihil. 23. dist. communis filius, & 99. dist. ecce:* sed hoc faciebat ex magna humilitate, & tunc erat talis consuetudo, sed illa immutata est. Alij Episcopi appellant suos subditos fratres vel socios. *8. q. 2. quid autem, & 10. q. 3. cauendum, & j. de excessibus prælato. cap. 1.*

c ¶ *Tam in bulla.*] Vt *s. cap. prox.*

AD *falsariorum.*] Primò punit falsantes litteras Papæ per se, vel per alium. Secundò ponit vtentes litteris falsis ibi, *Qui verò.* Abbas.

CASVS. Ad confusionem falsariorum statuit Innocen. iij. de consilio fratrum suorum, vt qui litteris Apostolicis vti voluerint, eas priùs diligenter examinent: quia si falsis litteris vti se dixerint ignorantes, pœnas euitare non poterunt inferius positas: ipse enim excommunicationi supposuit omnes falsarios litterarum Apostolicæ sedis, qui per se, vel per alios vitium falsitatis exercent, cum omnibus fautoribus, & defensoribus suis, statuens, vt clerici, qui falsarij deprehensi fuerint, omnibus beneficiis, & officiis perpetuò sint priuati, ita quod qui per se vitium falsitatis exercuerint, à suis officiis degradati, sæculari Potestati traditur secundùm leges puniendi, & si laici fuerint, per easdē leges puniũtur legitimè: illi verò, qui sub nomine Papæ falsis litteris per alios impetratis vtuntur, si clerici fuerint, officiis, & beneficiis spolientur: si laici fuerint, tamdiu maneant excõmunicati, donec satisfaciant competẽter: ita videlicet quòd & in clericis, & in laicis malitia grauiùs puniantur, quàm negligentia: & idem obseruãdũ est de his, qui falsas litteras impetrant. Nota, quòd omnes falsarij litterarum Apostolicæ sedis cum fautoribus, & defensoribus suis ipso facto sunt excõmunicati. Item clerici degradati propter hoc vitium puniendi sunt secundùm leges. Et nota hic vnũ casum, in quo clericus statim post degradationem traditur curiæ sæculari. Item vbi clericus deponitur, vel spoliatur officio, & beneficio pro aliquo delicto, laicus pro consimili potest excommunicari. Item malitia grauius punienda est, quàm negligentia.

d ¶ *Examinent.*] Quòd si non fecerint, in dolo esse videntur: sine dolo enim falsum non committitur. *C. ad leg. Corn. de fals.*

in dictamine [a], deprehendimus falsitatem: ac in hoc fuimus admirati, quia tu tales litteras à nobis credideras emanasse. Cum scire debeas Apostolicam sedem consuetudinem in suis litteris hanc tenere, vt Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, fratres †: cæteros autem Reges, Principes, vel alios cuiuscunque ordinis, filios in nostris litteris appellemus. Et cum vni tantùm personæ nostræ litteræ diriguntur, nunquam ei loquimur in plurali [b], vt vos, siue vester, & his similia in ipsis litteris apponamus. In falsis autem litteris tibi præsentatis in salutatione, dilectus † in Christo filius vocabaris: cùm in litteris, quas aliquando tibi transmittimus, te videre potueris à nobis fratrem venerabilem appellatum. Propter quod sic litteras Apostolicas studeas intueri tam in bulla [c], filo, & charta, quàm in stylo, quòd veras pro falsis, vel falsas pro veris litteris † modo aliquo non admittas.

¶ Idem.

¶ Qui per se, vel per alios litteras Papæ falsant: excommunicati sunt cum suis fautoribus: & Clerici officiis, & beneficiis priuati sunt, & degradandi, & tradendi curiæ sæculari, per quam Laicus legitimè punitur. Qui verò falsis litteris vtitur, si Clericus est, officio, & beneficio priuatur: si Laicus, excommunicatus est: Hoc dicit.

CAP. VII.

AD † falsariorum confundendum malitiam: *& infrà.* ¶ De communi fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, vt qui litteris nostris vti voluerint, eas primò diligenter examinent [d]: quoniam si falsis litteris se vsos dixerint [e] ignoranter, eorum sera pœnitentia euitare nequibit pœnas inferius adnotatas. Nos enim omnes falsarios [f] litterarum nostrarum, qui per se, vel alios vitium falsitatis exercent, cum fautoribus, & defensoribus suis, anathematis vinculo decernimus innodatos: statuentes, vt Clerici, qui falsarij fuerint deprehẽsi [g], omnibus officiis, & beneficiis Ecclesiasticis perpetuò sint priuati: ita quòd qui per se falsitatis vitium exercuerint, postquam per Ecclesiasticum Iudicem fuerint degradati, sæculari Potestati tradantur [h], secundùm constitutiones legitimas [i] puniendi: per quam & Laici, qui fuerint de falsitate conuicti, legitimè puniantur. ¶ Qui verò sub nomine nostro [k] litteris falsis vtuntur, si Clerici fuerint, officiis, & beneficiis Ecclesiasticis spolientur: si Laici, tandiu maneant excommunicationi subiecti, donec satisfaciant competenter: ita tamen, vt in istis [l], & in illis [m], malitia grauiùs, quàm negligentia [n] puniatur: quod & de his qui falsas litteras impetrant, statuimus obseruandum.

¶ Idem.

¶ Non præsumitur quis falsare litteras de simplici iustitia, nec punitur, si hoc comperto destiterit illis vti.

CAP. VIII.

ACcedens †: *& infrà.* ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si litteræ Apostolicæ, in quibus falsitas fuerit deprehẽsa, de simplici iustitia formam habeant (cùm præsumi non

nec exemplum, & affectatores ignorantiæ dici possunt: *de clan. desp. cùm inhibitio.* [a] vnde talis ignorantia crassa, & supina potest dici: *j. de cler. excommun. min. Apostolicæ.*

e ¶ *Dixerint.*] Potest suppleri, quòd non probauerint: quia qui ignorantiam allegat, eam probare tenetur, *s. de elect. innotuit.* maximè cùm hoc inquirere teneantur auctoritate huius constitutionis: aliàs si probaret se diligentiã, quam potuit, & debuit, adhibuisse, non esset ei imputandum, vt dixi *s. eo. dura.* quia iusta ignorantia excusat eũ: quia non videtur teneri, nisi postquam scit hoc. *s. eod. dura: & j. eod. cap. prox.* Ex quo enim inquisiuit à peritioribus, non est ei imputãdum. *26. dist. §. vlti. ff. de iur. & fact. ignor. l. regula. §. in fi.* fecit enim quod potuit, *& 44. dist. Ephesin.* & diuinare non tenebatur, *ff. j. de excess. prælat. inter dilectos,* vbi excusatur ignorantia.

f ¶ *Falsarios.*] De quibus habuisti *s. in cap. prox.* vt ibi dixi: omnes enim tam principales, quàm fautores sũt ipso iure excommunicati, vt hic patet.

g ¶ *Deprehensi.*] Et criminaliter conuicti: ibi enim, vt dicit lex, indagatio fiet acerrima, vbi pœna est grauissima. *Codice ad leg. Corn. de fals. l. maiorem,* & vbi ciuiliter agitur, mitiùs est agendum. *C. eod. l. penult.*

h ¶ *Tradantur.*] Qualiter tradi debeant habes *j. de verb. signif. nouimus:* in tribus enim casibus traditur aliquis statim post degradationem curiæ sæculari, vt hic, & est vnus, vt dixi suprà, de hæreticis, ad abolendam *11. quæst. 1. si quis Sacerdotum.*

i ¶ *Legitimas.*] Pœna enim falsi in libero homine est deportatio, & omnium bonorum publicatio: in seruo vltimum supplicium, sic distinguit lex. *ff. ad leg. Cornel. de fals. l. 1. §. vltim. & C. eodem titul. vbi falsi.* & ibi vltimo supplicio punitur crimen falsi. Et hoc est verum de his, qui falsant rescriptum principis, de quibus hic intelligitur: qui verò falsant litteras aliorum, aliter puniuntur, sed leuiùs, suprà eodem, ad audientiam: & hæc pœna imponitur illis, qui per se, vel per alios vitium falsitatis exercent, vt patet per illam litteram, vbi loquitur de his, qui litteris falsis ab aliis impetratis vtuntur.

k ¶ *Sub nomine nostro.*] Id est, qui litteris falsis vtuntur per alios impetratis sub nomine nostro, isti minùs puniuntur, quàm illi, qui per se hoc faciunt, vel per alios, vt patet per hanc litteram, & superiorem. *Cod. ad legem Cornel. de fals. maiorem.*

l ¶ *In istis.*] De quibus hic dicitur, qui vtuntur litteris per alios impetratis.

m ¶ *In illis.*] Scilicet qui per se hoc procurant, de quibus præmisit: vel dic, in istis, id est, laicis: in illis, id est, clericis.

n ¶ *Negligentia.*] Hæc tamen quandoque dolo comparatur, cum scilicet dissoluta est, crassa, & supina. *ff. mandat. si fideiussor.*

ACcedens.] Primò ponit decisam conquestionem. Secundò prouisionem ibi, *Fraternitati.* Abbas.

CASVS.

† *Vide, quæ notata sunt in c. Raynaldus, s. de te. ver. dilectus fi. O. vbi inuenies, qualiter appellet Cardinales, quorum hic non meminit.*

† *In multis exemplaribus ita: dilecto in Christo filio, vocaberis. Hæc clausula insolita præsumptionem facit falsitatis. Alexan. consil. 48. in 3 volu. & Felin. ad c. causam. 2. de testibus.*

† *Dictio, litteris, deest in antiquis codicibus.*

† *Cap. 4. eod. tit. de falsariis, in 3. compilat. Concordat processus Bullæ in cœna Domini S.D.D. Greg. xiij. §. 6. vbi hoc decretum roboratur, & extenditur, vide Bernardinum Diaz in prac. crim. can. c. 108. adde Rebuffum in praxi benefi. in declaratione nominis promissorum: adde Matthæum de Afflictis decisio. 440.*

a *Et j. de temp. ordi. eos qui, lib. 6. Ioan. An.*

b *Vide Iulium Clar. in pract. crim. fin. §. fin. q. 36. ver. sciendum autem, cum aliquot seq. Couarruuia in pract. q. c. 31. & Bernardi. Diaz in prac. cri. can. 132. & c. 113.*

† *Cap. 1. eod. tit. in 4. com. Vide omnino processum bullæ in cœna Domini in præcedenti cap. citatum, antequam decisione huius decretalis facile vtaris.*

debeat a, quòd pro talibus litteris, quæ possunt facilè obtineri, fraudem quis commiserit falsitatis) nec litteris vsus[b] est, postquàm eas falsas esse cognouit, tu ei officium, beneficiúmque restituens, ipsum super hoc vlteriùs non molestes.

¶ Idem.

¶ Propter paucarum litterarum rasuram in loco non suspecto, rescriptum non probatur falsum.

CAP. IX.

EX † conscientia: *& infra.* ¶ Verùm litteras ipsas, quæ redargutæ fuerant falsitatis diligentiùs intuentes, nullum in eis falsitatis signum, vel suspicionis inuenimus, nisi paucarum litterarum rasuras[c], quæ nequaquam sapientis[d] animum in dubitationem vertere debuerunt. Vnde si vobis constiterit prædictum R. obligasse se sub periculo causæ[e], quòd litteras illas falsas esse probaret (cùm quilibet ad renunciandum[f] iuri suo liberam habeat facultatem) ipsi R. super dicta Ecclesia silentium imponatis.[g].

TITVLVS XXI.

De sortilegiis†.

¶ Ex pœnitentia Theodori †.

CASVS. Quidam impetrauit litteras contra aduersarium suum de simplici iustitia, in quibus litteris falsitas fuit deprehensa. Impetrator hoc intelligens, ampliùs noluit vti eis: propter quod dictus Episcopus ipsum ab officio, & beneficio suspendit. Vnde accessit ad dominum Papam rem sibi exponens: mandat Papa Episcopo, si litteræ Apostolicæ, in quibus falsitas fuit deprehensa, formam habeant de simplici iustitia, officium, & beneficium illi restituat, & ipsum super hoc vlteriùs non molestet: quia non est præsumendum, quòd pro talibus litteris, quæ de facili habentur, quis committat vitium falsitatis, & ille non fuit vsus illis, postquam eas falsas esse cognouit. Nota, quòd in his, quæ de iure competunt alicui, & quæ de facili habentur, non est præsumendum falsum committi: & nota, quòd circa modica non præsumitur dolus committi. Item qui abiurat malum, quam cito scit malum, non debet dici culpabilis.

¶ *Glos. seq. not. quòd litteræ, &c. quærit, & soluit, signat contrarium.*

a ¶ *Præsumi non debeat.*] Nota, quòd non præsumuntur litteræ falsæ, quæ sunt de simplici iustitia, & quæ de facili possunt haberi, sicut non præsumitur, quòd in re modica, dolose agatur. *ff. de dolo: si oleum. §. vlt. cum l. sequenti*: vnde si quis suggessit falsum in litteris, quæ sunt de simplici iustitia, non statim præsumendæ sunt falsæ, nisi probetur, quòd ex certa scientia falsum suggessit: quia qui dicit, quòd falsum ex certa sciẽtia suggessit, dolum allegat, sed dolus ex perspicuis indiciis probari debet. *C. de dolo, dolum.* si tamen alter vult probare ignorantiam, auditur. Sed qualiter eam probabit? Dico, quòd per iuramentum. *j. de sent. excommun. si verò 2. & 34. q. 2. in lectum.* Sed pone, quòd falsum affirmet circa rem propriam, cuius notitiam habuit: præsumitur primò contra ipsum, quia non præsumitur quis ignorare factum propriæ rei. *C. de rescind. vend. quisquis*, quod verum est: sed illam præsumptionem elidit hæc præsumptio: quia non præsumitur dolum commisisse circa litteras, quæ de facili habentur, vt hic dicitur: & sic vna præsumptio elidit aliam circa idem factum. *ff. de in integ. restit. dinus. s. de præsumptioni. litteras. arg. contrà. s. de electionib. cùm inter R.*

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Vsus est.*] Simi. *j. de excess. prælat. inter. arg. contrà. s. c. prox.* vbi non excusatur, qui vsus est falsis litteris ignoranter. Sed illud intelligendum est de his, quæ nó sunt de simplici iustitia, quæ non possunt haberi de facili: vnde illa præsumptio eos condemnat, hic excusatur à contraria præsumptione, in litteris de simplici iustitia non est præsumptio contra impetrantem: vnde per ignorantiam excusatur, si desistat, quando scit eas falsas. Ioan.

EX *conscientia.*] Primò diffinit obiectum dubium. Secũdò obiicientem puniri mandat ibi, *Verùm.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam impetrauit litteras contra aduersarium suum super quadam Ecclesia: aduersarius ille in iudicium euocatus postulauit sibi fieri copiam rescripti, quo viso cœpit illas litteras arguere de vitio falsitatis, obligando se sub periculo causæ suæ ad probandum, quòd litteræ falsæ essent: iudex litteras illas misit ad dominum Papam, vt per eum sciret veritatem huius falsitatis: Papa litteras illas diligenter inspiciens nullum signum falsitatis, vel suspicionis in eis inuenit, nisi rasuras paucarum litterarum, quæ sapientis animum in dubitationem inducere nó debuerunt: vnde mandat Papa, quatenus si constiterit prædictum R. se obligasse sub periculo causæ suæ, quòd litteras illas falsas esse probaret, sibi super dicta Ecclesia silentium imponatur: quia quilibet liberam habet potestatem ad renunciandum iuri suo. Nota, quòd rasura paucarum litterarum non reddit falsum rescriptum, nisi esset in loco suspecto, prout hic intelligitur. Et sic nota, quòd modica suspicio non vitiat rescriptum. Item modica suspicio non debet animum sapientis immutare. Item aliquis potest se obligare sub periculo beneficij sui. Itẽ licitum est vnicuique renunciare iuri suo.

†*Cap. 2. eod. tit. in 4. cōp. Vide Matthæum de Afflictis de cisio. 404. li. 3. Rubrica 39. tit. de falsariis super cōstitu. Neapoli. adde Doctores in l. fin. C. de edicto diui Hadrian. tollen.*

a *Vide Corseum in tra. de minimis, & Iasonem in l. sciendũ ff. qui satisd. cogant.*

†*Alias: sortilegiis, nõ male: & de materia huius tituli tractatus extat Pauli Grillandi: adde Alpinensem Capreum, li. 1. c. 13. de iusta hæret. punitione.*

§ *Sic etiam Burchard. li. 11. decret. c. 26. & lib. p. 31. c. 52. iterũ Burchardus, li. 19. c. 5. tit. de arte magica. & ca. 1. eod. tit. in 1. compil.*

¶ Sortilegia pro furtis inueniendis, vel diuinationibus faciendis prohibentur, & contra facientibus pœna imponitur.

CAP. I.

IN tabulis, vel codicibus, aut aliis, sorte[h] furta non sunt requirenda: nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus quis obseruare præsumat. Qui autem contrà fecerit, quadraginta dies[i] pœniteat.

¶ Alexander tertius Gradensi † Patriarchæ.

¶ Presbyter, qui per inspectionem astrolabij furta requirit, ad tempus suspenditur ab altaris ministerio. Ita communiter summatur: sed in veritate hæc summatio non est indistinctè vera, quia acrius potest puniri.

CAP. II.

EX † tuarum tenore litterarum accepimus, quòd V. Presbyter cum quodam infami ad priuatum locum accessit, non ea intentione vt vocaret Dæmonium, sed vt inspectione astrolabij furtum cuiusdam Ecclesiæ posset recuperari. Verùm licèt hoc ex bono zelo, &

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & remittit.*

c ¶ *Rasuras.*] Non in narratione facti, quia ex hoc nulla suspicio esset. *s. de fide instrum. ex litteris*: nec per talem rasuram facta fuit ambiguitas in nomine. *s. de fide instrum. inter dilectos. Contrà habes,* quòd rasura inducit suspicionem. *s. de relig. domibus cùm venerabilis, & j. de priuile. cùm olim 2. & s. eod. licèt. §. quinta, vbi de hac materia.*

d ¶ *Sapientis.*] Modica suspicio non debet sapientis animum immutare. *s. de simon. & si quæstiones, & 1. q. 1. indi es.* Ioan.

e ¶ *Causæ.*] Quod fieri potest. *s. de election. cum dilecti*: vbi de hoc, in fine, & sub pœna ordinis, & beneficij potest se aliquis obligare. *1. q. 8. quotiens, & de consecr. dist. 2. ego Berengarius.* Bern.

f ¶ *Renunciandum.*] Suprà, de reg. ad Apostolicam, & *s. de foro compet. dilecti, & cap. si diligenti, & C. de pact. si quis in conscribendo, & de episc. & cleric. si quis in conscribendo.*

g ¶ *Imponatis.*] Sed nunquid propterea est Ecclesia illa aduersario assignanda? Respondeo, non: nisi probet primò se habere ius in illa.[b] *j. de rescrip. olim, in fine.*

¶ *De sortilegiis. Quia sortilegia continent in se falsitatem, meritò de de his subiicitur.*

De hac materia glossa est optima. 26. quæst. 2. in summa. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur. 26. q. 1. & q. 2. & q. 3. & q. 4. & q. 5. & q. 6. non licet iniquas, vsque in fine quæst.

IN *tabulis* Primò ponit prohibitionem. Secundò ponit pœnam transgressoribus ibi, *Qui autem.* Abb.

CASVS. In cap. isto dicitur, quòd furta non sunt requirenda sorte in tabulis, vel codicibus, aut aliis: nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus quis obseruare præsumat: & qui contrà fecerit, xl. dies pœniteat. Nota, hic pœnam illorum, qui sortem, & diuinationes exercent.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*

h ¶ *Sorte.*] Sic electio per sortem[c] non est facienda. *j. eod. cap. vlt. Argum. contra 26. q. 2. sors, & cap. 2. qui*: quia licèt sors in sui natura non sit mala, tamen prohibetur, ne propter assiduitatem labantur in idololatriam, sicut est in iuramento. *22. q. 1. considera. & hoc cap. hi qui*: loquitur de comparatiua permissione: ibi, potiùs permittuntur sortes, quàm ad dæmonia consulenda concurrant: sic propter diuinationes futuras sortes prohibentur, vt hic patet, & *26. q. 2. illud, & quæst. 5. cap. sortes, & cap. peruenit*: quandoque tamen permittitur per sortem aliquid fieri, vt dicitur *j. eod. cap. vlt.*

¶ *Glos. seq. signat contrarium.*

i ¶ *Quadraginta dies.*] Si laicus fuerit, communione Ecclesiæ priuetur: si verò clericus, officio, & beneficio potest priuari. *26. q. 5. non oportet, & duobus cap. seq.* Et argu. contra. *j. cap. prox. arg. contrà j. eod. cap. vlt. non puniuntur.*

EX *tuarum.* Primò ponitur consultatio: secundò responsio, ibi, *Verùm.* Abbas.

†*Alias: Gradẽn.*

†*Cap. 3. eod. ti. in 1. compi. & post Concil. Lateran. sub Alex. iij. p. 50. c. 6. De pœna sortilegorũ Sacerdotum, vide Cõcil. Later. sub Leone x. sess. 9. & Bernardinum Diaz in pract. crim. cano. c. 100.*

b *Hæc Bernardi sententia non placet hîc Hostiens. sed vide Ioan. And. qui ambos verum dicere putat, diuersis tamen modis.*

c *De materia huius gl. vide B. Tho. 2. 2. q. 95. art. 8. ex quo intelliges, quãdo, & quibus sortibus vti liceat.*

CASVS.

simplicitate, se fecisse proponat: id tamen grauissimum fuit, & non modicam inde maculã peccati contraxit: & infrà.

¶ Mandamus, quatenus talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam † imponas, quòd per annum, & ampliùs, si tibi visum [b] fuerit, cum ab altaris ministerio præcipias abstinere: & extunc liberum [c] sit ei exercere officium Sacerdotis.

¶ Honorius iij. Capitulo Lucañ.]

¶ Non solùm electio per sortes fieri non debet, sed etiam electiones compromissariorum per sortes assumi non debent.

CAP. III.

Ecclesia † vestra Episcopo destituta, vos conuenientes in vnum, vt de futuri tractaretis electione Pontificis, vnum elegistis ex vobis per sortem: qui tres auctoritate vestra elegit, per quos vice omnium Lucañ. prouideretur Ecclesiæ de pastore: quorum duo tertium, magistrum R. scilicet elegerunt: quod expressè licebat eisdem, secundùm traditam à vobis omnibus potestatem [d]. Procuratoribus igitur vestris super his in nostra præsentia constitutis: Nos tali examinato [e] processu, licèt nota non careat, quinimò multa reprehensione sit dignum, quòd sors in talibus interuenit: & infrà.. ¶ Electionem celebratam de ipso, ad gratiam [f] confirmationis admittimus: sortis vsum in electionibus [g] perpetua prohibitione damnantes.

TITVLVS XII.

De collusione detegenda †.

¶ Gregorius † vniuersis Episcopis de Corinth.

¶ Accusatore desistente ab accusatione potest Iudex ex officio suo inquirere super crimine illato.

CAP. I.

Scripta fraternitatis vestræ relegentes,

Casvs. Quidam presbyter V. nomine accessit cum quodã infantu ad locum priuatũ, non illa intentione, vt dæmones inuocaret: sed vt posset inuenire furtũ cuiusdam Ecclesię per inspectionem astrolabij: Patriarcha Gradeñ. significauit hoc dño Papæ: vnde ipse scribit eidem dicens, quòd licet ex bono zelo, & simplicitate presbyter ille hoc se fecisse proponat, tñ non modicã maculam peccati cõtraxit: quare mandat, quatenus per annum, & ampliùs, si ei visum fuerit, cũ ab altaris ministerio præcipiat abstinere, & extũc officium suum poterit exercere. Nota, quòd simplicitati parcẽdum est. Item nota hic pœnam illorum, qui huiusmodi inspectiones, vel diuinationes exercent.

† *Pœnã, habẽt vetustiores codices, & plerique manuscripti.*

† *Lucen.*

a ¶ *Simplicitate.*] Quia bono zelo hoc fecit, aliquantulũ excusatur. arg. ȝ. *de apostas. c.* 2. & quia per simplicitatem hoc fecit, dignus fuit misericordia: nam simplicitati parcẽdum est. ȝ. *de rer. permutat. cap. cùm vniuersorum*: vbi de hoc [a]. Bernard.

b ¶ *Si tibi visum.*] Et ita tempus pœnitentiæ arbitrarium est. 26. *q.* 7. *tempora pœnitendum*: sed minorem pœnitentiam anno non posset imponere: ex quo Papa sibi annũ præfixit, sed ȝ. *est ad arbitrium Epi.*

c ¶ *Liberum.*] Hoc intellige dictum ex dispensatione: nam de iure communi debuit remanere priuatus, & Episcopus de iure contra illum processit. 26. *q.* 5. *non oportet, & cap. si quis Episcopus, & cap. aliquanti*: sed quia bono zelo per simplicitatem deliquit, Papa mandat ipsum restitui, & Episcopus authoritate sua cum illo potuit, si voluisset, dispensare: cùm in casu isto ei hoc non sit prohibitum, & dispenset etiam in maioribus. 50. *dist. presbyteros, & ȝ. de iud. at si clerici*, *vbi de hoc*. Bern.

† *De materia huius decretalis vide Felinum in c. capitulum. ȝ. de rescrip. B. Th. 2. 2. q. 95. ar. 8. & ibi Caiet. ex quo intelliges, cum sortes repellantur in electionibus spiritualibus.*

a Conc. tex. in l. 1. ff. de dol. & in l. inter. cum vulg. ff. de excus. tut.

Ecclesia.] In prima ponitur electio. In secunda electionis prosecutio, examinatio, & reprehensio. In tertia gratiosa confirmatio, & sortis prohibitio. Secunda ibi, *Procuratoribus*. Tertia ibi, *Electionem*. Abbas.

Casvs. Vacante Lucana Ecclesia canonici conuenientes in vnum, de futuri pastoris electione tractaturi, vnum elegerunt ex se per sortem, qui vice capituli tres eligeret electores, per quos vice omnium prouideretur Ecclesiæ de pastore: quibus ab ipso electis, duo ex illis tertium ex se magistrum R. elegerunt: quia sub hac forma eis data fuerat eligendi potestas, vt vel ex se, vel ex aliis eligere possent: electionem istam per nuntios suos præsentauerunt dño Papæ, petentes eam confirmari: dñs Papa examinato tali processu, dignũ multa reprehensione inuenit, pro eo quòd sors in talibus interuenit: electionẽ celebratã de prædicto magistro ad gratiã confirmationis admisit, sortis vsum in electionibus perpetua condemnans prohibitione. Nota, quòd cũ sub hac forma datur aliquibus eligẽdi potestas, vt vel ex se, vel ex aliis eligere possint, tunc possunt eligere vnũ de se, aliàs nõ, vt hic colligitur. Item ad quẽ pertinet cõfirmatio, ad ipsum pertinet examinatio processus, & personę. Itẽ sortes in electione prohibitæ sunt.

¶ *Glos. seq alleg. concor. ponit opin. quã reprobat per locum à diuisione, & per similem, & per decret. Cumana. & respondet rationi contrariã.*

d ¶ *Potestatem.*] Similem habes suprà, de elect. cum in iure: dicunt tñ quidam, quòd idem esset, si aliqua forma non fuisset expressa, quòd possent vnum de se eligere, vt dicitur in *c. cùm in iure*: quod non credo, quia vbi simpliciter datur potestas eligendi tribus, nulla forma adiecta, ita habent potestatẽ eligendi omnes, quòd vnus, vel duo sine tertio eligere non possunt: vnde si duo eligant tertium, non valet, quod faciunt, quia hanc potestatem non habent: si ille eligat se cum aliis, non valet: quia nemo seipsum eligere potest. ȝ. *de instit. cùm ad nostram*, quia alius debet esse electus, & alij eligentes, vt ibi dicitur: sicut est inter baptizantem, & baptizatum. ȝ. *de bapt. debitum*, & ȝ. *de iure patro. per nostras.* 24. *q.* 1. *didicimus*, & ff. *de tut. & cur. dat. ab his l. prætor.* & ff. *de test. tut. ex sententia. ff. ad Trebel. ille à quo. §. tempestiuum*: quia duplici officio fungi non potest, vt ibidem dicitur. sicut si tres iudices, vel arbitrarij sint dati simpliciter sine illa clausula: Quòd si non omnes, &c. duo sine tertio procedere non possunt, quia potestas iudicandi ita data est omnibus, quod duo sine tertio, vel alter sine altero procedere non potest. ȝ. *de offic. deleg. c. vnico delegatorum, cap. causam matrimonij.* De hoc etiam dixi in cap. *cùm in iure*: sed cùm datur aliquibus potestas eligendi de se, vel aliis, si volunt aliquem eligere de se, tunc potestas eligendi remanet penes illos tãtùm, & eis solis data intelligitur: sicut quando committitur causa cũ illa clausula: Quod si non omnes, &c. sed si simpliciter datur aliquibus potestas eligendi, tunc non possunt aliquem eligere de se: sicut est in iudicibus, vt dictum est, & persona electa nullo modo debet computari inter eligentes, vt probatur ȝ. *de elect. Cum, na.* & ideo dicit hic: Quòd eis licebat secundùm traditam, &c. Et hoc arg. non valet. Capitulum potest eligere vnũ de se: sed isti, quibus data est simpliciter eligendi potestas, funguntur vice capituli: ergo possunt eligere vnum de se. Capitulum enim eligit iure communi, siue ordinario: sed isti non eligunt iure communi, sed potestate sibi concessa per capitulum. Bernard.

e ¶ *Examinato.*] Et meritò: ad quem enim pertinet confirmatio, & examinatio processus, & personæ. ȝ. *de elect. nihil est, cap. cùm nobis, & cap. venerabilem, & suprà de transl. c. vlt. & ȝ. de hære. cap. cùm ex iniuncto, in fine.*

f ¶ *Ad gratiam.*] Hoc ideo dicit, quia de iure debuit cassari, sed ipsum de gratia confirmauit.

¶ *Glos. seq not. à contrario. & illud coadiuuat, secũdò obiicit, & soluit.*

g ¶ *In electionibus.*] Per hoc, quod dicit In electionibus, videtur, quod in aliis [h] vsum sortis non reprobet. arg. 25. *dist. qualis*, & ff. *de iudic. cùm prætor. ff. de test. ex eod.* & 15. *q.* 3. *de crimine.* præterea in multis casibus vsum sortis admittimus. ff. *de iudic. sed cùm ambo. ff. fam. ercisc. si qui sint. C. communia de leg. si duobus, circa princ.* S. d quare prohibetur vsus talis in electionibus? nonne Matthias sorte electus fuit. 31. *dist. cleros. in princ.* & sors non est aliquid mali. 26. *q.* 2. *sors.* Dicas, quòd licet Matthias, & Ioannes sorte electi fuissent, non tamen eorum exemplo eligendus est aliquis per sortem, vt 26 *q.* 2. *non statim, & cap. non exemplo*: quia illud factum fuit diuina inspiratione, *sic* 14. *q.* 5. *dixit.* Quod autem dicitur: Sors non est aliquid mali; verum est considerata in se, sed ex causa prohibetur, vt dixi S. *eod c.* 1 & præterea hic non fuit seruata forma concilij. ȝ. *de elect. quia propter.* vel videtur propter defensiones verò, & lites diriumendas sors admittitur circa iudicia, vt dicunt prædictæ leges, in quo casu potest intelligi *cap. illud, sors*: sed in electionibus, licet sit discordia, non licet per iura prædicta. Bernard.

† *De collusionibus vetus Gregorianus, & in cæteris manuscriptis, de collusione, absque voce, detegenda.*

† *Greg. lib. 2. registro indict. 11. epist. 38. &. 77 apud Ios. Diacon. lib. 4. c. 32. de vita B. Gregorij refertur post Concilium Latera. sub Alexan. iij. par. 48. c. 2. & c. 1. eo. tit. in 1. cõpil. eo.*

h Hic pleniùs intelligas hanc glossam, præter Henric. Host. Ioan. Andr. & alios doctores hic vide omnino beatum Thomam, & Caietanum in locis citatos.

DE COLLVSIONE DETEGENDA.

¶ Quia in collusione inest falsitas, ideo subiicitur hæc rubrica de collusione. De hac materia rubricæ respectu quo colludens grauatur, habetur 2. q. 3. §. fin. facit tex. in cap. 2. in fin. de præua. lib. 6. & in clem. constitutionem. §. sane de elect. Et collusio est inter actorem, & reum latens, & fraudulenta conuentio, vt ponit gl. in cap. 3. ȝ. eod. in vers. collusione. & vide glos. 2. q. 3. cap. si quem. § notandum. Et dicitur colludens falsum committere, quia aliud agit, & aliud simulat [c].

De hac materia habetur 9. q. 3. c. 1. in rubr. de pœnis, versic. quæ sit pœna collusionis. & suprà in rubrica de accusatio.

c Concor. gl. in l. post contractum, & ibi Bart. ff. de don. habes similem ti. huiꝰ C. eo.

Scripta.] Si accusator ab accusatione desistat, debet iudex inquirere, an per collusioné hoc fecit. Ita summator communiter. Primò ponit factum. Secundò decidit quæstionem circa factũ ibi, *Quia*. Abbas Sicul.

Casvs. Quidam accusauerunt Hadrianum Episcopum: deinde cum eo in amicitiam conuenerunt, desistendo ab accusatione. significatum fuit hoc domino Papæ, quòd per collusionem desisterent ab accusatione: vnde scribit Papa Episcopis de Corinth. super hoc dicens, quòd qualitas facinoris nunciati ipsum induxit.

inducit, vt talia dissimulare non debeat, cùm gratiam inter se fecisse dicantur: vnde mandat hoc diligenter inquiri, ne forte huiusmodi concordia non ex charitate, sed ex præmio sit comparata. Nota, quòd qualitas facti consideranda est. Item non licet recedere ab accusatione ex præmio.

agnouimus, quòd hi [a], qui contra Hadrianum Episcopum aliqua dixerant, modò cum eodem in amicitiam conuenissent: & infrà ¶ Quia verò nunciati facinoris qualitas [b] nos vehementer impellit, vt ea, quę audiuimus, dissimulare [c] nullatenus debeamus: præsertim cùm accusatores, & accusatum inter se fecisse gratiã [d] indicaueritis: hoc necesse est subtiliùs perscrutari: ne fortè nõ ex charitate [e], sed ex præmio, eorum sit concordia comparata.

¶ Idem.

¶ Desistente accusatore, & accusato Iudex prosequitur.

CAP. II.

CRimina † semel audita, Gregorius [f] indiscussa nullo modo prętéribat [g]: etiamsi accusatus cũ accusatore in gratiã rediisset.

¶ Alexander tertius Noruicen. Episcopo.

¶ Colludens in causa beneficiali, priuari debet beneficio.

CAP. III.

AVdiuimus † vsque adeo Clericorum malitiam excreuisse, vt interdum inter se collusione [h] facta super beneficiis, quæ possident, se sustineant ab aliis molestari: & postea, vt quæstioni cedatur, & idem † Clerici beneficia quietè possideant, quasi nomine transactionis soluunt aliis de beneficiis annuam pensionem [i], vt post mortem eorum in beneficiis illis, super quibus est collusio facta, ius sibi valeant vendicare. Vnde tibi mandamus, quatenus si quos Clericos tuæ iurisdictionis per collusionem huiusmodi fraudem legitimè tibi cõstiterit commisisse, eos beneficiis, super quibus collusum fuerit, non differas perpetuò spoliare [k]: quia satis esset indignum, si fraus, & dolus, quæ in præiudicium tot iuris, & aliorum nituntur committere, in eorum non redundarent incommodum, & iacturam.

¶ Gregorius nonus Baren. † Archiepiscopo, & fratri Ioseph Monacho Floren.

¶ Absolutio de criminibus illatis per collusionem facta, non impedit facultatem iterum accusandi, & inquirendi de illis criminibus.

CAP. IV.

IN tantùm clamor, qui ascen-

a ¶ *Quòd hi.*] Argum. quòd plures accusatores possunt admitti cõtra vnum super eodem crimine. ¯. *de accus. licet*, & 2. q. 1. *in primis*: & plures procuratores admittuntur. ¯. *de restit. insuper*: hic enim admissi fuerunt plures accusatores, & in cap. *in primis*, quod fieri non debet: immò iudex debet eligere magis idoneum. *ff. de accusat. si plures.*

¶ *Glos. seq. not. modum præponderandum facto.*

b ¶ *Qualitas.*] De amicitia lætatur, & non de modo illo, quo in amicitiam conuenerũt, & ideo præcipit inquiri de collusione: vnde dixit Ioan. quidam sapiens phantasma: Deus non est remunerator nominum, sed aduerbiorum: hoc est dicere, non remunerat Deus bonum, quod fit, sed quod bene fit: vnde nõ remunerat Iudæos, qui crucifixerunt Christum, licet mors Christi bona fuerit: quia propter hoc de pœnis inferni nos redemit, & ideo non remunerauit eos, quia non bene fecerunt: Deus enim cor interrogat, & non manum. 24. q. 5. *si quid inuenisti*: nec considerat, quę fiunt, sed quo animo fiunt. 15. *quæst*. 7. *cap*. 1. *in fine.*

c ¶ *Dissimulare.*] ¯. *cap. prox. & cap. penult. & vlt.* per hoc enim consentire videtur. *argum*. 44. *dist. Ephesin, in fin. &* 83. *distinct. error*, & ¯. *de hæret. cap*. 2.

¶ *Glos. seq. distinguit, & prosequitur dupliciter modum recedendi à lite in triplici genere causarum.*

d ¶ *Gratiam.*] Arg. quòd non liceat recedere à lite: vnde nota, quod tria sunt genera causarum, scilicet ciuilis, criminalis, & spiritualis. Dupliciter enim potest quis à lite recedere per gratiam, & per transactionem. In causa ciuili quandoque potest quis à lite recedere per gratiã & per transactionẽ sine aliqua pœna, vel nota: nisi in actione famosa [b], in qua nõ licet transigere sine iudicis authoritate, aliàs notatur infamia. *ff. de his, qui not. infam. l. furti. § pactus.* In causa verò criminali ante inchoatam litem licitum est desistere per gratiã. *ff. ad Turpil. mulier. & l. quæsitum*: post inchoatam litem non licet sine iudicis authoritate, & sine consensu rei, si fuit suppositus tormento. *C. de abo. l*. 3. vel si ex hoc remaneret infamatus, *vt arg*. 5. *q*. 1. *quidam*. Et si destiterit, incidit in Turpil. si publicũ crimen intendit. *C. ad Turp. l*. 1. & fideiussor punitur in quãtitate promissa, & accusator notatur infamia: & extraordinariè pro motu iudicis punitur. *ff. eo. l*. 2. *ff. de cust. & exhib. reo. l*. 4. & *ff. de præuar. l*. 3. *in fin.* & *l. si is*: si verò priuatum [c], extraordinariè punitur. *ff. ad Turpil. § quis reperiatur. in fi.* Pro motu iudicis secũdum canones omne crimen quasi publicum censetur, vnde per transactionem, seu gratiã à lite recedere non licet. *arg. hic* ¯ *c. prox. & c. vlt.* Quòd si fecerint inter se gratiam, vel aliquam collusionẽ, iterũ inquiretur de crimine, vt hic patet, & ¯ *c. prox. & vlt.* iudex tñ si in crimine illo posset dispensare, præstare potest authoritatem, si voluerint inter se gratiã facere. *arg*. 5. *q*. 2. *si primates*, & 18. *dist. c*. 1. & *c. studeidum*. In causa spirituali bene licet à causa recedere per gratiã, per transactionẽ verò non, vt propriè intelligas transactionem. ¯ *de re. permu. c. vlt.* ¯. *de transact. super eo.* In causa verò criminali, vel matrimoniali neque per transactionẽ, neque per gratiã, seu compositionẽ licet discedere. ¯ *de transact. c. vlt.* Ergo si aliqui gratiam faciant inter se indebito modo, iudicis est inquirere, vt hic patet per totum. *C. de generali abo. indulgentia* & *l*. 2. vbi autem ex iusta causa vult discedere, iudex debet indulgere absolutionem. 2. *q*. 3. *si quem pœnituerit*, & § *præuaricator*. *C. de aboli. l*. 1. & 2. In causa mixta, putà cùm agitur ad tori separationem, potest, quando vult, discedere. *arg*. ¯. *de diuor. ex litteris*: quia non solùm septies, sed etiam septuagesies, &c. [d] ¯. *de iuretiur. quemadmodum*. Ala.

e ¶ *Charitate.*] Si enim ex charitate hoc fecerunt accusatores, possent tolerari, sed ex præmio non: vt hic dicit, & ¯. *c. prox.*

CRimina.] Casus de se patet. Nota, quod crimina semel audita, indiscussa remanere non debent: quia crimina vndecunque claruerint, punienda sunt.

f ¶ *Gregorius*] Gregorius ille secundus fuit, vel tertius fortè: & loquitur de primo.

g ¶ *Præteribat.*] Quia vndecunque crimina claruerint, puniẽda sũt. 24. *q*. 3. *ecce*, & ¯. *c. proxi.* & 86. *dis. si quid*, & 2. *q*. 3. *c. si quem*. § *notandum*.

AVdiuimus.] Beneficio suo priuatur, qui per collusionem illud constituit censuale. Hoc dicit. Primò refert collusionem: Secundò illum priuari mandat ibi, *Vnde*. Abbas.

CASVS. Quidã clerici super beneficiis, quæ possident, se permittũt, & sustinẽt ab aliis molestari, & postmodũ, vt quæstioni cedãt, & illi quietè possideant, quasi nomine transactionis soluunt illis, qui eos molestabãt de ipsis beneficiis, annuã pensionem, vt post mortẽ illorum sibi succedant in beneficiis illis, super quibus facta est collusio: peruenit hoc ad notitiam dñi Papæ, vnde mandat diœcesano Epo, quatenus si cõstiterit ei clericos suę iurisdictionis p collusionẽ fraudẽ huiusmodi cõmisisse, eos bñficiis illis, sup quibus collusũ est, nõ differat spoliare, cũ satis esset indignũ, si fraus, & dolus, quæ in aliorũ præiudiciũ nitũtur cõmittere, in eorũ incõmodũ nõ redundẽt. Not. q prelatus põt Ecclesiã cõstituere pensionariã. Itẽ fraus, & dolus nõ debẽt alicui pdesse.

h ¶ *Collusione.*] Collusio est inter actorem, & reum latens, & fraudulenta conuentio. Colludium enim non debet remanere impunitum. 2. *q*. 3. *si quem pœnituerit.*

i ¶ *Pensionem.*] Hæc pẽsio cõstitui nõ põt sine auctoritate Epi, nũ vitã eius, qui soluit nõ excedat, etiãsi per collusionẽ facta nõ fuerit. ¯. *de transac. de cætero*: & est simi. ¯. *de pactis, cum clerici*. B.

¶ *Glos. seq. recitetur per quæst. rationis.*

k ¶ *Spoliare.*] Per talẽ collusionẽ præiudiciũ fit huic Epo, quia sic præcludit via super ordinatione Ecclesiæ suæ, vt hic dr: vnde nõ tenet eo absẽte facta: etiãsi sententia lata fuisset. *ff. de re iudi. de vnoquoque*, & *ff. de collus. cum non iusto*, & *l. vlt.* vnde meritò spoliãdi sunt illis Ecclesiis pp̃ter dolũ, & fraudẽ taliter pp̃etratam: dolus tñ talis impunitus remanere non debet, ne malitia sit illis lucrosa. *ff. de do. l*. 1. *in princ.* & *l. ne ex dolo*: nec est æquum quẽquam suum dolum releuare. *ff. pro soci. verum § tempus*, & *ff. de reg. iur. non fraudantur, in fi.* 16. *q*. 1. *legi*. & ex eo q decipierũt, non debent esse melioris conditionis. *ff. de do. inte. vir. & vxo. l*. 3. § 2. & *ff. de furtis aqua falla. § sed nemo ff. quod vi, aut clam. l. seruus.*

IN tantùm.] Iterum contra illũ inquiritur de crimine, qui per collusionem fuit absolutus. Hoc dicit. Diuiditur: nam primò ponit cõmissam inquisitionẽ, & latã collusionẽ, & ipsius exitum. Secũdo ponit bimembrẽ cõmissionẽ. Secũda ibi, *Discretioni*. Abb.

CASVS. Archieps Acherontinus super simonia, & aliis criminibus intantùm fuerat diffamatus, q sine scãdalo, & periculo non poterat ampliùs dissimulari: vñ Papa multorũ clamorib' excitatus, horũ inquisitionẽ cõmisit, sed pp̃ter tergiuersationes ipsius, & calliditates cũ ipsis inquisitorib', & examinatoribus (vt dicebatur) collusionem fecerat, & testes duxerat corrũpendos, ita q nõ solum prædicti excessus remanserunt hactenus incorrecti verumetiã peiora prioribus cõmittere nõ expauit: vñ mandat Papa quibusdã, quatenus si de huiusmodi collusione, ac corruptione cõstiterit, ex integro super præmissis excessibus, & aliis inquirẽ-

quæ

† Cap. 2. eod. tit. in 1. compilatio. verba autẽ huius c. sunt Ioa. Diaconi in vita B. Gregor. lib. 4. c. 32. quare illud idẽ, nõ potest ad Gregoriũ referri, & hinc obseruatio glos. 1. hic.

a Vide beatum Thom. par. 3. q. 47. art. 6. & ibi Caietan.

† Cap. 3. eodem titu. in 1. compil. & post Conti. Latera. sub Alexan. iij. par. 18. c. 12.

b Super hoc vide, quod not. 3. q. 7. § tria ad fin. in glo. fama. Ioan. And.

c De publicis, & priuatis vide in Specu. de accusat. § 2. in prin. Ioan. And.

d De hoc per l. 2. q. 3 § ... in glossa, sicut vbi etiam notatur in quib. liceat transigere, & in quibus non. de quo vide per Innocen. ¯. c. prox. Io. And.

† Hic locus in vulgatis libris legitur ita: & idem clerici, qui beneficia quietè possident, &c. sed ex omnibus manuscriptis restitutũ est, vt est impressum.

† Baren.

quæ viderint inquirenda: alioquin super nouis tantùm inquirát. Nota, quòd non licet alicui corrumpere iudices, vel inquisitores, vel testes: vnde puniri debet ex collusione, & iterum inquiri. Item crimina semel dimissa iterum puniri non debent.

a ¶ *Dissimulare.*] Sic *suprà, eodem cap. 1.*

b ¶ *Scandalo.*] Tunc vere debet Prælatus inquirere de excessibus subditorum, cum per famam, quæ scandalum generat, ad ipsum peruenerit. *s. de accu. qualiter, & 86. dist. si quid.*

c ¶ *Periculo.*] Quantùm ad exemplum: quia quod agitur à Prælatis, facile trahitur à subditis in exemplum. *s. de voto, magnæ, & 11. qu. 3. præcipuè.* Vel quoad dilapidationem, si in hoc laborat. Bern.

d ¶ *Tergiuersationes.*] Tergiuersari est in vniuersum ab accusatione desistere, vt 2. q. 3. *cap. si quem. §. notandum*: vnde potest exponi tergiuersationes, id est versutias, siue calliditates, de quibus induxit inquisitores, vt desisterent ab inquisitione.

¶ *Glos. seq. tractat de pœna collu. dicens, quòd sicut calumniosi extra ordinem, &c.*

e ¶ *Colludente.*] De collusio puniri debet pœna legibus constituta. 2. q. 3. *si quem pœnituerit*: & nihilominus inquiretur iterum de criminibus illis, vt hic dicitur, & *s. eod. cap. 1.* Omnes enim calumniosi pro qualitate commissi criminis extra ordinem puniuntur. *ff. ad Turpil. l. & in priuatis*, vt si priuatum sit crimen, officio iudicis culpa eius coercetur. *ff. eod. si quis. §. vlt. ff de præuar. l. 2.* Si verò publicum, infamis efficitur. *ff. eo. si is qui. §. vlt ff de præuar. l. 2.* Ad similitudinem istorum videtur, quòd ille esset puniendus, licet non dicatur præuaricator, seu calumniator propriè: quia non licet taliter corrumpere iudicem, aut etiam testes. *s. c. prox. si* hoc constiterit, tam ille, quàm examinatores, siue inquisitores, & testes puniri possent officio iudicis extraordinaria pœna: tamen non dicit, quod puniatur, sed iterum inquiratur de his, & aliis, vt in fine ponitur. Bernard.

f ¶ *Nouis.*] Bene dicit: Super nouis, quia de delicto vnius hominis sæpius quæri non debet. *ff. naut. cau. sta. licet, in fine, & s. de accus. de his, & cap. licet*: quia crimina semel dimissa, iterum in vltionem venire nõ patimur, 23. q. 4 *si illic, & de pœn. dist. 4. diuina clementia, & 3. q. 1. § prohibemur, & §. ab aliis delatum.*

† *Acherontin.* † *Acherontinum.*

† *Prointelle. ctu huius decretalis vide Archidiaconum, Præpositum, & Turrecrematam in c. si quem pœnituerit. 2. q. 3.*

† *Vide citatos in c. 2. j. eod.*

† *In plerisque vulgatis ita: Gregorius nonus in manuscriptis vt plurimum, vt est impressum in veteri compilatione, c. 1. eo. tit. Augustino tribuitur, verũ vnde sit sumptum, nondũ est inuentum.*

dit contra Acherontinum † Archiepiscopum inualescit, quòd dissimulare [a] ipsum vlteriùs sine scandalo [b] non valemus, nec sine periculo [c] tolerare: *& infrà.* ¶ Licèt † autem sedes Apostolica frequentibus clamoribus excitata, inquisitionem quorundam excessuum suorum duxerit committendam: propter tergiuersationes [d] tamen ipsius (vt dicitur) eodem cum inquisitoribus, & examinatoribus colludente [e], necnon corruptis testibus, & inquisitoribus ac examinatoribus supradictis: non solùm prædicti excessus remanserunt hactenus incorrecti, verumetiã peiora prioribus committere nõ expauit: *& infrà.* ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si de huiusmodi collusione, ac corruptione constiterit, ex integro super præmissis, & aliis, alioquin super nouis [f] duntaxat inquiratis, quæ videritis inquirenda.

TITVLVS XXIII.

De delictis puerorum †.

¶ Gregorius †.

¶ *Impuberes præter vitium carnis delinquere possunt: puniuntur tamen mitiùs, quàm adulti.*

DE DELICTIS PVERORVM.

¶ *Suprà visum est de quibusdam delictis: verùm quia dubitatur, an in talibus puerilis ætas implicetur, meritò annectitur hæc rubrica.*

De hac materia habetur 15. q. 1 per totum & 4. q. 3. cap. 1. & 22. q. 6. cap. paruulis. cum duobus capitulis sequentibus.

P ¶ *Veris.*] Primò ponit dictum, quod secundò reprobat ibi, *Quod meritò.* Abbas.

Casvs. Quidam volebant pueris etiã grandiusculis peccatum attribuere, nisi post xiiij. annos, cum incipiunt pubescere. Dicit Gregorius, illud meritò crederemus, si non essent alia peccata, nisi quę membris genitalibus committuntur: sed furta, mendacia, periuria sunt peccata: & puerilis ætas plena est his, veruntamen non ita punienda sunt in his, vt in maioribus puniuntur. Nota, quòd pueri doli capaces peccare possunt in multis, & puniri debent: sed non intantum, sicut maiores, & ita peccare possunt, Item omne delictum cadit in puerum, præter delictum carnis. Item ratione ætatis mitiùs agitur.

g ¶ *Grandiusculis.*] Id est, doli capacibus, videlicet vij. ann. tales enim & mentiri, & verum dicere, & cõfiteri, & negare possunt, vt dicit Aug. in epistola ad Renatum Episcopum, vt habetur in glo. *eiusq super c. de consecr. dist. 4. paruuli.*

Additio. Legitur in dialogo Gregorij de puero quinque annorum, qui iurans, & detestans, & blasphemans, à diabolo raptus fuit, secundum Hostien Ioan. And.

CAP. I.

Pueris grandiusculis [g] peccatum noluit attribuere quidam, nisi ab annis xiiij. cum pubescere [h] cœperint. Quod meritò crederemus, si nulla essent peccata, nisi quæ membris genitalibus admittuntur. Quis verò audeat affirmare furta, mendacia, & periuria non esse [i] peccata? At his plena est puerilis ætas: quamuis in eis non ita [k], vt in maioribus, punienda videantur.

h ¶ *Pubescere.*] Ante enim pubertatem, quæ in anno xiiij. solet euenire, non præsumitur de quoquam, nisi etiam malitia suppleat ætatem *s. de despons. impub. de illis & c. vlt.*

i ¶ *Non esse peccata.*] Quasi diceret, nullus: cùm iuramentum pupilli valeat. *ff. de lib. cau. l. vlt.* ergo potest peierare. Item potest committere furtum, cum est doli capax. *ff. de fur. impuberem.* Argument. *contrà. ff. de iureiurand. qui iurasse.* Sed ibi non fuit doli capax. Tenentur ergo tales pueri ex delictis. *C. si aduer. delict. l. 1. & C. de pœn. impunitas.* Argum. contra, *de consecrat. dist. 4. eas, & C. de fals. mon. l. 1. & ff. de ædil. edict. cùm autem. §. Mancipium.* Sed hoc intellige, cùm non sint doli capaces, vel quoad minorem pœnam. Laur.

¶ Alexander iij. Hermeñ. Episcopo.

¶ *Puer non debet ita seuerè puniri, sicut maior: nec pater ex delicto filij impuberis tenetur.*

CAP. II.

Referente † nobis H. intelleximus, quod cùm filius eius decennis, cum aliis pueris sagittaret, quidam nepos eiusdem H. sagitta percussus, interiit: quod idem filius eius, cùm inter alios luderet, fortuito casu dicitur peregisse: propter quod Abbas sancti Remigij à præfato H. secundùm consuetudinem illius terræ, centum solidos instantiùs requirebat [l]: *& infrà.* ¶ Vnde † quoniam in pueris relinqui solet inultum [m], quod in aliis

k ¶ *Non ita.*] Sic ergo ratione ætatis mitius agitur. *ff. de minor. auxilium. §. etiam, & l. si ex causa, indicati.* Item nota, quòd omne delictum cadit in puerum, postquam est doli capax, præter delictum carnis, *ff. ad Sill. l. 1. §. impubes, & l. excipiuntur.* Argum. contra *j. c. prox. sed ibi soluitur.*

† *Cap. 2. in tit. in 1. comp. De materia huius decretalis præter doctores hic vide plenè per Andreã Tiraquellũ tract. de pœnis temperãdis aut remitt. causa 7. & Angelum tract. de malefic. verbo, scienter.*

† *Aliàs verum quoniã, &c.*

R ¶ *Eferente.*] Impubes percutiens alium, non debet puniri pœna pecuniaria secundùm consuetudinem terræ, nec ob hoc quid potest exigi à patre. Hoc dicit. Vel sic, Pater ex delicto filij impuberis non tenetur. Primò ponitur appellantis querela. Secundò iudicis datio ibi, *Vnde.* Abbas.

Casvs. Quidam puer x. anno. dum cum aliis pueris sagittaret, quendam alium puerum fortuito casu sagitta percussit, & mortuus fuit: propter quod Abbas sancti Remigij à patre ipsius pueri centum solidos requirebat secundùm consuetudinem terræ illius, vnde dictus H. pater pueri appellauit ad Papam: super hoc scribit Papa Hermeñ. Episcopo, dicens, quia pueri non ita puniuntur secundùm leges, sicut illi, qui sunt maioris ætatis, mandat, quatenus si constiterit illum prædictum H. j. xiiij. ann. eundem excessum commisisse, prædictum Abbatem moneat, & compellat, vt ab eodem H. prædictos centum solidos propter aliquam consuetudinem non exigat, nec requirat pro temporali pœna. Nota, quod ætas excusat à tanto, sed non à toto. Item pro delicto filij minoris xiiij. annis, pœna pecuniaria pater puniri non debet.

l ¶ *Requirebat*] Vnde dictus H. ad sedẽ Apostolicã appellauit.

¶ *Glo. seq. recit. per obiect. duplicem, scilicet ad text. & ad casum: prima soluitur per expositionem litteræ, secunda dupliciter.*

m ¶ *Inultum.*] 15 q. 1. *illud*, sed illud intellige de eo, qui non est doli capax: vt de capone, inultum, id est, non perfecte vltum, vt *s. cap. proxi. ff. de min. auxilium. §. 1. & l. si ex causa §. 1. & C. de pœn. communitas. C. si aduers. delict. l. 1. & 2. & ff. de damno infect. l. damni §. si pupillus, & 21 quæst. 5. si quis suis* (?) *: veruntamen non punitur. Sed vnde hoc, quòd non punitur propter talem excessum? Non dicit, quòd non puniatur secundum iura, maximè cum daret operam licitæ rei, & esset decem annis: sed dicit, quòd propter illam consuetudinem pecuniariam illam pro temporali pœna non exigat, si erat intra xiiij. annos cum ille puer nihil habeat, & pater pro filio non est conueniendus. C. ne fil. pro pa. l. 1. nec dominus pro seruo. ff de pec. licet. §. ex furtiua.

a *Aliàs incipit, & sequitur: & ibi dicitur, quòd ex furto factũ per seruum contra dominum agitur, in quãtum factus est locupletior. Ioann. Andr.*

tiua, maximè ratione ætatis, & quia delictū extrà venit, nō ex animo; licet in culpa fuerit, & ideo noxā non cōmisit: vnde habet in integrum restitutionē, si voluerit. *C. si aduer. delict. l. 1.* & pater eius nomine petere posset, si pecuniaria pœna esset sibi imposita, *ff. de mino. pater pro filio. 1. responso.* Irregularis tñ fuit effectus, & pœna spirituali debet puniri, siue canonica. & ex eo quòd dicit, pro temporali pœna mitiùs tantùm agitur cum eo propter ætatem. s. *cap. prox.*

¶ *Glossa sequens duo ar. signat contrarium, & remittit.*

a ¶ *Infra decimū quartum annum.*] Ex hoc videtur, quòd si fuisset s. xiv. annū, quòd Abbas illā pœnam posset exigere; fortè quia habebat ibi temporalem iurisdictionem. Et potest sumi arg. ex hoc, q ab episcopo habēre regalia à principe, pro regalibus illis appellandū sit ad dominum Papam, & non ad principem; quod verum est, nisi consuetudo, aut priuilegium contrariū inducat. j. *de ap. Romana. §. debet.* [in 6.] Vel fortè Abbas hoc habuit ex consuetudine iam præscripta, vt pro homicidio pœnam pecuniariam exigat. Arg. contrà, j. *de pœnis. licet.* sed illud ibi etiam soluitur.

† *Aliàs hæc. propter vitam, &c.*

† *Vide concilium Tridentinū sess. 24. de reformat. c. 12. §. vestitu insuper. & Bernardinum Diaz in pract. crim. cano. c. 61.*

† *Est in cōcilio Agatensi. c. 55. & in cōcilio Epaunensi c. 3. referunt Burchardus lib. 2. decr. c. 213. & Iuo p. 6. c. 338. vbi tribuunt cōcilio Maldēsi, refert verò Iuo p. 5. c. 366. & p. 15. c. 30. & Gratianus, siue Palea dist. 34. c. 2. & c. 200. tit. in 1. compilatione*

† *Scilicet cōcilio Aurelian. sed habetur in synodo Francica sub Zacharia. refert Burchardus lib. 2. c. 214. Iuo p. 6. c. 289. & p. 13. c. 29. & c. 2. e. tit. in 2. cōpilat.*

prouectioris ætatis humanæ leges dicunt seueriùs corrigendū: Mandamus, quatenus si constiterit filium prædicti H. infra decimū quartū [a] ætatis suæ annum, eundem excessum commisisse; memoratum Abbatem moneas, & compellas, vt ab eodem H. prædictos centum solidos, propter † illam consuetudinem non exigat, nec ab ipso pro temporali pœna requirat.

TITVLVS XXIV.

De clerico venatore. †

¶ Ex concilio Aurelianeñ. †

¶ *Clerico prohibetur venatio, & contrà facienti pœna imponitur. Hoc dicit cum sequenti.*

CAP. I.

Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum, canes, aut accipitres, aut huiusmodi ad venandum habere non licet [b]. Quòd si quis talium personarum in hac voluptate [c] sæpius detentus fuerit: si Episcopus est, tribus mensibus à communione: si Presbyter duobus: si Diaconus, ab omni officio [d] suspendatur.

¶ Ex eodem. †

¶ *Summatum est suprà c. proximo.*

DE CLERICO venatore.

¶ *Suprà visum est de quibusdam delictis tam clericorum, quàm laicorum: nunc submittit de quibusdam delictis clericorum tantùm, scilicet de clerico venatore.*

De hac materia habetur 86 dist. in c. qui venatoribus. cum 3. cap. seq. & 34. dist. c. 1. in principio. Abbas.

Episcopum.] In prima ponitur prohibitio. In secunda pœna ibi, *Quòd si quis.* Abbas Siculus.

CASVS. Dicitur in capitulo isto, quòd Episcopus, presbyter, & diaconus aues ad venandum, aut canes habere non debent: quòd si aliquis eorum in hac voluptate sæpe inuentus fuerit, Episcopus tribus mensibus à communione, presbyter duobus, diaconus ab omni officio suspendatur. Nota, quòd clericis auium, & canum venationes causà voluptatis prohibentur. Et sic est argu. quòd hæc eadem causa necessitatis exercere possunt. Item nota hic pœnam clericorum, qui venationes exercent.

b ¶ *Non licet.*] s. *ne cleri. vel mo. c. 1. 34. dist. quorundam. 86. dist. an putatis & s. datensi. cum Apostolus. & j. c. proxi.*

¶ *Glo. seq. arg. à contrario, & illud concedit, si tria concurrant: demum distinguit quadruplicem venationem, & quartam, scilicet quæ fit ad aues, vel bestias, subdistinguit in clamosam & quietam.*

c ¶ *Voluptate.*] Ergo videtur, quòd causa necessitatis, vel recreationis licitum sit: quòd posset concedi aliis clericis, excepto Episcopo, cui omnino non licet, 34 *dist. c. 1.* dummodo clamosam venationem euitent. *86. dist. an putatis* & non sæpius, vt hic dicit, ne in consuetudinem perducatur. Quædam enim venatio dicitur oppressiua hominum, & hæc omnino illicita est. *6. dist. cap. non est peccatum. §. his itaque.* Et est adulatoria, quæ fit per verba, & hæc est illicita 85. *dist. qui venatoribus. & 49. dist. sunt nonnulli & 6. q. 1 sunt plurimi.* & est arenaria, quæ fit in arena, & mala *3. q. 6. c. infamis § tria.* Saltuosa, & clamosa licita est laicis de qua dicitur *in c. an putatis.* sed clericis omnino non licet talis venatio: sed quieta, vt dictum est, causà necessitatis, vel recreationis. Episcopo, presbytero, diacono, & subdiacono, qui cum diacono eodem gaudet priuilegio, vt s. *de ser. non ord. miramur.* ex toto prohibetur. quia de illis fit tantùm prohibitio.

¶ *Glos. seq. obijcit & soluit.*

d ¶ *Officio.*] Plùs punitur hic minor, quàm maior, quod est contra illud 40. *dist. homo Christianus. & 19. dist. nulli.* Solu. plùs punitur hic Episcopus, & presbyter, quàm diaconus: maior enim reputatur in Episcopo illa pœna, vel presbytero, quàm suspensio ab omni officio in diacono, propter maius scandalum; & magis imputatur illa pœna episcopo, vel presbytero, quàm suspensio, à beneficio in diacono, vel subdiacono: ex persona enim consideratur iniuria. *Insti. de iniur. §. atrox.* sic & pœna ex persona iudicatur parua vel magna. Ber.

CAP. II.

Omnibus seruis [e] Dei venationes, & syluaticas vagationes cum canibus, & accipitres, aut falcones interdicimus.

Omnibus seruis.] CASVS. In hoc cap. prohibetur omnibus clericis venationes, & syluaticas vagationes cum canibus exercere, & accipitres, & falcones interdicuntur eisdem. Nota, quòd omnes venationes cum canibus, & auibus clericis prohibentur.

† *Addi. For test c. 3. 21 refert Burchardus lib. 2. decret. c. 190. & Iuo p. 6. c. 235. sed in eo concilio nusquam reperitur.*

e ¶ *Omnibus seruis.*] i. clericis, qui specialiter dicuntur serui Dei, qui in sortē domini ad eius obsequium specialiter sunt assumpti. & s. *de praben. cum secundum Apostolum. & 21. dist. in. cleros, & clericos.*

TITVLVS XXV.

De Clerico percussore.

¶ Ex concilio Agatheñ. †

¶ *Clericus sæpe alium percutiens, & monitus non desistens, deponendus est.*

CAP. I.

Si quis in aliquo gradu sacro percussor extiterit [f], corripiatur à crimine: & si se non emendauerit [g], deponatur.

¶ Gregorius † Tarentiñ. Episcopo.

¶ *Duobus mensibus à Missarum administratione suspenditur Episcopus, qui crudeliter aliquem fustigari fecit.*

† *Gregorius li. 2. registri epist. 44. c. 83. indict. 11. refert Burchardus lib. 1. decr. c. 195. & Iuo p. 5. c. 318. & c. 2. eod. tit. in 1. compilat.*

CAP. II.

Præterea [h], quoniam mulierem propter delictum suum contra ordinem Sacerdotij cædi crudeliter [h] fustibus deputasti: Quam licèt exinde (cùm post octo [i] menses decesserit) minimè arbitrantur fuisse defunctam: Tamen quia ad ordinem tuum noluisti habere respe-

DE CLERICO percussore

¶ *Continuata est in præcedentem.*

De hac materia habetur 45. dist. & 1. q. vlt. si quis omnem. & 86. dist. in §. pe. & c. non liceat. Abbas.

Si quis.] CASVS. Si aliquis in sacro gradu percussor extiterit, corripiatur: & si se nō emendauerit, deponatur. Nota, quod clerici percussores esse non debent.

f ¶ *Percussor extiterit.*] Tales enim percussores esse non debent 45. *dist. c. 1. & c. episcopum.* vbi illi in sacro ordine constituti, percussores esse prohibentur: & quasi per totum. & 86. *dist. non licet. & in Authent. de sanc. epi. §. sed neque. coll. 9. quam habes. C. de epis. & cler. Authen. sed neque.*

¶ *Gl. seq. ar. à contrario specialiter: & generaliter: secundò declarat textum.*

g ¶ *Si non emendauerit.*]Ergo si emendauerit, non deponitur. sic 35. *dist. c. 1. & est arg.* quod non quodlibet mortale semel commissum sufficit ad damnationem. *arg. ea. dist. c. 1. & vlt.* & intelligo de eo, qui in vsu habuit percutere in ludo noxio, qui non caret culpa. *ff. ad leg. Aquil. nam ludus.* alioquin crimen percussionis semel commissum non sufficit ad depositionem, vt hìc patet. ita tamen quòd ex tali percussione non procedatur ad enormem læsionem, quia sic deponeretur. 55. *dist. si Euangelica. & j. c. prox arg.*

Præterea.]Summatur sic: Non potest Episcopus grauem verberum pœnam imponere. Et primò ponit episcopi sæuitiam. Secundò ibi, *Quam licèt.* excusat illum à morte. Tertio illum punit ibi, *Tamen quia.* Abbas Siculus.

CASVS. Episcopus Tarentinus fecit cædi fustibus quandam mulierem contra ordinem sacerdotij, quæ post viij. menses decessit, sed non propter illam percussionem: peruenit hoc ad notitiam Papæ; vnde ipse præcipit illum duobus mensibus ab administratione Missarum abstinere; quia ad ordinem suum noluit habere respectum. Not. quòd Episcopus non debet esse percussor nec per se, nec per alium indebitò modò.

h ¶ *Crudeliter.*] Quod facere non debuit: sed moderatè. *arg. s. de rapt. in archiepiscopatu. & 45. di. cùm beatus. & ff. ad l. Aquil. præceptoris, & j. de sen. excom. cum voluntate. & 23. q. 5. c. 1. versus fin. Ber.*

i ¶ *Post octo menses.*]Ex temporis prolixitate præsumitur, quòd non ex illa percussione defuncta sit: & econuerso ex temporis breuitate contrarium præsumitur. 50. *dist. si qua fœmina.* si .n. occasionem mortis dedisset, in perpetuum debere abstinere. s.

de homi. de caetero. & 50. dist. studeat. Et hic est ar. contra Bar. qui dixit in c. studeat. dum presbyterum non teneri de occiso, seu de vulnerato, si de casu interim, & casus ex percussione processit. *ff. ad legem Aquil. qui occidit §. vlt. Bar.*

a ¶ *Duobus.*]. *tit. prox. c. 1.* si enim percuteret, vt per hoc timeri vellet, ab officio suo debet repelli. *45. dist. Episcopum.* Ber.

PRaesentium.] Duobus annis à Missarum celebratione suspenditur presbyter, qui associat repellentes violentiam in conflictu, vbi aliqui mortui sunt, & lapides proiecit, licet nullum percusserit. Hoc dicit iuxta litteram. Primò narrat factum. Secundò ibi. *Quem nos.* temporaliter punit. Tertiò post tempus admittit ibi, *Mandamus.* Abbas.

CASVS. Quidam presbyter fuit in quodam conflictu pro parte illorum, qui violentiam repellebant, in quo conflictu lapides proiecit, sed aliquem non percussit: aliqui occisi fuerunt illic per alios: dubitauit sacerdos, an esset ei imputandum: accessit ad Papam: ipse intellecta eius confessione praecipit illum abstinere à celebratione Missarum per bienniũ, ita quòd si aliud non impediat, ex tunc suum officium exequatur. No. quòd in dubijs tutior via eligenda est. Item clerici conflictibus interesse non debent: vnde punitur ad cautelam, & sic est arg. quòd aliquis punitur ex alterius culpa.

b ¶ *Repellebant.*] Ideo rei licitae operam dedisse videtur; quia licitum est se defendere.]. *de sen. excom. ex tenore.* & violentiam repellere. *23. q. 5. fortitudo. & c. si quis. & c. non inferenda.* sed clerici non licet. *46. dist. seditionarios.* De hoc dixi]. *de homi. significasti.*

¶ *Glossa sequens signat contrarium & soluit.*

c ¶ *Proiecit.*] Vnde dubium videri poterat, an fuisset in culpa, vel non. Contrà, *arg. 23. q. vlt. c. vl. 50. dist. si quis viduam. &]. de cler. pu. in duello. c. vlt.* sed ille aliquem non percussit, vt supra dicit, & hoc non constabat. Intellige, alias si dubium esset, repelleretur, vt dicunt contraria praedicta. *arg. ad hoc. ff. de testa. in. duo sunt. & ff. de manu. testa. cum ex pluribus. 14. dist. quando. & c. nullus. & 2. q. 5. omnibus* B.

d ¶ *Abstinere.*] Ad cautelam saltem, & vt clerici tales conflictus euitent. & est arg. quod aliqui puniuntur ex alterius facto, vel culpa.

[margin: † Cap. 3. eius tit. in 1. comp. & pa. 1 contra. Later. p. 26. c. 11.]

[margin: † In codice Barbatiae, vt & in impressis in antiquis, verba: ad suã officij executionem admittas. Contra & aliã ita ad suum officij executionem admittas.]

[margin: † Cap. 1. tit. de clerico percussore in 2. compilat.]

[margin: a Vide citatas in d. c. significasti.]. de homi. id. vnde haec plenius intelliges.]

[margin: b De hoc videto latius hic Hostiensem. Io. And. & alios.]

ctum, duobus[a] te mensibus ab administratione Missarum statuimus abstinere.

¶ Alexan. iij. Lucen. Episcopo.

¶ *Non punitur Clericus vt homicida, si fuit, ipse in conflictu pro parte violentiam repellentium: licet ibi aliqui mortui sint, & ipse lapides proiecit, ex quo nullũ ipse percussit.*

CAP. III.

PRaesentium † lator in quodam conflictu asserit se fuisse, pro parte tamen illorum, qui violentiam repellebant[b]: in quo lapides ipse proiecit[c], sed aliquem non percussit: Quem nos (quia per alios illic aliqui dicuntur occisi) à celebratione Missarum per biennium praecipimus abstinere[d]. Mandamus itaque, vt si alia non impedierint, decurso huiusmodi temporis spatio, ad sui † eum officij executionem admittas.

¶ Caelestinus tertius.

¶ *Clericus, qui fuit in conflictu, vbi aliqui fuerunt occisi sine eius facto, vel consilio, de iure communi promoueri potest. Hoc dicit secundum intellectum, qui plus placet. Panor.*

CAP. IV.

COntinentia † litterarum: & *infra.* ¶ Cùm P. Acolythus cum quibusdam ad resistendum[e] praedonibus arma sumpsisset, in conflictu illo tres fuerũt ab aliis vulnerati ad mortem: ita tamen quòd illa homicidia neque facto[f] eius, neque consilio perpetrata fuerunt: & *infra.* ¶ Consultationi tuae taliter respondemus, quòd cũ praedictum Acolythum ad frugem melioris vitae transiisse dicatis, poterit ipse ad Subdiaconatus[g] ordinem promoueri, & altaris ministerium exercere.

COntinentia] Hoc c. legitur duobus modis, sicut. c. praecedens. Vno modo, quòd dispensatiue ille potuit promoueri: Alio modo, quòd de iure communi: & secundum hunc intellectum, qui mihi plus placet. hoc dicit, vt in rubrica. Communis diuisio. Secundò ibi, *Consultationi.* Abbas.

CASVS. Quidam acolythus P. nomine arma sumpsit ad resistendum praedonibus, & in illo conflictu tres fuerunt vulnerati ad mortem; tamen homicidia illa neque eius facto, neque consilio eius perpetrata fuerunt: tandem acolythus ille ad religionem transiuit: volebat promoueri ad sacros ordines: quaesitum fuit à Papa, an posset? Respondet, quod cùm ad frugem melioris vitae transierit, poterit ad subdiaconatus ordinem promoueri, & altaris ministerium exercere. Nota, quod non debent clerici interesse talibus conflictibus: vnde ille punitus fuit, licèt culpabilis non fuerit, sed ad cautelam potius.

e ¶ *Ad resistendum.*] Quod licet.]. *c. prox. vbi de hoc cum suis concordantiis.*

f ¶ *Neque facto.*] *arg. 50. d. si quis viduã. &]. de cle. pug. in duel. c. vlt.*

¶ *Glo. seq. reci. per quaest. rationis.*

g ¶ *Ad Subdiaconatus.*] Et non vltra. licèt ergo dispensetur cum illo in subdiaconatu, non tamen poterit promoueri ad superiores ordines. Iste enim fuit in culpa assumendo arma, quod ei non licuit. *16. q. 3. porrò & 23. q. vlt. c. quicunque.* nam lacrymae, & orationes sunt arma clericorum. *23. qu. 8. conuenior.* etiam contra hostes.]. *de voto. ex multa.* vnde punitur. quia sine dispensatione non promouetur, etiam fauore religionis cum eo facilius dispensatur. *suprà de aposta. cap. 2.*

TITVLVS XXVI.

De maledicis. †

¶ Clemens tertius.

¶ *Maledicens Papa puniendus est, vt alij deinceps deterreantur, & ipse arceatur.*

CAP. I.

INnotuit † nobis: & *infra.* ¶ Quia nobis per litteras retulisti, quòd I. Clericus multis coram astantibus, verba quaedam in depressionem[h] officij, & beneficij nostri protulit, ipsum à temeritate[i] sua compescas: Vt poena illius, aliis terrorem[k] incutiat: ne de caetero contra Romanam Ecclesiam in talia verba prorumpant.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Hic ponitur poena blasphemantis Deum, vel aliquem Sanctum, & maximè Virginem gloriosissimam.*

DE MALEDICIS.

¶ *Quia alia percussio fit, putà manu; alia lingua, cùm maledici & detractores quodammodo percutiant, & suprà visum est de percutientibus manus, meritò subdit de percutientibus lingua. Abbas.*

De hac materia habetur 46. dist. & 24. q. 3. per totũ. 25. dist. §. a. sic eadem. in fin. &]. in rub. de pa. verb. quamuis maledici.

INnotuit.] Primò ponit culpam. Secundò illam puniri mandat. Tertiò ponit causam. Secunda ibi, *Ipsum.* Tertia ibi, *Vt poena.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam clericus in praesentia multorum quaedam verba protulit in contemptũ, & depressionem officij, & beneficij domini Papae: hoc significatũ fuit ei, & mandat cuidam, vt illum clericum à sua temeritate compescat, sic quòd poena illius sit aliis in terrorem, ne de caetero contra Romanam Ecclesiam in verba talia prorumpant. Nota, quòd principi suo, seu praelato suo nemo maledicere debet. Item poena vnius debet esse metus multorum.

[margin: † In codice Barbatiae, & in aliis manuscriptis Vaticanis ita: De clerico maledico.]

[margin: † Ca. vnico. ti. de verbo maledico in 1. compilat. Et praeter doctores hic, vide Bald. & alios in l. 1. C. si quis imperatori maledixerit & Barrandinum Diaz in pract. crim. cap. 60.]

h ¶ *In depressionem.*] Et male: quia principi nemo maledicere debet. *23. q. 1. paratus.* & non solum principi detrahi non debet, immo nec fratribus. *6. q. 1. summa.* & detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. *23. q. 4. minimum. & c. qui peccat. & de pen. dist. 1. homicidiorum. argum.]. de excess. praela. quàm sit graue.*

¶ *Glo. seq. obijcit, & dupliciter sibi respondens ad contraria.*

i ¶ *A temeritate.*] Id est, pertinacia. *11. q. 1 si quis sacerdotum.* Arg. contra. quod enim ex temeritate, siue calore iracundiae fit, veniam meretur *2. q. 3. c. si quem. §. notandum & §. si quis iratus. C. de summis ran. l. 2.* Et dicit Imperator, si quis putauerit nostra nomina lacessanda, si hoc ex leuitate, contemnendum est, si ab insania, miseratione dignum: si ab iniuria, remittendum. *C. si quis impera. maledi. l. vnica. & 23. q. 4. inter querelas & C. de episc. & cle. si quis in hoc.* Quare ergo mandat Papa, quòd compescat contra iura praedicta? Sed Papa non mandat hic puniri propriam iniuriam ratione personae, sed quatenus contingit Romanam Ecclesiam, quam etiam iniuriam remittere non posset. *63. dist. Salonitanae.* in quo casu loquitur *23. quaest. 4. Guilisarius & cap. si is qui.* Vel potest dici, quod aliquis bene potest puniri iniuriam sibi factam à subdito suo, maximè cum nullum habeat superiorem, vt hic, & arg. *45. dist. & qui emendat.* & praedicta iura loquuntur de benignitate, seu de mansuetudine; quia nullus tenetur remittere iniuriam sine satisfactione, nisi velit: sed rancorem, sic *de poenit. dist. 5. c. vlt. & 23. q. 4. sic illi. 90. dist. si quis contristatus.*

k ¶ *Terrorem.*] Sic. n. poena vnius debet esse metus alterius. *3. q. 7. quapropter. &]. de iudic. ad liberandam.* vbi de hoc, &]. *de calum. c. 2.*

Statui

STatuimus.] Primò ponit pœnam ecclesiastici iudicis. Secundo sæcularis ibi, *Per temporalem.* Abbas.

CASVS. Statuitur in capitulo isto, qualiter puniri debeant, qui publice blasphemiã dicere præsumpserint cõtra Deũ & aliquem Sanctorũ eius, & præcipue contra beatã Virginẽ. & per Episcopũ suum pœna ista est imponenda, prout inferius adnotatur. Si verò aliquis pœnã istã recipere noluerit, Ecclesiæ sibi interdicatur ingressus: & in obitu careat ecclesiastica sepultura. Itẽ si blasphemus diues fuerit, per temporalem Potestatem mulctetur pœna quadraginta solidorũ, alioquin xxx. siue xx. & si ad hoc non sufficit, v. solidorum vsualis monetæ pœna mulctetur, nullã in hoc misericordiam habiturus: & si Potestas hoc nõ fecerit, per Epm cõpellatur: & hoc statutũ ponat inter alia statuta cõitatum. Not. q contra Deum, & alios Sãctos, & præcipue beatã Virginem in blasphemiam nemo prorumpere debet: alias punitur, prout hic dr. Item arg. q pœnæ possunt commutari. Itẽ arguitur, q vna iurisdictio iuuatur per aliam. Item vbi iudex sæcularis negligit facere iustitiam, per Epm debet ad hoc compelli.

¶ Glo. se. ggrauat blasphemiam per text. can. & per r...ionem, subdens pœnam legis, & canonis.

a ¶ Blasphemiam.] Qui blasphemiam dicit in Deum, siue in Spiritum sanctũ, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro remittetur. c. 15. di. qualis. supple nisi pœniteat. & longe grauius est æternam, q temporalem lædere maiestatẽ. j. de hær. vergentis. Sed qui contra temporalẽ maiestatem delinquit, punitur. j. eo. c. prox. & 6. q. 1. c. quæro. §. verum. C. ad le. Iul. maiest. l. si quis cũ militibus. ergo multo fort ĩn illi puniẽdi sunt, & grauius: quia maiora delicta maioribus pœnis sunt puniẽda, & in delicto æquali decet proximas esse pœnas. in Authent. vt fra. fil. col. 9. versu fi. & quia hoc est grauius, q in c. pr. punitur grauius, qa grauius cõmissum intelligitur. 24. q. 1. nõ afferamus. in fi. & secũdum leges vltimo supplicio punitur, in Authen. vt nõ lux. contra na. coll. 6. §. 1. sed secũdum canones olim laicus excõmunicabatur, clericus deponebatur. 22. q. 1. si quis per capillum.

b ¶ Ingressurus.] Quia qui peccat in Deum, peccat in eius ecclesiam: & econuerso: vnde priuatur eius ingressu. sic 12. q. 2. de viro. & 17. q. 4. frater. nec debet eis pœna remitti, qui in Deum peccant. 63. dist. Salonitana. & 23. q. 3. si ii qui.

c ¶ Facultates.] Sic j. de voto. cap. 2.

d ¶ Commutetur.] Arg. de commutatione pœnæ 82. dist. presbyter. & 22. q. 4. innocent. De hoc dixi j. de vo. c. 1. Bern.

e ¶ Potestatem.] Arg. quod vna iurisdictio per aliam iuuatur. 10. dist. quoniam idem. & 96. dist. cum ad verum. & 17. dist. nec licuit. j. de offi. ordi. quoniam in plerisque. in fine.

f ¶ Contra eum.] Id est, Potestatem. & ita habes hic, quod si iudex sec. daris negligit facere iustitiam, potest compelli per ecclesiam. 23. q. 5. administratores, & 96. dist. cum ad verum.

g ¶ Vsualis monetæ.] Idem esset, si hoc non fuisset adiectum, vt de moneta, quæ in vsu habetur, soluatur secundum consuetudinem loci. ff. de leg. 1. si seruus. §. si numerum. & ff. de leg. 3. l. nummis. & ff. de fun. instru. l. cum de lanionis. §. asinam. in fin. Bernard.

DE CLERICO EXCOMMVN. &c.

¶ Suprà visum est de varis delictis, propter quæ interdum clerici suspenduntur, & interdum deponuntur, & interdum excommunicantur, sed quia quandoque clerici depositi excommunicati, vel suspensi celebrant, & ingerunt se diuinis sicut prius, & posset dubitari de pœna eis infligenda ex hoc nouo delicto, ideo &c.

De hac materia habetur 11. q. 3. placuit. & in c. penult. 50. dist. accedens. Abbas.

† De materia huius decretalis vide Bernardinũ Diaz in prac. crim. cano. c. 103. Albertinum trac. de agnos. assert. q. 27. & Couarruuiã in c. quãuis pactum. de pactis in 1. p. relectio. §. 7.

† Alias ita: septẽque præcedentibus sex feriis, vel subsequentibus in pane, &c.

a Hoc dictũ qualiter sit intelligendũ, plenissime docet B. Thomas 2. 2. q. 14. art. 3. & Dominicus Sotus lib. 4. sent. dis. 15 q. 1. art. 1.

b Adde ad hoc, quod not. Bar. in l. iuũ apud Labeonẽ. §. ais prætor. ff. de iniu. Ange. in l. quęcũque. §. tandem ff. de hæred. insti.

c De materia huius gl. vide doctores in l. Pauhus. ff. de solu.

CAP. II.

STatuimus †, vt si quis contra Deum, vel aliquem Sanctorum suorum, & maximè beatam Virginem linguam in blasphemiam [a] publicè relaxare præsumpserit, per Episcopum suum pœnæ subdatur inferiùs adnotatæ: videlicet, vt septem diebus Dominicis, præ foribus Ecclesiæ in manifesto, dum aguntur Missarum solemnia, blasphemus existens, vltimo illorum die Dominico, pallium, & calciamenta non habeat ligatos corrigia circa collum, septémque † præcedentibus sextis feriis in pane ieiunet, & aqua, ecclesiam nullatenus ingressurus [b]: Quolibet quoque prædictorum dierum tres, si poterit, alioquin duos reficiat pauperes, siue vnum: Et si nec ad hoc eius suppetant facultates [c], id in pœnam aliam commutetur [d], cui etiam, si renuerit recipere, ac peragere pœnitentiam supradictam, Ecclesiæ interdicatur ingressus, & in obitu Ecclesiastica careat sepultura.

¶ Per temporalem præterea Potestatem [e], coactione (si necesse fuerit) Episcopi diœcesani adhibita contra [f] eum, blasphemus, si diues fuerit, quadraginta solidorum, alioquin triginta, siue viginti, & si ad id non sufficiat, quinque solidorum vsualis monetæ [g] pœna mulctetur: nullam in hoc misericordiã habiturus: quòd etiam inter alia communitatum statuta ponatur.

TITVLVS XXVII.

De clerico excommunicato, deposito †, vel interdicto ministrante.

¶ Ex canone Apostolorum. †

¶ *Clericus depositus celebrans excommunicatur.*

CAP. I.

SI quis Episcopus, Presbyter, vel Diaconus [h] depositus iustè [i] pro certis criminibus ausus fuerit attrectare ministerium sibi dudum commissum, hic ab Ecclesia [k] abscindatur.

¶ Ex concilio Antiocheno.

¶ *Degradatus, vel suspensus celebrans, & monitus non desistens excommunicatur: & si nec sic desistat, per sæcularem Potestatem ad requisitionem Ecclesiæ exilio damnatur.*

CAP. II.

SI † quis Presbyter, aut alius Clericus fuerit degradatus [l], aut ab officio pro certis criminibus suspensus: & ipse per contemptum & superbiã aliquid de ministerio sibi interdicto agere præsumpserit [m], & postea ab Episcopo suo correptus, in incœpta præsumptione perdurauerit, modis omnibus excommunicetur: & quicunque cum eo cõicauerit, similiter se sciat esse

SI quis.] CASVS. Statutum est in canone Apostolorũ, quòd si quis Episcopus, presbyter, diaconus iuste depositus fuerit pro certis criminibus, & postea ausus fuerit attrectare ministerium sibi ante depositionem commissum, ab ecclesia abscindatur. Not. quòd depositus diuinum ministerium vlterius attrectare non debet, alias punitur, vt hic dicitur.

¶ Glos. sequens recit. per quæstionem.

h ¶ Diaconus.] Idem est de omnibus aliis. j. c. prox. & 11. q. 3. Episcopus.

i ¶ Iuste.] Idem esset, si iniuste, nisi prius restitutus fuisset. 11. q. 3. ipsi. dũmodo sententia non sit lata cõtra ordinẽ iuris: quia tunc nulla est sententia. 2. q. 6. c. si qui. §. diffinitiua. j. vt lit. non conte. accedens. 1.

¶ Glo. seq. signat contrarium.

k ¶ Ab Ecclesia.] Arg. contra. 2. q. 5. quæ de causa. sed ibi dispensatum fuit. 63. dist. Salonitana.

SI quis.] In prima ponit pœnam. In secunda aggrauat ibi, Quod si. Abbas.

CASVS. Statutum fuit in concilio Antiocheno, quòd si presbyter, aut alius clericus degradatus fuerit, aut ab officio pro certis criminibus suspensus & ipse postmodum per contemptum, & per superbiam aliquid de ministerio sibi prohibito agere præsumpserit, si ab episcopo suo admonitus non destiterit, excommunicetur, & qui ei participauerint, erunt excommunicati: & similiter qui participauerint clericis, vel laicis, vel fœminis excommunicatis, excommunicati sunt. Si verò aliquis ista contempserit, & Episcopus illum corrigere non poterit, inuocetur auxilium Regis, & exilio damnetur. Not. quod clericus depositus vel suspensus ab Episcopo suo ministerium diuinum agere non debet. Item qui per Ecclesiam non corrigitur, per sæcularem potestatem ad requisitionem episcopi corrigatur.

l ¶ Degradatus.] A suo Episcopo, adiunctis sibi aliis 6. sex episcopis in degradatione presbyteri. 15. q. 7. felix. & c. si autem. Sed pone degradatum celebrare, nunquid conficit? Videtur, q sic, quia ordinem non amisit. 20. q. 3. ut qui. 1. q. 1. quod quidam. & de conse. dist. 4. ostenditur. 11. q. 7. licite. Arg. contra. 50. dist. accedens. 11. q. 3. episcopus. 81. dist. dictum, 23. q. vlt. clerici. 54. dist. c. 1. R. dixit, quod talis non [e] conficit: potuit enim Ecclesia ei auferre illam potestatem, quam contulit: quamuis non possit character auferri, sicut nec insignia militis. Lau. Ala. & T. dicunt (& melius) quòd bene cõficit depositus, sicut hæreticus. arg. 1. q. 1. neque. & c. quod quidã. nec Papa potuit auferre illam virtutem: & hoc verum credo: vnde talis excommunicatur, vt j. dicitur, quia facit rem sibi prohibitam.

m ¶ Præsumpserint.] Quasi in officio suo, vt prius: quòd non licet. 11. q. 3. si quis episcopus in concilio. & 28. distinct. presbyterum. In modum enim priuati suffragij potest dicere horas suas, quod etiam potest laicus. arg. eo. j. de pœnit. & remissio. quod in se.

† Dicitur depositio, deest in aliquot antiquis.

† Addi potest c. 58. ex Theodoro Balsamone, refertur. c. 1. eo. tit. in 1. comp.

d Vide concil. Trid. sessio. 13. de reforma. c. 4. incip. Cum verò.

e Hic est error, & sententia, quam sequitur post Bernardus, est vera, & catholica, quã sequuntur Theologi una consensione lib. 4. sen dist. 13. & B. Thom. 3. p. q. 82. art. 8.

f De hoc articulo vide citatos in c. illud infra supra gl. ipsa, in verbo, officia.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. comp.

a ¶ *Excommunicatum.*] Ipso iure. *11.q.3.cum excommunicato.* & intellige de minori.

b ¶ *Obseruandū est.*] Vt talibus nullus cōmunicet: aliàs similiter sunt excōicati minori excōicatione. *11.q.3. excōicatos.* & nisi desliterint, sunt excōicandi. *j. de sent. excom. quod in dubijs. §. 2. & j. eod. si celebrat. in fi.*

excommunicatū[a]. ¶Similiter de Clericis, Laicis, vel fœminis excommunicatis obseruandum[b] est. Quòd si aliquis ista omnia contempserit, & Episcopus minimè emendare potuerit; Regis iudicio[c], ad requisitionem Ecclesiæ, exilio damnetur.

¶ Alexander iij. London. Episcopo.

¶ Interdictus, & excommunicatus celebrans, monitus non desistens, deponitur.

CAP. III.

Clerici † autem, si qui à suis, aut etiam de mandato Romani Pontificis ab alienis Episcopis interdicti, vel excommunicati, ante absolutionem diuina officia celebrauerint: nisi moniti[d] sine dilatione redierint, perpetuæ depositionis sententiam pro ausu tantæ temeritatis incurrant.

† *Ca. 3. eo. ti. in 1. compilatione. & post concilium Later. sub Alex. iij. p. 26. c. 10.*

¶ Idem Toletano Archiepiscopo.

¶ Excommunicati, vel interdicti celebrantes deponi debent: nisi propter multitudinem mitigetur pœna.

CAP. IV.

c ¶ *Regis iudicio.*] Vbi enim Ecclesia per se proficere nō potest, inuocandum est auxiliū sæculare: vt hic dicit, & *s. de off. ord. c. 1. & c. quoniam in plerisque, in fine. & 17. di. nec licuit. 11. q. 1. petimus.* & ita vtraque potestas per alteram iuuari debet. *s. tit. prox. c. 2.* vbi de hoc & potest per Ecclesiam compelli, vt ibi dicitur.

Clerici autem, *&c.*] Casus. Dicitur hic quòd si aliquid clerici ab Episcopis suis aut etiā de mādato Papæ ab alienis Episcopis interdicti, vel excōmunicati fuerint, & ante absolutionē diuina officia celebrauerint, nisi moniti incontinenti redierint, perpetuò pro ausu tantæ præsumptionis deponantur. Nota, quòd monitio semper debet præcedere vindictam. Itē nota hic pœnam illorū, qui excommunicati, vel interdicti celebrant: scilicet, perpetuam depositionem.

¶ *Glo. seq. tria facit. ar. à contrario, & contra id obiicit, & soluit. Secundò quærit, arg. ad affirmatiuam, soluit negatiuè. Tertiò iterum quærit: ponit opinionem Hug. cui obiicit decre. Episcopus, & respondet.*

d ¶ *Moniti*] Ergo videtur, q̄ si emendare se voluit, non deponētur; sed hoc intellige dictū dispensatiue, & ita nō contradicit *j. c. prox. & alia c. se.* & sic patet, q̄ quicunq; celebrat excōicatus, vel ab officio suspensus, priuari debet de iure, officio, & beneficio, & deponi et. Sed nūquid Episcopus potest cū talibus dispēsare, siue Legatus de latere domini Papæ missus? ar. q̄ Legatus possit, q̄a vicē gerit delegātis, & absoluit excōicatos, quorū absolutio sedi Apostolicæ reseruatur. *s. de offi. leg. quod translationem & j. de sen. excō. quāmuis. & c. ad eminentiam.* dicas ergo, quòd nec Eps, nec etiam synodus in hoc dispensare potest. *11. q. 3 si quis Episcopus damnatur. & c. se. ar. j. de eo, qui fur. ord. re. c. 1. & 2. q. 5. quia de causa*[a], nec etiam Legatus licet possit absoluere excōmunicatum, & sic solus Papa hic dispēsat. Et hoc hodie expressum est in duabus decreta. Inno. iiij *s. de sen. & re iudi. cùm æterni. & j. de sen. excom. cùm medicinalis.* [*lib 6.*] Sed pōt quæri, vtrum idem sit in deposito, vt solus Papa ipsum restituat? Hug. dicit, q̄ solus Papa hoc potest: & probatur *7. q. 1 si quis presbyter.* tñ cum distinctione, si Episcopus ipsum deposuit tñ cum alijs Episcopus à sacerdotio, potest eum recipere in inferioribus ordinibus, & sic de alijs ordinibus. *ar. 15. q. 8. qui admisit. & c. si quis presbyter.* Si verò depositus est ab omnibus ordinibus, solus Papa ipsum restituit. Sed contrà *ar. habes 11. q. 3. Episcopus.* ibi dicitur, quod si in secunda synodo innocens inueniatur, non potest esse, quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat de manu Episcoporum. Sed illud intelligitur, cum iniustè depositus fuit, putà, per falsos testes, vel falsa instrumenta; vnde dicitur ibi, si innocens inueniatur. Sed vbi iustè pro crimine depositus est, solus Papa tales restituit.

a *Istud c. & c. quanto. videntur facere contra: quia ibi dispensat inferior: sed illud fit auctoritate Papæ. Io. And.*

Latores.] In prima ponitur narratio, & decisa supplicatio. In secunda ibi, *Fraternitati tuæ.* distinguens commissio. Secundum membrum ibi, *Si verò.*

Casus. Quidā presbyteri accedentes ad Papā, intimauerunt ei, q̄ tā ipsi, q̄ multi alij postquā interdicti, & excōmunicati fuerūt, diuina officia celebrarunt. vnde mādat Papa Archiepiscopo Toletano, q̄ si quadraginta solummodo, vel pauciores in hoc deliquerūt, omnes eū perpetuū ab officio sacerdotali deponat Si verò multitudinē magnā in hoc peccasse constiterit, illos deponat, qui causam delicti dederunt: alios, qui nō tantùm deliquerunt, ab officio suspēdat ad tēpus, & omnibus, secundùm quod sibi visum fuerit, pœnitentiā iniungat. Nota vltra quadraginta multitudinē appellari. Item qui excommunicati, vel interdicti celebrant, sunt deponendi. Item vbi maior est culpa, maior debet exerceri vindicta. Item multitudini parcendum est. Vnde versus:

Ob populum multum crimen pertransit inultum.

Item pœnitentia est arbitraria.

Latores † præsentium nobis intimârunt, quòd tam ipsi quam multi alij, postquam interdicti, vel excommunicati fuerunt, diuina præsumpserunt officia celebrare: *& infra.* ¶Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si quadraginta solummodo, vel pauciores in his deliquisse constiterit, omnes in perpetuum ab officio Sacerdotali deponas[e]. Si verò multitudinem[f] magnam in hoc peccasse cognoueris, eos, quos magis[g] causam delicti esse constiterit, perpetua depositione condemnes: & alios, qui non tantùm deliquerunt, ab officio[h] ad tempus suspendas: & omnibus pœnitentiam, secundùm discretionem[i] tibi à Deo datam, iniungas.

† *Ca. 4. eo. ti. in 1. compil. & post concilii Later. p. 50. cap. 52. Vide Bernardinum Diaz in pra. crim. ca. c. 28.*

b *De materia huius glossæ latè hic præ alijs Henricus Boich. quem videas.*

¶ Innocentius iij. Herbipolen. Capitulo.

¶ Si habens notitiam excommunicationis per solam famam celebrat, debet de rigore deponi; licèt cum eo possit misericorditer dispensari. Hoc dicit: & est casus notabilis.

CAP. V.

Illud † Dominus in beato

† *C. 1. eo. tit. in 3. compilatione: alia pars huius decretalis est in cap. illud Dominus. s. de maiorit. & obedientia.*

e ¶ *Deponas.*] Ecce pœna illorū, qui excōicati, suspensi, vel interdicti diuina officia celebrāt, vt dictum est *s. c. prox.*

f ¶ *Multitudinē.*] Hic ergo nō parcitur multitudini. *ar. contra. 50. dist. vt constitueretur. & 44. dist. comessationes. 9. q. 1. ordinationes. & s. de temp. or. c. 2.* vbi de hoc *& 23. q. 4. non potest. & cap. ipsa pietas. 1. q. 7. quotiens.* sed ista cōtraria locū habēt, vbi scādalū timet, & multorū strages iacet, si seruetur rigor: aliàs si nō cōtemnatur disciplina Ecclesiæ in populis, sed vt patiēter sustineat, tunc ferienda est multitudo. *23 q. 3. non potest. in fin. & de pœni. dist. 6. in fi.* Item habes hic, q̄ vltra 40. dicuntur multi. sic *s. de testi. cum causam.* Et secundùm has decre. interpretamur illam *s. de rescrip. sedes. & ff. de testi. l. 1. in fin.* Aliquando etiam duo dicūtur multi. *Inst. de int. persona. in fin. arg.* Aliquando etiam xxiij. milia pauci dicuntur. *45. dist. disciplina. 23. q. 4. quod autem.* Multa igitur, & pauca in respectu dicuntur.

g ¶ *Magis.*] Hi enim magis peccāt, & ideo magis puniendi sunt. *86. di. tanta & 24. q. 3. qui aliorum.* & in quo maior est culpa, maior debet exerceri vindicta. *s. de hære. excommunicamus. §. credentes.* vbi de hoc plures inuenies concordantias.

¶ *Gl. se. tres quæstiones format, & illas sol. & contra vlt. sol. arguit.*

h ¶ *Ab officio.*] Et etiam à beneficio, quia vbi vnum ꝑper alterū, vtrobique tantùm vnum. *86 di. eos.* Quid si Episcopus dicat: Suspendo te à beneficio, nunquid potest celebrare? Ita quidem, si suspendit ipsum tantū à beneficio. Itē poteritne beneficium acquirere? Ita, quia non intelligitur illū à beneficio suspēdisse, nisi quoad se nisi specialiter feratur sentētia, vel remoueatur ab officio: tunc cū beneficiū sequela est: & ideo remouetur ab illo. vt *s. de appellatio. pastoralis. ar. prædicti capituli. eos. & c. præcedentis.* nisi specialiter ei conseruaretur. *23. dist. c. presbyterum. & 50. di. c. studeat. & c. accedens.* Quid si Episcopus ita dicat: Suspendo te ab officio, vel beneficio, nunquid debeo abstinere ab vtroque? Ita credo saltem propter dubium, *ar. j. eo. c. prox. C. de verb. sig. cùm quidam. & de conse. di. 2. in calice. ar. ff. de reb. dub. si is qui ducenta. § cùm ita. arg.* quo à neutro suspensus est, propter dubium. *ff. de testa. tu. duo sunt. & ff. de manumis. test. cùm ex pluribus.*

i ¶ *Secundùm discretionem.*] Et ita pœnitentia arbitraria est. *26. q. 7. tempora pœnitudinis.* & fit hæc dispensatio auctoritate domini Papæ, quia per se non posset, vt dictum est in *prox. cap.*

Illud Dominus.] Excommunicatus celebrans deponendus est, nisi cum eo misericorditer dispensetur. hoc dicit. sed secundum hoc nihil affert istud c. de nouo. Diuiditur: nam in prima ponit Hildesemen. Episcopi transitum. In secunda ibi, *Vnde.* ponit mandatum delegato factum, & eius executionem. In tertia ibi, *Ipse.* comparitionem Episcopi, & recognitionem, & excusationem. In quarta ibi, *Licet* excusatio impugnatur. In quinta ibi, *Cum eo.* pœnæ remissionem. Abbas Siculus.

Casus. Episcopus Hildesemen. non petita, nec obtenta licentia domini Papæ, Ecclesia Hildesemen. relicta, Herbipolen. Ecclesiam auctoritate propria occupauit: propter quod Papa mandat Episcopo Magdeburgen. vt cùm factum illud notorium esset in partibus illis, nisi intra xx. dies ab administratione Herbipolen. Ecclesiæ cessaret, ipsum excommunicatum publicè nuntiaret, quod idem Episcopus non distulit adimplere: ipse verò nihilominus diuina postmodum officia celebrauit, & fecit sibi ab alijs celebrari, & se ingessit celebrationi diuinorū ipse verò postmodum in præsentia domini Papæ constitutus, suum recogno-

tro: & infrà. [a] ¶ Venerabilis frater noster quōdam Hildesemeñ. Episcopus licentia non solùm non obtenta, sed nec etiam postulata Ecclesia Hildesemeñ. relicta, Herbipoleñ. Ecclesiam occupauit: & infrà.

¶ Vnde Magdeburgeñ. Episcopo † dedimus in mandatis, vt (cùm factum ipsum non posset in partibus illis non esse notorium [b]) nisi dictus Episcopus infra viginti dies [c] ab Herbipoleñ. Ecclesiæ administratione cessaret, cum excommunicatum publicè nuntiare: quòd idem Magdeburgeñ. studuit adimplere: & infrà. ¶ Ipse verò Episcopus in nostra postmodum præsentia constitutus, etsi suum recognosceret, & confiteretur excessum, & nō iudicium, sed misericordiam [d] postularet; hoc tamen inter alia in sua excusatione proposuit, quòd cùm dictus Magdeburgeñ. non esset ordinarius Iudex eius, non crediderat, quòd monitione non præmissa, auctoritate delegata posset procedere contra ipsum, aut sententiam in eum aliquam promulgare. Vnde cum nec ante factum monitorias, nec post litteras ab eo aliquas accepisset, peccare non credidit, si diuina officia [e] quantumcumque solemniter celebrauit: præsertim cùm ei non nisi per famam de sententia contra eum prolata constaret: & infrà. ¶ Licèt autem in hoc [f] non videatur omnino culpabilis extitisse: quia tamen in dubiis [g] via est tutior eligenda, etsi de lata in eum sententia dubitaret: debuerat tamen potiùs se abstinere, quàm sacramenta Ecclesiastica pertractare. ¶ Illud autem, quòd sub spe veniæ [h] diuinæ sibi fecit (postquā se à nobis excommunicatum nouerat) celebrari, & communioni fideliū se ingessit, potiùs cōtra eum facere credimus, quàm pro eo: cum sub fiducia pœnitentiæ non debuerit deliquisse: & excōmunicato non vitare multò magis†, quàm non vitari [i] periculosum existat, non vitare siquidem, cum in eo sit, excommunicatus sine delicto non potest: sed cùm ex aliis pendeat, sine suo delicto poterit non vitari: & infra. ¶ Cum eo misericordiam facientes, pœnam†, quam canon [k] infligit his, qui post excommunicationem diuina præsumpserint officia celebrare, vel se celebrationi ingesserint diuinorum, ei non duximus infligendam.

¶ Idem Bisuntiñ. Archiepiscopo.

¶ *Excommunicatus celebrans, à beneficio deponitur.*

CAP. VI.

FRaternitati † tuæ: & infrà. ¶ Presbyteros autem, & alios Clericos, qui pro suis excessibus à te nexibus anathematis canonicè innodati præsumpserunt, vel præsumunt officia celebrare diuina, rationabiliter poteris omnibus beneficiis Ecclesiasticis spoliare [l].

¶ Idem Decano, & Priori Bolonieñ.

¶ *Collatio beneficij excommunicato facta non tenet: & scienter talibus conferens, à beneficiorum collatione suspenditur.*

CAP. VII.

POstulastis † per sedem Apostolicam edoceri: & infrà.

Cognoscens errorem, misericordiā & nō iudicium postulauit: tñ in suā excusatione proposuit, q cùm Magdeburgeñ. Episcopus nō esset ordinarius iudex eius, nō credebat, q monitione nō præmissa auctoritate delegata posset, procedere cōtra ipsū: vñ cū nec ante factū, nec post litteras ab eo monitorias accepisset, peccare non credebat, si diuina officia celebraret: maxime cū sibi nō cōstaret, nisi per famam, de sententia cōtra eū lata: dñs Papa his auditis scribit cap. Herbipolē. dicēs, q licet in hoc nō videat omnino culpabilis extitisse, quia tñ in dubiis via tutior est eligenda, quāuis dubitaret de sñia cōtra ipsum lata, debuit potiùs abstinere, quàm sacramēta ecclesiastica pertractare. Illud verò, qđ allegabat, q sub spe veniæ, postquā nouerat se excōicatum à Papa, sibi fecit diuina officia celebrari, & aliorū cōioni se ingessit, ipsum nō excusat, sed potiùs cōtra eū facit, cū sub spe veniæ nulº debeat delinquere: & grauius est excōicato nō vitare alios, q̄ ab aliis nō vitari: qa excōicatus pōt vitare alios, sed non potest ab aliis vitari. Papa tñ facit ei gratiam: quia nō imponit ei pœnā, quam canō illis imponit, qui post excōicationē præsumunt celebrare diuina, vel celebrationi se ingerūt diuinorū. Nota, q episcopus sine licētia Papæ ecclesiā dimittere nō pōt. Itē qui dubitat de sñia contra eū lata, cum per famam hoc intelligit, potiº abstineat, quàm celebret, qa illud est tutius. Item sub spe pœnitētiæ nullus peccare potest, vel debet: quia posset contingere, q tempus non habeat etiam ad confitendum. Item sicut excommunicatos vitare debemus, sic excōmunicati nō excommunicatos vitare debēt, aliàs peccāt. Item post excōmunicationem nullus debet celebrare, vel celebrationi se ingerere diuinorum, aliàs debet deponi.

a ¶ *Et infrà.*] De isto Episcopo habes. s̄. *de transla. quanto. & c. licet. & s̄. de maiori. & obed. Illud.*

¶ *Glo. seq. recit. per modum obiectionis, & solu.*

b ¶ *Non esse notorium.* Hoc erat tale factum, quod exhibebat se oculis omnium: vnde non poterat non esse notorium, si transiuit ad ecclesiam illam [a]: sed vtrùm licitè poterat, vel illicite, hoc non erat notorium, saltem quoad alios: quia potuit esse quòd haberet licentiam transeundi à Domino Papa per litteras suas. *arg. 76. dist. dilectionis.* vnde in meliorem partem debemus hoc interpretari. j̄. *de reg. iur. ca. 2.* quia Papa potuit de hoc obliuisci: quia ipsum quandoque fallit obliuio. *23. dist. præterea.* & omnium habere memoriam, potius est diuinitatis, quàm humanitatis. *C. de vete. iu. enuclean. l. 2. §. si quid.* contrarium est verum quia ex quo Papa hoc diffitetur, ei incumbit probatio, quòd de ipsius licentia transisset. *100. dist. contra morem. 93. d. illud.*

c ¶ *Viginti dies.*] Sic. s̄. *de crimi. fal. dura.*

d ¶ *Misericordiam.*] Sic s̄. *de transla. inter corporalia. versus finem.*

e ¶ *Officia.*] In hoc deliquit, qa nec excōicatus, nec suspēsus publice, vel priuatim celebrare debet, nec sacramenta alij dare. *28. dist. presbyterum.* sed alia officia præter Missam potest [b] occultè dicere non officiando, sed quasi priuata persona. j̄. *de pæn. & remis. quod in te. & 11. q. 3. si quis episcopus damnatur. & c. seq.* Io.

¶ *Glossa sequens signat contrarium, & respondet.*

f ¶ *In hoc.*] Scilicet quia non constabat ei, nisi per famam de illa excommunicatione, sed fama per se non probatur. *4. q. 3. c. fin. vers. item sæpe.* Ar. contra. s̄. *de consang. & affi. super eod.* vbi ad solam famam matrimonium contrahendum impeditur, ergo iste propter famam debuit abstinere. j̄. *de sen. exco. cùm desideres. §. 1.* sed non in tantum culpabilis fuit, quantùm si hoc pro certo sciuisset, & ideo dicit. Licèt in hoc non videatur omnino culpabilis extitisse. sed dicta paucorum ad hoc non sufficerent, quia non faciunt famā. s̄. *de accusa. inquisitionis.* nec tenebatur credere, licèt diceretur ei ab aliquibus. *11. q. 3. non solùm. & cap. in sunctis. & 23. q. 4. quam magnum. & ff. quod cum fal. tuto. l. 2. & 3.* nisi fama super hoc peruenisset ad eum, prout sequitur. Arg. contra ff. *de admini. tut. quidam decedens. §. ex quo. & C. de rei vend. si fundum. & s̄. de rescrip. cum contingat.*

g ¶ *In dubiis.*] Sic s̄. *de spon. iuuenis. & de homici. significasti 2. & c. penultimo. & c. ad audientiam.* vbi de hoc. & arg. *23. q. 1. quid culpetur. in fine.*

h ¶ *Veniæ.*] Sub spe veniæ nullus debet peccare. *de consecra. di. 4. quando quis.* Arg. contra. j̄. *de senten. excommu. si verò.*

i ¶ *Vitari.*] In hoc quasi patitur: in alio, scilicet in non vitare, agit: quod est in eius potestate: & ideo in vno peccat, in altero non peccat; quandoque tñ non multùm differunt agere, & pati posse. *16. q. 1. si cupis.*

k ¶ *Canon.*] *11. q. 3. si quis episcopus damnatur. & c. seq. & j̄. c. prox. s̄. eo. latores.* hanc misericordiam solus Papa potest facere. j̄. *eod. clerici.*

FRaternitati.] Primò decisa consultatio. Secundò responsio ibi, *Presbytero.* Abbas.

CASVS. Archiepiscopus Bisuntiñ. excommunicauit quosdam presbyteros, & clericos pro suis excessibus, qui nihilominus excommunicati celebrarunt diuina. quæsiuit Archiepiscopus à Papa, vtrùm posset eos à suis beneficiis spoliare? Respondet Papa, quòd si canonicè sunt excommunicationis sententia innodati, & postea præsumpserunt celebrare diuina, poterit eos omnibus beneficiis ecclesiasticis spoliare. Nota, qualiter puniuntur, qui celebrant excommunicati: quia omnibus beneficiis ecclesiasticis spoliantur.

l ¶ *Spoliare.*] Immò posset eos perpetuò deponere. s̄. *eo. latores.* dispensare tamen cum eis non potest, vt dictum est s̄. *eodem. clerici.* Ber.

POstulâstis.] Primò ponitur decisa consultatio. Secundò responsio ibi, *Consultationi.* Quę subdiuiditur, vt patet in textu, & per §. Abbas.

CASVS. Quidam clerici erant excommunicati, tempore suæ excommunicationis ecclesiastica beneficia sunt adepti: quęritur, vtrùm ea possint retinere? Respōdet Papa, quòd cum excommunicatis communicari non debeat, excommunicatis clericis beneficia conferri non possunt, nec possunt illa retineri, nisi cum eis fuerit dispensatum, cùm ipsa canonice nō fuerint consecuti: & illi, qui scienter talibus illa beneficia contulerunt, tandiu de-

† In veteri compilatio. legitur archiepiscopo; sed in Gregorianis, episcopo habetur.

† Vide Martinum Nauarrum in Manuali de horis cano. c. 21. vers. 14. inter ambos.

† In quodam Vaticano ita: pœnam, quam canones minantur his, &c.

† Cap. 2. eo. ti. in 3. compilatione. Vide Bernardinum Diaz in pract. cri. cano. c. 28.

† Ca. 3. eo. tit. in 3. compilatio. Vide Couarruuiã in cap. alma mater. de sen. excom. lib. 6. in priori parte relec. §. 7. adde Ioannē de Imola, & alios in c. post electionem s̄. de concessio. præben.

a Arg. l. heredes palam ff. de testa. & Authent. qui semel. C. quomo. & quãdo iudex.

b Similis glossa suprà eod. tit. in c. 2. de hoc articulo an excommunicatus teneatur dicere horas canonicas, vide Hostiensem in summa. ti. de sen. excom. circa finem. §. consueuis & illud quæri. & Couarruuiã in c. alma mater. de sēt. excom. lib 6. p. 1. §. 3. vbi concludunt teneri.

bent à collatione beneficiorũ suspendi, donec super hoc veniam consequi mereantur, vt in eo puniantur, in quo delinquere præsumpserũt. Secundò ponitur alia qõ: Clerici quidã, & monachi, & moniales celebrarũt in locis suppositis interdicto tempore ipsius interdicti, & adhuc celebrare diuina non cessant, propter q̃ etiã sunt excõicationis snĩa innodati: quęritur, qualiter isti sunt puniendi? Rñdet Papa, q̃ clerici, qui talia præsumpserũt, sunt Ecclesiasticis beneficiis spoliandi: monachi, & moniales in arctioribus monasteriis sũt ad agẽdã pœnitentiam detrudẽdi. Nota, q̃ excõicatis beneficia cõferri nõ possunt, & si cõferant, nõ possunt ea retinere, nisi cũ eis dispensetur. Itẽ conferẽtes excõicatis beneficia puniuntur in collationibus beneficiorũ: vñ puniunt, in quo peccauerũt. Itẽ in locis interdictis nõ est celebrandũ, aliter faciẽtes puniũtur: vt hic dr: quia clerici beneficiis suis sunt spoliandi: monachi, & moniales in arctioribus monasteriis sunt detrudendi.

a ¶ *Non debeat*] 11 q. 3. c. *cum excommunicato.*

b ¶ *Retinere.*] Immò si prius alia beneficia habeant, eis sunt priuandi. *s. de æta. & quali. ordi. cùm bonæ.*

¶ *Dispensatum.*] Non dicit à quo: ergo vt relicta potestas dispẽsandi Epis *ar. j. de se exc. nuper.* Dic vt *s. eo. clerici.*

¶ *Gl. seq. reci. per q. quis dispenset, sol. & remittit.*

d ¶ *Canonicè.*] Si non sunt illa canonice consecuti, perdere debent illa, sic *s. de æta. & quali. cum bonæ.* cum essent excõicati, indigni erãt, & inhabiles ad aliqua beneficia percipienda, quia tales nec eligere, nec eligi possunt. *s. de elect. cum inter R. & s. de consue. cum dilectus* nec impetrare litteras. *s. de resc. dilectus 1.*

e ¶ *A collatione.*] Vt puniatur, in quo deliquit. *s. de temp. ordi. ex litteris.* immo & à perceptione proprij beneficij suspendatur: quia scienter indigno beneficium contulit. *s. de el. nihil est B.*

¶ Consultationi vestræ respõdemus, quòd cum excõmunicatis communicari non debeat[a], Clericis excommunicationis vinculo innodatis Ecclesiastica beneficia conferri non possunt, nec illi valent ea licitè retinere[b], nisi forsitan cũ eis fuerit misericorditer dispensatum[c]: cùm ea non fuerint canonice[d] consecuti.

¶ Illi verò, qui scienter illa beneficia talibus contulerunt, tandiu debent à beneficiorum collatione[e] suspendi, donec super hoc veniã consequi mereantur[f]: vt puniantur in hoc, in quo delinquere præsumpserunt.

¶ *Celebrans in loco interdicto, si est Clericus sæcularis, beneficiis priuatur: si Monachus, in arctius monasterium deducitur, h. d.*

¶ Quæsiuistis † præterea, qualiter puniri debeãt Clerici, Monachi, vel Moniales Ecclesiarum conuentualium, qui post latam interdicti sententiam in locis suppositis interdicto pręsumpserunt hactenus, & adhuc etiam nõ verentur diuina officia celebrare[g], quam iis propter hoc sint excommunicationis vinculo innodati. Ad hoc breuiter respondemus, quòd Clerici, qui talia præsumpserunt, sunt Ecclesiasticis beneficiis spoliandi[h]: Monachi verò, vel Moniales in arctioribus[i] monasteriis ad peragendam pœnitentiam detrudendi.

¶ Idem Decano, & Subdiacono † Pictauen. & magistro P. Canonico Petragoricen.

¶ *Valet collatio beneficij ei facta, qui prius fuit excommunicatus, sed absolutus tempore collationis.*

CAP. VIII.

PRoposuit † coram nobis magister P. Clericus Episcopi Tusculañ. quòd G. sanctæ Mariæ in porticu Diacono Cardinali in partibus illis Apostolicæ sedis legationis fungente officio: quidam de Lemouiceñ. ei humiliter supplicârunt, vt eorum Ecclesiam, quæ debito fraudabatur Clericorum seruitio, ordinaret: pro se, ac magistro eodem preces specialiter porrigentes. Ipse verò Lemouiceñ. ciuitatem ingressus, Canonicos monuit, vt illos reciperent in socios, & in fratres: maximè cùm Præbendæ quinque, vel quatuor, ab vltima ipsius Ecclesiæ ordinatione vacâssent: quibus, post petitas, & concessas deliberationis inducias, non curantibus respondere, de † Præbenda Lemouiceñ. Cardinalis prædictus, eosdẽm Clericos inuestiuit: *& infrà.*

¶ Cùm autem dictus magister, & Lemouiceñ. Pœnitentiarius in nostra fuissent præsentia constituti, & acta iudicij inspici fecerimus diligenter: per † Pœnitentiarij testes intelleximus, quòd Lemouiceñ. Episcopus pluribus annis, antequam idem magister inuestitus fuerit, Clericos, & Burgenses † castri Lemouiceñ. & eundem P. nominatim (quem eorum dicebant consiliarium, & fautorem) vinculo excommunicationis astrinxit. Per testes verò magistri P. probabatur, quòd & si dictus Episcopus in Burgenses, & eorum fautores tam Clericos, quàm Laicos Lemouiceñ. excommunicationis sententiam protulisset, eos tamen per tres annos absoluit, antequam dictus magister fuerit inuestitus: *& infra.*

¶ Et quòd idem Episcopus dicto magistro communicauit postea in Ecclesia, & in mensa: *& infrà.*

¶ Quia verò sæpe dictum magistrum inuestituræ suæ tempore[k], à præfato Episcopo extitisse excommunicatum, dictus Pœnitentiarius (sicut obtulerat) non probauit: cùm ex aduerso de absolutione[l], & com-

f ¶ *Mereantur.*] Per suum superiorem.

g ¶ *Celebrare.*] Propter quod suspensi sunt, & irregulares, vt *no. j. de excess. præla. c. vlt.* vnde possent deponi. *j. eod. latores.*

h ¶ *Spoliandi.*] Nec auditur, si dicat, quod sit iniustè excommunicatus, arg. *s. eod. illud,* sicut etiam non auditur, cui opus nouum nuntiatur, nec obtemperat. *ff. de no. oper nuntia. l. §. in operis.*

i ¶ *Arctioribus.*] *s. de simo. de regularibus. & c. quoniam simoniaca.*

PRoposuit.] Primò narrat rem, & collationes vtriusque partis. Secundò diffinit ibi, *Quia.* Abbas.

CASVS. Episcopus Tusculanus erat legatus in partibus Lemouiceñ. quidam de Lemouiceñ. supplicarunt legato pro se, & magistro P. vt eisdem in Lemouicẽ. Ecclesia prouideret, & eos faceret recipi in canonicos, & in fratres: & præcipuè cùm quinq; vel quatuor præbendæ ab vltima ordinationẽ ipsius Ecclesiæ vacarent ibidem: Legatus ciuitatẽ Lemouiceñ. ingressus, canonicos monuit diligẽter, vt illos in socios reciperẽt, & in fratres ad prędictas præbendas vacãtes: q̃ cũ post petitas inducias facere non curassent, legatus de prædictis præbẽdis inuestiuit eosdẽ: postmodũ verò Pœnitẽtiarius Lemouiceñ. contra prædictũ magistrũ P. litteras impetrauit ad quosdã iudices delegatos, corã quibus petiit institutionem factam de ipso cassari, & ipsum remoueri ab Ecclesia Lemouiceñ. pro eo q̃ tẽpore suæ institutionis erat excõicatus p Epm Lemouiceñ. pluribus annis ante suã inuestiturã: sup hoc testes ab vtraq; parte pducti fuerunt: iudices causã instructã remiserũt ad Apost. sedẽ: partibus in præsentia Papę cõstitutis, ex parte pdicti magistri quædã proposita fuerũt: Papa verò auditis, quæ partes proponere voluerunt, acta iudicũ fecit inspici diligenter, & inuenit esse probatũ per testes pœnitẽtiarij, q̃ Eps Lemouiceñ. pdictũ magistrũ P. & quosdã alios excõicauerat pluribus annis ante inuestiturã dicti magistri: Per testes verò magistri P. probatur, q̃ Eps prædictũ magistrum, & alios clericos, & etiã laicos per tres annos absoluit, antequam dictus magister fuerat inuestitus: & quod Eps dicto magistro cõicauit postea in Ecclesia, & in mẽsa. Sed quia pœnitẽtiarius non probauit dictũ magistrum tempore inuestituræ suæ excõmunicatũ extitisse ab Epo suo, sicut obtulerat se probaturũ, cũ ex parte ipsius magistri fuerit facta fides de absolutione, & cõione Epi, dñs Papa quod de prædicto magistro per legatum prædictũ factũ est, per diffinitiuã sententiã approbauit. Nota, q̃ qui fuit publice excõicatus, adhuc præsumitur excõicatus, nisi probetur absolutus. Vnde not. q̃ q absoluit, litteras suæ absolutionis obtineat ad cautelã futurorũ, vt hic patet. Item dũ quis est excõicatus, nullum beneficium Ecclesiasticũ obtinere potest. Itẽ cui Eps cõicat, præsumitur non excõicatus: tamẽ præsumptio talis non sufficit, nec propterea est absolutus.

¶ *Glo. seq. notat tempus inuestituræ, &c. inducit duo similia.*

k ¶ *Tempore.*] Tempus ergo inuestituræ considerari debet, vtrũ tunc fuerit excommunicatus, vel non. *s. eo. cap. prox. & s. de æta. & quali. cum bonæ.* sicut in impetratione rescripti tempus datæ considerandum est, an tunc fuerit excommunicatus. *s. de rescrip. dilectus 1.* quia si postea excommunicetur, non perditur rescriptum, sed suspenditur, quandiu absoluatur. sic intelligitur *s. de offi. deleg. prudentiam. §. sexta.* sic & tempus electionis consideratur, an tunc sit idoneus. *s. de elect. c. dudum 1.* vbi habes similiter, quod initium spectandum est.

¶ *Glo. seq. reci. per quæstionem, an communio probet absolutionem. soin. alle. contrarium.*

l ¶ *De absolutione.*] Et sic pbauit ille pœnitẽtiarius, q̃ magister P. fuit excõicatus. & ipse P. probauit postea, q̃ fuit absolut9 ante suã institutionẽ, & ita intelligitur hic, q̃ quia fuit excõmunicatus, præ

† *De materia in eo. tit. §. vide, quæ scripta sunt in c. qui. §. is excommunicatus, de sent. excommun. lib. 6.*

† *Vide hic Panormitanum, qui solùm dicit, in huius glossæ, quod videtur nimis seuerũ.*

† *Subdecano.*

† *Ca. vnico eod. tit. in 4. compilatio. Vide citatos in c. proximè præcedenti.*

† *Aliàs, de præbendis.*

† *Ex incorruptis exemplaribus repositum est, vt est impressum.*

† *Per Burgenses castri Lemouicen. Intellige ciues Lemouicensis ciuitatis: quia dicitur Burgensis, tradit Boerius decisio. 160.*

tus, præsumitur, quod adhuc sit excõicatus, nisi probauerit se absolutũ, prout ipse P. fecit [a]. Et ita quicunque absoluitur, falte ad cautela semper obtineat litteras absolutionis, & ita cum aliquis dixit aliquem excõicatum, & ille dicit se non esse excommunicatum, vtriusque testes sunt admittendi in tali dubio. arg. j. de sent. excommunicationis, per nos, & s. de testibus. vdeo in. & s. de officio de lega. cum cõ ingat. sic s. de præscr. illud & c. audiuim.

a Arg. ad hoc in l. sine possidetis. cum concor. C. de proba.

a ¶ Communione.] Hæc nõ sunt sufficiens ratio ad probandum absolutionem. j. de sent. excõicationis, cum desideres. sed est præsumptio quędam 11. q. 3. quibus epi. 93. distin. si inimicus. arg. j. de sen. excõicationis in præsentia [b] & j. de priuilegiis. dum olim.]

munione [a] dicti Episcopi fuerit facta fides: Quod per dictum Legatum de memorato magistro factum est, per diffinitiuam sententiam duximus approbandum.

† Hic titulus ex pluribus manuscriptis restitutus est, vulgati dissentiunt alias ita: Gregor. c. 1. & A. canonis Pragẽ.

b De hoc ecclesia aliquando, & expeditur per ele. c. lic. si summus Pontifex. in Abul.

¶ Gregorius nonus † I. & I. Canonicis Pragẽ.

¶ Suspensus, vel excommunicatus ignoranter celebrando, nulla indiget dispensatione respectu irregularitatis, alias secus.

CAP. IX.

A Postolicæ [b] sedis: *& infra.* ¶ Verum quia tempore suspensionis ignari celebrastis diuina, vos reddit ignorantia probabilis [c] † excusatos. Cæterùm si fortè ignorantia crassa, & supina, aut erronea fuerit, propter quod dispensationis gratia egeatis, eam vobis de benignitate Apostolica indulgemus [d].

A Postolicæ.] Qui probabiliter ignorat se suspensum, & celebrat, non efficitur irregularis: secus si non probabiliter, hoc dicit Secũda parte: Cæterum. Abb.

† Pro intellectu textus, & glossæ de ignorantia, cuius meminit, vide B. Tho. 1. 2. q. 76. & quodlibeto 1. ar. 19. quæ late repetis Sylvest. verb. ignorantia. adde Couarruuiam in c. alma mater in priori parte relectio. §. 7. & §. 10.

CASVS. Duo canonici Pragensis Ecclesię, pro ecclesiæ Pragensis ordinatione accesserunt ad Apostolicam sedem: & obiectum fuit eis, quod erant suspensi, vt sic repellerentur: ipsi volebant probare sententias illas nullas esse, & eis ignorantibus latas fuisse. Papa relaxauit illas sententias ad cautelam, ne ordinatio Ecclesiæ differretur. Sed quia tempore suspensionis ignari celebrarunt diuina, eos probabilis excusat ignorantia. Si verò crassa, & supina, aut erronea ignorantia fuerit, propter quod indigent dispensatione, Papa dispensabit cum eis. Nota, quòd si suspensus ignoranter diuina celebrat, non incurrit irregularitatẽ. nisi ignorantia crassa fuerit, & supina.

b ¶ Apostolicæ.] *Hæc decr. pars est illius. s. de excep. Apostolicæ.*

¶ Glo. ysq. præmittit duos effectus probabilis ignorantię, & remittit: secundo tractat, an absens, & ignorans excommunicari possit, & quid de his, quæ interim agit, arg. adducit pro, & contra. soluit. demum format tres quæstiones, & illas soluit, & tertiam distinguendo.

c ¶ Probabilis.] Sic ergo probabilis ignorantia tãtùm excusat, & non crassa, & supina, vt hic patet. & s. de reg. spi. si vir. vnde dicit Apostolus: *Misericordiam merui, quia ignorans feci. 8. di. consuetudo.* & inducit dispensationem. s. de ord. ab Epi. qui renun. c. 1. & 2. vbi de hoc & 1. q. 1. si qui à simoniacis. sed hic non est aliqua dispensatio necessaria, quia nesciebant se suspensos, vnde nõ peccauerũt. Item habes hic, quòd absens, & ignorans potest excommunicari, & suspendi, vt 2. q. 1. de manifesta & supra de appel. si sensit & Romana in fin. & quandiu ignorat se excommunicatum, non peccat celebrando, vt hic patet. Idẽ ergo erit, si litteras obtinuerit pro beneficio, vel alio negotio, possit etiã interim eligi ab ipsis, qui hoc ignorant, & sic in isto casu suspenditur effectus excõmunicationis, vt quamuis sit excommunicatus, non tñ obest. ar. opti. de conse. dis. 4. c. 2. & Insti. de excep. §. præterea. & ar. s. de app. dilectis filiis. vbi suspenditur interdictũ. sic sententia absolutionis suspẽditur, 2. q. 5. quæsto. ar. cõtra. s. de appellat. pastoralis. vbi excommunicatio statim trahit secũ executionẽ. & ff. si cer. pe. ciuis qui. vbi dicitur status sui ignarus. Credo, quòd quicquid facit, antequã sciat se excõmunicatum, non imputetur ei, tñ postquã nouerit se excõmunicatum, debet abstinere: aliàs nõ audietur per tales litteras, nisi post absolutionem. Nõ credo, quòd electio de ipso facta teneat, licet ignoret se excommunicatum, vel suspensum. Ite quid si talis moriatur, antequam sciat? liber erit, quoad Deum, & excommunicator debet eum absoluere post mortem. Ite nunquid ille, qui sciens aliquem excommunicatum participat sibi, excommunicatus erit? Credo, quod sic. Item quod si absens excõicatur per epistolam, quando dicemus illum excommunicatum virum quando scribitur, vel quando recipit epistolam? Potest sic distingui, vt si excõmunicator voluit, quod statim esset excõmunicatus, tunc statim erit excommunicatus, sed non obest ei, donec sciat, vt dictum est. ar. 4. q. 5. c. 1. vbi dicit. ex quo litteras acceptas se contigerit, & j. de man. si mandasset, aliàs tunc demum erit excõmunicatus, cũ receperit litteras. Sic distinguit lex in seruo manumisso per litteras ff. de acqu. pos. qui absenti & l. si quis 21. §. 1. & ideo non imputatur ignoranti quia nulla sententia ligat eũ, etc. si postquam scit, 2. q. 6. biduum nec aliqua cõstitutio 8. di. propositum & ff. de decre. ab or fac. l. vlt. hic sic excõicatio non semper trahit cũ sua executionem, & si proferatur sub conditione. j. de app. præterea & & hæc vera sunt, cum probabilis est ignorantia, secus si crassa, & supina est. s. eo. illud. vbi cum crassa videbatur ignorantia, cum per famã sciret se excõmunicatum.

e Imo hoc articulo cenetur, quod statutũ est in concil. Lateran. sub Leone. x. sess. 11 paulo post principiũ in bulla incipit. Supernæ. §. Statuimus in super. Vide Felinum in c. Rodulphus. de rescriptis. & Martinũ Nauarrã in Manuali cõfessariorũ, c. 27. tot. de excom. minore.

d ¶ Indulgemus.] In quo casu nullus alius potest indulgere, vt dixi s. eod. ciuitati.

¶ Idem †.

¶ Excommunicatus minori celebrans, non est irregularis, sed peccat, & potest eligere, & ea quæ sunt iurisdictionis exercere, licet non eligi: & si conferat sacramenta, licet peccet, etiam collatio tenet, & suum habet effectum.

CAP. X.

S I † celebrat minori excõmunicatione ligatus, licèt grauiter peccet [e] nullius tamen notam irregularitatis [f] incurrit, nec eligere [g] prohibetur, vel

S I celebrat.] Hæc decretalis quoad materiam suã est celebrior, & famosior qualibet alia, nam infinita iura sunt loquentia de excõmunicatione maiori, quæ infertur ab homine, vt in c. si quem de sent. excom. sed de minori, quæ infertur à iure, vt in c. nuper. de sent. excom. sunt iura paucissima, & aperte nõ prouidentia, sicut hoc ca. Et potest sic diuidi. Primò tractat de validitate gestorum circa spiritualia per excommunicatũ excõicatione minori. Secũdò ibi, Si tamẽ. tractat de his, quę geruntur ad commodum eius passiue. Tertiò tractat de gestis ab eo actiue in alio sacramento ibi, Peccat autẽ. Vltimò quandam limitationem submittit ibi Dũmodo. Abbas Siculus.

† De materia huius decretalis, quæ valde frequens est, præter doctores hic, vide Couarruuiã in c. alma mater de sent. excom. li. 6. in priori parte relectio. §. 6. & 8 Theologos lib. 4. sent. dist. 18. & seq. & Summistas, verbo, excõmunicatio.

CASVS. Aliquis participauit excommunicato in locutione, vel oratione, & sic incidit in minorem excõmunicationem: consueuit dubitari de tali, vtrùm si celebrẽt tempore talis excommunicationis, esset irregularis? Respondet Papa, quòd licet grauiter peccet celebrando, non tamẽ est irregularis, & eligere potest, & alia quæ iurisdictionis existunt exercere: tñ si talis scienter electus fuerit, talis electio est reprobanda pro eo, quòd eligitur ad susceptionem eorum, à quorũ perceptione priuatus est per sanctos patres.

¶ PECCAT AVTEM CONFERENDO: Dixit suprà, quòd talis excommunicatus peccat celebrando, vnde poterat fortè aliquis dubitare, vtrùm sacramenta ab eo collata habeant effectum: dicit Papa, quod sacramenta illa non carent effectu, licèt ille peccet conferendo, & redditur ratio, cùm ille non videatur remotus à collatione sacramentorum, sed à participatione, quæ consistit in sola perceptione: & hæc vera sunt, dummodo non ingerat se pertinaciter communioni excommunicatorum in contemptum ecclesiæ cõtra prohibitionem sui superioris: quòd si post admonitionem legitimam fecerit, debet excommunicari, & sic postea celebranda sacramenta ab eo collata virtutis carebunt effectu, & priuatus erit & electione, & iurisdictione. Nota, quòd ligatus minori excommunicatione, irregularitatem non incurrit, & potest eligere, & alia facere, quæ sibi competunt ratione iurisdictionis: eligi tamen non potest.

e ¶ Peccet.] De hoc autem punitur ad arbitrium sui prælati, cùm certa pœna hic non statuatur. arg. s. de off. delega. de causis. § fin. & 26. q. 7. tempora.

f ¶ Irregularitatis.] Quia propterea non impediretur ab aliqua promotione eo absoluto: secus si maiori sententia sit ligatus: tunc debet deponi, nisi cum eo fuerit dispensatum. s. eod. latores. postulastis. & quasi per totum. Hic ergo determinatur, quod olim dubitatur, scilicet vtrùm talis irregularitatem cõtraheret.

¶ Glossa in quantũ signat contrarium. sol. ex solutione infert q. rationem cui responsioni opposuit & soluit.

g ¶ Nec eligere prohibetur.] Sed contrà. s. de elect. cùm inter R. & s. de consue. cùm dilectus. vbi dicitur, quòd suspensus neć eligere, nec eligi potest. s. de con. off. præben. quia diuersitatem. hic vero dicitur, quòd talis suspensus eligere potest, sed non eligi: sed illa, & omnia consimilia, vt s. eo. c. 2. intelligantur de suspensis ab homine: illi enim eligere non possunt, & irregularitatem incurrunt diuina officia præsumendo. s. eo. latores. s. de ata. & quali. cùm bonæ. hic vero loquitur de excommunicatis, siue suspensis à canone propter solam participationem: quia secundum canones, qui participat cum excommunicatis, excommunicatus est, siue suspensus à sacramentis ecclesiæ; quæ suspensio, siue excommunicatio appellatur minor excommunicatio, vt 3. q. 4. Engiltrudam. Sed eadem pœna est in suspenso ab homine, & à canone, aliàs quàm per participationem: quia vtroque casu priuatus est communione sacramentorum, & diuinis officiis. s. de re iudi. cum æterni. & j. de sent. excom. cum medicinalis, [lib. 6.] & qui suspensus celebrat, est irregularis vbi dicitur. Quæ est ergo ratio, quòd in vno eligere possunt, in altero non? Potest dici, quòd ideo quia plus contempsit, qui fecit contra legem animatam, quàm qui fecit contra legem mortuam: quia contemnẽdo iudicis præceptum, quod est totum legis auctoritate, & ipsam legem offendit, & ideo plus punitur & ideo dicitur, quòd mitius agitur cum lege, quàm cum ministro legis. argu. ff. de arbi. l. Celsus. & vox viua magis timenda est, quàm vox mortua,

& ei potiùs credi debet. *in Authen. de instru. cau. & fi. §. si verò aliquid coll. 6* & ita in casu huiusmodi capituli nō est irregularis, qui celebrat: suspensus autem ab homine, & canone, si celebrat, est irregularis in consti. Inno. iiij. *§. de sen. & re iud. cum æterni. & j. de sen. excom. cum medicinalis* [*lib. 6.*] Sed quæ est ratio, q̄ suspensi per participationē excōicatorum possunt eligere, alij suspēsi non possunt? Ratio est, q̄a suspensi per participationē nō sunt suspēsi, vel interdictu à diuinis officiis, sed priuati sunt cōione sacramentorū per canones, & etiā ꝓpter peccatū, sicut & alij in mortali[a] constituti nō sunt exclusi ab electione, *§. de elect. illa.* & ideo possunt eligere: nec sunt irregulares si celebrant, vt hic dicitur. Et eadē ratione debent posse eligi, cū non sint suspensi à diuinis: ratio redditur in littera, vbi dicitur, eius electio est irritanda, p eo, q̄ eligitur ad susceptionē eorū, sci. sacramentorū, à quibus est priuatus à sanctis patribus: quicūque enim eligit, ea suscipere tenetur, & quilibet fidelis. *j. de pœn. & remi. omnis vtriusque.* & qui illis priuatus est, non potest eligi ad ea, etiamsi pœnitentiam egisset de peccato, nisi priùs absoluatur ab illa suspensione, quæ inflicta est per canones. *11. q. 3 excommunicatus. & c. cum excommunicato,* quod non est de aliis criminosis, qui per pœnitentiam restituti sunt ad perceptionem sacramentorum, à quorum perceptione priuati erant propter peccatum. Ber.

a Portè puniat, glo. Inn. Ho. ponendo hæc verba in suis primis glo. communicantem excommunicato peccare mortaliter. de hoc dixi, quod not. can. sacris. in vlt. q. Ioan. And.

ea, quæ ratione iurisdictionis[a] sibi competunt exercere. Si tamen scienter[b] talis electus fuerit, eius electio est irritanda: pro eo quòd ad susceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione à sanctis Patribus[c] est priuatus[d]. ¶ Peccat autem conferendo Ecclesiastica sacramenta: sed ab eo collata, virtutis non carent[e] effectu: cùm non videatur à collatione, sed participatione sacramentorum (quæ in sola consistit perceptione) remotus. Dummodo[f] non in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ, videlicet contra prohibitionē superioris, communioni excommunicatorum pertinaciter[g] se ingesserit: in quo casu est anathemate feriendus.

TITVLVS XXVIII.

De Clerico † non ordinato ministrante.

† In septem manuscriptis ita: De non ordinato ministrante. † Honorius.

¶ Hormisda † Papa.

¶ Clericus ministrās in pertinētibus ad ordinem, quem non habet, deponendus est, & amplius non ordinandus.

CAP. I.

SI † quis baptizauerit[h], aut aliquod diuinum officium exercuerit non ordinatus, propter temeritatem abiiciatur de Ecclesia, & nunquam ordinetur.

† Ca. 1. eo. tit. in 1. compilatione. Vide de Bernardino Diaz in prac. crim. canon. c. 12.

¶ Vrbanus iij. Legionen. † Episcopo.

¶ Diaconus Missam celebrans ad Sacerdotium non promouetur: & à Diaconatu suspenditur ad tempus; sed in beneficio poterit ad tempus dispensari.

† Legion. † Lingon.

CAP. II.

EX † litteris tuæ fraternitatis innotuit nobis, quòd I. Diaconus, cùm non imposuisses ei manum[i], Missarum celebrationem vsurpare præsumpsit[k]: *& infra.* ¶ Consultationi tuæ respondemus, quòd ad Sacerdotis officium non poterit pro-

† Ca. 2. eo. tit. in 1. compil. & post concilium Later. sub Alexandro iij. p. 50. c. 62.

a ¶ *Iurisdictionis.*] Minor ergo excommunicatio non repellit à iudicio ab agendo, sed ab illis tantùm prohibet, quæ pertinent ad officium. Idem dico in suspenso ab homine, nisi sit suspensus tam ab officio, quàm à iurisdictione: quia tunc priuatus est spirituali, & temporali iurisdictione. *sic §. de elect. transmissam.* vbi electus, & confirmatus potest facere ea, quæ sunt iurisdictionis, & non ordinis. Ber.

¶ *Glos. seq. quærit, & arguit, & soluit: secundò quærit, & arguit.*

b ¶ *Scienter.*] Sed quid si electores eligant aliquem excōicatū minori excōicatione, quem ipsi ignorāt excōicatum: nūquid valet electio? ar. est, q̄ sic, ex eo q̄ dicit, sciēter: sed nō credo: q̄a ignorantia eorum non facit eum habilem. *§. de elec. innotuit.* & causa prohibitionis hic signata, nihilominus remanet: vnde supple, maximè: vel potiùs q̄ dicit, sciēter, referas ad ipsum excōicatum minori excōicatione: puta quia sciēter participauit excōicatis. Sed nunquid priuati sunt iure eligendi, qui talem scienter eligunt? arg. quod sic *§. de elect. cùm in cunctis. & c. scriptum. in fi.*

c ¶ *Sanctis Patribus.*] *11. q. 3 excommunicatos, & c. cum excommunicato 3. q. 4. [illegible].*

d ¶ *Priuatus.*] Hæc est causa prohibitionis, quia cùm sit priuatus sacramentis, ad ea eligi nō potest: & est similis illi, qui nō est capax, qui non potest ex testamento aliquid percipere. *arg. ff. de probationi. qui testamentū. & ff. de iure fisci, non intelligitur. § si quis palam & ita pdet.* hoc enim esset circumuenire legem, vt ibi dicitur, & sic est arg. q̄ si aliquis prohibetur vna via, non est admittendus ad id alia via. *§. de procur. tuæ.* cum suis concordantiis.

b Vnde nec dignitatem nec ad simplicem clericatum eligi poterit.

e ¶ *Non carent.*] Bene dicit, quia sacramenta à quocūque, licèt criminoso, recipienda sunt, & valent, *15 q. vlt. c. videlicet.* tamen *28. dist. consulendum. & §. de cohab. cleri. & mulierum cap. vestra.* quia licèt sit suspensus à perceptione sacramentorum, non tamen quoad collationem, vt hic dicit: quia licet sit suspensus quoad se, non tamen quoad alios. *argum. §. de coha. cle. & mulier. c. fin.* quia excommunicati etiam conferunt ordines, *§. de ord. ab Episcopo qui renun. Episc. c. 2.* licèt non conferant executionem. sed illi participantes conferunt executionem. & ideo dicit, Virtutis non carent effectu: quicunque enim habent executionem, eam conferre possunt. & sic est argum. quod excommunicatio non transit in tertiam personam. Ber.

c Hoc dictū intellige prout docent Theologi in 4. sen. dist. 13. & B. Th. 3 p. q. 82. art. 9.

¶ *Glos. seq. ponit tres lecturas illius verbi, dummodo.*

f ¶ *Dummodo non in contemptum.*] Hæc determinatio, dummodo, respicit, quod dicit, Non videtur amotus à collatione, &c. quasi dicat, si ex contemptu, & contra prohibitionē superioris ingerit se cōioni excōicatorum, hoc ipso intelligitur remotus à collatione sacramentorū propter suam pertinaciam, & contemptum, arg. *§. eo. c. 2.* q̄ ita ex propria culpa incipit esse suspensus, sicut qui non est excōicatus ex cōtemptu est excōicatus. *11. q. 3. c. non solum. §. cùm ergo in fin. & 24. q. 3. notandum. in fi. & §. de senten. excom. per tuas & est ar. bo. ad hoc j. de excess. prela. c. vlt.* de illo excōicato: qui violauit interdictū, hoc ipso suspēsus fuit, & ideo alios excōicare, vel suspēdere non potuit, vt ibi dicitur; vnde tanquam suspensus conferendo Ecclesiastica sacramenta non confert effectum virtutis sacramentorū, scilicet executionē ordinis, quæ est effectus ordinis: licet conferat charactere, si in forma Ecclesię cōferatur pręterquā in baptismo, quia quocunq; detur in forma Ecclesiæ proficit ad salutem, quoad omnem suum effectū. *§. de sum. tri. c. 1. ad fin.* quia illud est sacramētum necessitatis, quod non contingit in aliis sacramentis. *§. de consequant.* & ita ꝓpter cōtemptum superioris debet excōicari: vt hic di. Quidam hoc intelligunt cum superioris præcepto facto participantibus excommunicato hoc interdicit: Suspendas[e] eos, si contrà fecerint. sed de hoc nemo dubitat. Vel posset dici, quod tunc primò remotus est à collatione, cùm fuerit excommunicatus propter contemptum, & sic planum est.

d De hac materia vide plene per B. Thomam. 3. p. q. 67. ar. 4. & 5.

e Illud non liceret hodie inferioribus à Papa, vt seruata forma decreta. de sen. exc. statuimus & c. constitutionem lib. 6. & eo. ti. & eo. tit. statutum. lib. 6. Ioan. And.

g ¶ *Pertinaciter.*] Quasi ex contemptu, & studiosè participat: vnde propter hoc est anathemate puniendus, sic *j. de sen. excom. quod in dubiis.*

DE CLERICO NON ORDINATO, &c.

¶ *Suprà visum est de ordinatis celebrantibus post officium interdictum: nunc meritò subnectitur de non ordinatis ministrantibus ordine non collato. Abbas.*

SI *quis baptizauerit.*] CASVS. Statuit Hormisda Papa, q̄ si aliquis nō ordinatus ita præsumptuosus fuerit, vt nulla necessitate instante, tanquam esset ordinatus, baptizauerit, aut aliquod diuinum officiū exercuerit: propter præsumptionem abiiciatur ab Ecclesia, & nunquam ordinetur. Nota, quòd in necessitate quilibet baptizare potest. Item nota hic pœnam non ordinati ministrantis.

h ¶ *Si quis baptizauerit.*] Intellige, ac si esset ordinatus, & ei liceret ex officio. tunc punitur, prout hic dicitur: secus si in necessitate: quia tunc licitum est cuilibet. *30. q. 1. ad limina. & 93. dist. diaconos.* etiam ab hæreticis potest recipi baptismus tempore necessitatis. *de conse. dist. 4. à quodam,* dummodo in forma Ecclesiæ, *24. q. 1. si quem ferie. & §. de sum. tri. c. 1. § sacramentum.*

EX *litteris.*] Cōis diuisio. Secunda pars ibi, *Consultationi.* Abb. CASVS. Quidam diaconus I. nomine antequam esset in presbyterum ordinatus, Missarum solemnia vsurpare præsumpsit: quæritur, quid iuris sit de illo? Respondet Papa, quod ad officium sacerdotis non poterit promoueri, sed à diaconatus biennio, vel triennio, secundum quod diœcesano visum fuerit suspēsus maneat: de beneficio autem poterit cum eo misericorditer agi, ne sustentatione priuatus ad sæculi negotia in clerici opprobrium reuertatur: sed vt cum eo securius dispensetur, sibi cōdigna pœnitentia imponatur: salubrius tamen faceret, si ad vitam regularem se transferret. Nota hic pœnam illorum, qui celebrant non ordinati, puniuntur enim in eo, in quo peccauerunt. Item pœnæ sunt arbitrariæ.

i ¶ *Manum.*] De qua tu habes *§. de sacro. non iteran. ca. presbyter.* vbi de hoc & *23. dist. presbyter eum.* q̄ si omissa fuerit, non est ordo reiterandus, sed statuto tempore etiam suppleridum, vt dicitur in decre. prædicta, presbyter, sed hic nec ordinem, nec manus impositionem recepit, prout sequitur, vt dicit, Ad sacerdotis officium &c.

¶ *Glo. seq. ostēdit q. ēm conferret?*

k ¶ *Vsurpare præsumpsit.*] Bñ dicit vsurpare: q̄a nō cōfecit, cū virtuté illam

illam non haberet: quia solus ille conficit, qui rite fuerit ordinatus. 5. de sum. Trin. c. 1. § vna. arg. ad hoc 68. dist. Presbyteri, & 1. q. 7. Daibertum, & 5. de iure patron. quia an. em, in fin. & de consecrat. distinct. 2. cap. 1. in fin. secus in deposito, vt 5. cap. prox. & cap. si quis dictum est.

maximè si dicatur, quod ordo habeat votum continentiæ annexum: sic ergo compellitur continere. & ita facit ordo, quod votum facere non posset: quia in tali ætate non tenet votum. 5. de regul. ad nostram & cap. significatum, cum suis similibus. Sed æquius videtur, quod contrahere possit, si contradicat ante xiiij. annum.

moueri a: à Diaconatu quoque biennio, vel triennio pro tua maneat prouisione suspensus. De beneficio b autem misericorditer agatur cum eo: ne sustentatione priuatus, ad sæculi negotia c reuertatur. Vt autem securius ei possis hanc misericordiam d facere, de agenda pœnitentia diligentem † circa eum curam non desinas exhibere. Salubrius e autem sibi absque dubio prouidebit, si ad regularem vitam se duxerit transferendum.

TITVLVS XXIX.

De Clerico per saltum promoto.

¶ Innocentius tertius Bonon. † Episcopo.

¶ Qui ignoranter per saltum de Subdiacono fit Presbyter, post pœnitentiam in Diaconum ordinatur, & postea potest secum in Sacerdotio dispensari.

CAP. I.

Vx † litteræ continebant, quod (sicut ex reuelatione quorundam receperas) P. Presbyter Diaconatus ordine prætermisso, se fecit ad Sacerdotij ordinem promoueri. Ipse tibi quoque secretò confessus est, se pro certo nescire f, si res taliter se haberet: sed ex quo boni viri hoc asserebant, inter quos fuerat conuersatus, credebat assertioni eorum: eo quòd tempore, quo ordines inferiores susceperat, intra annos discretionis g fuerat constitutus: & infra. ¶ Mandamus, quatenus condignam pœnitentiam, pro huiusmodi negligentia h iniungas eidem: qua peracta (quia non intelligitur iteratum i, quod factum esse nescitur) ipsum in Diaconum ordinare procures: & sic de misericordia eundem ministrare k permittas in ordine Sacerdotis.

TITVLVS XXX.

De eo, qui furtiuè † ordinem suscepit.

¶ Alexander tertius Lingonien. † Episcopo.

¶ Qui furtiuè recipit ordinem, si contra hoc facientes lata erat excommunicatio, sine dispensatione Papæ, in sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere non potest: sed si excommunicatio lata nō erat, Episcopus, & Abbas poterunt dispensare. Hoc dicit cum duobus sequentibus.

CAP. I.

Veniens † ad nos P. nobis exposuit, se

a ¶ *Promoueri.*] Sine dispensatione, & in punitur in eo, in quo deliquit, vt 5. *de immunit. eccles. c. cum non ... concord. & ff. de sac. l. qui vas. § qui furem.* Bern.

b ¶ *De beneficio.*] Sic 50. *dist. studeat 28. distin. Presbyterum.*

c ¶ *Negotia.*] Quia hoc redundaret in opprobrium clericorum, cum ipse clericaliter viuere teneatur, sicut depositus. 81. *distinct. dictum, & arg. 93. distinct. Diaconi*: ibi, mendicat infelix, &c. & ne cogatur in cleri opprobrium mendicare. 5. *de pœnit. ad supplicationem,* &c.

¶ *Gloss. sequ. quærit, & soluit.*

d ¶ *Misericordiam.*] vt ipse possit ad Diaconatum redire post tempus statutum, & ad beneficium, si dignè pœnituerit. Sed nunquid Eps posset dispensare cum eo, vt saltem ad Sacerdotium promoueretur post pœnitentiam? Non credo: quia Papa hoc ei prohibere videtur hic. Sed dic, quod potest: quia Papa hoc expressè non prohibet.

e ¶ *Salubrius.*] Vt 5. *de simonia. Matthæus, in fine.*

DE CLERICO per saltum promoto.

¶ Quia interdum non ordinati ministrant, interdum præpostere, & per saltum promouentur, meritò de his subdit.

De hac materia plenè habetur 52. distinct. cap. solicitudo, & ibi optima glos. Abbas.

Vx] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Mandamus.* Abbas.

Casvs. Quidam Subdiaconus P. nomine, Diaconatus ordine prætermisso, se fecit in Presbyterum ordinari: postmodum confessus fuit in secreto Episcopo suo, se nescire, si res taliter se haberet: sed ex quo boni viri hoc asserebant, inter quos fuerat conuersatus, credebat assertioni eorum: cùm tunc temporis, quo inferiores ordines susceperat, constitutus esset infra annos discretionis: quæsiuit Episcopus à Papa, quid esset de eo agendum: vnde mandat ei, quatenus condignam pœnitentiam pro huiusmodi negligentia ei imponat: qua peracta, ipsum in Diaconum ordinare procuret: quia non intelligitur iteratum, quod nescitur esse factum: & ita de misericordia permittat eum ministrare in ordine Sacerdotis. Nota, quòd non debet quis ministrare in maiori ordine, nisi habeat inferiores. Item non dicitur iteratum, quod nescitur esse factum.

f ¶ *Nescire.*] Et sic crassa, & supina fuit ignorantia.

¶ Glos. seq. ponit differentiam matrimonij carnalis ad ordinem. Secundò quærit, an impubes ordinatus, &c. arg. quod non, soluit contrarium vacillando.

g ¶ *Discretionis.*] Infra annos discretionis bene recipit quis sacros ordines, licet conferri non debeant a: & qui ordinauerit puniri debet, & ordinato interdicenda est executio vsque ad ætatem legitimam. 5. *de temp. ordin.* vel non est compos sui: licet secus sit in matrimonio carnali, nisi malitia suppleat ætatem. 5. *de despons. impub. de illis & cap. vlt.* & sic non semper similitudo inter carnale matrimonium, & spirituale. Sed nunquid ista aliter ordinati tenentur continere, cum venerint ad legitimam ætatem? Argum. quòd non: quia continentia res est voti, & non præcepti. 27. *q. 1. integritas*: non credo, quod possit contrahere:

Sed quod prius dixi, verum est: quia statim, antequam ordinaretur, debuit contradicere, & nullo modo consentire. Sed si simpliciter reclamasset, non recepisset characterem. 5. *de ... maiores. § vlt. vers. in fine.*

h ¶ *Pro huiusmodi negligentia.*] Quæ crassa est, & supina: & ideo ipsum non excusat. 5. *de ordin. ab Episc. qui renun. episc. cap. 1. & 5. de cleri. excom. minist. cap. fin. ...* Bern.

i ¶ *Iteratum.*] *De consecrat. dist. Ecclesiæ, & c. solemnitates, & de consec. dist. 4. placuit.*

¶ Glos. seq. quærit, ponit op. Hug. demum opinio. Vinc. quam approbat. secundò quærit, & soluit.

k ¶ *De misericordia ministrare.*] In casu isto Episcopus suo iure dispensare potest, vt satis colligitur ex hac littera, & 5. *de ... & 5. de iure non ... pastoralis.* Sed quid si nullum minorem ordinem habuit, & promouetur ad Sacerdotium, vel ad alium ordinem sacrum, nunquid recipit ordinem? Hug. dixit, quod non, quia si laicus ordinetur in sacrum ordinem, nihil recipit. *argu. 40. dist. sicut, vbi dicitur*: Sicut viri, & mulieris coniunctio vnū facit corpus: ita clericatus, & Sacerdotium vnum faciunt ordinem: sed si aliquē de minori habeat, recipit sacrum. Vincent. dicit contra, quod bene recipit quis sacrum ordinem, etiamsi nullum habeat de minoribus, præter Episcopalem, quē nemo recipere potest, nisi sit saltem Sacerdos. *argum. 5. de excess. prælat. ex litteris, ibi*: Nam igitur Pontificale officium sine ... &c. & istud verum videtur. Sed quid si ordinatur in Episcopum, prætermisso Diaconatu, vel Subdiaconatu? Episcopus est, dum tamen fuerit Sacerdos: sed illum ordinem, quem non habuit, alijs conferre non potuit. *arg. 1. q. 1. gratia & cap. ventum, & quæst. 7. Daibertum, de consecrat. dist. 4. quomodo.*

DE EO, QVI FVRTIVE ordinem suscepit.

¶ Interdum etiam reperiuntur aliqui, non solùm qui per saltum, vt suprà, sed qui furtiuè ordines recipiunt, id est, qui sine ordinatione, & licentia superioris, & sine examinatione: quia ingerunt se cum multitudine ordinandorum ignorante examinatore, vnde meritò de his subdit.

Ad hanc materiam facit c. Salonitanæ. 63. dist. & 9. q. 2. Lugd. Abb.

Veniens.] Prima pars narrat factum. Secunda ibi, *Vnde*, ponitur responsio distinguens: & secunda subdiuiditur. Tertia ibi, Si vero. Abbas.

Casvs. Clericus quidam P. nomine, accessit ad Papam exponens eidem se furtiuè Diaconatus ordinem suscepisse: vnde mandat Papa Episcopo diœcesano, quod si non fuit ab ipso, vel ab aliquo Archidiaconorum suorum, vel Prælatorum sub interminatione anathematis prohibitus, condigna pœnitentia sibi imposita, promoueat ipsum ad officium Sacerdotis dispensatiue pro arbitrio suo, nisi alia impediant. Si vero excommunicatio super hoc facta fuit, ipsum moneat, vt in aliquo monasterio, seu canonia, habitum suscipiat regularē, & postquam fuerit ibi aliquo tempore laudabiliter conuersatus, poterit cum illo misericorditer prouidere: alioquin nulla ratione Papa

† diligenter.

† Florentin. † Olomicen. † Lemouicē. † Colonien.

† Cap. vnico, eod. tit. in 3. comp. Præter Decretales hic vide Bernar. Diaz in pra. crim. can. cap. 20. B. Rhimann in quæstio. ad dicta ad 3. p. q. 39. ar. 2.

a Ideo conferri non debet, quia canonū decreta certum tempus constituunt. c. generalem de ætate, & qual. in Clement. Concilium Trid. sess. 23. de reform. c. 12.

† Quid sit ordinem furtiue suscipere, præter Panormitanū, & alios hic tradit Hostiens. in sũma eod. tit. & Bernard. Diaz in pract. crim. can. cap. 21.

† Lincon. † Lunnien.

† Cap. vnico, eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateran. sub Alexand. iij. p. 26. cap. 9.

permittit eum ad sacerdotium promoueri. Nota, quòd Archidiaconi, & alij Prælati possunt excommunicare. Item cum eo, qui post excommunicationem, furtiuè ordinatur, non potest Episcopus dispensare, alias potest: quia excommunicatus diuinum præsumit officium exercere. Item argum. quod ingressus religionis non tollit irregularitatem.

a ¶ *Furtiuè.*] Furtiuè promouetur, qui citra conscientiam sui Episcopi, & sine examinatione promouetur. 64. *dis. extra conscientiam*, & 24. *dist. quando.*

b ¶ *Archidiaconorum.*] Argu. quod Archidiaconus potest excommunicare, & quod habet iurisdictionem. ʒ. *de offic. ord. cùm ab Ecclesiarum.* vbi de hoc.

¶ *Glos. sequ. argu. ad id approbat, & remittit, ponit lecturam Innoc.*

c ¶ *Dispenses.*] Hic est optimum argu. quòd Episcopi non possunt dispensare cum illis, qui excommunicati diuinum officium exercere præsumunt, & ʒ. *eod. c. vlt.* vbi de idem. quod eo ipso, quòd dicit: Tu ipse pro tuo arbitrio dispenses, si excommunicatio lata non fuerit, intelligitur prohibere cum lata fuerit: quia sic excommunicatus recipit ordinem. *argum.* 55. *dist. qualis*, quod est verum. ʒ. *de cler. excommun. minist.* Papa Innocen. iiij. tamen dicit, quòd ille non erat excommunicatus, & tamen propter interminationem excommunicationis solus Papa hic dispensat.

¶ *Glos. sequ. arg. & reprobat.*

d ¶ *Si verò interminatio.*] Arg. quòd si iudex dicat, Præcipio sub interminatione anathematis, quòd contra faciens sit excommunicatus, sic ʒ. *de loca. cap. 1.* quod non est verum. Expone ergo verba illa, & intellige, vt dixi ʒ. *de simon. sicut tuis*: & intransitiue intellige illa verba, Interminatio anathematis, id est, interminatio, quæ fuit anathema sub conditione facta, vt exponitur in *decre. sicut*: & ita nulla contrarietas, vel dubitatio est.

¶ *Glos. seq. exponit, arguit, & remittit.*

e ¶ *Poteris misericorditer.*] Non tuo iure, sed de auctoritate Papæ, vt sequitur: alioquin nulla ratione concedimus, & ʒ. *eo. c. vlt.* Item est hic arg. quod ingressus religionis non tollit irregularitatem ʒ. *eod. cap. vlt.* De hoc dixi ʒ. *de apost. cap. 2.*

C*Vm H.*] Primò narrat factum, in secundo respondendo dubitat ibi, *Quia verò Abbas.*

CASVS. Quidam H. nomine accessit ad Episcopum tempore ordinationis, & iuxta consuetudinem patriæ contulit ei quatuor minores ordines, quibus non contentus, furtiuè præter conscientiam Episcopi ordinem Subdiaconatus accepit: postmodum videns, quòd male fecerat, ad Papam accessit, rem sibi exponens: quia ipse multum excessit: mandat diœcesano Episcopo, vt eum in minoribus ordinibus ministrare permittat. Si verò domum religionis intrare voluerit, si alias dignus fuerit, Abbas suus, si voluerit, in aliis ordinib. cum eo poterit dispensare. Nota, quòd omnes minores ordines vna die possunt conferri. Item quòd non debet quis accipere minores ordines, cum ordine sacro. Item facto religionis fit, quod alias non fieret. Item cum talis religionem intrauerit, potest Abbas dispensare.

f ¶ *Minores.*] Hic ergo habes expressum, quòd omnes minores ordines vna die conferri possunt *argum. ad hoc.* ʒ. *de temp. ordin. cap. 1.* vbi indiffinitè loquitur de hoc.

g ¶ *Permittas.*] Hanc permissionem intellige secundum tenorem. ʒ. *eod. c. prox. &* ʒ. *c. prox.* si excommunicatio lata fuit, vel non fuit, quia tunc non potest, alias suo iure poterit dispensare.

h ¶ *Si voluerit.*] ʒ. *de senten. excomm. cum illorum*: tamen si excommunicatus ex certa sententia ordinem recepisset, non posset, vt ibi dicitur.

furtiuè [a] Diaconatus ordinem suscepisse. Vnde fraternitati tuæ respondemus, quòd si non fuit à te, vel ab aliquo Archidiaconorum [b], vel Prælatorum tuorum, sub anathematis interminatione prohibitus: tu ipse in promotione ipsius ad Sacerdotale officium condigna satisfactione imposita, (nisi alia impediant) pro arbitrio tuo dispenses [c]. Si verò interminatio [d] anathematis super hoc facta est, moneas eum, vt in aliquo monasterio, seu canonica, habitum suscipiat regularem: cui, ex quo in habitu illo aliquanto tempore fuerit laudabiliter conuersatus, poteris misericorditer [e] prouidere: alioquin nulla ratione concedimus eum ad Sacerdotalem ordinem promoueri.

¶ Cœlestinus tertius.

¶ *Summatum est suprà capitulo proximo.*

CAP. II.

CVm † H. lator præsentium, sicut nobis sua quæstione monstrauit, ad tuam ordinationis causa præsentiam accessisset, iuxta consuetudinem patriæ sibi quatuor † minores [f] ordines contulisti: quibus non contentus, Subdiaconatum etiam temerario ausu recepit. Quia verò idem Clericus in hoc facto multùm excessit: Mandamus, quatenus eum in minoribus duntaxat ordinibus celebrare permittas [g]. Si verò domum religionis intrauerit, & vita, & mores eius exegerint, Abbas (si voluerit [h]) in aliis poterit ordinibus dispensare.

¶ Idem.

¶ *Summatum est suprà cap. 1.*

CAP. III.

INnotuit † nobis, quòd G. Clericus, & alij duo de diœcesi tua ad G. quondam Seguntin. Episcopum, vt ordines ab eo reciperent, accesserunt. Cùmque ab eodem Episcopo sub excommunicationis sententia fuisset inhibitum, ne quis se ad duos ordines [i] suscipiendos ingereret: prædicti Clerici nihilominus Subdiaconatus, & Diaconatus ordinem clandestinè susceperunt: *& infrà.* ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd † ordinati in susceptis ordinibus de iuris rigore ministrare non debent [k]. Veruntamen si ad religionem aliquam voluerint se transferre, & peracta pœnitentia pro arbitrio tuo eis iniuncta, ibidem laudabiliter fuerint conuersati, processu temporis † cum eis poteris de nostra licentia [l] dispensare, vt postmodum susceptorum ordinum executione lætentur.

INnotuit.] Diuiditur in duas partes. Secunda pars ibi, *Consultationi tuæ.* Abbas.

CASVS. Quidam clericus G. nomine, & duo alij cum litteris Episcopi sui accesserunt ad Episcopum Seguntin. vt ordines reciperent ab eodem: Episcopus dum accederet ad ordinationem, excommunicauit, quicunque se ad duos sacros ordines ingereret: prædicti clerici nihilominus Subdiaconatus, & Diaconatus ordines susceperunt: furtiuè quærentes, quid iuris sit de illis. Respondet Papa, quòd illi de iuris rigore non debent in susceptis ordinibus ministrare: sed si ad religionem voluerint se transferre, peracta pœnitentia, si laudabiliter ibi fuerint conuersati, de licentia illorum de licentia Papæ, cum eis poterit dispensare, vt in susceptis ordinib. ministret. Nota, quòd nullus duos sacros ordines eodem die recipere debet. Item fauore religionis facilius cum aliquo dispensatur. Item qui post excommunicationem latam, ne aliquis recipiat simul duos sacros ordines, eodem die hos suscepit, Episcopus cum illo dispensare non potest, tanquam cum eo, qui excommunicatus diuina præsumpsit. Item arg. quod ingressus religionis non tollit irregularitatem.

i ¶ *Ordines.*] Scilicet sacros, qui simul eodem die conferri non debent. ʒ. *de tempo. ord. litteras, & cap. dilectus*: ad duos verò minores, vel etiam quatuor potest aliquis promoueri. ʒ. *c. proxi.* sed idem esset de minoribus, si prohibitio excommunicationis facta fuisset de minoribus, licet possit conferre minores quia si non vult aliquem promouere ad duos minores, vel plures, non compellitur: immò de iure interstitia etiam temporum seruanda sunt. 77. *dist. in singulis.*

k ¶ *Ministrare non debent.*] Immò de rigore sunt deponendi ʒ. *de sen. excom. cum illorum*: quia contra sententiam excommunicationis receperunt ordines. *arg.* ʒ. *de cler. excommunicato minist. latores.*

¶ *Glos. seq. soluit quæstionem, & arg.*

l ¶ *De nostra licentia.*] Sic ʒ. *eod. c. 1.* sed ad sacerdotium per hanc licentiam non poterit dispensare, cùm de susceptis ordinibus hoc dicat. Et est arg. quòd ingressus religionis non tollit irregularitatem. ʒ. *eod. cap. 1. &* 1. *q.* 7. *si quis omnem.*

TITVLVS XXXI.

De excessib. † Prælatorum, & subditorum.

¶ Alexander tertius.

¶ *Monet Prælatos abstinere à grauaminibus subditorum, & aliqua enumerat: & geminatam pœnam imponit contrafacientibus.*

CAP I.

PERVENIT † ad audientiam nostram: *& infrà.* ¶ Cùm autem Presbyteros quasi filios, &

DE EXCESSIBVS PRÆLATORVM, &c.

¶ *Suprà vidimus esse de variis excessibus subditorum, ad quos Prælati subditorum suorum excessus, subiicit de eorum excessibus. Vel aliter, & melius: Suprà vidimus, generaliter de variis excessibus, tam Prælatorum quàm subditorum: nunc subiicit rubricam specialem de Prælatorum excessibus, &c.*

De hac materia habetur 86 dist. per tot. & 10. q. 1. per tot.

PEruenit.] Duæ sunt partes: Secunda ibi, *Cùm autem.* Abb.

CASVS. Episcopi presbyteros, & alios clericos, quasi filios,

† *In plerisque manuscriptis ita: vt in aliquo monasterio, seu canonica, in altero ita: vt in aliquo monasterio, seu canonica regulari habitum suscipias regularem.*

† *Aliàs, Clemens 3.*

† *Cap. 1. eod. tit. in 2. cap. Vide citatos suprà in ipso titulo.*

† *Vide Conc. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 11. vbi minores ordines per temporum interualla conferendos admonet.*

a *Hodie vide Conc. Trid. citatum in textu.*

b *Hæc glossula in antiquis codicibus ita habet: Hanc permissionem intellige secundum tenorem ʒ. c. prox. & ʒ. c. prox. si excommunicatio lata fuit: aliàs suo iure poterit.*

† *Cap. 2. eo. tit. in 2. cap. Vide allegata in præcedentibus capitulis huius eod. tit. & omnino Conc. Trid. sess. 23. de reformatio. ca. 11. & 14.*

† *Vide nos ita quòd sic ordinati, &c. sed aliud, si, alterius verbis additur.*

† *temporum.*

† *In codice Barbatiæ inscriptio: De excessibus Prælatorum, & subditorum in Prælatos ita: caterà dempsis ita: De excessib. Prælatorum.*

† *Cap. 1. eod. tit. in 1. cap. & post Conc. Latera. sub Alexand. iij. par. 2. cap. 7.*

filios & fratres fraterna debent charitate tractare: sed ipsi contrarium faciebant, & nisi ad voluntatem suam eis pecuniam soluerent, diuinum officium interdicebant eisdem: vnde mandat Papa Episcopis, quatenus in eos tallias, & exactiones indebitas exercere non præsumant, nec de cætero illos grauent indebite, vel tractent inhoneste; & sine consensu capituli sui ipsos suspendere, vel eorum Ecclesias interdicere nō præsumāt, neque duas Ecclesias quarum vna sufficiat, eos habere permittant, nec aliquos excommunicent sine ordine iudiciario: sciturí, quod si contrà fecerint, Papa eos taliter puniet, quod timore pœnæ suæ alij à similibus abstinebunt. Nota quod Episcopi subditos aggrauare indebite non debent. Item sine cōsilio capituli nō debent suspendere clericos, vel Ecclesias interdicere; nec excommunicare sine ordine iudiciario. Et sic nota, quòd ordo iudiciarius seruari debet in sententia excommunicationis, siue suspensionis. Item pœna vnius debet aliis timorem inferre.

† *Vide omnino Conc. Tridens. sess. 7. de refor. c. 2. 3. 4. & 5. & sess. 24. de refor. c. 17.*

† *Vide Conc. Later. sub Innocētio iij. c. 47. & Conc. Trid. sess. 25. de refor. c. 3.*

† *Vide l. 2. in princ. C. ad l. Iul. repet. & Inst. de exce. § hodie autem in fine.*

fratres, benigna, ac fraterna debeatis charitate [a] souere: Mandamus, quatenus in eos tallias, & exactiones [b] indebitas exercere nullatenus præsumatis [c]: nec de cætero irrationabiliter grauetis, vel inhonestè tractetis eosdem: aut sine iudicio Capituli [d] suspendere, vel eorū Ecclesias interdicto subiicere attentetis: neq; duas † Ecclesias [e], quarum vnam sufficere videbitis, permittatis illos tenere: nec aliquem excommunicare † sine ordine iudiciario [f] præsumatis. Sciturí pro certò, quòd si huiusmodi rumores de vobis iterum ad aures nostras peruenerint, pro tantis excessibus vos taliter puniemus [g], quòd timore pœnæ vestræ, cæteri [h] à similibus abstinebunt.

¶ Idem Cantuarieñ. Archiepiscopo.

¶ *Non potest Episcopus sine causa Ecclesiam alteri subiectam, ab illius subiectione, & obsequio liberare.*

CAP. II.

AD † hæc, quoniam Episcopus plures Ecclesias à cōsuetudine, & obsequio Archidiaconorum liberas constituit, & immunes, per quod redditus diminuit [i] eorundem: Mandamus, quatenus factum Episcopi super hoc corrigas, & emendes: & ita prouideas, quòd præfatis Archidiaconis consuetudines [k], quas Presbyteri in Ecclesiis suorum Archidiaconatuum debent, plenariè conseruentur, & illis debitam reuerētiam exhibeant, & honorem.

† *Cap. 2. eod. tit. in 1. cōpi. & post Cōc. Lateran. p. 24. cap. 4.*

a ¶ *Charitate.*] 16. q. 1. *prædicator.* ꝫ. *de censibus, cùm Apostolus* 93. *dist. dictum.*

b ¶ *Tallias, & exactiones.*] Sic ꝫ. *de immun. eccles. aduersus.*

c ¶ *Præsumatis.*] Debent enim seruare manus suas innoxias Deo, & legi, & principi, nullúmque pertingere lucrum. in *Auth. de mand. prin. § 1. coll. 3. & C. de superindic. l. vnica, lib. 10. ff. de damn. infec. l. ex damni. 1. respon. & in Auth. de collat § & has quoque coll. 9.* nisi ex magna & graui causa. 16. *q. 1. generaliter. § nouellarum, &* ꝫ. *de censib. cùm Apostolus.*

d ¶ *Capituli.*] Sic ꝫ. *de his, quæ fiunt à maio. parte. c. quæsiuit:* & ita Episcopus sententiam excommunicationis, siue suspensionis sine capituli consensu ferre non debet. *arg. 15. q. 7. Episcopus nullus.* cum hæc pœna maior sit in Ecclesia. 24. *q. 3. corripiantur:* ideo meritò requirit consensum capituli.

e ¶ *Neque duas Ecclesias.*] Quarum vna non dependeat ex altera. ꝫ. *de ætа. & qualit. cum te:* vel nisi sint ita pauperes, quod proprium nequeant sustentare rectorem, vt ibidem, & 10. *q. 3. vnio.* ADDITIO. Vel vnam habeat intitulatam, aliam commendatam. 21. *q. 1. qui plures.*

f ¶ *Sine ordine iudiciario.*] Et ita habes hîc, quòd ordo iudiciarius seruari debet in sententia excommunicationis, siue suspensionis, vt 2. *q. 1. Deus omnipotens, &* ꝫ. *de appell. reprehensibilis,* & seruatur, & attenditur ordo iste, si legitima admonitio fiat: vel si non fiat, per vnum mensem ingressum Ecclesiæ sibi nouerit interdictum. ꝑ. *de sent. excom. sacro. & cap. cum medicinalis.* [*in 6.*] lata tamen tenet. 11. *q. 3. si Episcopus forte.*

g ¶ *Puniemus.*] Extraordinariè in *Authent. de sanct. epi. § omnibus autem* ✱.

✱ *Iniustè primans subditum communione per suū superiorem, quantū in se ibi iniustum visum fuerit, communione primabitur. Io. And.*

h ¶ *Cæteri à similibus.*] Sic ꝫ. *de malefic. cap. 1. &* ꝫ. *de Iudæ. ad liberandam, &* ꝫ. *de offi. ordin. irrefragabili, & 2. q. 7. quapropter.* Bern.

AD *hæc.*] Epi Ecclesias Archidiaconis subiectas, ab eis liberare non pñt. Hoc dicit. Secunda pars ibi, *Mandamus.* Abb.

CASVS. Quidam Episcopus suffraganeus Cantuarien. Archiepiscopi plures Ecclesias constituit immunes à consuetudine, & obsequio Archidiaconorum, propter quod redditus eorū diminuit: peruenit hoc ad Papam, vnde mandat Archiepiscopo prædicto, quatenus præfatum Episcopum super hoc corrigat, & emendet: & ita prouideat, quòd Archidiaconis suaiura seruētur illæsa in eorum Ecclesiis: & Presbyteri illis debitam exhibeant reuerentiam, & honorem. Nota, quòd Episcopi iura Archidiaconorum, & etiam aliorum Prælatorum diminuere nō possunt, nec eorum iurisdictionem eis auferre.

i ¶ *Diminuit.*] Et malè: quia non debent Episcopi ius suum alicui diminuere citra eius consensum *Cod. de iur. reip. l. 3. lib. 11. & C. de eman. l. nec auus, &* ꝫ. *de eccl. ædi. ad audientiam 2. & Cod. de omni agro deserto. quicunque, in fin. lib. 11.* & est arg. quod Episcopus in alterius præiudicium non potest dare priuilegium. *argu. 9. q. 3. conquestus, & c. per principalem, & cap. nunc verò,* Laur. Sed quid si mortuus sit Archidiaconus? nunquid Eps cum capitulo potest præiudicare futuro Archidiano in aliquibus obsequiis, liberando clericos, vel subtrahendo iuri Archidiaconatus? Vinceñ. dixit, quòd sic, arg. ad hoc. 12. *q. 3 cap. vlt.* quod parū facit, & 16. *quest. 1. præcipimus § sicut duo, & cap. statuimus, & de consec. dist. 1. omnes, & 1. eod. sicut, & argum.* ꝫ. *de constit. cùm accessissent:* vbi ex toto suppressa fuit dignitas, Arg. contrà ꝫ. *ne se. vac. per totū, &* ꝫ *de constit. c. penult. & cap. cùm accessissent:* vbi de hoc, quod verius videtur. ADDITIO. Hodie tñ hæc quæstio est de Archid. determinata per *decreta. Inno. iiij. de reb. eccles. alie. dudum.*

¶ *Glos. seq. argu. allegat contrar. & ibi remittit: secundò argu. & remittit: tertiò litteram exponit.*

k ¶ *Consuetudines.*] Arg. quod iurisdictio Archidiaconi potius ex consuetudine, quàm ex iure tueatur. ꝫ. *de elect. dudum. 2. § tandem. arg.* ꝫ. *de off. Arch. c. vlt. arg. contrà* ꝑ. *eod. cùm satis,* vbi de hoc. Item argum. quòd seruitium ex consuetudine præstitū peti potest [b]. 11. *dist. Catholica, & 18. qu. 2. seruitium.* de hoc plene dicitur ꝫ *de consuet. c. vlt. &* ꝫ. *de censi. peruenit:* & intellige, quod hic dicit, de consuetudine præscripta.

¶ Idem Exonieñ. Episcopo.

¶ *Habens subiectionē, seu collationē beneficij, illud pro suo vsu retinere non potest, seu sibi conferre.*

CAP. III.

AD † aures nostras peruenit, quòd quidam Archidiaconi tui se in Ecclesias, quæ in suis Archidiaconatibus vacant auctoritate propria intrudere [l] † non verentur: & *infrà.*

¶ Mandamus, quatenus eos, qui tali modo Ecclesias occupant, vel occupatas detinent, ad eas dimittendas censura Ecclesiastica compellas: & easdem Ecclesias de personis idoneis ordinans [m], præfatos Archidiaconos pro tanta præsumptione, debita cures animaduersione punire [n].

† *Cap. 5. eod. tit. in 1. cōpi. & post Cōc. Latera. sub Alexa. iij. p. 24. cap. 3.*

† *Intrusus quis, & quomodo dicatur, tradit Felin. in c. in nostra.* ꝫ. *de rescri. & Dominicus in c. propter. 19. dist.*

¶ Idem † in Concilio Lateraň.

† *Idem, scilicet Alexa. iij. in Concil. Latera. cap. 11. & 12. tit. de cohabita. cler. & mulier. in 1. cōp. Vide extrauagantē Pij V. incip. cùm primum: & aliam incip. Horrendum illud: quibus clerici huius criminis rei decernuntur tradi curiæ sæculari.*

¶ *Contra naturam incontinentes, si sunt Clerici, deponuntur, & in monasterio detruduntur: si Laici, excommunicantur.*

CAP. IV.

CLerici: & *infrà.* ¶ Quicunque illa incontinentia, quæ

AD *aures.*] Archidiaconi Ecclesias sibi subiectas ad suum vsum retinere non possunt. Hoc dicit. Prima pars narrat factum. Secunda prouidet ibi, *Mandamus.* Abbas.

CASVS. Quidam Archidiaconi Exonieñ. Epi in Ecclesias, quæ in suis Archidiaconatibus vacabāt, se auctoritate propria intrudere nō verebantur, & eas suis vsibus deputabāt, cū personas deberent instituere in eisdem: peruenit hoc ad Papam, vnde mādat Epo Exonieñ. quatenus illos, qui tali modo Ecclesias occupant, vel detinent occupatas, Ecclesiastica censura cōpellat, vt eas dimittant, & eas ordinet de personis idoneis: præfatos verò Archidiaconos pro tanta præsumptione puniat animaduersione cōdigna. Nota, quod nō debet aliquis sibi retinere, quod alij necesse habet dare. Item nemo debet seipsum ingerere ad id quod debetur.

l ¶ *Intrudere.*] Vt ad opus suum illas retineant: quod facere non possunt: sed si causa custodiæ hoc facerent, hoc liceret. 63. *dist. § in plebibus &* ꝫ. *ne app. bona,* & si etiam ad eos pertineat institutio, non sibi debēt retinere, sed alios instituere, vel inter dantē, & recipientem sit differentia. ꝫ. *de instit. vlti. nec credas,* quòd ipse possit omnibus sufficere: ꝫ. *de offi. Archipresbyteri, c. vlt.*

b *Adde ad hoc, quod not. Bald. in l. 1. C. de serui. & aqua.*

m ¶ *Ordinans.*] Ad eorum præsentationem, nisi aliter se habeat consuetudo.

n ¶ *Punire.*] Aliqua extraordinaria pœna.

CLerici.] Dr, quia duo sunt dicta. Secūdū ibi, *Si laici.* Ab. Sic.

CASVS. Quia clerici, & laici laborant illo vitio Sodomitarum, propter quod ira Dei venit in filios diffidētiæ, & quinq; ciuitates igne consumpsit: statuit Lateraň. Concilium, vt quicunque in illo vitio deprehensi fuerint, deiiciantur à clero, vel ad agendum pœnitentiam in monasteriis detrudantur: si laici fuerint, excommunicētur, & à cœtu fidelium excludantur. Nota, quòd clerici laborantes vitio Sodomitico, à clero eiici debent, vel in

vel in monasteriis detrudi. Item laici laborantes eodem vitio, excommunicari debent, & à consortio fidelium excludi.

a ¶ *Naturam.* 32.q.2.*flagitia, & C.de adult.cum vir.*

b ¶ *Diffidentiæ.*] Id est, de quorum salute diffidendum est. Ala:

c ¶ *Quinque.*] Scilicet Sodomam [a], & Gomorrham, Seboim, Segor, & Elcale: quarũ duæ perierunt ex vicinitate, tres ex proprio delicto, *de pæni. distin. 1. sed & continuò*: hic loquitur de ciuitatibus ibi numeratis.

a De hac re vide in Genesi. c. 19. & ibi Doctores.

contra naturam [a] est (propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ [b], & quinque [c] ciuitates igne consumpsit) deprehensi fuerint laborare, si clerici fuerint, deiiciantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in monasteriis detrudantur: si Laici, excommunicationi subdantur [d], & à cœtu fidelium fiant penitus alieni.

¶ Idem.

¶ *Subditus non tenetur parere superiori aliquid exigenti, vel praecipienti côtra tenorem sui priuilegij.*

CAP. V.

SAnè † si Episcopi aliquid ab Abbatibus, præter debitam obedientiã [e] contra libertatem ordinis à prædecessoribus nostris, & à nobis indultã, exigunt, liberum sit Abbatibus auctoritate Apostolica, quod petitur, denegare [f].

¶ Idem Noruicẽñ. Episcopo.

¶ *Vicarius Ecclesiæ vsurpans sibi ipsius Ecclesiæ personatum contra præstitum iuramentũ ad officij sui executionem admitti non debet.*

CAP. VI.

ILlud † etiam de Vicariis, qui personis fide, & sacramento obligati sunt, duximus statuendum: Quòd si personatum sibi falsò [g] assumentes, contra personas se erexerint, & super hoc

d ¶ *Subdantur.*] Et capite puniri [b] debet secundum leges in *Auth. vt non luxu. cont. nat. circa fi. coll. 6.*

b Vide Mat. de Afflictis in constitut. Neapoli. li. 3. Rubrica 42. de adulteriis. Iuliũ Clarum, lib. 5. sentent. §. Sodomia. & Bern. Diaz in pract. cri. can. c. 80.

SAne.] Si à priuilegiatis aliquid petitur côtra tenorem priuilegij, licitè denegatur. Hoc dicit. Abbas.

CASVS. Statuitur in capitulo isto, q̃ Episcopi aliquid ab Abbatibus præter debitam obedientiam côtra libertatem huic ordini concessam, nõ exigant: Si autem ampliùs exegerint, liberum sit Abbatibus huius ordinis, auctoritate Apostolica denegare, quod petitur. Nota, quod Abbates debent Episcopis obedientiam. Item nõ licet Episcopis aliquid petere contra libertatem à domino Papa alicui concessam, alioquin licitè denegatur, quod petitur.

† Cap. 1. eod. tit. in 2. cõpi. Abbatũ nõnulla priuilegia quando cessent, vide in Côc. Trid. sess. 23. de reformat. c. 18. & cap. 10. sess. 24. de reformat.

¶ *Glos. seq. exponit, de qua libertate, & de qua obedientia intelligatur littera.*

e ¶ *Obedientiam.*] Et sic non loquitur capitulum illud de exemptis Omnis enim iurisdictio tam in monasteriis, quàm in aliis pertinet ad Episcopũ, nisi exempti sint. 4.q.4. *c. 2. & 93. dist. nulla*, & in Episcoporum potestate Abbates esse debent. 18.*q.2. Abbates.* loquitur ergo hic non de libertate exemptionis plenæ, sed de alia libertate concessa illi ordini, quòd nihil ab eis exigatur, præter debitam obedientiam, & intelligo nulla debita obediẽtia, quòd Episcopus possit illos visitare, & corrigere corrigenda, & confirmationẽ Abbatis habere, sed nullum temporale debet percipere, vt hic videtur, licèt non plene constet de libertate concessa, sed obseruabitur, prout continetur in libertatis priuilegio istis concesso.

† Cap. 1. tit. de iureiurã. in 2. compil. & post Côc. Lateran. sub Alexand. iij. part. 39. c. 2.

f ¶ *Denegare.*] Auctoritate huius canonis. *arg. 10. q. 3. quia cognouimus, sic ĩ. c. 2.* & excommunicatio contra hæc lata non tenet, vt ibi dicitur, & *ĩ. eod. ad quorundam.*

ILlud.] Ponit pœnam vicariorum, qui ad vendicandas prælaturas se exigunt contra Prælatos. Hoc dicit. Abbas Sicul.

CASVS. Aliqui sunt constituti vicarij in Ecclesiis auctoritate Episcoporum, qui obligati sunt personis Ecclesiarum fide, & sacramento: vicarij isti se in superbiam erigentes, falsò assumebãt sibi nomen personatus contra fidem, & iuramentũ. Statuit Alexander Papa, quòd si super hoc in iure confessi fuerint, vel conuicti, de cætero in eodem Episcopatu ad executionem sui officij nullatenus admittantur. Nota, quòd confessus in iure, pro conuicto habetur. Item confessio in iure, & conuictio æquiparãtur. Item qui contra fidem, & iuramẽtum venit, tanquam falsarius, & periurus debet expelli de toto Episcopatu.

g ¶ *Falsò.*] Et ita etiam quasi falsarij, & periuri possunt, qui contra iuramentũ veniunt: vnde tãquam indigni priuandi sunt. *ĩ. de iureiur. querelam*, & personis vilibus, & indignis beneficia sunt deneganda, & subtrahenda, *ĩ. ea. inter.*

h ¶ *Confessi fuerint, vel conuicti.*] Aliàs puniri non debent [c]. 2. *q. 1. nos in quenquam, & cap. index, & ĩ. de maior. & obed. inter quatuor, & ĩ. de confess. Ecclesia.*

c Adde quod durius puniuntur conuicti, quàm confessi. not. in l. 2. C. quo. apellat. non recip.

in iure confessi fuerint, vel conuicti [h], de cætero in eodem [i] Episcopatu ad officij sui executionem nullatenus admittantur.

¶ Clemens tertius.

¶ *Excommunicatio lata contra subditum, quia non paret contra priuilegium sibi à superiore concessum, non tenet.*

CAP. VII.

CVm † ad quorundam: & infrà. ¶ Ideóque discretioni vestræ Apostolica auctoritate cõcedimus, vt si Ecclesiarum Prælati numerum euectionis, & personarum in Lateranen. † Concilio [k] constitutum, cùm Ecclesias visitant, excedere fortè præsumpserint, & pro illis procurationem exegerint, liberum sit vobis auctoritate [l] Apostolica denegare: Et si propter hoc in Ecclesias vestras, vel clericos aliquam sententiam promulgauerint, ipsam decernimus non tenere [m].

¶ Cœlestinus tertius Faustino † Episcopo.

¶ *Prælatus inferior citra Episcopũ non potest suam Ecclesiam, vel sibi subiectam alteri vnire sine Episcopi consensu, etiam Metropolitani, auctoritate interueniente. Hoc dicit. Et est casus multũ allegabilis.*

CAP. VIII.

SIcut † vnire Episcopatus, atque potestati subiicere

i ¶ *Eodem Episcopatu.*] Sic *ĩ. de priuileg. tuarum.*

CVm ad.] Sententia excõmunicationis lata contra subditum denegantem procurationem exactam vltra numerum Côcilij Lateranẽ. nõ tenet. Hoc dicit. Vel generalius sic, vt in rubro. Secunda pars ibi, *Ideóque.* Abbas Siculus.

CASVS. Statutum fuit in Lateranẽ. Côcilio, q̃ Prælati Ecclesiarum, cum visitant Ecclesias suas, certum numerum equorũ, & personarum debent habere, sed quidam Prælati hoc non seruant: vnde quidam Prælati quarundã Ecclesiarum petierunt à dño Papa sibi sup hoc prouideri: vnde Papa auctoritate Apostolica indulget istis, vt si Ecclesiarũ Prælati numerum euectionis, & personarum in Lateranẽ. Concilio constitutum excesserint, cùm eorum Ecclesias visitauerint, liberũ sit eis auctoritate Apostolica denegare, si procurationem p pluribus postulauerint, & si Prælati ꝓpter hoc in Ecclesias istorũ clericorũ, vel clericos, aliquam sententiam promulgauerint, Papa decreuit ipsam non valere. Nota, quod sententia lata contra priuilegiũ, vel indulgẽtiam Papæ ab aliquo inferiori, nõ tenet: vnde videtur per hanc litterã, quòd hoc omnibus sit côcessum.

† Cap. 3. eod. tit. in 2. cõpi. Et de materia huius ca. vide omnino citatos in cap. cùm ex officij. ĩ. de præscrip.

† Lateran. Conc. sub Alexã. iij. cap. 4 adde Concilium Lateran. sub Innocen. iij. ca. 33 & omnino Concil. Tridẽt. sess. 24. de reformat. cap. 3.

† Faustino, habet vetus compilatio.

k ¶ *Concilio.*] *ĩ. de cẽsib. cùm Apostolus.*

l ¶ *Auctoritate Apostolica.*] Specialiter idem tñ possent iure communi, vt videtur: sicut signa rebus meis impressa propria auctoritate deponam. *C. vt nemo pri. tit. præ. su. vel alien. impo. l. 1. & 2. & melius. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1 §. Trebatius, & §. itẽ quæsitũ, & 10. q. 3. quia cognouimus, & ĩ. eo. sane*: & quod Episcopus iniustè abstulit, in quadruplũ restituat. 18. *di. quĩ. in fi. arg. C. ad l. Iul. repet. l. 1. & in Auth. vt litigan. in exor. lit. in § hoc quoque, coll. 9.*

† Cap. 4. eod. tit. in 2 cõpi. Et de materia vnionis vide nouissimè san. ita In Concil. Trid. sess. 7. de reformat. c. 6. & 7. & sess. 14. de reform. cap. 1. & sessio. 21 de reformat. c. 5. & plenissimè sessio. 24. de reform. c. 13. & cap. 15.

¶ *Glos. seq. signat contrarium. sol. opin. ponit, quam reprobat.*

m ¶ *Non tenere.*] Arg. contra. 11. q. 3. c. 1. & 2. & *ff. de non. oper. nun. l. 1. in princ.* Sol. quod hic dicitur, verum est: quia sententia talis non tenet auctoritate priuilegij istis concessi super hoc, & in hoc exempti sunt à iurisdictione Episcoporum: vnde sententia lata contra priuilegiũ Papæ, nulla est, tanquam à non suo iudice lata: & temerarium est, & indignum sua auctoritate præsumere, quod alicui specialiter est concessum. *ĩ. de priuil. sane*: & ita inquantum isti exempti sunt, seruanda sunt sua priuilegia. *ĩ. tit. 2. c. cùm capella.* & sic intellige *ĩ. eod. sane.* Aliàs verò si priuilegium tale nõ haberent, & Episcopus prædictum numerum excederet, vel aliàs vltra tenorem concilij eos grauaret, licitè possunt denegare de iure. 10. *q. 3. quia cognouimus.* & auctoritate Concilij Lateranẽ. cùm Apostolus: tñ si excõicaret eosdem, túc teneret excõicatio, licèt ipse male faceret, & ipsi possent agere contra Epm ad interesse: quia iniustè illos excõicauit. *ĩ. de sen. excom. sacro.* Alij [d] dicunt: quod hoc est ius commune, sed hoc non credo.

d Scilicet Goffr. hic, & in summ. tit. de sent. ex c. ad finem, & aliq, quos refert hic Io. Andr. quorũ sententiã videtur amplecti.

SIcut.] Abbas subiectus Epo, monasteriũ suũ alteri subiicere, vel vnire non potest, sine consensu diœcesani, etiã cum consensu Metropolitani Hoc dicit. Diuiditur. Nã primò ponit quãdam cõsuetudinem. Secundo narrat factũ, quod infirmari mãdat ibi, *Cùm itaque.* Tertio sol. obstaculũ ibi, *Non obstante.* Ab. Sicul.

CASVS. Prior Grandeñ. monasterium suũ, quod est in diœcesi Faustini Epi subiecit, siue vniuit monasterio de Accato sine assẽsu diœcesani Epi prædicti, de cuius auctoritate id fieri debuisset: assensu tñ Archiepi interueniente: Eps significauit hoc dño Papæ petens, vt sibi liceat reuocare, q̃ eo inconsulto factũ fuit:

Respondet

alienæ, ad summum Pontificem pertinere [a] dignoscitur: ita Episcopi est Ecclesiarum suæ diœcesis vnio, & subiectio earundẽ. Cùm itaque Prior Grandeñ. monasterium suum, quod est in tua diœcesi [b], & de tuo debet ordinari consensu, monasterio de Accato † (tuo assensu minimè requisito [c]) subiecerit, siue vnierit: quod fecit te inconsulto, tibi liceat auctoritate [d] nostra (sicut iustum fuerit) infirmare: Non obstante assensu, vel confirmatione, quã Metropolitanus interposuisse proponitur: cùm in diœcesi sui suffraganei absque ipsius assensu, non debeat aliquid contra constitutiones canonicas attentare [e]. Nos quoque id decernimus irritandum.

¶ Innocentius iij. Archipresbytero sancti Andreæ de Päll. †

¶ Suspendi debet Clericus, qui de suo crimine publicè gloriatur.

CAP. IX.

QVàm † sit graue crimen in Clericis, cùm malè fecerint gloriari, nullus sanæ mentis, ignorat. Accepimus sanè, quod cùm R. Deserieñ. P. filiam suam cuidam I. nomine tradiderit in vxorem, P. Diaconus non erubuit publicè [f] confiteri † se mulierem prædictam carnaliter cognouisse: vnde factum est, quòd vir ad propria eam remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Ideóque mãdamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, appellatione cessante præfatum Clericum ab officio, & beneficio suspendere non postponas: compellens virum, vt vxorem suam recipiat, eique (sicut iustum est) officium [g] exhibeat maritale.

¶ Idem Episcopo Hipponeñ. † & Abbati de Tileto Visitatoribus Lombardiæ.

¶ Clericus auctoritatem, vel consilium directè, vel indirectè homicidio præstans, irregularis efficitur.

CAP. X.

EX † litteris vestris accepimus, quòd cùm ad Albiganensem Ecclesiam, vnà cum Pisano Archiepiscopo, tunc Episcopo Vercellañ. accessisseris, visitationis officium impleturi: Albiganeñ. Episcopus inter cætera, quæ proposita fuerant contra ipsum, ore proprio est confessus, quòd cùm quidam in villa quadam ad eius † iurisdictionem spectante infamaretur de furto, & idem illud inficiaretur

Respõdet ei Papa, vt liceat ei reuocare, quod ille Prior Grãdeñ. fecit eo inconsulto, non obstante assensu, vel confirmatione Archiepiscopi, quã interposuisse proponitur: quia Archiepiscopus in diœcesi sui suffraganei sine ipsius assensu, nihil disponere potest contra canonicas sanctiones: Papa id decreuit irritandum, & quod Episcopus id in irritum reuocare possit, primo illud ostendit: sicut enim ad Papam pertinet vnire Episcopatus, & alienæ potestati subiicere: ita ad Epm pertinet vnio, & subiectio Ecclesiarum suæ diœcesis. Nota, quod vnio Episcopatuum ad solum Papam pertinet. Item ordinatio Ecclesiarũ, vnio, & subiectio earum ad Episcopũ pertinent in sua diœcesi. Item omnia monasteria, nisi sint exẽpta, spectant ad Episcopũ loci. Itẽ Archiepiscopus in diœcesi suffraganei sui nihil habet disponere, sine assensu ipsius. Item arg. quod Archiepiscopus nõ est iudex ordinarius totius prouinciæ suæ.

¶ Glos. seq. numerat 11. specialia de reseruatis Papæ, & illa prosequitur, & quatuor versus ponit.

a ¶ *Pertinere.*] Nota, quod quædam sibi in tantum sedes Apostolica reseruauit quæ ab aliis impunè præsumi non possunt. 17. *distin. huic.* Solus Papa restituit depositos Episcopos 2. q. 6. *ideo.* Et deponit eosdem 3. q. 6. *accusatus, quamuis dudum,* & 3. *de translat. inter corporalia.* Diuidit Episcopatũ in duos. 16. q. 1. *præcipimus.* § *sicut.* Vnit duos in vnum, vt hic, & 16. q. 1. & *temporis qualitas.* Eximit Episcopos, & Abbates. 16. q. 1. *frater noster.* Probat scripta aliorum, & concilia. 3. *de sum. Trin. cap. 2. in fin.* & 16. *dist. sancta Romana,* & 17. *dist. regula,* & 2. q. 6. *ideo.* Articulos fidei soluit. 24. q. 1. *quotiens, quoniam vetus* Et cùm dubitatur de aliquo articulo. 3. *de hære. cùm Christus* Synodum facit generalem, vt 17. *dist. cap.* 1. & 2. Transfert sedem Episcopalem de loco ad locum 7. q. 1. & *temporis qualitas.* Mutat Episcopos. 7. q. 1. *mutationes,* & 3. *de transl. per totum.* Appellat nullus ab ipso. 9. q. 3. *cuncta* vnde versus.

Restituit Papa solus, deponit & ipse:
Diuidit, ac vnit, eximit, atque probat.
Articulos soluit, synodumque facit generalem,
Transfert, & mutat, appellat nullus ab ipso.

b ¶ *In tua diœcesi.*] Vnde ipso iure ad curam ipsius pertinet, & potestatem 3. *de rescript. cùm nõ liceat.* & 18. *qu.* 2. *Abbates,* & *cap. seq.* & c. 1. 3. *de reli. do. de Xenodo. lius.* nisi sint exempta. 16. q. 1. c. 1. vbi priuilegiũ exemptionis ostenditur. 100. *dist. contra morẽ.*

c ¶ *Minimè requisito.*] Quod fieri non debet in alienationib. 17.

¶ Glos. seq. recit. per quæstion. suo iure possit Episcopus reuocare, & distinguit.

d ¶ *Auctoritate nostra.*] Nam auctoritate sua facere non posset, vt videtur, maximè si aliud monasterium sit subiectum alij: quia non posset esse iudex in causa sua. *C. ne quis in causa sua iud. se dic. l. vnica:* si autem vtrumque esset de sua iurisdictione, satis credo, quòd sua auctoritate hoc facere posset. *argum. huius cap.* quia, vt hic dicit, sine suo consensu fieri non debuit.

e ¶ *Attentare.*] Argum. ex hoc, quod Archiepiscopus non est iudex ordinarius totius prouinciæ: Archiepiscopus enim omniũ Episcoporum suæ diœcesis est ordinarius, sed non subditorum. 3. *de offic. ordi. pastoralis.* nisi in casibus ibi notatis: aliis enim nisi in casibus illis nihil potest disponere in diœcesi suffraganei, vt dicunt constitutiones, de quibus hic mentio 9. q. 3. *cap.* 1. & 2. *cap. Archiepiscopus,* & *duobus capitulis sequentibus,* & 3. *de officio ordinarij. Romana,* [*in lib.* 6] Bern.

QVàm sit] Clericus, qui de crimine publicè gloriatur, propter quod scandalum sequutum est, ab officio, & beneficio suspenditur. Hoc dicit: & per hoc commune summariũ nimis restringitur sensus litteræ: quia videtur expoścere scandalũ, quod videtur contra princ. cap. Secunda pars ibi, *Ideòque.* Abb. Sicul.

CASVS. Quidam Diaconus P. nomine, publicè confitebatur se carnaliter cognouisse vxorem cuiusdam sui conuicini, siue parochiani, propter quod ille vir vxorem suam remisit ad propria. Significatum fuit hoc domino Papæ: vnde mandat cuidam Archipresbytero, quatenus si constiterit de præmissis, præfatũ clericũ, appellatione cessante, ab officio, & beneficio suspendat: & virum illum compellat, vt vxorem suam recipiat, & maritali affectu pertractet eandẽ. Nota, quod confessio in scandalũ alterius extra ius facta clerico præiudicat. Item nemo de improbitate sua debet cõmodum habere.

¶ Glos. seq. argu. allegat contrarium, & soluit, & de duobus remittit.

f ¶ *Publicè confiteri.*] Argum. quod confessio extra ius facta præiudicat: quia non refert, vndecunque crimina claruerint, vt puniantur. 23. qu. 3. *ecce crimina* [b] *fini. ff. de adminis. tu. pater.* § *vlt. aliàs est.* § *sub illa. l. quidam decedens.* § *vltim.* qualitercunque enim innotuerit tutori, quòd sit tutor, statim periculũ ad ipsum pertinet, vt ibi dicitur, simile 22. qu. 5. *hoc videtur.* Sed contrà 3. *de iudic. at si clerici:* & nemo sine accusatore damnari debet. 23. qu. 4. *si quis potestatem,* & *ff. de mu. & honor. rescripto.* § *si quis:* quod verum est, vnde iste non deponitur, sed suspenditur, & ex illa confessione non punitur nisi occasionaliter, sed propter scandalum, & infamiam ortam inter mulierem, & virum qui propter hoc eam expulit, suspenditur: aliàs non fuisset suspensus propter talem confessionem. Quando quis puniri possit sine accusatore, notatur 3. *vt Ecclesiastica benefic. sine diminu. conferan. vt nostrum,* & de confessionibus in aliis casibus, *not. 3. de confess. cap. vltim.*

g ¶ *Officium.*] Id est, debitum carnale, & alia consuet. Bern.

EX litteris] Episcopus, cuius auctoritate homicidium commissum est, ministerio altaris, & officio Pontificali, & Episcopatus administratione deponitur. Hoc dicit. Vel sic: Episcopus præstans causam directè, vel indirectè homicidio committendo, eo commisso priuari debet officio Pontificali, & Sacerdotali, & ab administratione Episcopatus remoueri. Prima pars narrat factum. Secunda diffiniendo committit ibi, *Nos autem* Abbas Sicu[lus].

CASVS Quidam visitatores in Lombardia accesserunt ad Ecclesiam Albiganeñ. vt in ea visitationis officium exercerẽt: Episcopus Albiganeñ. inter cætera, quæ proposita fuerunt contra ipsum, confessus fuit, quòd cùm quidam in villa quadam, quæ ad eius iurisdictioné spectabat, infamaretur de furto, & ipse fur illud denegaret, obtulit purgationẽ ferri candentis: & si deficeret, suspenderetur: Episcopus quæsiuit à iudice deputato ab ipso ad maleficia punienda, quid sibi super hoc videretur: iudex respondit, vt fieret, sicut fur dixerat: tandẽ ferrum candens in ipsius præsentia est allatum, quod cùm fur ille accepisset, combustus est: iudex pauefactus, consuluit Episcopum, quid sibi super hoc esset agendum: & ipse respondet, quod si fur euaderet, malum esset: & sic Episcopus, & iudex villam illam exeuntes, in eorum præsentia ille fur est suspensus: tamen Episcopus ipse dicebat in eius excusationem, se talibus verbis vsum fuisse: Auditis, quantus est clamor populi: omnes dicunt, malum est, si sic euaserit impunitus. His auditis, & redactis in scriptis, inquisitores ipsum Episcopum cum litteris suis confessionem prædictam continentibus, remiserunt ad Papam: sed ipse nihil super his proposuit coram Papa, nec litteras inquisitorum ostendit: ipse tamen dicebat litteras illas Papæ præsentasse: [illegible] statim, cùm alter de prædictis inquisitoribus ad Apostolicã sedẽ accessit, qui rem per

† *Attentato.* *Aceato.*

a *Valde vtilis, & elegãs est hæc glossa cui habes aliam simile in cap. quod translationis verbo, reformata sup. de offi. legati.*

† *Pallio.*

† *Polliano.*

† *Cap. 2. eod. tit. in 3. cõp.* *Et de materia vide Bernardinum Diaz infra. crim. can. c. 3. adde Abbatem in cap. olim ex literis. 3. de rest. spol.*

† *Tpor. & Abbati de Tileto.*

b *Vide circa hoc cap. quod not. de ordi. cognit. cap. 2. ad fin. penult. glos. & de 1. seq. vide, quod not. de rescri. cùm contingat. in 1 glo. cum suis remiss. de cap. hoc videtur, vide, quod ibi not. in glos. 2. Ioan. And.*

† *Cap. 3. eo. tit. in 3. cõpi. præter citatos paulò post, vide notat. in ca. fin. ne cler. vel monach. lib. 6.*

† *illius,*

per odium dño Papæ exposuit, idem Eps de curia recessit, & perquisitus non potuit inueniri: dñs Papa his auditis per dictũ inquisitorem, & per litteras inquisitorum (quia idem Eps non solùm in iudicio ferri candentis, verumetiã in suspẽdio multùm excessit, cùm his non tantùm auctoritatem præstitit, sed etiam præsentiã suam exhibuit corporalẽ, ipsum reputauit indignũ ministerio altaris: & quia Pontificale officiũ sine ministerio altaris exerceri nõ potest, mandat dictis inquisitoribus, quatenus moneãt eundẽ, vt Episcopatui cedat: alioquin ipsum remoueant ab Ecclesia Albiganeñ. & eidẽ Ecclesiæ faciãt de persona idonea prouideri. Nota hîc arg. q̃ sufficit absentem requiri, licèt peremptorium ad eius notitiam non peruenerit. Itẽ clerici, vel Episcopi iudicium ferri candentis indicere, nec recipere talem purgationẽ debent. Item nec interesse, nec auctoritatem præstare debent specialiter, vt pœna corporalis infligatur: quod si fecerint, hîc est pœna expressa in Prælatos. Item officium Episcopale sine altaris ministerio exerceri non potest. Et sic est hîc argum. quòd non potest esse Episcopus, nisi primò fuerit Sacerdos. Item in locũ Episcopi depositi, vel irregularis facti ex culpa sua, alius substitui debet.

† *Examinatio per ferrũ candens, & feruentẽ aquam illicita est, de qua re elegãs decretum extat in cap. consuluisti, 2. q. 4. vide B. Tho. 2. 2. q. 95. artic. 8. ad 3. argum.*

† *Episcopus habens temporalem iurisdictionem committere potest causarum criminalium cognitionem aliis absque irregularitate, dicens eis vt iustitiã debitam exequantur. ca. vlt. ne cleric. vel monac. lib. 6.*

† *Aliàs ista: quinimo statim cum, &c.*

a ¶ *Candentis.*] Hæc purgatio prohibita est. ร. *ne cleric. vel monac. sententiã, &* ĩ. *de purga. vulg. per totũ:* vnde hoc solo, quòd in hoc consensit, fuit puniendus.

¶ *Glossa sequ. recit. per quæst. an Episcopi, vel clerici principibus in criminalibus consulere possint.*

omnino, offerens, quòd candentis [a] ferri iudicio se purgaret, & vt suspendio puniretur, si deficeret in eodẽ: dictus Episcopus requisiuit à Iudice, quid super hoc videretur eidem: & cùm Iudex respondisset, vt fieret, sicut fur ipse dixerat: ferrũ candens † in ipsius præsentia Episcopi est allatũ: quod cùm accepisset fur ille, combustus est: vnde Iudex pauefactus, quid sibi super hoc videretur, consuluit [b] Episcopum memoratũ. Qui respondit, quòd si fur sic euaderet, malum esset: quanquã affirmet se verbis [c] talibus vsum fuisse: Auditis, quantus est clamor populi? omnes dicunt, malum est, si sic euaserit impunitus †: & sic Episcopus, & Iudex villã ipsam cum multitudine sunt egressi: in quorũ præsentia prædictus fur est suspensus: propter quod ipsum cũ litteris vestris ad sedẽ Apostolicã destinâstis: sed idem nihil super his proposuit coram nobis, nec litteras vestras vidimus, licèt idẽ se nobis illas asserat præsentâsse: quinimò † cùm dictus Archiepiscopus ad sedem Apostolicam accessit, qui nobis huiusmodi rei seriem plenariè indicauit, idem Episcopus à nostra discessit [d] presentia, & perquisitus [e] non potuit inueniri.

¶ Nos autem quia idem Episcopus non solùm in iudicio candentis † ferri, verumetiã in furis suspendio grauiter noscitur deliquisse [f], cùm his non tantùm auctoritatem præstiterit, verùm etiam præsentiã exhibuerit corporalem [g], ipsum indignum altaris ministerio [h] reputamus. Cùm igitur Põtificale officium sine altaris ministerio nõ valeat adimpleri: Mandamus, quatenus vt Episcopatui cedat [i], moneatis eundem: alioquin ipsum ab Albiganeñ. Ecclesia amouentes, faciatis eidem per electionem canonicam de persona idonea prouideri.

¶ Idem Archiepiscopo, & Maioris monasterij, & sancti Iuliani Abbatibus Turoneñ.

¶ *Collatio Beneficij facta indigno occulta cassari debet: & conferens secũdò ante cassationem primæ collationis priuari debet ea vice potestate conferendi.*

CAP. XI.

INter † dilectos filios B. & P. Canonicos Pictaueñ. super Succentoria Pictaueñ. Ecclesiæ quæstione suborta, vtroque asserente Succentoriam ipsam, se per Pictaueñ. Cantorem, ad quẽ eius donatio pertinebat, canonicè assecutum: *& infrà.*

¶ Nos igitur attestationib. vtriusque partis inspectis, inuenimus

g ¶ *Corporalem.*] Vnde incidit in illam constitutionem. ร. *cler. vel mona. sententiam, & auctoritatem præstando & præsentiã:* vnde meritò deponi debuit: quia fuit homicida. ร. *de homi. significasti. 2. &* ร. *de cler. pug. in duello. c. 2. 50. dist. si quis viduam:* quia nõ refert an facto, vel cõsilio, seu auctoritate fiat homicidiũ, vt ibi dr̃.

h ¶ *Ministerio.*] Argu. quòd non põt quis esse Eps, nisi primò fuerit Sacerdos. De hoc dixi *ff. de cler. per saltum promo. cap. vnico.*

i ¶ *Cedat.*] Cũ ꝓpter culpam suam factus sit irregularis: aliàs etiam si esset impotens, daret ei coadiutor. *c. 7. quæ. 1. quamuis sit triste.* Vinc.

INter.] Ab obtinenda dignitate repellitur vsurarius, & publicus aleator. Hoc dicit. Diuiditur. Nã primò narrat decise factum. Secundo diffinit ibi, *Nos igitur:* quæ subdiuiditur. Nam prima diffinit de P. Secũda de B. Tertia de cantore. Secunda ibi, *Præterea.* Tertia ibi, *Quia verò.* Abb. Sicul.

CASVS. Vacante Succentoria Pictaueñ. cantor ipsius Ecclesiæ, ad quem pertinet collatio Succentoriæ, eã contulit P. canonico Pictaueñ. postmodum dicta collatione non cassata eandem Succentoriam cõtulit B. canonico Pictaueñ vnde orta quæstione inter eos, causa cõmissa fuit super ipsa Succẽtoria quibusdam iudicibus delegatis, coram quibus petit vtraq; pars electionẽ de se factam confirmari, & alterius cassari: lite cõtestata, & testib. hinc inde receptis, causa delata est ad dñm Papam: præterea iudices quasdam litteras concesserunt partibus, in quibus quædam clausula vltimò in litteris illis fuit apposita: ꝓponebar cõtra dictũ B. q̃ illa nõ fuerat apposita de conscientia iudicum, & sic falsauerat litteras illas, & q̃ vsus fuerat literis sic falsatis: sup hoc deposuerũt iudices, qui litteras illas cõcesserant: dñs Papa attestationibus vtriusq; partis inspectis, inuenit esse probatũ, dictũ P. publicũ aleatorẽ esse, ac manifestum vsurariũ, qui 11. pro 12. mutuauit in ludo. Ipse verò in suã excusatione allegabat consuetudinẽ Gallicorũ, qua clerici mutuant sic frequẽter, & ludunt. Sed Papa illã consuetudinẽ penitus reprobauit, cũ in illis sit magis punienda offensa, per quos delinquendi auctoritas vsurpatur: vñ quod circa dictũ P. de Succẽtoria ipsa factũ est, ꝓpter indignitatẽ, & vtilitatẽ ipsius, decreuit dñs Papa irritandũ: cùm personis vilibus, & indignis portæ dignitatũ patere nõ debeãt. Præterea cõtra præfatũ B fuit ꝓbatũ, q̃ de cõsciẽtia iudicũ vltima clausula nõ fuerat inserta in litteris eorundem, sicut per ipsorum depositiones constitit euidenter: propter quod pars altera proponebat, q̃ prædictus B. vsus fuerat litteris sic falsatis, & ideo tanquã falsarius debeat repelli. Papa tñ considerauit, q̃ licet constaret, q̃ dicta clausula in litteris illis fuisset apposita præter conscientiã iudicũ: tñ fides facta nõ fuit, q̃ dictus B. illã clausulã apposuerit, vel procurauerit, vt ab alio poneretur: vel etiam q̃ sciẽter vsus fuerit litteris sic falsatis: vnde Papa ab huiusmodi falsitatis obiectu dictum B. absoluit, præcipuè, cùm postquã hoc sibi obiectum fuit, eis vti noluit. Sed quia per depositiones duorũ testium constitit, q̃ concessio facta P. prædicto præcessit concessionem factam postmodum B. Papa decreuit ipsam irritam, & inanem. Et quia cantor ita inconstanter se habuit in hoc facto, vt prima donatione nõ cassata, secundã facere attentauerit, vt puniatur, in quo peccauit, dominus Papa priuat ipsum potestate cõferendi hac vice Succentoriã ipsam: Mandans iudicibus, quatenus eandẽ, auctoritate Apostolica, personæ idoneæ assignare procurẽt. Nota, q̃ aleator publicus, & vsurarius publicè repellitur à dignitate obtinẽda, nõ obstãte consuetudine aliqua. Itẽ praua cõsuetudo potius dicenda est corruptela, q̃ cõsuetudo. Item

† *Cur iudicium ferri candentis sit illicitum tradit luculenter B. Tho. 2. 2. q. 95. artic. 8. ad 3. artic.*

c *Et per quẽ dic, vt* ĩ. *de cler. ægro. c. vno, lib. 6.*

† *Cap. 4. mutit in 3. cõpi. Vide Hostiens. in summa, titul. de excessibus prælat. §. clericus verò, vbi plenè de ludo: ad de Bernardinum Diaz in pract. cri. can. c. 64. & citatos ibi per eum.*

b ¶ *Consuluit*] Non prohibetur hîc, Episcopi possint dare consilium principibus in criminibus, 23. q. vlt. *pessimam, in fin.* nam clericus potest dare [a] consilium ita in genere dicẽdo: Fures taliter puniendi sunt. 5. q. 6. *delatori:* dum tamẽ potiùs opera consulentis, quàm suggerentis fungatur, vt *ff. de quæstio. l. 1 §. qui quæstionem.* Item licitè possunt clerici querelam iudicibus deferre de furibus ciuiliter. *argu. 23. qu. 5. non vos, &* ร. *de homi. postulasti:* & licet aliquis respondeat de facto furis extra iudicium, licet ille fur puniatur, non imputatur illi, ร. *de homi. tua:* hic enim excessit sine consilij, dicendo: malum est, si fur sic euadat, & præsens suspendio.

c ¶ *Verbis talibus.*] Quæ sequuntur: auditis, &c.

d ¶ *A nostra discessit.*] Vnde perinde est, ac si non veniss et ร. *de ind. cap. 1. & 11. qu. 3. certum est:* aut etiam si latitaret post columnas. *ff. ex qui. in poss. ea. Fulcinius. §. illud sciendum, &* ร. *vt lit. non contest. quoniam §. 1.*

¶ *Glos. seq. not. quòd sufficit absentem requiri, licet, &c. alleg. in contrarium, & soluit.*

e ¶ *Perquisitus.*] Nota, quòd sufficit absentem requiri, licet peremptorium ad eius notitiam non peruenerit. ร. *de dol. & contum. causam quæ. cap. vlt. &* ร. *de cler. non resid. ex tuæ. C. de indic. properandum. §. & si quidem. ff. de euict. si verò, & l. si dictum. §. præsente, & ff. locat. item quæritur. §. exercitu. Argum. contrà* ร. *vt lit. non contest. quoniam §. & ff. quæ sent. sine app. rescin. l. 1. §. cùm:* ex eo enim statim contumax videtur, qui vocem præconis non exaudit. *ff. de in integ. resti. l. penu. quæ incipit, Diuus, & C. quomodo & quando iudic. ea quæ. & 3 q. 9. caueant:* sed certè ibi non tenuit sententia: quia ibi reus non fuit citatus: hîc enim citatus venit ad præceptum inquisitorum, & contumaciter recessit & adhuc Papa mandat, vt moneatur. Bern.

f ¶ *Noscitur deliquisse.*] Relatione iudicum, quibus creditur. 18. *dist. de consiliis,* donec probet contrariũ. ร. *de testib. cùm à nobis.* B.

a *De hoc articulo vide doctores in c. clericis.* ร. *ne clerici, vel monachi. Felinum in c. sicut dignum.* ร. *de homicid. & Nicolaum Plouinum tract. de irregularitate. 39. regula. vbi latè.*

b *Vide de re indi. cum Bertholdus in 4. glos. Ioan. Andr.*

Item nemo auctoritate, vel consuetudine debet vsurpare delinquendi licentiam: quia propter hoc magis punitur. Item vilibus personis, & indignis dignitates non sunt concedendæ. Item arg. quòd succentoria est dignitas. Item iudices possunt ferre testimonium de his, quæ coram eis acta sunt, & per eos. Item non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse: & sic dubia probatio nô [illegible]. Item non punitur, qui falsis litteris nô vtitur, postquam sibi opponitur, & ite duo testes falsi sunt. Item prima electione nô cassata, attentari non debet secunda, cùm sit de re nô vacante, & ita nulla, vt hic. Item punitur electus, qui prima sua electione non cassata, secundam attêtat. Item puniri debet quis in eo, in quo peccauit. vt hic.

a ¶ *Aleatorem.*] Quod hodie prohibetur. ā *de vi. & hone. cler. clericis* tamen videtur, quòd propter hoc nô debet priuari iure suo, si vellet se corrigere 35. *distin. c.* 1. idem videtur de vsura. 47. *dist. cap.* 1. sed aliud est in obtento, aliud in obtinêdo: propter vsuram indistincte repellitur ab obtinendo. 47. *dist. de Betro*, & hic: sed in obtento beneficio potest Episcopus facere gratiam, si se libêter corrigat: de iure tamen potest deponi. 14. *q.* 4. *si quis oblitus.* & c. *quoniam multi. Bern.*

b ¶ *Vndecim denarios pro duodecim.*] Hæc vsura centesimam excedit, quoniam illa in anno sorti adæquatur. *C. de vsuris, cos. ff. de condi. inde.* si non sortem hæc vsura vna die potest excedere sortem.

c ¶ *Voluptuosos.*] Conuiuij tamen causa ludere licet. *ff. de aleato. quod in conuiuio.*

d ¶ *Deuenitur.*] Est ergo ludus noxius cùm affectu in culpa. *ff. ad leg. Aquil. nam ludus.*

e ¶ *Excusandas.*] Hæc vero posita sunt 16. *q.* 1. *prædicator*, & ā. *de consuetudine, quanto*.

f ¶ *Auctoritas vsurpatur.*] Qui peccati suum defendit authoritate, seu consuetudine, magis peccat, & ideo magis puniri debet. 33. *q.* 4. *nemo*, & *hic, de pœnit. dist.* 6 *cap.* 1 *in fine. Bern.*

g ¶ *Dignitati.*] Argum. quòd Succentoria est dignitas.

h ¶ *Sanctiones.*] *C. de dig. neque fam. sic, lib.* 12. *de infam. l. vnica, lib.* 10. *similis ā de iureiur. ad querelam.*

i ¶ *Depositionibus.*] V. ā. *de elect. cùm dilectus.* Nota ergo, quòd iudex de eo, quod fit coram eo, potest in testem duci.

¶ *Glos. seq. aliter finire signat contrarium, & soluit.*

k ¶ *Vel procurauerit.*] Simile. ā *de testi. cogê. cùm ad sedem.* licèt enim iste obtinuerit litteras, & vsus fuerit eis, non tamen præsumitur, quòd eas falsauerit: sicut nec ibi præsumitur vi deiecisse, licet ipse possideret, & aduersarij proponant se expulsos: dolus enim nô ex præsumptionibus sed ex perspicuis indicijs probari debet. C. *de dolo. dolum*: vnde qui dolum allegat, dolum probare tenetur. *ff. de probat. qui tenet.* §. *qui a dio.* Sed contra, arg. in. hanc ā *de crim. ad falsariorum*: vbi dicitur, quod postquam litteris falsis vsus fuerit, non poterit prætendere excusationem, & hic vsus est falsis litteris, nec tamen in hoc punitur. Solut. illud speciale est in litteris domini Papæ, quæ prius diligenter examinandæ sunt, nec pœna illa ad litteras aliorû Prælatorum extêditur, immò & aliud speciale est in illis, quod nô in aliis: quia ibi traditur curiæ sæculari statim, sed alij non traduntur.

¶ *Glos. seq. quærit, arg. pro, ponit contrarium.*

l ¶ *Postmodum.*] Vnde non valuit, prima non cassata, sic ā. *de concess. præbend. post electionem, in fine.* Sed quid si prima nulla fuit et ipso iure, puta, quia persona fuit indigna, & scienter electa, nunquid valuisset secunda? Videtur quod sic. ā. *de elect. bonæ*, 1. & ā. *de appellat. consuluit*, & ā. *de iure patr. illud*, & *cap. cùm laici.* Sed contrarium est verum, & non valet secunda: quia ipso iure priuatur fuit eligendi potestate, illa vice, vnde secunda non valet. ā. *de elect. cùm in cunctis*, & *cap. cùm Wintoniẽ.* & *ca. scriptum in fin.* ā. *de supp. neg. prælat. lic.* 1, & *mult.* Sed cap. illa, illud, & *c. cùm laici*, contradicere videntur: quia ibi ab eadem persona facta fuit prima concessio, & secunda, & tamen tenuit secunda. Sed illa concessio prima facta fuit de re non vacante: quare nulla: & præterea laicis variare licet, sed non clericis, sed hic nô fuit priuatus ipso iure: quia non fuit notoriû primam non tenuisse: & ideo priuatur per sententiam: quia forte ignorauit priorem talem fuisse, & non licuit ei variare. Bernard.

¶ *Glos. seq. not. quòd secunda sit nulla, signat contrarium, dat solutionem incertam: secundò signat aliud contrarium, & soluit.*

m ¶ *Irritam.*] Ergo fuit hæc secûda electio irrita ipso iure, vt videtur per hanc literam, quod est verum: quia prima non cassata, secunda non potuit, nec debuit attêtari, etiamsi prima ipso iure nulla fuisset, vt dictum est in prox. notula: quia functus erat officio suo eligendo illum P. & sic Succentoria non vacabat. Vnde iste beatus electus fuit ad dignitatem non vacantem: quare nulla fuit electio. *arg. contrà. ff. de verb. obligat. si dari stipulet.* suspendente prima stipulatione, quæ eidi poterat, tenet secunda stipulatio: sed valde sunt ista dissimilia. Item signatur côtrarium huic verbo, irritam ā. *de elect. desideramus.* & *cap. dudum*, & ibi vtraque cassatur: hic verò diuersus est casus: ibi factæ fuerunt electiones à diuersis partibus, hic a/ vno, & eadem persona, quæ variare non potuit, vt dictum est.

n ¶ *Puniatur, in quo.*] Sic ā *de tempor. ordin. litteras*, & ā *de iurepatr. pastoralis*, & ā. *de cler. excom. minist. postulastis.*

o ¶ *Hac vice.*] Tantùm ā. *de elect. cùm in cunctis*, & *cap. cùm Wintoniẽ.* vnde si alterum eligeret, non haberet effectum, sed tum posset iste eligere. Bern.

esse probatum, eundem P. publicam aleatorem [a] esse, ac vsurarium † manifestum vtpote, qui vndecim [b] denarios pro duodecim mutuauerit in ludo, vnde licèt ad palliandum tantæ præsumptionis excessum proposuerit quòd hoc fecerat iuxta consuetudinem Gallicorum Clericorum, qua ferè vniuersi Clerici mutuant sic frequêter, & ludunt: Nos tamen, qui ex officij nostri debito pestes huiusmodi extirpare proponimus: atque ludos voluptuosos [c] (occasione quorum sub quadã curialitatis imagine, ad dissolutionis materiam deuenitur [d]) penitus improbamus, excusationem prædictam, quæ per prauam consuetudinem (quæ corruptela dicêda est †) palliatur, friuolam reputantes: cùm in illis magis plectibilis sit offensa, per quos ad excusandas [e] excusationes in culpis delinquendi auctoritas [f] vsurpatur, quod circa eundem P. de Succentoria factum esse dignoscitur, propter indignitatem, & vilitatem ipsius duximus irritandum: cùm personis vilibus, & indignis portæ dignitatis [g] patere non debeant, iuxta legitimas sanctiones [h].

¶ Præterea contra præfatum B. fuit manifestè [per † testes] probatum, quòd de conscientia iudicum vltima clausula inserta nôn fuerat in litteris eorundem, sicut in ipsorum depositionibus [i] exprimitur euidenter: & *infrà.*

¶ Vnde pars altera proponebat quòd cùm prædictus B. scienter vsus fuerit litteris sic falsatis, debebat tanquam falsarius omnino repelli. Verùm nos attendentes, quòd etsi constaret, quòd dicta clausula litteris illis fuisset apposita præter conscientiam iudicum prædictorum †, quia tamen fides nobis facta non fuit, quòd dictus B. illam clausulam apposuerit, vel procurauerit [k], vt ab alio poneretur: vel etiam, quòd sciêter vsus fuerit litteris sic falsatis: ab huiusmodi falsitatis objectu eundê duximus absoluendum, maximè cùm postquã sibi hoc obiectû fuit, prætermiserit vti eis: & *infrà.* ¶ Cùm igitur per depositiones duorû testium nobis constiterit †, quòd concessio P. facta præcesserit, quanquam propter indignitatê eiusdem meruerit reprobari, côcessionem postmodum [l] B. factam irritam [m] decernimus, & inanem.

¶ Quia verò Cantor adeo incôstanter se habuit in hoc facto, vt prima donatione non reprobata, secundam facere attentauerit: & dignum sit, vt in eo quis puniatur, in quo [n] visus est deliquisse: in hoc eius duximus varietatis inconstantiam puniendam, vt concedendi Succentoriam ipsam hac vice [o] nullã habeat facultatem præsentium vobis auctoritate mandantes, concedimus, quatenus eandem, auctoritate nostra suffulti, personæ idoneæ assignetis.

¶ Idem † in Concilio generali.

¶ Cognoscere de causa matrimoniali, item pœnitentias publicas, & indulgentias concêdere spectat ad dignitatê Episcopalem. Vnde inferior Prælatus de his se intromittere nô debet, nisi eî côpetat de iure speciali.

CAP. XII.

ACcedentibus ad nos de diuersis mundi partibus Episcoporum querelis, intelleximus graues, & grandes quorundam Abbatum excessus, qui

ACcedentibus.] Abbates de matrimonijs cognoscere, & publicas pœnitentias iniungere, & litteras indulgentiarû côcedere non possunt, nisi eis côpetat de iure speciali. Hoc dicit. Primò ponit Episcoporum querelã, secundò prouidet ibi, *Volentes.* Abb.

CASVS. Episcopi in Concilio generali conquesti sunt de Abbatibus, quòd ipsi suis terminis non contenti manus extendunt

a Vsura centesima quæ dicatur, tradit Alciatus lib. 3 dispunctionum c. 1. & antiquos non satis intellexisse vsuras centesimas, sed etiam centesimam quartam, docet Budæus in l. nihil interest ff. de cond. indeb.

† Hæ duæ voces, per testes, desunt in antiquis exemplaribus: abiunctiam à tertia compilatione, & omnibus aliis.

† Idem scilicet Innocentius 3. in Concilio generali Lateran. cap. 60. & cap. vnica, eod. tit. in 4. compilat.

extendunt ad ea quæ ad Episcopos pertinere noscũtur, videlicet cognoscendo de causis matrimonialibus, iniũgendo pœnitẽtias publicas, concedendo litteras indulgentiarum, & similia præsumendo: propter quæ auctoritas Episcopalis vilescit interdum apud multos: volens Concilium Episcoporũ dignitati, & Abbatũ saluti in his prouidere, prohibuit, ne de cætero aliquis Abbatum ad talia se extẽdat, si proprium periculũ voluerit euitare: nisi forte aliquis ipsorum speciali concessione, vel alia legitima causa super huiusmodi valeat se tueri. Nota, quòd ista, quæ hic prohibentur Abbatibus, de iure communi pertinẽt ad Episcopos. Item Abbates illa præscribere possunt.

suis finibus non contenti [a], manus ad ea, quæ sunt Episcopalis dignitatis [b], extendunt, de causis matrimonialibus † cognoscendo: iniungẽdo publicas pœnitentias [c], concedendo † etiam indulgentiarum litteras, & similia præsumendo: vnde contingit interdum, quòd vilescit Episcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur in his, & Episcoporum dignitati, & Abbatum prouidere saluti: Præsenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatum ad talia se præsumat extendere, si propriũ voluerit periculum euitare: nisi forsan quisquam eorum speciali concessione, vel alia legitima [d] causa, super huiusmodi valeat se tueri.

¶ Honorius iij. P. tituli sanctæ Pudentianæ † Presbytero Cardinali Vicario nostro.

¶ Ad reuelandum peccatorem, siue peccatum in pœnitentia confessum, Sacerdos compelli non potest.

CAP. XIII.

Dilectus filius Ioannes Presbyter exposuit conquerendo †, quod rectores fraternitatis vrbis ipsum ad reuelandum fures, & quod super quodã furto sibi tanquam Sacerdoti fuerat reuelatum, vel ad satisfaciendum exinde damnum passo coarctare nitentes, in eum (nisi alterum præmissorum efficeret) tulerunt sentẽtiam interdicti. Quia igitur perniciosum esset prædictum Presbyterum sibi taliter credita reuelare [e], ac cogi ad id, quod non rapuit [f], exoluendum: Discretioni tuę mandamus, quatenus prefatos rectores coram te conueniens, iniungas eisdem, vt à memorati Presbyteri grauamine penitus conquiescant.

¶ Idem Præposito R. & I. Archidiacono Suessionen.

¶ Priuati homines regulariter nequeunt constituere collegium, & habere signa collegij, nisi eis aliter concedatur.

CAP. XIV.

Dilecta † in Christo filia Abbatissa Iotren. nobis insinuare curauit, quòd cùm Presbyteri, & Clerici Iotreñ. Ecclesiæ Meldeñ. diœcesis, non consueuerint proprium habere sigillum, nec sint vnum corpus [g], ita quod Capitulum appellaretur: nihilominus contra voluntatem ipsius (quæ ipsorum caput est, & patrona) sigillum habere contendunt: *& infrà.*

¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si vobis constiterit ita esse, dictis Presbyteris, & Cleri-

a ¶ *Suis finibus non contenti.*] Cùm quilibet suis finibus contentus esse debeat, nec terminos patrum transgredi debeat. s. *de sepult. cap. 1. & 9. q. 2. c. 1 & c. seq.* Ad idem æque possunt induci. 15. *q. 1. cap. 1 & s. de statu mon. recolentes.*

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Episcopalis dignitatis.*] Q. æ enumerantur. 67. *distin. quamuis corepiscopus, & c. corepiscopi:* & sic videtur per hanc constitutionem, quòd cognitio causarum matrimonialium ad Epm de iure communi spectat, *arg. 35. qu. 6. multorum arg. contrà. s. de consang. & affinit. ex literis.* Dicas, quòd alij prælati, qui cognoscunt de causis matrimonialibus, siue sint Abbates, siue alij, faciunt ex consuetudine præscripta, siue speciali concessione, secundùm quod hic in fine dicit. *argu. s. de præscriptio. auditis:* aliàs de iure communi ad solum Epm hoc spectat, vt hic patet, & 50. *dist. in capite, & s. de offic. ordin. c.* 1. Bern.

c ¶ *Publicas pœnitentias*] Hoc ad solum Episcopum pertinet. 50. *distinct. incip.*

d ¶ *Legitima.*] Puta consuetudo præscripta: quæ dat iurisdictionem *s. de offic. archi. cap. vlt. & s. de præscript. auditis. s. de foro compet. cùm contingat. s. de offic. ordin. irrefra, abiit.*

Dilectus.] Primò ponitur querela Presbyteri, cui secundò prouidet expressa causa ibi, *Quia igitur.* Abbas Sicul.

Casvs. Quidam fecerant quoddam furtum, qui (vt dicebatur) confessi fuerant super furto Ioanni Presbytero in pœnitentiali iudicio: rectores fraternitatis vrbis cõpellebant dictũ Presbyterum Ioãnem ad reuelandum fures, & id, quod super furto sibi fuerat reuelatum, vel ad satisfaciendum exinde damno passo: & nisi alterum prędictorũ faceret, tulerũt in ipsum sententiã interdicti: propter quod dictus sacerdos conquestus est domino Papæ: quia perniciosum esset dictum Presbyterum reuelare taliter sibi credita, & cogi ad soluendũ id, quod non rapuit: mandat Papa Cardinali sanctæ Pudẽtianæ Presbytero Vicario suo, quatenus prefatos rectores coram se cõueniens, iniungat eisdem, vt à grauamine Presbyteri memorati super hoc penitus cõquiescant. Nota, quod Sacerdos compelli non debet, vt reuelet sibi in pœnitentia credita. Item non debet quis puniri in eo, in quo non peccauit.

¶ *Glos. seq. probat dupliciter hunc cogi non potuisse, signat contrarium, & remittitur secundo quæris, arg. soluit dupliciter legendo.*

e ¶ *Reuelare.*] Ad hoc cogi non poterat: quia secundùm leges nemo potest compelli ad furem indicandum. *ff. de præscrip. vers. solent. & ff. de condit. ob. tur. cau. idem §. si tibi. arg. s. de furt. qui cum fure:* sed ibi soluitur. Sed alia ratione non debuit compelli: quia qui peccatorem in pœnitentia confessum publicat, per mundum compellitur peregrinari, vt dicit *decret. de pœnit. dist. 6. Sacerdos:* hodie verò deponi debet, & in monasterium detrudi. j. *de pœnit. & remis. omnis.* Sed nunquid ille Sacerdos fuit suspensus, quia non faciebat alterũ, quod præcipiebatur? Videtur, quòd sic. 11. *qu. 4. sententia.* Sed non videtur duplici de causa: quia ipse non sciebat furtum illud vt homo, & de tali potest intelligi cõtrarium signatum. s. *de furt. qui cum fure:* sed vt Deus. s. *de offic. ordin. si Sacerdos:* & in hoc maior erat ipsis rectoribus. *argum. 93. dist. c. vlt. & 94. dist. c. 1.* quia Dei legatione fungitur: ergo ipsum interdicere, vel excommunicare non poterãt. s. *de maior. & obed. cùm inferior, & 21. distin. inferior.* Item quia ista sententia cõtinebat intolerabilem errorem, vnde non tenuit. j. *de sent. excommun. per tuas.* Vnde Papa non dicit, quod absoluatur: sed quòd illi desistant à grauamine, quod de facto inferebant. & quia iniquum erat, vt teneatur reddere, quod non rapuit, & ita quantùm ad vtramque partem disiunctæ non valuit interdictum: vel quia sub cõditione tulerunt interdictum, & ipse Sacerdos pendente conditione cõquestus fuit Papæ, perinde fuit, ac si appellasset: vnde suspensum fuit interdictum. s. *de appell. dilectis 2.* & Papa mãdat ipsum vlterius non molestari: sic excõmunicatio sub cõditione suspenditur per appellationem. s. *de app. præterea 2.* Bern.

f ¶ *Quod non rapuit.*] Nisi illud à raptore scienter suscepisset: tunc enim compelleretur: quia tenetur illud restituere, cum succedat in vitium. s. *de restitut. spol. sæpe, & s. de iudic. quia v. & ff. de iureiur. si duo. §. item Iulianus, & ff. de cond. fur. l. 2. & l. ex cã furtiua, & C. de fur. l. 2. & l. ciuile est.* Ber.

Dilecta.] Non possunt subditi singulares in præiudicium Prælati erigere signa collegij. Hoc dicit: prima pars ponit querelam. Secunda dat iudices ibi, *Discretioni.* Abbas.

Casvs. Presbyteri, & clerici Iotreñ. Ecclesiæ Meldeñ. diœcesis, cùm non consueuerint habere sigillum, nec sint vnũ corpus, ita quòd capitulum appellaretur, nihilominus contra voluntatem Abbatissæ Iotreñ. Ecclesiæ (quæ est ipsorum caput, & patrona) proprium sigillum habere contendunt. vnde Abbatissa significauit hoc domino Papæ: mandat Papa quibusdam quatenus si eis constiterit ita esse, dictis presbyteris, & clericis auctoritate domini Papæ præcipiant expresse, ne præsumãt vel de nouo fabricare sigillum, vel vti eo, si forte nouiter fuerit fabricatum. Nota, quod qui non sunt vnum corpus, nec faciunt vnum collegium, non debent habere commune sigillum.

¶ *Glos. seq. tractat quinque modos, quibus dicitur corpus ponens differentiam inter corpus, &c.*

g ¶ *Nec sint vnum corpus.*] Nota, quòd qui non sunt de vno collegio, vel etiam de vna societate, non dicuntur vnum corp9, vt hic patet: quia clerici isti erant clerici Iotrensis Ecclesiæ deseruientes ibidem, qui non dicuntur facere collegium, sed sunt ibi beneficiati, licet omnes subessent Abbatissæ: vnde non sunt vnum collegium, siue vnum corpus, nec possunt constituere vnum procuratorem, siue actorem pro aliqua causa. *ff. quod cuiusque vniuersita. l. 1. §. 1.* illi ergo soli faciunt vnum corpus, qui sunt in vno collegio, vel societate, vt l. prædicta. Vnde nota, quòd corpus multis modis dicitur: omnes enim fideles possunt appellari vnum corpus, siue vna Ecclesia per fidem & charitatem, seu perfectionem gratiæ. s. *de summa Trinit. cap. 2.* cuius caput est Christus. 3 *qu. 4. Engeltrudam:* ita quòd alter alterius onera portet. 50. *distinct. ponderet.* Item collegium, siue vniuersitas dicitur vnum corpus, cuius Prælatus dicitur caput. s. *de his, quæ fi. à prælat. sine consent. cap. nouit:* & tale corpus potest habere sigillum. s. *de appellat. significauit, & 73. distinct. in nomine, in fin.* & actorem, & arcam communem, vt *ff. quod cuiusque vniuer. l. 1.* sed cùm isti clerici taliter nõ fuerint vnum corpus, sigillum

† *Vide Concil. Trid. sess. 24. de sacramento matrimonij, cano 12.*

† *De articulo, ad quem spectet cõcedere indulgentias, vide B. Tho. in quæst. additis ad 3. p. q. 26. per totũ, & Sotũ lib. 4. sent. dist. 21. q. 1. ar. 4.*

† *Pro Prudẽtianę, Pudentianę repositum est, vt s. in cap. 35. de electione.*

† *Vide paulò post citatos sup glossa, & notata, in cap. omnis. j. de pœnit. & remiss.*

a *Hoc verum de illa sententia, de qua loquitur canõ allegatus in glos. Ioann. And.*

b *Adde, quę dicatur consuetudo pręscripta: & qualiter probetur, not. Bartol. in l. hoc iure §. ductus aquę. ff. de aqua quotid. & æstiua.*

c *Vera ratio, cur Sacerdos non possit, nec debeat compelli ad reuelandum, quod in confessione sacramentali audiuit, illa est, quam tradũt Theologi: quoniã sigillũ secretũ est de iure diuino. Vide præ aliis Sotum lib. 4. sent. dist. 18. qu. 4. art. 5. & 6.*

† *Vide Hostien. in summ. tit. de confess. sub gra. & sub diuisi verò: & de materia sigili cõfessio Speculatit. de disceptatione. §. 5. Confitentem in consueta. ducatus Burgundia, in conclusione operis: & Gu. de monte Papa decis. 481.*

† *appellaretur.*

lum cõmune habere non debeant, vt hic patet. Itẽ vnum dicitur corpus, quod vno clauditur spiritu, vt homo, lignum, animal. Aliud dicitur corpus, quod habet partes integrales, seu cohærentes, vt domus. Aliud, quod habet partes distantes, vt grex, populus, collegium. *ff. de vsucap. l. rerum mixtura.* Si enim petisti in iudicio corpus, quod habet partes integrales, vt domum, & succubuisti, si postea petas aliquid de domo, puta cæmenta, vel lignum, putà cùm fuerit dissolutum à domo, non obstat exceptio rei iudicatæ. *ff. de excep. rei iud. si quis cum totum. §. item si quis fundum.* Si verò petas totum corpus, quod habet partes distantes, putà gregem, & succubuisti, si postea petas aliquod caput de grege, quod fuit ibi, obstat exceptio. si verò non erat ibi, non obstat. *ff. de except. rei iudic. si cum argentum. §. 1.* Item Episcopus cum capitulo suo facit vnum corpus, cuius ipse est caput; sed cùm clero ciuitatis, vel diœcesis non dicitur facere vnum corpus. *ē. de testa. requisisti. §. fin. & j. de verb. sig. cum dertiss.* Sic Abbatissa ista cũ clericis ecclesiæ Iotrensis, licet ipsa sit caput, non facit vnum corpus.

¶ *Gio. seq. obijcit. & sol.*

a ¶ *Inhibeatis.*] Sed quare prohibetur istis habere sigillum, cùm quilibet possit habere sigillum? Ratio quare, iam reddita est superiùs: quia cùm isti non essent vnum corpus, volebant facere sigillum commune, tanquàm essent vnum corpus, siue collegium; & per hoc videtur fieri præiudicium Abbatissæ, cui suberant: quasi quòd per se fortè expedirent negotia, quæ sub ipsa, vel auctoritate ipsius tractari debebant. Quia & hoc præmisso aliud attentaret in præiudicium monasterij: sed si quilibet rector per se, vel cum collegio suo vellet habere sigillum, non prohiberetur.

† *nouum.*

† *Alias ita: Idem abbati sancti Alberti archidiacono de Annona, & præposito Cameracen.*

† *Vide Hostiensem superiori citatum, & Conciliaturum, qui addit hic omissa à Raymundo, vnde plamiùs hæc intelligentur.*

† *denegasse.*

† *Alias ita: cum complicibus, &c.*

† *Circa personas regulares, seu religiosas, & in quibus tenentur episcopis, aliisque prælatis obedire, multa statuit concilium Trident. sessio. 25. tit. de regularibus, & monialibus.*

eis auctoritate nostra inhibeatis[a] expresse, ne præsumant, vel de nouo fabricare sigillum, vel vti eo, si fortè nouiter † fuerit fabricatum.

¶ Idem † sancti Auberti Archidiacono, Abbati de Annona, & Præposito Cameracen.

¶ *Qui contra iuramentum negat Prælatum dominum suum, vel corã Iudice seculari de ipso cõqueritur, vel ipsũ inuadit, deponi debet.*

CAP. XV.

Grauem †, & dolore non vacuam: *& infrà.* ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si vobis constiterit Archidiaconum[b] semel. & secundò; contra fidem homagij[c] præstiti, ac debitam reuerentiam, Episcopum suum esse dominum negâsse[d] †: vel in foro sæculari debuisse[e] contra eum, super rebus spiritualibus quæstionem: aut tam inuasoribus Episcopi, & sociorũ eius, quàm fratri eius, vel † complicibus suis causam, vel consilium[f] præbuisse: ipsum tanquam membrum putridum[g] ab Ambianen. Ecclesia perpetuò abscindatis[h], beneficia sua facientes personis idoneis, per illos, ad quos donatio pertinet, assignari.

Gregorius ix. vniuersis Ecclesiarum Prælatis.

¶ *Ponit xv. grauamina illata Religiosis, a quibus præcipit Prælatos abstinere.*

CAP. XVI.

Nimis † iniqua[i]: *& infrà.* ¶ Cùm Religiosi viri abnegantes salubriter semetipsos elegerint in paupertate, Christo pauperi, ad placitum famulari, tanquàm nihil habentes, & omnia possidentes: non desunt plerique tam ecclesiarum Prælati, quàm alii, qui cæca cupiditate seducti propriæ auiditati subtrahi reputantes, quicquid prædictis fidelium pietas elargitur, quietem ipsorum multipliciter inquietant †. Volunt namque contra regulam à sede Apostolica approbatam, & sui Ordinis instituta, ipsis inuitis eorum confessiones audire, ac eis iniungere pœnitentias, & Eucharistiam exhibere: nec volunt, vt corpus Christi in eorum Oratoriis reseruetur: & fratres ipsorum defunctos, apud Ecclesias suas compellunt sepeliri, & eorum exequias celebrari: & si quis decedentium fratrum alibi, quàm in suis Ecclesiis eligat † sepulturam, funus primò ad Ecclesias suas deferri cogunt, vt oblatio suis vsibus cedat. Nec sustinentes eos habere campanam †, vel cœmeterium benedictum, certis tantùm temporibus permittunt ipsos celebrare diuina. Volunt quoque in domibus eorum † certum numerum fratrum, Sacerdotum, Clericorum, & Laicorum, necnon cereorum, lampadarum, & ornamentorum, pro voluntate sua taxare, ac residuum cereorum, quando nouiter apponuntur, exigunt ab eisdem. Nec permittunt, quòd † noui Sacerdotes eorum alibi, quàm in Ecclesiis suis celebrent primas Missas: eos nihilominus compellentes, vt in quoti-

† *inquietat.*

† *eligit.*

† *Vide Albericum in Dictionario, verbo, campanis, & Oldradum cõs. 227.*

† *eorundem.*

† *vt.*

Grauem.] Primò decise narrat factum, quod sub triplici distinctiua puniri mandat ibi, *Discretioni.* Abbas.

Casvs. Archidiaconus Ambian. veniens contra fidem præstitam, & debitam reuerentiam semel, & secundò Episcopum proprium suum dominum esse denegauit. Item in foro sæculari deposuit contra eum super rebus spiritualibus quæstionem. Item causam, & cõsilium præbuit fratri ipsius Archidiaconi, & complicibus suis aduersarius Episcopi, & inuasoribus Episcopi, & sociorum eius, & ita contra fidelitatem in tribus peccauit Episcopus Ambian. grauem de ipso Archidiacono coram Papa deposuit quæstionẽ: vnde mandat Papa quibusdam, quatenus, si constiterit ipsum Archidiaconum semel, & secundò contra fidem, & reuerentiam præstitam, Episcopum prædictũ dominum suũ denegasse, vel in foro sæculari contra ipsum super rebus spiritualibus quæstionẽ deposuisse, vel causam, & consiliũ præbuisse aduersariis Episcopi contra ipsum, eundem Archidiaconum tanquam putridum membrũ (ne sana inficiat) ab Ambian. Ecclesia perpetuò abscindant, & beneficia sua per eos, ad quos donatio pertinet, personis idoneis faciant assignari. Not. qualiter punitur clericus, qui negat Prælatũ suum dominum suum esse. Item qui trahit ipsum in foro sæculari pro re spirituali, vel qui facit cõtra fidelitatẽ, perdere debet feudũ. Item vbi plura narrãtur, quorum alterũ per se sufficit ad priuationẽ beneficij, alterũ probari sufficit. Itẽ membrũ putridũ abscindi debet, ne sana mebra inficiat. Itẽ clericus, q negat Epm dñm suũ esse, vel ipsũ trahit ad iudiciũ sæculare, vel dat cõsiliũ aduersariis suis cõtra ipsum, p iniam perdit beneficia sua, non ipso iure, sicut fecit Archidiaconus ille.

b ¶ *Archidiaconum.*] Ambianen. scilicet.

¶ *Gio. seq. recitat pro signando, & ponendo contrarium de regula vltima. &c.*

c ¶ *Homagij.*] Homagium hic appellat fidelitatẽ, & obedientiã, q ratione archidiaconatus præstitit Epo, qđ licet *23. dist. quanquam. ē. de iureiu. nulius.* aliàs non licet exigere homagiũ. *j. de reg. iur. indignum. & ē. de simo. ex diligenti.* & sic iste Archidiaconus fidelitatem, & debitam reuerentiam violauit multipliciter, prout sequitur: meritò ergo punitus fuit.

d ¶ *Negasse.*] Ipso facto veniendo contra fidelitatẽ, & debitã obedientiam, dando consiliũ inuasoribus epi, & fratri eiusdẽ archidiaconi contra ipsum epm, qui traxit ipsum ad iudicẽ sæcularem: & ibi forte publice ipsũ dominũ suum esse negauit, & ita semel, & secundò venit contra fidẽ, vnde puniri debuit.

e ¶ *In foro sæculari deposuisse.*] Ar. est hîc manifestũ, quod sola contestatio sufficiat ad hoc, vt cadat à iure suo, licet nõ fuerit litẽ cõtestatus. De hoc dictũ est *ē. de foro compe. si diligenti.* sed forte hoc est, quia deliquit cõtra dñm suũ, vnde fortius puniri debet. *arg. ff. de re mili. omne delictũ. 1 respon. §. 1.* quia omnis cõtumacia aduersus prĩdem capite punienda est, vt ibi dĩ: vñ ille ab omni officio, & bñficio priuatur.

f ¶ *Causam vel cõsiliũ.*] Si dedit consilium contra dñm suũ, cui fidelitatẽ suã debet seruare, venit cõtra fidẽ promissam, & iuramẽtũ fidelitatis. *ē. de iureiu. ego N. & c. querelã.* vnde indignus est beneficio, qđ habet ab eo *22. q. vlt. de forma.* & ideo priuari debet beneficio. *arg. 96. dist. si Imperator. & ē. de postu. quis.* Sic enĩ iste ingratus fuit contra episcopum suum, à quo beneficium habuit, quare ipso priuari debuit, *ē. de dona. propter eius ingratitudinem. C. de reuo. don. l. vlt.* Bern.

g ¶ *Membrum putridum.*] Ergo abscindendũ est ab ouili, ne inficiat sanas oues. *ē. de sacramo. ea quæ. 1. resp. in fin. & 45. dist. sed illud. & 24. q. 3. resecandæ.* Ex tribus causis Archidiaconus iste reddidit se indignũ. Primò quia negauit Epm dominum suum esse. Secũdò, quia traxit illum ad iudiciũ sæculare. Tertiò quia dedit causam, siue consiliũ contra dominũ suum, & sic venit cõtra fidelitatem.

h ¶ *Abscindatis.*] Et ita per sentẽtiam perdit beneficia, nõ ipso iure: sic qui trahit aliũ in vetitũ examen, perdit causam p sniam, nõ ipso iure, put not. *ē. de for. cõpe. si diligenti. in gl. sed aliquid.* B.

Nimis.] Duæ sunt partes. Prima narrat grauamina: in secũda ibi, *Quocirca.* mandat abstinere. Abbas.

Casvs. In capitulo isto reprehenditur auaritia, siue auiditas Prælatorũ, quã exercẽt cõtra viros religiosos, qui dimiserunt omnia propter Deũ: & enumerãtur multa, vt in ipsa littera continẽtur. In fine mãdat dñs Papa, quatenus vniuersi, & singuli Prælati à prædictis grauaminibus desistant, subditos suos ab huiusmodi actibus cõpescendo Not. hãc decr. contra auaritiã, & cupiditatẽ Prælatorũ.

i ¶ *Nimis iniqua.*] In capite isto reprehẽditur auaritia, siue aui-

ditas prælatorū, quam exercent contra viros religiosos, qui omnia renũtiauerũt propter Deum, in pluribus, vt in litera patet.

a ¶ *Donatur.*]Hoc nullo modo debent Prælati Ecclesiarum sibi vsurpare, quod pia deuotione fidelium cõfertur religiosis in vita. *s. de sepult. de his.* & *s. de sta. mo. cap. 1.* & hoc solum debent ibi habere, quod canones permittunt. 18. *qu. 2. hoc tantum. quam sit luminoso.*

dianis Missis, quas in suis locis & altaribus celebrant, oblationes ad opus eorum recipiant, & reseruent: quicquid etiam eis, dum celebrant Missarum solẽnia, intra domorum suarum ambitum pia fideliũ deuotione donatur [a], ab ipsis extorquere oblationis nomine contendentes: quod eisdẽ tam in ornamẽtis [b] altaris, quàm in libris Ecclesiasticis absolutè confertur, vendicant perperam iuri suo. Quocirca mandamus, quatenus vniuersi, & singuli à prænotatis grauaminibus desistatis subditos vestros ab huiusmodi arctiùs compescendo.

b ¶ *In ornamentis.*]De his enim relictis, & aliis, quæ ad diuinũ cultum pertinẽt, nihil percipere debent, quãuis de aliis rebus relictis in testamento possunt percipere suam partẽ. *s. de testamen. cap. vlt.* & ideo ab his præcipue, & ab aliis grauaminibus debent humiliter abstinere, cùm omnia dimiserint pp Deum, & elegerint in paupertate domino deseruire. *i. c. proxi. in prin.*

a Hodie secus in Prædicatoribus, & Minoribus per decretalẽ Bonifa. super cathedram innouatam per conciliũ Vien. de sepult. dudum. Io. And.

a N*imis.*]Duæ sunt partes, vt in præcedenti. Secunda ibi, *Quocirca.* Abbas.

C a s v s. Quidã viri religiosi, sc. fratres Prędicatores, & Minores, quorum ordine, & regulã sedes Apostolica noscitur approbasse in arctissima paupertate Christo pauperi famulari elegerũt, sed Prælati Ecclesiarũ, & alij, in multis articulis aggrauare nituntur eosdem: & enumerantur in litera: vnde mãdat Papa vniuersis prælatis Ecclesiarum, quatenus vniuersi, & singuli à prædictis grauaminib. omnino desistãt, & subditos suos cõmpescãt arctiùs ab hmòi. Nota, q fratres Prædicatores, & Minores ad synodũ ire nõ debẽt. Itẽ iuramentũ fidelitatis Epis facere non debent. Item de fructibus hortorũ suorũ decimas soluere non tenẽtur: exempti enim sunt ab omnibus prænotatis grauaminibus.

† De cogendis synodis, & qui sint vocandi, vide similiter demũ in concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 2. & de materia vide Iacobacium tract. de concilio lib. 12. art. 2. adde c. quod super his, cũ ibi notatis supra de maior. & obediens.

† altissima.

† Hodie quicunque regulares etiam monachi ad publicas processiones vocati, accedere compelluntur: his tantùm exceptis, qui in strictiori clausula perpetuò viuũt, ita cõcilium Trid. sessio. 25. tit. de regularibus. c. 13.

¶ Idem vniuersis Ecclesiarũ Prælatis.

¶ Ponit xii. grauamina Prædicatorum, & Minorum, à quibus præcipit Prælatos abstinere.

CAP. XVII.

¶ Quòd si Templarii, vel Hospitalarii ad Ecclesiam venerint interdictam, non nisi semel in anno[d] ad Ecclesiasticum officium admittantur: nec tunc ibi sepeliantur corpora defunctorum[e].

¶ *Confratres exemptorum, seu ipsorum oblati, qui in totum non se transtulerunt, iudicari possunt ab ordinariis locorum. Hoc dicit vsque ad fi. Abbas Siculus.*

¶ De confratribus † hoc constituimus, vt si non se praedictis fratribus omnino reddiderint, sed in proprietatibus suis omnimodo duxerint remanendum, propter hoc ab Episcoporum suorum sententia nullatenus[f] eximantur: sed potestatem suam in eos, sicut in alios parochianos suos exerceant, cùm pro suis fuerint excessibus corrigendi.

¶ Quod autem de praedictis fratribus dictum est, ab aliis quoque Religiosis †, qui praesumptione sua Episcoporum percipiunt iura, & contra canonicas eorum sententias, & tenorem priuilegiorum[g] nostrorum venire praesumunt, praecipimus obseruari. Si enim contra institutum hoc venerint: & Ecclesiae, in quibus illa praesumpserint, subiaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur.

¶ Idem Archiepiscopis [& † Episcopis,] ad quos litterae illae peruenerint.

¶ *Suis priuilegiis priuandus est, qui alienis derogat.*

CAP. IV.

Dilecti † filij fratres Hospitalis[l] Hierosolymitani transmissa nobis conquestione monstrarunt, quòd vos eis de malefactoribus suis iustitiam facere non vultis[h], priuilegia ipsorum recipere contemnentes[i]: *& infra.* ¶ Pro certo sciatis, quòd nos concessa vobis priuilegia decurtabimus[k], cùm Ecclesiae Romanae scriptis authenticis obuiare minimè timeatis.

¶ Idem Cantuarien. Archiepiscopo.

¶ *Etiam priuilegiati non possunt admittere excommunicatos ad sepulturam: & si admiserint, debent inde eos eiicere: & si non fecerint, Episcopus supplebit.*

CAP. V.

Ad † haec: *& infra.* ¶ Mandamus, quatenus Hospitalariis praecipias, vt si quos in excommunicatione defunctos in coemiteriis Ecclesiarum sepelierint[l], eos extra coemeteria eiiciant[m]: quòd si facere noluerint, tu hoc de his, quos in excommunicatione defunctos esse constiterit, exequaris.

sum, siue per delictum perdunt priuilegium; quare subiacebunt propter hoc interdicto episcoporum. vt in fine sequitur. *fm.] de hare. ad abolendam. in fine.* vbi de hoc.

Dilecti.] In prima ponit querelam. In secunda ibi, *Pro certo.* prouidet. Abbat.

Casus. Fratres Hospitalis Hierosolymitani conquesti fuerunt domino Papae, quod Archiepiscopi, & Episcopi de suis malefactoribus iustitiam facere nolunt priuilegia ipsorum non recipientes: vnde Papa scribit Praelatis praedictis, quod ipsi pro certo sciant, quod ipse priuilegia ipsorum Praelatorum decurtabit, cùm ipsi obuiare non timeant scriptis authenticis Romanae Ecclesiae. Nota. contra iudices, qui iustitiam querelantibus non exhibent, & partium probationes non attendunt. Item not. quod ei iustitia non est seruanda, qui aliis iustitiam denegat exhibere.

h ¶ *Non vultis.*] Vnde possunt conueniri, qui iustitiam facere nolunt. 23. q. 2. *Dominus. & in Authen. vt iudi. § pen. & vlt. coll. 8. & 23. q. 5. administratores.* & sicut iudex facit litem suam per dolum suum, & etiam per alias culpas, vt *ff. de iudi. si iudex litem suam fecerit.*

i ¶ *Contemnentes.*] Arg. contra iudices, qui probationes diligenter non attendunt. *arg. 30. q. 5. iudicantem.*

k ¶ *Decurtabimus.*] Non enim sunt ei sua iura seruanda, qui ius alienum violare non metuit. 73. *dist. vbi. & 25. q. 2. si decet. & de vsu pal. c. 1. & 2. & argum. 95. di. esto subiectus.* & quod quisque iuris in alterum statuit, vti debet eo] *de const. cum omnes.* & ecclesiasticus ordo confunditur, si cuilibet ius suum non seruatur. 11. q. 1. *peruenit.* Iniquitantur ergo priuilegia illorum, & secundum quod ibi continetur, eis obiicietur] *eo. p. vlt.* & ita tanquam contemptores, & negligentes puniuntur. B.

† Vide concilium Tridentinum sessio. 6. de refor. c. 3. & sessio. 25. tit. de regularibus c. 14. vbi habes, quando Episcopi corrigant regulares, & puniant.

† Hae duae voces, & Episcopis desunt in aliquot, & vetustis, & recentioribus codicibus.

† Cap. 4. est. 3. in 1. compilat. & post concilium Lateran. p. 44. c. 6.

† Cap. 6. est. 11. in 1. compilat. & post concilium Lateran. sub Alexandro in p. 31. c. 9.

Ad haec.] Est priuilegiati, qui sepeliunt mortuos excommunicatos, eos exhumare tenentur. hoc dicit. Abb.

Casus. Hospitalarij defunctos in excommunicatione sepeliebant in coemeteriis ecclesiarum: mandat Papa Cantuarien. Archiepiscopo, quatenus praecipiat ipsis Hospitalariis, vt corpora illorum defunctorum in excommunicatione, extra coemeteria eiiciant, quod si non fecerint, Archiepiscopus illud exequi non omittat. Nota, quod corpora defunctorum in excommunicatione non sunt in coemeteriis sepelienda.

e ¶ *Defunctorum.*] Nisi fuerint fratres eorum: quia tunc possunt illi sepeliri in ecclesia interdicta: dummodo illi fratres non sint excommunicati, vel nominatim interdicti. vt] *eo. vt priuilegia.*

f ¶ *Nullatenus eximantur.*] Sic] *eod. tuarum. & cap. pen.* & hoc ideo quia per confraternitatem talem non sunt conuersi illorum, nec oblati, sed aliquam remissionem consequuntur,] *eo. vt priuilegia.* vnde dixit, omnino non reddiderint. & ita remanent de iurisdictione episcoporum: aliàs pro tribus, vel quatuor denariis posset quis eximi à iurisdictione sui episcopi, quod esset iniquum.] *eo. vt priuilegia. § hoc autem.*

g ¶ *Tenorem priuilegiorum.*] Sic] *eo. porrò. in fine.* & ideo non debent habere fructum illorum, ex quo ea non seruant.] *eo. tuarum. & cap. petitio. & c. vt priuilegia. 11. q. 3. priuilegium.* & ita per abu-

¶ *Glo. seq. vsq. per quaestionem.*

l ¶ *Sepelierint.*] Ita communicando eis in morte, inciderunt in excommunicationem: quia cui non communicamus viuo, non communicemus & mortuo. 11. q. 3. c. 1. & 2. &] *supra de sepul. sacris.*

¶ *Gl. seq. excipit duos casus.*

m ¶ *Eiiciant.*] Si potuerint discerni ossa eorum ab ossibus fidelium: aliàs non.] *de sepul. sacris.* & nisi forte tales fuerint, qui petierunt absolui, & per eos non steterit, quo minus fuerint absoluti. & qui

post mortem sunt absoluendi. ꝑ. de senten. excom. à nobis 2. & factum suum isti emendare tenētur. sim 55 dist. pœnitentes. alioquin Archiepiscopus hoc faciet in eorum opprobrium. Ab.

S *I de terra*] C A S V S. Monachi sancti Andreæ ordinis Cistercieñ. habet priuilegiū de nō dādis decimis de laboribus suis: monachi isti habēt terras in parochia canonicorū de Plautio, de quibus decimas ꝑsoluerūt ꝑ xxx annos dictis canonicis; nunc excitati nolūt soluere decimas dictis canonicis: vnde mādat Papa monachis illis, quatènus si de terra illa, quā habēt in parochia illorū canonicorū ꝑ xxx. annos decimas persoluerūt eisdē, eas de cætero integre sibi soluant: quia licet eis sit concessum, vt de laboribus suis decimas nō persoluant, de priuilegio tñ indulto tanto tempore detrahere voluerūt: vnde nō possunt ꝑ priuilegium se in hac parte tueri, cum liberū sit vnicuiq; iuri suo renunciare. No. q̄ qui nō vtit̃ priuilegio sibi concesso legitimo tempore, amittit illud. Item triginta annorum spatium beneficia priuilegij excludit. Item liberum est cuilibet iuri suo renunciare.

† *Cap. 9. in 1. comp. & post concilium Lateran. sub Alexan iij. p. 38. c. 4. Vide glossam in c. vlt. 17. q. 4.*

† *Dictio, ordinis, deest in antiquis omnibus codicibus, 7.*

¶ Idem Abbati, & Monachis sancti Andreæ Cistercieñ. Ordinis.

¶ Contra priuilegium Ecclesiis præscribitur spatio triginta annorum: hodie verò quadraginta: vt infrà, eod. accedentibus.

CAP. VI.

S I † de terra, quam habetis in parochia Canonicorum de Plautio, per triginta annos [a] eis decimas persoluistis, eas sibi de cætero integrè persoluatis. Licèt enim priuilegiorum Romanæ Ecclesiæ beneficio fratribus Cistercieñ. Ordinis † indultum fuerit, quòd de laboribus suis nullas decimas persoluere debeant; de priuilegio tamen indulto tāto tempore [b] vobis detrahere voluistis: cùm liberum sit vnicuique suo iuri renunciare [c]: eóque modo non potestis vos in hac parte tueri.

† *Albien.* † *Albian.*

¶ Idem Ambiañ. † Episcopo.

¶ De priuilegiis nō est iudicandū, nisi eorū tenore inspecto, & secundum continentiam eorum ab omnibus subditis sunt seruanda.

¶ *Glossa seq. signat contrarium, & remittit.*

a ¶ *Triginta annos.*] Ar. contra ꝫ. de pscr. de quarta 16. q. 3. c. a. placuit §. quas actiones. & est expressum. ꝑ. eodem. accedentibus. vbi tantum xl. annorum spatio perditur priuilegiū, vbi de hoc.

† *C. 10. eo. tit. in 1. compilatio.*

† *dotati.*

¶ *Gl. se. fortificat textum.*

b ¶ *Tanto tempore.*] Sic patet, q̄ priuilegiū perdit, nisi quis vtatur eo. ꝑ. eo. *accedentibus.* sic etiam leges p dissuetudinē abrogantur. ff. de legibus. de quibus multò fortiùs priuilegiū: & quia res de facili ad suam naturam reuertitur. ff. de pact. si vnus. §. quod si non totum. sed propter hæc quātum ad alios nō perditur.

a Quod facitū perditur, quàm ius commune C. ad Velle. antiqua. secundū Phil. Ioan. And.

¶ *Gl. seq. alle 5. contr. signat contrarium, & remittit.*

c ¶ *Renunciare.*] Sic ꝑ. eo. *accedentibus.* & ꝫ. de reg. ad *Apostolicā.* & c. *statuimus.* & 7. q. 1. quā *periculosū.* & remittentibus actiones suas non est vlterius regressus ad eas. ff. de ædili. edic. l. quærit. §. si vendiditor. ar. contra, ꝫ. de so. compe. si diligēti. Vbi plene de hoc tractatur.

CAP. VII.

P Orrò † quamuis [d] Templarij, & Hospitalarij multa sint libertatis prærogatiua donati †; non dubitamus, quin aliam libertatem [e] habeant in locis, in quibus, antequam peruenissent ad eos, fuerant habitatores: quòd totum ex inspectione [f] priuilegiorū suorum † pleniùs aduertere potes: & secúdùm quod inueneris, ita obserues. Sic enim eos volumus priuilegiorum suorum seruare † tenorem [g], quòd eorū metas transgredi minimè videantur.

P *Orrò.*] Priuilegiorū tenor inspiciēdus est, & seruādus. hoc dicit. Et potest exemplari text. *per cap. super.* ꝫ. *de decimis.* Abb. C A S V S. Templarij, & Hospitalarij multa prærogatiua libertatis sunt muniti, verumtamē aliā libertatem habere vidētur in locis illis, in quibus fuerant habitatores, antequā ad eos peruenissent, quam in aliis suis possessionibus: & si habuerunt eandem, vt aliā, hoc ex inspectione priuilegiorum suorum valet cognosci, & secundùm quod inuenitur in priuilegiis, ita est obseruandum. In fine dicit Papa sic: volumus eos tenorem suorum priuilegiorum seruare, & fines eorum non transgrediantur. Nota, quod priuilegia seruanda sunt, secundum q̄ continetur in eis: & sic ar. q̄ priuilegia stricti iuris sunt. Item ar. q̄ nulli priuilegiato credendum est, nisi priuilegiū suum inspiciendum concedat. Itē à forma verborum non est recedendum. Item fines priuilegij nemo excedere debet. & sic est arg. q̄ fines mādati diligenter sunt obseruādi.

d ¶ *Quamuis.*] Id est, quia, in antiqua erat, quoniā, & melius; simile, quamuis ꝫ. *de iureiur. quemadmodum. ibi, quāuis interdū,* &c. vel quamuis, id est, etiā si, sed propriè non videtur stare posse.

b Debitor priuati, qui muneret quā semisses perstabat vsuras, factus debitor fisci, soluit semisses. Io. And.

e ¶ *Libertatem*] Supple, quam in aliis suis, habent eandem in his, quam in aliis possessionibus: hoc tamen deprehenditur ex eorum priuilegio: vt infrà dicit. & ita res ad eos deuoluta censetur eodem priuilegio cum aliis. ff. de vsuris, cum quidam. §. si debitori [b]. & ff. de iure fisci. fiscus.

¶ *Glo. seq. dicit quatuor notanda.*

f ¶ *Ex inspectione.*] Et ita inspicienda sunt priuilegia, ad hoc, vt sciatur, quid continetur in eis. ꝑ. eo. *recipimus.* & ꝫ. *de fide instrumentorum. accipimus.* & in *Authen. de mand. princip. in §. si quis autē. colla. 3.* Et est ar. q̄ iudex debet facere copia rescripti partibus ad inspiciēdū, nec sufficit sola recitatio rescripti: q̄a falsitas posset ibi esse, quæ ex sola lectione deprehēdi nō posset. Et ex eo quod dicit, ita obserues. nota non esse recedendum à forma verborum. ꝫ. *de decim. ad audientiam.* & ꝫ. *de translatio. inter corporalia.* & ff. *de legatis tertio non aliter.* Item ar. fines mandati diligenter seruandos. ꝫ. *de rescrip. cùm dilecta.* Item ar. nulli esse credendū, qui dicit se habere priuilegiū, nisi illud ostendat. ꝫ. *de offi. dele. cùm in iure.* argu. & ad hoc 24. *dist. quæsitamus.* & 100. *di. contra morem.* & ꝑ. *eo. cùm capella* Ber.

† *Dictio, suorum, deest in recentioribus impressis. sed eam habent vetus codices.*

† *cōseruare.*

† *Vide c. verb. sicut propter a in lo. 2. Io. And.*

g ¶ *Tenorem*] Sic ꝫ. *eo. cùm & plantare, in fine.* & ꝑ. *eod. petisse.* & ita priuilegiū in sua forma tantùm seruari debet, & non vltrà extendi: alias priuilegium nō defenditur in aliis. Ber.

† *Cap. 1. eo. tit. in 2. compilat. Vide casus super vlt. gla.*

¶ Idem I. Apostolicæ sedis Legato.

¶ Per solutionē census, qua fit Romanæ Ecclesiæ, nō probatur exemptio à iurisdictione Episcoporum.

CAP. VIII.

R Ecepimus † litteras, quas de Ecclesiis censualibus direxisti. Cæterùm diligentiā tuam volumus non latere, quòd sicut non omnes, qui specialiter beati Petri iuris existunt, annuatim Apostolicæ sedi censum exoluunt; ita non omnes [h] censuales ab Episcoporum subiectione habentur immunes. ¶ Inspicienda [i] sunt ergo Ecclesiarum priuilegia, & ipsorum tenor est diligētiùs attendendus, vt si fuerit deprehensum, quòd Ecclesia, quæ censum soluit, specialiter beati Petri iuris existat, & ad indicium † perceptæ libertatis [k] census annuus conferatur, non immeritò poterit speciali prærogatiua gaudere. Si verò ad indicium † perceptæ protectionis [l] census persoluitur: non ex hoc iuri diœcesani Episcopi aliquid videtur esse subtractum.

R *Ecepimus.*] Solutio census nō ꝓbat quem exemptum, nisi ex alio deprehendatur, vt quia soluitur ad indiciū perceptæ libertatis. hoc dicit. Primò ponitur cōsultatio. Secundò responsio ibi, *Cæterùm.* Abbas Sicul.

C A S V S. Quidam legatus Apostolicæ sedis inuenit plures Ecclesias in sua legatione censuales: dubitauit vtrùm hoc ipso essent exemptæ à iurisdictione Episcoporum: quæsiuit à Papa, quid iuris sit super hoc: & ipse respondet, commendās in hoc diligentiam suam, dicens quod sicut non omnes illi, qui specialiter existunt de iure beati Petri, Apostolicæ sedi annuatim censum exoluunt: ita non omnes censuales liberabuntur à iurisdictione Episcoporum: verumtamen inspicienda sunt priuilegia Ecclesiarum; & si fuerit deprehensum in eis, quod Ecclesia, quæ soluit censum, specialiter beati Petri iuris existit, & ad indicium perceptæ libertatis annuatim census soluatur, Ecclesia illa libera est, & exempta. Si verò ad indicium perceptæ protectionis census persoluitur, propterea à iurisdictione Episcopi non est subtracta. Not. quòd per hanc decretalem debet, & potest cognosci ex inspectione priuilegiorum, an sit Ecclesia exempta, vel non: quia si dicatur in priuilegiis, quòd datur census in signum libertatis, tunc est exempta Ecclesia. Si autem datur in signum protectionis, non est exempta. Item priuilegia inspicienda sunt, cùm de eorum tenore dubitatur. Item exemptio in protectione parum vel nihil commoditatis affert.

† *Aliàs, indiciū, in aliquot antiquis.*

† *Aliàs, indiciū, in eisdem antiquis.*

h ¶ *Omnes.*] Sicut Templarij, & Hospitalarij, & Cistercieñ. censum non soluunt Romanæ Ecclesiæ, sicut credo.

i ¶ *Inspicienda.*] De hoc dictum est ꝫ. *e. proxi.*

k ¶ *Perceptæ libertatis.*] Vbicunque inueneris hæc verba, in priuilegiis, statim intelligas illos esse in toto exemptos à iurisdictione Episcoporum, vt hic patet.

¶ *Glo. seq. dat simile, quærit, & soluit.*

l ¶ *Ad indicium perceptæ protectionis.*] Licèt Papa recipiat aliquos sub sua protectione [d], non sunt propterea subtracti à iurisdictione Episcoporum. ꝫ. *e. ex parte 2.* & sic per confirmationem in forma communi, non præiudicatur Episcopo loci. ꝫ. *de confir. vti. c. vlt.* & quasi per totum ar. ꝫ. *de maio. & obe. per tuas.* Arg. contra ꝫ. *de cleri peregr. c. 1.* Quid ergo valet talis protectio, certè parum, sicut parum valet confirmatio in forma communi; tamen aliqua reuerentia plus debetur illis, quàm

d Vide Angelum in l. 1. C. de commu. lib. 10. & Bart. & in l. constitutione digestorum.

quàm alius. argum.decret. prædi.per tuas.& forte citius Papa mouetur pro eis,cum iniuste grauantur,ad litteras concedendas.

SAnc.] Priuilegium non extenditur ad personas in eo non expressas.Hoc dicit.

CASVS. Nullus debet auctoritate sua sibi præsumere, quod alij certa ratione inspecta, à Romana Ecclesia singulari priuilegio est concessum. Nota,quòd nullus debet propria auctoritate aliquid sibi præsumere.Item priuilegiū non debet concedi nisi certa ratione inspecta. Item speciale non debet trahi ad generale.

¶ Glo.ß.seq alleg.ß.concord,signat contrarium, & soluit.

a ¶ Temerarium.] Hoc ideo dicit,quia quæ per priuilegium conceduntur, nō debent trahi ab aliis auctoritate propria in exemplū,vt hic, & 16. q. 1. hinc etiam: quia priuilegia cōmunem legem non faciūt, 16. q. 2. non exempla. ĩ. de concess. præben. constitutus, in fin. ff. de constit. princ. l. 1. C. de legi. l. leges, in fin. & 7. q. 1. petisti.argu. 100. distin. contra metrop. Argu. contrà, quia quod vni personæ cōceditur, cæteris denegari non debet. 5. dist. ad eius verò. & 4. dist.denique: non sunt contrà, quia loquuntur de communi iure:quod enim de iure cōmuni conceditur, omnibus concessum intelligitur:secus, de iure speciali: in quo casu loquuntur primæ concordantiæ.

b ¶ Certa ratione.] Nota, quòd priuilegium non est dandū nisi certa ratione inspecta a, vt 7. q. 1 petisti: & non subito, sed cum magna deliberatione. 23. dist. communis filius & 16. q. 1. in parochiæ.

c ¶ Singularibus beneficiis.] Id est,priuilegiis,quæ singularia sunt, & priuata a lege communi.3.dist.priuilegia.Bern.

Idem.

¶ Priuilegium vni concessum, non potest ad alium extendi: propter identitatem rationis. Hoc dicit, & solet quotidie allegari.

CAP. IX.

SAnct†: & infrà. ¶ Temerarium a est, & indignum aliquem sibi sua auctoritate præsumere, quod Romana Ecclesia alicui, certa ratione b inspecta, singularibus c voluit beneficiis indulgere.

¶ Cœlestinus tertius Abulen. Episcopo.

¶ In Oratoriis priuatis cāpana publicè teneri non possunt, etiam per Religiosos. Hoc dicit: & tene menti hunc textum:quia quotidie allegatur,& est in vsu.

CAP. X.

PAtentibus † litteris certificari desideras, vtrùm Templariis, Hospitalariis, & aliis Oratoria in domibus suis habentibus liceat campanas in eis ponere, publicéque pulsare: Respondemus autem consultationi tuæ, quod non licet d eis hoc agere: quin † potiùs e per te,per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, coërcendi sunt,vt ita sint suo iure contenti, quòd iustitiam non impediant f aliorum.

¶ Innocentius iij. Archiepiscopo Lugdun.

¶ In tota prouincia exhortationis officio priuatur Hospitalarius,qui mittunt pro eleemosynis cruce falsò signatos:& si missi sunt Laici,excommunicantur:si sunt Clerici, ab officio, & beneficio suspenduntur:& eadem suspensione puniuntur, qui ante reconciliationem in polluta Ecclesia celebrant:& suspensi per Episcopos exemptos absolui nō possunt: & fratres priuilegiatorum, qui ad eos se omnino non transferunt, priuilegiati non sunt.

CAP. XI.

TVarum†nos tenor edocuit litterarum, quòd fratres hospitalis sancti Ioannis,Laicos, & illiteratos mittunt pro eleemosynis colligendis: & infrà. ¶ Cùm in quadam Ecclesia baptismali eis à prædecessore tuo collata g, quidam eorum percutiens Vicarium Sacerdotem, ipsam Ecclesiam sanguinis effusione fœdasset, vsque ad reconciliationem h diuina ibidem interdixit officia celebrari: sed nihilominus ipsi † in ea diuina officia celebrārunt. Alios verò Presbyteros ab officio suspensos per Episcopos suos iidem, cùm sint Laici,ad diuina † officia restituunt exequenda. Quosdam præterea,qui cum vxoribus suis in domibus propriis commorantur, eo quòd eis de suis aliquid conferunt annuatim, ita emancipare i contendunt, vt aliquibus secundùm legem terræ de sibi obiectis respondere minimè teneantur. ¶ Verùm, quia priuilegium meretur amittere k,qui permissa sibi abutitur

P[atentibus.] Duæ sunt partes,consultatio,& responsio.Secunda ibi,Respondemus. Abbas.

CASVS. Hospitalarij,& Templarij,& alij etiam habent Oratoria in domibus suis,quæsiuit Eps Abulen. vtrū liceat prædictis ponere ibi cāpanas,& publicè pulsare?& respōdet Papa, q nō licet eis hoc agere,immo cōpellendi sunt, vt sic iure suo sint cōtenti, q iustitiam non impediant aliorum.Nota, q in Oratoriis Templariorum,& aliorū non licet habere campanam.Item arg.quod exempti,si excedāt metas priuilegiorū suorū,siue publicè delinquant, q possint ab Epis coerceri.Item priuilegiū sic est intelligendū,& seruandū,vt non lædat,vel impediat iustitiam aliorum.

d ¶ Non licet.] Nec etiam Missas celebrare, de consecrat.dist. 1. vnicuique,& cap.clericos,& cap.si quis.

¶ Glo.seq arg & remittit.

e ¶ Potiùs per te.] Argum.q exempti,si excedant metas priuilegiorū suorū,siue publicè deliquerint,q possint ab Epis coerceri. arg. ĩ.eod.c.pen.vbi de hoc.arg opt.ĩ de statu reg.c.recidentes.

f ¶ Non impediant.] Arg.quod Papa sic indulget priuilegiū, vt non lædat,nec impediat iustitiam aliorum.ff.ne quid in loc.publi. l.2.§.si quis à principe,& ĩ.de vsu pal.et infrarum 9.q.3. si quis vtrū non obediat. 21. q.2.primum, & ff.de condi. indeb. nam hoc, & ĩ.de consuet.cum olim,& ĩ.de Eccle.ædi.ad audientiam.

T[Varum nos.] In prima ponitur querela, & consultatio,in secunda responsio ibi, Verùm.& in prima ponuntur quatuor excessus illorum Hospitalariorum. Abbas.

CASVS. Fratres hospitalis sancti Ioannis cùm pro eleemosynis colligendis mittere debeant clericos,& fratres de ordine suo cruce signatos;ipsi mittunt laicos, & illiteratos,qui in superbiā elati in multis excedere præsumunt. In quadam Ecclesia baptismali sibi ab Archiepiscopo Lugdunen concessa, quidam eorum percussit Vicariū Sacerdotem,ipsam Ecclesiā sanguinis effusione fœdando:propter quod Archiepiscopus prohibuit ibi celebrari diuina, donec fuerit reconciliata: ipsi nihilominus ibi diuina officia celebrauerunt.Item quosdam Presbyteros ab Episcopis suis ab officio suspensos,iidem quamuis laici sint, restituunt ad diuina officia exequenda. Item quosdam laicos, qui cum vxoribus suis in domibus propriis commorantur, pro eo q sibi soluunt aliquid annuatim, ita eximere cōtendunt,vt alias secundū legem terræ de sibi obiectis respondere non teneantur. Consultus Papa respōdet, cùm priuilegium mereatur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, mandat Archiepiscopo Lugdun. quatenus si aliquos de cætero, aut laicos inuenerit missos à prædictis fratribus pro eleemosynis colligendis falsò cruce signatos, interdicat illis,qui eos mittunt,officium prædicationis in tota prouincia sua:& missos, si laici fuerint,excōmunicationis mucrone percellat. Si clerici,ab officio,& beneficio suspendat,nō obstante aliquo priuilegio, vel appellatione. Illos verò, qui post interdictū suū in Ecclesia prædicta celebrarūt diuina, eadem pœna suspensionis innodat, & in eadem diuina officia celebrari non permittat,donec fuerit reconciliata: Presbyteros ab Epis suis suspensos, & per fratres illos ad officia sua temere restitutos, in eandem sententiam reducat. Alios verò, quos propter præmissam caugam ad rñdendum aliis secundùm legem terræ asserunt nō teneri,cōpellat aliis rñdere, non obstante appellatione. Nota,q priuilegium meretur amittere,qui abutitur ipso.Itē illi,qui mittuntur ad colligendas eleemosynas à fratribus hospitalis sancti Ioānis,debent esse de ipsis fratribus cruce signati vere,& non falsò:alioquin repelluntur cum pœna hic statuta. Itē arg.q licet aliquis portet habitum regularem,non obligatur,dummodo constet,q animo obligandi hoc non facit.Et sic est hic arg.q habitus nō facit monachū.Item priuilegiū non excusat in delictis.Itē appellatio nō tuetur aliquē in delicto.Itē arg.q ordinarius possit punire exēptos, cū publicè delinquūt. Itē in Ecclesia sanguinis effusione polluta celebrari nō debet,donec recōcilietur. Itē absolutio,vel restitutio facta ab illo,q nō habet ius absoluēdi,vel restituēdi nō valet. Itē priuilegio cōuersorū gaudere nō debet,qui nō sunt conuersi.

g ¶ Collata.] Non pleno iure,vt ĩ.patet.

¶ Glo.seq.exponit,obijcit,& soluit.

h ¶ Ad reconciliationem.] Per aquā benedictā cum vino,& cinere, & per simplicem sacerdotem. ĩ. de consec. eccle. vel alta. proposuisti,& c.aqua. Sed nūne ex priuilegio isto semel in anno possent ibi celebrare ante reconciliationem,vt ĩ.ea.tū & plantare.§.quod si.& ĩ.eo.cū priuilegia? Dicas,q priuilegiū nō extenditur ad hunc casum,quandiu fuerit sic execrata,vt ĩ.e.ca.ibi,donec reconciliata fuerit,&c.& q hoc est interdictū iuris,& nō hominis,q celebrat in tali Ecclesia,nō est suspensus,nec irregularis: hic in Ecclesia fuit interdicta à iure,& ab homine, & sic diuersa est hæc pœna, arg.ĩ.de cler.excom.minist.si celebrat.cū,& pastoralis.§.quæsiuisti,B.

i ¶ Emancipare.] Id est,liberare de potestate Episcoporum b.

k ¶ Admittere.] 11. q.3.priuilegium.

† De materia Bald. in l.non tātùm.§.iste cinctis ff. de excus. tut. Ambaranus consil. 109. incip. prima facie. Angelus cōs. 227. incip. quando dictum priuilegium. Decius consil. 48.& Gemi. [illegible] in c. ne aliquis, de priuil.lib.6.

† Cap.2.eod. tit.in 2.cōp. de materia, & intellectu vide Alberi. cum in Diction. [illegible] verbo, campanis,verfic. audiui,quòd magna.

† Aliàs ita: quinimò potius per te, &c.

a Facit ad hic, quod not. Bart.in l.1.C.de col. lib.10.

b Dicit Innoc. & Abbas,q hoc ideo, quia licet personæ sint exceptæ, ipsorum tamen Ecclesiæ nō vide[illegible] sup. eod. recipimus,sic per 1. glos. Ioann.And.

† Cap.1.eod. tit.in 3.comp. Et de fratr. Hospitalis sancti Ioannis vide cita tas in c.cùm & plantare. ĩ.eo.tit.

† Aliàs ita; ipsi ibi in ea, &c.

† Dictio, diuina deest in antiquioribus exemplaribus.

c De hoc articulo vide c. si qui. de senten. excom.lib.6.v. bi de hoc diffusius.

d Rectè dicit glos. quia emancipare, propriè est à patris potestate liberare.

Decretal. LLL v ¶ Glos.

¶ *Glos. seq. sequens not. signat contrarium, & soluit. Iterum soluit obiect. de tribus iuribus, vlt. dicit hic ponit quæstionem.*

a ¶ *Signator.*]Per hoc patet, q licet portet aliquis habitum regularem, non obligatur: dummodo constet, q non animo obligandi hoc faciat, vt isti faciebant: quia, in tali casu habitus non facit monachum. ī. *de reg. porrectum. arg. contra. s. eo. tit. statuimus.* Sed illud verū est, cum constat, q animo vouendi habitum recepit professorum. Nec obstat 27. *dist. quod interrogasti*, & ī. *de regula. vidua.* 20. *q.* 1. *quem progenitores*: quia illa intelligebantur olim, qñ ab initio factum erat ambiguum. Et per hoc videtur solui quæstio de eo, qui simulando se monacham, corrupit monialem. quia non est compellendus a ad monachatum, aliàs tamen puniendus est exilio, etiamsi iocose schemate monachæ vsus est, *in Auth. de sanct. episc. § vlt. collat.* 9 Laur.

b. ¶ *Exhortationis.*] Id est, præ dicationis.

c ¶ *De officio, beneficióque.*] Puniuntur enim isti tanquam falsarij. ī. *de crim. falsi* 2. laici enim excommunicantur. *eod. tit. ad falsariorum.*

potestate: fraternitati tuæ mandamus, quatenus si quos clericos, aut Laicos à dictis fratribus pro colligendis eleemosynis cruce falso signatos a inueneris, his, à quibus ipsos missos esse constiterit, per totam prouinciam tuam † exhortationis b officium interdicas: missos, si Laici fuerint, excommunicationis mucrone percellas: si Clerici, ab officio, beneficióque c suspendas: nullo prorsus priuilegij d beneficio, vel appellationis remedio præualente. ¶ Eos verò, quos in prædicta Ecclesia, lege tibi diœcesana subiecta, post interdictum tuum diuina celebrare † cognoueris, eadem pœna suspensionis e inuoluens, ipsos, donec reconciliati fuerit, officia non permittas celebrari diuina: Presbyteros etiam suspensos ab Episcopis suis, & † per prædictos fratres ad officia sua temerè restitutos, in eandem sententiam suspensionis reducas f. ¶ Illos verò, quos ad respondendum aliis secundum legem terræ, pro præmissa causa asserunt non teneri, nolumus excusari g, quin eos ad respondendum, sublato appellationis impedimento, compellas.

¶ Idem Abbati, & Conuentui sancti Petri Eugubin.

¶ *Contenta in instrumento perdito probari possunt per testes, qui illud perlegerunt, si deponūt de tenore, & quod erat sine vitio. Hoc dicit. Et non est alibi casus ita clarus.*

CAP. XII.

CVm † olim essemus apud Perusium constituti, & tu, fili

¶ *Glos. seq. alleg. quod ordinarij puniant exemptos delinquentes. Secundò alleg. contrarium. Tertiò ponit opin. Vinc. & Tan. cui signat contrarium, & soluit. Quartò ponit aliam opin. Quintò opin. Ioan. dist. vlt. soluit per ius nouum.*

d ¶ *Priuilegij beneficio.*] Sic ergo videtur, q ordinarius possit punire exēptos, cùm publicè delinquunt: quia hic priuātur officio, & bñficio nuncij illorū, & ipsis interdicit officiū exhortationis ab ordinario. & ī. *de haer. ad abolendam, in fin.* Sed ibi dr̄ tanquā à sede Apostolica delegatus: vnde non videtur, q iure suo, & ratione delicti sortitur quis forum. 6. *q.* 3. *placuit*, & ī. *eod. cùm & plantare. in fi.* & ī. *ca. prox.* ratione delicti perditur priuilegium, vt hic dr̄, & 11. *q.* 3 *priuilegium.* Item reatus omnem honorem excludit. *C. vbi senat. vel clarissimi. l.* 1. & qua in prouincia q. is deliquerit, illic iuri subiaceat, omni priuilegio cessante. *C. vbi de crimi. agi oporteat. Auth. qua in prouinc.* nec enim prætextu priuilegij flagitiorum crescit auctoritas. *C. de priuil. scho. a. l.* 2. *lib.* 12. & remissio peccatorū non dat licentiam delinquendi. 1. *q.* 7. *exigunt. de pœn. dist.* 3. *sane.* Et dicit Imperator, Non permittat delinquentes aliquibus priuilegiis vti, *in Auth. de man. prin. § quod si delinquentes. collat.* 3. Sed contrà videtur, q non possit istos punire. 16. *q.* 1. *frater noster*, & *sup. de supplenda neglig. prælat. sicut nobis.* & ī. *eod. cùm capella.* si enim tales possent puniri, vt alij, inutile esset eorum priuilegium. Item proconsul non potest se intromittere de causis fiscalibus, qui est maior omnibus post principem. *ff. de offi. procons. si in aliquam. § 2.* aliàs esset lex, & inepta: Nec quicquam. Vinc. dixit, q ordinarius non potest interdicere eorū Ecclesias, quādo totā terrā subiicit generali interdicto. Sed contra hoc est *sup. de consuet. cùm inter vniuer.* & ī. *de verb. signif. cùm in partibus.* Sed verius dicas, q licet non possit interdicere illorū Ecclesias, ipsi tñ de iure communi tenetur seruare interdictum generale, vt dicunt iura duo proxima. aliàs posset illos punire ī. *c. prox. cùm publicè delinquunt.* Item pro leuibus, & minimis causis non possunt Epi se intromittere, nec excommunicare eos, vel si aliquis illorum esset infamatus, non potest cōpelli, vt se purget. Nam Papa nihil aliud eis concessit, nisi q eos filios tuos te. it b, sed in aliis, cùm publicè delinquunt, nō abstulit eis iurisdictioné, aliàs nihil aliud esset, nisi dare materiam delinquendi. Et q possint puniri, si publicè delinquūt hic patet, & *sup. ca. prox.* & hoc idem dixit Tan. Alij dicunt, q nullo modo potest eos punire, & Papa sibi hoc reseruauit. & hoc voluit sic probare: Papa bene scit, quod Templarij, & Hospitalarij, & alij exēpti semper sunt in aliena parochia, & scit, q quid delinquunt: & dicit q non puniuntur, vt per iura patet in contrariū allegata: & quia si aliqui dicuntur curiales, puniuntur, vbi inueniuntur, nisi sint in armata militia: quia tunc conueniuntur sub magistro militū, nisi habeant priuilegium imperiale. *C. vbi quis de curiali, vel cohortali, aliáve condi. conuen. l.* 1. & illustres non puniuntur, nisi sub iudicibus à principe specialiter deputatis. *C. vbi senat. vel clarissimi. l.* 1 *circa medium.* Ioan. distinguit: ita: si priuilegiatus delinquit circa rem non exemptam, vt in contractu, vel maleficio occidendo hominem, vel adulterando, tale delictū potest punire † § loci: quia si persona sit exempta, res tamē, in quam deliquit, non est exempta: & ita quasi ratione rei, in qua deliquit, sortitur quis forum, &c. ī. *de foro compet. cap. vlt.* si verò delinquit circa rem exemptam, puta male gerendo se in officio suo, vel alienando res Ecclesiæ: tunc à solo Papa punitur: quia in his exemptus est: ibi enim factū eorum præiudicium affert non exemptis, ibi bene punit Epūs eos: secus si non tangit: & hoc probatur satis. ī. *eod. cùm capella.* Si verò aliquid specialius in priuilegiis suis inuenitur, illud seruetur. ī. *eod. porrò.* Innocentius Papa statuit, q exempti subsint ordinariis ratione delicti, siue contractus, aut ratione rei, de qua côtra ipsos quæstio mouetur, & coram eis possint conueniri: sed si delictum commissum sit in loco exempto, siue contractus initus, aut res litigiosa sit in loco exempto: tunc non possunt conueniri coram ordinariis d, vt dicitur in quadam constitutione Innocentij quarti. *eod. tit. volentes, lib.* 6.

e ¶ *Pœna suspensionis.*]Scilicet officij, & beneficij: & potest hoc referri ad factum, cùm de iure sint suspensi, violando temere interdictum, prout notatur ī. *de excess. prælat. c. vlt. in magna. not.* sed si scienter celebrarent post interdictum iuris, debent suspendi, & tunc propriè dicitur suspendi. Bernard.

f ¶ *Reducas.*] Id est, ostendas illos ab eis non fuisse absolutos, hoc est, sicut de facto fuerunt absoluti, ita de facto reducas illos in eandem sententiam.

g ¶ *Nolumus excusari.*]Sic ī. *eod. cùm & plantare. § porrò.* & ī. *eod. cap. penult.*

CVm olim.]Priuilegium deperditum, docto de perditione, & eius tenore per testes, innouatur. Hoc dicit. Vel aliter, & sic: Priuilegium perditum de cuius veritate, & tenore, & perditione constat per testes, potest innouari. Hoc dicit, & est casus not. In prima parte ponitur processus narratio. In secunda definitio ibi, *Nos.* Abbas.

CASVS. Abbas monasterij Eugubin. olim priuilegium Lucij præsentauit domino Papæ, petens illud innouari: Episcopus Eugubinus contradixit, asserens hoc in eius præiudicium redundare, propter quod priuilegium non extitit innouatum: tempore procedente Abbas iterum constitutus coram Papa procuratoribus Episcopi præsentibus allegans se prædictum priuilegium Lucij Papæ amisisse, petiit, vt dominus Papa faceret recipi testes super amissione ipsius priuilegij, & tenore: dominus Papa commisit Cardinali xij. Apostolorum, qui fideliter redegit in scriptis depositiones x. testium iuratorum: eis publicatis, procuratores Epi petierunt inducias ad reprobandos testes Abbatis: Papa illas eis concessit, vt apud sedem Apostolicam probarent, quæ vellent, vbi pars altera suos testes produxerat: post hęc dominus Papa manifeste cognoscens tam per depositiones testium, quàm per assertionem quorundam Cardinalium tenorem dicti priuilegij talem fuisse, quod cœnobium illud nullo mediante ad Romanam Ecclesiam pertinebat, & quod non liceret alicui Episcopo contra monasterium illud, & eius capellas excommunicationes proferre, cùm soli Romano Pontifici sit subiectum, & quod nulla in eo diœcesani Episcopi mentio habeatur, & præterea Abbas tempore Cœlestini ad præsentiam eius accedens, ipse inspectis priuilegiis ipsius Abbatis ipsum (licet excommunicatus diceretur ab Episcopo Eugubino) tanquam non ligatum admisit ad osculum pacis, quod non fecisset, nisi esset exemptus: istis omnibus consideratis dominus Papa decreuit priuilegium illud Lucij Papæ, quod sine reprehensione bullæ, chartæ, vel literæ apparebat, quando fuit ostensum, talius fuisse tenoris cuius dicitur esse per depositiones testium, & Cardinalium assertionem. Nota, quòd innouatio priuilegij fieri non debet, si contradictio sequatur, licet per illam innouationem nihil noui iuris acquiratur. Item amissio priuilegij potest probari, & tenor ipsius. Item æqualitas in iudiciis seruanda est, vt vtraque pars in eodem loco testes efferat probationes. Item post publicatas attestationes testes possunt induci ad reprobationem testium inductorum. Item si Prælatus excômunicatum

† *Suam legitur in vulgatis libris: ex antiquis, tuam, repositum est.*

a *De hoc articulo præter Panormitanum, & alios hic, vide Archidiaconum in c. quod interrogasti. 27. dist. vbi plenè: adde Specul. tit. de stat. monach. § ex glossa corruptè legitur in vulgatis, restituta est ex manuscriptis codicibus.*

† *celebrasse.*

b *Nō est verum: quia per hoc non essent exempti, sed priuilegiati. ī. eo. si Papa. § similiter, & de verb. signi. veniens 1. respon. lib. 6. Io. And.*

c *Hic, & 6. q. 3. cap. vlt. & G. Ar. hic, & Vinc. in secundo appar. & Phil. Io. And.*

† *Alibi ita: & prædictos fratres, &c. cæterùm ex veteribus exemplaribus lectio impressa reposita est & restituta, series ostendit ita legi oportere.*

d *Hoc refert ad summam eo. tit. § fin. Io. And.*

† *Cap. 2. eod. tit. 1 comp. Vide Bald. in l. fi. C. de edendo. Barr. tr. el. 1 testa. Specu. tit. de legato. § superest, nu. 17. adde Doctores in l. vlt. C. de edicto D. Hadriani tollen.*

nicatum recipiat ad osculum, per hoc præsumitur, quòd non est excommunicatus. Item sententia à non suo iudice lata non tenet. Item instrumentum in tribus præcipuè reprehenditur, in bulla, charta, & littera.

a ¶ *Lucij.*]Quod postea fuit amissum, vt infrà sequitur.

Abbas, priuilegiū Lucij [a] Papæ nobis præsentans postulaueris innouari, propter contradictionem Eugubini Episcopi asserentis hoc in suum præiudicium redundare, non fuit effectui mancipatum: *& infrà.* ¶ Te igitur, & præfati Episcopi procuratoribus in nostra præsentia constitutis, B. † basilicæ duodecim Apostolorum Presbytero Cardinali dedimus in mādatis, vt super amissione, ac tenore priuilegiorum † testes reciperet, quos duceres producendos: qui fideliter redegit in scriptis depositiones decē testium iuratorum, quorum depositionibus publicatis dicti procuratores ad producendos testes, per quos inductos à parte aduersa repellerent, inducias postulârunt: quas sub eo tenore illis duximus concedendas, vt apud sedem Apostolicam probarent, quæ vellent, vbi onus [b] probationis pars altera subiisset: *& infrà.* †

¶ Nos verò tam per depositiones testium, quàm assertiones quorundam fratrū [c] nostrorum liquidò cognoscentes, talem dicti priuilegij fuisse tenorem, quòd videlicet cœnobiū vestrum nullo mediante ad Romanam Ecclesiam pertineret: & quòd non licet alicui Episcopo, eidem monasterio, & eius Ecclesiis excommunicationem indicere, vt fratres illic Domino seruientes ab omnium potestate liberi, Romanæ Ecclesiæ libertatis gratia potirentur: & quòd nulla in eis mentio diœcesani [d] Episcopi habebatur: illud etiam attendētes, quòd cùm tu, fili Abbas, tempore Cœlestini † † prædecessoris nostri ad ipsius præsentiam accessisses, ipse inspectis Ecclesiæ tuæ priuilegiis, te (licèt excommunicatus ab Eugubin. Episcopo dicereris) tanquam non ligatum [e] admisit ad osculum, (quod præsumitur non fecisse, nisi monasterium vestrum cognouisset ad Romanam Ecclesiam specialiter pertinere) decernimus priuilegium illud Lucij Papæ, quod sine reprehensione [f] bullæ, chartæ, vel litteræ apparebat, quando fuit nobis ostensum, illius fuisse tenoris, cuius per depositiones testium, & assertiones fratrum nostrorum noscitur extitisse.

¶ Idem Cathelañ. † Electo, & Abbati trium Fontium.

¶ *Innouatio priuilegiorum nouum ius non tribuit, sed antiquum conseruat. Hoc dicit quoad titulum.*

CAP. XIII.

Ex † parte Abbatissæ, ac sororum Iotreñ. Ecclesiæ extitit intimatum, quòd Meldeñ. Episcopus commissionis occasione cuiusdam [per litteras †] ad Iudices delegatos obtentæ, (in qua nulla mentio [g] habebatur de ipsarum priuilegiis, quæ illas, & earum Ecclesias, Clerum, & populum Iotreñ, ad Apostolicam sedem nullo mediante spectare declarant, quorum ipse non erat ignarus [h]) eas incepit grauiter molestare, obedientiam ab ipsis, ac à Clero, & populo Iotreñ. subiectionem omnimodam requirendo: *& infrà.*

¶ Verùm cùm Iudices ipsas valde grauarent, ad appellationis beneficiū conuolârunt: *& infrà.*

¶ Sed iudices appellationi non deferentes, nec fragilitati sexus compatientes earum, in Abbatissam excommunicationis, & in Clerum, & in populum Iotreñ. interdicti sententias protulerunt. Sanè cùm nuncij Iotreñ. Ecclesiæ prædicta, & alia in nostra præsentia retulissent, priuilegium nobis Apostolicū ostensum, ...

b ¶ *Onus.*] Ideo enim isti apud sedem Apostolicā testes suos producere debēt, quia pars altera suos etiam ibi produxit: vt sic hinc inde seruetur æqualitas.

¶ *Glos. seq. recit. per quæstionem, & solutionem.*

c ¶ *Fratrum.*] Illis non creditur tanquam testibus, cùm iurati non fuerint: quia inducti nō fuerunt in testes: sed quia ipsi viderant priuilegiū, credit eis Papa tāquam fratribus suis, & honestis viris: sed nō probationem, sed præsumptionem inducūt, & coadiuuant testes inductos.

¶ *Glos. seq. in fin. arg. & remittit.*

d ¶ *Diœcesani.*] Et ideo nullum ius reseruauit ipsi Episcopo in monasterio illo, ex quo verba plenæ exemptionis continebātur in priuilegio illo, vt s. patet & *arg. s. eod. recepimus.*

¶ *Glos. seq. signat contrarium & remittit.*

e ¶ *Non ligatum*]Cum non esset iudex suus. s. *de consue. ad nostram. & 2. q. 1. in primis:* & sic ipso facto denunciauit ipsum non ligatum, & sic sententia à non suo iudice lata, seruari non debet. s. *de iudic. at si clerici. arg. contrà.* j. *de sent. excom. cùm desiderem. § 1 & cap. vlti. & cap. si aliquando, vbi de hoc.*

¶ *Glos. seq. not. quòd volens probare, &c. soluit contrarium de leg. si de possessione, & ponit dictū l. vlt. de fid. instrum. in prin. & medio. post prin. quærit de legato, an possit, &c. soluit, quærit de legato quomodo probetur perditio, & soluit, vlti. argu. ad quasi de leg.*

f ¶ *Sine reprehensione.*] Hoc est notatu dignū, quòd si aliquis vult probare amissionē instrumenti, oportet, quòd plura [a] probaret: videlicet tenorem instrumenti, & præterea quòd sit sine aliquo vitio, quo posset argui falsitatis, vt hic patet, & argum. *C. de fide instrum. l. vlt.* Sed nunquid legatus potest probare pari ratione amissionem instrumēti suæ legationis [b]? Dico, quòd non. s. *de offic. delegat. cùm in iure. argu. C. de man. princip. l. vnica:* quia non est aliquis ibi superior, coram quo fieret probatio: aliàs tamen si honestus, & notus esset, potest, & debet ei credi. *argu. 97 distinct. nobilissimus.* Item quandoque sufficit probare tantum amissionem instrumenti, licet, alia ratio non probetur. *C. de probat. si de possessione:* sed hoc est in odium illius, qui fuit instrumentum furatus: aliàs non sufficit probare solam amissionem, vt hic patet, *& C. de testi. testium, in fin.* Item si instrumentum fuit exhibitum in iudicio, & ei fides est imposita: si postea perdatur, adhuc potest aduersarius instrumentum reprobare, præstito tamen iuramento, quòd maliciose hoc non opponat. *C. de fide instrum. l. vlt.* Si quæras, qualiter probatur perditio instrumenti. Dic, quòd per iuramentum [c] illius, qui perdidit. *argum. prædict. l. proxi.* sic & amissio aliarum rerum probatur per sacramentum. *C. vnde vi. si quando, & supr. [d] quod metus cau. c. vlt. & 2. q. 1. in primis,* & hac eadem ratione videtur, quod si impetrasti litteras ad delegatos, & eas amiseris: si probas amissionem, & tenorem litterarum, quòd fuerint sine aliqua falsitate, & sine vitio suspicionis, per legitimos testes, qui discreti essent cognoscere litteras de vitio falsitatis, posset dici, quòd postea possunt procedere. arg. huius decret. Bern.

Ex parte.] Primò ponitur appellantium conquestio, priuilegij productio, & de ipsius innouatione decisa petitio. Secūda ibi, *Nos autem:* ipsius innouatio, & præstatio. Abbas.

Casus. Episcopus Meldensis impetrauit quasdam litteras contra Abbatissam, & conuentum Iotreñ. Ecclesiæ ad quosdam delegatos, in quibus nulla mentio fiebat de priuilegiis monasterij, quæ ipsum monasterium, & eius Ecclesias, Clerum, & populum Iotreñ. declarant ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinere. quorum priuilegiorum Episcopus non erat ignarus: coram quibus petebat Episcopus obedientiam ab Abbatissa, & monialibus, & à clero, & populo Iotreñ. subiectionem omnimodam requirebat. Sed cùm iudices Abbatissam, & moniales valde grauarent, ad sedem Apostolicam appellarunt: iudices nihilominus in Abbatissam excommunicationis, & in clerum, & populum Iotreñ. interdicti sententias protulerunt: post hęc nuncij monasterij prædicta, & alia coram domino Papa retulerunt, ostendentes eidem priuilegium libertatis, & petentes illud priuilegium innouari: Dominus Papa propter appellationem prędictam nuncios prædictos diutiū detinuit: tandem cùm pro altera parte nullus appareret, qui defendaret eandē, priuilegium Ecclesiæ Iotreñ. concessum innouauit: ita tamen, quòd per talem innouationem Ecclesiæ illi non plus iuris accrescat, quàm per priuilegia suorum antecessorum obtinuit: sed ius antiquum conseruetur. Nota, quòd à grauamine iudicum potest appellari. Item fragilitati sexus compatiendum est. Ita sententia lata contra priuilegium Papæ non tenet, vt hic patet, & in præcedenti cap. Item sententia lata post appellationem non ligat, vnde Papa illas sententias omittit tanquam nullas. Item differentia est inter excommunicationem, & interdictum: quia excommunicatio in personas debet proferri, interdictum in communitatem. Item pendente causa potest peti innouatio priuilegij. Item innouatio priuilegij nihil noui iuris tribuit, sed ius conseruat antiquum.

g ¶ *Nulla mentio.*]Vnde videtur, quòd litteræ non valebant. s. *de rescript. cùm ordinem.*

h ¶ *Non erat ignarus.*]Vnde non videbantur valere litterę, cùm ex certa scientia veritas sit suppressa: & tales, qua expressa litteras non habuisset. s. *de rescript. super litteris.* Vinc.

† *Aliàs P.*

† *Aliàs, priuilegij.*

† *Sub hoc infrà, paucula hæc continentur, videlicet, Cæterū quoniā infra datū terminum & receptum in producēdis testibus defecerunt nos iā, &c.*

† *In plerisque manuscriptis ita: C. Papa ō. mid est, Cœlestini Papæ prædecessoris nostri.*

a *Præter Panormitanum, & alios hic, vide Alexandrum consi. 196. incip. visō testamento, in 2. volu. Felinū in c. sicut, s. de iureiur. & recētiores Doctores in Auth. si quis in aliquo. C. de eden.*

b *De hoc articulo vide in terminis per Speculatorē in loco initio c. citato.*

c *De hoc articulo vide omnino Guidonē Papæ decisione 244. inci. quispiam in causa sua.*

† *Cathalañ.*

† *Cap. 3. eo tit. in 3. compilatione.*

† *Hæ duæ voces, per litteras, desunt in antiquioribus codicibus, & in omnibus Vaticanis.*

a ¶ Specia-

a ¶ *Specialiter pertinere.*] Et ita sententiæ non tenuerunt, tum quia post appellationem, tum quia specialiter sedi Apostolicæ subiectæ sunt[a], sic *s. cap. prox. de relig. dom. cùm dilectus*: vnde Papa omittit alias sententias tanquam nullas, *vt s. cap. prox.*

a Id non retineret à sententia delegatorum Papæ, vnde primum teneas secundùm Hostiens. Io. And.

b ¶ *Innouandum.*] Si contradictum fuisset tali innouationi, Papa non stat in innouatione. *s. eod. cap. prox.*

c ¶ *Sed antiquum ius.*] Nota ergo, quòd per innouationem nihil iuris acquiritur, sed antiquum reseruatur. *arg. 12. dist. præceptis, & s. de confir. vti. vel inut. dilecta, & i. eo. quia intentionis.*

a Cùm olim.] Habet multa dicta. Prima pars narrat factum. Secunda ponit diffinitionem ibi, *Iudices.* Tertia petitionem monasterij contra sententiam ibi, *Tandem.* Quarta ponit sententiam Papæ, & primò interlocutoriâ ibi, *Nos igitur.* Secundò diffinitiuam ibi, *Distinguentes.* Abbas.

† defenderet.

Casvs. Eps Colubrieñ. mouit quæstioné contra monasteriû sanctæ Crucis super subiectione ipsius monasterij, & quibusdã alijs articulis, super quibus impetrauit litteras côtra monasterium ad iudices delegatos, coram quibus petit Eps subiectionem monasterij, & duo millia Marabatinorum sibi restitui, quæ duo millia Colubrieñ. Episcopus, qui fuerat canonicus regularis ipsius, dederat ipsi monasterio: petit etiã quasdam Ecclesias cum fructibus medio tempore perceptis, quas monasteriû auctoritate propria fundauerat, præter assensum Colubrieñ. Epi, & expensas factas, & faciendas in lite interim inter partes super prædictis tãdem ex parte monasterij extitit appellatû: propter quod Ep. Colubrieñ. ad sedê Apostolicam accedês moram fecit, satis longiorem. Sed quia pro parte altera nullus côparuit rñsalis, fratribus ipsis monasterij, mandauit certû terminum præfigendum, in quo venirent ad præsentiam suã, vel mitterent, diffinitiuam sententiã recepturi super priuilegiis, & libertatibus, quæ à Romana Ecclesia, & ab M. quondam Colubrieñ. Epo se habere dicebant, & super alijs quæstionibus intêtatis côtra eos ab Ecclesia Colubrieñ. Interim autem liceret vtrique parti corã Abbate de Alcobacia, & eius conudicibus (quibus causa priùs fuerat delegata) proponere, ac probare quicquid vellêt, & si de partiû procederet volûtate, diffinitiuã sententiã promulgarêt. Iudices auditis hinc, & inde, quicquid partes proponere voluerût, credêtes sufficiêter actum esse de causa, condemnarunt monasteriû in expensis, quas Eps occasione ipsius negotij taxatione præmissa iurauit se fecisse, infirmando libertatem, quã dictus N. Eps. Colubrieñ contulerat monasterio sanctæ Crucis, canonicorû assensu extorto per nuncium regis. Item condemnauerunt monasterium ad restitutioné duorum milliû Marabatinorum, quę M. quondã Colubrieñ. Eps dederat monasterio. Item adiudicauerunt prædictas Ecclesias, quas monasteriû fundauerat sine assensu Epi, cû fructibus medij temporis in ius Colubrieñ. Ecclesię reuocari, cùm pars sanctę Crucis nec prę̃scriptione, nec alia defensione super hoc potuerit se tueri. Tandê procurator monasterij ad sedem Apostolicam accedens proposuit prętatam sententiam nô tenere, & si etiam teneret, dicebat monasteriû indefensum quia priuilegia libertatis exhibita iudicibus non fuerunt, & delictû personę non debet in damnum monasterij redundare, vnde petebat ad exhibitionem priuilegiorum de benignitate Apostolicę sedis admitti. Papa verò considerans, quòd priuilegia illa nô solùm pro libertate monasterij faciebãt, sed in ius Romanæ Ecclesiæ tuebantur, ne in Romanã Ecclesiã læsa monasterij redû daret, ad exhibenda priuilegia procuratorem admisit cõsiderata priuilegijs, & alijs causæ meritis, distinguendo inter libertatê per M. Colubrieñ. Epm monasterio côcessam, & libertatem eidê monasterio à Romana Ecclesia côcessam: quia consensus capituli extortus fuit in concessione Epi, & paginam

† Vide l. ex his, cum sing. glo. not. per Cyn. C. de don. inter vir. & vxor.

† Aliàs. Columbrien. vide Ioannem Vasæum in annalibus Hispaniæ, cap. 20.

derunt, per quod Ecclesiam Iotreñ. constabat ad Romanam Ecclesiam specialiter [a] pertinere. ¶ Nos autem eosdem nuncios propter appellationem prædictam diutiùs detinentes: quia tandem nullus apparuit idoneus responsalis, qui partem defensaret † aduersam, priuilegium Apostolicæ sedis Ecclesiæ Iotreñ. concessum duximus innouandum [b]: ita tamen, vt per innouationem ipsius, eidem Ecclesiæ non plus iuris accrescat, quàm per priuilegia prædecessorum nostrorum obtinuit: cùm per hoc non nouum ei concedere, sed antiquum [c] ius conseruare velimus †.

¶ Idem Colubrieñ. † Episcopo.

¶ *Ecclesia vtens duplici priuilegio exemptionis, licet succũbat ex vno, potest nihilominus ex alio se iuuare, & obtinere: nec tenetur exemptus promittere obedientiam diœcesano: vigore tamen exemptionis nõ potest sine licentia diœcesani Ecclesiã construere in loco non exempto: & si exemptus de facto in loco non exempto construit Ecclesiam, cedit iuri Episcopi.*

CAP. XIV.

a Cvm † olim propter quæstiones, quas aduersus Priorem, & Canonicos monasterij sanctæ Crucis habebas, pro quibus ad audientiam nostram fuerat appellatum [d], moram feceris longiorem: quia pro parte altera nullus comparuit responsalis, eisdem certum terminum duximus præfigendum [e], in quo venirent, vel mitterent super priuilegiis omnibus, & libertatibus, quæ à Romanis Pontificibus, vel ab M. quondam Colubrieñ. Episcopo se habere dicebant: & super alijs quæstionibus aduersus eos à Colubrieñ. Ecclesia intentatis diffinitiuam [f] sententiam recepturi: *& infrà.* ¶ Interim autem vtrique parti liceret coram dilectis filiis tuis de Alcobacia, & de Serra † Abbatibus, & F. Monacho [g] Alcobaciæ, quibus [h] causa priùs fuerat delegata, proponere, ac probare, si quid aliquid proponendum duceret †, ac probandum [i]: *& infrà.*

¶ Iudices autem sufficienter actum esse de causa credentes, monasterium sanctæ Crucis in expensis [k], quas per quadrien-

confessionis in aliquot lineis rasuras habebat suspectas, & subscriptiones singulis manibus subscribentiû adnotatas, aliud scriptû, quod exhibitû fuit, nullã rasurã habebat, & eadem manu scriptum erat, libertatem ab ipso Episcopo côcessam dñs Papa iudicauit irritam, & inanem, quantû ad hoc sententiã iudicû confirmando. Verùm quia per priuilegia antedicta côstituit monasteriû liberum, & exemptum, & quòd tãto tempore fuerat in possessione libertatis, quòd alijs cessantibus eam præscripsisset, libertatê illam monasterio concessam dñs Papa confirmauit, Epo sup hoc silentiû imponêdo. Per hoc tñ non derogatur sententiæ Priorû iudicû, cum ipsi de hac nô cognouerint libertate, pronunciauit etiam monasterium non teneri ad ius professionis, quod est contrariû libertati, non derogando iudicibus delegatis, quibus priuilegia libertatis nõ fuerunt præsentata: in cæteris verò articulis sententiã pro Colubr. Ecclesia promulgat m confirmauit. Nota, quòd causa potest monacho delegari. Item qui non prosequitur appellationem, & in causa succûbit, in expẽsis punitur. Item probatio expensarum per iuramentum fieri debet. Item côfessus, seu confessio per metû extorta nô valet. Item Episcopus regularis donare bona Ecclesiæ non potest, nec etiam sæcularis. Item nullus potest ædificare Ecclesias sine consensu Epi, in cuius territorio ædificantur: vnde Eps illas pôt reuocare. Item delictû personæ in damnum Ecclesiæ redundare nô debet. Item cû Ecclesia læsa est in iudicio, restituitur in his, quę omisit. Item instrumentû debet esse sine aliqua rasura suspecta. Item libertas potest præscribi contra Epm nomine alterius allegata. Itê licêt snia iudicis reuocet ex noua cã, iudex q eam tulit, propterea non notatur. Item snia pro parte tenet, & pro parte non tenet.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. compilatione.

† De Serra.

† De Sirta.

† De Saize. De Alcobaciensi monasterio, quod est in Portugalia, vide Ioan. Vasæû in annalibus Hispaniæ c. 6. non longè ab Alcobaciensi est illud de Serra.

† Aliàs ita, proponendũ ducerent ac probandum[d]

d ¶ *Appellatum.*] Ex parte canonicorum.

e ¶ *Præfigendum.*] Ad instantiam Episcopi.

f ¶ *Diffinitiuam.*] Hoc ideo dicit, quia iam processum fuerat in causa ad plenum per iudices, à quibus fuit appellatum: aliàs hæc non haberent locum.

¶ *Glos. seq. recitatur per quæstionem, vel obiectionem.*

g ¶ *Et F. monacho.*] Nota, quòd causa delegatur [b] monacho. *s. de foro compet. conquestus*: quod est verum expresso nomine monachatus, quo tacito non valerent, quia per subreptionem essent obtentæ, quoniam monachi à strepitu causarum remoti esse debent. *s. de syndic. c. vnico*: vnde oportet, quòd in litteris fiat mentio de monachatu. *s. de præscrip. cùm ordinem. & s. de confir. vti. porrecta*: similiter nec procurator esse potest etiam pro vtilitate monasterij sine licentia Abbatis. *16. q. 1. monachi. & c. de præsentium.* Abbas tamen potest esse procurator. *s. de cons. capitu. & s de transact. contingit*: hodie non committitur causa à Papa, vel ab eius legatis nisi personis in dignitate constitutis, vel canonicis in cathedralibus Ecclesiis, vel alijs collegijs venerabilibus, vt in decret. Innocentij iiij. in Concilio Lugdunen. præsenti decreto: nec debent committi nisi in ciuitatibus, vel alibi, vbi possit haberi copia peritorum, vt ibi dicitur.

b Delegatio quibus fieri debeat, vide c. statutum, de rescript. lib. 6. & Côc. Trid. sess. 25. de ref. c. 10.

c Tit. de rescript.

¶ *Glos. seq. obijcit, & soluit.*

h ¶ *Quibus.*] Sed cùm appellatum fuerit ab istis iudicibus, quomodo debent se ampliùs intromittere? Dic, quòd hoc fuit de voluntate partium, aliàs non compellerentur. & poterant canonici appellationi renunciare, sic *s. de except. significauerunt.* & quia Papa hoc mandat, & quia non fuerunt prosecuti appellationem, perinde est ac si non appellassent.

i ¶ *Ac probandum.*] Et hoc additum erat in litteris, vt si de partium procederet voluntate, diffinitiuam sententiam promulgarent: vt probant sequentia.

k ¶ *In expensis.*] Quia pars monasterij non fuit prosecuta appellatio-

nium occasione huiusmodi negotij iurauerat[a], se fecisse, damnârunt: infirmantes sua sententia libertatem, quã dictus M. Colubrieñ. Episcopus contulerat monasterio sanctæ Crucis, Canonicorũ assensu per Portariũ Regis extortum[b]. ¶ Præterea quia idem M. prædecessor tuus fuerat Canonicus regularis: & duo millia Marabatinorum †, quæ acquisierat, in Episcopum iam promotus, monasterio dederat memorato: ipsum ad restitutionem[c] eorum Iudices condemnârunt. Insuper Ecclesias omnes, quas monasteriũ præter Episcopi Colubrieñ. assensum, propria auctoritate fundârat, (quia pars sanctæ Crucis nec præscriptione, nec defensione alia, probationibus contra se factis obstiterat) iudicârunt in ius Colubrieñ. Ecclesiæ cum fructibus medij tẽporis reuocari[d]: & infrà. ¶ Tandem procurator monasterij proposuit † sententiã non valere, nec tenere[e]. Quòd si aliàs etiam sentẽtia memorata teneret, quia tamẽ monasterium fuit indefensum, nec exhibita fuerant coram eis priuilegia libertatis (ne delictum personæ in damnum Ecclesiæ[f] redundaret) debebat ad exhibitionem priuilegiorum suorũ admitti: quod sibi concedi de solida benignitate sedis Apostolicæ postulauit. ¶ Nos igitur attendentes, quòd eadem priuilegia non solummodò pro libertate monasterij faciebant, sed etiam † exprimebant ius nostrum, & Ecclesiæ Romanæ iustitiam tuebantur: ne in nos monasterij læsio redundaret, ad priuilegia exhibẽda, partem eius de gratia[g] duximus admittendam: & infrà. ¶ Distinguentes itaque inter libertatem per prædictum Episcopum Ecclesiæ ipsi concessam, & libertatem, quam ei longè ante tempus ipsius Episcopi Apostolica sedes indulsit: quia nobis constitit extortum fuisse in Episcopi concessione Canonicorum assensum, & concessionis paginam in aliquot lineis habuisse rasuras[h], & subscriptiones[i] singulas fuisse singulis subscribentium manibus adnotatas: scriptum autem, quod nobis exhibitum fuerat, nec rasuram prætendere, nec esse variis subscriptionum manibus variatum, sed à primo ad vltimum eadem manu conscriptum, libertatem ab ipso Episcopo concessam[per extorsionem †]irritam[k] decernimus, & inanem: super hoc sententiam delegatorum Iudicum confirmantes.

¶ Quia verò euidenter agnouimus † ex priuilegiis, antedictos prædecessores nostros Ecclesiæ sanctæ Crucis libertatis priuilegium indulsisse, & quòd ea in possessione tandiu fuerat libertatis, quod aliis etiam cessantibus præscripsisset[l]: libertatem ei à prædecessoribus nostris indultam, auctoritate Apostolica confirmamus, tibi super hoc silentium imponentes: super † hoc autem in nullo sententiæ delegatorum Iudicum derogamus: cùm ipsi de hac[m] non cognouerint libertate: & infrà.

¶ Cùmque libertatem à prædecessoribus nostris indultam monasterio confirmemus, ad ius professionis[n] (quod est contrarium libertati) monasterium decernimus non teneri: non derogantes iudicibus delegatis, quibus libertatis priuilegia non fuerant præsentata: in cæteris[o] autem latam à prædictis iudicibus sententiam pro Colubrieñ. Ecclesia confirmamus.

¶ Idem Episcopo, & Magistro G. Lemouiceñ.

¶ Contra priuilegia Ecclesiæ minori spatio quadraginta annorum non præscribitur. Hoc dicit secundum verum intellectum.

CAP. XV.

Accedentibus † ad præsentiam nostram Abbatis, & Conuentus Naugiaceñ. in vna parte, & Templariorum de Toceñ. ex altera procuratoribus: procurator Monachorum proposuit, quod cùm decimas terrarum de Sarcole diu quietè possederint, antequã ad Templario-

pellationem. vnde debuit condemnari in expensis. ¯s. *de appellat. sæpe, & cap. reprehensibilis.* De hac materia dicitur ¯s. *de iud. finem*: certa quantitate expressa, & taxatione præmissa.

a ¶ *Iurauerat.*] Probatio ista expensarum per iuramentum solum fit, vt hic patet. *& C. de iudiciis, sancimus taxatione præmissa, vt ead. l. & 3. q. 4. offeratur, & ¯s. de procur. constitutis, & ¯s. quod met. caus. vit.*

b ¶ *Extorta.*] Consensus, seu concessio[per metum[a]] extorta non valet. 15. *q. 6. c. 1. & 2. & C. de his, quæ vi, metúve causa fiunt. l. 3. & ¯s. eod. titu. perlatum, & 31. q. 2. Lotharius* B. f.

c ¶ *Restitutionem.*] Quia quicquid post suam consecrationem acquisiuit, Episcopatui acquisiuit: quare donare illa non potuit: quia qui nihil habet, nihil donare põt. 18. *q. 1. statutum. 54. dist. Abbati, & ¯s. de iure pat. quod autem, in fi.* Bern.

d ¶ *Reuocari.*] Nota, quòd Ecclesia sine auctoritate Episcopi ædificari non debet, etiamsi sit aliquis exemptus, *de consecra. dist. 1. nemo, & 1. q. 2. placuit, & in Auth. de eccles. tit. §. si quis autem, coll. 9.* quod si fecerit, Epĩs. Ecclesiam ad suũ dominium reuocabit, vt hîc patet, nisi Abbas illam præscripsisset, vt suprà dicit.

e ¶ *Nec tenere.*] Fortè dicebat sententiam latã contra absentem non contumacẽ, vnde nulla erat. *3. q. 9. omnia, & ff. de re iud.* contra pupillum: sed hoc non erat verum, vt hic patet per finem, vbi confirmatur sententia pro parte.

f ¶ *In damnum Ecclesiæ.*] *16. q. 6. si Episcopum, & ff. quando ex fact. tutor. l. ob dolum, vel culpam.*

¶ *Glos. seq. recitat. per obiect. quòd propter noua iura fine restitutione, &c.*

g ¶ *De gratia duximus.*] Et sic beneficio restitutionis admissum fuit monasterium ad exhibenda priuilegia, quæ omiserat. ¯s. *de in integ. restit. auditis*: & aliis pluribus capitulis: sed iure communi non admitteretur prætextu illorũ instrumẽtorum: & sibi imputet, quod omisit illa. ¯s. *de re iud. inter monasterium, & cap. sub sorta.* Tamen in causa appellationis bene audiretur de iure communi ad exhibitionem priuilegiorũ: quia tũc possunt induci noua instrumenta, & noua exceptio opponi. ¯s. *de fide instrum. cùm Ioannes, & C. sent. rescind. non poss. l. 2. & C. de temp. app. per hanc.* & hic non fuit appellatum à sententia: quia si appellatum fuisset, non fuisset admissum monasterium hac via: quandiu enim competit ordinarium auxilium, non datur extraordinarium. *ff. de minor. in causæ. 2. in princip.*

h ¶ *Rasuras.*] in loco suspecto, aliàs non obesset, ¯s. *de fide instr. ex literis. ¯s. de relig. dom. cùm venerabilis.*

i ¶ *Subscriptiones.*] Ex hoc non deberet esse suspectum: quia quot sunt subscriptiones subscribentiũ, tot diuersitates scripturarum debent esse, & dissimilitudo debet esse, vt patet ipso facto per subscriptiones: vix enim possent esse similes. Quòd singuli subscribere debeat, probatur *C. qui testa. fac. post hac consultissima.* ¯s. Improbatum fuit hoc instrumentum ex eo, quòd habebat rasuras in loco suspecto, & quòd falsum videbatur: quia scriptum aliud fuit exhibitum, quod fuit eadem manu confectum & conscriptum: & ideo non fuit illis instrumẽto habita fides, sic ¯s. *de accep. cùm venerabilis.*

k ¶ *Irritam, & inanem.*] Ex hoc patet, quod licet sententia per falsa instrumenta lata nulla est: interim tamen quandiu non constat, de hoc habetur aliqua. ¯s. *de fide instrum. accepimus*, vbi de hoc.

l ¶ *Præscripsisset.*] Si allegasset præscriptionem nomine Romanæ Ecclesiæ. ¯s. *de præscrip. cùm ex officij.*

m ¶ *Cùm ipsi de hac.*] Sed tantum de libertate ab Episcopo concessa, quæ non valuit: & ita patet, quòd licet sententia iudicis retractetur, non est præsumendum propterea contra ipsum, quòd aliquid fecerit fraudulenter, nisi in contrarium probaretur[d]. a. *quæst. & hoc etiam placuit.*

n ¶ *Ad ius professionis.*] Id est, ad ius obedientiæ, vel fidelitatis, quod est contrarium libertati, *suprà, de simon. ne Dei.*

o ¶ *In cæteris*]Scilicet quoad expensa, & in restitutione Marabatinorum, & in restitutione Ecclesiarum: & sic sententia pro parte tenet, & pro parte reuocatur, sic ¯s. *de rest. Raymundus, & cap. Raynaldus.*

Accedentibus.] Primò ponitur partium comparatio, & actoris narratio. Secundo iudicum datio, seu causæ commissio ibi, *Discretioni.* Abbas Siculus.

Casvs. Monachi Naugiaceñ. in præsentia domini Papæ petebant decimas terrarum contentarum à Templariis, quas diu quietè possederant, antequam ad Templarios peruenissent, & postquam Templarij terras illas acquisierunt, decimas earum per 41. annos, & amplius pacificè perceperunt: sed modo de nouo Templarij eas subtrahere moliuntur. Ex parte Templariorum allegabatur priuilegium, quod de laboribus suis decimas soluere non tenentur: Mandat Papa iudicibus, quatenus si Abbates, & monachi probauerint, quod à Templariis decimas de terris prædictis per 41. annos continuè perceperint sine lite, cum essent Templariorum ad præ-

a *Hæc duo verba, per metum, desunt in antiquis omnibus exemplaribus.*

† *Aliàs, Marabatinorũ.*

† *Aliàs, Morum. Marabatinus verò hic genus est antiquæ monetæ in Portugallia, de quo plenissimè Couarruuias, lib. 1. variar. resolu. cap. 11.*

† *In antiquis codicibus legitur, proposuit sententiam non tenere, & absunt illa duo verba, non valere.*

† *Dictio, etiam, deest in antiquis omnibus codicibus.*

b *Hæc tamen, licèt Ioã. in e. Gof. & Phil. dixerint, quòd hic erat petitum aliud capitulum: cum priùs esset actum solum de libertate data per Episcopum. Ioan. And.*

c *Singuli testes subscribere debent in testamento ceci. Ioan. And.*

† *Hæc duo verba, per extorsionem, desunt in omnibus vetustis codicibus: apparet. in margine irrepsisse in textum.*

† *Alias ita: ex priuilegiis antedictis, prædecessores nostros, &c.*

† *In vetustioribus codicibus ita: per hoc autẽ in nullo, &c.*

d *Vt supr. de fide instr. cùm Ioannes. Ioan. And.*

† *Cap. 5. eod. tit. in 3. compilat.*

ad præstationem ipsarum, quia cum tanto tempore contra priuilegia sibi concessa decimas ipsas soluerint, eis tacite renunciasse videntur. Si verò in probatione defecerint, absoluant Templarios ab eisdem. Nota, quòd qui non vtitur priuilegio suo per xl. annos, amittit illud. Et sic nota, quòd contra priuilegium præscribitur. Item tacite renunciat quis iuri suo per contrarium actum. Item deficiente actore reus absoluitur.

¶ *Glos. seq. signat tria contraria. Primum quòd contra priuilegia Ecclesiarum nullo tempore præscribatur, & soluit. Secundum quod perdatur vnico actu, & remittit. Tertium quòd perdatur xxx. ann. & ponit duas opin. vlt. soluit.*

a ¶ *Per xl. annos.*] Et sic patet, quòd contra priuilegium præscribitur. *arg. contrà. 25 q. 2. c. 1. & 2.* vbi dicitur, quòd priuilegia Ecclesiarum, & monasteriorum cunctis temporibus inuiolata permaneat. Sed illud loquitur de alio priuilegio, quod potiùs pertinet ad libertatem, & immunitatem Ecclesiarum de generalibus statutis [a], quibus Ecclesia regitur, & illa intemerata semper erunt. Item videtur, quòd vnico actu perdat priuilegium. *C. de pactis inter empt. & vendit. l. commissoriæ, & C. de iur. dom. impe. l. 2.* De hoc plene dictum est *s. de consti. cùm accessissent.* Præterea ad hoc vt perdatur priuilegiũ, sufficit, quod per xxx. annos non sit vsus priuilegio. *s. eod. si de terra.* & hic dicit de quadraginta. Ad hoc dixerunt quidam, quòd etiam vnico actu perditur hoc priuilegium: sed respondetur de quadraginta, & ibi de triginta, quia sic de facto accidit. *simi. ff. de petit. Her. item veniunt. §. adoptanda* & hoc probare voluerunt, vnde audiendi erant. *s de restit. spol. c. 1. & ff. de probat. circa tũ:* & sic vnico actu perditur priuilegium, & redit res ad ius commune. *sim. ff. de pac. si vnus. §. quòd si non vt totum, & ff. de adi. leg. l. 4. quæ continuatur præcedenti, & 35. distin. ab exordio.* Ad hanc solutionem consueuit sic distingui: Priuilegiũ, aut datur ad agendum, aut ad excipiendũ, & *c.* Quære hanc distinctionem, *de constit. cùm accessissent*: sed hoc non credo, quod hoc priuilegium vnico actu tollatur, *arg. ad hoc. C. de excu. mu. voluntarie, & C. de epis. & cler. Auth. Presbyteros*: & credo standum huic decr. & valebit priuilegiũ istud, nisi probatur, quòd xl. annis non sunt vsi priuilegio, soluendo decimas quiete. *arg. opt. s de præscrip. cum nobis.* & ita perditur priuilegium eodẽ tempore, quo & præscribitur contra ius commune: vnde continuè debẽt isti probare perceptionẽ decimarũ quolibet anno, vt dicit litera: vnde illi, si vellent probare interruptionẽ, & possent, admitterentur: vel per retentionẽ decimarũ: vel etiã per litẽ cõtestatione tactã: vnde in illis verbis illa, continue perceperint sine lite: & ita quod di. *s. eo. si de terra.* de xxx. annis, non tenet, vt *s de præscr. p. ad audientiam, & c. illud.*

¶ *Glos. seq. alleg. concor. san. quærit, arg. pro, soluit contrarium.*

b ¶ *Renunciasse tacitè.*] *s eod si de terra* vbi de hoc *s. de his, quæ fiunt à maio. par. cap. ex ore. s. de offi. deleg. grauem.* Sed nunquid talis renunciatio possit ei obiici ab aliis, quibus decimas non soluunt? *Arg. quòd sic. s. de consti. cùm accessissent. s. de preben. pro illorum* sed hoc nõ credo, quòd propter hoc perdat priuilegium quoad alios, sed de priuilegio tantum detrahitur. *s. e. si de terra.*

C *Vm.*] Ratione vnius beneficij dicitur ille subiectus, qui ratione alterius est exemptus. Hoc dicit. In prima parte ponitur querela. In secunda prouisio ibi, *Quocirca.* Abbas.

CASVS. Capella ducis Burgundiæ gaudet priuilegio speciali sibi à sede Apostolica concesso, videlicet quòd nullus Archiepiscopus, vel Episcopus in personas canonicorũ ipsius capellæ sententias suspensionis, vel interdicti, aut etiam excommunicationis audeat promulgare: quidã canonici ipsius capellæ habent Ecclesias parochiales, quæ subsunt Epõ Lingonen. occasione dicti priuilegij dicunt se exemptos in omnibus, item vt quantũcunque grauiter excedant, nolũt correctioni, & sententiæ ipsius Epi subiacere. Eps significauit hoc dño Papæ, vnde mandat eidem, quatenus in quantum exempti sunt ratione ipsius capellæ, priuilegiis Apostolicis deferat reuerenter: sed ratione aliarum Ecclesiarũ, quas ab ipso Epo habent, vel aliàs ad Epũ pertinent iurisdictionẽ, officij sui debitum in eosdem liberè prosequatur. Nota, quòd in capellis possunt esse canonici. Item canonici possunt habere Ecclesias parochiales. Itẽ aliquis est partim liber quoad aliquem, & partim alij subiect. Item aliquis potest habere plures dominos. Item eadem res duplici iure potest censeri.

¶ *Glos. seq. dicit quæstio. hic soluit, in qua distinguit: secundò obijcit, & soluit.*

c ¶ *In quantum exempti.*] Quod colligitur ex forma ipsius priuilegij *s eod. parrò, & c. recepimus.* Ex hac decret. soluitur quæstio [b] d. Abbate, qui acquisiuit priuilegium, quòd monasterium suum esset exemptum cum omnibus capellis: tempore succedente acquisiuit capellas, quas contendit eodẽ priuilegio retinere, Epo loci contra dicente: & est distinguendum per hanc dec. vtrùm acquirat nouas capellas prioribus accessorias, an quæ habeant se principaliter ab illis omninò segregatæ. In primo casu participant eidem priuilegio. In secundo casu non. *arg. ff. de lib. leg. l. vlt. §. Cai. ff. de leg. 3. vxori. 1. respon. & l. cùm quis, in fin. argu. contra. ff. de verb. oblig. cùm stipulamur.* Huic decret. contra videtur. *16. q. 1. frater noster, & 22. q. 2. cognouimus*: quia vna, & eadem res non debet duplici iure censeri, & *s. de deci. cùm in tua*: sic enim videtur, quòd isti sint partim liberi partim serui, quod est contra illud *ff de stat. lib. si duobus.* Sed non obstat quia quantum ad capellam istam sunt liberi ab Episcopo, & in his, quæ spectant ad ipsam: in his, in quibus subsunt Episcopo, non sunt exempti: & diuerso iure censentur quoad diuersa, non ad idem: sicut potest habere quis plura domicilia. *s. de foro compe. ex parte*: & quoad vnum eorum potest censeri vno iure, & quoad aliud alio, & sic tenetur vtrique, *& est si. s. de maio. & obed. per tuas, & j. cap. prox. in fin.* & sic exemptus, seu priuilegiatus potest iudicari ab Episcopo loci, sed non in his, quibus exemptus, vel priuilegiatus est, nisi prout dicitur *s. eod. quanto in fine.*

rum dominum peruenissent: & postquam Templarij terras acquisiere prædictas, decimas earundem per quadraginta annos [a], & ampliùs pacificè possedissent, nunc eis ipsas subtrahere non verentur: & *infrà.* ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si Abbas, & Monachi sufficienter ostenderint, quòd à Templariis decimas de terris prædictis per quadraginta annos cõtinuè perceperint sine lite, vos ad præstationem ipsarum Templarios cõpellatis. Cùm enim tanto tempore contra indulta priuilegia decimas soluerint, eis renunciasse [b] tacitè præsumuntur. Quòd si in probatione defecerint, ab ipsorum impetitione Templarios absoluatis, ipsis super hoc silentium perpetuum † imponentes.

¶ Idem Episcopo Lingon.

¶ *Exemptus ratione certæ rei, vel loci, non censetur exemptus respectu alterius rei, vel loci. Hoc dicit, & est textus notabilis: & multum allegabilis.*

CAP. XVI.

CVm † capella Ducis † Burgundiæ gaudere dicatur huiusmodi priuilegio, quòd nullus Archiepiscopus, vel Episcopus in personas Canonicorũ eiusdem capellæ, suspentionis vel excommunicationis, aut interdicti sententias audeat promulgare: quidam capellæ supradictæ Canonici, qui parochiales Ecclesias à te tenent, occasione priuilegij prælibati, in his etiam, quarum iurisdictio ad te pertinet: ita se dicunt exemptos, vt quantumcunque grauiter interdum excedant, tuæ correctioni recusant, & sententiæ subiacere. ¶ Quocirca mandamus, quatenus in quantum exempti [c] sunt eiusdem ratione capellæ Apostolicis priuilegiis deferas reuerenter: sed in quantum ratione parochialium Ecclesiarũ, vel aliàs iurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officij tui debitum in eosdem, liberè prosequaris.

¶ Idem Abbati, & fratribus Euesen. † cœnobij.

¶ *Per exemptionem processam monasterio, capella sibi subiecta non censentur exempta.*

CAP. XVII.

EX ore † sedentis in throno procedit gladius bis acutus,

E *X ore.*] Abbas monasterij exempti, pro membris nõ exemptis ad synodum Epalem accedere, & Epo parere tenetur. Hoc dicit. Primo præmittit exordium. Secundo narrat factum, & partium allegationes ibi, cùm igitur. Tertio diffinit ibi. *Nos. Abbas,*

CASVS. Inter Episcopum Vigornien. ex vna parte, & monasteriũ Euesen. ex altera, quæstio vertebatur super electione, ac libertate ipsius monasterij: procurator monasterij proposuit, quòd monasterium ipsum ab ipsa sui fundatione liberum extitit, & exemptũ cum capellis suis: ad hoc probandũ induxit priuilegia Romanorum Pontificũ, Constantini vnum, & alterũ Alexandri, & indulgentias Clementis, & Cœlestini, quorũ vsum continuũ per testes ostendere nitebatur: ex parte respondebatur aduersa, quòd in priuilegio Constantini quædã perspicitur contineri, per quod monasterium videtur ad iurisdictionem Epi pertinere, videlicet, quòd Abbas eiusdẽ monasterij primũ locum post Vigornien. Epm semper obtineat: sed hoc locũ habere nõ posset in generali Concilio, neque in prouinciali, & sic relinquitur, quòd illud intelligitur in synodo Episcopali: qualiter ad eius synodũ venire tenetur. In priuilegio Alexandri quiddã aliud continetur, per quod dioecesanus Episcopus in eodem monasterio iurisdictionem habuit in aliquibus retinere: quia ibi dicitur, Epi Vigornien. à fratribus eiusdem monasterij aliquid inrolle non exigant, sed his contenti sint, quæ fratres eiusdẽ monasterij Vigornien. Epis præstare rationabiliter consueue-

† *Dictio, permutum, deest in antiquis codicibus.*

a *Quibus renunciari non posset: quale de foro cõpe. si diligẽti. de sen. excomm. contingit: sed hic loquitur de particulari, & singulari priuilegio cõcesso fauore loci, vel personæ. Iuã. Andr.*

† *Cap. 6. eod. ti. in 3. comp.*

† *In veteri compil. ita: Regis Bohemiæ: sed Vaticana exemplaria, & alia constanter habent, Burgundiæ.*

b *De simili quæstione vide elegantem decisionem Guido. Papæ 489. incip. princeps concedit: adde Cynum in l. placet. C. de sacrosan. eccle. & Bartol. in l. dami. §. in, qui ædes. ff. de dam. infect.*

† *Euesin.*

§ *Euesen.*

† *Cap. 7. eod. ti. in 3. comp. initiũ desumitur ex Apocaly. cap. 1. & cap. 19.*

consueuerunt: per hoc videtur, quòd aliqua de bonis suis Abbates ab Episcopis, exhibere tenen ur. Dominus Papa his, & aliis intellectis, cùm à neutra parte sit probata præscriptio, sententialiter diffiniuit, quòd monasterium Euasen. liberum est in capite, & prorsus ab episcopali iurisdictione exemptum, tutela ipsius monasterij Archiepiscopo Cantuarien. reseruata: in membris verò, quæ non probantur exēpta, diœcesano Episcopo sit subiectum, propter quod Abbas ad synodum episcopi venire tenetur, & primū locum post Vigorien. episcopum obtinere, & idem Abbas pro ipsis membris nō exemptis tenetur Vigorien. Episcopo exhibere reuerentiam, & honorem: quibus exhibitis, Vigorien. Episcopus debet manere contentus. Not. quòd iudex debet rectam ferre sententiā, nulli contra iustitiam parcere, ius suum vnicuique tribuere. Item aliquis pro parte subest alicui, & pro parte liber est. Itē licet monasterium liberum sit in capite, membra propterea non sunt exempta, nisi expresse de membris contineatur in priuilegio. Item arg. quòd aliquis potest esse vasallus plurium dominorum.

a ¶ *Rectissima.*] Cùm ius faciat quoad omnes, qui similiter iudicare tenentur. *s. de re iu. in causis.* & ideo cum multa prouidentia, & deliberatione est promulganda. *35. q. 9. Apostolicæ. & cap. sententiam. in fine.*

b ¶ *Nulli parcat.*] Vbi scandalum non timetur, aliàs detrahere debet seueritati. *50. dist. vt constitueretur. & 44. dist. comessationes. & 23. q. 4. non potest. & s. de ope. nou. nunciatio. cùm ex iniuncto.*

c ¶ *Quod suum est.*] Sic *s. in constitutione Gregorij in princip. libri huius. & Instit. de iusti. & iu. in prin.* & summum bonū est in rebus iustitiam colere. *11. q. 2. cùm deuotissimam.*

d ¶ *Ad synodum episcopalem.*] Cùm iusta causa extiterit. *17. dist. episcopus. 2.*

e ¶ *Recipere, ac seruare.*] *17. dist. decernimus.*

¶ *Gl. seq. not. quòd dictio, quia, vel sicuti, &c. alleg. contrarium.*

f ¶ *Aliqua de suis.*] Arg. quòd quando hæc dictio, quia, vel hæc dictio, sicuti, ponitur in priuilegio, quòd per hoc ponitur aliquid, aliàs nihil esset. *Arg. j. de verb. sig. c. Abbate. & j. eod. in his. & ff. de condi. & demon. quibus diebus. §. dominus. ff. de lega. 1. si seruus. §. si seruus. & §. qui quinque. & l. si sit. §. 1. & C. de sal. can. adnecta. l. 2.* arg. contrà, quòd potius intelligitur conditionaliter. *ff. de contrahenda emptio.*

quoniā ex ore Romani Pontificis rectissima[a] debet exire sententia, quæ contra iustitiam nulli parcat[b], sed reddat vnicuique quod suum[c] est. Cùm igitur inter vos, & Vigorien. † Episcopū, super monasterij vestri subiectione, ac libertate controuersia verteretur, monasterij vestri proposuit procurator, quòd idē monasterium ab ipsa sui fundatione liberum extitit, & exemptum: ad hoc probandum priuilegia prædecessorum nostrorum inducens, vnum Constantini, & alterum Alexandri, nec non indulgentias Clementis, & Cælestini, quorum vsum continuum à longis retrò temporibus, per depositiones testium, ostendere nitebatur: *& infrà.* ¶ Porrò in priuilegio Constantini quiddā † contineri perspicitur, per quod idem cœnobium videtur ad iurisdictionem episcopi pertinere: videlicet quòd Abbas eiusdem primum locum post Vigorien. præsulem semper obtineat. Vnde cùm locum ipsum obtinere non possit in generali concilio, neque in prouinciali: quoniam absonū esset, vt Abbas primus post illū, super alios Episcopos resideret, relinquitur ergo †, quòd locum illū in Episcopali synodo intelligatur habere: quare tenetur ad synodum[d] Episcopalem accedere, ac per hoc ipsius statuta recipere[e], ac seruare. ¶ In priuilegio verò Alexandri Papæ quiddam † aliud continetur, per quod diœcesanus Episcopus in eodem cœnobio iurisdictionem suam (etsi non in omnibus, in quibusdam tamen) retinuisse videtur: cùm in illo dicatur, quòd Vigorienses Episcopi ab eiusdē loci fratribus aliquid iniustè non exigant, sed his tantùm contenti permaneant, quæ prædecessores eorum antecessoribus suis constat rationabiliter impendisse: vnde constat, quòd Abbates Episcopis aliqua[f] de suis exhibere tenentur. ¶ Nos igitur his, & aliis diligenter auditis, cùm à neutra parte sit probata præscriptio[g], sententialiter diffinimus, quòd Euasen. † cœnobium liberum est in capite, tanquam ab Episcopali iurisdictione prorsus exemptum, & soli Romanæ Ecclesię subiectum: tutela tamen ipsius Cantuarien. Archiepiscopo reseruata: in membris autem, quæ non probantur[h] exempta, diœcesano Episcopo ipsum subiacere decernimus: propter quod Abbas ad synodum † eius debet accedere, primúmque locū post Vigorien. Episcopum obtinere: pro ipsis quoque membris non exemptis idem Abbas tenetur[i] Vigorien. Episcopo exhibere reuerentiam, obsequium, & honorem: quibus Vigorien. Episcopus sibi competenter exhibitis, debet manere contentus.

¶ Idem Ausonen. Episcopo.

¶ *Receptus sub protectione Papæ, per hoc non censetur exemptus. Hoc dicit.*

CAP. XVIII.

EX † parte tua fuit quæsitum, vtrùm Clerici, & Laici, qui litteras protectionis ostendunt, in quibus personæ suæ expresso nomine, cum omnibus rebus suis sub Apostolica protectione consistere declarantur[k], à iurisdictione Episcopi diœcesani sunt exempti. Nos autem tibi † respondemus, quod per litteras huiusmodi, ab Episcoporum suorum potestate minimè subtrahuntur[l].

¶ Idem Eliden. † Episcopo.

¶ *Religiosi, quibus à Papa concessum est, vt Ecclesias ei subiectas possint in proprios vsus conuertere, non auctoritate propria, sed à diœcesano loci possessionem illarum Ecclesiarum recipere debent: nisi in priuilegio aliud exprimatur.*

CAP. XIX.

PAstoralis † officij: *& infrà.* ¶ Interrogasti, vtrùm viris religiosis, quibus à sede Apostolica est indultum, vt Ecclesias suas in proprios vsus possint cōuertere, decedentibus personis earum, liceat auctoritate propria possessionem earumdem intrare, vel per diœcesanum Episcopum † in ipsa † sint potiùs inducendi. Ad quod respondemus, quòd nisi fortè in indulgentia summi Pontificis id con-

si quis fundum. & l. si debitor. in fine. Ioan.

g ¶ *Sit probata præscriptio.*] In his scilicet, quæ per priuilegium non erant exempta, in quibus obtinet Episcopus. *vt j. sequitur.* & sic est argu. quòd Abbas potest præscribere ius commune in capellis contra Episcopum, in his quæ potest possidere. *s. de præscri. auditis.*

¶ *Glo. seq. not. quòd licet caput, & c. alleg. contrarium.*

h ¶ *Quæ non probantur.*] Ergo licet quis probet exemptionem capitis: non ideo probauit exemptionem membrorum, *arg. s. c. proxi. arg. contra:* quia totum, & pars debent eodem iure censeri. *11. dist. c. 1. & 2. & 12. q. 2. cognouimus. & 1. q. 7. si quis episcopus. & ff. pro derelicto. ad pars.*

i ¶ *Idē Abbas tenetur.*] Et sic est arg. quòd aliquis pōt esse vasallus multorum: sicut ille Abbas subest Papæ, & epō pro capeli[illegible], *vt s. c. proxi. ff. de op. liberto. l. duorum.*

EX parte.] Communis diuisio. Secunda ibi, *Nos autem.* Abbas.

CASVS. Clerici, vel Laici impetrant litteras à Dño Papa, per quas recipit eos cum personis, & rebus suis sub ipsius protectione: quæritur, vtrùm per talem protectionem exempti sint à iurisdictione episcoporum suorum? Respōdet Papa, quòd huiusmodi litteris è potestate suorum episcoporum non subtrahuntur. No. quòd per verbū, protectionis, non datur exemptio: secus cùm dicitur: ad indicium libertatis perceptæ.

k ¶ *Declarantur.*] Sic *s. eod. recipimus. & s. de maio. & obe. per tuas.*

¶ *Gl. seq. obitiis, & s. l.*

l ¶ *Subtrahuntur.*] Sic ergo talis protectio inutilis est, sicut confirmatio in forma communi, de qua dicit *s. de conces. præben. quia diuersitatem*[b]. Ad quod ergo impetrantur? quia solet plus timeri, quod specialiter pollicetur, quàm quod generaliter impetratur. *s. de hæreti. si aduersus. & 23. dist. c. quanquam.*

PAstoralis.] Cōmunis diuisio. Secūda ibi, *Ad quod.* Abbas.

CASVS. Quidam religiosi litteras obtinent à sede Apostolica, in quibus indulgetur eisdem, vt Ecclesias suas in proprios vsus conuertere possint, decedentibus personis illarum: quæritur, verū liceat eis auctoritate propria possessionem illarum ecclesiarū intrare, vel per diœcesanū Epm in illa sint potiùs inducēdi? Ad hoc rndet Papa, quòd sino epo incōsulto nō licet eis possessionē earū intrare: quia per huiusmodi indulgentiam episcopali iuri nihil intelligitur derogari: nisi forte in ipsa indulgentia cōtineatur expresse, quòd Episcopo incōsulto id facere possint.

Marginal notes:

† vvigornis. † Vigoren. eadem sunt posteà variè tates.

† In antiquioribus codicibus ita: quoddā contineri prospicitur.

† Dictio, ergo, non est in manuscriptis codicibus.

† quoddam, in antiquis.

a De his. suprà de tempor. or. c. 2.

† Euasin.

† Vide de hac materiā quid sanxerit nouissimè concilium Triden. sess. 24. de reformat. c. 2. ad. de Iacobatium tract. de concilio, li. 2. art. 2.

† Cap. 8. et. ii, in 3. comp. De materia huius decretalis vide latè per doctores in c. recipimus. suprà eo. tit.

† Aliàs, tibi liber.

† Helien.

† Beluen.

b Et 17. q. 4. frater. Ioan. And.

† Cap. 9. eo. tit. in 3. compilat. Ad quid allegetur hic textus, vide per Innocentium, & Felinum in c. 1. s. de constitutio.

† Dictio, episcopum, deest in plerisque extrauagantibus.

† Aliàs, in ipsas, sed vt plurimum habetur, vt est impressū.

posſint. Not. hic arg. ꝙ vbi conceditur maius, non tñ id, ꝗd minus eſt. Item priuilegium, vel indulgẽtia intelligitur eſſe cõceſſa ſine alterius iniuria. Item vbi duo ſunt impedimenta, non ſufficit alterum tolli, niſi & vtrunque remoueatur. Item priuilegia, cùm ſint odioſa, non debent extendi, niſi quatenus in eis continetur.

a ¶ *Contineatur expreſſum.*] Arg. ꝙ priuilegiũ ſemper intelligitur cõceſſum ſine læſione alterius. *ſ. de of. ord. licet. & ſ. de vſu pal. ex tuarum. & ſ. de eccle. ædi. cùm dicat Apoſtolus. & c. ad audientiam 2. & C. de inoffic. teſta. ſi quando. argu. 2. eodem patentibus.*

b ¶ *Inconſulto.*] Sic licet lex concedat libertatem ſeruo vindicanti necem domini, a iudice tamen danda eſt. *C. pro qui. cau. ſerui. accip. præmi. li. 1.*

¶ *Gloſ. ſeq. recit. ſignando contrarium decret. cùm veniſſent.*

c ¶ *In poſſeſſionem.*] Quã nunquam habuerũt: & hoc ideo, quia nemo ſua auctoritate rem ſuã accipere debet. *C. vnde vi. ſi quis in tantam. & 16. q. 6. placuit. & C. de acquir. p. & improba. poſſeſſio. ff. de acqui. poſſ. ſi* ex ſtipulatione: ſecus ſi poſſeſſionem habuiſſet. *ſ. de reſtitut. ſpol. cùm veniſſent.*

d ¶ *Indulgentiam.*] Si de duabus ſeruitutibus altera remittatur, alia remanet in ſuo ſtatu. *ff. de ſer. vrb. prædio. ſi domus tua. & ſ. de vſu pallij. ex tuarum. ita hic.* Nec huiuſmodi generali conceſſione conceditur, quod ſpecialiter non fuiſſet cõceſſurus. *ff. de pecul. qui peculij. ff. de pig. denique. & l. obligatione. & ſ. de elect. Eccleſia veſtra, ibi: neque enim, &c. C. de inoff. teſtam. ſi quando.* Ber.

† Tripolitan.

† Cap. 3. eod. tit. in 4. cõp.

† Interdictũ generale quid dicatur, tradit Nicolaus Plouius tra. de interdicto. & Couarruuias in c. alma mater. de ſent. exc. lib. 6. in 2. p. relectio. §. 4. circa fin.

tineatur a expreſſum, ſuo Epiſcopo inconſulto b, in poſſeſſionem c ipſarum eis non eſt licitum introire: quia per indulgentiam d huiuſmodi, Epiſcopali iuri non credimus derogari.

¶ Idem Epiſcopo, & Capitulo Tripol.

¶ *Si is, propter cuius delictum poſitum eſt interdictum, illud non ſeruat: alij nihilominus ſeruare tenentur: ſecus ſi ille non ſeruat, in cuius fauorem latum fuit.*

CAP. XX.

PEtiſtis † per ſedem Apoſtolicam edoceri, vtrum cùm propter Hoſpitalarios, vel Templarios ciuitas veſtra generali ſupponitur interdicto, eiſdem non ſeruantibus, vos illud teneamini obſeruare? Ad quod duximus reſpondendum, quòd illorum exceſſus vobis non præbet licentiam excedendi. ¶ Sed † ſi præfati Hoſpitalarij, vel Templarij priuilegiorum ſuorum fines exceſſerint, violando temerè interdictum, quod pro eis fuerat promulgatum: ne videantur de aliorum fletu ridere e, vos in pœnam præſumptionis eorum, quandiu f ipſi violauerint interdictum, de noſtra licentia celebretis g.

¶ Idem.

¶ *Priuilegium conceſſum monaſterio, vt eius Monachi excommunicari non poſſint, intelligitur de monachis exiſtentibus in monaſterio: vel in*

PEtiſtis.] Quandiu Templarij, vel Hoſpitalarij non ſeruant interdictum pro eis in loco prolatum, alij ſeruare non tenẽtur. hoc dicit. Et ſecunda pars ibi, *Ad quod.* Abbas.

CASVS. Aliquãdo contingebat, ꝙ ciuitas Tripolitana propter Hoſpitalarios, vel Tẽplarios generali ſupponitur interdicto, illi in quorum fauore poſitũ fuerat interdictũ, non ſeruabant illud: quæſiuit Ep. Tripolitanus, vtrũ ipſi cũ capitulo ſuo illud debeãt obſeruare? Rñdet Papa, ꝙ exceſſus illorũ illis non præbet licentiam delinquendi, ſed ſi prædicti fines priuilegiorum ſuorum non ſeruauerint, violando interdictum, quod pro eis fuerat promulgatum; Epiſcopus, & capitulum prædicti in menſam præſumptionis illorum, quandiu ipſi non ſeruauerint interdictum, de licentia domini Papæ celebrent, ne videantur de aliorum fletu ridere. Nota, quòd non debet quis illud facere, à quo impetrauit alios prohibere; nec debet alij legem imponere, quam ipſe negligit obſeruare. Item eo iure, quo quis contra alium vtitur, ipſe debet vti eodem. Item nullus debet excedere fines priuilegij ſui. Item nullus debet de alterius fletu ridere.

e ¶ *Ridere.*] Simi. *j. de ſent. excommuni. ſi verè. ſimi*, dicit Imperator: Iudices iubemus eſſe ſolicitos, ne turpi colludio quæratur ex miſeris pretium gaudiorum *C. eod. lib. 12. in fine libri.*

f ¶ *Quamdiu.*] Sic *6. q. 2. ſi tamen. & cap. placuit.*

g ¶ *Celebretis.*] Non enim debent alijs legem imponere, quam ipſi negligunt obſeruare. *ſ. de præben. pro illorum.* nec tenetur alius ſeruare priuilegium, quod ille non ſeruat, cui conceſſum eſt. *j. de ſen. excom. in audient. 2.* & qui priuilegium alterius non ſeruat, eius priuilegium non eſt ſeruandum, *ſ. de appellat. an ſit deferendum. ſ. de eiect. bonæ.* & quod ab illis exigere debet, multo fortius à ſe ipſo. *ff. de nego. geſt. ſi pupilli. §. vltimò. & ff. de admi. tu. quotiens. §. item tempora. ff. ſi vendi. l. alterius. & ſ. de nat. ex libe. ven. c. vnico.*

ADDITIO. Verſus. *Me non impugnat, qui me defendere debet.*

QVoniam per confeſſionem.] CASVS. Epiſcopus Nepeſinus petebat ius epiſcopale in Eccleſia beati Blaſij de Flageno, pertinente ad quoddam monaſterium in diœceſi dicti Epiſcopi conſtitutum: ex parte aduerſa allegabatur quoddã capitulum, ꝙd cõtinetur in priuilegio monaſterio conceſſo, videlicet, vt nullus Eps Eccleſias vtroque iure illis ſubiectas interdicto ſupponere, vel monachum, ſeu clericum eiuſdem monaſterij ſynodare, vel excommunicare præſumat: ſed procurator monaſterij fuit confeſſus in iure, ꝙ Epiſcopus Nepeſinus ius epiſcopale percepit in Eccleſia prædicta: dubitabatur, vtrùm capitulum prædicti priuilegij obſtaret, quominus epiſcopus ius epiſcopale poſſit exercere in dictã eccleſiam, vel capellanum ipſius. Rñdet Papa: cum per confeſſionem procuratoris monaſterij conſtet, ꝙ Epiſcopus percipit ius Epiſcopale in Eccleſia prædicta, idem Epiſcopus non obſtãte capitulo iſtius priuilegij, põt dictã Eccleſiam interdicere, & excõicare monachũ, ſeu clericũ monaſterij ad regimẽ ipſius Eccleſiæ deputatũ, cùm alterutrũ de iure fuerit faciendũ, quia illud capitulum intelligitur de monachis, vel clericis in ipſo monaſterio permanentibus, vel in deſtinatis ad Eccleſias vtroque iure ſibi ſubiectis. Nota, quod confeſſio procuratoris in iure facta, domino præiudicat. Item priuilegium non tuetur aliquem in delicto. Item Eccleſia tunc ſubiecta eſt Abbati vtroque iure, quando Epiſcopus nullum ius epiſcopale exercet in illa. Item licet perſona ſit exempta, tamen ratione rei, quam poſſidet, non exemptæ eſt ſubiecta. Bern.

Eccleſiis ſibi ſubiectis vtroque iure. Hoc dicit. Et eſt caſus quotidianus.

CAP. XXI.

QVoniam † per confeſſionem conſtat partis aduerſæ, quod Nepeſinus † Epiſcopus ius Epiſcopale percipit in Eccleſia Sancti Blaſij † de Falgañ. credimus, quòd non obſtante illo capitulo priuilegij, quod monaſterio eſt indultum: vt nullus Epiſcopus Eccleſias vtroque iure h illi ſubiectas interdicto ſupponere, vel Monachum, ſeu Clericum eiuſdem monaſterij ſynodare i, vel excommunicare præſumat, præfatus Epiſcopus poſſit interdicere dictam Eccleſiam, & excommunicare Monachum, ſeu Clericum veſtrum ad eius regimen deputatum, cùm alterutrum de iure fuerit faciendum: quoniam illud capitulum intelligendum eſſe videtur de Monachis, aut Clericis in ipſo monaſterio permanentibus k, vel ad Eccleſias deſtinatis, vtroque l iure ſibi ſubiectas.

¶ Idem Londoneñ. † Archiepiſcopo Apoſtolicæ ſedis Legato.

¶ *Epiſcopus remittens alicui Eccleſiæ decimas Epiſcopales indefinitè, remiſiſſe videtur non ſolùm præteritas, ſed & futuras. Et eſt caſus notabilis.*

CAP. XXII.

QVia † circa & infrà. ¶ Quæſiuiſti, vtrùm Monachi

† Cap. 4. eo. tit. in 4. compilatione.

† Aliàs, Nephefinus. ſed ex manuſcri. ptis rectè eſt: Nepeſinus.

† Aliàs, Baſilij de Flagen. aliàs, Flaien.

† Londin.

† Cap. 5. eo. tit. in 4. compilatione.

h ¶ *Vtroque iure.*] ſ. in ſpiritualibus, & temporalibus. *ſ. eod. c. dum & plantare. §. in eccleſiis. & 15. q. 2. c. 1.* Illud intelligitur, cum traditur Eccleſia pleno iure. vide qualiter interpretatur hoc verbum, vtroque iure, cùm tamen vtroque iure poſſet Eccleſia aliqua monaſterio eſſe ſubiecta, licet Epiſcopus aliqua temporalia ibi recipiat. *ſ. de cenſ. cùm venerabilis.*

i ¶ *Synodare.*] Id eſt, ad ſynodum vocare. a

k ¶ *Permanentibus.*] Similis interpretatio eſt *16. q. 1. generaliter. & ſim. j. de verb. ſign. abbate. in fine.* & ita licet perſona ſit exempta, tñ ratione rei, quam poſſidet, nõ exemptæ eſt ſubiecta. *ſ. eo. cum capella & c. ex ore. in fine & ſ. de maiori. & obed. per tuas.*

l ¶ *Vtroque iure.*] Id eſt, in ſpiritualibus, & temporalibus, vt *ſ. patet.* Bern.

a *Vel aliter poteſt intelligi ſic, ſynodare, id eſt, nomine ſynodatici aliquid exigere. 10. q. 3. c. placuit & ſ. de off. ord. conquerenti.*

QVia.] Communis diuiſio Secunda pars ibi. *Super quo.* Abb.

CASVS. Archieps Londoñ. conceſſit monachis omnium ſanctorum priuilegium ſuper decimis epiſcopalibus retinendis, ſic forte dicendo: Remittimus monaſterio omnium ſanctorum decimas poſſeſſionum ipſius monaſterij pertinẽtes ad Archiepiſcopatũ: Archieps Londoneñ. ſucceſſor concedentis priuilegium, quæſiuit, vtrùm monachi prædicti priuilegiũ illud extẽdere valeant ad poſſeſſiones acquiſitas tempore priuilegij, & poſtmodũ acquirẽdas? Rñdet Papa, ꝙ ſi remiſſio decimarũ illarũ facta fuit ſecundum canones, prædeceſſor illius indefinite remittendo decimas epales monaſterio, cũ nihil exceperit, & potuerit excepiſſe, intellexiſſe videtur nõ ſolùm de decimis poſſeſſionũ illius tẽporis, ſed etiã futuri: quia in beneficijs pleniſſima debet interpretatio adhiberi, & vna, & eadem res nõ debet diuerſo iure cẽſeri.

Not.

Nota, quòd concessio simpliciter, & indefinitè facta respicit etiā tempora futura, & generaliter intelligitur. Et sic est hîc arg. quòd indefinita æquipollet vniuersali. Item, qui nihil excepit, & potuit, totum ius suum intelligitur alienasse. Item in beneficiis plenissima debet fieri interpretatio. Itē vna res nō debet diuerso iure censeri. Item arg. quòd priuilegium extenditur ad futurum.

dicit, quòd in omnibus prouinciis eorum iurisdictioni subiectis ad eos, cùm necesse fuerit, appelletur: Saluis appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis: quibus est ab omnibus deferendum. Nota, quòd dominus Papa est iudex ordinarius singulorū. Item pallium est signum plenitudinis potestatis pastoralis officij. Item suffraganei tenentur præstare iuramentum obedientiæ, & reuerentiæ Patriarchæ. Item minor iudex non potest exercere iurisdictionem suā præsente maiori. Item ad Patriarcham potest appellari omissis medijs, & hoc intellige de his, qui sunt eius iurisdictioni subiecti. Item omissis omnibus medijs potest appellari ad Papam.

Omnium sanctorum, priuilegium prædecessoris tui super Episcopalibus [a] decimis retinendis indultum extendere valeant ad possessiones acquisitas, & postmodum acquirendas? ¶ Super quo tale damus responsum; quòd si decimarum illarum remissio facta extitit secundùm canonicas [b] sanctiones, prædecessor tuus indefinitè [c] † decimas Episcopales monasterio remittendo (cùm nihil exceperit [d], & potuerit excepisse: ac in beneficiis [e] plenissima sit interpretatio adhibenda: nec debeat vna, eademque substantia diuerso iure censeri) intellexisse videtur non solùm de decimis possessionum illius temporis, sed futuri [f].

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Ponit concilium ordinem quatuor Patriarchalium sedium, vsque ibi. Seruata, vbi ponit tria priuilegia ipsarum. Primum, quia dāt pallium. Secundum ibi, Dominicæ, quia ante se crucem deferri faciunt, præterquam in casibus hic exceptis. Tertium ibi, In omnibus, quia ad ipsos appellatur, & in hoc protestatur ibi, Saluis.*

CAP. XXIII.

ANtiqua † Patriarchalium sedium priuilegia renouantes [g] sanctâ vniuersali synodo approbante sancimus, vt post Romanam Ecclesiam (quæ disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vtpote mater vniuersorum Christi fidelium, & magistra) Constantinopolitana primum, Alexandrina [h] secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineant: Seruata cuilibet propria dignitate: ità quòd postquam Antistites earū à Romano Pontifice receperint pallium (quod est plenitudinis † officij Pontificalis insigne) præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ [i] iuramento, licenter, & ipsi suis Suffraganeis pallium largiantur recipientes pro se professionem [k] canonicam, & pro Romana Ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. ¶ Dominicæ † verò Crucis vexillum ante se faciant vbique deferri, nisi in vrbe [l] Romana, & vbicunque summus Pontifex præsens extiterit, aut eius Legatus vtens insigniis Apostolicæ dignitatis. ¶ In omnibus autem prouinciis eorundem iurisdictioni subiectis, ad eos, cùm necesse fuerit, procuretur: Saluis appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis: quibus est ab omnibus [m] humiliter deferendum.

¶ Idem † in eodem.

¶ *Priuilegium Religiosis concessum vt possint sepelire confratres suos tempore interdicti, intelligitur de illis confratribus, qui licèt maneant in sæculo, obtulerunt se tamen Ordi-*

a ¶ *Episcopalibus.*] De quibus loquuntur canones. 12. q. 2. *vobis. & cap. concesso.*

b ¶ *Secundum canonicas sanctiones.*] Putà, de consensu capituli. 12. q. *vobis. sine exceptione. & suprà, de his, quæ fiunt à præla. sine consensu ca. cum nos.* nec in enormê detrimentum facta fuerit, quia per hoc posset reuocari. *s. de dona. Apostolicæ.*

c ¶ *Indefinitè.*] Arg. quòd indefinita æquipollet vniuersali. *19. distin. § Romanorum.*

d ¶ *Nihil exceperit.*] Sic *s. de iure patro. ex litteris.*

e ¶ *Beneficiis.* Simi. *s. de don. pastoralis. & c. cùm dilectus. in fi. & j. de verbo. signi. olim. ff. de constit. prin. l. vlt.*

¶ *Glo. seq. arg. in breuiar. alle. 4. infra. in contrarium. alleg. 6 & soluit.*

f ¶ *Sed futuri.*] Arg. quòd in priuilegiis verbū generale, & indefinitè prolatum ad futurum extenditur. 12. q. 2. *cognouimus. & s. de deci. ex parte. & C. quæ res pign. obl. poss. l. vltim. ff. de serui. vrb. præd. si seruus. Arg. contra. s. de cen. quanto. & s. de dec. cum in tua. & s. eod. cum capella. ff. de contrahen. emp. in lege. & l. Rutilia Polla. ff. de dam. infec. damni. § si is, qui.* Sed ideo contra dantem fit interpretatio, ne excogitata fraude suæ obuiet libertati. *16. q. 1. c. 1. C. de don. si quis argentum. §. vlt.* secus vbi certa verba ponuntur, in eo casu non extenditur ad alia: sed ita seruandum est priuilegium, quatenus tenor priuilegij se extendit. *s. eo. porrò. & c. accepimus.* sed vbi verbum generale ponitur, ad omnia appellatiua extenditur: sic. *s. de deci. ex multiplici.* Si autem æquè potest retorqueri ad ius commune, sicut ad priuilegium, potius videtur interpretatio facienda secundum ius, quam secundùm priuilegium. *s. de consue. cùm dilectus*, & vt nemini sit onerosa, *arg. s. de testi. cùm tu.* vt non sit captiosa. *ff. de regul. iur. quotiens.* & contra illum potiùs interpretatio debet fieri, qui potuit legem apertiùs dicere. *ff. de pact. veteribus. & ff. de contrahen. emp.* Labeo. & vt fiat secundùm communem modum loquendi. *s. de spons. ex litteris.* nam consuetudo interpretatur vocem. *j. de verb. sig. abbate.* & semper in tutiorem partem fit interpretatio. *s. de spon. iuuenis. j. de reg. iur. ca. 2.* si etiam neutra esset tutior, in benigniorem. *distin. c. vlt. ff. de reb. dub. cùm in testamento.* Ioann.

ANtiqua.] Huius cap. diuisio clare patet in summario. Abb. CASVS. Concilium generale renouat priuilegia quatuor patriarchaliū sedium, statuendo, vt post Romanā Ecclesiam, quę inter alias obtinet principatū, Constantinopolitana primum locum obtineat, Alexandrina secundū, Antiochena tertiū, Hierosolymitana quartū: seruata cuilibet propria dignitate, ità quòd postquā Prælati illarum à Romano pontifice palliū acceperint, præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ iuramento, & ipsi postmodum palliū suis suffraganeis largiantur, recipientes pro se obedientiā canonicam, & pro Romana Ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. Secundò dicit, quòd ante se faciant crucem vbique deferri, nisi in vrbe Romana, & vbicunque summus Pōtifex præsens fuerit, aut etiā legatus vtens insigniis Apostolicæ dignitatis. Vltimò

g ¶ *Renouantes.*] 22. *dis. renouantes.*

¶ *Glo. seq. recitetur per contrariū de decr. cognoscentes, & c. soluit, quòd illud regulare casualiter fallit, & ponit, & exponit versus, per quot sex casus comprehendit.*

h ¶ *Alexandrina secundum.*] Scilicet post Constantinopolitanam, & Constantinopolitana primum, scilicet post Romanam. olim verò Alexandrina fuit prima post Romanam: vt 22. *dist. renouantes.* & sic priuata fuit iure suo sine culpa, quod esse non debet regulariter. *s. de constan. cognoscentes. & de eo, qui cogno. consang. vx. suæ discretionem. & c. vltim. & 16. q. vlt. inuentum. & 56. distin. satis peruersum.* hoc tamen non fit sine causa. *s. vt lite non contest. quoniam. §. 1.* quod fit pluribus modis.

Vnde versus.

Paupertas, odium, vitium, fauor, & scelus, ordo

Personas spoliant, & loca iure suo.

Vnde propter paupertatem vniuntur duæ ecclesiæ, vt vnus sit sacerdos vtriusque. 10. q. 3. *vnico.* cum vtraque consueuit suū habere proprium. Propter odium, vt 70. *dist. neminem. 16. q. 7. decernimus.* Propter vitium, vt *s. de ele. ægro. sua.* Propter fauorem, vt *hic, & 22. dist. renouantes.* Et propter vim, seu fauorem consecrationis, *14. q. 6. comperimus.* Quandoque etiam fauore religionis. *s. de eccles. ædifi. ad audientiam.* Propter scelus etiam puniuntur illi, qui non peccauerunt. *25. q. 2. ita nōs.* Propter ordinem priuatur dominus seruo suo. *54. dist. ex antiquis. & c. sequens.* Quandoque propter defectum sacramenti. *24. dist. si quis & c. lector.*

i ¶ *Fidelitatis, & obedientiæ.*] Sic ergo Patriarchæ, & illi, qui nullo medio subsunt domino Papæ, iurant ei fidelitatem, & obedientiam, vt hîc dicitur, & *s. de iureiu. ego. N.* sic & suffraganei suo metropolitano obedientiam, & reuerentiam præstare debēt, secundùm quòd illi præstant Papæ. *s. de ma. & obe. c. dilectis.*

k ¶ *Professionem.*] i. obedientiam, & reuerentiam. *s. de sim. ne Dei ecclesia.* ad quam non tenetur exemptus Episcopo diœcesano, cum illud sit contrarium libertati. *s. eod. cùm olim. 2. in fin.* Bern.

¶ *Glo seq. arguit, & signat contrarium.*

l ¶ *Nisi in vrbe.*] Arg. quòd minor non potest exercere iurisdictionem præsente maiore. *21. dist. denique. & 93. dist. presbyter. ff. de offic. procons. l. vlt. & s. de offi. lega. valentes.* Arg. contra 95. *dist. ecce. & 11. quæst. 1. peruenit. C. de dona. in hac sacratissima.*

m ¶ *Ab omnibus.*] Hoc est priuilegium Apostolicæ sedis, vt omissis omnibus possit appellari ad ipsum: vt hîc innuitur. & 2. *q. 6. Romanam* Sic etiā intelligitur, quod dicit imperator, quod

† De indefinita locutione, seu propositione, an, & quādo æquipolleat vniuersali præter doctores hîc, vide plenè per Couarruuiam lib. 1. var. resolu. c. 13.

† Idem scilicet Innocentius iij. in cōcilio generali Latera. c. 5. & c. 6. eo. ti. in 4. compilatio.

a Si contentum sit, ne in animibus officiatur, etiam de futuris intelligitur, Ioan. And.

† De patriarcharum prærogatiua, dignitate, & numero vide plenè per Bartol. Cassaneū in cata. gloriæ mundi. par. 4. consid. 9. addi Nicolaum Boerium in tract. de auctorit. magni concilij. num. 30. & seq. vers. secundum locum.

*† Vide c. *[illegible]* sit. suprà de auctori. & vsu palli.*

† Vide Clement. vlt. ti. de priuileg.

† Idem scilicet Innocētius iij. in eodem concilio Later. c. 57. & c. 7. eo. tit. in 4. compil.

*De hoc articulo vide concilium Tridentinum *[illegible]* s. de excessibus Prælat. & late ibidem per doctores.*

c Proconsul portam Romæ ingressus deponit imperium. Ioan. And.

a Tamen tali priuilegio non vtitur imperator. ff. de appel. Imperatores. Io. And.

habet similia priuilegia cum Romana Ecclesia[a] *in Auth. de Eccles. ti. in princ. col. 9 & 65. dist. mos antiquus.*

VT *priuilegia.*] Diuiditur in rubro. Secunda pars ibi, *Illud.* Abbas.

CASVS. Romana Ecclesia quibusdam regularibus concessit quædam priuilegia, sed quia ipsi fines priuilegiorũ suorum excedebant, ea minùs bene intelligentes, Papa ea in cõcilio generali declarat, qualiter sint intelligẽda, ne illa pertrahãt ad abusum: quia priuilegiũ meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Secundò ponit verba priuilegiorum. Cõcessum est ab Ecclesia Romana quibusdam regularibus, scilicet Templariis, & Hospitalariis, vt his, qui fraternitatem eorũ assumpserint, non negetur Ecclesiastica sepultura, nisi sint excommunicati, vel nominatim interdicti. Si forte Ecclesiæ, ad quas pertinẽt, fuerint interdictæ, ipsos quoque confratres, quos Ecclesiarum Prælati apud Ecclesias suas non permiserint sepeliri, ipsi ad Ecclesias suas deferant tumulandos, nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti. Declarat hîc Papa, de quibus cõfratribus sit intelligendũ: scilicet de illis, qui adhuc morantur in sæculo, & eorũ ordini sunt oblati mutato habitu sæculari, vel de his, qui sua bona eis dederant inter viuos, retẽto sibi, quandiu vixerint, vsufructu; isti quidẽ sepeliantur apud Ecclesias ipsorũ regularium, vel apud Ecclesias aliorum non interdictas, si ibi elegerint sepeliri. Si enim de quibuslibet confratribus ipsorum fraternitatem assumentibus intelligeretur, pro duobus, aut tribus denariis annuatim sibi collatis, nimiũ vilesceret Ecclesiastica disciplina: tamen & ipsi certam obtinent remissionẽ ab Apostolica[a] sede concessam. Vltimò ponit alium articulum, in quo excedebant fines priuilegiorum suorum. Continetur. n. in priuilegio ipsorum, vt si qui fratrum ipsorum, pro colligendis eleemosynis ad aliquam ciuitatem, castellum, vel vicum aduenerint, si fortè locus ille à diuinis fuerit interdictus, in eorum aduentu semel in anno aperiantur Ecclesiæ, vt exclusis excõmunicatis, & interdictis, diuina officia celebrentur. Verba illa, aperiantur Ecclesiæ semel in anno, sic debent intelligi, vt vna tãtùm Ecclesia eiusdẽ loci semel in anno aperiatur: quia licet dictũ sit pluraliter, aperiantur Ecclesiæ, non tamen de qualibet Ecclesia eiusdẽ loci intelligendũ est: ne si hoc modo intelligeretur, nimiũ vilipendi cõtingeret sententiã interdicti: qui verò cõtra istas declarationes quicquã sibi vsurpare præsumpserint, graui subiaceãt vltioni. Nota, quòd priuilegiũ meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Itẽ aliquis habet habitũ monachalẽ, non tamen est monachus. Item vilescere non debet Ecclesiastica disciplina. Item pluralis locutio exponitur de vno.

¶ Oblati, qui dicantur, tradit copiosè Couarruuias in cap. alma mater. de sent. excom. lib. 6. in 2. par. relect. §. 2. circa finem.

ni, mutato habitu seculari: vel de illis, qui bona sua eis dederunt vsufructu retento. Hoc primò. Priuilegium Religiosis concessum, quo eis venientibus ad locum interdictum semel in anno aperiantur Ecclesiæ, vt celebrentur in eis diuina, intelligitur, quòd vna tantùm sola Ecclesia aperiatur in loco. Hoc secundò.

CAP. XXIV.

VT priuilegia, quæ quibusdam Religiosis Romana concessit Ecclesia, permaneant inconcussa, quædam in eisdem duximus declaranda, ne minùs sanè intellecta[a] pertrahantur ad abusum, propter quem possint meritò reuocari: quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.

¶ Sanè quibusdam regularibus Apostolica sedes indulsit, vt his qui fraternitatem eorum assumpserint, si forsitan Ecclesiæ, ad quas pertinent, à diuinis officiis fuerint interdictæ, ipsósque mori contigerit, sepultura Ecclesiastica non negetur[b], nisi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti: Suos quoque confratres, quos Ecclesiarum Prælati apud Ecclesias suas non permiserint sepeliri, nisi excommunicati, vel interdicti fuerint nominatim, ipsi ad Ecclesias suas deferant tumulandos. Hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in sæculo eorum Ordini sunt oblati †, mutato[c] habitu sæculari: vel eis, qui bona sua dederant inter viuos, retento sibi (quandiu in hoc sæculo vixerint) vsufructu: qui tamen sepeliantur apud ipsorum regularium, vel aliorum non interdictas Ecclesias, in quibus elegerint sepulturam: ne si de quibuslibet ipsorum fraternitatem assumentibus fuerit intellectum, pro duobus[d], aut tribus denariis annuatim sibi collatis, dissoluatur pariter, & vilescat Ecclesiastica disciplina: certam tamen & ipsi remissionem obtineant ab Apostolica sibi sede concessam. ¶ Illud etiam, quòd huiusmodi regularibus est indultum, vt si qui fratrum suorum, qui ab eis missi fuerint ad recipiendas fraternitates, siue collectas, in quamlibet ciuitatem, castellum, vel vicum aduenerint, si fortè locus ille à diuinis officiis sit interdictus, in eorum iucundo aduentu semel in anno[e] aperiantur Ecclesiæ, vt exclusis excommunicatis, diuina ibi officia celebrentur. Sic intelligi volumus, quòd in eadem ciuitate, aut castro, aut villa vna tantùm Ecclesia eiusdem Ordinis, fratribus semel (vt dictum est) aperiatur in anno. Quia licèt pluraliter[f] dictum sit, quòd in eorum iucundo aduentu Ecclesiæ aperiantur, non tamen ad Ecclesias eiusdem loci diuisim, sed prædictorum locorũ cõiunctim sano referendum est intellectu: ne si hoc modo singulas eiusdem loci visitarent Ecclesias: nimium vilipendi contingeret sententiam interdicti. Qui verò contra declarationes prædictas quicquam sibi vsurpare præsumpserint, graui subiaceant vltioni.

¶ Idem in eodem.

¶ Tempore generalis interdicti, Episcopi non prohibiti, qui non fuerunt culpabiles interdicti, clam celebrare possunt: & hodie istud non est priuilegium Episcoporum, sed ius commune, vt in c. fi. de sent. excom. in 6. & ibi plenè habetur, an, & quando, & qualiter possit celebrare tempore interdicti.

CAP. XXV.

QVod † nonnullis est Religiosis indultum in fauorem

a ¶ *Intellecta.*] Qui malitiosè priuilegium principis interpretatur, infamis efficitur. *C. de legi. & consti. l. 2.*

b ¶ *Non negetur.*] Ex hoc loco patet, quod tempore interdicti denegatur Ecclesiastica sepultura, ex quo per priuilegium istis conceditur. *ĩ. eod. cùm & plantare. §. quid si*[b]. Bernar.

c ¶ *Mutato habitu seculari.*] Ita quòd habitus illos destinguat ab habitu sæculari, licet ex toto non habeant habitum monachalem. *arg. 33. q. 5. quod Deo pari.* & talis largo modo Ecclesiastica persona censetur. *28. q. 1. vt lex. & 12. q. 1. duo.*

¶ *Glo. seq. quærit, arguit, & soluit.*

d ¶ *Pro duobus.*] Quid si medietatem bonorũ darent, nunquid dicedi sunt fratres? non, nisi maiorem partẽ. *ar. ff. de contrah. emp. in modicis.* quod non credo, etiamsi darent totũ, dum tamen non se reddant: quia res, & nõ persona, sunt accessoriæ. Ber.

¶ *Glo. seq. recit. per quæ relaxetur interdictum, &c. & ponit duas op. Secundò quærit, arg. pro, soluit contrarium. Tertiò quærit, arg. pro, & remittit.*

e ¶ *Semel in anno.*] Sic patet, quòd in Ecclesia interdicta celebratur, & canonicè: quia tunc de speciali priuilegio relaxatum est interdictũ, nõ sublatum: vnde idẽ interdictum manet, nõ nouũ creatur. *arg. ff. de pecu. sed si manente. & 24. q. 3. Achatius. & 12. dist. præceptis.* Sed videtur potiùs, vt dicit Vincent. quòd interdictũ non relaxetur[c], sed in Ecclesia interdicta celebretur de licẽtia Papæ. *ĩ. eod. petistis in fin.* nec tunc committitur contra interdictum. Sic aliquis potest prædicare, & loqui excommunicatis, de his, quę pertinent ad correctionẽ eorum, nec incidit in excommunicationẽ. *ĩ. de sent. excom. c. responso. & cap. cum voluntate. in princ.* & semel tantũ in anno hoc eis licet, & non pluries, vt hîc patet. Sed si cẽtum annos stetissent, quòd non venissent ad Ecclesiã istam, quæ sæpe fuit interdicta, nunquid præscribitur contra illos? Videtur, quod sic. *ĩ. ead. accedentibus.* vbi isti Templarij perdunt istud priuilegium, quia non sunt vsi isto spatio xl. ann. *arg. de nundi. l. 1.* Sed contra[d] credo in casu isto, quia non nocet eis. Sed nunquid de auctoritate Episcopi posset aliquis celebrare in Ecclesia interdicta ab Episcopo? Videtur, quod sic, eadem ratione. De hoc dixi *suprà de appellat. ad hæc.*

¶ *Glo. seq. not. quòd nõ semper plura &c. signat contrarium, & remittit.*

f ¶ *Pluraliter.*] Not. quòd pluralis locutio non semper infert suas singulares[e] sic *1. dist. omnes leges. sic 3. de appel. significauit. ĩ. de preben. cùm iam dudum. sic 2. q. 1. in primis.* ibi, alij accusatores. *ff. de condi. & demonstrationib. falsa. §. si quis legauerit. & ff. de statu homi. summa. Arg. contra. ĩ. de rescrip. olim.* De hoc plura argumenta inuenies *ĩ. de rescrip. c. 2.*

QVod *nonnullis.*] Diuiditur, quia primò ponit priuilegium. Secundò ponit exceptionem ibi, *Nisi.* Tertiò denunciationem

b Idem arg. ex decre. de peni. & remis. quod in te. vbi d. hoc in 3. glossa. & patet in concilio Viennensi de sepulturis. eos, qui. Ioan. And.

c De hoc articulo præter tradita hic per doctores vide not. in cap. ad hæc quoniã. suprà de appellat.

† Innocẽtius iij. in conci. in Later. c. 58. & c. 8. eo. ti. in 4. compilatione.

† De materia huius c. vide c. alma mater. de sent. excom. lib. 6. adde Nauarrum in Manuali 27. tit. de interdicto. & Syluest. in summa. verbo, interdictum.

d Hinc nota Panormitanus non currere præscriptionem contra priuilegium. de quo vide Oldradum cõs. 172.

e Quando pluralitas resoluatur in singularitates, vide Iasonem in l. quamuis. in fi. C. de impub. & aliis subst. & in l. Gallus §. quid si is. ff. de libe. & posthu.

nem ibi. *Verùm.* & hoc cap. nihil hodie habet.

Casvs. Quibusdam regularibus concessum est, vt cùm commune terræ fuerit interdictum, diuina possint officia celebrare ianuis clausis, & voce suppressa, & non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis, & interdictis: in fauore Pontificalis officij concilium extẽdit hoc ad Episcopus, nisi eis expresse fuerit inhibitũ: veruntamen hoc illis cõceditur, qui causam aliquã non præstiterint interdicto: nec aliquã fraudẽ ingesserint, cùm tale compendium ad iniquum dispendium trahi nõ debeat. Nota, quòd occasio iuris ad iniquũ dispendiũ trahi nõ debet.

Pontificalis officij ad Episcopos extendentes concedimus, vt cùm commune [a] terræ interdictum fuerit, excommunicatis, & interdictis exclusis, possint quandoque [b] ianuis clausis, suppressa voce, & non pulsatis campanis, diuina celebrare officia: Nisi & hoc ipsum eis expressè fuerit interdictum. ¶ Verùm hoc illis concedimus, qui causam [c] aliquam non præstiterint interdicto, nec quicquã [doli † vel] fraudis ingesserint, tale compendium ad iniquum [d] dispendium pertrahentes.

a ¶ *Commune terræ interdictum.*] Interpretationem huius verbi habes. ĩ. *de verb. sig. cùm in partibus.*

¶ *Glos. seq. in prin. & fi. dupliciter exp. illud. quãdoque in medio. quasi. & sol.*

b ¶ *Quandoque.*] Per hoc videtur, quòd sæpius possint, quàm semel in anno, vt sic priuilegium Episcoporũ maius, quã priuilegiũ præcedentis cap. sed diuersa sunt priuilegia Episcoporũ, & illorũ: hoc enim intelligitur de ecclesiis sibi subiectis; sed præcedens in ecclesia vna cantũ semel in anno celebrare possunt: & expone, quandoq; id est, quandocũque. Vel dic, quòd cùm illud priuilegiũ generale sit in parochia alterius episcopi poterit episcopus celebrare sicut in sua, si alius episcopus hoc permiserit. Sed nunquid canonici possunt interesse cum episcopo? non: ita quòd celebrent principaliter cum ipso more solito, licet intersint, vt audiant sicut alij extranei, qui non sunt interdicti: cùm ipsi canonici nõ habeant priuilegiũ, ne per hoc vilescat rigor. *suprà cap. prox.* vel potest exponi, quandoque, id est, non semper; quia si ex tali celebratione oriretur scandalum, non deberent semper celebrare, sed aliquando ita quòd non esset scandalum.

¶ *Glos. seq. reci per q. & ponis op. quam reprobat.*

c ¶ *Causam.*] Per hoc dicunt quidam, quòd illi qui non deliquerunt, nec aliquam causam dederũt, vt poneretur interdictũ, licet fortè in loco interdicto interesse non debeant diuinis cum illis, qui priuilegium habẽt; tamen extra terrã illam bene possunt audire diuina, & percipere sacramenta. Credo, quòd non debeant admitti ad aliqua officia, vel sacramenta, vt ipsi per hoc citiùs inducantur ad satisfaciendum: & vt sententia magis timeatur: quia qui suspensus, vel interdictus est in vna ecclesia, in omnibus est interdictus, vel suspensus, hoc expresse dicitur in *tex. & in gl. 4. q. 5. quisquis. & arg. bonum ad hoc ĩ. de pœnis. & remis. quod in te. vbi de hoc not. in fi.* Ber.

d ¶ *Iniquum.*] Nota occasionem iuris ad iniquum dispendium trahi non debere, *C. de vsucap. pro empto. cum qui sic de transla. inter corporalia à contrario sensu. & 45. dist. licet. 2.*

† *Hæc duo verba: doli vel, desunt in antiquioribus codicibus Gregorianis, & in omnibus Vaticanis: sunt tamen in cõcilio, & in recentioribus exemplaribus.*

† *De ordine Cluniacen. eius origine, & antiquitate, vide Cassaneum in catalogo gloriæ mũdi par. 4. consideratione 31. & 55. adde Oldradum cõsil. 20. & 4. Bellamerum consil. 31.*

¶ Honorius tertius Archiepiscopis, & Episcopis in quorum diœc. monasteria, & Prioratus Cluniacẽ. monasterio subiecta consistunt.

¶ *Priuilegia non sunt violanda, etiã indirectè. Hoc dicit generaliter*

CAP. XXVI.

Qvantò ampliùs: *& infrà.* ¶ Sanè dilecti filij Abbas, & Conuentus Cluniaceñ. † grauẽ nobis querimoniã obtulerũt, quòd quidã vestrũ, & vestrorum Officiales, cùm in eos, & sui ordinis Monachos non possint excommunicationis, & interdicti proferre sententias, eo quòd super hoc Apostolicæ sedis priuilegiis sunt muniti, in eos, qui molunt in molendinis, vel coquunt in furnis eorum, quicquid vendendo, seu emendo, aut aliàs eis communicãt, sententias proferunt memoratas: & sic Apostolicorum priuilegiorum non vim, & potestatem, sed sola verba [e] † seruantes, dicti Ordinis Monachos quodãmodo [f] excommunicant, dum eis alios communicare non sinunt. Ex quo illud etiam euenit inconueniens, vt ipsi Monachi quantùm ad hoc iudicentur iudicio Iudæorum [g], & qui eis cõmunicant in prædictis, maiorem excõmunicationem [h] incurrant, quàm etiam excommunicatis communicando fuerint incursuri. ¶ Nolentes igitur hæc crebris ad nos clamoribus iam perlata vlteriùs sub dissimulatione transire, vobis vniuersis, & singulis mandamus, quatenus huiusmodi sententias in fraudem [i] priuilegiorum nostrorum de cætero non feratis: quia si super hoc ad nos denuo clamor ascenderit, non poterimus conniuentibus oculis per-

Qvãtò.] Priuilegiati, quòd excõicari nõ possint ab ordinariis, nõ debent excõicari etiã indirectè. hoc dicit specialiter. In prima ponitur quæstio. In secunda prouisio ibi, *Nolentes.* Abbas.

Casvs. Abbas, & conuentus ordinis Cluniaceñ. sunt exempti: vnde Epi, & Archiepiscopi, in quorum diœce. commorantur, eos excõicare, vel interdicere non possint, in eos, qui molunt in molendinis eorum, vel coquunt panem in furnis ipsorum: & qui vendendo, vel emendo, aut aliàs eis cõicant excõicationis, & interdicti sententias proferũt; & sic non vim, & potestatem priuilegiorũ Apostolicę sedis, sed sola verbã seruãtes, monachos dicti ordinis quodammodo excõicant, dum eis alios cõicare nõ sinũt: & sic quantum ad hoc Iudæorũ iudicio iudicãtur: & qui cõicant illis, maiorẽ excõicationem incurrunt, quàm qui excõmunicatis participãt: propter quod monachi Cluniaceñ. de prædictis Prælatis grauiter Domino Papæ sunt cõquesti: vnde mandat vniuersis & singulis prædictorũ, quatenus sententias in fraudẽ priuilegiorũ Apostolicæ sedis de cætero nõ ferant: quia si super hoc ad ipsum querela peruenerit, promulgatores talium sententiarum seueritate debita castigabit. No. quòd nõ tantũ verba, sed vim, & potestatẽ priuilegiorũ legis, & canonis seruare debemus. Itẽ fraus legi, vel canoni fieri nõ debet: quia nihilominus incidit in legẽ

¶ *Glo. seq. alleg. multa iura, quòd mens præponderet verbis, exponit litteram, & arg. contra ciuitates &c. & fi. ipsius, & gl. vlt. reci per q.*

e ¶ *Sola verba.*] Et male certe: quia cõsideranda est mens potius, quã verba: nã verba deseruiunt intentioni, & nõ econuerso. ĩ. *de ver. sig. intelligentiæ. & 1. q. 1. Marcion. & ff. de legi. & senatuscon. scire leges.* & potior est mens, quàm verbũ docentis. *ff. de supel. le. l. Labeo. in fi. & arg. ff. de fur. insti. l. cùm de lanionu. §. asinã. in fi.* Et in testamento consideratur potius mens testãtis, quàm verba. *ff. de leg. 1. l. penult.* Et in contractibus potius inspicitur voluntas, quàm verba *C. quæ res pig. obl. non pos. l. penult. & vl.* & non tantùm verba edicti seruanda sunt, immo sententia potius. *ff. de leg. & sena. contra legẽ.* Hic non seruabant vim, & potestatem verborum, vt videtur: quia indirectè videbantur excõicari, ex quo subtrahebatur cõio aliorum; sic Iudæi excõicantur. ĩ. *de vsu post miserabilem. & c. quanto. & ĩ. de Iudæ. Iudæi. & c. ad hæc. & c. si Iudæos. in fi.* & sic indirectè faciebãt cõtra priuilegia Papæ: vnde præcipitur quòd de cætero hoc nõ faciant: vbi autem res dubia esset, potiùs seruanda sunt verba edicti. *ff. de exerci. l. 1. §. si is qui.* Et est decre. ista contra ciuitates, quæ quandoque consimilia faciunt contra ecclesiasticas personas: & sic violant ecclesiasticam libertatem. & tales sententiæ non valebant, nec timendæ erant, sed quoad factum tantùm refertur: quia contra priuilegia Papæ. ĩ. *de excess. Præla. cùm ad quorundam.*

f ¶ *Quodãmodo.*] Quasi diceret non verè excõmunicabant illos, sed subtrahebãt alios ab eorũ cõmunione, & ideo excõicati videbãtur, quia excõicatio [a] est à fraterna societate separatio. *3. q. 4. Engeltruda,* & sic quodammodo excommunicabant eos. Ber.

g ¶ *Iudicio Iudæorum.*] In hoc videtur iudicari Iudæorũ iudicio, quia cũ ecclesia excõicare Iudæos nõ possit, quia nihil ad nos de his, qui foris sunt. *2. q. 1. multi.* quãdoq; excõicantur Christiani cõicantes eis, vt ĩ. *dictũ est:* ita isti, cùm nõ possent illos excõicare propter priuilegiũ, excommunicabant communicantes eis.

h ¶ *Maiorẽ excommunicationẽ.*] Qui eñ participat excõicatis, excõicatus est minori excõicatione. *11. q. 3. cũ excõicato. & ĩ. de excep. à nobis.* Sed isti, qui participãt istis monachis, in prædictis erant excõicati excõicatione maiori: & ita maiorem excõicationem incurrebant, quàm aliàs participando excommunicatis.

¶ *Gl. se. fortific. tex. & ponit, & exponis 4 modos fraudandi legem.*

i ¶ *In fraudem.*] Et sic patet, quòd si non possunt illos excõicare, nihil facere debẽt, per quod ad idẽ redeãt: quia si denegatur eis vna via, denegata intelligitur & alia. ĩ. *de procu. tua.* Sic ergo isti in fraudẽ priuilegiorum non sunt excõmunicandi: sicut nec in fraudem canonis aliquid faciendũ est. ĩ. *de cõces. præben. constitutus.* nec in fraudem legis *ff. ad Maced. l. 4. §. is autem.* Vnde nota, quòd quatuor [c] modis fit fraus leg. siue canoni. De persona ad personã: vt si vxor velit donare viro, vel econuerso, cũ nõ possit. ĩ. *de dona. inter vir. & vxor. etsi.* & supponit aliã personã, cui donat, nõ valet donatio. *ff. de don. inter vir. & vxo. hæc ratio. §. non tantùm 46. dist. sicut non suo.* De re ad rẽ prohibitum est, ne filiofamilias pecunia mutuetur, si tñ aliquid in fraudẽ factũ fuerit, putã dedisti frumentum, vel aliud cõsimile, quod venderet, vt pecuniã haberet, fraus fit legi. *ff. ad senatuscon. Macedo. sed Iulianus. §. mutui, aliàs incipit. Item si filius. & l. 4. §. 1. in vsu. 14. q. 3. plerique. & 1. q. 1. sunt nonnulli.* De contractu ad contractum: vt putà vxor non

† *Pro intellectu huius textus vide tradita per Bartolũ, & alios recẽtiores in l. non dubium. C. de legibus. vbi declarãt, quid sit facere in fraudẽ legis, & committere in legem.*

a *Vide B. Thomam in quæstio. addita ad 3. p. q. 21. art. 2. vbi agit de excommunicationis diffinitione.*

b *Vide Zanchinũ tract. de hæret. c. 36. & Masquardũ tra. de Iudæis. q. 2. c. 5.*

c *Quot modis fiat fraus legi præter glossam, & doctores hic, vide Bald. in l. non dubium. C. de legibus. & latè per Ancharanum in repetitione c. canonum statuta. suprà de constit.*

non potest donare viro, vt dictum est, vult ei vendere, vt sic hoc modo possit donare: non valet. *ff. de dona. inter. vir. & vxo. si sponsus §. circa. sic 16. q. 3. si sacerdotes.* Itē de contractu ad contractum, alio tamen modo, quàm s. vt cùm mulier pro alio fideiubere non possit, principalem se facit debitricem: hoc non valet: quia fecit in fraudem legis. *ff. ad senatuscon. Velle. quamuis. §. si cùm essem.* Et sic patet, quod qui fecit in fraudem legis, contra ipsam legem videtur facere. *ff. de legi. contra legem. & l. seq.* vnde tales sententiæ in veritate non tenebant: vt hic patet, quia Papa non mandauit eos absolui. Ber.

E*X parte.*] Istud c. habet varios intellectus, & potest sic sūmari. Sola assumptio, vel reassumptio tonsuræ post delictum commissum, nō facit delinquentē haberi pro clerico: vel sic; Si post clericatum assumptū immiscuit se clericus enormitatibus, & diu in illis perseuerauerit dimissis habitu, & tonsura, & in delicto deprehenditur, non poterit se defendere pro clerico, quò minùs puniatur per sæcularem iudicē, & iste intellectus est aliquantulum periculosus, sed potest procedere secundum vnam opinionem, de qua in *c. perpendimus. de sent. excom.* Diuiditur. In prima enim parte ponitur querela. In secunda prouisio. Secunda ibi *Ne igitur.* Abb.

C*ASVS.* In districtu Reginæ Anglorū erant quidam litterati, quos nec habitus, nec tōsura clericos ostendit: sed cū ipsi deprehenduntur in aliquibus maleficiis, vt iurisdictionem reginæ deludant, & pœnā debitam pro delictis euadant, resumunt tonsuram abiectam & habitū clericalē, qui antea pro laicis ab omnibus habebantur. Regina significauit hoc dño Papæ: Rñdet ei Papa, etsi suā iurisdictionem in huiusmodi delinquētes exercuerit, qui sine tōsura, & habitu in delictis fuerint deprehensi, æquanimiter sustinebit: cùm malitiis hominū nō sit indulgendū, nec tōsura, nec habitu sic resumpto, ipsorum malitia foueri debeat. Nota, quòd qui tonsura, & habitu dimissis in delictis deprehendūtur, amittūt priuilegiū clericale, & possunt puniri sine pœna excommunicationis. Item malitiis hominum non est indulgendum, sed potiùs obuiandum.

a ¶ *Foris factis.*] Id est, maleficiis, simile verbum habes *s. de præscri. ad audientiam.*

¶ *Glossa sequens signat contraria: quia delictum, vel sæcularis habitus non tollit priuilegium, soluit.*

b ¶ *In delictis fuerint deprehensi.*] Sed videtur contrà, quòd licèt clerici in delictis fuerint deprehensi: nō tamē capi, vel detineri possunt sine licentia Prælatorum suorum, nec puniri præter pœnā excommunicationis. *j. de sent. excom. vt famæ.* Item contra videtur *j. de sen. excom. si verò. & c. in audientia.* vbi clericus habet priuilegium, etsi sæculariter viuat. *s. de vit. & hone. cle. c. vlt.* Dicas, quòd nō contradicūt illa, quia loquuntur in eo casu, cùm certū erat illos esse clericos, vnde semper retinent priuilegium, nisi post trinam admonitionē fuerint incorrigibiles. vt dicit illa decre. in audientia. hic autē loquitur de his, qui per omnia tanquā laici in omnibus, & ab omnibus habebātur, vt hic dicitur, & malitiosè assumebāt tonsuram: vel si aliquando fuerant clerici, non cōstabat, & sic ipso facto priuilegio renūtiauerunt clericali: *sic s. de cle. coniug. c. penult.* vnde hic nulla poterat fieri admonitio:

transire, quin promulgatores talium sententiarum seueritate debita castigemus.

¶ Idem V. quondam Anglorum Reginæ illustri.

¶ *Qui in habitu & tonsura, & cæteris, vt Laici conuersantur, deprehensi in maleficiis se pro Clericis non defendunt. Ita communiter summatur.*

CAP. XXVII.

EX † parte tua fuit propositum, quòd nonnulli litterati, quos nec habitus, nec tonsura Clericos profitetur, in terra tuæ iurisdictioni subiecta degentes, cùm deprehenduntur in aliquibus foris factis [a] †, vt iurisdictionem tuam eludant, & debitam pro delictis vltionem euadant, assumunt, seu etiam resumunt tonsuram abiectam, seu habitum Clericalem, licèt ante pro Laicis ab omnibus haberentur. ¶ Ne igitur tonsura, vel habitu sic resumpto, malitia foueatur: si tuam iurisdictionem exerceas in huiusmodi delinquentes, qui sine tonsura, & habitu in delicto [b] fuerint deprehensi, æquanimiter duximus tolerandum: cùm malitiis hominum indulgeri non debeat, sed potiùs obuiari.

¶ Idem.

¶ *Parisiis, & in locis vicinis, ius ciuile legi non debet.*

CAP. XXVIII.

SVper † specula: *& infrà.* ¶ Sanè licèt sancta Ecclesia legum sæcularium non respuat famulatum [d], quæ æquitatis, & iustitiæ vestigia imitantur: quia tamen in Francia, & nonnullis prouinciis, Laici Romanorum Imperatorum legibus non vtuntur [e] †, & occurrunt rarò Ecclesiasticæ causæ tales, quæ non possint statutis canonicis expediri: vt pleniùs sacræ paginæ insistatur: *& infrà.* ¶ Firmiter interdicimus, & districtiùs inhibemus, ne Parisiis, vel in ciuitatibus, seu aliis locis vicinis [f] † quisquam docere, vel audire ius ciuile præsumat: Et qui contrà fecerit, non solùm à causarum patrociniis interim excludatur, verùm etiam per Episcopum loci excommunicationis vinculo innodetur.

¶ Idem Episcopo Baiocen. †

¶ *Innouatio priuilegij ius nouum non inducit, sed vetus conseruat.*

CAP. XXIX.

QVia intentionis nostræ: *& infrà.* ¶ Cùm innouatio † nec ius nouum [g] conferat, nec etiam tollat vetus: te in eo statu esse volumus, in quo tempore impetratæ innouationis dignosceris extitisse. Cæterùm nullum per hoc intendimus iuri aliàs eidem monasterio competenti præiudicium generari.

¶ Idem.

¶ *Priuilegiati vt vbique possint cum altari viatico celebrare, hoc possunt sine licentia Prælatorum.*

ideoq; de fraude, vel de malitia sua cōmodum reportare non debent, nec incurrunt excommunicationē, qui tales puniunt, vt hic patet: qa in delictis deprehendebātur, vnde hoc ipso amittebant hic priuilegium. *j. de sen. excom. cùm non ab homine. & c. perpendimus.* Cōtraria intelliguntur, quoniam contēpto habitu incedūt vt laici: nec deprehenduntur in delictis.

c ¶ *Malitiis.*] Sic *ff. de rei ven. in fundo. s. de rescrip. plerumque. & c. sedes. & s. qui matr. accu. poss. significante* B.

S*Vper specula.*] Primò ponit prohibitionis rationē. Secūdò prohibitionem. Tertiò pœnā cōtrafacientib. Secunda ibi, *Firmiter.* Tertia ibi, *Et qui.* Abb.

C*ASVS.* Quamuis Ecclesia sæcularium legum non respuat famulatū, quæ imitantur vestigia æquitatis: tñ qa in Francia, & in multis prouinciis, laici nō vtūtur legibus Romanorū Imperatorū, & rarò Ecclesiasticæ occurūt causæ, quæ nō possint per canones expediri: vt plenius sacræ paginæ insistatur, firmiter prohibet dominus Papa, ne Parisiis, vel in ciuitatibus, seu aliis locis vicinis, aliquis docere, vel audire ius ciuile præsumat: & qui contra fecerit, à causarum patrociniis interim excludatur, & per Episcopū loci excommunicetur. Nota, quòd Ecclesia approbat leges, & eis vtitur. Item magis est insistendum sacræ paginæ, quā aliis scientiis. Item arg. quòd ratione vicinitatis sentit quis commodum, vel incommodum.

d ¶ *Non respuat famulatum.*] *s. de nouo. ope. nun. c. 1. & 10. dist. lege Imperatorum. & ca. si in adiutorium.*

e ¶ *Non vtuntur.*] Cùm tamen ab omnibus debeant obseruari. *C. de legib. leges & l. leges sacratissimæ.* & licèt ab omnibus de facto non seruentur: quia subsunt Imperatori: de iure tamen debent subesse, & præcipuè isti, quibus prohibentur. *11. q. 1. volumus.* & dominus totius mundi est. *ff. ad legem Rho. de precario. & 7. q. 1. in apibus.*

¶ *Glo. seq. notat, quòd ratione vicinitatis, &c. signat contrarium.*

f ¶ *Locis vicinis.*] Et ita ratione vicinitatis sentit quis cōmodū, vel incōmodum. *de pæni. dist. 1. sed & continuo. & 44. dist. §. 1. & ff. de contra. emp. quod, ape. §. vlt. & 17. q. 4. si quis contumax, ar. contra.* quia lupanaria non infamant castitatem. *32. q. 5. toleral ilime.* Ber.

Q*Via intentionis.*] C*ASVS.* Dominus Papa innouauerat priuilegiū cuiusdā monasterij constituti in diœcesi Baiocēn. Episcopus Baiocēn. dubitauit, vtrum per talē innouationē iuri Episcopali sit derogatū: quæsiuitq; à domino Papa, an ei præiudicaret? Respōdet ei Papa, quòd innouatio ius nouū nō cōfert, nec tollit vetus: vnde vult, eū esse in eo statu, in quo erat tēpore innouationis impetratæ, sed per hoc nō intēdit Papa iuri aliàs cōpetenti eidē monasterio præiudiciū generari. Nota, quòd innouatio priuilegij nihil noui iuris tribuit, nec ius vetus tollit. Itē Papa non intelligit per litteras suas alicui præiudicium generale.

¶ *Gl. seq. ponit duo similia. & causam, quæ per confirmationem accrescit.*

g ¶ *Nouum.*] Sic patet, quòd innouatio priuilegij nihil noui confert. *sic s. de confir. vti. vel inuti. cum dilecta. & s. eod. ex parte. Abbatissæ. 12. dist. præceptis sic 24. quæst. 1. Athatius.* si per protectionem non diminuitur ius Episcopi. *s. eo. ex parte tua.* sic & confirmatio in forma communi obtenta. *sup. de conces. præben. quia diuersitatem.* Quandoque tamen per confirmationem aliquid iuris accrescit,

† *De materia huius c. vide latè per Couarruuiā in practicis quæstionibus c. 32.*

† *De voce, foris factis, eiúsque significatione præter glossam hic vide notata in c. ad audientiam. de præscriptio.*

† *Reliquæ partes huius decretalis suprà de magistris, & ne clerici, vel monachi. c. super specula.*

a *Secundùm illam decretalem potest hoc intelligi secundùm Philip. Ioa. And.*

† *Quæ erga glossa, & decl. hic quærunt, an omnes subsint Imperatori, vide latè per Cassaneum in catalogo gloriæ mundi p. 5. consider. 28. & Couarruuiam in regula, peccatum p. 2. § 9.*

† *Quæ ioca dicantur vicina, præter notata hic, vide glossam cum ibi notatis in c. fo. licis. de pœnis lib. 6. ad Alexandrum consil. 12 lib. 5.*

† *Baion.*

† *Declarat in c. si. suprà de fide instr. & in c. Ab. bbatiss. & in c. significauit. de testib.*

accreteit, quia transactio quæ erat personalis per confirmationem fit realis, & perpetua: vt s. de transact. veniens. & c. 1.

IN his.]Primò ponit exordium, & facti narrationem. Secundò prouidet, & rationem reddit ibi, *Cùm autem*.

CASVS. Fratres Prædicatores, & Minores impetrauerunt indulgentiam à domino Papa, vt vbicunque fuerint cum altari viatico valeant celebrare sine præiudicio iuris parochialis: quidam Prælati nimis strictè illã indulgentiam interpretãtes dicebãt, quòd per illam indulgentiam prædicti fratres præter assensum Prælatorum hoc facere non possunt: vnde non permittunt eos celebrare secundũ illã indulgentiã. Cũ autẽ sine indulgentia fratres prædicti possint de Prælatorũ licẽtia celebrare, nihil eis cõferret. Mãdat dominus Papa cuidam Episcopo, quatenus interpretatione huiusmodi reprobata, dummodo abstineãt ab iniuriis aliorũ, datã licẽtiã prædictis fratribus debeat publicare: ita quod dicti fratres ex indulgẽtia ipsa aliquã videãtur gratiam consecuti. Not. quod ea, quæ cultum diuinum respiciũt, benignè sunt interpretãda. Itẽ beneficium principis latè est interpretandum. Item indulgẽtia, siue priuilegiũ, sine alterius iniuria concedi debet. Itẽ indulgentia, siue priuilegium sic debet intelligi, vt aliquid cõferat: alias delusorium esset.

† *Glossa, & doctores in ca. quoniam de priuileg. lib. 6 & Synest. in summa. verbo, altare. q. 6.*

CAP. XXX.

IN his †, quæ ad cultum [a] diuinum facere dignoscuntur, non maligna, sed benigna esset potiùs interpretatio facienda. ¶ Vnde mirari compellimur, quod cũ fratribus Prædicatoribus, & Minoribus duximus indulgendũ, vt vbicũque fuerint, sine parochialis iuris præiudicio [b], cum altari valeant viatico celebrare; quidam nimis strictè [c] interpretando indulgentiã nostrã nituntur asserere, quòd per eam prædicti fratres præter Prælatorum assensum facere hoc non possint: propter quod eos celebrare iuxta indulgentiam Apostolicam non permittunt. ¶ Cũ autẽ nihil eis conferret memorata indulgẽtia, sine qua id Prælatis annuentibus liceret eisdem: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus interpretatione huiusmodi reprobata, dum tamen ab aliis, quæ iure parochiali proueniunt, prorsus abstineant, datam eis sic licentiam celebrandi, auctoritate nostra non differas publicare [d]: ita quòd dicti fratres aliquam ex indulgentia [e] nostra videantur in hoc gratiam consecuti.

¶ Gregorius nonus maioris ecclesiæ, & C[...] stantiatis Decano, & Archidiac. Lincoñ.

¶ *Priuilegium de decimis noualium non soluendis, non comprehendit decimas tempore priuilegij impetrati possessas ab aliis: nisi de possessione alterius in priuilegio fiat mentio.*

a ¶ *Ad cultum diuinũ.*] De his, quæ ad cultum diuinũ relinquuntur in testamẽto, ipsius fauore non detrahitur quarta: s. de testa. c. vlt.

b ¶ *Sine præiudicio.*]Et ita in præiudicium alterius non datur priuilegium graue. sic s. de vsu pal. ex tuarum. s. de ec. ædific. ad audientiam [b] ff. ne quid in loco publ. l. 2. § si quis à principe. & ff. de admi. tu. impuberi §. & C. de eman. libe. nec auus. & C. de preci. imper. offer. quotiens & j. c. proximo.

a Episcopalis, vel parochialis: vt ibi. Ioa. And.

b Priuilegiũ, quo miles testari potest, quomodo vult, respicit bona, non tutelas filiorũ, quia filii iure patriæ potestatis, non præmio militari: & priuilegia militum ad alienã iniuriam porrigi non oportet. Io. And.

c ¶ *Nimis strictè.*]Quod esse non debet, quia principis priuilegium latissimè interpretandum est. j. de ver. sig. olim. & ff. de cons. prin. l. vlt. & 1. q. 7 c. si quem. §. notandum. in fin. nec nimis largè interpretari debet, s. eod. vt priuilegia, ibi, aperiantur ecclesiæ. & illud verbum non ita largè accipiatur, vt ibi dicitur.

d ¶ *Publicare.*] Vt nullus possit per se per ignorantiam excusare s. de postu. c. 1. & 16. dist. quod dicitis. & 12. q. 2. qui & humanis. ff. de instit. sed & si. § præscribere.

e ¶ *Ex indulgentia.*] Indulgentia enim semper debet aliquid conferre, vt hic patet. & C. de thesau. l. 1. lib. 10. & ff. ad munici. l. 3. & ff. de lega. 1. si quando & ff. de vsu & habi. dinus. & potius laborandum est, vt res valeat, quàm vt pereat. s. de fide instrument. dilectos. & j. de verb. sig. abbate ff. de reb. dub. quotiens 2. & ff. de act. & obli. quotiens. & ff. de reg. iur. in contrahenda: aliàs delusoria esset indulgentia principis. B.

DVdum.]In prima ponitur facti narratio. In secunda decisio ibi, *De consilio.* Abbas.

CASVS. Inter priorem, & conuentum de Butele ex parte vna; & Priorissam, & moniales de Capelle ex parte alia, coram iudicibus quæstio super decimis noualiũ vertebatur. Lite pendẽte corã iudicibus, moniales impetrauerũt indulgentiã super decimis noualiũ nõ soluẽdis, nullã de lite mota in indulgentia mentionem faciente, per quam indulgentiam volebat repellere Priorem, & conuentũ à lite: dubitabãt iudices, quid iuris esset: Papa de consilio fratrum suorum decreuit iuri prædictorũ fratrũ per indulgẽtiam illam non facientẽ mentionem de lite mota, nullũ præiudicium generari super decimis noualiũ nõ soluẽdis, quas possidebant tẽpore indulgẽtiæ à parte altera impetratæ. Not. quod litteræ, siue indulgentia super re litigiosa impetratæ, de lite mota nõ facientes mentionẽ, non valent nec impediũt processum iudicis: quia tacita veritate sunt obtentæ. Et sic nota, quod Papa concedendo alicui indulgentiã, seu priuilegium, non intendit alium lædere.

¶ *Glo. seq. reddit rationem litteræ, & ar. à contrario.*

CAP. XXXI.

DVdum inter Priorem, & Conuentum de Butele † ex parte vna, & Priorissam, & Moniales de Capelle ex alia, super decimis lite mota: *& infra.* ¶ De consilio fratrum nostrorum decernimus, iuri prædictorum Prioris, & Conuentus super decimis noualium †, in quarum erant possessione tempore illo [f], quo indulgentiæ Apostolicæ impetratæ fuerunt à parte altera de decimis noualium non soluendis, nõ debere per eas non facientes [g] de hoc aliquam mentionem, præiudicium generari.

† *Aliàs: de Buten.*

† *Nouale ager est nunc primum præcisus. c. innouatis. infrà de verbo. signi. & ibi laudo doctores.*

¶ Idem.

¶ *Confratres priuilegiatorum, nisi se ad eos in totum transtulerint, ad Episcopalia iura tenentur.*

CAP. XXXII.

QVidam † (sicut asseris) in priuilegiatorum fraternitate recepti, nolunt tibi de iuribus Episcopalibus respondere: Verùm quandiu huiusmodi fratres moram [h] in domibus suis fecerint, eos compellere poteris ad dicta iura tibi integrè persoluenda [i].

† *Hinc nota, quod qui pleno iure c. 8 sunt oblati, non gaudent priuilegio illorũ, in quorum societate sunt recepti.*

¶ Idem Arelaten. Capitulo.

¶ *Quoad priuilegium retentionis decima semel nouale semper est nouale.*

CAP. XXXIII.

COnsultationi vestræ breuiter respondemus, quòd

f ¶ *In quarum erat possessione illo tempore.*] Sed possidebant decimas illas iure suo tanquam sibi debitas: priuilegiũ super his obtentũ, siue indulgentia non valet, quæ absorbet ius alterius. *C. de precibus Imperatori offerendis. quotiens* & quia contra ius est. *C. eod. tit. rescripta. 25. quæst. 2. rescripta*: ac si lite pendẽnte fuisset impetrata: quare non valent. *sic s. de testibus, causam quæ. in Authent. ne in medio litis fiant sacræ formæ, aut sacræ iussio. §. si verò. collat. 8. & s. vt lite pendente. cap. vn.* sic priuilegium obtentum tacita cõpositione nõ valet. *s. de decimis, ex multiplici*: sed super illis de quibus nondũ fuerant in possessione, valebant à contrario sensu, vt sic aliquẽ fructum habeant ex talibus indulgentiis: aliàs inutiles essent: *vt s. cap. proximo.*

c Vide in c. causam. statim alle. super glo. vlt. Ioa. And.

g ¶ *Non facientes*]Vnde per subreptionem obtentæ fuerunt, & talem videlicet, quæ si expressa fuisset, eas non habuissent: & maximè si læderetur Prior, & conuentus. *s. de re. scrip. super litteris. j. de ver. sig. si quid per nouale*: & ità indulgentiã nõ valet tacita veritate. sicut nec rescriptũ c in c. *super litteris.* sic & priuilegiũ non valet, nisi faciat mentionẽ alterius priuilegij. s. *de præscri. c. veniens.* Et sic patet, quod Papa concedendo indulgentiam, seu priuilegium, non intendit alium lædere: vt *s. cap proxi.* vbi de hoc inuenies concordantias.

QVidam.] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Verùm.* Abbas.

CASVS. Quidam priuilegiati, vt Templarij, Hospitalarij, quosdam receperunt in fraternitatem ipsorum, propter quod nolunt dilectissimo Episcopo de iuribus episcopalibus respõdere: dicit Papa, quòd quandiu fratres isti moram faciunt in domibus suis, dilectissimus eos compellat ad iura integraliter persoluenda. Nota, quod non sufficit receptio priuilegiatorum ad euitanda iura episcopalia, nisi recepti ad priuilegiatos transeant.

¶ *Glossa sequens inducit tria similia, ad primum, & vltimum inducit contrarium.*

h ¶ *Moram.*] Et ita non sufficit sola receptio, nisi sequatur translatio plena. 21. q. 2. *si quis iam translatus.* Sicut non dicitur quis esse de numero militum, priusquam sit inter eos numeratus *ff. de mili. test. ex eo tempore* Et sola ratio possessionis non est idonea ad munera iniungenda *ff. ad munici. libertus. §. sola.* sic & miles cõmeatu accepto, si remaneat in domo sua, non habet priuilegiũ. *ff. ex qui. caus. maio. l. miles. Ar. cõtra ff. de bon. pos. ex test. milit. l. vnica. in fin.* vbi dicitur, quod priuilegium militis habet, qui nondum peruenit ad militem.

i ¶ *Persoluenda*]Sic s. *eo. cum & plantare. § penul. sic s. eo. ex parte. & s. de maio. & obe. per tuas.*

COnsultationi.] Primò ponit dictum. Secundò rationem. Secunda ibi. *Cùm aliàs.* Abbas.

CASVS. Aliqua terra de nouo redacta est ad culturam per aliquos religiosos de noualibus decimas non soluentes, de qua non extat memoria, quòd culta fuisset dubitatur, an perpetuò illa dici debeat noualis, quoad decimas non soluendas? Respondet Papa, quòd perpetuò terra illa debeat censeri noualis quoad immunitatem de decimis non soluẽdis, aliàs contingere posset aliquando indulgentiam de noualibus plus eis dispendij, quàm vtilitatis afferre. Not. quod semel est nouale, semper erit nouale quoad immunitatem de decimis nõ soluendis. Et sic nota hic quòd principiũ considerandum est. Itẽ ar. quòd ex quo res semel est priuilegiata, semper erit priuilegiata; quia priuilegia perpetua sunt.

terra, de qua non extat [a] memoria, quòd aliquando culta fuisset, redacta per Religiosos viros nouiter ad culturam, perpetuò [b] debet quoad immunitatem de non soluendis decimis noualium † iure censeri: Cùm aliàs nonnunquam contingeret indulgentiam [c] de noualibus plus eis dispendij, quàm vtilitatis afferre.

† Aliâs, noualis, vt hic agnoscit Hostiensis.

a ¶ *Nõ extat memoria.*] *j. de verbo. signi. quid per nouale.*

¶ *Glo. seq. aperit dubitationem, & elicit duo argumenta.*

b ¶ *Perpetuò debet.*] Sic ergo patet, quòd ex quo fuit semel nouale, semper erit nouale, quantum ad hoc, quòd decimæ nõ soluãtur de tali terra. Hæc videbatur forte dubitatio, si post lõga tempora, quæ sufficerent ad præsumptionem canonicam, debet talis terra dici nouale, vt postea censeretur iure communi cum aliis, vt decimæ postea soluerentur: quod hic determinatur. Et est arg. quòd principium considerandum est. *s. de consi. scientes. s. de elect. dudum.* in quibus de hoc. Item arg. quòd ex quo res est semel priuilegiata, semper erit priuilegiata. Priuilegia enim perpetua sunt. *25. q. 2. c. 1. & 2. nisi perdantur:* quia illi, quibus concessa sunt, eis non vtuntur [a]. *s. eo. accedentibus. & c. si de terra.*

† Referunt Burchardus lib. 16. decre. c. 19. & Gratianus, sive Palea 2. q. 4. c. 14. habetur c. 1. ti. de purgatione vulgari, in 1. compilatione.

† In conciliis impressis ex Iuone additur hoc decretum concilii Agathensi.

a Vel abutũtur s. eo. tuarum: idem in aliis casibus not. de deci. suggestum in 1. gloss. Ioan. And.

c ¶ *Indulgentiam.*] Isti enim habebant priuilegium de non dandis decimis noualium: vnde dubitabant, verùm lapsu temporis redirent illa noualia ad ius commune cum aliis terris: quod si esset, contingere posset, quod plus dispendij consequerentur ex illo nouali, quàm vtilitatis: putà per magnas expensas, quas facerent in reducendo terram illam inutilem ad culturam.

TITVLVS XXXIV.

De purgatione canonica.

¶ Ex concilio Triburieñ.

¶ *Infamatus fide dignus per iuramentum se purgat: aliàs secus, & censetur non idoneus enormiter peccans.*

CAP. I.

NObilis † homo, vel ingenuus [d], si in synodo accusatus crimen negauerit, si fidelem [e] eum esse sciuerit, [f] cum duodecim [g] ingenuis se expurget [h]. Si autem antea deprehensus fuerit in furto [i], aut periurio [k], aut falso testimonio, non admittatur ad iusiurandum: sed ei (sicut qui ingenuus [l] non est) purgatio indicatur.

¶ Ex concilio Agatheñ. †

¶ *Infamatus tertiò monitus se non corrigens, vsque ad purgationem ab officio suspenditur.*

CAP. II.

SI quis Presbyter negligens [m] vitæ suæ, prauis exemplis mala de se suspicari permiserit: & populus ab Episcopo iuramento [n], seu banno Christianitatis [o] astrictus infamiam eius patefecerit, certique accusatores criminis eius defuerint: admoneatur [p] † primò seorsum ab Episcopo: deinde sub duobus, vel tribus testibus; & si non emendauerit [q], Episcopus eum publica increpatione admoneat. Si verò nec sic se correxerit, ab officio suspendatur [r] vsque ad condignam satisfactionem: ne populus fidelium in eo scandalum patiatur.

¶ Ex concilio Meldeñ. †

¶ *Etiam regulares purgant se delicto secundum regulam canonicam.*

CAP. III.

MOniales si libidinibus inseruire accusentur, & manifestè detegi non valuerint [s], erga regulam [t], suæ opinionis malam famam canonice purgare cogantur.

¶ Ex eodem †.

¶ *Si delictum est probabile, non indicitur purgatio: aliàs secus, h. d. quoad titulum.*

DE PVRGATIONE CANONICA.

¶ *Suprà visum est de variis delictis tam Prælatorum, quàm subditorum, verùm quia infamati ex delictis, qui conuinci non possunt, debent compelli ad se purgandum, ideo subiicitur ista rubrica.*

De hac materia tractatur 2. q. 5. per totum, & 15. q. 5. De secunda parte tractatur 2. q. 5. consuluisti. §. hoc autem, vsque ad fi. quæstionis.

NObilis] Due sunt partes. Secũda ibi. *Si autem.* Ab. Sic. CASVS. Statuit concilium Triburieñ. quòd si nobilis homo, vel etiam ingenuus accusatus fuerit in synodo, & crimen negauerit, deficiente accusatore, cum xij. hominibus ingenuis se expurget, si de hoc fuit infamatus. Secundò dicit, quòd si ante fuit deprehensus aut in furto aut in periurio, aut falso testimonio; vlteriùs ad iusiurandum non admittatur, sed ei, sicut qui ingenuus non est, purgatio indicatur. Nota, quòd deprehensus in furto, periurio, aut falso testimonio ad iusiurandum vlteriùs non admittitur. Et sic est arg. quòd præsumitur contra aliquem ex antecedenti vita. Item arg. quòd propter crimen perditur nomen dignitatis.

d ¶ *Ingenuus.*] Ingenuus est, qui statim vt nascitur, liber est. *Inst. de inge. in prin.* & dicitur hic ingenuus, qui aliàs non est nobilis, vt differat sic ab eo, quòd dicit, nobilis.

e ¶ *Fidelem.*] Id est, fide dignum, qui de facili non peieraret.

f ¶ *Sciuerit.*] Ipsa synodus, vel aliàs extra synodum iudex.

g ¶ *Duodecim.*] Hoc intellige, si visum fuerit iudici, quod tot habeat, quia numerus compurgatorum arbitrarius est. *arg. j. eod. ex tuarum. & 2. q. 5. omnibus.*

h ¶ *Expurget.*] Intellige de eo, qui infamatus est.

i ¶ *In furto.*] Qui enim condemnatus est, vel pactus de furto, infamis est *ff. de his, qui not. infam. furti. § pactus. & l. 4.* quare vlterius ad iuramentum non admittitur.

k ¶ *Periurio.*] Periurus non admittitur amplius ad iurandum, *vt 6. q. 1. quicunque. & 22. q. 5. paruuli.* quia præsumitur contra ipsum ex antecedenti vita. *ar. 2. q. 1. in primis. ad h. ff. de accu. si cui. & ff. de re mili. non omnes. §. à barbaris.* Idem est de eo, qui falsum tulit testimonium, qui periurus est, & in tribus peccat. *suprà de crimi. fal. c. 1.*

l ¶ *Ingenuus non est.*] Arg. quòd propter crimen perditur nomen dignitatis, sicut per monachatum amittit, quis nobilitatem, *27. quæst. 2. scripsit.* vnde priuilegio ingenui gaudere non debet, qui ingenui mores abiicit *s. de sen. excom. in audientia. & suprà, de vit. & hone. cle. cap. vlt. & s. de cle. coniu. c. penult. & s. de aposta. cap. 1. & 3. ne cle. vel mona. capite 3.* expurgabit ergo se quasi seruus, siue libertinus ad arbitrium iudicis: & aliter quam ingenuus.

† Obserua hic ordinem fraternæ correctionis, de quo plene B. Tho. 2. 2. q. 33. art. 3. 4. 5. & se.

b Hanc quæstionem latè disputat Andreas Tira. tract. de nobilitate c. 26. adde Roman. singulari 37. incip. verum nobilis per ingressum.

† Cap. 70. in conciliis impressis non c. 2. vt aiunt Burchardus lib. 8. decre. c. 50.

† Concilio Mieldensi. c. 68 non c. 5. prout referũt Burchardus, li. 9. decre. c. 32.

SI quis.] Suspectus, qui tertiò monitus se non corrigit, cum possit, ab officio suspenditur. Abb.

CASVS. Statuit concilium Agatheñ. vt si presbyter fuerit infamatus negligens famam suam, Episcopus populum iuramento, seu banno Christianitatis astringat, vt eius infamiam patefaciat: qua patefacta, si accusator defuerit, Episcopus illum seorsum admoneat & si non correxerit, adhibeat duos, vel tres: & si se non emendauerit, Episcopus eum publice admoneat: & si sic non curas erit se corrigere, ab officio suspendatur vsque ad debitam satisfactionem, ne populus in eo scandalum patiatur. Nota ordinem per istam decretalem, qualiter Prælatus procedere debeat contra subditum infamatum, antequam eum ab officio suspendat.

m ¶ *Negligens.*] Qui negligit famam, crudelis est. *12. q. 1. nolo. & 11. q. 3. non sunt.*

n ¶ *Iuramento.*] *35. q. 6. Episcopus in synodo. & s. de testib. cogen. præterea.*

o ¶ *Christianitatis.*] Id est, sub pœna fidei suæ.

p ¶ *Admoneatur*] *2. q. 1. si peccauerit.*

q ¶ *Emendauerit.*] Negligentiam scilicet, reddens se operibus bonorum actuum, vt suspicionem prauam depellat. Lau.

r ¶ *Suspendatur*] Hic est ordo, qualiter procedatur contra infamatum: non enim incipiendum est à suspensione, sed ordo capituli est inspiciendus. *ar. 2. q. 1. nemen. & 74. dist. honoratus. & 23. q. 4. forte.* hic ordo seruandus est, vt plene dicitur. *ex j. eo. inter.* Ber.

MOniales.] Potest sic summari secundum intellectum glo. Purgatio indicenda est regularibus secundùm tenorem regulæ. hoc dicit. Nam regulares iudicantur non solùm secundum regulam, sed etiam secundùm canones: *vt in c. fin. de sta. re.* Abbas.

CASVS. Si moniales accusentur libidinibus inseruire, vel etiã denuncientur, cessante accusatore secundùm regulam suam se expurget. Nota, quòd monialis suspecta de incestu, tenetur se purgare.

s ¶ *Valuerint.*] Per testes, vel per aspectum corporis. *27. q. 1. nec aliqua.*

t ¶ *Erga regulam.*] Id est, secundùm tenorem regulæ. Ber.

Si quis

S*I quis de gradu.*] CASVS. Si aliquis clericus cõuictus fuerit in iudicio, vel confessus se consensisse raptoribus alienarũ sponsarũ, vel mediatoré esse, à proprio gradu repellatur. Et si de hoc verisimiliter infamatus fuerit, canonice se expurget. Not. q̃ cõfessus in iure pro cõuicto habetur. Itẽ consentiés, & ages pari pœna puniũtur. Quod verum est de consensu cooperationis. Itẽ pœna raptoris alienæ spõsæ, est depositio. Item verisimilis suspicio inducit purgationem.

a ¶ *Consensorem.*] Qui eñ cõsentit, quãdoque vt faciens punitur. j. *de sent. exc. quante.* & 17. q. 4. *omnes ecclesiæ.* & 86. *di. facientis*, & q̃ crimina, q̃ corrigere põt, nõ corrigit, ipse cõmittit. 23. q. 8. *præterea.*

b ¶ *Prodiderit.*] In iudicio timore probationis: aliàs si occultè confiteretur sacerdoti, non repelleretur, dummodò esset occultum. s. *de simo. ex tuæ.*

¶ *Glossa sequens tractat de triplici suspicione.*

c ¶ *Verisimilibus.*] Suspicio temeraria semper repellitur. 2. q. 1. *c.* & 6. q. 1. *omes.* Verisimilis[a] inducit purgationem, vt hic. Violenta sufficit ad sententiam. 32. q. 1. *dixit dominus.*

ADDIT. Vnde versus:

Tu suspenderis, si causa probabilis extet.

Si violenta, teneris: sed non temeraria tanges.

CAP. IV.

SI quis de gradu Ecclesiastico raptoribus alienarum sponsarum se consensorem [a], vel interuentorem manifestè prodiderit [b], à proprio gradu repellatur: Et si verisimilibus [c] exinde suspicionibus fuerit propulsatus, canonicè se expurget.

¶ Innocentius Papa † Aquilegieñ. Patriarchæ, & Mantuañ. Episcopo.

¶ *Infamatus, contra quem crimen probari non potest, debet se purgare iuramento de veritate, compurgatores verò de credulitate.*

CAP. V.

QVotiens † Tridentinus Episcopus de simonia impetitus sit, vos latere non credimus: sed accusatores [d] scriptum afferentes, testes secundùm formam canonicam producere nequiuerunt: scilicet, quòd Ecclesiam sancti Petri Presbytero P. dederit pro quatuor modiis frumenti: *& infrà.* ¶ Communi fratrum nostrorum consilio iudicamus, vt tertia manu sui ordinis [e], & quarta Abbatum, & Religiosorum [f] Sacerdotum, de supradicta simonia debeat se purgare. ¶ Porrò purgationis tenor erit huiusmodi: Episcopus iurabit primum super sancta Dei Euangelia, quòd pro Ecclesia sancti Petri Presbytero P. danda, nec ipse per se, nec per submissam [g] personam, nec aliquis pro eo, se sciente pretium recepit: deinde compurgatores super sancta Dei Euangelia iurabunt, quòd ipsi credunt [h] eum verum iurasse.

QVotiens.] Diuiditur. Nam primò narrat factum: secundò purgationem indic. ibi, *Communi.* Tertiò ponit purgationis formam ibi, *Porrò.* Abbas.

CASVS. Episcopus Tridentinus accusatus fuit, q̃ per simoniã Ecclesia beati Petri dederat P. Presbytero: sed accusatores hoc secundùm formam canonicã probare nõ potuerũt: quæsiuit Patriarcha Aquilegieñ. quid esset agendũ? Rñdet Papa, vt tertia manu sui ordinis, & quarta Abbatũ & religiosorũ sacerdotum, de illa simonia se expurget: & si de hoc est infamatus, tenor purgationis talis debet esse: Iurabit Ep̃s super sancta Dei Euãgelia, q̃ pro ecclesia sancti Petri dãda presbytero P. nec per se, nec per aliã submissam personã, nec aliquis pro eo se sciente pretiũ recepit. Cõpurgatores iurabũt q̃ credũt eũ verũ iurasse. Nota, q̃ cessante accusatore, si accusatus remanet infamatus, debet se purgare. Item per homines sui ordinis debet quis se purgare. Itẽ arbitrarius est numerus compurgatorũ. Item cõpurgatores illius opinionis esse debent, quòd nõ sit verisimile eos velle peierare. Item nota hic formam purgationis faciendã: Purgãdus iurabit se non fecisse, quod obiicitur ei, nec per se, nec per aliũ: Cõpurgatores verò iurabũt se credere illũ dicere verũ. Item nota, quòd non licet mihi per alium, quod per me nõ licet.

¶ *Glo. seq. rec. signãdo contra. de l. si plures: & dupliciter soluitur.*

d ¶ *Accusatores.*] Et sic videtur, q̃ plures possunt simul accusare de eodem crimine: s. *de collu. c. 1.* & 2. q. 1. *in primis.* sed hoc ita contigit de facto: sed iudex dẽt eligere magis idoneum. *ff. de accus. si plures.* Vel intellige, accusatores, id est, delatores, vel denũciatores s. *de accus. cùm oporteat.* & hoc satis videtur, quia si fuissent accusatores, si nõ probauerint, puniri debẽt pœna talionis [c], ad quã se inscribere debuerunt. s. *de simo. licet Hely.* aliter non admittitur accusator, vt ibi. tñ denũcians, si nõ probat, puniri debet extraordinaria pœna ad arbitriũ iudicis. s. *de calum. c. 2.* Ber.

e ¶ *Sui ordinis.*] s. episcoporum. & ita est arg. quòd episcopalis dignitas sit ordo. 21. *dist. cleros* 89. *dist. ad hoc.*

f ¶ *Religiosorum.*] Nota quòd compurgatores debent esse bonæ opinionis, ita quòd non sit verisimile eos velle peierare, & ab ecclesia tolerentur. j. *eo. cùm P.* & *c. constitutus*: & qui eius conuersationem agnoscant. j. *eod. c. inter.*

g ¶ *Submissam.*] Non enim licet mihi per alium, quod per me non licet. 1. q. 7. *sancimus. ff. de admi. rer. ad ci. perti. l. 2. in pr.* & *ff. ad senatusc. Maced. filium habeo.* & qui per alium facit, per seipsum facere videtur. *de sent. excom. mulieres.* & *ff. de admi. tu. ita tamen.* §. *gessisse.*

h ¶ *Credũt eũ verum.*] Sic j. *eo. c. vlt. in fi.* & s. *de testib. quotiens.* aliàs enim subirent anceps periurium si præcise iurarent de alieno facto. *ff. de in lit. iur. videamus. ff. rer. amot. l. Marcellus.* §. *qui rerum.* Qualiter iurare debeant, qui purgatur, dĩ j. *e. c. vlt. in fin.*

¶ Alexander tertius.

¶ *Episcopus parochianum suum infamatum compellit ad se purgandum: nisi ab eo legitimè appellauit.*

CAP. VI.

NOs † inter alios: *& infrà.* ¶ Quia nos tua fraternitas consulere voluit, vtrùm Episcopus parochianum suum ad purgationem cogere possit: Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si de aliquo crimine publica laborat infamia, accusatore, & testibus deficientibus [i], ad purgationem est per ipsum Episcopum cõpellendus: nisi fortè super ipso ad superiorem iudicem duxerit appellandum. Sanè si appellauerit [k], eius parebit iudicio, ad cuius examen causam voluerit per appellationem transferre.

NOs.] Cõmunis diuisio. Secũda pars ibi. *Consultationi.* Abb.

CASVS. Aliquis parochianus Episcopus infamatus est de aliquo crimine Ecclesiastico: quæritur vtrùm episcopus deficientibus accusatoribus, & testibus, possit illum compellere ad purgationem præstandam? Rñdet Papa, quod si de aliquo crimine publica laborant infamia, deficientibus prædictis personis episcopus potest ipsum cõpellere ad purgationẽ, nisi ad superiorem duxerit appellandum: & si appellauerit, eius parebit iudicio, ad quem appellauit. Nota, quòd Episcopus parochianũ suum infamatũ potest compellere ad purgationem. Item à tali cõpulsione appellatur iusta de causa.

¶ *Glos. seq. addis casum, quæris, soluit, solutiani allegat contrarium.*

i ¶ *Deficientibus.*] Vel etiam nullis apparentibus: ex quo enim infamatus est apud bonos, & graues, si nullus appareat accusator, compellendus est ad purgationem, 2. q. 5. *si m la.* & j. *e. inter.* Sed nunquid episcopus potest de quolibet [d] crimine cõtra parochianũ suũ taliter procedere? Nõ credo, & hoc intelligo in criminibus, quæ specialiter pertinẽt ad ecclesiã, putà de hæresi. sic s. *de hære. excõmunicamus.* §. *adiicimus*: vel de adulterio, si cõsanguineus teneat consanguineã, & vxorem alterius: vel nisi habeat iurisdictionẽ temporalẽ: aliàs nõ vr̃, q̃ de quolibet crimine hoc possit. *ar. cõtra* s. *de iudi. nouit.*

k ¶ *Appellauerit.*] Dum tamen iustã habeat causam appellãdi, putà, quia excedit modum Episcopus in purgatione: vel aliàs eũ grauat. s. *de of. ord. irrefragabili* & *c. licet.* aliàs non admittitur appellatio, & præcipue in huiusmodi crimine, vel infamia. s. *de app. cùm sit Romana. in fi.* & *c. vt debitum.*

¶ Idem Gaietaneñ. † electo.

¶ *Compurgatores debent esse honesti, & notũ habere eum, quem purgant; nec debent à Iudice, vel ab alio impediri: & deficiens in purgatione punitur vt conuictus.*

CAP. VII.

CVm † P. Manconella presbyter: *& infrà.* ¶ Purgationem, ...

C*Vm P.*] Secunda pars ibi, *Vt autem.* Tertia ibi, *Deficientem.* Quarta ibi, *Præcauens.* Et est pars *cap. cum P.* s. *de accusa.* Abbas.

CASVS. Presbyter P. Manconella infamatus erat de simoniæ pro qua fuit sibi indicta purgatio: quærebatur, quales testes debeat habere ad ipsum compurgandum? Respondet Papa, quòd compurgatores illi debent esse talis honestatis, & opinionis, quòd non sit verisimile eos odio, vel amore, aut obtentu pecuniæ velle deierare; & necesse est, vt vitam, & conuersationem eius agnoscant, quem purgare debent. In fine dicit, quòd qui deficit in purgatione, ab officio, & beneficio est priuandus. Dicit etiam quod qui recipit purgationem, nullam maleuolentiam vel indignationem compurgatoribus ostendere debet, nec impediat eos, nec ab aliis impediri permittat. Nota quòd compurgatores debent esse bonæ famæ, & opinionis, & vitam, & conuersationem compurgandi agnoscere debẽt. Item qui deficit in purgatione, punitur tanquã præsumptiue conuictus. Item pœna deficiẽtis in purgatione, est depositio ab officio. & beneficio. Itẽ iudex

† *Aliàs: Innocẽtius Papa iij.*

† *Cap. 4. e. ti. in 1. compilatione refert Gratianus, siue Palea. 2. q. 4. c. quotiens.*

a *De multiplici suspicione vide locũ nem Alliëh in pra. crim. tract. de præsumptionibus.*

b *Sed nunquid econtra vnus plures accusare possit, not. 81. dist. Maximianus.* & *plenius 2. q. 1. prohibentur.* & *in Spe. de accus. in pri. Io. And.*

c *An hodie locũ habeat pœna talionis, quæstio est, de qua plene Petrus Duẽnas regula 17 inci. accusans aliquem.* & *Couarru. lib. 2. variar. resol. c. 9.*

† *Cap. 4. eo. ti. de offi.* & *potest. prælati,* & *iudic. or. in. in 1. compilatione* & *c. 7. eo. ti. de purg. can. in 1. compil.*

† *Aliàs: Caien. sed forsã verius, si legatur Caiaten. vt post concilium Late. sub Alex. in par. 50. c. 4. est autem hodie parua vrbs, huius nominis in Campania.*

† *Cap. 12. tit. de accusa. in 1. compil. pars huius suprà de acc. cum P. & ad finem illius continuatur hæc pars.*

d *De quæstione mota à glossa, græ amplè agit hic latissimè Hẽricus Boich.*

iudex nullam maleuolentiam, vel indignationem ostendere debet. Item compurgatores non sunt impediendi.

a ¶ *Opinionis.*] Sic ʒ. *eod. quotiens.* & ʒ. *eo. constitutus.* & qui vitam eius præteritam, & modernam agnoscant. ʒ. *eo. inter.*

b ¶ *Priuare.*] Qui deficit in probatione, pro cōuicto habetur, & punitur: ᵃ tanquam probatum sit crimen. *sic* ʒ. *de simo. de hoc.* & *c. insinuatum.* & ʒ. *eo. inter.*

a *Confiteratio modo agendi, de accus. accedens, secundum Goff. Ioan. And.*

c ¶ *Maleuolentiam.*] *Ar.* 95. *dist. esto subiectus.* 86. *dist. qn.* & *ff. de offic. præsi. obseruandum.*

EX tuarū.] Cōis diuisio. Secunda pars ibi, *Quia verò.* Abbas.

CASVS. Quidā presbyter H. nomine infamabatur de homicidio, pp̄ter quod Episcopus suus ab officio sacerdotali eum suspendit: ipse quasdam litteras exhibuit antecessori ipsius Episcopi, in qbus continebat, q̄ iudicio aquæ frigidæ suā innocentiā purgauisset, & Episcopus ipsum absoluisset: quæsitū fuit à Papa, vtrū talis purgatio sufficiat: q̄a verò peregrina iudicia sunt inhibita, dicit Papa, quod prædicta purgatio insufficiens fuit: vnde mandat Papa Episcopo, quatenus si accusatores idonei non apparuerint, cū septima manu, aut quinta sui ordinis debeat se purgare, qua præstita suspensionē sine difficultate relaxet: & cum boni testimonij annūciās, ab infamia homicidij absoluat. Not. quod sententia, quæ nulla est, non absoluit aliquem, nec condemnat, & iterum sententiandum est. Item huiusmodi purgatio, s. aquæ frigidæ, vel ferventis, inhibita est, & ideo pro non præstita debet haberi.

† *Cap. 5. eod. vi. in t. comp.* & *post concilium Lateran. sub Alex.* iij. *par.* 50. *c.* 50. *Vide Bernard. Diaz in pra. crimi. ca. c.* 140.

† *Vide B. Tho.* 2. 2. *q.* 95. *arg.* 8. *ad* 3. *arg.* & *Innocent. p.* 10. *c.* 15.

d ¶ *Suspendisses.*] Propter enormitatem delicti suspenditur statim quis ab officio, & beneficio. ʒ. *eo. inter.* vbi de hoc dicitur.

tores illius honestatis, & opinionis ᵃ esse volumus, quòd verisimile sit eos nolle amore, vel odio, seu obtentu pecuniæ deierare. Vt autem idonei appareant, necesse est, vt eius, quem purgare debent, vitam, & conuersationem agnoscant.

¶ Deficientem verò in purgatione, omni officio, & beneficio Ecclesiastico, priuare ᵇ procures: Præcauens, quòd si qui purgando in sua voluerint purgatione assistere, nullam eis maleuolentiam ᶜ, vel indignationem ostendas: nec eos impedias, vel ab aliis, quantùm in te est, impediri permittas.

¶ Lucius tertius.

¶ *Absolutio facta secundùm purgationem vulgarem non tenet: & ea non obstante, potest indici de nouo purgatio, & admittitur accusatio.*

CAP. VIII.

EX † tuarum intelleximus continentia litterarum, quòd cùm H. Presbyterum (quia infamatur de homicidio) à Sacerdotali officio suspendisses ᵈ, prædecessoris tui litteras tulit in medium, quibus apparuit eum iudicio aquæ frigidæ suam innocentiam purgauisse ᵉ, & Episcopum suis eum litteris absoluisse. ¶ Quia verò peregrina ᶠ iudicia sunt inhibita †, purgationem, quam præstitit, sufficere non putantes ᵍ: Mandamus, quatenus si accusatores idonei non apparuerint, vt cùm septima, aut quinta manu sui Ordinis (sicut expedire cognoueris) per purgationem canonicam innocentiam suam ostendat, sibi iniungas: quam cùm præstiterit, suspensionem sine difficultate relaxes, & eum testimonij boni virum † annuncians ʰ, ab infamia homicidij, nullius contradictione, vel appellatione obstante absoluas ⁱ.

¶ Idem Vintonień. Episcopo.

¶ *Sufficit, quòd compurgator sit toleratus ab Ecclesia bonæ famæ, nec de crimine suspectus condemnatus.*

CAP. IX.

COnstitutus † in præsentia nostra P. Diaconus: & *infrà.*

¶ Præterea illud nobis non modicam admirationem inducit, quòd purgationem oblatam recipere noluisti, nisi priùs commendâsses ᵏ nomina singulorum, qui dictum P. purgare volebant, & de nationibus, & cæteris circūstantiis priùs inquireres ˡ diligenter, tanquam esses ordinationes facturus, vtinam sic discuteres ordinandos ᵐ.

¶ Sanè in purgationibus faciendis cùm satis sit illis, qui pro purgando exhibent iuramentum, secundùm propriam conscientiam, & opinionem iurare, quòd purgandus à crimine sit immunis ⁿ: vel quòd bonum exhibuit iuramentum ᵒ: si purgatores † ab Ecclesia tolerentur ᵖ, & sint bonæ famæ in suis ordinibus ministrantes, nec in iudicio pro crimine condemnati ᑫ, proculdubiò sunt absque vllius indagine admittendi.

e ¶ *Purgauisse.*] Hęc purgatio est inhibita, siue ferri cādentis, vel duelli: q̄a tales Deū tētare videntur. ʒ. *tit. prox. per totum.* & 2. *qu.* 5. *Mennā.* & clerici tales purgationes benedicere non debent. ʒ. *ne cleri. vel mona. sententiam.* & ideo hic pro nō præstita habetur.

b *Vel panis, & casei. Io. An.*

f ¶ *Peregrina.*] Id est, extrānea & reprobata; aliter accipit iudiciū peregrinum pro iudicio non sui iudicis. 3. *q.* 6. *peregrina.* & *c. seq.*

¶ *Glo. seq. not. vnum, ad quod inducit simile, & arg. duo.*

g ¶ *Nō putātes.*] Idē esset, si corā iudice nō suo se purgâsset ʒ. *eo. c. pe. in fi.* Vnde nota reprobatā purgationē nō facere fidē. *ff. de pig. act. eleganter. §. qui reprobos* & *C. ne de sta. defun. si pater tuus.* & qui iurat aliter, q̄ debeat, ex integro est iurandū. *ff. de iureiur. non erit. §. dixi.* Et est hic ar. q̄ si aliquis vocet̄ ad extraordinariū iudicē, per hoc quod fit ibi, nō interrūpitur præscriptio vt in *l. prædicta. si pater.* Itē ar. q̄ sententia, quæ nulla est, nō liberat aliquē.

h ¶ *Annuncians.*] *Sim.* 2. *q.* 5. *habet hoc.* & *de consecra. dist.* 2. *ego Berengarius ad finem.*

¶ *Gl. seq. quærit, & duas opiniones ponit, contra vltimam all. contrarium, & sol.*

c *De hoc articulo vide glossam in c. Mennam & Archidiaconum in c. habes hoc proprium.* 2. *q.* 5.

i ¶ *Absoluas.*] Quātum in te est: q̄a infamiā facti omnino remouere, solius Dei est. *ar. ff. de obse. à lib.* & *si præst. l.* 2. Sed nunquid post cōpurgationem pōt accusari? Dicūt quidā, q̄ si accusatore præsēte se purgauit, nō accusabit eū postea sicut in absolutione, seu abolitione, nisi in casu. *ff. de præuari. l.* 3. & *ff. de accu. si cui.* secus si non accusatus purgetur, nisi publice dictum esset, q̄ quicūque vellet ipsū accusare, exiret infra certū terminū. 2. *q.* 1. *multi. Lau.* dixit, q̄ post talē purgationē de eodē crimine accusari nō pōt: quia iusiurandū maiorē auctoritatē hēt, q̄ res iudicata. *ff. de iureiu. l.* 2. Idē. n. per iusiurandū cōsequimur, q̄ per sententiā *ff. de iureiu. sed* & *si. §. si cum de hæreditate.* q̄m præter iusiurandū tenetur. *ff. eo. l.* 3. *§.* 1. & publica actio s. popularis, cōsumitur per iusiurandū, nisi p collusionē sit actū. *ff. e. cum qui. §. in popularibus.* solum. n. Deū habet vltorē. *C. d. iureiu. l.* 2. & pœnam à Deo expectat. *C. de arbi. auth. decernit. Ar. contra. ff. de iur. si duo patroni. in fi.* sed ibi con stabat de periurio.

† *Dictio, virum, deest in vetustioribus codicib.*

COnstitutus.] In prima ponitur facti narratio, & reprehensio. In secunda prouisio ibi. *Sanè.* Abbas.

CASVS. Quidam diaconus P. nomine infamatus erat de aliquo crimine, Episcopus indixit ei purgationem; obtulit purgatores, siue cōpurgatores Epō: ipse cœpit eos ita diligēter examinare, ac si esset ordinationem facturus, nolens eos recipere: vñ prædictus diaconus accessit ad Dominum Pa pā sibi exponēs prædicta: scribit Papa Episcopo dicē., q̄ multum mirat̄, quod purgationē oblatā recipere noluit, nisi prius cōmendasset, id est, pbasset nomina singulorū; vtinā sic discuteret ordinādos. Satis. n. sufficit in huiusmodi purgationibus, si purgatores sint bonæ famæ in suis ordinibus ministrantes, & ab Ecclesia tolerati; nec sint in iudicio de crimine cōdemnati, vñ sunt admittēdi. Not. q̄ sufficit, si cōpurgatores sint bonę famæ, & nō cōdemnati de crimine, nec sunt examinādi ita districtè, sicut alij testes.

† *C. 6. in t. comp.* & *post concil. Lateran. p.* 8. *c.* 21.

k ¶ *Cōmendasses.*] Id est, probasses, & examinasses personas, & famam ipsorum. *ar.* 1. *q.* 1. *multi.*

¶ *Glossa sequens alleg.* 6. *concor. vnum contrarium, & vnum simile.*

† *Quot conditiones requirantur in compurgatoribus, vide Repertorium inqui siturum, verbo: purgatio. §. nota, quid in compurgatoribus.*

l ¶ *Inquireres.*] Nimia examinatio, vel indagatio quandoque vitāda est. *ff. de nona. doli mali. in fi. ff. manda. si fideiussor. §. si cùm debitor. ff. qui. mod. pig. vel hypo. sol. sicut in re corporali. §. si debitori.* 34. *dist. fraternitatis.* & ʒ. *de dolo. c.* 1. & 45. *dis. sunt namque. Ar. contrà ad leg. aquil. ita vulneratus. in fi.* Item similis inquisitio reprobatur ʒ. *de iudi. cùm deputati.*

m ¶ *Ordinandos.*] Ergo ordinādi ita subtiliter sunt examinādi, & inquirendū est de natione, in qua nati sunt, s. an sint de illa diœcesi. ʒ. *de cler. peregri. c. vlt.* Et de natione, s. an legitimè nati. ʒ. *de fil. presbyte. c.* 1. An sint bonæ famæ; quia in nullo debet eorum opinio vacillare. 33. *dis. laici.* Et an sint criminosi. 24. *dist. c. vl.*

n ¶ *Immunis.*] Id est, quòd illa crimina, de quibus infamatus fuit, non commisit, sicut credunt. sic debet suppleri, aliàs hæc forma reprobari videtur. ʒ. *eod. c. vlt.*

o ¶ *Iuramentum.*] Sicut credunt: aliàs temerè iurarent.

p ¶ *Tolerentur.*] Et quòd sint bonæ famæ, vt hic dicit. ʒ. *c.* & *proxi.* & ʒ. *eo. cum P.* Sed crimen ei obiici non potest, postquam ab Ecclesia toleratur, vt à purgatione repellatur secus est in illis testibus, qui ad testimonium inducuntur. *sup. de testi. testimonium cum suis concordantiis.*

¶ *Glossa sequens quærit, & soluit.*

q ¶ *Condēnati.*] Ex quo. n. condemnati sunt de crimine, factū est crimē notoriū, nō tolerātur. ʒ. *de coha. cle.* & *mu. c. vlt.* vñ tanquā criminosi à iuramēto repellēdi sūt. vt ʒ. *de test. testimonium.* Quid si in modū exceptionis crimē fuerit probatū à cōpurgatoribus, nunquid

nunquid possunt repelli ex prætextu, si ex eo infamati erant, siue eorũ opinio grauata est? Repellantur, vt *in decret. prædicta testimonium, in fin.* quia debent esse bonæ opinionis, vt hîc dicitur.

INter.] Diuiditur in quatuor partes, vt patet in summario. Secunda pars ibi, *Attendentes.* Tertia ibi, *Purgatione.* Quarta ibi, *Quòd si.* Abbas.

CASVS. Decanus Senoñ. erat grauiter infamatus de hæresi, ex eo quod cũ hæreticis nimiam familiaritatem habebat in quadam villa: propter quod Archiepiscopus Senoñ. suspẽdit ipsum ab officio, & beneficio: & quãuis cõtra ipsum nullus apparuerit accusator, tamen ex officio suo fama publica deferente voluit de hoc inquirere veritatẽ: testes super hoc cõtra ipsum Decanum recepit: postmodũ, Decanum ipsum cum attestationibus misit ad dñm Papam. Ipse verò intellecto negotio, & visis attestationib⁹, scribit Archiep̃o dicens: Quamuis constitutio Ecclesiastica doceat tales ab officio tantùm vsque ad purgationem canonicã suspendẽdos, quia tñ ipsum à beneficio propter enormitatem criminis suspẽdit, nõ vult improbare: nec etiam illud improbat, quod testes ex officio suo cõtra ipsum Decanũ recepit, licet nullus comparuerit accusator: Papa verò considerans vulgatam infamiam, & graue scandalum, & vehementem suspicionẽ ex dictis testiũ contra ipsum obortam, cùm ꝓpter eorũ quodlibet ei esset purgatio indicenda, purgationem 14. manus sui ordinis indixit eidem, remittẽdo ipsum ad Archiep̃m, vt ibi purgetur, vbi noscitur infamatus: Mandans Archiepiscopo, quatenus adiunctis sibi duobus Episcopis purgationẽ ei indictã recipiat: & qui ad ipsum purgandum accesserint, sint Catholici, & vita probati, qui conuersationem eius, & vitã agnouerint præteritam, & præsentem: qua recepta beneficium sibi restituat, ab officio tñ maneat suspẽsus propter familiaritatem, quam habuit cum hæreticis, donec scandalũ sopiatur, hæreticorũ familiaritate publicè abiurata: & iniungat eidẽ, vt in prædicta villa: & aliis circumpositis, profiteatur, & prædicet fidẽ Catholicã, & detestetur hæreticã prauitatẽ, & taliter deinceps vitã suã bonis informet operibus, vt infamia cõuertatur in bonã famã, & omne scandalũ tollatur: ꝙ si fortè in purgatione defecerit, ab officio, & bñficio depositus, ad agendã pœnitentiam in arctum monasterium detrudatur. Nota, ꝙ cùm aliquis est infamatus, non debet statim suspendi ab officio, & beneficio: sed ab officio tantũ; nisi multũ sit infamatus. Item ex officio suo iudex ꝓcedere potest contra infamatũ ad inquirendũ, super quo est infamatus. Item numerus compurgatorũ est arbitrarius. Item vbi quis est infamatus, ibi debet purgare se. Item qui aliũ compurgat, debet esse bonæ famæ, & agnoscere debet vitam, & conuersationem compurgandi præteritã, & præsentẽ. Itẽ qui deficit in purgatione hæresis, depositus ab officio, & beneficio detrudi debet in monasteriũ ad pœnitentiã peragendã.

¶ Innocentius tertius Senoñ. Archiepiscopo.

¶ *Propter magnitudinem criminis infamatus suspendi potest, nedum ab officio, sed etiam à beneficio, donec se purgauerit. Hoc primo. Et augetur propter hoc numerus compurgatorum. Hoc secundo. Ex causa interdum post purgationem præstitam suspenditur quis ad tempus. Hoc tertiò. Et deficiens in purgatione punitur vt conuictus. Hoc quartò.*

CAP. X.

INter † sollicitudines nostras debet esse præcipua, vt capiamus vulpeculas: *& infrà.*

¶ Licèt ergo Ecclesiastica constitutio [a] tales † ab officio tantùm vsque ad purgationem canonicam doceat suspendendos: quia tamen eum etiam à beneficio propter immunitatem criminis suspendisti, nolumus improbare: Nec illud etiam improbamus, quòd licèt contra eum nullus accusator legitimus appareret, ex officio tuo tamen (fama publica deferente) voluisti pleniùs inquirere veritatem.

¶ Attendentes autem vulgatam infamiam, graue scandalum, & vehementem suspicionem ex testium dictis obortam [b], quæ contra Decanum facere videbatur, cùm propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicenda, & seruantes iustitiam, & mollientes [c] rigorem purgationem ei quartæ decimæ manus [d] sui ordinis duximus indicendam. Ipsum igitur ad te remittentes, vt ibi purgetur, vbi noscitur [e] infamatus: Mandamus, quatenus accitis † tecum Niuerneñ. & Parisieñ. Episcopis indictam ei purgationem accipias: ita tamen, vt qui ad eius purgationem processerint comprobandam, sint fide Catholici, & vita probati: qui conuersationem, & vitam ipsius, non tam moderno [f] tempore nouerint, quàm transacto. Purgatione verò recepta, beneficium ei restituere non postponas.

¶ In pœnã autẽ familiaritatis [g] illius, quã cũ hæreticis scienter habuisse dignoscitur, eũ ab officio volumus manere suspẽsũ, donec scandalum sopiatur: ita tamen, vt publicè familiaritatem hæreticorum abiuret [h]. Præcipias insuper ei districtè, vt in prædicta, & aliis villis circumpositis profiteatur, & prædicet fidem Catholicam, ac confundat, & detestetur hæreticam prauitatem: sic deinceps vitam suam bonis adornans operibus, vt infamia conuertatur in bonam † famam, & omne scandalum, & suspicio de Catholicorum mentibus deleatur. Quòd si forsan in purgatione defecerit, eum Ecclesiasticæ disciplinæ mucrone percellas: & ab officio, & beneficio depositum, ad agendam pœnitentiam in arctum monasterium [i] detrudere non omittas.

a ¶ *Ecclesiastica constitutio.*] Quæ dicit, ꝙ infamati deficiente accusatore admonitione præmissa, si se non corrigant, ab officio suspendãtur. *2. q. 5. presbyter. fini.* ſ. *eod. c. 2.* Vnde nota, quis sit modus procedendi in purgatione indicẽda: Si quis clericus apud iudicem sit infamatus, præfigat Episcopus terminũ accusare volentibus: & si aliquis cõparuerit, audiatur. *2. q. 5. omnibus, & 15. q. 5. c. 1.* & si conuincatur, canonicè puniatur, vt ibi, Si non appareat accusator, moneat ipsum, secundũ quod dicitur ſ. *eod. c. 2.* & si se non corrigit, tunc suspendatur: vt ibi dr̃, & *23. q. 4. fortis, & 74. dist. honoratus:* & sic intelligitur, quod dr̃ hîc, tales ab officio tantùm, &c. & sic intelligit Ioan. illud *cap. 2. q. 5. presbyter:* tamen si mala fama illius crebescit, potest Episcopus inquisitionem ex officio suo contra illũ facere. ſ. *de accus. qualiter, & quando:* vbi plenè dr̃ de inquisitione, & *86. dist. si quid verò:* & ita cum à contumacia incipit, taliter procedere debet prælatus, vt ſ. *eo. c. 2.* Quandoq; tñ propter enormitatem delicti, & scãdalum, & infamiã magnam inde ortã, statim potest episcopus ipsum suspendere ab officio, & beneficio: vt hîc factum fuit. *2. quæ. 5. super causa:* & sic potest etiam intelligi *ca. illud, presbyter si.* & hoc innuit bene littera illius, & Hug. sic intelligit illud: cùm verò incipit Episcopus à crimine procedere contra aliquem, seruabit illud, quod dicitur *suprà de iudic. cùm non ab homine.*

¶ *Glos. seq. argu. commissum in modum exceptionis, &c.*

b ¶ *Obortam.*] Arg. ꝙ ille, cui probatur crimẽ in modũ exceptionis, debeat se purgare, si inde remaneat infamatus: vnde non poterat promoueri ante purgationem. ſ. *de test. testimonium.* arg. licet enim exceptio nõ infamat. ſ. *de ordin. cogn. cùm dilectus, in fin.* tñ suggillat opinionem infamati. *ff. de doli except. apud Celsum. §. aduersus*: & opinio ordinãdi in nullo vacillare debet. *33. distinct. laici. argum. sup. de exceptio. denique.* Ioan.

c ¶ *Mollientes.*] Iudex enim debet habere misericordiam, & rigorem. *45 dist. disciplina. & cap. sunt namque, & cap. vera.*

¶ *Glos. seq ponit versus de numero compurgatorum.*

d ¶ *Quartæ decimæ manus.*] Hîc exceditur numerus cõpurgatorum ꝓpter immanitatẽ criminis. Arbitrarius enĩ est talis numerus. *2. qu. presbyter si.* & diminuitur qñque in episcopo. ꝭ. *eod. cùm in iuuentute, ad fi.* & habito respectu ad criminis enormitatẽ, indicãda est purgatio qñq; cũ pluribus, qñque cũ paucioribus, secũdũ quod visũ fuerit imponẽti. Ordinaria purgatio cõsueuit notari quibusdã versibus: *Põtifici pariũ manus expurget duodena.*

Quinta Sacerdotem, Leuitam tertia pœna
Maior maiori, minor est adhibenda minori.
Quem plebs accusat, purgabitur in manifesto:
Quem chorus, ante chorum sua sit purgatio præstò. Laur.

e ¶ *Noscitur.*] *2. q. 1. si peccauerit, & q. 5. Mennam. 25. dis. illud, &* ſ. *de elect. postquam. 15. qu 5. de crimine, & Cod. vbi de crim. agi opor. Authent. qua in prouincia.*

f ¶ *Moderno*] Quia debent esse vicini, & noti. ꝭ. *c. proxi.* ſ. *eod. ex tuarum, consilitutus, & cap. cum P.*

g ¶ *Familiaritatis.*] Ex qua orta fuit infamia contra eum *si. 34. dist. quorundam. &* ſ. *de accu. nulli, &* ꝭ. *eo. cùm in iuuentute.* Et est arg. ꝙ præsumitur contra aliquem, vel de aliquo, ex societate.

¶ *Glos. seq. ponit quatuor simi. ia.*

h ¶ *Abiuret.*] Qui enim est infamatus de hoc crimine, purgare se debet iuxta cõsiderationẽ epi. ſ. *de hær. excõicatus. §. qui autem.* meritò iste debet abiurare familiaritatẽ, ex qua fuit infamatus. In quibusdam enim casibus tenetur quis iurare se similia nõ facturũ, sicut quilibet absoluendus. *11. q. 3. cùm aliquis, &* ꝭ. *de sent. excom. ex tenore.* Item incendiarius *3. q. vlt. pessimam,* & hæreticus: prout hîc dicitur, & *1. q. 7. quotiens, & de consecr. dist 2. ego Berengarius.* & in quolibet nefando crimine. *12. q. 2. de viro.* Ioan.

¶ *Glos. seq. obijcit, & soluit.*

i ¶ *In arctum monasterium.*] Immò vr̃, ꝙ depositus tradi debet curiæ

† *Cap. 1. eod. tit. in 1. compilatione.*

† *Vix poteris hunc textum intelligere, nisi videas integrũ in li. 2. registri Innocentij tertij.*

a *Etiamsi vellet se purgare, vt not. 2. q. 4. habes hoc propriũ in 1. glo. tod. And.*

† *Aliàs, ascitis.*

† *accersitis, sed in registro, & antiquis, vt est impressum.*

† *Dictio, bonam, deest in registro, & in plerisque antiquis exẽplaribus.*

b *Cõtra parentes, vel patronos nõ competit exceptio doli, vel alia, quę apud bonos mores opinionem illorum lædit et. Ioan. Andr.*

c *Facit ad hoc text. in l. interpretatione, & in l. non dubium. ff. de pæn.*

d *Concord. tex. in l. idonei. ff. de testib. & l. etiam. C. eod.*

¶ Idem Abbati sancti Dionysij, & Presbytero sancti Martini.

¶ Breue est, nec potest aliter summari.

CAP. XI.

CVm † dilectus: *& infrà.* ¶ Illud autem vos attendere volumus, & mandamus, vt tales ad purgationem admittantur personæ, quæ vicinæ [a] sint, & honestæ [b].

¶ Idem.

¶ Si infamia ortum non habet probabilibus coniecturis, non est de necessitate indicenda purgatio: potest tamen indici ad instantiam purgandi.

CAP. XII.

CVm † in iuuentute sua: *& infrà.* ¶ Quia verò pater filium, quem diligit, corripit [c]: nos Quinqueecclesien. Episcopo per litteras nostras ad maiorem cautelam iniunximus: vt ab illius [d] familiaritate cessando taliter se haberet, quòd sinistra de ipso suspicio non possit haberi: sed inimicus homo rescriptum litterarum surripiens, apud Regem, & regni magnates ipsum nequiter publicauit, vt sic deberet ampliùs infamari. Vnde nos tantam æmulorum nequitiam attendentes, licèt pulsati fuerimus multotiens contra eũ, nunquam tamen aduersus ipsum potuimus commoueri: scientes, quod dictum vnius † facilè sequitur [e] multitudo: vbi [f] verò idem Episcopus ad Strigon. Metropolim extitit postulatus, quidam, qui super ipsa postulatione aduersabantur eidem, vt promotionem ipsius faciliùs impedirent, illius criminationis carbones reaccendere sunt moliti: vnde quidam procurator ipsius de consilio amicorum suorum, qui super hoc bonum zelum habebant, sed nõ secundùm scientiam, cœpit cum instantia postulare [g], quatenus eidem Episcopo purgationem canonicam faceremus indici, vt suam innocentiam demonstraret. Nos autem postulationem huiusmodi minùs prouidã reputantes, procuratorem ipsum ab ea sæpe † voluimus reuocare: *& infrà.*

† *Alias, semper, sed in antiquis, vt est impressũ.*

¶ Cæterùm quia procurator instabat, compulsi fuimus (non iuris necessitate, sed importunitate [h] petentis) vt per vos ei purgationem canonicam, cum duobus Abbatibus mandaremus indici: quamuis fuerimus protestati, quòd ex alia causa talis petitio minùs prouidè tunc fiebat: quia Strigon. Ecclesiæ Suffraganei, vix eo tempore purgarent eundem, qui in facto postulationis contradicebant eidem: & Suffraganei Colocen. Ecclesiæ ipsum minimè tunc purgarent [i], quia inter eum, & Colocen. Archiepiscopum de Strigon. Metropoli contentio vertebatur: vnde cùm non sint [k] alij Pontifices in Hungaria, meritò videbatur, quòd per Episcopos regni sui non posset in illo articulo se purgare.

¶ Idem Tyronen. † Archiepiscopo.

† *Tironen.* † *Trien.* † *Tyren.*

¶ Cõpurgator iurat de credulitate.

CAP. XIII.

DE † testibus: *& infrà.* ¶ Illi verò qui ad purga-

† *Cap. 4. eo. tit. in 3. compilatione.*

curiæ sæculari. s. *de hære. ad abolendam. §. 1. & c. excõmunicamus. §. damnati.* Quare ergo iste nõ traditur curiæ degradatus, cùm deficiens [a] in purgatione pro condemnato habeatur: Respondeo: præsumptio enim illa, licet sufficiens sit ad priuationem officij, & beneficij, & etiã depositionẽ, nõ debet propterea tradi curiæ sæculari: quia directè condemnatus non est, sed præsumptiue. Et contraria loquuntur, cum aliquis condemnatus est verè, non præsumptiue: huic enim nõ fuit probatum, q̃ sit hæreticus verus, sed q̃ habeat familiaritatem cum eis: vnde propter huiusmodi præsũptiones non debuit taliter damnari. *arg. s. de præsumpt. litteras.* Et damnati verè de hæresi, si redire volũt, in perpetuum carcerẽ detrudũtur. s. *de hære. cap. pen. §. penult.* quibus iste comparatur, quoad pœnam quodammodo.

a *De materia huius glossæ vide Bernardin. Diaz in pract. crim. canon. c. 141.*

† *Cap. 2. eo. tit. in 3. compilat.*

CVm dilectus.] CASVS. Patet. Nota, q̃ õs personæ cõpurgatorum debẽt esse vicinæ, & honestæ.

† *Cap. 3. eod. tit. in 3. cõp. pars alia huius decretalis est s. in c. cùm in iuuentute, de præsump. vt optimè hic admonet gl.*

a ¶ *Vicinæ.*] Ex hoc præsumitur, q̃ eius vitam, & cõuersationem agnoscãt. s. *de præsump. quosdam, & cap. quandò:* non enim idoneus est, qui factum ignorat. s. *de iura. calum. in pertractandis.*

b ¶ *Honestæ.*] Et sufficit, quòd ab Ecclesia tolerentur, nec sint de crimine condemnati. s. *eod. constitutus.*

CVm in iuuentute.] Non semper propter infamiam est indicenda purgatio: potest tñ quandoque indici, etsi vbi non est indicẽda, ad instantiã purgandi: hoc dicit. Vel aliter, & meliùs, & sic, vt in rubro. Et est casus notabilis secũdum istum intellectum. Diuiditur: prima pars narrat factum, & petitionẽ procuratoris. Secunda petitionẽ improbat. Tertia petitionẽ cum quadã protestatione admittit. Secũda ibi, *Vnde.* Tertia ibi, *Cæterũ Ab.*

† *Dictis, vnius, deest in vetustis exemplaribus Gregorianis, & in antiqua cõpilatione.*

CASVS. Episcopus Quinqueecclesien. dicebatur habere immoderatam familiaritatẽ cum quadã nepte sua: propter quod Rex Hũgariæ sæpe scripserat dño Papæ, vt illũ de Hungarica Ecclesia remoueret: vnde Papa scripsit cuidã Epo, vt super hoc cautè inquireret à coepiscopis Hungariæ, & ipsi postmodũ rescripserunt dño Papæ, q̃ bonũ virũ, & honestæ cõuersationis eum esse credebant, personã ipsius multipliciter commendantes: sed quia pater filiũ, quem diligit, corripit, ad maiorem cautelã Dominus Papa mandauit eidẽ Episcopo, vt ab illius familiaritate taliter cessaret, q̃ sinistra suspicio de ipso haberi nõ posset. Sed quidam malus homo rescriptũ illarũ litterarum surripuit, & apud Regẽ, & alios magnates ipsum nequiter publicauit, vt magis infamaretur. Sed Papa licet pulsatus fuerit multotiens cõtra ipsum, tñ aduersus eum noluit commoueri: sciens q̃ facilè dictũ vni⁹ sequitur multitudo: postea verò cum dictus Eps ad Strigonien. Metropolim extitit postulatus, quidã qui aduersabantur eidẽ, vt promotionẽ impedirẽt ipsius, cœperũt ipsum iterũ infamare: vnde ipse de quorundã amicorũ suorũ consilio, quẽdã procuratorem ad curiã destinauit, postulans à dño Papa, quatenus purgationem canonicã faceret ei indici, ad suam innocentiã ostendendam: Papa postulationẽ illã reputans minùs prouidam, ab ea ipsum sæpe reuocare voluit. Sed quia procurator instabat, Papa mandauit purgationem eidem indici, cum duobus Abbatibus, quamuis protestatus fuerit, q̃ ex alia causa talis petitio improuidè tũc fiebat, quia suffraganei Strigonien. Ecclesiæ vix eo tẽpore purgarent eundẽ, qui in facto postulationis cõtradicebant eidẽ, & Suffraganei Colocen. Ecclesiæ ipsum tunc nõ purgarẽt, cùm inter ipsum, & Colocen. Archiepiscopũ de Strigon. Metropoli quæstio verteret: vnde cùm non sint alij Pontifices in Hũgaria, meritò videbatur, q̃ p Episcopos regni sui super illo articulo se purgare nõ posset. Nota, q̃ pater diligit filiũ, quem corripit. Item nõ debet quis habere immoderatã familiaritatẽ cum aliqua etiã consanguinea, vñ suspicio possit haberi. Item facilè dictum, siue leue sequit̃ multitudo: q̃a pronior est natura humana ad malum, q̃ ad bonum. Item per importunitatem etiã non cõcedenda concedũt. Item qui alium compurgant, debent esse vicini illius, & eiusdem diœcesis, siue prouinciæ, vt eum cognoscant. Item ex causa admittuntur ad purgationẽ alicuius inferioris ordinis, cum alijs de iure eiusdem ordinis esse debeant.

c ¶ *Corripit.*] 5. *q. 5. non osculatur* 23. *q. 5. non putes.*

d ¶ *Ab illius.*] Scilicet neptis suæ, cum qua dicebatur dormiuisse. s. *de præsumpt. cùm in iuuentute.* quæ est pars istius: & hæc continuatur ad finem illius. Ber.

e ¶ *Facilè sequitur.*] Quia pronior est ad malum, quàm ad bonum omnis ætas ab adolescẽtia. 32 *qu. 1. omnis*: & humana natura facilè prolabitur ad delictum, *in Authent. de monac. §. sancimus circa finem, collat. 1.*

f ¶ *Vbi.*] Id est, postquam.

¶ *Glos. seq. obijcit, & tripliciter respondet.*

g ¶ *Postulare.*] Sed qualiter potuit hoc postulare, cum ei hoc non fuerit iniunctum: & procurator non possit deferre iuramẽtum, nisi specialiter sit ei hoc mandatum. *ff. de iureiur. iusiurandum. §. vlt.* Dominus nõ tenebatur ratum habere factum procuratoris, secundùm quòd Papa hic innuit, ex eo quod dicit, nõ iuris necessitate. Vel potest dici q̃ non excedit mandatũ, si facit, quod est vicinum mandato. s. *de elect. in causis. ff. iudic. solui. iam tamen. § in hac stipulatione. in fine.* Vel dicas, quòd procurator ad hoc mandatum habebat prout satis colligitur ex ipsa littera.

b *Concord. de elect. vbi periculum. § pen. lib. 6. & s. de sacra vnct. c. vno, ver. vnd. Ioann. And.*

h ¶ *Importunitate.*] Simile *de pœn. dist. 1. importuna. C. de pet. bonor. sublat. l. 1. lib. 10.*

i ¶ *Tunc purgarent.*] Præsumit̃ ergo, q̃ suffraganei partẽ sui Metropolitani foueãt, quoad ea, quæ spectãt ad honorẽ ipsius, vnde possint recusari in factis ipsius. s. *vt lite non contestata. accedens.*

¶ *Glos. seq. not. casum, quo sine socijs, &c.*

k ¶ *Non sint.*] Notabile est, q̃ aliquis per seipsum possit purgari sine aliquibus sui ordinis, si omnes alij sunt inimici eius, q̃ sunt sui ordinis. *argu. 2. q. 5. si legitimi.* & tunc cum alijs inferioris ordinis potest se purgare: & etiam cum laicis, si clerici deficerẽt ex eadem causa. *arg. 2. qu. 5. omnibus,* & etiam cum fœminis. *argu. 18 q. 2. in decima.* Ioan.

DE testibus.] CASVS. Quæritur hic, quid compurgatores debeant iurare? Et rñdet, q̃ hoc solũ credebant, scilicet: q̃ credant eum veritatem dicere, qui purgatur. Nota, quòd compurgatores iurare debent de credulitate, & ita iuramentum compur-

compurgatorum, & iuramentum calumniæ videntur similia. Item non debet quis compelli subire anceps iuramentum.

a ¶ *Credunt.*] Sic j. eod. c. *vlt. in fin.* s. *eod. quotiens, &* s. *de testi. quotiens.* alias anceps subirent periurium, ad quod nemo compellitur. *ff. de in lit. iur. videamus, & ff. rer. amo. Marcellus. § qui vernam:* quod esset, si de facto alterius præcise iurarēt, vt ibi. & sic iuratur de credulitate in iuramento calumniæ. *C. de iure. calum. l. 2. §. quod obseruari, in fin.* sic & alibi, vbi fertur testimoniū de auditu. *ff. de probat. si arbiter.*

dam alicuius infamiam inducuntur, id solùm tenentur iuramento firmare, quòd veritatem credunt [a] cum dicere, qui purgatur.

¶ Idem Florentin. Episcopo.

¶ Infamatus super defectu natalium non debet promoueri, nisi priùs se purget.

CAP. XIV.

Accedens † ad præsentiam nostram T. Diaconus humili nobis insinuatione monstrauit, quòd cùm à suis æmulis diceretur, quòd esset filius Sacerdotis, tu eum nec promouere voluisti [b], nec permisisti ab alio promoueri. ¶ Quocirca mandamus, quatenus si publicè fuerit nota respersus, & de ipsa tibi legitimè constare non poterit, purgatione [c] ab ipso recepta, ipsum non differas propter hoc ad Sacerdotis officium promouere: quia etsi non sit nota delicti [d], est tamen nota defectus impedientis ad sacros ordines promouendum.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. compilatione.

¶ Idem Abbati Eu[...] & Scholastico Mutin.

¶ Super notorio crimine non est indicenda purgatio: & pendēte causa super criminibus, coram Papa delegato, purgatio ab ordinario super eis recepta non tenet.

Accedens.] Primò ponitur conquestio. Secundò prouisio ibi, *Quocirca.* Abb. Sicu.

Casvs. Quidā Diaconus T. nomine, dum vellet in Presbyterum promoueri, quidam æmuli sui dixerunt illum esse filium Sacerdotis propter quod diœcesanus ipsum noluit promouere, nec permisit illum ab alio promoueri: vnde ille Diaconus ad dominū Papam accedens prædicta eidem exposuit: mandat Papa Episcopo, quatenus si de hoc est publicè infamatus, & de ipsa infamia constare non poterit, purgationem ab ipso recipiat, & ipsum promoueat ad officium Sacerdotis: quia etsi nō sit nota delicti, tamē est nota defectus impedientis ad sacros ordines promouendū. Nota, q infamatus, qui non sit legitimus, non debet ad sacros ordines promoueri, nisi prius se purgauerit. Item nō legitime nati de iure communi non debent ad sacros ordines promoueri: quia etsi irregularitas illa non sit nota delicti, est tamen nota defectus.

b ¶ *Voluisti.*] Sic s. *de testi. super eod. &* s. *de spon. præterea. ff. de rit. nupt. adoptiuus §. seruiles, in fin.*

¶ *Glos. seq. obijcit, & soluit.*

c ¶ *Purgatione.*] Et quomodo purgabit se, quòd non sit filius Sacerdotis: quia negatiua probari non potest directè: & præterea tale est factum, quod probari non potest. *ff. de condi. & demonst. l. Lucius.* Respondeo, hoc indirectè probabit, scilicet quod fuerit filius talis laici, & vxoris eiusdem, quam pro legitima tenebat, & hoc notum, & publicū erat, & sic probabit se non fuisse filium Sacerdotis. Item eo ipso q probat se filium vxoris tuæ, quam tu tenes pro vxore, probabit se filium tuum esse. *arg. ff. de in ius vo. quia mater.* Et sic purgatur aliquis non solùm à crimine, sed etiam ab irregularitate, vt patet hic, & laici etiam se purgant. s. *eod. nos inter. & etiam fœminæ.* s. *eo. moniales:* bene potest etiam iurari super conditione personæ. *ff. de iureiur. l. 3 §. 1.*

a *Quo pacto negatiua probetur, vide Felin. in c. 3. hoc,* s. *de probat. adde Frãcisc. Hercul. tract. de prob. negat.*

d ¶ *Delicti.*] Quia non est culpa eius, qui gignitur, sed qui generat 56. *dist. nasci de adulterio.*

Cvm dilectis filiis.] In prima parte ponitur auditoris datio. In secunda actoris petitio. In tertia rei responsio. In quarta diffinitio. Secunda ibi, *Cùmque ibidem.* Tertia ibi, *Dictus verò.* Quarta ibi, *His igitur.* Abbas Siculus.

Casvs. Inter H. Presbyterum ex vna parte, & O. clericum ex altera, super quibusdam Ecclesiis quæstio vertebatur: pro qua dictus H. Presbyter, & G. Procurator O. Clerici ad sedem Apostolicam accesserunt. Procurator ipsius O. proposuit, quòd cùm dictus Presbyter esset publicè infamatus super crimine incestus, Episcopus Constantien. ordinarius eius ei purgationem indixit, qui cùm se purgare non posset, Ecclesiis suis fuit per sententiam destitutus: sed ipse nihilominus eas per violentiam detinebat: postmodum cùm idem Presbyter vxorem cuiusdam consanguinei sui publicè detineret, quidam clerici contra ipsum super hoc ad quosdam iudices literas impetrarunt, continentes, vt si dictus Presbyter super crimine adulterij, & incestus se purgare nō posset, ipsum pœna debita castigarēt: & cùm eis constitisset, q idem presbyter, pro eo quòd in purgatione defecerat, ab Episcopo fuerat condemnatus, ipsum tanquam contumacem prædictis Ecclesiis priuauerunt: maximè cùm de crimine adulterij, & incestus tanquam de notorio constitisset eidem: mandantes Abbati sancti Galli (ad quem beneficiorū collatio pertinebat) vt beneficia illa cōferret, qui cōtulit illa O. clerico supradicto: vnde petebat super illis dicto presbytero imponi silentiū, & ipsi O. tradi possessionem illorū beneficiorum. Ex aduerso dictus presbyter respōdit, q processus iudicū prædictorum debebat meritò retractari, cùm lite non cōtestata processerint cōtra ipsum, adijciens etiam, quòd purgationem indictam sibi ab electo Constantien. curauerit exhibere: sed et respondebatur, quòd talis purgatio non valebat, cum iudicio pendēte coram delegatis ordinariis non debebat indicere purgationem infamato: & ita tāquam coram non suo iudice facta dicitur: his, & aliis diligenter auditis, & intellectis, licèt litteræ delegatorum iudicum domino Papæ ostensæ nō fuerint, vel transcriptū ipsarum, tamen ex tenore relationis ipsorū iudicum, quam Procurator prædictus exhibuit domino Papæ, cōstitit euidenter, quòd iudices illi processerūt iuris ordine prætermisso: vnde Papa processum illorum, & concessionem Ecclesiarum à prædicto Abbate factā retractauit præcipue, quia relatio iudicū continebat repugnantia, & aduersa: dicebatur enim, q crimen eiusdē presbyteri adeo notoriū erat, q nullus locus inficiationi erat: & tñ præmittitur ibidem, q eidem presbytero terminum peremptoriū assignarunt, in quo se purgaret, si posset. Si enim crimen erat notorium, non erat illi purgatio indicenda, sed in eū sententia proferēda. Si verò nullus apparuerit accusator, & super prædictis criminib. apud bonos, & graues fuerit infamatus, purgatio canonica indicatur eidem, nō obstante, q coram prædicto electo dr̃ se purgasse: quia pendente iudicio corā delegatis non debuit ordinari[a] purgationē indicere infamato. Nota, q lite nō contestata non tenet processus. Item si non valet destitutio, nec institutio facta in locū destitutorū. Item si nō valet principale, nec accessoriū. Item scripturæ cōtraria cōtinenti non adhibetur fides, & ita cōtraria allegās nō est audiendus. Item cùm crimen notorium est, nō est indicēda purgatio: sed condemnationis ferenda sententia: & ita in notoriis necessaria est sententia. Item si aliquis est infamatus apud bonos, & graues, deficiente accusatore debet se purgare. Item purgatio coram nō suo iudice præstita non tenet: imò iterum debet se purgare. Et ita causa commissa alicui delegato exempta est ab ordinario, ita q de illa vlterius ea pendente coram delegato intromittere se non potest.

CAP. XV.

Cvm † dilectis filiis H. Presbytero, & G. Procuratori O. Clerici, T. Capellanum nostrum concesserimus auditorem, idē Procurator proposuit, quòd cùm dictus Presbyter super incestus crimine fuisset publicè infamatus, Constantien. Episcopus ordinarius Iudex ei purgationem indixit: qui cùm se purgare nequiuisset, ab ipso fuit suis Ecclesiis sententialiter destitutus [e], quas ipse nihilominus detinuit per violentiam occupatas. Cúmque idem Presbyter cuiusdam cōsanguinei sui vxorem publicè detineret, ad petitionē Plebani de Heniso †, & quorundam aliorum Clericorum Constantien. diœcesis, Iudicibus dicimur litteras destinâsse, vt si dictus Presbyter super crimine adulterij, & incestus coram ipsis se purgare non posset, ipsum pœna [f] debita castigarent: qui cùm constitisset eisdem, quòd idem Presbyter, pro eo quòd in purgatione defecerat, ab Episcopo memorato fuerat condemnatus, ipsum vtpote contumacem [g] prædictis Ecclesiis per sententiā

† Cap. 6. eo. tit. in 3. compilatione.

† Aliàs, de Henneo.

† Aliàs, de Ponte, sed in vetustioribus, vt est impressum.

¶ *Glos. seq. recit. per quæstionem, an bene fecerit Episcopus, &c.*

e ¶ *Destitutus.*] Qui deficit in purgatione, deponitur, vt s. *eo. cùm inter. & c. cùm P. &* s. *de simon. de hoc infamatum, & 30 dist. c. vlt.* sed in casu isto nō debuit priuari, sed suspendi ab officio: nisi tu velles æquparare crimē incestus criminis simoniæ, & hæresi. s. *eo. inter, in princ.* Tamē Papa nō improbat factum Epi Cōstantien. quia de hoc non agebatur: sed credo, q bene fecit Eps: quia præsumptiuè conuictus est, & talis præsumptio trāsit in violentam.

f ¶ *Pœna.*] Vt priuaret officiis suis, vt dictū est in prima notula.

g ¶ *Contumacem.*] Et malè, vt patet per consequentiā: quia nō seruauerant ordinem iuris: debebant enim inquirere ad petitionem eorum, qui impetrauerāt inquisitionem vocato presbytero, vt haberet facultatem se defendendi. s. *de accusat. qualiter, & quando.*

priuauerunt: maximè cùm de incestu, & adulterij crimine tanquam de notorio liqueret eisdẽ: Abbati sancti Galli (ad quem illarum Ecclesiarum donatio pertinebat) potestatem liberam cõcedentes, Ecclesias illas personis aliis conferendi: qui eas postea supradicto O. Clerico assignauit: *& infrà*.

¶ Dictus verò Presbyter inter cætera respondit, quòd processus Iudicum prædictorum debebat meritò retractari, cùm lite non contestata procedere præsumpserint † contra eum: adiiciens, quòd purgationem indictam ab electo Constantien. curauerit exhibere: *& infrà*.

¶ His igitur, & aliis plenius intellectis, licèt litteræ illæ, quę ad prædictos Iudices impetratæ dicuntur, vel ipsarum transcriptum ostensum non fuerit coram nobis: quia tamen ex tenore relationis ipsorum †, quam dictus Procurator exhibuit, ac si litteræ ipsæ ostensæ fuissent, nobis constitit euidenter Iudices ipsos prętermisso iuris [a] ordine processisse: tam processum eorum, quàm concessionem Ecclesiarũ à prædicto Abbate de mandato ipsorum factam, auctoritate Apostolica retractamus: præsertim cùm relationis ipsius series repugnãtia [b] contineat, & aduersa. Dicitur enim, quòd crimen eiusdem Presbyteri vsque adeò publicum † fuerit, & notorium, quòd nullus infitiationi locus penitus existebat: vtpote cuius vniuersæ viciniæ populus testis erat: & tamen ibidem præmittitur, quòd eidem Presbytero terminum peremptorium præfixerunt, in quo (si posset) super infamia prædictorum criminum canonicè se purgaret: cùm nimirum, si crimẽ notorium [c] existebat, non erat illi indicenda [d] purgatio, sed in eũ condemnationis sententia promulganda: *& infrà*.

¶ Si verò nullus apparuerit legitimus accusator, & ipsum inueneritis apud bonos, & graues [e] super prædictis criminibus, vel ipsorum altero infamatum, purgationem ei canonicam indicatis, non obstante, quod corã prædicto electo dicitur se purgâsse: cùm iudicio pẽdente coram Iudicibus delegatis, non debuerit ordinarius [f] purgationem indicere infamato.

¶ Idem.

¶ Non sufficit Prælato de criminibus infamato iurare, cùm se purgat, quòd sit immunis ab illis criminibus: sed iurare debet, quòd post suã promotionem illa crimina non commisit.

CAP. XVI.

Accepimus † litteras, quibus nobis intimare curâstis [g], quòd Apostolico mandato super indicenda purgatione Archiepiscopo Bituntin. recepto, ipsum citâstis, vt decuit: qui ad diem prefixum comparuit coram vobis †, iuramentum purgationis offerens sub hac forma: videlicet, quòd immunis erat ab illis criminibus, super quibus se purgare debebat: *& infrà*. ¶ Ipse verò ad præsentiam nostram accedens, humiliter supplicauit, vt saltem super purgatione incontinentiæ dignaremur temperare rigorem: quia non deberet asserere, quòd à natiuitate [h] sua nunquam

& quando. §. debet. nõ obstante facto Constantien. Episcopi: cùm de illo nihil ei commissum fuisset. Et ordo iuris in inquisitione seruari debet præcipuè circa clericos sæculares. Bern.

a ¶ *Iuris ordine.*] Si iuris ordo, qui est de substantia iudiciorũ, non seruetur, nihil agitur. *2. q. 6. c. ei qui §. diffinitiua* [a]: alius ordo, qui non est de substantia iudiciorũ, licèt non seruetur, sententia tenet, nisi per appellationem reueletur. *C. de appell. l. 1.* [b] *Ioann.* Et hic habes, quòd cassato principali cassatur accessorium, vt *s. de non. oper. nun. cùm ex iniuncto, & s. de accusat. ad petitionem.*

b ¶ *Repugnantia.*] Vnde non sunt audiendi. *s. de appel. sollicitudinem, & 23. quæst. 7. quod autem.* Et imputandum est illis, qui aliter retulerunt, cùm possent relationem suam diligẽtiùs aduertisse. *s. de fid. instrum. imputari, & Cod. eadem. scripturæ.* & ideo processus illorum, & quicquid occasione illius processus factũ est, irritatur, scilicet concessio Ecclesiarũ. *simil. s. de fide instrum. inter.*

c ¶ *Notorium.*] Qualiter quid dicatur notorium, habes *suprà de cohabitatione clericorum, & mulierum. cap.* [illegible]

d ¶ *Non erat illi indicenda.*] Quia nec probatione opus erat. *2. q. 1. de manifesta. s. de accusat. euidentia:* citatio tamen facienda est. *2. q. 4. de illicita & 2. q. 1. Deus omnipotens,* & sententia proferenda: vt hic dicitur, & *s. de appell. cùm sit Romana. c. de manifesta.* nec requiritur purgatio, vt hic: quia illa nõ habet locum, nisi cum factum dubium est deficientibus accusatoribus, & testibus, vt suprà patet in multis cap. nec probatio, *vt 2. qu. 1. Deus omnipotens, & cap. sceleris, de manifesta.* Et sic patet, quòd in notoriis quantùm ad sententiã, tantùm aliquę sunt partes iudicis. Quandoque tamen recipiuntur probationes ex abundanti. *s. de elect. bonæ. 1. 24. q. 1. prudenda, in fine, & ff. de manumiss. causam, in princip.* nihil enim indubitatum est, quod nõ recipiat quandam sollicitam dubitationem. *s. in Authent. de tabel. in medio, collat. 4.*

¶ *Glos. seq. n tat. signat contrarium, ponit opin. & solutionem.*

e ¶ *Apud bonos, & graues.*] Nota, quòd dicit, apud bonos, & graues fuerit infamatus: per hoc videtur, quòd non refert, vndecumque orta fuerit infamia, ex quo apud tales iam laborat, sufficit ad purgationem indicendã. *24. quæ 3. ecce, & s. eod. accedens. Argum. contra, s. de accusatio. qualiter, & quando. 11. q. 3. in nullus. 2. qu. 5. omnibus.* Per hæc iura secundò inducta dicunt quidam, quòd infamia orta sit a vilibus, & æmulis, non compellitur ad purgationem. Alij dicunt (quod videtur verius) quòd ex quo aliquis infamatus est apud bonos, & graues, compelli debet ad purgationem, ne apud illos credibilis remaneat per iura primò inducta, & *2. q. 5. omnibus, & c. qualiter, & quando, non contradicit.*

f ¶ *Non debuerit ordinarius.*] Cum causa illa delegatis iudicibus commissa fuisset: & sic Episcopus nullam habebat iurisdictionem quantum ad causam ea pendente: verùm purgatio tanquam à non suo iudice indicta non valet. *s. de consuetud. ad audientiam, cum sim. concor. & suprà de offic. leg. licet:* & ita purgatio minus iusta non facit fidem [a]. *s. eodem ex tenore:* nec etiam delegatus ipsam tenetur audire, quia eo omisso accessit ad ordinarium. *ff. de arbit. sed & si §. vlt. & l. seq.* immo videtur, quòd talis causam perdere debet. *C. de assert. tollen. l. 1. §. vlt. quod argu. s. de præscript. ex tenore.*

Accepimus.] Quatuor sunt partes. In prima iudicum consultatio super forma purgationis, quam purgandus offerebat. In secunda ibi, *Ipse verò*: ipsius purgandi supplicatio. In tertia ibi, *Verùm*: ipsius formæ reprobatio. In quarta ibi, *Ideòque*: cautæ commissio cum expressione debitæ formæ. Abbas.

Casvs. Archiepiscopus Bituntinus infamatus erat de simonia, de incontinentia, & quod iustitiam vendebat: Papa mandauit quibusdã, vt super prædictis se purgaret coram ipsis: recepto mãdato ipsum citarunt ad præsentiam suam: ipse ad diem cõparens purgationẽ obtulit sub hac forma videlicet, quod erat immunis ab illis criminibus super quib⁹ se purgare debebat: sed iudices talem purgationem admittere noluerunt, significantes hoc domino Papæ: ipse verò ad Apostolicam sedem accedens proposuit, quòd ipsi volebant, vt assereret, quod nunquam à natiuitate sua passus fuerit lapsum carnis: vnde petebat, quatenus saltem super purgatione incontinentiæ mitigaret rigorẽ: sed Papa non credidit, quod sub illa forma exactum fuisset iuramentum ab ipso, sed potius præsumit, quòd alia de causa sub illa forma se purgare volebat, videlicet, quod immunis erat ab illis criminibus, tanquam dimissis per pœnitentiam tam esset immunis ab illis. Sed hoc iurare temerariũ erat, cum etiam beatus Iob dicat: *Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorat anima mea.* Vnde Papa præscriptam formam, secundùm quam iurare volebat, reprobat, vtpote indiscretam & ineptam, mandans prædictis iudicibus, vt si voluerit, & potuerit se purgare, secũdum hanc formam se purget, videlicet, quòd illa crimina grauiora, scilicet simoniam, venditionem iustitiæ, & incontinentiam, de quibus extitit infamatus, iuret se nõ commisisse, postquam fuit in Archiepiscopum assumptus: & compurgatores iurent, quòd credunt illum verum iurasse: quo facto illum dimittant in pace: alioquin ipsum ab Ecclesia Bituntina debeant remouere. Nota formam, secundùm quã infamatus de criminibus debet se purgare. Itẽ licet quis pœnitentiam de commissis receperit, adhuc nescit, vtrum peccata sint ei dimissa: & in hoc est argumentum, quòd licet quis habeat remissionem vnius anni, aut etiam totius temporis pœnitentiæ sibi impositæ, nihilominus seiunare tenetur. Item non licet vendere iustitiam.

g ¶ *Curâstis.*] De illo Bituntin. habuisti, vt credo, *s. de accusat. licet:* & ibi commisit Papa inquisitionem contra ipsum, & eisdem iudicibus scribit hic. Bern.

h ¶ *A natiuitate.*] Immò sufficeret, quòd post baptismum illud vitium non commiserit, etiamsi taliter se purgare deberet, vigesimaquinta distinctione, capite vltimo: sed hodie rigor illius canonis non seruatur, quia defectus nostri corporis districtionis illius non patitur manere censuram. 34. *distinct. fraternitatis.*

a Concord. l. 1 & ibi Bart. C. de condit. & proc. prę dic. siue glos. ord. & idem in l. probata. C. de sen. & inter. om. iu.

b De hoc 2. qu. 1. in sum. Ioan. And.

† Præsumpserunt, in vulgatis: sed in antiquioribus manuscriptis, præsumpserint.

† Illâs, † ipsarum.

c De materia notorij, quid sit, & qualiter in delictis notoriis sit procedendum, vide plenè per Cynum, Salicetũ, & alios in l. ea quidem. C. de accus. & per Iulium Clarum in pract. crim. § fi. q. 9.

† publicatum.

d Et cauere debet iudex, ne dubiũ pro notorio recipiat, de appel. cõsuluit. 1. secundùm Hostiens. Ioan. And.

e Nec immerito minus alia sit præstanda, ac si nulla præstita fuisset, secundùm Innoc. & Host. Ioan. And.

† Vide Bart. in l. 1. § accusatorem. ff. ad Senat. Turpil. vbi citat hunc textum in pulchro casu.

† Coram vobis, legitur in plerisque codicibus, series tamen indicat legendum, coram nobis.

fraternitatis. Et sine vitio carnis pauci inueniuntur. 50. *distinct. quia sanctitas tua*: quia difficile est continere. 33. q. 5. *qui fuit*. quare dicit Papa, quod non traditur ab eo taliter iuramentum exactum: quia nec debuit, vt patet ỹ.

¶ *Glos. seq arguit.*

a ¶ *Præsumimus.*] Arg. q ea, quæ dubia sunt, quo animo fiunt, in tutiorem partem facienda est interpretatio. ỹ. *de reg. iur. c.* 2. *ff. eod. tit. semper in dubiis*, & *loca cua.* Verbum illud quod erat immunis, dubium erat, vt patet; & ideo Papa interpretatur illud in securiorem partem: quia sic iurare fatuum esset, vt sequitur. Bern.

a De hoc articulo vide B. Thomam, & ibi plenè Caieta. 2. 2. q. 60. ar. 4.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Ignorat anima mea.*] Et ideo semper debet timere: quia bonarum mentium est, ibi culpam timere, vbi etiã culpa non est. ỹ. *de obseruatio. ieiun. consilium. §.* 1. & 5. *dist. ad eius verò. Quia si dixerimus, quod peccatum non habemus, veritas in nobis non est: de pœnit. dist.* 2. *si enim inquit:* vbi sunt verba Iob cõtinentia hanc sententiam. Et sæpe dimisso peccato alicuius punitur ille post peccatum dimissum, *de pœnitent. dist.* 1. *si peccatum*: & sic ille temerariam, & dubiam purgationem volebat subire, quasi anceps periuriũ: quod fieri non debet. *ff. de in lit. iuran. videamus*: & ideo Papa talem reprobat purgationem tanquam ineptam, & dolosam. Contra, ỹ. *eod. constitutus.* hunc standum est, & expone ibi: à crimine immunis, id est, non commisit illa crimina, de quibus infamatus erat Episcop*, vt credunt: & ita debet intelligi illa littera, vt vbi notatur, & sic potest præstare.

Iob. cap. 9.

† Ignorat, habens omnia Gregoriana exemplaria: sed in vulgata editione legitur, ignorabit.

† Extitit, legitur in vulgatis: sed in antiquis cõstanter habetur, existit.

† De materia huius tit. & qualiter sit illicita vulgaris purgatio, vide B. Thom. 2. 2. q. 95. ar. 8. ad 3. argu.

passus fuerit lapsum carnis. Porrò cùm ab eo non credatur exactum fuisse huiusmodi iuramentum, potiùs fortè præsumimus [a], quòd alia de causa volebat sub præscripta forma iurare: videlicet, quòd immunis erat ab illis criminibus, de quibus fuerat infamatus, tanquam dimissis per pœnitentiam iam esset immunis ab illis: sed hoc iurare non paruæ temeritatis existeret, cùm beatus Iob dicat: [Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorat [b] † anima mea.] *& infrà.* ¶ Ideóque præscriptam purgationis formam, secundùm quam idem Archiepiscopus obtulit se purgare, reprobamus: vt pote indiscretam, temerariam, & ineptam: iniungentes eidem, vt si voluerit, & potuerit, secundùm hanc formam se purgare, secundùm sanum intellectum, quem ei duximus exprimendũ: videlicet, quòd illa crimina grauiora [c], id est, simoniam, venditionem [d] iustitiæ, atque incontinentiam, de quibus infamatus existit [e], † iuret se minimè [f] commisisse, postquam [g] ad Archiepiscopalem promotus est dignitatem: & compurgatores sic iurent, quòd credunt [h] eum verum iurasse: quo facto vos illum dimittatis in pace: alioquin, &c.

TITVLVS XXXV.

De purgatione † vulgari.

¶ Cœlestinus tertius.

c ¶ *Grauiora, id est, simoniam.*] Cuius comparatione cætera crimina pro nihilo reputantur. 1. *q. vlt. cap. vlt.* Et ita simonia inter grauiora peccata reputatur, & homicidio quandoque comparatur. ỹ. *de accusat. inquisitionis.*

d ¶ *Venditionem iustitiæ.*] Iustitia enim vendi non debet. 24. *quæst.* 5. *non sanè*, & 11. *q.* 3. *non licet*, & ỹ. *de vita, & honest. cler. cum ab omni specie.* & intantum reprobata est, quòd venalis etiam sententia nulla est. 2. *q.* 6. *c. ei qui. §. venales*: ita quòd non est appellare necesse. *C. quando prouo. non est necess. venales*, & non solùm iustitia, immò iurisdictio non debet vendi. ỹ. *ne prælat. vices suas. cap.* 1. & 2.

e ¶ *De quibus infamatus existit.*] Super his tantum, & super aliis debet se purgare, nec inquisitio, nec exceptio testium super aliis fieri debet: quod si fiat, non valet. ỹ. *de accus. inquisitionis. §.* 1. & *cap. qualiter, & quando* 2. Bern.

f ¶ *Minimè commisisse.*] Hæc est ergo debita forma purgandi sine aliquo scrupulo duplicitatis: quia etsi egisset sic de illo crimine pœnitentiam, adhuc infamia remaneret de facto, quæ per pœnitentiam non tollitur. 2. *q.* 3. *c. Eniheminum. §. hinc colligitur. ff. de obse. ali. & li. præstans l.* 2. vnde purgatio dicta non sufficiebat directè, ergo debuit se purgare secundùm hanc formam, *sic* ỹ. *eod. quotiens.*

g ¶ *Postquam.*] Ergo de præterito se non purgabit: quia cum tempore suæ promotionis non fuit infamatus: quoniam aliàs non debuit promoueri, 81. *dist. sancti*, & ỹ. *de accus. Omnip. tens.* & tali modo purgabitur, quia approbauerunt more ipsius, vnde ipsum postea reprobare non possunt. 8. q. 2. *dilectissimi*, & 32. *q.* 5. *horrendus*, & ỹ. *de iureiu. quemadmodum. ff. de adulte. si vxor. in p.*

h ¶ *Credunt.*] Simile ỹ. *eod. quotiens.*

DE PVRGATIONE VVLGARI.

¶ *Quia duplex est purgatio, quædam canonica, quia canon inuenit eam, de qua suprà dictum est: quædam verò est vulgaris: quia vulgus introduxit eam: ideo sequitur videre de ea. Abbas.*

¶ *Duella, & aliæ purgationes vulgares prohibitæ sunt: quia per eas multotiens condemnatur absoluendus, & Deus tentari videtur. Hoc dicit totus titulus.*

CAP. I.

VRa † suscepti regiminis: *& infrà.* ¶ Cùm tua fraternitas duxerit sedẽ Apostolicam consulendam, vtrùm super Ecclesiarum possessionibus duella debeãt sustineri: Tuæ duximus sollicitudini respondendum, quòd in eo casu, vel aliis etiam hoc non debes aliquatenus [i] tolerare.

¶ Innocentius tertius Priori sancti Sergij Spoletani.

¶ *Summatum est suprà cap. prox.*

CAP. II.

SIgnificantibus † V. Laico & fratribus eius ad nostram noueris audientiam peruenisse, quòd cùm quidam eos super furti crimine accusaret, cum eo coacti sunt inire duellum, in quo aliis peccatis suis præpedientibus ceciderunt: propter quod per Consules Spoletanos bonis fuerunt propriis spoliati: nunc verò furtum apud alios est inuentum, & quòd ipsi fuerint innocentes, est (faciente † Domino) reuelatum. Vnde Consulibus ipsis dedimus in mandatis, vt ablata restituant [k] vniuersa.

CVra.] Duæ sunt partes huius cap. consultatio, & responsio. Secunda ibi, *Tuæ.* Abbas.

CASVS. Quærebatur, vtrùm super possessionibus Ecclesiarum possint fieri duella? Respõdet Papa, quòd nec super illis, nec super aliis debent fieri. Nota, quòd duella secundum canones sunt prohibita.

† Cap. vnico. eod. tit. in 2. compilat.

¶ *Glos. seq. recitetur per obiectionem: cui responder, & responsioni dat duo similia.*

i ¶ *Aliquatenus tolerare.*] In nullo enim casu talis purgatio debet tolerari. Nec obstat, quòd possit obiici de Goliath, qui pugnauit cum Dauid, 2. *qu.* 5. *monomachiam*: quia illud fuit factum instinctu Spiritus sancti: sicut Petrus excusatur, qui geminum fecit homicidium. 23. *qu. vlt. occidi.* Et Patriarchæ excusantur ab adulterio. ỹ. *de diuort. gaudemus.* Hæc purgatio ab Ecclesia reprobatur, cum Deũ potiùs tentare videat. ỹ. *eo. c. vlt.* & fabricante diabolo facta est vulgaris purgatio. 2. *qu.* 5. *Monam*, & *cap. consuluisti*: vnde qui in culpa non est, punitur. ỹ. *c. prox.* nam quandiu habet homo, quid faciat, non debet Deum tentare. 22. *qu.* 2. *quæritur*, *tur Patriarcha*: & athletæ secundùm leges non habent locũ in *Cod. de gladia. l. vnica lib.* 11.

† Cap. vnico, eod. tit. in 3. compil. adde omnino, quod de pugnantibus in duello statuis nonissimè Concilium Tride. sessio. 25. de refor. cap. 19.

† In aliquot recitioribus legitur, sed sed facit: habent omnes antiqui codices, & emendatiores impressi.

SIgnificantibus.] In prima ponitur quæstio. In secunda prouisio ibi, *Vnde.* Abbas.

CASVS. Quidam accusauit V. Laicum, & fratres super quodam furto, cum quo coacti sunt subire duellum, in quo peccatis aliis præpedientibus ceciderunt: propter quod fuerunt per Consules Spoletanæ ciuitatis bonis propriis spoliati: sed postmodum furtum illud apud alios est inuentum, & reuelatum, quòd fuerant innocentes: isti fratres significauerunt hoc domino Papæ petentes sibi super hoc prouideri: vnde mandat consulibus illis, vt ablata restituant vniuersa. Nota, quòd sententia, quæ nulla est, lata contra canones non liberat aliquem, nec condemnat, nec transit in rem iudicatam, nec necesse est appellare ab ipsa.

¶ *Glos. seq. obiicit, & soluit.*

k ¶ *Restituant.*] Sed qualiter hoc esse potest, quod retractetur sententia, à qua non fuit appellatum, cùm iam trãsierit in rem iudicatam, licet veritas aliter se habeat, & iam ex ipsa sententia ius factum est quantum ad litigantes. *supr. de re iudic. cùm inter vos*: & per ea, quæ postea emergunt, sententia non retractatur. *supr. de re iudic. inter monasterium*, & *cap. fin.* talis error detectus sententiam non retractat. *ff. fa. ercisc. cùm putarem*, *Cod. de condi. indebit. l.* 1. ad hoc dicas, quòd propter probabilem errorem benè retractatur sententia. *supr. de frig. fraternitatis*, 23. *quæst.* 1. *cap.* 2. *ff. quando accus. de pecun. est an. l.* 2. aliàs est §. *primæ legis*, & *incipit, quæsitum*: & plerumque veritate comperta retractatur senten-

b Hæc dicitur concilias hic Io. And. ex V incent. cum videtu.

sententia. *ff. de condi. sine causa si fullo*: & etiam propter delictum aduersarij. *ē. de diuor. ex litteris*, *& ff. de iureiur. admonendi. Cod. de transact. si ex falsis*. Sic ergo modò apparet, quòd sententia falsò lata nullius fuit auctoritatis, & reprobatæ probationis de vtroque iure, ergo debuit meritò retractari. Ioan.

¶ Honorius tertius.

¶ *Summatum est suprà cap. 1.*

CAP. III.

Dilecti † filij nouiter [a] in Liuonia baptizati, grauem ad nos querimoniam destinarunt, quòd fratres Templariorùm, & alij, qui temporalem in eis potestatem exercent, si quando de aliquo alio † crimine infamantur, eos ferri candentis iudicium subire compellunt: quibus si qua exinde sequatur adustio, ciuilem pœnam infligunt.

¶ Cùm igitur huiusmodi iudicium sit penitus interdictum [b], vtpote in quo Deus tentari [c] videtur: Mandamus, quatenus dictos fratres, & alios, vt ab huiusmodi conuersorum grauamine omnino desistant, per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compellas.

Dilecti.] In prima parte ponit querelam. In secunda dat iudicem ibi, *Cùm igitur*. Abbas.

Casvs. Liuonien. de nouo ad fidem cõuersi grauem querimoniam ad sedem Apostolicam trãsmiserunt, quòd fratres Templi, & alij, qui super eos temporalem habent potestatem, si aliquãdo de aliquo crimine infamantur, compellunt eos subire iudicium ferri candentis: & si aliqua exinde sequitur adustio, pœnam legalem infligunt. Cùm igitur iudicium istud sit interdictum, in quo Deus tẽtari videtur: mãdat Papa cuidam iudici, quatenus dictos fratres, & alios per censuram Ecclesiasticam compellat, vt ab huiusmodi conuersorũ grauamine omnino desistant. Nota, quòd iudicium ferri candentis prohibitum est.

† Vide Iuonem par. 10. c. 15. B. Tho. citatum super titulo, in hanc decretalem.

† Dictio, alio, deest ferè in omnibus manuscriptis.

a ¶ *Nouiter.*] Propter quod cum eis mitius esset agendum. ĩ *de pœnit. & remiss. Deus qui, & ē. de diuor. Deus qui*, quousque fuerint in firma radice plantati. 35. *q. 3. quòd scripsi*.

b ¶ *Interdictum.*] *Vt 2. q. 4. Monnam, & cap. consuluisti, & ē. tit. prox. ex tuarum, & ē. ne cler. vel monac. sententiam, & C. de gladia. l. vnica, lib. 11.*

c ¶ *Tẽtari.*] Quod fieri non debet, iuxta illud: *Non tentabis Dominum Deum tuum, & c. 22. quæst. 2. quæritur, cur Patriarcha, & 23. q. vlt. si nulla* [a]. Bern.

a Et 2. q. 5. monomachiam. Ioan. Andr.

TITVLVS XXXVI.

De iniuriis, & damno dato.

¶ In Exodo †.

¶ *Propter eius breuitatem non summatur.*

† Exod. cap. 21. & cap. 1. tit. de damno dato in 1. compilat. refert. Iuo par. 16. cap. 348.

CAP. I.

Si rixati fuerint homines, & percusserit alter proximũ suum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, si † iacuerit in lecto: qui percusserit, operas eius, & impensas [d] in Medicos restituat.

† Alliàs ita: sed iacuerit.

¶ In eodem †.

¶ *Breue est, & ideò non summatur.*

DE INIVRIIS, & damno dato.

¶ *Suprà de variis excessibus dictum est, tam Prælatorum, quàm subditorum. Verùm quia ex eis frequenter iniuriæ, & damna inferuntur, meritò de his subijcit. Abbas.*

† Exod. cap. 21. & cap. 3. tit. de damno dato in 1. compilat. refert. Iuo par. 16. cap. 349.

De hac materia tractatur 23 q. 2. & 15. q. 1. illud.

Si rixati.] Casvs. Ista quinque cap. primò posita, sunt veteris legis: in primo dicitur, quod si homines rixati sunt adinuicem, & alter alterum percusserit, nec mortuus fuerit, sed iacuerit in lecto, percussor soluat illi operas deperditas, & impensas in Medicos. Nota hic pœnam percutientis hominem secundùm veterem legem: quia percussor præstabit operas amissas, & impensas factas in curatione.

d ¶ *Operas eius, & impensas.*] Operas autem amissas, & impensas in curatione præstabit: vt hic dicit, & *ff. si quadru. pau. fe. dic. l. ex hac, & ff. de his, qui deiec. vel effu. l. v. & ff. ad leg. Aquil. qua actione, in princip.* Deformitatis autem ratio non habebitur, quia liberum corpus non recipit æstimationem, vt in primis duabus legibus, & *ff. ad leg. Rho. de iac. l. 2. § corporum, & ff. de his, qui deie. vel effu. l. 1. § sed cùm liber homo*. Tamen si liber homo perijt, quinquaginta aureorum fit condemnatio, vt *d. § sed cum liber homo*. Illud fit pro pœna, non pro æstimatione.

Si quis.] Casvs. Si aliquis effoderit cisternam, & non operuit eam, & bos alterius, vel asinus in eam ceciderit, dominus cisternæ det pretium animalis, & illud quod mortuum est, illius erit. Nota, quòd qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur.

CAP. II.

Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, vel asinus in eam: dominus cisternæ reddet [e] pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.

c ¶ *Reddet pretium.*] Si hoc fecit in publico: si verò in priuato loco, vbi consueuerunt fieri, non tenetur. *ff. ad legem Aquil. qui foueas*: quia qui occasionem damni dedit, tenetur. *ff. ad leg. Corn. de sica. nihil interest, & ff. ad leg. Aquil. qui occidit. § penult. ĩ. eod. cap. vlt.*

¶ Idem †.

¶ *Breue est, & ideo non summatur.*

† Id est, in eodem Exodo, c. 21. refertur cap. 4. tit. de damno dato in 1. compilat. & apud Iuonem p. 16. c. 350.

CAP. III.

Si bos alienus cornupeta esset heri, & nudiustertius, & non custodiuit [f] eum dominus suus: reddet bouem [g] pro boue, & cadauer integrum accipiet.

Si bos.] Casvs. Si bos alicuius ab heri, & nudiustertius cornupeta est, & dominus illum non custodierit, si alium bouem occiderit, reddet bouẽ pro boue, & mortuum bouem recipiet. Nota, quòd quis tenetur ex negligentia.

f ¶ *Non custodiuit.*] Supple, & alterius bouem occiderit: vnde tenetur, quia culpa, siue negligentia ipsius, damnũ datum est, qui debuit diligentiam adhibere, vt ĩ *cap. vlt.*

g ¶ *Reddet bouem.*] Hoc intellige, cùm bos ille, qui damnum dedit, aggressus est alium, & occidit, sed ex obuersio nõ tenetur. *ff. si quadru. pau. fe. dic. lib. 1. § cùm arietes. ff. ad legem Aquil. l. itaque*. Seu cum dubium est, quis eos primo aggressus est. *ff. ad l. Aquil. scientiam. § cùm stramenta*. Et si aliàs animal tuum mihi damnum dedit, tu teneris. ĩ. *eod. cap. vltim. vers quod si. & ĩ eodem. prox.*

† Id est, in eodem Exodo c. 22. & c. 5. tit. de dãno dato in 1. compi. refert Iuo p. 6. cap. 353.

¶ Idem †.

CAP. IV.

Si læserit quispiam agrum, vel vineam, & dimiserit iumentum suum, vt depascat aliena: pro damno æstimationem [h] restituet.

Si læserit.] Casvs. Si iumentum alicuius læserit agrum, vel vineam alterius, restituet æstimatione damni. Nota, quod quis tenetur de pastu pecoris sui: quia tenetur soluere æstimationem damni.

h ¶ *Aestimationem restituet.*] Nisi dando animal velis liberare te ipsum. ĩ. *eod. cap. vltim.* vltra enim æstimationem non tenetur conuentus de pastu pecoris, & actione in factum conuenitur. *ff. de præscrips. verb. qui seruandarum. § si glans*, & expellere debet animal, quod damnum dedit: & tanquam suum non includere illud: cùm dominus illius teneatur ad damnum. *ff. ad legem Aquiliam. Quintus Mutius. § Pomponius* [b]. Bernard.

† Id est, in eodem Exodo c. 2. & c. 6. tit. de dãno dato in 1. compilat. refert Iuo par. 16. c. 354.

b Aliàs est lex: & incipit, quãuis: contrarium seruatur apud nos: & de hoc in Specul. de actio. § 1. ver. sed pone inuenio: & dic vt ibi. Ioan. Andr.

¶ Idem †.

¶ *Breue est, & non summatur.*

CAP. V.

Si egressus ignis comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris: reddet [i] damnum, quia ignem succenderit.

Si egressus.] Casvs. Si aliquis apposuerit ignem in agro suo, & damnum dederit in segetes vicini sui, damnum restituet. Nota qui occasionem damni dat, &c.

i ¶ *Reddet damnum.*] Si fuerit in culpa [c], dum apposuit istum ignem: nec adhibuit diligentiã, quam debuit. *ff. ad leg. Aquil. qui occidit. § in hac & ĩ. eod. c. vlt.* aliàs si nihil de contingentibus omisisset, non tenetur. ĩ. *eod. cap. vlt.*

c Vt si posuit in stipulam suam ignem tempore ventoso. Ioan. Andr.

¶ Ex pœnitentiali Romano †.

¶ *Breue est, & quasi idem cum præcedenti.*

† Similis sententia reperitur apud Burchard. lib. 19. decre. c. 9. tit. de sacrilegio. § concremasti domum, & cap. 7. tit. de damno dato in 1. compil.

CAP. VI.

Si quis domum, vel aream cuiusquam incenderit voluntariè [k]: sublata, & incensa omnia restituat [l], & tres annos pœniteat.

Si quis.] Casvs. Si aliquis voluntariè incenderit domum alicuius, totum damnum restituet, & tres annos pœniteat. Nota, quòd in damnis illatis attenditur voluntas.

k ¶ *Voluntariè.*] Secus si contra voluntatem, dum tamen nihil de contingentibus omiserit. ĩ. *eod. cap. vlt. in fin.*

l ¶ *Restituat.*] In quadruplum intra annum, post annum in simplum. *ff. de incend. l. 1.* Sed si negligentia, in simplum: sed si dolo fecerit, secundùm leges concremabitur. *ff. eod. qui ædes.*

Olim]

OLim] Diuiditur: quia primò recitat processum delegati, secundò reuocat, & causam diffinit ibi, *Quare*. Abb. CASVS. Florentini olim posuerunt in banno Episcopum Fesulanum damna, & iniurias ei alias plurimas irrogantes. Super his commisit Papa causam Episcopo Mutineñ. vt eos compelleret ad satisfaciendũ super prædictis Episcopo prę dicto: Episcopus vocatis partibus cœpit in causa procedere, & recepit testes lite non cõtestata: deinde cã delata est ad dñm Papam: ipse examinato processu, quia lis contestata non fuit, processum illum reuocauit: quia & commune Florentiæ banniuerat Episcopum Fesulanum cõtra Deũ, & Ecclesiasticam libertatem: propter iniuriã banni, & propter expẽsas, & alia damna propter hoc subsecuta, cõdemnauit cõmune Florentiñ. in mille libris vsualis monetæ, præmissa taxatione, & præstito iuramento Epõ Fesulano. Nota, q̃ non tenet processus lite nõ contestata. Item nõ tenet bannum datum in Ecclesiasticã personam, contra Ecclesiasticam libertatem. Item condemnatio expensarum semper facienda est taxatione præmissa, & iuramento secuto.

† *De materia huius decretalis, vide plenissimè, quod sancitum est in Clement. 1. de pœnis, adde c. grauis. supra de restit. spol.*

¶ Honorius tertius Episcopo Bononieñ.

¶ *Sæcularis potestas, qui Clericum banniuit, condemnari debet per Iudicem Ecclesiasticum, secundum æstimationem iniuria in expensis, & damnis. Et hodie adde pœnam in Clement. 1. de pœnis.*

CAP. VII.

OLim † scribentibus nobis Episcopo Mutineñ. vt Potestatem, Consiliarios, & populum ciuitatis Florentiñ. ad satisfaciendum de damnis, & iniuriis irrogatis Episcopo, & Ecclesiis Fesulañ. censura Ecclesiastica coarctaret: idem testes lite non cõtestata recepit. Quare nos eius processu penitus reuocato [a], commune Florentiñ. quia banniuerat [b] Episcopum Fesulaneñ. contra Deum, & Ecclesiasticam libertatem propter iniuriam banni, expensas, & damna tali occasione secuta, taxatione [c] iuramento præmissa, in mille libris vsualis [d] monetæ, prædicto Episcopo sententialiter duximus condemnandum.

a ¶ *Reuocato.*] Lite verò non contestata non valet processus: vt hic patet, & ĩ. *vt lit. non contestat. accedens, & ĩ. de elect. dudum 2. & ĩ. de purgat. cano. cum dilectus.*

b ¶ *Banniuerat.*] Tale bannum nullum fuit: quia nullam habet iurisdictionem in ipsum: Laico [a] enim non licet de clerico legem dare. 96. *dist. bene quidem. & 16. q. 7. non placuit.* Immò tanquam sacrilegus fuerat puniendus, eadem causa, & q. *ead. si quis principum*: & quia in eo offendit Ecclesiasticam libertatem, & propter hanc iniuriam punitur ad expensas, quas propter hoc fecit, & damna, quæ pertulit tali occasione vt patet.

a De hoc articulo vide plenè per Vãcisem de Victoria in relectione 1. de potestate Ecclesiastica, p. vlt.

c ¶ *Taxatione*] Debet iudex primò taxare de expensis, & damnis in iudicio petitis. 3. q. 3. *offeratur, versic. quod fieri.* & postea debet iurare: & tali iuramento stabitur, tanquam legitimæ probationi. *C. vnde vi. si quando, & 2. q. 1. in primis. ĩ de his, quæ vi, metúsve cau. fiunt, cap. vlt. vbi de hoc.* Bern.

d ¶ *Vsualis monetæ.*] Etsi de hac nõ fuisset dictum, de illa tamen intelligeretur. *ff. de leg. 1 si seruus plurium. §. vlt. & ff. de cõtrahen. empt. Imperatores*: & si plures essent vsuales monetæ, videtur de minori intelligendum. *ff. de leg. 3. nummis. & ĩ. de cens. ex parte.*

IN nostra.] Diuiditur, quia in prima parte ponitur decisa consultatio. In secunda responsio ibi, *Cùm igitur*. Abbas Siculus. CASVS. Brixienses multas discordias olim habuerunt inter se, quarum occasione multa damna sustinuerunt illata adinuicem: propter quod communiter statutum fecerunt de nõ petẽdo vel recipiendo vlteriùs restaurationes damnorũ à communi, & statutum huiusmodi firmauerũt etiã iuramento: sed præter damna occasione huius discordiæ multas fecerunt expensas, quas petebant sibi refici à communi: dubitatum fuit, an obstaret eis iuramentum super damnis non repetendis: propter quod Episcopus Brixieñ. proposuit hoc in præsentia Papæ. Cùm ergo aliud sit damnorum restauratio, & aliud satisfactio expensarum, iuramẽtum præstitum super articulo damnorum non debet intelligi de facto expensarum: vnde mandat Papa, quatenus iuramento prædicto non obstante, Episcopus prouideat auctoritate Papæ, quòd dictum cõmune pro bono pacis, & concordiæ contribuat ad expensarũ satisfactionem ad arbitriũ ipsius, sicut viderit expedire. Nota quòd iuramentum non extenditur ad aliud, quàm iuratum sit. Item aliud est damnum, & aliud expensæ: & ideo iuramentum præstitum super vno, non extenditur ad aliud. Item propter bonum pacis multa fiunt, quæ aliàs fieri non debent.

¶ *Glos. seq. distinguit damnum, & expensas, & damnum subdistinguit circa rem, & extra rem, concludens expensas hic non includi, quia de his non agebatur.*

¶ Gregorius nonus.

¶ *Qui iurat statutum super non repetendis damnis, hoc non obstante expensas repetere poterit. Hoc dicit. Vel sic: statutum super damnis non repetendis, ad expensas non extenditur.*

CAP. VIII.

IN † nostra, & fratrum nostrorum præsentia proposuistis, quòd olim ciues Brixieñ. pro † restaurationibus damnorum illatorum adinuicem, quę propter multas ciuiles discordias incurrerant, plurimum aggrauati, statutum editum de non petendo, vel recipiendo in posterum restaurationes huiusmodi à communi generaliter approbârunt, & firmârunt etiam iuramento: *& infrà.*

¶ Cùm igitur aliud sit damnorum [e] restauratio, quàm satisfactio expensarum: & ideò in iuramento exhibito super damnorũ articulo intelligi non debeat, quòd factum expensarum fuerit comprehẽsum: Mandamus, quatenus iuramento non obstante prædicto, auctoritate nostra prouideas, quòd dictum commune pro bono concordiæ, ad expensarum satisfactionem aliquid † contribuat [f], iuxta tuæ discretionis arbitrium, à te sicut expedierit moderandum.

† *Vide glossam in cap. si canonici, verbo, damnis, & iniuriis, de offic. ord. lib. 6.*

† *Dictio, pro, deest in vetustioribus codicibus.*

† *Dictio, aliquid, deest in antiquioribus exemplaribus.*

¶ Idem.

¶ *Habet plura dicta, & se summat.*

CAP. IX.

SI culpa [g] tua datum est damnum, vel iniuria irrogata,

e ¶ *Damnorum.*] Nota ergo, q̃ differentia est inter damnũ, & expensas, vt hic patet, & ĩ. c. *prox.* arg. vnde iuramẽtum super vno factum nõ extenditur ad aliud, cùm sint diuersa: putà, si propter discordiam dom[9], aliqua destructa fuerat possessio, aliqua sterilis remansit, vel quia negotiari non potuit, huiusmodi damna remissa sunt, & iuramẽto firmata. Quoddã enim damnum, siue interesse dr̃ circa rem: putà subtraxisti instrumenta, quibus possessio Ecclesiæ firmatur, vel alterius, teneris ad illud damnũ, quòd contingit propter absentiã instrumentorum. 12. *quæ. 2. si quis de clericis, & ff. de actio. empt. & vend. Iulian. in princ.* Quoddam dicitur extra rem: putà, debui tibi frumentum, & quia non dedi suo tẽpore, familia tua fame periit: illud damnum non consequeris, sed pretiũ frumenti, vel vini. *ff. eodem. si sterilis. §. cùm per venditorem.* Expensæ dicuntur, quas quis facit circa sumpt[9] litis, & circa aduocatos. *C. de iud. sancimus.* De istis expẽsis fit mẽtio ĩ. *vt lit. non contest. quoniam. §. in aliis, & ĩ. de dolo, finem.* Et consimiles expensæ fuerunt hîc, quas faciebãt eundo, & redeundo. Vel expendendo, pecuniam suam faciendo maiores expensas, quàm cõsueuerũt: ad istas expensas iuramentũ non extenditur: tñ si intellexisset de huiusmodi expensis, & de his intenderũt iurare, & hoc constaret, sup his & fieret interpretatio, sicut credo. Sed hic simpliciter dictũ fuit de dãnis, quare ad ea tãtùm restringit iuramẽtũ. Et sic est aliud damnũ, & aliud expẽsæ: sicut dicitur aliud pœna, & aliud mulcta: & aliud fraus, & aliud dolus. *ff. de verb. signific. aliud fraus.*

f ¶ *Contribuat.*] Pro bono concordiæ, vt hic dicit: sic fit contributio, quando iactus mercium factus est. *ff. ad l. Rho. de iac. l. 1. & 2. §. idem in eadem. & l. amissæ.* Sic ergo in casu isto æquum est fieri contributionem propter bonum pacis, & concordiæ, ne forte hac occasione concordia non seruetur.

SI culpa.] CASVS. Aliquis culpa sua damnum dedit alicui, aut iniuriam irrogauit, seu aliis irrogantibus iniuriã opem tulit, aut hæc imperitia, vel negligẽtia euenerunt: dicitur, q̃ super his satisfacere tenetur: nec ignorantia ipsum excusat, quia scire debuit ex facto suo iniuriam posse contingere, vel iacturam.

¶ QVOD SI ANIMALIA. Ecce si animalia tua dãnum dederũt, nihilominus satisfacere te oportet, nisi tu velis liberare teipsum dando animalia tua dãnũ passo: sed si animalia tua fera fuerunt, & quę cõsueuerũt nocere, non sufficit ad liberationẽ ea dãdo, quia nõ curasti, q̃ debueras diligentiã adhibere. In fine dr̃, q̃ licèt ille, qui occasionẽ dedit, damnũ dedisse videatur, tñ securus est in illo dicendũ, qui diligentiam, q̃ debuerat, adhibuit, ne damnũ cõtingeret. Nota, q̃ quis tenet, si culpa sua damnũ dedit. Item tenetur, qui iniuriã irrogauit, vel aliis opem tulit, & ignorantia in talibus nõ excusat. Itẽ sufficit dare animal pro dãno dato ab ipso, sed in feris animalib[9] hoc nõ sufficit. Itẽ q̃ occasionẽ dãni dat, dãnũ dedisse vĩ: cùm diligentiã nõ adhibuit, q̃ debuit. Item non est ei imputandũ, qui de contingentibus nihil omisit.

g ¶ *Si culpa.*] Nota, q̃ ad hoc vt teneatur, qui damnũ dedit, seu iniuriã irrogauit, necesse est culpã interuenire, alioquin non tenetur: vnde infantes, & furiosi non tenentur, si damnũ dederint: quia

quia iudiciũ animi non habet. *ff. ad l. Aquil. sed & si. § iniuriã, & § igitur, & 15. qu. 1. illud impubere* tñ doli capax tenetur, vt hic, & in c. illud, & *§ igitur.* & ille nõ tenetur de culpa, qui ad sui defensionem, & inuĩtinenti, & eodem modo damnum dedit. *ff. eo. scientiã. § qui cum aliter*, & de leuissima culpa q̃ tenetur in casu isto. *ff. eod. l. 2.* & ille excusatur à culpa, qui alterius impulsu, vel violẽtia ventorũ damnum dedit. *ff. eod. quemadmodum. § si manus, & § item Labeo.*

a *Et in Cle. de homici. si furiosus. Io. Andr.*

a ¶ *Tulisti.*] Nota, q̃ non solùm qui damnu dedit, seu iniuriã irrogauit, ed qui opem tulit, tenetur: puta si vnus tenuit, & alius interemisse q̃ tenuit, quasi causam mortis dedit: ideoque actione in factum tenetur. *ff. eodem. Item Mela. § si alius, & § item cum eodem. & ff. de iniur. non solùm, in princip. & § si mandato,* sic & ope, & consilio furtum committitur. *Institut. de ob. quæ ex delicto nas. § ope.* & homicidium ope, & consilio committitur. *j. de homicid. sicut dignum. § illi qui. & § vlt. & § his qui, simile. ff. de adult. si vxor. § vlt.*

seu aliis irrogantibus opem fortè tulisti [a], aut hæc imperitia [b] tuã, siue negligentia euenerunt, iure super his satisfacere te oportet: nec ignorantia [c] te excusat, si scire debuisti ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere, vel iacturam.

¶ Quòd si animalia tua nocuisse proponas, nihilominus ad satisfactionem teneris: nisi ea dando passis damnum velis liberare te ipsum, quod tamen ad liberationem non proficit, si fera animalia [d], vel quæ consueuerunt nocere, fuerint, & quam debueras, non curasti [e] diligentiam adhibere. ¶ Sanè licèt qui occasionem [f] damni dat, damnum videatur dedisse: secus est tamen in illo dicendum, qui vt non accideret, de contingentibus nihil omisit [g].

TITVLVS XXXVII.

De pœnis.

¶ Ex Concilio Toletano †.

¶ *Totiens puniendus est criminosus, quotiens delictum iterat.*

b *Aliàs, si quis domũ, vide, ne Prælati vel suas c. vlt. super glos. 2. Ioan. And.*

b ¶ *Imperitia.*] Quæ annumerat culpæ. *Insti. ad leg. Aquil. § imperitia, & ff. loca. si quis fundum. l. § Celsus.* Item intellige de negligentia, prout hic dicit: ergo siue culpa, siue imperitia, vel negligentia damnum dederis, vel si iniuriam irrogaueris, vel dantibus opem dedisti, teneris: si negligentia tua aliquid minus benefecisti, & ob hoc damnum datum sit, teneris. *ff. ad leg. Aquil. si seruus 2. § si ex plaustro, & l. qui occidit § in hac,* & negligentia imputatur. *j. de pæn. & remiss. requisisti, vbi de hoc.*

† *Ex quo Toletano Concilio hoc sũptum sit, nõdum inuentum est, referunt Burchardus, lib. 19. decret. c. 158. & Iuo p. 15. c. 166. & cap. 1. con. tit. in compi.*

c *Hoc intelligas sane modo, videlicet, quòd licet percutere percutientem legitime se defendendo: vide Dell'erci in l. vt vim ff. de iustit. & iure.*

c ¶ *Ignorantia.*] Hic non excusat ignorantia à culpa, si potuit scire ex facto suo contingere iacturam, vel iniuriam: quia, mihi licet percutere percutientem me: si cùm vellem eum percutere, alium percussi, imputatur mihi, *ad leg. Aquil. scientiam § pen. & ff. de iniur. cum, qui, § si iniuria. argum. contra ff. eod. si cum seruo:* debuit ergo adhibuisse diligentiam in facto suo, vt dicit in si. & sic non imputaretur. Et illud scias, quòd iniuria fit aut re, aut verbis. Re, quotiens manus infertur: verbis, quotiens conuitium dicitur. *ff. de iniur. lib. 1. & j. de re iudic. cum te.* & iniuria per dissimulationem aboletur. *ff. eod. non solùm. § 1.* Et illud scias, quod conuentus de damno dato, si negauerit, & probatum fuerit, cõdemnatur in duplum. *ff. ad l. Aquil. l. 2. & C. eã. tit. contra negantem.*

d ¶ *Animalia tua.*] Sic ergo si quadrupes tua, siue animal damnum dedit, ad æstimationem teneris, quia non custodiuisti animalia tua: tamen si velis dare animal pro damno, liberare te potes, vt hic dicit, & *ff. si quadru. pau. fe. dic. l. 1. circa princip. & Instit. eod. tit. in princip.* vnde sumpta fuerunt hæc verba. Et hoc habet locum in his animalibus, quæ contra naturam mouentur, vtpote si bos cornu petere solitus fuit, vel equus calcitrosus, vt dicitur in prædictis legibus. In feris autem animalibus, quæ naturali sua feritate damnum dederunt, hoc nõ habet locum: quia illud animal dando, non liberaberis: quia non adhibuisti diligentiã, quã debuisti, vt hic dicitur, saltem directa actione, vel vtili potius. Si verò aufugit, & nocuit: non potest dominus quondam conueniri, quia desinit dominus esse, vt *ff. eod. l. 1. § in bestiis, & Institut. eod. § 1.* Feræ bestiæ sunt, vt vrsus, & cetera, quæ sunt animalia, sunt volatilia fera dicuntur. *Institut. de re. diu. § feræ, & in aliis § sequentibus.* Cùm enim liber homo damnum dat, locum habet actio legis Aquil. dum verò quadrupes, siue animal, locum habet actio de pauperie: cùm verò feruus, tunc locum habet actio noxalis, & tunc licitum est seruum dare pro damno dato. *Instit. de nox. act. circa princip.*

d *De seruo deposito, qui aufugit, quòd post tempus depositarius recepit: tenentur Pilcus q. 55. & Bart. in domi. 55. q. si nomine deponentis id fecit, restituere tenetur: secus si proprio. per id quod hic dicit glos. Io. Andr.*

e ¶ *Non curasti.*] Quia huiusmodi animalia nõ debent teneri in publico, vbi publicum iter est. *Instit. si quadru. pau. fe. dic. § hic quoque. aliàs si vero tenebantur in publico,* & damnum dederunt, tenetur dominus in duplum. & nihilominus actio de pauperie locum habet: quia cùm plures actiones concurrunt pœnales in eadem re, vna non tollit aliam. *Instit. eod. § fin.*

f ¶ *Occasionem.*] *ff. ad leg. Aquil. qui occidit § in hac, & j. de homicid. de cætero, vbi de hoc, j. de iniu. & dam. in glos. quæ incipit, argum. quòd qui.*

g ¶ *Nihil omisit.*] Nota, quòd non est imputandum ei, qui de contingentibus nihil omisit. *ff. ad leg. Aquil. qui occidit. § in hac, & l. qui foueas, & l. si putator. & 50. distin. si duo, & j. de homic. cap. vlt. & antepenult. Bern.*

DE POENIS. ¶ Suprà visum est de variis excessibus, propter quos pœna debentur: meritò subiicitur inde rubrica de pœnis.

De hac materia tractatur 23. q. 4. & q. 5. per totum. 23. distinct. quamquam. 12. q. 2. in antepen. vsque ad § verum. 11. 16. qu. 1. & 6. quasi per totum. 81. dist. in multis capitulis.

CAP. I.

EA, quæ frequenti præuaricatione iterãtur, frequenti sententia condemnentur [h].

¶ Ex Concilio Triburiensi †.

† *Est in Concil. Triburien. sub Arnulpho Imperatore, c. 4. sed aliis verbis refert Burchard. lib. 6. decret. cap. 23. Ivo part. 10. cap. 143. & Gratianus, sine Palea 17. q. 4. c. omnes presbyteri.*

¶ *Interficiens Presbyterum, puniendus est: & pœna pars Ecclesiæ, cui præfuit, alia pars prò eius anima distribuitur.*

CAP. II.

PResbyteri interfecti compositio [i], Episcopo ad cuius parochiam pertinet, soluatur: ita vt medietatem vtilitatibus [k] Ecclesiæ, cui [l] præfuit, tribuat: & alterã in eius eleemosyna iustè dispertiat. Quia nullus eius hæres proximior videtur, quàm qui ipsum Domino sociauit [m].

¶ Alexander iij. Cantuarien. Archiepiscopo.

¶ *Non debent Prælati pro criminosis sustinendis pecuniam exigere, nec etiam correctionis causa ex cupiditate pœnam pecuniariam imponere.*

CAP. III.

LIcèt † iuxta Apostolum: &

EA, quæ.] Pone exemplum in capit. exceptio. lib. 6. vbi excommunicationis exceptio potest contra actorem plures opponi, & ibi dicitur, quòd quotiens deficit in probãdo, totiens debet puniri in expensis. Abbas.

CASVS. Quærebatur, vtrùm vna satisfactio plura peccata cõprehenderet: Consultus Papa respondet, quòd quotiens quis peccat, totiẽns puniri debet. Nota, quòd frequens delictum frequenter puniri debet.

¶ *Glos. seq. alleg. duas concord. & duo similia, & arguit.*

h ¶ *Condemnentur.*] Sic 6. q. 1. iniicare, & de pœnit. distinct. 1. mensuram. Et ita quotiens quis deliquerit, totiens puniri debet, sicut in contractibus cõsueuit dici, vt pœna soluta contractus maneat in sua firmitate. *ff. de transactio. qui fidem.* Sed etiam arbitrio quis stare non cogitur pœna soluta, nisi id expressè dicatur. *ff. de arbitr. si duo, in fine.* Et sic est argum. quotiens clericus in delicto repertus fuerit, totiens exigatur ab eo pœna. *argum. 23. distinct. quanquam, in fine, & ff. de verb. obligat. si sic stipulatus.*

† *Cap. 3. eod. tit. in 1. compilat. & post Conc. Later. sub Alexan. iij. p. 2. c. 3.*

c *Vide, quæ notat Specul. tit. de sent. prælat. § 2. ad finem, & tit. de comp. § fin. vers. sed pone, hodie.*

PResbyteri.] Dicit, quid faciendũ sit de pœna, quam soluit interfector presbyteri, hoc dicit. Primo ponitur vnum dictum. Secundò ratio ibi, *Quia.* Abbas.

CASVS. Si aliquis interfecerit presbyterum, & compositio inde fiat: accepta pecunia soluatur illi Episcopo, ad cuius parochiã pertinet: ita quòd medietatem tribuat in vtilitatem illius Ecclesiæ, cui præfuit, & alteram pro anima defuncti pauperibus eroget: quia nullus hæres eius proximior est, quàm ille, qui ipsum domino sociauit. Nota, quòd pœnam pecuniariam, quam recipit Episcopus ab aliquo, sibimet appropriare non debet, sed in vtilitatem Ecclesiæ distribuere. Item Ecclesia est hæres clericorum, vnde in rebus eorum succedere debet.

i ¶ *Compositio.*] Hæc compositio per legem Lombardam est sexcentorum solidorum. *17. q. 4. qui sub diu. omnes.*

¶ *Glos. seq. arguit.*

k ¶ *Vtilitatibus Ecclesiæ.*] Hoc ideò, quia & sic Ecclesiæ iniuria facta fuit, & in suum ministrum, iuxta illud: *Qui vos tangit, me tangit. 2. quæst. 7. in tantum.* Et est argum. quòd pœnas pecuniarias, quas recipit Episcopus, non lucratur ipse [f], sed in vtilitatem Ecclesiæ conuerti debent, vel diuidet illas, *argu. 1. dist. in ministerio. & 16. q. 6. cap. 1.*

f *Et ideo non videtur, quòd possit illas remittere, de hoc not. & dixi. de offic. leg. nisi in 1. glos. Io. Andr.*

l ¶ *Cui.*] Scilicet Ecclesiæ.

m ¶ *Sociauit.*] Baptizando, & ordinando illum.

LIcet.] Archidiaconi, & alij Prælati, qui in criminibus dispensare nequeunt, pœnam pecuniariã imponere non possunt, vbi à iure alia statuitur. Primò ponitur Archidiaconorum actus reprehensibilis. Secundò mandat illos inhiberi, & compescit ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

CASVS. Archidiacono Conuẽtreñ. Episcopus p corrigẽdis excessibus

sibus à clericis, & laicis pœnam pecuniariam exigebant. Itē pro annua exactione quādoq; rectores ecclesiarū suspendūt, & ecclesias interdicūt, à vicariis denarios exigūt, vt eos in ecclesiis celebrare permittāt: hæc, & alia cōmittebant cōtra canonū instituta. Mandat Papa Cātuarieñ. Archiepiscopo, quatenus hæc prędictis Archidiaconis districtius interdicat: Si autē cōtra venire præsumpserint, eos ecclesiastica cen. compellat. Not. excessus clericorū sunt puniēdi pœna spirituali secundùm canones, & non pecuniaria.

¶ *Glo. seq. quærit, & duplicitèr soluit.*

a ¶ *Laicis.*] Sed quare à laicis? quia forte sunt de sua iurisdictione temporali, vel de consuetudine hoc habent.

¶ *Glos. seq. notat pœnas pecuniarias, &c. signat cōtrarium, soluit distinguendo, ponit opi. Hug. quam determinat.*

b ¶ *Pœnam pecuniariā.*] Ex hac decr. vī, q pro criminib⁹ pœna pecuniaria exigi non debet, cùm Papa hic eam prohibeat. *arg. 16. q. 6. cognouimus. & c. de lapsis. & c. Episcopo. & illud 1. q. 1. nullus eps. & ṡ. de si. nemo. & 83. di. si quis eps. ar. contra. 23. q. 5. si vor.* Vnde nota, q cùm ius statuit pœnam pecuniariā infligēdam, quicunque cognoscit de illo crimine, illam potest infligere. *ff. de iu. dic. l. 2. §. vlt. & ṡ. de rap. in archiepiscopatu. & 12. q. 2. cùm deuotissimam 18. dist. quoniam.* Si verò ius solam pœnam spiritualem, vel corporalem super crimine statuit, iudex nec dēt, nec potest illā in aliam cōmutare, sed illa tantùm, q de illo crimine potest dispensare. Et cū de pœna criminis nihil de iure cautum est, an pecuniariam, vel aliam infligat, iudicis arbitrio committitur. *ṡ. de offic. deleg. de causis.* Cùm iudex super crimine dispensare potest, bene potest infligere pœnam pecuniariam, vel aliam. Sed archidiaconi isti super his criminibus dispensare non poterant: vnde non debebāt pœnam pecuniariam infligere, sed imponere spiritualem, secūdum quod qualitas criminis exigebat. *ar. ṡ. de iudi. at si clerici.* Hug. dicit. q illa pœna est infligenda, quæ magis timeatur. *ar. 23 q. 4. ca vindicta & q. 5 prodest. & ṡ. vt lit. non contest. quoniam in 6.* Sed hoc intellige habere locum, cùm iudex talis est, qui possit dispensare, & cōmutare pœnas, sed isti archidiaconi hoc non possunt. Ala.

c ¶ *A vicariis.*] Hoc erat simoniacum, cùm ordo sit sacramentum, cui adhæret executio. si ergo vnum vendunt; & reliquum. *1. q. 3 si cui obiecerit. & §. saluator.*

& infra. ¶ Accepimus, quòd Archidiaconi Conuentieñ. Episcopatus, pro corrigendis excessibus, & criminibus puniendis, à Clericis; & Laicis [a] pœnam [b] pecuniariā exigūt, & pro annua exactione pecuniæ † personas quandoque suspendunt, Ecclesias interdicunt, à vicariis [c] denarios, vt eos in Ecclesiis cantare permittant, exigere non formidant, & alia agunt, quæ canonum obuiant institutis, & de radice cupiditatis, & auaritiæ prodire videntur: & infra. ¶ Mandamus, quatenus Archidiaconis prædicti Episcopatus hoc districtius interdicas: si autem contrauenire præsumpserint, eos appellatione cessante, Ecclesiastica censura compellas.

¶ Idem in concilio Turonen.

¶ *Victus condemnatur victori præsenti in expensis, etiam in causis pecuniariis: & vnum casum excipit.*

CAP. IV.

Calumniam †, & audaciam temerè litigantium condemnando in expensis, & alio [d] multiplici remedio sanctio Imperialis compescit. ¶ Quoniam igitur sacris institutis consonare dignoscitur: Præcipimus, vt de cætero in causis pecuniariis victus victori [e] in † expensis condemnetur: nisi sententia [f] pro absente feratur.

¶ Innocentius iij. Midrosiensi Archiepiscopo.

¶ *Clericus causam, seu operam præbens bello, deponendus est.*

CAP. V.

Quòd † in dubiis: & infrà. ¶ Quia verò tam Sacerdotes, qui gubernant naues ad pugnam, quàm qui personaliter exercent conflictum, & hi, qui alios incitant [g] ad pugnandum, omnes enormiter peccant: de rigore canonico eos credimus deponendos.

¶ Idem Londoñ. † Episcopo.

¶ *Clericus pro magno scelere ab eo commisso deponi debet, & in monasterio detrudi ad agendam pœnitentiam.*

CAP VI.

Tuæ † discretionis prudentiam: & infrà. ¶ Ad illud, quod à nobis tertiò requisisti, qualiter Clerici in latrocinijs, vel aliis magnis sceleribus deprehensi [h] puniri debeant: Respondemus, quòd à suis ordinibus degradati, detrudi debeant in arctis monasteriis [i], ad pœnitentiam peragendam.

¶ Idem Abbati, & fratribus Cryptæ ferratæ.

¶ *Si vterque contrahentium venit contra contractum, vterque potest exigere pœnam adinuicem promissam ex conuentione.*

CAP. VII.

Constitutus † in præsentia nostra: & infrà. ¶ Licèt autem instrumento in Episcopi Lauitani expressa fuerit certa pœna, quam pars contractum non seruans solueret obseruanti: cùm tamen vtraque pars venisse contra illum ex confessione [k] propria conuincatur: cùm & pars vestra subtraxerit Episcopo pensionem, & Episcopus procurationem exegerit ab eadem Ecclesia, sicut œconomus proposuit memoratus;

Calumniam.] Primò legem recitat, quam secundò approbat ibi, *Quoniam.* Abbas.

Casvs. Qui calūniosè litigant, condēnandi sunt in expensis, & de calūnia puniūtur, secūdū qd leges præcipiūt: & q istud sacris cōsonat institutis, pręcipit Papa, vt de cætero in pecuniariis causis vict⁹ victori in expēsis condemnet. nisi feratur snia ꝑ absente. No. q q calūniosè litē agit, in expēsis alteri parti condēnari dēt.

d ¶ *Alio.*] Ita vt præter expensas de calumnia puniatur, *C. de calum. l. 3. & inst. de pæ. te. lit. §. aduersus.* quia infamis efficitur, vt ibi dicitur. *de quibus legibus hîc facit mentionem.*

¶ *Glossa sequens ponit opi. suam, & contrariam, & remittit.*

e ¶ *Victori.*] Victus victori in expēsis condēnari debet, si per calumniam, & malam fidē appareat eum mouisse litem [b], vt hîc expressè dicit littera in *pr. & in Aut. de iu. §. oportet. coll. 6. & ff. de iudic. cum quem temerè.* Alii dicūt, q eo ipso, q succumbit, præsumitur calumniari: vnde calumniari debet in expensis. De hac materia plenè dictum est ṡ. *de do. & contu. finem.*

f ¶ *Nisi sententia pro absente.*] Sicut capitur *C. de iud. properandum. §. & si quidem.* ibi dicitur, q victus præsens sumptus suos de condemnatione deducat.

Qvod in dubiis.] Casvs. Sacerdotes, q gubernant naues ad pugnā, & q personaliter conflictum exercēt, & alios incitāt ad pugnandum, omnes sunt deponendi. No. q nō solùm ille est homicida, qui interficit, sed etiam ille, qui incitat ad interficiendum.

g ¶ *Incitant.*] In bel'o iniusto. *arg. ṡ. de homi. sicut dignum. §. qui verò. & ff. ad le. Aquil. item Mela. §. item cum eo.* secus si esset iustum, q a tunc licitum est hortari. *23. q. vlt. hortatu. & c. igitur. & c. vt pridem.* & interesse bellis *ead. causa. q. 3. Maximianus.*

Tvæ.] Abbas, & clericus in magnis criminibus deprehensi post depositione detrudi debēt in monasteriū ad agendam pœnitentiā. Et diuiditur. Primò ponitur consultatio: secundò responsio ibi, *Respondemus.* Abbas.

Casvs. Clerici aliqñ deprehenduntur in latrocinijs, & aliis magnis sceleribus: quærit, qualiter sint puniendi: Respondet Papa, q à suis sūt ordinib⁹ degradādi, & in arctis monasteriis detrudendi ad agēdam pœnitentiam. No. q clerici deprehēsi in latrociniis, & magnis criminib⁹, degradari debent, & in arctis monasteriis detrudi.

¶ *Gl. seq. ponit duas lect. & secundam declarat.*

h ¶ *Deprehensi.*] Et conuicti: sola. n. deprehēsio nō sufficit. *ṡ. de iud. cùm non ab homine.* Vel intellige, deprehensi, ita q factū sit notoriū per euidentiā facti: tales enim statim condēnari possunt. *C. de defen. ci. l. defensores Et ar. ṡ. de coh. cle. & mu. c. vlt. & 2. q. 1. de manif.* & talis dęprehensio auctoritate sui plati a libeti dēt, ne vltra se extēdat violētia, quàm exegerit defensio clericorū. *ȷ. de sent. exc. vt famæ.* aliàs capiētes essent excōicati, vt ibi.

i ¶ *Monasteriis.*] *Sim. 16. q 6. de lapsis. & 50. dist. si ille.* & si incorrigibiles fuerint, per sæcularem iudicem postea deprehendantur. *ṡ. de iudic. cùm non ab homine.*

Constitutus.] Primò ponit distinctionem. Secundò causam interserit ibi, *Et cum.* Abbas.

Casvs. Episcopus Lauitanus concessit monasterio Cryptæ ferratæ omnes Ecclesias in eius diœcesi sitas pertinentes ad monasterium illud, & quicquid iuris habebat in illis in emphyteusin sub annua pensione reddenda, ita quòd sola pensione contentus esset, sub certa pœna apposita instrumento inde confecto: postmodum orta fuit super his contentio inter eos: per confessionem vtriusq; partis constitit, quod pars monasterij substraxit Episcopo pensionem, & Episcopus exegit à monasterio pensione, & sic vtraque pars cōmisit in pœnam: vnde dominus Papa vtramque partem à pœna illa reddit absolutam. No. q confessio in iure facta præiudicat. Item pœna cum pœna compensatur.

k ¶ *Ex confessione.*] Confessio enim in iure facta pręiudicat. *ṡ. de* *trans.*

† *Dictio, pecuniæ, deest in antiquioribus exemplaribus.*

† *Cap. 5. eo. ti. in 1. comp. & pq̄ conc. Lat. sub Alex. iij. p. 3. c. 2.*

a *Vide glosā ibi & c. si quis caiusslibet. 21. q. 5. & Host. in summa ti. de offi. ord. §. q pertinet. & in c. pro humani. de homi. eo. li. 6.*

† *Aliàs ita: in expensis legitimis. aliàs ita in expēsis omnibus. sed in manuscriptis, vt est impressum, vno excepto.*

† *Ca. vnico, eod. tit. in 3. comp. Et an clerico pugnare liceat, explicat B. Th. 2. 2. q. 40. ar. 2. adde ibidē Caietanum.*

b *Adde quòd nec iuramentum calumniæ excusat à condemnatione expensarum. con. ord. l. 2. C. de iurando.*

† *Londen. archiepi o. o.* † *Londen. archiepiscopo.*

† *Cap. 3. tit. de vita, & honest. clerico. in 3. comp. Vide Ber. Diaz in pract. crim. cano. c. 84.*

c *Vide suprà tit. 1. c. fin. in per glo 2. Io. And.*

† *Parte cōstitutus. sup. de religio. dom. vbi inuenies varietates de vo. ce, Lauitani,*

d *Quod intellige, vt dixi de iudic. cum non ab homine, sup. per 1. glo. Io. And.*

transactio.praeterea 2 & ꝫ. *de confes.cum super.& c.ult.ubi de hoc.& C.eod.l.unica.& ff.eod.l.1.*

¶ *Glo.seq.opponit dupliciter,& soluit.*

a ¶ *Vtramque.*] Sed vr, quòd Eps non inciderit in pœnā: nam cū altera pars ei subtraxit pensionē, licitè potuit petere procurationem: quia fidē non seruanti fides non est seruāda. ꝫ. *de iureiurā. peruenit.2.* nā licitū est redire ad priorem actionē, cum ex parte altera nō pareatur pacto. *ar.* ꝫ. *de pact.cum pridem.* De hoc dictū fuit ꝫ *de elect. cū inter R.* Econtra vr, q illi potiùs puidicet, qui vltimò incidit in pœnā: nā si vterque est in mora, semper vltima mora nocet. *ff. de peri. & commo. rei ven. illud.* Rńdeo, hic pp par delictū neuter incidit in pœnam. *ff. de reg. iur. cum par.* & in delictis mutua fit compensatio ꝫ. *de adul. c.pe. & ult. 32. qu. 6. nihil. & ff. sol. mat. viro.* Io. compensatio mutua fit. *ff. de compen. si ambo. & ff. de dolo. si duo.* Hæc decre. decisa fuit in fine huius decre. ꝫ. *de reli. do. constitutus.* & p illā poteris intelligere istā. B.

b ¶ *Absolutam.*] Præferenda est enim opinio æstimationis pecuniario commodo. *ff. de sol. cùm ex pluribus. & ff. de usur. in pecudum. §. ult.*

Vtramque [a] partem ab ea reddimus absolutam [b].

¶ Idem Priori sancti Fridiani, & magistro B. Canonico Pisano.

¶ *Si testis propter vacillationem incarceratur, infamiam non incurrit.*

CAP. VIII.

SVper † his, de quibus nos consulere voluistis: *& infrà.* ¶ Clericus autem, qui pro eo quòd variauerat [c], & vacillauerat coram vobis †, de mandato nostro † captus est, & detentus, infamiam non incurrit [d].

Idem Spoletano Episcopo.

¶ *Obligatus ad certam quantitatem certa die sub pœna soluenda, si partem intra terminum soluit, ad pœnam integram non tenetur.*

CAP. IX.

SVā † ad nos rectores Clericorum sancti Fortunati querimoniam transmiserunt, quòd cùm tibi essent in quadraginta libris per quoddam arbitrium condemnati, essetque pœna triginta librarum apposita, nisi eas soluerent in termino constituto: tandem triginta tribus libris in termino persolutis [e], occasione septem residuarum, per quasdam nostras † litteras veritate tacita impetratas, obtinuisti eos in præfatis triginta libris tibi per delegatum Iudicem condemnari. ¶ Quia igitur te non decet intantum Pontificalis modestiæ [f] obliuisci, vt inhonestis quæstibus anhelando desideres cum aliena iactura ditari: Mandamus, quatenus septem librarū solutione contentus, super pœna [g] triginta librarum memoratos rectores de cetero non molestes.

SVper his.] CASVS. Quidā clericus corā Papa in testimonio vacillauit, & variauit in dicto suo: Papa fecit illum capi, & detineri: quærit, vtrū ppter hoc incurrerit infamiā? Respondet, q non. Nota, q vacillans, vel varians in testimonio non est ipso iure infamis.

c ¶ *Variauerat.*]Et ideo non fuerat ei credendum. *4. q. 3. ca. si testes §. qui falsò. & ꝫ. vt ecclesi. benefici. vt nostrum.* Ber.

d ¶ *Non incurrit.*] Quia genus pœnæ [a] per se non infamat, nisi sententia præcedat. *C. quib. ex cau. infa. irro. l. 1. & l. nullam.* licet Gratianus aliter senserit *3. q. 7. c. infamis. §. tria. in fi.* Vincen.

SVa.] Diuiditur. In prima, quæstio. In secunda prouisio ibi. *Quia igitur.* Abbas.

CASVS. Clerici sancti Fortunati condēnati fuerūt Epo Spoletano in xl. lib. per quoddā arbitrium sub certa pœna, nisi eas persoluerint in termino cōstituto: Eps impetrauit quasdam litteras cōtra eos tacita veritate, p quas fecit eos sibi cōdemnari in xxx. lib. nomine pœnæ, quia non soluerant totam summam in termino constituto: vnde dicti clerici domino Papæ querimoniam transmiserunt: Mandat Papa Epo Spoletano, quatenus vij. lib. solutione contentus existat, & super pœna xxx. lib. clericos illos de cætero non molestet, cum non deceat ipsum inhonestis quæstibus, cum aliena iactura ditari. Nota, q pœna non debet exigi nisi pro parte non soluta in termino constituto, licet de rigore iuris sit cōmissa in totum, & secundùm quosdā in totum exigi possit, in qua sententia fuit iudex, qui clericos istos condēnauit. Item cum alterius iactura nemo debet ditari, & præcipue clerici.

¶ *Glo. seq. signat contrarium & soluit distinguendo.*

e ¶ *Persolutis.*] Eo ipso q sortē recepit, pœnæ renuntiasse vr. *ff. de eo, quòd cert. loc. l. ult. in fi. & ff. de leg. commiss. post diem.* & ita vr, q eā vlterius petere nō possit. per hoc quod hic dr, nisi aliter cōuenerit inter eos, cum sortem recepit, scilicet q sors, & pœna peti possit. *ar. ff. de transact. qui fidem. C. de transact. cùm proponas. ff. si quis cau. l. 2. tan.* Et sic vr ex hac decre. q non committatur pœna in totum cum effectu, licet sors in totū soluta nō sit. Vnde habes contraria plura: *ff. de verbo. obliga. stipulationum. §. si sortem.* Super hoc consueuit distingui. Aut enim illud, quod promittitur sub pœna, consistit in dādo, aut in faciēdo: si consistit in dādo, in totum committitur pœna, licèt in parte sit satisfactum. *ff. famil. ercisc. hæredes §. in illa in fi. & ff. de verb. obl. stipulationum. §. si sortem. & l. in executione. ꝫ. item si ita. & ff. de pig. sed an vlt. ar.* Si verò consistit in faciendo, & illud, qđ promissum est sub pœna, indiuiduū, tunc id ē est, quod in primo casu, q in totum committitur pœna. *ff. fami. ercis. hæredes. §. an ea stipulatio. & ff. de verb. oblig. eadem. §. Cato. in princ. ibi, ab omnibus factum &c. & l. in executione. §. seruanda.* Sed in primo casu, cum consistit in dādo, dixit Azo, q opposita exceptione repelleretur à pœna p rata solutæ partis, *arg. ff. si quis cau. si seruus. §. 1. & ff. de verb. obl. l. 2. §. ult. ad fi. & arg. ff. depo. si. si duo hæredes & ff. de verb. obl. in executione. §. in solidum.* & hanc æquitatem seruat hic Innocentius. Nec est seruandus ille rigor, vt in totū pœna exigatur, q non debet quis cū aliena iactura ditari, vt hic dr. *& 22. q. 2. primum. & ff. de condi. indebi. nam hoc.* quia non interest illius pœnam recipere p soluta sorte: & ideo, quia placuit æquitatem præferri stricto iuri. *C. de ind. placuit.* vnde litteræ super hoc impetratę non valuerunt, quod patet ex eo, quod dicit, veritate tacita. Alij doctores legū seruant illum rigorem. Si verò factū sit diuiduū, pro parte tantùm committitur *ff. rem ratam habe. si procurator. §. si quis à procuratore. & ar. ff. de verbo. obliga. eadem. §. Cato. ibi,* at si de eo cautum, &c. Sed cōtrarium videtur in *l. prædi. ff. si quis cau. si seruus.* vbi committitur pœna in totum, licet detur exceptio pro alia parte, & factum videtur diuiduum. Sed dici consueuit, quòd illud est speciale in iudicio: quia & ibi mora purgatur. *ff. si quis cau. & si post tres:* sed in pœnali stipulatione non purgatur. *C. de contrahen. & commit. stipu. magnam:* quia tempus ibi interpellat. ꝫ. *de loca. et vlt.*

f ¶ *Modestiæ obliuisci.*] Præferenda est.n. existimationis opinio pecuniario commodo. *ff. de sol. cum ex plurib. causis. ff. de usur. in pecudum. §. ult.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remitt it.*

¶ Idem.

¶ *Occidentes Prælatum, priuantur beneficiis, & feudis, quæ habent ab Ecclesia, cui præerat Prælatus ille, nec eis, vel hæredibus restituentur: nec alia de nouo concedi debent. Et hodie in occidente, capiente, vel banniente Episcopum aucta sunt similes pœna: de quibus in Cle. si quis suadente. eod. tit.*

CAP. X.

AD † aures nostri Apostolatus peruenit, quòd cùm quidam parochiani tui ausu Diabolico [bonæ † memoriæ] I. Vincentinum Episcopum prædecessorem tuum nequiter peremissent, feuda, & beneficia, quæ illi à Vincentina Ecclesia obtinebant, ipsis per sententiam fuerant cum multa deliberatione sublata. ¶ Quia igitur maiori sunt animaduersione plectendi: Nos tam tibi, quàm successoribus tuis, auctoritate Apostolica prohibemus, ne ipsis, aut hæredibus eorum beneficia prædicta restituantur [h]: seu de nouo eis alia quælibet conferantur.

¶ Idem.

¶ *Prorumpens contra Iudicem, arbitrio superioris punitur.*

g ¶ *Pœna.*] Videtur ergo, ex hoc quòd Ecclesiastica persona non possit exigere pœnam, nec ab ea exigi. *ar. 2. qu. 5. si æternitatis. ar. contra. ꝫ. ex. compromissus.* De hac materia dictum est ꝫ. *de arbi. dilecti filij.*

AD aures.] Diuiditur hæc decre. Nam primò pœnalem sententiā recitat. Secūdò aggrauat ibi, *Quia igitur.* Abb. Sicul.

CASVS. Quidam ciues Vincetini Episcopum suum interfecerunt, propter quod fuerunt feudis, & beneficiis, quę à Vincentina Ecclesia detinebant, per sententiam spoliati. quæ sunt Episcopus Vincētinus, vtrum ipsis, vel eorū hæredibus illa beneficia sint restituenda? Respondet Papa, q nec ipsis, nec eorū hæredibus sint illa beneficia restituenda, seu de nouo alia conferenda: cū maiori sint etiā animaduersione plectendi. Not. q omnia beneficia debet quis amittere, quæ obtinet ab Ecclesia, qui Prælatum ipsius interfecit, nec alia sibi, vel eius hæredibus cōferenda sunt de nouo. Itē pœna nō solum tenet auctorē, sed extenditur ad hæredes.

h ¶ *Restituantur.*] Imò videtur, q maiori pœna puniendi sunt, vt non solū ea restituantur, sed omnia alia bona sua ecclesiæ, cui iniuria facta est, tradantur perpetuò. *17. q. 4. si quis deinceps.* & anathematizentur, vt ibi dicitur: licet ipso iure sint excommunicati. *ea. causa & qu. ea. si quis suadente.* Item alia pœna ei ponitur ꝫ. *eo. c. prox.* & si iterum aliqui suum Episcopum interficiant, priuantur Episcopo. *c. 25. q. 2. ita nos.*

† *Cap. 3. ti. de accusat. in 3. comp.*

† *Aliàs nobis.*

† *Aliàs, vestro.*

† *Cap. 2. ti. ne clerici, vel monachi in 3. comp.*

† *Dictis, nostras, deest in plerisque antiquis codicibus.*

a *An carcer sit pœna: dic vt infrà, eo. quamuis li. 6. dixerunt hic Innot. Host. & Ab. quòd est custodia, nō pœna. ff. de pœ. aut facta. §. solent.* Ioan. And.

† *Ca. 1. eo. ti. in 4. comp.*

† *Hæc duo verba, bonæ memoriæ, desunt in omnibus Vaticanis.*

b *Adde, quę sit obligatio diuidua, quę indiuidua: not. in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig.*

c *Idem in casu infrà ca. felicis. lib. 6.* Ioan. And.

Dile-

D*ilectus.*] Qui iudici iniuriantur, per superioris arbitrium puniri debent. hoc dicit. Abbas.

CASVS. Dicitur hic quod si aliquis temerè prorupit cōtra iudicis assertionē, secundū arbitriū superioris debet puniri, cū de ipsius litigatoris improbitate cōstiterit, ne vilescat iudicialis auctoritas. No. quod litigator, qui temerè contradicit iudici, coram quo litigat, arbitrio superioris puniri debet, quia non est vilipendenda iudicialis auctoritas,

¶ *Glo. seq. arg. signat contrarium, & soluit.*

a ¶ *Assertionem*] A quo verbo iudicis est credendū, nisi contrarium probetur: vt hic dicitur. *arg. s. de proba. post cessionem. Arg. contra. s. de test. cùm à nobis. & s. de probatis.* quā cōtra falsam, cui standum est. Sed quod dicit hic, quod puniri debet litigator, verū est, cum temere contradicit iudicis assertioni, puta, cū iudex hoc, quod dicit, ostēdit per acta; vel cū litigator nihil ostēdit cōtra excōicationis sententiā: tū puniatur in sumptibus. *j. de sent. exc. sacro. ar. s. e. calumniam.* vel aliàs secundū arbitriū superioris, vt hic dicit. *& s. de offi deleg. de causis.*

† *Cap. 1. tit. de probatio. in 4. compil.*

† *Idem scilicet Innocen. iij. in concilio generali La. c. 45. & ca. 1. eo. tit. in 4. compil.*

a *Aliquando iudicem contumeliam: vt dicendo quòd mentitur: vel quòd meliùs esset habere asinum in iudicem, cùm ipse nihil intelligat, vel hos similia. & quis hoc puniat, dictum est in text. Ioan. And.*

CAP. XI.

D*Ilectus* † filius electus sancti P. ad montes: *& infrà.* ¶ Ne iudicialis euanescat auctoritas, cùm de litigatoris improbitate constiterit, aduersùs assertionem [a] Iudicis temerè prorumpentis: iuxta superioris arbitrium digna poterit animaduersione puniri.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Patroni, Aduocati, vel Vicedomini vendicantes sibi in Ecclesiis plusquam iura permittant, per censuram Ecclesiasticam compescuntur: & si occidunt Prælatum, vel Clericum Ecclesiæ per se, vel per alios, perdunt, quod habent ab Ecclesia, & eorum posteri vsque ad quartam generationem non admittuntur ad Cleram, nec in Religionibus præficiuntur.*

CAP. XII.

IN quibusdam prouinciis Ecclesiarū Patroni, & Aduocati, seu Vicedomini, se in tantam insolentiā erexerunt, quòd non solùm, cum vacantibus debet Ecclesiis de pastoribus idoneis prouideri, difficultates ingerūt, & malitias; verùm etiam de possessionibus, aliisque bonis Ecclesiasticis pro sua voluntate ordinare præsumūt: & (quod horrendum est dicere) in necem Prælatorum prorumpere non formidant. ¶ Cùm igitur quod ad defensionis [b] subsidium est inuentum, ad depressionis dispendium non debeat retorqueri: Prohibemus expressè, ne Patroni, vel Aduocati, seu Vicedomini super præmissis de cætero plùs vsurpent, quàm reperiatur in iure permissum [c]: & si contrà præsumpserint [d], per seueritatem canonicam districtissimè cōpescantur. ¶ Sacri nihilominus concilij approbatione statuimus, quatenus si Patroni, vel Aduocati, aut Feudatarij, seu Vicedomini, aut alij beneficiati alicuius ecclesiæ, rectorem, vel Clericum alium ipsius ecclesiæ, per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausu nefando præsumpserint: Patroni, ius patronatus, Aduocati, aduocatiam, Feudatarij, feudum, Vicedomini, vicedominatum, & Beneficiati, beneficium prorsus [e] amittant.

¶ Et ne minùs vindictæ, quàm excessus memoriæ prorogetur, non solùm de præmissis nihil perueniat ad hæredes [f], sed etiam vsque ad quartam generationem posteritates talium in Clericorum collegium nullatenus admittantur: neque in domibus regularibus alicuius prælationis [g] assequantur honorem, nisi cum eis fuerit misericorditer † dispensatum [h].

I*N quibusdam.*] Diuidit. Nā primò recitat triplex patronorum delictum. Secundò ibi, *Cū igitur.* prouidet, & cōtra primū, & cōtra secūdum, vtrūque prohibēdo. Tertiò ibi, *Sacri.* cōtra tertiū, illud primū puniēdo in factoribus: secūdò, aggrauādo pœnā in posteros ibi. *Et ne minùs.* Abbas Sic.

CASVS. Patroni Ecclesiarum, aduocati, seu vicedñi in tanta præsumptione se extollunt, quod cū vacantibus ecclesiis de personis idoneis prouideri debet, non solùm difficultates ingerunt, & malitias; verum etiā de possessionibus, & aliis bonis ecclesiarum pro sua volunt disponere voluntate: & quod deterius est, in necem Prælatorum præsumunt erumpere: prohibet generale concilium expresse, quod de cætero nec patroni, vicedomini, vel aduocati super prædictis plus vsurpent, quàm reperiatur in iure permissum: & si contra fecerint, per seueritatem canonicam compescantur: ne quod ad defensionem est inuentum, ad depressionis dispendium valeat retorqueri. Statuit insuper concilium, quatenus si patroni, aduocati, feudatarij, seu vicedomini, aut alij beneficiati, clericum, vel rectorē alicuius ecclesiæ per se, vel per alios occidere, vel mutilare præsumpserint, amittant, quicquid iuris in Ecclesia habent, vel ab ipsa tenent, vsque in quartam generationem posteritates talium in clericorum collegium nullatenus admittantur, neque in domibus regularibus Prælationem aliquam assequantur, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum. Nota, quòd prouisum est ad defensionem, nō debet ad grauamen extendi. Item nota pœnam illorum, qui contra ecclesiam delinquunt: scilicet quòd amittere debēt, quicquid ab Ecclesia tenent. Item pœna extenditur ad hæredes. Item monachatus omnem maculam non abstergit.

b ¶ *Defensionis.*] Patroni enim Ecclesiam defendere debent [b]. *16. q. vlt. filiis.* hanc defensionem non debent extendere ad grauamen: vt hic dicit. sic s. *de appel. c. 3. & c. cum speciali. §. porro. & s. de iureiuran. quantò. & 22. q. 4. inter cætera.*

¶ *Glo. seq. reci. per q. & solutionem, & dat simile.*

c ¶ *Iure permissum.*] Permissum patronis est præsentare rectorē, & habere ius professionis, & si ad inopiam vergat, ei ab Ecclesia succurritur. *s. de iure pat. nobis. & 16. q. 7. quicunque.* sic Episcopus, non debet plus petere à subditis, quàm sit permissum à iure. *18. q. 2. hoc tantùm. & 10. q. 3. quia cognouimus. & s. de censi. cùm Apostolus.* aliàs restitueret duplum. *s. de immu. eccles. quia plerique. & s. de censi. procurationes. in fi.*

b *Expensis tamen ecclesiæ secūdum Gof. bene hic, qui hoc not. in lib. in c. 2. de in. par. ver. nūc videamus de honore. dicit enim sufficere, si patroni diligentiam, & ministerium ad hibet, sicut tutor expensis pupilli ipsum defendit. ff. de admi. tut. l. à tutoribus. Ioa. And.*

d ¶ *Præsumpserint.*] Nisi forte in casu quem habes j. *de sent. excom. si verò.* cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliàs non.

¶ *Glo. seq. reci. per quæstionem, & solutionem, & dat duo similia.*

e ¶ *Prorsus amittant.*] Et deuoluantur ad ecclesiā, cui facta est iniuria *17. q. 4. si quis deinceps. & c. quisquis.* vt dictum est, *s. eo. ad aures. & 27. q. 1. si quis rapuerit.* Sic ergo Ecclesia non habebit patronum [c]: & sic vasallus amittit feudum (vt hic patet) si non seruat fidelitatem domino. *22. q. vlt. de forma.* & in libro de feudis, quemadmodum feudum amittatur. & *96. dist. si imperator. si. s. de postu. c. vlt.* sic & donatio reuocatur propter talem ingratitudinem, & propter alias etiam. *s. de dona. c. vlt. vbi de hoc C. de reuoca. dona. l. vlt.*

c *Ad idem de iure patron. c. vnico. lib. 6.*

f ¶ *Ad hæredes.*] Et descendentes per lineam directam vsque ad quartam generationem: vt hic dicitur: quia vsque ad quartam generationem extenditur consanguinitas. *s. de consang. non debet.* Et est speciale hic, quòd filius puniatur pro delicto patris, sicut in crimine læsæ maiestatis. *6. q. 1. §. quæro. §. verùm. ver. si quis cum militibus.* & in hæresi. *s. de hære. vergentis.* aliàs bona damnatorum deuoluuntur ad hæredes. *C. de bo. dam. Auth. bona.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & remittit.*

† *Dictio, misericorditer, deest in plerisque codicibus.*

¶ Honorius tertius Præposito, Archidiacono, & H. Canonico Suessionen.

¶ *Domino excommunicato manente, subditi fidelitatem non debent: & si longo tempore in ea perstiterit; & monitus non paruerit Ecclesiæ, ab eius debito absoluuntur.*

CAP. XIII.

G*Rauē* † Capitoli Lund. † recepimus quæstionem, quòd cùm Comes Registreñ. †

g ¶ *Prælationis.*] Sed contra videtur, cùm ingressus religionis tollat irregularitatem, *s. de fil. presby. c. 1. & in Auth. de mo. in prin. coll. 1. Dic vt s. de apost. ad 3. c. 2. Ber.*

¶ *Glossa sequens reci. per q. ponit opi. & solutionem.*

h ¶ *Dispensatum.*] Cum non determinetur, à quo possit dispensari. Dicit Ioan. [d] quòd Episcopus potest dispēsare, ex quo Papa specialiter non retinuit sibi dispensationem. *arg. j. de sentent. excom. nuper.* Honestum esset, quòd nullus Episcopus sine licentia Papæ dispensaret cum talibus, vt alij saltem timerent, cùm viderent illos vsque ad vltimam generationem puniri.

G*Rauem.*] Primò ponitur querela. Secundò prouisio ibi, *Licet igitur.* Abbas.

CASVS. Comes Registreñ. multas iniurias, & grauamina irrogauit capitulo Lund. propter quod per iudices delegatos ab Apos. sede fuit excommunicatus, & per duos annos, & amplius in excommunicatione persistens noluit parere iuri, claues Ecclesiæ contemnendo: vnde capitulum Lund. iterum significauit hoc domino Papæ: quamuis huiusmodi pertinacia non careat scrupulo hæreticæ prauitatis, mandat Papa quibusdam, quatenus si comes ille commonitus iuri parēre noluerit, absoluant ecclesias, in quibus ius habet, ab eius obligatione: & fideles ipsius ab obligatione ipsius, quandiu in excommunicatione persisterit, denuncient absolutos. Not. quod excommunicatus, qui contemnit claues Ecclesiæ, iterum puniendus est, prout hic dicitur, quia crescente contumacia, crescere debet pœna. Item arg. quod nobilitati parcendum est circa pœnas imponendas.

† *De intellectu vide Eymericum in Directorio inquisitorum p. 2. q. 47. nu. 6.*

† *Landunen.*

† *Registeren.*

d *Vide B. Thomam 2. 2. q. 189. art. 3. arg.*

e *Iarn. Vin. Go. & Phi. pro his fatis, quia isti laborant vitio. C. de na. li. l. legem. vide in Spe. de legi. §. nunc de episcoporum. vers. 53. Ioa. And.*

a ¶ *Claues.*] Dictas Petro, 21. *dist.* c. 1. & 11. *dist. in nouo.* & in Petro datæ sunt Ecclesiæ claues, 24. q. 1. *quodcunque.* & cuilibet eius successori, *extr. de transla. quanto.* Ber.

b ¶ *Contemnendo.*] Et si aliàs ligatus non fuisset, ex contemptu ligaretur. 11. *quæst.* 3. *cap. non solum.* §. *cùm ergo sententia. in fin.* & 24. *qu.* 3. *c. audum.* non enim debet contemni, cùm sit medicinalis. 2. q. 1. *multi.*

c ¶ *Hæreticæ prauitatis.*] Hoc ideo dicit: quia qui propter suspicionē hæresis excommunicatur, si per annum steterit in excōmunicatione, postea tanquam hæreticus habetur. *ex. de hære. excommunicamus.* §. 1. tamen si pro contumacia excommunicetur, siue per annum, siue per plures in excommunicatione steterit, non habetur vt hæreticus: sed aliàs contra eum proceditur, vt hic dicit.

d ¶ *Nobilitati.*] Nota: quòd parcitur nobilitati circa pœnas, vt aliter puniatur nobilis, quàm ignobilis. 24. *qu.* 1. *qui contra pacem.* & 50. *dist. contumaces.* & in beneficiis etiam magis prouidendum est nobilitati. 86. *dist. non satis.* ver. *item si considerãda est.* Argu. contrà, quòd æque puniatur. *ex. de sta. reg. ea quæ.* vbi de hoc.

e ¶ *Ecclesias, in quibus aliquod ius.*] Forte ius patronatus, vel quicquid aliud possit ab Ecclesia percipere, vt Ecclesia aliquo debito tenetur eidem, vt interim Ecclesia ei respondere non teneatur: vt *ex. de hære. excommunicamus.* §. *credentes.* & *cap. vlt.* 15. *qu.* 6. *nos sanctorum.* & ipso iure absoluti sunt tales: & hic præcipitur, quod denuncientur solummodò absoluti: vt in fi. dicit. Et est arg. quòd crescente contumacia crescere debet pœna. *ex. vt lit. non contest. quoniam. in fin.* & *ff. de pœnis. l. relegati.*

† *Aliàs, eidem, sed in antiquioribus, eisdem, legitur.*

† *Vide concilium Trident. sess. 25. de ref. cap. 3. circa finem.*

† *In omnibus codicibus Vaticanis, & plerisque aliis ita: ab eius item fidelitate denuntietis penitus absolutos.*

† *Aliàs, Calixtus, vt in omnibus Vaticanis: sed reperiuntur hæc apud Gregorium lib. 12. epist. 31. registri ad Felicem Siciliæ Episc.*

† *Habetur in synodo Maguntina sub Rabano Archiepiscopo c. 24. referunt Burchardus l. 6. cap. 7. Iuo p. 10 c. 136. & Gratianus sine Palea 27. q. 4. c. qui presbyterū.*

pro multis iniuriis, quas irrogarat eisdem †, per Iudices à sede Apostolica delegatos excommunicationis vinculo fuerit innodatus: idem per duos annos, & ampliùs in excommunicatione persistens, iuri parere pertinaciter tenuit, claues [a] Ecclesiæ contemnendo [b]. ¶ Licèt igitur huiusmodi pertinacia non careat scrupulo hæreticæ [c] † prauitatis: volentes tamen nobilitati [d] parcere Comitis supradicti: Discretioni vestræ mandamus, quatenus si Comes prædictus post commonitionem vestram non paruerit plenè iuri, vos Ecclesias, [e] in quibus aliquod ius habere dignoscitur, ab eius debito absoluentes, fideles ipsius (quandiu in excommunicatione persisterit) ab † eius fidelitatis iuramento denuncietis penitus absolutos.

TITVLVS XXXVIII.

De pœnitentiis, & remissionibus.

¶ Alexander † Papa.

¶ Pro manifesto peccato pœnitentia publica imponi debet.

CAP. I.

Manifesta peccata, non sunt occulta [f] correctione purganda.

¶ Ex concil o † Maguntineñ.

DE POENITENTIIS, ET REMISSIONIBVS.

¶ *Suprà visum est de pœnis, quæ imponuntur in foro iudiciali. Nunc competenti ordine subnectitur de his, quæ imponuntur in foro pœnitentiali, verùm quia huiusmodi pœnæ, seu pœnitentiæ quandoque releuantur per indulgentias seu remissiones: ideo hic subiicit de remissionibus.*

De hac materia tractatur 50. dist. c. hi, qui altari. §. sed exemplo. vsque ad fi. dist. & 36. q. 6. & q. 7. & q. 8. c. si aliquis. §. ecce. quod vsque ad fi. q. & 33. q. 2. §. sed quia timore, vsque ad fi. q. & quasi per totum, & pleniùs in tractatu de pœnitentia, qui aa m, lar spiritus seq. formis per. 7. di. expeditur.

Manifesta peccata.] CASVS. De se patet. Not. quòd qui publicè peccat, publicè puniendus est.

f ¶ *Occulta.*] Immo qui publicè peccant, publicè corripiantur. 2. *qu.* 1. *si peccaueris* & *de consec. dist.* 2. *ego Berengarius in fi.* & hoc siue sint grauia, siue sint leuia, vt vitetur scandalum [a]: solemnis tamen pœnitentia clerico imponi non debet, nec etiam publica, nisi depositio. *ar. 50. di. alienum.* & *c. confirmandum.* *ex. eod. quæsitum* vbi de hoc & 26. q. 6. c. vlt. Lau.

a *Ad hoc de pœ. c. si quis presbyter. in pr. Ioan.*

b *Cuius forma habetur 50 dist. in capite.*

QVi presbyterum.] CASVS. Statutum fuit in concilio Maguntin. vt si aliquis presbyterum occiderit xij. ann. pœnitentiat: & si conuictus inde fuerit, vsque ad tempus vitæ suæ militiæ cingulo careat, & inde non contrahat. Not. quod interficiens presbyterum xij. an. pœnitere debet. Item si miles presbyterum occiderit, cingulo militiæ perpetuò careat, & postea non contrahat.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

g ¶ *Xij. annorum.*] *Arg. contra. 33. q. 2. hoc ipsum.* & *c. admonere.* Sol. ordinarium est, quod pro mortali crimine septennis pœnitentia iniungatur, vt ibi: sed propter enormitatem maior: vt hic. Ala. & sacerdoti imponitur quandoque pœnitentia xij. ann. 30. q. 1. *non debet.*

¶ Ponit pœnitentiam occidentis Presbyterum.

CAP. II.

QVi presbyterum occiderit, xij. annorum [g] pœnitentia ei secundùm canones [h] imponatur: *& infrà.* ¶ Conuictus vsque ad vltimum tempus vitæ suæ militiæ cingulo [i] careat, & absque spe [k] coniugij maneat.

¶ Alexander iij. Mediolaneñ. Archiepiscopo [& Suffraganeis †.]

¶ Consideratis circumstantiis, arbitraria pœnitentia indicenda est ei, qui modum excessit se defendendo.

CAP. III.

SIgnificauit † nobis vir nobilis P. quòd F. dicto Imperatori, cùm olim rediret ab vrbe [l], castrum Vernicæ † negauit: *& infrà.* ¶ Vnde contigit, quòd quatuor castris destructis, plusquam duo millia domorum destructa fuerunt, & multi homines interfecti, & alia mala ibi commissa, quæ longum esset per singula enarrare. ¶ Quoniam igitur præfatus P. Deo exinde reconciliari desiderat: Mandamus, quatenus ipsis pœnitentiam (secundùm quòd visum fuerit [m]) misericorditer [n] imponatis †: attendentes †, quòd pro libertate [o] sua, & Ecclesiæ deuotione [p] hoc fecit. Quare in his

h ¶ *Canones.*] Pœnitentiales.

i ¶ *Cingulo.*] Deponitur iste à dignitate sua, vt clericus, ne arma vlterius ferat. *de pœ. dist.* 5. *falsas.* & 33 q. 2. *admonere.*

¶ *Gl. seq. ponit 6. casus, in quibus crimen impedit matrimonium, sed non dirimit.*

k ¶ *Absque spe coniugij.*] Quædam crimina impediunt matrimonium contrahendum, vt incestus, *ex. de eo, qui cogno. consangui. vxo. suæ. c.* 1. & 2. & *c. transmissæ. in fin.* 32. *qu.* 7. *si quis viduam.* Item raptor sponsæ alterius. 27. q. 3. *statuimus.* Item si quis vxorem suam interficiat. 33. *qu.* 2. *admonere.* Item si quis baptizauerit filiū suū, vt separetur sic ab vxore 30. *qu.* 1. *de eo.* Item qui monialem scienter in matrimonio accepit. 27. *qu.* 1. *hi ergo qui.* & in casu præsenti hæc impediunt, sed non dirimunt. Alia sunt, quæ impediunt, & dirimunt, de quibus habuisti, *ex. de eo, qui dux. in matri. quam pol. cùm haberet*, & in aliis pluribus cap. ibidem.

ADDITIO. Vnde vers.

Incestus, raptus, sponsatæ mors mulieris:

Susceptus propriæ sobolis, mors presbyteralis:

Vel si pœniteat solemniter, aut monialem

Accipiat: prohibent hæc coniugium sociandum.

† *Hæ duæ voces, & Suffraganeis, desunt in omnibus Vaticanis, & plerisque aliis.*

† *C. a. 2. n. 11. in 1. compil.*

† *Vernicæ.*

† *Vernæ.*

† *imponat.*

† *attendens.*

SIgnificauit.] Primò ponitur petitio. Secundò prouisio ibi, Quoniam. Abbas.

CASVS. Quidam nobilis P. nomine, cùm Fridericus dictus Imperator rediret ab vrbe Romana, tempore, quo habuit guerram cum Alexandro, denegauit ei quoddam castrum: vnde contigit, quòd quatuor castra destructa fuerunt, & multi homines interfecti, & alia multa mala commissa: dictus P. significauit hoc domino Papæ, petens super hoc animæ suæ prouideri: vnde mandat Archiepiscopo Mediolañ. quatenus, secundùm quod sibi visum fuerit, pœnitentiam imponat eidem considerans, quòd pro libertate sua, & Ecclesiæ deuotione hoc fecit: vnde talem discretionem adhibeat, vt tam ipse, quàm alij timore pœnitentiæ à seruitio Ecclesiæ non retardentur, nec salutis periculum debeant formidare. Not. quod pœnitentiæ sunt arbitrariæ. Item misericorditer agendum est cum peccatore. Item licitum est pro libertate sua pugnare. Item mitiùs agitur cum his, qui pro tertio Ecclesiæ peccatum incurrunt.

l ¶ *Vrbe.*] Id est, Roma. Appellatione enim vrbis, Roma intelligitur. *ff. de verb. signifi. vrbis.* & *l. qui in continentibus.* sicut cum dicitur Apostolus, Paulum intelligimus antonomastice [c]. Ber.

m *Visum fuerit.* Et sic pœnitentiæ arbitrariæ sunt. 26. q. 7. *tempora. de pœni. dist.* 1. *mensuram.* & *ex. eo quæsitum.*

n ¶ *Misericorditer.*] Arg. pro misericordia impendenda. 50. *dis. ponderet* 45. *dist. licet.* 26. q. 7. *alligant.* Lau.

o ¶ *Pro libertate.*] Hæc est iusta causa pugnandi, si modus seruetur. 23. q. *vlt. omni timore.* & *c. hortatu.*

p ¶ *Deuotione.*] Quamuis bona intentione fecerit, modum tamen excessit, quod patet ex eo, quod pœnitentia imponitur. *argum.* 23. *quæst.* 4. *qui peccat.* & *ex. de restit. spol. cum olim.* 1. *in fi.*

c *Concord. tex. in §. sed ius quidem ciuile. cum gl. in vers. Virgilium, & præte. insti. de iur. na. gen. & ciui.*

a ¶ *Retardentur.*]

a ¶ *Retardentur.*] Arg. mitius agendum cum aliquibus, ne à seruitio eccleſiæ retrahantur. arg. 11. *q.1. certè. C. de pœnis. humor.*

QVod autem.] In prima ponitur consultatio. In ſecunda responſio ibi, *Hoc volumus.* Abbas.

CASVS. Quæſitum fuit à domino Papa, vtrùm remiſſiones, quæ fiunt in dedicationibus Eccleſiarum, aut conferentibus ad ædificationem pontium, proſint aliis, quàm his, qui ſubſunt illis, qui has remiſſiones faciũt: Reſpõdet Papa, quod cùm à non ſuo iudice ligari nullus valeat, vel abſolui, huiuſmodi remiſſiones illis ſolummodò proſunt, quibus proprij iudices hoc cõceſſerũt. Not. quod ſententia à non ſuo iudice lata non tenet. Item ar. ꝙ clericus ſine licentia ſui Epiſcopi in aliũ iudicem etiam eccleſiaſticum conſentire non poteſt. Item remiſſiones vel indulgentiæ illis tantùm proſunt, qui remittenti, vel indulgenti ſubſunt.

Debet.

debetis † talem diſcretionem habere, vt alij, & ipſe idem pro auſteritate pœnitentiæ à ſeruitio Eccleſiæ nullatenus retardentur [a], nec aliquod ſalutis periculum debent formidare.

¶ Idem Archiepiſcopo Cantuarien.

¶ *Indulgentia, quæ cõceduntur per Prælatos non ſubditis, non proſunt, niſi proprij Iudices hoc concedant.*

CAP. IIII.

QVod † autem conſuluiſti, vtrùm remiſſiones, quæ fiunt in dedicationibus [b] Eccleſiarũ, aut conferentibus ad ædificationem pontium, aliis proſint, quàm his, qui remittentibus ſubſunt: Hoc volumus tuam fraternitatem tenere, quòd cùm à non ſuo Iudice [c] ligari nullus valeat, vel abſolui, remiſſiones prædictas prodeſſe illis tantummodò arbitramur, quibus vt proſint [d], proprij Iudices [e] ſpecialiter indulſerunt [f].

Cap. 3. &. 11. in 1. compil. & post concilium Lat. ſub Alex. iij. p. 35. c. 4. Vide Specul. tit. de pæn. & remi. & de materia pleniſſime Turrecremata de pæ. diſt. 1. §. item in Leuitico.

b ¶ *In dedicationibus.*] Hodie indulgentia, quę in cõſecrationibus Eccleſiæ fit: non debet excedere annum, ſiue fiat ab vno, ſiue à pluribus Epiſcopis in anniuerſario conſecrationis, & in aliis caſibus: vltra xl. dies huiuſmodi indulgentiæ hodie non excedunt. *j. eod. cùm ex eo. §. vlt.*

¶ Idem Beluacen. Epiſcopo.

¶ *Non eſt verè pœnitens, qui peccandi animum deponit; tamen recipitur eius confeſſio.*

c ¶ *A non ſuo Iudice.*] *j. eod. omnis. §. 1. s. de iudic. at ſi clerici. & s. de conſue. ad noſtram. & C. ſi à non compet. iud. l. poteſt exponi*, id eſt, à non ſuo iudice factas.

¶ *Gloſſ. ſeq. quærit, quid valeant remiſſiones. ponit 4. opi. & ſol. demum quærit, & ſoluit.*

d ¶ *Vt proſint.*] Quid valeant tales [a] remiſſiones, vetus eſt querela, adhuc tamen ſatis dubia. Quidam dicunt, quod valẽt tantùm quoad Deum, non quoad Eccleſiam: quoad Deum, quoniam ſi quis ſine mortali decedat, non tamen acta condigna pœnitentia de peccatis, pœnam purgatorij minùs ſentiet pro modo [b] remiſſionis ſibi factæ in vita iſta; Eccleſia tamen viuenti ob hoc debitam ſatisfactionem non relaxat. Alij dicunt, quòd valent quoad eccleſiam; ſed tunc tantum cùm peccatum per contritionem, vel per ſatisfactionem ſufficienter punitum eſt: tunc enim quod ex ſuperabundanti Eccleſia impoſuit, & quoad Deum, & quoad eccleſiam omnino per tales remiſſiones, remittitur. Alij etiam dixerunt, quòd omnino prout dantur, proficiunt & quoad Deum, & quoad eccleſiam: ſed qui eas faciunt, ſe onerant: tenentur enim eleemoſynis ſuis, & orationibus eas ſupplere: alioquin grauiter in purgatorio punientur. Alij dicunt, quòd valent tantùm ad remiſſionem illius pœnitentiæ, quæ negligenter eſt omiſſa. Sed ex hoc c. veriùs colligitur, quòd qui iniungit pœnitentiam, ſicut ſibi videtur, imponit, & concedit, vt eam per has remiſſiones vel in totum, vel in partem redimat: quod ſi fecerit, vt hic dicitur, valent remiſſiones ad relaxationem iniunctæ pœnitentiæ: alioquin non. Hoc tamen verum eſt, quòd licèt non valeant ad relaxationem iniunctæ pœnitentiæ quoad eccleſiam, valent tamen ad minorem pœnam peccati quoad Deum, ſicut alia bona. Sic ergo ſi iudex iniungit alicui ſeptennẽ pœnitentiã, & non cõcedit, vt poſſit redimere: licet ipſe, vel alius pro eo generalem faciat remiſſionẽ ad pontẽ, vel ad alium locũ, qui ponti confert de ſuo, quantitatem pœnitentiæ ſibi iniunctę quoad eccleſiã non diminuit. Alij. Et hoc, quod dicitur in hac littera intellige verũ, cum peccatũ per contritionẽ omnino dimiſſum eſt. Nam pro omni peccato duplex pœna debetur, têporalis, & æterna. *de pæ. diſt. 1. ſi peccatum Dauid. & c. ſiue primi.* ſed per contritionem pœna æterna dimittitur. *de pæ. di. 1. verbũ Dei.* Têporalis verò, ſcilicet per ſatisfactionem, *vt in præd. ſi nec ſi peccatum.* Et pro iſta pœna qualitercunque ſatisfaciat eccleſiæ, dummodo non decipiatur Eccleſia, ſufficit, & abſolutus eſt, quem abſoluit, & ligatus, quem ligat. *24. q. 1. quodcunque.* Sed impoſita alicui ſeptenni pœnitentia, datis vij. denarijs, habet vij. ann. remiſſionis vali-

a *De materia huius gloſſæ præter doctores hîc, vide Theologos l. 4. ſent. diſt. 20. & 21. & ſummiſtas in verbo, indulgentia. & Felinum in ſermone de indulgentia.*

b *Id eſt, ſi habuit annũ indulgentiæ, tantò minùs erit in purgatorio, quãtò minùs fuiſſet, ſi per annum in vita pœnituiſſet, ſecundùm Innocentium. Ioann. Andr.*

turos ſibi præcepto imponentis ſibi pœnitentiam: Nũquid vltra ieiunare tenetur? Reſpondetur, ſi in veritate ſatisfecerit eccleſiæ, non tenetur ex neceſſitate ieiunare, ſed ex honeſtate: & ſi cõtemnat, peccat mortaliter [c] pro cõtemptu. Debet enim ſemper dolere de peccato. *de pæn. diſt. 3. productior.* quia neſcit, an dimiſſa ſint ei peccata. *ar. s. de pur. cano. c. vlt. ibi: & ſi ſimplex fuero, &c. cum ſuis concor.* ſi & commodè poteſt adæquari pœna cum præcedenti culpa, ſaltem debet. *arg. de pæ. diſt. 1. vide benignum.* Vnde Apoſtolus, *Sicut exhibuiſtis membra veſtra. & c. 47. diſt. omnes huius ſæculi.* & punire in ſe, quod deliquit. *de pæn. diſt. 1. ſi peccatum. & de pæn. diſt. 3. pœnitentia eſt. T.*

c *Talis enim, ac tantus poteſt eſſe contẽptus, vt hic dictũ gloſ. ſit verũ.*

CAP. V.

QVòd † quidam ad confeſſionem de criminibus veniant, & quamuis confiteri velint, ſe tamen aſſerunt abſtinere non poſſe: conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd eorum confeſſionem recipere debes, & eis de criminibus conſilium exhibere: quia licèt non ſit vera huiuſmodi pœnitentia [g], admittenda eſt [h] tamen eorum confeſſio, & crebris, & ſalubribus monitis pœnitentia indicenda.

† *Cap. 1. eo. tit. in 2. cõp. De materia Ale. de Ales p. 4. membro 9. & B. Thomas 3. p. qu. 85. & art. 3. & q. 90. ar. 4. quos videto.*

¶ *Glo. ſeq. dupliciter exponit, quod de iudicibus dicit textus.*

¶ Impubes, qui Clericum percussit, ab Episcopo absolui potest: & qui loco, vel causa disciplinæ percussit Clericum, etiamsi sit maior, excommunicatus non est, qui verò ex odio, sic: & per Papam absoluitur.

CAP. I.

SVper † eo verò, quod consiliũ postulâsti: *& infrà.* ¶ Respondemus, quòd si Clerici infra † puberes annos se adinuicem, aut vnus alterum percusserint [f], non sunt ad Apostolicam sedem mittendi: quia eos ætas excusat [g]. Nec clerici [h], si sunt plenæ ætatis, & non odio, vel inuidia, vel indignatione, sed leuitate iocosa se adinuicem percutere contingat: neque magister, si scholarem clericum intuitu disciplinæ [i], vel correctionis percusserit,

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cõpi. & post Concil. Later. sub Alexan. iij. par. 14. c. 7.

† In recentioribus libris, intra, legitur, sed penitus cõtrario decisioni Pontificis: ex antiquis tamẽ, infra, restitutum est.

DE SENTENTIA excommunicationis.

¶ *Suprà visum est de pœnis, quæ imponuntur tam in foro contentioso, quàm pœnali. Vt enim tamen quia excommunicatio est pœna delicti, cum fertur à Iudice: non verò ab homine, vel pœna contumaciæ: meritò post rubricas præcedentes subijcitur ista. Abbas.*

De hac materia tractatur 31 qu. 1. & q. 2. & q. 3. & 9. q. 1. & & 11. q. 3 per totum.

SVper.] Tres sunt partes. Secunda ibi, *Nec clerici,* Tertia ibi, *Cæterùm.* Abbas Siculus.

Casvs. Quæsitum fuit à Papa, si clerici infra minores annos constituti se adinuicem percusserint, vtrum sint ad Apostolicam sedem mittendi pro absolutione: Respondet Papa, quod si infra dictam ætatem clerici se adinuicem percusserint, siue vnus alterum, non sunt ad sedem Apostolicã mittendi: quia ætas excusat. Item nec clerici, si sint plenę ætatis, & adinuice se percusserint, nõ ex odio, vel inuidia, sed ex leuitate iocosa, sunt excommunicati. Item nec magister, si clericum causa disciplinæ percusserit, vel correctionis: quia non potest in ipsis iniectio manuum violenta notari. Secus vero si ex odio dicti clerici sese percusserint: tunc enim ad Apostolicam sedem ire debent absoluendi. Nota, quòd clerici impuberes, si se adinuicem percusserint, possunt à suis Episcopis absolui. Item est arg. ætatem excusare non à toto, sed à tanto. Item qui ludendo clericum percutit, vel magister, qui causa correctionis discipulum verberat, non est excommunicatus.

f ¶ *Percusserint.*] Irato animo: aliàs nõ inciderent in canonem, prout sequentia verba declarant, *& 17. q. 4. si quis suadente.*

¶ *Glos. seq. exponit arg. alleg. tria intra, & duo alleg. in contrarium.*

g ¶ *Excusat.*] Non ab excommunicatione, sed quo ad hoc, quod non sunt mittendi ad curiam pro absolutione, vt *ʒ. eodem. quamuis, cap. vlt.* Et ita est *arg. quod ætas excusat. de consecr. dist. 4. eos. C. de fals. mon. l. 1. in fin. & 33. qu. 2. in adolescentia.* Argu. contra. quia malorum mores infirmitas animi non excusat. *C. si aduers. deli. l. 1. & 2. ff. de minor. auxilium. §. in delictis.* Bern.

a Hoc intelligas, si sunt doli capaces: aliàs ab excommunicatione excusarentur secundum Hostiens. Ioan. Andr.

h ¶ *Nec clerici.*] Supple, sunt excommunicati, quoniam sola temeritas in hoc casu reprehenditur sine violentia, prout sequitur, & patet ex illo canone. *17. q. 4. si quis suadente.*

i ¶ *Disciplinæ.*] Vel ratione prælationis. Idem est etiã de patre: qui filiũ in minoribꝰ ordinibus potest corripere sine pœna ista, vel de propinquo. *ʒ. eod. ex tenore & cum voluntate,* vbi de hoc, *arg. de pœnis. dist. 1. 6. aut facta, & 14. q. 5. circumcelliones.* Bern.

a ¶ Violen-

a ¶ *Violentia notari*]Hæc est ratio, quare non incidât in canonē.

Monachi.] CASUS. Monachi, & regulares canonici, si se ad inuicem percusserint, non sunt ad Apostolicam sedem mittendi, sed per Abbatem suum sunt absoluendi: & si Abbas nō sufficit, Eps diœcesanus est adhibendus. Nota, quod regulares sese ad inuicem percutientes, per Abbatem suum possunt absolui.

b ¶ *Quocunque modo*] Dum tamen non enormiter, aut in Epm, aut in Abbatem: aut in clericū sæcularem manus iniiciant violentas. *J. eo. cùm illorum.*

c ¶ *Sui Abbatis.*]Si verò monachum alterius claustri percusserit, per Abbatē vtriusque monasterij debet absolui. *J. eo. cùm illorum, & J. eo. canonica*: sed si monialis monialem, vel cōuersam, vel cōuersum, aut clericū percusserit, per Episcopū absoluatur. *J. eo. de monialibus.*

Si verò.] Quatuor sunt partes. Secunda ibi, *Officialis.* Tertia ibi, *Nec ille.* Quarta ibi, *Cæterùm.* Abbas.

CASUS. Primò dicitur, quod si Ostiarius alicuius Potestatis prætextu officij sui malignatus, vel malitiose clericū læserit, ab Episcopo suo potest absolui, nisi grauiter eum vulnerauerit. Secundò dicitur, quod si officialis clericum vulnerauerit, non potest sine mandato Romani Pontificis absolui: quia laico non datur tanta potestas, nisi forte turbam arcēdo casu fortuito clericum lædat. Tertiò dicitur, quod si clericus, vel laicus vim vi repellendo clericum percutiat, non est excōmunicandus, nec est excommunicatus: quia vim vi (secundum quod iura permittunt) repellere licet. Vltimò dicitur, quòd si aliquis in clericum turpiter inuentum cū matre, filia, sorore, vel vxore manus iniecerit violentas, non est excommunicatus. Si autem inueniat eum in stupro, vel adulterio cū alia quæ ipsum taliter non attingat & in eum violentas manus iniecerit, est excommunicatus. Nota, quòd qui prætextu officij sui clericum percutit, ab Episcopo potest absolui. Item quod casu fortuito fit, nemini est imputandum. Item vim vi repellendo clericum percutiens, non est excommunicatus. Item percutiens clericum turpiter cocuntem cum vxore, matre, sorore, vel filia, non est excōmunicatus: in vlterioribus autem personis secus est.

d ¶ *Absolui.*]Ergo est excommunicatus: quare intelligendū est de eo, qui animo iniuriandi hoc fecit: & hoc nota, quod dicit, malignatus: alioquin non esset excōmunicatus, cùm canon dolosos, & violentos tantum teneat, vt *J. eo. c. 1. & 17 q. 4. si quis suadente.*

e ¶ *Grauiter vulnerauerit.*] Casus ille semper excipitur. *J. eod. cùm illorum.*

f ¶ *Officialis.*]Id est, iudex, vel apparitor alicuius Potestatis, vel principis.

g ¶ *Laico.*] Supple, etiam qui de mandato sui Prælati hoc faceret, nisi forte incidit in canonem. *J. eod. vniuersitatis.* nisi clerici delinquerint: nec aliter possint ad iudicium trahi: tunc enim de mandato Prælatorum capi possent, vt traditur *J. eo. c. fama.*

h ¶ *Fortuito.*] Tunc enim non imputatur, quia casus fortuiti præuideri non possunt. *J. de homi. Ioannes, & c. vlt. & J. de commo. c. vnico, & ff. de adminis. ad ciui. perti. l. 2. §. si eod. tempore, & ff. de custod. & exhib. reo. non est, & l. milites. in fin.* quia nulla temeritas, vel violētia in eo notari potest, sed excusatur ratione officij: aliàs non excusaretur: quia debuit præuidere, an ex facto suo posset iniuria irrogari. argum. *J. de iniur. cap. vlt.*

i ¶ *Vim vi.*] Tunc enim excōicatus non est, cùm licitum sit se defendere. *J. eo. ex tenore.* seruato moderamine inculpatæ tutelæ. *J. de uer. signific. si furiosi s.*

† *Adde, quæ dicantur sententia in pro excommunicatione manuum violenta: per Barr. in l. licitatio. §. quod illicitè de pub.*

a *Quòd dicitur J. a. religioso. lib. 6. Io. And.*

† *Cap. 3. eod. tit. in 1. cōp. & post Conc. Later. par. 14. cap. 8.*

† *Sufficiat.*

† *Cap. 4. eod. tit. in 1. cōp. & post Conc. Later. par. 14 cap. 9 Et de intellectu vide Couarr. super decret. par. 2. cap. 7. §. 7.*

b *Si tempore nominationis idoneus fuerit à facultatibus lapsum damnū reipublicæ dedit is procurator reipublicæ non teneatur: quia casus fortuitus, &c. Io. And.*

quia non potest in ipsis iniectio manuum violentia † notari a. Cæterùm si ex odio idem scholares, vel sæculares Clerici sese percusserint, pro sua absolutione debent ad Apostolicam sedem venire.

¶ Idem.

¶ *Monachos se ad inuicem percutientes, absoluit Abbas. Idem in Canonicis regularibus: & Abbatis discretione deficiente, recurritur ad Episcopum.*

CAP. II.

Monachi † verò, & Canonici regulares, quocunque modo b se in claustro percusserint, non sunt ad Apostolicam sedem mittendi: sed secundùm prouidentiam sui Abbatis c, disciplinæ subdantur: & si discretio Abbatis non sufficit † ad eorum correctionem est prouidentia diœcesani Episcopi adhibenda.

¶ Idem.

¶ *Ostiarius, qui clericum percussit non grauiter, ab Episcopo absolui potest. Hoc primò. Officialis deliberatè iniiciens manum in clericum, per Papam absoluitur. Hoc secundò. Qui repellendo vim vi clericum percutit, excommunicandus non est. Hoc tertiò. Qui percutit clericum turpiter inuentum cum propinqua, excommunicatus non est, secus cum remota: & dicitur propinqua, vt in litera.*

CAP. III.

Si † verò alicuius Potestatis Ostiarius, sub prætextu sui officij malignatus clericum læserit: ab Episcopo suo potest absolui d: nisi fortè eundem clericum grauiter e vulnerauerit. Officialis f verò pro iniectione manuum in clericum nō potest sine mandato Romani Pontificis absolutionis beneficium promoueri: quia nulli laico g super clericum tanta † datur auctoritas: nisi forte turbam arcendo, irruentem non ex deliberatione, sed fortuito h casu clericum lædat. ¶ Si verò clericum vim sibi inferentem vi quis repellat, vel lædat: non debet propter hoc ad sedem Apostolicam transmitti, si incontinenti vim i vi repellat: cùm vim vi repellere k omnes leges l, omniáque iura permittant. ¶ Nec ille compellendus est ad sedem Apostolicam venire, qui in clericum cum vxore m, matre n, sorore, vel sua propria turpiter o inuentum, manus iniecerit violentas. Cæterùm si in stupro, vel adulterio, quod commisit cū ea, quæ ipsum ita proxima consanguinitatis linea non contingit p, cœperit, aut in eum violentas manus iniecerit: non erit à sententia illius excommunicationis immunis.

¶ Idem.

¶ *Qui percutit clericum ignorans probabiliter eum clericum excommunicatus non est: ignorantiam tamen probare debet per iuramentū: & si hoc præstare recusat, pro excōmunicato haberi debet.*

CAP. IV.

2 Si † verò aliquis in clericum nutrientem comam manus iniecerit violentas, propter hoc non debet † Apostolico præsentari conspectui: nec etiam excommunicatione notari †, dummodo ipsum esse clericum ignorauerit q. Vel si hoc

k ¶ *Repellere*] ff. de iust. & iur. vt vim, & ff. ad leg. Aquil. scientiam. §. qui cùm aliter, & J. de uerb. signific. si, vbi de hoc.

l ¶ *Omnes leges*] De hac materia loquitur & ita voluntas (?) restringitur, sic 1 dicitur et omnes leges & edictum J. de priuil. ex privilegia.

m ¶ *Cum vxore.*]Idem est in sponsa de præsenti: quia & lex permittit illam accusare iure mariti. ff. de adult. si vxor. §. 1.

¶ *Glossa quærit argu. pro, sancti* [illegible].

n ¶ *Matre*] Nunquid nomine matris intelligimus omnes ascendentes secundum legem? Videtur, quod sic ff. de verb. signific. appellatione, & nomine filij omnes etiam descendentes, ve lex. 1 ff. eodem. liberorum, per leges illas videtur, quòd sic: in casu isto non credo hoc extendendum ad ascendentes, vel descendentes, cùm nimis fiat iniuria, vnde non est extendenda licentia. J. de decim. cap. suæ. Bern.

o ¶ *Turpiter.*] Huic enim parcit canō, quia tam iustum dolorem compescere non potest, C. ad l. iul. de adult. Gracchus: & lex permittit illum occidere sic inuētum. ff. de adult. quod ait lex. §. quod ait: aliàs ex interuallo non liceret.

p ¶ *Non contingit.*] Quia tunc nihil interest eius, immò culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti. ff. de reg. iur. culpa. Bern.

† *An autem aliquam omnino habeant laici in clericos potestatem, tradit Franciscus l. electoria in præfatione de Potestate Ecclesiæ quæ. vlt.*

c *Quid si in turpitate non sit vxor, putatur tamen vxor & pro vxore habetur? Idem decere ibi dicitur secundum Vinc. & Goff. facit, quod not. de donat. inter vir. & vxor. plerumque, in vlt. glo. 10. And.*

d *Et hoc tenet Inno. dicens in collateralibus, vel affinibus non extendendum. Ioann. Andr.*

† *Cap. 5. eod. tit. in 1. comp. & post Concil. Later. p. 14. cap. 1. Et de intellectu vide citatos super gloss.*

† *Aliàs ita: non debet se Apostolico præsentare conspectui.*

† *nodari, in recentioribus libris.*

2 Si verò.] Tres sunt partes. Secunda ibi, *Vel si.* Tertia ibi, *Ab illo.* Abbas.

CASUS. Si aliquis manus violentas iniecerit in clericum nutrientem comam, ignorans, quod clericus fuerit, non erit excōmunicatus: vel si hoc dubium fuerit, & propria manu iurauerit, quod eum clericum ignorauerit. Si autem nō iurauerit, sicut ab excommunicato cōuenit abstinere: quia constat eum violentas manus in clericum iniecisse. Nota, quod ignorantia excusat ab excommunicatione. Item per iuramentum purgatur conscientia alicuius. Et ignorantia per iuramentum probatur. Item qui ignorantiam allegat, eam probare debet. Item in ignoratione alicuius statur in præiudicium alterius, & hoc facit præsumptio habitus laicalis.

¶ *Glossa sequens exponit literam, aliàs duo iura quærit, & solutio, secundò quærit, & soluit, tertiò quærit, pœnitentiam. Ala. quam dicit interim, & contrariam Tan. quam approbat.*

q ¶ *Ignorauerit.*] Ita quod ignorantia probabilis fuerit, aliàs non excusaretur. J. de cler. excom. min. Apostolicæ, & J. de eo, qui tenuit. episcopa. cap. 1. & 2. Quid si tonsuram vidit, & eum clericum non credidit? Respondeo, incidit in sententiam, dum tamen ille clericus sit. Quid si in veritate non erat clericus, licet tonsuram deferret, & illum percussit credens illum clericum? Propter conscientiam tenetur, nisi postea certus efficiatur. argum. 11. quæst. 3. quoniam multos. secundum vnum casum. Quid si credidit percutere Titium laicum, & in persona errans percussit Martinum clericum? Ala. dixit, quod in sententiam incidit, quia

e *De articulo huius glo. præter Doctores hic, vide Federicum consi. 13 Syluestrum verbo, excommunicatio 6. ver. sciendū est quarto, & Couarru. in c. alma mater. de sent. excomm. l. 6. part. 1. §. 11. num. 15.*

quia iniuriari voluit. ff. de iniur. cum qui § si iniuria, & s. de iniur. cap. vlt. Tan. dixit, quod nō incidit in canonem: quod probat per hāc litteram, quia dicit hîc, si percutiat clericū, quem credebat laicū, nō est excōicatus, vt hîc dicit. Sola enim temeritas, & violētia in hoc consideratur. arg. s. eo. c. 1. & j. eo. veniens, & ff. de iniur. illud. §. vlt. & l. seq. iniuriam nō fecit, vt dicit Ala. & per eadem iura potiùs credo opi. Ala. tutiorē.

a ¶ *Propria manu.*] Soli sacramento creditur, quādo de conscientia alicuius dubitatur, vel quæritur, vt hic patet, & 33. q. 2. in lectum. 31. q. 2. si verum. ff. de re milit. non omnes. §. à Barbario. 16. q. 3. dilectis, & 35. q. 3. extraordinaria, & s. de excepi. pastoralis. arg. s. quod met. causa. c. vlt. cū similis concordantiis positis ibi.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*

b ¶ *Nolueris.*] Hoc ipso quod iurare non vult, præsumptio est contra eum in tantum, quod tanquam excōicatus vitabitur. ff. s. de hære. excōicamus. §. qui verò, cum constet, quòd violentas manus in illū iniecit: sic enim pro conuicto habetur, qui se non purgat. s. de si. mo. de hoc, & s. de pur. cano. c. cum P. & cap. inter. in fin. Item hic habes, quod licet clericus non seruet habitū suū, adhuc retinet priuilegium suū: vnde contra. j. eod. in audientia: hoc intellige ante trinam admonitionem, illud cum suis consimilibus post: quia tunc perdit priuilegium.

† Cap. 6. eo. ti. in 1. comp. Iam qui dicūtur cōuersi tradunt ista in c. vt priuilegia. supr. de priuileg. & Panormitanus hîc.

dubium fuerit, propria a manu duntaxat præstiterit, iuramentū, quòd eum esse Clericum ignorâsset. Ab illo autem (si præstare noluerit b iuramentum) quia violentas manus constat eum in Clericum iniecisse, sicut ab excommunicato, donec de mandato summi Pontificis absoluatur, conuenit abstineri.

¶ Idem.

¶*Percutiens Clericum, vel Religiosum, excōmunicatus est: nec ab alio, quàm à Papa absoluitur, præterquam in mortis articulo.*

CAP. V.

NOn † dubium est, quòd hi, qui violentas manus in Clericos, vel Canonicos, aut cuiuslibet religionis Conuersos c iniiciunt, ex constitutione d concilij sententiam excommunicationis incurrunt: nec nisi in articulo mortis e, ne Romano Pontifice, absolutionis possunt beneficium impetrare.

¶ Idem.

¶*Mulieres, quæ inciderunt in canonem, si quis suadente: absoluuntur ab Episcopo. Idē in personis, quæ nō sunt sui iuris, vel sunt delicatæ: de quibus dubitatur, quod non possunt commodè accedere ad curam. Et hoc dicit vsque ad §. illi.*

CAP. VI.

MVlieres †, vel aliæ personæ, quæ sui iuris f non sunt, ab Episcopo diœcesano absolui possunt, si manus in Clericum iniecerint violentas. De his verò, qui magnæ sunt potentiæ, & ita delicati, quòd laborem g veniendi ad sedem Apostolicam nequeunt sustinere: Respondemus, quòd status personæ priùs, & veritas negotij est intimanda Romano Pontifici, & secundùm consilium eius tales erunt de commisso scelere corrigendi.

¶ *Mandans clericum percuti, excommunicatus est, sicut percutiens. Hoc dicit.*

¶ Illi verò, qui non per seipsos, sed eorum auctoritate, vel mandato, alij violenter iniiciunt manus in Clericos, ad sedem Apostolicam sunt mittendi: cùm is committat verè, cuius auctoritate, h vel mandato delictum committi probatur.

¶ Idem.

¶*Excommunicatus per iniectionem manuum in clericum, licèt occultus, absoluitur per solum Papam.*

NOn dubium est.] CASVS. Dicitur hîc, quòd quicunque violentas manus in clericos, aut cuiuslibet religionis conuersos iniiciunt, sententiam excommunicationis incurrunt, & à solo Papa possunt absolui, nisi in articulo mortis. Nota, quòd percutiens clericum, aut alicuius religionis conuersum, à solo Papa potest absolui. Item propter periculum mortis multa fiunt, quæ alias non fierent.

¶ *Glos. seq. recit. per q. an conuersi secularium, &c. arg. quòd non à contrario huius litteræ: tenet contrarium, dicens, quòd quidam tenent primum.*

c *Religionis conuersos.*] j. eod. ex tenore. ex eo quod dicit, religionis, videtur, quod conuersi sæcularium Ecclesiarū non habeant hoc priuilegium. arg. 27. q. 1. c. *si lex continentiæ.* Sed dicendum est quod ex quo tradiderunt se, & sua diuino obsequio, siue in sæculari Ecclesia, siue in regulari, iam censentur Ecclesiasticæ personæ, & ex toto translati sunt in forum Ecclesiæ: vnde habēt immunitatem Ecclesiasticam. 17. q. 4. *quisquis.* Et dicit decretum, quod tantum duo sunt genera Christianorum: vnum, quod dedicatum est diuino obsequio, vt clerici, & conuer. Aliud genus, vt laici 12. q. 1. *duo sunt.* Quidam tamen volunt dicere cōtra: sed benignius est dicere, quòd sic, vt eorum gaudeant priuilegio, quorum vitam, & religionem assumunt, vt s. *de stat. monac. recolentes.*

d ¶ *Ex constitutione concilij.*] 17. q. 4. *si quis suadente:* In qua constitutione nulla fit mentio de conuersis, sed per nos, & j. eo. *ex tenore.* extenditur ad conuersos: sic quod dicitur de monachis, extenditur ad regulares. s. *de postu. ex parte:* & ita per consequens ad omnes conuersos, vt dictum est. Bern.

e ¶ *In articulo mortis.*] Et in alijs casibus, qui habentur j. eod. *quamuis.* vbi de hoc.

MVlieres.] Tria sunt dicta. Secundum ibi, *De his verò.* Tertium ibi, *Illi.* Abbas.

CASVS. Dicitur hîc in primo versu, quod si mulieres, & serui, qui sui iuris non sunt, manus in clericum violentas iniecerint, ab Episcopo diœcesano possunt absolui. Secūdo dicit: Aliqui delicati, & magnæ potentiæ violētas manus in clericos iniecerunt: sed dicunt, quod laborem veniendi ad Apostolicā sedem sustinere nō possunt: quæritur, quid iuris sit: respondet Papa, quòd status personæ, & veritas negotij prius est intimāda Romano Pontifici, & secundū eius consilium erit procedendum. Tertiò dicit: Aliqui non iniiciunt violentas manus in clericū, sed alij de ipsorum mādato hoc faciunt: quęritur, an isti, qui hoc mandant, sint excōmunicati? Respondet Papa, quod sunt excómunicati, & sunt ad Apostolicā sedem mittendi: cum ille verè delinquat, cuius mādato delictum committitur. Nota, quod mulieres, & serui ab Episcopo diœcesano pro iniectione manuum in clericū possunt absolui: & sic nota, quod partitur textus, & conditioni. Item status personæ, & veritas facti, vel negotij attendenda est. Item qui mandat, tenetur vt faciens hoc edicto. Item idem est mandare, quod facere.

¶ *Glos. seq. recitatur per quæstionem.*

f ¶ *Sui iuris.*] Vt sunt serui: sed hoc intellige secundùm distinctioné illius decret. j. eo. relatū. Nec intelligas hoc verbum de filiisfamilias, qui dū sunt in paterna potestate, non dicuntur sui iuris: quia tales debent ad curiam mitti: nisi sint infra pubertatem. j. eod. quamuis, & c. vlt. Bern.

g ¶ *Laborē veniendi.*] Hoc referas ad arbitrium Episcopi, argu. ff. de verb. obl. continuus. §. cùm ita. Et si videbitur Episcopo, quod laborem eundi nequeat sustinere, propter pericula mortis, illū absoluere potest, recepta sufficiéti cautione, quod parebit consilio, siue responso Papæ. arg. optimum. s. tit. prox. c. vlt. & j. eod. de cætero, & cap. sacro. Si verò periculum non timetur, consulatur Papa, antequam absoluatur: & hoc videtur dicere littera ista.

¶ *Glos seq. obijcit sol. quærit, & sol. iterum quærit, & sol. vlt. quærit, ponit opin. contra quam alleg. vnam l. & quasi & finit.*

h ¶ *Auctoritate, vel mandato.*] Sic s. de vestis spoliatum ad sedem, ad fin. & ille dicitur facere, qui per alium facit. ff. de admi. tut. ita tamen. § quisquis. & 16. q. 6. consuetudo, in fin. & j. eod. vt famæ. §. vlt. & c. de ac. . . . & ff. ad l. Aquil. liber homo. in prin. ff. de in . . . si quis id § vlt. & qui causam præbuit, vel opem, . . . arg. optimum . . . 4 §. si cùm seruum. & s. de homi. sicut dignum §. 1. & s. de iniu. . . . Sed videtur, quod ille, qui mandato alterius hoc facit, non teneatur, maxime si habet in illum potestatem, vel ei iuncēt . . . fit. argum. ff. de reg. iur. non videtur, & l. præcipitis. ff. ad leg. Aquil. liber homo 2. Sed contrarium verum est: quia præceptum iniustum fuit, cui non debuit obedire, sed Deo potiùs, quàm homini. j. eod. relatum, & 11. q. 3. Iulianus, & c. non semper. & 23. q. 1. quid culpatur. in fi. & ff. de vi. & vi arma. l. 1. §. quotiens, & j. eod. vniuersitatis, quia nec illa potestas data est ei . . . super clericum. s. eod. si verò. § 1. Sed pone, quod mandator ante manuum iniectionem pœnituit: quid erit? Respondeo a illum nus in canonem incidit: nisi reuocauerit mandatum, ita quod reuocatio ad ipsum peruenerit. argum. ff. man. si mandauero, & ff. ad Maced. si tamen, & . . . & ff. quod iussu. l. . . . & supra de procur. mandato, & cap. ex insinuatione, & supra de . . . temp. ex par. 3. Sed pone, quod mandator ante iniectionem manuum moriatur: tunc non erit excommunicatus a: quia mandatum morte extinguitur. ff. man. inter causas §. 1. & suprà de offic. deleg. relatum, & . . . Ecclesia non ligat sub terra. arg. j. eod. à nobis. & 24. . . . argum. à contrario. Item pone, quod non mandat, sed ratum habet ex post facto: nunquid incidit in canonem? Quidam dicunt, sic: quoniam ratihabitio locum habet in maleficiis, ff. de vi. & vi arma. l. 1. §. quotiens . . . de bi . . . quia ergo . . . Item . . . & s. de rest. spol. cùm ad sedem, in fin. argum. contra ff. manda. si verò § si post non credo, quod in casu isto incidat in sententiam, licet in post facto ratum habeat: cum hoc receperit suo nomine, & eius nomine, secus si potuit prohibere, & non prohibuit. De hoc dicetur j. eod. *quanta præsumptionis.* Ber.

† Cap. 7. eo. ti. in 1. comp. & post Conc. Later. par. 14. cap. 12. E de intellectu vide Decis. consil. 604. vol. 2.

a *Idem Inn. & Hostien. sed Tanc. & Gz. contra hic: cùm intelligatur in hac voluntate decessisse. arg. de bapt. maiores: si non pœnituit, latæ excommunicatus est: cum constet decessisse in mortali, secundùm G. fr. Ioan. And.*

Porrò

CAP. VII.

POrrò † si aliqui [a] violentas manus in fratres suos iniiciunt, & ducti pœnitentia non conuicti, sed priuatim à te veniam postulant: eos monere debes, & inducere, vt his, quos læserunt, congruè satisfaciant [b], & Apostolico se conspectui repræsentent: cùm à te, vel alio, sine speciali mandato Romani Pontificis, absolui non possint.

¶ Idem.

¶ Etiam priuilegiati tenentur vitare excommunicatum, & per iniectionem manuum in Clericum excommunicati sunt.

CAP. VIII.

NVlli † se possint priuilegio Apostolicæ sedis tueri, quò minùs excommunicatos vitare [c] debeant, & pro violenta manuum iniectione in Clericos, sicut excommunicati, vitari.

¶ Idem Episcopis, & aliis Prælatis per Galliam constitutis.

¶ Percutiens Monachum, vel Conuersum religiosum, debet denunciari excommunicatus, & vitari: donec fuerit per Papam absolutus.

CAP. IX.

PArochianos † vestros, si qui † in Monachos [d], vel Conuersos [e] præfati Ordinis violentas manus iniecerint: sublato appellationis remedio, secundùm tenorem generalis decreti [f], excommunicatos publicè nuncietis: ipsósque faciatis sicut excommunicatos arctiùs euitari, donec læsis congruè satisfaciant [g], & cum litteris vestris Apostolico se conspectui repræsentent.

¶ Idem Genuen. Archiepiscopo.

¶ Ponitur forma præcepti, quod sub virtute iuramenti fieri debet illi, qui pro violenta manuum iniectione in Clericum excommunicatus absoluitur.

CAP. X.

EX † tenore litterarũ tuarum nobis innotuit, quòd B. Canonicus in quendam Subdiaconum manus iniecit violentas: *& infrà.* ¶ Mandamus itaque, quatenus recepto ab eo iuramento, quòd tuo debeat [h] mandato parere, ipsum vice nostra, à sententia, qua tenetur, absoluas: sibique in virtute iuramenti præcipias, ne de cætero [i] in Clericum, Monachum, vel alicuius religionis Conuersum, manus iniiciat violentas, nisi se defendendo [k], aut de mandato [l] suorũ fecerit Prælatorum: vel nisi super eum prælationis [m] ministerium, aut magisterium habeat, aut cum ipso in eadem Ecclesia socius [n] esse noscatur.

POrrò si aliqui.] CASVS. Si aliqui violentas manus iniiciunt in fratres suos, & pœnitentia ducti, non conuicti, sed priuatim postulant veniam, quia forte occulta fuit offensa, monendi sunt, vt satisfaciant, & pro absolutione Apostolico conspectui se præsentent, sine quo absolui non possunt. Nota, quod non debet quis absolui pro iniectione violenta in clericum, nisi prius satisfecerit læso. Et est hic arg. quod non valet pœnitentia sine satisfactione. ¶ *Gl. seq. vsq. per obiect. quam tripliciter soluit.*

a ¶ *Porrò si aliqui.*] Qui non sunt fratres illorum quos læserunt: quoniam si fratres essent, & se ad inuicem percussissent, Abbas eos absoluere potest. *s. eo. monachi, & j. eod. cùm illorum.* Vel potest intelligi de aliis, quàm de monachis: quod verius videtur, & loquitur Episcopo. Alia littera habet tuos [a], & planior est littera, & sic est in antiqua. Bern.

b ¶ *Satisfaciant.*] Arg. quod non valet pœnitentia sine satisfactione. *s. de vsuris. cùm tu, & 14. q. 6. si res, & 14. q. 2. legatur, de pœnit. dist. 1. neminem. Laur.*

NVlli.] CASVS. Aliqui sunt priuilegiati: quæritur, an per priuilegium suum excusentur, quò minùs excõicatos vitare teneantur? Respondet Papa, quod prætextu priuilegii non excusantur, quò minùs excommunicatos vitare debeant: & si clericos læserint, sicut excõicati debẽt vitari. Nota, quod priuilegiũ non extenditur ad iniquum compendium, nec tuetur aliquem in delicto.

c ¶ *Vitare.*] *s. de priuileg. cùm & plantare, & c. ex priuilegia.* ad hunc etiam casum priuilegiũ non extenditur. Sed nunquid Papa cõicando excõicato incidit in canonem? Dic, quod nõ, licet aliàs malè faciat. De hoc dicitur *j. eo. si quando:* quonia princeps legibus solutus [b] est. *ff. de legi. princeps. & C. eod. digna vox:* ipse enim solus interpretatur leges. *j. eod. inter alia, vbi de hoc.* Bern.

PArochianos.] CASVS. Dicitur hic, quod qui violẽtas manus mittunt in monachos, vel cõuersos, tanquam excõicati sunt denunciandi, & cuitãdi, donec læsis cõgrue satisfecerint, & se Apostolicæ sedis conspectui præsentauerint pro absolutione. Not. quod cõuersi eodẽ priuilegio gaudẽt cum monachis, quorũ sunt conuersi. Itẽ satisfacere det quis læso anteq̃ absoluat. Itẽ absoluẽdi à Papa litteras super satisfactione præmissa secũ portare debẽt.

d ¶ *Monachos.*] Sed nunquid monachus poterit agere actione iniuriarũ? Dic, quod non, sed actio cõpetit monasterio, & aget syndicus monasterij: sicut actio iniuriarũ cõpetit dño, si iniuria fit seruo, etiam aget dñs, & non seruus. *Instit. de iniur. §. seruis autem.* Quid si remittit monachus iniuriã? Nihil agit, quin possit agere monasterium: sic licet filiusfamilias remittat iniuriã factam sibi, pater nihilominus agere põt pro iniuria filio irrogata. *ff. de pact. in personam* imò & si iniuria fieret filio volẽti, pater agere posset. *ff. de iniur. l. 1. §. vsque.* monasteriũ verò iniuriã factam monacho potest remittere, secus in Ecclesia sæculari: quia non posset remittere iniuriam factam clerico. *arg. 17. q. 4. quisquis.* Vin.

e ¶ *Conuersos.*] Sic *j. eo. c. prox. & s. eo. non dubium,* vbi de hoc.

f ¶ *Decreti.*] 17 q. 4. *si quis suadente.*

¶ *Gl. seq. quæris, alleg. pro, & contra. & sol. iterum quæris, ponit duas opin. & sol.*

g ¶ *Satisfaciant.*] Sed cui dabitur satisfactio? Per litteram istam videtur, quod, si monacho, vel conuerso, ... hæc littera. Sed contra videtur. *12. qu. 1. non dicatis. & ff. pro socio. l. si inter fratres. §.* ... De iniuria facta seruo dic, *vt Instit. de iniur. §. quod si vsusfructus, & §. seq.* In monacho verò, vel conuerso, qui proprium non habet, satisfactio dabitur monasterio: & quod dicit hic, læsis, si datur ipso, satis datur monasterio: quia quicquid monacho datur, monasterio acquiritur. *s. de stat. mon. cùm ad monasterium.* Clerico autem sæculari debet dari, qui læsus est. Si clericus inde decedat, dic vt *s. de pœnit. presbyteri.* & ex iniuria plures oriuntur actiones. *ff. de iniur. l. 1. §. vlt.* Sed coram quo æstimabitur hæc iniuria? Respondent quidã, quod corã iudice percussoris. *Instit. de iniur. § sed postea:* & sic interdum in foro sæculari. Vinc. dixit, quòd ratione accessionis æstimabitur coram iudice Ecclesiastico, sicut dicitur in dote. *arg. s. de cõiug. ser. proposuit, in fin. & s. de dote post diuort. restit. cap. 1. 2. & 3.* Sed hoc intellige, cum querela excommunicationis defertur ad Ecclesiasticũ iudicem: tunc enim æstimabitur iniuria corã ipso: quia alter non absoluitur, vt hic dicitur. Si verò clericus simpliciter vult conqueri de iniuria sibi irrogata, satis videtur, quod debeat sequi forum rei. Papa tñ quotidie dat litteras clericis contra laicos nomine etiã suo: & de hoc 11. q. 3 *cap. vlt.* Ber.

EX tenore.] Primò ponitur forma præcepti. Secundò correctio delicti. Secũda ibi, *Mandamus.* Abbas.

CASVS. Quidam canonicus B. nomine violentas manus misit in quendam Subdiaconũ, quia forte pro absolutione ad sedem Apostolicam ire non poterat. Genuen. Archiepiscopus significauit hoc domino Papæ: vnde mandat eidem, quatenus recepto iuramento ab ipso B. quod suo debeat stare mandato, auctoritate Papæ ipsum absoluat, & sibi in virtute iuramenti præcipiat, ne de cætero in clericũ, monachum, vel alicuius religionis conuersum manus violentas iniiciat: nisi si se defendendo, aut de mandato suorum Prælatorum hoc fecerit, vel nisi super eũ habeat prælationis officium aut magisterium, aut cum ipso in eadem Ecclesia socius esse noscatur. Nota, quòd excommunicatus pro violenta iniectione iurare debet stare mãdato Ecclesiæ. Item hic est forma Ecclesiæ expressa, secundùm quam excommunicati propter manus violentas in clericum, vel conuersum debent absolui. Item nota quatuor casus, in quibus percutiens clericum non est excommunicatus: scilicet defendendo se, aut si de mandato Prælati hoc faciat, vel super eum habeat prælationem, vel magisterium.

¶ *Glos. seq. vsq. per quod quid, &c. & an sit idem, &c.*

h ¶ *Debeat.*] Qui sic iurat, non est astrictus nisi ad iustum mandatum. *argu. s. de elect. causam quæ. & s. de iureiur. veniens, & cap. Quintaualle, & ff. pro socio si societatem, & ff. de oper. lib. si libertus,* & idem est sic iurare, ac si iuraret stare [d] mandatis Ecclesiæ, & illa est recta forma, vt *s. de appel. ad hoc.* & per hoc iuramentum hoc tantùm præcipere potest, prout hic sequitur in littera: & quod satisfaciat læso. *s. c. prox. & j. eod. ea noscitur.*

i ¶ *Ne de cætero.*] Sic *j. eod. grauem.*

k ¶ *Defendendo.*] *s. eod. si vero. 1.* Bern.

l ¶ *Mandato suorum.*] Dum tamen mandatum sit iustum, vel saltem si dubitetur. *23 quæst. 1. quid culpatur, in fin.* si autem sit iniustum, non est obediendum. *11. q. 3. non enim & cap. Iulianus, & cap. si Dominus.* Exemplum de mandato habes *j. eod. vniuersitatis, & cap. cum sit fama. §.* taliàs non excusatur. *s. eod. mulieres, & 1. eod. vniuersitatis.* Bern.

m ¶ *Prælationis.*] Idem est, si habeat officium in Ecclesia, ratione cuius corrigere potest inferiores clericos, vel monasterium, vt hic, & *j. eod. cum voluntate, vbi de hoc, & s. eod. cap. 1.*

¶ *Glos. seq. rationem reddit, quare socius excipitur.*

n ¶ *Socius.*] Hoc dictum est propter assiduam conuersationem: vnde

† *Cap. 9. eod. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. par. 14. cap. 3.*

a *Eandem etiam lectionẽ agnouit hic Hostiensis, quam vocat planiorẽ, & meliorem litteram.*

† *Cap. 10. eo. tit. in 1. cõp. & post. Conc. Later. par. 14. cap. 4.*

† *Cap. 14. eo. tit. in 1. comp. & post Conc. Later. par. 14. cap 11.*

† *Aliàs ita: qui violẽtas, &c. sed in antiquioribus, vt est impressum.*

b *Intellige quoad vim coactiuã, legẽs tamen seruare debet: similis glossa suprà de constit. ca. 1. verbo, ab omnibus vi de obseruatas.*

c *Quid autem sit sentiendum de clerico beneficiato in diuersis Ecclesiis, cui fiat iniuria latiùs prosequitur hic Host. Ioan. And. & recentiores.*

† *Cap. 15. eo. tit. in 1. compila. De materia huius decre. & præcedentis præter Doctores hic, vide Syl uestrum verbo, absolutio. 3.*

d *Verũ dicit: licet ita, notauerit cõtrarium 1. q. 7. si quis voluerit. Ioan. And.*

vnde præsumitur, quòd faciliùs manus iniiciant in seipsos:quādoque ventũt ad verba, & sic ad factum:& ratione præsumptionis non præcipitur de socio: sic propter præsumptionem iuramentum quandoque non indicitur clericis. s. *de cohab. cler. & mulie. cap. clericos, & s. d. præsumpt. litteras.*

¶ Idem Cenomanen. Episcopo.

¶ *Excommunicatum pro percussione Clerici absoluit Episcopus, si sine periculo Papam adire nequit: debet tamen sibi mandare, quod adeat Papam impedimento cessante.*

CAP. XI.

DE cætero † noueris, quòd si quis pro violenta manuũ iniectione in Clericum, est vinculo excommunicationis astrictus, si habens capitales † inimicitias, vel alias iustas [a] excusationes, quibus ab itinere rationabiliter excusetur, ita quòd sine periculo, Apostolico se nequeat conspectui præsentare: licet diœcesano [b] Episcopo, recepto iuramento [c] secundùm morem Ecclesię, sibi absolutionis gratiam impertiri. Sed est illi sub iuramenti debito iniungendum, vt quàm citiùs opportunitatem habuerit, Romanum Pontificem adeat mandatum Apostolicum suscepturus [d].

¶ Vrbanus tertius Senon. Archiepiscopo.

¶ *Cùm Papa absolutionem excommunicati delegat: mandat recipi cautionem de parendo mandatis Ecclesiæ.*

CAP. XII.

AD † hæc [e] cùm inter parochianos tuos: *& infrà.* ¶ Romana Ecclesia absolutionem sententiæ delegatorum Iudicum nequaquam consueuit aliis [f] delegare: nisi † in litteris commissionis contineatur expressè de sufficienti [g] cautione præstanda ab his, qui absolui debent, quod iudicio Ecclesiæ debeant obedire.

¶ Clemens tertius.

¶ *Excommunicatus per canonẽ, si quis suadẽte, sit diues, vel pauper, per Papam absoluendus est, vel eius Legatum: fallit in muliere, sene, infirmo, vel mutilato: qui per Episcopum absolui possunt.*

CAP. XIII.

EA † noscitur: *& infrà.* ¶ Cõsultationi tuę taliter duximus respondendum, quòd mulieres [h], senes, & valetudinarij [i], seu membrorum destitutionibus impediti, licèt ad Apostolicam sedem non veniant, ab Episcopis valeant fidelium communioni restitui, satisfacto iuxta facultates [k] his, quibus per eos constiterit iniurias irrogatas. Alios autem siue pauperes [l], siue diuites, sedi Apostolicæ, vel Legato eius [m], vt beneficium absolutionis obtineant, necesse est præsẽtari. ¶ Si verò infirmitatis tempore, timore mortis beneficium fuerit absolutionis indultum, iuramento † præstito iniungatur eisdem, vt postquam sanitati fuerint restituti, ad Romanam Ecclesiam, vel eius Legatum accedant, mandatum Apostolicum † super talibus recepturi [n].

¶ Idem.

¶ *Ante denunciationem vitandus est excommunicatus pro violẽta manuum iniectione in Clericos, nisi sit occultus. Hoc primò. Interficiens Clericum, qui contempto Clericali habitu se enormitatibus immiscuit, excommunicatus non est. Hoc secundò.*

DE cætero.] Duæ sunt partes. Secunda ibi, *Sed est.* Abb. CASVS. Dicitur in hac decretali, quòd si quis manus violentas mittit in clericũ, est excõicatus: & si habeat inimicitias capitales propter quas ad Apostolicam sedem sine periculo ire non possit, vel propter alias iustas causas, diœcesanus suus ipsum absoluat iurõ recepto secundùm formã Ecclesiæ, & ipsi pręcipiat sub debito iuramenti, vt quàm citò poterit Romanũ Pontificẽ adeat, mandatum Apostolicum recepturus.

a ¶ *Iustas excusationes.*] Nota, quòd in omni edicto intelligitur rationabilis excusatio, vt hîc patet: quãtumcunque præcise scribatur, exceptiones legitimæ excipiũtur, vt s. *de offi. deleg. ex parte 2. & s. de rescrip. si quando.* In quibus casibus quis ab itinere excusetur, habes j. *eo. quamuis, & in littera, & in glo.* Bern.

¶ *Glos. seq. quæris, & soluit.*

b ¶ *Licet diœcesano.*] Nunquid & Presbytero? Respondeo, in summa necessitate licet. *argum. 17. qu. 4. si quis suadente, & s. eod. non dubium*: aliàs nõ, nisi hoc faceret de mandato Episcopi. 26. *q. 6. cap. vlt.* quia Episcopus hanc absolutionẽ bene potest committere. s. *de offi. ord. c. vlt.* Bern.

c ¶ *Recepto iuramẽto.*] Vt dictum est s. *eod. c. prox. fini.* s. *eo. quamuis, in fine.*

d ¶ *Suscepturus.*] Non dicit absoluendus, quia iam erat absolutus, quia obligatio semel extincta non reuiuiscit, *de consec. dist. 4. quæris, & 23. q. 4. si illic, de pœn. dist. 4. diuina clementia. ff. de solut. qui res §. aream. C. de remiss. pign. item ex causa.* Quidam dicunt, quod opportunitate recepta recidunt in excommunicationem. *argu. 16. q. 6. qui recedunt, & cap. de his verò, & C. de his, qui bo. ce. pos. ... pen. & s. de sol. c. pen.* quod non placet: libertas enim quamuis indebite obtenta non retractatur. *C. si aduer. lib. l. 1 & 2.* quod si non fecerit, tanquam periurus habebitur, & poterit compelli, vt iuramentum seruet *arg. s. de iudic. nouit.* Bern.

† Cap. 16 eo. tit. in 1. cõpi. & post Concil. Lateran. par. 14. c. 13.

† Inimicitię capitales quæ dicantur, & vnde oriantur, tradit plenè Hieronym. Gigas tractat. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. quo modo, & per quos crimen læs. maiest. probetur, q. 2.

† Cap. 8. tit. de rescrip. in 1. compil. & post Con. Lateran. sub Alexand iij. p. 50. cap. 61.

† In multis manuscriptis ita: nisi in litteris commissionis expressũ de sufficienti, &c.

AD hæc.] CASVS. Iudex delegatus ex causa rationabili excõmunicauit aliquem, ille excõica. litteras impetrauit ad alium delegatum: iste secundus delegatus mãdat ordinario, vt illum habeat absolutum, quem prius denũciauerat excõicatũ ad mãdatũ prioris delegati: dubitat ordinarius, quid facere debeat: rñdet Papa, quòd si in litteris secũdis cõtinetur, vt recepta sufficiẽti cautione ipsum excõicatum absoluat, ordinarius ipsum det habere absolutũ: quia Romana Ecclesia absolutionem sñiæ aliorũ iudicum delegatorum non cõsueuit alij demandare, nisi in litteris commissionis sit expressum de sufficienti cautione præstanda ab his, qui debent absolui, quòd mãdato Ecclesiæ debeant obedire. Casus iste colligitur per antiquã decretalem. Not. quòd rescriptũ impetratum præter Romanæ Ecclesiæ cõsuetudinariũ stylũ, nõ valet. Item excõicati pro iniectione violenta, cautionẽ præstare debent mandato Ecclesiæ obedire, antequam absoluantur.

e ¶ *Ad hæc.*] Hæc decretalis olim erat de rescrip.

¶ *Glos. seq. arguit duo.*

f ¶ *Nequaquam consueuit aliis.*] Immò primò loco remittitur absolutio suo excõicatori. s. *de rescript. ab excõicato*: & hoc cùm sñia lata est cõtra formã concilij, vt ibi dicitur: quod habes j *eo. sacro.* Et est arg. quod semper rescriptum debet esse obtẽtum secundùm stylũ Romanę curiæ, aliàs suspectum habetur. s. *de crim. fals. quàm graui, in fin.* Item est arg. ex eo quod fieri consueuit 38 *distinct. de Syracusanæ, & s de cle. coniug. diuersis, & ff. ad sena. Consul. Maced. l. 3. & l. sed Iulianus. §. quod dicitur.*

¶ *Glo. seq. distinguit inter excõicatum pro iniectione, & contumacia, vel crimine manifesto.*

g ¶ *Sufficienti.*] Cum quis est excõicatus pro iniectione manuum in clericos, sola cautio iuratoria sufficit. s. *eod. ex tenore, & j. eod. cùm desideris.* Cum verò pro contumacia, vel crimine manifesto, sufficiens debet cautio præstari. j. *titul. prox. ex parte*, vbi de hoc, sic etiam cum data est possessio causa rei seruandæ. s. *de sequestra, ad hæc, in fin.*

EA noscitur.] Primò exceptionẽ ponit. Secundò regulam ibi, *Alios.* Tertiò quandam determinationem ibi, *Si verò.* Abbas.

CASVS. In principio huius decret. dicitur, quòd Episcop. quatuor personas absoluere potest ab excõicatione propter violẽtam manuum iniectionem in Ecclesiasticam personam, satisfactione præstita, iuxta facultates ipsorũ. Alij verò omnes siue pauperes, siue diuites, ad Apostolicã sedem, vel eius legatũ, pro absolutione sua se præsentent. Si verò tempore infirmitatis, timore mortis, à suo Prælato fuerit absolutus, per iuramentum præcipiatur eidem, vt sanitate recepta, ad Romanam Ecclesiam, vel eius legatum accedat, mandatũ Apostolicum recepturus. Nota, quòd mulieres, senes, valetudinarij, & membrorum destitutionibus impediti, ab Episcopis possunt absolui. Itẽ facultates in satisfactione semper considerandæ sunt. Item delictum semel punitum, iterum puniri debet.

h ¶ *Mulieres.* js. *eod. mulieres, & j. eod. quamuis, vbi multæ tales* personæ excipiuntur.

i ¶ *Valetudinarij.*] Isti propter infirmitatem absoluuntur, ita tamen quod si conualuerint, sedem Apostolicam visitabunt, mandatum Apostolicum recepturi. s. *eod. de cætero. & j. eod. quod de his, & c. quamuis, in fin & hic in fin.*

k ¶ *Iuxta facultates.*] Hoc semp intelligendũ est, secũdum quòd satisfacere potest, satisfaciat: quòd si nõ potest, in pœnã aliam pòt commutari. ar. s. *de maled. c. 2.* Vel expectet, quãdiu facere possit cautione recepta. s. *de sol. c. pen. vbi de hoc*: nam inanis est actio, quæ excludit inopia debitoris. s. *de restit. spo. olim. 2. ff. de dolo. l. nam et.* Be.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*

l ¶ *Pauperes.*] j. *eo. quod de his, & c. quamuis, contra.* Sol. ibi loquitur de his, qui tanta paupertate laborant, quòd ad curiam ire non possunt: hîc de his, qui possunt ire, licet pauperes sint.

m ¶ *Legato eius.*] j. *eod. ad eminentiã, & cap. quamuis.* quod ex officio legationis licet. s. *de offic. leg. quòd translationem.* Alij verò legati, qui de latere Papę non mittuntur, secus, quod dicitur s. *de offic. leg. cap. penult.*

n ¶ *Recepturi.* js. *eod. de cætero, vbi de hoc.*

† Capa eod. tit. in 1. cõpi. vnde faciliùs hæc intelliges.

a Cùm constat de iniectione manuum, non sufficit cautio iuratoria, nisi ex forma mandati contingat. & sic intelligendum illud j. *tra*: ibi requiritur, quòd prius satisfaciat. j. c. prox. secundum Hostiens. concord. s. de appellat. pastoralis. in vlt. gl. s. de iud. ex parte. & facit s. eo. parochianos. Ioan. Andr.

† Aliàs ita: per iuramentum sic iniungatur eisdem, † Aliàs ita: iuramento iniungatur eisdem, &c.

† Dictio, Apostolicum, deest in vetustioribus codicibus.

Cum

CVm.] Duo sunt dicta. Secundum ibi, *In articulo*. Abbas. CASVS. Aliquis est excõicatus pro violenta manuum iniectione in clericũ, sed nondũ est denunciatus: quæritur vtrùm ab aliis sit vitandus? Respondet Papa, licèt nondum sit denunciatus, debes illũ euitare: nisi fortè id tibi soli cõsteterit, quo casu ipsum priuatim tantummodò debes euitare, vt rubore confusus, pro latenti excessu satisfaciat, quã diu ab Ecclesia toleratur. Secundò quæritur: Aliqui occidunt clericos, qui contẽpto habitu clericali tyrannidi, & enormitatibus se immiscent: quæritur, an occisores prædictorum clericorũ sint excõicati? Rñdet Papa, quòd in odium clericalis excessus & terrorẽ, & correctionẽ similiũ, excõicationis sñiam nõ incurrũt: tñ pœnitentia aliquantulum asperior est illis imponenda, q̃ si in laicos talia commisissent. Not. quòd excõicatus debet euitari, antequàm denũcietur in publico. Item clerici, q habitũ cõtemnunt, & enormitatibus se immiscent, amittũt priuilegiũ suũ post trinã admonitionem: & talium occisores nõ incidũt canonẽ. Item ex persona augetur crimen, quia quantò gradus altior, tantò lapsus grauior.

¶ *Gl. seq. tribus rationibus adiuuat tex. & ponit contrariam opinionẽ.*

a ¶ *Denũciatus nõ sit.*] Et sic quã citò scio aliquem excõicatum, statim debeo ipsum vitare, quãuis nõ sit denũciatus: nisi solus hoc sciam, vt hic dicit, & 6. q. 2. *si tantũ*, & c. *placuit*. arg. 2. q. 7. *plerique*: qui enim scit, certioratur non debuit. ff. *de act. & obl.* l. 3. in fi. & 93. dis. *si inimicus*: quia excõicatio executionẽ secũ trahit. ĩ. *de appell. pastoralis*. & denunciatio nõ fit nisi ppter ignorãtes. Deus enim ligat, & non homo. 11. q. 3. *nemo contemnat*. Ioan. Fauẽ. contradixit, & malè, quòd ante denuntiationem non sit vitandus.

b ¶ *Contempto Clericali.*] Propter hoc solum non perdunt priuilegium. ĩ. eod. *si verò aliquis*. nisi post trinam admonitionem. ĩ. eo. *in audientia*, & *cap. contingit* 2. & ĩ. *de aposta. cap.* 1.

¶ *Gl. seq. alleg. duas concord. & duo iura in contrarium, & soluit.*

c ¶ *Minimè coercentur.*] Sic ĩ. *e. perpendimus*, & ĩ. *de aposta. c.* 3. arg. contra. ĩ. e. *in audientia*, & c. *contingit* 2. excepta admonitio: hoc intelligitur de his, qui non sunt contenti arma portare, sed sæuis enormitatib' se immiscẽt: vt hic patet, & ĩ. *de aposta. c.* 1. & ĩ. *e. perpẽdimus*: cõtraria intelligũtur de his, qui taliter nõ excedũt, licet portent arma: vnde illi vsque ad trinam admonitionem gaudent priuilegio suo: vt dicitur, sim. ĩ. *de vita, & honest. cler. c. vlt.*

d ¶ *Asperior.*] Nota, quòd ex persona augetur crimen. 40. *dist. homo*. ff. *de re milit. omne delictum*. §. 1. *de pœn. dist.* 1. § *aut facta*, & ĩ. *tit. prox. quæsitum*. Bern.

CAP. XIV.

CVm † non ab homine: & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd à communione illius, qui pro sacrilega manuum iniectione in Clericum, in edictum excommunicationis incidit, licèt denũciatus [a] non sit, debes abstinere: nisi fortè id tibi soli pateret: in quo casu ipsum priuatim tantummodò euitabis, quandiu ab Ecclesia toleratur: vt saltem verecundiæ rubore suffusus, pro latenti excessu satisfacere compellatur. ¶ In articulo verò secundæ quæstionis respondemus, quòd occisores Clericorum, aut Presbyterorum, qui contempto [b] Clericali habitu tyranni, & enormitati se inuerecundè immiscent: in odium Clericalis excessus, & terrorem, atque correctionem similium, canone latæ sententiæ minimè [c] coercentur: iniungatur tamen eis pœnitentia competens aliquantulum asperior [d], quàm si in laicos talia commisissent.

¶ Idem.

¶ Ante absolutionem communicandum non est excommunicato, licèt iurauerit parere mandatis Ecclesiæ, vel compositum fuerit cum offenso. Hoc dicit primò. Infamato de excommunicatione communicandum non est, nisi se purget, vel ad cautelam absoluatur. Hoc dicit secundò.

CAP. XV.

m ¶ *Patres.*] Omnes ascendentes parentis nomine continentur. ff. de verb. sig. appellatione. & appellatione filij omnes descendentes ff. eo. liberorum. & ff. de gradi. cog. l. iurisconsultus. §. parentes. Vsque ad tritauum patres dicũtur, vltrà verò maiores appellantur: liberi vsque ad trinepotem, vlteriùs inferiores vocantur, vt ibi dicitur: vnde Christus dici potest filius Dauid. Ala.

Nam & ego.] In prima parte ponuntur verba Salomonis. In secunda verba Hieronymi exponentis illa, ibi, *Quare.* Abb.

Casvs. Salomon protulit hæc verba: Nam & ego vnigenitus fui coram matre mea: & tamen alium habuit fratrem, qui præcessit ipsum. Exponit hic Hieronymus, quare vocat se vnigenitum, scilicet quia ille mox natus sine nomine, quasi non fuisset, vita decessit: & ita dicitur non fuisse: ideo primogenitum se vocauit. Nota, non videtur factum, quod non durat factum.

n ¶ *Nam & ego.*] Verba sunt Salomonis.

o ¶ *Vnigenitum.*] Verba sunt Hieronymi exponentis verba Salomonis.

p ¶ *Fratrem vterinum.*] Fratres vterini dicuntur, qui ex eodem vtero nati sunt: viuente enim Vria concepit Bersabee ex Dauid: & peperit filium, qui mortuus est: postea concepit ex eodem Salomonem: vnde ipse dicit, Nam & ego vnigenitus, &c.

q ¶ *Quasi nunquam esset.*] Et ita non videtur fuisse, qui non durauit. arg. suprà de reg. ad nostram. dist. 63. quanto. ff. de in rem vers. si pro patre. §. in rem autem versum [d]. sic non dicitur esse, qui minus idoneus est suprà de transa. inter. & ff. quod cuiusque vniuer. l. 1. ad fi. & C. de Epi. audien. de creationibus. & 19. dist. propter totius. & 23. q. 1. paratus.

† *Daniel. c. 9. & c. 1. eo. tit. in 1. compil.*

† *Prouerb. c. 4. & c. 2. eo. tit. in 1. compil.*

† *Matth. c. 1. & c. 3. eo. tit. in 1. compil.*

c *Et est simile, quod de loco deserto dicitur 3. eo. c. 1. lib. 6. secundum Host. Io. An.*

d *Secundum Ala. ad idẽ 1. q. 1. confiat. & quod ibi no. sc. quòd non habent postliminium qui statim reuersus est. Ioan. And.*

Quod

Quod dicitur.] Casvs. In Euangelio Matthæi sunt hæc verba Antequam conuenirent: ex hoc verbo volebāt arguere quasi à contrario, quòd postea conuenissent Maria, & Ioseph: dicit Hieronymus, Non tamē sequitur, q postea cōuenissent: sed scriptura ostendit, q nunquam cōuenerunt. Nota, q licet fortissimū sit genus argumentandi à cōtrario sensu, fallit tū hic: nō eīn sequitur, antequam cōuenirēt, ergo postea conuenerūt: scriptura.n. non innuit, q conuenerint.

a ¶ *Antequam conuenirent.*] Verba sunt Euangelij Matthæi, quæ Hieronymus hic exponit. Mat. 1. priusquam. nec valet hic ar. à cōtrario sensu: & est quidam modus loquendi, sicut ibi, *Sede à dextris meis, donec ponam*, &c. nō tū sequitur, q postea posuerit. R. & illud: *Coruus non fuit reuersus ad arcam, donec aquæ siccarentur*, sic j. c. proxi. immò ostenditur, quòd non conuenerunt: contrarium innuitur eius, quod verba sonare videntur, vt *hic dicit in fine*, &c.

Ioseph.] Primò ponitur verba Euangelij. Secundò verba Hieronymi exponentis illa ibi, *Ex hoc loco*. Abbas.

Casvs. In eodem Matthæo dī: *Ioseph non cognouit Mariam, donec peperit filium suum primogenitum*: ex hac auctoritate quidam pessimè suspicabantur Mariam alios filios habuisse: dicit Hieronymus: Mos est diuinarum scripturarū, vt primogenitus vocetur, qui primò natus est, nō t.e., quem fratres sequuntur. Not. in loquendo vsus intelligendi verba attendi debet. Item primogenitus appellatur, qui primò natus est, quamuis nullus sequatur.

b ¶ *Donec.*] Simile j. eo. proxi.

c ¶ *Mos.*] Idem dicit lex, q proximus est, quem nemo antecedit a tergo & primogenitus est, ante quem nemo nascitur, quicquid sequatur ff. eo. tit. proximus. & l. proxi.

Additio. Primus enim non solùm is intelligitur, qui ante aliquem est, sed etiam is, ante quem nemo fit. vt ff. de vulga. & pupi sub. l. ex duobus in principio.

Intelligentia.] Casvs. Cùm aliquis audit aliqua verba, considerare debet causam dicendi, & non ipsam significationem verborum tantùm: quia verba deseruiunt intentioni, & non intentio verbis: verba enim inuenta sunt, vt per ea intentionem suam quis exprimat. Nota, quòd causa dictorum cōsiderari debet.

d ¶ *Intelligentia.*] Sic ff. de re. iu. in ambiguis. & 22. q. 5. humana.

e ¶ *Dictorum.*] Id est, verborum, quæ prolata sunt.

f ¶ *Ex causis.*] Non statim debemus intelligere, vt verba prima facie sonare videntur: maximè vbi aut lgua sunt, sed debemus recurrere ad intentionem loquentis, vt hic dicit. ar. h. j. de præben. c. vlt. & j. c. cum causam. ff. eo. ti. nepos Proculo b. & ff. de reg. iur. semper in stipulationibus ad causam dicti recurrendum est. j. de acc. cùm dilecti. sicut ad causam facti. 23. q. vlt. occidit. ff. de furt. verum.

g ¶ *Res.*] Id est, intellectus. ff. de impe. legat. l. Labeo. 31. q. 1. quomodo virginibus. vbi dicitur lex maritos habuisse, quæ (Domino testante) quinque tantùm habuit: ibi enim Hieronymus respexit intentionem, & non verba Samaritanæ. Lau.

h ¶ *Rei est sermo subiectus.*] Id est, intentioni, seu intellectui sermo seruire debet: quia non in foliis, sed in radice rationis, & in sensu consistit Euangeliū. 1. q. 1. Marcion. & j. eo. c. 2. & c. in his. verba enim instituta sunt, vt per ea quis in alterius notitiam cogitationes suas proferat. 22. q. 2. in autem. quia sicut animus præfertur corpori, ita sententia verbis. 38. di. sedulò. & 21. q. 5. humanæ. & ff. de leg. scire. Item ar. est, quòd verba ad extraneū sensum sunt trahenda, vbi res aliter salua esse non potest. arg. C. de ver. sign. cùm quidam. & C. de lega. cùm quæstio.

Nihil.] Diuersitas verborum non vitiat, si idem in substantia concludatur. hoc dicit. Abbas Siculus.

Casvs. Euangelistæ diuerso modo narrauerunt passionē Domini: dicit Augustinus, q nihil nocet narrandi diuersitas, vbi eadem dicūtur: quia quilibet Euangelistarum narrauit eo ordine, quo Deus voluit. No. pro testibus, q diuerso modo ferūt testimonium: q. non nocet, dum tū eadem dicant: secus si contraria dicerent.

¶ Glossa sequens ar. illeg. contrarium, & soluit.

i ¶ *Diuersitas.*] Quoniā nomina, & verba transposita idem significant, vt dicit Aristoteles in Perihermeniis. & est arg. ad hoc. C. de testa. quoniam indignum. & hic vbi eadem dicuntur, prout sequitur in littera, & hoc certum fit. & est ar. bonum pro testibus diuerso modo narrantibus. arg. j. de testi. c. cùm tu. & 8. q. 1. in scripturis. de vnse. dist. 2. quotidie. & de pœ. di. 1. periculose. Ar. contra 35. q. 6. de parentela. 2. sed illud intelligit de contrarietate sententiæ. T.

Propterea.] Casvs. Gregorius scribebat cuidam amico suo aliqū, q forte male interpretabatur dicta sua: Greg. scribit ei dicens: Si epistolam meā prolixam ad interpretādum te recipere contigerit, rogo nō verbum ex verbo transferri, sed sensū ex sensu: quia aliquando, dum proprietas verborū attenditur, veritas amittitur. No. q non debemus considerare verba, sed intentionem.

CAP. IV.

Qvod dicitur, Antequam a conuenirent, non sequitur, vt postea conuenirent: sed scriptura, quod factum non sit, ostendit.

¶ Idem in eodem †.

¶ Primogenitus dicitur, qui primò nascitur, etiamsi nullus sequatur eum.

CAP. V.

Ioseph nō cognouit Mariam †, donec b † peperit filium suum Primogenitum. ¶ Ex hoc loco quidam peruersissimè suspicantur & alios filios Mariam habuisse: cùm mos c diuinarum scripturarum sit: vt primogenitum non vocent, quem fratres sequuntur, sed eum, qui primò natus fuit.

¶ Hilarius †.

¶ Verba sunt intelligenda, non secundum quod sonant, sed secundum mentem proferentis.

CAP. VI.

Intelligentia d dictorum e ex causis f est assumenda dicendi: quia non sermoni res g, sed rei est h sermo subiectus.

¶ Augustinus † super Matthæum.

¶ Non vitiatur factum vario modo narratum, vbi idem in substantia concluditur.

CAP. VII.

Nihil obstat narrandi diuersitas i, vbi eadem dicuntur: maximè cùm quisque Euangelistarum eo ordine credat se dicere, quo Deus voluit.

¶ Gregorius †.

¶ Sensum, non verba considerare debemus.

CAP. VIII.

Propterea k si prolixam epistolam meam ad interpretandum l accipere te fortasse contigerit: rogo non verbum ex verbo, sed sensum m ex sensu transferri: quia plerunque, dum proprietas n verborum attenditur, sensus veritatis amittit. t.

¶ Isidorus †.

¶ Dicit, quis propriè sit, Præpositus.

CAP. IX.

Qvamuis omnes qui præsunt, Præpositi ritè o vocentur; vsus tamen obtinuit eos vocari Præpositos, qui quandam prioratus p curam super alios gerunt.

¶ Idem † in libro Etymologiarum.

¶ Non recipit congruam summationem.

CAP. X.

Forus est exercendarum litium locus, à fando dictus,

k ¶ *Propterea.*] Alias, præterea.

l ¶ *Ad interpretandum.*] Id est, ad exponendum.

m ¶ *Sensum.*] j. eo. intelligentia.

n ¶ *Proprietas.*] Non. n. semper ad proprietatem verborū recurrendū est: sed videndum, quid testator senserit: in qua præsumptione sunt, qui morantur in eo loco. ff. de fun. instr. & instr. l. cùm de lanionis. §. asinā: quia potior est mentis dictis, quā vox. ff. de supel. le. Labeo. nec plus verbum, quàm voluntas inspici debet. C. quæ res pig. ob. pos. l. vlt. 22. q. ..humanæ aures. 1. q. 1. Marcion. Item arg. quòd verba à sua significatione cadunt, cum res aliter salua esse non potest. de qua agitur Insti. de inuti. stip. §. quotiens. & 2. q. 2. omnes. C. an seruus pro facto suo. l. vlt. ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. 55. di. qui partem. & 50. di. Domino sancto d: à proprietate verborum non est recedendum, nisi qū constat voluntatem loquentis aliter voluisse. ff. de leg. 3. non aliter. & improprietates non sunt trahendæ ad consequentiam: sed sunt excusandæ. Ala.

Vamuis.] Casvs. Hoc nomen, præpositus, generale nomen est ad omnes, qui præsunt: vsus tamen obtinuit eos præpositos vocari, qui quandam curam prioratus gerunt super alios. Not. quòd vsus loquendi considerari debet.

o ¶ *Ritè.*] Id est, secundùm originariam verbi significationem.

p ¶ *Prioratus curam.*] Sic ponitur 1. q. 3. Saluator e. & est dignitas per se sic dicta.

Forus.] Casvs. Primò ostendit Isidorus, quid sit forus, & vnde dicatur. Secundò ostēdit, ex quibus constet: constat enim ex causa, lege, & iudicio. ostendit etiam, quare dicatur causa: dicitur enim causa à casu, quo venit: quæ dum proponitur, causa est: dum discutitur iudicium: dum finitur, dicitur iustitia. ostendit etiam, vnde dicatur iudicium, & iustitia. Tertiò dicit, quid sit negotium, ex eo quod suprà dixit, materia, & origo negotij, &c. ostendit etiam, quid sit iurgium: & vnde dicatur his. dicit insuper: Causa, aut argumento, aut probationibus constat: & ostendit qualiter. Postquam ostendit, quid sit negotium, dicit Isidorus, quòd in omni negotio quattuor

† Matth. c. 1. & c. 4. eo. tit. in 1. compil.

† Aliâs, eā.

† Adde hac dictione, donec, quod no. l. 3. ff. de leua. Bar. in l. ambiguitate. C. de vsufru.

† Lib. 4. de trinit. refertur. c. 5. eo. ti. in 1. compil.

† Fortassis hæc dicit Augustinus in libris de consensu Euangelistarū, vide ibi lib. 2. c. 31. 21. & 28.

a Sequitur, supremus est, quem nemo sequitur. sic iacet lex pr. Io. And.

b Si promisit quis pro te cētum tribuere, cùm poterit: ad id quod actum est, redigitur interpretatio: aliâs intelligitur cū sine incommodo poteris. Io. An.

† Lib. 1. Epistola. 28. regist. & c. 7. eo. tit. in 1. compil.

† Lib. 10. Etymologiarū. & c. 8. eod. ti. in 1. compil.

c Per quod c. istud intelligesi loquatur de varietate Euangelistarū circa horam mortis Christi. Ioan. And.

† Idem sic in ces Isidorus, l. 18. Etymolog. c. 15. & c. 10. eo. tit. in 1. compil.

d Ad idē infra alle. supra eod. intelligētia. in fi. vl. glo. Io. And.

e De ata. & qual. c. 1. de ap. cōstitutus 2. de te. nos tesi. ex parte. de his, quæ fiunt à ma. par. ca. c. cū olim multis simil. Io. And.

siue à Foroneo Rege, qui primus Græcis legem dedit. Constat [b] autem Forus causa, lege, & iudicio. Causa [c] à casu, quo venit, dicitur: est enim materia, & origo negotij, nec dum discussionis examine patefacta: quæ dum proponitur, Causa est: dum discutitur [d], Iudicium: dum finitur, Iustitia [e]. Vocatur autem Iudicium [f], quasi iurisdictio; & Iustitia [g], quasi iuris [h] status. Iudicium autem priùs Inquisitio vocabatur: vnde & auctores Iudiciorum, præpositos, quæstores, vel quæsitores vocamus.

¶ Negotium [i] multa significat, modò actum alicuius rei cuius contrarium est otium: modò actionem [k] causæ, quod est iurgium litis †: & dictum est Negotium, id est, sine otio. Negotium autem in causis, negotiatio in commerciis dicitur; vbi aliquid datur, vt maiora lucrentur.

¶ Iurgium, [l] quasi iuris garrium: eo quòd hi, qui causam dicunt, iure [m] disceptant. Lis autem [n] à contentione limitis priùs nomen sumpsit, de qua [o] Vergilius: [Limes erat positus, litem vt discerneret agris.] Causa, aut argumento [p], aut probatione constat. Argumentum nunquã testibus, nunquã tabulis dat probationem; sed sola inuestigatione inuenit veritatem; vnde † dictum est Argumentum, quasi argutè inuentum. Probatio autem testibus, & fide tabularum [q] constat. In omni quoque negotio [r] hæ personæ † quæruntur, iudex, accusator, reus, & tres testes [f]. Iudex dictus quasi ius dicens populo, siue quòd iure disceptet. Iure autem disceptare, est iustè iudicare. Non est ergo Iudex [t], si non est in eo iustitia. Accusator vocatus est quasi causator, quia ad causam vocat eum, quem appellat. Reus [u] † à re, quæ petitur, nuncupatur: quia quamuis conscius sceleris non sit, reus tamen dicitur, quandiu in iudiciũ pro re aliqua petitur.

¶ Testes antiquitus superstites dicebantur, eo quòd super causæ statu proferebantur: nunc parte [x] ablata nominis, testes vocantur. Testes autem considerantur conditione, natura, & vita †. Conditione, si liber [y], non seruus: nam sępe seruus metu dominantis [z] testimonium supprimit veritatis. Natura, si vir, non fœmina [a]: nam † varium [b], & mutabile testimonium semper fœmina producit. Vita, si innocens, & integer [c] actu: nam si vita bona defuerit, fide carebit [d]:

quatuor personæ sunt requirendæ, iudex, accusator, reus, & tres testes ostendendo vnde dicatur iudex, & vnde dicatur accusator, & reus, & testis. Vltimò dicit, q in teste tria sunt requirenda, cõditio, natura, & vita. Conditio, vtrùm sit seruus, vel liber: natura, an sit vir, vel mulier: vita, si innocens sit, & integer actu. ostendit etiam causam, quare ista tria considerentur in teste. Not. ar. q possumus inducere p nobis libros gentilium. Itẽ testes, & instrumenta æquiparantur. Item in omni negotio quatuor personæ requirũtur, iudex, accusator, reus, & testis. Item tria cõsiderantur in teste, natura, vita, & cõditio. Itẽ nota contra mulieres, q varium, & mutabile semper producunt.

a ¶ *Primus.*]7. *di. Moyses.* Ber.

b ¶ *Constat.*] Ex tribus vt hic dicitur: non tanquam ex suis partibus competentibus, sed ornantibus potius: & impropriè dicitur locus constare ex his: sicut dicuntur vestes partes hominis adornatiuę. vnde illud.

Cultu gemmisq; teguntur
Omnia: pars minima est ipsa puella sui L.

c ¶ *Causa à casu.*] Et ita est causa, antequam respondeat pars altera. est ergo causa res in dicendo posita cũ interpositione certarũ personarũ, scilicet actoris, & rei, iudicis, & testis. Et ideo dr̃ casu: quia frequenter casualiter occurrunt præter voluntatem hominis.

d ¶ *Dũ discutitur, Iudiciũ.*] Et sic vr̃ processu temporis mutare nomen. & exemplificat de iudicio de tertia parte fori.

e ¶ *Dum finitur, Iustitia.*] Hic exemplificat secundam partem fori. & ita ex istis tribus partibus constat forus, vt dictum est, & idem esse videntur ista tria in substantia, sed aliam denominationem assumunt diuerso tempore.

f ¶ *Iudicium.*] Iudiciũ est legitimus actus duarũ personarũ actoris, & rei super eadem quæstione sub eodẽ iudice contracta. Lau.

g ¶ *Iustitia.*] Iustitia est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens. *Insti. de iusti. & iur. in prin. & suprà in principio libri, in constitu. Gregorij.*

h ¶ *Iuris status.*] Lex.n. dicitur status iuris; & verè, quia per sententiam ius non constituitur, sed status iuris declaratur. *ff. si ser. ven. sicut. §. sed si quæritur.*

i ¶ *Negotium.*] Quia suprà mentionem fecit de negotio ibi, origo negotij, &c. ostendit, quid sit negotium: quasi negans otium.

k ¶ *Actionem causæ*] In hac significatione sumitur s̃. *vbi dicit, origo negotij.*

l ¶ *Iurgium.*] Hic exponit, quod dixit suprà quod est iurgiũ litis.

m ¶ *Iure disceptant.*] Ar. quod iurgia non pertinent ad presbyteros: quia non tenentur esse iuris periti, 38. *di. quæ ipsis.* nec aduocare possunt, nisi in certis casibus. s̃. *de postu. c. vlt.* secus de archidiacono. 25. *dist. c. 1.* R.

n ¶ *Lis autem.*] Quia fecit mentionem litis. s̃. *vbi dixit*, iurgium litis, exponit modò, quid sit lis. lis enim ciuilem causãm ostendit tantùm, & non criminalem. *ff. eo. tit. litis.*

o ¶ *De qua Vergilius.*] Ar. habes hic quod possumus inducere pro nobis libros gentilium, siue paganorum. 37. *dist. si quid veri. &* 1. *q.* 1. *Dominus declarauit, ibi, Si ergo, &c.*

p ¶ *Argumento.*] Argumentum vocat naturalem probationem, quæ fit per localem argumentationem. & ita ar. quòd in iudicio valet naturalis probatio. *ar. contra.* 1. *dist. consuetudo. &* s̃. *de elect. bonæ* 1. *ibi, negantis factum per rerum naturam, &c.* à contrario, & non per testes, vel instrumenta, vt littera sequens dicit: vnde dic tabulis, id est, instrumentis.

q ¶ *Testibus, & fide tabularũ.*] Hic æquiparant testes, & instrumẽta; qa parẽ vim habẽt in litib⁹ exercẽdis. *C. de fi. inst. in exercendis.*

r ¶ *Negotio.*] Non notorio, quod exercetur in forma iudicij.

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.*

f ¶ *Tres testes.*] *Ar. contra* 4. *q.* 3. *c. si testes. §. vbi numerus. &* 2. *q.* 4. *c.* 1. *&* s̃. *de testi. licet vniuersis. vbi dicitur, In ore duorum vel trium testiũ, &c.* potest dici, q hic dicit tres testes propter triplicẽ modum probandi, scilicet per testes, instrumenta, & argumẽta, de quibus præmisit [a], vel potius dicas confessionem; qa quodlibet istorum triũ legitimam facit probationem, siue per testes, instrumenta, & confessionem. s̃. *de testi. spo. cùm ad sedem in fi.*

t ¶ *Non est ergo Iudex.*] Sic 23 *q.* 2. *c.* 1. & supple hic, bonus, qa quandoque malus est iudex. 3. *q.* 7. *c. iudicet. §. vlt.* quia & pro meritis subditorum disponitur à Deo vita rectorum. 2 *q.* 7. *c.* 1. *&* 6. *q.* 1. *ex merito. &* 8. *q.* 1. *audacter.* Ber.

u ¶ *Reus à re.*] Et non à reatu. 35. *q.* 3 *c. vlt.* 3. *q.* 11. *non est.* Ber.

x ¶ *Parte ablata.*] Est hic figura, quæ dicitur Aphæresis, cùm principium dictionis aufert: secundùm quod patet hic. Est & figura alia, quæ dr̃ Protopopeia, i. cõfirmatio [b] nouæ personæ. *de conse. dist.* 4. *quæris à me. versi. si.* Ite Antonomasia, cùm per excellentiã aliquid alicui attribuit, quòd cõmune est pluribus. vt cum dico, Apostolus, intelligitur Paulus. 32. *q.* 7. *c. Apostolus.* & cùm dico, vrbs, intelligitur Roma, j. *de pœn. & remis. significauit.* Synecdoche, cum pars ponitur pro toto. 31. *q.* 4. *meretrices.* 14. *q.* 4. *pœnale.* Antiptosis, cùm ponitur casus pro casu. 75. *dist. ordinationes.* 18 *q.* 2. *quidam* Liptote, cùm plus dicitur, & minus significatur. 32. *q.* 7. *quid in omnibus.* Pleonasmos, cùm superabundat dictio, vt iste videt oculo monachum regularem. 20. *q.* 3. *præsens.* Tmesis, cùm eadem dictio interdicitur *ff. de mino. l. quod si de speciali. ff. de rei ven. si post acceptum.* Syncopa, cum quid aufertur de medio dictionis. 7. *q.* 1. *audacter. pro audaciter.* Ironia, cùm quid per derisionem, id est, per contrarium dicitur. O quanta integritas. 11. *q.* 3. *ad mensam. in fin.* Epexegesis, id est expositio præcedentis sermonis 47. *dist. quoniam.* Item Antropopathos, cùm aliquid attribuitur Deo, quod conuenit homini. 14. *q.* 1. *ordi. & proieci. &* s̃. *de re. Eccle. ali. vel non. si quis presbyterorum.* Ala.

y ¶ *Si liber.*] Quia seruus testis esse non potest. 4. *q.* 3. *c. si testes. §. vbi. §. item serui. sed liberi. vt ibi dicitur. versic. item liberi. & C. de testi. Authen. si dicatur.*

z ¶ *Dominantis.*] 4. *q.* 3. *c. si testes. § item idonei. &* 11. *q.* 3. *quatuor.*

¶ *Glo. seq. signat contrarium, & soluit.*

a ¶ *Non fœmina.*] Hoc intellige in criminali: in quo casu mulier testis esse non potest secundùm canones. 33. *q.* 5. *mulierem.* sed in ciuilibus, & matrimonialibus bene ferunt testimonium. s̃. *de test. tam litteris. & c super eo. ar.* contra. quòd possint in criminali. 15. *q.* 3. *ex eo.* sed aliud secundùm leges. tamen in crimine excepto admittitur mulier etiam malæ famæ ad accusationem. s̃. *de simo. tanta.* & in inquisitione admittitur ad testimonium, siue denunciationem. s̃. *de testi. tam litteris. & c. quoniam.* Item in testamentis mulier non admittitur. *Insti. de testa. §. testa.* Ber.

b ¶ *Varium.*] *C. de inoffic. testa. filia. & arg. C. de instit. & substi. reprehendenda.*

ADDITIO. Vnde versus.

Quid leuius fumo? flamen: quid flamine? ventus:
Quid vento? mulier: quid muliere? nihil.

c ¶ *Integer.*] Quia dẽt esse testis bonæ famæ, & sine omni suspicione. 2. *q.* 7. *testes* infamis repellitur. s̃. *de testi. cogen. præterea.*

d ¶ *Fide carebit.*] Id est, non credetur iuramento suo. *ar.* 2. *q.* 7. *non potest.* Bernar.

† *Vide Leam clericos. C. de Episco. & cler.*

Vergilius l. 12.

a *De hoc* 4. *q.* 4. *c.* 1. *ver. quod dicis tres, supple, vel duo, vt in contrariis secundùm Hostiensem. Ioan. And.*

† *Aliàs ita: vnde dictum est argumentum, argutã inuentum.*

† *Vide Epistolam* 2. *Fabiani Papæ, & Innocen p.* 6. *c* 322.

† *Aliàs ita: Reus autem à re, quæ petitur, nuncupatur.*

b *Aliàs cõfirmatio, sed videtur legendum, confictio.*

† *Vide l. testium. & ibi glossam. C. de testib.*

† *In omnibus Vaticanis ita: nam varium, & mutabile semper fœmina producit, absque dictione, testimonium.*

a ¶ *Insti-*

a ¶ *Iustitia cum scelerato*] Cùm sit virtus. 23.q.1.cùm renunciare. & cùi summum bonum in vita colere iustitiam. 11. q. 2. cùm devotissimam.

Pactum.] Casus. Pactum dicitur, quæ fit inter partes scriptura conueniens legibus, & moribus approbata, & dicitur pactum quasi pro pace factum.

b ¶ *Pactum*] Ius ciuile aliter diffinit *in l.1.ff. de pact.* Abbas.

c ¶ *Scriptura.*] Et etiã sine scriptura pactum fit: sed hoc ideo dicit, quia sæpe interuenit scriptura, & ad probationem pacti interponitur.

d ¶ *Legibus.*] Aliter nõ valeret nisi secundum leges fieret. *ff. de pac. iurisgentium. §. prætor ait, & C. eod. tit. pact.* Bern.

e ¶ *Pactum.*] Dicitur pactum duorum, vel plurium consensus in idem. *ff. de pact. l.1. §.1.*

Ius dictum.] Casus. Ostendit hic Isidorus, vnde dicatur ius: scilicet à iure possidendo: hoc enim iure possidetur, quod iuste: & hoc iuste, quod bene: male autem possidet, qui suis male vtitur, vel vsurpat aliena.

f ¶ *Ius dictum.*] Diffinitur a hic ius, non prout est generale nomen, sed prout applicatur ad certam rem quando dicitur: habeo ius in tali re: tunc enim dicitur ius à iure possidendo, & ita intellige istum text. Sed capiendo ius generaliter, dicitur à iustitia, & est ars boni, & æqui, vt *l.1. ff. de iustit. & iur. vide gloss. fi. super rubrica de reg. iur. lib. 6.* & istud generale nomen habet multas species sub se, naturale, ciuile, & gentium. *1. dist. ius, & §. seq.* Abb.

non enim potest iustitia a cum scelerato homine habere commercium.

¶ Idem. †

¶ *Dicit, quid sit pactum, & vnde dicatur.*

CAP. XI.

Pactum b dicitur inter partes ex pace conueniens scriptura c legibus d, ac moribus comprobata: dictum pactum e quasi ex pace factum.

¶ Idem † in eodem.

¶ *Hic Isidorus ponit etymologiam Iuris prout habetur in re, non prout est generale nomen.*

CAP. XII.

Ius dictum f est à iure possidendo: hoc enim iure g possidetur, quod iuste h: hoc iuste, quod bene: quod autem male possidetur, alienum i est: male k autem possidet, qui vel suis male vtitur, vel aliena præsumit l.

¶ Paschalis Canonicis sancti Martini.

¶ *Quicquid fidelis offert Ecclesiæ, oblationis nomine continetur: & à sæcularibus possideri non debet.*

CAP. XIII.

Causa † Carpensis plebis: & infra. ¶ Cæterum primitiæ m, decimæ, & oblationes, in solis n Ecclesiarum bonis præcipuè numerantur. Oblationes verò dicimus, quæcunque de propriis, & licitis o rebus Ecclesiæ à fidelibus offeruntur. Quicunque igitur eas per Potestatem p sæcularem obtinet, proculdubio contra Deum, & sanctorum Patrum nititur sanctiones: quinimò & qui accipit, & qui tradit, raptor sacrilegus q iudicatur.

¶ Alexander tertius.

¶ *Solus Sacerdos potest sacramentum extremæ vnctionis infirmo conferre. Hoc dicit.*

CAP. XIV.

Quæsiuit † fraternitas tua: & infra. ¶ Nos itaque tibi taliter duximus respõdendum, quod Sacerdos vno præsente clerico, & etiam solus r potest infirmum vngere.

¶ *In anno bissextili seruari debet loci consuetudo circa diem sancti Mathiæ festandum, dum tamen vigilia continuetur festo. Hoc dicit.*

¶ Festum verò beati Mathiæ iuxta consuetudinem Ecclesiasticam vigilia eatenus præcedat, vt nec pro bissexto, nec pro quolibet alio modo inter se, & solennitatem, aliam diem admittat: in qua vtique vigilia (nisi venerit in Dominica s) ieiunium celebretur: ipsum autem festum, siue fiat in præcedenti die t, siue in sequenti (qui duo quasi u pro vno reputantur)

g ¶ *Hoc enim iure.*] Hæc verba habes 14.q.4. *quod dicam, in fin.*

h ¶ *Quod iuste.*] Non tamen econuerso secundùm leges: quia iure possidet, qui mala fide præscripsit, non tamen iuste. *ꝫ. de præscript. vigilanti*, secus secundùm canones: quia qui malam fidem habet, non præscribit. *eod. tit. quoniam omne.*

i ¶ *Alienum.*] Id est, aliis debitum.

k ¶ *Male autem.*] Vt auari b. 47. *dist. sicut hi, & 14.q.4. quid dicã.*

Additio. Vnde versus.

Qui sunt, qui rebus nunquam potiuntur? auari.
Qui sunt, qui miseri sua non patiuntur? auari.

l ¶ *Præsumit.*] Id est, inuadit. Bern.

Causa.] Primò decisè narrat factum. Secundò diffinit ibi, Cæterùm. Abbas.

Casus. Quærebatur de decimis, primitiis, & oblationibus, in quorum bonis dicerentur esse, & quid appellentur oblationes? Respondet Papa, quòd decimæ, & primitiæ, & oblationes connumerantur in solis bonis Ecclesiarum: oblationes verò dicuntur, quæcunque de propriis, & licitis rebus offeruntur Ecclesiæ à fidelibus: & quicunque per sæcularem eas obtinet potestatem proculdubiò contra Deum facit: & qui accipit, & qui tradit, raptor, & sacrilegus iudicatur. Nota, quòd oblationes de propriis, & licitis rebus fieri debent. Item qui bona Ecclesiarum rapiunt, & inuadunt, sacrilegi iudicantur.

m ¶ *Primitiæ.*] Quid sint primitiæ, dicitur *ꝫ. de deci. cap.1.*

¶ *Glos. seq. quærit, & tres opiniones ponit.*

n *Solis Ecclesiarum.*] Sed quid appellatur hic Ecclesia? dominus Albericus dixit, quod bona ipsa sunt loci conclusi muro ad instar vacãtis hæreditatis, quæ vicem personæ obtinet, *ff. de acquir. rer. do. hæred.* Alij dicũt, quòd sunt vniuersitatis illius loci. *arg. 12. q.2. nulli.* Hug. dixit, quod res istæ sunt Dei: & cùm omnia eius sint, ista tamen specialiùs. *arg. 1. q.3. saluator. 16.q.1. in canonibus.*

23.q.8. conuenior. 16.q.7. omnes decimæ. *ꝫ. de deci. tua.* 2. vbi dicitur, quod Deus in signum vniuersalis dominij decimas sibi retinuit, quarum rerum vsus clericis concessit. R.

o ¶ *Licitis.*] Et etiam de illicitis, potest fieri eleemosyna, dummodo transferatur dominium, & non competat repetitio. *14. qu.5. non sane, & cap. qui habetis, & §. seq.* Et de hoc plene tractatur *ꝫ. de deci. ex transmissa.* Bernard.

p ¶ *Potestatem.*] 12. q. 2. *nulli, & c. quicunque. 16. qu.7. decimas omnes.* Bernard.

q ¶ *Sacrilegus.*] Qui bona Ecclesiarum rapiunt, & inuadunt, sacrilegi iudicãtur, & ab Ecclesia sunt puniendi. *12. quæst. 2. nulli liceat. ꝫ. de foro compet. conquestus.* & nõ solùm sacrilegis, sed etiam Iudæ furi comparantur. *23.q.4. quid ergo.* Bern.

Quæsiuit.] Duo sunt dicta. Secundum ibi, Festum. Abbas.

Casus. Quæsitum fuit à Papa, vtrùm sacerdos vno tãtum clerico præsente infirmum vngere possit. Secundò fuit quæsitum, quando festum beati Mathiæ Apostoli in anno bissextili debeat obseruari, cùm quidam inter vigiliam, & festum velint imponere diem? Respondet Papa, quòd sacerdos vno clerico præsente, & etiã solus si necesse fuerit, potest vngere infirmum. De facto beati Mathiæ Apostoli dicit Papa, quod vigilia secundùm consuetudinem Ecclesiasticam præcedat ipsum festum, ita videlicet, quod nec pro bissexto, nec alio modo inter vigiliam, & solemnitatem alia dies interueniat: in qua vtique vigilia ieiunium celebretur, nisi venerit die Dominico: & ipsum festum, siue fiat in die bissextili, siue in sequenti: quia duo dies pro vno reputantur, nullus error est: sed consuetudo Ecclesiæ seruetur. Nota, quòd solus sacerdos infirmum vngere potest. Item die Dominica non est ieiunandum. Item consuetudo Ecclesiæ seruari debet.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & soluit.*

r ¶ *Etiam solus.*] Arg. cõtra in Apostolo, vbi dicitur: *Infirmatur quis in vobis? Inducat presbyteros Ecclesiæ, qui orent super eum. ꝫ. de sac. vnc. c. vnico.* & sic videtur, quòd debeant esse plures: quia pluralis locutio, duorum numero ad minùs contenta est. *4 qu.3. c. si testes, ver. vbi numerus* : hoc intellige in necessitate, quæ legem non habet. *de consecr. dist.1. sicut. & ꝫ de consuet. quanto.*

s ¶ *Dominica.*] Quoniam in Dominica propter reuerentiam non est ieiunium celebrãdum. *30. dist. c. si.* sed in sabbatho præcedenti ieiunandum est. *ꝫ. de ob. et ieiun. cap.1.*

t ¶ *Die.*] Scilicet bissextili.

¶ *Glos. seq. signat contrariũ: instruit negatiuè in cognitione bissexti: quærit, arg. negatiuè: ponit contrariam opi. Laur. quam approbat.*

u ¶ *Qui duo quasi pro vno reputantur.*] Et ideò quia pro vno reputantur, non computantur in tempore restitutionis, licet de momento ad momentum fiat computatio. *ff. de maiori. denique. §. minorem, & ff. de verb. signi. cùm bissextus* : & propter hoc facit ad tit. d Et *arg. contra hoc. ff. de stat. lib. l.4. §. Stichus.* Nota, quòd annus solaris habet 365. dies, & sex horas: sic quatuor anni habẽt vltra præfatum numerum dies 24. horas, quæ coadunatæ faciũt vnũ diem, qui superabundat omni quarto anno: & dr bissextus: quia bis sedetur, & stat in vna littera calẽdarij. & hi duo dies pro vno cõputantur, & interseritur 5. die exeunte Februario, hoc est, sexto calẽdas Martij: & sequẽti die debent e vigiliæ B. Mathiæ celebrari. Vnde versus: *Bissextum sextæ Martis tenuere Calendæ. Posteriore die celebrantur festa Mathiæ.*

† *Idem. scilicet Isidorus, lib.5. cap.24.*

† *Lib.5. etymolog. c.25 & c.12. eod. tit. in 1. compilat.*

a *Hæc glossula ex Panormitani lectura huc transfusa fuit.*

† *Cap.13. eo. tit. in 1. cõp. Vide citatos in c. ex transmissa. ꝫ. de decim.*

b *Vel prodigi: & de vtrisque not. ꝫ. de consuet. cap. pen. Ioa. And.*

c *De hoc vide citatos in cap. ex transmissa. ꝫ. de deci.*

† *Cap.9. eo. tit. in 1. cõpi. & post Cõc. Lateran. sub Alexan. iij. p.50. cap.22. Vide Conci. Triden. sess. 4. de sacramento extremæ vnctionis, cap.3.*

d *Vide glossam in l.2. ff. de diuers. & tempor. præscript. & in l.3. §. minorem. ff. de min. & ibi Doctores.*

e *De his plenè notatur in fin. lib. 6. super data. Ioan. Andr.*

f *In antiquis codicibus ita: debet festum beati Mathiæ celebrari.*

Sed pone aliquẽ suspensum per annũ,& est tunc annus bissextilis,nunquid in vltima die posset celebrare? Videtur,ꝙ non:quia hi duo dies quasi ꝓ vno reputantur.*arg.hic,& ff.eod.cùm bissextus,& ff.de minor.denique.§.minorem.* Laur. dixit *contra.argum.l.dicentis*,quod si libertas tibi relicta est,si anno seruieris, dies illa non computatur in anno,sed tantùm ccclxv. dies.*ff.de stat.liber.cùm hæres.§.Stichus.* & satis videtur: quia cùm sit pœna,nõ debet ampliari, sed potiùs restringi,*de pæn.dist.1.pænæ.* Tanc.

a ¶ *Consuetudo.*] *ʒ.de obser.ieiun.consilium.76.dist.vtinam.11.dist.in.Cathelica.*Bern.

IN his.] Duæ sunt partes. Secunda ibi, *Attendentes.* Abb.Sicu.

CASVS. Inter magistrum,& cõuersos sancti Simpliciani coram Archiepiscopo Mediolañ. super eodem hospitali quæstio vertebatur: Archiepiscopus tulit sententiã sub hac forma verborum: Statuo,& Præcipio, ꝙ ita fiat: quia non fuit vsus his verbis, Talem partem condemno,vel absoluo:dicebatur, ꝙ talis sententia non tenebat: quæstio super hoc delata est ad dominum Papam: vnde ipse considerans ꝙ hoc verbũ, Statuo, rem perfectam significat. Item secundùm Grego.quod præcipitur, imperatur: & quod imperatur, necesse est fieri:& aliquãdo si non fiat, pœnam habet,& nõ debet quis considerare verba, sed voluntatem: procuratoribus vtriusque partis præsentibus interpretatur & diffinit, ꝙ sententia prædicta perpetuã obtineat firmitatem. Nota,ꝙ intentio loquentis consideràda est,& nõ verba.Itẽ non refert, per quæ verba fiat condemnatio, vel absolutio, dum tamẽ de intẽtione iudicis constet per illa verba.

nullus error, sed consuetudo[a] Ecclesiæ teneatur.

¶ Cœlestinus tertius.

¶ *Per verbum,Statuo,& Præcipio, diffinitiua sententia ferri potest.*

CAP. XV.

IN † his, quæ ambiguitatem continent:*& infrà.* ¶ Innotuit Apostolatui nostro, quòd cùm inter magistrum M. & Conuersos hospitalis sancti Simpliciani super eodem hospitali in præsentia Mediolañ. Archiepiscopi quæstio verteretur,ipse Archiepiscopus post cognitionem causæ in prolatione sententiæ his verbis non fuit vsus: Talem partem[b] condemno, vel talem absoluo: sed pronunciauit ita: Statuo,& Præcipio:*& infrà.* ¶ Attendentes igitur, quòd hoc verbum,Statuo,rem perfectam[c] significat, & cum effectu non verbo tenus accipitur. Item secundùm Gregorium, quod præcipitur[d], imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri: & aliquando si non fiat, pœnam habet. Considerantes nihilominus, quòd nõ debet aliquis considerare verba, sed voluntatem: cùm nõ intentio verbis, sed verba intentioni[e] debeant deseruire: Interpretamur[f] procuratoribus vtriusque partis præsentibus,& diffiniuimus, quòd præfati Archiepiscopi verba tali forma prolata, perpetuò valituræ sententiæ obtineant firmitatem:

& beneficia manualia conferrent: quòd si canonici hoc non facerent, Patriarcha Grandeñ. super hoc executor eos ad id appellatione cessante compelleret:canonici mandatum Apostolicum malitiose aliter,quàm debeant,interpretantes,dicebant ꝙ non tenebantur ad hoc,cùm ipse non resideret, ex eo quod dicitur, sicut vni ex residentibus: sed ipse non residebat, vnde non tenebantur:vnde Patriarcha petiit à domino Papa, qualiter mandatum suum esset intelligendũ? Respondet Papa,quòd cum beneficia principis latissime sint interpretanda,iniunxit capitulo Paduano prębendã, quæ tantùm residentibus in victu, & vestitu confertur, de communi dicto magistro G.plene conferendam, sicut vni ex aliis residentibus, malitiosã interpretatione reiecta. Nota,quòd beneficium principis largissime est interpretandum.

¶ *Glos.seq.recit.per quę quàre concessum fuerat, &c. & respondet triapliciter.*

g ¶ *Canonico Paduano.*] Absenti:aliàs non esset opus interpretatione,nec haberet causam subtrahendi beneficium suum, vel malè interpretandi mandatum Papæ:forte erat in seruitio Episcopi,& sic seruire intelligebatur Ecclesiæ: vnde debebat beneficium suum percipere integre præter victualia. *ʒ de cleric.non resid. de cætero, & c.ad audientiam* ᶜ. Vel forte in seruitio domini Papæ in curia stabat, qui plùs,quàm præsentes, seruire intelliguntur: ideo voluit Papa, quòd omnia haberet, sicut præsentes. *ʒ. de cleric. non resid. cùm dilectus.* Vel non refert, vbi esset: quia Papa sic voluit: ergo sic seruandum est, licet durum. 19.*dist.in memoriam.*Bern.

¶ Innocentius tertius Patriarchæ Grandeñ.

¶ *Beneficium Principis latissime interpretari debet.*

CAP. XVI.

OLim † tibi scripsisse recolimus, vt si Canonici Paduani, magistro G. Canonico[g] Paduano præbendam, quæ tantùm residentibus de communi confertur, sicut vni ex aliis de communibus prouentibus,& manualia[h] beneficia non conferrent,tu eos ad id appellatione cessante compellere procurares.Quia verò quidam mandatum interpretari aliter[i],quàm deceat,moliuntur, (cùm beneficia Principum sint interpretanda largissimè[k]) nostrum aperiendum duximus intellectum, videlicet, quòd Præbendam, quæ tantùm residentibus in victu, & vestitu de communi confertur ipsi magistro G. plenè sicut vni ex aliis residentibus iniunximus conferendam.

¶ Idem Colubrieñ.† & aliis Episcopis in regno Portugalliæ constitutis.

¶ *Generale dicitur interdictum, quod fertur,nedum in prouinciam, sed in villam,vel castrum.*

CAP. XVII.

CVm † in partibus vestris sæpè contingat diuersa loca interdicto supponi, quando generale, vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium reuocari: cùm illi, qui ab Ecclesia Romana decorari priuilegio meruerunt, videlicet, vt cùm generale

¶ *Glos.seq.recit.per obiecti & notat,& remittit.*

b ¶ *Partem condemno.*] Huiusmodi verbis non fuit vsus,vel æquipollentibus,quia illud sufficeret. *ff. de arb. quid tamen.fi.1.de appell.ad audientiam:*Ala.vnde videbatur non valere sententiam, quia non continebat absolutionem, vel condemnationem.*2.q.6.c.ei qui.§.diffinitiua.C.de sent.& interloc. omn. iud.præses.* Item nota,quòd pars,si præsens est, condemnanda est. Quis debeat condemnari,[a] dominus, an procurator? De hoc plene dictum est *ʒ.de elect.querelam* Bern.

c ¶ *Rem perfectam.*]Sic *ff.quod quisque iur.l.1.§.vlt.de pæn.dist.1.c.hæc autem verba. ff. de iur.vidicamus. §.infamia.C.de sent.pass.l.vlt.& 2.q.3.c.si quem.§.notandum,in fin.*

d ¶ *Quod præcipitur.*]14.*q.2.quòd præcipitur.*Bern.

e ¶ *Verba intentioni.*]Sic *ʒ.eod.intelligentia,& cap.propterea:*vbi de hoc,*& 1.q.1.Marcion.* Bern.

f ¶*Interpretamur.*]Quæ interpretatio generalis est,& ius facit, & ab omnibus obseruanda est. *ʒ.tit.prox.inter alia,& C.de leg.l.1.*& interpretari debuit potiùs, vt res valeret, quàm periret, ex quo in dubium reuocabatur. *ff. de re.dub.quotiens*[b] *ff.de verb.oblig.quotiens,& ʒ eod.Abbate.*Bern.

OLim tibi.] Verba priuilegiorum sunt interpretanda latissime.Hoc dicit.Et primo ponit mandatum. Secundò ipsius interpretationem,& eius causam.*Quia verò.* Abbas.

CASVS. Dominus Papa mandauit capitulo Paduano,quatenus magistro G.canonico Paduano præbendam, quæ tantùm residentibus de communi confertur, sicut vni ex aliis residentibus,

h *Manualia.*] Forte quæ dantur singulis diebus illis tantùm, qui intersunt diuinis:sicut fit in pluribus locis.Bern.

i ¶ *Aliter quàm deceat.*]Nota,ꝙ qui rescriptum principis malitiosè, vel astute interpretatur, infamis est.*C.de legib.l 2.*solus princeps ipsũ debet interpretari.*ʒ.tit.prox.inter alia:*vbi de hoc, *& ff de prætor.stip. in prætoriis:*tamen legatus quandoque ipsum interpretatur.*ʒ.de post.c.1.vers.fi.*& consuetudo legem interpretatur.*ʒ.de consuet.cùm dilectus.*Ioan.

¶ *Glos.seq.alleg.5 concor.& 6.contraria,quærit,& soluit.Ioan.*

k ¶ *Largissimè.*] *ff.de consti.prin.l.vlt.& 2.q.3.c.si quis.§.prænaricator.in fi.& 16.qu.1.frater noster,& ʒ.de vsu pal.c.1.fi.ʒ.de d.nat.cùm dilectus.arg.contra.C. de inoffi.test.si qu.Cod.de preci.imp.offe.quotiens.ff.ne quid in lo.publ.l.2 §.meritò, & 35.q.3.quod scripsi ʒ.de consang.quod dilectio, & ʒ de præben.c.vlt.* Sed nunquid in rescriptis facienda est larga interpretatio,cum secũdum intellectũ illius,qui concessit,sint intelligenda?*arg.ꝙ sic ff.de verb.oblig.inter stipulantẽ.* Dicas,ꝙ nõ:quia lites potiùs restringendę sunt,ꝙ ampliandæ.*ʒ.de rescrip.nonnulli,& c.vlt.arg.* immò nec illud,ꝙ indulget beneficiũ,est ita interpretãdum, vt multum lædat aliũ[d]. *ʒ.de præben.relatum,& 85.dist.Archidiaconum Florentinum,*Ioan.

CVm in partibus.]Cõis diuisio. Secũda pars ibi,*Cũ autẽ.*Abb.

CASVS. In regno Portugalliæ diuersa loca supponunt aliquãdo interdicto: qui habẽtes priuilegia,vt liceat eis celebrare diuina ianuis clausis,& exclusis excõicatis,& interdictis,cũ gñale interdictũ terræ fuerit,asserebãt se nõ teneri particulari interdicto,dicẽtes interdictũ gñale solùmodo, cũ regnũ,vel ꝓuincia tota

† *Cap.vnico,eod.tit.in 2. compilat.*

a *Verbũ,cõdemno, plenam habet significationem, etiam quoad fructus. Ioann.And.*

b *Ibi de hoc & 11.q 1.sicut enim.§.ex his,& de posinl.cap.1. adde hic amplius per Ioann.And.*

† *Cap.6.tit.de rescript.in 2. compil.*

† *Vide Ioannem V aseũ in annalibus Hispaniæ,cap.10.*

† *Cap.1.eod.tit.in 3.cõpil.*

c *Adde Bal. idem tenere in l. sed & reprobare §. pemult. ff.de excu. tut.*

d *Concord. l. nec auus. C de eman. lib.& l.1.§. si quis à principe. ff. ne quid in lo.pub.*

tota subiicitur interdicto: Episcopus Colubrien. consuluit Papam, quando generale vel particulare dici debeat interdictum: respondet Papa: Cùm priuilegiis illorum de regno, vel prouincia nihil dicatur, per hoc verbum, terræ, non solum regnum, vel prouincia intelligitur, sed etiam villa, vel castrum, vt in his locum habeat, quod de generali dicitur interdicto. Nota, quòd nomine, terræ, continetur regnum, prouincia, castrum, & villa.

a ¶ *Ianuis clausis*] Si. *suprà tit. prox. permittimus. & suprà de priuil. quod nonnullis.*

b ¶ *In priuil.giis.*] Quibus permittitur, vt possint celebrare diuina, suppressa voce, ianuis clausis, &c.

c ¶ *Nihil expressè dicatur.*] Ergo nec aliquis debet interdictum, ad regnum, vel prouinciam restringere: quia si Papa de hoc cogitasset, illud in priuilegiis expressisset. ¶. *de deci. ad audientiam & sup. de te. tusla inter.* Ber.

d ¶ *Nomine terræ.*] Vide qualiter verbū simpliciter positum intelligitur generaliter de quacūque terra parua, vel magna. *si. 19 dist. si Romanorum. & sup. de priuil. quia circa.* & sic generale dicitur interdictū, ex quo tota terra subiicitur interdicto, siue sit ciuitas, prouincia, vel villa; quia generale dicitur quantum ad locum illum, cum nullus excipiatur[a]. B.

¶ *Glo.seq. arguit, signat contrarium, & soluit.*

e ¶ *In his locum habeat.*] Nota, hic appellationem nominis ampliari per interpretationem *si. 28. q. 1. idololatria.* & est arg. odium ampliari, & fauorem restringi. *ff. de his, qui not. infa. l. 2. §. exercitum 2. Arg. contra ff. de libe. & posthu. cum quidam.* sed in veritate nulla est ampliatio: *vt dixi in proxi. no.*

interdictum terræ fuerit, liceat eis ianuis[a] clausis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis, & interdictis, suppressa voce diuina officia celebrare: interdicto particulari se asserant non arctari, dicentes interdictū generale duntaxat, cùm regnum, vel saltem prouincia tota subiicitur interdicto: *& infrà.* ¶ Cùm autem in priuilegiis[b] de regno, vel prouincia nihil expressè[c] dicatur, nomine[d] terræ non solùm regnum, vel prouinciam intelligi volumus, verùm etiam villam, & castrum †, vt & in his[e] locum habeat, quod de generali dicitur interdicto.

¶ Idem Altissiodoren. Episcopo.

¶ *Priuilegium contra cōsuetudinem iuris communis obuiantem largè est interpretandum. h. d. secundum intellectum Abbatis antiqui. Et est casus not. secundum hunc intellectum.*

CAP. XVIII.

CVm † tibi de benignitate sedis Apostolicæ sit indultum, quòd ordinatio[f] rerum Clericorum ab intestato decedentium, in tua dispositione permaneat: Nos consulere voluisti, an appellatio[g] vocabuli Clericorum, tam ad Canonicos, quàm ad non Canonicos extendatur: *& infrà.* ¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd appellatio Clericorum non solùm alios, sed etiam Canonicos comprehendit.

CVm tibi] Verbum clericorum, etiam canonicos cōprehendit. h. d. Communis diuisio: secunda ibi, *Consultationi.*

¶ Pone sic casum secūdùm intellectum Abbatis antiqui. In quibusdā partibus Franciæ erat consuetudo, q̄ propinqui succederēt clericis intestatis, et in bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ: cōtra hāc consuetudinē Papa concessit priuilegiū cuidā Ep̄o, q̄ ordinatio rerū clericorū ab intestato decedentiū esset in sua dispositione: dubitabatur, an appellatione clericorū venirēt canonici? Rndetur, q̄ sic, vt in littera. Vel sic, secundùm B. Altissiodoren. Ep̄s obtinuit indulgentiā à dño Papa, vt ordinatio rerum clericorum decedentium ab intestato, in Ep̄i dispositione consisteret: orta est contentio inter Ep̄um, & canonicos super verbo illo, rerū clericorum: dicebant canonici, q̄ appellatione clericorum non intelligebantur canonici. Consultus Papa super hoc respondet, q̄ appellatione clericorū, & canonici, & alij oēs comprehendūtur. Nota, q̄ appellatione clericorum canonici comprehenduntur.

¶ *Glo. seq. ponit duas lectu. & primam approbat.*

f ¶ *Ordinatio rerum.*] Nō intelligi de rebus clericorū patrimonialibus, vel quas intuitu personæ acquisierint; illis enim proximiores succedūt clericis intestatis: si nō hab. t cōsanguineos, Ecclesia succedit eis, 12. q. vlt. c. vlt. in quo casu pōt intelligi, qd̄ hic dr̄ de rebus Ecclesiarū, de quibus aliqua in vita sua in ægritudine poterāt elargiri. ¶. *de testa. ad hæc. & c. relatum.* & secundū q̄ ipsi poterāt, concessum fuit hæc Ep̄o p hanc indulgentiā; alias iniqua fuisset hæc indulgentia, quæ in totum tolleret ius alterius. *C. de preci. impe. offe. quotiens. arg. ¶. de of. ord. licèt. cum suis concor.* Vel pōt intelligi, vbi clericus bona ppria in pias causas erogari p̄cepit, nō designādo psonam p q̄ hoc fieret: vel si designauit p̄sonā, negligens erat; in his casibus pertinet hoc ad Ep̄m diœcesanum. *C. de epis. & cle. nulli. & in Auth. de eccl. ti. §. si quis autem pro redem-ptione. col. 9. & ¶. de test. tua. &c.* Ioannes prior exposi io melior est[b], cū littera dicat, ab intestato decedētiū. qa nō n dr̄ decedere intestatus, q alij cōmisit depositionē rerū suarū. ¶. *de test. cū tibi.*

¶ *Glos. seq. dat simile, & signat contrarium.*

g ¶ *Appellatio vocabuli clericorum.*] Largissimè sumitur hoc vocabulū, clericorum, pro oibus clericis subditis ipsi ep̄o, vt cōprehēdat canonicos, & oēs alios: qa ex quo simpliciter, & indefinite concessa fuit ei ordinatio rerum clericorū decedentium ab intestato, de omnib. intelligendum fuit. *si ¶. tit. prox.* vbi habes concordantias de hoc: sic appellatione beneficiorum tam maiora, q̄ minora beneficia intelliguntur. ¶. *eod. c. pen.* strictiùs tñ sumitur. ¶. *cap. prox.* pro clero tñ cathedralis Ecclesiæ. indulgentia enim large est interpretanda. ¶. *eo. c. cùm olim. Argu. contra. ¶. de trans. a. c. vlt.*

† Concor. tex. in c. ex præsenti. de sen. excom. lib 6. & ibi not.

† Cap. 2. eod. tit. in 3. comp. pars huius suprà de testam. c. cùm tibi.

a Erit autē particulare, cùm interdicerentur certorum Ecclesiæ, vel oratoria secundùm Lau. & Vin. Io. And.

¶ Idem Præposito, & Capitulo Placentino.

¶ *Iurās obedire Prælato & Ecclesiæ, nō Clero diœcesano, sed Capitulo Ecclesiæ cathedralis obedire tenetur.*

CAP. XIX.

CVm † clerici Placētini iuramentum præstant † sub hac forma verborum: Ego talis ab hac hora in antea fidelis[h] ero, & obediens Placentinæ Ecclesiæ, & domino meo Episcopo Placentino: Nos consulere voluistis, verum intelligi debeat Clerus totius diœcesis, an Capitulum tantùm Ecclesiæ cathedralis? Nos igitur taliter respondemus, quod per Ecclesiæ Placeñ. vocabulum[i] in forma iuramenti præscripti non debeat † intelligi totius diœcesis Clerus: etsi Capitulum[k] intelligatur Ecclesiæ cathedralis: is tamen, qui præstat huiusmodi iuramentum, Episcopo tanquam capiti principaliter[l] obligatur.

¶ Idem Priori sancti Fridiani Lucañ.

¶ *Appellatione Ecclesiasticæ Cēsura comprehenditur excommunicatio, suspensio, & interdictum.*

CAP. XX.

b ¶ *Dum ansam.*] Dicitur quandoque ansa auricula scyphi, vel vrcei, vel calicis, quæ manu tenetur. *ff. de rei vend. in rem § 2.* hîc dicitur ansa nodus cum filis, & facilis ad soluendum, ita factus, quòd si rectè trahatur caput fili, omnimodè est solutus nodus: si male trahitur, ligatus remanet: ita contingit Papæ in solutione quæstionis præcedentis decretalis de offensa manifesta, quam modo hîc soluit inferiùs apertè.

c ¶ *Dicimur.*] A peruersè intelligẽtibus, vt à canonicis Carno.

d ¶ *Proponentibus.*] Et malè.

¶ *Glos. seq. iustificat textum, obycit, & soluit.*

e ¶ *Nẽ quę iudici.*] Et hoc fatuũ erat dicere, quòd sibi credendum esset in præiudiciũ alterius. Immò iudex secundũ motum animi sui, & secundùm sensum iudicare tenetur. s. *de consue. ad nostram, & s. de renun. in præsentia, & s. de testi. in nostra, & 3. q. 7. iudicet,* & secundum quòd sibi vĩ. *ff. de arbit. qualem:* dum tamen secundùm leges, & canones, *in Authent. de iud. § quia verò, col. 6 in Auth. de defen. ciui. § iusiurandum, col. 3.* Sed videtur, quòd illud dicatur manifestum, quod iudici videt, sicut illud dr̃ probabile, quod ei videtur. s. *de appel. cùm dilectus.* Respondeo, licet ad opinionem iudicis referatur quod dicatur probabile, vt per hoc possit, & debeat appellationi deferri. s. *de appell. cum speciali & s. titul. prox. i. sacro. ad fin.* secus est in manifesto: illud enim propriè dicitur manifestũ, quod non eget probatione. 11. q. 3. *euidentia.* sed hîc sumitur manifestum pro notorio, prout in B̃n. dicitur. *ex 2. q. 1 de manifesta.*

f ¶ *Intelligere.*] Ergo nos quoque sic intelligere oportet s. *eod.* *venerabili. sic suprà de hæred. cùm Christus:* quia interpretatio principis ius facit. *suprà titul. proxim. inter alia. C. de leg. lib. 1. & vlt.* Bernard.

g ¶ *Confessionem.*] Et per sententiam, sic s. *de cohab. cler. & mulier. cap. vestra.*

¶ Idem Episcopo, & Cantori Attrebaten.

¶ *Verba priuilegiorum debent intelligi, vt aliquid afferant, & nõ remaneat ambiguum: & ideo verbũ, Secundùm, & Iuxta, videntur apposita causatiuè, non cõditionaliter. Hoc dicit Panormitanus.*

CAP. XXV.

ABbate † sancti Syluani Alciaten. viam vniuersæ carnis ingresso, cùm eiusdem loci Monachi elegissent quendam de ipsius Ecclesiæ gremio in Abbatem, & confirmationem electionis à Morinensi Episcopo nequiuissent aliquatenus obtinere, eam à sede Apostolica petierunt. ¶ Cæterùm procurator monasterij sancti Bertini proposuit ex aduerso, quòd cum

ABbate sancti Syluani.] Verba priuilegiorum largam habent significationem: vnde verbum, *secundùm, & iuxta,* in eis positũ causatiuè tenetur, nõ conditionaliter. Ita communiter summatur: sed hæc summatio videtur nimis generalis, & non est vera indistinctè iudicio Panormitani, quia priuilegium, inquantum præiudicat alteri, seu iuri cõmuni, non debet largè, sed strictè intelligi: vt dixit ipse Panormitanus in c. *olim.* s. *eod.* Prima pars narrat factum: secunda diffinit ibi, *His igitur.* Prima subdiuiditur: nã in prima ponitur petitio pro parte electi. In secunda ibi, *Cæterùm.* petitio, & responsio contra electum. In tertia ibi, *Ad hoc:* responsio pro electo. In quarta ibi, *Contra quod:* responsio contra electum. Abbas.

Casvs. Vacante monasterio sancti Syluani, monachi elegerunt quendã de gremio suo in Abbatem, & confirmationem electionis suæ petierũt à Morin. Episcopo confirmari: sed monachis sancti Bertini se opponentibus ex aduerso Episcopus electionem illam noluit confirmare: propter quod partes ad Papam habuerũt recursum, coram quo procurator sancti Syluani electionem præfatam canonicè factam petit confirmari. Sed procurator sancti Bertini proponit ex aduerso, quòd tam de consuetudine approbata, quàm de speciali priuilegio Romanorum Põtificum, electio monasterij sancti Syluani debet de monasterio sancti Bertini celebrari: vnde huiusmodi electio erat non immeritò reprobanda, contra consuetudinem & priuilegia sedis Apostolicæ attẽta: & monachi Alciaten. debebant de iure compelli, vt de monasterio sancti Bertini personam idoneam sibi eligerent in Abbatem: lite contestata, & testibus receptis, Papa depositionibus testium diligenter inspectis, inuenit esse probatum, quod à 40. annis, & infrà, monachi Alciaten. elegerunt sibi abbatem de monasterio sancti Bertini, & cùm quadam vice Guarinum monachum Alciaten. elegissent, electio effectum habere non potuit, donec apud monasterium sancti Bertini professione facta post aliquantulum temporis, quando placuit Abbati, & monachis sancti Bertini, in Abbatem sancti Syluani extitit electus. Item in priuilegiis Romanorum Pontificum apparebat Alciaten. Abbatem de monasterio sancti Bertini eligendum. In priuilegio Paschalis Papæ continetur: Subrogationem Abbatis penes monasterium sancti Syluani apud Alciaten. iuxta præteriti temporis morem in vestra semper concedimus dispositione consistere, & in priuilegio Calixti Papæ huiusmodi capitulum inuenitur: Porrò iuxta Paschalis Papæ decretum, Abbatis subrogationem penes Alciaten. non aliunde, quàm de monasterio vestro fieri Apostolica auctoritate concedimus. Ad ista respondebatur à parte aduersa, quòd etiamsi verum esset, quòd infra prædictum tempus de monasterio sancti Bertini semper fuit Abbas Alciaten. assumptus, ex hoc tamen dici non poterat, quòd aliqua consuetudo quasi contradicto iudicio fuisset obtenta, cùm id, quod dictum est de dicto Guarino, pro bono pacis factum fuerit. Præterea in priuilegio Paschalis dicitur: Iuxta præteriti temporis morem: sed de more præteriti temporis non fit fides, vnde per illud priuilegium monasterio Alciaten. nullum præiudicium generatur. Sed contra hoc respondebatur, quòd hæc determinatio, iuxta præteriti temporis morem, & causalis, & conditionalis potest intelligi, & referri tam ad illud verbum, concedimus, quàm ad infinitiuum, scilicet, consistere. Si enim determinet verbũ illud, consistere, quod est impersonale, conditionalis intelligitur, & est sensus: Concedimus subrogationem Abbatis sancti Syluani in vestra dispositione cõsistere, iuxta præteriti temporis morem. i. si mos præteriti temporis talis fuit.

Si verò

† *Vide* s. *eo. in his, super vlt. glo. & s. venerabili, in gloss. vlt. Ioan. Andr.*

† *Vide l. Iulia ff. de tu. fo. mos. in l. qui manumit. § non idem ff. man. glos. in l. amissione § pen. ff. de cap. dimin.*

† *Cap. 10. eo. tit. in 3. cõpi.*

Si verò determinet verbum impersonale, causaliter debet intelligi, & sic sentitur: Concedimus iuxta præteriti tẽporis morem, id est, quia ... in præteriti tẽporis sic obtinuit. & iste est verior intellectus, quia cùm priuilegium sit lex priuata, & lex nõ debeat esse obscura, sed ... nec esset priuata, nisi aliquid indulgeret: profectò sic intelligenda sunt verba, vt res, de qua agitur, potius valeat, quàm pereat: quia aliàs priuilegiũ inutile esset: præterea Calixtus Papa determinationẽ illam dubiam remouit dicens, quòd electio monasterij sancti Syluani non fiat aliunde, quàm de monasterio sancti Bertini. His, & aliis diligenter auditis dominus Papa adiudicauit monasterio sancti Bertini huiusmodi dignitatem, vt quotiens vacauerit monasterium sancti Syluani, electio eiusdem fiat de monasterio sancti Bertini ita videlicet vt tandiu monasteriũ ipsum hac debeat prærogatiua honoris gaudere, donec ibi viguerit obseruantia regularis, vt personæ idoneæ inueniantur in illo, quæ possint in Abbatem assumi. Nota, quòd cõfirmatio Abbatis spectat ad Episcopum. Item priuilegium dicitur lex priuata. Item lex non debet esse obscura, sed manifesta. Item priuilegiũ semper debet intelligi, vt aliquid indulgeat: aliàs delusorium esset. Item res, de qua agitur, potius debet intelligi, vt valeat, quàm pereat. Item aliqui tenentur eligere de aliena Ecclesia, & hoc ius præscribi potest: sed verum videtur, si titulum habent, qui præscribũt. Item priuilegiũ amittitur per delictum.

secundùm approbatam consuetudinem [a], & priuilegia Romanorum Pontificum Abbates Alciateñ. debeant de monasterio [b] sancti Bertini semper assumi, huiusmodi electio erat non immeritò reprobanda, vtpote contra consuetudinem diuturnam, & contra priuilegia sedis Apostolicæ attentata: & Alciateñ. Monachi debeant † de iure cõpelli, vt de monasterio sancti Bertini personam idoneam sibi eligerent in Abbatem: *& infrà.* ¶ Nos igitur depositionibus testium diligenter inspectis, inuenimus esse probatum, quòd à quadraginta annis, & infrà, Monachi Alciateñ. Abbatem sibi de sancti Bertini monasterio elegerunt: *& infrà.* ¶ Et cùm quadam vice Guarinum Alciateñ. [c] Monachum elegissent, eius electio robur habere non potuit, donec apud monasterium sancti Bertini professione facta, post aliquantum † temporis, quando, scilicet eiusdem loci Abbati, & Conuentui placuit, in Alciateñ. extitit Abbatem assumptus. Ex priuilegiis quoque Romanorum Pontificum argui poterat Alciateñ. Abbatẽ fore de sancti Bertini collegio eligendũ: nam priuilegio Paschalis Papæ huiusmodi capitulum apparet insertum: Subrogationem Abbatis penes monasterium sancti Syluani apud Alciateñ. Monachos, iuxta præteriti tẽporis morem, in vestra semper concedimus dispositione persistere. In priuilegio etiam Calixti huiusmodi capitulum inuenitur. Porrò [d] iuxta Paschalis [e] Papæ decretum, Abbatis subrogationem penes Alciateñ. non aliunde, quàm de vestro monasterio fieri Apostolica auctoritate decernimus. ¶ Ad hoc autem pars aduersa respondet, quòd si etiam probaretur, quòd infra prædicti temporis spatium [f] de monasterio sancti Bertini semper fuerit Abbas Alciateñ. assumptus: ex hoc dici non poterat, quòd consuetudo aliqua quasi contradicto [g] † iudicio fuerit introducta: cùm in memorati Guarini electione, pro bono pacis extra iudicium processum taliter dignoscatur: *& infrà.* ¶ Præterea cùm Paschalis Papa subrogationem Abbatis sancti Syluani monasterio sancti Bertini iuxta morem præteriti temporis duxerit concedendam, nec † de more præteriti temporis fiat fides [h] per eius priuilegium, & similia, nullum super hoc Alciaten. monasterio poterat præiudicium generari. ¶ Contra quod fuit ex aduerso responsum, quòd hæc determinatio, secundùm præteriti temporis morem: & causalis [i], & conditionalis potest intelligi, & tam ad personale [k],

a ¶ *Consuetudinem.*] Ex hoc videtur, quòd sit bene recipiendus talis libellus, Peto ius eligendi ratione consuetudinis et ... causa alia, siue titulus non allegetur, *sic s. de cau. poss. cùm ecclesia, & s. de elect. Cumana. ff. commu. præ. venditor. §. si constet, & s. de consuet. cùm dilectus*, quæ similis est huic. *18. q. 2 seruitium. ff. de aqua plu. arcend. l. 1. §. vlt. & 9 q. 3. conquestus. 63. dist. quia* Sed contra: quia ex solo cursu temporis non tollitur obligatio: ergo nec inducitur. *ff. de act. & oblig. obligationum. §. placet, & s. de præscript. si diligenti.* Sol. circa ius eligendi sufficit probare consuetudinem præscriptam. *De hoc dictum est s. de cau. poss. cum ecclesia.* Dic vt ibi. Ioan.

b ¶ *De monasterio.*]Sed cùm seruitutem sibi debere dicat, quãdo petit, vt aliquid sibi fiat, cùm seruitus potiùs sit, ne aliquid fiat, quàm vt aliquid fiat [a]. *ff. de serui. quotiens. §. 1.* Sol. iure communi necesse habet eligere, sed iure seruitutis debitæ petit, ne aliunde eligat, quàm de suo etiam monasterio, *vt in pri. patet.* & ita ne aliquid fiat, petitur. Vel verius dicas, quod bene petitur iure seruitutis, vt aliquid fiat. *ff. si seru. vend. & si fortè §. 2.*

c ¶ *Alciaten. Monachum.*] Hoc modo bene probatur seruitutis possessio, scilicet quia prohibitio facta est, ne ille esset Abbas, & admissa fuit: quia per hoc quod prohibebant, credebant vti iure suo, quod exigitur in seruitutibus: licet enim vtaris, nisi credas te iure tuo vti, vt paratus sis prohibere impedientem, non acquires seruitutem tempore. *ff. de itin. actúque priuat. l. vlt. arg. ff. quemad. ser. amit. l. vlt.* Quid enim si vicinus tuus propter paupertatem vel fortè quia non curauit, per 100. annos habuit ædificium suũ depressum nõ extollens illud, nunquid propterea debet tibi seruitutem altius non tollendi? Certè non [b], nisi crederes te ius habere, quòd præsumitur, si aliquando prohibuisti, interrũpere præscriptionem: interpellare enim deberes seruitutem si vsucapere vis. *ff. quemadmodum serui. amit. si quis alia. s. si cùm ius haberes.* Vinc.

d ¶ *Porrò.*] Hic incipiunt verba priuilegij Calixti Papæ vsque ibi, ad hoc.

e ¶ *Iuxta Paschalis.*] Hic allegatur priuilegium, & præterea præscriptio, *vt s. patet:* sed præscriptio, & priuilegium contraria sunt: quia qui allegat priuilegium, iuri præscriptionis renũciare videtur. *s. de præscrip. veniẽs:* quia quod meũ est, ex alia causa meum fieri non potest. *s. de fi. instrum. inter dilectos.* Dic, vt dixi, *s. de præsc. audītis, in gloss. quæ incipit: Sic ergo Abbas, &c. ibi, similiter allegabatur præscriptio, & priuilegium:* vel meliùs hic allegabatur cõsuetudo, & non præscriptio: & consuetudo debet esse præscripta, *s. de consuet. cùm dilectus:* & ita consuetudo probat vim priuilegiorum.

f ¶ *Spatium.*] Scilicet xl. annorum.

g ¶ *Contradicto iudicio.*] Ad hoc enim vt consuetudo valeat, oportet, vt sit obtenta contradicto iudicio, id est, si ea aduerso negetur consuetudo. *ff. de legi. cùm de consuetudine:* & alia de quibus habetur *s. de consuetud. cap. vlt.* Contradictum iudicium dicitur, puta cùm ego dicerem hanc esse cõsuetudinem, aduersarius dicebat non esse consuetudinem, & iudicatum fuit, quòd erat consuetudo: sicut enim in seruitute, vel libertate præscribenda requiritur protestatio. *ff. quemadmodum serui. amit. si quis alia. §. 2.* sic videtur, quòd requiratur in cõsuetudine præscribenda. Ioan.

¶ *Glos. seq. alleg. 8. iura, & in contrarium alia quinque, ponit tres opin. & tertiã approbat: contra quam alleg. 2. iura, & respondet.*

h ¶ *Fiat fides.*] Ex hoc videtur, quòd si priuilegio aliquo fiat mentio consuetudinis, vel priuilegij, quòd necesse sit illud priuilegium exhiberi [c]. *100. dist. contra morem 79. dist. ieiunium 9 dist. vt veteri… 12. q. 2. sancimus. in Authent. vt spon. lar. § & hoc insuper. coll. 9.* Argum. contra. quia non videtur, quòd hoc requiratur in publico instrumento. *19. distin. si Romanorum, & in Auth. vt fratrum filij. §. 3. coll. 9 & C. de donat. si ea quæ. ff. de donatio. ea scriptura. ff. de admin. tut. chirographis.* Ad hoc distinguunt quidam inter publica instrumenta, & priuata, vt in publico instrumento non sit necesse probare, vel exhibere illud, de quo fit mentio, licet in priuato fit. Sed alij dicunt, quòd si in priuilegio inscritur totus tenor alterius, non est necesse illud exhibere. Sed certe illud nõ sufficit, quia adhuc posset esse falsitas in bulla, & in aliis. *s. de priuileg. cùm olim, in fin.* Alij probabilius [d] dicunt, quòd si auctoritate iudicis priuilegium, vel aliquod rescriptum est renouatũ, vel in alio priuilegio insertum, non est necesse illud exhibere, secus si per tabellionem tantùm, quia publicatio facta coram iudice fidem facit, licet postea perdantur instrumenta, *vt C. de testa. publicati.* Item quia iudex diligentiùs [e] singula facit, quàm tabellio: quia non est credendum, quòd iudex sine causæ cognitione aliqd faciat: sicut verisimile nõ est, quòd auferat alicuius legitimas exceptiones. *s. de offic. deleg. ex parte.* Sed prædictis omnibus obuiat. *s. de re iudic. cùm inter. in fin. & s. de fide instrum. inter dilectos.* Sed dicas, quòd si constat, quòd instrumentum publicum sit, coram iudice non est necesse illud exhibere, nisi aduersarius velit docere de falsitate illius: quia tunc debet exhiberi, licet primò imposita sit ei fides, nisi iurauerit se illud perdidisse. *C. de fide instrum. l. vlt.* Ioan.

i ¶ *Causalis, & conditionalis.*]Vt hæc dictio, secundùm, accipiatur pro, quia: vel pro, si. Bern.

k ¶ *Ad personale.*]Scilicet hoc verbum, concedimus.

† *Aliàs ita: debeant iure compelli.*

† *aliquantulum.*

a *Vnde poterit possum, vt partem reg dis… vsq. ad eum modum, quo possim immittere tignum, dicit Host. illud speciale in seruitute oneris ferendi vt ibi not. vel secundũ eum hoc petebatur hic non iure seruitutis, sed consuetudinis & priuilegij: quia nec seruitutes acquiruntur tempore. ff. de serui. l. seruitutes. 3. in princ. Ioa.*

b *Ita: & de his qui nuda voluntate per 100. annos de certo loco prælatũ elegissent, nõ sic, cùm canonicè admittunt extraneos ad electiones: sed cum protestatione: quia tunc illi sibi possessionem acquirunt, quã & canonici tradere videtur, quod non est in alio casu, secundùm Pe. Ioan. And.*

† *In plerisque antiquis codicibus ita: contradictorio iudicio, &c.*

† *Aliàs ita: nec de more, vel consuetudine, &c.*

c *Adde not. per Bart. in l. 2. ff. si quis ius dici non obtemp.*

d *Et hoc placet Inno. & Host. Ioan. And.*

e *Hinc est, quod tanta est iudicis auctoritas, quòd facit valere, quod aliàs nõ valeret. ff. quod cum fa. tut. l. 1. §. pen. in fin. ff. quod metus cau. l. fin ff. de minor. vis præter. §. 1. Io. And.*

a ¶ *Impersonale.*] Scilicet hoc verbum, consistere.
b ¶ *Sensus.*] Scilicet quòd referetur ad personale verbum.
c ¶ *Lex priuata.*] *Distinct. 3. priuilegia.*
d ¶ *Captiosa.*] *Distinct. 4. erit autem.* Vnde statutum fuit, vt per consequentiam litterarum scriberetur lex, *C. de vet. iur. enu. l. 1. in fi. ff. ad mu. l. 1. in fi.* B.

¶ *Glo. seq. alleg. 10. concord. & tria contraria.*
e ¶ *Valere possit potiùs.*] *Simile ff. de vsu, & habis. dimur. in princ. ff. de re du. quotiens ff. de ser. si cui. & l. se. 5. de priui. in his. 16. q. 4. c. 1. & 12. q. 2. si quos. & q. 5 quia. 5. de conuer. coniugat. quidam. arg. 5. de fide instru. inter dilectos. Argum. contra. 5. de off. deleg. cùm super. & ff. de iure codi. i. l. 1. & ff. de her. insti. qu. tiens.* B.
f ¶ *E vicino.*] Id est, proximo. Bern.
g ¶ *Alciaten. Monachi.*] Vide, qualiter Papa pronunciat, & secundum priuilegium, & secundùm ius commune: secundum ius commune adiudicat electionem ipsi capitulo sancti Syluani Alciaten. secundũ priuilegium, vt eligant de monasterio sancti Bertini: & sic habent electionem, sed non liberam, quia non eligunt, vndecunque volũt, sed reducitur priuilegium ad ius cõmune. *5. de cõsuet. cùm dilectus.* Io.
h ¶ *Personã idoneam.*] Et si hoc non esset dictum, tñ subintelligebatur. *5. de elect. nosqua quæ. ff. de ... si cui:* & parte conced. in vxori, vt filium communem, cuicunque voluerit, copulet: ... tamẽ intelligit, vt cum ... pulc. ... *ff. de ri. nup. quanquam.* Bern.
¶ *Glo. seq. arg. duo, ad primũ alleg. duas concor. ad secundum ... quærit, arg. pro, & ...*
i ¶ *Donec ibidẽ.*] Arg. q. si priuilegium d... aticui monasterio, destructo monasterio [a] destruetur & priuilegium *arg. 16. q. 7. & hac ... 25. q. 2. §. vlt. in fin.* Item arg. q. cessante causa cessat priuilegium. *5. de deci. suggestum, & 16. q. 1. genera iter. C. de test. mi. l. vlt. & Insti. de auctor. tutor. §. vltim. & Insti. de pupi. subst. § qua ratione. 63. dist. c. quia sancta. §. verum, & 61. dist. c. statuimus. §. his omnibus. 5. de vit. & honest. cler. c. vlt. & 5. de nou. oper. nunt. ... cùm ex iniuncto.* Sed pone, quòd nullus reperiatur idoneus in monasterio sancti Bertini, dum vacat, monasteriũ Alciateñ. vel quòd ibi non obseruetur obseruantia regularis: si eligant de alio monasterio, nunquid fit eis præiudicium, quò minus teneatur eligere in alia electione de monasterio sancti Bertini, si persona est idonea, vel obseruantia est reformata? quod præiudicetur eis, et *arg. 5. de consti. cùm venissent. & 5. de ... consti...* quia vnico actu perditur priuilegium ... & hæc littera etiam multùm facere videtur ad hoc. Sed non credo, q. fiat propter hoc præiudicium, cũ postea ... idoneus. *arg. 5. de elect. quia diligentia, & ff. de seruitu. ... prædio. & Attilicinus:* & hæc littera non contradicit, quia non priuantur, nisi cũ persona non inueniretur idonea, vel ordo regularis non vigeret: sed cessante causa illa, priuilegium locum habet. *arg. C. de ... pennlt. & 5. titu. prox. dudum:* secundùm vnum intellectum, & melius *5. de off. deleg. prudentter. §. 6.* Sed pone, q. ille electus vixit xl. annis: nunquid præscriptũ est contra priuilegium? Videtur, quod sic. *5. de priuil. accedentibus. suprà de cau. poss. cùm Ecclesia, à contrario* [b]: nec adhuc credo, quòd perdant priuilegium, quia non potest vti illo tempore priuilegio. Vnde non obest *arg. l. præ dicta, & Attilicinus:* quia priuilegium non perditur nisi per abusum. Vel si vis dicere, quòd currit præscriptio, restituuntur ex clausula generali. *§. ex quibus cau. maior. l. quod innuitur, in l. & Attilicinus:* secus videtur, vbi non viguit obseruantia regularis: quia culpa illorum contigit, & culpa imputetur: contra videtur, quòd delictum ipsorum nõ debet tollere priuilegium monasterij. *10. q. 1. Episcopum.* Bern.

† *conditionaliter.*

quàm ad impersonale [a] verbum referri. Si enim impersonale verbum determinet, conditionalis † intelligitur, & est sensus: Concedimus subrogationem Abbatis sancti Syluani apud Alciateñ. monasterium in vestra semper dispositione consistere, secundùm præteriti temporis morem: id est, si mos præteriti temporis talis fuerit. † Si verò verbum determinet personale, causaliter debet intelligi, vt sit sensus: Concedimus secundum præteriti tẽporis morem, id est, quia mos præteriti temporis sic obtinuit subrogationem, &c. Hic autem sensus [b] rectior esse videtur: quia cùm priuilegium sit lex priuata [c] †, & lex non debeat esse obscura, vel captiosa [d], sed certa, & manifesta: nec esset priuata, nisi aliquid specialiter indulgeret: profectò sic intelligenda sunt illa verba, vt res, de qua agitur, valere possit potiùs [e], quàm perire: maximè cùm supradictus C. Papa, qui eidem Paschali e vicino [f] successit, verbis æquioribus vsus, determinationem illam prorsus amouerit, vt ambiguitas tolleretur: & quod dicebatur in concessione Paschalis, vt videlicet subrogatio Abbatis sancti Syluani apud Alciaten. in dispositione Abbatis, & fratrum sancti Bertini semper existeret: ipse mutauerit, decernens subrogationem ipsius Abbatis non aliunde, quàm de monasterio sancti Bertini faciendam. ¶ His igitur diligenter auditis, monasterio sancti Bertini adiudicauimus huiusmodi dignitatem, vt quotiens in Alciateñ. monasterio Abbatis electio immineat facienda, Alciateñ. Monachi [g] de cœnobio sancti Bertini personam [h] idoneam sibi eligant in Abbatẽ: ita videlicet, vt tandiu monasteriũ ipsum hac honoris debeat prærogatiua gaudere, donec ibidem [i] viguerit obseruantia regularis, vt idoneæ personæ inueniantur in illo, qui † possint in Abbatem assumi.

† *fuit.*

† *Adde, quod not. Bart. in l. si finita. §. ex hoc edicto ff. de dam. infect.*

¶ Idem Comiti Tholosañ.

¶ *Dicit, qui dicantur hæretici manifesti: secundò quæ sint Pedagia, Guidagia, & Salinaria interdicta: tertiò dicitur, quomodo intelligatur præceptum factum laico, quòd de se conquerentibus in Ecclesiastico foro respondeat. Hoc dicit.*

CAP. XXVI.

SVper † quibusdam mandatorum articulis: *& infrà.*
¶ Tua deuotio postulauit à nobis, qui sint dicẽdi hæretici manifesti? Super quo tibi duximus respondendum, illos intelligendos esse manifestos hæreticos, qui contra fidem Catholicam publicè prædicant [k], aut profitentur, seu defendunt [l] eorum † errorem: vel qui coram Prælatis suis conuicti sunt, vel confessi, vel ab eis sententialiter condemnati [m] super hæretica prauitate: quorum bona proplia confiscantur [n], & ipsi iuxta sanctiones legitimas puniuntur [o]. ¶ Præterea cum

SVper.] Tria sunt dicta. Secundum ibi, *Præterea.* Tertium ibi, *Cùm autem à legato.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam legatus Apostolicæ sedis exercẽs legationis officium in partibus Tholosanis fecit quædam mandata comiti Tholosano, videlicet, vt manifestos hæreticos expugnaret, & quòd Pedagia, Salinaria, & Guidagia, non exigeret, & de conquerentibus, ad arbitriũ ipsius, vel alterius legati, seu iudicis ordinarij, vel delegati, iustitiã exhiberet: Comes Tholosanus petiit à Papa, qui dicerentur hæretici manifesti, & quæ dicantur Pedagia, Guidagia, & Salinaria interdicta, & qualiter tertiũ capitulum sit intelligendum. Ad primum respondet Papa, q. illi dicuntur hæretici manifesti, qui contra fidem Catholicam publicè prędicant, aut profitentur, seu defendunt errorem: vel qui coram Prælatis suis conuicti sunt de hæresi, vel confessi, vel ab eis per sententiam cõdemnati de hæretica prauitate: quorum bona propria confiscantur, & ipsi secundùm leges puniuntur. Ad secundum mandatum respondet, quod illa Pedagia, Guidagia, & Salinaria dicuntur interdicta, quæ nõ apparent imperatorum, vel regum, vel Lateraũ. Concilij auctoritate concessa: vel quæ non apparent introducta ex antiqua consuetudine à tempore, cuius non extat memoria. Tertium mandatum, scilicet vt de se cõquerentibus, secundùm arbitrium ipsius legati, vel alterius, vel ordinarij, vel delegati iustitiam exhiberet: sic est intelligendum: vt videlicet in omni causa; quæ ratione personarum, vel rerũ ad Ecclesiasticum forum pertinet: & super omnibus capitulis, quæ pro pace seruanda statuta sunt per ipsum legatum, vel auctoritate Apostolica statuenda, idem viduis, pupillis, orphanis, & personis miserabilibus: in his omnibus tenetur in iudicio Ecclesiastico respondere. Nota hic, quis dicatur hæreticus manifestus. Item bona hæreticorum confiscanda sunt. Item solus rex, vel imperator potest inducere pedagia. Item consuetudo, cuius non extat memoria, ius, siue priuilegium inducit. Item verbum generale restringitur. Item ratione personæ rei sortitur quis forũ. Item causæ viduarum, & miserabilium personarum ad Ecclesiasticum forum spectant.

† *Aliàs ita: quæ possint, &c.*

† *Cap. 1. eo. tit. in 4. Cõp. Et de intellectu primæ partis plenè Albertinus tract. de agnosc. asser. cathol. & heret. q. 29.*

† *Dictio, eorum, deest in antiquis codicibus, & in omnibus Vaticanis, in quorũ plerisque legitur ita: seu defendunt errorẽ suum.*

k ¶ *Publicè prædicant.*] Et isti euidentia rei notorij hæretici sunt, cùm horum factum non possit aliqua tergiuersatione celari: istis enim modis, qui hic enumerantur, manifestum, quòd probari debet, redditur notorium. *5. eod. cùm olim, & 5. de cohab. cler. & mulie. cap. vlt.*
l ¶ *Defendunt.*] Et isti defensores hæreticorum sunt excommunicati. *5. de heret. excommunicamus. §. credentes.* & tales damnabiliores sunt, quàm ipsi hæretici. *24. q. 3. qui aliorum.* Et est ad hoc *arg. C. de his, qui latro. occul. l. 1. & 2.*
m ¶ *Condemnati.*] *5. de hæreticis, ad abolendam.*
n ¶ *Confiscantur.*] *5. de hæreticis, excommunicamus. 1. responso.*
o ¶ *Puniuntur.*] Per iudices sæculares, etiãsi clerici fuerint, priùs à suis

a *Nec reædificato: aliàs reædificatũ habebit eadem priuilegia secundùm Innocen. alleg. de elect. quia diligentia, vel secũdùm cum priuilegium datum ordini, durat ordine durante: aliàs verò loco, vel possessionibus, quæ sunt ordinis, durat etiam remoto ordine, de rel. dom. cap. 2. de statu monach. recolentes. Io. And.*
b *Et infrà de præb. tum de beneficio. li. 6. Io. And.*

c *De confiscatione bonorum hæreticorum vide cùm secundùm leges de hære. lib. 6. & Zechinum trac. de hære. cap. 25. & ibi notata.*

à suis ordinibus degradati, præsente iudice sæculari, q ipsos recipit in suum forum. *s. de hære. ad abolendam §. 1. & c. excommunicamus. 1. respon.* de quorum notatur pœna. *s. de hære. c. penult.*

a ¶ *Pedagia*] Pedagia dicuntur, quæ dantur à transeuntibus in locis constitutis à principe, vt hic sequitur. Guidagia dicuntur, quæ dantur pro ducatu per terram alicuius, vt securus vadat. Salinaria dicuntur, quæ dantur pro sale: omnia illa dicuntur portitoria. *C. de vec. & commis. l. 3.* nec danda sunt illa, nisi cù negotiationis causa aliquid portatur, secus si ad propriam vtilitatem vel ad vtilitatem fisci aliquid feratur. *C. eo. tit. vniuersi. Ioan.*

b ¶ *Imperatorum.*] Solus igitur princeps hoc potest constituere, sed non ciuitas. *C. no. vec. instit. non pos. l. 2. & 3.*

c ¶ *Lateranen. concilij.*] *s. de censi. innotuerunt.* quæ est Lateran. concilij.

d ¶ *Non extat memoria.*] Nota diligenter, q illa consuetudo, cuius nõ extat memoria, ius, siue priuilegium inducit. *ff. de aqua quoti. & æsti. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua pluuia arcen. l. 1. §. vlt. 3. q. 6. hoc quippe. 9. q. 3. conquestus. & 65. di. mos antiquus. & C. de test. testamenta.* & per hoc vi, quod cùm talis cõsuetudo ius inducat, non sit necesse titulũ allegare, licet hoc requiratur quandoque in cõsuetudine xxx. annorum. De hac materia dictum est *s. de consue. ca. vlt.* Item arg. q per mandatum generale nõ prohibentur nisi illicita. *33. q. 2. quos Deus. 11. q. 3. quod prædecessor. ff. de iure patro. adigere. in fin. Io.*

e ¶ *Vel delegati arbitrium.*] Propter hoc verbum facit ad titulum, quod hic declaratur.

f ¶ *Intelligendum*] Vide, qualiter interpretatur generale mãdatum restringendo illud sic *s. de iureiur. ad nostram 2.*

pedagia [a], guidagia, salinaria tibi Legatus interdixerit memoratus, auctoritate Apostolica duximus declarandum illa esse pedagia, salinaria, guidagia interdicta, quæ non apparent Imperatorum [b], vel Regum, vel Lateran. † concilij [c] largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine à tempore, cuius non extat memoria [d], introducta: *& infrà.* ¶ Cùm autem à Legato receperis in mandatis, vt de te conquerentibus, secundùm suum, vel alterius Legati, seu iudicis ordinarij, vel delegati arbitrium [e], iustitiam exhiberes; hoc taliter intelligendum [f] esse censemus, vt in omni causa, quæ ratione personarum [g], vel rerũ [h], ad Ecclesiasticum forum pertinet, ac super vniuersis capitulis, quæ pro pace [i] seruanda sunt per dictum Legatum statuta, vel auctoritate Apostolica statuenda: item viduis [k], pupillis, orphanis, & personis miserabilibus tenearis in Ecclesiastico respondere.

¶ Idem Episcopo Parisien.

¶ *Clericus traditur curiæ sæculari; quia degradatur sæculari potestate præsente, cui denunciatur, vt in suũ forum illum recipiat. Hoc dicit vsque ad §. pro illo.*

CAP. XXVII.

NOuimus † expedire, vt verbum illud, quod in antiquis [l] canonibus, & in nostro decreto [m] contra falsarios edito cõtinetur, videlicet, vt Clericus per Ecclesiasticum Iudicem degradatus, sæculari tradatur [n] curiæ puniendus, apertiùs exponamus. Cum enim quidam antecessorum nostrorum super hoc consulti diuersa responderint, & quorundam sit opinio à pluribus [o] approbata, vt Clericus, qui propter hoc [p], vel aliud flagitium [q] graue, non solùm damnabile, sed damnosum, fuerit degradatus, tanquam exutus priuilegio Clericali, sæculari foro per consequentiam applicetur: cùm ab Ecclesiastico foro fuerit proiectus, eius est degradatio celebranda, sæculari potestate præsente, ac pronunciandum eidem, cùm fuerit celebrata, vt in suum forum recipiat degradatum, & sic intelligitur tradi curiæ sæculari: pro quo tamen debet Ecclesia efficaciter intercedere [r], vt citra mortis periculum, circa eum sententia moderetur.

¶ *Iste §. non facit ad titulum, sed ponit gratiam, secundùm quosdam.*

¶ Pro illo verò falsario scelerato, quem ad mandatum nostrũ capi fecisti, hoc tibi duximus consulendum, vt in perpetuum carcerem, ad agendam pœnitentiam ipsum includas [s], pane doloris [t], & aqua angustiæ sustentandum: vt commissa defleat, & flenda vlteriùs non committat [u].

¶ Honorius iij. Archiepiscopo Turon.

¶ *Si Papa indulget reo, qui propter absentiam actoris possessionem recuperare non potest, quod ei lapsus anni non noceat, intelligitur hæc indulgentia secundùm ius commune.*

CASVS. Eps Parisien. de mandato Papæ fecit capi quendã falsarium litterarũ Apostolicæ sedis, consulens Papam, quid de ipso falsario sit agendum, antequã Papa ad quæstionem respondeat, vult exponere verbũ illud, quod in antiquis canonibus, & in decretali sua contra falsarios edita cõtinetur, videlicet, vt clericus per Ecclesiasticum iudice degradatus, sæculari tradatur curiæ puniendus. quidam antecessores Innocentij super expositione illius verbi consulti, diuersa dixerunt, & quorundã eorum opinio à pluribus fuit approbata, qui dixerunt, Clericus qui propter hoc flagitium, vel aliud fuerit degradatus, tanquam exutus priuilegio clericali, sæculari foro per consequentiam applicatur, cùm ab ecclesiastico foro sit proiectus: sed Innocentius apertiùs exponit verbum illud hoc modo, degradatio illius celebranda est sæculari potestate præsente; & est nuntiandũ eidem, vt cù degradatio fuerit celebrata, in suũ forum recipiat degradatum. & sic intelligitur tradi curiæ sæculari, & Ecclesia pro illo intercedere debet, vt citra mortis periculum sententia moderetur. Vltimò respondet ad quæstionem, vt falsarium illum, quem Eps de mandato suo capi fecit in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam includat, pane doloris, & aqua angustiæ sustentandum, vt commissa fleat, & flenda vlteriùs non cõmittat. Nota hic, quomodo intelligi debeat verbum illud, clericus degradatus, &c. Itẽ Ecclesia sanguinem defendit. Item pœnitentia est flere commissa, & flenda vlterius non committere.

l ¶ *Antiquis canonibus.*] *11. q. 1. si quis sacerdotum. & 3. q. 4. clericus.*

m ¶ *Decreto.*] *s. de cri. fal. ad falsariorum.* Bern.

¶ *Glossa sequens vers. per quæstionem, & ponit opi.*

n ¶ *Tradatur.*] Hoc intellige de illo, qui penitus est incorrigibilis, nec obstat *s. de iudic. at si clerici in fin.* & de illis, qui deprehenduntur in maiori crimine, putà hæresi, & crimine falsi. *s. de hæret. excõmunicamus. 1. resp. & c. penul. & s. de cri. fa. ad falsariorum & in casu. 11. q. 1. si quis sacerdotum.* Quidã tamen casum illum vltimũ intelligunt, si fuerit incorrigibilis, & benignus est talis intellectus, vt *ff. de iudi. cum non ab homine* alias non debet quis statim post depositionem tradi curiæ sæc. [illegible] puniendus.

o ¶ *A pluribus.*] Licet sit à pluribus approbata, tñ stabimus ei, q Papa hic dicit, vt expressè tradatur, & non per consequentiam.

p ¶ *Hoc.*] Scilicet vitium falsitatis Ber.

q ¶ *Aliud flagitium.*] Putà hæresim.

r ¶ *Intercedere.*] *17. q. 4. reum. C. de his, qui ad eccl. confu. præsenti. arg.* intercedere dico precibus, non per excõmunicationem Bern.

s ¶ *Includas.*] Magis rigide cum eo agitur. *s. de cri. fal. ad falsariorum.* sed sic Papæ placuit.

t ¶ *Doloris.*] *23. q. 4. Cumissarius.*

u ¶ *Non committat.*] Hæc est vera pœnitentia *de pœ. dis. 3. in pr.* & expone, non committat, id est propositum, & voluntatem habeat similia de cætero non committere, quilibet 2. enim, qui accipit pœnitentiam, illius propositi, & voluntatis esse debet, aliàs non esset pœnitentia.

g ¶ *Personarum.*] Quia i. Comes conuenitur hic; licèt habeat superiorem in temporalibus, scilicet Regem Franciæ, tenetur respondere in iudicio ecclesiastico ex mandato legati in omni causa, quæ pertinet ad forum Ecclesiæ: siue ratione personarum, quæ sunt de iurisdictione ecclesiæ: siue ratione rerum scilicet spiritualium, ecclesiasticarum, & etiam ciuiliũ, quæ sunt in iurisdictione iudicis ecclesiastici. Item viduis, & pupillis, & orphanis, & miserabilibus personis, & pro pace seruanda.

g ¶ *Personarum.*] De iurisdictione Ecclesiæ: quia actor forum rei sequitur. *suprà de for. compet. cùm sit generale. & 11. quæst. 1. experientiæ. & c. sequenti.* & Comes est hic reus: & subest in hoc ecclesiæ.

h ¶ *Rerum.*] Cùm res, de qua quæritur, est in sua, id est, in ecclesiæ iurisdictione: quia ratione rei sortitur quis forum. *suprà de for. compet. sane. & c. vlt.*

i ¶ *Pro pace.*] Quia hoc pertinet ad Ecclesiam. *s. de iudiciis. nouit.*

k ¶ *Viduis.*] Ex hoc videtur, quòd causa viduarum ad Ecclesiam spectet. *arg. contra s. de donatio. inter vir. & vxo. nuper. & s. de for compe. ex tenore. & hic.* Dic vt ibi.

NOuimus expedire.] Diuiditur. Nam primò præmittit quæstionem suis quam soluit ibi, *Cùm enim.* Secundo causam facti respondet ibi, *Pro illo.* Abbas Siculus.

† *Lateran. concilij sub Alexa. iij. c. 22.*

† *Cap. 2. ecti. in 4. Cap. Degradatio qualiter sit facienda, vide cõc. Trid. ses. 13. de refor. c. 4. & doctores, & præsertim Albertinum in c. 1. de hære. li. 6. & c. degradatio. pœnis. l. 6.*

1 *Hæc glos. & duæ sequentes impressa sunt iuxta fidem veterum exẽplarium: nã in vulgatis libris alio ordine referũtur eadẽ tamen manet sententia, & eadẽ verba.*

2 *Hæc sententia glossæ vera est, & Catholica c. cil. Trid. ses. 24. c. 4. de reformatione. adde B. Thom. q. p. q. 85. art. 3. & q. 90. ar. 4.*

CAP. XXVIII.

DIlecto [a] filio Iacobo Barba: *& infrà.* ¶ Quia te pro causa necessaria [b] tunc absente, possessio tibi tradita causa custodiæ, restitui parti aduersæ non potuit, eidem indulsimus [c], vt sibi lapsus temporis non obsisteret, quò minùs possessionem ipsam recuperare valeret. Quoniam verò tantùm temporis ante cōcessionem ipsius indulgentiæ dicitur effluxisse, quòd tibi sufficere posset ad veræ possessionis effectum, secundùm statuta concilij † generalis [d]: *& infrà.* ¶ Auctoritate præsentium declaramus [e], quod nostræ intentionis [f] non fuit per ipsam indulgentiam ius perimere, quod tibi competit † ex possessione præterita, vel post reditum tuum competierit ex futura [g]. Sibi enim imputare poterit pars aduersa, si negligens [h] fuerit in sua iustitia prosequenda: cum absentiæ tuæ impedimento cessante [i], conueniendi te habuit facultatem.

¶ Idem Priori, & Clericis sanctorum Ioannis, & Pauli Tudertiñ.

¶ *Oblationis nomine intelligitur, quicquid offertur Ecclesiæ, quocunque modo in Missa, vel extra, & in Ecclesia, vel extra.*

CAP. XXIX.

CVm inter vos dudum ex parte vna, & Abbatem sancti P. de mōte Spoletan. diœcesis ex altera, super tertia parte oblationum capellæ sancti Hilarij quæstio verteretur, & à vobis probatum fuerit, per xl. annos [k],

Dilecto filio.] In prima parte recitat tenorem indulgentiæ. In secunda declarat illam ibi, *Auctoritate.* Abbas Siculus.

a ¶ *Dilecto.*] Archiepš Tyrenen. cōtrouersiam habebat cū Venetis, & procuratore eorū super Ecclesia sancti Marci de Tyron. 1. causa cōmissa fuit tempore Innocētij ad petitionem Archiepi: Veneti citati legitime non venerūt: vnde Archiepš missus fuit in possessionem illius Ecclesiæ causa rei seruandæ: Archiepo deinde absente ex causa necessaria, iste Iacobus procurator Venetorum volebat recuperare possessionem, & stare iuri: sed quia Archiepš absēs erat iusta de causa, non potuit eā rehabere: vnde Papa indulsit illi procuratori, vt lapsus anni nō obesset, quo minus postea recuperare posset possessionē: Archiepiscop[2] postea hoc audiens, dubitabat, an per talem indulgentiā posset ille recuperare possessionē Ecclesiæ quandocunque, etiā post annū, cùm simpliciter in ipsa indulgentia diceretur: quod de cætero ei lapsus anni non obstaret, quo minus possessionem recuperaret. vnde ipse significauit Papæ: quòd tempore indulgentiæ cōcessæ tantum tempus effluxerit, quod faciebat ei ad veram possessionē, secundum cōcilium generale, scilicet annus: vnde timebat Archiepš, quod indulgētia præcluderet ei viam ad verā possessionem, etsi forte tempus ipsum ante prædictam cōcessionē non effluxerat: quare quæsiuit à Papa interpretationē illius indulgētiæ: & Papa rñdet, quod non fuit intētio sua ius auferre, quod ei cōpetebat ex possessione, quā habuit ante absentiā, vel etiam post reuersionem: & sibi imputet pars aduersa, si negligens fuit siue ante, siue post reditum Archiepi: quia cessante impedimento absentiæ ipsius Archiepi, conueniendi ipsum habuit facultatē. Ber. Nota, quod non intendit dñs Papa per indulgētiam alij præiudicare. Item negligētia procuratoris nocet domino. Item currit tēpus ei, qui agere potest. Item contra illum, qui absens est ex causa necessaria, non proceditur. Item cessante causa cessat effectus.

¶ *Glo. seq. tractat de multiplici absentia.*

b ¶ *Necessaria.*] Puta causa reipublicæ: fortè in seruitio Romanæ Ecclesiæ. ī. de dila. c. vlt. vnde sibi imputari non potuit, nec debuit. Item etiam cōtingit, si quis est absens ex causa probabili: quia non fit restitutio spoliato. ī. de off. deleg. consultationibus. si verò fuisset absens contumaciter, vel ex voluntaria causa, tunc facta denūciatione ad Ecclesiam suam mitteretur iste procurator Venetorū in possessionem causa rei seruandæ, sicut Archiepš primò fuit missus propter contumaciam procuratoris, quousque veniat Archiepš, & vterque iurabit de suis expensis, & fiet hinc inde compensatio expensarum, & satisfactio ei, qui plus expēdit. Quādo quis restituatur ex causa probabili, & necessaria, vel probabili tantùm, vel necessaria tantùm, notatur 2. q. 6. c. biduum §. si aduersus absentem [a] sed hic non habet locum, quia non agitur de restitutione tali.

¶ *Glos. seq. obijcit, & soluit.*

c ¶ *Indulsimus.*] Sed nonne de iure communi poterat ipse procurator interrumpere annalem præscriptionem offerendo cautionem in præsentia Papæ, licet Archiepiscopus esset absens? Certe sic ī. de off. ord. pastoralis. ī. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. cum sint. & 16. q. 3. cap. placuit. §. poteſt. vero temius. quid ergo indulsit sibi Papa: parum, vel nihil, quia solet plus timeri: & c. 13. dist. quanquam. & ī. de hæreticis. si aduersùs. quandoque enim ius commune conceditur ī. de iureiur. & si Christus. in fin. sed Archiepiscopus timebat, ne absorberet ius ipsius, vt quandocunque vellet, recuperare posset possessionem.

d ¶ *Concilij generalis.* ī. de dol. & contu. contingit.

e ¶ *Declaramus.*] Talis declaratio ius facit. C. de le. l. vlt. Ber.

¶ *Glo. sequens notat duo.*

f ¶ *Intentionis.*] Nota, quòd recurrendum est ad intentionē concedentis priuilegiū, siue beneficiū. ī. de præb. c. vlt. & c. cùm cōm. Item habes hic quod Papa non intendit iuri alterius per suam indulgentiam derogare. ī. de consue. ex tenorē. & ī. de offic. ord. licet. 9. q. 3. conquestus. & 11. q. 1. peruenit. 95. di. Archidiaconum Florentinum. & ī. de consue. cùm olim. & hoc ideo quia nemini consulendū est cū alterius iniuria 23. q. 2. primum. ff. de cond. indeb. nam hoc natura & 14. q. 5. denique & C. de eman. li. nec annus. rescriptum quod in totum absorbet ius alterius, non tenet. C. de preci. impe. off. quotiens. vnde ista indulgentia intelligēda est, ne alterū lædat, & reducitur ad ius cōmune. arg. ī. eo. abbate. & ī. de consuetu. cùm dilectus.

g ¶ *Ex futura.*] Et ita tēpus absentiæ ex necessaria causa subducitur de medio, & cōtinuatur. 3. tēpus præsentiæ ante absentiam, & post reuersionem continuatur tēpus præsentiæ, siue etiā sit primū, medium, vltimum vt. C. de restitu. mili. quī tempore militiæ. ff. ex q. cau. ma. nec non. §. si quis sæpius & l. sed & si per prætorem. § si feriæ. & §. quotiens, verbi gratia, Archiepš fuit præsens post missioné in possessioné per vj. meses, postea fuit absens per alios sex, vel quatuor: post reuersionem habebit sex menses, in quibus procurator Venetorum adhuc poterit recuperare possessioné: & tempus illud mediū subducitur de anno: & si postea per illos sex menses negligens fuerit Venetorum procurator, sibi imputabit: quia vlterius non audietur super possessione, si medio tempore non poterat. sic tempus vacantis Ecclesiæ subducitur de præscriptione, & continuantur tempora extrema, & tempus schismatis. ī. de præscript. de quarta. c. auditis. & c. cum nobis.

h ¶ *Negligens.*] Sic ergo negligentia procuratoris nocet dño. Quā imputetur factū procuratoris, & quando nō, dicitur ī. vt lit. non cōte. ad hoc. sibi ergo imputet, quia nō egit, cū tempus habuit. ff. Cod. de proba. ex persona. C. de diuiden. tu. l. vlt. ff. de his, quæ in frau. cre. cùm pupillus. & C. de his, qui à non. do. ma. l. vlti. in fin. & ī. vt lit. non conte. quoniam. 1. responso. & ī. de rescrip. si autem. & cap. plerunque. & cùm poenit. notatur sup. de offi. deleg. cùm super. Ber.

i ¶ *Impedimento cessante.*] Cessante causā cessat effectus de hoc plenè dicitur ī. de renun. post translationem. ī. de iurein. & si Christus. ad fin.

CVm inter vos.] Primò ponitur quæstio prima, & eius decisio per Inno. Secūdò ponitur quæstio secūda, & eius decisio per eūdem Inno. Tertiò ponitur tertia quæstio, & decisio per Honorium. Secunda ibi, *Verùm.* Tertia ibi, *At capellani.* Abbas.

C a s v s. Inter priorē, & clericos sanctorum Ioannis, & Pauli Tudertiñ, ex vna parte, & Abbatem sancti Petri Spoletañ. diœcesis ex altera, super tertia parte oblationum capellæ sancti Hilarij pertinentis ad dictum abbatem quæstio vertebatur, receptis probationibus in quæstione illa probatū fuit ex parte Prioris, & clericorum sancti Ioannis, & Pauli, quòd per xl. annos, & ampliùs tertiā partem oblationum prædictæ capellæ ipsi receperant: & quod Prior commiserat clericis institutis per abbatem de Monte, & nomine illius eandem tertiam colligendam: propter quod Innocetius Papa adiudicauit ipsam tertiam Ecclesiæ sanctorum Ioannis, & Pauli, statuens, vt Priori liceat per eosdem clericos tertiam illam colligere, sicut fuerat consuetum: postmodum verò sacerdos prædictæ capellæ asserebat oblationum nomine nō contineri ea, quæ ipsi capellæ in festiuitate omnium sanctorum mittuntur, vel portantur ad illam, & quędam alia, de quibus omnibus tertiam illam Priori denegat exhibere: de aliis nomine tertiæ persoluendæ pro rata partis contingentis Priorem retinere volebat ad expensas necessarias faciendas ipsi capellæ reficiendæ. Idem Innocentius de omnibus supradictis integre persolui voluit, & mandauit tertiam portionem. Adhuc tertiò dicebant capellani dictæ capellæ, quod decimæ, primitiæ, vel ea, quæ offeruntur sacerdotibus pro Missis mortuorum, & quædam alia, quæ sequuntur, non continebantur nomine oblationum: vnde de illis nolunt dicto Priori tertiam partem persoluere. super his causa delata fuit ad Honorium Papam. ipse verò auditis, & intellectis prædictis omnibus, statuit, vt per clericum Prioris in eadem capella institutū de omnibus prędictis, & aliis oblationibus quocunque titulo ad capellā illam peruenerint, sine aliqua diminutione integre tertia portio Priori, & clericis prædictis persoluatur. Not. quod nomen, oblationum, generale est ad omnia, quæ quocunque titulo ad Ecclesiam perueniunt.

k ¶ *Per xl. annos.*] Vnde legitime præscripserunt illam tertiam oblationem: quia quadragenalis præscriptio omnem tollit actionem. 16. q. 3. c. placuit. §. quas actiones sub illo. §. poteſt. & ī. de præscrip. de quarta. & c. ad aures.

1 *Secundùm Hostiē. erat quæst. de Ecclesia sancti Marci de Venetiis inter Archiepiscopum ex vna parte, & plebanum ex altera: cui Veneti assistebant: vt in decr. accedēs vt lite non contest. Ioan. And.*

2 *Idem V in. In. & Host. sed Goffr. & Phi. contradicentes per oblationem cautionis interruptam annalem præscriptionem: ita quòd post reditum erit necessarius nouus integer annus. puto dictum glo. verum. vbi non est interrupta præscriptio per cautionis oblationem: sed solutionem: sed secùs impeditur cursus præscriptionis per indulgentiam Papæ, & idem si aliàs de iure communi. Secùs verò ipso vera, vbi interrupta est præscriptio. Io. And.*

† *Hoc est concilij generalis sub Innoc. iij. c. 40.*

† *cōpetebat.*

a *Et ff. de in inte. restit. l. vl. Azo in summa. ex quibus cau. maio. in fin. Gui. in spe. 2. p. de resti. in int. §. 2. vers. diuinus & seq. Io. And.*

a ¶ Amplius

a ¶ *Amplius.*]Hæc adiectio ad modicam quantitatē refertur. *ff. de verbo. significa. hæc adiectio.* & licèt ad modicam referatur, tn̄ si ponat in libello, dēt exprimi illud amplius. ℥. *de dila. c. litteræ.*
b ¶ *Necessarias.*]Sed nonne iuste mouebatur iste sacerdos, si volebat retinere expensas necessarias pro fabrica capellæ: q̄a quarta decimarum ad ecclesiæ fabricam deputatur vt 10. q. 3. *vnio.* & nullus casus interuenire pōt, qui hoc genus expensarū impediat *ff. fam. erc. fundus qui datis. ff. de pet. hære. §. 2 domino vel à patre. §. vlt.* Quare ergo contrariū iudicauit Papa? Dicunt quidam, quòd illa fuit ratio; q̄a in decimis non deducūtur expensæ. ℥. *de deci. cum homines & c. tua nobis. & c. pastoralis.* Illa est ratio potior, quia tertia ista integraliter præscripta est, vnde integraliter debet solui, & onus fabricæ incumbit capellano. de aliis partibus 1. *fi. §. de præscript. de quarta.* Bern.
c ¶ *Oblationum nomine.*]Ob hoc ponitur in titulo, quod verbum recipit interpretationem, vt ℥. *sequitur.*
d ¶ *Institutum.*] Pro recipiendis omnibus supradictis.
e ¶ *Titulo.*]Id est, quocunque modo offeratur ecclesiæ à fidelibus de propriis, & licitis rebus. ℥. *eodem causa.*
f ¶ *Sine diminutione.*] Quia cum hoc in ecclesiasticum beneficiū, sine diminutione conferri det. ℥. *vt eccl. beneficia vt nostrum. & 1. q. 3. si quis præbendas.* & quia sententiatum fuit de tertia nulla facta deductione, vnde integraliter debet solui.

a *Ex parte vestra.*] In prima parte ponitur querela, quam secundò diffinit ibi, *Nos igitur.* Abbas.

Casus. Inter Episcopum Aretinum, & F. & P. Bertrādi, qui fortè patroni, siue monachi erant monasterij, pro quo litigabant ex vna parte, & canonicos Aretiñ. ex altera, super quodam molendino de Caliano, & quibusdam aliis articulis quæstio vertebatur: dum monasterium vellet reædificare molendinum prædictū, canonici per iactū lapilli denuntiauerūt ei nouū opus: super his quæstio delata est ad Inno. Ipse audītis causæ meritis, diffinitiuā tulit sententiā in qua continebatur, ne canonica impediat, quò minus monasterium ipsum præfatū molendinū de Caliano reædificare valeat in eū statū, in quo erat tēpore motæ litis: canonici Aretini sni in ipsam reuocare volebant dicentes capitulum illud referendum esse ad tempus, quo lapillus in denuntiatione noui operis iactus fuit Episcopus & F. & P. dicebant illud esse intelligendum de tempore, quo inter partes litis contestatio facta fuit petierunt isti, qualiter capitulum illud esset intelligendum: Dominus Papa considerata sententia illa interpretatur illud, quod in præfato capitulo dicitur tempore motæ litis, referendum esse ad tempus, quo litis contestatio facta fuit. Not. quòd tempus motæ litis referendum est ad tempus litis contestatæ: & est arg. hic, quòd tunc demum cœptum dicitur iudicium, cùm lis est contestata.

1 *Quæ si nō sufficerent ad sustentationē presbyteri, & seruientiū, detraheretur de tertia, non obstā te consuetudine aliqua: ad hoc de præben. extirpādæ §. cum igitur, secundùm Ho. ad hoc de of. ordi. præsenti. §. porrò. lib. 6. & ca. lib. de deci. c. 2. §. vbi autem Ioan. And.*
† *Canitur, pro dantur, habetur in antiquis codicibus, vt sit sensus: & ex Missa, quæ pro desponsatis canitur.*
† *In antiquis ita: de aliis nomine tertiæ persoluendis pro rata partis vestrā ecclesiā, &c.*
† *Aliās, &c.*
† *pannos.*

& ampliùs [a] tertiam partē oblationum eiusdem capellæ vestram Ecclesiam recepisse à Clericis inst tutis, per Abbatem de Monte, tuisq;, fili Prior. eandem tertiam te commisisse aliquando colligendam, bonæ memoriæ I. Papa prædecessor noster ipsam tertiam Ecclesiæ vestræ adiudicans, statuit, vt tibi Priori liceret per eosdem Clericos (sicut fuerat consuetum) partem colligere memoratā. Verùm quia postmodum Sacerdos prædictæ capellæ asserens oblationū nomine minimè contineri ea, quæ ipsi capellæ in festiuitate omnium Sanctorum mittuntur, vel portantur ad illam, seu ad domum Sacerdotis eiusdem, intuitu Defunctorum: nec non, quæ in cimilini ponuntur, quòd de altari suscipit, & facit per Ecclesiā deportari: & quæ ante crucem, & in Missa Trinitatis: & ea, quæ pro desponsatis dantur †: & lampades cum oleo, quæ prædictæ capellæ ab aliquibus offeruntur: vel quæ dantur nuntio, qui ad recipienda talia per præfatæ capellæ parochiam destinauit, de his omnibus vobis tertiā partem denegans exhibere, de † aliis nomine tertiæ partis persoluendis pro rata vestram Ecclesiam contingentis retinere nitebatur ad expensas capellæ ipsius necessarias [b] faciendas, dictus prædecessor de omnibus supradictis absque subtractione aliqua integrè persolui voluit, & mandauit tertiam portionem. At † Capellani prædictæ capellæ dicentes primitias, & decimas, vel ea, quæ offeruntur pro Missis mortuorum Sacerdotibus, & quæ pro septimis, & tricesimis, & anniuersariis, panes †, & alia, quæ infra hebdomadam offeruntur, & mortuorum iudicia, oblationum [c] nomine minimè contineri: de his omnibus tertiam partem soluere vobis nolunt: & *inf.*

¶ Volumus igitur, & mandamus, vt per vestrum Clericum à vobis in eadem Ecclesia institutū [d], de omnibus supradictis, & aliis oblationibus quocunque titulo [e] ad Ecclesiam peruenerint, sine diminutione [f] aliqua integrè tertia vobis portio persoluatur.

¶ Idem Episcopo. † F. & P. Bertrandi.

¶ *Lis dicitur mota, cùm fuerit contestata.*

CAP. XXX.

2 Ex † parte vestra fuit propositum, quòd Præpositus, & Canonici Aretineñ. sententiam, quam I. Papa prædecessor noster super molendino de Caliañ. ac aliis articulis promulgauit, in recidiuæ quæstionis [g] scrupulum reducere molientes asserunt capitulum illud eiusdem sententiæ quo dicitur, ne canonica ipsa impediat, quò minùs monasterium vestrum m lendinum præfatum de Caliañ. reædificare valeat in eo statu, in quo fuisse dignoscitur tempore motæ litis, esset referendum ad tempus quo lapillus [h] in denunciatione noui operis iactus fuit: vobis èconrario asserentibus illud esse intelligendum de tempore, quo lis super hoc inter vos, & præfatam canonicam extitit contestata. Nos igitur considerata eadem sententia, quod in præfato capitulo dicitur de tempore motæ litis, interpretamur esse referendum ad tempus, quo litis contestatio [i] facta fuit.

¶ Idem Prælatis vniuersitatis Francigenarum Constanti.

¶ *Constitutio Legati ad soluenda tertia mortuariorum Episcopo, intelligi debet de his mortuariis, in quibus de iure communi debetur.*

CAP. XXXI.

3 Ex parte vestra fuit propositum, quòd Patriarcha vester occasione constitu-

g ¶ *Recidiuæ quæstionis.*] Quod fieri non debet: quia semel in abolitione remissa punitio reiterari non debet. 33. *q. 4. si illic. & de pœn. dist. 4. diuina.*

¶ *Glo. seq. tractat de duplici denunciatione. Secunda pars ibi. per obiect. de decret. & 2. &c.*
h ¶ *Lapillus.*] Duobus modis fit denuntiatio operis, vno modo solo verbo, cū dico, Denuntio tibi nouū opus per talem denūtiationem, ædificans fit possessor, *ff. de no. ope. nunc. l. 1. §. in operis.* Vel per iactū lapilli: vt hic, & in hoc casu denuntians possessor constituitur, & retinet possessionem. *ff. eo. l. de pupillo. §. meminisse. de hac materia dicitur* ℥. *de no. ope. nunc. c. 1. & 2.* Et intellige, q; denunciatio noui operis fuit remissa, vel etiā tempus, infra quod canonici debebant agere, lapsum fuit: & sic monachi ædificauerunt: tandem canonici cœperūt agere contra monasteriū, lite cōtestata inter partes, destructum fuit fortè à canonicis latenter, quicquid ædificatū fuerat post iactū lapilli. Vel alio modo, monachi reædificare volebant, canonici dicebāt, q; non debebant: & ideo dicit Papa in fine, q; monachi reædificent in eum statum, &c. aliàs non haberent locum sequentia: quia totum debet demoliri, quicquid factū est post iactum lapilli. ℥. *de no. ope. nunc. c. 1. & 2.* Ber.
i ¶ *Li tis contestatio.*]Ar. quod tunc demum cœptum dr̄ iudicium, cùm lis est cōtestata. ℥ *de off. delega. veniens. & in Auth. de litigio. §. eundem. ver. si verò apud iudicem. coll. 8.* 3. nec ante litis cōtestationem iudicis officium imploratur. ℥. *de ap. significante.* & etiā contestatio ipsa dr̄ litis exordium. ℥. *de of. del. super quæstionum §. 1. & post lit. contest.* iudex recusari non pōt. *de re iu. inter. & 3. q. 3. c. inducia. §. offeratur:* Sed quoad perpetuam iurisdictionem sufficit sola citatio. ℥. *de of. del. gratum, & c. licèt. &* ℥. *de off. lega. c. vlti. & sic posset intelligi. ff. de iurisd. om. iudic. & quia.* sed legistæ intelligunt illud verbum generale per litem contestatam *ar. contra de resti. spo. Pisanæ.* Sed aliud est dicere, tempore motæ discordiæ, vt ibi: & aliud, tēpore motæ litis, vt hic dicitur.

† *Aliàs ista Idem Episcopo F. P. B.*
† *Vide Felinum in c. super quæstionū. suprà de off. deleg. & in c. super literis. suprà de rescript.*
2 *Non de nouo. si prius non erat. Io. And.*
3 *Concor. l. 20 C. de pro. pe. ti. & l. apertissimi. C. de iud. & C. cobi de eri. agi op. l. 1.*

3 Ex parte.]Commu. nis diuisio: Secunda pars ibi, *Cùm igitur.* Abbas.
Casus. Episcopus Albinēsi. Apostolicæ sedis legatus in partibus Romaniæ fecit quandam constitutionem super legatis defunctorum, vt Patriarcha Constantinopolitanus tertiam haberet portionem de his, quæ legatur à decedētibus: & postmodū quidā alius Cardinalis Apostolicæ sedis legatus ibidem constitutionē illā innouauit Patriarcha occasione illius cōstitutionis, à Prælatis vniuersitatis Francigenarum, & ab aliis Ecclesiis suis de quibusdam

busdā, quæ sibi à decedētibus legantur, tertiam exigit portionē, de quibus (vt dicebant) tertia illa deduci non debebat. Super his delata est quæstio ad dominū Papam. Ipse verò intellecta intentione ipsorum Cardinaliū, super ipsa cōstitutione rescribit Prælatis prædictis. Cū ergo dñs Papa ex interpretatione Cardinaliū acceperit, q ipsi non intellexerunt, vt de his, quæ in ornamentis Ecclesiasticis, vel ad fabricam Ecclesiæ, aut ad luminaria Ecclesiæ, & de his, quæ ꝓ anniuersario, septimo, tricesimo, ac vicesimo faciēdis, vel de his, quæ specialiter legantur rectoribus Ecclesiarum, nisi forte ratione Ecclesiæ id fiat, à quocunq; legātur, aliqua deberet solui portio Ecclesiæ cathedrali: ipse eorū interpretationem ratam habet, & firmā, & scd̄m interpretationē eorum, constitutionē præfatam præcipit obseruari: ꝓhibendo expressè, ne fraudulēter aliquid fiat in præiudiciū Ecclesiæ cathedralis. Not. q Legatus potest facere cōstitutionem in sua prouincia. Itē legatus potest interpretari suam constitutionem: quia eius est interpretari, cuius est condere.

† Alban.

tionis cuiusdam, quam Albineñ. † Episcopus tunc legatus[a] in partibus Romaniæ, super legatis dedit defunctorum, & dilectus filius I. tituli sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis, dum ibidem legationis fungeretur officio, innouauit de quibusdam, quæ vobis, & Ecclesiis vestris legantur à decedentibus, tertiam à vobis exigit portionē. Cùm igitur ipsi (sicut ex eorum interpretatione[b] accepimus) non intellexerint, quod de his, quæ in ornamentis[c] Ecclesiasticis, vel ad fabricam Ecclesiæ reparatione indigentis, aut ad Ecclesiæ luminaria, nec non de his, quæ pro anniuersario, septimo, trigesimo, ac vigesimo faciendis, vel de his, quæ personis[d] specialiter, nisi forsan id fiat Ecclesiæ ratione, à quocunque legantur, aliqua deberet solui portio Ecclesiæ cathedrali: Nos interpretationem eorum ratam habentes, secundùm ipsam constitutionem præfatam præcipimus obseruari: firmiter inhibentes, ne in prædictis aliquid fraudulenter[e] in præiudicium cathedralis Ecclesiæ procuretur.

¶ Idem Episcopo Toleneñ. †

¶ In priuilegio de percipiendis fructibus beneficiorum, appellatio beneficiorum etiam maiora beneficia comprehendit, quando priuilegium est concessum Episcopo pro honesta, & fauorabili causa. Hoc dicit cum

¶ Glo. se. no. legatum inter subditos statuere. all. 3. iura sed non inter non subditos. all. c. alia tria iura. licet inter illos exerceat voluntariam. alleg. 5. iura.

† Toller. † Toleta. † Tolonen.

a ¶ *Legatus.*] Ex hoc patet, quod Legat⁹ pōt facere constitutionem in sua prouincia. *sic ī. de tre. c. 1. & ī. de consue. & offi. quod dilectio & ī. de of. leg. ca. vlt. & ī. de priui. in nostra.* Et etiam dato eo recedēte, vt ibi dicitur. generalem constitutionē facere non potest, quia non habet potestatem in homines non suæ prouinciæ. *ff. de off. procon. l. 1. ff. de iuris. om. iudi. l. vlt. & ff. de off. leg. l. mandata.* voluntariam tamen quandoque exercet in homines non suæ prouinciæ *ff. de adop. emancipari 1. ff. de off. procon. l. 2.* vnde absoluit excommunicatos in quacunque prouincia. *ī. de off. lega. quòd translationem. & ī. ti. prox. ad eminentiam. & c. ea noscitur & c. quod de his. & c. quamuis.* Constitutio vr̄ talis fuisse, q de his, quæ legantur Ecclesiis in testamentis defunctorum, tertia pars cathedrali Ecclesiæ solueretur. sed hoc erat iure communi statutum, vt tertia, vel quarta detur secundùm diuersas consuetudines locorum. *ī. de testa. requisisti & ī. de sepul. certificari.*

1 Aliud consistens etiam in prouincia, quam facitur non est, dummodo sit in ea, & ia adoptionem de re possessionis. Io. And.

¶ *Gla. seq. per tres rationes, & vnum simile probat legatum suam constitutionem interpretari posse.*

b ¶ *Interpretatione.*] Sic ergo legatus interpretatur suam constitutionem: ille enim potest interpretari, qui ius constituit. *C. de leg. l. vlt. & ī. ti. prox. inter alia.* immò & legatus interpretatur rescriptū Papæ. *ī. de postu. c. 1.* Sic & in prætoriis stipulationibus, si sermo ambiguus est, prætoris interpretatio, & mens requirenda est. *ff. de prætor. stip. in prætoriis.* sic etiam & testis pōt declarare siue corrigere dictum suum, cùm dubitatur de dicto eius. *ī. de test. cogen. præterea & argum. ff. quemad. test. ape. sed & si quis. in fin.* 1. semper recurrendum est ad intentionem constituentis, vt hic patet. *sic ī. eo dilecto & ī. de preb. c. vlt. cum suis concor. & ī. de rest. spo. audita. & ī. de arb. exposita. & 35. q. 3. quòd scripsi.*

2 Vide de fideiuss. peruenit super gl. Io. And.

c ¶ *In ornamentis.*] Hoc idem, quod hic dicitur, habes ī. c. de off. [illegible] de hoc.

d ¶ *Personis.*] Hoc intellige secundùm distinctionem, quam fecit decre. ī. de testa. requisisti.

3 Et probatur per cō. infra de ... Io. And.

e ¶ *Fraudulenter.*] Quia tūc fraus nō noceret Ecclesię cathedrali. *sic ī. de testa. officiū. & cap. requisisti § si verò illud in fi. i.* Ber.

T *Va nobis.*] Communis diuisio. Secūda ibi, *Nos igitur.* Abbas.

Casvs. Eps Toloneñ. grauat⁹ erat onere debitorū, impetrauit à dño Papa, vt fructus bñficiorū, quæ in diœcesi sua vacare cōtingeret, ꝓp debita releuanda per bienniū retineret: quidā indulgētiā illā malitiosè restringere molientes, asserunt præbēdas, & bñficia maiora, bñficiorū nomine minime cōtineri: Eps significauit hoc dño Papæ, & ipse rñdet, q in casu generali nomine beneficiorum ꝓbēdæ, ac alia beneficia cōtinentur. Not. q bñcium principis non est restringendū. Item per generale nomē omnia, quæ sub ipso continentur, intelligi debent. Et sic nota, quòd verbum indefinitè positū generaliter accipiēdum est.

supplet tione Panormitani.

CAP. XXXII.

TVa † nobis fraternitas intimauit, quòd cùm tibi pro reuelatione oneris debitorum duxerimus indulgendum, vt fructus beneficiorum, quæ interim in diœcesi tua vacare contigerit, tibi liceat biennio retinere: quidam Apostolicæ gratiæ priuilegium sinistra interpretatione[f] restringere[g] molientes, asserunt Præbendas, & maiora beneficia nequaquam beneficiorum[h] nomine contineri: *& infrà.* ¶ Nos igitur auctoritate præsentium declaramus, quòd in hoc casu Præbendæ, ac alia beneficia, generali beneficiorum nomine continentur.

¶ Gregorius ix. Decano, & Sacristæ Engo †.

¶ Verbum, moderationis, diminutionem continet, non augmentum.

CAP. XXXIII.

TRansmissæ † nobis litteræ continebant, quòd significantibus Episcopo, & Capitulo Xantoñ. quòd quadragenarius Canonicorū numerus institutus in eorum Ecclesia non poterat obseruari, pro eo, quia non sufficiebant Ecclesiæ facultates; vobis dedimus in mandatis, vt Canonicorū, & Præbendarū numerum iuxta facultates[i] Ecclesiæ

f ¶ *Sinistra interpretatione.*] Tales enim infamia notātur. *C. de legi. l. 2.* nam ius ciuile calumniari non oportet. *ff. ad exhi. l. penul.* Ber.

† Vide Archidiaconum in c. frater noster. dis. 9. 1.

g ¶ *Restringere.*] Immò potiꝰ beneficiū principis latissime interpretandū est. *ī. eo. cum olim. & ī. de dona. cum dilecti. in fi. ff. de constitut. prin. l. vlt. & ī. de priuile. in his.*

h ¶ *Beneficiorum.*] Sic nomine clericorū omnes clerici maiores, & minores intelligūtur. *ī. eo. cùm tibi.* & ita verbum indefinitè positū generaliter accipiendū est. *simile ī. de priu. quia circa 19. dist. si Romanorum. ff. de seru. vrba. prædio si seruitus. & ff. de cust. l. 3. in fi. & ī. de of. dele. sup. quæstionum. §. si verò duo. ar. contra. 1. q. 1. sunt nonnulli,* vnde cōn dr: Beat⁹ qui excutit manus ab omni munere[4] non dicit, à munere, &c. si enim tantùm de minoribus beneficiis intellexisset, de illis expresse dixisset. *ī. de deci. ad audientiam. & ī. de transla. inter corporalia. & C. de ca. tol. l. vna § si verò nemo.*

† Episc. † Engolismen.

† Vide glossam, & doctores in c. capitulum de electi. lib. 6. & Cardinalem in clementina 2. de magistris.

4 De hoc plenè ī. de deci. vt circa lib. 6. in gl. extraordinem. Ioan. And.

T *Ransmissæ.*] Communis diuisio. Secunda pars ibi, *Quocirca.* Abbas Siculus.

Casvs. Episcopus, & capitulum Xantoneñ. significauerūt domino Papæ, q quadragenarius numerus in eorum Ecclesia constitutus non poterat obseruari, quia facultates Ecclesiæ non sufficiebant. vnde petebant, quatenus numerū canonicorū secūdum facultates Ecclesię dñs Papa moderari deberet: mādat Papa quibusdā, vt canonicorum, & præbendarū numerū secundùm facultates Ecclesiæ moderentur: statuens eundem numerum firmiter obseruari. Ipsi verò inuenerūt facultates illius Ecclesiæ à tēpore statuti numeri adeo excreuisse, q sine diminutione præbendarum maior ibidē numerus poterat ordinari: vnde petebant à domino Papa, an per verbum moderationis, quod in litteris Papæ positū erat, eundem numerū augmentare debeant, vel minuere: mandat Papa, quatenus si antiquæ præbendæ nō sunt diminutę, cū moderatio ibi locū non habeat, numerū prębendarū, & canonicorū dimittāt in eo statu, in quo ipsum inuenerūt: augmētum reddituum conuertētes in vtilitatem Ecclesię, donec Papa super hoc aliter duxerit disponendū. Not. q secundùm facultates Ecclesiæ canonici sunt in Ecclesiis instituendi: & si plures ibi instituti sunt, diminui debet numerus. Itē forma mādati seruanda est. Item non recedendū à significatione vocabuli. Item augmentū reddituum nō debet diuidi inter canonicos, sed in vtilitatē Ecclesiæ conuerti. Item videtur hîc, q canonici etiam cum Epo sine licentia Papæ numerum canonicorū non debent diminuere.

¶ *Glo. seq. alleg. signat quatuor concor. & duo similia.*

i ¶ *Iuxta facultates.*] Hoc enim generale est, & ordinariū, vt secūdùm facultates Ecclesiarū in eis clerici instituātur, & nō plures: vt *ī. de insti. c. 1. & c. auctoritate. & ī. de vi. & hone. cle. quomodo* ... ibi de hoc. & *ī. de conces. preb. ex parte H. ostiēsis in fi. & simili*

secundum

secundùm facultates danda sunt. *ff. de transact. cum hi. §. in persona, & procuratio.* ₮. *de consi. sopitæ & cap. penult.*

a ¶ *Moderantes.*]Hoc verbum induxit dubitationem quæstionis. Ex hoc patet, quòd vltra facultates institui non debent: immò si instituti sunt, reducendus est numerus ad debitum modū, *in Authent. vt decret. sit num. cler. §. sancimus, collat. 1.*

moderantes [a], statueritis eundem firmiter obseruari. Vos verò inuenistis prædictæ † Ecclesiæ facultates, à tempore statuti numeri adeo excreuisse [b], quòd absque mutilatione præbendarum maior haberi posset numerus in eadem: quare quæsistis, an per moderationis [c], verbum litteris nostris appositum, eundem numerum augmentare, vel minuere deberetis.

¶ Quocirca mandamus, quatenus si veteres non sunt minutæ † præbendæ, cùm moderatio locum non habeat, ipsarum, & canonicorum numerum dimittatis in eodem statu, in quo hactenus dignoscitur extitisse: in vtilitatem [d] eiusdem Ecclesiæ conuertentes augmentum suorum redditaum, donec duxerimus aliter disponendum.

† *Aliàs iam prædictas facultates Ecclesiæ, &c.*

¶ *Glos. seq. aperit dubium, arg. & remittit.*

b ¶ *Excreuisse.*] Hoc etiam mouit quæstionem: quia vbi excreuerint facultates, numerus augeri debet: vnde in quolibet priuilegio ponitur hæc clausula, vel subintelligitur. Nisi in tantùm excreuerint Ecclesiæ facultates: q possint pluribus sufficere competenter. ₮. *de consti. cùm M.* & vbi messis multa est, & operarij pauci, alij mittendi sunt. *31. distin. in nono:* vnde dubitabant isti moderatores, verū sicut poterant diminuere numerum canonicorum, si facultates Ecclesiæ fuissent diminutæ, ita possent augere numerum, cùm facultates inuenissent augmentatas à tempore numeri statuti. Ex hac decret. colligitur, quòd Episcopus cū capitulo statutum numerum canonicorum, & præbendarum & dignitatum non possunt diminuere sine auctoritate Papæ, etiam ex iusta causa, quam isti allegabant, licèt esset falsa, prout postea est compertum: ad hoc facit ₮. *de constit. ex parte, & cap. cùm accessissent.* vbi de hoc notatur. Dic vt ibi.

† *diminutè.*

† *Homil. 3. in Mat. in opere imperfecto. refertū Iuo par. 8. decret. c. 233. & Gratianus, sine palea. 27. q. 2. c. omnes res.*

¶ *Glos. seq. aperit dubium, inducens tria similia, & arg. duo: & ad secundum alleg. duo contraria, vbi remittit.*

c ¶ *Moderationis, verbum.*] Ex hoc facit ad titulum: moderari enim est diminuere id, quod inducit grauamen, & reducere ad æquitatem: sic iudex ex causa etiam moderari potest tempus appellationis, id est, abbreuiare. ₮. *de appell. cùm sit Romana, & c. oblatæ.* sic & iniquum mandatum moderandum est. ₮. *de iureiur. Quintauallis,* sic in societate. *ff. pro socio, si societatem. ff. de oper. lib. si libertus. 1.* Item patet hic, quòd forma mandati diligenter est seruanda. ₮. *de rescrip. cùm dilecta, cum suis concord.* item est argument. quòd non est recedendum à significatione vocabuli, nisi constet scribentem aliud sensisse. *ff. de leg. 3. non aliter, & ₮ de deci. ad audientiam. & ₮. de translat. inter. arg. ₮. de spons. ex litteris.* Argum. contra ₮. *eod. intelligentia, & cap. præterea.* vbi de hoc.

‡ *Et moderāda est mulcta, quæ tolerari nō potest à cōdemnato. C. de modo mul. l. fin. ff. de off. præ illicitas. §. fin. Item moderata expensæ sunt restituendæ. ₮. dolor. fin: & resistendū est cum moderamine. C. vnde vi. l. 1. secundùm Goff. Ioan. And.*

¶ *Glos. seq. not & illud determinat.*

d ¶ *In vtilitatem.*] Nota augmentum conuertendum in vtilitatem Ecclesiæ: hoc posset intelligi, quando præter diligentiam canonicorum hoc contingit: secus videretur, si diligentia ipsorū hoc sit procuratum, aliàs diligentia ipsorum esset ipsis damnosa quod esse non debet. *arg. C. de alim. l. 3.* sic enim subtraherentur à procuranda Ecclesiæ vtilitate. De hoc not. ₮. *de constit. cum M.* & ad hoc, quod dicit, donec aliter, & *c. videtur,* quòd non distinguatur, vndecunque augmentum contingat. Bern.

TITVLVS XLI.

De regulis iuris.

¶ Ioannes Chrysostomus. †

¶ *Non potest breuiùs summari.*

CAP. I.

OMNIS res [e], per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur.

DE REGVLIS IVRIS.

¶ *Suprà vidimus multa iura specialia. Verùm quia ex iuribus specialibus omnes casus occurrentes decidi non possunt, congruum fuit in fine operis subijcere aliquas regulas generales, ideo sequitur ista rubrica, vel dic vt in glos. rubricæ. eod. tit. lib. 6. Abbas.*

O*Mnis res.*]Pone casum in *cap. 2.* ₮. *de spons.* Abbas.

CASVS. Omnis res, id est, omnis obligatio temporalis per quascunque causas contrahitur, per easdem dissoluitur: huiusmodi enim obligationes temporales, siue contractus consensu contrahuntur, & dissensu dissoluuntur. Secus in spiritualibus obligationibus, quæ consensu contrahuntur, sed dissensu non amittuntur, vt sacramenta Ecclesiastica. Nota, quod omnis obligatio temporalis consensu contrahitur, & dissensu dissoluitur.

¶ *Glos. seq. ponit exemplum, & quatuor casus exceptos, dat simile, contra quod alleg. contrarium, & soluit.*

e ¶ *Omnis res.*]Potest exponi, id est, omnis obligatio, siue contractus: quod enim consensu contrahitur, contraria voluntate dissoluitur. *C. quando lib. ab emp. disc. l. 1. & ff. de reg. iur. nihil tam naturale, & C. de action. & obl. sicut initio:* talis sit hæc regula ₮ *de baptism. maiores.* Item in matrimonio, quod solo consensu contrahitur, *22. qu. 2. sufficiat:* sed solo dissensu non tollitur. *32. q. 7. ristè.* Item idem in ordine, & baptismo: quia sacramenta semel habita nunquam amittuntur *2. 11. quæst. 1. quod quidam, & argum. 15. quæ. 7. Episcopus.* Item tollit, quia alio modo tollitur obligatio, quæ consensu nata est: scilicet per acceptilationem, sed non natura sui, sed potestate conuentionis. *ff. de rescind. vend. cùm emptor.* Item tollitur solutione eius, quod debetur. *Instit. quibus mod. toll. obligat. in princip.* Item sicut acquiritur possessio corpore, & animo. *ff. de acquirend. possess. possideri:* & eodem modo amittitur, *ff. eo. quemadmodum.* Sed contra. *ff. eod. possideri §. in amittenda.* Solut. animo amittitur ciuilis possessio, corporalis non: vt illa lege, quemadmodum.

¶ Beda † in homiliis.

¶ *Dubia in meliorem partem interpretari debent.*

CAP. II.

ESTOTE misericordes: *& cætera.* ¶ Hoc loco [f] nihil aliud nobis præcipi existimo †, nisi vt ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem [g] partem interpretemur. Quod enim scriptum est: [Ex fructibus eorum cognoscetis eos] de manifestis [h] dictum est, quæ non possunt bono animo fieri: vt stuprum [i], blasphemiæ, furta, ebrietates, & similia: de quibus nobis permittitur iudicare.

† *Beda in Lucam l. 2. c. 24. Et vide pienè per B. Tho. 2. 2. q. 60. art. 4. Luc. 6.*

‡ *Hoc verū in sacramentis imprimentibus characterē.*

Matth. 7.

† *æstimo.*

¶ Idem †.

¶ *Propter scandalum euitandum, veritas non est committenda.*

CAP. III.

QVi scandalizauerit [k]: &

† *Idem scilicet Beda apud Marcū, c. 9. Vide B. Tho. 2. 2 qu. 43. art. 7. & 8. Marc. c. 9.*

E*Stote.*]Primò ponuntur verba Euangelij. Secundò verba Bedæ exponentis. Secunda ibi, *Hoc loco.*

CASVS. *Estote misericordes, & nolite iudicare, & non iudicabimini.* Exponit hic Beda particulā istam huius auctoritatis: *nolite iudicare, &c.* hoc loco, id est, hac parte auctoritatis, scilicet *nolite, &c.* dicit Beda, nihil aliud nobis præcipitur, nisi vt ea, quæ dubia sunt, quo animo fiant in meliore partem interpretemur. Quod autem scriptum est: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos,* de manifestis dicitur: quia illa non possunt bono animo fieri, vt stuprum, blasphemiæ, furta, ebrietates, & similia: de quibus, cùm certum sit illa esse mala, nobis permissum est iudicare, & ideò ad bonum reduci non possent. Nota, dubia in meliorem partem interpretari: quia potiùs debemus præsumere bonum, quàm malum.

f ¶ *Hoc loco.*] Scilicet, qui sequitur in ipsa auctoritate: scilicet, *nolite iudicare, & non iudicabimini, &c.*

¶ *Glos seq. ponit duas lecturas.*

g ¶ *In meliorem partem.*] Vt res potiùs valeat, quàm pereat. ₮. *titul. prox. Abbate. & ₮ de fide instrum. inter dilectos, & ff. de rebus dub. quoties 2.* & benigniorem interpretationem sequi debemus in re dubia. *ff. de his quæ in test. delent. proximè.* Vel expone in meliorem, id est, in securiorem, pro eo quòd in altero nullum, in altero magnum periculum timeatur. ₮. *de homic. ad audientiā, & cap. significasti. 2.* ₮. *de cler. excom. min. illud, & ₮. de spons. iuuenis.* Sic enim in dubiis absoluitur reus, quia illud est benignius. ₮. *de fide instrum. inter dilectos, in fi.* ₮. *de prob. ex litteris:* nisi in casibus qui ibi ponuntur.

h ¶ *De manifestis.*] Quia secretorum Deus iudex est cognitor. *32. dist. erubescant. & 32. q. 5. Christiana. 2. q. 5. consuluisti.*

i ¶ *Vt stuprum.*] *71. dist. Apostolus:* hæc enim in sui natura mala sunt. ₮. *de iureiur. & si Christus, in fin. vers. quædam, & ₮. delic. puer. cap. 1.*

Q*Vi scandalizauerit.*]Primò ponuntur verba Euangelij. Secundò, verba Bedæ exponentis illa ibi, *Vtilius.* Abbas.

CASVS. *Non quod in os intrat, coinquinat hominem, sed quod ex ore procedit:* audito hoc verbo scandalizati sunt Iudæi: cum hoc dictum fuisset Domino, respondit. *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum,* & ideo dicit Beda. Vtiliùs scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur: non enim propter scandalum debet homo peccare mortaliter. Nota, quod veritas scilicet ius commune, quod indispensabile est, pro nullo scandalo est relaxandum.

k ¶ *Qui scandalizauerit.*] Collige casum *11. qu. 3. inter verba,*

& *sp.*

cætera. ¶ Vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas [a] relinquatur †.

¶ Idem.

¶ Propter necessitatem illicitum efficitur licitum.

CAP. IV.

QVod non est licitum in lege, necessitas [b] facit licitũ. Nam & sabbatum [c] custodiri præceptum est: Machabęi tamen sine culpa sua † in sabbatho [d] pugnabant: sic & hodie si quis ieiunium fregerit ægrotus [e], reus voti non habetur.

¶ Gregorius septimus †.

¶ Illicitè factum, obligationem non inducit.

CAP. V.

QVod latẽter [f], aut per vim [g], vel aliàs illicitè introductũ est, nulla debet stabilitate subsistere.

¶ Idem Varieñ. † Episcopo.

¶ Tormenta indiciis non præcedentibus inferenda non sunt.

CAP. VI.

CVm in contemplatione: *& infrà.* ¶ In ipso causæ initio non est à quæstionibus [h] inchoandum.

¶ Stephanus Papa †.

¶ Sacrilegus est offendens rem, vel personam Ecclesiasticam.

CAP. VII.

QVæ multotiens [i]: *& infrà.* ¶ Quicquid in sacratis [k] Deo rebus, & Episcopis [l] iniustè agitur, pro sacrilegio reputatur: quia sacra sunt, & à quoquam violari non debent.

¶ Augustinus.

¶ Qui facit aliter, quàm debet, facere non dicitur.

CAP. VIII.

QVi † ex timore [m] facit præceptũ, aliter quàm debeat, facit: & ideo iam [n] non facit.

¶ Idem † in libro de pœnitentia.

¶ Committẽs vnum peccatum, reus est omnium, quoad vitam æternam.

CAP. IX.

DEfleat peccator, quia offendens in vno [o], factus est omnium reus.

¶ Gregorius † in registro.

¶ Ignorantia non excusat Prælatum in peccatis subditorum. Hoc dicit quoad mysticum, & moralem intellectum.

& 22.qu.2.primum, in princip. & 30.quæst.5.ita ne, & s. de his, quæ vi, metúsve cau. si.sacris.

¶ *Glos.seq. tractat de triplici veritate.*

a ¶ *Veritas*] Quæ triplex 1. est, scilicet bonæ vitæ: hæc nunquã omittẽda est propter scandalum, & ad quemlibet pertinet. Alia iustitiæ: hæc ad iudicem pertinet. Alia disciplinæ: hæc pertinet ad Prælatũ. In his duabus quandoque aliqua omittuntur ꝓpter scãdalum. 50. *distin. vt constitueretur.* Et intellige, quod hîc dicitur, de his, quæ indispensabilia sunt: & tale ius commune, quod indispensabile est, veritas appellatur: de hoc dictum fuit s. *de temp. ordin. sanè*: & quod dicitur ibi, veritas iustitiæ, intellige, secundùm q̃ hic dicitur. Ius commune quandoque indispensabile est. 1. *qu. vlti. & si illa.* & de tali hîc loquitur: tale ius pro nullo scandalo relaxandum est: sed qñ ius commune dispẽsabile est, propter scãdalum receditur à iure cõmuni. 50. *dist. vt constitueretur, & 1. q. vlt. dispensationes, & cap. exigunt.*

ADDITIO. Nota, q̃ ista triplex veritas habetur his versibus:

Est verum vitæ, doctrinæ, iustitiæque.
Primum semper habe: duo propter scandala linque.

QVod non.] Primò ponit dictum. Secundo exempla ibi, *Nam.* Abbas.

CASVS. Dicit Beda super Marcum: Quod non est licitũ in lege, necessitas licitum facit: quia necessitas non subiacet legi: quod probat auctoritate veteris legis, secundũ quã præceptũ est sabbatum custodiri: & tamẽ Machabęi sine culpa pugnabãt in sabbato, propter necessitatẽ: & si quis ægrotus ieiuniũ fregerit, reus voti non habetur. Nota, q̃ necessitas legem seruare non potest.

b ¶ *Necessitas.*] Hoc ideo dicit, quia necessitas legi nõ subiacet. s. *de obser. ieiu. c. 2. in fi. & sup. de consuet. quãto. & de consec. dist. 1. sicut: & dist. 3. peruenit:* vnde tempore necessitatis omnia sunt communia 12. *qu. 1. dilectissimis, & ff. ad leg. Rho. de iactu. l. 2. §. cum in eadem naui. in fin.* quod intelligitur in hoc casu. Et sic est argum. necessitatem excusare, *de conse. dist. 5. discipulos. argum. 12. dist. quisquis. & c. delitiæ, & 81. dist. cum omnibus, & suprà de furt. si quis per necessitatem*: & propter necessitatem famis Dauid comedit panes propositionis. 15. *q. 1. c. ideo. §. his ita,* & propter hoc pater potest vendere filium. *C. de pa. qui fi. distr. l. 2.*

c ¶ *Sabbathum.*] Præceptum fuit veteris legis sabbathũ custodiri: vnde si qui colunt sabbatum, exteriorem ritum legis reuocant, *de consecr. dist. 2. peruenit.*

d ¶ *In sabbato.*] Hoc est propter necessitatem. 23. *qu. vlt. si nulla.*

e ¶ *Aegrotus.*] Etiam si in quadragesima carnes comedat, non dicitur frangere votum. s. *de obseru. ieiun. c. 2. in fin.* Bern.

QVod latenter.] CASVS. Illa quæ fiunt latenter, siue clam, aut per vim, vel aliàs, illicite introducta sunt, firmitatem habere non debent: quia contra ius, & æquitatem fiunt. Nota, quòd ea, quæ fiunt contra ius, & æquitatem, firmitatem habere non debent.

f ¶ *Quod latenter.*] Potest poni casus per *l. 1. quod vi, aut clam, circa princ.* & in seruitio præstito Prælato per vim à subdito: hoc enim in futurum non parit præiudicium. 11. *q. 3. quia cognouimus.*

g ¶ *Per vim.*] Quæ per vim, siue per metum fiunt, qui cadere posset in constantem virum, cùm de hoc constiterit, reuocantur. §. *de his quæ vi, metúsve causa fiunt, ad audientiam.* De hoc plenè dicitur *in cap. Abbas. eod. tit. & ff. quod metus cau. l. 2. & l. metum. §. sed quod prætor.*

CVm in contemplatione.] CASVS. Iudices à principio causæ non debent incipere à tormẽtis: nisi primò aliquæ præsumptiones præcedant. Nota, quòd à tormentis iudices incipere non debent.

¶ *Glos. seq. signat contrarium, & ibi remittit.*

h ¶ *Quæstionibus.*] *ff. de quæst. l. 1. & Cod. eod. tit. milites 2.* quod si fiat, appellari potest. 2. *quæst. 6. non solent, vers. ante sententiam:* hoc intellige nulla præsumptione præcedente. *Arg. contra. 5. q. 5. illi qui, vbi de hoc.*

QVæ multotiens.] CASVS. Quicquid committitur, seu delinquitur in sacratis Deo rebus, & Episcopis, vel Ecclesiis, iniustè, & inique agitur, & pro sacrilegio reputatur: quia sacra ab aliquo violari nõ debent. Nota, quòd qui res Ecclesiæ inuadit, sacrilegium committit.

i ¶ *Quæ multotiens.*] s. *de pœn. c. 1. & 6. q. 1. infamari, & 1. q. 1. reperiũtur. Argu.* s. *de Iudæ. itã quorundam.*

k ¶ *In sacratis.*] Siue sit homo 3. siue ager: qui illa aufert, & inuadit, sacrilegium committit. 12. *qu. 2. nulli liceat,* & tanquam sacrilegus iudicari debet. vt eadem causa, & quæst. eadem, prædia: & per Ecclesiam debet iudicari. *supr. de foro compet. conquestus.*

l ¶ *Episcopis.*] Isti ius publicum offendunt, quod consistit in sacris, & sacerdotibus. 1. *dist. ius publicum.*

QVi ex timore.] CASVS. Dicit Augustinus: Qui ex timore facit illud, quod sibi præcipitur, aliter facit, quã debeat, quia libenti animo illud facere deberet: & ideo iam non dicitur facere: & ideo ex tali obedientia non meretur. Nota, arg. quòd non dicitur factum, quod legitime non fit. Item argum. quòd qui inuitus seruit, & rẽ perdit, & meritum. Item argum. à contrario, quòd qui inuitus offendit, non est ei imputandum.

m ¶ *Qui ex timore.*] Scilicet seruili, quoniam filialis timor bonus est, & potest introducere charitatem, *de pœn. dist. 2. sicut seta introducit filum:* vnde qui timore pœnæ seruit, non amore iustitiæ, non ducitur spiritu Dei. vnde dicitur: Timor non est in charitate: scilicet seruilis. 23. *q. 6. iam verò. §. ex his.*

ADDITIO. Quia perfecta charitas foras mittit timorem, vt *in eo. §. dicitur.*

n ¶ *Iam non facit.*] Argum. quòd non dicitur factum, quod legitimè non fit. 23. *q. 1. pudenda, & 22. q. 2. faciat homo. argum. suprà de iure patr. quod autem, & supr. de regula ad nostram.* Item habes hic argum. quòd qui inuitus seruit, rem, & meritum perdit. & ideo indignus præmio fit. 23. *quæst. 6. cap. iam verò. §. ex his, versus princip.* & talis obedientia, vel nulla, vel minima est. 8. *quæ. 1. sciendum*: ergo per contrarium, qui inuitus offendit, non est ei imputandum. *argum. ff. de bonor. lib. qui cùm maior. §. si libertus, & ff. famil. erciscund. qui erat hæres:* idem est & si clericus inuitus ferat testimonium contra Ecclesiam suam, quod ei non sit imputandum 4. secùs si sponte aduocet contra ipsam. s. *de postul. cap. vltim.*

DEfleat.] CASVS. Peccator, cùm peccat, meritò flere debet: quia offendens in vno, factus est omnium reus: quia propter illud damnabitur. Nota, quòd pro vno solo mortali peccato damnabitur quis, quamuis multa bona opera fecerit.

¶ *Glos. seq. quadrupliciter legit capitulum, & dat vnum simile.*

o ¶ *In vno.*] Scilicet præcepto legis, vnde scriptum est: Qui totam legem seruauerit, offendat autem in vno, omnium factus est reus, *de pœnitent. distinct. 3. fratres*: vel in vno scilicet mortali peccato, factus est omnium reus quoad vitam æternam, quia propter illud solum damnabitur: quia omnis virtus detrimentum patitur ab vno vitio, *de pœnit. distinct. 5. de sendum:* dum enim in vno peccato perseuerat, omnia bona perdit, vt ibi

1 *Vide B. Tho. 2. 2. qu. 43. art. 7. ad 4. argum.*

† *Aliàs ita: idem super Marcũ: adde c. 2 verba Bedæ paulò aliter habẽt, sed eadẽ est sententia.*

† *Dicto. fuit. deest vt plurimùm in antiquis codicibus.*

† *Hæc scribit Greg. l. 2. epist. 54. c. 93. indi. 11. registri ad Ioannem Episcopum Rauennatem.*

† *Aliàs ita: Narnien. Episcopo, sed hæc scribit B. Gregorius Narsi patricio, lib. 1. epist. 6. registri.*

2 *Etiã in publicis criminibus iudex non incipit à tormentis: sed etiam si per indicia sit procedendum, id faciet, si personarum conditio patiatur. Io. And.*

† *Stephanus Papa 1. epist. 2. cuius initium est, plurimum gaudemus, extat in 1. tomo Conciliorum. 3. Ecclesiasticus, vt clericus, vel secularis, vel seruus Ecclesiæ. 12. qu. 2. Ecclesiarum. C. de episc. & cler. l. 2. Io. And.*

† *Cap. 10. ex. tit. in 1. compila. De materia textus, & glos. vide B. Tho. 2. 2. q. 19.*

† *Aug. in lib. de vera, & falsa pœnitentia c. 14. epist. Iacobi, cap. 2.*

† *Gregor. l. 2. registri, epist. 51. c. 91. indic. 11. refert Anselmus lib. 6. c. 157. decret.*

4 *Dicit Hostiens. quòd licet excusetur à tanto, non tamen à toto: per ea quæ leguntur suprà, quòd metus caus. sacris: hoc credat, quando coactus à primatu: dictum glos. quando coactus est à iudice. Ioan. And.*

ibi, Vel in vno, id est, in vna virtute cùm virtus eiicitur, tunc vitium nascitur. *32. q. 1. non renuntiatur*: vel in vno, id est, in charitate, sine qua nemo saluatur, vnde Apostolus: *Et si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. de pœnit. dist. 3. si quis ad fin. di, linctionis*: sic etiam in teste, qui aliquid adiicit de suo, totum testimoniū partis mendacio decolorat. *3. q. 9. pura.* simile de consecr. *dist. 3. non liceat, & c. non sperare, & 9. dist. si ad scripturas sacras.*

CAP. X.

QVamuis causæ: *& infrà.* ¶ Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit [a].

¶ Lucius tertius.

¶ *Pro spiritualibus homagium non præstatur.*

Q*Vamuis.*] Ignorantia pastoris non excusat eum si lupus oues rapit. Ho. dicit quoad litteram. Abbas. CASVS. Pastor, siue Prælatus debet habere curam de ouibus suis: & ideo si lupus comedit oues, & ipse nesciat: nullam habebit apud Deum excusationem propter negligentiam suam. Nota, quòd ignorantia non excusat.

a ¶ *Pastor nescit.*] Quia pastor, seu Prælatus inquirere, & corrigere debet subditorum excessus: aliàs sanguis eorum de Prælatorum manibus requiretur. *ē. de offic. ord. irrefragabili. respon. cum suis concord.* ibi positis, & sic non habebit excusationem: pastor enim, qui tacet, consentire videtur. *43. distin. sit rector.* ibi, pastor enim, & *c. 83. dist. error.* quare non potest vti pro defensione sua verbo Apostoli: *Mundæ sunt manus meæ à sanguine, &c. 43. dist. Ephesiis*: vnde & tales deponi debent propter negligentiam. *71. dist. ductum, & 1. q. 1. c. si qui Episcopi. §. ecce cum honoris.* Item pastor tenetur de custodia. *ff. loca. qui mercedem. 23. q. 4. tres personæ*: & si dicatur, quòd dolo eius periit, & ipse negat, ipsi incumbit probatio, cùm ipse ratione officij sui debeat custodiam habere. *1. ē. de offi. Archid. ea quæ.* & si dicit amissam ouem, probet ille dolum abfuisse: sicut argentarius probare debet se amisisse rationem casu, ruina, vel incendio. *ff. de eden. si quis ex argentariis §. vlt.* Item in c. illo de car. ceris. *ff. de cust. d. & exhibend. re. l. vlt.* Et idem in deposito, *ē. de deposit. bona fides,* cum suis concordantiis.

1 Aliud ergo valet, quòd qui dolus allegat. & c. ff. de pro. quotient. secundùm V in. Ioan. And.

I*Ndignum.*] CASVS. Dicitur hîc, quòd pro spiritualibus obtinendis, nullus compelli debet homagium, siue fidelitatem facere, cum hoc indignum sit, & à consuetudine Romanæ Ecclesiæ alienum: & ideo ab aliis Ecclesiis est prohibendum. Nota, quòd nulla pactio illicita in spiritualibus debet interuenire. Item nota regulas huius tituli notabiliter notandas.

CAP. XI.

INdignum † est, & à Romanæ Ecclesiæ consuetudine alienum [b], vt pro spiritualibus facere quis homagium [c] compellatur.

† Cap. 3. extra in 1. compil. sub rubrica omnino, titu. de excessibus Prælatorum in 2. compilat. vbi extat integra clausula.

FINIS.

b ¶ *Alienum.*] Ergo & à consuetudine aliarum Ecclesiarum debet esse alienum. quia quod Romana Ecclesia probat, vel reprobat, & aliæ Ecclesiæ hoc idem facere debent, cùm ab ipsa suam habeant institutionem, & auctoritatem. *11. distinct. consequens, & cap. nolite.*

ADDITIO. Exceptis priuilegiis suis, quod dic, *vt not. de tempor. ordin. cap. 1. & de re iudic.* in causis secundùm Hostiens. Ioannes Andr.

c ¶ *Homagium.*] Id est, sacramentū fidelitatis, quod pro aliquo spirituali facere quis non debet. cùm illud sit simoniacum. *ē. de sim. ex diligenti*: alioquin clericus non tenetur facere Prælato suo obedientiam. Et in casibus debet iuramentū facere de obedientia, siue etiā de fidelitate post receptam administrationem. *ē. de iureiur. nullus. 23. dist. quanquam, & ē. de maior. & obed. dilecti filij, & ē. de iureiur. ego N. & ē. de priuil. antiqua.* Aliàs enim nullum iuramentum, nulla pactio, vel obligatio illicita in spiritualibus debet interuenire: & si interuenirct, nullam obligationem de iure, vel de facto inducit. *ē. de pactis, pactiones.* Bern.

FINIS.

TABVLA LVDOVICI BOLOGNINI
DE BONONIA IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS.

Totum fermè Decretorum volumen amplißimum continens, quæ secundum rubricas Decretalium procedendo, utiles, & aptas quæstiones cum iuribus, & quottis necessariis decidit, & in multorum scitu dignorum cognitionem breui manu, & exiguo tempore (quo nihil in hoc sæculo carius est) vnumquemque trahit.

De summa Trinitate, & fide Catholica. Rubrica.

VTrum eo ipso quòd quis errat in fide, sit hæreticus, si est paratus corrigi. vide gl. ff. in capite nec licuit. in ver. ad recipiendam. dist. 17.

Vtrum vbi agitur de fide solus Papa possit deponere sine consilio reuerendissimorum dominorum Cardinalium. vide gl. in c. Anastasius in verb. concilio. 20. dist. 19.

Ad quem spectat determinatio quæstionum circa fidem, an ad sanctissimum D. Papam solum, vel etiam ad alios. vide gl. in c. quoties. in verb. nisi ad Petrum. 24. q. 1.

Vtrum peccatum infidelitatis sit maius quàm occidere infinita corpora martyrum, vide gl. innocẽs. in c. si habes. 24. q. 3.

Vtrum Papa possit dispẽsare circa articulos fidei, vide gloss. in cap. sunt quidam. in verb. Apostoli 25. qu. 1.

Vtrum debeamus credere solùm ea, quæ pertinẽt ad religionem. vide g. si quominus. in c. in domo. de pœn. dist. 4.

Cætera in hac materia fidei videbis inferius sub rubrica, de hæreticis, quia hæc omnia ad fidem tendunt.

De constitutionibus, statutis, & legibus. Rubrica.

QVot iuribus regatur genus humanum, & quid sit ius naturale, & ciuile, & gentium, & militare, & publicum, & quiritum, habes in dist. 1.

Quot sunt species legum sæcularium, & vnde aliquæ earum nomen acceperunt, vide in distinctione 2.

Quid sit lex, & plebiscitum, & senatusconsultum, & constitutio, & responsa prudentum, & etiam vnde sumpserant nomen aliquæ leges. vide in dist. 2.

Quale sit officium legum sæcularium. vide latissime. in d. 3.

Quid sit canon, & regula, & quot sint Concilia, habes in dist. 3.

Quare repertæ sunt leges, & quot debeant in se continere, & an tollantur per cõtrariam consuetudinem, vide in d. 4.

Vtrum, & quando leges tollantur per contrariam consuetudinem. vide in d. 4.

Vtrum ius naturale possit mutari. vide in dist. v. in glossa.

Quis fuerit auctor primus sacrarum legum, & etiam sæcularium. vide in d. 7.

Vtrum leges Principum cedant iuri naturali. vide in d. 9.

Vtrum leges sæculares cẽdant legibus Ecclesiasticis. vide in d. 10.

Quæ sint leges approbatæ, & quæ improbatæ. vide in d. 16.

Quomodo mutentur leges, & regulæ canonum, & legum ex loco, & causa, ex tempore. vide in dist. 19.

